# DONATI ANTONII
# DE MARINIS
# I. C. REG. CAMERÆ
## SVMMARIÆ OLIM PRÆSIDENTIS

***REGNIQVE VICEMAGNI CANCELLARII,***
*Nunc verò apud ſuam Catholicam Maieſtatem in Supremo Italico Senatu Regentis*

## SVMMA ET OBSERVATIONES

***AD SINGVLAS DECISIONES MANVSCRIPTAS REGIÆ*** *Cameræ Summariæ Regni Neapolis, quas ſuâ tempeſtate collegit inſignis Iureconſultus Hiſpanus* D. ***FRANCISCVS REVERTERIVS*** *primùm eiuſdem Supremi Tribunalis Præſidens, deinde Locumtenens, poſtremò Regiam Cancellariam Regens, & Collateralis Conſiliarius.*

CVM GEMINO INDICE, ALTERO ARGVMENTORVM Materiarum altero.

Ex Bibliotheca Illmi Dni Dni [illegible] Caroli S.R.I. Comitis de Sternberg

***OPVS DIV EXPETITVM NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT, CVI ANNEXA*** *ſunt ad finem* ***DCCIX.*** *Arreſta Regiæ Cameræ Summariæ, quæ vulgò Decreta Generalia & Exemplaria nuncupantur ab eodem* ***D. DE MARINIS*** *collecta.*

Ad Virginem Glorioſiſſimam Cælorum Reginam abſquè peccati labe conceptam.

REGIÆ BIBLIOT. ACAD. PRAGENSIS




LVGDVNI,

Sumpt. PHIL. BORDE, LAVR. ARNAVD, ET CLAVD. RIGAVD.

*M. DC. LXI.*

CVM SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

# SANCTISSIMÆ INTEGERRIMÆQVE DEI GENITRICI MARIÆ SINE ORIGINALI LABE CONCEPTÆ.

VIRGO puriſſima, ſatis humanitatis legum me proderem imperitum etſi de legibus agentem, ſi elucubrationes has meas tuo non inſcriberem nomini, ea enim erga me beneuolentiæ argumenta exhibuiſti, vt impares ſemper ſint gratiarum actiones. Quantum tibi debeam, ſciunt, qui in me collata beneficia non ignorant. Habes igitur grati animi hoc qualecumque monumentum, pignus idem, officij mei, beneficij tui; cur autem te ſanctiſſima Virgo meo huic partui dederim, & Dominam, & Patronam conſideranti mihi quamplurimæ fuêre cauſæ, non enim te aptiori donare munuſculo potui, quàm eo, in



Digitized by Google

quo de legibus agitur, totius ſcilicet terrarum Orbis Dominam leges, ac iura decent, integræ ſemper ſub tuo patrocinio erunt, quæ ad Inferos detrudere à primis annis ſtygium illum draconem didiciſti, cuius inſtinctu prima diuini Numinis lex à noſtris Protoplaſtis violata fuit. Lucem liber hic minimè reformidat, quia tuis prodit auſpiciis, quæ Mater es lucis. Alij alia tuo nomini monumenta operis, doctrinæquè maioris inſcribant, at clariori notâ tuum ſibi vendicat patrocinium hic de legibus Codex, qui vltimis hiſcè temporibus tertius tenuiſſimi ingenij mei partus luci datur. Tu ſanctiſſima Deipara quæ legum omnium conditorem Deum in lucem edidiſti. Opuſculum hoc quippe tuum à tenebris obliuionis defendere ne graueris, & me quamuis indigniſſimum, tuo ſub patrocinio digneris accipere flexis genibus oro.

DIVO

# DIVO IANVARIO.

*TER maximo Neapolitanæ Vrbis Antiſtiti,*
*Ter inclyto Antiſtitum Taumaturgo,*
*Ac optimè Tutelari de ſe merito,*
*Vt collata in ſe beneficia*
*Teſtaretur verius, quàm compenſaret:*
*Vt pro virili parte,*
*Suo ſatis officio, non eius merito faceret:*
*Vt deuictiſſimum denique animum,*
*Tanquam voti Reum,*
*Significaret potius, quàm abſolueret:*
*Perexiguum hoc Iuriſprudentiæ munus,*
*Magno quidem profectum ex animo*
*Si minus ingenio,*
*Ad perpetuam poſterorum memoriam*
*Addictiſſimus cliens D. A. D. M. D. D. D.*

# DIVO BLASIO.

*VIGILANTISSIMO Sebaſtenſium Præſuli,*
*Ac Martyri præſtantiſſimo,*
*Ægregia motus animi obſeruantia,*
*Quam ſibi à puero, vt ſecum adoleſceret,*
*Impreſſit potius, quàm expreſſit,*
*Tenuiſſimum hunc ingenij fœtum*
*Vt fœlicius in lucem proderet*
*Ac poſteris commendaret auguſtius,*
*Non niſi obſtreticante*
*Per maxima tanti Præſulis beneficentia,*
*Donatus, Antonius de Marinis*
*In grati animi argumentum*
*D. D. D.*
*Anno Sal. hum. M. DC. LIX.*

APPRO

Digitized by Google

# APPROBATIO.

EGo infra ſignatus Doctor Theologus facultatis Pariſienſis, fidem facio me legiſſe *Domini Donati Antonij de Marinis Summam & obſeruationes ad ſingulas Deciſiones D. Franciſci Reuerterij*, in eiſque nihil fidei orthodoxæ, aut bonis moribus contrarium animaduertiſſe. Lugduni die ſexta Aprilis 1661.

Fr. STEPHANVS MOLIN *Carmelita.*

---

*Approbatio Ordinarij.*

VIſa Approbatione Doctoris Theologi Editioni huius libri cuius titulus eſt *Summa & obſeruationes ad ſingulas Deciſiones D. Franciſci Reuerterij*, Editioni lubenter annuimus Lugduni die 7. Aprilis 1661.

DENEVF-VILLE *Vic. Generalis.*

---

*Conſenſus Procuratoris Regij.*

VIſis ſupradictis Approbationibus, non impedio Regis causâ, ne liber inſcriptus, *Summa & obſeruationes ad ſingulas deciſiones D. Franciſci Reuerterij*, typis vulgetur à PHILIPPO BORDE, LAVRENTIO ARNAVD, & CLAVDII RIGAVD Bibliopolis Lugdunenſibus: Idipſum quibuſcunque aliis, vt par eſt, prohibendo. Lugduni die ſeptima Aprilis, anno 1661.

VIDAVD.

---

*PERMISSIO.*

FIat iuxta Concluſiones Procuratoris Regij. Datum die ſeptima Aprilis, anno 1661.

SEVE.

D. D. Donati

Digitized by Google

# INDEX
# ARGVMENTORVM
## illarum principalium Quæſtionum, quæ in hiſce Deciſionibus, & Obſeruationibus reſoluuntur, Alphabetica ſerie diſpoſitus.

ABSENS ob cauſam publicam nùm poſſit Principi ſupplicare, & de iure obtinere, vt abſentia durante, in eius litibus ſuperſedeatur in procedendo. Reſtitutioni in integrum, an ſit locus aduerſus ſententiam latam contra abſentem ex cauſa Reipublicæ, & quid in Milite. Deciſio 288. pagina 397

Actor à Tutore propter eius abſentiam, vel infirmitatem conſtitutus, nùm priuſquàm adminiſtrare incipiat, teneatur adimplere, quæ à Tutore adimplenda ſunt. Curator hæreditati iacenti datus, an Inuentarium conficere teneatur. Dec. 310. p.423

Actvariorvm numerus an Fiſco inſtāte in Tribunali Reg. Cameræ augeri poſſit in prę-iudicium eorum, qui hoc officium emerunt. Officium ampliatum in vnum hæredem, an in illius perſona nouum dicatur. Nominatus ad Officium, an teneatur ad onera nominantis. Vſusfructus acquiſitus pro ſe, & hæredibus, an hæreditarius dicatur. Dec. 185. p.267

Adivtorivm quod à Vaſſallis Baronibus præſtandum eſt in caſibus, de quibus in Conſtitutione Regni Quamplurium, an præſtandum ſit pro Filia naturali maritanda, vel monachanda; & an debeatur Frati Feudatario pro maritanda ſorore, ſiue Amita, & an Patri debeatur non ſolùm pro prima filia maritanda, ſed etiam pro aliis, quas haberet; & in caſu Monachationis, an ſit hoc adiutorium pręſtandum tempore ingreſſus, vel potius profeſſione ſequuta, & an debeatur ſi feudum, quod quis tenet, in allodium fuiſſet conceſſum. Et an debeatur Auiæ maternæ pro maritanda Nepte; & an debeatur mulieri Feudatariæ ſe ipſam nubenti; Et an debeatur pro Filia Vidua, quæ dotem amiſit, & an debeatur Auo pro nepte nubenda adhuc Filio viuente. Filij appellatione, an naturalis contineatur. Dec. 505. p.668

Adiutorium, quod ex diſpoſitione conſtitutionis Regni *quamplurium* à Vaſſallis Burgenſibus Baronibus pro eorum Filiabus maritandis debetur, an ſit pariter debitum Domino noſtro Regi pro Filia ſua nubenda, & quid in ſorore, vel Amita Baronis, & an pro natauitate Filij Primogeniti. Dec. 369. pagina 494

Adoha, quam feudatarius pro feudo, quod poſſidet, Regiæ Curiæ ſoluere tenetur, quomodò taxatur, & an in ea taxanda, ſit habenda ratio de Adoha, quæ ipſi feudatario à ſuo ſubfeudatario ſoluitur. Adoha, quæ hodie in Regno exigitur in donatiuo, ſi per multum temporis ſpatium non fuerit à feudatario ſoluta, an vt illa ſoluatur Fiſcus petere poſſit. Baro an poſſit ſuum ſubfeudatarium cogere ad eum ipſo contribuendum in donatiuis, & ſubuentionibus, quas Barones ex neceſſitate Domino Regi præſtare coguntur. Dec. 300. p.410

Adoha pro feudo, quod ſitum eſt in territorio Baronis, cui ſolui debeat ſi non conſtat à quo illud teneatur, Baroni, vel potius Regi. Domus Priuati ſi in duabus Parochiis ſita, eſt illius Dominus, cuius Eccleſiæ Parochianus dicetur. Dec. 179. p.258

Adoha quomodò taxari debeat, quando feudum, quod ad Regiam Curiam fuit deuolutum, alteri vendi contigerit, iuxta forſan taxam antiquam, & ſic provt taxatum reperiebatur tempore deuolutionis, vel potius iuxta taxam nouam. Dec. 515. p.682

Advocatvs, qui pro augmento, & conſeruatione alicuius Patrimonij patrocinium præſtitit, nùm pro illius ſalario, opere, & labore præferri debeat omnibus Creditoribus hæreditariis etiā anteriora iura habentibus, ad inſtar illorum, qui ad rem conſeruandam, pecuniam expenderint. Medicus à communitate conductus, nùm pro ſalario conuento tacitam ha-



Digitized by Google

beat hypothecam ſuper bonis communitatis. Bona hæredis grauati nùm pro mala adminiſtratione bonorum Fideicommiſſo ſubiectorum Fideicommiſſario tacitè hypothecata ſint. Dec.270. p.376

Alimenta, quæ debentur Viduæ mulieri durante anno ad reſtituendam dotem in pecunia conſiſtentem, ſi non fuerint præſtita, nùm peti poſſint, cùm durante anno luctus pro illorum præſtatione, non fuiſſet interpellatus hæres. Mulier an poſſit petere alimenta ab hæredibus viri intra annum à lege cōceſſum ad dotem in pecunia conſiſtentem reſtituendam, ſi habet aliundè ex quo viuere poteſt. Alimenta præterita an, & quando ab alimentario peti poſſint. Pater an, & quando cogi poſſit ad ſoluendum debitum per filium contractum ex cauſa alimentorum. Dec. 30. p.37

Alimenta, & litis expenſæ an, & quando lite pendente ſint ſubminiſtrandæ à Reo diuite actori pauperi, & quid ſi fuerint præſtita, & poſtea actor in cauſa ſuccubuerit, an ad reſtitutionem eius, quod ex hac cauſa recepit teneatur. Dec. 296. pag.406

Amita an ſuccedat nepoti ſpurio legitimato cum ampliſſimis clauſulis per reſcriptum Principis. Filius legitimatus per reſcriptum Principis an ab inteſtato patri ſuo cum aliis filiis legitimis, & naturalibus ſuccedat. Et quid in Ciuitate Neapolis. Natus ex Concubina domi retenta, an præſumatur filius Concubinarius. Dec.138. p.202

Annva conceſſione facta à Principe alicui benemerito ex certo corpore percipienda, & & addito, vt annus incipiat à prima die menſis Ianuarij, quonam tempore ſolutio fieri debeat an in principio anni, an verò in fine, & quid in legato. Legatum annuum priuato relictum, an ipſius morte extinguatur, vel potius ad eius hæredes tranſmittatur. Legatum alicui factum cum ad annum 25. peruenerit nùm ad finem, vt legatarius legatum ſibi factum conſequatur, ſat ſit ſi vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum attigerit, & de aliis notabilibus. Dec. 75. pag.109

Annui Introytus per ſtipulationem, & ſic mediante contractu promiſſi, ſiue in teſtamento legati, an per debitorem non ſoluentem præſcribi poſſint, & quanto tempore. Eccleſia an poſſit in integrum reſtitui aduerſus præſcriptionem 30.40. vel centum annorum. Præſcriptio centenaria an cenſeatur ſublata ex pacto, vel ſtatuto omnem præſcriptionem prohibentibus. Dec.83. p.121

Annui Redditus ſi ſuper fructibus certi fundi, vigore ſententiæ fuerint alicui adiudicati, quonam tempore ſolui debeant, nùm in principio anni an in fine, an & tandem eo tempore, quo fructus ſuper quibus ſequuta eſt adiudicatio, recolliguntur. Debitor an, & quando facta adiudicatione poſſit ſuo creditori debitum offerre. Cenſus conſtitutus ad rationem decem pro centenario, an ſingulis quatuor menſibus exigi poſſit. Dec.252. pagina 359

Annuus Redditus perpetuus conſtitutus ſuper certa re, an dominij tranſlationem in beneficium conceſſionarij importet, vel potius hypothecam, ita vt liceat conſtituenti rem illam, cui vult, locare, vendere, &c. nec aliter requiri conſenſum illorum, ad cuius fauorem fuit annuus conſtitutus Redditus. Dec. 245. p.351

Antefatvm ſoluto matrimonio per mortem viri nùm debeatur mulieri, ſi detegitur matrimonium nulliter fuiſſe contractum, ex quo inter contrahentes impedimentum ſe offerebat conſanguinitatis, vel affinitatis, quod ab illis ignorabatur, & cùm dos omni iure ſit reſtituenda, an pro illius exactione competant mulieri priuilegia exactioni veræ dotis cōceſſa. Aſſenſus Regius, qui ſuper obligatione facta bonorum feudalium poſt mortem viri fauore dotis impetrari poteſt, an ita pariter pro antefato. Dec.429. p.575

Antefatum ſi à viro Feudatario vxori ſuæ ſuper feudo fuerit conſtitutum, eo demùm defuncto, nùm poſſit relicta coniux pro huius lucri conſequutione ſuper feudo recurrere, dum hominis aſſenſu caret, ad declarationem conſtitutionis Regni licentiam. Aſſenſus generaliter conceſſus mulieribus Neapolitanis ſuper obligatione bonorum feudalium virorum pro reſtitutione dotium, & antefati an ſuffragetur, ſi vir tempore, quo feudum pro dote, vel antefato obligauit, legitimo carebat ſucceſſore. Dec.470. p.625

Apostata an in bonis agnati ſui poſſit ex teſtamēto ſuccedere. Ius adeundi hæreditatem alicui delatam, an à Principe ſeculari tolli poſſit. Statutum Principis ſecularis proceſſus compilationem concernens, ſeu dans ordinem iudicio, & inſtantiæ, an clericum coram iudice ſeculari litigantem comprehendat. Clericus Feudatarius ſi in Dominum delinquit, an ſicut poteſt ab eodem Domino Feudo priuari, ita & pœna corporali puniri. Dec. 426. p.569

Appellare an liceat à ſententia à qua appellatio permittitur, ſi inter partes conuentum ſit, vt à ſententia proferenda nullatenus ſit appellandum, ſicque dubitatur an per pactum, futuræ appellationi renunciari poſſit, & quid ſi pactum non eſſet reciprocum; ſed ex parte vnius tantùm. Appellatione interpoſita à ſententia lata; an qui appellauit, aduerſario inuito appellationi renunciare poſſit, & an iuri

dicendi

Digitized by Google

dicendi de nullitate, ſimiliter renunciari poſſit. Dec.504. p.667

Appellari an poſſit à ſententia lata à iudice delegato in cauſa viſionis computorum ſyndicorum priuatarum Vniuerſitatum. Diſpoſitio textus *in. abſtinendum C.quor. appellat. non recipiantur*, an ad fiſci tantùm cauſam pertineat. Debitores Vniuerſitatum an, & quando perſonaliter exequi poſſint ſicut debitores fiſci. Dec.518. p.687

APPELLATIO, ſeu Reclamatio, vbi à ſentētia fuerit interpoſita ac inſimul de nullitate dictum, ſi reſpectu Appellationis, ſeu Reclamationis, fatalia lapſa ſunt, an de nullitatibus allegatis agi poſſit. Ius in iudicio deductum per viam exceptionis, ſi fuerit reiectum, an poſſit poſtea per viam actionis proponi. Nullitates aduerſus ſententiam diffinitiuam, ſiue decretum interloquutorium infra quantum tempus in Regno proponi poſſunt. Vita, & militia an debeatur clericis in Sacris conſtitutis. Dec.401. p.532

AQVA naturaliter abſq; factu hominis decurrens, nùm ex tali naturali curſu ad alicuius beneficium præſcriptionem inducere poſſit. Aqua quæ naſcitur in fundo ſuperiori, nùm per illius fundi dominum diuerti poſſit, nè defluat ad fundum inferiorem ad quem per tempus immemorabile defluxit. Aqua quando dicatur labi iure facultatis, vel iure ſeruitutis. Dec.575. p.767

AROMATARIVS pro medelis infirmo datis, & Medicus pro ſuo ſalario in concurſu nùm præferatur cæteris infirmi creditoribus expreſſam hypothecam habētibus, ac ſi funeralium eſſent expenſæ. Dec.486. p.644

ARTICVLI an, & quando, & in quibus caſibus vti impertinētes ſunt reiiciendi, vel potius admittendi. Teſtes, qui producuntur in termino conceſſo ad concomitandum aliquam ſcripturam poſt actum publicationis, ſiue conconcluſionis præſentatam, an poſſit deponere aliud, quod in ſcriptura præſentata non continetur. Dec.340. p.456

Articuli an, & quando dicantur impertinentes, & an in prima inſtantia ſint admittendi, quando eſt dubium, an faciant ad cauſam. Articuli ſi in termino ſummariſſimo lite pendente fuerint præſentati, & ſuper eis teſtes producti, nùm poſtea in cauſa principali poterunt fieri articuli, illud idem, vel de directo contrarium continentes. Dec.448. pag.599

ASSECVRATIO cōceſſa mulieri ſuper bonis viri pro tuitione dotium & iurium dotalium, an & quādo impediat eorundem bonorum venditionem pro qua cæteri creditores inſtant. Ius offerendi an competat creditori contra mulierem dotis aſſecurationem petentem. Preceptum Iudicis nè quis bona ſua alienet, an dominij tranſlationem ſequuta alienatione impediat Mulier an poſſit petere aſſecurationem ſuper vno corpore bonorum viri magnæ extimationis dum extat aliud minoris extimationis ſuper quo poteſt eſſe ſibi conſultum. Dec. 240. pag.345

ASSENSVS Regius impetratus ſuper contractu per multum temporis ante ſtipulato nùm retrotrahatur ad diem contractus. Aſſenſus Regius vigore gratiarum mulieribus Neapolitanis conceſſus, nùm extendatur ad bona feudalia ſoceri dotē recipientis. Donatio facta abſenti, ſi priuſquam à donatario acceptetur, donans præmoriatur, an de cætero acceptari poſſit. Dec.3. p.5

Aſſenſus Regius an ſit concedendus diſpoſitioni factę in vltima voluntate per defunctum feudatarium de feudo ad beneficium ſecundæ vxoris ſua vita durante, vel donec ſecundas non feſtinauerit nuptias, & quod poſt mortem, ſiue tranſitum ad ſecunda vota ſuccedere deberent filij ex illo matrimonio ſuſcepti, ſic ſupplicante filio primogenito ex prima vxore nato, eo tamen in ſupplicatione addito citra præiudicium omnium, & quorumcunque iurium fortè ſibi competentium &c. Legatum de feudo facto ad tempus, an de iure ſubſiſtat. Aſſenſus Regius an poſſit impetrari ſuper contractu defuncti. Sententia quando poſſit pro parte valere, & pro parte non. Dec.79. pag.114

Aſſenſus Regius ſuper venditione feudi, an ab huius Regni Dominis Proregibus impetrari poſſit, ſi Feudatarij alienans legitimum haberet ſucceſſorem, ſed illum de prole deſperatum vel eſſet ille clericus beneficiatus in minoribus tamen ordinibus conſtitutus. Dominus directus feudi an, & quando ſuper alienatione feudi per Feudatarium facienda conſentire teneatur. Statuto ſi caueatur, vt mulier abſque propinquorum conſenſu contrahere non poſſit, nùm illi dum mulier contrahere vult, conſentire teneantur. Dec.99. p.147

Aſſenſus Regius ſuper alienatione feudi impetratus, an, & quando nulliter conceſſus dicatur ob difformitatem à contractu, & quid ſi ſupplicans ſe retulerit ad inſtrumentum, cuius tenor in ſupplicatione porrecta dictum fuit, vt haberetur pro expreſſo, ſicque in conceſſione aſſenſus reſponſum, an per hoc ad difformitatem euitandam cenſeatur, vt Dominus, qui aſſentiit, ſit informatus, & plenam cognitionem habeat de omnibus quæ in inſtrumento continentur ac ſi in ſupplicatione expreſſa ea eſſent. Dec.106. p.158

Aſſenſus Regius generaliter præſtitus à Rege Catholico obligationibus bonorum feudalium, quæ eo tempore per Feudatarios pro reſtitutione dotium earum coniugum factæ reperiebantur, an proficuus ſit mulieribus poſtea



Digitized by Google

nuptis. Aſſenſus dotis fauore, an poſt viri mortem impetrari poſſit. Dec.110. p.162

Aſſenſus Regius ex Regia largitione ſuper obligationibus bonorum Feudalium pro dotium mulierum Neapolitanarum reſtitutione generaliter conceſſus, an locum habeat in dote confeſſata. Confeſſio facta à viro dotem ſibi promiſſam recepiſſe, an, & quando eius creditoribus præiudicium afferat. Dec.120. pag.177

Aſſenſus Regius impetratus ſuper donatione feudi facta à Patre in beneficium Filij ſecundogeniti, nulla mentione facta de contractu eadem die inito, in quo declarabatur Feudum illud remanere penès patrem donantem ſua vita durante, nùm de iure ſubſiſtat. Feudo vendito liberè, & poſteà in alio contractu pacto interpoſito de retrouendendo, nùm aſſenſus ſuper primo contractu impetratus, nulla mentione facta de ſecundo, in quo fuit appoſitum pactum de retrouendendo, dicatur nullus. Aſſenſus Regius an requiratur in conſtitutione procurationis ad feudum vendendum. Contractus, ex quibus fraudulentus præſumatur. Pactum de Retrouendendo temporale an, & quando perpetuum efficiatur. Dec.133. p.195

Aſſenſus Regius ſi aſſeritur caſu deperditus, an, & quando per teſtes probari poſſit. Scriptura an ſit de ſubſtantia gratiæ. Aſſenſus Regius ſuper bonorum Feudalium contrectatione requiſitus, an per longiſſimum tempus interueniſſe præſumatur. Deciſ.166. pagin. 241

Aſſenſus Regius ex Regia largitione generaliter conceſſus obligationibus bonorum Feudalium pro Conſtitutione, & Reſtitutione Dotium mulierum Neapolitanarum, an cenſeatur præſtitus ſuper bonis feudalibus viri pro alimentis vxori debitis, & an pariter conceſſus dicatur ſuper bonis Feudalibus Soceri pro intereſſe, quod debetur Viro ex cauſa dotis promiſſæ in tempore conuento non ſolutæ. Actio de dote cum illius intereſſe, an tranſeat in ceſſionarium mulieris cum priuilegio. Alimenta, an & quando vxori, è domo viri diſcedenti debeantur. Dec.169. p.245

Aſſenſus Regius impetratus ſuper conceſſione facta à Barone alicuius corporis Feudalis, an cenſeatur à contractu difformis dum Rex aſſentiendo dixit, vt Conceſſionarius corpus illud immediatè, & in capite à Regia Curia teneret cum fidelitate, & præſtatione ſeruitij, & Releuij. In conceſſione verò facta à Barone dictum, vt in caſu alienationis, eiuſdem Baronis aſſenſus peteretur, Sed quid ſi in Baronis conceſſione dictum eſſet, dummodo conceſſionarius rem Conceſſam tenere deberet in capite ab Ipſo Barone. Dec.186. pagina 269

Aſſenſus Regius impetratus ſuper obligatione bonorum viri pro reſtitutione dotium ab ipſo receptarum, & pro omnibus in inſtrumento contentis, nùm ſit proficuus reſpectu anteſati in eodem inſtrumento conſtituti, quamuis de eo nulla in ſupplicatione fuerit facta mentio. Clauſula quæ in aſſenſibus apponi ſolet *quoad expreſſa tantùm*, quid importet. Dec.205. p.292

Aſſenſus Regius generaliter mulieribus Neapolitanis conceſſus ſuper obligatione bonorum Feudalium virorum pro reſtitutione dotium ab illis receptarum, an ſuffragetur illi mulieri, quæ eo conceſſionis tempore virum habebat rebellem. Aſſenſus Regius ſuper obligatione bonorum feudalium viri, an poſt illius mortem dotis fauore impetrari poſſit. Dec.228. p.325

Aſſenſus Regius generaliter conceſſus mulieribus Neapolitanis vt pro recuperatione dotium ſuarum poſſint recurrere ſuper bonis Feudalibus ipſis in caſu reſtitutionis illarum obligatis, nùm locum habeat reſpectu bonorum Feudalium illorum, qui vti Fideiuſſores in promiſſione Reſtitutionis interuenerunt, Et quid in Bonis feudalibus ſoceri. Dec. 229. pag. 326

Aſſenſus Regius generaliter conceſſus ſuper omnibus Pactis, conuentionibus & obligationibus in inſtrumento contentis, an dicatur legitimè impetratus, ita vt Partibus ſit proficuus, ſi in ſupplicatione porrecta, nulla fuit facta ſpecifica mentio de vnoquoque pacto in inſtrumento deſcripto. Feudum an, & quanto tempore præſcribatur. Textus *in l.2. C. de reſcinden. vendit.* an in tranſactione locum habeat. Sententia nulla an de partium conſenſu confirmari poſſit. Dec.231. p.330

Aſſenſus Regius an requiratur ſuper obligatione bonorum feudalium facta per Patrem promittentem filio in capitulis matrimonialibus, certam annuam pro ipſius filij, & vxoris alimentis, præſtare quantitatem. Dec.244. pag.350

Aſſenſus Regius generaliter conceſſus mulieribus Neapolitanis ſuper obligatione bonorum Feudalium pro reſtitutione, vel conſtitutione dotium earum, an opituletur mulieri Neapolitanæ illegitimè natæ. Naturalis an ſicut eſt incapax ſucceſſionis Feudi, ità pariter, & acquiſitionis. Dec.250. p.356

Aſſenſus Regius an ſit concedendus Feudatario Feudum alienare volenti, dum legitimo caret ſucceſſore, ſi in eiuſdem Feudi acquiſitione Rex facultatem ei præſtitit vendendi, & alienandi, ſaluo Regio aſſenſu. Dec.274. pag.381

Aſſenſus Regius an ſit concedendus ſuper contractu alienationis Feudi, faciendæ à Feudatario legitimo carente ſucceſſore, eo ſub



Digitized by Google

prætextu, quod in illius acquiſitione Rex acquirenti poteſtatem tribuat feudum illud alienandi, donandi, deque eo liberè diſponendi, ſaluo tamen Regio Aſſenſu. Rex an, & quando feudi alienationi conſentire teneatur, & quæ ſit iuſta cauſa denegandi Aſſenſum. Dec.352. p.471

Aſſenſus Regius ſuper bonis Feudalibus viri pro conſeruatione & reſtitutione dotis, & antefato conſtituto obligatis, an poſt Feudatarij mortem impetrari poſſit. Aſſenſus Regius ſuper contractu alienationis feudi, an mortuo emptore abſque nouo illius hæredis conſenſu à venditore impetrari poſſit. Dec.368. pag.492

Aſſenſus Regius ſi fu erit conceſſus Feudatario legitimo carenti ſucceſſore feudum alienandi, ſequuta demum alienatione cum pacto tamen de Retrouendendo, nùm cum eodem aſſenſu poſſit Feudatarius ipſe de iure illo luendi diſponere. Feudi alienatione permiſſa, an cenſeatur pariter permiſſa pignoratio. Dec.374. p.500

Aſſenſus Regius generaliter conceſſus mulieribus Neapolitanis ſuper obligatione bonorum Feudalium virorum pro dotium conſeruatione, & deſtitutione, nùm proſit Patri nuptæ mulieris ad quem dotis reſtitutio ſpectat, itavt poſſit ille hypothecaria actione de iuribus ſuis ſuper feudo obligato expediri. Priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione mulieri competens, nùm ad eius hæredes tranſeat. Dec.377. p.504

Aſſenſus Regius lite pendente impetratus ſuper ceſſione, nulla de mota lite facta mentione, an ceſſionario, qui iudicium pro conſequutione crediti ſuper feudo inſtituerat, proficuus dicatur ad finem, vt obtinere poſſit. Taciturnitas an, & quando aſſenſum faciat ſubreptitium. Dec.389. p.519

Aſſenſus Regius ſi fuerit conceſſus alienationi factæ de Feudo cum pacto de retrouendendo, nùm in retrouenditione per emptorem facienda, alius requiratur aſſenſus, & an in remiſſione huius pacti, quæ à venditore fieret ad beneficium emptoris, domini aſſenſus interuenire debeat; & quid ſi venditor pactum hoc alteri cederet. Dec.463. p.617

Aſſenſus Regius an requiratur, cum Pater filium ſecundogenitum ſuper bonis Feudalibus hæredem inſtituit, primo conſentiente. Nepos ex filio primogenito præmortuo, an in ſucceſſione Aui ſuper bonis feudalibus Patruo ſecundogenito præferatur. Dec.465. p.619

Aſſenſus Regius ſuper feudi diſtractione impetrandus, à quo expediri debet à venditore, vel potius ab emptore, & ſi fuerit conuentum, vt ab emptore expediatur, ſi hic reuocat ex defectu aſſenſus, an teneatur ad intereſſe, quod venditor ex cauſa reuocationis pateretur. Pactum initum inter feudi venditorem, & emptorem de non reuocando contractum ex quacumque cauſa, an de iure ſubſiſtat. Dec.498. p.658

Aſſenſus Regius ex Regia largitione generaliter mulieribus Neapolitanis conceſſus ſuper obligatione bonorum Feudalium virorum pro reſtitutione dotium ſolutarum, an ſuffragetur quando inſtrumentum dotale conſtante matrimonio non fuit ſtipulatum, ſed poſteà eo ſoluto. Exceptio non numeratæ dotis, an, & quando opponi non poſſit. Dec.513. p.679

Aſſenſus Regius ex Regia generali largitione, vt pro præſtito habeatur ſuper Feudorum obligationibus, quæ pro reſtitutione dotium mulierum Neapolitanarum à maritis contrahuntur, an extendatur ab bona Feudalia Soceri, qui inſimul cum filio ad dotem Nurui reſtituendam ſe obligauit; & an ſuper bonis Soceri genero dotem promittentis, & bona ſua obligantis. Aſſenſus præſtitus ſuper venditione feudi facienda, an extentionem recipiat, vt poſſit feudum illud pignorari. Dec. 579. p.773

B

BANNA de ordine Principis emanata rerum extractionem extra dominium prohibentia, nùm perſonas comprehendat immunes, & ſic Principi non ſubiectas. Clerici an teneantur vendere frumentum iuxta prætium taxatum per Principem. Dec.222. p.316

Banna pecunię extractionem extra Regnum prohibentia nùm comprehendat exterum illum, qui extrahit pecuniam à Regno, quam ſecum deportauerat ab aliqua Ciuitate extra, non cauſa permanendi in Regno, ſed per viam tranſitus adornatum *Prag.*10. §.2. *ſub tit. de extract. ſeù aſportat. animal. aur. argen.* &c. Dec.441. p.591

Banna pro affictu Gabellarum, in qua forma promulgari debeant. Conductor rerum fiſcalium, & Vniuerſitatum ſi conductionis tempore completo, computa non reddiderit, & reliqua ſoluerit, nùm ad conductionem reiterandam admitti poſſit. Conductor antiquus in affictu rerum fiſcalium nùm nouo præferatur, ſi eandem offerat penſionem, quam nouus obtulit, & quid in locatione rerum priuatarum, & quid in locatione prædiorum Eccleſiæ. Dec.539. p.718

BANNITI, qui in Regno aliquando more militari deprædantur, aliaque atrociſſima ſic patrantes, nùm vti rebelles exiſtimandi ſint, itavt puniri poſſint ea pœna, qua plectuntur, qui in crimen læſæ Maieſtatis incidunt. Offendentes Conſiliarios Principis, an læſæ Maieſtatis rei efficiantur. Dec.416. p.544

BARO habens Priuilegium reuocandi omnes



Digitized by Google

illos vaſſallos, qui alibi ad habitandum ſe conferunt, nùm poſſit bona illorum propria authoritate occupare, dum redire recuſant, & quid ſi Ciuitas ad quam hi vaſſalli ad habitandum acceſſerunt, haberet priuilegium aggregandi, & aſſumendi in eius ciues omnes, & quoſcumque homines diſcedentes tam à Terris Domanialibus, quàm Baronalibus. Iudex an ad creditoris inſtantiam poſſit concedere familiam armatam, debitore priùs non citato. Dominus directus, nùm ex vi pacti poſſit propria authoritate rem emphyteuticam apprehendere, dum emphyteuta canonem intra tempus à iure ſtatutum non ſoluit, ſiue rem illam irrequiſito ipſo Domino, alienauit. Dec. 129. p.190

Baro an poſt latam, & lectam ſententiam foriudicationis in Tribunali M.C. contra eius Vaſſallum vinculis demùm traditum, poſſit comparere, & cauſæ remiſſionem ad ſuam Baronalem Curiam petere, & quid in cæteris cauſis criminalibus, & ciuilibus. Iudicandi conſuetudo an iuriſdictionem præbeat. Dec. 268. p.374

Baro an poſſit reuocare Vaſſallum, qui cum vxore, & familia ad alium locum domicilium ſuum tranſtulit, ſicque vt redeat ad propriam, & originariam patriam. Epiſcopus nùm poſſit ſuæ Diœceſis Præſbiteros in aliena commorantes vocare, illoſque ad reſidendum, & ſeruiendum in propriis Eccleſiis, in quibus adſcripti ſunt, cogete. Dec. 398. p.529

BENEFICIVM Eccleſiaſticum, ſi fuerit à ſummo Pontifice alicui collatum, an hic in illius poſſeſſione, ſeu quaſi capienda, impediri poſſit ab alio, qui allegaret beneficium illud eſſe de ſuo Iurepatronatus. Collatio, ſeu præſentatio vnica ſuum effectum ſortita, nùm ſat ſit ad conſtituendum quem in poſſeſſione, ſeu quaſi conferendi, vel præſentandi. Creditor an per vnicam cenſus ſolutionem à debitore ei factam, dicatur conſtitutus in poſſeſſione ſeu quaſi exigendi cenſum ad finem manutenendi. Dec. 485. p. 643

BONA Vniuerſitatis an in æſtimo illius loci, vulgò *Cataſtum* appellamus, apprætianda ſint, ſic inſtantibus exteris, qui collectas ſoluunt in eodem loco, pro bonis, quæ ibi poſſident. Collecta pro annuis cenſibus ſuper certo corpore conſtitutis, in quo loco ſoluenda eſt, quando emptor, & venditor ſunt diuerſi fori, & an ſit ſoluenda pro annuis redditibus, qui per Regiam Curiam venduntur ſuper functionibus fiſcalibus, & aliis Regiis impoſitionibus. Dec. 27. p.34

Bona committentis crimen læſæ Maieſtatis à Fiſco occupata & in alium tranſlata, nulla præcedente condemnationis ſententia, an ex indultu demùm ſuperueniente, ſint delinquenti reſtituenda. Dominium bonorum committentium crimen læſæ Maieſtatis, nùm ipſo facto cùm quis magnum hoc ſcelus patrauerit, in Fiſcum transferatur. Exequutio facta contra debitorem iuris ordine non ſeruato, an reuocetur, ſi conſtat debitum eſſe verum. Dictio *quoquo modo* quid importat. Dec. 72. p.105

Bona cum perſonis Iudæorum, qui naufragium paſſi fuère iuxta littus maris Regni Neapolitani, an intercepta dicantur, ſicque deperdita, ac ſi eſſent Turcarum. Bona Iudæorum, an, & quando deprædari, & confiſcari poſſint. Iudęorum expulſio facta de ordine Regis Catholici, & Caroli Cæſaris an de iure proceſſerit. Dec. 76. p.110

Bona Iudæorum ex naufragio ſequuto intercepta, ad quemnam ſpectent an ad Regium Fiſcum, ſiue Regni Proregem, vel potius ad magnum Regni Admiratum. Bona capta per milites in acie belli, cuius ſunt. Bona Hebræorum deprædata ad quemnam ſpectent. Dec. 77. p. 111

Bona pupilli an, & quando à tutore legitimè alienari, vel obligari poſſint, & quæ in illorum diſtractione, ſiue obligatione requirantur. Tutor pupilli ratificationem, cum fuerit perfectæ ætatis promittens, ea non ſequuta ad quid teneatur. Dec. 211. p.300

Bona Feudalia ex pacto, & prouidentia, ſiue alia fideicommiſſo ſubiecta, an propter poſſeſſoris delictum confiſcari poſſint. Fiſcus an ex perſona delinquentis, quando bona hæc confiſcari non poſſunt, quartam valeat detrahere Trebellianicam, eiuſdemque bonis frui, delinquentis vita duranre. Dec. 336. p.453

Bona hoſtium in acie belli, ſiue extra capta, an, & quando capientium fiant, vel inter milites ſint diſtribuenda, ſiue Duci belli præſtanda, & quid in bonis naufragatis. Nauis Chriſtianorum ſi inciderit in manus naualis claſſis Chriſtiani Principis, hebræorum mercibus in partibus infidelium onerata, an illius domino ſit reſtituenda, vel potius dicatur deperdita, ſicut & merces. Bona Iudæorum quando naufragium paterentur, vel pro naufragatis haberentur, an & quando illorum dominis ſint reſtituenda, & de aliis ad ornatum text *in l. cotem ferro. §. Dominus Nauis ff. de publica, & vectigal. in l. 1. C. quæ res aſport. non debeant in l. 2. C. de commerc. & merca. & in c. ſignificauit, de Iudæis.* Dec. 545. p.725

Bona propria, & hæredis, ſi quis pro obſeruantia promiſſorum obligauerit, an obligatio hæc reſpectu bonorum hæredis, de iure ſubſiſtat, ita vt mortuo obligante, perſona ad cuius fauorem fuit facta obligatio, poſſit hypothecaria actione de iuribus ſui experiri nō ſolū ſuper bonis debitoris obligatis, ſed etiam ſuper bonis propriis eius hæredis. Teſtator ſi rem hęredis alicui legauerit, nùm rei legatæ dominiū recta via in legatariū trāsferatur. Dec. 565. p.756

Capellanus

Digitized by Google

## C

CAPPELLANVS Regius Canonicus in aliqua Cathedrali, nùm pro tempore quo inſeruit Regiæ Cappellæ, poſſit ſui Canonicatus fructus percipere. Papa an, & quando cenſeatur derogare iuripatronatus laicorum, & an ſuper illo poſſit ad alicuius fauorem imponere penſionem. Dec.272. p.378

Cappellanus maior in Regno Neapolis, quam iuriſdictionem habeat. Cappellani Regij an, & quando ab ordinario cognoſci poſſint, & de pluribus ad explicationem text. *in cap. cum perſonæ de priuileg. in 6. & in cap. 1. de præſcript. eod. lib.* Dec.495. p.654

CASTELLANVS alicuius arcis, qua pœna veniat puniendus, ſi frumentum pro vſu Caſtri ibi repoſitum vendiderit ad finem illud renouandi, ſed poſtea prætium inde peruentum in vſum proprium conuertit. Peculatus pœna quænam ſit. Lata culpa an, & quando dolo æquiparetur. Cuſtos carceris qua pœna ſit afficiendus, ſi carceratus aufugerit. Duo ſi eſſent carcerum cuſtodes, quorum vnus ſine alterius ſcientia cum carcerato aufugerit, hic concuſtos an pœna aliqua puniri poſſit. Dec. 104. p.155

CASTRVM, ſiue Caſale alicuius Ciuitatis, ſi fuerit à Rege alicui conceſſum cum iuriſdictione, itavt illius ciues nullo pacto coram alio, quàm ipſius iudice conueniri poſſent, nùm demùm valeat idem Rex Ciuitati priuilegium concedere, vt illius iudex poſſit cognoſcere de omnibus cauſis tam ciuilibus, quàm criminalibus quoad omnes perſonas, omnium caſalium, etiam quod reperiantur in dominio quorumcunque Baronum. Priuilegio primo, an, & quãdo cenſeatur per ſecundum derogatum, & an, & quando regiſtratum non appareat, pro non conceſſo habeatur. Dec.467. p.622

Caſtro in feudum ſimpliciter conceſſo, nùm cenſeatur inſimul omnis iuriſdictio, & ſic merum, & mixtum imperium conceſſum, & quid ſi Caſtrum in officium concederetur, & an ad hunc effectum diſcrimen conſtituatur inter conceſſionem caſtri, & territorij. Verbum *ad poteſtatem* in conceſſione caſtri appoſitum, an iuriſdictionem, & imperium importet. Dec.468. pag.623

CESSIONARIVS in concurſu creditorum ſuper bonis Feudalibus nominis debitoris ceſſi, nùm ſit graduandus in eodem loco, in quo eſſet graduandus cedens, ſi ſuper ceſſione non fuit impetratus aſſenſus, & quid ſi fuerit poſt longum tempus obtentus, an ad ceſſionis diem retrotrahatur. Dec.9. p.12

CITATIO prima, an ſit reo conuento perſonaliter notificanda vel ſat ſit, ſi ſequatur domĩ ſolitæ habitationis. Citatio an, & quando dicatur circunducta, & eſſe illam circunductam, an ab actore allegari poſſit. Litis pendentia an per ſolam citationem legitimè factam inducatur, vel requiratur litis conteſtatio. Citatio ſola an ſat ſit ad præſcriptionem interrumpendam. Iudex an poſſit mandare, vt procedatur cum Procuratore, qui talis non eſt. Dec.224. pag.320

CIVIS allectus, nùm gaudere poſſit immunitatibus, & exemptionibus quibus ciues originarij gaudent, ſi in Ciuitate illa, in qua allectus fuit, non habitat. Filius Ciuis allecti, an gaudere poſſit eiſdem immunitatibus, quibus pater fruetur. Dec.297. p.407

CIVITAS ſi poſtquam frumenti gabellam locauit, penuria contigerit, itavt pro vſu ciuium frumentum emere cogatur, nùm Arrendatoribus pro frumento, quod emit gabellam ſoluere teneatur. Venditor hæreditatis, ſi poſt venditionem factam, reperiretur eiuſdem debitor, nùm ab emptore cogi poſſit ad ſoluendum quod debet. Dec.277. p.384

Ciuitas Neapolis nùm abſque D.Regis licentia, legatum ad ſuam Catholicam Maieſtatem mittere poſſit, & an miſſus abſque licentia ſit ab eodem D. Rege, eiuſque ſupremis Tribunalibus admittendus, & quid in Baronibus, & Regni Proceribus, an pro eorum priuatis negotiis Prorege inconſulto, oratorem ad eundem D. Regem deſtinare, & mittere valeant. Dec.500. p.661

CLERICI pro fructibus, qui naſcuntur in bonis eorum beneficiorum & patrimonialibus, nùm ius Dohanæ, ſiue aliarum Gabellarum ſoluere teneantur, & ſuppoſito quod non, an laici, qui fructus illos emunt, ſint pariter immunes. Dec.18. p.22

Clerici, aliæque perſonæ Eccleſiaſticæ, an teneantur contribuere in donatiuis Regi pro tuitione, & conſeruatione Regni elargiti, & quid vbi ageretur de conſtitutione pontium, itinerum, & cuſtodia mænium Ciuitatis. Clerici in caſibus in quibus collectari poſſunt, à quo iudice compellendi ſunt? Deciſ. 36. pag.46

Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus patri ſuo, ſiue fratri immediatus in feudo ſucceſſor, nùm per illorum mortem in illo feudo ſuccedat, dum declarauit velle in eo ſuccedere, & clericatui renunciare. Feudum ſi alienatur ſaluo aſſenſu Domini cum clauſula *nec aliter, nec alio modo*, an traditione ſequuta incidat in commiſſum. Regula Cancellariæ de publicandis reſignationibus declaratur. Reſignans beneficium ad alicuius fauorem, nùm vt dicatur illo exutus, requiratur, vt perfectè reſignatario acquiratur. Dec.94. pag.139

COLLATIO an ſicut expreſsè, ita pariter, & tacitè, & ſic ex coniecturis prohiberi poſſit. Falcidia an, & quando à Teſtatore prohibita cenſeatur.

Digitized by Google

cenſeatur. Pater Feudatarius ſi filios inæqualiter inſtituerit hæredes, nùm per hoc cenſeatur prohibita collatio prætij feudi noui, ad quam primogenitus filius omninò tenetur. Dec.534. p.712

Collecta nùm ſit à ciue eius communitati ſoluenda pro bonis, quæ poſſidet extra territorium, ſi vbi ſita ſunt, non collectantur. Collecta ſi pro bonis in alieno territorio ſitis, fuerit ſoluta in loco, vbi hic bona poſſidens eſt originarius, quia in loco vbi ſita ſunt, viuebatur per gabellas, nùm ſi hic locus vult viuere per cataſtum, poſſint inibi bona illa collectari. Collecta vbi eſt ſoluenda, ſi quis in vno loco eſt natus, & in alio habitat. Dec.387. pag.517

Compensatio debiti, & crediti inter Fiſcum, & priuatum, an, & quando locum habeat, & an ad impediendum curſum vſurarum contra Fiſcum, poſſit obiici compenſatio, quamuis debita, & credita ſint diuerſarum ſtationum. Creditor ſi quis fuerit fiſci in certa ſorte, & intereſſe illius, ſi poſtea ex aliqua cauſa in certa ſumma declaratur debitor, hæc quantitas an compenſari debeat cum ſorte à Fiſco debita, vel potius cum intereſſe. Compenſatio inter debitorem, & creditorem, an in præiudicium creditoris anterioris fieri poſſit. Intereſſe rei iudicatæ, quando à ſententia fuit reclamatum à quonam die currere incipiat, à die forſan confirmationis ſententiæ, vel potius à die ſententiæ confirmatæ. Dec.443. p.592

Compenſationis exceptio, nùm aduerſus depoſitantem ad depoſitum agentem opponi poſſit, & quid ſi depoſitum in pecunia numerata conſiſteret, & quid ſi eſſet confeſſionatum. Priuilegia depoſito conceſſa, an in depoſito confeſſionato locum habeant. Dec. 494. p.653

Concessione certæ rei à Principe alicui facta, eò addito in priuilegio *provt, & quemadmodum Prædeceſſores tui aliàs rem illam tenuerunt & poſſederunt*, ſi demùm non conſtat de prædeceſſorum poſſeſſione, nùm conceſſio illa corruat, vel vti noua diſpoſitio ſubſiſtat. Dictio relatiua *provt* quando dicatur ſtare cauſatiuè, & ſic ſimpliciter, & purè, & quando conditionaliter. Dec.11. p.14

Condvctor prædiorum Eccleſiæ, nùm pro fructibus collectis in fundo conducto, quos ad Ciuitatem introducit, teneatur in ingreſſu ſoluere gabellam, quam cæteri ciues pro fructibus ſuorum bonorum ſoluunt. Emphyteuta laicus nùm pro bonis, quæ in emphyteuſim tenet ab Eccleſia teneatur collectas ſoluere. Immunitas conceſſa Baronibus in Dohanis huius Regni pro fructibus, qui in bonis feudalibus ſunt collecti, nùm conductores comprehendat? Dec.32. p.41

Confessio ſocij criminis læſæ Maieſtatis, an indicium faciat ad torturam contra alium eiuſdem criminis ſocium. Socius criminis nùm poſſit de conſociis interrogari in crimine læſæ Maieſtatis. Depoſitio teſtis ad hoc vt ſit valida, an preciſè requiratur, vt ſit facta cum iuramento. Delictum ſi probari non poteſt, nùm ſocius criminis contra eius conſocium admittatur. Vt locus ſit pœnæ ordinariæ impoſitæ aduerſus committentes crimen læſæ Maieſtatis, an ſat ſit nudum conſilium, ſiue ſimplex tractatus, ſi hic tranctans, pœnitentia ductus, delictum conſummare noluit? Dec.42. p.55

Confeſſio in iudicio facta, an poſſit vti erronea per confitentem reuocari, ſicque illum rem aliter ſe habere probare. Eſitus in computo poſitus, an poſſit per teſtes probari. Reuocato mandato, an confeſſio in eo contenta, reuocata pariter cenſeatur. Confeſſio facta per defunctum, an poſſit per hæredem reuocari. Reus an poſſit petere terminum ad impugnandum ſcripturas ab actore compilato proceſſu præſentas. Dec.90. p.135

Confeſſio ſocij criminis læſæ Maieſtatis in tormentis emanata ac poſtea in Conſocij faciem ratificata, nùm alicuius ſit roboris & momenti, ſi hic ſocius ſic confeſſus, ad mortem demùm damnatus, pro ſuæ conſcientiæ exoneratione declarauit falsò depoſuiſſe contra denominatum. Vulneratus ſi declarauerit vulnus non fuiſſe ſibi illatum ab eo, qui pro illo delicto inquirebatur & contra quem indicia aderant ad quæſtionem inferendam ſufficientia, nùm declaratio hæc taliter proſit, vt inquiſitus torqueri non poſſit. Iudex ſi poſtquam iudicauit, declarauerit ſententiam per pecuniam protuliſſe, vel dixerit teſtis per pecuniam teſtimonium dixiſſe, nùm eis credendum ſit. Offenſus, ſi in mortis articulo declarauerit fuiſſe à Petro vulneratum, nùm inculpatio hæc contra nominatum indicium aliquod faciat. Fuga ſi poſt delictum, vel accuſationem ſequatur, nùm indicium aliquod contra fugientem faciat. Dec.44. p.58

Consangvinei, affines, & compatres inquiſiti, nùm in termino huic conceſſo ad ſe defendendum, & ad ſuam prætenſam detegendam innocentiam, in teſtes recipi poſſint, & recepti, legitimi, & integri dicantur etiam ad Fiſci teſtes repulſandum, ad ornatum text. *in l. parentes C. de teſtibus*. Dec.154. p.225

Consangvinitas ad finem vt quis conſanguineo ab inteſtato decedenti, ſuccedere poſſit, nùm probata cenſeatur ex litteris miſſiuis defuncti, in quibus perſona ſuccedere volens, frater, ſiue ſoror denominabatur. Conſanguinitas an per teſtes probari poſſit. Fraternitas quomodò probetur. Verba enunciatiua, an & quando probent, & de aliis ad ornatum text. *in l. cum epiſtolis & in l. non nudis C. de*

Digitized by Google

*de probat & in l. quidam*, *& in l.penult. ff. eod.* Et Clerico ſine legitimis ſucceſſoribus ab inteſtato defuncto, quis in eius bonis ſuccedet. Dec.34. p.44

CONSENSVS, ſiue interuentus alicuius, qui ex legis, vel hominis diſpoſitione requiritur in actu faciendo, ſi interuenit actu iam perfecto, & conſummato, & quando ipſum actum conualidat. Conſenſus Patris ſuperueniens in obligatione facta per filiumfam. cum fideiuſſione, nùm fideiuſſioni noceat. Dec.127. p.186

CONSTITVTIO Regni *Conſtitutionem diuæ memoriæ* quæ contrahentibus permittit, alienationem rei feudalis ſine Regio aſſenſu factam reuocare, nùm locum habeat quando inter Baronem, & eius Vniuerſitatem inita eſſet cõuentio, vt ſoluto prætio, reducatur Vniuerſitas ipſa ad domanium. Creditor an poſſit ſine Regio aſſenſu hypothecam, quam ſuper feudo habet, feudatario remittere; & quid in vſufructuario vſumfructum remittere volente. Memoriale porrecto pro impetratione Regij aſſenſus, an ſit locus reuocationi vigore conſtitutionis præ dictæ. Dec. 358. p.478

CONSVETVDO Ciuitatis Neapolis, quæ incipit *ſi quis vel ſi qua*, an ſicut non habet locum patre, vel matre in medio exiſtentibus, ita pariter his præmortuis, non procedat Auo, vel Auia ſuperuiuentibus, & quid vbi matrimonium eſſet contractum ad vſum Nobilium platearum Capuanæ & Nidi. Dec.331. p.445

CONTRACTVS, quem ſupponitur per vim, & metum fuiſſe initum, nùm ipſo iure nullus dicatur. Feudo vendito cum pacto de retrouendẽdo nùm aſſenſus ſuper eo cõtractu impetratus diiudicandus ſit nullus ex eo quod in ſupplicatione nulla de hoc pacto mentio facta fuit. Minor factus maior, nùm aduerſus lapſum temporis præſcripti ad regiſtrari faciendum Regium Aſſenſum, reſtitutionis in integrũ beneficio ſuccurri poſſit. Dec.21. p.27

Contractus in dubio an cenſeatur emphyteuticus, vel potius cenſiticus, & quid in Ciuitate Neapolis. Verba enunciatiua inter eaſdem partes prolata, an, & quando diſponant. Diſcrimen quodnam ſit inter contractum emphyteuticum, & cenſiticum. Dec.35. p.45

Contractus an cenſeatur validus, vel potius vſurarius, ſi quis tot ſalmas olei emerit ſibi in proxima noua recollectione conſignandas ad rationem ducatorum tot pro qualibet ſalma; Exornatur text. *in c. in Ciuitate*, *& in c. nauiganti in 2. part. extra de vſur. & in l. ſi ea lege 17. C. hoc tit.* Dec.59. p.84

Contractus venditionis an præſumatur ſimulatus ex modicitate prætij, pacto de retrouendendo poſſeſſione rei venditæ poſt contractum remanſa penes venditorem, & eiuſdem conſuetudine vſurarios contractus ſoliti facere. Pactum de retrouendendo temporale, ſi cum eo prætij modicitas concurrit, an perpetuum efficiatur pactum de retrouendendo abſque temporis præfinitione, an tempore præſcribatur. Dec.61. pag.86

Contractus, qui allegatur per vim, & metum initus, vt reſcindatur quæ concurrere debent. Metus reuerentialis an ſufficiat ad teſtamentum annullandum. Sola præſentia illius, cui debetur reuerentia abſque minis, & verberibus, an ſat ſit ad aliquem actum annullandum. Dos an, & quando conſtante matrimonio à marito vxori reſtitui poſſit. Dec.146. p.213

Contractus alienationis feudi nùm inualidus, & ob defectum Regij aſſenſus nullus ſit cenſendus, dum conditiones appoſitæ in aſſenſu à Principe præſtito cum clauſula *nec aliter*, *nec alio modo* adimpletæ non fuerunt, & an in caſu reuocationis feudum ſit vna cum fructibus venditori reſtituendum, & prętium emptori vna cum intereſſe. Clauſula *nec aliter, nec alio modo*, cuius ſit importantiæ. Dec.527. p.702

Contractus ex quibus probetur ſimulatus, & an pro tali ſit habendus, quoties detegitur in rei venditæ poſſeſſione venditorem remanſiſſe, & vbi conſtaret emptorem ad prætium ſoluendum propter eius paupertatem eſſe impotentem. Simulationis ſpecies, an ſit ſemper probanda vbi contractus ſimulatus allegatur. Titulus *C. plus valere, quod agitur, quam quid ſimulate concipitur*, an & quando in feudis locum non habeat. Dec. 529. p.704

Contractus intus carceres celebratus inter carceratum, & illum, qui eum carcerari fecit, an nullus allegari poſſit, vti metu carceris factus, ſi carceratio quæ præceſſit, iuſta extitit; Carceratus iniuſtè ſi prædium ſuum vendiderit, vt ſe à carceribus redimeret, nùm valeat demùm rem illam, quam vendidit à poſſe emptoris recuperare. Officialis, qui officio completo ſindicatui ſe expoſuit, nùm accuſari poſſit ſub prætextu quod inquiſitos in carcere compoſuit. Dec. 561. p.752

CREDITOR poſterior nùm poſſit agere hypothecaria actione ſuper re ipſi obligata, poſſeſſa à creditore anteriore, cui à communi debitore pro eius credito in ſolutum data fuit. Venditione facta ſub haſta ad inſtantiam alicuius ex creditoribus, nùm hypothecæ aliorum creditorum dicatur extinctæ. Dec.20. p.25

Creditor confitens certam pecuniæ, quantitatem ſe à debitore ſuo recepiſſe pro reſiduo

ſiduo ſui crediti, an tacitè videatur confiteri totum recepiſſe debitum, quid ſi confitetur conſequi debere centum, nùm per hoc videatur tacitè aſſentire, quod centum tantùm, & non vltra conſequi debet. Debiti appellatione an contineatur id, quod ſub conditione debetur, ita vt ſi ego Petro legauero quidquid Antonius mihi debet, cenſeatur nè ſub hoc legato relictum non ſolum id, quod Antonius purè, ſed etiam id quod in diem, vel ſub conditione debet. Dec.57. p.80

Creditor, cui in concurſu aliorum cõcreditorum, fuit liberata pecunia obuenta ex venditione bonorum communis debitoris, cum cautione de reſtituendo cui, quibus, & quando, an poſſit cogere debitorem, vt præſtet cautionem ad beneficium emptoris illorum bonorum, pro futura euictione, forſan patienda, ita vt pecunia ei liberata cum cautione, remaneat libera, provt fuit ipſi debitori ſoluta. Cautio indemnitatis, an debeat eſſe cum fideiuſſore, vel ſat eſt ſola obligatio. Creditor poſterior qui tenetur reſtituere pecuniam creditori anteriori, an illam vna cum intereſſe reſtituere teneatur. Dec.82. p.119

Creditor ad cuius inſtantiam debitoris res fuit ſubhaſta vendita ſi eidem prætium ſoluatur, an aliquid emptori promittere teneatur, & an demùm ex aliqua cauſa ſeparata à credito, pro quo facta eſt venditio, poſſit ſuper eadem re vendita iterũ recurrere. Creditor cui liberata eſt pecunia obuenta ex venditione rei ſibi obligatæ, an teneatur illam emptori reſtituere, ſi alius creditor anterior comparuit, & eandem rem euincit. Dec.121. p.178

Creditor ſi facto computo cum eius debitore, eundẽ in ampla forma liberauerit, nùm poſſit poſtea debitorẽ illum ex alia cauſa moleſtare. Creditor ſi mandauerit debitori ſuo, vt ſibi ſoluat annuam præſtationẽ talis anni, an inducta cenſeatur tacita confeſſio ſatisfactionis pro præterito, & quid ſi fuerit dictum pro reſiduo talis anni. Dec.135. p.199

Creditor anterior ex cauſa oneroſa, an poſſit auocare pecuniam conſumptam à creditore poſteriore ex cauſa lucratiua. Creditor defuncti in actione perſonali, ſed ex cauſa oneroſa, an poſſit auocare à legatariis pecuniam, quam ab hærede ex cauſa legati conſequuti ſunt. Legato ſoluto vni ex legatariis primo venienti, ſi aliud non remaneat in hæreditate, an valeant collegatarij quod ſolutum eſt legatario, qui primo venit auocare. Dec.149. p.219

Creditor an poſtquam obtinuerit in iudicio reali ſuper bonis debitoris ſui, valeat ſententiæ exequutionem deferere, & pro ſui crediti conſequutione in præiudicium aliorum creditorum ad alia bona ſibi obligata recurrere. Variatio de vno corpore ad aliud communis debitoris an, & quando ſit de iure permiſſa. Dec.137. p.252

Creditor ſi poſtquam debitorem ſuum in iudicio conuenerit, creditum alteri ceſſerit, an inſtitutum iudicium proſequi poſſit. Inſtantia an, & quando in ſucceſſorem vniuerſalem, vel particularem tranſeat. Creditum ſi fuerit alteri ceſſum, an ad inſtantiam creditoris cedentis poſſit inſtrumentum contra debitorem ceſſum incuſari. Aſſenſus Regius conceſſus ſuper obligatione bonorum feudalium pro euictione, & obſeruantia omniũ contentorum in inſtrumento obligationis, nùm ſit creditori proficuus non ſolum pro conſequutione ſortis, ſed etiam pro conſequutione tertiarũ promiſſarum, quamuis in ſupplicatione pro aſſenſu nil de promiſſione facta tertiarum dictum fuerit. Dec.290. p.400

Creditor ad cuius inſtantiam debitoris res venditur, dum prætium ab emptore recipit, quæ promittere cogitur, & ſi res illa demùm ad inſtantiam creditoris anterioris euincatur, ad quid tenetur. Poſſeſſor hypothecaria conuentus volens vti iure offerendi, an totum creditum, vel rei extimationem tantum offerre teneatur. Dec.322. p.399

Creditor an, & quando ex ſola ſcientia, quod debitor rem ſibi obligatam alienat, cenſeatur hypothecam remittere. Creditor ſi conſenſerit alienationi rei ſibi obligatæ, ob quod cenſeatur pignori renunciaſſe, nùm re illa denuo à debitore ex noua cauſa reacquiſita in primam reincidat obligationem. Mulier an, & quando poſſit renunciare hypothecæ, quam habet ſuper bonis viri, vendere rem ſuam, cum quis ob bonum publicum cogatur appretio mediante, eo facto an ſit locus deductioni ſextæ. Dec.402. pag.534

Creditor cui hypothecaria agenti ſuper re ſibi obligata, & à tertio poſſeſſa fuerit creditum ſolutum præuia ceſſione iurium aduerſus principalem debitorem, ſi demùm alij ſuperuenirent creditores anteriores, & rem illam euincerent, nùm teneatur reſtituere huic tertio poſſeſſori creditum, quod ab illo conſequutus fuit. Creditor cedens an, & quando teneatur de euictione nominis debitoris ceſſi, & quæ promittere teneatur creditor, cùm pignus vendiderit. Dec.430. p.577

Creditor ad cuius inſtantiam res debitoris ſub haſta venditur, dum ab emptore eius creditum conſequitur, nùm teneatur illi euictionem promittere, vel potius illa tantùm quatuor de quibus *in l.1.C.creditorem euict.pign. non deber.* & quid ſi facto depoſito per emptorem fuerit à iudice liberata pecunia creditoribus poſterioribus, anterioribus neglectis,

Digitized by Google

neglectis, nùm hic emptor, & poſſeſſor poſſit demùm ab anterioribus moleſtari. Dec.442. gpa. 592

Creditor habens obligata bona debitoris ſui, tàm feudalia,quàm allodialia, an,& quando pro crediti conſequutione ad ſui electionem poſſit agere, vel ſuper bonis allodialibus, vel feudalibus, & quid ſi concurſus ſe offerret creditorum, qui bona feudalia,& allodialia obligata habent,& illorùm, qui non niſi allodialia tantum hypothecata tenent. Dec. 459. p.612

Creditor poſterior an poſſit hypothecaria actione de iuribus ſuis experiri ſuper re ſibi obligata, ſi debitor rem illam creditori anteriori in ſolutum dederit, vel alteri vendiderit pro dimittendis creditoribus anterioribus, provt eos dimiſit, & quid ſi res illa venalis exponeretur, ſed poſterior hic creditor, nullum ex venditione aſſequeretur emolumentum. Meliorationes factæ per tertium poſſeſſorem, an incidant in obligationem contractam per debitorem ad fauorem ſuorum creditorum,priùs quam res obligata alteri venderetur. Dec.461. p.615

Creditor qui pignus poſſidet, tenendum donec, & quouſque creditum ei ſoluatur,nùm poſſit, à debitore cogi ad illud dimittendum dum pignoris æſtimatio eidem offertur, vel potius teneatur debitor integrum creditum, offerre, & quid ſi creditor, qui pignus poſſidet aliud haberet creditum, abſque tamen hypotheca, an ei pro hoc credito retenſio competat. Tertius poſſeſſor à creditoribus actione hypothecaria conuentus nùm vt poſſit rem, quam poſſidet penès ſe retinere, teneatur integrum creditum illis offerre, vel ſat ſit, ſi rei extimatio offeratur. Dec. 482. pagina 640

Creditor qui in inſtrumento ſui crediti pactum apponi curauit, vt in caſu, quo debitor ceſſauerit adimplere ea, ad quæ ſe obligauit, poſſet eiuſdem debitoris bona propria authoritate ingredi, & appræhendere, nùm in caſu non adimplementi valeat pactum hoc exercere contra tertium poſſeſſorem,ad quem bona obligata poſtea peruenerunt, illo priùs non citato.Familia virtute legis creditoris,*C. de pignoribus*, nùm Parte non citata concedi poſſit. Dec.567. p.759

Creditor ſiue emptor tot annuorum introïtuum cum pacto de retrouendendo, ſi illorum partem cum eodem pacto, & ceſſione iurium alicui vendiderit, qui demùm cum iurium ceſſione eandem ſummam ſibi venditam retrouendidit ceſſionario iuris luendi, quod principali debitori competebat, in concurſu ſuper bonis debitoris, quiſnàm ſit præferendus an primus creditor pro conſequutione illorum annuorum penès ipſum remanſorum, vel potiùs ceſſionarius iuris luendi pro quantitate, præuia retrouenditione ſibi ceſſa. Debitor annuorum introïtuum venditorum cum pacto de retrouendendo, ſi iſtud ius luendi alteri ceſſerit, qui poſtea vti ceſſionarius iſtius iuris ſoluit creditori, à quo iurium ceſſionem obtinuit, an hic ceſſionaris ſuper bonis debitoris, qui ius luendi ceſſerat, anterioritatem habeat non ſolum pro ſorte creditori ſoluta,ſed etiam pro annualitatibus in futurum decurrendis. Dec. 580. p.774

CRIMINIS læſæ maieſtatis an fiat reus, qui ad Terram rebellatam acceſſum habet, & an indultus declaratio, poſſit fieri in præiudicium illius, cui fuit ius quæſitum, eo priùs non citato. Dictio *tantùm* an includat expreſſum, & reliqua excludat. Conceſſio facta à Principe de aliqua re in ſeruitiorum remunerationem, an reuocari poſſit, & an,& quando dicatur in vim contractus tranſire. Dec.330. p.444

Crimen læſæ Maieſtatis, quibus modis probetur, & an probatum cenſeatur, ſi feudatarius belli tempore exiſtens cum vxore, & familia in loco tuto, ab illo exiuerit ac cum tota familia ad locum feudi, quod erat apertum, ſe tranſtulit. Alloquens ſecretò cum inimicis Domini, nùm in læſæ Maieſtatis crimen incidat. Feudatarius an poſſit feudo priuari, ſi videns inimicum Domini ſui, illum acclamauerit dicens, viuat viuat.Dec.67. p.95

D

DEBITOR ſoluens quod debet creditori ſuo, qui læſæ Maieſtatis crimine inquirebatur, ſiue eius ceſſionario, nùm rectè ſoluiſſe dicatur. Dominium bonorum committentium crimen læſæ Maieſtatis an à die patrati facinoris in Fiſcum tranſeat, vel potiùs ſententia requiratur condemnatoria. Dec.126. p.185

Debitor ceſſus, vt creditori cedenti ſoluere non poſſit, an ſat ſit, quod factæ ceſſionis habuerit notitiam, vel ex parte Ceſſionarij requiratur, vt ceſſio facta debitori ceſſo, denuncietur. Ceſſio quando dicatur facta ad commodum cedentis, & quando ad commodum ceſſionarij. Venditor vt teneatur de euictione, an ſat ſit, quod litis motæ contra emptorem habuerit notitiam. Dec. 264. pag.370

Debitor ſi eſt in mora ſoluendi, an monetæ reprobatio eius periculo cedat, quamuis pecunia, quæ erat creditori ſoluenda, ita penes illum periiſſet ſicut periit penes ipſum debitorem moroſum. Periculum pecuniæ, quod regulariter eſt debitoris, an, & quando creditoris



Digitized by Google

ditoris damno cedere poſſit. Deciſ. 474. pagina 630

Debitor ſi quis ſit alicuius ex diuerſis cauſis, ſoluendo, in quam cauſam ſoluiſſe, dicendum ſit. Cauſa grauior, ſiue durior, quænam dicatur. Dec. 475. p.631

Debitor qui ad prætium certæ rei tenetur, nùm illam creditori tradens liberetur. Venditor ex cauſa euictionis per emptorem paſſæ, ſententia mediante condemnatus ad reficiendum omne totum &c. nùm rem illam euictam emptori offerendo, & cum refectione intereſſe, ſententiæ exequutionem euitet. Fructus rei particulariter legatæ, an, & quando à die aditionis hæreditatis legatario debeantur. Legatarius an pro legato ei facto certæ, & particularis rei hypothecariam poſſit inſtituere actionem, & an teneatur reficere hæredi expenſas, quas ille erogauit pro recuperatione rei, quam teſtator legauit, & quid in marito pro expenſis factis in exactione nominum debitorum ſibi in dotem aſſignatorum. Dec. 582. pag. 778

Debitoris electio, quæ in alternatiuis conſideratur, an locum habeat in gratiis, ſeù Principum beneficiis alternatiuè alicui conceſſis, itavt concedentis debitoris, pariter ſit electio, quam gratiam velit concedere, & an regula hæc vt in alternatiuis electio ſit debitoris, procedat quando vnum tantum eſt in obligatione, & ſolutione. Dec. 353. p.472

Declaratio circa vſum, vt à procuratore fieri poſſit, an mandatum requiratur ſpecialiſſimum, & ſic in indiuiduo, & an qui declarationem facit, poſſit aliquid detrahere, & quæ concurrere debent, vt declaratio hæc in forma valida facta dicatur. Mandatum, an requiratur ſpecialiſſimum in depoſitione facienda per procuratorem ad ſic reſpondendum. Dec. 140. p.205

Decretum latum partim ex cauſa vera, partim falſa, nùm cenſeatur illud in totum nullum. Sententia plura continens capita, ſi in vno capite cauſa, quæ exprimitur eſt vera, & in alio capite falſa, an ſuſtineatur reſpectu illius capitis, quod cauſam continet veram. Feudum an pro dotario mulieri conſtituto, dicatur validè ſine aſſenſu obligatum, & quid in paragio à Fratre feudatario ſorori debito. Dec. 256. p.363

Decretum iudicis, & partis citatio, an requiratur in tranſumpto faciendo à Notario, qui originalis non fuit author, & quid ſi produceretur tranſumptum poſt longiſſimi temporis lapſum, an præſumendum ſit illud ritè, & rectè fuiſſe factum. Decretum iudicis, ſiue ſolemnitas extrinſeca, an, & quanto tempore interueniſſe præſumatur. Aſſenſus Apoſtolicus in alienatione bonorum Eccleſiæ an curſu temporis præſumatur, adhuc ſi de illo in contractu nulla mentio facta ſit. Deciſ. 312. pagina 424

Delictum grauiſſimum an municipali lege ſtatui poſſit, vt per teſtes ſingulares probetur. Princeps an poſſit ex cauſa ſtatuere, vt vni tantùm teſti credatur. Trium latronum in tormentis emanata confeſſio an plenè contra fautores, receptatores, & participes probet. Dec. 188. p.271

Domanium nùm à Vaſſallis peti poſſit ſeptem elapſis menſibus à die captæ poſſeſſionis Terræ venditæ. Dominus directus feudi, nùm in illius venditione extraneo emptori ſit præferendus. Dominus directus volens vendere directum dominium, quod habet ſuper re in emphyteuſim conceſſa, nùm teneatur requirere emphyteutam, illumque per duos menſes expectare, ſi vult emere, provt cogitur emphyteuta, quando in alium emphyteuſim, quam poſſidet, venditionis titulo transferre vult. Ius retractus quod competit agnato proximiori, quando feudum venditur, an ſimiliter competat quando illud locatur. Dec. 22. pag. 29

Domanium an à particularibus ciuibus peti poſſit, non obſtante quod Vniuerſitas ab hoc iure ſententia mediante fuerit excluſa. Ius prouocandi ad Domanium, nunquid vni de Vniuerſitate competat cæteris contradicentibus, vel non petentibus. Maior pars Vniuerſitatis, vel Collegij nùm in actibus voluntariis minori diſcrepanti præiudicet. Dec. 432. p.580

Domanium an ſit concedendum Vniuerſitati illud petenti poſt venditionem factam, & poſſeſſionem emptori traditam, ſic illud idem offerendo prætium, quod ab emptore fuit ſolutum. Vaſſalli an poſſint inuiti alienari. Vniuerſitas an ſit præferenda quando venditur iuriſdictio aliqua particularis, nimirum ciuilis, criminalis, ſecundarum cauſarum, Siclæ, Portulaniæ &c. Dec. 488. p.646

Dominium an probatum dicatur reſpectu rei, quam quis dicit poſſediſſe, & poſſidere, ſiue cuius dicit ſe eſſe dominium, cum demonſtrauerit cenſum, cui res illa eſt obnoxia per tot annos Domino cenſus ſoluiſſe. Dominium an probetur ex indiciis, & coniecturis, & an per inſtrumentum locationis. Liber cataſti an probet poſſeſſionem illorum bonorum pro illo cuius ſcriptum eſt in cataſto. Acta facta in vno iudicio, an probent in alio, quando diuerſæ ſunt perſonæ. Inuentario diſcuſſo cum vno ex creditoribus, an diſcuſſio cæteris creditoribus adhuc non citatis, nec auditis noceat. Dec. 64. p.89

Dominium in iudicio reiuindicationis, quomodo probetur. Priuilegium antiquiſſimum ſine die, & anno an aliqualem faciat probationem. Teſtes de auditu, & fama deponentes, an in antiquiſſimis Dominium probent. Alienatio

Digitized by Google

natio rei Eccleſiæ vt ſit valida quæ concurrere debeant. Eccleſia, cuius rector bona non ſeruatis ſeruandis, alienauit, an poſſit in iudicio comparere, & iudicis officium implorare ad ſibi *reintegrandam poſſeſſionem* à qua facto ſui Rectoris cecidit. Dec.88. p.132

Dominium an, & quando ex contractu cum Principe inito, ſiue ex priuilegio abſque corporali poſſeſſione in conceſſionarium transferatur. Clauſula *Conſtituti, & precarij*, ſiue aſſignatio, quæ fit per annulum Regis an vim, & efficaciam habeat veræ, & realis traditionis, & corporalis poſſeſſionis. Pragmatica ædita Thori, vt locum habeat, quæ requirantur. Dec.160. p.234

Dominium an, & quando ex ſola Principis conceſſione abſque alia traditione in conceſſionarium transferatur, & an per inſtrumentum probetur; Bona, & Eccleſiæ iura quanto tempore præſcribantur, & an eidem aduerſus quamlibet præſcriptionem, in integrum reſtitutio concedatur. Quatriennium ad in integrum reſtitutionem petendam, à quo tempore currere incipiat. Teſtes quomodo deponere debeant in probanda præſcriptione centenaria, & quomodo præſcriptio hæc centenaria dicatur legitimè probata. Dec.318. p.441

DONATIO bonorum Feudalium, ſi à patre Feudatario in capitulis matrimonialibus ſponſo filio, eiuſque ſucceſſoribus, eiuſque ſucceſſoribus ex corpore, cum ſtipularetur inſtrumentum dotale, fieri promittatur, nùm ſtipulato demùm inſtrumento firma remaneat, vel potius nullius roboris diiudicanda, ex quo poſt certum tempus ante ſtipulationem inter patrem donantem, & filium donatarium inita extitit conuentio, Regio aſſenſu roborata, vt donatio illa nullius eſſet momenti, ſi filij maſculi ex eo matrimonio non naſcerentur, ſed quod eo caſu in feudis donatis, alter ipſius donantis filius ſuccedere deberet. Facta inter duos conuentione ſuper aliqua re eo expreſſo, vt publicum ſtipularetur inſtrumentum, nùm ante ſtipulationem poſſit alter ex contrahentibus ſe pœnitere, & à conuentis recedere. Pactum de futura ſucceſſione ſuper certa re, an ſit de iure prohibitum. Dec.5. pag.7

Donatio alicui facta ex nunc pro tunc, ſequuta morte donantis, an, & quando operetur dominij tranſlationem in donatarium à die contractus initi, & an vbi ſic fuerit facta donatio, ſi donatarius donatori præmoriatur, caducetur donatio. Dec.451. p.602

Donatio quæ ob filiorum ſuperuenientium ipſo iure reuocatur nùm reconualeſcat, ſi demum liberi, qui nati ſunt, illico moriantur. Debitor ſi rem alteri obligatam cum conſenſu creditoris vendiderit, ob quod pignus remiſſum cenſeatur, an ſi poſtea eandem rem ex noua cauſa reacquiſiuerit in primam obligationem incidat. Legitimatio filiorum naturalium, an ob natiuitatem filiorum ex legitimo matrimonio ſuſceptorum, reuocetur. Dec.477. pag.633.

Donatio ſi fuerit facta à Patre filio primogenito pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, itavt in re donata fœminis prorſus excluſis, non niſi deſcendentes maſculi, ſuccedere poſſint gradus, & ætatis prærogatiua ſeruata, nùm donatarius valeat rem illam donatam in vnum ex filiis ſuis, quem ipſe eligeret, alienare. Hæres grauatus de reſtituendo hæreditatem agnationi, nùm poſſit quem velit eligere de agnatis. Proximiore de familia ad fideicommiſſum vocato, ſi plures in eodem proximitatis gradu extarent, nùm omnes admittantur. Dec.478. p.635

Donatio de re aliqua facta duobus, & cuilibet ipſorum vita eorum durante, nùm per mortem vnius, tota res donata ſuperſtiti accreſcat, vel potiùs dicatur facta in viriles. Dictio, *& cuilibet ipſorum*, an æquiparetur dictioni *inſolidum*. Ius accreſcendi an, & quando in feudis locum habeat. Dec.479. p.636

Donatio facta à filio de feudo ad beneficium matris, Regio accedente aſſenſu, an de iure ſubſiſtat, itavt mortuo demum donante, agnatus, qui in feudo illo ſucceſſurus erat, nullatenus ſit audiendus, ſi allegaret donationem in fraudem ipſius legitimi ſucceſſoris factam fuiſſe. Soror vtrinque coniuncta nata minor, nùm in ſucceſſione fratris in feudo, ſiue antiquo, ſiue nouo, conſanguineæ natæ maiori ſit præferenda. Dec.532. p.709

DONATIVVM ſi fuerit factum à Regno Domino noſtro Regi, eo expreſſo, vt nullus Baro eſſet exemptus, nullaque Vniuerſitas quocumque immunitatis priuilegio præfulgens, nùm priuilegiati in hoc donatiuo perſoluendo, ſuis immunitatibus gaudere debeant, & ſuppoſitio, quod ſit, an id, quod illi ſoluere debebant, ſi immunes non extitiſſent, cederet in onus Regni, vt tanto plus aliæ Vniuerſitates teneantur, ad hoc vt Rex integrum habeat donatiuum, vel potius cedere debeat in damnum Regiæ Curiæ. Vaſſalli Eccleſiarum, an in hoc donatiuo contribuendo cogi poſſint. Princeps an teneatur ſeruare contractum cum ſubdito ſuo celebratum. Dec.54. pag.74

DONATIVO facto ab Vniuerſitatibus Regni Domino Regi certæ pecuniæ quantitatis, ſi aliquæ ex Vniuerſitatibus eſſent omnino impotentes, ita vt ratas eis tangentes ſoluere non poſſent, an Vniuerſitates potentes ratas illas ſoluere teneantur, vel potius dicendum eſt hoc cedere in damnum Regis. Dec.161. pag.235

Donatiuo facto ab hoc Regno Domino



Digitized by Google

noſtro Regi pro vna vice tantùm, ſi aliquis ex Baronibus exemptionis priuilegio potirentur à ſolutione cuiuſcunque oneris, etiam donatiui, an cæteri qui exempti non ſunt, teneantur ſoluere ratam illam, quam alij ſoluere tenerentur, ſi exemptionis priuilegio non potirentur. Princeps ſuperiorem non recognoſcens, qui in hoc Regno feuda poſſidet, an teneatur contribuere in donatiuis, quæ à Feudatariis Domino Regi fiunt, & an ſit immunis à ſolutione adohæ; ſolutio donatiui, nùm cum ſolutione adohæ, & Releuij confundatur. Dec. 117. p. 173

Dos in pecunia viro ſoluta, nùm poſſit conſtante matrimonio vxori reſtitui, & ſi fuerit de facto reſtituta vt fundus dotalis emeretur, provt fuit emptus, illo demùm ab vxore vendito, & prætio ad virum obuento, an ſoluto matrimonio pro huius prætij recuperatione ſuper bonis viri, vxor à die matrimonij contracti, hypothecam habeat. Dote conſtante matrimonio reſtituta, ſi maritus præmoriatur, an vxor, cui dos reſtituta eſt, antefatum ſibi in capitulis matrimonialibus conſtitutum petere poſſit. Dec. 10. p. 13

E

ECclesia, an, & quando pro bonis, quæ poſſidet, à laicis ei obuentis, ad collectas teneatur Vniuerſitati, in cuius territorio ſita illa ſunt. Collectarum onus, an dicatur reale, vel potius mixtum. Dec. 227. p. 324

Eccleſia ſi reperitur feudum poſſidere, an poſſit illo priuari ſi in promptu de titulo non docet, vel potius erit dandus terminus in cauſa, & interim in ſua poſſeſſione in qua reperitur manuteneri. Verba enunciatiua à Principe prolata ſignanter fauore piæ cauſæ, an plenè probent, & de aliis ad materiam *cap. cum perſonæ de priuil. in 6.* Dec. 480. p. 637

Emphyteuta an poſſit cogere Dominum directum ad ſuum præſtandum conſenſum ſubconceſſioni partis rei emphyteuticæ, ita vt pars, quæ pœnes ipſum emphyteuta remanet, non ſit pro cenſu obligata. Emphyteuta vendens partem rei ſibi in emphyteuſim conceſſæ, Domino irrequiſito, vel ſoluens partem Canonis, an cadat à toto. Dec. 326. p. 439

Emptor feudi venditi ſubhaſta, ſi illum hypothecæ, obnoxium inuenerit, an poſſit cogere debitorem, vt eundem liberet ab obligationibus, quibus eſt obnoxius; Euictione imminente, an, & quando emptor cogatur ſoluere prætium rei emptæ. Dec. 196. p. 282

Evicta re in ſolutum data pro dote promiſſa, vel reſtituta, nùm primæua iura reuiuiſcant, ita vt poſſit mulier actione illa hypothecaria, quæ à principio ei competebat ſuper bonis ſibi per prius obligatis, recurrere, & obtinere. Dec. 293. p. 403

Euicta re in ſeruitiorum remunerationem ſubdito conceſſa, nùm Princeps concedens, de euictione teneatur. Donator, an, & quando pro rebus donatis de euictione teneatur, & quid in legato, ſi res legata fuerit euicta, an hæres teſtatoris legantis de euictione legatario teneatur. Dec. 433. p. 581

Exceptio clericatus oppoſita aduerſus illum, qui in feudo ſuccedere vult, an litis ingreſſum impediat. Exceptio litis finitæ, an litis ingreſſum impediat, vel potius ad merita cauſæ erit reſeruanda. Exceptiones quenā ſint litis ingreſſum impedientes, & quæ vti altiorem requirentes indaginem ad merita reſeruantur, & quando ad merita reſeruantur, an inſimul cum cauſa principali ſint decidendæ. Dec. 108. pag. 161

Exceptio diſcuſſionis inuentarij an poſt ſententiam condemnatoriam ab hærede opponi poſſit ad finem, vt illa exequi non poſſit. Exceptiones modificatiuæ, quæ ſententiam non impugnant; infra quantum tempus opponi poſſunt in Regno. Nullitates propoſitæ per modum exceptionis, an proponi poſſunt elapſo tempore, infra quod exceptiones modificatiuæ opponi poſſunt. Dec. 414. p. 552

Exceptio hoſtica, de qua in conſtitutione Regni *hoſtici exceptionem*, an poſſit opponi poſt concluſum in cauſa, & an conſtitutio hæc procedat quando conuentus, qui exceptionem opponit hoſticam, procuratorem in cauſa conſtituerat, & an opponi poſſit contra mulierem pro dote agentem. Item contra Eccleſiam. Miles qui hoſticam oppoſuit exceptionem, nùm alios in ius vocare poſſit. Author laudatus, ſi fuerit miles, an poſſit hoſticam opponere exceptionem. Dec. 393. p. 518

Exceptio hoſtica oppoſita ab authore laudato, an ſicut differt iudicium inter ipſum, & rei emptorem; ita pariter differre debeat iudicium à tertio contra emptorem motum. Statuto exiſtente, vt inter coniunctos lis compromittatur ſi inter authorem laudatum à reo cõuento, & actorem, adſit ſanguinis coniunctio, nùm poſſit author ipſe laudatus petere, vt ſuper lite mota per actorem eius conſanguineum, fiat compromiſſum. Dilatio quinquennalis à Principe debitori conceſſa, nùm eius fideiuſſioni proſit. Dec. 406. p. 540

Exceptioni hoſticæ, an cum iuramento renunciari poſſit, ita vt ſi miles conueniretur, hanc non poſſit opponere exceptionem, dum illi cum iuramento renunciauit. Exceptio hoſtica an ob publicam, vel potius priuatam vtilitatem ſit introducta. Miles an aduerſus ſententiam contra ſe latam poſſit in integrum reſtitutionem petere, ſi per procuratorem fuit defenſus. Dec. 483. p. 641

Exceptio non numeratæ dotis, an poſſit opponi à creditoribus viri aduerſus mulierem



Digitized by Google

pro dotis aſſecuratione, vel reſtitutione agentem, ſi vir in inſtrumento, in quo dotem recepiſſe confeſſus fuit, huic exceptioni renunciauit. Confeſſio mariti dotem recepiſſe, an, & quando, & in quibus caſibus eius creditoribus præiudicium inferat. Dec.370. p.494

Exceptio Pragmaticæ Sanctionis æditæ Thori, an poſſit opponi in quacunque parte iudicij. Sententia ſi ex duabus cauſis reperiatur lata, vna nimirum falſa, & alia vera, an ſuſtineri poſſit ex cauſa vera, nec aliter illam vitiari ex cauſa falſi. Oppoſita à reo exceptione Pragmaticæ Sanctionis æditæ Thori, nùm valeat illius Procurator abſque ſpeciali mandato conſenſum præſtare, vt procedatur ad vlteriora in cauſa. Prorex Regni huius an diſpenſandi facultatem habeat ſuper pragmatica prædicta. Procurator an poſsit præſtare conſenſum, vt expediatur cauſa ſine termino. Exceptio anomola an poſsit opponi in quacunque parte iudicij. Exceptio quando dicatur reiecta per progreſſum ad vlteriora. Dec. 31. pag.39

Exceptio Regiæ Pragmaticæ æditæ Thori, an inſimul cum exceptione notorij defectus iuris agendi, opponi poſſi, tita vt impediat litis ingreſſum. Reſcriptum Principis an tranſeat in ſingularem ſucceſſorem illius, ad cuius beneficium fuit emanatum. Succeſſio feudi in linea collaterali, vſque ad quem gradum extendatur, tam attento iure communi feudorum, quàm Conſtit. Regn. *vt de ſucceſſionibus*. Dec. 334. p.449

Exceptio periurij an contra hæredem agentem opponi poſſit, & an periurium in quod defunctus incidit, noceat hæredi. Abſolutio à iuramento ad finem agendi, an hæredi iurantis neceſſaria ſit. Periurus effectus ex quo egit, non obtenta prius abſolutione à iuramento, ſi demùm abſolutionem obtinuerit, nùm valeat de nouo agere. Partis citatio an ſit neceſſaria in obtinenda abſolutione à iuramento. Dec.238. p.342

Exceptio rei iudicatæ in iudicio inſtituto in actione perſonali, an, & quando opponi poſſit aduerſus agentem actione reali. Exceptio rei iudicatæ, vt legitimè opponi poſſit, quæ copulatiuè requirantur. Fiſcus an vt hæres, vel potius iure dominico in feudo ſuccedat feudatarij linea finita, vel illo in Dominum delinquente. Dec.392. p.523

Exceptio rei iudicatæ in iudicio poſſeſſorio, an in iudicio proprietatis opponi poſſit. Succumbens in iudicio actionis realis, quem inſtituit, an demùm actione perſonali agere valeat, & è contra. Decretum iudicis in poſſeſſorio latum, an ſat ſit pro titulo, vt lite pendente ſit, quis manutenendus in poſſeſſione etiam earum rerum, quæ ſine titulo poſſideri non poſſunt. Feudi poſſeſſorio an poſſit exiſtere penès illum, qui eſt incapax ſucceſſionis, & dominij rerum feudalium. Dec.449. p.600

Exceptio ſolutionis, nùm poſt ſententiam ad illius exequutionem impediendam opponi poſſit, & quiſnam terminus ſic excipienti erit concedendus, cum allegetur ſolutionem poſt latam ſententiam fuiſſe factam, & quid ſi eſſent tres ſententiæ conformes. Exceptio nullitatis, an trium ſententiarum conformium exequutionem impediat. Debitor ſi poſt latam ſententiam condemnationem ſoluerit creditori creditoris ſui, an ſententiæ exequutionem impedire poſſit. Exceptio modificatiua aduerſus ſententiam infra quantum tempus opponi poſſit, & an eo elapſo, opponi poſſit exceptio nullitatis. Dec. 147. p.215

EXEQVVTIO pro debito feudatarij in actione perſonali, nùm in ſubſidium, bonis allodialibus non exiſtentibus ſuper feudo fieri poſſit. Alimenta nùm ſint feudatario ex fructibus feudi præſtanda, quamuis bona pro ære alieno ſatisfaciendo, non ſufficiant. Dec.503. pag.666

EXIMENS à manu officialium intercepta, qua pœna veniat puniendus, & quid in eximente carceratum à poſſe familiæ. Eximens aliquem à carceribus pro debito ciuili detentum, ſi demùm illum exhibuerit, an ad aliquid creditoribus teneatur. Dec.383. p.513

EXTRACTIO frumenti, ſiue *tracta* à Regia Curia extra Regnum pro certo loco, & prætio alicui conceſſa, nùm à conceſſionario alteri cariori prætio, & pro alio loco quam deſtinato vendi poſſit. Dec.17. p.22

F

FALSI criminis ſi quis fuerit reus, nùm de ſociis qui falſitati interfuerunt, interrogari poſſit. Inquiſiti de falſo nùm ad veritatem eruendam torqueri valeant, & an vt puniri poſſint, ſola ſat ſint indicia, vel potius concludentes requirantur probationes. Notarius ſi faxus ſit, ſe falſum inſtrumentum fabricaſſe, nùm inſtrumento præiudicet. Dec.6. pag.9

Falſi crimen an ſit amouere bullas regias à panno bullato, illaſque in panno non bullato apponere. Moneta falſa ſi fuerit reperta penès aliquem, nùm præſumendum ſit ab ipſo fuiſſe fabricatam; Res furtiua ſi penes aliquem inuenitur, an contra eundem indicium faciat ad torturam, vt præſumendum ſit ab ipſo fuiſſe furto ſubtractam. Dec.207. p.295

FALSITATIS litteras regias, an pœna mortis puniri poſſit. Statutum loquens de pœna corporali an de morte naturali, vel potius ciuili intelligendum ſit. Delicti reiteratio an, & quando pœnam aggrauet. Dec.302. pag.413



Digitized by Google

Fama publica contra inquiſitum exorta, & probata, an, & quando ſufficiens ſit indicium ad torturam ei inferendam. Iudex qui ſine probabilibus indiciis reum torturæ ſubiicit, qua pœna puniatur. Confeſſio facta in tortura, nullis legitimis præcedentibus indiciis, ſi à torto fuerit demùm ratificata, an pro valida ſit habenda. Dec.365. p.487

Familiares Epiſcopi qui dicantur ad finem vt priuilegiis, & exemptionibus Epiſcoporum familiæ tributis potiri poſſint. Colonus partiarius Clerici, an pro portione ſua teneatur laico Gabellam ſoluere. Emptor fructuum, qui naſcuntur in prædiis Eccleſiæ, an in ingreſſu Ciuitatis pro illis gabellam ſoluere teneatur. Dec.192. p.277

Fatalia an currant in reclamationibus interpoſitis à decretis diffinitiuis Regiæ Cameræ Summariæ, & à quo tempore, & an in Tribunali S. C. ſi fatalia fuerint elapſa, poſſit cauſa ex eiſdem actis reuideri. Appellatione, ſiue reclamatione deſerta, ſi pars, quæ ſententiam obtinuit fauorabilem de deſertione non oppoſuit, an iudex poſſit ad cauſæ appellationis, ſiue reclamationis expeditionem procedere. Dec. 178. p.257

Fatalia vt non currant appellatione, ſiue reclamatione interpoſita, an opus ſit, vt qui appellauit, ſiue reclamauit, proteſtetur, vt cauſa expediatur. Fatalia ſi fuerint elapſa, nùm iudex poſſit ſuper interpoſita appellatione, ſiue reclamatione pronunciare, dum qui ſentētiam obtinuit fauorabilem, appellationem, ſiue reclamationem deſertam eſſe non allegauerit. Dec.535. p.713

Fatalia an currant in Conſiſtorio Principis, & ſic in Collaterali Conſilio. Inſtantia an perimat in S. C. & in Regia Camera Regni Neapolitani. Appellatum ſi fuerit à breuitate termini conceſſi, ſi decretum confirmatum fuerit, an denuo terminus currere debeat à principio, vel potius aſſerendum illum cucurriſſe. Fatalia non cucuriſſe, an in dubio ſit iudicandum. Dec.578. p.771

Foeminæ an comprehendantur ſub diſpoſitione text. *in l. quiſquis §. filiis C. ad l. Iuliam Maieſt.* Maſculinum in pœnalibus, an fœmininum concipiat. Dec.350. p.468

Fevdatario defuncto pluribus ſibi ſuperſtitibus filiis, quorum primogenitus foriudicatus reperitur, an Fiſcus ex perſona foriudicati feudum capiat. Feudatarius ſi propter aliquod graue delictum fuerit foriudicatus, an cenſeatur feudo priuatus, ſicque illud ad Fiſcum deuolutum, vel potius agnati in eo ſuccedant, & de pluribus ad ornatum *Conſt. Regn. ob filiorum culpas*, *Conſt. Foriudicatorum bona*, & *Conſt. ſi quando.* Deciſ. 143. pag.208

Feudatario ſine legitimo ſucceſſore decedente an fiat locus diſpoſitioni *c. ex præſumptuoſe*, etiam reſpectu illorum feudorum, quæ defunctus in vita, quamuis nulliter alienauit. Frater patruelis, an in feudo antiquo ſuccedat ſorori patrueli. Dec.315. p.427

Feudatarius, ſi ob aliquod patratum crimen fuerit contumax declaratus, nùm Fiſco inſtante ante anni lapſum poſſit in hoc Regno feudi poſſeſſione priuari, & quid ſi anno elapſo, declaratus fuerit ſententia mediante foriudicatus. Barone contumace declarato, nùm eius Iuriſdictio ſuſpendi poſſit. Iuriſdictio nùm poſſit ſequeſtrari ad inſtantiam creditoris feudatarij, ſi ſuper credito domini aſſenſus impetratus non fuit. Dec.51. p.69

Feudatarius ſi ob prætenſam rebellionem fuerit bonis ſuis priuatus, & ſententia mediante poſt eius comparitionem declaratum extiterit non in rebellionem, ſed in felloniam tantùm incidiſſe, ac proinde ordinatum bona allodialia ei reſtituenda, nùm Fiſcus cum bonis illis teneatur inſimul reſtituere fructus, quos inquiſitione pendente ex bonis illis percepit. Locupletior vt quis dicatur factus ex fructibus, quos percepit, quomodo probetur. Iuſtam habens litigandi cauſam, ſi fuerit condemnatus ad fundum relaxandum, nùm ad fructuum perceptorum reſtitutionem teneatur. Obtinens in poſſeſſorio, ac demùm in petitorio ſuccumbens nùm ad fructuum perceptorum reſtitutionem cogi poſſit. Petita re cum fructibus, ſi iudex condemnans reum ad petitam relaxandam nihil ſuper fructibus pronunciauerit, nùm reus cenſeatur ab illorum petitione abſolutus. Dec.55. p.76

Feudatarius ſi legitimum habens in feudo ſucceſſorem gratiam à Principe obtinuerit de feudo diſponendi in certam perſonam quæ alias de iure ſuccedere non poſſet, ſi priuſquam facultate illa vteretur, legitimus ſucceſſor è viuis deceſſerit, nùm valeat poſtea ea vti. Legitimatio facta à Patre in perſonam filij naturalis, an per ſuperuenientiam filiorum legitimorum, & naturalium reuocetur. Dec.407. pag.541

Feudatarius ſub prætextu quod feudum non eſt in fructu, an poſſit prætendere, ipſum ad ſeruitium Domino præſtandum non teneri, & an poſſit Domino inuito feudum renunciare. Empyhteuta ſi propter bellum nullos ex re ſibi in emphyteuſim conceſſa fructus percepit, an ad canonem ſoluendum cogi poſſit. Dec.501. p.663

Feudatarius ſi facultatem à Domino obtinuerit diſponendi de feudo ad beneficium illius, qui tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato in bonis allodialibus ſuccedere poteſt, facto teſtamento illoque ſibi nominato hærede, qui alias in bonis allodialibus ab inteſtato ſucceſſurus erat, nùm hoc caducato teſtamento,

quia

Digitized by Google

quia hæres ſcriptus teſtatori præmortuus eſt, alioque non condito, ſequens in gradu ab inteſtato veniens, in hoc feudo ſuccedere poſſit. Facultas conceſſa alicui teſtandi de feudo ad beneficium alicuius ſibi bene viſi, an ad vnum dumtaxat teſtamentum cohar&tata cenſeatur. Nominandi aliquem in Officio facultatem habens, eo defuncto nulla facta nominatione, núm officium illud ad hæredes ab inteſtato ſpectet. Dec.520. p.690

Feudi venditor ſi ante contractum corpus aliquod, quod eſt de feudo ipſo diſtraxerit, emptore hoc prorſus ignorante, núm teneatur ad refectionem corporis diſtracti. Emptor quando cenſeatur emere ius tantum, quod Venditor habet in re, & de pluribus ad ornatum tex. *in l. qui tabernam ff. de contrah. empt. in l. ſi domus in fine, ff. de legat. primo & in l. Titio cùm morietur ff. de vſufruct.* Dec.63. pag.88

Feudi noui prætium, quod in Regno ex conſuetudine iudicandi venit conferendum inter omnes defuncti feudatarij filios, & hæredes vniuerſales, an ſit pariter conferendum, quando Pater, qui feudum emit, filium primogenitum in illo hæredem inſtituit, ſecundogenitos verò in allodio. Collatio, Falcidia, & Trebellianica an, & quando ex conjecturis prohibitæ cenſeantur. Deciſio 100. pagina 148

Feudi alienatio, núm reuocari poſſit vigore Conſtitutionis Regni, *Conſtitutionem diuæ memoriæ*. vbi facta feudi alienatione fuerit porrectum memoriale pro aſſenſu, nulla tamen decretatione ſequuta, quæ aſſenſus conceſſionem importaret, ſed quid aliud prouiſum, provt iuſtum, & expediens concedenti videri ſolet. Deciſ. 291. pag.401

Feudi ſucceſſio an ſit deneganda agnato propter ſtuprum commiſſum in perſonam defunctæ feudatariæ. Succeſſorio ædicto an fiat locus vbi immediatus in feudo ſucceſſor propter delictum ſuccedere non poteſt, vel potius feudum ad Fiſcum deuoluitur, & quid in ſucceſſore bonorum allodialium. Dec.519. p.688

Feudo à Rege alicui conceſſo, cum primum illud ad Regiam Curiam deuoluatur, ſi contigerit à poſſeſſore illud vendi domini accedente conſenſu, núm venditio hæc in præiudicium illius, qui expectatiuam obtinuerat de iure ſubſiſtat. Text. *in l. quoties C. de reiuindicat.* an in feudis locum habeat, & quid in emphyteuſi, quid in locatione, quid in beneficialibus, quid in donatione, vel venditione facta Eccleſiæ, quid ſi in prima venditione fuit apposita clauſula conſtituti, vel res, quæ vendebatur pro contractus obſeruantia, eſſet hypothecæ ſubmiſſa. Deciſ. 73. pagina 106

Feudo vendito, ſi aliquod corpus feudale fuerit euictum, núm contractus in totum corruat, vel potius aget emptor pro euictione corporis euicti. Aſſenſus Regius, qui à Dominis Regni Proregibus concedi non poteſt ſuper venditione Terræ titulo decoratæ, an ab illis præſtari poſſit; ſi venditur abſque titulo. Deciſ. 304. pag.415

Feudo à Rege alicui conceſſo cum mæro, & mixto imperio & cum iuribus, & pertinentiis ſuis, & provt tenebat prædeceſſor feudatarius, per cuius mortem fuit feudum illud ad Regiam Curiam deuolutum, ſi hic regalia aliqua in eo feudo poſſederat, an in hac feudi conceſſione compræhendantur. Priuilegium magno Domino vti alicuius Feudi poſſeſſori à Rege conceſſum, núm tranſeat in ſingularem illius feudi ſucceſſorem, inferioris tamen conditionis. Dec.344. p.461

Feudo legato ſine Regio aſſenſu, an debeatur extimatio. Sententia ſi plura continet capita vnum liquidum, aliud verò illiquidum, núm reſpectu capitis liquidi exequi poſſit, alterius illiquidi non expectata liquidatione. Retentio an ſit permiſſa non ſolùm reſpectu rei, quæ petitur pro eodem debito, ſed etiam pro alio, pro quo res illa non eſt hypothecata. Dec.359. pag.480

Feudo vendito ſi ex aliqua cauſa poſſet Fiſcus poſt mortem venditoris præcedere, venditionem illam nullam declarari facere, ſicque ad Dominum feudum illud ſpectare, núm valeat emptor venditoris morte non expectata Fiſcum in ius vocare, ſicque inſtare, vt declaretur venditionem fuiſſe, & eſſe validam. Creditor in diem certum, núm poſſit debitorem ſuum in ius vocare, vt die adueniente ſibi ſoluat. Creditor in diem certum núm poſſit debitorem ſuum in ius vocare, vt die adueniente ſibi ſoluat, & quid in creditore annuorum introituum, an valeat ille debitorem ſuum condemnari facere, vt ſoluat quod debet pro præterito, & correſpondeat in futurum, & quid in fideicommiſſario, an poſſit in iudicio comparere, vt declaretur bona fideicommiſſo ſubiecta poſt poſſeſſoris mortem ad ſe ſpectare. Clauſula *feudi natura in aliquo non mutata* cuius ſit importantiæ. Deciſ.577. pagina 770

Feudum ſi immediatè, & in capite à Regia Curia tenetur, núm Rex mandare

poſſit, vt teneatur à Barone, ita vt cogatur feudatarius Baronem illum in immediatum Dominum recognoſcere, ac eidem adhoare, & releuium, ſoluere. Priuilegium alicui conceſſum an, & quando per non vſum amittatur ad ornatum text. *in l. 1. ff. de nundinis & Pragmatica Sanctionis edita Thori.* Terra domanialis an inuitis vaſſallis alienari poſſit. Deciſio 19. pagina 23.

Feudum ſi fuerit auo poſt eius mortem nepoti ex filio primogenito refutatum caſu contingente, quod refutatarius in perduellionis crimen incideret, mortuo demùm refutante, an Fiſco aperiatur, vel potius in illo ſuccedat agnatus proximior, & qui legitimus eſſet ſucceſſor, ſi nepos donatarius in medium non extaret. Feudo alicui conceſſo cum hoc, vt poſt illius mortem ſuccedat agnatus proximior, nùm per mortem ciuilem conceſſionarij, ſucceſſioni fiat locus. Refutatio facta de feudo à patre filio poſt tamen eius mortem, nùm euaneſcat, ſi demùm contigerit refutantem in crimen læſæ maieſtatis incidere. Deciſ.56. pagina 77

Feudum cuinam aperiatur defuncto feudatario ſine legitimo ſucceſſore, Regiæ Curiæ vti quaternatum, vel potius Baroni, in cuius territorio ſitum reperiebatur vti planum, & de tabula. Feudum quaternatum an curſu temporis poſſit effici planum, & de tabula. Res allodialis, ſi tanquam feudalis per annos triginta permanſerit, an cenſeatur ſuam mutaſſe naturam, itavt feudalis effecta dicatur. Dec.60. p.85

Feudum, quod immediatè, & in capite tenetur à Barone cuinam ſit deuoluendum Regiæ Curiæ, vel potius Baroni immediato Domino, ſi contigerit Feudatarium in crimen læſæ Maieſtatis incidere. Feudum cum iuriſdictione, & vaſſallis à capite Baroniæ ſeparatum, ſicque à Barone alteri ſubinfeudatum, nùm in Regno planum, & de tabula cenſeri poſſit ad inſtar illorum ſubfeudorum, quæ in capite à Barone tenetur, vel potius quaternatum ſecundum quid, & dum de inueſtitura non conſtat, an illa facta præſumatur pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, vel potius pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus. Dec.69. pag.99

Feudum defuncto feudatario, an poſſit penès Fiſcum eo inſtante ſequeſtrari ex diſpoſitione *c. ex præſumptuosè*, ſi legitimus ſucceſſor ex aliqua cauſa, ad illius ſucceſſionem non poteſt claro, & aperto iure venire. Exceptio dominij in promptu probanda, nùm in interdicto recuperandæ poſſeſſionis admitti poſſit. Reconuentio an in iudicio ſummario admittatur. Dotata de bonis illius, de cuius ſucceſſione agitur, an à feudi ſucceſſione per Fiſcum excludatur. Dec.103. p.154

Feudo vendito cum pacto de retrouendendo, ſi contigerit venditorem in perduellonis crimen incidere, actio illa feudum recuperandi vigore pacti de retrouendendo, an ſit feudalis, vel potius burgenſatica ad finem vt creditores vendentis aſſenſu carentes, poſſint ſuper illa eorum creditum conſequi. Pactum de retrouendẽdo feudum, nùm ſine aſſenſu remitti poſſit. Conſtitutio *vt de ſucceſſionibus*, an procedat in ſucceſſione actionis ad feudum conſequendum text. *in cap. 1. §. Titulus ſi de feudo defuncti, &c.* an locum habeat in ceſſione iuris luendi feudum. Dec.116. p.172

Feudum quod ab alio poſſidetur, nùm à Rege alteri concedi poſſit, cum primùm ad Regiam Curiam ſit reuerſurum, & an, & quando ex hac conceſſione dominium in conceſſionarium transferatur. Priuilegium primum, an, & quando per ſecundum reuocatum cenſeatur. Gratia pro ſui ſubſtantia, & perfectione, an ſcripturam requirat, & an reuocari poſſit, ſi fuerit iuramento munita. Frater in feudi acquiſitione, an poſſit pro fratre ſtipulari. Frater ſiue ex vtroque ſiue ex altero tantum latere coniunctus, an fratri in feudo ſuccedat, data inueſtitura pro ſe, & hæredibus ſimpliciter. Dec.184. p.265

Feudum ſine titulo poſſidens, ſi illo ſpoliaretur, an eidem competat interdictum recuperandæ. Text. *in cap. cùm perſonæ de priuileg. in 6.* an locum habeat in poſſeſſorio, dato termino ſummario. Titulus coloratus quis dicatur ad finem, vt qui illo potitur, lite pendente ſit manutenendus in poſſeſſione, in qua reperitur. Dec. 251. pag.358

Feudum, quod longo tempore fuit à poſſeſſoribus tentùm pro burgenſatico, nùm per hoc naturam mutaſſe cenſeatur. Feudalis qualitas an ex adohæ, & releuij ſolutione probetur. Diſpoſitio *cap. ex præſumptuosè*, an ceſſet, ſi Fiſcus infra annum mortis Feudatarij non comparuit, ſed poſtea eo elapſo. Anni tempus conceſſum hæredi defuncti feudatarij ad nouam petendam inueſtituram, à quo die currere incipiat. Dec.280. p.387

Feudum titulo aliquo decoratum, ſi à feudatario Regio accedente aſſenſu fuerit alicui legatum, nulla tamen nec in legato, nec in ſupplicatione pro aſſenſu de titulo facta mentione,

Digitized by Google

mentione, an in legatarium feudum hoc tranſeat cum titulo, & de prærogatiuis, quas feudatarij Titulati retinent poſt refutationem feudorum titulo decoratorum filiis primogenitis factam. Deciſio 303. pagina 414

Feudum ſi fuerit à patre filio ſuo primogenito donatum, ea tamen lege, vt donatario abſque filiis maſculis moriente, ſuccedere debeant alij deſcendentes maſculi ipſius patris donantis, fœminis ſemper excluſis, nùm deficientibus maſculis omnibus, fœminæ ſuccedere poſſint. Nepos ex ſorore, an in feudi ſucceſſione, patruum defuncti feudatarij excludat. Clauſula in aſſenſu apposita *quoad expreſſa tantùm, quid importet.* Dec.305. p.416

Feudum ſi fuerit alicui conceſſum non addito, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, an ad vitam conceſſam cenſeatur. Confirmatio priuilegij an, & quando ex certa Principis ſcientia vel potius in forma communi facta dicatur. Legatum annuum alicui relictum, ſiue conceſſio annua alicui facta, an ad hæredis legatarij, ſiue conceſſionarij tranſeat, vbi de illis mentio facta non fuit. Dec.337. p.453

Feudum in Regno, an in dubio dicatur quaternatum, quamuis in Quinternionibus Regiæ Cameræ deſcriptum non reperiatur, nec pro eo adoha Regiæ Curiæ ſoluta, dùm conſtat non teneri à Barone, vt dici poſſit planum, & de tabula. Rem eſſe feudalem an, & quando ex feudatarij confeſſione probetur. Dec.399. pag.530.

Feudum ſi quis à Domino emerit eo pacto, vt ſi abſque liberis mori contigerit, poſſet in feudo illo verbo, vel in ſcriptis ſibi nominare hæredem, mortuo demùm feudatario abſque liberis, & ab inteſtato nulla nec in vita, nec in morte nominatione facta, an in feudo prædicto legitimus bonorum allodialium ab inteſtato hæres ſuccedere poſſit. Poteſtas nominandi hæredem in feudo, vel in officio, an ad hæredem tranſeat. Dec.411. p.548

Feudum, ſiue Caſtrum ſi fuerit à Rege alicui conceſſum cum gabellis, an ſub hac conceſſione comprehendatur gabella, quam Rex concedens generaliter de nouo impoſuit. Caſtro vendito, vel conceſſo cum omnibus Iuribus, & pertinentiis ſuis, nùm ſub hac venditione, ſiue conceſſione veniant non ſolùm illa, quæ Rex vt Baro in Caſtro illo tenebat, & poſſidebat, ſed etiam illa, quæ Regi, vti Regi competebant. Rex an poſſit in ſucceſſorum præiudicium regalia alteri concedere. Dec.537. p.715

Feudum an dicatur antiquum, vel potius nouum ad finem videndi quomodò taxari debeat, an ſecundum taxam nouam, vel potius provt taxatum reperiebatur, ſi contendentibus Fiſco pro deuolutione ob lineam finitam vltimi poſſeſſoris feudatarij, & illo qui in feudo legitimum eſſe ſucceſſorem allegabat, fuit quæſtio tranſactione finita, ſic certa pecuniæ quantitate fiſco ſoluta. Dec.562. pagina 753

FIDEIVSSOREM præſtare ſi quis tenetur, an ad iuratoriam cautionem admitti poſſit, ſi illum inuenire non poteſt, & quid in vſufructuario, qui tenetur proprietario cauere de benè vtendo, & fruendo. Debitoris re ſub haſta vendita, ſi emptor illam creditoribus anterioribus obnoxiam reperierit, ad quid debitor teneatur. Deciſio 208. pag.296

Fideiuſſor an, & quando antequam ſoluat, poſſit principalem cogere, vt ipſum à fideiuſſionis nexu liberet. Fideiuſſor datus pro euictione, ſi diù ſtetit in obligatione nùm priuſquàm res euincatur, agere poſſit contra rei venditorem, vt eum eximat ab obligatione, & quid in obligatione ſub conditione vel in diem contracta, ſiue in fideiuſſione præſtita ex cauſa tutelæ. Correus debendi an ad inſtar fideiuſſoris poſſit agere contra correos, vt eum liberent ab obligatione. Dictio *diù* quodnàm tempus importet. Dec. 499. pag.660

FILIA à patris ſucceſſione excluſa propter dotem receptam an in taxanda legitima, ſeu vita ex militia aliorum filiorum ſit inter filios connumeranda, & vt vulgò dicimus partem faciat, quamuis ad partem non admittatur. Et quid in filio deportato iuſtè exhæredato, vel Franciſcanam Religionem ingreſſo, ſiue in eo qui nihilo recepto renunciauit. Vita, & militia quomodò taxetur, & an debeatur vnà cum intereſſe. Paragium an ſit præſtandum in pecunia, vel potiùs in corporibus, & ad quam ſummam aſcendere poſſit. Dec.1. p.1

Filia ſpuria alicuius Proceris, ſiue magnati Neapolitani extra Ciuitatem orta, viro extero nupta, nùm pro recuperatione dotium ſuper bonis feudalibus viri potiri poſſit aſſenſu Regio, de quo in gratiis mulieribus Neapolitanis conceſſis. Baſtardi an generis nobilitate gaudeant. Deciſio 4. pagina 6

Filia fœmina alicuius rebellis, nùm in Ciuitate Neapolis poſſit petere legitimam ſuper antefato per eius matrem lucrato, provt illam ex iuris diſpoſitione conſequitur ſuper bonis à patre ante rebellionem vxori ſuæ donatis Dec.23. p.30

Filia adhuc impubes, ſi nuptui à patre tradatur, bonis feudalibus Regio accedente aſſenſu ei in dotem datis, mortuo demùm patre, matri



Digitized by Google

matrimonio adhuc non cõſummato, an in feudis dicatur ſucceſſiſſe per mortem patris, vel potius ea ex titulo dotis acquiſiuiſſe, & hoc ad dignoſcendum an feuda illa in perſonam ipſius filij, cenſeatur noua, vel antiqua. Conſtitutio Regni vt de ſucceſſionibus, quæ à bonorum feudalium ſucceſſione coniugatam, & dotatam excludit, an locum habeat in ea filia, quæ matrimonium per verba de præſenti tantùm contraxit non aliter carnali copula tempore mortis patris ſubſequuta. Deciſ.158. pag.230

Filia à patre dotata minus legitima portione, nùm eo mortuo poſſit congruæ dotationis petere ſupplementum, vel potius contenta eſſe debet de dote in vita patris accepta. Frater an, & quando cogatur ſororem nuptui tradere, eique portionem virilem in dotem aſſignare. Dec.275. p.382

Filia à patre dotata, ſi nuptiarum tempore, vt moris eſt, ampliſſimè eidem renunciauerit, an, & quando ſub prætextu enormiſſimæ læſionis aduerſus renunciationem, quamuis iuratam omnique ſolemnitate vallatam venire poſſit. Dec.444. p.594

Filiæ familiæ nuptæ an proſint patri ad obtinendam immunitatem à mulieribus patrimonialibus ex diſpoſitione text. *in l. ſi quis decurio C. de decurion. lib.*10. & quid in filiis emancipatis, Religionem ingreſſis, & naturalibus, & de pluribus notabilibus ad ornatum, & declarationem text. *in l. fin. C. his qui num. lib. ſe excuſ. lib.*10. Deciſ. 161. pagina 367

Filii rebellis, ſi à Principe fuerint habilitati ad ſuccedendum in bonis maternis, an cenſeatur pariter habilitati ad ſuccedendum in antefato, quod eorum mater propter patris mortem lucrata fuit. Taciturnitas an, & quando præiudicet, & an tacens cenſeatur conſentire, ſi conſentiendo non poteſt actum impedire. Dec.93. p.139

Filij Præſidentium, ac Rationalium Regiæ Cameræ an ſint immunes à iure ſigilli, ſicut ipſi Præſidentes, & Rationales exempti ſunt. Immunitatis priuilegium patri conceſſum, an, & quando ad filios tranſeat. Nobilitas à filio acquiſita, an ad patrem porrigatur, itavt in genere pœnæ vti nobilis ſit puniendus. Dec. 395. p.516

Filius naturalis ad feudorum ſucceſſionem à Principe legitimatus, an capax ſit ſucceſſionis feudi à patre acquiſiti pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, & quid in filio legitimato per ſubſequens matrimonium. Legitimatus an, & quando pro legitimo habeatur. Subſtitutus in caſu quo quis deceſſerit ſine liberis de legitimo matrimonio natis an excludat legitimatum per ſubſequens matrimonium. Dec.405. p.539

Filius naturalis, ſiue ſpurius à Principe legitimatus etiam quo ad feudorum ſucceſſionem, an poſſit ſuccedere in feudo paterno, in quo frater defuncti feudatarij hæres inſtitutus eſt. Hæredis appellatione de iure communi feudorum, an, & quando veniat hæres extraneus. Filiis à Patre hæredibus inſtitutis, illiſque ſine liberis decedentibus, Caio ſubſtituto, ſi ipſorum alter inſtitutionis tempore reperiretur in ſacris conſtitutus, an ſubſtitutio ſit ordinata, illius perſonam comprehendat. Dictio *in perpetuum*, quid importet. Dec.510. p.675

Filius familias pro parte fideiubens, & cum illo inſolidum ſe obligans, an efficaciter obligatus remaneat, itavt contractum fuiſſe nullum allegare prohibeatur. Metus reuerentialis, abſque minis & verberibus, an ſat ſit ad contractum reſcindendum, & an per actus geminationem purgetur. Mulier ſi poſtquam pro alio ſe obligauerit, certo tempore elapſo creditorem noua obligatione, vel pignore cautum reddiderit, nùm poſtea ad ſoluendum conuenta ampliſſimi ordinis beneficio ſuccurratur. Filiusfamilias ſi pro dote obligauerit, conuentus demùm, nùm macedoniani exceptionem opponere poſſit. Dec. 538. pag.716

Fiscvs ſi iniunxerit mandatum alicui ad accipiendum pecuniam mutuo ſuo tempore reſtituturam, acceptam iam à mandatario, an reſtituere teneatur, ſi hic mandatarius in proprios vſus conuertit, & quid in Ciuitate an illa obligata remaneat, quando ſindicus pecuniam ab aliquo acceptam in proprios vſus conuertit, & quis teneatur probare pecuniam in communitatis beneficium conuerſam, vel non, an creditor, qui pecuniam dedit, vel potius Ciuitas, & multa ad ornatum *l. Ciuitas ff. ſi cert. petat.* Dec.109. p.162

Fiſcus an & quando teneatur de euictione, quando bona à Principe ſubdito ſuo benemerito in ſeruitiorum remunerationem donata ab aliis fuerunt euicta. Deciſ. 241. pagina 346

Fiſcus nùm ex iure ſpeciali poſſit in ſecunda inſtantia cauſæ criminalis illud idem deducere, & articulare, quod in prima inſtantia deduxit. Reſtitutio in integrum ad pinguius probandum, quæ in Regno primum, & ſecundum beneficium appellatur, an in cauſa criminali Fiſco illam petenti, concedenda ſit. Dec.341. p.457

Fiſcus Banco decocto, an, & quando pro ſui crediti conſequutione cæteris Banci creditoribus actionem tantùm perſonalem habentibus, præferatur. Banco, ſiue Caxeno decocto, ſi aliquis eſſet creditor in actione hypothecaria ex aliis tamen cauſis, quàm ex rationibus Banci, an ſuper pecuniis immenſa nummularia repertis,

repertis, cæteris præferatur, qui tantùm ſunt creditores ex rationibus Banci. Dominium pecuniæ depoſitæ, an & quando in depoſitarium transfertur. Dec.367. p.491

Fiſcus pro iure gabellæ an ſuper vegetibus vino plenis, ſit præferendus Domino domus pro facienda taberna conductæ vti creditor ex cauſa penſionis. Merces pro domus penſione an, & quando tacitæ hypothecatæ cenſeantur. Inſtrumenta ſi vno, eodemque die ſtipulata reperiuntur, vnum pro Fiſco, alterum prò priuato, ſiue pro dote, quodnam prius ſtipulatum cenſeatur. Dec.378. p.506

Fiſcus an, & quando poſſit auocare pecuniam à debitore creditori ſuo ſolutam, & iam conſumptam, principali illo debitore prius non diſcuſſo, & de caſibus, in quibus auocationi eſt locus. Fiſcus an & quando in bonis poſt eius obligationem quæſitis, cæteris creditoribus anterioribus ſit præferendus. Hypotheca à quonam die currere incipit ad beneficium fiſci ſuper bonis eius adminiſtrationis à die forſan incepti officij, vel potius à die commiſſæ fraudis. Dec.380. p.508

Fiſcus ſi pro aliqua ſui neceſſitate cogit ſubditum ad ſibi rem aliquam vendendum, quodnam prætium ſoluere teneatur illud forſan iuxta extimationem ab expertis faciendam, vel potius aliud maius quod ab altero euenitur. Statutum ſi diſponeret, vt in venditione prædij, vicinis cuilibet emptori præferatur, quodnam prætium exburſare tenetur, an illud quod ab emptore fuit oblatum, vel potius illud, provt prædium quod venditur ab expertis extimatur, & quid in venditione feudi quando agnatus emptori præferri petit. Dec.436. p.585

Fiſcus an, & quando ob cauſam publicam poſſit priuatorum bona capere, & an pro ſuo priuato negotio poſſit vti re priuati mercede ſoluta. Seruitus, quæ acquiritur, an acquiſita intelligatur cum omnibus illis iuribus, ſine quibus eſſet inutilis. Deciſ. 445. pagina 595

Fiſcus, ad quem feudum ob lineam feudatarij finitam eſt reuerſum, ſi illud alteri locatum inuenitur, nùm à conductore conueniri poſſit ab ſibi faciendum reſtaurum damnorum, quæ ipſe in affictu paſſus eſt. Iudex an poſſit iudicare ſuper non deductis explicitè, benè tamen implicitè, & an ſuper probatis ſed in libello non deductis. Deciſ.450. pagina 601

Fiſcus, minor aliæque perſonæ priuilegiatæ, nùm in cauſis criminalibus ad pinguius probandum, poſſit in integrum reſtitutionem petere, quæ in Regno primum, & ſecundum beneficium appellatur, & quid in termino repulſæ. Reus in cauſa criminali, an ad ſui defenſionem poſſit teſtes producere, ſi proceſſus reperitur compilatus. Minor, & aliæ miſerabiles perſonæ nùm delinquendo fori habeant electionem. Dec.491. p.650

Fiſcus ad quem propter feudatarij Rebellionem omnia illius bona fuerunt deuoluta, an poſſit petere reintegrari ad alia bona Regiæ Curiæ feuda illa eiuſdem Rebellis, quæ non ſeruatis de iure ſeruandis alienata reperiuntur. Subinfeudatio, quæ per mortem infeudati ſine deſcendentibus maſculis reſoluitur, an adhuc ſubſiſtere poſſit, ſi ſubinfeudatus velit Domino ſeruire, & quid ſi ſubinfeudationis tempore ſubinfeudans legitima carebat prole, & de pluribus notabilibus ad declarationem text. *in cap.1. §. ſi verò in tit. qualiter olim feudum alien.poter.* Dec.512. p.692

Foriudicatus declaratus per M.C. ſi demùm fuerit carceratus, an poſſit allegare foriudicationis ſententiam fuiſſe, & eſſe nullam vti à iudice incompetenti latam, ſicque cauſæ remiſſionem ad iudicem competentem petere. Sententia lata à iudice Eccleſiaſtico contra laicum, qui vt ad ſuum iudicem remittatur non inſtitit, an ſit de iure valida. Dec.267. p.373

Frater ſecundogenitus rebellis, ſi per generalem indulgentiam fuerit à Principe reſtitutus, nùm ſuper feudo paterno vitam, & militiam recuperet, quam per rebellionem amiſerat, idque tam præteriti, quam futuri temporis. Vita, & militia in cuius locum ſubrogata ſit. Actio quænam competat pro vita, & militia conſequenda, & quæ pro paragio ſorori debito ſuper feudo paterno. Aſſenſus Regius Neapolitanis conceſſus ſuper obligatione bonorum feudalium pro conſequutione dotium conſtituendarum, vel reſtituendarum, an pariter dotium intereſſe comprehendat. Dec.66. p.93

Frater an ſuccedat in feudo nouo fratris, vbi inueſtitura canit *pro ſe, & hæredibus ex corpore.* Inueſtitura primæua conceſſa in forma larga, an aliquid recipiet obicem ex ſecunda conceſſa in forma ſtricta, non accedente conceſſu illius, de cuius intereſſe agitur. Frater vterinus an ſuccedat in feudo fratris ſui, data inueſtitura pro ſe, & hæredibus ſimpliciter. Inueſtitura ſi non producitur, nec alio modo de ea conſtat, an præſumatur facta in forma larga, vel potius in forma ſtricta. Dec.89. pag.133

Frater an in feudo nouo fratris ſuccedere poſſit, & quid ſi inueſtitura canit *pro ſe, & hæredibus ex corpore.* Prætium rei allodialis obligatæ vxori pro reſtitutione dotis, ſi à viro fuerit conuerſum in emptionem feudi, an feudum illud dicatur vxori obligatum. Aſſenſus Regius an requiratur in datione inſolutum, quæ fit à debitore creditori ſuo de feudo cum aſſenſu eidem obligato. Dec.204. p.291



Digitized by Google

Frater patruelis an legitimus ſit ſucceſſor ſorori ſuæ patrueli in feudo à communi ſtipite peruento. Priuilegij verba, quando ſunt dubia, an à iudice inferiore interpretari poſſint, & de aliis ad ornatum *pragm.* 11. *ſub tit. de feudis.* Dec. 351. p. 469

Fructus percepti, ſiue qui percipi potuerunt ex re ad cuius relaxationem poſſeſſor tenetur, an, & quando, & in quibus caſibus ſunt reſtituendi, & à quo tempore. Bonæ fidei poſſeſſor, an, & quos fructus ſuos faciat. Mala fides authoris an, & quando noceat eius hæredi adhuc in bona fide conſtituto. Dec. 560. pag. 750

Fuga Officialis pecuniarij dum inquireretur de barattaria, & aliis criminibus in officio commiſſis, nùm ad delicti probationem ſufficiat, & quid in aliis delictis ab alio, quàm ab officiali commiſſis. An fuga plenè probet, vel faciat indicium ad torturam. Deciſ. 257. pag. 364

Functiones fiſcales alicuius Terræ Baronalis, ſi à Rege Baroni conceſſæ fuerint, augmentum proueniens ex futura numeratione, an ad Regem concedentem, vel potius ad Baronem conceſſionarium ſpectet. Legatum earum rerum, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtunt, an comprehendat augmentum ſuper eiſdem rebus legatis factum poſt teſtamentum à teſtatore ordinatum. Dec. 342. p. 459

G

Gabella granorum tot, ſi fuerit impoſita ſuper certa re puta ſerico, tritico, &c. quæ demùm à Principe alicui fuerit conceſſa, ſi contigerit aliam ſuper eadem re aliorum granorum tot imponi gabellam, cuinàm ſint applicandæ pœnæ gabellas prædictas fraudantium, primo conceſſionario, vel Principi, in cuius beneficium ſecunda gabella impoſita fuit, vel potius erit locus præuentioni, ſiue fieri debeat diuiſio inter primum conceſſionarium, & Principem pro rata. Feudi alienatione nulla declarata ob defectum Regij aſſenſus, nùm in reſtitutione fructuum facienda venditori, veniant pœnæ pecuniariæ, quas emptor ex iuriſdictione conſequutus eſt. Creditor illius qui gabellam fraudauit, nùm ſuper intercepto ſit præferendus Domino Gabellæ. Dec. 28. p. 35

Gabella nùm in ciuitatibus, & Terris Regni Neapolitani à ciuibus imponi poſſit, ſolo Regis accedente aſſenſu vel etiam ſummi Pontificis requiratur conſenſus. Diſpoſitio Bullæ Cænæ *can.* 5. circa impoſitiones nouarum gabellarum, an comprehendat Principes ſuperiores non recognoſcentes. Dec. 53. p. 73

Gabella, ſiue ius dohanæ vbi ſolui debet, ſi mercium venditio fuit facta in vno loco, & traditio in alio, & quid ſi venditio fuit facta ſub conditione, an ea purificata habeatur, ac ſi à principio contractus extitiſſet purè initus. Res vendita ſub conditione, ſi ea pendente perierit, cuius erit periculum, & quid ſi fuit facta purè, verùm cum reſeruatione dominij pendente ſolutione prætij. Dec 179. p. 272

Gabella ſuper aliqua re impoſita, eaque demùm aliqui vendita, ſi in temporis progreſſu Princeps eiuſdem gabellæ dirictus augeret, hoc augmentum, nùm noua dicatur gabella, itavt prius emptor nihil prætendere poſſit. Dec. 258. p. 365

Gabella nùm ſit ſoluenda à conductoribus bonorum feudalium pro fructibus, qui ex bonis illis colliguntur, & quid in emente fructus ex feudo collectis. Immunitas alicui conceſſa, vt pro fructibus ſui prædij gabellam non ſoluat, an cenſeatur realis, vel potius perſonalis. Dec. 373. p. 499

Gabella impoſita ſuper prætio alicuius rei, vt exigatur ad rationem tot pro centenario, ſi noua ſuper prætio eiuſdem rei imponeretur, ſimiliter ad rationem tot pro centenario, nùm in extimatione prætij illius rei debeat deduci gabella, quæ per prius ſoluebatur, itavt emptor rei ad nouum vectigal ſoluendum non teneatur, niſi habito reſpectu ad verum prætium rei, deducto eo, quod pro antiqua gabella ſoluitur, vel potius habito reſpectu, etiam ad id, quod pro antiqua gabella ſoluitur. Dec. 394. pag. 525

Gabella impoſita pro comeſtibilibus ad beneficium ciuitatis Metropolis, an ſolui debeat à forenſibus pro comeſtibilibus, quæ ad propria domicilia immittuntur, & an vbi non fuit legitimo iure impoſita abſque peccati labe fraudari poſſit. Gabella an poſſit fraudari à ſubdito, quando à Principe ſe damnificatum ſentit, nec alio modo poteſt ſuum conſequi. Dec. 544. p. 724

Gabella ſi cum Regis conſenſu ſuper aliqua re à Ciuitate impoſita reperiretur, eo in limine impoſitionis expreſſo, & ſtatuto, vt nemo ab hoc onere immunis eſſet, & exemptus, etiam ſi aliquo priuilegio adhuc in corpore iuris clauſo munitus eſſet, nùm fiſcus quando caſus contingit, illam ſoluere teneatur. Dec. 548. p. 730

Gabella ſi in loco in quo illam exigi ſolitum eſt, non ſoluatur ex eo quod qui illam ſoluere debebat, huius impoſitionis erat ignarus, nùm fiat locus pœnæ fraudati vectigalis. Merces an incidant in commiſſum ſi mulionis culpa, gabella non fuerit ſoluta. Banno emanato, vt nemo à Dominio audeat extrahere frumentum, cauſa illud ad alienam iuriſdictionem aſportandi, ſi quis in itinere fuerit inuentus cum equis, & mulis frumentum aſportare ante

tamen

tamen quàm perueniret ad locum, ex quo exire non licet, nùm hic dicatur Banno contraueniſſe. Dec.552. p.738

Generalis Regiarum Triremium Regni Neapol. an, & quando inſtante Fiſco Regij Patrimonij, teneatur reddere rationem de his, quæ ad officium ſuum ſpectant. Obligatus ad ratiocinia, nùm præſcriptionis prætextu, poſſit ſe à reddenda ratione liberari. Ratiociniis obnoxij nùm ab ordinum ſuſceptione repellantur quouſque à Rationibus reddendis eximantur, & de aliis ad ornatum text. *in l.1. §.officio ff. de tutel. & ratio diſtr. & in l. Excellen. C. de erogat. milit. anno lib.12.* Dec.29. p.36

Generalis Regiarum Triremium an iuriſdictionem habeat cognoſcendi de delictis per eius officiales in Terra commiſſis vel potius illorum cognitio ſpectet ad iudicem ordinarium loci, in quo delicta fuerunt patrata, & quid hodie circa hoc ſeruetur, ſtantibus nouiſſimis ordinationibus ſuæ Catholicæ Maieſtatis. Dec.81. p.117

Generalis Regiarum Triremium Regni proprias habens Triremes, ſub tamen Regis ſtipendio, ſi in illis condemnatos per Officiales Baronales receperit, an dicatur contrauenire Pragmaticæ Sanctioni, *quæ eſt 7. ſub tit. de Baronibus*, Lege noua promulgata infra quantum tempus quis præſumatur de ea habuiſſe notitiam, & an in legibus, & ſtatutis licitum ſit à verbis diſcedere, vt mens, & ratio legis ſeruetur. Dec.434. p.582

Gratia à Principe ſubdito ſuo conceſſa, an per teſtes probari poſſit, & an Aſſenſus Regius ſuper obligatione, vel alienatione bonorum feudalium impetrandus, ſcripturam requirat. Pactum quod in dies in inſtrumentis crediti, & debiti apponi ſolet, vt ſolutio debiti per teſtes probari non poſſit, an de iure ſubſiſtat. Dec.435. p.584

Gratia à Rege conceſſa ſi infra certum tempus non fuerit in Regno prçſentata, an, & quãdo nulla ipſo iure dicatur, Gratiis de futuro, ſiue expectatiuis generaliter à Principe reuocatis, an ſub hac reuocatione comprehendatur illa gratia, quæ contractu mediante facta apparet. Iuramentum an habeat vim clauſulæ derogatoriæ; & an à pari procedant iuramentum, & promiſſio facta ſub verbo, & fide Regis. Gratia à Prædeceſſore facta, nùm poſſit à Principe ſucceſſore reuocari. Dec.481. pagina 638.

Gratia, quæ diuerſa continet capitula, an & quando ex ſubreptione reſpectu vnius capituli in totum vitietur, vel pro parte tantum. Dec. 317. p.429

## H

Hæres adminiſtratoris rerum fiſcalium condemnatus ad reſtituendum Regiæ Curiæ pecunias per defunctum adminiſtratorem exactas, & ſibi retentas, an inſimul condemnari poſſit ad intereſſe, & quid ſi hæres ipſe eſſet, pupillus. Sorte Fiſco ſoluta, an ei ſuperſit actio conſequendi intereſſe ſibi ex mora contracta debitum. Fiſcus an ſuo priuilegio vti poſſit aduerſus pupillum vel potius cum eo vtatur iure priuati. Bona adminiſtratorum rerum fiſcalium, an ſint fiſco hypothecata à die ceptæ adminiſtrationis, vel potius à diæ commiſſæ fraudis, & de aliis ad ornatum text. *in l. cùm quidam §. ex locato verbo fiſcus ff. de vſuris.* Dec.65. p.91

Hæres in officio nominatus ab habente poteſtatem nominandi, nùm pro mala adminiſtratione nominantis iam defuncti moleſtari poſſit. Defuncto Officiale inquiſito de crimine, pro quo veniret officio priuandus, vel pœna pecuniaria mulctandus, ante tamen litem conteſtatam, nùm poſſit Fiſcus iudicium illud contra eius hæredem proſequi. Nominatus in officio ab habente poteſtatem nominandi vnum hæredem, nùm teneatur ad onera defuncti nominantis. Vſusfructus ſi fuerit ab aliquo quæſitus pro ſe, & hærede, nùm ad hæredem tranſeat cum qualitate hæreditaria ad ornatum text. *in l. ſtipulatio iſta §. ſed quis vti frui ff. de verbor. oblig.* Dec.70. p.102

Hæres fiduciarius quis dicatur, & an in reſtitutione hæreditatis facienda vero hæredi, teneatur ad intereſſe pecuniæ hæreditariæ, quam in proprios vſus conuerſit, & ad fructus totius hæreditatis, & ſi tenetur, qua actione, & nùm in hac reſtitutione hæreditatis, locus ſit detractioni quartæ Trebellianicæ. Dec.131. pag.193

Hæres in bonis allodialibus an teneatur contribuere hæredi bonorum feudalium in oneribus feudi occaſione contractis. Contributo an locus ſit inter hæredes bonorum allodialium, & hæredem in feudo pro ſatisfaciendis creditoribus defuncti in actione perſonali, & quid attento iure conſuetudinario huius ciuitatis quando ab inteſtato proximiores ex parte patris ſuccedunt in bonis omnibus defuncti exceptis maternis in quibus ſuccedunt proximiores ex parte matris. Dec.144. pag.210

Hæres, Teſtatore defuncto, ſi reiuindicationis iudicio, vt quilibet poſſeſſor fuerit in ius vocatus, an poſſit opponere de tempore confectionis inuentarij, & quid ſi iudicium eſſet cum defuncto inceptum, & quid ſi conueniretur actione hypothecaria. Deciſ. 349. pag.467

Hæres extraneus, an, & quando poſſit in officio

Digitized by Google

officio ſuccedere, vbi primus acquirens ſtipulatus fuit pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, & an mulier poſſit in hoc officio ſuccedere. Hæredes extranei an poſſint in emphyteuſim ſuccedere. Dec. 381. p.510

Hospitale an poſſit cogere Monaſterium ſibi collaterale ad vendẽdum viridarium pro ipſius ampliatione. Vendere an quis cogatur prædium ſuum pro ædificanda domo propè Eccleſiam, vt ibi poſſint habitare clerici Eccleſiæ inſeruientes, & quid pro ampliatione Atrij Eccleſiæ, & quid pro conſtruendo viridario monaſterij. Vendere pro ampliatione Eccleſiæ, an quis cogatur domum ſuam in familia antiquam. Dec.284. p.392

Hypotheca, quam habet mulier ſuper bonis viri ſui ex diſpoſitione text. *in l. unica §. & vt plenius C. de rei vxoriæ actione* in quonam die currere incipiat à die forſan dotis promiſſæ, vel potius à die quo dos viro ſoluta fuit. Dec.379. p.507

Hypotheca, quæ extincta cenſetur, quando creditor rem obligatam aliquo titulo acquirit, an reuiuiſcat, ſi eadem res à poſſe ipſius creditoris euincatur. Annuo cenſu ſuper feudo legitimè conſtituto, & demùm à ſucceſſore in feudo illo acquiſito, defuncto feudatario acquirente duobus ſuperſtitibus hæredibus, altero, in feudo, altero verò in allodio, an vti allodialis annuus ille redditus ſpectet ad hæredem in allodio, vel potius dicendum ſit per acquiſitionem à defuncto feudatario quocunque titulo factam, fuiſſe illum extinctum. Donatio facta contemplatione matrimonij à partre filio, & filiis ex illo naſcituris, an dicatur facta cum qualitate hæreditaria. Deciſ. 460. pag.613

Hypotheca an inducatur ex poteſtate data à debitore creditori eius bona vendendi, pignorandi, & diſponendi. Dictio *ſuper*, an hypothecam importet. Filij ſecundogeniti, mortuo patre Feudatario, nùm feuda paterna pro conſequutione vitæ & militæ hypothecata habeant. Bona illius, qui pro tutore ſe geſſit cum ex defectu perſonæ tutelam exercere prohibebatur, nùm pupillo tacitè hypothecata dicantur. Dec.576. p.768

I

Immvnis ex priuilegio ab onere functionum fiſcalium ordinariorum, & extraordinariorum, an cenſeatur pariter immunis ab onere donatiui, quod fit Regi pro expulſione inimicorum, & quid ſi in ſpecie fuerit dictum, vt ſit immunis etiam à donatiuo. Immunis ab onere Collectarum, an cenſeatur pariter immunis à collecta, quæ propter bellum ſuperueniens imponeretur. Dec.130. p.192

Immvnitas conceſſa alicui & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis an tranſeat ad eius filiam hæredem vniuerſalem. Maſculinum an in contractibus fœmininum cõcipiat. Donatione matrimonij contemplatione facta filio, & filiis ex eo naſcituris, an fœminæ demùm natæ in hac donatione inſimul cum maſculis ſuccedant, & quid in antefato, ea lege conſtituto, vt in eo filij vti filij, non autem vti hæredes ſuccedant. Dec.197. p.283

Immunitas ab onere ſolutionis functionum fiſcalium à Rege conceſſa patri, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, & demùm mortuo pluribus ſibi ſuperſtitibus filiis, an ad illorum quemlibet tranſeat inſolidum. Immunitas conceſſa patri, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus à ſolutione gabellæ pro vino, oleo, ſiue quibuſuis aliis fructibus, qui naſcentur in tali eius fundo, nùm tranſeat in ſingularem ſucceſſorem illius fundi. Dec.281. p.389

Immunitas non ſoluendi vectigal, an, & quando præſcriptione acquiri poſſit. Præſcriptione ſublata, an illa centenaria ſimiliter ſublata cenſeatur. Bona fiſci, an, & quando præſcribi poſſint, & quanto tempore. Prouiſiones ab aliquo Tribunali expeditæ, an ius aliquod parti tribuant, & an ordinatio illa dicatur perſonalis, vel potius realis, & de aliis ad ornatum *cap. cum perſona de priuil. in 6.* Dec. 309. pag.422

Immunitas quas potitur taberna à ſolutione Gabellæ vini an ſicut locum habet quando venditur vinum comedentibus, & bibentibus vinum in illa, ſic pariter ſi venderetur aliis, qui accedunt ad vinum emendum, vt illud ad proprias domus transferrent. Dec.311. pag.424

Immunitas ab aliquo onere, ſi fuerit à Principe ſubdito ſuo conceſſa pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis vtriuſque ſexus in perpetuum, nùm tranſeat ad maſculos ex fœminis deſcendentes. Immunitas ſi fuerit conceſſa alicui, vt pro fructibus ſui prædij gabellam ſoluere non teneatur, dum ad ſingularem illius fundi ſucceſſorem tranſeat. Maſculi deſcendentes ex fœminis, an comprehendantur quando in aliqua diſpoſitione vocantur filij, ſeu deſcendentes maſculi. Dec.345. p.462

Immunitas à mulieribus patrimonialibus conceſſa patri duodegenario filiorum numero onuſto, nùm eidem proſit reſpectu onerum per Vniuerſitatem contractorum, prius quàm exemptio hæc ſuperueniret. Bona laicorum ad Clericos hæreditario titulo peruenta, nùm obnoxia ſint pro collectis ſoluendis reſpectu debitorum contractorum tempore quo poſſidebantur per ciues laicos. Dec.438. p.587

Immunitas alicui Vniuerſitati conceſſa ab omnibus oneribus tam ordinariis, quam extraordinariis, nùm extendi poſſit, vt non teneatur

Digitized by Google

neatur ad ſolutionem gabellæ pro mæniarum conſtructione, & militum hoſpitatione impoſitæ. Clerici an ſint immunes reſpectu contributionis ad refectionem pontium, mæniarum. Dec.439. p.588

Immunitas conceſſa alicui à ſolutione gabellæ, & ab aliis iuribus Regiæ Curiæ debitis, & debendis pro vino, quod venditur in ſua taberna, ſi contigerit ex aliqua ſuperuenienti neceſſitate, gabellæ diritus augeri, nùm extendatur ad hoc nouum dirictuum incrementum. Remittens omne ius, quod habet,& habere ſperat, an ius fideicommiſſi, quod eſt de futuro, remittere cenſeatur. Dec.553. p.739

IMMVNITATIS promiſſio, an per teſtes probari poſſit. Promiſſor indemnitatis, an prius quàm principalis debitor diſcutiatur, conueniri poſſit. Domeſtici, & familiares an, & quando legitimi, & idonei dicantur teſtes. Dec.385. p.515

INDVLTVS generalis ab omnibus patratis criminibus, & pœnis i ncurſis à Rege conceſſus, an ſicut comprehendit ſubditos commorantes in Ciuitatibus, & Terris, quæ ſunt de Regio Domanio, ita pariter & Vaſſallos Baronum. Delinquens ſi à Principe indulgentiam de omnibus commiſſis delictis obtinuerit, nùm ad bona confiſcata reſtitutus cenſeatur. Dec.546. p.727

INSTANTIA in cauſis criminalibus an biennio perimat, ſi impedimentum ſuperuenerit, quominus cauſa expediri non potuit, & quando perimit, an dicantur perempta, nedum acta ordinatoria, ſed etiam probatoria, & quid in ciuilibus; Delictum an, & quando per delinquentis mortem extinguatur. Reus habilitatus nouis ſuperuenientibus inditiis, ſi intra biennium à die latæ ſententiæ vrgentiora non venerint, nùm ſuperuenientibus poſtea moleſtari poſſit, & de aliis ad ornatum Pragmaticæ 50. *de offic. magiſ. Iuſtit.* Dec.139. p.203

Inſtantia cœpta cum debitore, & poſſeſſore in actione hypothecaria an, & quando tranſeat in ſingularem ſucceſſorem qui rem illam ſuper qua actio realis intentata eſt, ſub haſta emit. Inſtantia mota contra rei poſſeſſorem, nùm tranſeat in ſingularem ſucceſſorem actoris, & quid de inſtantia mota ſub nomine dignitatis. Dec.171. pagina 248

Inſtantia iudicij cœpta cum priuato Feudatario ſuper feudo, eo demùm effecto reo criminis læſæ maieſtatis, nùm tranſeat in Fiſcum. Inſtantia iudicij cœpta pro conſequutione rei ad feudum ſpectantis, feudo illo demùm diſtracto, nùm abſque ceſſione in emptorem tranſeat. Dec.396. p.527

INSTITORIS culpa an, & quando Domino noceat ad finem videndi an ſit locus pœnæ commiſſi. Dictio *dummodò* quando modum, & quando conditionem importet. Dec.216. p.309

INSTRVMENTO in proceſſu præſentato, ſi aduerſarius illud de falſo redarguere velit, quod proinde pètit, vt originale exhibeatur, an ad id, quid exemplum præſentauit, teneatur. Protocollo exhibito, ſi præſentati inſtrumenti matrix, ſiue originale non reperitur, an per hoc exemplum præſentatum falſum cenſeatur. Dec.320. p.433

INTERESSE Dotis in tempore non reſtitutæ à quonam die mulieri relictæ debetur, quando ob viri rebellionem omnia bona ad Fiſcum peruenerunt. Mulier in Ciuitate Neapolis, ſi elapſis primis ſex menſibus à die mortis viri alimenta ab illius hæredibus conſequuta eſt, an poſſit petere intereſſe dotis ſibi non reſtitutæ. Intereſſe antefati non ſoluti, an à muliere peti poſſit. Deciſio 263. pag.369

Intereſſe ex mora irregulari ad Fiſci, & minoris beneficium à iure introducta, an ſtatim, quod quis debitor efficitur, currere intelligatur, vel aliquod breve temporis ſpatium expectandum ſit, infra quod debitor ipſe ſoluere poſſit, & quid ſi debitor Fiſci, & minoris perſonam non haberet legitimam, cui ſoluere poſſit, & an reſpectu minoris ceſſet intereſſe maiori eius ſuperueniente ætate, & quid ſi quis eſſet debitor Fiſci ex aliqua pœna. Fiſcus debitor, an, & quando, & in quibus caſibus vſuras creditori ſuo ſoluere teneatur, & ſi ſucceſſeri in iust priuati, qui maiores ſoluebat vſuras, an & ipſe eaſdem ſoluere teneatur. Dec.514. p.680

INTERDICTVM vtile recuperandæ poſſeſſionis, nùm locum habeat in iuribus incorporalibus, vbi quis de facto hoc iure eſſet ſpoliatus. Spoliatus an, & quando ſit ante omnia reſtituendus, vbi ſpolians vellet in continenti probare dominium ad ſe ſpectare & pertinere. Dec.493. p.652

IVDEX nùm poſſit pœnam corporalem à lege determinatam, in pecuniariam commutare, & quid Partis accedente remiſſione. Vulnerans nùm de occiſo, vel potius de vulnere teneatur, ſi medici depoſuère vulneratum culpa ſua eſſe mortuum ex quo illis obedire recuſauerat. Iudex an poſſit ex cauſa legitima pœnam à lege taxatam minuere. Tribunal M.C.V. cæterique Officiales Terrarum Domanialium, nùm valeant abſque Domini Proregis permiſſu pœnam corporalem à iure determinatam in pecuniariam commutare. Dec.15. p.19

Iudex an poſſit vti ſuſpectus recuſari, ſi Aduocatus vnius ex litigantibus cum ipſo iudice ſecundo affinitatis gradu coniungitur.



Digitized by Google

tur; & quid ſi eſſet procurator generalis, vel cauſæ protector. Iudex an poſſit recuſari, ne interueniat in cauſis talis Eccleſiæ, ex eo, quod illius Rector eſt ſuus amicus. Deciſio 153. pagina 223

Iudex an poſſit vti ſuſpectus recuſari, ſi ante cauſæ expeditionem votum ſuum declarauerit. Dec. 219. p. 312

Iudex qui in aliquo actu vti iudex interuenit, an ſibi tanquam priuato in actu illo præiudicauerit. Notarius qui ſtipulatus eſt inſtrumentum venditionis rei ſibi obligatæ, an ſibi in ſua hypotheca præiudicium aliquod attulerit. Creditor qui ſe ſubſcripſit inſtrumento venditionis rei ſibi hypothecatæ, nùm pignus ſuum remiſiſſe cenſeatur. Puella ſubſcribens capitula matrimonialia, an cenſeatur approbare omnia in illis contenta deſcripta, & declarata. Deciſio 235. pagina 338

Iudex an, & quando vti ſuſpectus recuſari poſſit, & an minor cauſa repellat iudicem à iudicando, quàm teſtem à teſtificando. Iudex vt ex capite inimicitiæ accuſari poſſit, an in iudicantium arbitrio remittatur, conſiderando quæ grauis, & quæ læuis ſit inimicitia. Dec. 456. p. 609

Iudex an poſſit vti ſuſpectus recuſari, ſi inter ipſum, & alterum ex colligantibus maxima intercedit beneuolentia, & quid in teſte. Iudex an poſſit reuocari ne interueniat in cauſis illius, qui eſt filius compatris ſui, itemque in cauſis vxoris eiuſdem compatris. Dec. 457. p. 610

Iudex an poſſit vt ſuſpectus recuſari, vbi alter ex litigantibus eſſet affinis vxoris ipſius iudicis. Iudex an ſicut repellitur à iudicando in cauſis, in quibus actor, vel reus eſt ſuus conſanguineus vſque ad decimum gradum, ita pariter vbi eſſet affinis actoris, vel rei vſque ad iſtum gradum. Recuſatio infra quantum tempus proponi poſſit. Et an legitima ſit cauſa recuſandi iudicem, vbi eſſet ille conſanguineus, vel affinis Aduocati alterius ex litigantibus. Deciſio 517. pagina 686

Iudex coram quo inſtatur pro exequutione ſententiæ latæ per alium iudicem alterius territorij, ſolitis præcedentibus litteris hortatorialibus, nùm poſſit de viribus illius ſententiæ cognoſcere. Exceptio diſcuſſionis inuentarij, an poſt ſententiam ad illius exequutionem impediendam opponi poſſit. Dec. 502. p. 664

Iudex in delictis atrocibus à minore commiſſis, nùm pro ſuo arbitrio valeat delicti pœnam minuere, vel potius ad id de iure cogatur. Minor in atrociſſimis, an poſſit ad mortem condemnari, ad ornatum text. *in l. auxilium §. in delictis ff. de minoribus, & in Pragmatica prima hoc titulo, & in Pragmatica ſecunda de furtis.* Dec. 525. p. 696

Iudex an, & quando poſſit cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio. Regentes Regiam Cancellariam an dicantur iudices ordinarij in cauſa à Rege eis commiſſa, vel potius Delegati, itavt prolata ab eis ſententia, à qua ſit reclamatum, non poſſit in ſecunda inſtantia de cætero interuenire. Deciſ. 556. pagina 744

IVDICIVM inſtitutum à filio familias abſque patris conſenſu, an, & quando per illius ſuperuenientem ratificationem, valide inſtitutum dici poſſit. Filius familias an poſſit bona ſua, in quibus pater vſumfructum non habet, abſque illius conſenſu donare. Pater nùm poſſit agere, & conueniri pro filio vti legitimus illius adminiſtrator. Deciſio 212. pag. 301

Iudicium an dicatur rectè inſtitutum, vbi libellus eſſet generalis, obſcurus, vel alternatiuus, ſi à parte non opponatur, & quando dicatur libellus generalis, obſcurus, & alternatiuus, & quando partes libelli obſcuri incerti, & generalis ſunt declarandæ, an hæc declaratio à procuratore fieri poſſit, vel potius à principali actore facienda eſt. Dec. 541. p. 720

IVRAMENTVM fidelitatis ab Vniuerſitate præſtitum, an, & quando ciues obliget; Vniuerſitas an obligetur ex iuramento Sindici. Gratia alicui conceſſa, an conceſſionario inaudito à Principe concedente reuocari poſſit. Princeps an publica ſuadente vtilitate, poſſit priuatorum bona auferre, & alteri concedere. Diſpoſitio text. *in l. cùm Auus ff. de condition. & demonſtrat. & in l. cùm acutiſſimi C. de fideicomm.* an in donationibus inter viuos procedat, & quid in hærede extraneo grauato. Dec. 183. p. 262

IVRISDICTIO, quam aliqui mixtam appellant, ad quemnam ſpectet quando in vna Terra vnus eſt Dominus iuriſdictionis criminalis, alter verò iuriſdictionis ciuilis qui dicitur Baro, & vtilis Dominus Feudi. Iuramentum aſſecurationis vaſſallorum cuinam ſit præſtandum, Domino iuriſdictionis criminalis, vel potius Baroni ciuilem iuriſdictionem habenti; Itemque ſubuentiones debitæ ex diſpoſitione conſtitutionis Regni *quamplurium.* Dominus iuriſdictionis criminalis an in mæniis Caſtri poſſit arma ſua depingi facere. Dominus iuriſdictionis criminalis quam cauſarum cogitionem habeat. Caſtro ſimpliciter conceſſo, an iuriſdictio ſimiliter conceſſa intelligatur. Dec. 85. p. 125

Iuriſdictio, quæ à Rege, vel à Barone exercetur, tam in Ciuitate, ſiue Terra, quàm in Caſalibus, an Ciuitate, ſiue Terra contradicentibus



Digitized by Google

centibus ſeparari poſſit, itavt vnus eligatur in Ciuitate, ſiue Terra, Gubernator, & alius in Caſale, & quatenus hoc de iure fieri poſſet, ſi à Barone fieret hæc ſeparatio, an Regius requiratur aſſenſus. Diſmembratio feudi, quæ dicatur. Baro an poſſit in ſua Terra duos eligere officiales, nimirum vt vnus ius diceret in cauſis ciuilibus, & alter in cauſis criminalibus. Deciſio 163. pagina 237

Iuriſdictio iudicis non ſui, ex quibus, & quando prorogata intelligatur. Iudex loci originis, ſiue contractus aut quaſi, ſiue domicilij, aut deſtinatæ ſolutionis, vel rei ſitæ an & quando ſit competens ad cogendum debitorem, vt ſoluat. Hæres in quo loco ex contractu defuncti, ſiue pro ſoluendis legatis à defuncto relictis, eſt conueniendus. Dec.191. pag.275

Iuriſdictionem habens ex priuilegio Principis in certum genus perſonarum, nùm in alias perſonas eandem iuriſdictionem præſcriptione aliqua acquirere poſſit, itavt priuilegium illud iuſtam poſſit præſcribendi cauſam præbere in terminis text. *in cap. cùm perſonæ de priuileg. in 6.* Iuriſdictio conceſſa in certis cauſis & perſonis, an prorogari poſſit. Dec.299. p.409

Iuriſdictio an comprehendatur ſub conceſſione Caſtri ſimpliciter facta, & quid ſi dictum eſſet cum pertinentiis, & quid ſi fuerit conceſſum caſtrum cum deſignatione territorij. Eccleſia feudum, ſiue Iuriſdictionem aliquam poſſidente, ſi nulla appareret inueſtitura, an præſumatur facta conceſſio in feudum, vel potius in allodium. Iuriſdictio an præſcribi poſſit, & quanto tempore. Dec.391. p.522

Iuriſdictio ſi eſt alicui conceſſa ad certas cauſas, ſiue ad certum genus perſonarum, eo expreſſo vt nemo alter, niſi iſte eam habeat iuriſdictionem, nùm per hanc expreſſionem cenſeatur derogatum iuriſdictioni iudicis ordinarij. Iuriſdictio Baiulationis, quam habent Vniuerſitates in Regno, nùm priuatiuè ad iudices ordinarios locorum conceſſa intelligatur, vel potius cumulatiuè. Dec.526. p.698

Iuriſdictionis ciuilis, ſi quis in vno caſtro fuerit Dominus & alius iuriſdictionis criminalis, de quibus cauſis officialis vnius, & de quibus officialis alterius cognoſcere poſſit. Iudicium quodnam dicatur ciuile, quodve criminale, & quod mixtum. Cognitio cauſarum liquidationis inſtrumentorum, an ad officiales iuriſdictionis ciuilis, an verò ad Officiales iuriſdictionis criminalis ſpectet. Deciſio 568. pagina 760.

IVRIS patronatus donatio, quæ abſque ordinarij beneplacito nulla eſt, nùm ex illius ſuperuenienti, tacito concenſu ſubſtineri poſſit. Solemnitas extrinſeca, quanto tempore interueniſſe præſumatur. Confiſcatis bonis delinquentis, an ius patronatus cum Vniuerſitate bonorum, confiſcatus dicatur. Et quid ſi duo eſſent patroni, an pars delinquentis, cuius bona confiſcantur, accreſcet compatrono, vel potius ſpectet ad Fiſcum. Conſenſus Epiſcopi in donatione iuris patronatus requiſitus, an curſu temporis interueniſſe præſumatur. Emphyteuſis Eccleſiaſtica an confiſcari poſſit. Dec.123. p.181

Ius patronatus ſi allegatur ad feudum ſpectare, nùm Dominus directus feudi, poſſit de iure illo cognoſcere. Iudex ſecularis an, & quando, & in quibus caſibus ſit competens ad cognoſcendum de iure patronatus. Dec.346. p.464

Ius accreſcendi, ſiue non decreſcendi an, & quando, & in quibus caſibus in feudis locum habeat. Feudo conceſſo alicui pro ſe, & hæredibus ſuis natis, & naſcituris, ſi hic conceſſionarius conceſſionis tempore non niſi vnicum haberet filium naturalem Domino concedenti benè cognitum, nùm iſte patre ſuo naturali defuncto, in feudo ſuccedere poſſit, & quid ſi feudum concederetur clerico, eiuſque hæredibus, & ſuceſſoribus, an ſub hac conceſſione collaterales compræhendantur. Dec.536. p.714

Ius fidæ, cuinam competat, an Domino particulari alicuius agri exiſtentis intra territorium Terræ, vel Caſtri alicuius Baronis, an verò ipſi Baroni, qui in Caſtro, & toto eius territorio, vniuerſale vtile dominium, & iuriſdictionem omnimodam habet. Baro an, & quando poſſit in territoriis Vaſſallorum, ſiue clauſa, ſiue aperta illa ſint, exterorum animalia affidare. Dec. 471. p.627

Ius fundaci an ſit ſoluendum de mercibus ſemel fundicatis, & an ſolui debeat in Ciuitate Neapolis de mercibus ad illius territorium introductis, vt tamen ad aliam partem Regni ad vendendum transferentur. Emenſa Fiſco vel ab Eccleſia, an pro re, quam emit, gabellas ſoluere teneatur. Dec. 314. p.427

Ius offerendi, quod denegatur creditoribus aduerſus mulierem dotis aſſecurationem ſuper bonis viri ob illus vergentiam, ad inopiam petentem, an ſit pariter denegandum quando mulier petit aſſecurationem ob viri rebellionem. Viro effecto rebelle, an ſit locus pro vxore reſtitutioni dotis; vel potius aſſecurationi. Deciſio 292. pagina 402



Digitized by Google

Ius vaſſallagij nùm à Domino præſcribi poſſit, itavt ſi quis pro re quam poſſidet in allodium ſibi conceſſa per certum tempus Domino quot annis ſeruitium præſtiterit, cogatur in futurum ſeruitium eidem Domino præſtare, provt in præteritum præſtitit. Feudum an, & quando tam contra Dominum, quàm contra priuatum præſcribi poſſit, & de aliis ad ornatum text. *in cap.* 1. §. *ſi quis per tringa ſi de feudo defuncti controuerſia fuerit.* Dec.558. p.746

L

LAVDVM ſuper re feudali per arbitros à Partibus electos prolatum, nùm dicatur nullum, ſi ſuper compromiſſo Regius Aſſenſus non fuit impetratus, quamuis demùm ſuper ipſo laudo conceſſus appareat. Laudum nullum nùm de partium conſenſu ſubſtineri poſſit. Dec.361. p.483

LEGITIMATIO facta per reſcriptum Principis, ex quibus vitietur, non obſtantibus ampliſſimis clauſulis in legitimationis priuilegio appoſitis. Filiatio, vt legitimè dicatur probata, quæ concurrere debeant, & de pluribus circa vitia ſubreptionis, & obreptionis. Dec.190. p.273

Legitimatus per reſcriptum Principis cum clauſulis ampliſſimis, an gaudere poſſit honoribus, & prærogatiuis quibus maiores ſui in vno ex ſedilibus Ciuitatis Neapolis gauiſi fuere. Teſtamentum in quo filius legitimatus eſt præteritus, an dicatur ipſo iure nullum. Subſtitutione facta in perſonam alicuius ſi hæres inſtitutus ſine filiis moreretur, an ſi cum filio legitimato deceſſerit, hic ſubſtitutum excludat. Donatio quæ propter filiorum ſuperuenientium reuocatur, an pariter reuocetur propter ſuperuenientium filiorum legitimatorum. In legitimatione per Principem facienda, an ſint citandi intereſſe prætendentes. Dec.102. p.151

Legitimatus per reſcriptum Principis ad feudi ſucceſſionem, nùm in feudis dignitatum ſuccedere poſſit, & quid in legitimato per ſubſequens matrimonium in ſucceſſione feudi paterni, quis ex duobus filiis erit potior, qui primo natus eſt ex legitimo matrimonio, vel qui primò natus fuit ex concubina, ſed demùm poſt natiuitatem iſtius, qui natus eſt ex legitimo matrimonio legitimatus fuit per ſubſequens matrimonium. Legitimatus per ſubſequens matrimonium, an faciat deficere conditionem, ſi ſine filiis quis deceſſerit. Dec.118. p.175

LEGATVM annuum à teſtatore alicui relictum, ſi legatarius ad illud petendum diù ſteterit, an cùm primum petierit, à die mortis legantis debeatur, vel potius à die interpellationis. Text. *in l.* 2. *& tot. tit. C. de vſur. & fruct. leg.* an procedat in legatis ad pias cauſas vel pro dote, vel minori relicto, itemque in legitima alicui ex deſcendentibus legata. Intereſſe, quod currit fauore minoris abſque interpellatione, an ceſſet maiori ſuperueniente ætate ad ornatum text. *in l. ſi minorem C. ex quibus cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.* Dec.62. p.87

Legatum an, & quando dicatur in quantitate, vel ſpecie conſiſtere, & an ſemper ſit locus diminutioni legatorum quando hæreditas non eſt ſoluenda, ſiue legatum conſiſtat in quantitate, ſiue in ſpecie, & quid ſi legatum factum eſſet Eccleſiæ, vel pro dote. Dec. 327. p.440

Legatum pium ſi ab hærede non ſoluitur, vt ad ſoluendum ille cogatur, ad quem iudicem ſpectet cognitio. Legatum factum conſanguineo pauperi, ſiue pro maritandis virginibus, aut pro alimentis, an, & quando pium dicatur. Dec.357. p.477

Legatum an, & quando cenſeatur à teſtatore factum cum animo compenſandi cum eo, quod legatario debetur. Monetæ valor ſi fuerit mutatus, an in debito ſatisfaciendo tempus contractus, vel potius ſolutionis ſit inſpiciendum. Qualitas appoſita in vno legato, an cenſeatur in alio ſequenti repetita. Paragium an debeatur ſororibus cum fructibus, ſi frater alimenta eis præſtitit. Vita, & militia quando taxetur. Filia ſi antequam nubat, decedat, an tranſmittat ad eius hæredes legatum dotis à patre ei factum. Deciſ. 366. pagina 489

LITIGIOSI vitium an contrahatur in actione hypothecaria, ſicque dubitatur an hac actione conuentus poſſit lite pendente rem illam, ſuper qua intentata eſt, hypotheca alienare, & quid in datione in ſolutum anteriori creditori facta. Litigioſi vitium an contrahatur quoties ageretur actione perſonali ad rem proſequendam, & de aliis ad ornatum text. *in cap. Regni conuent.* Deciſ. 150. pag.220

LITIS pendentia an per ſolam citationem inducatur, vel litis conteſtatio requiratur. Citatio quando dicitur circumducta. Citationem eſſe circunductam an ab actore allegari poſſit. Litis pendentia an allegari poſſit vbi iactantiæ iudicio coram vno iudice moto, diffamator coram alio iura ſua proponeret. Dec.87. p.131

LITTERÆ cambij à campſore alterius contemplatione ſcriptæ, & ſub ſpe futuræ numerationis, ſi à perſona, cui dirigebantur fuerint acceptatæ die ſolutionis cædente, nùm hic acceptans ſoluere cogatur, quamuis ſcribens valorem non acceperit ab illo, cuius intuitu, & contemplatione litteræ ſcriptæ ſunt.

Digitized by Google

ſunt. Scribens litteras cambij, an per ſolam acceptationem factam ab illo,cui dirigebantur, liberatus cenſeatur. Acceptans litteras cambij, die ſolutionis cedente, nùm ad quantitates in illis contentas ſoluendum cogi poſſit, adhuc ſi ante ſolutionem ſcribentis, decoctio contigerit. Dec.431. p.578

LVDO taxillorum, ſi quis pecuniam ſuam amiſerit, quam tamen non ſoluit, quia forſan credito ludebatur, an ad illam ſoluendam cogi poſſit. Et quid ſi eam ſoluit, an ſit locus repetitioni. Mutuo dans ſuo colluſori pecuniam ad ſoluendum, an eam repetere poſſit, & quid in Tertio qui non colludit, ſed pecuniam ad ludendum mutuo dat, ad ornatum text. *in prag. 1. ſub tit. de aleator.* Dec.423. pag.565

## M

MANDANS aliquem vulnerari, an, & quando de homicidio teneatur, ſi vulnere patrato, illinc ad certum tempus mors ſequuta fuerit, & quid ſi mandatum fuiſſet datum ad occidendum, ſed mors non ex vulnere, ſed ex aliquo accidenti ſequuta ſit. Dec. 422. p.564

MANDATVM ad lites in alicuius perſonam à tutore factum nùm cenſeatur extinctum, ſi priuſquam lis moueretur tutela per ſuperuenientem furorem mandantis re integra reuocetur. Procurator conſtitutus à Prælato in lite ſuæ Eccleſiæ, an per illius mortem poſt litem conteſtatam ſuperuenientem reuocatus dicatur. Dec.124. p.183

Mandatum generale cum libera habens à lege, an, & quando dicatur reuocatum per mandatum ſpeciale ſuperueniens hominis. Prælatio an competat Vniuerſitati, quando Dominus iuriſdictionis ciuilis vellet iuriſdictionem ſuam vendere Domino iuriſdictionis criminalis. Caſalia Ciuitatis Neapolis an vendi poſſint ea contradicente. Neapolitani an poſſint trahere ad forum M. C. Caſalenſes eiuſdem Ciuitatis, ſi Caſalia illa alteri vendita reperiantur. Priuilegium ſpeciale anterius, an & quando cenſeatur reuocatum per aliud poſterius generale. Deciſ. 215. pagina 306

Mandatum factum in perſonam procuratoris ſubſtituti, an, & quando per mortem procuratoris ſubſtituentis re integra expiret. Poteſtas procuratoris ſubſtituentis an per mortem procuratoris ſubſtituti extincta cenſeatur. Dec.339. p.456

Mandatum an, & quando per mutationem ſtatus procuratoris reuocatum cenſeatur. Soluens adiecto poſt illius ſtatus mutationem, an rectè ſoluere dicatur. Eligendi poteſtatem habens, ſiue aliquid declarandi, an poſt ſtatus ſtatus mutationem eligere, ſiue declarare poſſit. Pecunia an, & quando in generali bonorum obligatione veniat. Deciſ. 372. pagina 498

Mandatum ſi fuerit iniunctum alicui ad merces aliquas emendum, illis emptis, ſed non cum pecunia mandantis, concurrentibus ſuper prætio Creditoribus mandantis decocti, & mandatario, qui pecuniam exburſauit, quis erit præferendus. Procurator conſtitutus ad aliquod emendum contrahens ſimpliciter, an cenſeatur nomine proprio, vel potius mandantis contrahere. Dec.497. p.657

MANVTENTIO poſſeſſionis ſeu quaſi, an lite pendente ſit concedenda illi, cui ius reſiſtit, ſi immemorabilem alleget, & quid ſi inſimul priuilegium produceret, quamuis dubium. Iuriſdictionem habens in toto Regno, ſi illa in vno loco non vtatur, an per hoc ſibi præiudicauerit, vt demùm in eodem loco ea vti non poſſit, & de aliis ad ornatum *cap. cùm perſona de priuil. in 6.* Deciſ.313. pagina 426

MARITVS, & vxor ſi in contractu venditionis alicuius rei confeſſi ſunt prætium recepiſſe, an præſumendum ſit totam pecuniam in poſſe viri perueniſſe, vel medietatem tantùm; & quid in Patre, & filio confitentibus dotem filio promiſſa recepiſſe, an totam in patrem perueniſſe præſumendum ſit. Dec.199. pag.285

MATER, vel potius Auus paternus præferatur in Baliatu pupilli feudatarij. Filius familias ſi feudum acquiſiuerit ſiue per decem annos ſeorſum à patre vixerit, an à patria poteſtate liberatus cenſeatur. Deciſ.354. pagina 473

MELIORATIONES in feudo factæ, quæ per mortem feudatarij abſque legitimo ſucceſſore ad hæredem in allodio ſpectant, nùm à Domino ſint præciſè ſoluendæ, vel ſat erit ſi Dominus ipſe patiatur, vt hæres in allodio illas euellat, & quid in iudicio reuocationis, ſiue diſmembrationis; Et dum has meliorationes appraetiari contigerit, quodnam tempus ſit inſpiciendum ad declarationem text. *in c.1. §. ſi vaſſallus in tit. hic finitur lex.* Dec.572. pag.764

METVS an, & quando per teſtes conſanguineos, domeſticos, & familiares probari poſſit, & an, & quando per iudicis, & conſanguineorum præſentiam ceſſet. Minæ ſolæ abſque corporis cruciatu, an ſat ſint ad inducendum iuſtum metum in muliere. Dec. 321. pag.434

MINOR lite pendente effectus maior an ad pinguius probandum, poſſit in integrum reſtitutionem petere, quam in Regno primum, & ſecundum beneficium appellamus. Tertius veniens ad cauſam poſt latam ſenten-



Digitized by Google

tiam, an illius exequutionem impedire poſſit, ſi in promptu de ſuo intereſſe docere vult. Deciſ. 115. p. 171

Minor decem, & octo annis, maior verò quatuordecim an ligetur Pragmatica Sanctione, qua diſpoſitum eſt, vt omnes Regij Aſſenſus per verbum *fiat* in calce memorialium obtenti, debeant infra certum tempus in forma Regiæ Cancellariæ expediri, & quatenus ſub hac lege compræhendatur, an maior factus poſſit aduerſus lapſum temporis in integrum reſtitutionem petere. Deciſio 269. pagina 375

Minor pro ſuo intereſſe comparens in iudicio ab aliis inſtituto, in quo fuerunt examinati teſtes vſque ad numerum quinquagenarium per Regiam Pragmaticam præſcriptum, nùm poſſit aliquibus depoſitionibus illorum teſtium renunciare, & alios recipti facere vſque ad numerum prædictum. Teſtes recepti in termino ordinario vſque ad numerum quinquagenarium, ſi alter ex litigantibus eſſet perſona priuilegiata, cui ad pinguius probandum in integrum reſtitutio competit, nùm in termino primi, & ſecundi beneficij nouiter concedendo, valeat alios recepi facere teſtes vltra illos quinquaginta ad ſui inſtantiam examinatos. Dec. 458. p. 611

Minor procuratorem in iudicio conſtituens & cum iuramento, nùm ad pinguius probandum in integrum reſtitutionem, quæ in Regno primum, & ſecundum beneficium appellatur, petere valeat. Iuramentum à minore præſtitum in iudicio, an maiorem ſicut in contractibus eum repræſentet. Deciſio 476. pag. 633

MONETA vt bona dicatur, quæ requirantur, quavè pœna plectendus tradens pecuniam non iuſti ponderis expendendam. Libris eorum qui à publico ad collectas, & gabellas exigendas ſunt Deputati, an ſit credendum. Deputatio clerici coram iudice ſeculari abſque ſui ſuperioris licentia, an ſit ipſo iure nulla. Clericus, qui vti teſtis coram iudice ſeculari depoſuit, an ad melius veritatem eruendam torqueri poſſit. Deciſio 234. pagina 335

Monetæ valor ſi fuerit immutatus, an, & quando mutationis augmentum, vel detrimentum ſit creditoris, vel debitoris. Dec. 333. pag. 447

Monetæ reprobatio, cuius damno, & periculo cedat quando debitor fuit in mora ſoluendi id quod debebat. Debitor Fiſci an ipſo iure abſque alia die, & interpellatione in mora conſtituatur, & an ex cauſa poſſit contra ipſum exequi, quamuis nondum ſolutionis dies ceſſerit. Exactor pecuniæ fiſcalis an ſtatim viſo computo abſque alia citatione condemnari poſſit. Dec. 473. p. 629

MVLIER renuncians hypothecæ, quam habet ſuper vno corpore ſibi obligatò, an poſſit ſuper aliis recurſum habere. Priuilegium tacitæ hypothecæ, quod prælationem, quam mulier pro dote habet, an in eius ceſſionarium tranſeat. Vir, & vxor ſi vno, eodemque contractu confeſſi ſunt pecuniam ab eorum debitore recepiſſe, an præſumendum ſit totam pecuniam ad virum perueniſſe. Deciſ. 148. pag. 217

Mulier, viro ſuo ad inopiam vergente, an ſuarum dotium tuitione poſſit aſſecurationem petere ſuper bonis viri ſibi obligatis à tertio tamen poſſeſſis, non facta prius diſcuſſione ſuper bonis, quæ à viro poſſidentur. Ius offerendi an habeat locum contra mulierem dotium aſſecurationem petentem. Dec. 152. pagina 222

Mulier aſſecurata pro eius dotibus, & iuribus dotalibus ſuper bonis viri, an teneatur reddere rationem de fructibus, quos ex bonis illis percepit. Aſſecuratio an, & quando importet Dominij tranſlationem. Ratiociniis obnoxio ſi fuerit iniunctum præceptum, vt exhibeat libros ſuæ adminiſtrationis, eo recuſante quid peragendum. Ius offerendi an competat creditoribus viri aduerſus mulierem pro dotis aſſecuratione agentem. Dec. 180. -259

Mulier in Ciuitate Neapolis, an t[illegible]nittat ad hæredes ſuos vſumfructum dotium, qui pro alimentis ei debebatur ob moram hæredum in dotem reſtituendo. Dotis priuilegium mulieri competens, an ea mortua ad eius hæredes etiam extraneos tranſeat. Hæredes mulieris an pro recuperanda dote illi promiſſa, & non ſoluta, poſſint ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis recurſum habere. Deciſ. 193. pag. 278

Mulier, mortuo viro, cui fuit dos promiſſa, & non ſoluta, nùm poſſit nomine proprio agere contra promittentem pro conſequutione quantitatum in dotem promiſſarum, vel vt poſſit agere opus eſt, vt ab hæredibus viri, cui fuit facta promiſſio iurium ceſſionem exquirat. Dec. 424. p. 567

Mulier pro ſuarum dotium, & antefati recuperatione, an ſeruata forma pacti in capitulis matrimonialibus adiecti, inſtare poſſit, vt procedatur ad venditionem bonorum feudalium viri, quæ ad Regiam Curiam ob illius rebellionem fuerunt deuoluta. Fiſcus in bonis committentis crimen læſæ Maieſtatis quomodo ſuccedat. Creditor, qui creditum ſuum à Fiſco conſequitur, an teneatur illi iura ſua cedere. Dec. 506. p. 669

## N

NAVIS ſi iter ſuum agens, ventorum vi ad littus aliquod ducatur, naufragium paſſa,

Digitized by Google

paſſa, nùm amiſſæ nauis damnum illius Domino cedat, vel potius Domino mercium, quæ ſic ſaluæ factæ fuerunt, prætio naufragatæ nauis contribuere teneantur. Deciſ. 213. pag. 303

Nepos ex ſorore in feudi ſucceſſione, an fratrem patruelem defuncti feudatarij excludat in terminis gratiæ de qua *in Pragmatica* 11. *de feudis.* Renunciatio matris dotatæ, an & quando noceat filio, quin ad auunculi ſucceſſionem peruenire poſſit. In feudi antiqui ſucceſſione concurrentibus defuncti feudatarij amita, & fratre patruele vter præferendus, & quid ſi concurrerent feudatarij amita, & nepos ex ſorore. In ſucceſſione bonorum allodialium aui, vel auunculi, nùm ex propria perſona concurrere poſſint nepotes, ex filia, vel ſorore adhuc viuentibus, quæ ampliſſimè renunciarunt, & de aliis ad ornatum *Conſtit. Regni vt de ſucceſſ. & Pragmatica prima de feud.* Dec. 40. p. 52

Nepos ex fratre, an de iure ſuccedere poſſit in feudo per amitam acquiſito, & quid attentis gratiis Regno conceſſis. Feudum à Rege vni conceſſum, cùm primum feudatarius abſque legitimo poſſeſſore moreretur, ſi illud ante mortem huius feudatarij ex iuſta cauſa peruenerit in poſſe alterius, qui demùm abſque filiis decederet an conceſſionario vigore illius regiæ largitionis ſit tradendum. Dec. 316. pag. 428

Nepos ex fratre præmortuo, qui in bonis patrui ſui defuncti cum alio patruo, & aſcendentibus, legitimus eſt ſucceſſor, an pariter ſuccedere poſſit, ſi defuncto ſolum ſupereſſent aſcendentes, ſicque cum illis ad ſuccedendum concurrere. Concurrentibus ad ſucceſſionem defuncti, nepote ex ſorore, & filio neptis, quæ ſoror extitit vtrinque coniuncta huius nepotis, ambo ad ſuccedendum amitti poſſint. Filia à patre dotata, an mortuo demùm fratre ſuper illius bonis in Ciuitate Neapolis paragium prætendere poſſit. Deciſ. 418. pag. 558

Nepotes ex filio præmortuo, an proſint Auo ad obtinendam immunitatem à iure tributa patri duodecim filios habenti, & quid ſi filius viuit, & quid in muneribus perſonalibus, quæ requirantur vt quis à muneribus perſonalibus ſe excuſet. Deciſio 329. pagina 443

Nomina debitorum an, & quando veniant appellatione bonorum mobilium, & immobilium, & quid ſi duo eſſent hæredes inſtituti, alter in bonis mobilibus, alter verò in bonis immobilibus, nulla mentione facta de debitorum nominibus. Dec. 249. p. 355

Nominatione facta extra Regnum per vnum ex duobus reis conuentis, an correo proſit, ſi quis nominationem fecit ante litterarum Commiſſionalium conſignationem è viuis deceſſit. Beneficia, quæ competunt minori, an proſint maiori litis conſorti. Minor reſtitutionem poſtulans aduerſus venditionem indiuidualis feudi à ſe cum aliis condominis maioribus factam, an ſit audiendus, ſi integrum prætium ab emptore exburſatum non ſoluerit. Dec. 164. p. 239

Nominandi poteſtatem habens in officio à Rege ſibi conceſſo filium, generum, vel alium quemuis hæredem, an poſſit ſibi nominare hæredem extraneum, & particularem in eo officio. Dictio *quibuſcunque*, ſiue *quibus dederit*, cuius ſit importantiæ. Minor officio hæres nominatus, an poſſit minori ætate durante per ſubſtitutum deſeruire. Deciſ. 390. pag. 520

Nominatus ſi fuerit filius à patre in aliquo officio, idque vigore poteſtatis ſibi à rege tributæ, patre demùm in officio delinquente, nùm iſtius delictum filio iam per prius nominato noceat, itavt officio priuari poſſit. Nominatus in officio, an teneatur ad onera hæreditaria nominantis. Deciſio 375. pagina 501

Nominatus ad aliquod officium ab illo, qui nominandi poteſtatem habebat, an ſit ad illud admittendus, ſi eidem de mala nominantis adminiſtratione opponeretur. Delictum defuncti, an, & quando ad hæredes tranſeat. Mandatum habens generale à Principe & cum libera, an poſſit illius bona alienare. Dec. 512. pag. 678

Nominatus hæres in aliquo officio à nominandi poteſtatem habente, qui in officio commiſerit delictum, pro quibus ipſe, & hæres veniebant priuandi, ſi in vita non eſt ſequuta condemnatio, nùm interim erit immittendus in poſſeſſionem officij, donec ipſo audito ſuper prætenſa à Fiſco priuatione, proceſſus compiletur. Officiale delinquente mortuo, nùm in crimine peculatus, & repetundarum iudicium cum eius hærede incolari poſſit, & quid pro pœna computi male poſiti. Pœna ſi à ſtatuto ipſo iure imponatur, an ſententia requiratur declaratoria. Dec. 516. p. 684

Novatio, quæ regulariter non fit, niſi expreſsè vt fiat, Partes conueniant, nùm aliquando ex coniecturis claris, & indubitatis inducatur. Hypotheca ſuper re feudali, vt in alium transferatur, an requiratur Regius Aſſenſus, & quid ſi creditor renunciaret hypothecæ, ſiue remitteret annuos redditus, quos in feudum tenebat ſuper corpore feudali, nùm in augmentum feudi valeat renunciatio, ſiue remiſſio hæc ſine aſſenſu. Hypotheca an ſine perſonali actione ſubſiſtere poſſit. Feudum an poſſit abſque aſſenſu locari. Dec. 105. p. 157

Officialis

Digitized by Google

## O

OFFICIALIS perpetuus, vel temporalis, nùm in Prouincia, quam regit poſſit iure licito contrahere,& ſi delictum aliquod commiſerit, ſit ne officio priuandus, & an accuſatione pendente, ab eodem officio ſuſpendi debeat, & quid in tutore de mala adminiſtratione accuſato. Dec.2. p.3

Officialis temporalis in aliquo loco iuſtitiam adminiſtrans, nùm pœna aliqua puniri poſſit, ex eo quod ab Vniuerſitate munus notabilis quantitatis receperat. Officialis, qui in loco vbi ius dicit per impreſſionem contraxit, cùm ſit ciuiliter puniendus, cuinam ſit pœna applicanda, Fiſco, vel parti, & quid ſi impreſſio non fuit probata; quidvè ſi publicè, & bona fide contraxerit. Pragmaticæ Sanctiones, quibus prohibitum eſt officialibus munera recipere, nùm Regni Secretarium, & Theſaurarium, Fiſci Patronos, & Dominorum Proregum Secretarios compræhendant. Deciſio 12. p.15

Officialis ſi pecuniam fiſcalem exegerit, illamque Regiæ Curiæ reſtituerit, quanam pœna veniet puniendus. Deputatus ſi quis fuerit pro cuſtodia portus ad finem ne bona à Regno extrahi prohibita extrahantur, ſi extractionem permiſerit, quibus pœnis plectendus. Dec.14. p.18

Officialis de Barattaria inquiſitus, nùm ex proceſſu informatiuo torqueri poſſit. Barattariæ crimen, an per vnum teſtem probetur. Pœna quænam ſit criminis Barattariæ. Tormenta in Regno Neapolitano pro quibus criminibus inferri poſſint, & de aliis ad ornatum text. *in cap. Regni vulgaris famæ proloquium*, *&* *in c. Tormenta*. Dec.46. p.63

Officialis pecuniarius fiſcalis, ſi adminiſtrationis tempore bona aliqua acquiſiuit, an præſumendum ex pecunia fiſcali illa acquiſiuiſſe. Officialis pecuniarius, quanam pœna veniet puniendus, dum fiſcalem pecuniam in proprios vſus conuerſit, mutuo dedit, vel de ea aliter depoſuit. Dominium bonorum acquiſitorum ex aliena pecunia, an ipſi acquirenti, vel potius Domino pecuniæ quæratur. Dec.71. pag. 104

Officialis pecuniarius, qui fiſcalem pecuniam in proprios vſus conuerſit, quanam pœna veniet puniendus, & an hic ſub generali delictorum abolitione includatur. Lege Iulia peculatus, quis teneatur, quiſvè l. Iulia de reſiduis. Caſſerij Bancorum pecuniam Banci in proprios vſus conuertentes qua pœna teneantur. Dec.112. p.166

Officialis an, & quando ex culpa, & negligentia in Officio commiſſa, vel propter inſufficientiam, officio priuari poſſit. Aſſeſſores an de negligentia in ſindicatu teneantur. Nominantes, ſiue conſulentes Principi perſonas inhabiles ad officium exercendum, ad quid teneantur. Dec.114. p.169

Officialis exercens mercaturam in Prouincia quam regit, an & qua pœna veniat puniendus. Statuto ſi pro aliquo delicto certa pœna impoſita eſt, ſi demùm pro eodem crimine alia imponitur pœna, ſed minor, nùm per hoc cenſeatur à prima maiori receſſum. Mercaturas vetitas diuerſis vicibus, & temporibus exercens, an dicatur vnum factum, & vnum continuatum delictum, vel plura delicta cenſeantur. Dec.159. p.232

Officialis an poſſit in officio alium ſubſtituere, quamuis in ſuo priuilegio ſubſtituendi poteſtas ſibi tributa non fuerit. Officialis ſubſtituens, an & quando de culpis, & defectibus ſubſtituti ciuiliter, vel criminaliter teneatur, & an illum exhibendo liberetur. Deciſ.206. pag.293

Officialis ſi in officio ſuo alium facultatem nominandi haberet, & aliquem nominare promiſerit, nùm hæc promiſſio vim habeat nominationis, itavt alium nominare non poſſit, niſi quem nominare promiſit. Promiſſio de vendendo an, & quando ſit vera venditio, & quid in promiſſione de renunciando futuræ alicuius ſucceſſioni. Dec.214. p.304

Officialis pecuniarius ſi pecuniam fiſcalem exegerit, & pœnès ſe retinuerit, an pœna nonupli, an verò lege Iulia peculatus, ſiue lege Iulia de reſiduis teneatur, vel potius ad intereſſe, quod Fiſcus ex hac cauſa paſſus fuit. Accuſatio criminis peculatus, quanto tempore præſcribatur, & de aliis ad materiam *Capituli Regni vulgaris famæ proloquium*. Deciſio 226. pag.322

Officialis in officio delinquens qualiter puniatur. Pœna quanam veniat plectendus, qui equum alienum ſuo proprio ſignat ſigno. Delinquendi conſuetudo, an & quando poſtremum delictum aggrauet. Dec.259. p.365

Officialis pecuniarius exigens à debitoribus fiſcalibus plus debito, aliaſque committens extorſiones, qua pœna eſt puniendus, & an eo mortuo pœna de iure imponenda ad hæredes tranſeat. Officialis durante officio an de barattaria conueniri poſſit. Deciſio 260. pagina 366

Officialis an, & quando propter delictum in officio commiſſum veniat inquiſitione pendente ab illius adminiſtratione ſuſpendendus. Dec.301. p.412

Officialis in ſuo officio alium ſubſtituens, an & quando teneatur de culpis, & defectibus ſubſtituti, & an, & quando illum exhibendo liberetur, & quatenus teneatur, an eadem pœna qua ſubſtitutus delinquens puniri poſſit. Dec.325. p.438

Officialis an teneatur præſentare, & exhibere

Digitized by Google

bere eius exequutores delinquentes, & an, & quando de culpis, & defectibus ſubſtituti teneatur. Baro an teneatur de culpis,& defectibus ſui officialis, qui officio completo, ſindicatui non paruit. Dec.530. p.706

Officialium Regiæ Cancellariæ electio, an ad Dominum Regem noſtrum, vel potius ad Secretarium Regni ſpectet. Inſtrumenta ſtipulata à Notario, ſic communiter reputato, cùm talis non eſſet, an probent, fidemque faciant. Dec.356. p.476

Officium ſi reperitur duobus conceſſum, ſed vni prius, alteri poſterius, vter in illius aſſequutione erit præferendus, an qui prior eſt in data conceſſionis vel potius alter qui eſt poſterior in data, ſed prior in poſſeſſione, & de pluribus ad ornatum text. *in l. quoties C. de reiuindic.*Dec.107. p.160

Officio in duos inſolidum collato, an & quando delictum vnius in officij adminiſtratione commiſſum, alteri noceat. Feudum ſi eſſet commune duobus,quorum alter deliquit, an delictum vnius conſocio feudatario obſit. Dec.168. p.244

Officium ſi quis à Rege acquiſierit cum facultate illud renunciandi ad beneficium alterius perſonæ ſibi melius viſæ, non addito tam in vita, quàm in morte, nùm renunciatio demùm ſequuta in articulo mortis renunciantis de iure valida dicatur, vel potius nulla. Obtinens à Principe facultatem renunciandi officium, quod habet, in beneficium alterius, an illud vendere poſſit. Deciſio 223. pag.318

Officium an, & quando ad hæredes etiam extraneos tranſeat. Hæredis appellatione an, & quando omnes in infinitum veniant. Legatum annuum, an legatarij morte extinguatur, & quid ſi fuerit relictum per certum tempus, nùm legatario, antequam tempus illud compleatur, pro reſiduo ad hæredes tranſmittatur; quid in donatione annua alicui facta.Dec. 230. p.328

Officium conceſſum Patri,& filio inſolidum itavt vno defuncto remaneat penès ſuperuiuentem, ſi patris contemplatione conceſſum eſſet, nùm ab ipſo patre alteri, quàm filio renunciari poſſit. Donatio facta filio, an & quando patris contemplatione facta præſumatur. Principi an ſit credendum aliquod in ſuo priuilegio aſſerenti. Dec.285. p.393

Officium ſi fuerit acquiſitum pro ſe, & hæredibus maſculis, poſſeſſore defuncto, ſuperſtite ſibi perſona à primo acquirente deſcendente, an iſte in illo ſuccedere poſſit. Hæredum appellatione, an & quando omnes in infinitum veniant. Officio conceſſo per hæredibus, an fœmina in illa ſuccedere poſſit. Dec. 364. p.486

Officium ſi fuerit ab aliquo acquiſitum pro ſe, & vno hærede,primo conceſſionario mortuo, an poſſit in illo hæres extraneus ſuccedere. Officium an feudo æquiparetur. Succedens in officio ex nominatione à defuncto facta, an teneatur ad onera nominantis. Fœmina an poſſit hæres inſtitui in officio. Hæredis appellatione an, & quando veniat tantùm hæres ſanguinis. Dec.382. p.512

Officium ſi quis acquiſierit cum facultate nominandi ſibi vnum hæredem, aut ſucceſſorem tam in vita quàm in morte, ſi ob delictum eo priuetur, an poſt condemnationem facultate hac nominandi, vti valeat, itavt nominato facta nominatio proſit. Hæres an pro criminibus peculatus de reſiduis, & repetundarum per defunctum commiſſis conueniri poſſit, adhuc lite cum defuncto non conteſtata. Dec.440. p.589

Officium ſi duobus diuerſis temporibus conceſſum reperiatur vter in illud aſſequendo præferri debeat, ille, forſan, qui eſt prior in data conceſſionis, vel potius ille, qui eſt poſterior in data, ſed prius poſſeſſionem, ſiue adminiſtrationem fuit adeptus, & de aliis ad ornatum text. *in l. quoties C. de reiuindic.*Dec.447. pag.598

Officium ad Regis collationem ſpectans, ſi quis longiſſimo tempore vti Regis miniſter poſſederit, an illud præſcripſiſſe, allegari poſſit. Iuriſdictio à Rege alicui in officium conceſſa, an & quando eiuſdem Regis nutu reuocari poſſit, & an, & quando iuriſdictio cum mero, & mixto imperio præſcriptione queratur, & de vi immemorabilis præſcriptionis. Dec.466. pag.620

Officium ſi fuerit alicui conceſſum pro ſe, hæredibus, & ſucceſſionibus in perpetuum, nùm conceſſionarius, eiuſque hæredes, & ſucceſſores teneantur ſoluere collectam pro eo, quod, illud annis ſingulis eſt in redditu. Collectarum onus an à ciue præſcribi poſſit, vt pro bonis, quæ poſſidet in futurum ad Collectas non teneatur. Feudatarius an pro feudo, quod poſſidet, planum, & de tabula collectam ſoluere cogatur. Dec.469. p.624

Officium ſi vno, eodemque die à Principe alicui collatum reperiretur, & vt alteri illud idem pariter conferretur, Præſidi Prouinciæ fuerit iniunctum, ſi de anterioritate temporis illius diei non conſtat, vter in aſſequendo officium hoc præferri debeat. Text. *in l. quoties C. de reiuindic.* an procedat in conceſſione Principis duobus de eadem re facta. Deciſio 508. pag.672

Officium à Rege alicui conceſſum ad beneplacitum, nùm poſſit à concedente ad libitum reuocari. Gratia Principis ſimpliciter facta, an poſſit ſine cauſa reuocari, & quid ſi fuerit facta ad beneplacitum. Dec.511. p.676

Officium ſi à Patre fuerit pecunia acquiſitum



Digitized by Google

tum pro ſe, & vno hærede in vita, vel in morte nominando, & nominatione non facta, vt ſuccederet qui legitimus eſſet hæres, caſu contingente, vt ab inteſtato decederet pluribus ſibi ſuperſtitibus filiis, an primogenitus ſolus in eo officio ſuccedat cum onere tamē extimationē cum fratribus conferendi, ac ſi eſſet feudum nouum pecunia quæſitū. Dec.551.p.735

Officium ſi vni fuerit conceſſum, an valeat Princeps illud à conceſſionario auferre, & alteri dare, etiam nulla concurrente cauſa. Princeps an poſſit ius alteri quæſitum ſine cauſa auferre. Res an valeat tuta conſcientia clericum feudorum ſucceſſionis incapacem, habilem facere, vt in feudis per patrem relictis ſuccedere poſſit, quamuis ſucceſſio ſequenti in gradu delata fuerit, & an pariter valeat filium illegitimum poſt patris mortem legitimare in præiudicium ab inteſtato venientium. Dec.554. pag.740

Officium ſi à Principe fuerit alicui conceſſum cum clauſula *prout prædeceſſores tui tenuerunt*, ſi poſtremus conceſſionarius aliqua fuerit gauiſus prærogatiua, qua forſan potiri non debebat, nūm hic nouiſſimè prouiſus ea etiam gaudere, & frui debeat. Gratia à Principe conceſſa quandò dicatur perſonalis, & quandò realis. Clauſula *ex certa ſcientia* cuius ſit ponderis. Dec.557. p.745

ONERA quibus res legata, vel donata obnoxia reperitur, vt ſoluantur ad quem ſpectat, an ad legatarium, ſiue donatarium, vel potius ad hæredem vniuerſalem. Legato fundo cuius vſusfructus eſt alterius, an cenſeatur ſolum legata proprietas. Dec.360. p.481

ORDINATVS prima clericali tonſura à non habente poteſtatem ordinandi, ſi deliquerit, an ſit ad iudicem Eccleſiaſticum remittendus. Abbates Ordini Sancti Benedicti, an poſſint minores ordines laicis conferre, ſi proprij Epiſcopi acceſſerit conſenſus, & an cum ſuis ſubditis valeant in interſtitiis diſpenſare. Ordinatus à non ſuo Epiſcopo, delinquendo, an ſit ad Iudicem Eccleſiaſticum remittendus. Clericus excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus, an fori priuilegio gaudeat, & de aliis ad ornatum text. *in cap. Abbates de priuileg. in 6. & S.C.T. ſeſſ.23. c.10. de reformat.* Dec.101. p.150

OSCVLANS per vim mulierem, nūm mortis pœna puniri poſſit, & quid in eo qui tantùm mulierem per vim amplexus fuit, nullo ſubſequuto oſculo, & quid in præſtantibus auxilium mulieres oſculantibus, & de aliis ad ornatum *Pragmaticæ 1. de oſculant. mulier.* Dec. 221. p.315

P

PACTVM, ſiue promiſſio facta ab vno Barone alteri Baroni de conuicinio de non exigendo ius Dohanæ in ſuo territorio, an liget ſucceſſores particulares permittentis. Pactum quando perſonale, & quando reale dicatur, & an in dubio potius reale, quàm perſonale cenſeatur. Nundinæ an abſque Principis priuilegio fieri poſſint. Titulus coloratus quis dicatur, & an ille ſat ſit ad manutenendum in poſſeſſione lite pendente illum, qui lege reſiſtente poſſidet, & de pluribus ad materiam text. *in c. cum perſonæ de priuileg. in 6. & in c. cùm veniſſent. extra de inſtit.* Deciſ.111. pag.162

Pactum de retrouendendo temporale appoſitum in venditione annuorum introïtuum, nūm elapſo tempore contra emptorem exerceri poſſit, & quid in venditione bonorum ſtabilium. Pactum appoſitum in venditione annuorum introïtuum, vt liceat venditori intra certum tempus annuos redditus venditos redimere, ſed poſtea an de iure ſubſiſtat. Dec.142. pag.207

Pactum de futura ſucceſſione in certa parte bonorum, an de iure ſubſiſtat, vel potius improbetur. Donatio facta filiis naſcituris, Notario pro illis ſtipulante eiſdem demùm natis, nūm abſque alia acceptatione illis perfectè acquiratur. Aſſenſus Regius generaliter præſtitus capitulis matrimonialibus, an, & quando ſit proficuus, etiam reſpectu donationis contemplatione matrimonij in eodem contractu factæ. Dec.318. p.430

Pactum de retrouendendo an, & quando à venditore contra ſingularem rei venditæ poſſeſſorem exerceri poſſit. Dec.570. p.762

Pactum de retrouendendo ad certum tempus reſtrictum an adhuc eo tempore elapſo exerceri poſſit per eum, qui venditionis perſonam repræſentat, ſic aduerſus lapſum temporis reſtitui petentem ex clauſula generali *ſi qua mihi iuſta cauſa &c.* Quatriennium perſonis priuilegiatis conceſſum ad petendum in integrum reſtitutionem à quo tempore currere incipiat? Pactum de retrouendendo abſque temporis præfinitione in contractu venditionis appoſitum, an & quanto tempore præſcribi poſſit. Pactum de retrouendendo, ſi fuerit appoſitum in contractu emptionis, & venditionis ea tamen lege, vt exerceri non poſſit, niſi tanto tempore elapſo, & non prius, an de iure ſubſiſtat. Dec.573. p.765

PARAGIVM à fratre ſorori debitum, nūm iudicis arbitrio taxari poſſit. In paragij taxatione quodnam tempus inſpiciendum ſit in caſu de quo hic, & an in eo taxando imputanda ſint bona allodialia, quæ ex fratris ſucceſſione ſoror conſequuta eſt. Soror quæ à patre de illius bonis dotata extitit, nūm poſſit à fratre in Ciuitate Neapolis paragium ſuper bonis maternis petere, vel ſat ſit vnica donatio. Filia ſi mortuo patre non vult nubere, ſed

caſte

Digitized by Google

caſtè viuere, vel monaſterium ingredi, an poſſit petere paragium, ac ſi virum ducere vellet. Dec.52. p.70

Paragium quod filiæ debetur ſuper bonis paternis, & maternis feudalibus, & allodialibus, an ab illa peti poſſit vnà cum fructibus à die mortis parentũ. Soror in Ciuitate Neapolis nùm in bonis per fratrem quæſitis intra diſtrictum exiſtentibus cum aliis fratribus, & aſcendentibus ſuccedere poſſit, & de aliis ad ornatum, & declarationem Conſuet. Neapol. *ſi moriatur*, & alterius *ſed ſi morienti*. Dec.417. pag.556

Pater duodecim filiorum, qui ex iuris præſcripto potitur priuilegio exemptionis ab omnibus muneribus perſonalibus, & realibus, an illud amittat, ſi poſtea vnus ex filiis deceſſerit. Sententia iudicis an requiratur, vt pater duodecim filiorum declaretur immunis ab omnibus muneribus perſonalibus, & realibus. Pater duodecim filiorum defuncto, an filij eadem gaudeant immunitate. Deciſio 113. pag.168

Pater filium inſtituens hæredem, eique ſine liberis decedenti alium ſubſtituens, an poſſit eidem quartæ trebellianicæ detractionem expreſsè, & tacitè prohibere. Filius hæres à patre inſtitutus, ſi inuentarium non confecerit an quartam trebellianicam amittat. Deciſio 355. p.475

Pater an, & quando poſſit vendere, vel donare, quod ſui contemplatione filio eſt donatum. Teſtes conſanguinei, & domeſtici, an ad metum probandum admitti poſſint. Iuramentum an ſuppleat defectum minoris ætatis, ſi minor vti maior contraxerit. Deciſio 348. pag.466

Pater ſi nuptui tradens filiam ſtipulatus ſit dotem ipſi filiæ hæredibuſque ſuis fore reſtituendam, defuncta demùm filia abſque liberis ipſo patre dotante, fratribus, & ſororibus ſuperſtitibus, quis in dote illa ſuccedat, an pater ſolus, vel cum eo fratres, & ſorores, & quid ſi pater iuxta ordinem naturæ, dotatæ filiæ præmoreretur, nùm ſequuta demùm morte ipſius filiæ abſque liberis, poſſit illa de dote diſponere, non obſtante pacto in capitulis matrimonialibus appoſito, vt dos in caſu diſſolutionis matrimonij abſque filiis, ipſi patri, hæredibuſque ſuis eſſet reſtituenda. Ius deliberandi, an ad Fiſcum tranſmittatur. Dec. 531. p.707

Patrvvs an, & quando nepoti in feudo ſuccedere poſſit, & è contra nepos in feudo patrui. Frater an ſuccedat in feudo nouo fratris, & de pluribus ad materiam *Conſt. Reg. vt de ſucceſſionibus cap. conſiderantes*, *& nouiſſimarum gratiarum Regno conceſſarum*. Dec.731. pag.201

Pavpertatis qualitas quomodo conſideretur inter plures ad legatum conſequendum vocatos. Diſpoſitum in codicillis ſi referatur ad teſtamentum, an cenſeatur facta repetitio cum omnibus qualitatibus in teſtamento contentis. Legatum ſpeciale alicui factum an, & quando ſit prius ſoluendum, quàm generale. Dec.237. p.341

Pecvlatvs crimen, quodnam ſit, quodvè legis Iuliæ repetundarum, ac legis Iuliæ de reſiduis, & quæ pœna pro his criminibus ſit à iure impoſita, & vbi crimen hoc non fuerit probatum, quænam indicia ſat ſint, vt reus torqueri poſſit. Dec.400. p.531

Pecvnia exiſtens in Banco in faciem generalis Regni Theſaurarij, an ipſius propriè dicatur, vel potius Regiæ Curiæ ad finem vt decocto Banco Regius Fiſcus præferatur cæteris creditoribus Banci actionem perſonalem tantùm habentibus. Fiſcus in actionibus perſonalibus, & mulier pro dote, an cæteris creditoribus præferatur. Fiſcus tacitam habens hypothecam poſteriorem, an præferatur tacitam ſimiliter habenti, ſed anteriorem, & de aliis ad ornatum text. *in l. ſi his qui 28. ff. de Iure Fiſci.* Dec.74. p.108

Pecuniæ quantitas, quæ ab Arrendatoribus Gabellarum anticipatè ſoluitur, ſi nihil fuerit expreſſum, an cenſeri debeat ſoluta in computum primi anni, an verò pro rata temporis totius Arrendamenti. Legatum factum alicui de eo quod ab alio teſtatori debetur, nùm compræhendat non ſolum quantitatem debitam purè, ſed etiam in diem, vel ſub conditione. Dec.283. p.391

Poena quænam ſit inferenda aduerſus illos, quorum culpa incendium contingit. Pœna pecuniaria, ſi pro delicto imponitur, an delinquens carcerari poſſit. Conductor domus an, & quando ob incendium in eo exortum, damnum reſercire teneatur. Deciſ.26. pag.34

Pœna quænam ſit imponenda aduerſus illum, qui iniurioſa verba in Principem abſentem protulerit. Pœna iudicis arbitrio remiſſa, an & quando poſſit vſque ad mortem ſe extendi, & de pluribus notabilibus ad declarationem ſententiæ, *Gloſ. in §. in ſumma inſtit. de iniuriis*. Dec.50. p.67

Pœna quanam plectendus ſit ille, qui verba iniurioſa contra Regios officiales protulerit. Pœna in iudicis arbitrium remiſſa, an vſque ad mortem extendi poſſit. Officialis an, & quando poſſit cognoſcere de iniuria in eius perſonam illata. Dec.242. p.347

Pœna nonupli an mulctari poſſit Officialis pecuniarius, ex quo in introitu ſuorum computorum ponere omiſit quandam partitam pecuniæ fiſcalis, quam exegerat. Confeſſio ex errore probabili in iudicio facta, nùm reuocari poſſit adhuc ſi error eſſet in facto proprio.



Digitized by Google

Confeſſio delinquentis in iudicio facta delictum commiſiſſe, an ſat ſit ad illum pœna ordinaria mulctandum. Minor an aduerſus ſuam confeſſionem delictum commiſiſſe, poſſit in integrum reſtitutionem petere. Deciſio 523. pag.694

Pœnæ pecuniariæ prouenientes ex interceptis fraudati vectigalis, ſiue ex contrauentione bannorum, quæ in dies aliqua iuſta, & rationabili ſuadente cauſa promulgari ſolent, nùm ſub generali Regia abolitione compræhendantur, itemque & aliæ perſonæ pecuniariæ prouenientes ex incuſationibus inſtrumentorum, & obligationum penès acta M.C. Bona per ſententiam confiſcata, an Regio generali ſuperueniente indultu, ſint reſtituenda. Dec.549. p.732

Pensio à Principe alicui propter ſeruitia collata, nùm per conceſſionarium Religionem ingredi, & profiteri volentem poſſit in alterius beneficium renunciari. Vſusfructus qui vſufructuarij morte finitur, nùm per illius monachationem extinguatur. Subſtitutioni factæ ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit, an locus fiat ſtatim atque quod hic Franciſcanam Religionem profiteretur. Teſtamentum per teſtatoris monachationem, an confirmetur. Mortis appellatione, an veniat mors ciuilis. Dec.492. pag.651

Perceptores, ſeu Theſaurarij Prouinciarum, an & quando ex mora, quam contrahunt in tranſmittendo ad Regiam Generalem Theſaurariam pecuniam fiſcalem, quum exegerunt, teneantur de proprio, ſi pecunia illa ex aliquo accidenti fuerit deperdita. Dec. 181. p.260

Perceptores, ſiue Theſaurarij Prouinciarum, ſi in tranſmittenda pecunia ad Regiam Generalem Theſaurariam non adhibuerunt quæ adhibenda ſunt, ob quod in itinere fuit illa diſrobata, ad quid teneantur. Officialis officium procurans, an de læuiſſima culpa teneatur. Dec.182. p.261

Portio, quænam ſpectat ad Dominum Regem noſtrum, & quæ ad Generalem Triremium Regni huius ex prædictis Turcharum, & Maurorum, aliorúmque bonorum Infidelium, quæ cum eiſdem Regiis Triremibus prædantur. Libris Archiuij Principis, ſiue ſuorum officialium, an ſit plena fides adhibenda. Ad inducendam conſuetudinem, an ſat ſit bis fuiſſe ſic obſeruatum. Dec.24. p.31

Possessio an, & quando ex priuilegio, & inſtrumentis, quæ producuntur, probata dicatur. Inueſtitura feudi, quæ à Vaſſallo producitur, an ſat ſit ad iuſtificandam eiuſdem feudi poſſeſſionem. Liber cataſti nùm probet poſſeſſionem illorum bonorum pro illo ciue, cuius ſcriptum eſt in cataſto. Dec.279. p.386

Possesor ſingularis rei certo annuo redditui obnoxiæ, nùm à Domino redditus ad illum ſoluendum in actione perſonali cogi poſſit; & quid in Domino directo pro conſequutione canonis contra emptorem rei Emphyteutici. Feudo ad Regiam Curiam deuoluto, an, & quando Fiſcus debita per Feudatarium contracta ſoluere teneatur. Dec.362. pag.484

Poſſeſſor bonorum, ſiue iurium, quæ ſine titulo poſſideri non poſſunt, ſi Fiſco inſtante ad illum oſtendendum, fuerit citatus, nec aliter oſtenderit, ſic varias opponens exceptines, nùm condemnari poſſit ad bona, ſiue iura illa dimittendum. Dec.566. p.758

Possessorium, & petitorium ſimul, quando cenſeatur potius in libello deductum, quàm poſſeſſorium tantùm. Proteſtatio facta parte abſente ad propriam tamen voluntatem declarandam, an, & quando proteſtanti proſit. Donatiua gemmarum, quæ fiunt à ſponſo ſponſæ cum proteſtatione ante contractum matrimonium, an, & quando donata cenſeantur. Dec.175. p.253

Poſſeſſorium, & petitorium, an & quando inſimul cumulari poſſint. Iudex præparatorij, an poſſit eſſe Iudex præparati. Cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, an neceſſario ab vno, eodemque officio diffiniri debeat. Deciſ.347. pag.465

Possidens ea, quæ de iure ſine titulo poſſideri non poſſunt, ſi conuentus, vt poſſeſſionem dimittat, præſcriptionem allegauerit immemorabilem, nùm lite pendente, ſit in poſſeſſione conſeruandus, & quid ſi titulum produceret coloratum, & de aliis ad materiam text. *in c. cùm perſona de priuileg. in 6. in c. ad decimas de reſt. ſpoliat. & in c. cùm veniſſet de inſtitut.* Dec.136. p.200

Pragmatica ſanctio ædita Thori, an à reo conuento contra Fiſcum agentem allegari poſſit, & an contra Eccleſiam. Exceptio de iure tertij, an, & quando opponi poſſit Dictio relatiua *prout*, quando conditionaliter, & quando caſualiter ſtare dicatur. Dec.95. pag.141

Pragmatica Sanctio ædita Thori an, & quando Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas compræhendat. Diſpoſitio *l. benè à Zenone C. de quatrien. præſcript.* an contra Eccleſiam allegari poſſit. Clericus an ligetur ſtatuto laïcorum circa præparatoria, ſiue deciſoria iudiciorum Pragmatica 6. §.4 *ſub tit. de litter. cam.* an clericos compræhendat. Dec.232 p.331

Pragmatica Sanctio ædita Thori, quæ tuetur poſſeſſores earum rerum, quæ à Sereniſſimis Regibus domus Aragoniæ conceſſe reperiuntur, an locum habeat, ſi qui eſſet conuentus ad relaxandum feudum, quod ab illius vtili Domino, & poſſeſſore fuit iuſto titulo in alium tranſlatum cum conſenſu, & beneplacito



Digitized by Google

placito illorum Sereniſſimorum Regum. Et quid ſi quis rem aliquam poſſideret vigore alicuius Priuilegij, quod ab eiſdem Sereniſſimis Regibus fuit confirmatum. Dictio *quouis modo*, quid importet, & de aliis ad ornatum Pragmaticæ prædictæ. Dec.452. p.603

Pragmatica Sanctio ædita Thori an allegari poſſit *vbi* quis ageret actione hypothecaria, pro recuperatione crediti, quod habet ſuper re, quæ à Tertio poſſidetur. Dos promiſſa, an verè dos ſit, itavt ſi ſtatuto caueatur, vel in capitulis matrimonialibus maritus cum vxore pactum fecerit, vt ipſa ſine liberis præmoriente, dotem, vel illius certam partem lucretur, ſi iam vxor ſine liberis præmortua eſt, ſed dos non reperitur ſoluta, ſtatuto, ſiue pacto locus ne ſit. Dec.533. p.711

Pragmatica Sanctio ædita Thori an contra Fiſcum allegari poſſit quando ipſe eſſet actor, ſic controuerſiam mouens contra illos, qui cauſam habent à Regibus Aragoneis, & quid ſi eſſet Reus, nùm, à priuato conuentus poſſit hac diſpoſitione ſe tueri, & de aliis ad materiam *c. cùm perſona de priuileg. in 6.* Dec.543. pag.722

PRÆFERRI quis debeat ſuper prætio mercium cum alterius noui inuectarum, creditor Domini mercium anterior, vel potius Dominus nauis, ſiue eius ceſſionarius pro naulo. Vt locus ſit priuilegio prælationis, de quo *in l. interdum ff. qui potior in pign. habeat.* cum concordantibus, quæ concurrere debeant. Hypotheca tacita pro penſione domus, an, & quando cum prælatione ſit decernenda. Dec. 134. p.198

PRÆSCRIPTIO Vt non currat maiori tempore belli cùm agere non poſſit, nec in iudicio comparere, an teneatur ſe præſtari. Rex Catholicus an teneatur habere rata, geſta per Reges Alphonſum II. & Federicum de Aragonia. Præſcriptioni an ſit locus, ſi quis per triginta annos annuam præſtationem ſibi debitam non exegerit. Dec.286. p.394

Præſcriptio centenaria, vt illam alleganti ſit proficua an ſcientia requiratur illius, contra quem dicitur præſcriptum. Priuilegium quando dicatur in forma communi, & quando ex certa ſcientia confirmatum. Diſpoſitio text. *in cap.1. §. ſi quis per 30. in tit. ſi feud. defun. &c.* an in Regno contra Fiſcum allegari poſſit. Aſſenſus Regius an temporis curſu interueniſſe præſumatur. Deſcriptio facta in marmore an, & quando probet, quæ ibi aſſeruntur. Clauſula *ex certa ſcientia* quid importet. Dec.376. pag.503

Præſcriptio centenaria, an illam alleganti ſuffragetur, quando de vitio litigioſa conſtaret, & an proſit mala concurrente fide. Productio tituli nulli, & iniuſti, an, & quando centenariæ præſcriptioni noceat. Scriptura, quæ in iudicio præſentatur, vt fidem faciat, quæ concurrere debeant. Dec.427. p.571

PRÆTIVM, an, & quando ſuccedat loco rei. Prætium redactum ex venditione rei mihi obligatæ, an pariter mihi oblatum cenſeatur. Pecunia peruenta ex venditione feudi, cui ex creditoribus feudatarij erit liberanda. Prædium emptum cum pecunia dotali, an dotale efficiatur. Dec.202. p.287

Prætium rei venundandæ, quodnam iuſtum dicatur, illud fòrſan, quod ab extraneo inuenitur, vel potius illud, quod ab expertis, rei qualitate conſiderata, & redditibus attentis, referatur, & quid quando tractatur de extimando nomine debitoris. Venditor ſi in prætio rei venditæ enormem, ſiue enormiſſimam paſſus ſit læſionem, nùm pro contractus reſciſſione agere poſſit contra rei poſſeſſorem, quamuis ab ipſo venditore cauſam non habeat. Dec.453. p.605

PRINCEPS an, publica ſuadente cauſa, poſſit delinquentibus abſque patris remiſſione indulgere, & gratiam facere, Proreges Regni Neapolis an ſtatim quod Regnum ingrediuntur, Iuriſdictionem, qua pollent in ſubditos exercere poſſint. Teſtes Vaſſalli, & Domeſtici an pro legitimis reputentur, ſi veritas aliunde haberi non poteſt. Dec.136. pagina 339

PRIVILEGIVM an, & quando per non vſum cenſeatur amiſſum. Rex ſucceſſor, an & quando teneatur ſeruare geſta per prædeceſſores. Reges noſtri Auſtriaci an teneantur ad obſeruantiam contractuum, & priuilegiorum à Regibus Ferdinando primo, & ſecundo, Alphonſo ſecundo, & Federico Aragoneis conceſſorum. Dec. 33. p.43

Priuilegium à Rege alicui Ciuitati conceſſum immunitatis functionum fiſcalium, & donatiui, ſi mortuo concedente ab eius ſucceſſore fuerit confirmatum, nulla facta mentione exemptionis donatiui, ſed tantùm functionum Fiſcalium, an reſpectu donatiui cenſeatur pariter confirmatum. Priuilegium ad beneplacitum alicui conceſſum, nùm per concedentis mortem extinguatur. Priuilegium, an, & quando per non vſum tollatur. Priuilegium habens exemptionis ab omnibus Collectis, ſi patiatur vt in libris communium debentium deſcribatur, an ſibi præiudicauerit, ſi ab illa deſcriptione non appellauit. Dec.38 p.49

Priuilegio ſuo an quis per vnum ſolum actum contrarium renunciare cenſeatur. Mandatum litteris mediantibus iniunctum, an perſona litterarum, prætenſionem ab illo, cui dirigebantur, acceptatum dicatur. Tacens in actu, quem ſcit, & cui contradicere poteſt, & contradicendo impedire, non contradicit, an cenſeatur actui conſentire. Creditor qui præſens, & ſciens patitur rem ſibi obligatam,



Digitized by Google

alteri pignori dari, an ius ſuum remittere videatur. Dec.39 . p.50

Priuilegio conceſſo hominibus alicuius Ciuitatis exemptionis Gabellarum per totum Regnum cum ampliſſimis clauſulis derogatoriis omnibus aliis priuilegiis, & gratiis alteri factis, & faciendis, an cenſeatur derogatum per aliud priuilegium alteri poſtea conceſſum exigendi gabellas, & paſſus ab omnibus, & quibuſcunque hominibus, non obtenta quacunque conceſſione, gratiis, & priuilegiis aliis quibuſcunque perſonis elargitis. Princeps an poſſit priuilegium ſubditis ſuis alias conceſſum reuocare. Priuilegium alicui ciuitati conceſſum, vt ſit immunis à ſolutione alicuius gabellæ, nùm cenſeatur ſublatum, ſi demùm poſt conceſſam immunitatem conſtaret aliquos ex ciuibus gabellam ſoluiſſe. Dec.97. pagina 144

Priuilegium in forma communi à Principe confirmatum, cuius ſit importantiæ, & quando dicatur priuilegium confirmatum in forma communi, & quando ex certa ſcientia. Dec.287. p.396

Priuilegium, ſeu gratia Principis, quæ plura capitula diuerſa, & non connexa continet, ſi fuerit expreſſum falſum reſpectu vnius capituli tantum, an in totum vitietur, vel reſpectu illius capituli tantum. Clauſula *motu proprio, & ex certa ſcientia* cuius ſit importantiæ Dec.319. pag.432

Priuilegium in ſeruitiorum remunerationem à Principe ſubdito ſuo conceſſum, nùm reuocari poſſit. Priuilegium domanij prætio, vel mediantibus meritis conceſſum, an & quando poſſit à Principe reuocari. Vaſſalli an, & quando inuiti alienari poſſint. Princeps an, & quando poſſit filium naturalem in agnatorum præiudicium legitimare. Donatio propter benemerita facta, vt valida iudicetur, quæ concurrere debeant. Promiſſio facta ſub verbo, & fide regis quid importet. Dec.409. pag.544

PROCESSVS ſi fuerit compilatus cum procuratore, de cuius mandato non conſtat, nùm per rationabilem principalis ſuperuenientem, acta facta, conualidentur. Aſſenſus impetratus ſuper obligatione rei feudalis facienda, an ſit proficuus, ſi obligatio reperitur iam facta. Dec.100. p.286

Proceſſus an dicatur legitimè compilatus cum procuratore, de cuius mandato non conſtat, ſi Principalis ſcientiam iudicij moti habuerit. Terminus datus tam ſuper conuentione, ſuper qua erat iam concluſum, quàm ſuper reconuentione, an dicatur legitimè impartitus. Clericus actor coram iudice ſeculari, an poſt in cauſa concluſum reconueniri poſſit. Dec.413. p.551

PROCVRATOR à Domino conſtitutus ad aliquam rem vendendum an poſſit à ſe ipſo emere. Tutor an bona pupilli poſſit palam, & bona fide emere. Officia quando non ſunt repugnantia, an vnus poſſit duorum vicem ſubſtinere. Dec.78. p.113

Procurator conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi, ſi alium vigore poteſtatis ſibi à Domino tributæ ſubſtituerit, & diem ſuum clauſerit extremum, nùm mandatum iniunctum in perſonam ſubſtituti, dicatur extinctum. Procurator ſubſtituens, an de facto ſubſtituti teneatur. Procurator conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi, ſi alium ſubſtituerit, nùm ſubſtitutione non obſtante, poſſit ille citari, ſi cum ſubſtituto ex aliqua cauſa procedi non poteſt. Dec.151. p.221

Procurator conſtitutus ad aliquid peragendum, ſi contraxerit ſimpliciter, non expreſſo nomine procuratoris, nùm cenſeatur procuratoris nomine contraxiſſe. Procurator conſtitutus ad emendum, ſi nomine proprio emit, an teneatur Domino actione mandati ad rem emptam ſibi tradendam, & Dominus actione contraria ad prætium. Dec.176. p.255

Procuratore generali ad lites conſtituto cum poteſtate ſubſtituendi, facta iam ſubſtitutione, ſi hic ſubſtitutus, cum quo fuit ad multa proceſſum, demum non inuenitur, an poſſit cum procuratore ſubſtituente procedi. Procurator ſubſtitutus, an & quando alium ſubſtituere poſſit. Dec.198. p.284

Procurator conſtitutus ad vendendum, & ad prætium recipiendum, ſi confitetur pecuniam recepiſſe, quam forſan non recepit, quia de illius numeratione non conſtat, an Domino præiudicet, itavt emptor ob illam confeſſionem liberatus remaneat; & quid in tutore, curatore, ſindico Vniuerſitatis exequutore, & in patre legitima filiorum adminiſtratore. Deciſ.410. p.547

Procurator Cæſaris ad bona fiſci vendendum, conſtitutus an poſſit habere fidem de prætio, & quid in procuratore priuati, & an in caſibus, in quibus fides de prætio haberi non poteſt, contractus venditionis dicatur nullus. Procurator ſimpliciter conſtitutus ad vendendum, an poſſit prætium recipere. Vendere rem ſuam quando quis cogitur ob publicam vtilitatem, an pariter cogi poterit ad habendam fidem de prætio. Dec.484. p.641

Procurator conſtitutus ad agendum, exigendum, & gubernandum, an poſſit comparere, & audiri in iudicio contra ſuum principalem moto, in quo proceſſum fuit in contumaciam, illumque defendere, adhuc proceſſu compilato. Procurator conſtitutus ad omnes cauſas actiuas, & paſſiuas, motas, & mouendas, an poſſit agere cauſas feudales. Dec.574. pag.766.

PRODVCTIONIS crimen in Principem committendum

Digitized by Google

committendum ſciens, illudque non reuelans, nùm læſæ maieſtatis efficiatur reus, adhuc ſi tanti ſceleris particeps non ſit, ita vt eadem ſit plectendus pœna, ac ſi eſſet eiuſdem criminis ſocius. Dec.41. p.54

PROHIBITIO, facta à Principe, vt nemini liceat emere frumentum, & hordeum cauſa illud reuendendi, & commercium faciendi; ſed tantùm pro domus ſuæ indigentia, & tempore debito, an de iure ſubſiſtat. Princeps an poſſit ſterilitatis tempore, frumenti prætium taxare, & nùm taxa facta ſubditum in conſcientia obliget. Dec.217. p.310

Prohiberi an poſſit Regnicolis, ne acceſſum habeant ad Ciuitatem Neapolis, cauſa ibi perpetuo cõmorandi. Collecta an, & quando à focularibus abſentibus exigi poſſit. Dec.218. p.311

PROMITTENS aliquid facere intra certum tempus, & in caſu non adimplementi, aliud præſtare, ſi priuſquam tempus præſcriptum compleatur, quod fieri fuit promiſſum, redditur impoſſibile, nùm ſtatim ex ſecũda obligatione conueniri poſſit, vel potius expectandum eſt, vt illud tempus finiatur. Dictio *tunc*, ſiue *tùm* cuius ſit importantiæ. Dec.489. p.647

PROREX in hoc Regno, nùm poſt ingreſſum ſucceſſoris ad Regni confinia poſſit ſuo munere incumbere, ſic officia vacantia conferre, gratias facere, omniaque peragere, provt per prius. Succeſſor in Gubernio huius Regni, an iuriſdictionem aliquam habeat priuſquam actualem poſſeſſionem non accipiat, & iuramentum de benè & fideliter adminiſtrando non præſtiterit. Dec.462. p.616

PVELLA in quo loco ſequeſtranda ad finem eius voluntatem explendi, quando de eius pudicitia timetur, ſiue de vi, & metu paterno in matrimonium contra eius voluntatem contrahendo, & in quibus iudicis arbitrium in hac re extendatur. Dec.132. p.194

R

RECLAMATIO in cauſis criminalibus an ſit admittenda à ſententia S.C. quando illa eſt conformis ſententiæ M. C. & quid in ſententia excluſiua ab indultu, ſiue à remiſſione, quæ per inquiſitum ad ſuum iudicem competentem fuit petita. Dec.220. p.313

Reclamatio à ſententia præfecti prætorio, ſi infra decem dies à victo fuerit interpoſita, ob quod teneatur victor fideiuſſionem præſtare de reſtituendo in caſu retractationis, ſi fideiuſſorẽ inuenire non poteſt, nùm audiendus ſit, ſi ad iuratoriam cautionem ſe admitti expoſcat, & quid in vſufructuario. Dec.141. p.206

Reclamatio an, & quando ſit admittenda, quando duæ ſententiæ ſunt conformes, ſi lata fuit alia intermedia, quæ eſt difformis. Reclamatio an ſit deneganda à decreto S.C. in cauſa criminali prolato, confirmante decretum M.C. Dec.420. p.562

Reclamatio an ſit admittenda à decreto S.C. Neapolis confirmante decretum M.C. in cauſa criminali latum, & quid ſi eſſet interpoſitum in cauſa ciuili à criminali dependente, & quid ſi eſſet decretum latum per Curiam Admiratiæ, confirmatum poſtea per S. C. Iudex cauſarum criminaliũ, an poſſit incidenter cognoſcere de cauſa ciuili. Ludens ludo prohibito, an tuta cõſcientia quod lucratus eſt, retinere poſſit. Ludẽs credito ſi non ſoluit quod amiſit, an tuta conſcientia poſſit non ſoluere. Cõfeſſarius, an poſſit abſoluere pœnitentem, qui pecuniam credito in ludo amiſſam ſoluere recuſat. Dec.496. p.655

REFVTATIO à patre in filium primogenitum de feudo facta in qua filius ipſe refutatarius patri refutanti certam annuam quantitatẽ vitalitiam ſoluere promiſit, an pro valida ſit habenda, vel potius pro nulla, & inualida, dum Regius Aſſenſus ſuper illa non fuit impetratus. Refutatio in proximè ſucceſſurum, an, & quãdo abſque Regio Aſſenſu ſubſiſtat, & quomodo intelligendum illud vulgatum Andr. *in c.1. §. & ſi libellum de alienat. feudi paterni valet refutatio, cætera pacta non.* Seruitus an abſque aſſenſu ſuper feudo, vita feudatarij durante, imponi poſſit. Dec.550. p.733

REGENS ſupremi Italiæ ſenatus apud Dominum Regem noſtrũ exiſtentis, ſi fuerit electus Regens in Collaterali Conſilio Regni huius, nùm præcedere debeat omnes Regentes poſt ipſum creatos, quamuis illi in eodem Collaterali Conſilio prius poſſeſſionem adepti fuerint. Prior in adminiſtratione, an præferatur Priori in data priuilegij, ſed in poſſeſſione poſteriori. Dec.446. p.596

REGISTRVM an, & quando fidem faciat ſicut originale. Tranſumptum vt probet, fidem fiat, quæ requirantur. Regiſtrum ſi eſt diuerſum ab originale, cui ſtandum eſt. Originalis ſcriptura, ſi fuerit deperdita, & ab vna parte præſentetur liber, in quo ſcriptura illa fuit regiſtrata, & ab aduerſario tranſumptum eiuſdẽ ſcripturæ, ſi in aliquo diſcordant, cui ſtandũ eſt, an regiſtro, an verò tranſumpto. Dec.363. p.485

REINTEGRATIONES ad ſedilia Ciuitatis Neapolis ex quibus iuſtificentur. Poſſeſſio domus antiquæ in pertinentiis ſedilis, an ſat ſit ad inducendum actum poſſeſſiuum in ſedili in perſonas maiorum, qui domum illam poſſederunt. Sententia in cauſa nobilitatis prolata, nùm abſentibus, & non vocatis eiuſdem ſanguinis proſit. Dec.418. p.572

RELEVIVM nùm per mortem viri ſit ab illius hærede ſoluendum pro feudo, quod defunctus, Regio mediante aſſenſu, in dotem ab vxore accepit. Fundus in dotem datus, an, & quando per mortem viri ab vxore ſuperſtite vendicari poſſit. Dominium bonorũ Rebellis, ſiue illorum poſſeſſio nùm ipſo iure in Fiſcum transferatur. Mulier ſe dotando, an poſſit abſq; Regis Aſſenſu feudũ in dotẽ dare. Dec.45. p.60

Releuium

Digitized by Google

Releuium cùm liquidatur, an in illius liquidatione deducendæ ſint expenſæ, quæ pro cuſtodia Caſtri in anno mortis feudatarij factæ proponuntur, & quid de oneribus debitis creditoribus feudatarij, & quid de vita, & militia, quæ debetur fratribus ſecundogenitis. Hæres defuncti feudatarij in diſcuſſione inuentarij, an poſſit deducere quantitatem pro releuio Regiæ Curiæ ſolutam. Dec.225. p.321

Releuij in liquidatione, an ſicut excomputatur adoha, quæ forſan in anno mortis feudatarij imponi contingit, ſic pariter habenda ſit ratio de perſonali ſeruitio, quod in illo anno mortis, legitimus in feudo ſucceſſor Domino præſtat; & quid ſi in anno mortis Baro ſucceſſor non coactè aliquid Regi donauerit, nùm in illa medietate fructuum Regiæ Curiæ debita pro releuio, excomputari quoque debeat illud, quod donatum eſt. Dec.243. p.353

Releuium, an ſit ſoluendum Regiæ Curiæ per mortem illius, cui cum Regio Aſſenſu legatum fuerit feudum & an debeatur per mortem legantis, ſicque vt legatarius, ſiue hæres vniuerſalis, adhoc onus teneatur. Hæres particularis in feudo, an releuium ſoluere teneatur. Dec.248. p.355

Releuium quod per mortem Feudatarij Regiæ Curiæ debetur nùm ſolui debeat, ſi qui in feudo ſuccedit, non vt hæres vltimi defuncti, ſed per fideicommiſſarium Regio Aſſenſu vallatum, illud adipiſcatur, & quid in ſuccedente in feudo ex pacto, & prouidentia. Dec.254. p.361

Releuium an ſit Regiæ Curiæ ſoluendũ ob mortem feudatarij, qui in vita feuda ſua omnia, Regio accedente aſſenſu, certæ perſonæ donauerit, vſufructu tamen ſibi reſeruato, & quid in refutatione facta à Patre filio omnium feudorum, & quid vbi fit donatio omnium feudorum contemplatione matrimonij. Ius quod quis habet ſuper feudo, an illius augmentum, ſine aſſenſu remitti poſſit. Dec.271. p.377

Releuium an, & quando ſit ſoluendum Regiæ Curiæ ex refutatione facta à feudatario in proximè ſucceſſurum omnium feudorum, & quid ſi refutatio facta eſſet à patre filio contemplatione matrimonij, & quid ſi in refutatione aliquid refutans ſibi reſeruauit, nullo ſuper ea reſeruatione impetrato Regio Aſſenſu. Dec. 294. p.404

Releuium an ſit Regiæ Curiæ ſoluendum ex donatione facta de feudo à patre filio ex nunc pro tunc ſequuta morte, ſuper qua Regius fuit impetratus aſſenſus, & de clauſula *Conſtituti*. Dec.324. p.437

Releuium, quod ab hærede feudatarij ob illius mortem Regiæ Curiæ eſt præſtandum, an ſolui debeat ab hærede illius, qui feudum emerat cum pacto de retrouendendo, ſi venditor intra annum mortis emptoris, feudum illud ex vi pacti reacquiſiuit, & quid in venditoris hærede, qui intra annum mortis feudatarij, feudum cum pacto de retrouendendo diſtractum reemit. Dec.338. p.454

Releuium an debeatur per mortem illius, qui Domino aſſentiente feudum pro ſe emerit, vita ſua durante, & poſt mortem ſuam pro aliquo eius conſanguineo, qui in feudo illo ex lege contractus ſucceſſit, cùm alias de iure ſuccedere non poterat. Dec.343. p.460

Releuium an, & quando veniat compenſandum cum adoha, ſi contigerit feudatariũ mori eodem anno, quo hoc adohæ onus imponitur. Releuij in liquidatione, quæ, & qualia onera deducenda ſint, & an ſit pariter deducenda vita, & militia ſecundogenitis debita. Tempus anni, & diei ad mortem feudatarij directo Domino denunciandum, à quo die ſucceſſori in feudo currat. Dec.371. p.497

Releuium, quod ſucceſſor in feudo ad mortem feudatarij fiſco ſoluere tenetur, an ſit pariter ſoluendum, quando quis ſuccedit ex contractu inter viuos, puta ex donatione Regio Aſſenſu vallata. Releuium an ſit ſoluendum ob ingreſſum feudatarij in aliquam Religionẽ, & poſſeſſionem indè ſequutam, ſiue vbi quis in feudo ſuccedit ob agnati feudatarij foriudicationem. Eccleſia, quæ feudum tenet à Rege, Prælato mortuo an ad Releuium teneatur. Pater an ſuccedat filio in feudo eidem cum Regio Aſſenſu donato, & de ſolutione quindennij, quando res emphyteutica vel feudalis à poſſe laïci ad manus mortuas peruenit. Deciſ.403. pag.535

Releuium an ſit Fiſco ſoluendum ex donatione bonorũ feudalium facta à Patre filio primogenito contemplatione matrimonij ex nunc pro tunc ſequuta morte, defuncto demùm donante, ac ſi donatarius per mortem donantis in feudo ſucceſſiſſet. Donatio facta à Patre filio in capitulis matrimonialibus ex nunc pro tunc ſequuta morte, & è contra cum clauſula conſtituti, an dicatur donatio inter viuos, vel potius cauſa mortis. Dec.404. p.537

Releuium an ſoluere teneatur legatarius, cui mediante Regio Aſſenſu feudum legatum extitit. Succeſſoris appellatione, an tantùm vniuerſalis veniat, vel etiam particularis. Dec. 419. p.561

Releuium an Regiæ Curiæ debeatur per mortem emptoris, qui Regio Aſſenſu ſuper feudi diſtractione adhuc non impetrato, è viuis deceſſerat, dum demùm à venditore impetratus extitit. Feudo vendito abſque aſſenſu ſi cõtigerit mors venditoris, an iſtius hæres releuium ſoluere cogatur. Feudum ſi fuerit alienatum cum pacto de retrouendendo, emptore poſtea mortuo, an eius hæres releuium ſoluere teneatur, dum venditor infra annum mortis emptoris, feudum illud reemit, & quid ſi deceſſerit ille, qui feudum vendidit cum pacto de retrouendendo, & eius hæres infra annum mortis illud reemit, an pro hoc feudo teneatur

Regiæ

Digitized by Google

Regiæ Curiæ ſoluere Releuium Dec.490. pagina 648

Releuium an ſit Regiæ Curiæ ſoluendum à legatario, cui legatum eſt feudum cum Regio Aſſenſu. Inueſtitus ſi quis fuerit de feudo pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, an ſub hac acquiſitione veniant non ſolùm ſucceſſores vniuerſales, ſed etiam particulares. Dec.528. p.703

Releuium an Regiæ Curiæ debeatur, quando quis non per mortem, ſed per ſuperuenientem feudatarij clericatum in feuda ſuccedit, & an illud à Fiſco peti poſſit, quando pater bona omnia feudalia filio contemplatione matrimonij refutat, ſiue donat. Dec.564. p.756

Remissioni mercedis, an fiat locus ſi conductor facta locatoris fuerit impeditus frui re conducta. Sterilitas vnius anni, an, & quando compenſetur cum fertilitate alterius præcedentis, vel ſubſequentis anni. Remiſſio mercedis propter Sterilitatem an ſubintret, vbi quis ampliſſimè caſibus fortuitis renunciauit. Remiſſio mercedis vt fieri debeat, ad quam ſummam damnum à conductore paſſum, aſcendere debeat. Dec.84. p.123

Remiſſio mercedis, vt ob ſterilitatem à locatore conductori facienda ſit, ad quam ſummam damnum à conductoribus paſſum, aſcendere debeat. Renunciari, an poſſit remiſſioni mercedis. Renunciatio caſuum fortuitorum, an inſolitos, & inopinatos comprænhendat. Deciſio 509. p 673

Remiſſio mercedis, vt ob ſterilitatem à locatore conductori facienda ſit, ad quam ſummam damnum à conductoribus paſſum, aſcendere debeat. Renunciari an poſſit Remiſſioni mercedis. Renunciatio caſuum fortuitorum, an inſolitos comprehendat, & inopinatos. Dec 509. p.608

Renvnciatio facta à filio in manibus patris, nùm obſtet renuncianti, quin ſorori ſuæ ab inteſtato defunctæ ſuccedere poſſit. Filia ſi renunciauit ſucceſſioni paternæ, & moritur pater, cui ſucceſſit filius, nùm ſi demùm iſte morietur, poſſit filia fratri ſuo ſuccedere etiam in bonis, quæ fuerunt patris communis. Legatum dotis à patre filiæ factum, nùm ſit purum, vel potius conditionale ad effectũ, vt mortua filia ante nubilem ætatem, ſit vel ne ad eius hæredes tranſmiſſibile. Dec.58. p.82

Renunciatio bonorum feudalium facta à filio primogenito in manibus patris ad beneficiũ filij ſecundogeniti, an vt valida iudicetur, opus eſt vt ſuper ea, Regius impetretur Aſſenſus. Renunciatio, quæ fit à filia in manibus patris, dum nuptui traditur, an dicatur extinctiua, vel potius tranſlatiua. Dec.155. p.226

Renunciatio facta à filia nubente in manibus patris cum clauſulis ampliſſimis, filiis maſculis eo renunciationis tempore exiſtentibus, nùm illis demùm mortuis, euaneſcat, ac ſi facta non eſſet, ita vt poſſit filia ipſa vnà cum aliis ſororibus, quæ non renunciarunt, patri renunciatario poſtea ab inteſtato defuncto ſuccedere renunciatione non obſtante. Cauſæ enumerantur propter quas parentes filiarum nubentium renunciationes accipiunt. Cautela traditur, & vnica, vt filia à patris ſucceſſione propter renunciationem à Collateralibus excludatur. Dec.581. p.776

Rescriptvm Principis, quod iudici ordinario præſentatur exequendum, ſi allegatur ſubreptitiè fuiſſe illum impetratum, nùm iudex exequutor de allegata ſubreptionis exceptione cognoſcere valeat, vel dicendum eſt eſſe illum merum exequutorem. Clauſula *ex certa ſcientia*, an ſubreptionis tollat vitium. Reſtitutio in integrum, quæ petitur aduerſus ſententiam Regiam, an illius impediat exequutionem. Dec.16. p.21

Reſcriptum Principis alicui Tribunali directum, vt ſuper ſupplicatis fiat iuſtitia, cuiuſnam ſit importantię. Procurator generalis, nùm poſſit tranſigere, vel in eo contractu mandatum requiratur ſpeciale. Septuagenarius pro ære alieno grauatus, vt non poſſit capi de perſona, an ſat ſit, vt ingreſſus ſit ſeptuageſimum annum, vel potius requiratur, vt ſit egreſſus. Deciſio 306. p.418

Restitvtio in integrum ad pinguius probandum minoribus, & mulieribus ex Regni conſtitutionibus, & pragmatica competens, quæ primum, & ſecundum beneficium appellatur, an pariter Vniuerſitatibus, Eccleſiis, Collegiis, Montibus pro maritandis virginibus erectis, ſedilibus Nobilium Ciuitatis Neapolis, & ſimilibus competat, & an ipſis completo termino ordinario fieri poſſit præceptum, vt infra tot dies hæc beneficia petant, alias præcludi viam vlterius petendi. Dec.156. p.228

Reſtitutio in integrum ad pinguius probandum, quæ in Regno primum, & ſecundum beneficium appellatur, ſi à muliere petatur, vt cõcedatur quoad ponenda de nouo tantùm, an proſit aduerſario tam ſuper de nouo ponendis, quàm ſuper alias poſitis. Minor primum, & ſecundum beneficium petens, an in præiudicium maioris collitigantis, eidem renunciare poſſit. Clericus ſi poſtquam laïcum in ius vocauerit, fuerit ab illo reconuentus, nùm ad reconuentionem euitandam, iudicio per ipſum moto renunciare poſſit. Dec.174. p.252

Reſtitutio in integrum an Eccleſiæ eam petenti concedenda ſit aduerſus præſcriptionem centenariam. Debitor, qui per decem annos continuos alicui certam pecuniæ quantitatem ſoluit, ſi deinde ſolitam continuare præſtationem renitens fuerit, nùm poſſit compelli ad in futurum correſpondendum, prout in præteritum ſoluit, ad ornatum text. *in l. cum de in rem verſo ff. de vſuris*. Dec.408. p.543

Reſtitutus ſi fuerit rebellis per viã gratiæ ad priſtinũ ſtatũ, & cùm verbis ampliſſimis, nùm



Digitized by Google

reſtitutus cenſeatur ad ea bona, quæ penès Fiſcum non reperiuntur, quia in tertium alienata. Princeps an ex cauſa publica valeat delinquentibus abſque partis remiſſione indulgere. Dec. 487. p.645

Retentio ratione hypothecæ, quam quis habet ſuper re, ad quam relaxandam eſt condemnatus, an, & quando poſſeſſori competat, ad fidem vt ſententiæ exequutionem impedire poſſit. Exceptio meliorationum factarum oppoſita per eum, qui condemnatus eſt ad fundum dimittendum an ſententiæ exequutionem impediat. Meliorationes an, & quando cum fructibus perceptis compenſentur. Dec. 559. p.748

Reus in iudicio conuentus an, & quando poſſit inſtare, vt actor ſuum generale declaret libellum pariterque actor petere, vt ſuam declaret exceptionem. Libelli claritas ex quibus deſideratur. Dec. 521. p.691

S

Salarium officiali electo, à quo die debetur, à die inquam, quo per procuratorem iuramentum præſtitit de benè, & fideliter adminiſtrando, vel à die quo adminiſtrare cæpit. Salarium an debeatur officiali pro tempore, quo non inſeruiit, ex quo fuit ab officio ſuſpenſus, ſi poſtea per viam Iuſtitiæ fuit reſtitutus. Dec. 162. p.236

Salarium integrum an debeatur officiali impuberi, qui officium per ſubſtitutum exercuit, dum tempore collationis officij, nulla de illius minori ætate habita fuit notitia. Princeps conferens aliquod officium inhabili, ſciens illum eſſe talem, an ſic cenſeatur cum eo diſpenſare, & quid in Papa, vel Epiſcopo incapacem ad ordines ſuſcipiendos ſcienter promouentibus. Dec. 439. p.586

Salarium officiali ſupremo debitum, eo defuncto, an ad hæredes tranſmittatur pro integro anno, vel pro rata tantùm temporis, quo inſeruiuit, ſiue vſque ad diem mortis, & quid in Doctore ad legendum conducto, in Aduocato, medico, & in famulo. Dec. 507. p.671

Salarium à principio non promiſſum, ſiue conſtitutum, an peti poſſit ab illo, qui bonorum alterius adminiſtrationi propoſitus eſt, & quid in Tutore, in famulo, in Vicario Epiſcopi, & Officialibus Terrarum Baronalium ad iuſtitiam miniſtrandam electis. Dec. 571. p.763

Scripturæ ab actore præſentatæ, an Reo notificari debeant, & an vbi non fuerit notificata ſententia, inde ſequuta ſubſiſtat, vel potius dicatur nulla. Terminus ad impugnandum ſcripturas ab actore compilato proceſſu præſentatas, an ſit reo concedendus. Dec. 165. pag. 240

Securitas, ſiue ſaluus conductus delinquenti à Principe conceſſus, an ſemper, & in omni caſu ſit ſeruandus, adhuc ſi de re maximi ponderis ageretur, multumque ipſius Principis intereſſet, aſſicuratum per aliquod tempus detinere. Saluus conductus an ſit ſeruandus delinquenti, ſi iudex, qui illum aſſecurauit, aſſecurandi poteſtatem nō habebat. Dec. 187. p.270

Sententia an ſit ipſo iure nulla vel potius per appellationem retractanda, ſi iudex ad illius promulgationem proceſſerit, non facta prius relatione de ſtatu cauſæ Principi, qui ſic reſcripto mediante mandauerat, vbi pro quæſtionis reſolutione tres diſtinguuntur caſus ad ornatum text. *in l. 1. & toto titulo C. de relationibus, & in c. licet extra de offic. legat.* Dec. 37. p.47

Sententia lata in actione perſonali contra vxorem, nùm exequi poſſit ſuper bonis dotalibus viro conſignatis. Appellari an poſſit à decreto lato per Præſidentem Sacri Conſilij, & Locumtenentem Regiæ Cameræ, vti iudices delegatos, & nùm à decreto de exequendo, detur appellatio. Dec. 48. p.65

Sententia, quæ ſecum trahit exequutionem, num per appellationem ſuſpendatur. Caſus enumerantur, in quibus ſententia per appellationem non impeditur, ad ornatum text. *in c. paſtoralis §. verum, de appellat. in Pragmatica 2. de appellat. & in Pragmatica 3. 4. de offic. Sac Conſ.* Dec. 49. p.66

Sententia ex falſa cauſa lata, an ſit ipſo iure nulla. Dominium rei in dotem datæ, extimatæ an tranſeat in virum, ita vt ſoluto matrimonio, ſit in ipſius electione vel rem, vel pecuniam reſtituere; & quid ſi fuit res illa per virum alienata, an mulier in ſubſidium pro ſuæ dotis recupertatione, poſſit de iuribus ſuis aduerſus tertium poſſeſſorem experiri; & quid ſi illius rei prætium fuerit viri creditoribus ſolutum. Creditor mariti, cui fuit ſoluta pecunia quam liberè in dotem vir acceperat, an in ſubſidium teneatur illam mulieri reſtituere. Mulier pro recuperatione dotis, an poſſit auocare pecuniam ex bonis defuncti viri redactam, & creditori poſteriori ab hærede ſolutam. Creditor mariti, an cogi poſſit in ſui crediti ſatisfactionem recipere pecuniam dotalem, ſi à lege data fuit, vt teneatur maritus vel illam in emptionem conuertere, vel creditoribus ſuis ſoluere. Dec. 86 pag. 129

Sententia declaratoria an requiratur, vt dominium bonorum illius, qui in crimen læſæ Maieſtatis incidit, in Fiſcum tranſeat. Feudum ſi propter Feudatarij delictum ad Fiſcum deuoluatur, an vita, & militia fratri ſecundogenito ſuper illo feudo debita, dicatur extincta. Excommunicati mors ſuperueniens, an operetur, vt ille Eccleſiaſtica ſepultura careat, ſi nondum per ſententiam extiterat talis declaratus. Dec. 91. p.137

Sententia lata inter duos contendentes Tertium eſſe illis ſubiectum, nùm noceat illi tertio in iudicio non citato, neque audito. Sententia contra vnum lata, an, & quando aliis non citatis noceat



Digitized by Google

noceat. Inuentarium ſi fuerit diſcuſſum cum vno ex creditoribus hæreditariis, an ſententia indè lata aliis creditoribus non citatis, neque auditis, nocere, & prodeſſe poſſit. Dec.125. pag.184

Sententiæ exequutio, an & quando impediri poſſit cùm ea prolata, victus excipiat de expenſis, ſiue meliorationibus per ipſum in re factis, & an, & quando ad hanc exceptionem reiiciendam, ſat ſit, ſi actor ad cuius fauorem prolata eſt ſententia, cautionem offerat de ſoluendis expenſis, ſiue meliorationibus, cùm primùm fuerunt illæ liquidatæ. Dec.167. p.242

Sententia condemnatoria, ſi fuerit lata ſuper ſorte, an, & quando actio poſtea inſtitui poſſit pro conſequutione intereſſe. Creditor ſi à debitore ſuo ſortem receperit, ſiue proteſtatione reſpectu intereſſe, an, & quando illud poſtea petere poſſit. Dec.298. p.408

Sententia lata ad fauorem vnius, an, & quando exequi poſſit contra tertium in illo iudicio non auditum. Sententia lata contra venditorem conuentum actione rei venditionis, an poſſit exequutioni demandari contra emptorem poſſidentem, & ſcientem cauſam agi. Sententia lata contra vſufructuarium, an noceat proprietario. Dec.307. p.420

SEQVESTRVM an, & quando in principio litis fieri poſſit. Iudex in caſibus præmiſſis, nùm poſſit ex ſuo officio nobili poſſeſſionem ſequeſtrare, ne partes veniant ad arma, & quando de armorum timore, & ſcandalo imminente dubitatur, an iudicis dicto ſtandum ſit, vel de his ſaltem ſummariæ conſtare debet. Dec.47. p.64

Sequeſtrum bonorum feudalium vigore *c. ex præſumptuosè* an, & quando locum habeat. Inquiſitus de crimine læſæ Maieſtatis, nùm inquiſitione pendente poſſit bona ſua adminiſtrare. Renunciatio filiæ, vel ſororis quando dicatur perſonalis, & quando realis, & an, & quando filiis renunciantis, viua, vel mortua matre, noceat, quominus ex propria perſona ad aui materni, vel Auunculi ſucceſſionem venire poſſint. Dec.157. p.229

SERVITVS cauſam habens diſcontinuam quanto tempore præſcribatur. Feuda in Regno Neapolitano, an præſcribi poſſint, & per quantum tempus. Ius lignandi an ſit de regalibus. Text. *in l. cùm de in rem verſo ff. de vſuris, & in l. certis annis C. de pactis*, an locum habeat in acquiſitione alicuius ſeruitutis, & vt iura hæc locum habeant, quæ concurrere debeant. Seruitus quæ realis dicatur, & quæ mixta. Seruitus an dicatur ius illud, quod quis habet in alieno territorio lignandi. Dec.68. p.97

SOCIETAS omnium bonorum, an cenſeatur inter fratres inita ex ordinatione præfuncti patris, vt ſpatio tot annorum in communione permanerent. Societas à teſtatore inter hæredes ordinata, an eandē habeat vim, quàm habet ſocietas ex contractu, ſi quàm hæredes inter ſe peregiſſent. Fratres ſi indiuiſam paternam hæreditatem retinuerint, vt emolumentum, & damnum commune eſſet, an quod ex illis alter aliundè quæſiuit, in communione redigetur. Dec.524. p.695

SOCIVS imperialis liberalitatis an, & quando conſequatur portionem conſocij, qui ſine hærede deceſſit. Conſocio quando aliquid acquiritur, an acquiri dicatur per ius accreſcendi, vel potius iure ſucceſſionis. Socius quādo dicatur ſine hærede decedere. Text. *in l. vnica C. ſi ſocius Imperial. liberal. ſine hærede deceſſ. lib.*10. an procedat in morte ciuili. Vir, & vxor ſi eorum bona alicui donauerint, reſeruatis quolibet anno puta decem, altero ipſorum moriente, an integra decem ſuperſtiti debeantur, vel potius quinque tantùm. Dec.194. p.279

Socius criminis, qui cum iuramento depoſuit contra conſocium, ſi demùm depoſitionem ſic factum ex interuallo reuocauerit, & aufugerit, vocatus à Principe cum ſaluo conducto, nùm Fiſco inſtante torqueri poſſit, ad finem declarandi, quæ ex duabus depoſitionibus vera ſit. Tortura an, & quando in ciuilibus inferri poſſit, Dec.266. p.372

SOROR vtrinque coniuncta, an ſuccedat fratri ſuo feudatario abſque liberis defuncto, vel potius Fiſcus ſtante renunciatione per illā facta, dum nuptui tradebatur. Renunciatio quando dicatur perſonalis, & quando realis. Filia propter donationem à patris ſucceſſione excluſa, nùm prohibeatur ſuccedere fratri in bonis eidem à Patre obuentis, & de aliis ad ornatum *pragmat. 1. de feudis*. Dec.145. p.211

SPOLIATVS de facto à iudice, an poſſit agere interdicto recuperandæ poſſeſſionis, ac ſi à priuato ſpoliatus eſſet. Interdictum recuperandæ, an locum habeat in iuribus incorporalibus. Partis citatio ad videndum iuramenta teſtium, an requiratur quando extraiudicialiter proceditur. Exceptio dominij, ſiue defectus iuris, an aduerſus ſpoliatum opponi poſſit, reſtitutione prius non facta. Dec.122. p.179

SPOLIATVS de facto à poſſeſſione feudi, nùm beneficio canonis *reintegrāda 3. quæſt. 1.* iuuari poſſit, ſi in ſuo libello deduxit titulum, de cuius nullitate euidenter conſtat, & à reo conuento dominij exceptio obiicitur. Procurator Cæſaris, ſi rem fiſcalem, habita fide de prætio alicui venderet, nùm dominium in emptorem transferat. Clauſula ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, quid importent. Dec.13. p.17

STATVTVM ab Vniuerſitate emanatum ſuper eo, quod iuri communi repugnat, nùm in temporis progreſſu per maiorem partem minore contradicente, tolli poſſit, vel requiratur præciſè, vt omnes conſentiant. Plures ſi fuerint Domini vnius fundi, nùm vno contradicente, poſſint alij ſuper illo ad alicuius fauorem, ſeruitutem



Digitized by Google

tutem imponere, & quid in ſepulchro communi. Maior pars collegij, vt poſſit minori præiudicare, quæ requirantur. Maior pars creditorum, minore diſſentiente, an poſſit ſtatuere, vt communis debitoris patrimonium, à duobus, tribus vel quatuor ex eis adminiſtretur, & de aliis ad ornatum text. *in l. quod maior ff. ad municip. in l. per fundum ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. in l. iuriſgentium §. fin. in l. maiorem in l. reſcriptum ff. de pact. & in l. fin. C. qui boni ceder. poſſ.* Dec.128. p.188

Stipendia ſiue ſalaria duo, an miles, qui duas tenet militias conſequi poſſit, & quid in magiſtratibus, an ſi quis duplex exercet officium, duplex pariter conſequi debeat ſalarium. Dec.308. p.421

Svccessor legitimus quis dicatur in bonis vxoris rebellis, quæ filia ſuperſtite ab inteſtato deceſſit, Fiſcus ex perſona filij ſuccedere non volentis, vel potius frater defunctæ. Succeſſor indignus quis dicatur, & quis incapax. Succeſſionis indignitas, an ſit de iure feudorum cognita. Exiſtente aliquo ſucceſſionis indigno ex proprio delicto, cuinam bona illa ſunt applicanda Fiſco loci, vbi delinquens natus eſt, ſiue vbi deliquit, vel potius fiſco loci, in quo bona ſita ſunt. Dec.96. p.142

Succeſſor legitimus quis dicatur in bonis dotalibus vxoris rebellis, an Filius, an verò Fiſcus, vel potius qui dotem dedit, & cui in caſu mortis ſine filiis fuit promiſſa dotis reſtitutio. Filij rebellis, an dicantur indigni, vel potius incapaces ſucceſſionis parentum. Princeps an poſſit de poteſtate ordinaria ius adeundi alteri delatum ſcienter ab illo auferre. Dec.233. pagina 333

T

Terminvs in cauſa vbi non fuit impartitus, an ſententia indè ſequuta, nulla dicatur. Omiſſio citationis ad publicandum, ſiue ad concludendum, an vitiet proceſſum. Dec.273. p.379

Terminus ad deliberandum, nùm à reo citato, ante litis conteſtationem peti poſſit, an velit liti cedere, vel potius contendere, ſiue vt ad teſtes, & ſcripturas inueniendum, & Aduocatos perquirendum, ſe præſentare valeat. Dec.569. p.761

Termino conceſſo in repulſa repulſæ, an in eo poſſit de directo contrarium articulari eius, quod fuit articulatum in termino repulſæ. Caſus connumerantur, in quibus repulſa denegatur. Dec.393. p.524

Tertivs veniens ad cauſam proceſſu iam concluſo, ſi eſt perſona priuilegiata, an, & quando poſſit primum, & ſecundum beneficium petere. Dec.323. p.436

Tertius oppoſitor veniens ad cauſam inter alios vertentem petens pro ſuo intereſſe in ea audiri, an illius expeditionem impediat, vel potius ſint ei reſeruanda iura, & de aliis ad materiam text. *in l. is à quo ff. de reiuindic.* Dec.239. pag.344

Testamentvm Patris an ex illius lectura nullum dicatur, ita vt non poſſit hæres ſcriptus iuuari beneficio *l. fin C. de edicto diu. Adria. tollen.* ex eo, quod filius fuit in eo nominatus; ſed nec conſtitutus, nec cum cauſa exhæredatus. Teſtamentum in quo filius eſt præteritus, an ſit ipſo iure nullum, adhuc ſi filius illud nullum non alleget. Et quid ſi legitima eſſet illi relicta non tamen cum honorabili inſtitutionis titulo. Clauſula Codicillaris, an faciat teſtamenti nullitatem euitare. Dec.555. p.742

Testes examinati, non citato authore laudato, qui onus iudicij ſuſceperat, ad illorum iuramenta deferri videndum, an dicantur legitimè recepti, & de caſibus, in quibus teſtes dicuntur legitimè examinati, quamuis ad illorum iuramenta deferri videndum, aduerſarius non fuerit citatus. Dec.119. p.176

Teſtes qui ex lege municipali Regni huius in cauſa feudali extra ciuitatem examinari non poſſunt, an ex partium conuentione per examinatorem in partibus electum, recipi poſſint; & quid ſi alter ex contrahentibus poſt conſenſum datum, re integra diſſentiret. Audientia teſtium in cauſa repulſæ, an ordinariis locorum committi poſſit. Teſtium nominatio in partibus, vt legitimè facta dicatur, quas requirit ſolemnitates. Dec.203. p.289

Teſtes qui ex Regiæ Sanctionis præſcripto ſuper quolibet articulo non niſi ſeptem examinari poſſunt, ſi vltra numerum ſeptenarium fuerint recepti, an pars ad cuius inſtantiam examinati fuerunt, poſſit ex omnibus receptis ſeptem eligere ſibi melius viſos, an verò illi tantùm ſeptem, priori loco examinati remanere debeant. Teſtes recepti ſi aduerſario collitiganti ſunt ignoti, an poſſit ille petere, vt coram iudice exhibeantur ad finem repulſandi. Dec.209. p.297

Teſtes, qui in Regno ex Pragmaticæ Sanctionis ordinatione nõ niſi ſeptem ſuper quolibet articulo examinari poſſunt, decem autem in materia confinium, & in antiquis, ſi in primo termino, dum lis eſt ſuper confinibus, decem ſunt examinati, nùm in termino primi, & ſecundi beneficij, quod collitiganti priuilegiato fuerit conceſſum, alij decem recipi poſſint. Iura *in l. per hanc C. de tempor. appell. & in c. fraternitatis, de teſtib.* nùm locum habeant in probationibus, quæ apud nos fiunt in termino primi, & ſecundi beneficij. Dec.253. p.360

Teſtes, qui ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ 50. *de offic. S. R. C.* in qualibet cauſa non poſſunt recipi vltra numerum quadragenarium, ſi tot in termino ordinario fuerunt recepti, nùm alij ad inſtantiam perſonarum priuilegiatarum recipi poſſint in termino beneficiorum. Dec.384. p.514



Digitized by Google

Teſtes legitimè impediti, quando cauſa eſt feudalis, criminalis, ſiue magni momenti, an coram iudice in loco vbi lis agitur, præſentari debeant,vt eorum recipiatur depoſitio, vel ſat erit,vt ad illos examinandos,deſtinetur Commiſſarius in partibus. Audientia Teſtium in termino repulſæ, nùm in partibus committi poſſit. Dec.542. p.721

Teſtium refranatio, an poſt concluſum in cauſa ab aduerſario collitigante peti poſſit. Actor an poſſit petere vt teſtes ad ſui inſtantiam recepti refranentur, aduerſario contràdicente. Scripturæ an,& quando adhuc compilato proceſſu præſentari poſſint. Producens teſtem an poſſit illius dictum impugnare. Dec. 210. p.298

Teſtium repulſa an poſſit à minore peti in termino primi beneficij; actus concluſionis an reſcindatur per beneficia,quæ perſonis priuilegiatis facta concluſione in cauſa cōceduntur.Repulſa ſi non fuit petita in prima inſtantia,an poſſit peti in cauſa appellationis. Teſtes in termino repulſæ citati,ſed non recepti, an poſſint poſt terminum recipi,ſicut practicatur in termino cauſæ principalis.Dec.262. p.368

Teſtium depoſitio in vna cauſa recepta,& inter diuerſas perſonas, ſi in alia præſentetur,an,& quando probationem faciat.Notarius ſi aliquid in inſtrumento quod ſtipulatur atteſtetur,referens ſe ad aliud inſtrumentū per ipſum ſimiliter rogatum,an fidem aliquam faciat. Teſtes recepti parte non citata, an & in quibus caſibus fidem faciant.Dec.454. p.606

Tex. *in l.1.C.ſi liberalit.Imperial.Socius ſine hærede deceſſer. lib.*10. an procedat in feudis, & de aliis ad ornatum tex. *in c.1. de fratrib. de nouo benef.inueſtien.* Frater an ſuccedat in feudo Fratris quando inueſtitura canit pro ſe,& hæredibus ex corpore. Dec.195. p.281

Tex. *in l.quoties C.de reiuindic.* per quem eſt diſpoſitum,vt in re vendita duobus,ille præferatur, cui prius tradita eſt poſſeſſio, quamuis alter titulum habeat anteriorem, an procedat quando res ſit vendita,vel conceſſa eſt à Principe.Dec.201. p.287

Tex. *in c.1.§.his conſequenter in tit. hic finitur lex*, quo diſpoſitum eſt, vt defuncto feudatario ſine legitimo ſucceſſore ante Kal. Martij fructus omnes illius anni ad Dominum, ad quem feudum deuoluitur, ſpectent,an procedat in penſionibus domus;item an tex.iſte locum habeat,quando feudum non deuoluitur ad Dominum, ſed ad Agnatum, qui non eſt hæres in allodialibus. Dec.246. p.352

Tex. *in c.1.§.hic conſequenter in tit.hic finitur lex*, an procedat in fructibus ciuilibus, prout ſunt penſiones domus,affictus Magiſtri actatus, Molendinorum, herbagiorum,& ſimilium,vel potius pro rata temporis inter Dominum,& hæredes vaſſalli ſint diuidendi.Dec.265. p.371

Tortvra vt inferri poſſit, quænàm indicia præcedere debeant. Clericus beneficiatus in crimine læſæ Maieſtatis, an à Iudice ſeculari cognoſci poſſit. Confeſſio extorta à Reo in tormentis,cum nulla ad quæſtionem inferendam præceſſerint indicia,num valida ſit cenſenda, ſi demùm à Reo ratificata fuerit. Dec.43.p.57

Torturæ ex proceſſu informatiuo,an locus ſit non aliis contra inquiſitum concurrentibus indiciis,niſi cōfeſſione offenſi,& inquiſiti contumacia. Dec.276. p.383

Tortura an & quando in Regno ex proceſſu informatiuo inferri poſſit.Falſi crimen commicti mandans, an ex proceſſu informatiuo torqueri poſſit. Ætas an ex aſpectu probetur. Socius criminis, an, & quando, & in quibus caſibus indicium faciat ad torturam.Tortus ſi fuerit reus ex proceſſu informatiuo,nùm datis defenſionibus, iterum torqueri poſſit, & de aliis ad ornatum cap.*Regn.ſi quis cum ſceleratis.* Dec.415. p.553

Tractas frumenti ſi Regia Curia alicui vendiderit, an ex aliqua ſuperuenienti cauſa poſſit poſtea illas prohibere,& dato quod poſſit,ad quodnam intereſſe propter hanc prohibitionem Fiſcus teneatur.Dec.425. p.568

Transactio, ſiue quietatio cū ampliſſimis clauſulis ſuper vna re facta, an & quando extendatur ad omnia etiam ſpecialiter in eo cōtractu non expreſſa ad ornatum,& declarationem tex. *in l.ſi de certa C.de tranſact.*.Dec.332. pag.446

Tranſactio vt de iure,validéque facta dicatur,quæ concurrere debeant. Sententiam obtinens fauorabilem in prima inſtantia, ſi in ſecunda ſuccubuerit,an in expenſis condemnari poſſit.Obtinens in poſſeſſorio, ſuccumbens demùm in petitorio, nùm ad reſtitutionem fructuum tam ante,quàm poſt litem conteſtatam perceptorum, condemnari poſſit, & an ſemper hæres, qui condemnatur ad reſtituendum bona fideicommiſſo ſubiecta, teneatur pariter fructus quos ex bonis illis percepit, reſtituere.Dec.540. p.719

Tribvnal Reg.Cameræ Summariæ Regni Neapolis, de quibus cauſis cognoſcat, diſtinctè elucidatur, & an omnium cauſarū actiuarum,& paſſiuarum officialium ipſius, Iudex ſit competens.Dec.7. p.10

Tvtor alicuius pupilli,ſi ob cauſam publicā à Patria fuerit abſens,ob quod Iudex alium dedit tutorem an per hoc adminiſtrare prohibeatur,ita vt actorem conſtituere non poſſit, vt bona pupilli,abſentia durante, adminiſtret;& an ipſo reuerſo ſecundus datus tutor, deficiat. Dec.289. p.398

Tutor legitimus an & quando datiuo præferatur. Miles an aliorum tutelam ſuſcipere poſſit. Epiſcopus an à teſtamentaria Tutela repellatur. Matrimonium de iure ciuili an poſſit contrahi inter pupillam, & tutoris filium. Dec.335. p.450



Digitized by Google

Tvtor ſi prius quàm adimpleuerit quæ de iure adimplenda ſunt aliqua geſſerit, quæ pupilli vtilitatem concernunt, nùm hæc ſic geſta de iure ſubſiſtant. Balius Teſtamentarius antequam adminiſtrare incipiat, nùm teneatur adimplere quæ à tutore adimplenda ſunt, & quando fideiuſſionem de benè, & fideliter adminiſtrando bona pupilli feudatarij præſtare tenetur, quam ſummam fideiuſſio hæc continere debeat. Naturalis an ſicut eſt incapax ſucceſſionis feudi, ita pariter prohibeatur illud oneroſo titulo acquirere. Dec. 563. pag. 754

Tvrcæ ſi in aliquo loco Regni à particularibus hominibus capiantur, ſicque illi in ſeruitutem redacti ſint, præda hæc ad quem ſpectat, an ad capientes, an ad Regiam Curiam, an ad Prouinciæ Gubernatorem, an verò ad Regni Proregem, & Generalem Capitaneum. Hoſtium bona, ipſorumque perſonæ an capientium fiant, adhuc ſi in belli conflictu non capiantur, & quid in bonis hoſtium naufragatis. Dec. 421. p. 563

V

Vassalli Baronum contrauenientes Banno M. C. ſic delinquentes in propria Patria, & territorio, an ad Barones, ipſis inſtantibus, ſint remittendi, vt condigna pœna afficiantur, vel potius eſt procedendum in M. C. Conſuetudo iudicandi per quot iudicaturas inducatur. Dec. 243. p. 349

Vaſſalli Burgenſes, an & quando pro eorum Barone validè fideiubere poſſint. Inſtrumentum quod nullum eſt; quia ſtipulatum per Notarium vaſſallum, an per teſtes probari poſſit, & quid de obligationibus penès acta ſtipulatis à Vaſſallo non vti notario, ſed vti Baronalis Curiæ actuario, & quid ſi notarius eſſet tantùm habitatione ſubditus, & quid de inſtrumento ſtipulato pro conductore iuriſdictionis illius loci, in quo Notarius eſt ſubditus, & de aliis ad ornatum *c. Regni Ladiſlaus.* Deciſ. 386. pag. 515

Vendens, donans, vel concedens fundum, ſuper quo non habet niſi annuum redditum, an tantùm hic annuus redditus venditus, donatus, vel conceſſus dicatur. Rex vendens alicui Terram, quæ eſt in vtili dominio Eccleſiæ, verum in ea aliqua poſſidet regalia, an cenſeatur regalia hæc conceſſiſſe. Deciſ. 295. pag. 405

Vendita re, habita fide de prætio, ſed cum pacto, quod non intelligatur tranſlatum dominium, niſi prætio ſoluto, nùm ſuper illa, concurrentibus demùm emptoris creditoribus, ſit præferendus venditor, qui prætij creditor remanſit. Venditis mercibus, habita fide de prætio, nullo appoſito pacto tranſlationis dominij in emptorem impeditiuo, nùm emptore decocto, venditor ſuper illorum prætio emptoris creditoribus præferatur. Dec. 8. p. 11

Vendita, vel donata Terra cum iuribus, & pertinentiis ſuis ac integro ſtatu, nùm compræhendantur functiones fiſcales, quas Baro venditor, vel donator ibi poſſidebat. Reus criminis læſæ Maieſtatis à Principe pleniſſimè reſtitutus, tam reſpectu bonorum feudalium, quàm allodialium, excepta tali Terra, an ſub hac reſtitutione veniant functiones fiſcales, quas reus ipſe ſuper illa Terra excepta tenebat, vel potius dicantur exceptæ, provt fuit excepta Terra. Dec. 172. p. 250

Vendita domo, an veniant vacua circum circa, & quæ ibi ſunt poſita, vt perpetuo remaneant, licet affixa non ſint, & nùm cum hac venditione, venditus pariter intelligatur hortus ibi cohærens, item & vitriatæ, vaſa vinaria &c. Oppoſitio de iure tertij, an & quando ſit admittenda. Dec. 464. p. 618

Venditio bonorum ſtabilium, ſi fuerit facta pro prætio iuxta liquidationem introïtuum, facienda ad rationem ducatorum tot pro centenario, ſequuta demùm liquidatione, per quam prætium, quod erat incertum, certum remanſit, an dicatur ex tunc perfecta, & ſic dominium à principio in emptorem tranſlatum, vel potius ex nunc à die liquidationis. Venditione ſub aliqua conditione facta, ſi ea pendente res vendita deterior fiat, purificata poſtea conditione, cuiuſnam damno cedat deterioratio, venditoris, vel potius emptoris. Contractus emptionis, & venditionis an dicatur perfectus prius quàm inſtrumentum ſtipuletur. Dec. 547. p. 728

Venditor an teneatur de euictione, quamuis conuentum ſit, vt non teneatur nec etiam ad prætij reſtitutionem ſi probatur fuiſſe illum ſic contrahendo in dolo verſatum, quia ſciebat rem quam vendebat ad ſe non pertinere, & de caſibus, in quibus emptor de euictione contra venditorem agere non poteſt, nec ad prætij reſtitutionem, quamuis circa hoc nulla præceſſerit conuentio. Dec. 170. p. 247

Verba enunciatiua inſtrumentum, an, & quando probent. Tempus antiquum quodnam dicatur. Rex ſi ſcienter clericum de feudo inueſtiet, an ei videatur gratiam facere, vt feudum tenere poſſit. Diſpenſare an cenſeatur Epiſcopus ſuper aliquo defectu quod promouendus patitur, ſi ſcienter illi ordines confert. Dec. 412. p. 549

Vita, & militia, quæ ſecundogenito præſtatur, an per illius rebellionem dicatur extincta, & feudo conſolidata, vel potius durante vita naturali rebellis Regio Fiſco ſit debita. Secundogenito effecto rebelle, demùm ad primæua iura reſtituto, an recuperet à Fratre ſuo primogenito vitam, & militiam pro præterito debitam non ſolutam. Hæres de reſtituendo poſt mortem grauatus, ſi in aliquod inciderit crimen,

Digitized by Google

crimen,ob quod eius bona confiſcantur, an pariter ſint confiſcanda bona reſtitutioni obnoxia. Vſusfructus, quem habet pater in bonis filij, an per ipſius Patris foriudicationem extinguatur, ſicque dicatur cum proprietate conſolidatus. Dec.80. p.116

Vita, & militia pro qua conſequenda actio competit hypothecaria, an peti poſſit à tertio feudi poſſeſſore, excipiente feudum illud ob feudatarij rebellionem à fiſco emiſſe. Clauſula *ex certa ſcientia*, ſiue *motu proprio*, an Regis Vicarius, ſiue legatus de latere vti poſſint. Actio hypothecaria an competat ſorori pro paragio in bonis quondam Patris ſui conſequendo. Deciſio 91. p.136

Vita, & milita, ſiue pars prætij, an debeatur in linea collaterali, ita vt mortuo fratre primogenito, cui in feudo ſucceſſit ſecundus, poſſit tertiogenitus ab hoc ſucceſſore ſuper feudo illo vitam, & militiam, ſiue partem prætij petere. Filij ſecundogeniti, an & quando poſſint à primo petere partem prætij in feudo nouo per communem patrem erogati. Text. *in c.1. §. ſi Vaſſallus in tit. hic finitur lex.* an procedat quando in feudo ſuccedit agnatus, & extraneus in allodio. Dec.471. p.626

VNIVERSITAS, an & quando dici poſſit, vt in perduellionis crimen inciderit. In crimine Rebellionis ſi quis prætenderet non iure ſe bonis ſpoliatum, an poſſit agere interdicto recuperandæ. Vniuerſitas quando ob aliquod delictum pœna punitur pecuniaria, ſi non habet pecuniam in communi; ſed opus eſt collectam imponere, an in ea innocentes contribuere teneantur. Dec.98. p.145

Vniuerſitas, an & quando ex contractu ſindici obligetur, & quæ concurrere debent, vt efficaciter remaneat obligata. Teſtes de Vniuerſitate, an & quando legitimi, & integri ſint teſtes pro Vniuerſitate deponentes. Dec.177. pag.255

Vniuerſitas nùm abſque competentis Iudicis decreto bona ſua hypothecæ ſubmittere poſſit. Alienatione prohibita, an cenſeatur pariter prohibita obligatio. Bona Vniuerſitatis, vt licitè alienari poſſint, quæ de iure concurrere debent. Bona Eccleſiæ an generaliter obligari poſſint. Dec.255. p.362

Vniuerſitas an poſſit ad domanium prouocare, quando venditio fuit facta ſubhaſta. Venditis duabus terris vnico prætio, an ex iſtis altera poſſit comparere, & ſe ad domanium admitti petere, & quid ſi eſſent plures. Terræ vnitæ veluti ſub vna Baronia, euicta vna re ex pluribus venditis vnico prætio, nùm emptor pro re euicta tantùm; & de euictione agere poſſit, & quid in ſolutum datione plurium rerum. Tertius comparens in iudicio ad infringendum iura competitorum an, & quando audiri debeat. Dec.278. p.385

Vniuerſitas ſi ex Regia largitione fuerit immunis à ſolutione functionum fiſcalium, an eidem debeatur illa ſalis quantitas, quam Regia Curia cunctis ciuitatibus, & Terris Regni ſingulis annis conſignare tenetur. Vniuerſitas immunis à ſolutione functionum fiſcalium, an ſit pariter immunis à conſtructione, ſiue refectione murorum, & quid à donatiuis, quæ Regi ſponte fiunt. Deciſio 282. pagina 390

Vniuerſitas an pro ſuis neceſſitatibus, abſque Principis licentia, nouas poſſit imponere gabellas. Vniuerſitatis maior pars, vt minori præiudicet quæ requirantur, & an poſſit reuocare, quæ tota Vniuerſitas nemine diſcrepante ſtatuit. Confirmatio officialis facta per Vniuerſitatem vno reluctante, an de iure ſubſiſtat. Dec.388. p.518

VXORE rebellis ab inteſtato defuncta, ſuppoſita filiorum excluſione, nùm Filius in illis bonis ſuccedat, vel potius legitimus hæres ab inteſtato veniens. Legitima quæ debetur filiæ ſuper bonis matris ex diſpoſitione text. *in l. quiſquis §. ad filias C. ad l. Iul. Maieſt.* an ſit tertia tertiæ, vel tertia totius. Deciſio 25. pagina 33

*FINIS.*

PRÆFATIO.

Digitized by Google

# PRÆFATIO.

EQVIDEM exiſtimaui non ſemper eſſe perneceſſarium, vt in fronte, veſtibulovè librorum Scriptorum vita præfigeretur, nam vitam ipſi ſibimet ſcribunt, qui codices ſcribunt, & quidem egregiam ſi benè, ſi verò malè ſcripſerint, improbam. De huius tamen Auctore voluminis pauca præfari opere prætium eſt. Franciſcus de Reuerter natione Hiſpanus, ſtirpe prænobilis, in vrbe, quæ Villa franca de Conflent dicitur, ortus eſt. Eius maiores tùm Comitibus Cautalauniæ, tum ſequentibus Regibus, ſiue Aragoniæ, ſiue Caſtellæ, totiuſque Hiſpaniæ, in quorum ditionem, ex Regnatricum familiarum viciſſitudine, Prouincia illa conceſſit, acceptiſſimi ſemper fuere. Quamobrem in primarias Regni dignitates euecti, nam ab anno 1139. Reuerterius de Reuerter Bracinonenſis vrbis Vicecomes delectus eſt. Inde Galterius, atque Hyppolitus Regionem vniuerſam de Conflent gubernarunt, mox Comitatibus Ruſcinonis, & Cerdaniæ cum Imperio præfuere, quorum, & poſteri cùm Principes ſuos pari ſemper fide, atque virtute proſequuti ſint, magnis opibus, & honoribus, vti merebantur, adaucti extitere. Sed cum Carolus V. Cæſar rerum potiretur, Franciſcus, de quo vno ſermonem hunc inſtituimus, in Neapolitanum hoc Regnum migrauit, vt in tanti Principis obſequium, operam ingeniumque, quo ſummopere pollebat impenderet; atquè hîc ſtatim iuueni, licèt ardua implicitaque Prouincia demandatur, ſpecialis quippè Delegatus aduerſus Regni rebelles, quorum ex Gallico bello, quod in Neapolitani Imperij viſceribus nuper exarſerat, non mediocris copia fluxerat, conſtitutus eſt; ſed anno 1532. idem Carolus Cæſar inter Cameræ Præſides ( quorum inclito Collegio, & ego, quamuis longè impar adnumeror ) Franciſcum cooptauit, quo munere per quindecim annorum ſpatium egregiè functus, cum collegas cæteros, & antiquitate, & doctrina facilè vinceret, Tribunalis eiuſdem Locumtenens, quod eo in cætu ſupremum culmen habetur, prima die Decembris 1547. renunciatus eſt. Hic verò ita iuſtitiam, amoremquè in Principem temperauit, vt Regium quidem patrimonium multum auxerit, non tamen ex ſubditorum iniuria, aut damno, imò non raro in litibus iuſtiorem ob cauſam, & ipſi ſubditi diſceſſere victores, quod ſummæ iuſtitiæ ſpecimen eſt, nam Regalium fortunarum cauſa nunquam mala eſt, niſi ſub bono Miniſtro. Tandem cùm per bina luſtra Magiſtratum hunc glorioſè geſſiſſet, itavt publico omnium ore verè Dei Miniſter nuncuparetur, inter Regiam Cancellariam Regentes 9. Die Maij 1557. connumeratus eſt, atquè in hoc Neapolitanæ togæ faſtigio per tres, & viginti annos exercitus, grauis quidem annis, grauiorquè meritis, diem ſuum clauſit extremum. Is itaque magnus vir vitæ integritate, doctrinæ præſtantia, ac ſanguinis nobilitate præclarus, deciſiones plurimas, & quidem ſuper caſus oppidò ancipites, qui eo ſæculo occurrere, conſcripſit; tam enim in ſupremo Cameræ, quàm in Collateralis Tribunali, in quibus per quinquaginta ferè annorum ſpatium verſatus eſt, ſumma Iudiciorum, & veliti Principatus penès Franciſci de Reuerter ſapientiam ſteterat. At quia memoratæ deciſiones, ſiue poſterorum incuria, ſiue modeſtia publicæ famæ nunquam traditæ, licèt ſemper fuerint expetitæ, ne tanta lux diutiùs lateret, è re publica fore putaui, ſi pupillos hoſce ab omnibus laudatos, & derelictos ab omnibus, ego in tutelam ſuſciperem, ac ſecundi genitoris loco me gererem, quod pro viribus præſtiti, nam primùm prolixitate, qua plurimum laborabant, amputata, in ſummam redegi præcipua nimirum motiua, potioreſque Auctoris rationes excerpens, deindè recentiorum Doctorum auctoritate ſententias firmaui; tandem, & nouos articulos ad materiam ſpectantes excitare, atque è mente Auctoris definire conatus ſum, quæ omnia, & ad publicam fortaſſis vtilitatem, & Franciſci gloriam non parum conducent. Sed quoniam, quos ingenio fœtus ediderat Franciſcus noſter oſtendere placuit, præſtat, & ſanguinis partus, poſteroſquè ſuperſtites indigitare. Viuit hodie tanti viri pronepos Hyppolitus de Reuerter Salandriæ Dux, & Tricaricenſis vrbis, multorumquè Oppidorum in Lucania Dominus, & Calatrauenſis militiæ eques, vir planè de quo ambigas, maiori ne cumulo in eius ornamentum fortuna, an virtus contenderit, & ex eo, & Iulia Caracciola Matrona incomparabili olim dilectiſſima coniuge Franciſcus alter; hæc dum ſcriberem Zenobiæ Pignatellæ Heroinæ præſtantiſſimæ Montis Coruini Principis filiæ deſponſatus, & Ioſeph Santiſſimi Cubicularius, Auctoris noſtri trinepotes, verè parentum inuitamentum, qui licet adoleſcentes, fortunæ tamen gloriæ ſpecimen non mediocre oſtendunt. Viuant diù fæliciter.

Illuſtriſſ.

Digitized by Google

D. D. Donati Antonij

# DE MARINIS

## I.C. REGIÆ CAMERÆ

## Summariæ olim Præſidentis, Regníque Vicemagni Cancellarij;

*NVNC VERO APVD SVAM CATHOLICAM Maieſtatem in ſupremo Italico Senatu Regentis.*

## SVMMA, ET OBSERVATIONES

Ad ſingulas Deciſiones manuſcriptas Regiæ Cameræ Summariæ Regni Neapolis, quas ſua tempeſtate collegit Inſignis Iureconſultus Hiſpanus D. FRANCISCVS REVERTERIVS, primùm eiuſdem ſupremi Tribunalis Præſidens, deindè Locumtenens, poſtremò Regiam Cancellariam Regens, & Collateralis Conſiliarius.

### *ARGVMENTVM.*

Filia à patris ſucceſſione excluſa, propter dotem receptam, an in taxanda legitima, ſeu vita, & militia aliorum filiorum, ſit inter filios connumeranda, &, vt vulgò dicimus, partem faciat, quamuis ad partem non admittatur. Et quid in filio deportato, iuſtè exhæredato, vel Franciſcanam Religionem ingreſſo; ſiue in eo, qui nihilo recepto renunciauit. Vita, & militia quomodò taxetur, & an debeatur vnà cum intereſſe. Paragium an ſit præſtandum in pecunia, vel potiùs in corporibus, & ad quam ſummam aſcendere poſſit; & de aliis.

### DECISIO I.

DVBITABATVR in Regia Camera, an filia fœmina, à patris ſucceſſione excluſa propter dotem receptam, faciat partem in computatione vitæ, & militiæ aliorum filiorum?

Pro cuius reſolutione dicebatur, primò, vitam, & militiam eſſe portionem quandam, 1 filius maſculis ſecundogenitis debitam ſupra fructibus feudi, in quo ob mortem, patris, Frãcorũ iure attento, primogenitus ſolus ſuccedit, ità in hoc Regno cautum habemus ex diſpoſitione *Conſt.* quæ incipit, *Comitibus*, vbi *Andr.* addit, vt portio iſta, ad inſtar legitimæ taxetur, nimirùm; quòd ſit tertia pars, vel ſemis eius partis, quam filius ſecundogenitus ab inteſtato haberet, prove de legitima affirmant omnes, præſertim Iaſ. *in authent. nouiſſima, C. de inofficioſ. teſtam.* & Canoniſtæ *in c. Raynaldus, extra de teſtament.*

Hoc poſito, verior, & magis communis videbatur ſententia Bal. Ang. & Fulgoſ. *in l.* 2 *Papinianus, §. vndè quæritur, ff. de inoffic. teſtam.* Ang. & Imol. *in l. planè, §. ſi duobus, ff. de legat.* 1. Franc. de Aret. *conſ.* 19. Paul. de Caſtr. *conſ.* 52. *lib.* 1. Soc. *conſ.* 288. *lib.* 2. Fulgoſ. *conſil.* 26. Cuman. *conſ.* 35. & aliorum, nimirum, vt filia à patre dotata, ſicut ex vi ſtatuti, ſiuè propriè renunciationis, non admittitur ad partem, ità partem non faciat in computatione legitimę ſeu vitæ, & militiæ, aliis filiis debitæ, ac ſi eſſet filius deportatus, iuſtè exhæredatus, vel Franciſcanam Religionem ingreſſus, qui

iuxta Bal. Aret. Paul. Caſtrenſ. & aliorum ſententiam *in d.* § *ſi duobus*, ſicut non admittitur ad partem, ità quoque partem aliquam non faciat; At compertum fuit ſæpè in hoc Regno fuiſſe contrarium deciſum, ea potiſſimùm ratione, quia licèt ad partem non admittatur, non per hoc dicitur, quòd ſi penitus illa à ſtatuto excluſa, vt per Capyc. *deciſ.* 158. vndè, &c.

## OBSERVATIO.

1 DOminus Regens in hac ſua prima deciſione tres principales firmauit concluſiones, quarum Prima deſumitur ex Conſtit. Regni, *Comitibus*: & ea eſt, vt mortuo patre feudatario, teneatur filius primogenitus, qui in feudo ſucceſſit, fratribus ſuis ſecundogenitis maſculis vitam, & militiam præſtare. Tu modò ad huius concluſionis maiorem declarationem adde, vt ſine dubio ea procedat in feudo antiquo; at in feudo nouo, & ſic à patre empto, dic, in electione ſecundogeniti eſſe, vel vitam, & militiam ex diſpoſitione *præcitatæ Conſtitutionis* petere, vel partem pretij, quo feudum illud emptum fuit, à primogenito conſequi, iuxtà conſuetudinem ſic in Regno iudicandi receptiſsimam, quæ ſumpſit originem à vulgatiſsima theorica Andr. *in cap. Imperialem*, §. *præterea Ducatus, in addit. n.* 39. & 40. *de prohib. feud. alien. per Freder.* Ad cuius ornatum ſunt omninò videnda, quæ poſt alios ex Noſtris, nouiſsimè ſcripſi Ego *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 128. & *lib.* 2. *c.* 45. & 85. Vbi diximus deberi vitam, & militiam filiis maſculis ſecundogenitis ſuper feudo, in quo filius primogenitus ſucceſſit: ad demonſtrandum, quòd filiæ fœminæ portionem iſtam petere non poſſunt, cùm illis loco vitæ, & militiæ debeatur paragium, ex alia Conſtitutione, quæ incipit, *In aliquibus*.

2 Secunda principalis concluſio, quam *hic* conſtituit *Dom. Regens*, ea eſt, vt vita, & militia, quæ à primogenito, qui in feudo ſucceſsit, præſtanda eſt, ad inſtar legitimæ ſit taxanda, nimirùm, vt ſit tertia pars, vel ſemis illius portionis, quam filius ſecundogenitus ab inteſtato haberet, ad text. *in vulgata Auth. nouiſſima, C. de inofficioſ. teſtam.* cuius quidem concluſionis laudat in authorem Andr. *in Conſtit. ſuprà citata.* Tu modo adde alios, ex Noſtratibus, hoc idem firmantes, & ſit primus Matth. de Afflict. qui ſic iudicatum teſtatur *in eandem Conſtit. Comitibus. num.* 4. Ant. Capyc. *deciſ. vlt. num.* 2. Io. Ant. de Nigr. *in c. Regni*, quod incipit *Alienationis actus, n.* 13. Io. Thom. Minad. *in Conſtit. In aliquibus, notab.* 7. *num.* 12. Iacob. Anell. de Bottis *in d. Conſtit. Comitib. col.* 3. *in princip.* D. Reg. noſter infrà *deciſ.* 336. D. Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 7. §. 4. intrà *num.* 7. Conſiliat. de Anna *conſ.* 4. *n.* 52. D. Reg. Tap. *dec. S.C.* 14. *n.* 31. Conſ. Theodor. *alleg.* 84. & ex Siculis, Guilielm. de Preno *conſ.* 11. *num.* 17. Petr. de Greg. *in tract. de vita, & milit. quæſt.* 7. *num.* 1. & 4. Io. Ant. Cannet. *in extrauag. Si aliquem, num.* 54. *cum ſeqq. fol.* 330. Ioſeph. Comia *in repetition. Cap. Si aliquem, in verb. antiquis, num.* 550. *in fin.* Balſc. *ibid. q.* 21. Nicol. Intrigliol. *de feudis, cent.* 1. *quæſt.* 57. *n.* 16. Reg. Petr. Corſet. *in addition. ad Octauium Patrem, conſ.* 27. *n.* 11. Maſtril. *deciſ.* 64. *num.* 2. Marius Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. par.* 1. *cap.* 4. *gl.* 4. *n.* 27. & Franciſ. Ant. Coſt. *conſ.* 91. *n.* 34. iſtamque communem eſſe ſententiam, non dubitamus; quicquid ex noſtris dixerit Franciſc. de Amicis *in repet. feudal. in tit. de his, qui feud. dar. poſſ.* §. *Sed hic pulchrum, n.* 7. *fol.* 11. quem ſequi videtur D. Reg. Rouit. *in pragm.* 25. *num.* 4. *de feudis*, in nouiſsimis.

Tertia principalis, quam *D. Reg.* hic conſtituit, ea 3
eſt concluſio, nimirùm, ipſum intellexiſſe, ſæpè in hoc Regno fuiſſe iudicatum (quamuis aliter de iure ſibi videretur) quòd filia à patre dotata, quamuis ex vi ſtatuti, vel propriæ renunciationis non admittitur ad partem, benè tamen partem faciat in computatione legitimæ. Tu ad huius dicti confirmationem adde, quod apud nos ſemper præualuit ſententia hæc, eamque tenuerunt Afflict. *in Conſt. In aliquib. n.* 54. Capyc. *deciſ.* 158. Præſ. de Franchis *deciſ.* 559. Reg. de Pont. *conſ.* 65. *lib.* 1. Io. Vincent. de Anna *ſingul.* 214. Molfeſ. *ad Conſuet. Neapol. par.* 4. *q.* 17. *per totum*, & alij relati à D. Reg. Capyc. Galeot. *in addition. ad Conſ. de Medic.* 167. quò loci dicit, opinionem hanc, nimirùm, vt aggregatis in patrimonio patris dotibus receptis, ſit filia inter liberos connumeranda, pro indubitabili hodiè in Sacro Conſ. haberi, eamque indubitanter procedere. Addidi Ego *lib.* 2. *mearum reſolut. cap.* 93. quamuis filia ampliſſimè, & cum iuramento paternæ hæreditati renunciaſſet, vt adhuc, iurata renunciatione non obſtante, in taxanda fratrum legitima, partem faciat, dummodò aliquid pro ſua portione receperit: Rationem aſſignaui, quia videtur hoc caſu, ac ſi totaliter patri ſuccederet, & ſucceſſiuè neceſſariò partem facere debet; ſecus autem ſi nihilo recepto, tunc enim, ſuppoſita renunciatione pro valida, pro mortua haberetur; id quod, vt plurimùm euenire ſolet in perſonis maſculorum, qui Religionem aliquam bonorum incapacem profeſſi ſunt: quam concluſionem probaui authoritate Bal. *in l. Vnica* ante *num.* 291. *verſ. quid de filia*, *C. quando non petent. part.* Fabian. de Giocchis *in repetit. Auth. nouiſſim.* intra *num.* 318. *C. de inofficioſ. teſtam.* Io. Campeg. *tract. de dot. par.* 1. *in* 35. *quæſt.* Hieronym. Gabr. *conſ.* 135. *num.* 14. *lib.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 38. *n.* 12. *verſ. ſi verò vita patris*, Rot. *deciſ.* 266. *num.* 5. *par.* 1. *diuerſ.* Surd. *deciſ.* 252. *num.* 2. *ad finem*, Paul. Galer. *in tract. de renunciat. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 23. circa, *finem*; Merlin. *in tract. de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 3. *n.* 33. & Paul. Bellon. *in ſuo tract. de iure accreſc. capit.* 6. *quæſt.* 14. *num.* 6. & 7. ſecundùm quorum ſententiam, magna diſcuſsione præcedente, per Sac. Conſ. me aduocante, deciſum fuiſſe *ibi* atteſtatus ſum, idque ſub die 19. Decembris 1644. in cauſa V.I.DD. Ianuarij, & Lælij de Ligorio, cum Anna de Ligorio eorum ſorore, in cuius paragio taxando duo fratres Monachi Caſsinenſes, qui nihilo recepto renunciauerant, non fuerunt inter filios connumerati, benè tamen ſorores moniales in Monaſterio Sancti Hieronymi huius Ciuitatis profeſſæ, quæ *Ingreſſarum* paragio recepto ampliſsimè patri renunciauerant, prodiitque deciſio per modum legis condendæ, vt *in citato cap.* 93. videri poteſt. Quare de hoc articulo vlteriùs apud nos dubitandum non eſt, nè dicam, dubitantem grauiſsima intellectus infirmitate laborare.

In puncto autem quæſtionis à *D. Regente* propo- 4
ſitæ, quòd filia à patris ſucceſsione excluſa propter dotem receptam, in taxanda vita, & militia filiorum, ſit inter filios connumeranda, &, vt vulgò dicimus, partem faciat; quamuis ad partem non admittatur. Addo, ſic fuiſſe ſolemniter deciſum *infrà, deciſ.* 366. ſic pariter temporibus noſtris per S. Conſ. ſub die 19. Februarij 1639. referente olim feudorum interprete *D. And. Marcheſio, tunc Regio Conſiliario, demum Præſide digniſſimo*, determinatum comperimus in cauſa D. Lucretiæ Petrarolæ, cum Comite Palmericis, vbi in liquidatione vitæ, & militiæ debitæ qu. Horatio de Matthæis, tàm ex perſona propria, quàm

Digitized by Google

quàm ex perſona quond. Franciſci eius fratris, fuit dictum, eſſe connumerandam etiam eorum ſororem Antoniam; provt videre eſt in proceſſu 2. vol. pro Pio Monte mortuorum, cum Spectab. Alexandro de Matthæis, penes de Martino S.C. actorum Magiſtr. quam quidem apud nos receptiſſimam ſententiam, quicquid ſibi dixerit D. Reg. Tap. *deciſ. S. C.* 44. *numero* 6. tutatus ſum paritèr & Ego *lib. 2. mear. reſol. cap.* 245.

5 Fuit etiam deciſum in cauſa prædicta Comitis Palmericis, non deberi intereſſe vitæ, & militiæ à die mortis patris feudatarij, ſalua tamen prouiſione facienda à die litis conteſtatæ, idque per modum legis condendæ, ſub die 28. Iunij 1642. referente eodem Domino Andrea Marcheſio, & per hæc verba: *Per Sacrum Regium Conſilium declaratum eſt intereſſe vitæ, & militiæ non deberi à die mortis, ſalua prouiſione facienda à die litis conteſtatæ, hoc ſuum &c.* de cuius quidem deciſionis ratione vide quæ ſcripſi Ego *cit. lib. 2. mear. reſol. cap. 246. per totum.*

6 Diximus *in principio*, vt alia non ingrata obiter tangamus, fœminis ſuper feudo paterno non niſi paragium competere, vitam autem, & militiam maſculis dumtaxat. Nunc addo, paragium hoc in pecunia eſſe præſtandum, nec aliter audiendum fratrem primogenitum, qui in feudo ſucceſſit, ſi vellet ſorori correſpondere tot annuos, pendente ſolutione ſortis principalis, vel aliud corpus allodiale ei aſſignare; quia præcisè tenetur ad pecuniam, vt nimis clarè probant Andr. *in d. Conſtit. In aliquibus* Napod. *in conſuet. Si moriatur, num.* 50. *in fine, & in conſuet. Si qua mulier, n.* 23. Petr. de Gregor. *in tract. de Parag. quæſt.* 3. *in princ. & quæſt.* 38. *numer.* 7. Fab. de Anna *conſ.* 57. *num.* 15. Anel. Amat. *conſ.* 42. *n.* 25. D. Reg. Tap. *deciſ. S.C.* 14. *num.* 30. *& in conſt. In aliquibus*, Molfeſ. *ad Conſuet. Neap. par.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 7. Caput. *in conſuet. ſi moriatur, in rubr. de parag. p.* 2. §. 2. *num.* 5. *&* §. 13. *n.* 1. aliique relati à D. Reg. Merlin. *Controu. cent. 2. cap.* 13. *num.* 1. *&* 2. quò loci *à num.* 6. *ad* 14. prudenter aduertit, Concluſionem hanc bene procedere, cum tractatur de taxando paragio ſuper feudo, vt ad illud preſtandum in pecunia frater primogenitus cogi poſſit; ſecùs autem, ſi tractaretur de taxando paragium ſuper bonis allodialibus; eo enim caſu fratres, qui communi patri ſucceſſerunt, nullo pacto à ſororibus cogi poſſent ad ſoluendum paragium in pecunia, ſi malunt corpora hæreditaria illis aſſignare; idque, tam ſi conſideramus paragium debitum vigore Conſuetudinis noſtræ, *Si moriatur*, quàm conſtit. Regni *In aliquibus*: quia aliàs deterioris conditionis eſſent maſculi, quàm fœminæ; ſi quidem maſculi, legitimam ipſis ſuper bonis patris debitam præcisè in corporibus recipere coguntur, vt eſt text. *in l. ſcimus*, §. *repletionem, C. de inofficioſ. teſtam.* Conſil. de Georg. *alleg.* 40. *num.* 36.

7 Quantum autem ſit hoc paragium fœminis debitum, explicant Noſtrates paſſim in locis vulgaribus, vt non poſſit eſſe minus legitimâ, immo aliquando ad virilem aſcendere poſſe, vt per Io: Ang. Piſanel. *in conſuet. Si moriatur: in addit. incip. Circa paragium, fol.* 94. exceptis tamen filiabus Magnatum, & Procerum Regni huius; quarum paragium, fuit apud nos non ſemel iudicatum, vt poſſit eſſe minus legitimâ: Ita ſcripſerunt Capyc. ad Napod. *in conſuet. Eas autem, in addit. incip. An mulier excludatur*, Camil. Saler. *ibidem, in addit. incip. Paragium quid ſit*, & Andr. Prouenzal. cæteris omiſſis, *in conſuet. Si moriatur, obſer.* 12. *num.* 3. Quicquid circa hoc ſibi dixerit Dñus Regens de Ponte *conſ.* 65. *num.* 15. *lib.* 1. Exceptis etiam Monialibus noſtris, quæ in hac Ciuitate contentæ eſſe debent paragio, quod vulgò dicimus, *Ingreſſarum*. Hoc tamen verum, ſi Monialis in vita patris profeſſa ſit; ſecus autem ſi eſſet ingreſſa tantum, ita vt mortuo patre, vel matre, nubendi electionem haberet, eo enim caſu integrum paragium de iure debitum, ei competere, illámque demum in Religione profitentem poſſe in alium, ſiue fratrem, ſiue, prorſus extraneum ius illud transferre paragij conſequendi; Etenim illud quod ſæpe in hac Ciuitate canimus, nimirùm filiam Monialem contentam eſſe debere paragio *Ingreſſarum*, procedit in Moniali profeſſa in vita parentum: hæc enim, ſi poſt emiſſam profeſſionem, parentibus defunctis, vellet à fratribus paragium, quod non habuit, conſequi, non eſſet certè audienda, ſed ſat eſſet, ſi paragium dumtaxat *Ingreſſarum*, ei à fratribus offerretur: In his ſanè terminis loquitur D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 44. ſecus verò quando filia nubendi electionem haberet; tunc enim ſi mallet in Religionem ingredi, & in ea profiteri, non eſt de quo dubitetur, poſſe eam delatam ſibi paragij ſucceſſionem ante profeſſionem emiſſam ſibi ipſi appropriare, ſiue alteri cedere, & renunciare, ita ſatis notanter Petr. de Gregor. *in tract. de dote de paragio. quæſt.* 13. *num.* 5. Camill. Saler. *in addit. ad Napodan. in conſuet. Si moriatur, fol.* 101. *lit. B. ver. & ſicut vir quidem magnus practicus*, Molfeſ. *par.* 3. *q.* 8. *num.* 34. & nouiſſimè ſatis eleganter D. Reg. Galeot. *controu. lib. 2. Controu. 8. per totam*, præcipuè *à num.* 20. *verſ. nec obſtat.* quò loci *num.* 22. ex Capyc. ad Napodan. *in Conſuet. Si moriatur, num.* 67. *in addition. incip. An autem hæc Conſuetudo, fol.* 100. notabiliter addit, paragium *Ingreſſarum* procedere dumtaxàt in Moniali iam profeſſa, ſecùs in non profeſſa; etiam ſi ſit iam ingreſſa & habitum ſuſceperit, durante nouitiatu, quia tunc cum poſſit habitum dimittere, exire, & nubere ſucceſſiuè, ipſius paragium conſideratur ad inſtar cuiuſlibet mulieris nupturæ. Cætera ad materiam vide infrà *in obſer. ad deciſ.* 52.

## *ARGVMENTVM.*

Officialis perpetuus vel temporalis, nùm in Prouincia, quam regit, poſſit iure licito contrahere? Et ſi delictum aliquod commiſerit, ſit nè officio priuandus? Et an accuſatione pendente, ab eodem officio ſuſpendi debeat? Et quid in Tutore de mala adminiſtratione accuſato.

## DECISIO II.

IN cauſa inquiſitionis formatæ contra Magnificum Don Michaëlem de Soria, de tribus principaliter fuit in Regia Camera dubitatum. Et primò an Officialis perpetuus in Prouincia, quam regit, poſſit iure licito contrahere? Et affirmatiuè fuit concluſum, ex tex. *l. principalibus*, cum *l. ſeq.* vbi DD. ſignanter Iaſ. Aret. & Dec. *ff. ſi cert. pet.* Et hoc eo magis, ſi Officialis eſt ſine iuriſdictione, ſiue perpetuus, ſiue temporalis. Id quod adeò ve- 1



Digitized by Google

rum eſſe dicebatur, vt in caſibus, in quibus contractatio eſſet prohibita, non per hoc contrahendo, officio priuaretur; ſed aliter punitetur: vt per Bart. *in l. aufertur, §. quod à præſide, ff de iure Fiſci,* Cum quo concordat Paris de Puteo *in ſuo tract. de ſyndic. in verb. contrahere*, & ſingulariter Andr. *in cap. fin. de feud. Guard.*

2 Secundò fuit dubitatum, an Officialis delictum aliquod committens, officio ſit priuandus? Et cum diſtinctione fuit reſponſum; Aut enim delinquit extra officium, & tunc nullatenus priuatur; ſed aliis plectetur pœnis: Aut verò delinquit in officio, & tali delicto, quo infamia ipſo iure irrogatur, & ſtatim priuatur: ad quod fuit allegatus textus *in l. Iudices, C. de dignit. lib.* 12. & quod notat Bar. *in l.* 1. *in fine, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in l.* 3. *§. nunc videamus, ff. de ſuſpect. Tutor.* vbi tutor à tutela repellitur propter delictum in adminiſtratione patratum; ſecùs ſi extra: & validum eſt argumentum de Tutore ad Magiſtratum, vt notat Nicol. de Neap. *in l. proponebatur, ff. de Magiſtrat. conuen.*

3 Tertiò, & tandem fuit dubitatum, an Officialis, accuſatione pendente, debeat ab officio ſuſpendi? Et ad hoc fuit dictum, quòd ſi delictum extra officium commiſſum extiterit, tunc nullatenus ab officij adminiſtratione, accuſatione pendente, venit ſuſpendendus; per text. vbi Paul. de Caſt. *in l. Calipodius.* aliàs *quamuis, § fin. ff. de ſolution.* ſi verò delictum in officio patratum fuit, tunc regulariter, accuſatione pendente, debet ab officio ſuſpendi; per text. *in l. eum, qui*, vbi Bal. Salyc. & omnes, *C. de ſuſpect. tutor.* Bar. Paul. de Caſtro, & Imol. *in l. libertus, §. in quæſtionibus, ff. ad municip. & in l. quod ſi forte, §. ſunt quidam, ff. de ſolut.* Lucas de Penn. *in dict. l. Iudices, C. de dignit. lib.* 12. Alber. *in l. reus delatus, ff. de muner. & honor.* Capel. Tholoſ. *deciſ.* 371.

4 Hoc tamen intelligendum, dummodò tale ſit delictum, vt compilato proceſſu, probabiliter veniret inquiſitus officio priuandus, & non aliter: ita Bar. & Paul. de Caſtro *in dict. § ſunt quidam*: ſicque aliàs per Collaterale Conſilium deciſum in cauſa Don Hieronymi Ram Caſtellani Caſtri Aquilæ, qui cùm eſſet inquiſitus de delictis ſatis grauibus in Officio commiſſis, per quæ poterat officio priuari; fuit, accuſatione pendente, ab officij adminiſtratione ſuſpenſus; ac pariter determinatum per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio, in cauſa inquiſitionis Io. Franciſci Samſonis Dohanerij Regiæ Dohanæ huius Ciuitatis, qui attinctus de nonnullis malegeſtis in ſua adminiſtratione, lite pendente ab exercitio ſui officij fuit ſuſpenſus.

5 Verum in caſu, de quo *in hac deciſione*, quia delicta per d. Don Michaëlem in officio commiſſa, non erant ita grauia, Regia Camera fuit voti, iſto Domino Regente referente, quod ei reſtitueretur adminiſtratio officij à qua de facto fuerat ſuſpenſus. Verùm, quod non poſſet ad Prouinciam accedere, donec Fiſci, & partis querelantis examen eſſet completum, ne teſtibus examinandis timorem inferret, argumento text. *in cap. tam litteris, extra. de teſtibus, & in cap. conſtitutus, de exceſſ. Prælat.*

Idémque compertum fuit & per Regiam Cameram iudicatum in cauſa Magnifici Ferdinandi Bisbal Gubernatoris Regiæ Ratiæ in Prouincia Calabriæ: ſic pariter putabatur in omni caſu decidendum, vbi eſſet dubium, nimirum, an probato delicto, de quo Officialis inquiritur, eſſet locus priuationi officij, vt tunc nec etiam lite pendente debeat ille ab officij adminiſtratione ſuſpendi. 6

---

## OBSERVATIO.

IN primo dubio, quod hic tangit *Dom. Regens*, nimirum, an Officialis perpetuus in Prouincia, quam regit, valeat iure licito contrahere? Ad maiorem declarationem vide quæ ſcripta ſunt infrà *deciſ.* 12. & quæ Ego *ibi* obſeruaui. 1

Quantum verò ad Secundum, nùm Officialis delictum aliquod committens, ſit officio priuandus? Obſerua ſingularem *deciſionem* 16. Reg. de Ponte, qui ſatis bene *ibi* materiam enucleat, ius commune ab iſto Regni huius diſtinguens. 2

Quo verò ad Tertium, an Officialis accuſatione pendente debeat ab officio ſuſpendi? In Cauſa Dohanerij huius præclariſſimæ Ciuitatis, de qua *Dom. Reg. noſter*, hîc memor fuit, obſeruaui deciſionem particularem Dom. Præſidis de Franch. qui in illa, de mandato Domini tunc Pro-Regis, vti Fiſci Patronus interuenit, *& eſt octaua*, quam vide; & in aliis Cauſis ſimilibus habemus deciſiones, quas referunt D. Reg. Moles *deciſ.* 6. *tit. de pœnis*, quibus tenentur Officiales, D. Reg. de Ponte *deciſ.* 7. *&* 25. & D. Regens Sanfelicius *deciſ.* 61. habemus pariter ſcripta per D. Reg. Merl. *contr. cent.* 2. *cap.* 28. qui omnes cum *Dom. Reg. noſtro*, hic concordant. Illud tantum D. Præſ. de Franch. aduertens, vt in caſu, quo poteſt Officialis, lite pendente ab adminiſtratione ſuſpendi, ſit cautus Fiſci Patronus, vt ſuſpenſionem proponat, antequàm inquiſito terminus detur ad ſe defendendum, eo namque dato, & pendente, Iudicis officium conquieſcit. Quærit demum *num.* 8. an ea, quæ dicta ſunt de Officiali, procedant in Tutore, de mala adminiſtratione accuſato; vt pariter inquiſitione pendente ſit ei interdicenda adminiſtratio: Citat Afflict. *deciſ.* 357. vbi Vrſil. *num.* 5. *&* 6. ad quos recurre. Et quid in Prælato bona Eccleſiæ ſuæ diſſipante, & de hoc crimine accuſato, an inquiſitione pendẽte poſſit ille ab adminiſtratione ſuſpendi? in hoc habemus *ſolemne conſil.* Chaſſanei, *quod eſt* 60. poſt Hoſtienſ. Io. Andr. Abb. & Imol. *in cap. venerabilis, de offic. delegat.* & optimè Io. de Anan. *in cap. fin. de accuſat.* quos citant *D. Reg. hic*, & D. Præſ. de Franch. *loco citat.* 3

Cætera ad materiam huius deciſionis pertinentia, vide apud D. Reg. Capyc. Galeot. *reſponſ. fiſcal.* 15. *à num.* 44. vbi aduertit tria concurrere debere, ad hoc, vt Officialis in officio delinquens poſſit ab adminiſtratione, 4

Digitized by Google

ſtratione, inquiſitione pendente, ſuſpendi: Et *Primò*, quòd ſit de delicto accuſatus, vel inquiſitus *Secundò*, quòd delictum ſit circa officij adminiſtrationem commiſſum, non extra officium. Et *Tertiò*, quod tale ſit delictum, vt eo plenè probato ſequi poſſit officij priuatio. Sunt etiam videnda, quæ ſcripſit Dom. Reg. Rouit. *in pragm. fin. num.* 12. *tit. de Official.* & quæ, & poſt eum Capiblanc. *in pragm.* 5. *n.* 80. *&* 81. *de Baronibus.*

5 Sed hic ſucceſſiuè dubitari poſſet, ſi Officialis inquireretur de crimine, pro quo veniret officio priuandus, vel pœna pecuniaria multandus, eo demùm ante litis conteſtationem defuncto, num Fiſcus iudicium illud contra eius hæredem proſequi valeat? Super hac quæſtione D. Reg. Rouit. elegantiſſimam ſcripſit deciſionem, *& eſt* 64. ad quam cum caſus contigerit, recurre.

## *ARGVMENTVM.*

Aſſenſus Regius impetratus ſuper Contractu per multùm temporis antè ſtipulato, num retrotrahatur ad diem contractus. Aſſenſus Regius vigore gratiarum mulieribus Neapolitanis conceſſus, num extendatur ad bona feudalia ſoceri dotem recipientis. Donatio facta abſenti, ſi priuſquam à donatario acceptetur, donator præmoriatur, an de cætero acceptari poſſit?

## DECISIO III.

1 CONTRACTO matrimonio inter filium primogenitum Illuſt. Ducis Summæ & Comitiſſam Saponariæ, eoquè per viri mortem diſſoluto, prætendebat Comitiſſa pro ſuarum dotium recuperatione ſuper terra Summæ præferri cæteris creditoribus, qui feudum illud obligatum tenebant: Conſtabat enim ex tenore capitulorum matrimonialium, Ducem Patrem ſponſo filio bona omnia feudalia donaſse, ac pariter ipſi Comitiſsæ, tàm ſocerum quàm virum pro dotibus recipiendis illa obligaſse; vnde cum aſsenſu tacito, & expreſso, quem demum impetrauerat, attento die capitulorum matrimonialium prætendebat omnibus creditoribus, qui poſt matrimonium contractum contraxerunt, præferri: ad tex. *in l.* 1. vbi Bald. & omnes, *ff. qui potior. in pign. habe.* Sed excipientibus creditoribus, nec aſſenſum expreſſum neque tacitum poſſe Comitiſſæ ſuffragari: fuit dubitatum quid Iuris?

Conſiderabatur aſſenſum expreſſum Comitiſſæ nullius momenti eſſe, ex quo obtentus ille extiterat, impetratis iam aſſenſibus aliorum creditorum, ſicque in iſtorum præiudicium retrotrahi non potuiſſe: vt per Andr. *in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Freder.* & per Afflict. *dec.* 286. Reſpectu verò aſſenſus legis, & ſic gratiarum mulieribus Neapolitanis conceſſarum, dicebatur non potuiſſe Comitiſſam ſuper hoc feudo agere, tanquam ſibi obligato à viro, quia illius dominium nunquam in Virum fuerat tranſlatum, ex quo donatio, ſiue refutatio illa bonorũ feudalium, fuit à principio nulla, ſiue ad minùs ſimulata: nulla, ex pluribus defectibus, & ſignanter, quia non conſtitit, fuiſse illam à donatario acceptatam, quod eſt requiſitum ſubſtantialiſſimum, vt dixit Paul. de Caſtro *in conſ.* 195. *num.* 2. *lib.* 2. nec pariter fuit inſinuata; provt requiritur in omni donatione legitimè facta, vt per Aret. *conſ.* 2. *&* 17. vbi allegat vulgata iura *in l. ſancimus, & in l. fin. C. de donation.* Simulata, quia pater donans poſt donationem in rei donatæ poſseſſione remanſerat, ad tex. *in l. ſuperuacuum. §. ſicut, ff. qui potior. in pignor. hab.*

Nec poterat ſimiliter Comitiſsa agere ſuper feudo ſibi obligato à ſocero: quia licèt ſecundum opinionem huius D. Regentis *in hac deciſione*, aſsenſus Capituli mulieribus Neapolitanis conceſsus, etiam ad bona feudalia ſoceri extendatur, ſtante expreſsa ratione illius ſanctionis, ne ſcilicet mulieres remaneant indotatæ; attamen hæc ratio in caſu, de quo agebatur, ceſsabat prorſus, ex quo compertum fuit, Comitiſsam nunquàm viro dotem tradidiſse, ſed illam penes ſe retinuiſse: quare poſtquam illa adhuc dotem retinebat, indotata remanere non poterat. Ex quibus omnibus per Regiam Cameram, iſto Domino Regente referente, communi voto fuit excluſa Comitiſsa, aliique Creditores ei prælati fuerunt, cùm aſsenſum haberent expreſsum. 3

## OBSERVATIO.

CONcluſionem hic à *Domino Regente* firmatam, vt Regius Aſſenſus ſuper bonorum feudalium obligatione impetratus, nullo pacto retrotrahi poſſit ad tempus contractus in præiudicium Tertij, qui medio tempore contraxit, & aſſenſum obtinuit, intra Andr. & Afflict. hic relatos, probarunt Aluar. & Præpoſ. *in eod. cap. Imperialem*, Dec. *conſ.* 114. *num.* 1. *& ſeq.* Pariſ. *conſ.* 18. *num.* 10. *vol.* 1. Loffred. *in ſua paraphr. f.* 48. *& in c.* 1. *§. ſed donare. qual. feud. pot. alien.* Luc. de Penn. *in l. nulli, C. de fund. patrim. lib.* 10. Capyc. *in ſua inueſtit. in verb. feudales aſſenſus, verſ. defectus, in princip.* Intrigliol. *de feud. cent.* 2. *art.* 6. *numer.* 127. Honded. *conſ.* 27. *num.* 8. *vol.* 2. Lanar. *conſ.* 17. *num.* 10. *& conſ.* 73. *n.* 16. Ann. *in repet. cap.* 1. *de vaſſal. decrep. ætat. num.* 222. Coſta *de retrotract. cap.* 8. *caſ.* 10. *num.* 5. *& de facti ſcient. & ignor. inſpect.* 25. *num.* 7. Reg. de Pont. *de poteſt. Proreg. in tit. de aſſenſ. Reg. ſup. dot. §.* 1. *numer.* 23. Add. ad Afflict. *in deciſ. hic allegata* 286. Frecc. *lib.* 2. *de ſubf. quæſt.* 30. Petr. Garz. *deciſ.* 92. de Franch. *deciſ.* 75. 86. *&* 620. & nouiſſimè, aliis omiſſis, D. Reg. de Tap. *deciſ. S.C. cap.* 3. *num.* 72. hi enim 1



Digitized by Google

omnes, citra controuerſiam firmarunt, aſſenſum in præiudicium Tertij non retrotrahi, ſed ſemper eum creditorem ſuper feudo obligato præferendum eſſe, qui eſt in aſſenſu anterior, quamuis ſit poſterior in contractu, & contractum inualidum ſuper feudo ex defectu aſſenſus nullatenus confirmari per illius impetrationem ex tunc, ſcilicet tempore celebratæ obligationis, ſed ex nunc à die ſcilicet obtenti aſſenſus.

2 Quòd autem aſſenſus Capituli, ſecundum opinionem *Domini Regentis* hìc extendatur ad bona feudalia ſoceri, imò ad alia omnia cuiuſlibet, ad dotis,& antephati reſtitutionem obligati,dixerunt etiam Camer. *in cap. Imperialem, f.*53. *lit. Q.* Frecc. *lib.*2. *de ſubf.in* 1.*auct,quæſt.*13. Minad.*conſ.*3. Anna *alleg.*115. *num.*6. D.Reg. de Pont. *de pot. Proreg. tit.*6. *de aſſenſ. Reg.in princ.num.*14. D.Reg. Rouit. *in prag.*8. *num.*4. *de feud.* Quorum ſententiæ adhæſi pariter & Ego *lib.*2. *mear.reſol. cap.*28. in quo ferè omnes collegi caſus, qui frequenter in materia Regij legalis aſſenſus contingere poſſunt.

3 Quò vero ad aliud, quod *in hac deciſione* tangit *Dominus Regens*, nimirum, ſubſtantialiſſimum eſſe requiſitum, vt donatio à Donatario acceptetur:adde, dictum hoc eſſe de Iure verum, & indubitatum,etenim donationis cōtractus duo debet habere extrema; vnum, à quo incipiat, nimirum donantem; alterum in quo conſiſtere, & reſidere poſſit, ſcilicet donatarium: ſic loquitur Marzar.*conſ.*100.*num.*5.Hinc communiter dixerunt DD. donationem factam filiis naſcituris,non valere; quia alterum ex duobus extremis deficit, cùm iſti quibus donatur,adhuc in rerum natura non ſint, niſi pro eis ſtipulatus ſit Notarius, quem poſſe pro naſcituris ſtipulari, dixerunt Guid. Papa *deciſ.*267. *&* 505. Tiraquell. *de iure primogen. quæſt.*6.*num.*31.Boer. *deciſ.*172.*n.*4.Bellamer.*conſ.*12. Marzar.*loco cit.*Mant.*de tacit.& amb.tom.*2.*lib.*13.*n.*7. *& tit.*8.*num.*14. Borell. aliis omiſſis *in ſumma dec.p.*3. *tit. de donat. num.*32. Vbi autem in donationis contractu donatarius non interuenit, nec Notarius pro illo ſtipulatus eſt, ſi priuſquam donatio acceptetur, donans præmoriatur, amplius acceptari non poteſt, quia ratihabitio, re integrâ, & rebus in eodem ſtatu permanentibus fieri debet; ad tex.*in l.bonorum.ff.rem ratam haberi*, & per Bar. *in l. ſi vxor.§.ſi quis vxorem, ff.de adulter.* ita in puncto Mantica *citato lib.*13.*tit.*7. *num.*11.Cephal.*conſ.*440.*à num.*30.*lib.*3.& Borrel.*loc. cit.num.*169.

4 At ſi Notarius pro abſente ſtipulatus eſt, poterit donatarius quandocunque donationem acceptare, etiam poſt mortem donantis, nec eo caſu poterit hæres contrauenire, cum omninò teneatur habere ratum, quod ſuus prædeceſſor donans fecit: nam ſi defunctus donationem ſic peractam, dum Notarius pro abſente ſtipulatus eſt, reuocare non poterat, ita nec eius hæres illum repræſentans: ita reprobato Paulo Caſtrenſe, qui *conſ.*195.*lib.*2. dixerat in præiudicium hæredis donantis non poſſe donatarium donationem acceptare, ſcripſerunt, & ſatis benè, Aymo Crauet. *conſ.*252. vbi dicit, communem ſententiam eſſe contra Caſtrenſem, vt donatario ex ſtipulatione Notarij adhuc ante acceptationem ius acquiratur irreuocabile,Roland.à Valle poſt alios,quos citat *conſ.*19.*num.*22.*lib.*1. D. Reg.de Ponte omninò videndus *conſ.*120.*per totum lib.*2. vbi *in fine* pro hac opinione iudicatum teſtatur, idemque & ſatis eleganter, provt de more inſignis Couar. *in* 3.*par.rubr. de teſtam.num.*13. *verſ. illud profectò prætermittendum non eſt*: quò loci ait, Caſtrenſis ſententiam falſam eſſe omninò, cùm certum ſit præfatam donationem quoad Donatorem omninò perfectam eſſe,nec vlterius ab eo reuocari poſſe, ſicque conſequenter nec ab eius hæredibus. Nec refert, addit, quod ante acceptationem donatarij fuerit in re donata ius alteri quæſitum. Quia id bene procedere poſſet, quando ex titulo ſpeciali dominium rei donatæ in alterum eſſet tranſlatum, vt in ſingularem ſucceſſorem; quo caſu fieret locus diſpoſitioni text. *in l. quoties, C.de rei vindicat.*Non idem, vbi ante acceptationem dominium tranſlatum reperiretur in ſucceſſorem donatoris vniuerſalem, qui certè actione perſonali, contractus,& donationes à defuncto factas tenetur omninò exactè ſeruare. Quærit demùm Couar.ſi facta donatione abſenti, Notario pro eo ſtipulante, illinc ad certum tempus donatarius acceptatione non facta, deceſſerit, nùm eius hæredes donationem illam acceptare valeant, ita vt donator ad rem donatam eis tradendam cogi poſſit? vide eum, quia benè loquitur, & Iul. Clar. *in* §. *Donatio, q.*14.*n.*6.

## ARGVMENTVM.

Filia ſpuria alicuius Proceris, ſiue Magnatis Neap. extra Ciuitatem orta, viro extero nupta, nùm pro recuperatione dotium ſuper bonis feudalibus viri, potiri poſſit aſſenſu Regio, de quo in Gratiis Mulieribus Neapolitanis conceſſis. Baſtardi an generis nobilitate gaudeant, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO IV.

FVIT dubitatum in Regia Camera,an Magnifica Eleonora Vrſina, filia ſpuria Illuſtr.Ducis Grauinæ, orta extra hanc ciuitatem, & ex muliere extera, pro recuperatione dotium ſuper bonis feudalibus Iulij Caldori eius viri exteri, gaudere poſſet beneficio aſsenſus Capituli, dequo *in deciſione præcedenti?*

Fuit per Regiam Cameram, nemine contradicente deciſum contra mulierem. Ratio 1
deciſionis fuit, quia licèt de ciuilitate Neapolitana patris dubitari non poterat, ex quo ille fruebatur honoribus ſedilis Nidi; attamen iura *in l.*1.*& in l.aſſumptio,§.filius,ff.ad municip.* quibus cauetur, vt filius dicatur ciuis illius ciuitatis, cuius pater eſt ciuis, loquuntur de filiis legitimis & naturalibus, filij autem ex illicito coitu procreati, patris non ſequuntur originem, & conditionem, ſed matris, *d.l.*1. *& l.eius, qui,ff.ad municip.* quæ quidem Iura, fuit dictum procedere non ſolum in filiis vulgò quæſitis, quorum pater certo modò ignoratur; ſed etiam in filiis, ex quocunque improbato coitu procreatis, quorum pater eſt certus, Vndè &c.

OBSER

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 IN hac eadem cauſa habemus diciſionem, tacitis nominibus D. Præſidis de Franchis, *& eſt* 452. *in ordine*, quam inſimul cum iſta citaui *lib.* 2. *mear. reſol. cap.* 28. *num.* 14. Vt autem filiæ Nobilium Neapolitanorum extra Ciuitatem ortæ, aſſenſu Capituli iuuari poſsint, neceſſe eſt, vt ſint de legitimo matrimonio procreatæ, ſecus ſi ex illicito coitu; iſtis enim, vt hoc beneficio ſubueniri poſsit opus eſt, vt in Ciuitate natæ ſint, quia ſic dicentur Neapolitanæ, quibus gratia fuit conceſſa: ita ſemel, atque iterùm deciſum ait Anna *in conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, nu.* 240. & Reg. Rouit. *in prag.* 3. *de feudis*, quo ego citaui *in ſuprà relato cap.* 28. *num.* 14.

2 Quò verò ad rationem huius deciſionis per *D. Regentem* allegatam, nimirùm, ideò filiam naturalem Nobilis Neapolitani, extra Ciuitatem ortam, non poſſe gaudere beneficio huius taciti aſſenſus, quia filij ex illicito coitu procreati, patris non ſequuntur originem, & conditionem; ſed matris: Adde huius rationis rationem eſſe, quia incerta eſt coniunctio ſanguinis paterni, ac proinde nullo pacto permittendum, vt hi filij gaudere poſſint priuilegiis, & honoribus, quibus ex legitimo matrimonio procreati gaudent. Hinc videmus, receptiſſimam eſſe iuris concluſionem, Baſtardos generis nobilitatem nullatenus retinere, provt in hac Ciuitate obſeruatur; in qua naturales paterna ſedilium nobilitate non gaudent, *l. humilem, C. de inceſtis nuptiis*, Bar. *in l. ſi vt proponis, in fine, C. de dignit. lib.* 12. *& in l. tutelas, C. de capitis dimin.* Bal. *in l. cùm legitima, ff. de ſtatu hominum*, vbi dicit, Naturales, Principis Conſiliarios eſſe non poſſe, illiſque agnationis arma portare prohibitum eſſe: probat idem Bal. *in l. generaliter, in fine, C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condict. fact.* Verùm *in l. filium, ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur.* naturalibus hoc licere affirmat, dummodò in armis apponant *ſbarram*, per quam, ſtirpem eſſe infectam denotetur. Idemque Conſiliarius de Botris, ad Bar. *in tract. de inſignijs & armis*, Flau. Amendol. *in addit. ad D. Præſidem de Franchis, citata deciſ.* 452. & alij. Eſt tamen verum, quòd in quibuſdam locis, quicquid ſit de Iure, de conſuetudine naturales nobilitatem retinent paternam, vt Delphinatu affirmat Guid. Pap. *deciſ.* 580. & in cæteris Regni Franchiæ prouinciis, Ferrerius *ibidem, in addition.* dummodò ex ſoluto & ſoluta nati ſint, & quod notabiliter viuant, abſque mercaturæ, vel alterius vilis artis vſu. Idémque Ant. Faber. *diff.* 11. *C. de natural. liber.* Similiter & in Ciuitate Ianuæ, naturales de conſuetudine nobilitatem retinent paternam; quamuis ad Ducalem dignitatem, nec ipſi, nec ab eis deſcendentes aſcendere poſſint.

## *ARGVMENTVM.*

Donatio bonorũ Feudalium, ſi à patre Feudatario in capitulis matrimonialibus ſponſo filio, eiúſque ſucceſſoribus ex corpore, cùm ſtipularetur inſtrumentum dotale, fieri promittatur, nùm ſtipulato demum inſtrumento firma remaneat, vel potius nullius roboris diiudicanda, ex quo poſt certum tempus ante ſtipulationem, inter patrem donantem, & filium donatarium inita extitit conuentio, Regio aſſenſu roborata; vt donatio illa nullius eſſet momenti ſi filij maſculi ex eo matrimonio non naſcerentur; ſed quòd eo caſu in feudis donatis, alter ipſius donatis filius ſuccedere deberet. Facta inter duos conuentione ſuper aliqua re, eo expreſſo, vt publicum ſtipularetur inſtrumentum, nùm ante ſtipulationem poſſit alter ex contrahentibus ſe pœnitere, & à conuentis recedere? Pactum de futura ſucceſſione ſuper certa re, an ſit de iure prohibitum.

## DECISIO V.

INITIS capitulis matrimonialibus inter Thomam de Afflicto, & Camillam de Capua, Comitis Palenæ filiam, in quibus Comes Triuenti Michaël de Afflicto promiſerat cõtemplatione matrimonij dicto Thomæ filio ſuo primogenito, eiúſque hæredibus donare omnia bona feudalia, cum ſtipularetur inſtrumentum dotale; illinc ad paucos dies pater & filius inter ſe conuenerant, quòd donatio facienda intelligeretur pro filiis maſculis tantum naſcituris, ita vt ſi naſcerentur fœminæ, illæ ſuccedere non poſſent, ſed filij maſculi ipſius patris donantis; ſuper qua conuentione per inſtrumẽtum celebrata Regius fuit præſtitus aſſenſus: poſtea fuit ſtipulatum inſtrumentum donationis factæ filio, eiúſque hæredibus ex corpore deſcendentibus. Euenit vt ex hoc matrimonio naſceretur filia fœmina tantum, quę in feudis à Comite auo patri ſuo donatis ſuccedere prætendebat. Contradicebat patruus, qui ex vi conuentionis prædictæ in feudis donatis fratri, modo quo ſuprà, legitimum ſe eſſe ſucceſſorem contendebat: Quare dubitatum extitit in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtr. Domino Pro-Rege, vtra Partium meliora foueret iura. 1

Et pro patruo, contra neptem fratris filiam, communi omnium voto ſub die 4. Martij 1534. pronunciatum extitit, interuenientibus in votando Dominis Cicco de Loffredo Sacri Conſilij Præſide, Hieronymo de Franciſco Magni Camerarij Locum-tenente, Io. Martiale, & Antonio Capycio Regiis Conſiliariis, ac Doctore Baro, & iſto Domino Regente, tunc Regiæ Camere Præſidentibus. 2

Deciſionis principalior ratio fuit hæc, quia illa donatio facta in capitulis matrimonialibus

bus, ſuper qua ſe fundabat neptis, perfecta non extiterat, ex quo erat facta tantum promiſſio de donando, ſicquè nullum ius erat ei quæſitum: ad quod fuerunt allegata, quæ notantur per Paul. de Caſtro *in l. cùm res, col. 1. C. de probat. & in l. Contractus, col. antepenult. C. de fide inſtrum.* vbi dicit, quòd ſi inter duos eſt conuentum, de vendenda re aliqua pro certo pretio; ſed eſt dictum, quòd de ea fiat inſtrumentum, talis contractus, antequam deueniatur ad ſtipulationem ſcriptura mediante, non eſt perfectus, itavt vna Pars poterit diſcedere.

4 Nec obſtare dictum fuit, in quantum dicebatur, quod Comitiſſa Palenæ Mater ſponſæ, quæ dotem promittebat; interuenerat ſtipulando pro hæredibus, & ſucceſſoribus, ſicquè potuiſſe per eam acquiri ius filiis, & filiabus, ſuis nepotibus, & neptibus, etiam non natis, quibus poteſt ſtipulari, vt notat Bart. *in l. quod dicitur, ff. de verb. obligat.* Guid. Papa *deciſ.* 272. & quod fauore nuptiarum poſſit auus maternus ſtipulari nepotibus, per tex. *in l. Caius, ff. ſolut. Matrim.* Nam fuit reſponſum prædicta procedere, fauore dotis, vt per Paul. de Caſtr. Imol. & Alex. *in d. l. Caius.* At in caſu prædicto agebatur de donatione, quæ fit à patre filio, & ſic erat caſus diuerſus, nec extenſio aliqua fieri poterat.

5 Secundò minùs obſtare dictum fuit, quod in conuentione, ſiue proteſtatione prædicta, ſponſa non interuenerat. Quia illius præſentia ad hunc proteſtationis actum faciendum non requirebatur, ſed ſat fuiſſe præſentem extitiſſe filium, & conſentientem: vnde fiebat locus communi omnium ſententiæ, nimirum, quòd vbi proteſtatio eſt facta in præſentia Partis conſentientis, per verba futuri temporis, indiſtinctè tollitur actus ſequens, etiam ex interuallo initus, & cum proteſtatione incompatibilis, vt per Bar. *in l. pacta nouiſſima, C. de pact.* & Aret. *in l. Titia, 3. idem reſpondit, il primo, ff. de verb. obligat.*

6 Tertiò minùs obſtare dictum fuit, conuentionem factam inter patrem, & filium, ſic proteſtantes, fuiſſe demùm reuocatam per donationem ſequutam, idque probari ex clauſula bis in donatione repetita, *Omni meliori modo,* &c. quam, dicebatur, habere vim clauſulæ derogatoriæ, ex Socin. *conſ.* 53. *vol.* 3. Nam dicebatur nullibi probari, quod clauſula *omni meliori modo,* habeat vim clauſulæ derogatoriæ; & quòd ita expreſsè dixit Soc. *in l. ſi mihi, & tibi §. in legatis, col. penul. ff. de leg.* 1. Et quoad iuramentum in donatione appoſitum, quod dicebatur pariter habere vim Clauſulæ derogatoriæ, fuit reſponſum, contrarium probari per Gloſſ. ſingularem *in c. licèt mulieres, de iureiur. in 6.* vbi dicit, quod ſi mulier primò iurauit, non alienare feudum, & poſteà cum iuramento alienat, alienatio ratione primi iuramenti non tenet.

Quartò, nec obſtare dictum fuit, quod dicebatur, conuentionem, ſiue proteſtationem 7
fuiſſe inualidam, ex quo continebat pactum de futura ſucceſſione ad fauorem filiorum donantis, quod eſt prohibitum, ad tex. *in vulgata l. fin. C. de pact. cum concordant.* Nam fuit reſponſum hoc procedere, quando pactum fit de tota hæreditate viuentis, ſecus ſi de certa parte, vt in caſu, de quo agebatur; vt per Alexand. *conſ.* 85. *col.* 2. & 3. *lib.* 2. & Iaſon *in d. l. fin. C. de pact.* poſt Bar. *conſ.* 72.

Quintò, minus obſtare dictum fuit illud 8
quod allegabatur, nimirum, quod per conuentionem ſolemniter ſtipulatam poſt proteſtationem factam, voluerunt pater & filius tacitè à proteſtatione diſcedere, ex eo, quia in donatione tales erant appoſitæ Clauſulæ, quæ aliquid operari non poterant, niſi quòd à proteſtatione erat receſſum, dum in ea legebatur, *Renuncians, exceptioni doli, & rei non ritè geſtæ, & non aliter habitæ, quàm ſuperiùs & inferiùs particulariter continetur.* Nam fuit reſponſum, quod hæc erant verba generalia, acceſſoria ad principalem diſpoſitionem, quæ non augent, neque alterant; ſed regulantur ſecundùm ipſam generalem diſpoſitionem; iuxta Gloſſ. *in Clem.* 1. *de præbend.* latè Dec. *conſ.* 305. *lib.* 2. Etenim receptiſſima eſt ſententia, nimirùm priori conuentioni, legi, ſeu ſtatuto nunquam derogatum cenſeri, niſi expreſſum ſit in poſteriori conuentione; ita Bar. *conſ.* 22. *col. fin.* per text. *in l. fin. C. de nouat.* Dec. *conſ.* 356. *lib.* 2. prout dicunt in Clauſula derogatoria appoſita in primo teſtamento, vt nunquam illa cenſeatur per ſecundum reuocata, niſi expreſsè, & ſpecialiter tollatur primum cum eius Clauſula derogatoria, Bar. & omnes *in l. ſi quis, in princ. ff. de legat.* 3. Soc. *in l. ſimiliter, § legatis. ff. de legat.* 1. Notant omnes *in l. ſancimus, C. de teſtam.*

## OBSERVATIO.

IN quæſtione illa, quam hic tangit *Dominus Regens,* nimirùm, ſi inter duos aliquis fuerit initus contractus, eo tamen expreſſo vt de illo publicum ſtipularetur inſtrumentum, nùm ante ſtipulationem poſſit alter ex contrahentibus ſe pœnitere, & à conuentis recedere; ad ornatum, & veram intelligentiam text. *in l. contractus, C. de fide inſtrument.* vide, quæ ſatis notabiliter ſcripſit Nicol. Ant. Gizzarel. *deciſ.* 72. quò loci poſt diſputatum articulum, ac recitatas diuerſas DD. ſententias, atteſtatus eſt, tempore ſuo in noſtro Sacro Conſilio ſemper magis communem fuiſſe tentam, & practicatam opinionem illam, quòd vbi contractus eſt inter partes abſolutus, & perfectus, quamuis adiiciant, quòd celebrari debeat inſtrumentum, non per hoc cenſentur partes voluiſſe in ſcriptis contrahere; ſed potiùs ſcripturam ad faciliorem probationem deſiderare, ideóque ante inſtrumenti celebrationem

tionem

Digitized by Google

tionem pœnitentiæ locum non eſſe: ſicque ait, paſſim, & ſemper fuiſſe iudicatum; ea quidem ratione, quia cùm ſcriptura ad actus perfectionem non ſit neceſſaria; ſed tantùm nudus Partium conſenſus, eo ipſo, quòd Partes fuerunt concordes, contractus eſt perfectus, ita vt non poſſit alter ex contrahentibus recedere; ſecùs verò, vbi expreſsè conuentum eſſet vt nullius roboris ſit conuentio, niſi ſtipularetur inſtrumentum, vel vbi de ſubſtantia contractus eſt, vt ſcriptura interueniat; tunc enim neceſſariò requiritur, ad conuentionem firmandam, vt fiat inſtrumentum, & ſcriptura intercedat, itavt interim eſſet locus pœnitentiæ: & cum hac diſtinctione pertranſeunt pariter Theſ. omninò videndus *deciſ.* 197. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 95. *& deciſ. Florent.* 135. *n.* 14. Ant. Gamma. *deciſ. Luſit.* 207. Cabed. *deciſ. Luſit.* 39. *par.* 2. & ante iſtos noſter Afflict. *deciſ.* 39. vbi Vrſill. *& deciſ.* 105. alios innumeros refert Barboſ. *in Collect. ad d. l. contractus.*

2 Quo verò ad aliud, quod hic firmauit *Dominus Regens*, nimirùm pactum de futura ſucceſſione non eſſe prohibitum, niſi de tota viuentis hæreditate paciſcatur, ſecùs ſi de certis bonis, vt in caſu de quo agebatur. Adde, hanc eandem concluſionem firmaſſe innumeros, relatos à Vincentio Fuſar. *in ſuo tract. de ſubſtit. quæſt.* 308. *num.* 68: vbi *num.* 74. dicit; ab hac opinione non eſſe recedendum, cùm ſit verior, & magis communis, & ſecundum eam ſæpeſæpius iudicatum; idemque Cacher. *deciſ.* 100. *numer.* 26. Theſ. *deciſ.* 225. *n.* 11. Cæſar Barzius *deciſ.* 14. Craſſ. *in §. ſucceſſio ab inteſtato*, & alij penes Barboſ. *in collect. ad l. fin. C. de pact.* quibus addimus Cancer. *var. reſolut. par.* 3. *cap.* 8. *num.* 151. provt dicimus in patre, qui in capitulis matrimonialibus promittit filio contemplatione matrimonij illum inſtituere hæredem in certis bonis tantùm, vt hæc promiſſio ſuſtineatur; quamuis nulla diceretur, ſi ſimpliciter filium vniuerſalem promitteret inſtituere hæredem, vt per DD. *in l. pactum, quod dotali, C. de pact. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. obligat.* Viuius *comm. opin. lib.* 2. *opin.* 568. *num.* 7. & vide in caſu fortiori Ant. Fabr. *diff.* 6. *C. de pact. conuent. ſuper dotem.*

## *ARGVMENTVM.*

Falſi Criminis ſi quis fuerit reus, nùm de ſociis, qui falſitati interfuerunt, interrogari poſſit. Inquiſiti de falſo, nùm ad veritatem eruendam torqueri valeant; & an ſat ſint ſola indicia, vt puniri poſſint, vel potius concludentes requirantur probationes. Notarius, ſi faſſus ſit, falſum ſe inſtrumentum fabricaſſe, nùm inſtrumento præiudicet.

## DECISIO VI.

1 INQVISITIS aliquibus de falſo, quòd ſcilicet fabricari fecerant falſum inſtrumentum, fuit habitum pro abſoluto, quòd quantum ad deciſionem cauſæ ciuilis pertinebat, inſtrumentum habebatur pro falſo, ex eo quia actor, qui illud in iudicio produxerat, declarauerat iudicialiter eo vti nolle, ſicque tacitè illud eſſe falſum confeſſus fuerat, ad text. *in l.* 3. vbi Gloſſ. & DD. omnes; *C. de fide inſtr.* Gloſſ. & DD. *in l. ſi falſas, C. ad l. Corn. de falſis*; Bar. *in l. diuus, ff. hoc tit.* Probabatur etiam ex depoſitione illius, qui falſum inſtrumentum fabricauit: & licèt Alex. *in conſ.* 133. *in fine, vol.* 7. dixerit, quod ſi Notarius faſſus ſit ſe falſum inſtrumentum fabricaſſe, precibus, vel pecunia alicuius, inſtrumento non præiudicet; idémque Bal. & Salycet. *in l. generaliter, in vlt. notab. C. de non numer. pec. in l. Seia, ff. ad S. C. Velleian.* & Ial. *in l.* 1. *& 2. ff. de eo, per quem fact. erit.* Tamen hæc concluſio intelligitur, quando Notarius ſic confiteatur ſine citatione & iuramento, provt loquitur Bart. *in l. ſi quis in graui, §.* 1. *ff. ad S. C. Syllanian.* vel quod non faciat fidem plenam: bene tamen ſemiplenam; provt ſentit Angel. *in l. errore, C. de teſtibus.* Et quod ſocius criminis, in Ciuilibus, faciat ſemiplenam probationem, tenet Salyc. *in l. fin. C de accuſat. in fine*, Io. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de teſtibus.*

Sed fuit dubitatum, quoad cauſam criminalem; & *Primò*, an iſti de falſo accuſati, poterant de aliis ſociis, qui falſitati interfuerunt, interrogari? De hoc fuit ſatis altercatum; quia receptiſſima eſt concluſio, quòd quando eſt tale delictum, quod principaliter fuit commiſſum in detrimentum & iniuriam alicuius, provt in caſu, de quo agebatur, tunc non poteſt quis de ſociis interrogari: ita Bar. *in l. repeti, §.* 1 *ff. de quæſtionibus*, DD. *in l. final. C. de accuſat. & in cap.* 1. *de Confeſſis*, Alex. *conſ.* 69. *lib.* 2. Id quod procedere dictum fuit, etiam attenta opinione Salycet. *in l. fin. C. de accuſat.* Vbi dicit quod ſi eſt tale delictum, quod non poteſt regulariter ſine ſociis committi, vt eſt fabricare falſam monetam, committere crimen læſæ Maieſtatis, &c. quia vt potiſſimùm non poſſunt hæc crimina per vnum ſolum committi; tunc poterit quis de ſociis interrogari: ſed ſi verſaremur in delictis, quæ ſine ſociis committi poſſunt, & ſolent, tunc ſecus. 2

Secundò fuit dubitatum, an iſti inquiſiti ad veritatem eruendam torqueri poterant? Ad quod dicebatur eſſe valdè aduertendum, quòd ſi per teſtes erant taliter conuicti, quòd ſequi poterat condemnatio, tunc nullo pacto deueniendum ad torturam, quia tortura rememedium dicitur ſubſidiarium, in defectum aliarum probationum, *l. edictum, & l. diuus, ff. de quæſtion. & l. quoties, C. eod.* Id quod adeo bene & prudenter aduertere debet Iudex; Nam ſi delictum eſſet plenè probatum, & inquiſitus torqueretur, eo non confitente, plena probatio purgaretur: ita ſingulariter dixit 3



Digitized by Google

Cæpol. *conſ.* 32. Martil. *in d. l. edictum*, & alij: Vnde fuit ſatis controuerſum, an hi accuſati poterant ſine tortura condemnari.

4 Et cùm varia ſe offerebant indicia vrgentia, fuit propoſita difficultas, an in iſto crimine Falſi, quis ex ſolis indiciis, ſine veris & concludentibus probationibus puniri poſſit? in qua quidem difficultate fuit dictum, duas reperiri Doctorum opiniones, quarum prima, eſt affirmatiua, Archid. & Dominici *in Can. Memoriam*, 19. *diſt.* vbi dicunt, quod inter cætera ſpecialia, quæ ſunt in hoc crimine falſi, eſt, quòd poteſt procedi ad pœnam ex ſolis indiciis, per text. *in l. iubemus*, *C. de probation.* Idémque tenent Hoſtienſ. *in ſum. de crimine falſi*, § *qualis probatio*, Io. de Anania *in Rubr. de falſis*, & alij.

5 Altera eſt opinio contraria, quod ſcilicet requiratur concludens probatio; & fuit Baldi *in l. iuris gentium*, §. *quod ferè*, *ff. de pactis*, Alex. *conſ.* 74. *lib.* 1. Cæpol. *conſ.* 22. Petr. de Anchar. *conſ.* 24. Fulgoſ. *conſ.* 174. Quorum ſententiæ Domini votantes inhærentes, Cenſuerunt, quòd ſi iſti de hoc falſi crimine inquiſiti, ore proprio delictum non confiterentur, in caput eorum eſſent torquendi; & cùm vnus interrogatus cum tortura in caput ſuum tantùm, quia de ſociis interrogari non poterat, faſſus fuerit, auxilium & opem falſitati præſtitiſſe, fuit condemnatus pœna deportationis in Inſulam Lipari, alius verò pluriès interrogatus, etiam de ſociis, iuxta doctrinam Salycet. *in d. l. fin. C. de accuſat.* quis fecerat inſtrumenti minutam, confeſſus tandem quendam Doctorem, & quoſdam Notarios mortuos, quia iſta non erant indicia, & ſic, eo inaudito, torqueri non poterat; Bar. *in l. fin. ff. de quæſtionibus*, ideò fuit ſibi impartitus terminus ad verificandum, quo termino pendente, à carceribus aufugit.

## OBSERVATIO.

1 QVòd non credatur verbis Notarij aſſerentis, inſtrumentum, quod ſtipulatus eſt, eſſe falſum, adhuc ſi in extremo vitæ ſpiritu id fateatur, prout nec teſti dicenti ſe falſum teſtimonium dixiſſe, vltra DD. hic per *D. Regentem* relatos, ſcripſerunt pariter Paul. de Caſtro, poſt Spec. *in l. Seia* 28. *num.* 2. *ff. ad S.C. Velleian.* Ægidius Boſſius *in prax. in tit. de falſis*, *num.* 95. 96. 97. 98. *&* 99. Camillus Borrellus, qui geminatas Sacræ Rotæ Romanæ deciſiones refert *in ſumm. dec. par.* 2. *in tit. de fide inſtrum. num.* 151. Proſper Farinac. *in repert. de contractibus*, *quæſt.* 17. *num.* 16. & Alij, quorum tamen dicta Ego ſemper intellexi cum diſtinctione, de qua hic per *D. Regentem*.

Quantum verò ad aliud dubium hic propoſi-
2 tum, an de falſo accuſatus, poſſit de ſociis interrogari? Dic quòd in articulo generali omnes conueniunt, regulariter, hoc nullo pacto Iudici licere: per tex. *in l. fin. C. de accuſat.* Io. de Amic. *conſ.* 22. *num.* 1. Gram. *vot.* 34. *num.* 12. Exceptis tamen nonnullis criminibus, de quibus propter eorum immanitatem, permiſſum eſt de ſociis interrogari: vel iuxta Salycet. ſententiam hic per *D. Regentem* relatam, ſi delicta eſſent talia, quæ ſine ſociis committi non ſolent; ſic pariter ex Recentioribus ſentire videntur Ant. Gomez. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 12. *numer.* 17. & Iul. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 21. *numer.* 4. *cum pluribus ſeqq.* vbi Iudices inſtantiſſime admonet, vt quantum poſſibile ſit, caueant, ne reos de ſociis interrogent, niſi in caſibus, in quibus id ſibi eſt de iure, vel conſuetudine permiſſum: quia aliàs potiùs ſuggeſtoris, quàm interrogantis eſſet officium, & vide infrà *deciſ.* 42. & quæ *ibi* obſeruo.

## *ARGVMENTVM.*

Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ Regni Neapolis, de quibus Cauſis cognoſcat, diſtinctè elucidatur, & an omnium Cauſarum actiuarum, & paſſiuarum Officialium ipſius, Iudex ſit competens; & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO VII.

IN Regia Camera Summariæ Regni huius fuit hæſitatum, de quibus cauſis hoc Tribunal, quod eſt Conſilium Regium & ſupremum, cognoſcere poſſit? ſuper quo fuerunt conſiderati aliqui caſus: quorum

Primus, quando eſt quæſtio inter Fiſcum, 1
& Priuatum: vbi nulli dubium eſt, quin ſolus Procurator Cæſaris, & ſic Regia Camera ſit Iudex competens & ordinarius; ſunt iura *in l.* 1. iuncta Gloſſ. *C. de iuriſdict. omn. iudic. & in l. fin.* iuncta Gloſſ. *C. de Aduocat. fiſci*, *in l. ad fiſcum*, *C. vbi cauſ. fiſcal. & in l.* 3. *C. quando fiſcus*, *vel priuat.* Idque adeò verum eſt, vt procedat etiam ſi fiſcus alicui ſuccedat, qui habebat litem cum alio, nam licèt inſtantia tranſeat in fiſcum, tamen ipſe non tenetur inſtantiam cæptam cum defuncto proſequi coram illo Iudice priuati; ſed coram ſuo, ſcilicet Procuratore Cæſaris: ita Bar. Roman. & alij *in l. ſi conſtante*, §. *fin. ff. ſolut. matrim.* Bal. *in l.* 1. *col.* 2. *C. de hæredit. vel action. vend.* & Angel. *in l. cum quadam puella*, *in princip. ff. de iuriſdict. omnium iudic.*

Secundus caſus eſt, quando cauſa eſt inter 2
duos priuatos de appendiciis fiſcalis cauſæ: & tunc etiam Procurator Cæſaris eſt Iudex competens; eſt text. *in l. cum vendente*, *C. vbi cauſæ fiſcales*, vbi Bal. Salycet. & Paul. de Caſtr. reprobata Gloſ. *ibi.*

Tertius caſus eſt, quando quæſtio eſt in- 3
ter duos priuatos, & Fiſcus tenetur de euictione, ſicque eſt author laudatus, & tunc etiam Procurator Cæſaris eſt Iudex competens,

tens, per text. *in l.*3. vbi Gloſ. & Io. de Plat. *C. de iure fiſci*, *lib.* 10. Soc. *conſ.*9 1. *col.*6.*lib.*3. & expreſsè Paulus de Caſtro *in l.*2. *C. ſi aduerſ. fiſcum.*

4 Quartus caſus eſt, quando vertitur quæſtio inter duos Officiales de re, ad eorum officium ſpectante, & in hoc nulli dubium eſt, quòd ſi ſubintrat intereſſe Fiſci, Regia Camera erit Iudex; ſi verò de eorum mero intereſſe, tunc etiam hi Officiales non poſſunt alibi conueniri, quàm coram Procuratore Cæſaris, provt eſt caſus *in l.penul. C. vbi cauſ. Fiſcal.* Quod intellige paſſiuè, quando ſcilicèt conueniuntur, provt loquitur ille text. ſecùs verò actiuè, quando agunt, quia tunc eſt attendenda regula *l.*2. *C.de iuriſd.omnium iud.*

5 Quæ omnia procedere dictum fuit in cauſis ciuilibus: in criminalibus verò, iure communi attento, Procurator Cæſaris non cognoſcit, vt *in l.*1.2.*& penult. C.vbi cauſæ fiſcal.* Attentis verò priuilegiis à retrò Regibus huius Regni huic Tribunali conceſſis, Regiæ Cameræ iuriſdictio eſt valdè ampliata & extenſa, adeò quòd habet iuriſdictionem ciuilem & criminalem, merum, & mixtum Imperium actiuè, & paſſiuè in omnes, & quoſcunque Officiales Regiæ Cameræ; & eſt abdicata iuriſdictio ab omnibus aliis Tribunalibus.

6 Nec eſt dubium quin hoc Princeps facere poſſit, neque eſt inconueniens, quia in iure plures habemus caſus, in quibus eſt certus Iudex deputatus, & in propria materia inter Fiſcum & priuatum eſt deputatus ſpecialis Iudex, ſcilicet Procurator Cæſaris: & ſi eſt ſtatutum de iure communi, quod nullus alius Iudex de cauſis fiſcalibus cognoſcere poſſit, niſi Procurator Cæſaris, operæ pretium fuit, & conueniens, quod Sereniſſimi retro Reges pro conſeruatione eorum patrimonij, iuriſdictionem Cameræ in omnes Officiales eius extenderent & amplificarent; ſicut videmus de iure communi, quo attento, Familiares ſcholarium, & aliorum priuilegiatorum, eorum Dominorum priuilegiis etiam quoad forum gaudent, vt tenet poſt Iacob. Butrigar. Bald.*in l.*1.*& 2.C.de Epiſ.& Cler & in l.*1.*C.de vxoribus militum*, vbi dicit quòd vxores militum, virorum priuilegiis etiam quoad forum gaudent.

7 Et licèt DD. excitauerint, quando iuriſdictio eſt conceſſa vni, an cenſeatur ab aliis abdicata? qua de re ſunt videndi Bar.*in l.*1.*C.de offic. præfect. vrb.* & Bal.*in Authen.habita*,*C.ne filius pro patre*, tamen in caſu noſtro dictum fuit, quòd ceſſat omnis dubitatio, ex quo expreſsè in priuilegiis Cameræ iuriſdictio ab aliis Tribunalibus abdicatur: quod ſine dubio hoc Principem facere poſſe, eſt caſus *in* §.*& iudicare*, *Auth.de defenſ.Ciuit.*

D.De Marinis obſeruat.ad deciſ.D.Reuerterij.

## OBSERVATIO.

Tribunal Regiæ Cameræ Regni huius magnum eſt, & ſupremum: ſic appellatur à Carolo Cæſare felicis recordationis, *in prag.*5. *de officio Procur. Cæſar.* & habet vim Præfecti prætorio, vt annuit Dom. Præſ. de Franch. *deciſ.*714. *num.*6. Hinc videmus à ſententiis Regiæ Cameræ ad aliud Tribunal non appellari; ſed tantum ad idem reclamari licere: nec per reclamationem exequutionem impediri, præſtita tamen per victorem idonea fideiuſſione de reſtituendo in caſu retractationis, provt ſeruatur in exequutione ſententiarum ſacri Conſilij; ita *D. Regens noſter* infrà *deciſ.*178.& cautum eſt hodie *in prag.*37. §.3.9.*&* 10.*citato tit.de offic.Procur.Cæſar.* id quod ſatis benè aduertunt D.Reg.Rouit.*ibi*, D.Reg.Galeot. *in diſſertatione vnica*, *in calce primi reſponſi fiſcalis. num.*55.D.Reg.Sanfelic. *deciſ.*291.*num.*9.& D.Franciſcus Maria Pratus *obſeruat.*50.*pract.obſer. numer.*11. 12. *&* 13. Multa de huius ſupremi Tribunalis præeminentia ſcripſerunt Marcus Antonius Surgens *de Neapoli illuſtrata, lib.*1.*cap.*26. Io.Dominicus Taſſonus *ad prag. de antephato fol.*130.D.Reg. Galeot. & D.Pratus *locis citatis.* De quibus autem cauſis Regia Camera cognoſcere poſſit? habemus hodie determinatum *in pragm.*61.*&* 62.*de offic. Procur. Cæſaris*: ad quarum ornatum vide, quæ nouiſſimè ſcripſit D.Reg.Capyc. Latro *dec.*186.*lib.*2. Officiales ipſius ſiue Præſidentes ſint, ſiue Rationales, ſiue Secretarius, ſiue Actorum Magiſtri, vbi in ius vocari contigerit, hoc ſupremum Tribunal eſt adeundum, provt firmat *Dom.Reg.hic*, & longa manu D.Reg. Rouit. *deciſ.*74.*pro totam*, idémque D. Reg. Capyc. Latro *deciſ.*198. *eod.lib.* Sed an iuriſdictionem aliquam in Magnum Admiratum, eiúſque Officiales habeat? Vide Conſiliarium Gizzarel. *deciſ.*73. vbi negatiuè deciſum refert. Et an ſit iudex competens in cognoſcendo de delictis commiſſis per Apparitores, qui vulgò apud nos *Capitanei Iuſtitiæ* apellantur, cum in eorum officio delinquerent circa negotia ad hoc ſupremum Tribunal ſpectantia? affirmatiuè reſpondi Ego *lib.*1. *mear. reſol. cap.*50. *num.*11. Sicquè per Regias literas determinatum refert D.Reg.Sanfel. *deciſ.*250. Vltimò dubitatur, an iuriſdictionem habeat priuatiuè de cognoſcendis & puniendis ſcribis extraordinariis, adhuc extra officium delinquentibus? vide D. Reg. Sanfelic. *cit. deciſ.*291. *per totam.*

## *ARGVMENTVM.*

Vendita re, habita fide de pretio, ſed cum pacto quod non intelligatur tranſlatum dominium, niſi pretio ſoluto, num ſuper illa, concurrentibus demum emptoris creditoribus, ſit præferendus venditor, qui pretij creditor remanſit. Venditis mercibus, habita fide de pretio, nullo appoſito pacto tranſlationis dominij in emptorem impeditiuo, num emptore decocto, venditor ſuper illorum

 pretio

Digitized by Google

pretio emptoris creditoribus præfertur? Et de aliis notabilibus ad materiam.

## DECISIO VIII.

1 IN concurſu creditorum ſuper bonis Illuſtr. Ducis Summę communis debitoris decocti, dubitabatur an ſuper pretio redacto ex quodam fundo, eſſet omnibus potior Magnificus Io. Michaël Garganus creditor, qui priùs fundum illum, habita fide de pretio vendiderat; ſed cum pacto quòd non transferretur dominium, niſi pretio in pecunia numerata, vel in tot redditibus ſoluto? Et per Regiam Cameram, iſto Domino Regente referente fuit deciſum, quod præferretur.

2 Ratio deciſionis fuit, quia quamvis regulariter, quando vendita eſt res, habita fide de pretio, ſequuta emptoris decoctione, etiam ſuper re vendita, ſiue illius pretio, præferatur creditor qui habet anteriora iura, non autem qui rem illam vendidit, provt ſunt indiuidualia, & ſatis notabilia iura, *in l. procuratoris, §. planè ff. de tribut. action. & in l. quidam fundum, ff. de in rem verſo*, & per Bart. Alex. & alios, *in l. ſi cum dotem, §. fin. ff. ſolut. matr.* Attamen hoc limitatur, quoties in inſtrumento venditionis adiectum eſt pactum impeditiuum tranſlationis dominij, de quo *in vulgata l. cum manu ſata, §. fin ff. de contrah. emption.* Hoc enim caſu quia res illa nunquam fuit emptoris, ex quo dominium remanſit à principio in poſſe venditoris, non eſt cur dubitari poſſit, quod ſit iſte omnibus aliis præferendus.

## OBSERVATIO.

1 HIc notamus, vendita re, habita fide de pretio, ſequuta emptoris decoctione, etiam ſuper re vendita ſiue illius pretio præferri creditorem qui anteriora habet iura, non autem illum, qui rem vendidit, *iuribus & DD. hic citatis:* quibus addo & alios, quos refert & ſequitur D. Card. de Lugo *de iuſtit. & iure, tom. 1. diſputat. 20. ſect. 2. n. 17.* ſic reprobans Doctores illos, qui prælationem venditori dederunt, inter quos Bonacin. *de reſtitut. in genere, diſp. 1. quæſt. 8. punct. 2. n. 8. fol. mihi 406. tom. 2.* ſic pariter cenſui ego *lib. 1. mear. reſol. cap. 260. n. 6.* vbi in venditione mercium habita fide de pretio dixi, ex iuribus & DD. *hic* per *D. Reg.* allegatis, tunc demum venditorem ſuper illis pro recuperatione pretij cæteris creditoribus emptoris fore præferendum, ſi pactum fuerit appoſitum dominij tranſlationis impeditiuum, vel quod venditor rem, quam vendit, pro pretij ſolutione ſpecialiter obligari fecerit: quod idem eſſe obſeruaui ex Andr. Gayll. *pract. obſer. lib. 2. obſer. 12. n. 4. verſ. ſecundò limitatur, & obſer. 15. n. 7.* Io. Griuel. *deciſ. 56.* Franc. Steph. *deciſ. 68.* Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 5. num. 5. 6. & 7.* Cæterum ſi eſſet facta mercium venditio, nullo appoſito pacto tranſlationis dominij in emptorem impeditiuo; ſed ſimpliciter initus eſſet contractus, habita fide de pretio, emptore demùm decocto, fieret certè locus alteri concluſioni in principio firmatæ, nimirùm vt nullatenus ſuper mercibus illis, ſiue eorum pretio, venditor, qui ſic vendidit, præferretur; ſed bene emptoris ille creditor, qui iura haberet anteriora; niſi tempore contractus geſti emptor ille eſſet decoctus, ſiue decoctioni proximus, id quod à venditore ignorabatur, tunc enim venditor omnino eſſet præferendus: ita ſanè ſcripſerunt Bal. *in l. ſi cum dotem, §. ſi mulier*, & *ibi* etiam Ang. & Alex. *ff. ſolu. matr.* Ripa *in l. ſi ventri, §. in bonis, ff. de priuileg. credit.* Iaſ. *in l. creditor, la prima, n. 3. ff. ſi cert. pet.* Cæpol. *cautela 124.* Strac. *de decoct. p. 3. n. 31.* Barboſ. *in d. l. ſi cum dotem, §. fin. ante num. 39. ff. ſolut. matr.* Io. Griuel. *cit. deciſ. 56.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 7. gl. 2. par. 9. n. 37. in fine*, Gizzarell. *deciſ. 59.* Gait. *de credit. cap. 4. num. 1216.* & Mercur. Merlin. *de pign. lib. 4. tit. 1. quæſt. 41. num. 14.*

Dixi pariter *cit. cap. 260.* quod vbi tractaretur de venditione mercium facta in nundinis, ſemper pro pretio venditorem cæteris creditoribus præferri: quia nunquam in hoc caſu cenſetur habita fides de pretio: ad quod citaui indiuidualem ſacri Conſilij *deciſionem* 40. penes Gizzarell. Dixi vlteriùs concurrentibus venditore pro reſiduo pretij, cuius ſolutione pendente dominium rei venditæ reſeruatum extiterat, & creditore, qui pecuniæ partem ad eandem rem emendam dederat, inter eos non eſſe locum prælationi, ſed ambos in eodem loco concurrere: in qua quidem ſententia adhuc perſiſto, quicquid circa hoc nouiſſimè ſcripſerit doctus Conſiliarius Carleual, qui ſcripta per me non vidit, *in ſuo tract. de iudic. tom. 2. fol. mihi 197. n. 67.* 3

Sed quæri ſolet, vendita re, cum reſeruatione dominij, donec pretium ſoluatur, ſi iſto interim, & ſic antequam ſatisfiat venditori, res illa vendita perierit, cuius periculo periiſſe dicendum eſt? Dic emptoris: provt eſt text. cum Gl. *in l. ſicut emptio 23. ff. locati*, Boſſius *de remiſſ. merced. n. 102.* & Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 513. n. 17.* 4

## ARGVMENTVM.

Ceſſionarius, in concurſu creditorum ſuper bonis feudalibus nominis debitoris ceſſi, nùm ſit graduandus in eodem loco, in quo eſſet graduandus cedens, ſi ſuper ceſſione non fuit impetratus aſſenſus? Et quid ſi fuerit poſt longum tempus obtentus, an ad ceſſionis diem retrotrahatur.

## DECISIO IX.

IN eodem concurſu creditorum de quo *in deciſione præcedenti*, occurrit dubitari, an eſſet graduandus Magnificus Fredericus Carrafa vti ceſſionarius Magnifici Annibalis Galeota, cui Illuſtr. Dux Summę cum in ſolidum obligatione dicti Frederici vendiderat annuos ducatos centum pro Capitali ducatorum mille, quos ſolus Dux receperat.

In

Digitized by Google

1 In Regia Camera fuit habitum pro abſoluto, ceſſionarium eſſe graduandum in eo loco, in quo graduaretur cedens, ſi alteri creditum ſuum non ceſſiſſet, ex Soc. *conſ.* 274. *lib.* 4. Sed huic duo opponebantur.

2 Primum, quia dictus Fredericus Annibali ſoluerat nomine proprio, & ſic tanquàm extraneus, non autem tanquàm fideiuſſor Ducis, provt ſoluere debebat, ex quo in facto conſtabat per partitam Banci, pecuniam ad ipſum non perueniſſe; ſed ad Ducem: eſt enim citra controuerſiam, quod quando duo in ſolidum rem propriam vnius vendiderunt, & tota pecunia ad vnum peruenit, ille erit Principalis, & alius fideiuſſor: ita Gloſ. *in l. vir vxori*, *§. mulier ff. ad S. C. Velleian.* Bal. *in auth. hoc ampliùs*, *C. de fideicom.* & Alex. *in l. Marcellus*, *ff. de fideiuſſ.* Sed de hac oppoſitione, vti nullius ſubſtantiæ, nulla fuit habita ratio, quia ſatis eſt, quòd ſoluerit, ſiue vti extraneus, ſiue vti fideiuſſor.

3 Aliud quod opponebatur, eſt quia inſtabat Fredericus, vti ceſſionarius Annibalis, graduari ſuper bonis feudalibus Ducis debitoris, nullo ſuper ceſſione impetrato aſſenſu: Et clarum eſt, quòd ceſſio nominis debitoris, dicitur emptio; *l. cum is*, *& l. ſi dubitet*, vbi Caſtrenſ. *ff. de fideiuſſor.* Salycet. *in l. 2. C. eod.* Et in feudo nullum ius reale acquiri poteſt, neque in alium transferri, ſine directi Domini aſſenſu; ad tex. *in l. Imperialem*, *& in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ.* Et licèt fuerit demum aſſenſus impetratus, videbatur quòd non poterat nocere Fiſco, cui fuit anteà ius quæſitum; aſſenſus enim in Tertij præiudicium non retrotrahitur, iuxta vulgatam Andr. theoricam *in l. Imperialem.* Vnde Fredericus hanc videns difficultatem, à ſua petitione ſuper feudalibus facta deſtitit, & ad burgenſatica recurrit.

## OBSERVATIO.

1 ADuertatur, quod hodie quæſtio hæc nullam pateretur difficultatem; practicamus enim aſſenſum omni tempore ſuper ceſſione crediti impetrari poſſe, dum ſuper principali obligatione feudi repetitur impetratus, nullum enim in hoc conſideratur præiudicium creditorum, qui contraxerunt poſtquàm contraxerat creditor cedens; nam ſi iſte in concurſu præferretur, ergo & eius ceſſionarius, aſſenſus enim, quem dicimus ſuper ceſſione omni tempore impetrari poſſe, non ad alium finem impetratur, niſi ad integrandam perſonam ceſſionarij, vt agere poſſit; non vt principalis feudi obligatio, & hypotheca quæ ceditur, robur aliquod recipiat, quia ſuper iſta iam fuit ab initio impetratus aſſenſus, ſicque per ſacrum Conſilium deciſum, ipſo referente, teſtis eſt Conſiliarius de Georg. *in repetition. feudal. c. 43. num. 47. per totum.* Dico plus, illud quod in omnium ore habetur, vt ſuper ceſſione crediti Regius Aſſenſus ſit omnino impetrandus, bene procedere quando ceſſionarius iura cedentis exercere cupiens, vellet actione hypothecaria ſuper feudo obligato agere; at ſi ſuper liberatione pecuniæ, ex feudo obuentæ, aſſenſu ſuper ceſſione non indigeret: nam cùm hodie in quauis ceſſione, quæ apud nos conficitur, de communi Notariorum ſtylo, ſemper in inſtrumento conſtituatur ceſſionarius cedentis procurator in rem propriam, agens ceſſionarius, vti talis, non modò poteſt concurrere, & præferri ſuper liberatione pecuniæ, quæ ex fundo cedenti cum aſſenſu obligato prouenit; ſed etiam ſuper feudo in vim mandati actione hypothecaria agere: non, inquam, vti ceſſionarius, cùm propter aſſenſus defectum, actione illa careat, ſed vti creditoris procurator, ſic iudicium Principalis ſui nomine inſtituens: ita hæc omnia declaraui *lib. 2. mear. reſol. cap. 61. per tot.*

## ARGVMENTVM.

Dos in pecunia viro ſoluta, nùm poſſit conſtante matrimonio vxori reſtitui: & ſi fuerit de facto reſtituta, vt fundus dotalis emeretur, provt fuit emptus, illo demùm ab vxore vendito, & pretio ad virum obuento, an ſoluto matrimonio pro huius pretij recuperatione, ſuper bonis viri, vxor à die matrimonij contracti hypothecam habeat. Dote conſtante matrimonio reſtituta, ſi maritus præmoriatur, an vxor, cui dos reſtituta eſt, antephatum ſibi in capitulis matrimonialibus conſtitutum petere poſſit.

## DECISIO X.

SVPPONEBATVR, Illuſtr. Ducem Summæ ex dotis quantitate ſibi ſoluta, Duciſſæ vxori, conſtante matrimonio Ducatos biſmille reſtituiſſe, ad hoc, vt fundus dotalis emeretur, provt fuit emptus: contigit demum, eundem fundum Duciſſam alienaſſe, cuius pretium in poſſe viri peruenit; ſoluto matrimonio dubitabatur in Regia Camera, an Duciſſa pro huius pretij recuperatione, ſuper bonis viri hypothecam haberet, quam à die matrimonij contracti acquiſierat, ac ſi nunquam pars illa dotis ei conſtante matrimonio reſtituta eſſet. 1

Pro Duciſſa fuit conſideratum, quòd quamuis regulariter dos conſtante matrimonio reſtitui non poſſit, vt per DD. *in rub. C. ſi dos conſt. matr. & in l. 2. ff. ſol. matr.* Tamen limitatur quoties mulier locupletior efficeretur, emendo rem aliquam ſtabilem: ad quod fuit allegatus text. *in l. Mutus*, *§. manente*, *& in l. fin. ff. de iur. dot.* Et ſi poſteà fundus ille dotalis 2



Digitized by Google

venderetur, & pecunia ad virum perueniret, efficeretur pecunia illa dotalis: ex text. *in l. ſi ex lapidicinis, & in l. ita conſtante, ff. de iure dot.* Et hoc ſiue conſtaret expreſsè, ita fuiſſe actum inter virum & vxorem, vt pecunia in manus viri vti dotalis perueniret, ſiue non: ita Bart. *conſ.* 124. & Imola *in cap. cum contingat, de iureiurando.* Vnde per Regiam Cameram fuit pro muliere deciſum. At non per ſuprà allegata, ſed quia in facto non conſtabat, pecuniam fuiſſe verè reſtitutam.

## OBSERVATIO.

1 DOs conſtante matrimonio à marito vxori, ſine legitima cauſa reſtitui prohibetur: hic eſt tex. *in l. vnica C. ſi dos conſtante matrim. ſolut. fuer.* & ſi de facto reſtituta reperitur, ſoluto demùm matrimonio per mortem vxoris, maritus non cenſetur à dotis actione liberatus: ita Petr. Barboſ. *in 2. par. l. 2. in princ. num. 2. in fine, ff. ſolut. matrim.* niſi probauerit vir, quod in vxoris vtilitatem verſa ſit reſtitutio; Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 18. num.* 51. Rebellius *de obligation. iuſtit. par. 2. lib. 5. quæſt. 12. ſect. 1. num.* 1. & Surdus *de alim. tit. 8. priuileg. 34. à princip.* Cauſa autem legitima reſtitutionis dotis conſideratur, *Primò*, vbi vrgens ſe offerret neceſſitas, nimirum quia mulier æs alienum patris, cuius eſt hæres, ſoluere tenetur; tunc enim vt liberetur mulier ab ære alieno, licitè ei reſtituitur dos conſtante matrimonio. *Secundò*, vbi euidens mulieris vtilitas reſtitutionem hanc expoſceret. Et *Tertiò*, pietatis cauſa intercedente, vt quia mulier ex dote ſibi reſtituta, filiis ex primo matrimonio ſuſceptis alimenta præſtare, ſiue maritum à captiuitate liberare cogeretur. In his ſanè caſibus probant Doctores ſuprà relati, ſignanter Barboſ. *in d. l. 2. num. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.* iuſtam eſſe cauſam, vt dos conſtante matrimonio à viro vxori reſtitui poſſit.

2 Sed quid dicemus, ſi facta reſtitutione in caſibus prædictis maritus è viuis deceſſerit, nùm mulier antephatum ſibi à viro conſtitutum petere poſſit? Ratio dubitandi ea eſt, quia cum antephatum conſtitutum ſit, habito reſpectu ad dotes promiſſas, & demùm ſolutas, dum poſteà maritus illas vxori reſtituit, videtur reſoluta conſtitutio illa antephati in tabulis dotalibus facta, & habetur ac ſi dos non fuiſſet promiſſa, nec antephatum conſtitutum. Dic, quod ſi attendamus opinionem illorum, quibus Ego adhæſi *lib. 2. mearum reſol. cap.* 24. nimirùm vt nullo pacto debeatur antephatum, vbi dos promiſſa ſoluta non fuerit, quamuis in conſtitutione ſit dictum, habito reſpectu ad dotes, & propter alias cauſas, & nullo pacto in caſu propoſito poterit mulier, cui à viro in vita dos reſtituta fuit, antephatum petere, quia habetur, ac ſi dos verè non fuiſſet viro ſoluta. Quod enim diſcrimen conſiderari poſſit, cum dicimus, dotem promiſſam nunquam fuiſſe viro ſolutam; vel fuiſſe ſolutam, ſed demum conſtante matrimonio à viro vxoris reſtitutam? At ſi alteram attendamus ſententiam, quam tutati ſunt Theodor. *alleg. 13. numer. 16.* & Marcian. *conſ. 58. à num. 7. lib. 2.* vt antephatum per viri mortem adhuc vxori ſuperſtiti debeatur, quamuis dos promiſſa ſoluta non fuerit, & hoc ex eo, quia in conſtitutione huius donationis fuit dictum, habito reſpectu ad dotes, & propter alias cauſas; & ſecùs dicendum eſt, nimirùm vt non obſtante dotis reſtitutione in vita à viro facta, eo demùm defuncto, ſit vxori ſuperſtiti antephatum ſoluendum. Cogita, ſi caſus acciderit: quia Ego pro nunc, ſum cum prima opinione.

## *ARGVMENTVM.*

Conceſſione certæ rei à Principe alicui facta, eo addito in Priuilegio, *prout & quemadmodùm prædeceſſores tui aliàs rem illam tenuerunt, & poſſederunt*: ſi demùm non conſtat de prædeceſſorum poſſeſſione, nùm conceſſio illa corruat, vel vti noua diſpoſitio ſubſiſtat. Dictio relatiua, *prout*, quando dicatur ſtare cauſatiuè, & ſic ſimpliciter & purè, & quando conditionaliter.

## DECISIO XI.

FActa conceſſione à tunc Domino Rege noſtro, olim Principi Salerni iurium Tractarum, eo addito in priuilegio, *prout, & quemadmodum Prædeceſſores tui, ſiue aliàs tenuerunt, & poſſederunt*: cùm illud relatum, alio modo reperiretur, fuit dubitatum an corruat conceſſio, vel vti noua diſpoſitio ſubſiſtat? Qua in re, dictum fuit, aliquos caſus fuiſſe à Doctoribus conſideratos.

Primus eſt, quando diſpoſitio eſt adeò clara & aperta, & facta ab eo qui voluit & potuit diſponere, & ſe refert ad aliud quod non reperitur, & tunc ſemper ſtat cauſatiuè, & non conditionaliter, vt eſt caſus *in cap. Abbate, de verb. ſignific. in l. penult. C. de condit. inſer. in l. admonendi*, vbi Bar. Bald. & Iaſ. *ff. de iureiurand. in l. eum, qui, §. item ſi mihi*, vbi Bar. *ff. de conſtit. pecu. in l. edita, C. de eden.* latiſſimè Felin. *in cap. 2. de reſcript.* 1

Secundus caſus eſt, quando diſpoſitio de per ſe eſt incerta, vt putà, *Concedo tibi omne Ius quod habeo in tali re, prout in tali Inſtrumento continetur:* Et eo caſu talis conceſſio non valebit tanquam incerta, niſi producatur inſtrumentum, ad quod fit relatio; ita Bart. & alij *in l. ſi ſic, §. 1. in fin. ff. de leg. 1.* & Alex. *in l. locus, in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* 2

Tertius caſus eſt, quando diſpoſitio eſt certa, & clara, & refertur ad aliam diſpoſitionem, vel inſtrumenrum; Et tunc ſi tale inſtrumentum reperitur, limitatur & declaratur conceſſio ſecundùm illud: ita Alexand. *conſ. 63. lib. 1.* 3

Vndè fuit dubitatum, in quo iſtorum caſuum eſſet quæſtio, de qua *in hac deciſione*, nam producebatur priuilegium, ad quod referebatur 4

Digitized by Google

ferebatur noua conceſſio, & concordabat in ſubſtantia, ſed quia in hac noua conceſſione dicebatur, *provt poſſedit Auus tuus*, & de poſſeſſione non conſtabat, prætendebat Fiſcus, conceſſionem nullius eſſe roboris, ſed facta ſolemni diſcuſſione coram Illuſtriſſ. Domino Pro-Rege Don Petro Toletano, iunctis omnibus Tribunalibus, fuit pro maiori parte votantium contra Fiſcum pronunciatum.

5 Ratio deciſionis fuit, quia licèt de poſſeſſione non conſtabat, tamen remanebat gratia ſimplex & pura, ex quo erat certa & clara, illáque dictio, *provt*, relatiua, dictumq; fuit quòd ſtabat cauſatiuè, & non conditionaliter: ad quod inter multa, quæ allegabantur, fuit relata ſingularis theorica Paul. Caſtrenſ. quam refert Iaſ. *in repet. l. admonendi, col.* 11. *ff. de iureiur.* vbi Epiſcopus inueſtiuit aliquem de feudo decimali omnium reddituum, & inter alios redditus nominauit illud fœni, ſubdens, *provt tui anteceſſores erant inueſtiti, & ſoliti percipere*: vnde dubitabatur an ſi anteceſſores nihil vnquam de fœno perceperint, per hoc vitietur inueſtitura? & determinatur quòd non. Quarè dicebatur, quod quando priuilegium, ſeu reſcriptum ſe refert ad aliud priuilegium, ſeu factum, quod nedùm non apparet; ſed probatur nunquam fuiſſe, provt in caſu, de quo agebatur, in quo præſupponebatur, quòd Auus conceſſionarij nunquam poſſederit, dictionem illam *provt*, non ſtare conditionaliter; ſed cauſatiuè: ſicque ſubintrat theorica Bar. *in l. demonſtratio.* §. *quid autem, ff. de condit. & demonſtr. in l. cum tale,* § *falſam, eod. tit. & in l.* 1. *C. de falſ. cauſ. adiect. leg.* vbi diſtinguit, quod aut cauſa, propter quam eſt facta conceſſio, eſt impulſiua; & tunc actum non vitiat: ſi verò eſt finalis, ſecùs. In caſu autem, de quo agebatur, fuit habitum pro abſoluto, alias fuiſſe cauſas finales, nimirum matrimonium contractum inter Principem conceſſionarium, & Mariam de Aragona, Regis Catholici neptem, & dotis ſuæ augmentum, non autem poſſeſſionem Principis Aui: ad text. *in l. fin.* vbi Bar. Imol. & alij, *ff. de hæred. inſtit. l.* 1. vbi Bar. & Raphael Cuman. *ff. ad S. C. Macedon.* Iaſ. poſt alios *in l. illud, C. de collat.*

---

## OBSERVATIO.

CONcluſionem hic in primo caſu per *Dominum Regentem* firmatam ex diſpoſitione tex. *in c. Abbate, de verb. ſignif.* probat ſimiliter inſignis Bertazzol. poſt plures, quos citat *in ſuo tract. de Clauſ. clauſ.* 21. *gloſ.* 26. *num.* 1. quò loci expreſſis verbis dicit, quod quando ſcriptura, quæ in priuilegio enunciatur per dictionem relatiuam, *prout, iuxta*, vel *ſecundùm*, non reperitur, ſi enunciatur eo modo, vt tenor enunciati, & relati certus & clarus habeatur, ita vt nulla ſuperſit ambiguitas, tunc nulla eſt opus exhibitione ſcripturæ relatæ; ſed quòd in hoc caſu huiuſmodi Relatiua ſtet cauſatiuè, quia ſic apparet. Verùm dupliciter hoc intelligendum monet: & *Primò*, ſi ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine Princeps confirmat, ſecus ſi in forma communi: ad quod citat Bertrand. *conſ.* 181. *in* 1. *dub. lib.* 3. Secundò ſi Princeps motu proprio confirmat vel ad aliam ſcripturam ſe refert, inſerendo ſaltem effectualiter tenorem relati priuilegij; ſecùs verò ſi ad Partis ſupplicationem ſiue ſuggeſtionem, quia tunc relatum erit omninò probandum; allegat Ripam *in l. admonendi, num.* 36. *ff. de iureiur.* & Bellon. *conſ.* 36. *per totum.*

Quando autem relatum apparet, verùm aliter in eo conſtat quàm quod in referente contractu, vel diſpoſitione relatum fuit; eo caſu putauit Bertaz. *loco cit. num.* 2. poſt Alex. *conſ.* 90. Dec. *conſ.* 63. & *in Authen. ſi quis in aliquo, num.* 34. *C. de edendo*, & Bellon. *conſ.* 23. *num.* 3. relatum eſſe attendendum, cùm cenſeatur referens erraſſe. Quod tamen procedere aduertit, vbi Partes non exprimerent certum, & ſpecificatum tenorem priuilegij relati, ſecus ſi citra nullam ambiguitatem relationis factum affirmatum fuit, quia tunc non attenderetur relatum, nè aliàs in Partis poteſtate eſſet exprimere quod ſibi placet, & ſe referre ad aliam ſcripturam, in qua non legeretur id, quod in referente fuit expreſſum: allegat Alciat. *in d. authen. ſi quis in aliquo*: quod puto ſummè notandum. 2

In caſu autem, vbi diſpoſitio eſt incerta, vel generalis, quod dictio iſta *provt* ſtet conditionaliter, vltra DD. *hic* per *D. Reg.* relatos, probant Iaſ. *in d. l. admonendi, num.* 33. & *ſeq.* Aret. *conſ.* 76. *num.* 5. *verſ. circa tertium*, Cur. iun. *conſ.* 97. *num.* 10. & Cardinalis Tuſch. *pract. concluſ. lit. D. concluſ.* 347. *num.* 64. quos citat & ſequitur Barboſ. *de dictionibus vſufreq. dictione* 296. *num.* 13. vbi *num. præced.* poſt plures, quos allegat, idem dicit, ſi dictio hæc poſita eſſet in reſcripto iuſtitiæ, vt tunc ſtet etiam conditionaliter: & cum diſtinctione prædicta; nimirùm quòd aut Priuilegium continet quid certum, & dictio, *provt*, ſtat cauſaliter; aut quid incertum, & ſtat conditionaliter, pertranſiuit noſter Fab. de Anna *conſ.* 51. *num.* 6. vbi plures allegat. 3

## *ARGVMENTVM.*

Officialis temporalis in aliquo loco iuſtitiam adminiſtrans, nùm pœna aliqua puniri poſſit, ex eo quod ab Vniuerſitate munus notabilis quantitatis receperat. Officialis, qui in loco, vbi ius dicit, per impreſſionẽ contraxit, cùm ſit ciuiliter puniendus, cuinam ſit pœna applicanda, Fiſco, vel Parti? Et quid ſi impreſſio non fuerit probata, quiduè ſi publicè, & bona fide contraxerit? Pragmaticę ſanctiones, quibus prohibitum eſt Officialibus munera recipere, nùm Regni ſecretarium & Theſaurarium, Fiſci Patronos, & Dominorum Proregum Secretarios comprehendat.

DECISIO

Digitized by Google

## DECISIO XII.

CVm Octauius Valguaruera ad iuſtitiam miniſtrandam electus eſſet Gubernator Ciuitatis Grauinæ, fuit Fiſco inſtante non parum dubitatum, an eſſet pœna aliqua plectendus, ex eo quod ab Vniuerſitate munus notabilis quantitatis nimirum Ducatorum bis mille in tribus vicibus receperat, quod in ſeruitiorum acceptorum remunerationem datum allegabatur.

1 Fuit per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio deciſum pro Officiale, ſicque ab impetitis per Fiſcum abſolutus. Ratio deciſionis fuit; nam licèt verum ſit Officialem temporalem durante officio contrahere non poſſe, neque donationem aliquam recipere; *l. eos*, *& l. quiſquis*, *C. ſi cert. pet. l. non licet*, *& l. qui officij ff. de contrah. emption. l. ſi per impreſſionem*, *C. de iis, quæ vi metúſve cauſa fiunt. cum mille concordant.* tamen quando per Fiſcum, vel Partem non probatur impreſſio, prout in caſu de quo agebatur, licet contractus initus cum Officiale ſit nullus, non tamen poteſt aliqua pœna puniri: ita Aret. *in d. l. ſi per impreſſionem.*

2 Et quamuis Bar. *in l. aufertur*, §. *quod à Præſide, ff. de iure Fiſci* dixerit, quòd Officialis ſi contrahit, etiam ſine impreſſione, nulla pœna venit puniendus applicanda Parti, ſed benè applicanda Fiſco, & idem dixerint Paul. de Caſtro, Salycet. & Alex. *in d. l. ſi per impreſſionem*; attamen hic tres fuerunt conſiderati caſus.

3 Primus eſt, quando contractus eſt factus ab Officiale per impreſſionem, & impreſſio eſt probata, & tunc Officialis venit omnino puniendus, & pœna eſt applicanda parti, & fiſco; *d. l. non licet*, *& d. l. ſi per impreſſionem*, & contractus eſt nullus.

4 Secundus caſus eſt, quando contractus eſt factus ab Officiale, & impreſſio non probatur, & tunc contractus eſt nullus, & punitur Officialis ratione præſumptæ impreſſionis ad ſimplum Fiſco applicandum, *d. l. aufertur. §. quod à Præſide*, vbi Bar. *ff. de iure Fiſci.*

5 Tertius caſus eſt, de quo agebatur, quando contractus ab Officiali eſt factus palàm, publicè, & bona fide, adeò quòd nedùm non probatur vera impreſſio, ſed nec præſumptiua; & tunc Officialis pœna aliqua puniri non poteſt, licet contractus ſit nullus ratione prohibitionis, nè detur occaſio Officialibus in futurum contrahendi. Ceſſabat etiam ex alio omnis difficultas, quia in facto conſtabat, donationem factam fuiſſe in beneficiorum acceptorum remunerationem: Vnde.

## OBSERVATIO.

SAtis nota & vulgaris eſt iuris concluſio, de qua hic per *D. Regentetem*, nimirum non licere Officialibus, in locis, in quibus ad ius dicendum ſunt deputati, durante officio, cum ſubditis contrahere, ſiue ab eis donationem aliquam recipere: hic eſt text. vltra allegatos hic, in *lege vnica, C. de contract. Iudic. & in l. fin. C. ad leg. Iul. repetund.* & in Regnis Caſtellæ cautum eſt *in l. 5. tit. 5.* vbi *gloſ. 7. part. 5.* & paſſim hoc notant Doctores, præſertim ex recentioribus, Molin. *de iuſtit. & iure, tract. 2. diſput. 343. in principio*, *& diſput.* 488. Anton. Gomez. *in l. 3. Tauri num.* 123. Peregr. *de iure Fiſci, lib. 4. tit. 7. num. 6. cum ſeqq.* Cæuall. *Commun. contra Commun. quæſt.* 445. Bobadill. *in ſua Polit. lib. 1. cap. 12. numer. 34. & 60.* Caldas *conſ. 34. num. 9. & in tract. de emption. cap. 8. numer. 47. cum pluribus ſeqq.* Fachin. *contr. iur. lib. 2. cap.* 78. Cancer. *variar. reſol. par. 3. cap. 1. num. 97. &* 98. Dom. Reg. Sanfelic. aliis omiſſis *deciſ.* 105. *num.* 15. 1

Quam quidem concluſionem intelligas, vt nec per interpoſitam perſonam poſſit Officialis contrahere; ſic Tiraquel. *in tract. de nobilit. cap. 37. num.* 109. Peregr. *citat. tit. 7. n. 7.* Greg. Lopez. *in d. l. 5. gloſ. 5.* Menoch. *conſ.* 322. *num.* 29. & *de arbitr. Iudic. caſu* 459. *num. 12. cum ſeqq.* D. Reg. Sanfelicius *deciſ. 404. numer. 5. p. 3.* Item, vt nec domeſtici & familiares ipſorum Iudicum contrahere poſſint, dixerunt Paris de Puteo *in tract. de ſyndic. in verb. Contrahere, num.* 8. Matienz. *in Dialogo Relat. par. 3. cap. 28. num.* 15. Peregr. *loco cit.* Auendan. *de exequendis mand. cap. 2. numer.* 22. D. Reg. Sanfelic. *loco proximè citato.*

Hæc autem omnia dicamus bene procedere in Iudicibus temporalibus, ſecùs autem in perpetuis, quibus licere cum ſubditis contrahere oppreſſione ceſſante, dixerunt Cacher. *deciſ.* 144. *num.* 13. Roland. *conſ. 83. num. 6. lib. 2.* Scacc. *de commerc. & cambiis*, §. 1. *quæſt. 2. par. 3. limitat. 12. num. 16. in fine*, & Caldas *cit. cap. 8. num.* 60. Item intelligas vt concluſio iſta procedat in contractibus inter viuos, ſecùs in vltimis voluntatibus; poteſt enim Officialis ex teſtamento capere: D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 493. Bobadill. *in ſua polit. lib. 2. c. 12. n.* 45. Peregr. *d. tit. 7. num.* 13. Cald. *c. 8. n.* 49. & Dom. Reg. Rouit. *in Pragm. 1. de muneribus Official.* vbi *num.* 5. firmans concluſionem, vt nec à ſpontè dantibus poſſint Officiales aliquid recipere, ſecundùm declarationem traditam à Couar. *in cap. quamuis pactum, par. 2. §. 3. de pact. in 6.* illam limitat, vt non prohibeantur ex teſtamento capere; Item nec mutuam pecuniam recipere, quando bona fide, & publicis ſcripturis mediantibus id fiat, vt ait deciſum D. Reg. Sanfelic. *deciſ.* 170. *per totam, par.* 2. vbi *in fine* citat Carleual. latè quæſtionem tractantem *in ſuo tract. de iudic. diſp. 3. lib. 1. tit. 1. fol.* 516. 2

In Donatione verò remuneratoria, de qua *hic* per *D. Regentem*, quod liceat Officiali à ſubditis donationem recipere; ſi tamen merita officium præceſſiſſe probetur, dixerunt Paris de Put. *in tract. de ſyndicat. in verb. contrahere, num. 1. & 5.* Auiles *ad cap. 1. prætor. verb. donaçion. num. 5.* & *verbo, de mercaderia, numer.* 26. Azeued. *ad l. 1. n. 22. tit. 6. lib. 3. noua recompilat.* Pereg. *citat. tit. 7. num. 12. verſ. limita quintò*, Fachin. *controu. iur. lib. 2. cap.* 8. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 208. *num.* 4. quidquid ſibi dixerit Cald. *d. c.* 8. *num.* 47. 3

In Regno autem expreſſiſſimas habemus pragmaticas ſanctiones, quibus mediantibus prohibitum eſt Officialibus munera recipere, vt *in prag. 1 & toto tit. de muner. Official.* vbi D. Reg. Rouit. *num.* 12. aduertit, Officialem, qui aliquid à ſubditis dono acceperit, 4

teneri

Digitized by Google

teneri realiter, & cum effectu, etiam in foro poli, recepta reſtituere; adhuc ſi illi, quibus eſt facienda reſtitutio, remitterent; cùm requiratur vera, realis, & effectualis reſtitutio: allegat text. *in c. ſtatutum, §. quid autem contra*, vbi Gloſſ. *in verb. remiſſione, de reſcript. in 6. & in cap. 1. in fine, de cenſibus.*

5 Sed an ſub his pragmaticis ſanctionibus comprehendatur Regni Theſaurarius? negatiuè reſponderunt D. Regens Lanar. *conſ.* 49. *&* 93. & D. Reg. de Ponte *conſ.* 49. *lib.* 1. Similiter, & non comprehendi Regni Secretarium, & Fiſci Patronum, tuetur Marcell. de Maur. *alleg.* 22. *&* 77. Ego ipſe *reſol. iuris lib.* 2. *cap.* 244. *num.* 2. vbi nec Dominorum Proregum Secretarios.

## *ARGVMENTVM.*

Spoliatus de facto à poſſeſſione feudi, nùm beneficio Canonis, *reintegranda*, 3. *quæſt.* 1. iuuari poſſit, ſi in ſuo libello deduxit titulum, de cuius nullitate euidenter conſtat, & à reo conuento dominij exceptio obiicitur. Remedium Canonis *reintegranda*, nùm competat hæredi ſpoliati, ſi non ex propria, ſed defuncti perſona experiatur. Procurator Cæſaris ſi rem fiſcalem, habita fide de pretio, alicui vendat, nùm dominium in emptorem transferat. Clauſulæ, *Ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis*, quid importent.

## DECISIO XIII.

1 IN cauſa Magnifici Franciſci Perroni cùm Magnifico Antonio Diyor, fuit in Sacro Conſ. dubitatum, an Spoliatus de facto à poſſeſſione feudi, beneficio Canonis *reintegranda*, 3. *q.* 1. iuuari poſſit, ſi in ſuo libello deduxit titulum qui eſt omninò nullus, & à reo conuento obiicitur exceptio dominij?

2 Pro Actore ſpoliato allegabatur, eſſe illum in probatis, poſſediſſe, & ex cauſa iniuſta à poſſeſſione cecidiſſe, illámque penes Reum nunc eſſe, ac proindè fieri locum diſpoſitioni dicti Canonis *reintegranda*: quod procedere dicebatur, etiam quando quis de facto eſſet à Iudice ſpoliatus, putà extraiudicialiter procedendo, vel parte non citata, nulláque cauſæ cognitione præcedente, ad tex. *in c. conquerente, de reſtit. ſpoliat.* & *in l. authoritate, & in l. meminerit, C. vnde vi. cum mille concord.* Iudex enim eo modo procedendo, non procedit vt Iudex; ſed tanquam priuatus: atqui ſi priuatus me poſſeſſione priuaſſet, agerem hoc remedio; ergo eodem modo quando iudex: cum abſolutum ſit, poſſeſſorem etiam iniuſtum, poſſeſſione ſua abſque citatione priuari non poſſe; *cap. licèt Epiſcopus, de præbendis in* 6. Nec aliter obſtare oppoſitã exceptionem dominij, quod allegabatur extare penes Reum conuentum: Quia in hoc interdicto recuperandæ poſſeſſionis, dominij exceptio, etiam incontinenti probatura, non admittatur, licèt ſecùs ſit in interdicto adipiſcendæ: Gloſſ. Bar. & omnes *in l. ſi de vi, ff. de iudiciis*, Bal. Salycet. Caſtr. & Iaſ. *in l.* 2. *C. de edicto Diui Adriani tollend.*

At pro Reo conuento opponebatur, nullo pacto eſſe locum reſtitutioni poſſeſſionis, ex eo quòd Actor in ſuo libello deduxerat ſuum titulum, qui ex pluribus in facto ponderatis erat omninò nullus: quod ſat eſt, vt in ſpolio intentato obtineri non poſſit. Ad quod allegabatur Salyc. *in l. ſi quis ad ſe fundum, col.* 3. *&* 4. *C. ad l. Iul. de vi publica*, Lanfranc. *in repet. Rubr. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. col.* 3. & Brun. *in conſ.* 19. *&* 21. Et quamuis verum ſit, vt conuentus ſpolio aduerſus agentem pro reſtitutione poſſeſſionis, dominij exceptionem opponere non poſſit, vt dixerunt Doctores *in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ.* attamen non habet locum hæc concluſio, quoties conſtaret de titulo inualido ſpoliati, prout in caſu, de quo agebatur; in quo Actor allegabat, feudum, cuius poſſeſſione fuerat priuatus, emptionis titulo acquiſiuiſſe à Procuratore Cæſaris, qui quidem Procurator vendiderat, habita fide de pretio; & clarum eſt de iure, quod ſi Procurator Cæſaris rem Fiſcalem vendiderit, habita fide de pretio, non autem præſenti pecunia, dominium in emptorem non transfertur: hic eſt tex. vbi Gloſ. Bart. & alij *in l. ſi procurator, ff. de iure fiſci.* Accedebat etiam in hoc contractu læſio enormiſſima ex parte Fiſci: nam cùm feudum, de quo agebatur, eſſet valoris Ducatorum decem millium, Procurator Cæſaris illud vendiderat huic ſpoliato pro duobus millibus: vndè meritò ſupremus Dominus hanc agnoſcens nullitatem, illud conceſſit huic Reo conuento iudicio reſtitutorio. Et quamuis in priuilegio huius conceſſionis non dicebatur verbis expreſſis, quod concedebat non obſtante alienatione facta in alium; attamen ponderabantur verba generalia geminata & prægnantia, quibus conſtabat, voluiſſe concedentem tollere ius tertij, eóque magis, quia legebantur hæ clauſulæ, nimirùm, *Ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis*; quæ quidem clauſulæ ſimul iunctæ ſubreptionem tollunt, ſcientiam inducunt, importántque quòd Princeps ius Tertij tollere voluerit. Allegabantur tex. *in cap. motu proprio*, vbi Canoniſtæ, *de præbend. in* 6. Bar. *in .conficiuntur, §. codicilli, ff. de iure codic.* Dec. 3

*conſ.*271. *&* 269. & alij. Dicebatur etiam, verius eſſe, in feudis exceptionem dominij, notoriam poſſeſſionis reſtitutionem impedire, quia feuda ſine titulo, & inueſtitura poſſideri non poſſunt: ad quod fuit allegatus Andr. *in cap. Imperialem*, §. *illud*, *de prohib. feud. alien. per Freder.* & *in Conſtit. Violentias*, & Dec. *conſ.* 191. Quare per totum ſacrum Conſilium, vbi de his diſputabatur, dato adiuncto iſto Domino Regente, fuit deciſum, ſpoliatum nullo pacto eſſe reſtituendum.

## OBSERVATIO.

1 Celebris eſt diſpoſitio text. *in canon. reintegranda*, 3.*q.*1. ad cuius ornatum non minùs doctè, quàm vtiliter ſcripſit præ cęteris Iacob. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. ad quem ſemper recurrimus, & nouiſſimè ex Noſtratibus Dom. Reg. Merlin. *Controu. iur. cent.* 2. *cap.* 27.

2 Hoc decretum remedium tribuit ſpoliatis, vt eiſdem ſint omnia corporaliter reſtituenda, & in eo loco, in quo fuerunt eis ablata: eſtquè adeò pingue, vt etiam contra titulo & bona fide poſſidentem detur, ſingularémque ſucceſſorem: Afflict. *deciſ.* 361. Oſaſc. *deciſ.* 93. Theſaur. poſt alios, quos citat, *deciſ.* 29. Barz. *deciſ. Bonon.* 53. *num.* 29. Sed in hoc eſt aduertendum, quòd quando quis hoc remedio vtitur contra eum qui ſucceſſit ſpoliatori, modum ſpolij in ſuo libello narrare debet, nimirùm quòd per metum, vel per vim, aut clam fuit ſpoliatus, & quod talis ſucceſſit in ſpolio: ita Dec. *conſ.* 57. *col. fin.* Sint tamen cauti Aduocati, vt pro ſpoliato patrocinantes, titulum non deducant, quia ſi eo deducto, nullus ille detegeretur, diſpoſitioni huius Canonis locus non eſſet, ſicque ſpoliatus non obtineret, vt fuit deciſum *hic*, & ſcripſerunt Bellamera *deciſ.* 638. in meis, incipit, *Allegans titulum*, Gigas, poſt Oldrad. quem citat, *in ſuo tract. de penſionibus, quæſt.* 47. *num.* 7. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1329. *num.* 16. *&* 17. ſpoliatus enim nullo pacto titulum iuſtificare tenetur, adhuc ſi res ſit, quæ ſine titulo poſſideri non poteſt, excepto, ſi contra Superiorem agetur: ita ſatis benè Ant. de Butr. *in cap. conſtitutus*, *num.* 8. *verſ. ſed tu dic*, *extra. de filiis presbyt.* Pute. *deciſ.* 457. *lib.* 2. Achil. de Graſſ. *deciſ.* 5. *de reſtit. ſpoliat.* Rot. *deciſ.* 105. *n.* 21. *apud D. Ludouiſ.* Et eſt notandum, quòd vbi ſpoliatus titulum ſuæ poſſeſſionis probare non tenetur, ſi eum alleget, ei non nocebit, ſi illum non probet: ita ſatis notanter Innocent. *in c. querelam*, *in fine*, *de elect.* quem citat, & ſequitur Angel. *in l.* 1. *in princ. col.* 2. *ſub num.* 10. *ff. de edend. & in l. vlt. C. de annali except.* Gigas *d. quæſt.* 47. *num.* 6. & alij quos citat Maſcard. *loco cit. n.* 18.

3 Sed aliàs vidi dubitatum, an huius Canonis remedium competat hæredi ſpoliati, ſi non ex propria, ſed defuncti perſona experiretur? D. Io: Franciſcus Marc. *diſput. iur. lib.* 2. *diſput.* 85. pro huius dubij reſolutione duos diſtinguit Caſus: quorum *Primus* eſt, quando poſſeſſio fuit defuncto ſublata, tempore quo viuebat, abſque tamen culpa & facto ſuo, & tunc ait hoc remedium *reintegranda* ſubintrare, ſicque ad vniuerſalem hæredem tranſire: allegat text. *in l.* 1. §. *hoc interdictum*, *il* 2. *ff. de vi*, *& vi armat.* Ruyn. *conſ.* 47. *num.* 1. *lib.* 4. & indiuidualiter Roland. *conſ.* 32. *num.* 4. *cum ſeq. lib.* 4. Ratio aſſignatur, quia cùm hæres & defunctus vna & eadem perſona cenſeantur, eodem iure vtetur hæres, quo defunctus vti poterat: vnde licèt defuncti poſſeſſio abſque noua apprehenſione in hæredem non tranſeat, ad tex. *in l. cum heredes*, *ff. de acquir. poſſeſſ.* nihilominus ius illud, quod in defuncti perſona fuit firmatum, ad eius hæredem transfertur *l.* 2. *C. de action. & obligat.* Alter *caſus* eſt quando defunctus in vita ſemper poſſedit, ſed poſt mortem, ante captam poſſeſſionem per hæredem, hæreditas ſic iacens fuit ſpoliata; & hoc caſu, ſi demùm hæres comparuit, & bonorum hæreditariorum poſſeſſionem nactus ſit, non eſt cur dici poſſit, vt hoc remedium ipſi hæredi competat. Ratio eſt ſatis patens; nam cùm poſſeſſio tempore mortis poſſeſſoris fuerit extincta, nec in hæredem abſque alia noua apprehenſione continuari aut tranſmitti poſſit, certè vacua remanſit; ideóque ſi alius illam apprehendit, nullatenùs affirmari poteſt quod defunctum vel hæredẽ ſpoliauit, & ſucceſſiuè hæres ipſe, nec ex propria perſona, neque defuncti, hoc remedio *Reintegranda*, vti poterit: allegat Cagnol. *in l. hæredem*, *n.* 22. *ff. de reg. iur.* Corne. *conſ.* 18. *lib.* 1. Ruyn. *conſ.* 45. *n.* 10. *verſ. eadem ratione*, *lib.* 1. Natt. *conſ.* 562. *num.* 8. Rol. *conſ.* 50. *n.* 6. 15. *&* 25. *lib.* 1. Beninten. *deciſ.* 12. *num.* 3. *in fine*, & Magon. *deciſ. Lucenſ.* 4. *n.* 15. Cætera ad dubium hoc pertinentia, vide apud Roland. Cauagnol. *deciſ.* 97. *per totam*, *lib.* 2. & alia ad materiam vide apud Cæſarem Barz. *deciſ.* 48. vbi principaliter agit, an hoc remedium competat data negligentia antiqui poſſeſſoris.

De vi autem, & effectibus clauſularum *Ex certa ſcientia*, *motu proprio*, *& de plenitudine poteſtatis*, 4
quas ſimul iunctas probat *hic D. Regens* ſubreptionem tollere, ſcientiam inducere, & importare quòd Princeps ius tertij tollere voluerit: ad confirmationem vide DD. relatos per Auguſt. Barboſ. *de Clauſulis vſufreq. clauſ.* 41. 59. *&* 79. vbi *num.* 16. multorum authoritate probat, ſolam clauſulam, *Motu proprio*, ſubreptionis vitium tollere, cum fallentiis tamen, de quibus *ibi* per eum.

## ARGVMENTVM.

Officialis, ſi pecuniam Fiſcalem exegerit, illamque Regiæ Curiæ non reſtituerit, quanam pœna veniet puniendus. Deputatus ſiquis fuerit pro cuſtodia Portus, ad finem, ne bona à Regno extrahi prohibita extrahantur, ſi extractionem permiſerit, quibus pœnis plectendus.

## DECISIO XIV.

De duobus inquirebatur quidam Officialis à Regia Camera deputatus pro cuſtodia portus, ad finem, ne bona à Regno extrahi prohibita extraherentur: *Primò*, quia exegit pecuniam fiſcalem, illamque Regiæ Curiæ non reſtituit. *Secundò*, quia contra prohibitionem Regiæ Cameræ, licentiam conceſſerat extrahendi bona extra Regnum, quæ extrahi non poterant: vnde dubitatum fuit, qua pœna eſſet hic puniendus.

Quoad

Digitized by Google

2 Quoad primum delictum dicebatur, quòd Officialis, qui pecuniæ exactæ rationem non reddit, ſi totius pecuniæ, pœna punitur amiſſionis manus: hic eſt tex. *in §. coges autem, Auth. de mand. Princip.* notat Socin. *conſ.* 46. *lib.* 1. ſi verò partem retinuit, iuxta Soc. ſententiam *loco* modò *cit.* punitur in quadruplum: ſed in duplo eſt tex. *in l. excellentia ſua, C. de erogat. milit. annona lib.* 12. Dicebatur, quod hic Officialis ſic exigendo pecuniam fiſcalem, illamque Regiæ Curiæ non reſtituens, furtum committebat, & delictum ſuum erat grauatum, quia pluries in hac furti ſpecie deliquerat, ſicque vel morte naturali, vel ciuili erat omninò puniendus.

3 Quo verò ad aliud delictum commiſſum, nimirum quia licentiam dederat extrahendi à Regno victualia, contra prohibitionem Regiæ Cameræ, & Illuſt. Proregis, dicebatur, illum incidiſſe in pœnas pecuniarias in Regiis bannis contentas, & alias Regis indignationem reſpicientes; cumque pœnam pecuniariam luere non poterat, ſuccedebat regula, vt qui non habet in ære, luat in corpore: & cum à lege pœna hæc non ſit expreſſa, dicebatur pœnam eſſe arbitrariam, quæ poteſt extendi vſque ad mortem, ex vulgata Gl. *in §. in ſumma, Inſtit. de iniuriis:* Quare conſideratis omnibus de iure conſiderandis, Regia Camera decreuit, in rigore iuris poſſe iſtum pœna mortis puniri, vel ſaltem in perpetuum ad Regias Triremes cum comminatione mortis ſuccedente fuga condemnari, & quod inſimul condemnaretur in nonuplum illius pecuniæ, quam ſubtraxerat: tandem pœnæ mitigatio fuit reſeruata Illuſt. Proregi, qui vt in inſulam relegaretur, mandauit.

---

## OBSERVATIO.

1 Agit hîc *Dominus Regens* de Officiali, ad portus maritimi cuſtodiam deputato, nè bona extrahi vetita, è Regno extrahantur; aitque quod ſi hic abſque Domini Proregis permiſſu vetitarum rerum extractionem permitteret, grauiſſimè delinqueret; ſed quibus pœnis ſic delinquens veniat puniendus, circumſcripta Regiarum ſanctionum diſpoſitione, latè agit Guttierez *Canonic. quæſt. lib.* 2. *cap.* 28. *n.* 63. *&* 64. de quo memor fuit D. Reg. Capyc. Galeot. *reſponſo fiſcali* 28. *num.* 69. vbi ex Capyc. *in ſua inueſtit. feud. in verb. portub.* & Reg. de Pont. *de poteſt. Proreg. de diuerſ. prouiſ. tit.*10.*de portu, num.*3. addit portuum cuſtodiam in hoc Regno Regiis miniſtris commendari.

2 Quibus autem pœnis plectendus Officialis, qui fiſcalem pecuniam exegerit, & penes ſe retinuerit, vltrà *D. Regentem hîc*, vide quæ ſcripſit D. Reg. Moles *deciſ.* 1. *tit. de pœnis, quibus tenentur Officiales &c.* vbi dicit, quòd primò teneatur pœna peculatus, *l.* 1. *ff. ad leg. Iul. pecul.* Secundò, pœna dupli, *l. miſſi opinatores, C. de exactor. tribut. lib.* 10. tertiò, pœna furti, *l. Officiales*, vbi Gloſſ. *C. de Epiſcop. & Cler. l. neminem, C. de ſuſcept. prepoſ. & arcariis lib.* 10. *l. ſi quos, C. de offic. præfect. Orien.* Nec mirum, addit, D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.

quia in Officiali ſola negligentia eſt punibilis: *l. Magiſtratus, ff. de adminiſtr. rerum ad vniuerſ. pertinent. d. l. ſi quos, C. de offic. præfect. Orient.* Hocque adeò verum ait, vt ob ſolam negligentiam poſſit Officialis officio priuari: citat Bald. *in l. mancipia, C. de ſeruis fugit.* Afflict. *in conſtit. Regni, Officiales*, Felin. *in c. irrefragabili, num.* 1. *de offic. Ordin.* & Boër. *deciſ.* 217. Hinc videmus, Officialem, qui ob negligentiam fiſcalem pecuniam non exegit, de ſuo teneri: *d. l. miſſi opinatores.*

Sed aliquando controuerſum fuit, an vſque ad mortem pœna hæc extendi poſſit? Ad quod vide, quæ nouiſſimè ſcripſi Ego *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 291. *per totum*, quò loci pro vera huius dubij reſolutione, tres conſtitui caſus: quorum *Primus*, ſi is, qui de hoc graui inquiritur facinore, eſt Iudex, hic enim ſic delinquens, mortis naturalis pœna puniri poſſet: *l.* 1. ibi, *capitali animaduerſione, C. de Crimine peculat.* Et quamuis Gl. *ibi* verbum illud, *Capitali*, exponat, ideſt *deportationis*, nihilominùs communem eſſe in contrarium docent Petr. Gregor. *Syntag. iur. lib.* 33. *cap.* 29. *num.* 4. *rub. de lege Iul. pecul.* Decian. *tract. criminal. lib.* 8. *cap.* 28. *num.* 29. *& cap.* 30. *num.* 6. Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *caſu* 186. Caball. *reſol. crimin. cap.* 99. *num.* 2. & eſt tex. indiuidualis *in §. item lex Iulia peculatus, Inſtit. de publicis Iudiciis*, quem Gloſ. *in d. l.* 1. non benè obſeruauit: diſtinguit enim *ibi* Imperator, an is, qui hoc crimine notatur, ſit Iudex, vel priuatus; vt in Iudice ſit pœna mortis naturalis: in priuato, deportationis: iſtamque ſententiam ſic tentam amplexus fuit Farinac. *de furtis, quæſt.* 171. *num.* 14. 15. *&* 16. Secundus caſus eſt, quando peculatus crimen pluries extitit reiteratum, Caball. *loco cit. num.* 4. vbi ſic Florentiæ practicatum teſtatur. Tertius & poſtremus eſt caſus, vt ad mortis naturalis pœnam deueniri poſſit, quando cum peculatu concurrit falſitas, provt eſt text. *in l.* 2. *C. de his qui ex public. ration. lib.* 10. vbi Gloſ. *in verbo, omnibus*, & ſatis bene Papon. *lib.* 22. *arreſt. tit.* 2. Eſt tamen verum quòd in Caſu ſuper quo Ego ſcripſi *citato c.* 291. in Officiali ſic delinquente fuit ſolummodò deportationis pœna practicata, quamuis pro morte vnus ex Iudicibus votum ſuum dediſſet.

Quo verò ad aliud, quod tangit hic *D. Regens*, vt in criminibus coërcendis, Iudicis arbitrium vſque ad mortem extendi poſſit, iuxta Gloſ. ſententiam *in §. in ſumma, Inſtit. de iniur.* ſcis benè quod an vera illa ſit, eſt adeò inter DD. controuerſum, vt non deſint, qui dixerint Cæſarea indigere deciſione. Placuit tamen mihi ſemper opinio illorum, qui affirmarunt Gloſ. ſententiam nullo pacto recipiendam, & ex noſtratibus Afflict. *deciſ.* 276. *intra numerum* 6. vbi dicit Gloſ. illam eſſe communiter reprobatam; idémque Gramm. *conſ.* 48. *numero* 2. & Carau. *in ritu M. C.* 21. *numero* 15. *in fine*, niſi delictum eſſet ſatis graue, quo caſu inhæreo dictis per D. Præſid. de Franch. *deciſ.* 504. *numero* 10. & quando caſus contigerit, vide Viuium *commun. opin. libro* 1. *opin.* 417. & Iul. Clar. *in §. fin. quæſtione* 83. *numero* 11. vbi Addentes; qua de re latiùs dixi *infrà, in obſer. ad deciſ.* 50. 4

## *ARGVMENTVM.*

Iudex nùm poſſit pœnam corporalem à lege determinatam in pecuniariam commutare; & quid Partis acce-

 dente

Digitized by Google

dente remiſſione? Vulnerans nùm de occiſo, vel potius de vulnere teneatur, ſi Medici depoſuêre, vulneratum culpa ſua eſſe mortuum, ex quo illis obedire recuſauerit. Iudex an poſſit ex cauſa legitima pœnam à lege taxatam minuere. Tribunal M. C. V. cæterique Officiales Terrarum dominialium, nùm valeant, abſque D. Proregis permiſſu, pœnam corporalem à iure determinatam in pecuniariam commutare? Et de aliis notabilius.

## DECISIO XV.

FVIT dubitatum in Regia Camera, an eſſet ad compoſitionem admittendus Io. Vincentius Montanarius huius ſupremi Tribunalis Rationalis, qui vulnerauerat in fronte quandam mulierem, eiúſque virum, ex quo vulnere, reſpectu mulieris, tantum poſt aliquos dies mors fuit ſequuta.

1 Dubium faciebat, quia ſequutum erat homicidium, ex quo omni iure pœnam habemus determinatam, nimirum vltimi ſupplicij; iuxta illud, *Qui occidit, occidatur*: Et quantum ad vulnus illatum viro, eſt pariter determinata pœna de iure Conſtit. Regni, *ſi quis aliquem*, amputationis ſcilicèt manus. Vndè dicebatur, hanc pœnam ſic à lege expreſsè determinatam, in pecuniariam, Iudicem commutare non poſſe; ad tex. *in l fin. C. ne Sacr. Baptiſ. reit.* quem tex. alibi non eſſe, dicit Aret. *in l. 3. num. 4. C. de his qui not. infam.* Non enim debet eſſe Iudex clementior lege: *§. oportet, Auth. de iudicibus*, neque flecti contra legem, *l. reſpiciendum ff. de pœnis.* Et hoc adeò verum dicebatur, ex Archid. *in c. 2. 23. quæſt. 4.* Hoſt. *in ſum. de conſuet.* §. 4. & aliis, quòd non poteſt Statutum diſponere, quòd pœna homicidij conuertatur in pecuniariam.

2 Contra, quod delictum eſſet componibile, accedente Partis offenſæ remiſſione, conſiderabatur, mulierem non fuiſſe mortuam ex vulnere; ſed propria eius culpa, cùm Medicis obedire recuſauiſſet, vt in facto, ex illius depoſitione erat probatum: id quod conſiderat Bal. *in l. qui occidit, § fin. ff. ad leg. Aquil.* & poſt eum Paul. de Caſtr. & Iaſ. *in l. ſi ab hoſtibus, §. ſi vir, ff. ſolut. matr.* Felin. *in c. presbyterorum, de homicidio*, & alij, concludentes, quòd ſi Medici deponunt vulneratum eſſe mortuum ex culpa ſua, non autem ex vulnere, non tenetur vulnerans de occiſo; ſed tantum de vulnere, etiam ſi vulnus eſſet in capite, vt latè per Cæpol. *conſ. 62.* Vnde dicebatur, pœnam eſſe arbitrariam, & ſucceſſiuè poſſe iudicem imponere pœnam pecuniariam. Id quod clariùs procedit obtenta partis remiſſione, tunc enim videtur, quod indiſtinctè poteſt fieri compoſitio, vt per Salycet. poſt Iacob. de Aren. *in l. ſi pro fure, ff. de condict. furt.* imò, quod plus eſt, dicebatur poſſe iudicem ex cauſa legitima pœnam à lege taxatam minuere, ad tex. *in l. & ſi ſeuerior, C. de his qui not. infam.* vbi Bal. & omnes. Cauſæ legitimæ, quæ hic afferebantur, erant, quia inquiſitus erat Officialis, & optimæ opinionis, & famæ, & nunquam ampliùs deliquerat, & hoc delictum ex rixa potiùs, quàm ex propoſito euenerat: vndè per Dominum Proregem fuit ad compoſitionem admiſſus, non aliter Regiæ Cameræ expectata determinatione.

---

## OBSERVATIO.

INdubitata apud omnes ſemper extitit iuris illa concluſio, quam hic firmauit *D. Regens*, nimirum, vt nullo pacto poſſit iudex pœnam corporalem à lege determinatam, in pecuniariam commutare, niſi Partis offenſæ acceſſerit remiſſio; qua tamen concurrente, conueniunt omnes hoc iudici licère, dummodò iuſta ſe offerat commutandi cauſa. Idque apud Nos adeò verum, vt non ſolum ſupremo Magiſtratui hoc ſit permiſſum; ſed etiam cunctis Regni huius Baronibus, eorumque Officialibus, ſic diſponente pragmatica ſanctione, *quæ eſt 6. tit. de Baron.* vbi latè, & doctè Io. Franc. Capiblan. qui *num. 71.* poſt Afflict. *deciſ. 287.* vbi Vrſill. & Carau. *in ritu 272.* aduertit, Tribunali M.C. cæteriſque terrarum domanialium Officialibus hoc non licere, niſi Domini Proregis accedente permiſſu, & fiſco audito: ad quod eſt pariter videndus Io. Ant. de Nigr. *in c. Regni*, quod incipit, *Exercere volentes*: per *totum commentarium*, præſertim *num. 45.* & in pulchro caſu Gizzarel. *deciſ. 55.* vbi fuit dictum, potuiſſe vaſſallum ad Sacrum Conſilium appellare ab exceſſiua compoſitione, contra eum facta per Barronem, à quo ad tolerabilem compoſitionem ſe admitti petierat. Id quod benè aduertit D. Reg. Rouit. *in Rub. de compoſit. num. 11.* poſt alios, quos citat, & Nouar. *in d. prag. 5. de Baronibus.* 1

Alteram *D. Regens* hîc conſtituit concluſionem, & eſt, vt vulnerans aliquem, qui poſt vulnus ſibi illatum mortuus eſt, nullo pacto de occiſo teneatur, ſed de vulnere tantum, dùm Medici depoſuêre vulneratum culpâ ſuâ deceſſiſſe. Tu adde, dictum hoc benè procedere, ſi vulnus non fuerit lethale: quia ſi ab initio vulneratus, lethaliter fuit offenſus, dicendum eſt, quòd morte demùm ſequuta, adhuc propter culpam & defectum ipſius vulnerati, vt quia Medici non fuerunt adhibiti, vel imperiti ad vulneratum curandum fuerunt vocati, benè vulnerans de occiſo tenebitur: ita poſt Aſin. *in conſ. 97. num. 1. inter conſilia criminalia*, docet Ioannes Bapt. Baiardus *in addition. ad Iul. Clar. in §. homicidium, num. 166.* Pro regula autem aduertendum eſt, quod in omni caſu, in quo dubitari continget, an vulnus fuerit lethale, necnè, Medicorum iudicio ſtandum eſt. Deniquè an vulneratus ex vulnere, vel potius ex malo regimine deceſſerit: ſic Alber. *in proœm. ff. numero 14.* Ang. *de malef. in verb. & ex interuallo,* 2

*num. 2.*

Digitized by Google

*numero* 3. & alij apud Iul. Clar. *in d. §. homicidium, numero* 43.

## ARGVMENTVM.

Reſcriptum Principalis, quod iudici Ordinario præſentatur exequendum, ſi allegatur ſubreptitiè fuiſſe illud impetratum, nùm Iudex exequutor de allegata ſubreptionis exceptione cognoſcere valeat; vel dicendum ſit, eſſe illum merum exequutorem. Clauſula, *ex certa ſcientiat*, an ſubreptionis tollat vitium. Reſtitutio in integrum, quæ petitur aduerſus ſententiam Regiam, an illius impediat exequutionem.

## DECISIO XVI.

IN cauſa Illuſt. Ducis Ciuitatis Neritoni, cum illius vniuerſitate, fuit dubitatum, an Regia Camera eſſet mera exequutrix reſcripti, quod in Tribunali præſentatum extiterat, ad finem vt exequeretur; vel potiùs mixta, ita vt cognoſcere potuiſset de allegata ſubreptionis exceptione, & quatenùs hanc haberet cognitionem, an in caſu de quo agebatur, verè de allegata ſubreptione conſtaret.

1 Dicebatur poſse Regiam Cameram de precum veritate cognoſcere: per tex. quem *ibi* dicit Iaſ. non eſse alibi; *in l. & ſi non cognitio, C. ſi contra ius, vel vtilit. publ.* vbi Bar. Bal. Caſtrenſ. Salycet. & alij. Idem Bar. quem omnes ſequuntur, *in l. à diuo Pio, in princip. ff. de re iudic.* Id quod indubitatum creditur, quoties Princeps de negotio non cognouit, vt per Hoſtienſ. Abb. & Imol. *in cap. de cætero, de re iudic.*

2 In caſu autem de quo agebatur, dubitabatur an literæ ſuæ Catholicæ Maieſtatis eſſent ſubreptitiæ? Et pro parte negatiua conſiderabatur, quia Princeps vtraque parte audita, de negotio cognouerat, vt expreſsè conſtabat ex tenore litterarum, quibus omnino eſt ſtandum, *Clement. litteris, de probation.* Innoc. Io. Andr. Hoſt. & Abb. *in d. cap. de cætero, de ſent. & re iudic.*

3 Conſiderabatur ſecundò, quòd Princeps in reſcripto iuſserat, vt aliqua exceptio aduerſus reſcriptum opponi nullatenus poſset, ſicquè Regia Camera videbatur eſse mera exequutrix, Innoc. *in d. c. de cætero.* Prætereà in litteris expreſsa erat clauſula *ex certa ſcientia*, quæ quidem clauſula, ſubreptionis tollit vitium; vt per Alex. *conſ* 116. *vol.*6. Soc. *conſ.* 115. *lib.* 3.

Nec obſtare dictum fuit, quod ad impediendum exequutionem reſcripti petebatur in integrum reſtitutio. Quia licèt communis ſit omnium ſententia *in l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re iudic.* quòd reſtitutio in integrum impedit exequutionem ſententiæ, etiam ſi altiorem requirat indaginem, vt per DD. *ibi*; tamen fallit in ſententia Regia: vt per Innocent. *in cap. ſuſcitata, de in integr. reſtit.* Quarè per Regiam Cameram, vnanimi Dominorum conſenſu fuit deciſum, quod litteræ ſuæ Catholicæ Maieſtatis exequantur; & quòd qui de ſubreptione excipiebat, poſset demum litteris exequutis, de iuribus ſuis ordinariè experiri. 4

## OBSERVATIO.

QVoad primam concluſionem hìc per *D. Regentem* firmatam, quod Iudex exequutionis reſcripti non ſit merus exequutor; ſed potius mixtus, nimirum, vt ſuper obreptione & ſubreptione cognoſcere poſſit; Dico indubitabilem eam eſſe, cùm nimis clarum ſit Imperatoris reſponſum, hoc diſponens *in l. & ſi non cognitio, C. ſi contra ius, vel vtilit. publ.* & per hæc verba: *Et ſi non cognitio; ſed exequutio mandatur, de veritate precum inquiri oportet; vt ſi fraus interuenerit, de omni negotio cognoſcatur.* Ad cuius quidem textus ornatum, & intelligentiam videndi ſunt, vltra DD. hìc citatos, Gregor. Lopez. *in l.* 52. *verb. ſenalado, tit.* 18. *par.* 3. Pinel. *in rubr. de reſcind. vendit. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 28. *verſ. hoc autem*, Coler. *de proceſſ. exequut. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 133. Cald. Pereir. *conſ.* 26. *num.* 8. Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 1. *quaſtion.* 38. *num.* 1. 3. 9. *& vlt.* quos omnes congerit laborioſiſſimus Barboſ. *in Collect. ad d. l. & ſi non cognitio,* quò loci, *num.* 3. ex mente Præceptoris ſui Conimbricenſis, nouum *ad tex. prædictum* tradit intellectum, quem pondera; & pro nunc vide Maſtril. *deciſ.* 241. *num.* 86. *cum ſeqq.* vbi ex dictis per DD. *in eo tex.* concluſionem deſumit, quod ſi ſuper negotio nondum per Superiorem diſcuſſo, & terminato, alicui committatur exequutio, oppoſito exequutionem non eſſe faciendam, quia Principi eſt ſupreptum, poterit hic, cui commiſſa eſt exequutio, imò debet de precum veritate cognoſcere, ſicquè ſuper ea pronunciare. Rationem aſſignat, quia etſi talis cognitio non fuerit expreſsè mandata, cenſetur tamen tacitè commiſſa. Eſt etiam videndus Phæbus *deciſ.* 41. *p.* 1. qui dicit, quòd oppoſita obreptionis, ſeu ſubreptionis exceptione contra reſcriptum Principis, in illius exequutione ſuperſedendum eſt, quouſque per ſententiam exceptio illa terminetur: cuius aſſertionis ratio aſſignatur, quia in Principis reſcripto, ſemper Clauſula ſubintelligitur, *Si preces veritate nitantur*: vt notant DD. relati per Barboſ. *de Clauſul. vſufreq. clauſ.* 166. Hæc vera ſunt, vt aduertit hic *D. Regens*, niſi Princeps, vtraque parte audita, de negotio cognouerat, aut in reſcripto iuſſerat, vt aliqua exceptio aduerſus illud nullatenus opponi poſſet, ſiue expreſſa eſſet Clauſula, *ex certa ſcientia*; quibus ſanè caſibus dicendum eſt, Iudicem, cui commiſſum eſt reſcriptum exequendum, merum eſſe exequutorem, vt fuit deciſum *hic*. 1

Quo verò ad aliam Concluſionem, quam *D. Regens* hìc firmauit, nimirum reſtitutionem in integrum petitam aduerſus ſententiam, illius exequutionem 2

impedire, niſi ſententia eſſet Regia: Adde tu, quod in hoc eſt maxima controuerſia inter DD. Et licèt in puncto iuris receptior ſit opinio negatiua, nimirum vt per in integrum reſtitutionem petitam, exequutio ſententiæ Regiæ impediri non poſſit, vt videre eſt penes Innocent. *hic* per *D. Regentem* citatum, Bal. *in l. cauſa cognita*, 3. *notabil. C. de tranſact.* Couar. *pract. quæſt. cap.* 25. *n.* 7. & Lancellot. *in tract. de attent. par.* 2. *cap.* 18. *in tit. de attentat. reſtit. integr. pendent.* attamen, vt ſcripſi Ego *lib.* 2. *mear. reſol. capit.* 200. apud Nos contrarium practicatur in S.C. vbi reſtitutiones in integrum aduerſus ſententias, quæ Regis nomine proferuntur, propoſitæ admittuntur, & in exequendo ſuperſedetur, vt per Affl. *deciſ.* 356. *num.* 5. Capyc. *deciſ.* 53. Vincent. de Franch. *deciſ.* 86. & 702. & Carleual *de iudiciis*, *tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 475. Sed an ſemper hoc verum ſit? dixi *citat. cap.* 200. *à num.* 6.

## *ARGVMENTVM.*

Extractio frumenti, ſiue *Tracta*, à Regia Curia extra Regnum pro certo loco, & pretio alicui conceſſa, nùm à conceſſionario alteri, cariori pretio, & pro alio loco quàm deſtinato, vendi poſſit. Et de aliis notabilibus.

## DECISIO XVII.

CONCESSERAT Regia Curia licentiam pro certo pretio, vt poſſet quis certam frumenti quantitatem à Regno extrahere, vulgo *Tractam* appellamus; hic, qui hanc licentiam obtinuerat, cùm poſt certum tempus, illam alteri cariori pretio venderet, frumentumque ad alium locum quàm deſtinatum duceretur; fuit dubitatum in Regia Camera, Fiſco inſtante, an hoc de Iure fieri poterat.

1 Pro ratione dubitandi videbatur dicendum, extractionem illam fieri non potuiſſe pro aliis Terris, & locis in licentia non comprehenſis: quia limitata cauſa, limitatum producit effectum, *l. in agris*, *ff. de acquir. hæred.* Vnde ſi licentia pro certa Ciuitate fuerat conceſſa, ergo in aliam, quàm in illam, non poterat fieri extractio, eſt enim licentia hæc ſtricti iuris, vt per Bertachin. *in ſuo tract. de Gabel. quæſt.* 4. *col.* 2. vbi dicit, quòd ſi fuit Titio conceſſum, vt poſſit frumentum extrahere, intelligitur tantum de vnica extractione: argumento *l. boues*, §. *hoc ſermone*, *ff. de verb. ſignif.*

2 Sed pro emptore Tractæ dicebatur, Ciuitatem ad quam frumentum duxerat, non eſſe locum prohibitum, ſed de confœderatis, ac proindè non eſt de quo regardui potuiſſet, & quod Tracta vendi poterat pretio cariori, quàm fuerat à Regia Curia vendita, dicebatur de hoc dubitari non poſſe; quia nulla lex hoc prohibet. Quare ab impetitione Fiſci fuit per Regiam Cameram abſolutus conuentus.

## OBSERVATIO.

RAtio vnica dubitandi *in hac deciſione*, ea fuit, quia quemadmodum ſi concederetur licentia extrahendi frumentum è Regno, infra certum tempus, eo elapſo, & extractione non ſequuta, amplius conceſſionarius facultate ſibi conceſſa vti non poſſet, vt ait Card. *in Clement. fin. num.* 9. *in* 5. *quæſt. de electien.* ita pariter dum pro certo loco conceditur extractio, vt extra illum locum conceſſionarius ea facultate vti non poſſit; validum eſt enim argumentum, de tempore ad locum, & è contra: ita Bar. & DD. præſertim Iaſ. per illum text. *in l. vinum*, *ff. ſi cert. pet.* & *in l. fin.* vbi etiam Bar. *ff. de condiction. triticar.* Id quod nonnullis notabilibus exornat exemplis Euerard. *in loco*, *A tempore ad locum*, vbi *in fine* addit omnia per eum ſcripta, tanquàm pulchra, vtilia, ſingularia, & quotidiana, fore memoriæ commendanda: admonens nos, vt illud hac in re non ignoremus: nimirùm, hoc argumentum A tempore ad locum, & è contra, tunc demum procedere, quando inter tempus, & locum, diuerſa ratio non conſideratur; aliàs ſecùs: prout cenſuit Regia Camera *in caſu huius deciſionis*, in quo certè diuerſa ratio conſiderabatur inter tempus, & locum; nam vt licentia extrahendi per certum limitatum tempus conceſſa, eo elapſo expiret, poteſt dici, quod ſic concedenti expedit, ſicque illius intereſſe conſideratur, ſecus verò ſi conceſſa extractione pro vno loco, conceſſionarius pro alio facultate ſibi conceſſa vſus eſt: in hoc enim caſu nullum poteſt conſiderari intereſſe concedentis, prout in primo; ſi tamen locus ille eſt, vel de concedentis Dominio, vel Amicorum, prout contingit in caſu de quo *in hac deciſione*, vndè &c. 1

## *ARGVMENTVM.*

Clerici pro fructibus, qui naſcuntur in bonis eorum beneficiorum, & patrimonialibus, num ius Dohanæ, ſiue aliarum Gabellarum ſoluere teneantur: Et ſuppoſito quòd non, an Laici, qui fructus illos emunt, ſint pariter immunes: & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XVIII.

IN Regia Camera fuit habitum pro indubitato, Clericos pro fructibus qui naſcuntur in bonis beneficiorum, & patrimonialibus, non teneri ſoluere ius Dohanæ, ſiue aliarum gabellarum: ex text. *in c.* 1. *de immunit. Eccleſ.* & *in cap. quamquàm*, *de cenſibus*, *in* 6. excepto 1

Digitized by Google

cepto, ſi fructus illos à Regno, causâ negotiationis, extrahere vellent: quo caſu ex inueterata conſuetudine, & more omnium Dohanarum Regni, Clerici extrahentes à Regno fructus ſuorum bonorum, ſiue beneficiorum, ſiue patrimonialium, ſemper & indiſtinctè ius fundaci ſoluerunt, & ſoluunt. Id quod benè probatur *in Clement. fin.* vbi Gloſ. *in verbo, non negotiandi, de cenſibus.*

2 Sed dubitatum fuit, an Laici, qui à Clericis eoſdem fructus emunt, ſint pariter immunes à iure fundaci, quod ex ritu Regiæ Cameræ ab emptore ſemper ſoluitur?

3 Et ea ſententia fuit probata, vt laicus emens à Clerico, ius fundaci omninò ſoluere teneatur: per text. *in l. licitatio, §. fin. ff. de publican. & vectigal.* vbi probatur, quòd licèt Fiſcus ſit à gabellis immunis, tamen mercatores à Fiſco ementes, nullatenus immunes reputantur: & per hunc text. in ementibus à Clericis hoc indiuidualiter dixerunt Dyn. & alij *ibi.* Etenim ius hoc Clericatum non concernit, ſed laicum emptorem, in quem per emptionem, & traditionem bonorum venditorum à Clerico, transfertur dominium: bona enim ſunt immunia, quouſquè in Clerici poſſe permanſerint; at ceſſat prorſus omne priuilegium, cùm in laicum transferuntur: quia mutatione perſonæ mutatur priuilegium: *l. Paulus, ff. de acquir. hæred.* vbi Dyn. & Bar. *in fine*, in Eccleſia loquentes: provt è contra fuit conſideratum, nimirùm quòd ſi à laico res aliqua poſſidetur, quæ eſt in æſtimo Vniuerſitatis ſcripta, pro collectis ſoluendis, ſi in Eccleſiam aliquo titulo tranſierit, Eccleſia pro re illa ad collectas non tenetur: ad quod fuit allegatus Bal. & Aret. *in l. placet. C. de Sacroſ. Eccleſ.*

## OBSERVATIO.

1 Ex dictis *hic* per *D. Regentem*, elicitur concluſio, quòd licèt Clerici pro fructibus, qui in bonis patrimonialibus, & beneficiorum naſcuntur, ad iuris Dohanæ, ſiue aliarum gabellarum ſolutionem non teneantur; è contra verò, ſi laici fructus illos à Clericis emerent: idquè exemplo illorum, qui à Fiſco emunt, vt quamuis Fiſcus à gabellis ſit immunis, nullatenus tamen à Fiſco ementes: ad tex. *hic* allegatum, *in l. licitatio, §. fin. ff. de publican. & vectigal.* Tu ad huius concluſionis confirmationem adde hoc idem firmaſſe Tiraq. *de vtroque retract. lib. 1. gloſſ. 13. n. 12.* Boer. *deciſ. 103. num. 19.* Noſtrorum, Capyc. *in inueſt. feud. in verb. feudatariorum immunitas, fol. 246.* Io. de Amicis *conſ. 18. in fine,* Rolan. à Valle *conſ. 61. num. 22.* vbi dicit, quòd licèt Clerici ſuorum beneficiorum fructus extrahere poſſint, nullatenus tamen ipſorum fructuum emptoribus hoc licebit: Idémque Theſaur. *deciſ. 116. num. 6.* poſt Archid. *in c. fin. de cenſibus, in 6.* & Bertach. *de Gabell. par. 7. quæſt. 7.* quos allegat Menoch. *de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu 562. num. 43. & 44. cent. 6.* Laſſart. *de decima vendit. cap. 19. num. 27.* Guttier. *de Gabellis, quæſt. 44. num. 5.* Parlador. *rer. quotid. cap. 3. §. 1. num. 14.* Carol. de Graſſis poſt plures relatos, *de effect. clericat. effect. 3. num. 88. & ſeqq.* Bellett. *diſquiſit. clerical. par. 1. in tit. de exemptione Clericor. & eorum bonorum, §. 8. n. 2.* Genuenſ. *in practicabil. Eccleſ. quæſt. 212.* D. Reg. Rou. *deciſ. 71.* Ego ipſe *reſol. lib. 1. cap. 169. num. 6.* quò loci in puncto principali ſuſtinui immunitatem alicui conceſſam, vt pro fructibus ſui prædij gabellam non ſoluat, nullatenus extendi poſſe ad perſonas fructus illos ementes, & conducentes, niſi immunitas non perſonæ, ſed rei conceſſa eſſet; ſicque vt hoc priuilegium eſſet reale, non autem perſonale; quia tunc ad quemcunque res transiret, cum eius priuilegio & immunitate tranſire diceretur: ad quod probandum allegauimus text. *in l. 4. §. quamquàm ff. de cenſibus*, Staiban. *conſ. 28. per totum*, vbi D. Conſil. Nepos addens, Capiblan. *de author. Baron. lib. 2. cap. 85. num. 18.*

Quò verò ad aliam concluſionem, quam *hic in fine,* 2 firmauit *D. Regens*, nimirùm, vt Eccleſia pro bonis, quæ aliquo acquirit titulo, ad collectas non teneatur, quamuis bona illa, dum à laicis poſſidebantur, huic oneri obnoxia erant; pro veritate videndi ſunt Bald. *conſ. 132. lib. 3.* Paul. de Caſtro *in l. 1. num. 9. C. de Epiſc. & Cler.* & *in l. placet, num. 7. C. de Sacroſ. Eccleſ.* & *conſ. 423. in fine, lib. 2.* Socinus *conſ. 243. lib. 2.* Archid. Io. Andr. Franch. Anchar. & Gemin. *in c. 1. de immun. Eccleſ. in 6.* Abb. *c. fin. num. 12. de vita & honeſt. Cler.* Franciſcus de Clapper. *in cent. cauſ. fiſcal. cauſ. 42. quæſt. 1. num. 22.* qui fusè tractat hanc materiam: Marta, qui alios cumulat *in tract. de iuriſd. p. 4. cent. 1. caſu 11. à num. 28.* Guid. Pap. *deciſ. 381.* Marius Alter. *de cenſur. tom. 1. diſp. 19. lib. 5. cap. 6.* Carol. de Graſſ. *in tract. de effect. clericat. effect. 3. num. 24. & à n. 154.* Flor. Diaz de Mena *var. quæſt. lib. 2. q. 21. numer. 233.* Guttier. *pract. quæſt. lib. 1. q. 3. n. 15. & lib. 7. quæſt. 92. à num. 62.* qui multos alios citat, Card. Alban. *in lucubrat. ad Bart. in l. hæres abſens, ff. de iudic.* Suarez, *in defenſ. fidei aduerſ. Anglic. ſect. error. lib. 4. cap. 24.* Molin. *de iuſtit. & iure, tom. 3. diſput. 361. num. 2. iuncta diſput. 672. n. 3.* Syluest. *in ſum. verb. Immunitas 1. num. 19.* Tabien. *in ſum. in verb. excommunicatio 5. caſu 18. num. 3.* Azor. *p. 3. inſtit. moral. lib. 5. cap. 17. verſ. quæres, quid ſit dicendum.* Rot. *in vna Brunduſ. Gabel. coram D. Pegna*, quam nouiſſimè impreſſam habemus, *in deciſ. 42. p. 2. in poſthum. Farin.* Ego ipſe *reſol. lib. 1. cap. 47. per totum.*

## ARGVMENTVM.

Feudum, ſi immediatè, & in capite, à Regia Curia tenetur, nùm Rex mandare poſſit vt teneatur à Barone, itavt cogatur feudatarius Baronem illum in immediatum Dominum recognoſcere, ac eidem adhoare, & releuium ſoluere. Priuilegium alicui conceſſum, an, & quando per non vſum amittatur, ad ornatum text. *in l. 1. ff. de nundinis*, & *Pragmaticæ ſanctionis editæ Thori.* Terra domanialis, an inuitis vaſſallis alienari poſſit: & de aliis notabilibus.

DECISIO

Digitized by Google

## DECISIO XIX.

CONCESSA à Rege Catholico Ciuitate Caleni Magno Capitaneo vnà cum omnibus feudis quaternatis, & non quaternatis, in territorio exiſtentibus, itavt feudatarij, & ſubfeudatarij, qui ante hanc conceſſionem feuda à Regia Curia immediate tenebant, tenerentur ipſum conceſſionarium in eorum Dominum immediatum recognoſcere, eique adhoare, & releuia ſoluere, dubitari contigit, an Fabius Caracciolus, qui erat vnus ex ſubfeudatariis, ab hoc nouo Domino, ſiue ab Illuſt. Principe Hoſtiliani ſucceſſore ſingulari ſuper adhoæ & releuij ſolutione conuentus, potuiſſet excipere de beneficio Regiæ Pragmaticæ editæ Thori, allegando, feudum poſſidere vti quaternatum, eique à ſereniſſimis Regibus Aragoneis confirmatum.

1 Fuit per Regiam Cameram deciſum, non eſſe locum exceptioni prædictæ. Ratio deciſionis fuit, quia confirmatio, quæ allegabatur de hoc feudo, facta à Regibus Aragoneis erat in forma cōmuni, quæ ius aliquod de nouo non tribuit: vt ſunt iura ſatis vulgata; & habetur per Gloſſ. penult. *in l. ex verbis* 14. *C. de donation. inter virum & vxor.* vbi dicit, quòd Papa, vel Imperator, confirmando priuilegia antiqua, nunquam de nouo dare intelligitur, ſed ea confirmare provt ſunt, & ſatis notanter apud Innocent. *in c. dudum, de decimis*, vbi dicit, quod quando non apparet, Principem confirmantem voluiſſe de nouo concedere, in dubio intelligitur confirmare, eo modo, quo poteſt de iure communi, non autem de plenitudine poteſtatis: & Bal. *in c. 1. in princ. per quos fiat inueſtit.* dixit, quòd ſi certa priuilegia per Principem confirmentur, non aliter confirmari intelliguntur, vt aliquod ius nouum detur, niſi aliter de confirmantis intentione conſtet. Nec valet dicere, Regem priùs conceſſiſſe hoc feudum, vt conceſſionarius illud habeat immediatè à Regia Curia; ergò non poterat demum eiuſdem Regis ſucceſſor, concedendo Ciuitatem, ſub cuius territorio feudum illud ſitum eſt, diſponere, vt illius feudatarius recognoſcat ab hoc nouo domino, nam Rex vſus fuit iure ſuo, potuítque facere, quod ſibi placuit in re propria, cuius quilibet eſt moderator, & arbiter: ad tradita per Afflict. *in deciſ.* 282. in hac materia.

2 Fuit pariter conſideratum, terminos exceptionis, quæ oritur ex diſpoſitione *dicta pragm.* eſſe valde remotos à caſu, de quo agebatur. Loquitur enim Pragmatica, quando ego, prætendens fuiſſe me iniuſtè bonis meis ab illis Regibus ſpoliatum, vellem contra poſſeſſorem, qui habet cauſam ab eiſdem Regibus, agere, vt reſtituat mihi bona mea, allegando, quod antequàm fuiſſem ſpoliatus, iuſto titulo poſſidebam: hoc namque allegare non poſſum, obſtante Pragmatica prædicta: ſed ſi ego venio ex nouo titulo mihi à Rege conceſſo, qui potuit rem vt ſuam mihi concedere, non dicor geſta per Reges Aragoneos impugnare, vbi Pragmatica ſubintrat, ſed potius illa approbo, & dico, benè fuiſſe tunc diſpoſitum per illos Reges, ſic rem ſuam concedentes, benè etiam fuiſſe diſpoſitum per ſucceſſorem, concedendo etiam rem ſuam, eo modo provt conceſſit: ſicque per prædicta, cenſuit Regia Camera, oppoſitam exceptionem non militare.

Sed de illo demum in expeditione cauſæ 3
fuit ſatis controuerſum, cum hic ſubfeudatarius, ex alio, prædictum conceſſionarium & nouum Dominum à ſuis petitionibus adhoæ & releuij excludere contendebat; nam cum inſtituta actio fundata erat in priuilegio conceſſionis, eo tam primus conceſſionarius, quàm pro tempore ſucceſſores vſi non fuerunt, ſolutum enim erat releuium Regiæ Curiæ, eique ſeruitium præſtitum, non autem nouo Domino; ergo dicebat ſubfeudatarius, dictum priuilegium per non vſum decennalem amiſſum eſſe; ad text. *in l.* 1. vbi Bar. *ff. de nundinis*, & per alios vbique.

At his non obſtantibus, facta relatione per 4
Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, & coram Excellentiſſimo Prorege, tunc Alcanorum Duce, nemine diſcrepante fuit deciſum contra ſubfeudatarium. Et ratio deciſionis fuit, quia in facto conſtitit, non fuiſſe lapſum illud tempus, quod ad præſcribendum requirebatur; tùm primò, quia ex tempore decurſo erat deducendum tempus pupillaris ætatis, tempus peſtis, & belli; tum etiam quia conceſſionarius, & ſucceſſores eius, è Regno fuerunt ſemper abſentes, ſicque ſubintrabat iuſta & probabilis ignorantia, quæ iuſtum præbet impedimentum, per quod aduerſus hanc præſcriptionem, ex Clauſula generali, datur in integrum reſtitutio, adhuc elapſis annis quadraginta: & ad probandum, quod hæc ſit verior, & Communis opinio, fuerunt allegati Alexand. *conſ.* 169. *lib.* 2. *& conſ.* 79. *lib.* 6. & Felin. qui latè de his agit, *in c. vigilanti, de præſcription.*

Ad text. citatum pro ſubfeudatario *in l.* 1. 5
*ff. de nundinis*, dicebatur, illius diſpoſitionem ad caſum, de quo agebatur, non applicari: etenim textus ille cum ſua materia procedit, quando per priuilegium datur certa facultas aliquid faciendi de aliquo iure non formato, neque penes Regem concedentem exiſtente, vt putà quòd quis poſſit facere nundinas, & ſic de iure de nouo creando, tunc enim priuilegium ex non vſu decem annorum tollitur; ſecùs autem quando per priuilegium ius

Digitized by Google

ius aliquod conceditur, quod penes concedentem erat in eſſe deductum, provt in hoc caſu; tunc enim nullo pacto ſubintrant termini *d.l.1.* ſed tollitur illud ius, vt cætera iura tolluntur, nimirùm præſcriptione mediante, ad text. *in l.ſicut, & in l.omnes, C.de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum*, ita Cyn. *in l.falſo, col.fin. C. de diuerſ. reſcript.* Bart. *in l.fin. ff. de benefic. Princip.* Innocent. *in cap. accedentibus, de priuileg.* Sicque oportebat, quòd ſubfeudatarius hanc præſcriptionem allegaſſet, quæ in caſu, de quo agebatur, allegari non poterat.

6 Dabantur etiam aliæ declarationes *ad d.l.1.* quamuis ad cauſam non facientes, & illa principalior, vt procedat concluſio, quæ ex illo textu deſumitur, quando priuilegiatus, cui eſt conceſſum priuilegium, non eſt illo vſus, quia noluit, vel quia fuit negligens, vel moroſus eo non vtendo; ſecùs verò ſi non eſt vſus, quia non potuit, vel quia caſus nunquàm euenit, quia tunc priuilegium per non vſum nunquàm dicitur amiſſum, adhuc ſi centum annorum tempus eſſet elapſum, provt eſt tex. *in l.& Attilicinus 35. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.* de quo meminit Gl. *in cap. Abbate Sancti Siluani, extra de verb. ſignific.*

## OBSERVATIO.

1 SCripſit in hac cauſa pro ſubfeudatario Marcellus de Mauro, provt videre eſt *in ſua allegatione* 44. vbi enixè tuetur non potuiſſe Regem Catholicum Vaſſallum tenentem à Regia Curia feudum quaternatum, & in capite, ſubdere alicui Baroni; vt Baronem, & non ipſum Regem recognoſceret, ex theorica And. *in c. Imperialem, §.præterea Ducatus, verſ. nec Dominus, de prohib. feudi alienat. per Freder.* qui tenet, quod Rex non poteſt vaſſallum contradicentem ſubdi alterius dominio, inuitum alienare: idémque Hoſtienſ. & cæteri *in cap. dilecti filij, de maior. & obedient.* qui dicunt quod ſi aliquis velit ſe, & ſuam terram alieno ſubiicere dominio, admittitur contradictio ſuorum hominum, qui in Dominij mutatione notabile ſentiunt intereſſe: id quod etiam notat Camill. de Medic. *conſ.*164. *num.*11. Secundò dicebat Marcell. de Mauro, quod quando hæc in dubium reuocarentur, adhuc eius Cliens erat abſoluendus, ex eo quod ille ſemper poſt priuilegium Magno Capitaneo conceſſum, Regiam Curiam recognouerat, ſicquè Magnus Capitaneus, eiúſque ſucceſſores priuilegio prædicto per annos quinquaginta vſi non fuerant: Vndè dicebatur illud amiſiſſe, adhuc per non vſum annorum decem, ſecundum magis communem opinionem *in cap. cum acceſſiſſent, de conſtit.* Sed obtinere non potuit. Nam quoad primum, licèt dicendum videatur, non poſſe Dominum directum vaſſallos inuitos alienare, ad tradita per DD. per illa iura *in cap.2.§.ex lege, de lege Corr. & in cap.1. §.præterea Ducatus, verſ. nec Dominus, de prohib. feud. alien. per Fred.* benè tamen commoditates fructus, & ſeruitium, vt eſt Adoha, & releuium, vt per Andr. Afflict. & Loffred. *in iurib. prædictis.* Idquè adeo verum, vt hodie in Regno ſine controuerſia procedat, poſſe Regem vaſſallos cum Terra, & territorio, adhuc eis inuitis, cui velit, alienare, niſi pro eodem pretio ſe redimerent: vt latè per Loffred. *in d. c. Imperialem, §.præterea Ducatus, verſ. nec dominus*: Imò plus nobis attulit calamitas noſtri temporis, vt Ciuitates illæ, & Terræ quæ priſcis temporibus à Rege venditæ, à manibus Baronum propria pecunia ſe redemerunt, itavt in Regiæ Curiæ domanium deuenerint, demùm occaſione inſtantis belli, Regis noſtri mandato, ipſis inuitis, & fortiter reluctantibus, alienatæ fuerint: quod fieri poſſe tutatus eſt Dom. Reg. Capyc. Galeot. *in ſuis Reſponſ. Fiſcalib.* 23.24.25.26.& 27. Sed pro huius articuli veritate videndi ſunt omninò Lucas de Penn. *in l.1. num.*40. *C. de capitatione ciuium cenſibus eximenda, lib.*11. Socin. iun. *conſ.*78. *lib.*1. Petr. Rebuff. *conſ.*146. *col.*3. *verſ. quartò*, & longè, Afflict. *in cap.1. §.ex eodem, de lege Corradi*, Sola *in conſtit. Sabaudiæ, in tit. de pact. inter empt. & vendit. num.*62. *verſ. & maximè*: Crauet. *conſ.*141. *num.*9. *in fine, verſ. rurſus ipſa communitas*, Io. Neuizanus *conſ.* 12. *inter conſ. feudalia*, Alber. Brun. Vaſquez *controuerſ. Illuſtr. cap.5. n.14. in fine, verſ. decimò opponit*, Octau. Cacher. *conſ.*26. Amed. de Ponte *in tit. qui feud. dare poſſ. n.*117. & Cancer. *var. reſol. par.3. c.3. de priuileg. num.*367. *verſ. & cum in infeudando.*

Quò verò ad aliud, quod opponebatur, nimirùm 2
Magnum Capitaneum, eiuſque ſucceſſores, priuilegio ſibi conceſſo vſos non fuiſſe, ſatis benè in facto, & in iure fuit reſponſum per *D. Regentem, hic.* Ad quorum confirmationem videnda ſunt, quæ ſcripſerunt Io. Vincent. de Anna *ſingul.*400. Fab. eius filius *conſ.*59. *num.*74. & 75. & *conſ.*129. *num.*8. & 10. Addent. ad Capyc. *deciſ.*134. *in princ.* Camill. de Medic. *conſ.*63. D. Reg. noſter *infrà, deciſ.*33. & Garz. Maſtrill. poſt plures, quos allegat, *deciſ.*96. qui omnes doctè ſatis pertractant, an & quando priuilegium per non vſum amittatur.

## ARGVMENTVM.

Creditor poſterior num poſſit agere hypothecaria actione ſuper re ipſi obligata, poſſeſſa à creditore anteriore, cui à communi debitore pro eius credito in ſolutum data fuit. Facta venditione ſub haſta ad inſtantiam alicuius ex creditoribus, num hypothecæ aliorum creditorum dicantur extinctæ? Et de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XX.

DATA in ſolutum à debitore creditori re illi hypothecata, ſicquè contractu in ſolutum dationis perfecto, comparuit alius creditor, ſed poſterior, agens hypothecaria actione ſuper re illa; quo factum fuit, vt dubitaretur, an inſtitutæ actioni ius reſiſteret.

Et quod hic creditor, quamuis poſterior, 1
nullo reſiſtente iure potuerit de iuribus ſuis ſuper re illa, hypothecaria actione experiri, fuit conſideratum, quòd hypotheca ſua per dationem in ſolutum factam priori creditori,

de re vtrique obligata; nullo pacto fuit extincta: provt ſunt iura *in l. ſi prædium, C. de euiction. & in l. 1. C. ſi antiq. credit.* & *in l. ſi conuenerit, §. ſi fundus ff. de pignor.* Nec poterat primus creditor, cui fuit facta in ſolutum datio, ſe tueri cum hypotheca ſua anteriori: quia per in ſolutum dationem fuit illa omninò extincta, vt eſt text. *in l. eleganter, in princ. ff. de pignor. action.* ibique Bar. & communiter omnes: notat idem Bar. *in l. ſi quis aliam, ff. de ſolution. & in l. ex ſextante, §. Latinus Largus, ff. de except. rei iudic.*

2 At his non obſtantibus concluditur pro primo creditore, & poſſeſſore. Etenim licèt omnia modò dicta vera ſint, nimirùm vt nullum ius reſiſtat, quin valeat ſecundus creditor, hypothecaria agere, & quod hypotheca primi creditoris ſit extincta, attamen ex legis diſpoſitione, ad fauorem primi creditoris oritur quaſi hypotecha, qua mediante poterit primus creditor rem illa retinere, donec & quouſque hic ſecundus creditor offerat ei creditum, pro quo erat priùs res illa hypothecata: ad quod fuit allegatus Iacob. Butrigar. omnino videndus *in l. 1. C. ſi antiq. credit.* Vnde videns hic ſecundus creditor, ſe ius non fouere bonum, ad alia debitoris bona recurrit, & obtinuit.

---

## OBSERVATIO.

1 CVm dictis per *D. Regentem hic*, concordant ſcripta per D. Præſidem de Franchis *deciſ.* 453. vbi indiuidualiter deciſum refert, per in ſolutum dationem, à debitore priori creditori factam de re pluribus obligata, ſecundi creditoris hypothecam non extingui, ſicque poſſe illum hypothecaria actione ſuper re obligata agere, & obtinere, dummodò hic ſecundus creditor quantitatem priori creditori debitam, ei ſoluat: quia licèt hypotheca primi creditoris per in ſolutum dationem ſit extincta, *l. eleganter, in princ.* vbi Bart. & omnes, *ff. de pignor. action.* ex iuris tamen diſpoſitione contracta extitit alia quaſi hypotheca, ad text. *in l. 1.* vbi Iacob. Butrigar. ſimiliter *hic* per *D. Regentem* citatus, *C. ſi antiquior credit.* quæ ſanè ſat eſt, vt hic prior creditor poſſit rem, quam poſſidet, retinere; donec ſibi ſuum creditum ſoluatur: Idemque dicendum, quando venditio rei pluribus obligatæ à debitore facta eſſet, non creditori anteriori, ſed Tertio ementi, quamuis pro dimittendo, provt dimiſit, creditorem anteriorem: ita habetur *in l. cùm prior, ff. de diſtract. pignor. in l. ſi debitor, C. eodem, & in l. res pignoris, C. de remiſſ. pign.* Quæ omnia fuerunt per me adducta *lib. 1. mear. reſol. cap.* 336. *num.* 1. & 2. Vbi *num. ſeq.* addidi, fore aliud in hac materia aduertendum, nimirùm quod ſi ſecundus hic creditor, obtenta ſententia ſuper inſtituto hypothecariæ actionis iudicio, inſtaret pro rei venditione, non autem vt res, ſuper qua aſſiſtentiam, ſiue immiſſionem obtinuit, ſibi pro eius credito adiudicetur, tunc, & eo caſu opus eſſe vt videatur an per rei venditionem poſſet vtrique conſuli, & ſic tam primo, quàm ſecundo creditori: quia ſi ex venditione nullum ſecundus creditor aſſequeretur emolumentum, res è manibus prioris creditoris, ſiue alterius rei emptoris, cuius pecunia fuit dimiſſus primus creditor, auferri non poteſt: Vnde pro omnium indemnitate poſſet res ſubhaſtari, ad finem vt illius ſciatur valor: ad quod allegaui Paul. de Caſt. qui hoc ſingulariter dixit *in l. à diuo Pio, §. ſed & illud, in fine, ff. de re iudic.* & D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 456. *num.* 8. *verſ. & eſt effectus maximus.*

Quibus ſic viſis, proxima eſt quæſtio, an hæc, quæ dicta ſunt de in ſolutum datione facta à debitore primo creditori, de re pluribus obligata, ſiue de illius venditione facta Tertio, cuius pretio fuit prior creditor dimiſſus; procedant, quando venditio iſtius rei pluribus obligatæ facta eſſet ſub haſta; vel potiùs eo caſu dicendum, omnium creditorum hypothecas cenſeri extinctas? Reſpondi, de his agens *citato capit.* 336. *à num.* 4. duos diſtinguendo caſus, quorum Primus eſt, quando venditio ſub haſta facta, ſuum habuit effectum ad inſtantiam creditoris anterioris, & in hoc caſu, nulli dubium eſſe; poſteriorum creditorum hypothecas fuiſſe extinctas; cenſetur enim hæc venditio facta iure creditoris, ita vt aduerſus emptorem, nequidem poſterioribus creditoribus ius offerendi competat: probant hoc iura *in l. cum prior, ff. de diſtract. pign. in l. qui à creditore, C. eodem, & in l. 1. & 2. C. ſi antiq. credit.* ſicque per Sacrum Conſilium deciſum, teſtis eſt Anna pater *alleg.* 56. & *ſingul.* 443. Secundus eſt caſus, quando venditio ſub haſta ſequuta eſſet, inſtante aliquo ex poſterioribus creditoribus; & hoc caſu, cùm quæratur an prioris creditoris hypotheca extincta cenſeatur? negatiuè erit reſpondendum, ex tex. *in l. 1. ff. de diſtract. pign. & in l. à diuo Pio §. quod ſi res, ff. de re iudic.* & in *his iuribus* Gloſſ. Bar. Salycet. & cæteri omnes, ſimiliter, & Neguzant. *de pignor. par.* 6. *memb.* 1. *numer.* 30. *in* 6. *limit.*

Sed hic omninò aduertendum, quòd dixi in primo caſu, hypothecas poſteriorum creditorum cenſeri extinctas, quando venditio facta eſſet ſub haſta, inſtante priore creditore; de plano procedere, quoties rei emptor eſſet Tertius, & ſic prorſus extraneus; ſecus verò, vbi perſona, quæ rem ſub haſta emeret, eſſet creditor quantumuis anterior, hoc enim caſu nullo pacto aſſeuerandum, poſteriorum creditorum hypothecas cenſeri extinctas; diceretur enim tunc creditorem anteriorem rem ſibi obligatam ſub haſta emiſſe, potius conſeruandi cauſa ſibi pignus, quàm dominium rei emptæ acquirendi: hic eſt tex. *in l. cum ſecundus, §. fin.* cum *l. ſeq.* incipit, *cùm poſterior, ff. de diſtract. pign.* ſicque per Sacrum Conſilium deciſum, teſtis eſt Vinc. de Franch. *deciſ. ſua* 69. *per totam*, vbi creditor poſterior fuit admiſſus ad ius offerendi aduerſus creditorem anteriorem, quamuis hic tanquàm extraneum emiſſe contenderet. Quod & Ego pariter affirmaui *eod. lib.* 1. *c.* 219. *num.* 7. & 8. & me, ac pluribus relatis, Rot. *deciſ.* 445. *num.* 51. apud Duran. poſt Caſtil. *deciſ.* 91. *num.* 22. 3

Et ſi quis dixerit, iura allegata, ac deciſionem modò relatam, loqui de iure offerendi competente ſecundo creditori, contra primum rei vtrique obligatæ emptorem, non autem, vt hic creditor poſterior poſſit contra primum hypothecariam exercere actionem. Reſpondeas idem eſſe, cùm ius hoc offerendi nullo pacto dari poſſet, vbi hypotheca non ſupereſſet: ita ex Bar. *in conſ.* 82. *num.* 5. *lib.* 3. Salycet. *in l. cum tibi*, per text. *ibi*, *C. qui potior. in pignor. hab.* Crauet. *conſ.* 298. *num.* 4. & 8. & *conſ.* 840. *num.* 1. Theſ. *deciſ.* 157. *num.* 5. Roderic. *de annuis reditibus, lib.* 2. *quæſt.* 17. *n.* 6. & 7. & Morotio *de iure offer. n.* 12. 14. & 15. probat doctiſſimus Conſiliar. Carleual. *de iudic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 22. *num.* 6. *fol.* 286. quò loci ſingulariter dicit planum eſſe, remanere hypothecam 4

poſterioris

Digitized by Google

poſterioris creditoris poſt prædictam venditionem, ea quidem ratione, quia ius offerendi eſt effectus ex hypotheca reſultans neceſſariò, & eius naturæ, vt ab ea pendeat, in eſſe, fieri, & conſeruari, tanquàm lux à Sole.

## ARGVMENTVM.

Contractus, qui ſupponitur per vim & metum fuiſſe initus, nùm ipſo iure nullus dicatur. Feudo vendito, cum pacto de retrouendendo, num aſſenſus ſuper eo contractu impetratus, dijudicandus ſit nullus, ex eo quod in ſupplicatione nulla de hoc pacto mentio facta fuit. Minor factus maior, num aduerſus lapſum temporis præſcripti ad regiſtrari faciendum Regium aſſenſum, reſtitutionis in integrum beneficio ſuccurri poſſit? Et de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XXI.

PLVRA *in hac deciſione* fuerunt excitata dubia. Et primò fuit dubitatum an nullus cenſeri deberet contractus venditionis feudi ab Aurelia Arpalace ad beneficium Frederici Tomacelli eius viri factus, præcedentibus, nedum metu reuerentiali; ſed minis, & verberibus, provt per teſtes fuiſſe probatum, allegabat Aurelia vxor.

Secundò, an ſimiliter nullus ex alio cenſendus eſſet, nimirum ex defectu aſſenſus, ex eo quòd venditio facta extiterat, eo inſerto pacto, vt poſt mortem viri eſſet vxor vſufructuaria, ſua vita durante, feudi venditi: & cùm eſſet impetratus aſſenſus, verbum nullum de hoc pacto; ſed ſimpliciter ſuper venditione, ſiue in ſolutum datione obtentus.

Tertiò, an minor aduerſus lapſum temporis præſcripti ad regiſtrari faciendum, vel exequutoriandum Regium aſſenſum, reſtitutionis in integrum beneficio ſuccurri poſſit, cum ad maiorem ætatem peruenerit.

1 Quoad primum (quia regulariter in omnibus cauſis, magna exoritur ſuſpicio circa depoſitiones teſtium ſuper metu deponentium) dictum fuit metum in caſu, de quo agebatur, nullatenus allegari poſſe, ex eo quòd regulariter contractus metu initus, non dicitur ipſo iure nullus; ſed mero iure tenet & valet, licèt demum probato metu poſſit reſcindi: ita Abb. *in Rubr. & in cap. Abbas*, vbi etiam Gloſſ. *extra, quod met. cauſ.* Et ex hoc oritur, quòd dum talis contractus non dicitur ipſo iure nullus, poteſt ratificari, & ratificatus cenſetur ex aliquo actu poſtea voluntariè facto, metu prorſus ceſſante: ad text. *in l.2.* vbi Bal. Aret. & alij, *C. de eo quod met. cauſ.* & *in cap.1.* vbi Gl. & Canoniſtæ *extra. eodem*, vbi ſi quis poſt actum metu factum, metu ceſſante non contradicit, cenſetur actum illum ratificaſſe, ex quo debebat ſtatim reclamare: vndè cum hęc vxor poſt viri mortem de contractu metu facto haud reclamauerit, imò in eo ſemper perſtitit, & nihil dixit, neque in aliquo contrauênit, cenſebatur indubitanter contractus ille, dato quòd per metum factus eſſet, ratificatus, vt amplius de illius validitate controuerti non poſset.

Quoad ſecundum, pro nullitate contractus, ex defectu aſsenſus impetrati ſuper venditione, nulla facta mentione de pacto, quod vxor remanere deberet vſufructuaria, ſua vita durante, allegabatur Loffred. *in conſ.3.* vbi conſuluit, refutationem à patre in filium primogenitum factam, reſeruato vſufructu, prorſus corruere, tam reſpectu refutationis, quàm vſusfructus reſeruationis. Item quando eſt facta venditio feudi, cum pacto de retrouendendo in eodem contractu, ſi ſuper venditione illa impetraretur aſsenſus, nulla de pacto mentione facta, aſsenſus eſt in totum nullus, etiam reſpectu principalis venditionis, docet Marin. Frecc. ſic deciſum referens *in ſuo tract. de ſubfeudis lib.2. quæſt.16.* Sed hic fuit replicatum, quod hæ concluſiones quamuis veræ, non tamen ad caſum, de quo agebatur, poterant applicari, ex quo factum deficiebat: nam venditio facta exiterat ſimpliciter, nulla vſusfructus reſeruatione facta; ſed demum in alio contractu, ſicque primus venditionis remanſit validus, propter aſsenſum ſubſequutum, nec aliquid aliud in medium ſe offerebat, per quod de illius validitate dubitari potuiſset. 2

Quo verò ad Tertium, circa reſtitutionem in integrum petitam aduerſus lapſum temporis præſcripti ad regiſtrandum, ſiue exequutoriandum aſsenſum, à Domino noſtro Rege impetratum: dicebatur dubitari non poſſe, aſſenſum remanſiſſe nullum, ex quo infra tempus à Regiis ſanctionibus præſcriptum non fuit regiſtratus, ſiue exequutoriatus: Sed an minor, factus maior, aduerſus lapſum temporis poſſit reſtitui, dum tempore eius minoris ætatis hoc paſſus fuit præiudicium, ea fuit probata ſententia, nimirum non eſſe locum reſtitutioni petitæ, ex eo, quòd elapſum erat tempus illam petendi: ſic probata opinione Gloſ. quam in iudicando omnes ſequuti ſunt, *in l. ſed & ſi per Prætorem, §. quoties, in verb. vnius, ff. ex quib. cauſis maiores*, vt à minore, maiore effecto, non poſſit peti reſtitutio aduerſus 3



Digitized by Google

lapſum temporis, niſi infra tempus, quo aliquid facere omiſit, vt puta, non appellauit à ſententia infra decem dies, effecto maiore ſi ſe læſum ſenſerit, debet infra decem dies reſtitutionem petere, non autem infra quadriennium: cumque in caſu de quo agebatur læſus erat minor lapſu temporis octo menſium, & factus maior, reſtitutionem petierat elapſis annis tribus, ergo non poterat eſſe illi locus; eoquè magis, quia concurrebant duo priuilegiati pari priuilegio, quo caſu non datur reſtitutio illi, qui tractat de lucro, contra illum, qui tractat de damno vitando, prout in caſu, de quo agebatur: ad quod fuit allegatus text. *in l. verum*, §. *item quæritur*, *ff. de minor*.

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem primæ concluſionis, quam *hic* firmauit *Dominus Regens*, nimirùm vt contractus metu initus, nullatenus dici poſſit ipſo iure nullus, imò quod mero iure teneat & valeat; ſed tantùm detur actio ad reſcindendum; Adde tu, ex Recentiorib. hoc idem firmaſſe Andr. Gayll. *pract. obſeru. lib.* 2. *obſer.* 93. *num.*4. & 5. & Gaſpar. Mongolon. *in tract. de metu*, *cap.* 9. *num.* 17. vbi rationem aſſignat, quia in prophanis ſufficit voluntas ſimpliciter: *canon. merita*, 15. *q.* 1. *l. mulier*, §. *penult. ff. de eo quod met. cauſ.*

2 Concluſio hæc à Mongolon. *loco cit.* pluribus limitatur modis. Et *Primò*, vt procedat in contractibus prophanis, secùs in ſpiritualibus, qui metu geſti, ipſo iure nulli cenſentur: Gl. fin. *in can. fin.* 20. *q.*3. ex quo deducitur, quod ſi matrimonium eſſet per vim & metum contractum, diceretur ipſo iure nullum, vt per Gayll. *loco cit. n.*6. poſſetq; alter ex contrahentibus, abſque ſententia declaratoria, aliud validè contrahere: vt per Mongolon. *loc. cit. n.* 14. vbi *num. præcedenti* regulam firmat generalem, vt in contractibus, qui propter metum ſunt ipſo iure nulli, ſententiam non requiri Iudicis declaratoriam; ſed quòd poſſet qui propria authoritate contrauenire: per tex. quem dicit expreſſum *in cap.* 1. *de iis, quæ vi met. cauſ. fiunt.* quicquid per tranſennam ſcripſerit Anchar. *conſ.* 382. *num.* 2. Secundò, Concluſio ſupra firmata limitatur in prorogatione iuriſdictionis, quæ ſi metu facta fuerit, ſimiliter ipſo iure non valet: per tex. *in l.*2. *in princip. ff. de iudic.* Gloſſ. vnica, *in cap.* 2. *de iis quæ vi metuſue cauſ. fiunt.* vbi Ant. de Butr. *num.* 10. Zabarel. *num.* 1. *verſ. quintus caſus*, & Abb. *num.* 12. & Padill. *in l. interpoſitas*, *num.*7. *C. de tranſaction.* Tertiò limitatur in authoritate tutoris, quæ metu interpoſita, ſimiliter ipſo iure annullatur: per tex. *in l.* 1. §. *fin. de author. tutor.* Gl. vnica *in d. cap.*2. Ant. de Butr. Zabarel. & Padil. *locis proximè citatis.* Quartò limitatur generaliter in adminiſtratoriis ex munere officij: per DD. *in d. l.* 1. §. *fin. ff. de author. tutor.* Bal. *in tit. de controu. inueſt. in fin.* Dec. *in l. velle non creditur*, *ff. de regul. iur.* quem refert, & ſequitur Sarmien. *in tract. de redit. Eccleſ. p.*1. *cap.* 4. *num.*8. Quintò limitatur in mandato per vim dato, vt per Doctores, quos refert & ſequitur Sarmient. *loco modò cit.* Sextò limitatur in contractibus innominatis, in quibus eſt locus pœnitentiæ, ex Sarmient. *loco cit. num.* 9. Septimò limitatur in contractibus, in quibus enormiſſima interuenit læſio, ex Gamma *deciſ. Luſit* 94. *num.* 3. & dixi Ego *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 153. *num.* 5. poſt plures quos allegaui. Octauò limitatur in omnibus caſibus, ad ſpiritualia annexis, & connexis, Mongol. *loco cit. num.*4. & 24. Hæc quoad confirmationem primæ concluſionis.

Quò verò ad ſecundam, vt nulla ſit alienatio feudi, reſeruato vſufructu alienanti, dum in ſupplicatione ſuper aſſenſu obtento verbum nullum de pacto reſeruationis vſusfructus; ex Loffredo *in conſ.* 3. vbi conſuluit, feudi refutationem à patre in filium primogenitum factam reſeruato vſufructu, prorſus corruere, tam reſpectu refutationis, quàm vſusfructus reſeruationis. Adde tu ad confirmationem, de hoc in Regno dubitari non poſſe ex pragmatica Sanctione, *quæ eſt* 4. *cap.* 5. *ſub tit. de feud.* vugò dicta *delli* 9. *capi.* in qua expreſſè diſponitur, non poſſe Dominos Proreges ſimilibus contractibus aſſenſum præſtare; ſed pro illis firmandis, ad Regem noſtrum fore recurrendum. Quod tamen poſtea ex particulari gratia fuit moderatum, ſicquè diſpoſitum, poſſe Dominos Proreges donationibus feudorum contemplatione matrimonij à patre, vel à matre filio primogenito faciendis aſſentiri, adhuc donatori vſufructu reſeruato, vt *in prag.*7. *eodem tit. de feudis*, quæ in dies practicatur. Addit *D. Regens*, idem eſſe, quando eſt facta feudi venditio cum pacto de retrouendendo, vt ſi ſuper venditione illa impetretur aſſenſus, nulla de pacto mentione facta, aſſenſus corruat, ex Fricia, quem allegat *lib.*2. *de ſubfeud. q.* 16. vbi ſic per Sacrum Conſilium deciſum refert. Ad huius dicti confirmationem, Adde tu, eandem ſententiam amplexum fuiſſe Io: Andr. de Georg. *in repet. feudal. c.* 12. *c.*19. vbi *num.* 21. relatis Fricia *loco cit.* & Camerar. *in cap. imperialem*, *fol.* 58. *col.* 2. *in fine*, ſubnectit, ſic pariter, ipſo patrocinante, fuiſſe per Sacrum Conſilium deciſum in cauſa Gurrelli Oriliæ, cum Franciſco de Stadio, & meminit Thor. *in* 1. *p. ſui compend. in verb. Aſſenſus ſi fuerit impetratus*, *fol.* 58. *in nouiſſimis.* 3

Quantum verò attinet ad tertiam, & vltimam concluſionem *hic* per *D. Regentem* tentam, nimirùm vt minor, maior effectus, non poſſit petere reſtitutionem aduerſus temporis lapſum, niſi infra illud tempus, quo aliquid facere omiſit; vt putà non appellauit à ſententia infra decem dies, effecto maiore, ſi ſe læſum ſenſerit, poterit infra dies in integrum reſtitutionem petere, non autem infra quadriennium. Tu ad confirmationem huius opinionis vltra DD. per *D. Regentem* relatos, Adde hoc idem firmaſſe Capell. Tholoſ. *dec.* 178. & ex Recentioribus Sforz. Odd. *de reſtit. in integr. part.* 1. *quæſt.* 19. *art.*4. Sed parcat mihi *D. Regens*, cùm eius ſententiam in hoc ſequi non poſſim: etenim magis communiter receptum eſt, vt reſtitutio intra totum quadriennium ſemper peti poſſit, adhuc ſi leſio ſit in minori ſpatio temporis: ita habetur diffinitum *in Clem.* 1. *de reſtit. in integr.* Secundùm cuius diſpoſitionem noſtrum Sacrum Conſilium iudicaſſe, teſtis eſt Afflict. *deciſ.* 175. vbi Io. Angelus Piſanel. *in addition.* Idémque iudicatum in illa Curia Archiepiſcopali, refert Aufr. *ad Capel. Tholoſ. loco cit.* Et in Senatu Mantuano ſic pariter deciſum teſtatur Surd. omninò videndus *deciſ.* 136. vbi noſter Hodierna addens: eandémque ſententiam amplexi ſunt Caldas Pereyra *in l. ſi curatorem, in verb. infra legitimum tempus*, *num.* 8. *C. de in integr. reſtit.* Ant. Gomez. *var. reſol. tom.* 2. *in tit. de reſtit. in integrum*, *num.* 7. *verſ. quod intellige, & extende*, Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *tit. de reſtit. in integr. reſol.* 4. *num.* 10. *verſ. contrariam verò opinionem*, vbi pluribus relatis ab hac opinione non eſſe recedendum commendat, & ſatis notanter Camill. de Medic. *conſ.* 103. & 164. vbi *num.* 18. ſubdit opinionem 4 hanc

Digitized by Google

hanc hodiè adeo eſſe receptam, vt de ea amplius diſputari non liceat, fundata ex diſpoſitione tex. *in d. Clem.* 1. *de reſtit. in integr.* & quod ita per Regiam Cameram Summariæ deciſum fuerit, in cauſa vniuerſitatis Paulæ, cum Illuſtr. Marchione eius loci vtili Domino: Ego ipſe *reſol. iuris lib.* 1. *cap.* 299. *n.* 10.

## *ARGVMENTVM.*

Domanium nùm à Vaſallis peti poſſit, ſeptem elapſis menſibus à die captæ poſſeſſionis Terræ venditæ. Dominus directus feudi, nùm in illius venditione extraneo emptori ſit præferendus. Dominus directus volens vendere directum dominium, quod habet ſuper re in emphyteuſim conceſſa, nùm teneatur requirere emphyteutam, illúmque per duos menſes expectare, ſi vult emere; provt cogitur emphyteuta, quando in alium emphyteuſim, quam poſſidet, venditionis titulo transferre vult. Ius retractus, quod competit agnato proximiori quando feudum venditur, an ſimiliter competat quando illud locatur? Et de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XXII.

VENDITA Terra Noyæ à Regia Curia pretio Ducatorum 28. mil. captáque poſſeſſione à Magnifico Fabricio Pignatello emptore, nemine ex Vaſsallis ſe opponente, contingit dubitari an elapſis ſeptem menſibus à die captæ poſseſſionis, poterant vaſsalli per viam reſtitutionis in integrum ad Regium Domanium proclamare?

1 Per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, nemine contradicente fuit deciſum contra vaſsallos, ſiue Vniuerſitatem. Ratio deciſionis fuit, quia licèt aliquandò Vaſsalli fuerint ad Regium Domanium admiſſi, attamen de iure non proceſſit, quia nulla lege cauetur: & quamuis ad hoc afferatur authoritas Io. Fabri *in* §. *Dominus, Inſtit. de noxal. action.* tamen ſi benè ponderetur, & intelligendus ſit provt intelligi debet ſecundum legem, quam allegat, contrariæ opinionis eſse videtur, cùm alleget tex. *in c.* 2. *extra. de Iudais*, vbi eſt caſus expreſſus contra.

2 Nec poſsunt Vaſsalli iuuari diſpoſitione tex. *in c.* 1. §. *Titius, ſi de feud. def. &c.* vbi feudo paterno, extraneo, vel remotiori agnato vendito, poteſt agnatus proximior intra annum comparere, pretium ab emptore ſolutum offerre, & feudum recuperare. Etenim huius tex. diſpoſitionem nihil ad caſum pertinere dicebatur, quia loquitur in caſu ſuo ſpeciali, nec locum aliter habere in Regno, in quo ſemel facta venditione de feudo paterno cum Domini aſsenſu, nunquam illi de agnatione ad reuocandum admiſſi fuerunt.

Minus etiam iuuari poſſe, dicebatur, alia diſpoſitione tex. *in cap.* 3. §. *porrò, qualiter olim poter. feud. alien.* vbi volente feudatario feudum alicui vendere, poteſt ſupremus ac directus Dominus pro eodem pretio præferri: quod etiam probatur in emphyteuſi *in l. fin. C. de iure emphyt.* Procedit enim diſpoſitio hæc ratione directi dominij quod habet directus Dominus ſuper feudo, vel emphyteuſi: id quod non conſideratur in vaſſallis, qui vt præferantur extraneo emptori pro eodem pretio, quando Rex vult vendere, nullo iure cautum reperitur; imò communiter dixerunt DD. *in d. l. fin.* præſertim Salyc. & Iaſ. ac Imol. *in cap. potuit, de loc.* quòd licèt emphyteuta, quando vult vendere ſuum vtile dominium, teneatur ſub pœna Commiſſi id Domino denunciare, illúmque per duos menſes expectare, ſi vtile illud dominium pro ſe vellet; ſecùs tamen in Domino directo, qui ſuum emphyteutam nullatenus requirere tenetur, cùm poſſit liberè cuique vendere. Id quod in caſu, qui contingit, dicebatur procedere ſine cōtrouerſia, cum capta poſſeſſione Terrę à Fabricio emptore, Vaſſalli cōqueſti non fuerunt, imò per plures menſes viderūt nouum Dominum poſſidere, ipſis ſcientibus, patiētibus, gaudentibus & congratulantibus; ſícque ceſſabat prorsùs in integrū reſtitutio petita: quod ſanè beneficium eſt ſpeciale, & extraordinarium, illúdque nō actionis iure, ſed mero Iudicis officio nobili competit, quod nullam præſupponit obligationem: ad tex. *in l. quod ſi minor*, §. *fin. ff. de minoribus*, Gl. Bart. & alij *in l. in cauſa, la ſeconda, eodem tit.* nam cui verè competit reſtitutio, non conceditur, niſi ſit læſus læſione magna, & quod vel dolo aduerſarij, vel ſui facilitate ſit circumuentus: quod in caſu contingenti ceſſabat prorſus. Dicebatur & tandem, quod Terra pauperrima erat, & paucorum foculariorum, & quod venditio antequàm perficeretur, fuerat Vniuerſitati notificata, & comparere non curauit; vnde adhuc ſi aliquod ius foueret, debebat excludi provt fuit excluſa: argumento tex. *in d. l. fin. C. de iure emphyt. die* 15. *Septembris* 1556.

D 3 OBSERVA

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 Verum eſt quod firmat hic *Dominus Regens*, nimirum, nullo iure probari, vt in venditionibus Ciuitatum, Terrarum, & Caſtrorum Regni huius, vniuerſitates extraneis emptoribus præferantur, ſic ad Regium Domanium prouocantes: ſed eſt pariter veriſſimum, quòd paſſim ius hoc prælationis Vniuerſitatibus ſit conceſſum; vt notat Camill. de Medic. *conſ.* 164. vbi *num.* 3. *&* 13. ius hoc extendit, vt competat cuilibet ciui loci alienati, idque ex inueterata conſuetudine ſic iudicandi, quæ legis vicem obtinet, non quòd iuris termini aſſiſtant: vt bene aduertit Camill. de Curt. *in ſuo diuerſ. feud. in quæſt. quæ incipit*, Licèt autem veriſſima, *num.* 47. *&* 54. Imò ad fauorem Vniuerſitatum prælationi fuiſſe locum legimus, adhuc ſi vendita eſſet particularis iuriſdictio nimirum ciuilis, ſiue criminalis, ſecundarum cauſarum, ſiclæ, portulaniæ &c. vt conſtat ex relatis per Vincent. de Franch. *deciſ.* 17. Camill. de Curt. *loco citato, num.* 65. 66. *&* 67. quorum memini Ego *lib.* 2. *mear. reſol. cap.* 117. *num.* 8. Eſt tamen æque verum, quod hoc non erit perpetuum, cùm ex Pragmatica ſanctione longè poſt hanc deciſionem promulgata præſcriptum eſt tempus Vniuerſitatibus petendi domanium, nimirùm vnius anni à die captæ poſſeſſionis per emptorem, & hoc, eo tempore elapſo, abſque vlla reſtitutionis in integrum ſpe; vt *in pragm.* 63. §. 1. *&* 5. *de offic. Procur. Cæſar. in nouiſſim.* cuius meminit de Curte *loco citat. num.* 57. *&* 58. Capiblanc. *in pragm.* 8. *p.* 3. *num.* 153. *de Baron.* Ego ipſe *relato cap.* 117. *num.* 24. *in fine.*

2 Quatenus autem *hic* ſupponit *D. Regens* vt ſit locus petitioni domanij, opus eſſe, vt Vniuerſitas tempore poſſeſſionis per emptorem capiendæ, proteſtetur quod ad domanium proclamare intendit, & non aliter ſub noui emptoris dominio viuere: Adde tu, proteſtationem hanc, attenta diſpoſitione præcitatæ pragmaticæ Sanctionis hodie nullo pacto eſſe neceſſariam: nam ſi per illam eſt apertis verbis ſancitum, vt valeat Vniuerſitas infra annum à die captæ poſſeſſionis per emptorem ad domanium proclamare, non eſt cur de proteſtatione ſit tractandum; ſciunt enim Vniuerſitates ius earum duraturum: ita in puncto Camil. de Med. *cit. conſ.* 164. *num.* 21. *cum ſeqq.* quò loci aduerſus Andr. inſurgens, hoc procedere affirmauit, adhuc ſi ab Vniuerſitate fuiſſet nouo Baroni fidelitatis iuramentum præſtitum, rationibus, vt per eum, quas pondera.

3 Verùm, eſt hic omninò aduertendum, illud, quod diximus, non niſi infra vnius anni tempus poſſe Vniuerſitates ad domanium prouocare, attenta diſpoſitione præcitatæ pragmaticæ ſanctionis, nullo pacto procedere, quoties Vniuerſitas allegare vellet, alienationem fuiſſe & eſſe ex aliqua cauſa nullam; hoc enim caſu non eſt cur dubitari poſſit, adhuc elapſo anno poſſe vniuerſitatem de iuribus ſuis experiri, ſicque ceſſare prorſus diſpoſitionem pragmaticæ ſuprà citatæ, quam non niſi in caſu ſuo locum ſibi vendicare, aſſeuerandum eſt, prout in vna facti contingentia dicebam pro Vniuerſitate fideliſſimæ Ciuitatis Oſtuni, quæ exiſtens ſub Regio Domanio, cum à Regia Curia alienata eſſet in anno 1639. elepſis annis quatuor à die captæ poſſeſſionis per emptorem, alienationem illam fuiſſe & eſſe nullam allegauit, & oppoſita per emptorem exceptione reſultante ex diſpoſitione Pragmaticæ prædictæ, nulla de ea ratione habita, fuit per Regiam Cameram ſuper allegata nullitate impartitus terminus, referente Domino Io. Baptiſta Piſanello, Regiæ Cameræ Præſidente digniſſimo penes Io. Baptiſtam Conſtantinum Actuarium Regiæ Cameræ.

Inſuper, verum quoque *hic* fatetur *Dom. Reg.* textum *in cap.* 1. §. *Titius, ſi de feud. defunct. content. ſit int. dom. & agnat. Vaſal.* procedere in caſu ſuo, & ſic in feudo ex pacto & prouidentia, in cuius diſtractione agnatus proximior, extraneo emptori præfertur; ſecus verò in feudo hæreditario, qualia ſunt ferè omnia Regni huius, vt multorum authoritate probaui Ego *cit. lib.* 2. *mear. reſol. c.* 116. *num.* 5. Vnde bene dicebat *Dominus ille Regens*, textum illum in hoc Regno allegari non poſſe: & quod propterea facta venditione de feudo antiquo, ſiue paterno, cum Domini conſenſu, nunquam proximiores ad reuocandum fuerant admiſſi. Sed tu adde, quod hodie apud nos viget conſuetudo iudicandi in contrarium, nimirum, vt etiam in feudo hæreditario ſit locus prælationi ad fauorem Agnati proximioris, vt per D. Reg. de Pont. *deciſ.* 11. niſi aliqua ſe offerat cauſa illum excludendi, vt contigit in caſu, de quo per me *in cit. cap.* 116. quod vide. Imò, quod eſt fortius, aliquando prælationem agnato proximiori conceſſam legimus in locatione bonorum feudalium: ſed quia contra omne ius, meritò noſtris temporibus pluries per S. C. contrarium iudicatum extitit, nimirum, vt in locatione nullatenus agnato proximiori concedenda ſit prælatio, vt videre eſt *lib.* 1. *mear. reſolut. cap.* 233. *num.* 34. Et fuit ſimiliter his diebus deciſum *in cauſa Affictus Terræ Peſchi Pagani*, quam cùm ſub haſta conduxiſſet Aloyſius Capycius Minutulus, comparuit D. Fabius Ieſualdus filius, & immediatus ſucceſſor D. Franciſci Terræ prædictæ vtilis Domini, & extraneo conductori præferri petiit; at non eſſe locum prælationi petitæ, cum maxima cauſæ cognitione fuit per S. C. determinatum, referente D. Regio Conſiliario Gamboa, penes Sclauum S.C. Actor. Magiſtr. 4

## ARGVMENTVM.

Filia fæmina alicuius rebellis, nùm in Ciuitate Neapolis poſſit petere legitimam ſuper antefato per eius matrem lucrato, provt illam ex iuris diſpoſitione conſequitur ſuper bonis à patre ante rebellionem vxori ſuæ donatis: & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XXIII.

**Disponit textus *in l. quiſquis*, §. *vxores*, *C. ad leg. Iul. Maieſt.* vxores rebellium, bona à viris ſibi donata, quæ aliàs filiis ex illo matrimonio ſuſceptis venirent reſtituenda, teneri in morte Fiſco relinquere, reſeruata tantùm filiabus legitima ſuper illis. Contingit dubitari in cauſa Theodoræ de Rinaldo, an huius textus diſpoſitio procedat in hac Ciuitate, in antefato per vxorem, ob viri rebellis mortem lucrato, vt nimirum ſuper illo poſſint pariter filiæ fœminæ Quartam petere.**

Fuit

Digitized by Google

1 Fuit per Regiam Cameram, referente D. Salernitano, nemine contradicente, ad Fiſci fauorem determinatum; nimirum vt nullatenus text. *in d.* §. *vxores*, poſſit in hac Ciuitate habere locum in antefato. Ratio deciſionis fuit, quia in bonis donatis, de quibus *in d.* §. *vxores* (cuius diſpoſitio procedit, iuxta terminos *l. fœmina*, *C. de ſecund. nupt.*) poterant ſuccedere filij, quamuis non eſſent patris hæredes, provt eſt text. *in Auth. heres*, *C. de ſecund. nupt.* Sicque ex benignitate, ſuper bobis illis filiabus legitima reſeruatur: at ſecùs in antefato, in quo, attenta lege municipali huius Ciuitatis, quæ incipit, *Quartam autem*, *ſub tit. de iure Quartæ*, filij, vt ſuccedere poſſint, neceſſe eſt vt ſint hæredes patris, quidquid ſibi dixerit Afflict. conſuetudinis præfatæ immemor *deciſ.* 314. Vnde exiſtente proprietate huius lucri in hæreditate viri, quia filij ob patris rebellionem ſuccedere prohibentur, *d. l. quiſquis*, §. *filij*, conſequens eſt dicere, vt filiæ ſuper antefato nihil à Fiſco, ad quem bona omnia deuenerant, prætendere poſſint.

## OBSERVATIO.

1 VT filij, de iure noſtro municipali ſuccedere poſſint in antefato per eorum matrem lucrato, opus eſt, vt ſint patris hæredes, quamuis aliàs, iure communi attento, valeant illi hoc lucrum conſequi, licèt patris hæredes non ſint: ad tex. vulgatum *in auth. hæres*, *C. de ſecundis nupt.* Vnde ſuccedente caſu, quòd pater incidat in crimen læſæ Maieſtatis, quia omnia illus bona confiſcantur, filiis à ſucceſſione tanquàm indignis prorſus excluſis, conſequens eſt vt proprietas huius antefati, tanquam in rebellis hæreditate remanſa, ſimiliter ad Fiſcum pertineat, itavt ſuper hoc lucro filiæ fœminæ nihil prætendere poſſint; vt fuit deciſum *hic*. Ad cuius quidem concluſionis corroborationem vide, quæ ſcripta reliquit Dom. Præſ. de Franch. *deciſ.* 68. *circa finem*, *verſ. dicam tamen*, vbi ait vidiſſe proceſſus in cauſis rebellium, in quibus Regius Fiſcus poſt mortem naturalem vxoris illius, qui in crimen læſæ Maieſtatis inciderat, conſequutus fuit antefatum per illam lucratum, tanquam bona paterna, itavt ſola filiorum exiſtentia operata ſit conſeruationem proprietatis in hæreditate viri rebellis. Idemque affirmaui Ego *lib.* 1. *mear. reſol. capit.* 15. *num.* 3. *&* 4. Vbi retuli ſic me inueniſſe de anno 1556. fuiſſe per Regiam Cameram deciſum, cuius quidem deciſionis meminit etiam Cæſar Vrſil. *ad Afflict. deciſ.* 127. Et addidi, hoc procedere hodie, adhuc ſi filij non ſupereſſent, ex quo, attenta diſpoſitione nouiſſimæ pragmaticæ Sanctionis, *quæ eſt vnica*, *de donation. propter nupt.* antefatum, ſiue extent, ſiue non extent filij illius matrimonij, ſemper ad viri hæredes perueniret: vnde cùm ob patris rebellionem, Fiſcus bona omnia rebellis acquirat, ſimiliter & lucrum hoc niſi in medium extaret pater rebellis, qui antefatum hoc pro filio conſtituiſſet, quo caſu per mortem nurus ad ipſum conſtituentem reuerteretur omninò, ſicque per Regiam Cameram de anno 1570. deciſum annui *num.* 14. Idemque affirmaui *lib.* 2. *cap.* 22. vbi *num.* 3. addidi illud, quod ſupra diximus, nimirum, antefatum in hac Ciuitate ad Fiſcum ſpectare, ex quo in illo filij ſuccedere non poſſunt, niſi ſint patris hæredes, procedere adhuc ſi in conſtitutione antefati appoſitum eſſet pactum, vt filij naſcituri, in hoc lucro ſuccedere deberent vt filij, non autem vti patris conſtituentis hæredes: nam ſi dicamus ob patris delictum eſſe illos ab omni ſucceſſione alienos, vt nimis clarè probatur *in l. quiſquis*, §. *filiis*, *C. ad l. Iul. Maieſt.* conſequens eſt, vt etiam ab hoc lucro veniant illi excludendi.

Sed quia *Dom. Reg. noſter* hic annuit, diſpoſitionem *d. l. quiſquis*, §. *vxores*, *C. ad leg. Iul. Maieſt.* procedere, iuxta terminos *l. fœmina*, *C. de ſecund. nupt.* eſt omnino aduertendum, ſatis eſſe impertinens, in terminis *d.* §. *vxores*, quærere, an filia rebellis ſuper antefato per matrem lucrato legitimam prætendere poſſit? quandoquidem Imperator *in hoc tex.* loquutus fuit de donatione à viro vxori facta perpetuò penes ipſam permanſura, cuius tamen proprietas per tranſitum ad ſecunda vota fuit amiſſa, & filiis primi matrimonij acquiſita; ſuper his enim bonis, dic tu, mortua matre ad filiam ſpectare portionem legitimæ, vt decidit tex. *in d.* §. *vxores*: in antefato autem perperam hoc aſſeuerandum: nam cum propter filiorum ſuperexiſtentiam proprietas huius donationis nunquam à viri hæreditate diſceſſerit, itavt nec temporis momento dici poſſit, fuiſſe illam in bonis vxoris lucrantis, conſequens eſt, vt cùm tam filij, quàm filiæ à patris hæreditate ſint excluſi, vt *in d. l. quiſquis*, §. *filiis*; nullo pacto poſſint filiæ ſuper hoc lucro legitimam prætendere: ad hoc allegando tex. *in d.* §. *vxores*: ita ſatis doctè, & eleganter D. Io. Ang. Piſanell. omninò videndus *in reſponſo per me impreſſo*, *cit.* 22. *lib.* 2. *mear. reſol.* quò loci *num.* 6. *&* 7. de hac 23. deciſione *D. Reg. noſtri* meminimus &c. 2

## ARGVMENTVM.

Portio quænam ſpectat ad D. Regem noſtrum, & quæ ad Generalem Regiarum Triremium Regni huius, ex prædis Turcarum, & Maurorum, aliorumque infidelium, quæ cum eiſdem Regiis Triremibus occupantur. Libris Archiuij Principis, ſiue ſuorum Officialium, an ſit plena fides adhibenda. Ad inducendam conſuetudinem an ſat ſit bis fuiſſe ſic obſeruatum? ac de aliis ad materiam.

## DECISIO XXIV.

IN cauſa mota per Regium Fiſcum contra Illuſtr. D. Garziam de Toleto, fuit in Regia Camera dubitatum, quænam portio ſpectet ad potentiſſimum Dominum Regem noſtrum, & quæ ad Generalem Regiarum Triremium huius Regni, ex prædis Turcarum, & Maurorum, aliorúmque bonorum Infidelium, quæ cum eiſdem Regiis Triremibus prædantur.

Dictum

Digitized by Google

1 Dictum fuit, ex conſuetudine, quæ in hoc Regno viget, de prædis, quæ cum Regiis Triremibus acquiruntur, quintam partem ſpectare ad Regium Fiſcum, & quatuor ad capientes: quam quidem conſuetudinem probatam extitiſſe ex libris officij Regij Scribæ portionis, eiuſdémque Officialis maritimi atteſtatione, quibus conſtitit, à pluribus annis ſemper ſic fuiſſe obſeruatum. Vnde dicebatur, quod ſi loquimur de conſuetudine iuris, de qua loquitur tex. *in l. de quibus, ff. de legib.* & *in l. 1. & 2. C. quæ ſit longa conſuet.* probata illa erat, quia erant iam elapſi anni quadraginta ab anno 1515. id quod apparebat ex libris prædicti officij, quibus erat omnino fides adhibenda, cùm ſint libri publici, & Archiuium authenticum, plenam faciens fidem; *Auth. ad hac, C. de fide inſtrum.* latè Aret. *in cap. cum cauſam, extra. de probat.* eo quòd Officiali, qui facit fidem de his, in quibus eſt deputatus, plena ſit adhibenda fides, probatur per Bart. & Ang. *in l. quædam, §. nummularios, ff. de edend.* & per Aret. *loco cit.*

2 Et quamuis inter requiſita ad conſuetudinem inducendam, de quibus per Gloſſ. *in §. ex non ſcripto, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* tacitus requiratur conſenſus Regis, dicebatur quòd in hoc caſu interuenerat: aderat enim conſenſus Officialium Principalium, nimirùm Proregis, Regiæ Cameræ, Scribæ portionis, & Generalis Theſaurarij, quorum conſenſus ſat erat, ex Bart. *in l. ſi publicanus, §. fi. de public. & vectig.* Et quòd ad conſuetudinem inducendam ſufficiat bis fuiſſe ſic obſeruatum, probant Bart. *in l. de quibus, ff. de legib.* & Paul. de Caſtr. *in l. 3. C. de Epiſc. audien.* Dicebatur vlteriùs, hoc probatum fuiſſe ex litteris ſuæ Catholicæ Maieſtatis, in quibus ſit mentio de Quinto prædarum, quod ad Regiam Curiam ſpectat.

3 Et quamuis aliqui ex Dominis votantibus annuerint ſuper hoc eſſe conſulendam ſuam Catholicam Maieſtatem; dicebatur tamen quod licet ſit verum, quod ſi de aliqua lege, priuilegio, vel reſcripto dubio, vel obſcuro dubitari contigerit, recurri debeat ad Regem, ſiue ad illum qui diſpoſitionem illam condidit: ad tex. *in l. fin. C de legib. in l. non ſine, C. de bonis, quæ liber. & in l. ex facto, ff. de vulg. & pupil. cum concord.* Attamen hoc fore intelligendum, quando illa diſpoſitio eſt ita dubia & obſcura, quod nullatenus poſſit intelligi, ſiue declarari per Iudicem, qui de cauſa cognoſcit: in his enim terminis loquuntur iura prædicta, & declarat Bart. *in l. omnes populi; ff. de iuſt. & iur.* & Aret. *in d. l. ex facto*: id quod in caſu, de quo agebatur, vti claro ceſſabat prorſus. Vnde demum nemine contradicente; per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio; & coram Domino Cardinali della Cueua, ac Domino Duce Albæ Prorege, fuit deciſum, quòd Generalis Regiarum Triremium, de Quinto tantùm prædarum rationem Regio Fiſco reddere debeat, & quod reliquæ quatuor partes ipſi applicentur inter milites diſtribuendæ.

---

## OBSERVATIO.

Præda de qua *hic* agit *Dominus Regens noſter*, quomodo hodie diuidatur, eſt videndus Dom. Reg. Conſtant. qui non minus doctè, quam eleganter hanc materiam tractat *in l. vnica, à num. 49. C. de claſſicis, lib. 11.* vbi *num.* 104. quærit, an portio illa, quæ Duci Claſſis debetur, eo abſente, adhuc ei ſit debita, vel potius eius vices gerenti? Et *num.* 106. in dubium reuocat, an Dux Claſſis habeat portionem eorum, quæ capta ſunt ab aliis, qui propriis ſumptibus naues armauerint? Et *n. ſeq.* agit, an liceat Duci Claſſis, prædam capere ex rebus hoſtium, in nauibus, vel in portu amicorum exiſtentibus? Ac & tandem *n.* 135. notabiliter aduertit, prædæ portionem in hoc Regno tunc demum Duci Claſſis deberi, quando armorum vi capitur; nam ſi ex naufragio, Magno Admirato applicatur, dummodò non conſtet quis ſit illorum bonorum dominus: Verùm, ſi compertum eſſet bona hæc eſſe hoſtium, & naufragio ad noſtra littora delata, decidit Regia Camera in Collaterali Conſilio, ad Fiſcum pertinere, idque in cauſa Regij Fiſci cum Marchione de Medeſciar, tunc Regni Prorege, & Duce Sueſſæ Magno Admirato, in qua ſcripſerunt Domini Regentes Lanar. & de Pont. ille *in conſ.* 84. iſte *in conſ.* 93. Addit demum Reg. Conſtant. *num.* 138. *& ſeq.* quod ſi hoſtes ob metum Triremium noſtrarum in terram fugientes appulerint, itavt ab incolis capti eſſent, non ipſis capientibus, ſed Duci Claſſis debentur, ſicque in Siculo Senatu deciſum, teſtis eſt Maſtrill. *deciſ.* 180. Hæc reſpectu prædæ maritimæ. 1

Quantum verò ad alias concluſiones *hic* per *D. Regentem* firmatas; & *Primò* vt ſit plena fides adhibenda libris Archiuij Principis, ſiue ſuorum Officialium; Ad confirmationem vide hoc idem firmantes Mandoſ. Crauet. & alios, quos refert Burſat. *conſ.* 106. *numer.* 18. Et Ozaſc. *deciſ.* 69. *num.* 5. prout etiam cuilibet libro confecto ab Officiali, alicui Archiuio publico aſſiſtenti, vt pleniſſima ſit præſtanda fides, dixerunt Corn. *conſ.* 142. *num.* 6. *lib.* 3. Felin. Menoch. & Burſat. quos refert, & ſequitur Ioſeph. Ludouic. *concl. ſua* 29. *col.* 3. *verſ. amplia* 29. & Nicol. Genua *de ſcript. priuata, lib.* 5. *in* 1. *q. num.* 6. *fol.* 258. 2

Circa verò aliam concluſionem, nimirum, vt ad conſuetudinem inducendam, ſat ſit bis fuiſſe ſic obſeruatum, ex Bar. *in l. de quibus, ff. de legib.* & Paul. Caſtrenſ. *in l. 3. C. de Epiſc. audient.* Ad corroborationem adde tu per binas iudicaturas ſimiliter iudicandi conſuetudinem inductam eſſe; ita Gloſſ. 3. *in d. l. 3. C. de Epiſc. audient.* Napod. *in conſuet. ſi de bonis, in verb. non habent*, Dec. *in cap. at ſi clerici, col.* 15. *verſ. & iſta communis concluſio, extra. de iudiciis*, Cannet. *in extrauag. volentes, in quæſt. incip. Quibus explicitis, num.* 25. *& in quæſt. ſeq. in fine*, & Dom. de Franch. *dec.* 91. *n.* 16. 238. *n.* 3. *&* 722. *n.* 11. vbi dixit, quòd quando bis eſt iudicatum ſecundùm vnam opinionem, ſic ſemper in poſterum iudicari debet, quia eſt inducta conſuetudo ſic iudicandi; licèt contraria opinio ſit verior. 3

ARGVMEN

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Vxore rebellis ab inteſtato defuncta, ſuppoſita filiorum excluſione, nùm Fiſcus in illis bonis ſuccedat, vel potius legitimus hæres ab inteſtato veniens. Legitima, quæ debetur filiæ ſuper bonis Matris, ex diſpoſitione text. *in l. quiſquis*, *§. ad filias*, *C. ad leg. Iul. Maieſt.* an ſit tertia tertiæ, vel tertia totius? & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XXV.

DEFVNCTA ab inteſtato vxore Bernardi Taxi rebellis, Secretarij olim Principis Salerni, duobus ſuperſtitibus filiis, altero nimirum maſculo, (hic magnus ille Poëta Torquatus) altera verò fœmina: fuit de duobus dubitatum. Et *Primò* an ad illius inteſtatam ſucceſſionem, cùm filij admitti prohibebantur, eſſet admittendus Fiſcus, velpotius defunctæ frater vtrinque coniunctus? *Secundò*, cùm ex diſpoſitione tex. *in l. quiſquis*, §. *ad filias*, *C. ad l. Iul. Maieſt.* ſuper his bonis ſit filiæ aſſignanda legitima, quanta illa ſit, an tertia tertiæ, vel tertia totius.

1 Quoad primum fuit per Regiam Cameram nemine diſcrepante deciſum, ſucceſſionem bonorum huius defunctæ, ad fratrem eius vtrinque coniunctum, Fiſco prorſus excluſo, ſpectare & pertinere. Ratio deciſionis fuit, quia quoad rem, de qua agebatur, hæc mulier dicebatur ſine filiis mortua, cùm illi ad matri ſuccedendum erant prorſus inhabiles, ex text. *in d. l. quiſquis*, *§. fin.* vndè deſcendentibus, & aſcendentibus deficientibus, fiebat locus ſucceſſioni collateralium, inter quos in primo gradu reperiebatur frater vtrinque coniunctus: Et quamuis fiſcus dicebat filios repelli vti indignos, & quod ab indignis aufertur, Fiſco applicatur; vt per Bart. & DD. *in l. fin. ff. de his quibus vt indign. in l. 1. C. de haeredib. inſtit. & in d. l. quiſquis*, *§. filij*. Fuit tamen dictum, hoc prætendi poſſe, quando filius rebellis eſſet à matre in teſtamento hæres inſtitutus, ſecus verò vbi mater ab inteſtato mortua eſſet, tunc enim, excluſis filiis, vti incapacibus, & ſucceſſiuè fiſco, admittuntur ab inteſtato venientes; ita ſine contradictore Azo. Bal. Salycet. & Ang. *in d. l. quiſquis.* Imò dicebatur ex Azone, Bal. & aliis modò relatis, hoc etiam procedere, ſi in cauſa teſtati verſaremur, ex eo quòd text. *in d. l. quiſquis*, expreſsè probat filios rebellium, quacunque ſucceſſione, tam teſtata, quàm inteſtata incapaces eſſe, vndè ſi hæredes illi inſtituuntur, indigni non cenſentur: ſed potius dici inſtitutionem haberi pro non ſcripta, & per conſequens, Fiſco excluſo, admittuntur ab inteſtato venientes: provt eſt text. *in l. 1. C. de hæredib. inſtit.* & per Bal. *in d. l. quiſquis*, *C. ad l. Iul. Maieſt.*

Quò verò ad alterum, fuit pariter per Regiam Cameram, nemine contradicente, deciſum, legitimam filiæ ſuper bonis matris, ad tres mille aſcendentibus, eſſe ſummam ducatorum mille, & ſic Tertiam totius, ac ſi ſola ſuperſtes extitiſſet. Ratio deciſionis fuit, quia frater eius vti filius rebellis, quoad effectum ſuccedendi pro mortuo habebatur, & per conſequens partem facere non poterat: etenim receptiſſima eſt omnium concluſio, quòd qui non admittitur ad partem, neque iure aliquo admitti ſperatur, partem non facit; probat Bar. *in l. huiuſmodi*, *§. ſi Titio*, *ff. de leg. 1.* & eſt communis opinio *in l. planè*, *§ ſi duobus*, *ff. de legatis 1* Guilliel. de Cuneo, Bal. & Salyc. *in Auth. nouiſſima*, *C. de inofficioſ. teſtam.* Ang. *in l. Papinianus*, *§ Vnde ſi quis*, *ff. de inofficioſ. teſtament.* vbi dicit, quòd filij exhæredati, deportati, & banniti, qui ex forma Statuti ſunt inſucceſſibiles, vel qui ſunt de ordine Fratrum Minorum, vel Hæretici, non diminuunt aliquid de legitima aliorum filiorum, quin integrum habeant Trientem, cùm iſti omnes pro mortuis habeantur. 2

---

## OBSERVATIO.

DOminus Regens in primo dubio refert deciſum, mortua vxore rebellis, ad illius inteſtatam ſucceſſionem, dum filij propter patris delictum admitti prohibentur, Fiſco excluſo, legitimum eſſe ſucceſſorem fratrem vtrinque coniunctum: Credo ego ſic deciſum, quia filij nati erant poſt commiſſum à patre crimen: nam ſi ante, omninò ad bona materna, & ad alia cuiuſuis conſanguinei, ſiue ad quoduis gentilitium fideicommiſſum filij veniebant admittendi; magis enim communis recepta eſt concluſio hæc, nimirum filios natos ante patris rebellionem, nullo pacto ſub diſpoſitione *l. quiſquis*, *C. ad leg. Iul. maieſt.* comprehendi: ita multiplici ratione, & grauiſſimorum Iuriſconſultorum, rerúmque iudicatarum authoritate probaui *lib. 2. mear. reſol. cap. 95. per totum.* Quibus ſanè Doctoribus per me relatis, nunc addo innumeros alios, quos refert, & ſequitur Marta omninò videndus *deciſ. Piſan. 252. per totam*, & *in ſumma ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 8. art. 1. à num. 9. vſque ad 15.* quicquid ſibi dixerit Fab. de Anna *conſ. 9. in ſecundo dubio*, vbi ſententiam contra clientem reportauit, provt ipſe fatetur *lib. 2. ſuorum conſiliorum, in princ.* & per hæc verba, *contra nonum conſilium, vt verum fatear, fuit deciſum*: ita vt apud nos, ſtante altera nouiſſima determinatione per me relata, *cit. cap. 95.* ampliùs de hoc dubitandum non ſit. 1

Quantum verò attinet ad Concluſionem, de qua *in ſecundo dubio*, pro illius veritate vide, quæ dixi *ſuprà*, *in obſeruatione ad deciſ. primam*, & quòd ſuppo- 2

ſita inhabilitate ad ſuccedendum, filius, qui inſucceſſibilis eſt, partem non faciat in taxanda legitima ſororis, probat ex recentioribus Merc.Merlin. *in ſuo tract.de legit. lib.1. tit.4. quæſt.3. num.33. & quæſt. ſequenti num.1.*

## *ARGVMENTVM.*

Pœnæ quænam inferuntur aduersùs illos, quorum culpa incendium contigit. Pœna pecuniaria, ſi pro delicto imponitur, an delinquens carcerari poſſit. Conductor domus an & quando ob incendium in ea exortum, damnum reſarcire teneatur? & de aliis notabilibus.

## DECISIO XXVI.

1 DE illo fuit dubitatum an excarcerandus eſſet, ſiue ad minus ſub fideiuſſoribus relaxandus Magnificus Petrus Nauclerius, Officialis Scribæ portionis, qui de facto ad inſtantiam Fiſci Regij patrimonij carceratus extiterat, ex eo quod libros ſui officij exhibere non curauerat, allegando eſſe illos combuſtos, vna cum Camera, in qua conſeruabantur, provt tempore incendij conſtare fecerat, mediante informatione capta per Regiam Cameram, dictum fuit prædictum Petrum fore relaxandum, vt Domum, aut Ciuitatem pro carcere teneret: nam ſuppoſito, quod incendium allegatum ex inhabitantium negligentia contigerat, aut Fiſcus agere volebat ciuiliter pro refectione damnorum incendij occaſione paſſorum, provt ex communi DD. ſententia poterat, ſiue latam, ſiue leuem conſideremus inhabitantium culpam, & hic carceratus detineri non poterat; quia quando pro delicto pœna imponitur pecuniaria, quis carcerari non debet, ſed ſat eſt quod preſtet fideiuſſorem: notat Bar. *in l 1. ff.de cuſt. reor.* & poſt eum Ang. *in tract.de maleſ. in verb.fama publica, verſ. decimoquarto*: Aut vero Fiſcus pro culpa agere intendebat criminaliter, & hoc caſu magis communiter dixerunt Doctores, quod licèt pro culpa ſerui poſſit quis criminaliter puniri, intelligitur tamen, quoad pœnam pecuniariam Fiſco applicandam, non autem ad aliam pœnam corporis afflictiuam infligendam: ita Salyc. *in l.data opera, C.de his qui accuſ.non poſſ.* text. enim *in l.ſi fortuito, ff.de incend.ruin.& naufr.* loquitur expreſsè de culpa lata, quæ in caſu propoſito non conſiderabatur. Vnde omninò hic Officialis erat ſub fideiuſſoribus relaxandus.

## OBSERVATIO.

DE pœnis quæ inferuntur aduersùs illos, quorum culpa incendium contigit, ſunt iura *in l.3.§. & quia plerumque, ff.de offic. præfect. vigil. in l.ſi vendita, ff.de peric. & commodo rei vend. & in l.ſi modo aliquo, ff.de legat.1.* Bar. *in d.l.3.* Bal. *in l.data opera, C. qui accuſ.non poſſ.* Bar. Ang. Alex. & alij *in l.ſi quis ex argentariis, §.fin.ff.de eden.* Alex. Imol. & Ial. *in d. l. ſi modo aliquo,* Salycet. *in l.quæ fortuitis, ff.de pignor.action.* & *in d.l.ſi vendita,* Io. de Anan. *conſ.71.* Anchar. *conſ.121. & 348.* Abb. *in c.2.extra depoſ.* Aret. *in tract.de maleſ. in verb.incendiarios,* *Affl.deciſ.57.* vbi Addentes, Capyc. *deciſ.27.* Gram. *deciſ.3.& 22.* Ludouiſ. *deciſ.448.* Menoch. *de arbitr.Iudic.lib.2.c.390.* Iul. Clar. *in pract.crim. §.fin.quæſt.68.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ.Peruſ.25.* & ſatis notáter Mynſing. *ſingul.obſer.cent.6,obſer.88.* quò loci in illa intricata quæſtione, an & quando conductor alicuius domus, propter incendium in ea exortum, ad damni emendationem ſit obligatus? pro vera reſolutione quinque principales conſtituit caſus; quorum Primus eſt, quando incendium caſu aliquo fortuito contigit, vt in hoc conductor, ſiue quiſquam alius ex inhabitantibus ad nihil teneatur, cùm nulla eorum præceſſerit culpa; ſed quomodo probetur caſus fortuitus? docent Alex. *in conſ. 50. num.4. lib.1,* & Maſcard. *de probation.concluſ.271.& ſeq.* Secundus caſus, quando incendium in domo conducta, conductoris dolo, & data opera exortum eſt, idque euidenter conſtat, & iſto caſu conductor non ſolùm ad damni emendam tenetur, ſed etiam criminaliter punitur: qua verò pæna? habes penes Menoch. *loco cit,* Tertius caſus, quando incendium, lata, vel leui culpa conductoris contigit, & in hoc conuenerunt omnes, vt ad damni emendationem teneatur, ſed quoad pœnæ impoſitionem variarunt; at magis communiter, ad Iudicis arbitrium remiſerunt; vt per Iul. Clar. *cit. quæſtion. 68. verſ. item illi, circa finem.* Quartus caſus eſt; quando incendium conductoris culpa leuiſſima exortum eſt, & tunc, vt ad nihilum teneatur, omnes concordant. Quintus caſus eſt, quando verſamur in dubio, vt quia non conſtat, vnde incendium exortum eſt, nec apparet de aliqua conductoris culpa, & eo caſu omnes affirmant, inhabitantium culpâ emerſiſſe; per text. *in d.l.3.§.cognouit, verſ. & quia plerumque, ff. de officio Præfect. Vigil.* . Sed quæ culpa præſumi debeat, an lata, an leuis, vel potius leuiſſima? explicat Menoch. *loco cit.num.6.* & ad materiam vide quæ ſcripſit D.Reg. Rouit. *deciſ.59.*

## *ARGVMENTVM.*

Bona Vniuerſitatis, an in æſtimo illius loci (vulgo *Cataſtum* appellamus) appretianda ſint, ſic inſtantibus exteris, qui collectas ſoluunt in eodem loco, pro bonis, quæ ibi poſſident. Collecta pro annuis cenſibus ſuper certo corpore conſtitutis, in quo loco ſoluenda eſt, quando emptor, & venditor ſunt diuerſi fori, & an ſit ſoluenda pro annuis reditibus, qui per Regiam Curiam vendun-



Digitized by Google

tur ſuper functionibus fiſcalibus, & aliis Regiis impoſitionibus : & de aliis notatu dignis.

## DECISIO XXVII.

QVIDAM exteri, qui collectas ſoluebant in Ciuitate Andriæ, pro bonis, quæ ibi poſſidebant, inſtiterunt in Regia Camera, in æſtimo illius Ciuitatis ( vulgò *Cataſtum* appellamus ) eſſe appretianda bona, ſiue gabellas eiuſdem Vniuerſitatis : contradicebat Ciuitas ; Vnde dubitatum fuit quid Iuris ?

1 Pro exteris allegabatur Regia Pragmatica Regis Ferdinandi I. incipiens *Magnifico Viro Rentio de Afflicto*, vbi diſponitur, Appretiatores electos teneri appretiare bona omnia Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum, eorúmque caſalium, & cuiuſlibet alterius ibi bona tenentis, licèt alibi incolatum habeant; vnde cùm bonorum ſtabilium appellatione veniant gabellæ, qui ſunt annui reditus, vt eſt tex. *in Clem. exiui de paradiſo, de verb. ſignif. & in l. hac edictali*, §. *his illud, C. de ſecundis nupt.* ergo dicebatur ex diſpoſitione horum iurium, teneri omnino Ciuitatem bona & gabellas in æſtimo ponere.

2 Pro Communitate allegabatur Pragmatica, quam vulgo appellamus *de Petro Piccolo*, appretiorum formam ponens, & nullibi legitur, quod bona, ſeu gabellæ Vniuerſitatum Regni appretiari debeant : Ergo poſtquam lex de his non loquitur, non debemus nos illa in appretio ponere, argumento *l. ſi vero*, §. *de viro, ff. ſolut. matrim.* tum etiam, quia nunquam in Regno fuit ſeruatum, quod gabellæ Vniuerſitatum accataſtentur : vnde dicebatur minime immutanda eſſe, quæ certam interpretationem ſemper habuerunt : *l. minimè, ff. de legibus*, eóque magis, cùm plura extent capitula Regni, quæ diſponunt, bona ſtabilia ſingulorum Ciuium appretianda eſſe, & verbum nullum de bonis Vniuerſitatum.

Diſcuſſis omnibus, in Regia Camera fuit deciſum, omnes illas gabellas, quibus exteri contribuunt, ſiue quas exteri ſoluunt, in appretio ponendas eſſe; illas verò, quas tantùm Ciues ſoluunt, nullatenus.

---

## OBSERVATIO.

PRagmatica Regis Ferdinandi, quam *hic* allegat *D. Reg.* incipiens, *Magnifico Viro Rentio de Afflicto*, eſt prima in nouiſſimo Pragmaticarum Volumine, *ſub tit. de Appretio*, & incipit, *Vt iniuſta fidelium grauamina.* Ad cuius ornatum vide Guid. Pap. *deciſ.* 5. 7. 78. 87. 371. *&* 372. in hac enim Regia ſanctione, inter alia quæ ſtatuit Ferdinandus Rex, ſancitum eſt vt bona ſtabilia in aliquo territorio poſſidentes, ibi debeant pro bonis illis collectas ſoluere, quamvis alibi incolatum habeant : quam quidem ordinationem probaui ego *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 63. adhuc procedere, ſi collecta pro bonis in alieno territorio ſitis, fuerit ſoluta in loco, vbi hic bona poſſidens eſt originarius; quia in loco vbi ſita ſunt, viuebatur per gabellas: nam ſi demùm locus iſte vellet viuere per Cataſtum, inibi bona illa erunt collectanda; ſed an hi ſic bona tenentes in alieno territorio, debeant ibi contribuere pro refectione murorum illius Ciuitatis, vel Caſtri, in cuius territorio bona ſita ſunt; quamvis in eo loco non foueant domicilium, affirmatiuè reſpondit Guid. *Pap. cit. deciſ.* 5. *in fine, &* 7. *per totam* vbi Ferrer. addens, per text. *in l.* 2. *C. de muner. patrimon. lib.* 10.

Ad illud autem, quod *hic* tangit *Dom. Reg.* nimirùm quod appellatione bonorum ſtabilium veniant gabellæ, qui ſunt annui reditus, ex *vulgata Clemen. exiui de paradiſo*, §. *cùmque annui reditus, de verb. ſignific.* eſt ſciendum, quod quemadmodum emens bona ſtabilia, pro illis collectas ſoluere tenetur, ita pariter emens annuos cenſus, vt ſoluere debeat pro eo, quod habet ſuper fundo, in quo impoſitus eſt cenſus, & venditor pro reſiduo fundi, qui ſibi remanet ſine cenſu: ſic ſanè ſcripſit Viuius *deciſ.* 369. *num.* 14. ſed in quo loco erit ſoluenda collecta hæc, quando emptor, & venditor ſunt diuerſi fori, ſunt videnda ſcripta per me *cit. lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 11. *num.* 15. poſt Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 29. & Cenc. *tract. de cenſibus, par.* 1. *cap.* 1. *art.* 1. *num.* 29. & Camill. de Curt. *in ſuo diuerſ. feudali, par.* 1. *in quæſt.* quæ incipit, *Redeundo, fol.* 24. *num.* 7. Eſt tamen verum, quod ſi hi annui reditus eſſent illi qui venduntur per Regiam Curiam ſuper functionibus fiſcalibus, & cæteris Regiis impoſitionibus, pro illis poſſeſſores collectas ſoluere cogi non poſſent, vt deciſum ait Zappul. *in prag.* 5. §. 20. *num.* 13. *de adminiſtr. Vniuerſ.* Thor. *in ſuo compend. par.* 1. *in verb. collecta, an imponi poſſit*, & Nouar. *in d. pragmat.* 1. *num.* 7. *de Appret.* 2

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

---

## ARGVMENTVM.

Gabella granorum tot, ſi fuerit impoſita ſuper certa re, putà ſerico, tritico, &c. quæ demum à Principe alicui fuerit conceſſa, ſi contigerit aliam ſuper eadem re aliorum granorum tot imponi gabellam, cuinam ſint applicandæ pœnæ, gabellas predictas fraudantium, an primo conceſſionario, vel Principi, in cuius beneficium ſecunda gabella impoſita fuit, vel potiùs erit locus præuentioni, ſiue fieri debeat diuiſio inter primum conceſſionarium, & Principem pro rata. Feudi alienatione nulla declarata ob defectum Regij aſſenſus, num in reſtitutione fructuum facienda venditori venient pœnæ pecuniariæ, quas emptor ex iuriſdictione conſequutus eſt. Creditor illius, qui gabellam fraudauit, nùm ſuper

ſuper intercepto ſit præferendus Domino Gabellæ.

## DECISIO XXVIII.

CVM dubitaretur, an Cæſarea Maieſtas ſuper gabella ſerici conceſſa iam Principi Biſiniani granorum quinque pro qualibet libra, quæ à Prouinciis Calabriæ extraheretur, potuiſſet in Regij patrimonij augmentum alios granos quinque imponere? Affirmatiuè per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio fuit deciſum. Et cùm demum alius Carolinus impoſitus eſſet, pro ſerico tamen, quod à Regno extraheretur, fuit dubitatum, ad quemnam ſpectarent pœnæ, in quas incidebant, gabellas iſtas fraudantes, vulgò *Intercepta* appellamus; ad Principem nimirum primum gabellæ conceſſionarium, vel ad Regem, vel potius eſſet locus præuentioni, ſiue fieri deberet diuiſio pro rata inter Regem & d. Principem.

1 Hæc cauſa ſolemniter ad relationem Regiæ Cameræ, in Collaterali Conſilio diſcuſſa fuit, & tandem pro Principe deciſum. Ratio deciſionis fuit, quia per conceſſionem factam primæ gabellæ, in Principem conceſſionarium tranſlatum fuit omne ius pœnarum, & contrabannorum aduerſus gabellam illam fraudantes: hoc eſt enim de iure, vt ad quem ſpectat gabellæ exactio, vel quia ſit Dominus, vel quia conductor, ad eumdem ſpectent contrabanna: hic eſt tex. *in l. commiſſa, ff de public. & vectigal. & in l. ſi quis*, vbi Bal. & Salycet. *C. de vectigal. & commiſ.* Idem Bald. *in l. 1. C. ſi aduerſus Fiſcum*, vbi dicit, quod ad quem ſpectat gabellæ collectio, ſpectat pariter pœnarum exactio: & *in cap. 1. de feudi cognit.* ait, quod ementes pedagia, tranſgreſſorum pœnas emiſſe videntur. Idemque confirmat *in l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ.* vbi dicit quòd pœnæ maleficiorum in fructu eſſe cenſentur, & cùm fructus gabellæ ad emptores pertineant, conſequens eſt dicere, vt ad eoſdem pœnæ ſint applicandæ, non enim per impoſitionem nouæ gabellæ primi conceſſionarij, conditio deterior fieri poteſt: Ang. *in l. at ſi quis ff. de pet. hæred.* Alber. *in l. 1. in fine, ff. de vectigal. & commiſ.* & Corn. *conſ. 181. col. 1. lib. 3.* qui dicunt, quod licet Rex poſſit imponere gabellam ſuper re, in qua alia priore loco impoſita eſt, tamen ſi ex huius nouæ gabellæ impoſitione, primæ fieret præiudicium, deberet omninò hoc damnum refici domino primæ gabellæ: vnde merito fuit ordinatum, aliam eſſe imponendam pœnam pro Regia Curia, nimirum pecuniariam, ex quo Intercepta omnino ad dictum Principem conceſſionarium primæ gabellæ ſpectare debent.

## OBSERVATIO.

CONcluſionem illam hic per *D. Regentem* tentam, nimirum, vt ad quem ſpectat gabellæ exactio, vel quia ſit Dominus, vel quia conductor, ad eundem ſpectent contrabanna: Vltra iura, & DD. *hic* citatos firmarunt pariter Bertachin. *tract. de gabel. par. 9. num. 9.* Paſſet. *conſ. 109. ſub num.* 1. Roſental. *de feudis, cap. 5. concl. 40.* Farinac. *in prax. crim. tit. de furtis, quæſt. 172. num. 2.* & Maſtril. *de Magiſtr. lib. 3. cap. 10. num. 132. fol. mihi 365.* quibus addo Barboſ. *in collect. ad l. ſi quis ſine, num. 5. C. de vectigal. & commiſſ.* 1

Et quod pœnæ maleficiorum in fructu eſſe cenſeantur, vltra Bal. quem *hic* citat *Dom. Regens*, ex pluribus probaui ego *lib. 2. mear. reſol. cap. 84.* quo loco dixi, feudi alienatione nulla declarata ob defectum Regij aſſenſus, in reſtitutione fructuum facienda venditori, pœnas venire pecuniarias, quas emptor ex iuriſdictione conſequutus eſt, licèt nullatenus in liquidatione releuij, quæ rationes, de quibus per Dom. Reg. Moleſ. *deciſ. 9. in tit. de iure Releuij*, & Dom. Regentem Conſtantium *in l. 1. num. 67. & ſeq. C. pœnis fiſcal. cred. præferri*, quas retuli ego *cit. cap. 84. num. 4.* 2

Sed an ſuper Intercepto, concurrente creditore illius, qui gabellam fraudauit, ſit pro ſuo credito præferendus Domino, ſiue conductori gabellæ; dico indubitanter quod ſic, per text. *in l. 1. C. pœnis fiſcalibus credit. præferr.* & *ibi* Dom. Reg. Conſtant. *num. 56.* quò loci dicit, non ſolùm creditores hypothecam habentes; ſed etiam eos, qui ſunt in actione perſonali, Fiſco agenti pro pœna fore præferendos. Sed hoc verum addit *num. 79.* ſi re integra creditor concurreret, quia ſi poſtquam Fiſcus pœnam illam ſibi incorporauit, nihil à Fiſco prætendere poterit, ad text. *in l. ſed an hic, ff. quod cum eo: in l. ex facto, ff. de pecul. in l. referre, §. fin. ff. de iure Fiſci, & in l. pecuniam, C. de priuileg. Fiſci.* 3

## *ARGVMENTVM.*

Generalis Regiarum Triremium Regni Neapolis, an & quando, inſtante fiſco Regij patrimonij, teneatur reddere rationem de his, quæ ad officium ſuum ſpectant. Obligatus ad ratiocinia, num præſcriptionis prætextu poſſit ſe à reddenda ratione liberari; ad ornatum text. *in l. 1. §. officio, ff. de tutel. & rationibus diſtrahen. & vtili curat. cauſa actione*, & *in l. excellentia, Cod. de erogatione militaris annonæ, lib. 12.* Ratiociniis obnoxij, num ab Ordinum ſuſceptione repellantur, quouſque à rationibus reddendis eximantur? & de aliis notabilibus.

DECISIO

Digitized by Google

## DECISIO XXIX.

Illvstris Don Garſia à Toleto Generalis Regiarum Triremium Regni huius, à Regio Fiſco iudicialiter moleſtabatur, ex eo quod tempore hyemali non aliter in dictis Regiis Triremibus, illos ſolitos tenuerat Officiales, ſeu milites, qui pro ſeruitio Regio deputati erant, & tamen Regia Curia ex integro eidem Generali ſolita ſtipendia ſoluerat: Vnde ex hoc inſtabat Fiſcus, illum condemnari ad exburſandum Regiæ Curiæ magnam pecuniarum quantitatem, ſiue ad reddendum computa quantitatum pecuniarum pro gubernio dictarum Regiarum Triremium receptarum, vnà cum reliquorum reſtitutione: ad quod Generalis cùm ad nihilum teneri reſpondiſſet; dubitatum fuit, vtra partium meliora foueret iura.

1 Relata cauſa per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, & coram Domino Cardinali della Cueua Locum-tenente generali, per omnes Dominos Regentes Regiam Cancellariam, & per Regiam Cameram, vno excepto Præſidente, qui fuit Paulus de Magnanis, ac cum interuentu Regij Conſiliarij Scipionis de Aretio, fuit deciſum pro Don Garzia Generali.

2 Ratio deciſionis fuit, quia Fiſcus non erat in probatis, Generalem non tenuiſſe milites, & Officiales in Regiis Triremibus tempore hyemis: & ſic fiebat locus regulæ, *Actore non probante*, *&c.* Et quoad redditionem computorum, etſi pro Fiſco allegarentur iura *in l. 1. §. officio*, vbi Bar. *ff. de tutel. & ration. diſtrah. & in l. excellentia, C. de erogat. milit. annona*, vbi Io. de Plat. *lib. 12.* ex quibus, Doctores concluſionem deſumunt, vt quilibet bonorum alterius adminiſtrator, ſiue cum mandato, ſiue ſine eo, teneatur reddere computum, & reliqua reſtituere: id quod etiam firmauit Socin. *conſ. 2. & 46. lib. 1.* Dicebatur tamen concluſionem hanc, quamuis veriſſimam, Generali non obſtare, quia illud, quod ipſe receperat, dabatur ei, vt expenderet pro ſoldo, victu, & omnibus aliis neceſſariis expenſis dictarum Regiarum Triremium, ac proindè aliud dare computum non tenebatur, niſi quando recepiſſet vltra id, quod ſingulo quoque menſe ſolui conſuetum erat, quia tunc de illo pluri computum dare debuiſſet. Dicebatur præterea Generalem non fuiſſe ſimplicem adminiſtratorem, ſed potius ſuarum operarum locatorem, quia ipſe ſuæ Catholicæ Maieſtati inſeruiebat, vt Capitaneus Generalis, & cum illa pecuniarum quantitate, & aliis neceſſariis, quæ ſingulis menſibus ſolui, & præſtari conſuetum erat, & ſic tenebatur ſeruire, & omnia neceſſaria facere pro beneficio, & commodo Regiarum Triremium. Vnde videbatur, contractum eſſe locationis & conductionis, vel ſaltem contractum innominatum, do, vt facias.

---

### OBSERVATIO.

Concluſio illa, quam *hic* annuit *Dom. Reg.* nimirum, vt quilibet bonorum alterius adminiſtrator, ſiue cum mandato, ſiuè ſiue mandato, teneatur reddere computum, & reliqua ſoluere, exornatur ab Eſcobar, *in ſuo tract. de ratiocin. cap. 3. num. 31.* vbi ex Damauder. *in tract. de tutor. & curat. fol. 66. num. 17.* expreſſis verbis docet, quemlibet adminiſtratorem, ſiue neceſſarium, ſiue voluntarium, à lege, Iudice, vel homine conſtitutum, etiam ſi ſine mandato adminiſtrauerit, ſuæ villicationis, ſiue geſtionis rationem ei, cuius intereſt, reddere eſſe obnoxium: ſubdens ex Bero. *quæſt. familiar. 15.* ex Ioſeph. Ludou. *deciſ. 4. num. 4.* nec ſummum Pontificem, ſi alicuius bonorum adminiſtrator extiterit, ab hoc redditionis onere eſſe exemptum. Eſtque concluſio hæc adeò vera, vt procedat adhuc ſi teſtator, vel Dominus, qui in vita, vel in morte aliquem adminiſtratorem elegerat, neceſſitatem reddendæ rationis ei remiſerit, vt hac remiſſione non obſtanre, hic qui adminiſtrauit, ad rationum redditionem, & reliquorum reſtitutionem teneatur: ita ſatis bene ſcripſerunt Ruyn. *conſ. 54. n. 12.* Damauder. *de tutor. cap. 3. ex numer. 27.* Couar. *lib. 2. var. cap. 14.* Eſcob. *cit. tract. de ratiocin. cap. 5. num. 3.* vbi *num. ſeq.* huius dicti rationem aſſignat, quia cum ius hoc reddendi rationē fauore publico ſit introductum, priuatorum pactionibus remitti non poteſt; ad quod allegat text. *in l. quidam decedens, ff. de adminiſtr. tutor.* ſubdens circa hoc, illud verum eſſe, nimirum remiſſionem hanc operari, vt ſcrupuloſa, nimiſque curioſa inquiſitio non fiat: ad text. *in l. ſi ſeruus vetitus ff. de legat. 1.* 1

Inſuper, adeò priuilegiatam hanc computorum redditionem dicimus, vt ratiociniis obnoxij ab Ordinum ſuſceptione repellantur, quouſque à rationibus reddendis eximantur, *cap. 1. de obligat. ad ratioc. can. magnus, 54. diſt.* Ego ipſe *lib. 2. reſol. iuris, c. 177.* Idémque ſi Religionem aliquam ingredi vellent, vt nullatenus ante redditionem rationum ad illam admitti debeant, Eſcob. *loco cit. cap. 4. num. 3.* Sed an præſcriptionis prætextu poſſit quis à reddenda ratione liberari, vide Rot. Genuenſ. *deciſ. 20. numer. 10. & 13.* vbi, quod cùm adminiſtrator in rationibus reddendis, in mala fide verſatus ſit, nullo vnquàm tempore huic rationi præſcribere poterit: & *in deciſ. 203. num. 4. & 5.* hanc concluſionem procedere ait, etiam in hærede adminiſtratoris, ex eo quod ſucceſſor dicitur vitiorum defuncti: & hoc in ſpecie concludit Alex. *conſ. 99. num. 5. lib. 4. & conſ. 51. num. 7. lib. 5. & conſ. 4. num. 21. lib. 2.* vbi de communi teſtatur, Eſcob. *cit. cap. 5. num. 25.* 2

### ARGVMENTVM.

Alimenta, quæ debentur viduæ mulieri, durante anno ad reſtituendam dotem in pecunia conſiſtentem à lege conceſſo; ſi non fuerint præſtita, nùm peti poſſint, cùm durante anno luctus pro illorum præſtatione non



Digitized by Google

non fuiſſet interpellatus hæres. Mulier an poſſit petere alimenta ab hæredibus viri intra annum à lege conceſſum ad dotem in pecunia conſiſtentem reſtituendam, ſi habet aliunde, ex quo viuere poteſt. Alimenta præterita, an, & quando ab alimentario peti poſſint. Pater an, & quando cogi poſſit ad ſoluendum debitum per filium contractum ex cauſa alimentorum.

## DECISIO XXX.

VXOR Comitis Nolæ Rebellis, obtenta dotis reſtitutione poſt decem menſes elapſos à die quo Regius Fiſcus ingreſſus fuit poſſeſſionem bonorum eius viri, inſtitit, eundem Regium Fiſcum condemnari ad alimenta, quæ durante dicto tempore non fuerunt ei præſtita, provt præſtari debebant: quare dubitari contigit, an petitio hæc iuris fundamento niteretur.

1 Regia Camera decreuit, Fiſcum eſſe ab impetitis per Comitiſſam abſoluendum. Ratio deciſionis fuit, quia quamuis quando dos conſiſtit in pecunia, durante anno ad reſtituendum, viduæ mulieri alimenta præſtari debeant, etiam præterita, ſi aliunde non habuit vnde ſe alere potuiſſet, vt dixit Bal. *in l. de alimentis*, *C. de tranſaction.* quem ſequitur Socin. *conſ.* 57. *In cauſa reſtitutionis in integrum*, *col.* 8. *lib.* 4. & vt hæc petitio procedat, etiam ſoluta dote poſt annum, vt per Bal. & Imol. *in l. ſi marito*, *§ ſi fundum*, *ff. ſolut. matr.* attamen dictum fuit, hanc procedere concluſionem, quoties mulier, quæ petit alimenta præterita, in illo anno viri hæredes interpellauit, vt ei alimenta præſtarent, & non præſtiterunt, ſicque eos in mora conſtituit; aliàs ſi ipſa non petiit, provt in caſu de quo agebatur, & reperitur alimentata, nihil petere poteſt: ita Paul. de Caſtro *in l. diuortio*, *ff. ſoluto matrim.* quem *ibi* ſequuntur Alex. Iaſ. & alij, iidemque *in d. l. de alimentis*, *C. de tranſaction.* vbi aduertunt, ita eſſe *ibi* intelligendum Bal. dùm dixerat, viduam poſſe petere alimenta etiam pro tempore præterito: quia intelligitur, ſi illa petiit.

2 Dicebatur inſuper, alimentorum petitionem à Comitiſſa factam, ex alio non proceſſiſſe, ex quo aliundè habuit vnde ſe alere potuit: quo caſu ex receptiſſima DD. ſententia hæredes non tenentur: ita Dyn. Bar. Bal. Ang. Alex. Aret. Iaſ. & cæteri paſſim, tam *in l. diuortio ff. ſoluto matrim.* quàm *in l. vnica*, *§. exactio*, *C. de rei vxor. action.* Specul. *in tit. qui filij ſint legit.* *§. ſed nunquid ſi vxor*, & Alexand. *conſ.* 27. *col. penul. vol.* 4. in quibus locis vno ore concludunt, hæredes viri infra annum datum ad reſtituendam dotem in pecunia conſiſtentem, ad tex. *in d. §. exactio*, non teneri ad alimenta, quando mulier aliundè habet ex quo viuere poſſit, ſed tantum quando nihil habet: Etenim hoc eſt de iure, vt ille, cui ex legis diſpoſitione, vel officio Iudicis alimenta debentur, ita demùm petere ea poſſit, ſi aliunde non habet vnde ſe alat: hic eſt text. *in l. ſi quis à liberis*, *ff. de liber. agnoſcendis*, & caſu quo vxori alimenta deberentur, dictum fuit, ipſi competere actionem hypothecariam, ſicut illa competit pro dote, ita originaliter hoc dixit Iacob. de Arena; quem refert, & ſequitur Bar. *in l. ſi cùm dotem*, *§. ſin autem in ſæuiſſimo*, *ff. ſolut. matr.* Et licet in hoc contrarium aliqui tenuerint, dicebat tamen Bartoli ſententiam veriorem, & communionem eſſe: ad tradita per Socin. *conſ.* 41. *vol.* 4. Aret. *in l. placet*, *col.* 2. *ff. de acquir. hæred.* Paul de Caſtr. & Alex. *in d. §. ſin autem in ſæuiſſimo*, Neguſant. *in tract. de pign. in* 2. *p.* 4. *memb. num.* 48. & Afflict. *deciſ.* 10. *num.* 3.

Dicebatur & tandem omnia *ſupra* iam dicta procedere, iure communi attento, at quando de his in hac ciuitate dubitari contingeret, recurrendum eſſe ad Conſuet. quæ incipit, *Viro mortuo*. 3

---

## OBSERVATIO.

COncluſio *hic* per *Dom. Regentem* firmata, nimirum quod quando dos conſiſtit in pecunia, durante anno ad illam reſtituendam, viduæ mulieri ſint alimenta præſtanda, dummodò aliunde non habeat, vt ſe alere poſſit, communiter recepta eſt: & vltra DD. *hic* relatos, ex recentioribus eam tenuerunt Theſaur. *deciſ.* 43. *num.* 1. vbi Gaſpar. filius *in addit.* Surd. *in tract. de alimen. tit.* 1. *q.* 44, *num.* 11. *&* 48. Vincent. de Franchis *deciſ.* 489. *num.* 1. Queſada *diuerſ. iur. quæſt. c.* 21. Peregr. *deciſ.* 83. *num.* 14. & Fontanel. aliis omiſſis, *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gl.* 3. *par.* 5. *num.* 6. Et hoc, vt aduertit *Dom. Regens*, ſi viri hæredes interpellet vxor ſuperſtes, vt ei alimenta præſtent: nam ſi interpellati non eſſent, vellétque mulier præterita alimenta petere, cùm durante anno luctus, pro illorum præſtatione non egerit, nullo pacto eſſet audienda, vt ſatis notanter ait deciſum Theſſ. *deciſ.* 44. vbi aduertit, quod licet Pontan. & Padilla, quos allegat, dixerint hoc bene procedere, niſi æs alienum contraxiſſet, fuerint tamen iſti alloquuti, quando alimenta actionis iure debentur, non autem Iudicis officio: ſed hoc meliùs infra. Hæc iure communi attento. 1

De iure verò conſuetudinario huius præclariſſimæ Ciuitatis, ad quod, quando apud Nos caſus contingit, monet *D. iſte Regens* eſſe recurrẽdum; eſt aduertendũ, aliter materiam hanc eſſe tractandã: nam ſi viri defuncti filij communes eſſent hæredes, tenerentur pro primis ſex menſibus alimenta matri pręſtare: ſi verò fuerint extranei, nullatenus: vt *in conſuet. Viro mortuo. verſ. hæredéſque mariti.* Et in hoc peioris conditionis 2

Digitized by Google

tionis eſſe filios, quàm extraneos, ex Napodan. dicit D. de Franchis *loco cit. num.2.* qui demum poſt Capyc. *deciſ.24.num.11.* in dubium reuocat, an hoc, quod conſuetudo dicit de hæredibus extraneis, vt ad alimenta mulieri ſuperſtiti non teneantur, procedat, quando mulier non habet vndè ſe alat? & quod in hoc caſu ſint alimenta præſtanda, per S. C. deciſum fuiſſe teſtatur, & de hac deciſione meminerunt P. Molſes *in comment. ad conſuet. Neap. par.6. q.10. numer.6.* Riccius *collect.98.* & Io. Petr. Fontanella *de pactis nupt. clauſ.6. gloſſ.2. par.1. num.38.*

3 Illud tamen in hac alimentorum materia erit generaliter aduertendũ, quod quando dubitari cõtingeret, an alimenta præterita ab alimentario peti poſſint, diſtinguendum eſt, an Iudicis officio, an vero actionis iure ſint debita: vt ſi officio Iudicis, nullatenus peti poſſint, provt ſunt alimenta, quæ debentur à patre filio: ad text. *in l. ſi quis à liberis, ff. de liber. agnoſc.* niſi filius pro ſe alendo, ab aliis mutuò pecuniam accepiſſet, quo caſu, non ipſi filio, ſed mutuatario actio competeret aduerſus patrem, à quo alimenta erant præſtanda; ſi verò alimenta actionis iure deberentur, vt quia ſunt debita ex contractu, vel ex teſtamento, & tunc ſemper præterita petuntur: videantur in vtroque caſu Bar. *in l. libertis quos, §.1. ff. de alimen. & cibar. leg.* Paul. de Caſtr. Alex. Dec. & alij *in l. de alimentis, C. de tranſact.* Afflict. *deciſ.10.* Surd. *de aliment. tit.5. quæſt.1. à num.40.* Ant. Faber *diffin.20. C. de action. & oblig.* Polydor. Rip. *obſer.305. per totam,* Hercul. Mareſc. *var. reſol. lib.2. cap.83. num.2.* Gratian. *diſcept. forenſ. lib.1. cap.60. num.19.* & Fontanell. omnino videndus *loco cit. clauſ.6. gloſſ.2. par.3. à num.34. vſque ad 38.*

4 Quod autem modò dixi, vt pater teneatur ad ſoluendum id, quod alius filio dedit, vt ſe alere poſſit, in vna facti contingentia Ego dicebam, hoc eſſe intelligendum, ſi eo tempore cogi poſſet pater ad alimenta præſtanda fiſco, extra domum: quia cum pater regulariter ad id cogi non poſſit, vt probant DD. relati à Surd. *cit. tract. de aliment. tit.4. quæſt.14. num.9.* & à Paſcal. *de viribus patr. poteſt. par.2. cap.3. à n.37.* ſi cauſæ legitimæ non ſe offerunt, ex quibus filius ſeorſum à patre vixit, nullatenus dici poteſt, teneri patrem ad ſoluendum debitum à filio ex cauſa alimentorum contractum, provt in vxore ſine cauſa diſcedente à domo viri, tradit Ruuios *in repet. rubr. de donation. inter vir.* & in filio, Molſeſ. *ad Conſuet. Noſtras: par.5. tit. de alim. q.2.* & ad materiam vide Pinell. *de bonis mater. par.1. l.1. à num.54.* Hieronym. Magon. omnino *deciſ. Florent.113.* vbi expreſſis verbis docet, nullo pacto teneri patrem, filio ſeorſum habitare volenti alimenta præſtare, niſi iuſta cauſa aliter ſuaderet, veluti ſæuitiæ, & mali mores alere debèntis, & ſimilia, ex quibus receſſus à paterna domo abſque alimentorum amiſſione permittitur.

5 Idémque in vxore, quæ videns maritum tenere concubinam, ab illius domo diſceſſit, vt huic ſint à marito extra domum præſtanda alimenta, ex quo iuſta de cauſa abiit, decidit S. Conſ. penes Afflict. *cit. deciſ.10. per totam,* cui adhæſerunt D. de Franch. *deciſ.605.* Aluar. Valaſc. *deciſ. Luſit.1. num.5.* Rebuff. *in comment. ad Conſuet. Franc. in tit. de ſenten. præiudicial. ſeu prouiſion. gloſſ.2. num.5. & in verbo ex materia de dote, gloſſ.1. num.7.* Card. Put. *deciſ.208. p.1.* Peguer. *dec. Cathalon.20.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ.46. num.4.* Mynſinger. *ſingul. obſer. cent.1. obſer.64.* vbi idem in Camera Imperiali iudicatum teſtatur, Nunc. Pellic. *ad Conſuet. Anerſ. cap.9. num.145.* Surd. *tract. de alimen. tit.1. q.3. & 118.* Anton. Fab. *diffin.26. C. de rei vxor. action.* Verall. *deciſ.18. p.1.* Maranta *in ſuis ſingul. in verb. aliment.* Cardinal. Mant. *deciſ.195. n.2.* Campanil. *in ſuo diuerſ. iur. Canon. rubr.6. cap.3. ſub num.44. verſ. ſed mulier. fol.101.* vbi bene in hac materia loquitur, Conſiliar. Theodor. *alleg.64. num.15.* Franciſ. de Petr. *conſ.54. num.13.* & alij, quibus addo noſtrum Io. Vincent. de Anna *ſingul.21.* vbi teſtatur, vidiſſe per S. C. decerni alimenta vxori fugitiuæ, iuſta vel iniuſta cauſa concurrente, & quod pro alimentis vxori debitis bona viri tacite ſint oligata dixerunt Bar. *in l. ſi cum dote, §. ſin autem in ſæuiſſimo, ff. ſolut. matr.* Specul. *in tit. de donat. inter vir. & vxor. §. formatis, verſ. ſed numquid.* Afflict. *loco cit. num.5.* Mynſinger. *relata obſer.64.* Ant. Cordub. *in l.1. §. ſi quis ex his, n.34.35. & 38. ff. de liber. agnoſcen.* Franc. Burſ. *conſ.120. num.28. & ſeq. lib.1.* Cannet. *in cap. Volentes Regni Siciliæ, pag.94. num.18.* 1

## ARGVMENTVM.

Exceptio Pragmaticæ Sanctionis editæ Thori, an poſſit opponi in quacumque parte iudicij. Sententia ſi ex duabus cauſis reperiatur lata, vna nimirum falſa, & alia vera, an ſuſtineri poſſit ex cauſa vera, nec aliter illam vitiari ex cauſa falſa. Oppoſita à Reo exceptione Pragmaticæ Sanctionis editæ Thori, num valeat illius procurator abſque ſpeciali mandato conſenſum præſtare, vt procedatur ad vlteriora in cauſa. Prorex Regni huius an diſpenſandi facultatem habeat ſuper Pragmatica prædicta. Procurator an poſſit præſtare conſenſum, vt expediatur cauſa ſine termino. Exceptio anomala an poſſit opponi in quacunque parte iudicij. Exceptio quando dicatur reiecta per progreſſum ad vlteriora? & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XXXI.

IN cauſa Baroniæ S. Georgij Prouinciæ Calabriæ vltrà, oppoſita per Ducem Sueſſæ exceptione Pragmaticæ Sãctionis editæ Thori, *in 2. c.* illáque per decretum Collateralis Conſilij reiecta, aſſiſtente Illuſtr. Domino Prorege, & mandante, vt oppoſitis non obſtantibus, procederetur in cauſa. Elapſis demum annis triginta, & vltra, compilato iam proceſſu ſuper inſtituto iudicio, Dux conuentus iterum eandem oppoſuit exceptionem: & cùm eſſet per actorem Paulum de Maſtro iudice replicatum, obſtare exceptionem rei iudicatæ, 1

Digitized by Google

dicatæ, cùm aliàs propoſita exceptio hæc Pragmaticæ fuerat reiecta, contigit dubitari, an exceptio iſta iterum opponi potuiſſet, vel potius nulla de ea ratione habita, vti aliàs reiecta, ad cauſæ principalis expeditionem procedi deberet.

2 Ad huius dubij deciſionem fuerunt in Collaterali Conſilio vocati omnes Domini de Sacro Conſilio Caſtri Capuanæ, & Regiæ Cameræ Summariæ, & poſt multa hinc indè pro vtraque parte ponderata, prodiit deciſio, eſſe procedendum ad expeditionem cauſæ, in qua diſcuti deberet de viribus dictæ Pragmaticæ, ita vt de illa, in deciſione haberetur ea ratio, quæ de iure habenda eſſet, ſicque extitit decretum publicatum.

3 Principalis ratio huius determinationis fuit fundata in decreto prædicto Collateralis Conſilij, quo prouiſum extiterat, vt oppoſitis non obſtantibus procederetur in cauſa: quod decretum dictum fuit, poſſe intelligi, fuiſſe fundatũ ex duplici cauſa, vel quod Dom. Prorex voluerit ſuper Pragmatica diſpenſare, vel determinare quod Pragmatica in caſu, de quo agebatur, nõ obſtabat; vnde dicebatur, quod ſi decretum illud ſuſtineri non poterat ex prima cauſa, eo quod Dominus Prorex diſpenſandi poteſtatem non habebat, ſuſtinebatur tamen ex alio capite, nimirum, quod Pragmatica non obſtabat: id quod citra omne dubium poterat per Dom. Proregem, & Collaterale Cõſilium determinari. Et ex hoc dicebatur, quod ſi decretum ex duabus expreſſis cauſis reperitur latum, vna nimirùm falſa, & alia vera, ſuſtinebitur ſine dubio ex cauſa vera, nec aliter vitiabitur ex cauſa falſa: dictum hoc, eſt Innocentij *in c. in præſentia, extra de renunciat.* quod ſingulare, & Legiſtis incognitum exarat Io. de Imol. *in l. ſi plagij* 123. *num.* 2. *ff. de verb. obligat.* vbi etiam Franc. de Aret. & ſequitur Alexand. *in l. iuſte poſſidet, col.* 6. *ff. de acquir. poſſ.* & cum demum fuiſſet proceſſum ad expeditionem cauſæ principalis, cum Votantes eſſent numero vndecim, quinque fuerunt voti, ſtante ſupradicto decreto, quo mediante extiterat exceptio hæc reiecta, non poſſe amplius de Pragmatica loqui: alia verò ſex vota fuiſſe in contraria ſententia, nimirum obſtare Regiam Pragmaticam *in* 2. *capite*, & ſic prodiit ſententia, actorem non eſſe in iuribus ſuis audiendum.

4 Vnde ex his nulla fuit habita ratio de aliis, quæ pariter pro parte actoris allegabantur, nimirum, procuratorem Ducis rei conuenti expreſſe conſenſum ſuum præſtitiſſe, vt in cauſa procederetur; nam reſponſum fuit, procuratorem poteſtatem hanc, conſenſum præſtandi, abſque ſpeciali mandato non habere; huiuſmodi enim conſenſus remiſſionem, ſiue donationem continet, quam procurator facere non poteſt: *l. contra iuris, §. Tin ff. de procur. l. filiusfam. ff. de donat. l. creditor, §. Lucius, ff. mand.* facit, quod notat Bar. *in l. fin. in princ. ff. de his, quæ in fraud. credit.* vbi dicit, procuratorem peremptoriæ exceptioni renunciare non poſſe, quia hoc eſſet donare: imò, quod nec etiam poſſit ille exceptioni dilatoriæ renunciare, quia idem eſſet.

Minus etiam obſtare dicebatur, quod hæc exceptio de nouo opponebatur, compilato proceſſu, vnde ſi illa, vti dilatoria conſideratur, ante litis conteſtationem opponi debet: ſin autem peremptoria, ſtatim lite conteſtata. Etenim reſpondebatur, verius eſſe, vt poſſit exceptio hæc in quacunque iudicij parte opponi, cùm ſit exceptio audientiam denegans, quæ ſemper clamat. 5

Nec fuit in conſideratione, quòd à Principio litis, cùm fuiſſet per Ducem oppoſita, Dominus Prorex, decreto mediante, mandauerat, quod oppoſitis non obſtantibus procederetur in cauſa; ob quod dicebatur, Proregem diſpenſaſſe: etſi verum eſt, quod Iudex, qui oppoſitis exceptionibus, ad vlteriora procedit, videtur illas reiicere: per text. *in l. à procedente*, vbi Bar. *C. de dilat. & in c. cùm ſuper, de offic. deleg.* vbi dicit Abb. ex hoc ſolo poſſe excipientem appellare, quia perinde eſt, ac ſi exceptio eſſet reiecta, quantò magis in caſu propoſito, in quo expreſsè, oppoſita exceptione, fuit interloquutum quòd procederetur in cauſa: Etenim fuit conſideratum, hoc decretum per viam diſpenſationis proceſſiſſe, quam quidem diſpenſationem D. Prorex ex defectu poteſtatis concedere non poterat, &c. 6

## OBSERVATIO.

QVatuor principales concluſiones in hac deciſione obſeruo, quarum *Prima* eſt, quod ſi decretum ex duabus cauſis reperitur latum, vna nimirum falſa, & alia vera, ſuſtinebitur ſine dubio ex cauſa vera, nec aliter vitiabitur ex cauſa falſa, quod eſt ſingulare dictum Innocent. *in c. in præſentia, extra de renunciat.* Sed quæro, quid dicendum, ſi eſſet in vna parte nullum, nùm tale in totum ſit cenſendum? Dic quod ſic, ſi materia eſt indiuidua: Bar. *in l. fin.* per iſtum text. *in fine*, vbi Abb. *num.* 16. Caſtrenſ. *numer.* 10. *ff. de iuriſdict. omnium iudic.* Card. Put. *dec.* 315. *lib.* 1. Socin. *conſ.* 105. *num.* 6. *lib.* 4. Riminal. iun. *conſ.* 127. *num.* 15. *lib.* 2. de Franch. *deciſ.* 173. *num.* 4. Mohedan. *deciſ.* 10. *de re indic.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 529. *num.* 46. Rota coram Buratto *deciſ.* 29. *numer.* 15. & *ibi* Ferentil. *in annotat. num.* 26. vbi *num. ſeq.* ſubdit ſecus eſſe, quoties ſententia plura contineret capita ſeparata, quia tunc ſuſtinebitur in vno, licèt quoad aliud infringatur, allegat Corne. *conſ.* 49. *num.* 15. *lib.* 2. Gabr. *conſ.* 56. *num.* 19. *lib.* 1. & alios, quibus addo noſtrum Reg. Lanar. *conſ.* 33. *numer.* 20. vbi ait, quod quando ſententia plura continet capitula ſeparata, vel vnum diuiſibile, poteſt pro parte acceptari, & pro parte non. 1

Secunda concluſio, de qua *hic* per *D. Regentem*, ea eſt, 2

Digitized by Google

eſt, nimirum, quod quando Iudex, oppoſita à Reo exceptione aliqua, non poteſt ſine illius conſenſu ad vlteriora procedere, nullo pacto valeat procurator, abſque ſpeciali mandato conſenſum præſtare, vt in cauſa procedatur. Dic tu, huius concluſionis eam eſſe rationem, quia procurator ſic ſuum conſenſum præſtans, illius Iudicis iuriſdictionem prorogat, & abſolutum eſt, procuratorem abſque ſpeciali mandato iuriſdictionem Iudicis ordinarij, vel delegati prorogare non poſſe, ita Innocent. *in cap. de cauſis, de offic. delegat.* Caſtrenſ. *in l. 1. ff. de iudic.* Guid. Pap. *dec.* 462. *in fine*. & *in ſingul.* 270. Balb. *deciſ.* 66. Roman. *conſ.* 48. *ante num.* 2. & Cancer. *var. reſol. tit. de procur. numer.* 31. quos omnes retuli Ego *lib.* 1. *mear. reſol. c.* 66. *num.* 7. vbi ſuſtinui, nullatenus potuiſſe procuratorem ſuum accommodare conſenſum, vt expediatur cauſa ſine termino, quia ſic prorogabatur illius Iudicis iuriſdictio, nam cùm certum ſit, Iudicem non poſſe abſque termino cauſam expedire, niſi eſſet merus iuris articulus, quo caſu ſine dubio poſſet, vt pluries per S.C. deciſum teſtatur Sanfel. *deciſ.* 17. & eſt text. *in c. ſæpè, de appellat.* quem allegabam *cit. cap.* 66. *num.* 6. conſentiens procurator, vt Iudex cauſam ſine termino expediat, prorogat, extenditquè illius iuriſdictionem; id quod ſine ſpeciali mandato peragere non poteſt, vt per DD. *ſuprà* citatos.

3 Tertia eſt Concluſio, quod exceptio Regiæ Pragmaticæ editæ Thori poſſit opponi in quacunque parte iudicij, & ſic tam ante, quàm poſt litem conteſtatam, imò compilato proceſſu, cùm ſit exceptio audientiam denegans; Dic, hoc dictum eſſe veriſſimum, illudquè tale in vna facti contingentia demonſtraui pro D. Franciſco de Tufo contra Ducem Vetri, qui cum in S.C. allegaſſet tranſactionem initam inter ipſum, & dictum Don Franciſcum, nullam declarari debere, oppoſuit Don Franciſcus, licèt poſt litem conteſtatam, non poſſe Ducem audiri, niſi facta priùs reali ſolutione, ex quo inſtrumentum erat reſciſſum, vel ad minus, facto depoſito, ſiue eo in vinculis conſtituto. Et cùm pro parte Illuſtris Ducis replicaretur, exceptionem hanc, vt dilatoriam opponi debuiſſe ante litem conteſtatam: Reſpondi Ego, potuiſſe illam adhuc poſt litem conteſtatam opponi, cum eſſet exceptio, quod actor non audiatur, quam poſſe in quacunque parte iudicij opponi, allegabam probaſſe Bar. *in l. eleganter* 23. *§. ſi quis poſt, num.* 6. *ff. de condict. indeb.* Bal. *conſ.* 150. *lib.* 2. Rip. *in l.* 1. *§. ſublata, num* 13. *ff. ad Trebell.* & ſatis notanter Sigiſmund. Loffred. *conſ.* 12. *num.* 35. ſicquè in cauſa prædicta, iunctis Dominis Conſiliariis duarum Aularum obtinui, vt videre eſt penes Conſiliarium Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 45. *à num.* 13. *ad finem.*

4 Ad declarationem autem alterius concluſionis, quod Iudex, qui oppoſitis exceptionibus ad vlteriora procedit, videtur illas reiicere, ſicque videri eum tacitè pronunciaſſe, & interloquutum fuiſſe, cùm ad vlteriora in cauſa proceſſerit; Dic tu cõcluſionẽ hanc bene procedere, quando oppoſita exceptione aliqua, fuerit de illius iuſtitia corã Iudice inter litigantes diſcuſſum; qua diſcuſſione facta, Iudex non aliter ſuper ea pronunciauit, ſed ad vlteriora in cauſa proceſſit; ſecus verò, quando oppoſita exceptione, nulla diſcuſſione facta, Iudex ad vlteriora proceſſit, hoc enim caſu per proceſſum ad vlteriora, modo aliquo dici poteſt, tacitè fuiſſe ſuper oppoſitis pronunciatum. Videantur quæſo infraſcripti Doctores, ex quorum dictis diſtinctio hæc comprobatur: Bar. *in l. à procedente, num.* 4. *verſ. quandoque Iudex, C. de dilation.* ibique Alex. *in addition.* Paul. de Caſtro *in l. fin. num.* 7. *ff. ſi cert. pet.* Ang. *conſ.* 88. Ludouic. Roman. ſatis bene *conſ.* 220. *num.* 8. *verſ. tertia concluſio eſt, & conſ.* 241. *num.* 7. *verſ. vltimò ſi dicatur*, & vtrobique Mandoſ. *in addition.* Felin. *in c. ſuborta, col.* 4. *verſ. limita tamen prædicta, de ſenten. & re iudic.* Iaſ. *in l.* 2. *circa finem, C. ſi quis in ius vocat.* Boër. *deciſ.* 43. *num.* 5. Ego ipſe *lib.* 2. *reſol. iuris*, *cap.* 199. & cum hac diſtinctione intelligendi ſunt Aret. *conſ.* 107. Iaſ. *conſ.* 105. *num.* 9. *lib.* 9. Dec. *conſ.* 176. Ruin. *conſ.* 217. *num.* 18. & 164. *num.* 12. *lib.* 5. Menoch. *conſ.* 153. *num.* 34. *verſ. nam cùm proceſſerit Iudex*, & Auguſtin. Barboſ. *in collect. ad d. l. à procedente.*



## *ARGVMENTVM.*

Conductor prædiorum Eccleſiæ, num pro fructibus collectis in fundo conducto, quos ad Ciuitatem introducit, teneatur in ingreſſu ſoluere gabellam, quam cæteri ciues pro fructibus ſuorum bonorum ſoluunt. Emphyteuta laicus num pro bonis, quæ in emphyteuſim tenet ab Eccleſia, teneatur collectas ſoluere. Immunitas conceſſa Baronibus in Dohanis huius Regni pro fructibus, qui in bonis feudalibus ſunt collecti, num conductores comprehendat? & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XXXII.

IN cauſa vertente inter Vniuerſitatem Polignani, & Franciſcum Thadæum Venetum conductorem redituum Epiſcopatus illius Ciuitatis, fuit ſatis doctè diſputatum, an conductor prædiorum Eccleſiæ pro fructibus collectis in fundo conducto, quos ad Ciuitatem introducit, teneatur in ingreſſu ſoluere gabellam, quam cæteri ciues pro fructibus ſuorum bonorum ſoluunt? in qua quidem quæſtione,

Regia Camera, nemine contradicente, decreuit, conductorem bonorum Eccleſiæ in ingreſſu Portæ Ciuitatis, pro fructibus quos immittit, gabellam ſoluere teneri, deducta tamen illa parte, quæ concernit quantitatem ſoluendam Eccleſiæ pro affictu. 1

Hæc deciſio, ratione & authoritate munita fuit: ratione, quia eo ipſo, quod fructus in caſu propoſito ſunt collecti, & ſic à ſolo ſeparati, dominium illorum tranſit in conductorem, hic eſt text. *in l. ſi apes* 26. *in* 2. *par. ff. de furtis*, ſicque non dicuntur amplius fructus Eccleſiæ, ſed Arrendatoris, & conſequenter cum ſit ille laicus, omni iure ſoluere tenetur datium, quod ſuper fructibus impoſitum



Digitized by Google

ſitum eſt. Nec dices, per indirectum, hoc redundare in damnum Eccleſiæ, quæ tanto minus fundum ſuum locat, dum conductor pro fructibus colligendis gabellam ſoluit: quia hoc motiuum non procedit, quando conductor ſit immunis, prout in caſu, de quo agebatur, à ſolutione datiorum pro integra illa parte fructuum, quæ concernit illud, quod Eccleſiæ pro affictu ſoluitur. Vltra quod lex hoc non conſiderat. Videmus enim Fiſcũ eſſe immunem ab omnibus datiis & gabellis, *l. locatio, §. fiſcus, ff. de publ. & vectig.* & tamẽ emens à Fiſco non eſt immunis, *d. l. locatio, §. fin.*

2 Fuerunt etiam pro Ciuitate nonnullæ Doctorum allatæ authoritates, expreſsè ſic hunc caſum decidentes: ſic enim originaliter hoc conſuluit Feder. de Sen. *conſ.* 109. vbi indiuidualiter determinat, colonos Eccleſiarum, qui illarum prædia ad medium, vel ad affictum colunt, teneri ſoluere gabellas pro parte fructuum eos tangentium, aliáque onera ſubire, quæ per Dominum temporalem imponuntur, prout tenetur quilibet laicus: ſequitur Petr. de Anchar. *in Clem.* 1. *num.* 6. *verſ. Dom. Fredericus, de decim.* & ſatis bene Ioan. de Plat. *in l. Senatorum, num.* 3. *verſ. quid autem de ruſticis, C. de dignit. lib.* 12. quò loci hæc verba dicit: *Quid autem de ruſticis & colonis Eccleſiarum, laborantibus ad medium, vel conducentibus ad certum cenſum, an teneantur ſoluere gabellam, & alia onera impoſita per Dominum temporalem, an vero habeant immunitatem, quam habet Eccleſia? Conſuluit Fredericus de Senis, quod non habeant immunitatem, ideò ſoluent ad portam gabellam de fructibus, pro ſua parte ſuſceptis, ſicut alij laici; quia priuilegium immunitatis Eccleſiæ ſolùm tranſit ad ſeruos, & alios qui ſunt de familia Eccleſiæ, non ad alios; licèt habeant cauſam ab Eccleſia: argum. l. locatio, §. fin. ff. de public. &c.* Hæc ille. Idemque conſuluit Bened. de Peruſio *in quodam conſilio*, cui ſe ſubſcripſit Io. de Monteſperello, quem citat, & ſequitur Bartholom. de Capua *in cap. item ſtatuimus, quod Clerici, num.* 19. quem dictum fuit, & meritò, Doctorem eſſe in Regno magnæ authoritatis, & raró ab eius opinione in iudicando recedi: Idemque Franc. de Aret. *in l. placet, num.* 5. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* ſatiſque ad propoſitum faciunt dicta per Archidiac. *in cap. quamquam, cenſib. in* 6. vbi inuehit contra emptores redituum Clericorum, vel Regis, vel alterius Baronis, qui eadem volunt gaudere immunitate, qua gaudent illi à quibus emunt, &c.

---

## OBSERVATIO.

1 DEciſionem ergo habemus indiuidualem, vt conductor prædiorum Eccleſiæ, pro fructibus collectis in fundo conducto, quos ad Ciuitatem introducit, teneatur in ingreſſu ſoluere gabellam, quam cæteri Ciues pro fructibus ſuorum bonorum ſoluunt, deducta tamen illa parte, quæ concernit quantitatem ſoluendam Eccleſiæ pro affictu. Tu ad huius concluſionis confirmationem, aliam adde rationem, & ea eſt, quia ius ſtatuit expreſsè, vt immunitatis conceſſio ab onere ſoluendi gabellas, ſemper ſit perſonalis; hic eſt text. *in l.* 4. *§. quamquam, ff. de cenſibus, & in l. ſemper, §. immunitati*, vbi Bart. & alij, *ff. de iure immun.* Vnde quamuis ego immunis ſim, vt pro fructibus meorum prædiorum gabellam ſoluere non tenear, tamen dum ad alium, emptionis, vel conductionis titulo, illorum fructuum collectio peruenit, mutatione perſonæ, dicitur etiam mutata rei conditio, *argum. tex. in l. Paulus*, aliàs incipit *per procuratorem, ff. de acq. heredit. & in l. fin. in fine, C. de inofficioſ. teſtam.* In terminis autem caſus huius deciſionis, vltra DD. *hic* per *Dom. Reg.* relatos, adde ſequentes, hanc eandem ſententiam probantes, nimirum Spec. *in tit. de immun. Eccleſ. in fine*, Guid. Pap. *ſing.* 273. *num.* 2. Bal. *conſ.* 31. *num.* 1. *lib.* 1. *& conſ.* 496. *lib.* 4. Tiraquel. qui de communi teſtatur *de vtroque retract. lib.* 1. *gloſſ.* 13. *numero* 12. Boër. *deciſ.* 203. *n.* 19. Vrſil. *deciſ.* 129. *num.* 3. Rol. à Vall. *conſ.* 6. *lib.* 4. Bertach. *de Gabel. par.* 7. *in princ. num.* 19. Laſſart. *de decim. vendit. cap.* 19. *num.* 27. Girond. *de Gabell. par.* 7. *num.* 117. *cum ſeqq.* Guttierr. *de Gabell. quæſt.* 44. *numer.* 5. Parladot. *rer. quotid. cap.* 3. *§.* 1. *num.* 14. Anna pater *ſing.* 99. Theſaur. *deciſ.* 116. *à num.* 5. Dom. Reg. Rouit. *dec.* 71. vbi de *D. Reg. noſtro hic* meminit, & Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. quæſt.* 212. vbi tamen hoc reſtringit, quando Eccleſia ſuis ſumptibus ac periculo promittit merces transferre ad Terrã emptoris, ita vt dominium in emptorem tranſlatũ non dicatur, donec fuerint merces conductæ ad domum emptoris delatæ, eo enim caſu, inquit ipſe, cùm res adhuc ſint Eccleſiæ, non debet ſoluere gabellam: ad quod allegat Dec. *conſ.* 440. & Riminal. iun. *conſ.* 724. *numer.* 6. & de his latius per me *lib.* 1. *mear. reſol. c.* 169. & vide ad materiam Io. Franc. Capibl. *in tract. de authbor. Bar. cap.* 85. *num.* 12. *cum ſeq. lib.* 2.

Quibus ſane rationibus, & DD. authoritatibus attentis in quæſt. illa, an Emphyteuta laicus pro bonis, quæ in Emphyteuſim tenet ab Eccleſia, ad collectas ſuæ Communitati ſiue Vniuerſitati teneatur? Affirmatiuè reſpondi *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 99. ita tamen, vt in rei æſtimatione, quæ iuxta fructuum quantitatem facienda eſt, ea deducatur ſumma, quam pro ipſa re nomine penſionis, vel cenſus præſtat Eccleſiæ, ne ipſe poſſeſſor duplici onere grauetur: ad quod probandum allegaui Andr. *in tit. quæ ſunt regal. in verb. & plauſtrorum, num.* 57. Lucam de Penna, omnino videndum, *in l.* 1. *num.* 7 *verſ. vnde ſi res Eccleſiaſtica, C. de imponen. lucrat. deſcript. lib.* 11. Alexand. *conſ.* 101. *num.* 11. *verſ. quod laicus tenens, lib.* 1. Iaſ. *in l.* 1. *numer.* 31. *C. de iure emphyt.* Alber. Brun. *in tract. ſtant. maſc. art.* 8. *num.* 106. Purpur. *conſ.* 332. *numer.* 2. Rolan. *conſ.* 66. *num.* 34. Menoch. *de arbitrar. caſu* 180. Surd. *conſ.* 338. *n.* 13. *vol.* 3. Genuenſ. *loco cit. quæſt.* 113. *per totam*, vbi ait ita practicari, nimirum quod fiat canonis deductio: Dom. Reg. de Tap. *in cap. item ſtatuimus quod Clerici, num.* 19. *lib.* 1. *iur. Reg.* & Mart. *de iuriſdict. par.* 4. *cent.* 1. *caſu* 13. *num.* 1. *cum ſeqq.* 2

Et pro coronide vide, quæ doctè ſatis, prout de more, ſcripſit Dom. Reg. Rouit. *deciſ.* 71. vbi quærens an immunitas conceſſa Baronibus in Dohanis huius Regni pro fructibus, qui in bonis feudalibus ſunt collecti, eorum comprehendat conductores? negatiuè reſpondet, vbi conductores mercedem conuentam Baronibus in pecunia ſoluunt; ſed ſi feuda ad partem fructuum tenerent, pars tantum fructuum 3

ad

Digitized by Google

ad Baronem ſpectans, erit immunis, pro reliquo verò ſoluitur gabella.

Cætera ad hanc materiam pertinentia vide *infrà deciſ.* 548.

## *ARGVMENTVM.*

Priuilegium, an & quando per non vſum cenſeatur amiſſum? Rex ſucceſſor, an, & quando teneatur ſeruare geſta per prædeceſſores. Reges noſtri Auſtriaci, an teneantur ad obſeruantiam contractuum, & Priuilegiorum, à Regibus Ferdinando I. & II. Alphonſo II. & Frederico, Aragoneis conceſſorum? & de aliis notabilibus.

## DECISIO XXXIII.

CONCESSO priuilegio à Rege Ferdinando I. Monaſterio Sãctiſſimæ Trinitatis Ciuitatis Cauæ, vt omnes qui iuerint ad habitandum in tali loco, ab omnibus Functionibus Fiſcalibus tam ordinariis quàm extraordinariis immunes reputari deberent. Fuit dubitatum in Regia Camera Summariæ, an hoc priuilegium per non vſum amiſſum cenſendum eſſet.

1 Concluditur pro parte affirmatiua: *Primò*, quia non conſtabat, fuiſſe illud à Rege Catholicò ſucceſſore in Regno confirmatum, neque ab Imperatore Carolo, prout neceſſe erat. Rex enim ſucceſſor tunc tenetur ſeruare geſtum per prædeceſſorem, quando Regnum per ſucceſſionem acquirit: ſecus verò ſi alio titulo, puta per electionem, vel nouam armorum acquiſitionem: ita Alber. *in l.* 1. *col. fin. ff. de offic. procur. Cæſar. & in l. digna vox, C. de legib.* Bal. & Iaſ. *in l.* 1. *ff. de conſtit. Princ.* ſicque paſſim cõpertum fuit fuiſſe iudicatum in Regia Camera, quæ nunquam rationem habuit de priuilegiis conceſſis per Reges Aragoneos, exceptis illis Regis Alphonſi I. cui ſucceſſit Catholica Maieſtas, niſi fuerint à Rege Catholico, vel ab Imperatore Carolo confirmata.

2 Secundò dictum fuit, priuilegium, cuius exequutio petebatur, fuiſſe iam per non vſum amiſſum: *l.* 1. vbi Bar. *ff. de Nundinis*, idem Bar. *in l. licitatio, §. earum, ff. de publican. & vectigal.* latiſſimè Iaſ. *in l. fin ff. de conſtit. Princ.* & per Felin. & Dec. *in cap. cùm acceſſiſſent, extra. de conſt.* In caſu, de quo agebatur fuit conſideratum, quod nedum erat amiſſum priuilegium per non vſum, ſed etiam per contrarium vſum: quia multi domicilium traxerunt ad locum priuilegiatum, & tamen functiones Fiſcales, tam ordinarias quàm extraordinarias ſemper ſoluerunt: ergo priuilegium ceſſabat prorſus: *l.* 3. *C. de Decurion. lib.* 10. *& l.* 1. *C de his, qui ſponte muner. publ. ſub.* Iaſ. *in d. l. fin. ff. de conſtit. Princ.* Felin. & Dec. *locis paulò ante cit.*

Nec obſtare dicebatur, prædicta procedere quando priuilegium continet actum momentaneum, vt tunc tollatur per vnum actum; è contra verò quando continet actum ſucceſſiuum: quo caſu tollitur priuilegium quoad actus præteritos tantum, ſecus vero quoad actus de futuro: vt per Salycet. *in l. voluntaria, C. de excuſat. tutor.* Etenim reſpondebatur, quod licèt hæc concluſio vera ſit, tamen in caſu de quo agebatur ceſſabat omnis difficultas, ex quo à die datæ priuilegij, erant iam elapſi pluſquam anni ſeptuaginta, & ſic erat illud præſcriptum: vnde &c. 3

---

## OBSERVATIO.

EX duobus firmat hic *Dom. Reg.* per Regiam Cameram nullam fuiſſe habitam rationem de priuilegio præſentato pro parte Monaſterij Sanctiſſimæ Trinitatis Ciuitatis Cauæ; *Primo* quia conceſſum apparebat à Rege Ferdinando ab Aragonia huius nominis I. nulla Regis Catholici, ſiue Imperatoris Caroli accedente confirmatione: *Secundò*, quia dicebatur amiſſum per non vſum. Tu ad confirmationem eorum, quæ hic diſcuſſa fuerunt, dic, indubitatum eſſe apud Nos, Sereniſſimos Reges noſtros Auſtriacos, nullo pacto adſtrictos eſſe ad obſeruandum contractus, & priuilegia conceſſa à Regibus Ferdinando I. & II. Alphonſo II. & Frederico Aragoneis; quamuis dicamus fuiſſe eos Regni huius poſſeſſores, & Reges; ſed tantùm teneri habere rata geſta per Alphonſum I. legitimum Regem; cui legitime pariter ſucceſſerat Rex Catholicus; eius ex fratre nepos: ita annuit *D. Reg.* fuiſſe *hic* deciſum, & infrà *deciſ.* 189. & Reg. Moles *in deciſ.* 10. *art.* 9. *in tit. de iure deuolut.* poſt Loffred. *conſ.* 4. *num.* 18. *& conſ.* 21. *num.* 12. vbi teſtatur nunquam vidiſſe, priuilegia dictorum Regum fuiſſe in his ſupremis Tribunalibus exequutioni demandata, niſi prius à Rege Catholico, vel Cæſarea Maieſtate Imperatoris Caroli confirmata apparerent: Camil. de Medic. *conſ.* 66. *n.* 13. idémque ſcripſi Ego *lib* 2 *mear. reſol. cap.* 173. vbi addidi, ſecus eſſe in priuilegio, quod præſentaretur conceſſo à Regina Ioanna II. cuius geſta dixi dubitandum non eſſe, quod Domini Reges noſtri ſeruare tenentur, cùm huius Reginæ per intermedias perſonas Regis Alphonſi I. & Regis Catholici legitimi dicantur ſucceſſores: nam ſi dicimus, Regem Catholicum ſucceſſiſſe Alphonſo I. ſuo patruo, hic ex legitima adoptione ſucceſſit Reginæ Ioannæ II. vt ex noſtratibus notat Frec. *ſubfeud. lib.* 1. *in tit. de antiquo ſtatu Regni, num.* 38. qua de re nunquam fuit dubitatum, vt facili quidem modo cerni poteſt ex deciſis per Sacrum Conſilium per les D. de Franch. *deciſ.* 207. 1

Quo vero ad aliud, ſatis dicimus compertum eſſe, priuilegium per non vſum decem annorum amitti, ad text. *in l.* 1. *ff. de nundinis*, & vltra DD. *hic* allegatos, 2



Digitized by Google

qui hanc probant concluſionem, vide Gregor. Lopez *in l.41.tit.18. par.3.* Capyc. *dec.*134.*num.*7. Reg. Tap. *in l.fin.C.de conſtit. Princip. cap.*1. *num.*5. *par.*6. Sed aduertamus concluſionem hanc bene procedere, quando ille, qui priuilegium obtinuit, potuit eo vti, & noluit; ſecus autem ſi non potuit, quia occaſio ſe non obtulit: ita Anna pater *ſingul.*400. Maſtrill. *deciſ.*96. Marcel. de Maur. *alleg.*44. *num.*4. Camill. de Medic. *conſ.*63. vbi diſtinctionem ſubdit, de qua *hic per D.Regentem*, nimirum an priuilegium actum momentaneum, an vero ſucceſſiuum contineat: Gizzarel. *deciſ.*70. vbi aliam ſubnectit declarationem, & ea eſt, nimirum, quando priuilegium conceſſum appareret Vniuerſitati, ſiue Populo; quia tunc ſi vna perſona eo vſa non eſſet, non per hoc cæteris de Populo diceretur illatum præiudicium: idémque ſatis eleganter Nicolaus Euerard. *conſ.*21. *num.*21. vbi conſuluit, priuilegium conceſſum Ciuitati, vt eius ciues quocunque iuerint, à vectigalium ſolutione immunes eſſent, non cenſeri ſublatum, ſi demum poſt immunitatem conceſſam conſtaret aliquos ex Ciuibus gabellam ſoluiſſe: id quod pariter firmauit poſt alios, quos citat. D.Reg. Galeot. *addition.ad præcit. conſ.*63. *D.Camill. de Medic.* & dixi infra *in obſer. ad deciſ.*38.

## *ARGVMENTVM.*

Conſanguinitas, ad finem vt quis conſanguineo ab inteſtato decedenti ſuccedere poſſit, num probata cenſeatur ex litteris miſſiuis defuncti, in quibus perſona ſuccedere volens, Frater, ſiue Soror denominabatur. Conſanguinitas an per teſtes probari poſſit. Fraternitas quomodò probetur. Verba enunciatiua, an, & quando probent? & de aliis ad ornatum text. *in l.non epiſtolis*, *& in l.non nudis*, *C. de probat.* *& in l.quidam*, *& in l.penult. ff. eodem.* Clerico ſine legitimis ſucceſſoribus ab inteſtato defuncto, quis in eius bonis ſuccedet.

## DECISIO XXXIV.

DEFVNCTO ab inteſtato in hoc Regno Magnifico Lopez de Ogas Hiſpano, Regius Fiſcus præſupponens propter coniunctorũ deficientiam bona omnia huius defuncti eſſe vacantia, illorum poſſeſſionem pacificè & quietè adeptus fuit, eoque poſſidente, comparuit D. Maria de Aluerez ſe defuncti ſororem conſobrinam allegans, & ſucceſſiuè, hæreditatem ad ipſam ſpectare, & pertinere, & vt ſe talem demonſtraret, defuncti litteras quaſdam miſſiuas præſentauit, quibus illam *Sororem* nominabat; produxitque nonnullos Viros fide dignos atteſtantes de confeſſione amborum, quod erant conſobrini, & quod ita ſe tractabant; quare dubitari contigit, an his mediis, ſanguinis coniunctio probata extiterat, vel ſaltem orta eſſet talis præſumptio, vt illius iuris quaſi poſſeſſio, meritò mulier ipſa obtinere potuiſſet.

Hæc cauſa non fuit deciſa, attento quod 1 deciſio præiudicium afferre poterat alteri cauſæ maioris importantiæ: ſed Regia Camera inclinabat ad fauorem huius mulieris, cui per modum prouiſionis mandauit, vt conſignarentur omnia bona, tenenda tamen ſub fideiuſſoria cautione, donec fuiſſet aliter per ipſam Regiam Cameram prouiſum; dictum tamen fuit in articulo, iura, & DD. illum tractaſſe *in l. non epiſtolis*, *& in l non nudis*, *C.de probat.* *in l.quidam*, *& in l.penult. ff. eod.* Bar. *in l.hac ſcriptura*, *col. fin. ff.de donation.* Canoniſt. *in c.tranſmiſſa*, *extra. qui filij ſint legit. in cap.illud*, *de præſumpt.* *& in cap. per tuas*, vbi latè Aret. *de probat.* ex quibus diſtinctio hæc probatur: nam ſi loquimur de probatione ſubſtantiæ filiationis, ſeu fraternitatis, aut alterius iuris conſanguinitatis, tunc illud ius non probatur, neque epiſtolis, neque confeſſionibus, aliiſq; verbis enunciatiuis: *d.l.non epiſtolis*, *& l.non nudis*, vbi DD. omnes, ſignanter Bal. Si vero tractatur de probatione iſtorum iurium, & tunc ſi loquimur de probatione quæ fit per epiſtolam, hoc caſu placet declaratio Salycet. *in d. l. non epiſtolis*, dicentis, quod ſi verba enunciatiua poſita in epiſtolis, ex principali materia adiuuantur, vt puta ſi ſcriberem fratri meo ſic, *ſcias mi frater*, *noſtrum patrem his diebus è viuis diſceſſiſſe*, *venias ad diuidendum mecum bona in illius hæreditate remanſa*: tunc verba illa preſumptiuè probant, eiſque ſtandum, donec contrarium probetur: & ita poſſunt intelligi iura *in d. l. non epiſtolis*, *& in d.l. non nudis*: at ſi verba enunciatiua ex principali materia non adiuuantur, puta ſi ſcriberem; *ſcias mi frater*, *me emiſſe domum*, vel aliquid aliud ſimile, & tunc iſta verba enunciatiua per ſe ſola non probant, etiam præſumptiuè ad finem obtinendi: & ita loquitur Gloſ. *in d.l.non epiſtolis*: dicebatur & tandem, quod tractatus ſolus fraternitatis, ſi eſt probatus, ſufficit ad obtinendum, ſi Fiſcus contrarium non probat: ſic pariter ſi filiatio in iudicium principaliter deducatur, prout eſt communis opinio *in d.c.tranſmiſſa*, de qua per Aret. *in d. cap.per tuas.*

## OBSERVATIO.

QVod Fiſcus legitimus ſit ſucceſſor in bonis illius, qui ab inteſtato decedit, nullo ex aſcendentibus, aut deſcendentibus, ſiue collateralibus intra decimum gradum ſibi ſuperſtite, probant iura & Doctores *in l.*1. *& in l. vacantia*, *C. de bonis vacant. lib.*10. *& in l.ſi bona*, iuncta Gloſſ. *C. de bonis auth.* 1

L:dic.

Digitized by Google

*Iudic. poſſid.* Guill. *in c. Raynuntius, verb. & vxorem, deciſ. 5. num. 220. & 385. par. 1.* Tiraquel. *in tract. le mort. 2. par. declarat. 14. num. 11. & declarat. 15. num.* 14. Peregr. *de iure Fiſci, lib. 3. tit. 3. per tot. & n. 102.* & Alfar. *de offic. fiſcal. gloſſ. 20. §. 9. in tit. de bon. vacan. num. 12. & 122.* vbi *num.* 140. illam excitat quæſtionem; An concluſio hæc, quæ de plano procedit, vt Fiſcus ſuccedat in bonis defuncti laici, pariter locum habeat in bonis defuncti Clerici? & quod nec Fiſcus Regius, neque Papa ſuccedere poſſit; ſed tantum Epiſcopus pro ſua Camera, ſiue vt ipſe pro bono ſuæ Eccleſiæ diſtribuat, reſpondit, ex Perez, & Gregor. Lopez, quos allegat; licèt Io. de Plat. *in d. l. 1. C. de bon. vacan. lib. 10.* ſcripſerit, bona huius Clerici, ſic ab inteſtato decedentis, applicanda fore Eccleſiæ, cui Clericus ipſe erat aſſignatus: idque per text. *in l. ſi quis preſbyter, C. de Epiſc. & Cleric.* Addit demum, tam in Hiſpania, quàm in Gallia, conſuetudine receptum eſſe, vt Fiſcus Regius ſuccedat, quam quidem conſuetudinem eleganter defendit Couarr. *in cap. cum in officiis, num. 9. de teſtament.* in Regno autem noſtro habemus particularem conſtitutionem, quæ incipit *Dohanæ ſecreti,* qua expreſſis verbis diſpoſitum eſt, vt in bonis Clerici ſine legitimis ſucceſſoribus ab inteſtato defuncti, Fiſcus ſuccedat. Sed Afflict. *ibi numer. 5. per totum,* poſt Andr. quem allegat ait Conſtitutionem hanc nullo pacto locum habere poſſe, quia non potuit illius conditor præiudicare Eccleſiæ, pro qua prodita ſunt expreſſa iura contrarium diſponentia *in cap. 1. de ſucceſſ. ab inteſt. & in canon. final. 12. quæſtion. 5.*

2 His ſic præſuppoſitis, quia in caſu huius deciſionis ad Fiſci excluſionem ſubintrauerat mulier, quæ allegabat ſe eſſe defuncti conſanguineam, & in gradu ſatis proximo, dubitari contigit, num allegata conſanguinitas probata eſſet ex litteris miſſiuis defuncti, quibus mediantibus, Sororem conſobrinam eam denominauerat, iunctis atteſtationibus aliquorum fide dignorum profitentium de confeſſione amborum, quod erant conſobrini; qua de re, vltra iura & DD. *hic* per *D. Regentem* allegatos, videndi ſunt Paul. de Caſtr. *in l. nemo, ff. de hered. inſtit.* & Dec. *in conſ. 524. num. 5.* poſt Petr. de Anchar. *in conſ. 51.* vbi apertis verbis ſcripſit, conſanguinitatem nullo pacto probari per denominationem Fratris, Sororis, vel alterius Conſanguinei: idémque, & ſatis bene Bened. Capra *conſ. 156. num. 8.* vbi dicit, quod ſi quis deponat ſe audiuiſſe, quòd Franciſca nominabat Antonium, eiúſque patrem, *Conſanguineum*, nihilominus talis nominatio ſufficientem non inducit probationem, ad quod allegat text. *in l. non epiſtolis C. de probat.* Gloſſ. *in cap. per tuas, de probat. & in cap. illud, de præſumpt.* & inſignis Tiraquel. *de vtroque retract. in tit. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 16. num. 1.* addit huiuſmodi probationis genus per denominationem nullatenus reperiri in iure proditum in aliis, quàm in patre & filio, viro & vxore; non autem inter alios, ac nec quidem inter fratres: allegat Cyn. *in d. l. non epiſtolis*, vide etiam ad materiam Iacob. Mandel. *conſ. 83. num. 21.* & Maſcard. *de probat. concl. 411. à numer. 9.* vbi *concluſ. præced.* latè tractat, quo pacto per teſtes probari poſſit conſanguinitas: & quòd ſi ſint admittendi, ſat non eſſe ait *num. 21.* ſi tantummodo teſtes ſimpliciter dicant, tales eſſe conſanguineos, ſed opus eſſe vt probent diſtinctè gradus incipientes à communi parente, vel germanis, à quibus alij gradatim deſcenderunt, iuxta Abb. ſententiam *in cap. tuanos, de conſang. & affinit.* per text. *in cap. licet ex quadam,* ibi, *ſingulos gradus clara computatione diſtinguant: extra. de teſtib.* ſicque reſponderunt Anch. *conſ. 42. num. 7.* Dec. *conſ. 321. num. 4. & 5. & 156. num. 6.* Capra *conſ. 524. numero 2.* Tiraquel. *loco citato, numero* 8. & alij.

## *ARGVMENTVM.*

Contractus in dubio, an cenſeatur emphyteuticus, vel potius cenſiticus? Et quid in Ciuitate Neapol. Verba enunciatiua, inter eaſdem partes prolata, an, & quando diſponant? Diſcrimen quodnam ſit inter contractum emphyteoticum, & cenſiticum? & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XXXV.

Controuertebatur in Regia Camera in cauſa Magnifici Alfonſi Gagliardi per viam appellationis tranſmiſſa à Curia Conſulatus Artis Serici, an eſſet contractus cenſiticus, vel potius emphyteoticus, ad finem vt ſententia illius Curiæ confirmari poſſet, dum cenſuit, Comitiſſam Conziæ Dominam cenſus eſſe præferendam in emptione per dictũ Alphonſum facta de re cenſui perpetuo Ducatorum quatuor obnoxia.

Et eſſe ſententiam illam confirmandam fuit 1 deciſum. Ratio deciſionis, quia quamuis conceſſionis inſtrumentum non afferebatur, ſicque in dubio contractus præſumebatur potius cenſualis, quàm emphyteuticus, vt firmant Alber. *in l. 2. in 8. quæſt. verſ. quid de quæſtione,* & Iaſ. *num. 41. & ſeq. C. de iure emphyt. & in authen. qui rem,* vbi Dec. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* & alij: attamen in proceſſu ex quadam ſcriptura conſtabat, priſcis temporibus in venditione illius rei fuiſſe reſeruatum cenſum Ducatorum quatuor, ſub qualitate emphyteutica: & licèt verba illa erant enunciatiua, tamen quia prolata extiterant inter eaſdem Partes, & in his, in quibus poterant ipſi ſibi præiudicare, dictum fuit, quod diſponebant: authoritate Bart. & aliorum *in l. ex hac ſcriptura, ff. de donation. & l. optimam, C. de contrah. & committ. ſtipul.* Bal. Alexand. & Iaſ. *in l. cum aliquis, C. de iure delib.* vbi dicunt, quod ſi in aliquo inſtrumento dicitur, *Vendo tibi talem domum, quæ eſt in tali territorio:* illa verba enunciatiua de territorio probant inter eaſdem perſonas, dum ſumus in his, de quibus ipſæ Partes poſſunt diſponere, & Notarius poſſit de hoc rogari, & inſtrumentum conficere, vt *ibi* latè per Iaſ. tum etiam quia in inſtrumento in actis producto, vbi reperiebatur reſeruatus cenſus, cum qualitate emphyteuticaria



Digitized by Google

teuticaria aderat iuramentum, quo caſu, licèt aliàs verba enunciatiua non probent, neque diſponant, tamen ſi adeſt iuramentum, probant: ita Bar. *in d. l. ex hac ſcriptura, & in l. Titia, §. Caius, in fine, ff de leg. 2.* Alex. *in addit. ad Bar. in d. l. ex hac ſcriptura, in verſ. præter.* & Petr. de Anchar. *in clem. 1. extra de probat.*

2 Quibus ſic ſtantibus, dictum fuit, allegata in contrarium non obſtare, ex quo loquuntur, quando verſamur in re dubia, quia penitus non conſtat quis ſit contractus, tunc enim potius cenſiticus quàm emphyteuticus præſumitur: at in caſu, de quo agebatur, dictum fuit quod erant in claris, ex eo, quod in dicto inſtrumento antiquo tempus ſexaginta annorum excedente, qualitas enunciabatur emphyteuticaria: & quando hoc in medium non ſe offerret, dicebatur cenſum prædictum fore regulandum, prout communiter in hac Ciuitate ſubmiſſiones fiunt, nimirum in emphyteuſim, non autem in merum, & ſimplicem cenſum; ſicque in dubio ſtandum eſſe conſuetudini Regionis, prout in terminis probat Io. Fab. *in l. 2. C. de iure emphyt.*

## OBSERVATIO.

1 VTilis eſt quæſtio illa, quam hic tractat *Dom. Regens*, nimirum, in dubio quis contractus potius cenſendus ſit, an emphyteuticus, an vero cenſiticus: enim plura à Doctoribus conſtituuntur diſcrimina inter vnum & alterum contractum: & illud eſt principale, quia quando contractus dicitur emphyteoticus, vtile tantum dominium in conceſſionarium transfertur: ſi verò cenſiticus, nedum vtile, ſed etiam directum: ita Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 106. per totam,* poſt Capyc. *deciſ. 103.* Iul. Clar. *in §. emphyteuſis, quæſt. 1. num. 2.* vbi Addentes, Felician. *de cenſibus in proœm. num. 11.* Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. quæſt. 32. num. 27.* Ego ipſe *lib. 1. mear. reſol. cap. 232. num. 7.* Et ex hoc ſequitur, quod ſi emphyteuta priuati ceſſauerit per triennium à ſolutione canonis, & emphyteuta Eccleſiæ per biennium, cadunt à iure ſuo: ſecus vero in debitore cenſus, qui adhuc ſi per centum annos ſteterit in non ſoluendo cenſum, bonis cenſui obnoxiis nullatenus priuaretur; ſed tantum cenſus in præteritum debitor ſoluere tenebitur: ita Aluar. Valaſc. *loco cit. num. 33. verſ. quæ omnia*, vbi ait, cenſuarium omne ius rei habere, ſine aliqua ſuperioritatis recognitione, ac proinde abſque metu Commiſſi rei cenſui ſuppoſitæ liberam habere diſpoſitionem, Mynſing. ſatis bene *ſingul. obſeru. cent. 3. obſer. 65.* vbi *num. 5.* propoſitam ſubingrediens quæſtionem, nimirum, an in dubio contractus cenſeatur emphyteuticus, vel cenſiticus? cum diſtinctione reſpondet, vt inter priuatos ſemper cenſiticus ſit præſumendus contractus; ſecùs vero in Eccleſia, vt eius fauore ſemper emphyteuticus præſumatur: & hæc diſtinctio mihi videtur communis: quamuis *Dominus Regens* illius fuerit ſententiæ, vt in hac Ciuitate potius emphyteuticus, quàm cenſiticus ſit præſumendus, ex quo apud Nos communiter ſubmiſſiones fiunt in emphyteuſim. Et pro coronide vide ad materiam Afflict. *deciſ. 129. num. 8.* vbi Vrſil. *num. 4. & 5.* Grammat. *deciſ. 77.* Molf. *ad conſuet. noſtras, tit. de bonis, quæſtion. 9. per totam.* & Ioſeph. de Seſe *deciſ. 33.*

Ad corroborationem autem illius concluſionis, quam *hic* firmauit *Dominus Regens*, vt verba enunciatiua inter eaſdem partes prolata diſponant, ex Bar. Bal. Alex. & Iaſ. citatis: Adde tu, hoc idem profitentem Nicolaum à Genua *de verbis enunciat. lib. 1. quæſt. 3. num. 38.* vbi tamen *num. ſeq.* hoc reſtringit, quoties diſpoſitio eſſet facta per verba futuri temporis, quia tunc inter eaſdem partes nullatenus diſponerent: allegat Viuium *deciſ. ſua 283. n. 16.* 2

## ARGVMENTVM.

Clerici, aliæque perſonæ Eccleſiaſticæ, an teneantur contribuere in donatiuis Regi, pro tuitione, & conſeruatione Regni elargitis, & quid vbi ageretur de conſtructione pontium, itinerum, & cuſtodia mænium Ciuitatis. Clerici in caſibus, in quibus collectari poſsũt, à quo Iudice compellendi ſunt? Et de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XXXVI.

OCCASIONE donatiui Domino noſtro Regi ab hoc Regno pro illius tuitione, & conſeruatione elargiti, dubitari contigit, an Clerici, aliæque perſonæ Eccleſiaſticæ in eo contribuere tenerentur? Et tam per Regiam Cameram, quàm per Collaterale Conſilium pro Clericis deciſum fuit, nimirum, vt nullo pacto compelli poſſint.

Ratio deciſionis eſt, quia in Parlamento Generali, in quo fuit factum donatiuum, Clerici non interuenerant, & ſucceſſiuè nec contribuere tenebantur: Nullaque in hoc caſu habita fuit ratio de eo, quod ex aduerſo opponebatur, nimirum, quod pro conſtructione pontium, itinerum, cuſtodia murorum Ciuitatum, ac pro extirpando facinoroſos homines Clerici contribuere teneantur, ad text. & *ibi* dicta per DD. *in l. ad inſtructiones, C. de Sacroſ. Eccleſ. & in c. peruenit, extra. de immun. Eccleſ.* Bar. *in l. nullus, C. de curſ. publ. & angar. & parang. lib. 12.* Lucas de Pen. *in l. 2. num. 13 C. de quibus muner. lib. 10.* Io. de Plat. *in l. fin. C. de exactor. tribut. lib. 10.* vbi ponit caſus omnes, in quibus Clerici tenentur ad munera tam realia quàm perſonalia: Quia dictum fuit, hæc omnia ad caſum de quo agebatur, non applicari. 1

Exiſtimabatur tamen, quod vbi Regnum ab Infidelibus inuaderetur, prout contigit tempore Regis Ferdinandi I quo, inquam, 2

tempore

Digitized by Google

tempore Turcæ Hydruntinam inuaſerunt Prouinciam, tunc, & eo caſu pro tuitione, & defenſione Regni, & conſequenter Chriſtianæ Religionis, poſſint Clerici collectari: ad quod fuit allegata indiuidualis authoritas noſtri Iacobi de Gello *in ſuo tract. de adhoa & relevio*, *num.* 46. *verſ. ſi Regnum patitur incurſionem hoſtium.*

3 Verùm dicebatur, quod in caſibus, in quibus Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ contribuere tenentur, communem eſſe Doctorum ſententiam, quod non niſi per Iudicem Eccleſiaſticum compelli poſſunt, non autem per laicum: ita contra Cyn. Iacob. de Aren. & alios *in l.* 1. *C. de ſum. Trinit. & fide Catholica*, quos refert Guilliel. de Benedict. *in c. Rainuntius*, *in verb. vxorem*, *nomine Adelaſiam*, *extra. de teſtam.* dixerunt Bal. & Aret. *in d. l. ad instructiones*: idem Bald. *conſ.* 144. *Antiqua querela lib.* 1. *in prima impreſſione*, Lucas de Pen. *in d. l.* 2. *C. de quib muner. lib.* 10. Bellam. *conſ.* 45. *Conſules Ciuitatis, in fine*, Imol. *conſ.* 46. *inter conſil. Bellam.* Corne. *conſ.* 72. *In hac conſultatione, in fine lib.* 4. Guid. Pap. *deciſ.* 78. & clarius, ac latiùs diſputando articulum, Abb. *in c. non minus*, *extra. de immun. Eccleſ. & in conſ.* 3. *lib.* 1. Vbi ait, quod eo caſu, quo imminet neceſſitas, de qua *ſuprà*, quæ tam laicorum, quàm Clericorum beneficium concernit, debent omnes tam laici quàm Clerici conuocari, & inſimul debent tractare negotium, & concludere; aliàs ſoli Laici hoc facere non poſſent, &c.

---

## OBSERVATIO.

1 VT cernis, deciſio eſt in terminis, vt Clerici, aliæque perſonæ Eccleſiaſticæ nullo pacto compelli poſſint ad contribuendum in donatiuis, quę à Regno pro eius tuitione, & conſeruatione, Regi noſtro in Parlamento Generali elargiuntur, quamuis bene ad gabellam, ſiue vectigal, quod ob viarum, pontium, portarum, & murorum Ciuitatis refectionem imponuntur, vt eſt text. *in l. ad inſtructiones*, *C. de Sacroſ. Eccleſ.* probant Doctores, *hic* per *D. Reg.* allegati, quibus addo Bertachin. *in tract. de gabel. p.* 7. *princip. quæſt.* 7. *num.* 13. *in fine*, Siluan. *conſ.* 30. Natta *conſ.* 2. *num.* 1. *& conſ.* 280. *numer.* 6. Vaſquez *de ſucceſſ. lib.* 3. *limit.* 7. *num.* 180. Ozaſc. *deciſ.* 181. *numer.* 4. *& ſeq.* Duen. *regul.* 100. *num.* 17. Decian. *reſp.* 14. *num.* 12. & Carol. de Graff. licèt cum aliquibus declarationibus, *de effect. clericat. effect.* 3. *num.* 205. *cum ſeqq.* Sed quod nec etiam ad onus hoc teneantur, dixerunt Hoſtienſ. *in ſum. in tit. de imm. Eccleſ. in §. quibus*, Abb. *in cap. non minus*, *num.* 20. *de immun. Eccleſ. & in c. innouamus*, *num.* 4. vbi Addentes, *de cenſibus*, *& conſ.* 3. *per totum*, *par.* 1. Cephal. *conſ.* 154. *num.* 22. *vol.* 2. Burſat. *conſ.* 16. *num.* 66. *vol.* 1. Bero *conſ.* 31. *per totum, lib.* 1. vbi ad text. *in d. l. ad inſtructiones* reſpondet: Ang. *conſ.* 14. Dec. *in c. Eccleſia Sancta Mariæ, numer.* 270. *de conſtit.* Bellam. *conſ.* 46. *&* 47. Azor. *inſtit. moral. par.* 1. *lib.* *cap.* 13. *quæſt.* 8. quos omnes refert & ſequitur Io. Mar. Bellect. *diſquiſit. cleric. par.* 1. *tit. de exempt. Cleric. & eorum bonis à muner. publ.* §. 2. *&* 3. *fol. mihi* 291.

Sed quicquid ſit de hoc, credo communem eſſe Doctorum ſententiam, quam hic approbat *Dom. Reg.* vt Clerici cum laicis contribuere teneantur in oneribus, pro neceſſaria tuitione & conſeruatione Regni imponendis, concurrentibus tamen requiſitis, de quibus per Rot. *deciſ.* 42. *par.* 2. *in poſth. Farinac.* de qua memor fui Ego *lib.* 1. *mear. reſol. c.* 47. *numer.* 15. Et *Primò*, vt verè magna ſe offerat neceſſitas. *Secundò*, vt communis concurrat vtilitas. *Tertiò*, vt laicorum facultates non ſuppetant. *Quartò*, vt ad onus huiuſmodi imponendum vocetur Clerus. *Quintò*. vt ſummus Pontifex conſu atur. Quibus concurrentibus requiſitis, ſi nouum vectigal fuerit impoſitum, & demum Clerici, aliæque perſonæ Eccleſiaſticæ contribuere recuſauerint, addit Rot. id, quod firmat etiam hic *Dominus Regens*, pro præciſa coactione Iudicem Eccleſiaſticum eſſe adeundum: cui ſententiæ adhæſerunt pariter innumeri relati à Carol. de Graſſ. *cit. effect.* 3. *num.* 296. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 16. *num.* 21. *&* 25. & à Bellect. *loco proximè cit. num.* 7. 8. *&* 9. quibus addo Epiſc. Genuenſ. *in practica b. Eccleſ. quæſt.* 446. *per totam*, vbi requiſita prædicta recenſet. Et *quæſt. ſequent.* in dubium reuocat, an Clerici, vna cum laicis teneantur ad cuſtodiam murorum Ciuitatis; & de intellectu tex. *in c. peruenit*, *de immunit. Eccleſ.* Eſt etiam in hac materia videndus Doctor Marta *in ſuo tract. de iuriſdict. par.* 4. *cent.* 1. *Caſu* 1. *per totum.*

## ARGVMENTVM.

Sententia an ſit ipſo iure nulla, vel potius per appellationem retractanda, ſi Iudex ad illius promulgationem proceſſerit, non facta priùs ralatione de ſtatu cauſæ Principi, qui ſic reſcripto mediante mandauerat; vbi pro quæſtionis reſolutione tres diſtinguntur caſus, ad ornatum tex. *in l.* 1. *& toto tit. C. de relation. & in cap. licet, extra. de officio Legati*: ac de pluribus notatu dignis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XXXVII.

VERTENTE lite in Regia Camera Summariæ inter Magnificum Aſtorgium Agneſe, & Baronem Fanalis, ad ſupplicationem Aſtorgij mandauerat Illuſtr. Dominus Prorex, vt ipſa Regia Camera, antequam ad cauſæ expeditionem procederet, de illius meritis in ſupremo Collaterali Conſilio relationem faceret, fuit cauſa deciſa in Regia Camera, non aliter facta prius relatione in Collaterali Conſilio, iuxta reſcriptum in actis præſentatum: Vnde dubitari contigit, an ſententia ſic lata, nulla

Digitized by Google

nulla declarari deberet, provt Pars, quæ ſuccubuerat, inſtabat.

1 Fuit per Regiam Cameram deciſum, ſententiam non fuiſſe nullam. Principalis ratio deciſionis fuit, quia à die, quo reſcriptum prædictum præſentatum extiterat, erãt iam elapſi anni ſex, quo pendente tempore, nunquam de tali reſcripto in Regia Camera fuerat initus ſermo; imo neque in allegationibus Partium verbum aliquod prolatum, neque eo die, quo fuerat cauſa relata, diſcuſſa, & deciſa, dictus Aſtorgius, qui reſcriptum præſentauerat, de illo mentionem aliquam fecerat. Ex quibus dictum fuit, ſatis videri relationi ordinatæ fuiſſe renunciatum: quod per Partes fieri poſſe, dixit Salycet. *in l.* 1. *C. de relation.* & ſi poteſt fieri expreſsè, ita etiam & tacitè: *l. cum quid, ff. ſi cert. pet.* ſicut dicitur de appellatione, cui per actum contrarium renunciatum cenſetur, vt *in c. ſollicitudinem, extra. de appellat.*

2 His autem circumſcriptis, in mero iuris articulo videbatur dicendum, quod ſententia, ſic vt ſuprà lata, non erat ipſo iure nulla; ſed quod per appellationem retractari deberet: ad quod fuit allegatus text. *in d. l.* 1. vbi Bar. *C. de relat.* idem Bar. *in l. ad Principem, ff. de appel & in l.* 1. *ff. nil nouari appel. pen.* Ang. & Cuman. *in l.* 1. §. *quæſitum, ff. de appel.* Bal. *in l. fin. C de relat.* & Barbat. *in cap licèt, de officio Legat.* Sed hic fuerunt tres caſus diſtincti. Primus, quando Iudex inferior dubitans de cauſa, quæ ab ipſo venit iudicanda, declarat ſuper ea Superiorem conſulere velle: in quibus ſane terminis procedere videtur tex. *in d. l.* 1 *& toto titul. C. de relation. & in d. cap. licèt, de offic. Legat.* & quæ dixerunt Bar. & DD. nuper relati: & in hoc caſu, ſi Iudex ſolum verbaliter dixerit, ſe velle cauſam Superiori referre, & demum abſque alia relatione ſententiam profert, illam validè prolatam affirmat Salycet. *in d. l.* 1 *C. de relat.* & Barbat. cæterique omnes *in d. cap. licet*: Secùs verò, & eſt alter caſus, ſi Iudex ex ſe tranſmiſit proceſſum ad Superiorem, & nullo accepto reſponſo ſententiam protulit, quia tunc omnino dicitur illa nulliter prolata, per tex. *in d. cap. licet*, ibique Hoſtienſ. Imol. Barbat. & cæteri Canoniſtæ. Ratio eſt quia tunc cauſa cenſetur auocata ad Superiorem, & Iudex inferior iſto, interim non dicitur in cauſa iuriſdictionem habere, vt dicunt DD. prædicti: tum etiam quia interim, pendente relatione, Iudicis officium conquieſcit: *l. fin. C. de relation.* Caſus autem de quo agebatur, & hic eſt tertius, dictum fuit, quod à prædictis erat ſatis diuerſus: nam mandauerat Dominus Prorex, vt ad cauſæ expeditionem non procederetur, niſi ſibi prius relatione facta: quo quidem caſu, ſi Iudex inferior, hoc ſpreto mandato, abſque alia relatione ad cauſæ expeditionem procedit, nulla dicitur ſententia, quia lata contra legem: eſt enim lex viua, ſicut dicimus in terminis ſtatuti, quo cauetur, vt Iudex inferior ferre debeat ſententiam conſilio Sapientis; nam ſi petat conſilium, eoque non expectato ſententiã profert, ipſo iure nulla dicitur ſententia: vt per Aret. ſatis bene *in l. ſi quis mihi*, §. *ſi coram, in fine*, *C. de acquirend. hæred.* Huic ſentẽtiæ omnes adhæſerunt in Collaterali Conſilio, vbi fuit cauſa relata: conſiderantes etiam, quod hæc tria æquiparantur, nimirum Appellatio, Recuſatio, & Relatio, vt *in rubr. extra. de appell.* & tamen, quando Iudex inferior poſt appellationem aliquid agit, omne illud dicitur attentatum, & conſequenter nullum; *cap. non ſolum, de appell. in* 6. ergo idem erit nullum, ſi non facta relatione Iudex inferior procederet, &c.

---

## OBSERVATIO.

Satis bene, provt de more, loquitur hic *Dominus Regens*, tres principales conſtituens caſus, ad cognoſcendum quando ſententia, relatione pendente prolata, nulla ſit ipſo iure, & quando per appellationem veniat reſcindenda. Etenim quoties Iudex declarat, nolle ad cauſam deciſionis procedere, niſi priùs Princeps de illius meritis conſulatur; & hic eſt primus caſus, cùm demum ad determinationem abſque alia relatione procederet, certe ſententia non dicetur nulla; ſed ſi Pars quæ ſuccubuit, ſe grauatam ſenſerit, poterit ſententiam illam ſic prolatam, per appellationẽ retractari facere; & hic eſt tex. *in l.* 1. vbi Bar. & DD. communiter, *C. de relation.* Secus verò, & eſt ſecundus caſus, ſi Iudex ex ſe tranſmitteret proceſſum ad Principem, ſiue Superiorem, & nullo accepto reſponſo ſententiam proferret; hoc enim caſu communiter receptum eſt, vt ſententia ſic prolata, nulla ſit iudicanda: id quod ſatis bene exornat Lancellott. *in ſuo tract. de attent.* 2. *p. cap.* 8. *de attent. relation. pend. num.* 7. *&* 9. *&* 10. vbi *num. ſeq.* hanc concluſionem procedere dicit, adhuc ſi Princeps, cui relatio fuerit præſentata, antequam conſuluerit, è viuis diſcederet, debebat enim ſucceſſoris conſultationem expectare, non enim perſonæ relatio facta extiterat, ſed Dignitati, quæ numquam moritur: *cap. ſi gratioſe, de reſcript. in* 6. Et *n.* 13. adeò hoc verum eſſe putauit, vt nec de Partium conſenſu validari poſſit ſententia ſic poſt relationem factam non expectato reſponſo, prolata: allegat Franc. *in cap. intimaſti, ſub num.* 10. *verſ. & intelligo omnia ſupradicta, de appellat.* & Stephan. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. *deciſ.* 480. ex alio ſimili dictum hoc corroborans, nimirùm, vt nec de Partium conſenſu validari poſſit proceſſus factus per Iudicem, recuſatione pendente: Idémque, & à fortiori, & hic eſt tertius caſus, vbi Princeps relationem ſibi fieri mandauerit: nam cùm Appellatio, Recuſatio, & Relatio adæquentur, vt inquit Io. Andr. *in cap. legitima, de appellat. in* 6. & poſt eum Bal. *in d. l.* 1. *C. de relation.* & Salycet. *in l. ex illo*, per illum text. *C. de appellat.* tunc enim quia per ſimilem ordinationem Iudex omnino eſſe deſinit, ac in Principem omnis transfertur iuriſdictio, ſi Iudex relatione pendente ad vlteriora procederet in cauſa, omne totum diceretur nullum, ac ſi ab aliqua eius determinatione fuiſſet appellatum, & appellatione pendente in cauſa proceſſiſſet; ita ſatis bene *Dominus Regens* hic, & 1

ante

Digitized by Google

ante eum Præpoſ. *in cap.intimaſti, ante n.10.de appellat.* ſub illis verbis, *Aut Iudex fecit relationem ſtatuto, vel alia neceſſitate vrgente, putà mandato Superioris, & tunc eo pendente procedere non poterit. &c.* & Robert. Marant. *in ſua prax.par.6.rubr. & quandoque appellatur, num.*10. & Vantius *de nullit.ſenten.ex defect. iuriſdict. ordinar. num.*143. *& ſeq.* vbi addit, quod nec de conſenſu Partium poſſit Iudex, relatione pendente, in cauſa procedere. Quod tamen ego intelligo, vbi motu proprio Princeps relationem ſibi fieri mandaſſet: quia ſi ad Partis inſtantiam, & relatio non eſſet facta, poſſet vtique Pars, quæ relationem fieri obtinuit, reſcripto præſentato renunciare; ſecus vero, ſi relatio eſſet facta, & Principi præſentata, quia tunc non poterit amplius Iudex procedere, etiam de conſenſu Partium, vt bene diſtinguit Præpoſ. *loco cit.*

2 Et ad materiam eſt hic notandum quod adhuc plures conſiderantur caſus, in quibus Iudex ex officio antequam ad cauſæ deciſionem deueniat, tenetur Principem conſulere, quos omnes ſatis vtiliter & notanter collegit Afflict. *in conſtit. Regni noſtri, Hac lege, num.*11. *&* 12. quorum Primus, quando agitur de re, quæ immediatè, & in capite à Rege tenetur, vt *in d.conſtit.* probatur, & de iure comuni eſt text. *in l.bene à Zenone; C.de quadrien.præſcript.* Quod probat etiam Scacc. *de appell.lib.*2. *c.*2.*quæſt.*16. *limit.*1. *num.*140. licèt aliud cautum ſit in hoc Regno, in quo Magna Curia poteſt de feudis quaternatis, quæ à Rege tenentur, cognoſcere; vt *in conſtit. ſeq.* Secundus caſus, quando nouus emergit articulus, qui expreſsè non reperitur deciſus; tunc enim adhuc Iudex antequam ad eius deciſionem procederet, tenetur Principem conſulere, vt probatur *in d. conſtit. Hac lege*, & in *conſtit. Vt vniuerſis*: & voluit Spec. *in tit. de relation. §. de quibus facienda ſit.* Abb. *in cap.intimaſti, num.2.de appell.* & Scaccia *loco cit.* Tertius caſus, quoties Iudex dubitaret, an iuriſdictionem habeat ad cognoſcendum id, de quo agitur. Quartus caſus, quando ambarum partium probationes eſſent æquales, ad text. *in l.diuus, ff.de offic. Præſidis.* Quintus caſus, quando natura rei, de qua agitur, hoc expoſceret, nimirum, vt eſſet Princeps conſulendus, *vt in conſtit. Cauſas.* Sextus caſus, vbi cauſa delegata, eo expreſſo, vt Iudex cognoſcat, & referat; ita Io. de Imol. & Philip.Franc. *in d.cap.intimaſti.* Septimus caſus, quoties Iudex vere dubitaret, ſiue interloquendo, ſiue diffiniendo. Octauus caſus, de quo *in Conſtit. Hi, qui*: nimirum, quando aliquis de læſæ Maieſtatis crimine in perſonam Principis inquiſitus, peteret repertorum copiam, vt poſſet ſe defendere, nam tum Iudex non debet inquiſito dare copiam, ſed omnino relationem Regi facere teneretur. Nonus caſus, quando quis vellet agere contra aliquem, qui poſſidebat ante bellum, inter Regem Alphonſum, & Renatum; habuitque ab Alphonſo Rege confirmationem, nam hic certe agere non poſſet, niſi priùs Rege conſulto, vt *in c.Regis Alphonſi I.* quod excipit *Intelleximus nuperrime, de anno* 1444. Decimus caſus de quo *in Pragm. edita Thori.* Vndecimus caſus de quo *in conſtit. Capitaneorum.*

## *ARGVMENTVM.*

Priuilegium à Rege alicui Ciuitati conceſſum immunitatis functionum fiſcalium, & donatiui, ſi mortuo concedente, ab eius ſucceſſore fuerit confirmatum, nulla facta mentione exemptionis donatiui; ſed tantum functionum fiſcalium; an reſpectu donatiui cenſeatur pariter confirmatum. Priuilegium ad beneplacitum alicui conceſſum, num per concedentis mortem extinguatur. Priuilegium, an, & quando per non vſum tollatur. Priuilegium habens exemptionis ab omnibus collectis, ſi patiatur, vt in libris communium debentium deſcribatur, an ſibi præiudicauerit, ſi ab illa deſcriptione non appellauit.

*D.De Marinis obſeruat. ad deciſ. D.Reuerterij.*

## DECISIO XXXVIII.

INSTABAT Ciuitas Puteolorum nullo pacto fore illam moleſtandam ſuper ſolutione donatiui, quod ab Vniuerſitatibus Regni ſæpeſæpius Domino noſtro Regi fit, ex quo Rex Ferdinandus Primus priuilegium ei conceſſerat functionum fiſcalium, & donatiui: quod quidem priuilegium, quamuis per mortem illius Regis fuiſſet extinctum, quia ad beneplacitum conceſſum, ad text. *in c.ſi gratioſe, de reſcrip.in 6. in c.litteris, eod.tit. & in cap. fin. de offic. deleg.* attamen extiterat confirmatum per D.Regni Viceregem, ad quem Vniuerſitatis prætenſionem Cæſarea Maieſtas, tunc in hac Ciuitate Neap. commorans, remiſerat: at quia in hac confirmatione, immunitatis Donatiui non fuerat expreſsè facta mentio, ſed tantum generaliter dictum, quod confirmabantur omnia priuilegia conceſſa à dicto quond. Rege, præſertim immunitatis functionũ Fiſcalium ordinariarum & extraordinariarũ, non obſtante quòd per illius mortẽ eſſet beneplacitum extinctum, contigit dubitari, an reſpectu exemptionis à Donatiuo priuilegium illud Ferdinandi verè confirmatúm eſſet. 1

Fuit per Regiam Cameram, nemine diſcrepante, deciſum, Vniuerſitatem eſſe cogendam ad in futurum ſoluendum pro omnibus Donatiuis. Ratio principalis huius deciſionis fuit, quia priuilegium Regis Ferdinandi, circa exemptionem à Donatiuo, verè & realiter nunquam fuit practicatum: ex quo conſtabat, quod ſemper illud ſoluerat, ſicque dicebatur, priuilegium illud ex vſu interpretationem recepiſſe, vt in Donatiuo locum non haberet. Ad tex. *in c. cum dilectus, extr. de conſuetud.* Roman. *conſ.*171. Bart. per illum text. *in l.vſum, C.de aquaduct.lib.*11. vbi dicit, *Nota legem iſtam contra illos, qui priuilegium nimis largum aliquid faciendi habent, illoque multum* 2



Digitized by Google

*ſtrictè vtuntur, quia non poterant poſtea eo vti, plus largè quàm vſi fuerunt.*

3 Dicebatur inſuper, quia omne priuilegium per non vſum decem annorum amittitur: vt *in l.*1. vbi Bar. *ff. de nund.* idem Bar. *in l. licitatio, §. earum rerum, ff. de publio. & vectigal.* Iaſ. *in l. fin. ff. de conſtit. Princip.* Io. de Plat. per illum tex. *in l.*3. *C. de Decurion. lib.*10. *& in l.*2. *C. de his, qui ſponte muner. ſub.* Quæ quidem iura, licèt loquantur in his, quæ actum habent momentaneum, vt per vnum ſolum actum tollatur priuilegium; ſecus ſi ſucceſſiuum, provt eſt in immunitate; cuius priuilegium tolli non poteſt, niſi quoad actus præteritos, ſecus verò quoad actus de futuro: vt tenent Cyn. & Salycet. *in l. voluntaria, C. de excuſ. tutor.* tamen in caſu de quo agebatur, dictum fuit, tolli priuilegium per ſolutionem continuatis temporibus annorum 30. vel 40. factam: ad quod fuerunt allegata iura *in cap. ſi de terra, & in cap. accedentibus, extra. de priuileg.* Iaſ. poſt alios *in d. l. fin. ff. de conſtit. Princ.* Io de Platea *in d. l.*3. *C. de Ducur. lib.*10 *& in d. l.*2. *C. de his, qui ſpon. muner. ſub. lib.*10.

4 Vltimo confirmabatur deciſio ex diſpoſitione text. *in l.*1. *§. ſi quis tutor. ff. quando appell. ſit*, vbi Ang. ſatis illum commendans, dicit *ibi* eſſe caſum in terminis, licèt communiter ignoretur; quod ſi quis habet priuilegium exemptionis ab omnibus collectis & datiis, & patiatur vt in libris communium debentium deſcribatur, non aliter infra decem dies appellans, quod ſibi præiudicauit, ita vt priuilegium amiſerit: ſequitur Andr. de Barulo *in l.*1. *C. de his, qui ſpont. muner. ſub.* Iaſ. *in l. fin. de conſt. Princ.* vbi tamen tenet contra Ang. & dicit, quod Bar. *in l forma §. fin. ff. de cenſib.* tenet, quod ille, qui eſt in æſtimo deſcriptus, annum habet ad reclamandum: idémque Roman. *in l. commiſſa, ff. de publican. & vectigal.* & Iaſ. addit, quod fortè habet annos triginta: vnde in caſu propoſito dicebatur, quod attenta quauis opinione, Fiſcus habebat intentum, quia Vniuerſitas per ſpatium 30. annorum, & vltra, donatiua ſoluerat, ſic patiens ſe deſcribi facere in cedulariis Regiæ Cameræ pro huius Donatiui ſolutione.

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem huius deciſionis, vide quæ ſatis doctè ſcripſit Dom. Reg. Moleſ. *deciſ.*3. *in tit. de donat.* vbi ſimiliter per Regiam Cameram deciſum refert, immunitatem quantumuis amplam Functionum Fiſcalium alicui Vniuerſitati conceſſam, nullo pacto Donatiua comprehendere, niſi ſpecificè, & in indiuiduo de donis fuerit facta mentio. Ratio aſſignatur, quia cum donatiua voluntariè fiant, dum ſoluuntur, derogatio nulla fit, nec contrauentio priuilegio conceſſo per text. *in l. voluntaria, C. de excuſ. tutor.* ſecus verò, vbi ſpecificè in priuilegio immunitatis, vt etiam à donatiuis eſſet Vniuerſitas immunis, ſcriptum reperiretur; quia tunc dicit Dom. Reg. Moleſ. pluries fuiſſe per Regiam Cameram iudicatum, ſub immunitate conceſſa, donatiua venire; ex Theorica Bar. *in l.*2. *ff. de iur. immunit.* Etenim quando aliqua Vniuerſitas ſpeciale habet priuilegium à donis, non quia totum Regnum donat, ſit præiudicium aliquod immunitati conceſſæ. Regula enim *l. quod maior. ff. ad municip.* nullo pacto locum habet, quando agitur de præiudicio patrimoniali habentis immunitatem: ita Gloſſ. magna *in l.*2. *C. quæ ſit long. conſuetud.* ſicque pro Vniuerſitate Caſtri-Maris de Stabia, de anno 1570. iudicatum, quamuis ante de anno 1568. ſub die 14. Februarij fuiſſet determinatum contra Vniuerſitatem Ciuitatis Tarenti, quæ non obſtante, quod haberet priuilegium immunitatis ſpecificũ, etiã à donis, Regia Camera decidit, vt à donatiuis non eſſet immunis; non quidem, quia priuilegium immunitatẽ à donatiuis non comprehẽdebat, ſed quia priuilegio prædicto videbatur renũciatum, ob continuatam donatiuorũ ſolutionem ab Vniuerſitate factam ab anno 1446. Vnde merito in caſu huius deciſionis extitit Ciuitas Puteolorum condemnata ad donatiua ſoluendum, ex quo illa 30. annorum ſpatio, & vltra, ſemper donatiua ſoluerat; ſicque bene dicebatur, priuilegium à Ciuitate præſentum per ſolutionem donatiui, continuatis temporibus annorum 30. vel 40. factam, fuiſſe ſublatum, ſiue ex vſu interpretationem recepiſſe, vt in donatiuo locum non haberet: eſt enim communis concluſio, ſcientiam cum patientia longi temporis conceſſionis, declarationem inducere: ita Rom. *in conſ.*271. & Cuman. *in conſ.*162. *num.*4. *col.*2. *in principio*, quos ſatis ad propoſitum allegat Dom. Reg. Lanarius *conſ.*34. *num.*2. Vbi *num.*3. addit, de hoc mirum non eſſe, quia verum eſt, priuilegium ex vſu interpretari: ex Bar. *conſ.*59. *num.*6. Ant. de Butr. *in cap. ſi diligenti, in fine, de præſcript.* qui dicit, quod ſi verba priuilegij ſunt dubia, ex vſu declarantur; & Socin. *conſ.*63. *num.*11. *lib.*3. addit conceſſionem præcedentem per ſubſequentem obſeruantiam interpretari, etiam ſi verba non paterentur: idémque Camil. de Medic. *conſ.*63. *num.*8.

Sed quæro ſi priuilegium eſſet alicui Ciuitati con- 2
ceſſum, vt ſit immunis à ſolutione alicuius gabellæ, num cenſeatur illud ſublatum, ſi demum poſt conceſſam immunitatem conſtaret, aliquos ex ciuibus gabellam ſoluiſſe? Negatiuè reſponderunt Andr. de Barulo *in l.*2. *C. de his, qui ſponte muner. ſub. lib.*10. Io. de Plat. *ibidem*, vbi dicit, quod *immunitas vectigalium conceſſa pridem à Rege Apuleæ, Genuenſibus, & Piſanis, non intelligitur amiſſa per ſolutionem vectigalium factam ab aliquibus de populo, etiam voluntariè*: quod quidem dictum multum commendat Iaſ. *in l. fin. ff. de conſtit. Princ.* Felin. *in cap. cum acceſſiſſent, de conſtit.* & Nicol. Euerard. *in conſ.*21. *num.*21. omnino videndus. Ratio aſſignatur, quia ſingulares perſonæ non poſſunt renunciare priuilegio conceſſo Populo in præiudicium Ciuitatis, *c. cum omnis, de conſtit.* & dixi ſuprà, *in obſer. ad deciſ.*33.

## ARGVMENTVM.

Priuilegio ſuo, an quis per vnum ſolum actum contrarium renunciaſſe cenſeatur. Mandatum litteris mediantibus iniunctum, an per ſolam literarum retentionem ab illo, cui dirigebantur, acceptatum dicatur. Tacens in

Digitized by Google

in actu, quem ſcit, & cui contradicere poteſt, & contradicendo impedire, non contradicit, an cenſeatur actui conſentire? Creditor qui præſens, & ſciens patitur rem ſibi obligatam alteri pignori dari, an ius ſuum remittere videatur? & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XXXIX.

DON Sancius de Leyua Regni huius Regiarum Triremium Generalis, cum Domino tunc noſtro Rege ſe conuenerat, vt ei liceret è Regno vlterioris Siciliæ tot ſalmarum frumenti extractionem facere; & in alio capitulo ſeparato promiſerat ſua Catholica Maieſtas, quòd vbi dictus Generalis biſcoctum pro furnimento triremium emeret, vltra certam ſummam, quod teneretur Regia Curia illud plus reficere, id quod cum contigiſſet, inſtabat Generalis pro capitulationis obſeruantia.

E contra dicebatur, refectionem prædictam illi fore compenſandam cum beneficio habito ex illa extractione, provt practicatum fuerat cum Generali Triremium Regnorum Hiſpaniarum, cum quo ſic expreſsè capitulatum extiterat: quo factum fuit, vt dubitaretur, an Generalis prædictus in ſua prætenſione bonum foueret ius?

1 Fuit per Regiam Cameram deciſum, quod conſuleretur ſua Catholica Maieſtas, à qua cùm fuiſſet demum ordinatum, quod ipſa Regia Camera iuſtitiam faceret, fuit determinatum pro Generali, nimirùm, vt ſua capitulatio nullò pacto eſſet intelligenda, provt illa Generalis Regiarum Triremium Hiſpaniarum, ſicque vt ei bonificaretur illud plus, quod vltra ſummam taxatam expenderet pro emendo biſcoctum.

Ratio deciſionis fuit, quia in conuentione inita inter Generalem, & ſuam Catholicam Maieſtatem, nulla extiterat facta mentio, quod vnum cum alio compenſari deberet; ergo lex de eo non loquebatur, & ſucceſſiue nec Iudex loqui poterat: ad text. *in l.* 4. §. *toties, ff. de damno infecto, & in l. ſi vero* §. *de viro, ff. ſolut. matrimon.*

2 Nec fuit ratio aliqua habita, quod per Venditorem Triremium fuerat facta declaratio compenſationem eſſe faciendam, & quod declarationem illam Generalis acceptauerat, ſicque videbatur ſibi præiudicaſſe, & ſucceſſiuè fieri locum regulæ, vt quando quis tacet in actu, quem ſcit, & cui contradicere poteſt, & contradicendo impedire, & non contradicit, cenſeatur actui conſentire: vt per Bar. *in l. quæ dotis, col. penul.* vbi Alex. *ff. ſolu. matr.* & Iaſ. *in* §. *item Seruiana, Inſtit. de action.* idem Bar. *in l. cum tabernam*, §. *idem quæſiui. ff. de pignor.* vbi per illum text. voluit, ad acceptandum mandatum ſat eſſe, vt quis mandati litteras retineat; & eo ipſo quod illas acceptauit, & non contradixit: Tamen dictum fuit, hoc præiudicium procedere poſſe, quoad quantitates tunc debitas, & quas voluntarie acceptaret, ſecus verò quoad futuras, argumento eorum quæ dixerant Felin. & Dec. *in cap. cum acceſſiſſent, extra de conſtit.* Iaſ. *in l. fin. ff. de conſtit. Princ.* & Io. de Plat. *in l.* 2. *C. de his qui ſpont. mune. ſub. lib.* 10. *& in l.* 1. *C. de Decurion. lib.* 10. in quibus locis habetur, quod licet quis per vnum ſolum actum contrarium, ſuo priuilegio renunciaſſe cenſeatur, hoc tamen procedit, quando habet tractum ſucceſſiuum momentaneum, iuxta *l.* 2. *C. de iure dom. impetr.* ſecus verò quando habet ſimplicem actum ſucceſſiuum, quia tunc ſolum cenſetur renunciatum penſionibus tunc decurſis, non autem futuris: vt latè declarant DD. *in locis ſuprà allegatis.*

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

---

## OBSERVATIO.

Regula illa, de qua per *D. Reg.* hic nimirum vt quando quis tacet in actu, quem ſcit, & cui contradicere poteſt, & contradicendo impedire, & non contradicit, cenſeatur actui conſentire, vltra DD. *hic* relatos exornatur à Signorol. *conſ.* 104. *n.* 6. Iaſ. *in l. ſi pacto* §. *& quia, C. de inofficioſ. teſtam. & in l. qui in aliena, ff. de acquir. hæred.* Alex. *in l. quæ dotis, num.* 78. *verſ. hoc tamen ff. ſolut. matr.* Crauet. *conſ.* 204. *num.* 9. quos omnes citat D. Card. Tuſch. *pract. concl. litt. P, concl.* 603. *num.* 8. *&* 9. *& litt. L, concl.* 374. vbi principaliter quærit, an recipiens litteras, continentes, quod ipſe debeat centum, illáſque legens, & non contradicens, cenſeatur eas acceptare, ſicque debitum confiteri? & affirmatiue reſpondet ex innumeris, quos allegat; cum declarationibus tamen, de quibus *ibi* per eum. Illud verò procedit ſine controuerſia, quod nunquam quis habetur pro conſentiente, ſi præſens actui ſibi præiudiciali, contradicendo, non poteſt illum impedire: hic eſt tex. *in l. ſicut*, §. *non videtur, ff. quibus modis pign. vel hypoth. ſol.* vbi præſens venditioni rei ſibi hypothecatæ, & tacens, hypothecam remittere non cenſetur: id quod notant Bar. *in l. fin. C. de remiſſion. pignor.* Alex. *conſ.* 20. *n.* 12. *lib.* 3. Iaſ. *in l. cùm rem alienam, num.* 5. *C. de legib.* & ſatis notanter Ant. Fab. *diffin.* 2. *C. de remiſſ. pignor.* vbi in illo Senatu tractatum teſtatur, creditorem, qui præſens, & ſciens patitur rem ſibi obligatam, alteri pignori, aut hypothecæ dari, nullo pacto ius ſuum remittere videri, cùm ea potius ratione id paſſus videri debeat, quod ſciuerit, ius ſuum duraturum; niſi expreſsè conſenſerit, aut niſi ad hoc vocatus ſit, vt ſciretur, an conſentire vellet, an diſſentire: id quod euenire ſolet (ſic loquitur Faber) *quoties programmate admoniti creditores fuerunt, vt publicæ venditioni adeſſent:* ad tex. *in l. ſi eo tempore, C. de remiſſ. pignor.* & *in diffin.* 4. notabiliter loquitur, conſenſum ex officij neceſſitate præſtitum, tacitam pignoris remiſſionem non inducere.



Digitized by Google

2 Quo vero ad aliud, quod tangit hic *Dom. Reg.* nimirum an, & quando quis per vnum ſolum actum contrarium ſuo priuilegio renunciare cenſeatur? ad plenam huius dubij notitiam vide amplum diſcurſum D. Card. Tuſch. *pract. concl. lit. P, concluſ.* 756. & ex Noſtratibus, quando caſus occurret, recurre ad Camil. de Medic. *conſ.* 63. *à num.* 3. quò loci diſtinctionem *D. Reg. noſtri* approbat, nimirum, Aut priuilegium momentaneum habet effectum, aut vero ſucceſſiuum; ſi momentaneum, per vnicum actum contrarium amittitur, ad tex. *in l.* 2. *C. de iure dom. impetr.* Bar. *in l. fin. poſt num.* 6. *ff. de conſtit. Princ.* Si verò habet effectum ſucceſſiuum, quia recipit reiterationem, vt in Priuilegio immunitatis, quod non ſoluantur datia, ſeu quod quis à muneribus ſit exemptus, & tunc ſi ſponte vnum acceptauit, in aliis ſibi non præiudicat: *l. voluntaria: C. de excuſat. tutor.* vbi Cyn. & Salycet. docent, quod ſi quis immunis ſit à datiis, ſi ſemel, & pluries ſoluit, in illo actu tantum ſolutionis ſibi præiudicauit, non autem in futuris ſolutionibus: id quod voluit etiam Bar. *in l.* 2. *ff. de veteran.* Vnde ſubdit noſter de Medic. *num.* 6. vt priuilegium habens effectum ſucceſſiuum, per actum contrarium tollatur, requiri omnino, vt ei per annos triginta contrauentum ſit. Verum hæc omnia procedere aduertit, quando priuilegium priuatæ perſonæ conceſſum reperiretur, tunc enim per contrauentionem tacita inducitur priuilegij renunciatio: Secùs vero, ſi Eccleſiæ, hoc enim caſu, ſicut Canonici, & ſingulares perſonæ Eccleſiæ expreſsè non poſſent renunciare priuilegio ei indulto, ita contraueniendo non poſſent tacitè renunciare, ac proinde vt tollatur, neceſſe eſt, vt contrauentum ſit ei, ſpatio annorum quadraginta: & in priuilegio conceſſo Vniuerſitati, quod ſi vna perſona eo vſa non eſſet, quod non per hoc cæteris de populo diceretur illatum præiudicium, ſcripſerunt Euerard. *conſ.* 21. *num.* 25. & Conſiliar. Gizzarell. *deciſ.* 70. de quibus memini *ſupra in obſer. ad deciſ.* 33.

## ARGVMENTVM.

Nepos ex ſorore, in feudi ſucceſſione, an fratrem patruelem defuncti feudatarij excludat, in terminis gratiæ, de qua *in Prag.* 11. *de feudis.* Renunciatio Matris dotatæ, an, & quando noceat filio, quin ad Auunculi ſucceſſionem venire poſſit. In feudi antiqui ſucceſſione concurrentibus defuncti feudatarij amita, & fratre patruele, vter præferendus; & quid ſi concurrerent Feudatarij amita, & nepos ex ſorore. In ſucceſſione bonorũ allodialium Aui, vel Auunculi, num ex propria perſona concurrere poſſint nepotes ex filia, vel ſorore, adhuc viuentibus, quæ ampliſſimè renunciarunt? & de pluribus notabilibus, ad ornatum *Conſtit. Regni, Vt de ſucceſſionibus,* & *Pragm.* 1. *de feudis.*

## DECISIO XL.

MORTVO Io. Andrea de Blaſio feudatario, ad feudi antiqui ſucceſſionem concurrebant Franciſcus Antonius de Blaſio frater Patruelis ex vna, & Felix Iaſius nepos ex ſorore, ex altera: vnde, re in iudicium deducta, contigit dubitari vter concurrentium meliora foueret iura.

Fuit per Regiam Cameram deciſum pro 1
Felice nepote ex ſorore. Ratio deciſionis fuit, quia nepos erat in tertio gradu per Regni conſtitutionem admiſſus, frater vero patruelis in quarto, per eandem conſtitutionem excluſus, quæ quidem Regni lex exordiens, *Vt de ſucceſſionibus*: non tam enumerat perſonas, quàm gradus, ibi, *in vlteriori autem gradu, &c.* Id quod cum frater patruelis non negaret, ad nepotem excludendum dicebat, fuiſſe illum admiſſum ex ſpeciali gratia ſuæ Cæſareæ Maieſtatis, qua ſancitum extitit, vt frater patruelis deſcendens per lineam maſculinam à primo acquirente feudum, poſſit fratri ſuo patrueli ſuccedere: & licèt nepos, qui in caſu propoſito ad ſucceſſionem concurrebat, erat defuncto in gradu proximiori; attamen dicebatur, obſtare ei, *Primo* matris renunciationem, dum nuptui traderetur, initam: *Secundo* diſpoſitionem *eiuſdem Conſtitutionis*, quæ expreſſe dotatas excludit, ibi, *coniugata, & dotata*, *&c.* iuncta *Prag.* 1. *de feudis*, vulgo dicta *La Filenciería*: vnde ſi ex iſtis duabus cauſis mater excluditur, ergo & eius filij.

Sed ad vtrumque facili quidem modo fuit 2
reſponſum. Et ad primum, de matris renunciatione fuit dictum, illam non obſtare, ex quo erat præmortua, ſicque ipſe nepos ex propria perſona veniebat, nec aliter indigebat, matris locum ſubingredi, ex quo moriens illa fecit locum filio, non tranſmiſſiuè, ſed priuatiuè; vt per Bal. & Iaſ. *in l.* 1. *C. de liber. prater.* & eſt text. *in l.* 1. *§. ſi ſit nepos,* vbi Bar. *ff. de collat. dot.* optimè Aret. *in l. qui ſuperſtitis, col.* 5. *ff. de acq. hæred.* Paul. de Caſtro *in eadem l. qui ſuperſtitis*, vbi huius concluſionis rationem aſſignat, quam omnes ſequuntur; nimirum quia renunciatio facta à filia, vel ſorore, tacitam habet conditionem, ſi ei patris, vel fratris hæreditas deferatur: vnde ſi præmoriatur, filio ſuo ex propria perſona venienti haud nocebit. Idémque dictum fuit reſpectu alterius obicis, nimirum maternæ dotationis; nam tunc illa vti dotata excluditur, quando viueret, & ad ſucceſſionem concurreret, vnde ea mortua tempore, quo fit locus ſucceſſioni fratris Feudatarij, dotatio filio nocere non poterit; hæc enim dotationis qualitas, perſonam tantùm dotatam reſpicit, & non aliam: ita Bal. *in l. maximum vitium, col.* 4. *verſ. ego ſimiliter concludo,*

C. de

Digitized by Google

*C. de liberis præter. & in authen. ceſſante, C. de legit. hæredib.* Corne. *conſ.* 116. *col.* 2. & ita intelligendus eſt Andr. quem *Euangeliſtam in feudis* appellamus, dùm dixerat, tam *in dicta conſtit. Vt de ſucceſſionibus*, quàm *in cap.* 1. *de natur. ſucceſſ. feudi*, vt illud *quod obſtat ſorori dotatæ, obſtet nepoti eiuſdem ſororis filio*: Quia intelligitur, quando nepos ex perſona matris ſuæ venire vult, ſecus ſi ex propria perſona; & ita tenet Loffred. *in d. cap.* 1. *de natur. ſucceſſ. feudi, col.* 5. poſt Afflict. *in d. conſtit. Vt de ſucceſſionibus, num.* 20.

---

## OBSERVATIO.

1 QVod in ſucceſſione feudi nepos ex ſorore fratrem patruelem defuncti feudatarij excludat, prout fuit deciſum *hic*, dubitandum non eſt: & ea potiſſima aſſignatur ratio, cum gratia fratribus patruelibus conceſſa illum ſemper receperit intellectum, dummodo non concurrat alia perſona illis proximior: ita Dominus Præſes de Franch. *deciſ.* 1. Dominus Reg. Tap. *deciſ.* 5. *cap.* 1. & Dominus Reg. Vrſin. *de ſucceſſ. feud. par.* 2. *quæſt.* 9. *art.* 1. & 2. quos retuli Ego *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 126. *num.* 74. vbi, hac ratione attenta, dixi, in ſucceſſione feudi antiqui, concurrentibus defuncti feudatarij amita, quæ fuit ſoror Patris; & fratre patruele, illam quamuis fœminam fore admittendam, fratre patruele maſculo prorſus excluſo: ſecus verò ſi concurrerent defuncti feudatarij amita, & nepos, ſiue neptis ex germana ſorore; quia tunc iſte, ſiue iſta, quamuis natu minor, matris perſonam repræſentans, illam etſi natu maiorem excluderet: ad quod allegaui Afflict. *in conſtit. Vt de ſucceſſionibus, num.* 44. Eſt tamen verum (ſic *loco cit. n.* 75. alloquutus ſum) quod poſſet feudatarius ex teſtamento, & in actu inter viuos, vigore nouiſſimæ gratiæ, de qua *in Pragm. fin. de feud.* amita, ſiue propria ſorore excluſa, fratrem patruelem maſculum in feudo antiquo paterno inſtituere hæredem, dummodò ille, fœminis non exiſtentibus, ab inteſtato ſucceſſurus eſſet: ſicque pluries obſeruatum ſcripſerunt Dominus Regens Ron. *deciſ.* 94. *num.* 3. Præſ. Lanar. *in addit. ad D. Reg. eius patruum, in repet. cap.* 1. *num.* 2. *de ſucceſ. feud.* & Montan. *in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, num.* 28. *de probib. feud. alien. per Freder.*

2 Vlterius teſtatur *Dominus Regens noſter* Regiam Cameram, & merito quidem, nullam habuiſſe rationem de oppoſitione facta huic nepoti ex ſorore, vt ſuccedere non poſſet, ex eo, quia mater eius ampliſſimè renunciauerat: nam cum eo ſucceſſionis tempore mortua reperiretur, nullum habebat obicem hic nepos, quin ex propria perſona admitti deberet: euanuerat enim renunciatio, quæ ſemper tacitam habet conditionem, *ſi ſucceſſio renuncianti deferetur*, vt probant Doctores *hic* relati, quibus addo ex recentioribus D. Præſid. de Franchis *deciſ.* 32. *num.* 16. & 67. *per totum*, Morot. *conſ.* 22. Surd. *conſ.* 133. *num.* 20. Auendan. *ad leg. Tauri* 40. *gl.* 17. *num.* 32. Ant. Fab. *diff. prima, C. de pactis*, Gratian. *diſcep. forenſ. c.* 785. *to.* 4. Viu. *deciſ.* 211. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 9. *gl. vnica, p.* 1. *num.* 65. Molin. *de rit. nupt. quæſt.* 84. *num.* 20. *lib.* 3. Robles, *de repreſent. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 65. & 66. & melius *num.* 99. & 100. Alex. Trentacinqu. *conſ.* 48. *part.* 1. Gallerat. *de renunciat. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 9. Dominus Regens Rouit. *conſ.* 23. *num.* 24. & 25. *lib.* 1. Dominus Regens Merlin. *controu. cent.* 1. *cap.* 11. *per totum*, & Dom. Reg. Capyc. Latro, aliis omiſſis, *deciſ.* 4. & 41. *n.* 4. & 16.

Dico plus, quod in caſu huius deciſionis, adhuc ſi ſoror defuncti feudatarij vixiſſet, frater patruelis nullo pacto in feudo ſuccedere potuiſſet, quia vel ipſa ſoror ſucceſſiſſet, ex eo forſan quia ceſſabant cauſæ, ob quas facta extiterat renunciatio, ex iuribus & DD. authoritatibus per me relatis *lib.* 2. *mear. reſol. cap.* 189. vel ipſe nepos, ſororis renunciantis filius, ex ſucceſſorio edicto; ad tradita per me *cit. cap.* 189. *à num.* 94. *vſque ad & per totum num.* 100. Hæc, quando tractatur de ſucceſſione feudi. 3

At cum de ſuccedendo in bonis allodialibus tractaretur, ſuppoſito quod filia, vel ſoror renuncians, nullo pacto ſuccedere poſſit, num eius filij ex propria perſona, ad aui, vel auunculi ſucceſſionem venire poſſint? vel potius aſſeuerandum, ſtante matris excluſæ ſuperexiſtentia, cenſeri eos pariter excluſos? Pro huius dubij reſolutione duo ſunt diſtinguendi caſus. *Primus*, quando renunciantis filij ad aui materni, ſiue auunculi ſucceſſionem venire intendunt in concurſu auunculorum. *Secundus*, quando auunculis non ſuperexiſtentibus, concurrere vellent cum ſobrinis, auunculorum, ſiue materterarum filiis. In primo conueniunt omnes, ſine contradictore, matris renunciantis ſuperexiſtentiam nocere filiis, ſicque illos omnino per auunculos, ſiue materteras excludi. Ratio aſſignatur potiſſima, quia volentes hi concurrere cum auunculis, nullo pacto ſuccedere poſſunt, niſi ex perſona matris viuæ, quæ per renunciationem reperitur excluſa, ac proinde ipſi quoque filij repelluntur; iſtaque portio, quæ matri deberetur, ſi non renuntiaſſet, accreſcit fratribus per ius accreſcendi: ita ſatis bene D. Reg. Rouit. *conſ.* 46. *num.* 32. *lib.* 1. In ſecundo autem caſu, ſecus omnino affirmandum: nam cùm hi nepotes ad aui materni, vel auunculi ſucceſſionem concurrant cum perſonis æqualis gradus, ita vt matris perſonam, ſiue gradum ſubingredi non indigeant, non eſt cur dubitari poſſit, vt matre per renunciationem excluſa, filij à ſe orti per ſucceſſorium edictum cum ſobrinis ſuccedant: hoc eſt enim de iure, vt proximiore ob aliquam cauſam à ſucceſſione excluſo, ſequentes in gradu admittantur: *l.* 1. *§. quibus*, vbi Gloſſ. *in verb. voluerit, ff. de ſucceſſ. edict.* & *in l.* 1. vbi DD. communiter, *C. eodem*, ita ſane ſcripſerunt Bar. *in l. qui ſuperſtitis, num.* 2. *verſ. aduerte ſi quidem, ff. de acquir. hæredit.* Io. de Imol. *in eadem l. qui ſuperſtitis, ante num.* 1. *verſ. ſed vbi filia*, Io. Crot. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, à num.* 56. *vſque, & per totum n. ſeq. ff. de verb. oblig.* attente legendus, Ludouic. Morot. *conſ.* 22. *num.* 7. *verſ. ſecundo probatur*, Franc. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *quæſt.* 84. *num.* 23. *verſ. ſubdeclaratur*, egregie Paul. Galler. *in tract. de renunciat. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 28. *verſ. ex quibus*, Præſ. de Franch. *ad Napod. in conſuet. Si moriatur, ſub num.* 39. *in apoſtilla incip. Vide Dec. verſ. & adde, quod ſi adſunt, &c.* P. Molfeſ. omnino videndus *in comment. ad conſuet. noſtras, in tit. de renunciat. q.* 14. *num.* 9. *verſ. probari poteſt*, quò loci notabiliter loquitur: Quorum tamen dicta ſemper ego intellexi, vt procedant, quando tractatur de ſuccedendo perſonæ, ex cuius bonis renuncians dotata non extitit: quia ſi dotatam eam ſupponimus de bonis illius, de cuius ſucceſſione agitur, certe filij renunciantis, ſtante eorum matris ſuperexiſtentia, nullo pacto cum ſobrinis ſuccedere poſſent, hoc namque caſu, mater quæ renunciauit, videtur ſuccedere patri, vel fratri ſuo in portione, quam pro dote à patre vel fratre habuit, ſicque nepotes non vi maternæ renunciationis; ſed vi ſucceſſionis repelluntur: ſecus vero, quando filia, vel ſoror, nihilo recepto renunciauit, vel ſi dotata extiterit à patre, & demum tractaretur de ſuccedendo 4

 fratri,

Digitized by Google

fratri, ex cuius bonis renuncians nihil conſequuta fuit, nam tunc filij renunciantis poſſent vtique ex propria perſona cum ſobrinis concurrere, matris ſuperexiſtentia non obſtante: videantur Bal. *in l. pactum dotali, num.* 8. *C. de collation.* vbi etiam Corne. *n.* 16. 17. *&* 20. *verſ. recolligendo autem*, & alij penes Merlin. *tract. de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *queſt.* 11. *num.* 2. & ex noſtris P. Molf. *loco cit. num.* 20. qua quidem diſtinctione attenta, ſuſtineri poteſt opinio nonnullorum, qui dixerunt *matris renunciantis ſuperexiſtentiam filiis nocere.* Quia intelligendi ſunt, eo præſuppoſito, quod filia, vel ſoror renuntians dotata extitit de bonis illius, de cuius ſucceſſione agitur: Eſt tamen verum, quod vbi in medium ſe offerrent perſonæ, quæ eſſent in æquali gradu cum filiis renunciantis, provt ſunt ſobrini, ideſt filij auunculorum; ſed alij in remotiori gradu; tunc indiſtincte renunciantis filij admittuntur: ita Roder. Suar. *in repet. l. quoniam in prioribus, in* 4. *limit. ad declaratione l. Regni, n.* 10. *circa finem*, dum dicit, quod vbi ſuperſunt fratres filiæ renunciantis, omnes ſunt concordes, quod renunciatio præiudicat nepotibus, viua tamen renuntiante; itemque concordes, vbi ſupereſſent remotiores, & tunc renunciantis ſuperexiſtentia, filiis non officiat: ſed vbi nepotes concurrunt cum aliis nepotibus, ait, inter DD. diuerſitatem eſſe, qua adhibita diſtinctione, prædicta concordantur.

5 Pergit vlterius Roderic. *num. ſeq.* quærens eleganter, an in caſu quo nepotibus materna non obſtat renunciatio, ſit illis imputanda dos, eorum matri ſoluta; pro cuius reſolutione recitat Theoricam Bar. qui pro imputatione reſpondit *in l. in quartam, ff. ad leg. falcid.* Pro contraria autem ſententia citat Bal. qui *in l. illam, C. de Collation.* tenet contra Bar. aitque, illius rationes fantaſticas eſſe, & coloratas; ſed Io. de Imol. *in d. l. in quartam & in l. poſt dotem, ff. ſolut. matrim.* diſtinguit, vt *ibi* per eum, Roderic. inhæret ſententiæ Bar. quam dicit optimum habere fundamentum, nam abſonum videtur, quod nepos melioris eſſet conditionis, quàm filia: & iniquum, quod nepotes maiorem legitimam in bonis aui habeant, quàm mater ipſorum, in cuius locum ſubrogantur, fuiſſet habitura.

## *ARGVMENTVM.*

Proditionis crimen in Principem committendum ſciens, illúdque non reuelans, num læſæ Maieſtatis efficiatur reus, adhuc ſi tanti ſceleris particeps non ſit, ita vt eadem ſit plectendus pœna, ac ſi eſſet eiuſdem criminis ſocius: & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XLI.

ILLVD eſt de quo hic dubitatur, an proditionis crimen ſciens in Principem committendum, illudque non reuelans, læſæ maieſtatis efficiatur reus, adhuc ſi tanti ſceleris particeps non ſit, ita vt eadem puniatur pœna, ac ſi eſſet eiuſdem criminis ſocius?

Et Affirmatiuè fuit reſponſum ex ſententia 1
Bar. *in l. vtrum ff. ad leg. Pomp. de parricid.* vbi de his agens dicit, quod licèt regulariter quis non teneatur reuelare delictum quod ſcit fore committendum, per tex. *in l. culpa caret*, vbi notant omnes, *ff. de reg. iur. & in cap. non eſt ſine culpa, eodem tit. in* 6. id quod etiam dixerunt Abb. & cæteri *in cap.* 1. *de reſtit. ſpoliat. & in c.* 1. *de offic. & poteſtate iudicis deleg.* Attamen hoc limitatur, quando meleficium eſſet committendum in perſonam illius, cuius poteſtati ſciens eſt ſubiectus, provt in ſeruo; *l.* 1. *§ ſi ſeruus, ff. ad S.C. Syllan.* in filio, *l.* 1. *ff. ad l. Pomp. de Parric.* & in vaſallo, idem Bar. Ang. & Rom. *in l.* 2. *§. occiſorum, ff. ad S.C. Syllan.* Felin. *in d. cap.* 1. *de offic. & poteſt. iud. deleg.* Abb. *in d. cap.* 1. *de reſtit. ſpol.* Bertach. *in ſuo repert. in verb. ſciens crimen læſæ maieſt.* vbi teſtatur, ſe vti Prætorem decapitari feciſſe quendam ex ſola ſcientia tractatus non reuelati contra Papam, Ang. Aret. *in § alia, Inſtit. de publicis iudic. & in § publica, eodem*, vbi expreſſis verbis dicit, in crimine læſæ maieſtatis, ex ſola ſcientia, ſine conſenſu aliquo, facto, vel operatione, quẽ damnari poſſe: idémque, & bene Barbat. *in d. cap.* 1. *de offic. & poteſt. iud. deleg.* vbi ait, infinitos pro ſola ſcientia Bononiæ decapitari vidiſſe, & quod opinio Bar. ſeruetur in praxi poſt alios teſtatur Dec. *in d. cap.* 1. vbi dicit, obſeruatum vidiſſe Florentiæ contra quendam Ciuem, qui non ex alio decapitatus fuit, niſi quia coniurationem, quam ſciebat contra Rempublicam, non reuelauit: & quod de hoc eſt text. rotundus *in l. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt.* vbi DD. communiter, præſertim Salycet. qui *in* §. 1. rationem aſſignat, quia in his delictis ſcientia eſt cum culpa admixta, ex quo, ratione ſubiectionis, ſubditi Principem defendere & iuuare tenentur: ſicque in hoc caſu, lata culpa dolo æquiparatur: quod ſecus eſt regulariter: ad text. *in l. in lege Cornelia, ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* ad idem bonus tex. vbi Paul. de Caſtro *in l. fin. C. de his, quibus vt indignis, in d. §. alia, Inſtit. de publ. iudic. & in c.* 1. *§. præterea, quæ ſit prima cauſa benef. amitt.* vbi Gloſſ. dicit, quod non caret ſcrupulo occultæ ſocietatis, qui manifeſto crimini deſinit obuiare.

Et quamuis contra Bar. ſcripſerit Bal. *in quodam ſuo conſilio*, quod refert Hippolyt. de Marſil. *in ſing.* 164. ambobus volentibus, Bar. opinionem procedere, quando ille conſcius delicti, reuelando poterat delictum illud probare, & non aliter; ex quo non debet quis voluntariè tormentis ſe ſubmittere, reuelando delictum, quod ab eo non poteſt probari: iuxta tex. *in l.* 3. *C. ad leg. Iul. Maieſt.* attamen adhuc inhærendo Bartoli ſententiæ, diceba- 2
tur Baldi opinionem quamuis æquam fundari *in l.* 2. *ff. ad legem Pomp. de parricidiis*, contra omnia

Digitized by Google

contra omnia iura *ff.* & *C.* ſuprà adducta, quæ expreſſe volũt, in illis atrocibus delictis, de quibus loquitur Bar. *in d.l. vtrum*, conſcios, etiam ſi non ſunt illi participes, eadem puniri pœna, prout principales: & ad *d.l.2.* reſpondet, ideo conſcium ibi fuiſſe ad relegationem condemnatum, quia ita *in eo tex.* ex facti contingentia euenit: & ad rationem, quod quis non teneatur reuelare, quod probare non poteſt, ne ſe quæſtionibus ſubmittat, fuit reſponſum, illam non procedere in crimine læſæ Maieſtatis; ex quo tex. *in d.l. quiſquis, §.fin.* præmium tribuit illis, qui incontinenti hoc reuelant delictum: & ſi ex interuallo, licet non detur præmium, non tamen datur punitio, &c.

## OBSERVATIO.

1 VT cernis, *D.Regens noſter*, in hac ſua deciſione enixè inhæret ſententiæ Bar. qui *in l. vtrum, ff. ad leg. Pomp. de parricid.* ſcripſit, mortis pœna plectendum illum, qui ſciens tractatum proditionis contra ſuum Principem, ſiue contra Rempublicam, cui ſubditus eſt, eum non reuelauerit. Tu ad huius ſententiæ confirmationem, vltra Doctores *hic* citatos, illam inſequentes, vide Andr. à nemine in hoc articulo citatum *in cap.1. §.1. num.6. verſ. ſecus ſi fuerint præſentes, de Capit. qui Curiam vendidit*, Ang. *de maleſic. in verb. & hai traditio la tua patria, num.*10. vbi Auguſt. *in Addition.* Capyc. *deciſ.*130. *n.*65. & 155. *num.*18. vbi Addentes, Carau. *ſuper Rit. M.C.*4. *num.*5. Boſſ. *in prax. in tit. de crimin. læſæ maieſt. num.*6. *& ſeq.* Viuium poſt alios, quos allegat, *commun. opinion. lib.2. opinione* 694. Iul. Clar. *in prax. §.fin. q.*86. *num.2. per totum*, vbi tamen *in fine*, à Bar. opinione nullo pacto recedens, conſilium tradit Principibus, vt in huiuſmodi caſibus potius humanitate, quam ſeueritate vtantur; ita vt ex quacumque iuſta, vel probabili cauſa, hos reos à mortis pœna excuſent: Bar. pariter inſequutus fuit Baiard. ad Iul. Clar. *in §. læſæ Maieſtatis crimen. in verſ. quadrageſimò committitur*, & nouiſſime D.Reg. Capyc. Latr. *conſ.6. à numer.97. lib.*1.

2 Contrariam verò ſententiam, nimirũ, vt ſciens talem tractatum, & non reuelans, mortis pœna puniri non poſſit, tenuerunt Bal. Cagnol. Alciat. Gigas, Roland. Carrer. & alij, quos citat Iul. Clar. *loco ſuprà relato*, quibus addo Marſil. *ſing.*164. Cacher. *deciſ.*80. *num.*5. & Io. Vela *de pœnis delict. in tit. de crim. læſæ maieſt. verſ. ſed quamuis.*

3 Sed ad has contrarias opiniones conciliandas, putarunt aliqui, ſic diſtinguendum eſſe; nimirum quod aut ſciens tractatum contra Principem, habet probationes, quibus mediantibus poteſt tractatus probari; & in hoc caſu tenetur reuelare: & ſi non reuelat procedit ſententia Bartoli: Aut vero hic talis non habet probationes, & reuelare non tenetur, & procedit opinio Bald. Hac diſtinctione vſi ſunt Affl. *in tit. quæ ſint Regal. in §. & bona committentium, numer.*103. Catel. Cotta *in ſuis memorab. in verbo, ſcientia ſola*, Vrſil. ad Afflict. *deciſ.21. num.9. in fine.*

Alij vero diſtinxerunt, quod aut loquimur de reuelatione per viam admonitionis: & tunc ſciens tenetur reuelare, & procedit opinio Bar. Aut verò loquimur de reuelatione per viam accuſationis, & procedit opinio Bal. ita Alciat. *in l.4. §. Cato, in 4. notab. num.25. de verb. obligat.* Cagnol. *in l. culpa caret. numer.21. ff. de regul. iur.* quos citant, & ſequuntur Mynſing. *ſing. obſer. cent.5. obſ.*40. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.2. cent.4. caſu* 355. Maſul. ad Capyc. *deciſ.*155. & Ant. Gabr. *commun. concl. lib.7. in tit. de criminal. concluſ.37. num.*5. vbi *num. ſeq.* indiſtinctè tenet in patre ſciente, filium velle committere crimen læſæ Maieſtatis, vt reuelare non teneatur. Sed in hoc eſt recurrendum ad Cacher. *cit. deciſ.80. n.12. cum ſeq.*

Ego autem nouiſſimus in hoc articulo, aliam ad- 5
hiberem diſtinctionem, & ea eſt, nimirum, quod aut hic ſciens tractatum contra Principem, inquiritur de eius ſcientia in actu tractatus, & ſic eomet tempore, quo proditores conſpirationem tractant, & audacter Bar. ſententiam ſequerer; *Quomodo enim* (ſic loquitur Iul. Clar.) *poterit Princeps de ſubditis ſuis confidere, niſi pro certo teneat, quòd cum ſciuerint, aliquem contra eius vitam, aut Statum, aliquid moliri, ſtatim ipſi ſint notificaturi? Certe nemo negabit, quòd ſi famuli ſcirent aliquos decreuiſſe de nocte ingredi domum, & Dominum ſuum trucidare, idque ei non notificarent, dicerentur rei eius mortis; cur ergo nõ idem dicendum eſt in ſubdito erga Principem, tanto magis cùm in hoc etiam verſetur publica vtilitas: nam ex vita ipſius & ſalute, & eius Status quiete, dependet ſalus & quies populorum ei ſubditorum, &c.* Aut vero de ſcientia ſubditus, qui non reuelauit, inquiritur, tractatu iam prorſus dimiſſo, nullo ſequuto malo, & tunc à Bal. & ſequacium ſententia nullo pacto recederem, ſicque in caſu iſto, eiuſdem Iul. Clar. conſilio ſuperius relato vterer omnino. Cætera in hoc articulo vide apud Ant. Gomez. *var. reſol. lib.3. in tit. de crim. læſæ maieſt. n.8. per totum.*

## *ARGVMENTVM.*

Confeſſio ſocij criminis læſæ Maieſtatis, an indicium faciat ad torturam contra alium eiuſdem criminis ſocium. Socius criminis num poſſit de conſociis interrogari in crimine læſæ Maieſtatis. Depoſitio teſtis, ad hoc vt ſit valida, an præciſe requiratur vt ſit facta cum iuramento. Delictum ſi probari non poteſt, num ſocius criminis contra eius conſocium admittatur. Vt locus ſit pœnæ ordinariæ impoſitæ aduerſus committentes crimen læſæ Maieſtatis, an ſat ſit nudum conſilium, ſiue ſimplex tractatus, ſi hic tractans pœnitentia ductus delictum conſummare noluit? & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XLII.

IN inquiſitione formata contra aliquos, qui tractatum habuerant de tradendo in poſſe inimicorum Ciuitatem Gaëtæ, contigit in ſupremo Collaterali Conſ. dubitari an dictum,

ſiue

Digitized by Google

ſiue confeſſio ſocij tanti ſceleris, indicium faciat ad torturam contra alium eiuſdem criminis ſocium.

1 Fuit per omnes Dominos Regentes Regiam Cancellariam pro parte affirmatiua deciſum: eo præſuppoſito, quod tria concurrebant. Et *Primò*, quod caſus erat, in quo ſocius criminis poterat de ſociis interrogari, prout in crimine læſæ Maieſtatis, de quo agebatur; nam quamuis regulariter ſocius criminis, quando confeſſus eſt delictũ, de ſociis interrogari non debeat, prout ſunt iura *in l. quoniam liberi, C. de teſtibus, in l. fin. C. de accuſ. in l. 1. §. Diuus Antoninus, ff. de quæſtion. in cap. perſonas, extra. de teſtibus*, & clariùs *in cap. 3. de confeſſis*. Tamen hęc regula pluribus limitatur modis, de quibus per Bar. *in l. repeti, §. 1. ff. de quæſtion.* per Gloſſ. Cyn. Bal. & Salyc. *in d. l. fin. C. de accuſat.* & ſignanter in crimine læſæ Maieſtatis, prout eſt text. expreſſus *in c. 1.* vbi Abb. *de confeſſ.* & per Bal. Salycet. & omnes *in d. l. fin. col. penult. C. de accuſ.* Hippolyt. *in l. de minore, in princ. ff. de quæſtion.* & Iaſ. *in l. 1. §. ſi tibi, ff. de condict. ob turp. cauſ.* Secundò concurrebat depoſitio huius ſocij criminis, cum iuramento recepta, quia aliàs citra iuramentum nullius eſſet roboris, prout quælibet depoſitio in ciuilibus, *cap. tuis, de teſtibus, & l. iuriſiurandi, C. eod.* Hippolyt. *in prax. crim. in §. diligenter, num. 65. cum ſeq.* Tertiò concurrebat depoſitio in tortura facta, Fulgoſ. *conſ. 173.* & Hippolyt. *in d. §. diligenter, num. 50.* multa enim tortura operatur: nam quamuis teſtis, quando non eſt omni exceptione maior, non probat, tamen ſecus ſi in tortura depoſuit: Gloſ. *in l. 3. §. lege Iulia, in verb. palam, de teſtib.* Et licet aliqui dixerint requiri pariter, quod contra illum, aduerſus quem ſocius criminis depoſuit, adſit aliqua præſumptio, vt per Salycet. *in d. l. fin. in fine, C. de accuſ.* Alex. *in conſ. 89. lib. 3.* Hippolyt. *ſing. 209.* Tamen alij magis communiter firmarunt, ſat eſſe quod interueniant tria illa requiſita, de quibus *ſuprà*, ita Cyn. *in d. l. fin. in fin.* Abb. *in d. cap. 1. de confeſſ.*

2 Confirmabantur prædicta ex his, quæ dixerunt DD. mox citandi, nimirum, quod vbi aliter delictum probari non poteſt, ſocius criminis contra eius conſocium admittitur: ita Bald. *in l. quoniam liberi, C. de teſtib.* Iaſ. *in l. 1. §. ſi tibi, ff. de condict. ob turpem cauſ.* ad id expendentes text. *in c. fin. de teſtibus cog.* quem pariter expendunt Ant. de Butr. & alij *in cap. quoniam, de teſtibus*, & Franciſcus de Aret. *in conſ. 61. in fine*, & quod in crimine læſæ Maieſtatis ſocius criminis admittatur vt teſtis contra conſocios, prout in crimine hæreſis, probat text. *in c. in fidei fauorem, de Hæret. in 6.*

## OBSERVATIO.

Deciſio eſt in terminis, vt in crimine læſæ Maieſtatis dictum ſocij criminis contra conſocium indicium faciat ad torturam: etenim quamuis regulariter in delictis non priuilegiatis, quia ſocius criminis de conſociis interrogari non poteſt, Grammat. *vot. 34. n. 12.* illius confeſſio contra conſocium aliud non faciat indicium, niſi ad inquirendum, vt per DD. quos citat, & ſequitur Iul. Clar. *in prax. crim. §. fin. quæſt. 21. num. 7.* Attamen ſecus eſt in crimine læſæ Maieſtatis, in quo bene dictum ſocij tanti facinoris, ad quæſtionẽ inferendam indicium facit & ad torturam, vt per *Dom. Reg. hic*, cum dictis cuius punctualiter concordat Ant. Fab. *diff. 4. C. ad l. Iul. Maieſt.* dùm dicit, quod licet in cauſis criminalibus regulare ſit, vt vnus teſtis, quantumuis integer, ad habendum de Reo quæſtionem, indicium aliquod non faciat, ſicque multò minus is, qui ſocius criminis eſt; tamen contrà, cum de læſæ Maieſtatis crimine agitur, etſi opinionem hanc valde duram, & à nonnullis grauiſſimis Iureconſultis improbatam affirmet. Addit demùm *diffin. ſeq.* id, quod dicit *Dominus Reg. noſter*, dummodo hic ſocius cum iuramento deponat, & in tormentis; eſt etiam hac in re videndus Affl. *in conſtit. Reg. Si damna clandeſtina*, intra *num. 50.* quò loci dicit, aliquos reperiri caſus ſpeciales, in quibus licet interrogare de ſociis, & mandantibus, & participibus; & tunc dictum ſocij criminis facit indicium ad torturam; ſi tamen (nota) alia concurreret præſumptio, vel indicium, aliàs dictum ſocij criminis abſque alio indicio ſat non eſſet ad torturam inferendam, etiam in criminibus exceptis: ſubdens, ita vidiſſe per multos Sapientes in facti contingentia in crimine læſæ Maieſtatis iudicatum: quam quidem ſententiam, Afflicto, & quam plurimis relatis, amplexus fuit Io. Anton. de Nigr. *in cap. Regni exordiente, Frequens, quod eſt 7. ſecundum eius compilationem, num. 57.* vbi *num. 55.* firmans concluſionem, quæ eſt communis, vt in criminalibus, ſocij criminis confeſſio indicium non faciat ad torturam, eandemque limitans *num. 56.* in criminibus exceptis, in quibus ſocius poteſt de ſociis interrogari, (quæ, & qualia ſint, poſt Gl. & Salycet. *in l. fin. C. de accuſ.* & Abb. *cap. 1. de confeſſ.* ibi connumerat.) Addit id quod Affl. conſiderauit, fallentiam hanc eſſe intelligendam, ſi cum dicto ſocij, alia concurrerent adminicula contra ſocium nominatum, aliàs indicium non faceret ad torturam. Rationem aſſignat, quia ſic non diceretur ſemiplena probatio, ex quo ſocius criminis non dicitur omni exceptione maior, & conſequenter indicium non faceret ad torturam, ſubdens, eſſe in hoc notandum pulchrum dictum Grammat. *deciſ. 18. num. 18.* vbi dicit, quod indicium reſultans ex dicto ſocij criminis in caſibus exceptuatis, per bonam famam eliditur, ex Alex. Dec. & Bertach. quos allegat. Secundò, intelligit Niger concluſionem, vt in criminibus exceptis dictum ſocij faciat indicium, quando in tortura deponeret contra ſocium. Tertiò, quando confeſſio huiuſmodi cum iuramento facta eſſet, quia aliàs ſine iuramento non valeret, ſicque indicium ad torturam non faceret. Quartò vt pars ſit citata ad videndum iuramenta teſtium, aliàs ſi ſocius eſſet examinatus, Parte non citata, eius depoſitio non valeret. Quintò dummodo ſocius, qui deponit in tortura contra ſocium, examinetur, datis capitulis, & ſic facta litis conteſtatione cum illo contra quem deponit, aliàs nullius momenti eſſet confeſſio ſocij in tormentis: Sextò, & tandem, vt vltra adminicula & coniecturas, requiratur vt vel ex numero teſtium,

Digitized by Google

teſtium,vel ex qualitate deponentium, vel ex perſona eorum contra quos deponitur, veriſimile ſit cum non mentiri.

2 Alia priuilegia criminis læſæ Maieſtatis habes apud Iul. Clar. *in cit.* §. *læſa Maieſtatis, à num.* 15. *ad finem*,& inter alia illud in primis recenſet,quod quamuis regulariter de Generali conſuetudine,dum de criminum punitione tractatur, nullo pacto punitur affectus,niſi ſit ſequutus effectus; in hoc tamen atrociſſimo crimine ſolus punitur conatus, ſiue affectus, hoc eſt tractatus cum aliis, & conſilium circa proditionem,licèt effectus ſequutus,ſiue conſumatus non fuerit:hic eſt tex.*in l. quiſquis*,vbi DD. communiter, *C. ad l. Iul. Maieſt.* Boër. *in tract. de Seditioſis, in ſeptimo preſupp. num.* 42. Socin. Iun. *conſ.* 105. *num.* 37. *lib.* 3. & Couar. aliis omiſſis,*in Clem. ſi furioſus*, 2. *par. relect. num.* 7. vbi bene loquitur; At vt pœnæ ordinariæ locus ſit, non ſimplicem tractatum, ſiue nudum conſilium ſat eſſe exiſtimaui ſemper; ſed vt pariter ad actum proximum maleficij deuentum ſit, nimirum, vt quis fecerit quidquid potuit, & tamen perficere non valuit, quia ſecus,ſi pœnitentia ductus,delictum conſummare noluit,tunc enim,nullo pacto ſic delinquens poſſet mortis pœna puniri:& hoc eſt; quod affirmare voluerunt Grammat. *conſ. crim.* 36, *num.* 19. & melius *in deciſ.* 74. *num.* 12. quò loci multorum authoritate probat id,quod dici conſuetum eſt,vt in atrocioribus puniatur affectus,licèt non ſit ſequutus effectus,intelligendum eſſe,quod puniri debeat eadem lege,ſed non eadem pœna: ad quod allegat inter alios Andr. *in citat. cap.* 1. §. *ſi voluerit, num.* 7. *de Capit. qui Cur. vendidit*,vbi ſatis notanter docet,quod ſi plures in aliquo loco inter ſe conueniunt,ad hoſtes ſe conferre,ſicque deliberant,ſatis dici tractari vltra cogitatum; attamen non poſſent hi eadem pœna puniri, ac ſi iuiſſent, adhuc (nota) ſi ad actum eundi proceſſerint, dummodò ad hoſtes non peruenerint, quo caſu eſſet locus pœnæ mortis: Iul. Clar. tam *in loco proximè allegato*, quàm *in* §. *fin. quæſt.* 92. *in fine*,& clarius Capyc. *deciſ.* 155. *n.* 16. *per totum*, *& num.* 21. cuius dictum exornat Carrer. omninò videndus *in prax. tit. de homicidio, cap.* 2. quod incipit, *Homicidij autem, num.* 44. *fol.* 104. *in impreſſis Lugduni*, vbi expreſſis verbis dicit, tunc demùm in atrocibus attentatum puniri, quando quis quicquid potuit, feciſſet, & tamen perficere non valuit: & in iuris terminis criminis læſæ Maieſtatis ſunt attentè ponderanda,quæ notanter ſcripſit inſignis Iacob Menoch. qui *in tract. ſuo, de arbitr. Iudic. lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 360. *num.* 24. firmans concluſionem, vt in hoc crimine ſolus ipſe conatus pœna ordinaria ſit puniendus,ſubdit *num.* 26. verius ipſum opinari, ſolam ipſam cogitationem ad nullum actum deductam, non puniri: nec aduerſari,addit,tex. in ſæpè allegata *l. quiſquis*, ibi, *cogitauerit*; quia loquitur Imperator, cùm cogitatio alicui actui exteriori iuncta ſit, nempe quando iam cum militibus,vel priuatis,vel barbaris,ſceleſtam factionem inierit, & quòd de hac cogitatione Imperator ſenſerit,dicit Menoch. ſatis conſtare ex his,quæ *in eo tex.* ſubiicit, ibi, *eadem enim ſeueritate voluntatem ſceleris, qua effectum iura puniri voluerint, &c.* hinc intelliguntur iura,nempe *l.* 1. *&* 2. *ff. ad leg. Iul. Maieſt.* quibus non ſolùm nuda ipſa cogitatio, ſed voluntas ad aliquem actum deducta conſideratur,vt ſi dolo malo conſilium contra Principem, vel Rempublicam initum eſt, aut ſi arma contra eos parata fuerint,vel ſi ſeditione conuocati homines ſint, ſic enim, vt ſit punibilis, conſideratur affectus, ſiue conatus, ad actum extrinſecum deductus. Nec ab his diſſentit Tiber. Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 35. *num.* 10. vbi dicit,hodie ex communi conſuetudine, etiam in atrociſſimis ſimplicem conatum, nullo actu ſequente, pœna ordinaria non puniri;ſed mitiori:& *num.* 14. addit hæc aurea verba,*ſæpè autem cogitationes iſtæ,& verba minatoria in Principem, impunita ſunt relicta à Principibus, non ſine fœlici ſucceſſu.* Et in *vſibus feudorum*, pro hac opinione habemus tex. expreſſum *in cap.* 1. §. *ſi voluerit, de Cap. qui Cur. vendidit*, & in crimine ſeditionis, quod læſæ Maieſtatis eſt,vt per Capyc. *dec.* 130. *in princ.* adeò hoc verum eſſe dixerunt DD. vt pro pœna ordinaria requiratur, vt ex tentata ſeditione aliquod maleficium fuerit ſequutum, videantur omnino Lucas de Penn. *in l. fin. num.* 33. *verſ. tamen, ſi aliquis moueret ſeditionem, C. publ. lætit. lib.* 12. cuius verba tranſcripſit Capyc. *cit. deciſ.* 130. *num.* 4. & ſatis bene Carrer. *in prax. ſupra cit. in repet. l.* 2. *C. quorum appell. non recip. in* 19. *caſu, num.* 12. *verſ. item præmiſſa intellige, fol. mihi* 32. Et pro prædictorum maiori corroboratione, eſt videndus Ant. Fab. *diff.* 2. *C. de pœnis*, cuius verba ſunt: *Quod plerique iactitant in atrocibus delictis, affectum puniri, etiam quod effectus non ſequatur, ita verum eſt, ſi delinquens ad actum proximum, & vt aiunt, immediatum deueniſſe proponatur; alioquin arbitrio Iudicis ſtatuenda pœna relinquitur:ita tractatum eſt* 9. *Kal. Martij* 1595.

## *ARGVMENTVM.*

Tortura, vt inferri poſſit? quænam indicia præcedere debeant. Clericus beneficiatus in crimine læſæ Maieſtatis, an à Iudice ſeculari cognoſci poſſit. Confeſſio extorta à Reo in tormentis, cùm nulla ad quæſtionem inferendam præceſſerint indicia, nùm valida ſit cenſenda, ſi demum à Reo ratificata fuerit: & de aliis notabilibus.

## DECISIO XLIII.

IN eadem cauſa, de qua *in deciſione præcedenti*, fuit dubitatum, an ex indiciis, quæ concurrebant, torqueri potuiſſet quidam Clericus beneficiatus.

Et per Dominos Regentes fuit negatiuè 1 concluſum, imò, quod à carceribus liberari deberet,præſtita cautione de tenendo domum loco carceris, cui poſteà fuit aſſignata tota Ciuitas. Ratio deciſionis fuit,*Primò*,quia ad quæſtionem inferendam indicia non aderant ſufficientia, & quia in hac materia,certa non poteſt dari regula, dictum fuit, ad Iudicis arbitrium eſſe remittendum, quæ ſint indicia ad torturam inferendam ſufficientia, vt per Bar. *in l. fin. ff. de quæſtion.* Bal. *in l.* 2. *quor. appell. non recipiantur*, Io. Andr. *in cap. in contemplatione, de regul. iur. in* 6. & Aret. *in l.* 1. *in fine, C. de ſeruis fugit.* Secundò, quia carceratus erat Clericus beneficiatus, & ſic ſubditus Papæ,non Domino noſtro Regi, ſicque in Regem læſæ Maieſtatis crimen committere non poterat, ſed

tantum in Papam, vt eſt text. *in Clement. paſtoralis*, §. *rurſus*, *de re iudic. &c.*

### OBSERVATIO.

1 Bene *hic* dicit *Dominus Regens* cum Bar. Bal. & aliis per eum relatis, certam nimirum non poſſe dari regulam, quæ ad torturam inferendam indicia ſufficiant, ac proinde hoc Iudicis arbitrio eſſe relinquendum, idque omnes DD. affirmaſſe, teſtis eſt Salycet. *in l. fin. num.* 7. *C. de quæſtion.* Ant. de Canar. *in tract. de quæſtion. membr.* 2. *n.* 8. Io. de Amic. *conſ.* 134. Corne. *conſ.* 101. *&* *conſ.* 198. *lib.* 2. & alij, quos citat, & ſequitur Iul. Clar. *in prax. crim.* §. *fin. quæſt.* 29. *num.* 4. *&* *quæſt.* 64. *num.* 13. quò loci dicit, quod in hac re Iudices Deum timentes debent ſemper præ oculis habere, ne aliquem iniuſtè tormentis ſubiiciant, & meminit de noſtro Afflict. qui *in Conſtit. incipiente, Duram, & diram*: ſemel Regi Federico interroganti ſe reſpondiſſe atteſtatur, nec de Regia authoritate mandari poſſe, hominem torqueri, vbi indicia non ſe offerrent ad quæſtionem inferendam ſufficientia: idémque pariter Cardinali Columnæ huius Regni Proregi reſpondiſſe Thom. Gram. *voto* 32. Hinc Menoch. *de arbitr. Iudic. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 270. *num.* 5. *& ſeq.* pro regula aduertit, vt Iudex indiciorum qualitatem diligenter perpendere debeant, nimirum, vt ſint probabilia, veriſimilia, grauia, & luce meridiana clariora, ex Bal. *conſ.* 259. *Verba inquiſitionis, lib.* 1. & Crauet. *conſ.* 6. *num.* 12. *& conſ.* 99. *num.* 1. & ad indiuidualia idem Menoch. deueniens *in tract. de præſumpt. lib.* 1. *quæſtion.* 89. quadraginta tria connumerat indicia, quæ ſecundùm eum ad torturam inferendam ſunt ſufficientia; eſt etiam videndus Maſcard. *de probat. concluſ.* 1391. vbi bene loquitur.

2 Hæc ſunt adeo vera, adeóque Iudex indicia, quæ contra inquiſitum afferuntur, ponderare, & conſiderare debet, vt ſi Reum abſque ſufficientibus indiciis tormentis ſubiiceret, confeſſio ab illo extorta nullius eſſet momenti, adhuc ſi millies ab eodem Reo ratificata foret, ita noſter Andr. *in Conſt. Damna clandeſtina*: & Afflict. *ibidem*, *num.* 43. & ſatis notanter ex Bar. & aliis probant noſter Gram. *conſ.* 45. *num.* 36. *& ſeq.* Ant. Gomez. omnino videndus *variar. reſolut. lib.* 13. *num.* 25. Foller. *in prax. crim. in verb. & ſi confitebuntur, in verſ. ſiue cap. quod incipit, Videndum reſtat. num.* 68. Boſſ. *in prax. tit. de indiciis, num.* 120. *fol. mihi* 102. *à t. & in tit. de confeſſis, num.* 6. *fol.* 113. Ego ipſe *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 205. *num.* 16. vbi in quæſtione principali in dubium reuocaui, an, & quanam pœna veniat puniendus Iudex, qui modum in Reum torquendo exceſſit, ita vt Reus ille in tormentis mortuus ſit, vel eiuſdem aliquod membrum debilitatum? pro cuius reſolutione aliquas notabiles conſtitui concluſiones, quas vide.

3 In hac deciſione, vt cernis, extitit Reus à carceribus liberatus, tum primò quia ex indiciis, quæ concurrebant, torqueri non poterat: tùm ſecundò, quia Clericus erat beneficiatus, & ſic ſubditus Papæ, non autem Domino noſtro Regi, quem proinde dictum fuit, in Regem læſæ Maieſtatis crimen committere non potuiſſe. Sed aduerte, quod in hoc eſt magna quæſtio inter DD. Vndè concluſio hic firmata, ſic de plano non procedit, quandoquidem non deſunt DD. & grauiſſimi, qui dixerint, de generali conſuetudine, Clericum in crimine læſæ Maieſtatis poſſe à Iudice ſeculari cognoſci; ſed pro veritate recurre ad ſcripta per Reg. de Pont. *deciſ.* 9. Præſidentem de Franchis *deciſ.* 691. & Genuenſ. *in prax. Archiepiſcopali, cap.* 72. *in impreſſis Romæ.*

### ARGVMENTVM.

Confeſſio ſocij criminis læſæ Maieſtatis, in tormentis emanata, ac poſtea in conſocij faciem ratificata, nùm alicuius ſit roboris & momenti, ſi hic ſocius ſic confeſſus, ad mortem demum damnatus, pro ſuæ conſcientiæ exoneratione declarauerit, falsò depoſuiſſe contra nominatum. Vulneratus ſi declarauerit, vulnus non fuiſſe ſibi illatum ab eo, qui pro illo delicto inquirebatur, & contra quem indicia aderant ad quæſtionem inferendam ſufficientia, num declaratio hæc taliter proſit, vt inquiſitus torqueri non poſſit? Iudex ſi poſtquàm iudicauit, declarauerit ſententiam per pecuniam protuliſſe; vel dixerit teſtis per pecuniam teſtimonium dixiſſe, num eis credendum ſit? Offenſus ſi in mortis articulo declarauerit fuiſſe à Petro vulneratum, nùm inculpatio hæc contra nominatum indicium aliquod faciat. Fuga ſi poſt delictum, vel accuſationem ſequatur, nùm indicium aliquod contra fugientem faciat? & de aliis notabilibus.

### DECISIO XLIV.

In eadem cauſa Rebellium, de qua in duabus deciſionibus præcedentibus (vbi cenſuit Collaterale Conſilium, in crimine læſæ Maieſtatis dictum ſocij criminis indicium facere ad torturam) fuit dubitatum, an hæc concluſio procedat, quando hic ſocius, qui ſic depoſuit, & qui ad torturam eleuatus, depoſitionem in conſocij faciem ratificauerat, demum ad mortem damnatus, dum Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento reficeretur, ſe reuocauit, falſam eſſe depoſitionem illam declarans, ſic vſque ad mortem perſeuerans, provt conſtabat ex publico inſtrumento, quod pro eius conſcientiæ exoneratione confici iuſſerat.

Fuit per omnes Dominos Regentes Regiam Cancellariam, qui erant Iudices huius cauſæ, ad relationem Regij Conſiliarij Patigni, 1

Digitized by Google

tigni, qui erat Commiſſarius, deciſum, ſtante declaratione prædicta eſſe inquiſitum liberandum, ad ſuúmque honorem reſtituendum, ad id iudicandum moti ex indiuidualiter dictis per Andr. qui *in conſtit. Regni, Si damna clandeſtina, col. 6. in fine, verſ. & in his*, dicit, & ſingulariter, quod ſi confeſſus in tormentis, antequam damnetur, vel in ipſa damnatione dicat, quod mentitus eſt circa ea, quæ contra alios depoſuit, licèt quoad ſe retractatio hæc nullius ſit momenti, tamen reſpectu aliorum valebit, itavt poſtremo huic dicto ſit ſtandum, ſicque alio non probato, nimirum, quod hæc reuocatio, ſeu retractatio, aliquo procurante facta fuerit, nullo pacto procedi poteſt contra illum, aduerſus quem ſocius criminis primo loco depoſuit.

2 Confirmabatur deciſio hæc ex his, quæ ſatis ad rem dixerat Bal. *in l. 1. num. 32. C. commun. de legat. & fideicom.* quem *ibidem* ſequitur Iaſ. *num*... nimirùm, quòd ſi vulneratus declarauit, vulnus non fuiſſe ſibi illatum à Titio, qui pro illo delicto inquirebatur, & contra quem indicia aderant, ad quæſtionem inferendam ſufficientia, nullo pacto Titius torqueri poteſt, ſequitur Alex. *conſ. 24. col. 5. lib. 2.* Felin. *in cap. 1. in fine, extra. de præſumpt.* Hippolyt. *ſing. 22. & alibi.* Aret. *in c. 3. extra. de probat.* & alij.

3 Inſuper dictum fuit, nullatenus torturæ locum eſſe, quoties indicia adeſſent contra Reum, & alia pro Reo, quia tunc eliſa ſunt prima: vt per Hippolyt. *in prax. in §. diligenter, num.* 190. adeò quod ſi contra Reum adeſt vnum indicium, & pro Reo ſit probata bona fama, provt in caſu, de quo agebatur, Reus vigore illius indicij, quod eſt contra eum, torqueri non poterit: dictum eſt Baldi *in l. fin. C. de probat.* quem ſequitur Alex. ad Bart. *in l. fin. ff. de quæſtion.* & alij penes Hippolyt. *loco cit.*

4 Nec fuit ratio aliqua habita de oppoſitis per Regium Fiſcum, dum dicebat, declarationem illam, in mortis articulo per ſocium criminis factam, nullius eſſe releuantiæ, ex eo, quod recepta eſt concluſio, quod quando quis in articulo mortis declarauerit, fuiſſe à Petro vulneratum, illa inculpatio contra Petrum indicium non facit, per tex. *in l. ſi quis in graui, §. ſi quis moriens*, vbi Bar. & reliqui, *ff. ad S.C. Syllan.* Nam vt Bal. *in tit. de de pace Conſtantiæ, in §. Vaſalli noſtri*: dicebat, *Non omnis qui moritur eſt Ioannes Euangeliſta.* Item ſi iudex poſtquam iudicauit, declarauerit, ſententiã in alicuius fauorem per pecuniam protuliſſe, idémque dixerit teſtis, per pecuniam teſtimonium dixiſſe, eis non creditur: vt per Bar. *in d. §. ſi quis moriens*, Etenim reſpondebatur, non deeſſe Doctores, qui affirmauerint, dictum offenſi, in mortis articulo conſtituti, facere indicium ad torturam: vt per Ang. & Roman. *in d. §. ſi quis moriens*, & Iacob. de Beluiſ. *in ſua praxi, in rubr. de quæſtionibus*, ex eo, quod in mortis articulo nemo præſumitur ſalutis æternæ immemor, maximè ſi ille moriens, vir eſt bonæ famæ & opinionis, vt per Hippolyt. *in d. §. diligenter, num.* 117. Et licèt forſan contraria opinio ſit magis communis, negari tamen non poteſt, quin ad minus faciat aliqualem præſumptionem, vt per Gl. *in l. Mater, C. de Calumniat.* Ergo.

Minus enim fuit habita conſideratio de alia oppoſitione Regij Fiſci, nimirum quod hic inquiſitus aufugerat è Ciuitate, in qua morabatur; quæ quidem fuga indicium facit ad torturam, vt dicunt omnes *in l. fin. de quæſtion. & in l. lege Cornelia, ff. ad S.C. Syllan.* Imol. & Felin. *in c. nullus, de præſumpt.* & alij communiter. Nam dictum fuit hoc motiuum procedere, quando quis poſt delictum patratum aufugit, ſecus ſi poſt accuſationem, vt tenent Bar. *in l. 1. ff. de his, qui ſibi mortem conſciu.* Iaſ. *in repet. l. admonendi, num.* 168. *ff. de iureiur.* Mattheſ. *notab.* 147. Hippolyt. *in d. §. diligenter, num.* 45. *& in ſingul.* 115. *&* 492. Dec. *conſ.* 234. & alij vno ore affirmantes, fugam poſt accuſationem nullum facere indicium. Quare merito in caſu propoſito fuit inquiſitus liberatus, & ad ſuum honorem reſtitutus: & cùm Dominus Fiſci Patronus veritatem agnouiſſet, vt vir bonus, & prudens, idem dixit, & fuit ab omnibus ſumma laude commendatus. 5

## OBSERVATIO.

Singularis profectò eſt deciſio hæc, quam Iudices cauſarum criminaliũ ſemper præ oculis & in corde haberent, magnoperè exoptarem. Etenim ſæpeſæpiùs contingit, vt Rei tormentorum atrocitate, ſiue impunitatis ſpe, alios in complices delicti vocent, quos crimen illud nunquam patraſſe pluſquàm certum eſt: demùm ad mortem damnati, pro eorum conſcientiæ exoneratione declarant, quod dixerant contra vocatum, verum non eſſe, ſed cruciatuum rigore confeſſionem illam emanaſſe. Hæc declaratio, attentis deciſis *hic*, cum ſingulariter dictis per Ægidium Boſſ. *in prax. crim. in tit. de indiciis, & conſiderationibus ante tortur. num.* 191. *& ſeq.* omnino videndum, & per D. Reg. Sanfel. *deciſ.* 238. ſummæ releuantiæ eſt; At eò iam deuenit noſtri temporis calamitas, vt Iudices illam prorſus paruipendant, ac ſi emanata non eſſet, aiúntque, à Partibus ſuper negotio intereſſe habentibus magno conatu procurari: Sed certè decipiuntur, & non ſine ſuarum animarum detrimento, quandoquidem declaratio hæc, quæ à damnato ad mortem fit, recipitur apud nos, cum maxima circumſpectione, à Sacerdotibus Secularibus, & Regularibus Congregationis, vulgo dicimus, *La Compagnia di Bianchi*, Viris equidem ſummæ probitatis & doctrinæ: & ego ab aliquibus illorum accepi, adeo prudenter & circumſpectè in his declarationibus recipiendis procedi, vt impoſſibile ſit, à Partibus aliquo artificio eas procurari poſſe, non enim ſine lethali peccato illius, qui morti proximus eſt, hæc declaratio procederet, ſi vera non eſſet, vt quia procurata ad exonerandum illum, qui vere fuit delicti particeps: Vnde fore omnino cre- 1

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.



Digitized by Google

dendum damnato ad mortem ſic exculpanti, dixerunt pariter Marcellus de Mauro *allegat.* 83. *numero* 5. Grammat.*conſ.*21.*num.*27.*vot.*3.*num.*15.*& voto.*11.*num.* 18. *& deciſ.*56.*num.*10. Campagna *in d.c. frequens, à num.*79.*vſque, & per totum* 81. vbi dixit opinionem iſtam eſſe tenendam, quia magis communiter ita tenent, qui quæſtionem iſtam tangunt.

2 Hoc ad confirmationem illius concluſionis, quam ex Bal.& Iaſ.*hic* conſtituit *Dominus Regens*, nimirùm, vt nullo pacto ſit locus torturæ, vbi vulneratus declarauerit vulnus non fuiſſe ſibi illatum à Titio, qui pro illo delicto inquirebatur, & contra quem indicia aderant ad quæſtionem inferendam ſufficientia, vide poſt Affl.*in conſt.Si damna clandeſtina*: *num.*67.& Io. Ant.de Nigr.*in c.Regni, Tormenta, num.*19. quæ ex recentioribus ſatis bene ſcripſit Ant. Gomez. *var.reſol. tom.*3.*cap.*13.*n.*17. vbi dixit, quod ſi delictum vere,& realiter non probatur cõtra reum inculpatum; ſed tantum contra eum indicia ſunt talia, per quæ aliàs iuſtè poterat torqueri, exculpatio defuncti in mortis articulo eneruat, & tollit vires, & effectum omnium præſumptionum,& indiciorum, vt ex eis torqueri non poſſit; ſecùs verò ait, ſi contra reum inculpatum, verè, & realiter ipſum cõmiſiſſe delictum, eſſet probatum; quia tunc illa defuncti confeſſio, inquiſito non prodeſſet, nec aliquid operaretur, ita vt ea non obſtante, poterit reus ad pœnam delicti ordinariam diffinitiuè condemnari: allegat Gl.fin. quam ſingularem appellat *in l.*2.*ff.ad S.C.Syllan.* Ratio aſſignatur in hoc ſecundo dicto, quia in præiudicium Reipublicæ,& cuiuſlibet de populo, pactum, ſiue remiſſio fieri non poteſt, ſed tantum in præiudicium ſolius remittentis, vel ſucceſſorum eius: ad tex. *in l. tranſigere*, vbi DD. *C. de tranſaction.& in l.licitatio, §. quod illicite, ff.de publican. & vectigal. & in l.congruit, C.de officio Præſidis, & in l.*1.*ff.& C. ad S.C.Turpillian.*

3 Sed quid è contra, vbi quis in mortis articulo declarauerit, fuiſſe à Petro vulneratum, nùm dictum hoc contra hunc nominatum faciat indicium ad torturam? & in affirmatiuam ſententiam ex Ang. Rom. & Iacob.de Beluiſ. videtur *hic* deſcendere *Dominus Regens*, ea quidem ratione, quia in mortis articulo nemo præſumitur ſalutis æternæ immemor; quamuis forſan, (addit) contraria opinio magis communis eſſe videatur. Sed tu quando caſus occurret, recurre ad Iacob. Menoch.*de præſumption.lib.*1.*quæſt* 89.*à n.*77. vbi in hoc articulo tres recenſet Doctorum ſententias, cum duabus declarationibus, de quibus *ibi* per eum. Recurre etiam ad Boſſ.*in ſua prax. in tit. de inquiſition. num.*47.*cum ſeq.*

4 Quantum verò attinet ad aliam concluſionem *in hac deciſione* tentam, vt tunc demùm fuga indicium faciat ad torturam, quando quis poſt delictum patratum aufugit, ſecus verò ſi poſt accuſationem, quia tunc nullum faceret indicium: Adde tu Ludouic. Carrer.*in prax.crim.in* 3.*indicio, fol. mihi* 51. vbi hoc idem firmat *num.*1. Et ſingulariter aduertit *num.*15. id quod diximus de fuga poſt accuſationem, vt indicium non faciat; procedere, etiam ſi fugiens adhuc non fuiſſet accuſatus, ſed minæ de accuſando præceſſiſſent, vel eſſet veriſimilis ſuſpicio de accuſando; nam tunc idem operatur ac ſi eſſet accuſatus: id quod placuit Menoch.*cit.quæſtion.*89. *num.* 19. nec diſſentit Bayard. ad Iul.Clar.*in §.fin. quæſt.*21. *num.*21. Verùm ſi poſt inquiſitionem formatam, vltra fugam alia contra accuſatum ſe offerrent indicia, ſeu ſuſpiciones, tunc fuga poſt formatam inquiſitionem, contra eum magnum faceret indicium, ita Addẽtes ad Clar.*cit.quæſt.*21. *numero* 37. poſt Duen.*lib.* 6. *regul.iur.in verb. Fuga in criminalibus, in* 7.*limitat.*& M.Gribal.*eodem verbo*, vbi ſic notabiliter loquitur, *Fuga ante inquiſitionem, indicium facit; ſecùs, ſi quis iam accuſatus, vel inquiſitus fugerit, quia tunc potius metu vexationis, quàm ex conſcientia delicti fugiſſe præſumitur...*

## ARGVMENTVM.

Releuium nùm per mortem viri ſit ab illius hærede ſoluendum pro feudo, quod defunctus, Regio mediante aſſenſu, in dotem ab vxore accepit. Fundus in dotem datus, an, & quando per mortem viri ab vxore ſuperſtite vendicari poſſit. Dominium bonorum Rebellis, ſiue illorum poſſeſſio, num ipſo iure in fiſcum transferatur. Mulier ſe dotando, an poſſit abſque Regis aſſenſu feudum in dotem dare: & de aliis notabilibus.

## DECISIO XLV.

FEVDVM, ſi cum Regio aſſenſu fuerit à muliere in dotem datum, contigit aliàs in Regia Camera dubitari, an per mortem viri ſit ab eius hærede ſoluendum releuium Regiæ Curiæ,

In hoc articulo dicebatur duos conſtituen- 1
dos eſſe caſus, quorum Primus eſt, quando feudum eſſet datum in dotem, inæſtimatum, vel æſtimatum, ſed non ea æſtimatione, quæ emptionem & venditionem faciat, ad tex. *in l. plerumque, ff.de iur.dot.* Alter caſus eſt, quando eſſet datum æſtimatum, ea quidem æſtimatione, quæ facit emptionem & venditionem, de quo eſt tex. *in l.quoties, C.eodem.*

Ad Primum fuit dictum, Fiſcum nil præten- 2
dere poſſe. Ratio aſſignatur, quia hæres feudum illud, quod fuerat in dotem datum, in defuncti hæreditate non reperit, ſicque dici non poteſt, per mortem viri in eius hæredem fuiſſe feudi dominium tranſlatum, ſed ipſo iure, legis miniſterio, ad vxorẽ reuerſum: hic eſt text. notabilis *in l.in rebus, C.de iure dotium*, vbi ſancitur, quod ſi res in dotem dantur, ſiue mobiles, ſiue immobiles, ſiue æſtimatæ, ſiue inæſtimatæ; mortuo viro, ab vxore ſuperſtite vt propriæ vendicantur, adeò quòd lex fingit dominiũ naturaliter ſemper penes illam permanſiſſe, iuris ſubtilitate non obſtante, quod matrimonio conſtante fuerint mariti: ad text. *in l.doce ancillam, C. de rei vendicatione.* Nec eſt inconueniens, quia lex poteſt diſponere, vt dominium abſque alia vera, vel ficta traditione in alium transferatur, ad text. *in l.raptores, C.de Epiſcopis & Clericis, & in cap.*2.*de conſuetudine*, notat Alex. *in l.*1.*ff.de acquirenda*

poſſeſ

Digitized by Google

*poſſeſſione*, Id quod etiam in Regno diſpoſitum habemus per *c Bona proditorum*, ſecundùm ordinem Nigri 171. vbi dominium bonorum Rebellis, imò & poſſeſſio ipſo iure in Fiſcum transfertur. Similiter aliàs per legem diſpoſitum fuiſſe comperimus, vt dominium in aliquem transferatur ad tempus, & poſt illud tempus ipſo iure reuertatur ad eundem, à quo exiuit, provt eſt text. *in l.fin. C.de legatis*. Sicut etiam videmus in pacto legis commiſſoriæ, & addictionis in diem, de quibus per Aretinum *in l.qui abſenti, §.1 columna penultima, & fin.ff.de acquirenda poſſeſſione*. Etenim in caſu propoſito ille conſenſus, qui ad viri beneficium dotis conſignationi fuit præſtitus, cenſetur pariter præſtitus ad vxoris fauorem in retranſlatione dominij eiuſdem feudi in dotem dati, quæ ipſo iure fit: per text. *in d.l.in rebus*, ad quod fuerunt allegati Roman. & Imola *in l. vſufructu, ff. ſoluto matrimonio*, quò loci dicunt conſenſum, qui ab initio à Domino præſtitus fuit, dùm mulier rem emphyteuticam, vel feudalem in dotem dedit, cenſeri præſtitum ſecundùm qualitatem illius contractus, per quem facta eſt huiuſmodi alienatio: per textum *in leg.ſi pupillum,§.ſi pupillus, ff.de rebus eorum*: at cum dotis qualitas hæc ſit, vt illa, matrimonit ſoluto, reddatur vxori, *l.2. ff. ſoluto matrimonio*, ſequitur certè dicendum, vt ille Domini conſenſus, qui cum dotis conſignatione interuenit, ſufficiens ſit, abſque alio nouo conſenſu, ad dotis redditionem: per textum *in dicto §. ſi pupillus*, & tenet Baldus Nouellus *in tractat.de dote, parte 8. priuilegio 6. num.11.* & ſequitur Capyc. *deciſione 182. num.12.*

3 Ad ſecundum, in quo ſupponitur, feudum fuiſſe in dotem datum æſtimatum, & ea æſtimatione, quæ emptionem & venditionem facit, fuit per Regiam Cameram, nemine contradicente deciſum, poſt mortem viri, ab eius hærede fiſco releuium eſſe ſoluendum. Ratio deciſionis fuit, quia verè dominium iſtorum bonorum feudalium à principio fuit tranſlatum in virum, qui dotem in pecunia numerata reſtituere ſe obligauit, vel ad ſui electionem in eiſdem bonis feudalibus in dotem datis, *dicta l.quoties, Cod. de iure dotium*, & ſucceſſiue illud idem dominium tranſlatum fuit in eius hæredem, qui propterea releuium ſoluere tenetur, dictúmque fuit, textum *in dicta l.in rebus*, in caſu iſto locum habere non poſſe, ex quo loquitur, quando res ſunt in dotem datæ æſtimatæ, & dum fit caſus reſtitutionis illatum, vir ſoluendo non eſt, vt bene aduertunt Gloſſa, & Doctores *ibi* communiter. In tantum, quod etiam in hoc caſu, ſi in viri hæreditate nil remaneret, vt dos in pecunia reſtitui poſſit, dictum fuit, quod illa æſtimatio emptionem non faceret, & ſucceſſiuè quod in dotem æſtimatam datum eſt, mortuo viro ad vxorem rediret, ſicut ſi res eſſet dota in dotem inæſtimata, ſicque Fiſcus releuium prætendere non poſſet, ac ſi in terminis primi caſus verſaremur.

## OBSERVATIO.

CVm dictis per Dominum Regentem hic in primo caſu concordant ſcripta per Ioannem Vincentium de Anna *allegatione 95. num.10. cum ſequentibus*, & in *conſtitutione, Conſtitutionem Diuæ Memoriæ, n.21. & 22.* quibus in locis dicit, quod ſiue cum aſſenſu, ſiue abſque aſſenſu fuerit feudum in dotem datum, per viri mortem releuium nullo pacto fiſco eſſe ſoluendum, ſed tantum per mortem vxoris, quia licèt ſit expeditus aſſenſus, tamen legis miniſterio dominium feudi in vxoris poſſe remanſit: allegat textum hic à Domino Regente citatum *in l.in rebus, C.de iure dotium*, ſicque annuit, *ſub die quinto Decembris* 1556. fuiſſe per Regiam Cameram Summariæ deciſum inter Regium Fiſcum, & hæredes Ferdinandi Capani, cui cùm fuiſſent mediante Regio aſſenſu in dotem dati introitus quidam feudales ſuper Baronia Sancti Vincentij, eo mortuo, ac demum poſt annum defuncta pariter eius vxore, Regius Fiſcus duo prætendebat releuia: alterum per mortem viri, alterum verò per mortem vxoris: ſed quod vnum tantum, nimirum per mortem vxoris deberetur, decretum fuit: de qua quidem determinatione memores fuerunt Nũtius Pelliccia *ad conſuetudines Auerſanas, cap.10. in penultima additione*, quæ incipit, *Adde, quod ſi mulier, fol.230.* Maſtrillus *in additione ad Petrum de Gregorio in tractatu de conceſſione feudi, parte octaua, quæſtion.16. in titulo de iure Releuij*, Borrellus *in ſumma deciſionum parte prima, titulo de releuio num.31.* Capan. *eodem tractatu parte 4. quæſtione vndecima, inum. 20.* Thorus *in compendio deciſionum parte prima, n verbo Releuium*, & Camillus de Laratha *in Theatro feudali, parte 12. dilucidatione 56.* vbi *dilucidatione præcedenti* quærit quid dicendum, ſi pater nuptui tradens filiam, feudum in dotem dederit, vſufructu ſua vita durante ſibi reſeruato, num eo demum mortuo, teneatur filia releuium ſoluere? citat ad hoc Iacobum de Ayello, qui *in ſuo tractatu, de iure Adhoæ, & Releuij, n.79.* refert in vna facti contingentia Partes cum fiſco ſe concordaſſe, vt releuij medietas ſolueretur: ſed ipſe Laratha tenet in hoc caſu nullum releuium eſſe fiſco ſoluendum, ea quidem ratione, quia filia habebat hoc feudum ex contractu, non autem ex ſucceſſione: ad tradita per Regentem de Ponte *in tractatu de poteſtate Proregis, tit.8. num.3.5. & 7.* quem vide. 1

Sed cum in ſecundo caſu deciſum fuerit, per mortem viri, fieri locum ſolutioni releuij, vbi feudum fuerit in dotem datum æſtimatum, & ea æſtimatione, quæ emptionem & venditionem faciat, ex quo feudi dominium à principio fuerit in virum tranſlatum; die concluſionem hanc procedere, adhuc ſi vir in capitulis matrimonialibus generaliter promiſiſſet, ſoluto matrimonio dotem reſtituere, nulla de feudo mentione facta, quia hoc caſu non feudum, ſed pretium in reſtitutione eſſet, iuxta ea, quæ ſatis notantur ex Noſtratibus ſcripſit Regens de Ponte *conſilio 71. num.10. lib.1.* vbi dicit, quod ſi eſt datus fundus æſtimatus in dotem, & demum in inſtrumento dictum, *quam dotem promiſit reddere, &c.* tunc nullo pacto fundus in reſtitutione eſſet, ſed pretium; ex quo verba illa de vera dote intelligi debent, & vera dos eſt pretium, 2

quo res æſtimata eſt, ideoque præciſè pretium debetur: citat Ba dum *in l.quoties, C.de iure dotium,* cuius dictum *ibi* Barbatia ſatis extollit, Socin. *conſilio 56. verſiculo, ſeptimus caſus, libro primo*, Riminaldus iunior *in §.primo,num.46.Inſtitut. quibus alien.licet, vel non,*& Bart.*conſilio 124.Punctus quæſtionis,in fine,* vbi dicit, quod dum verba contractus ſonant promiſiſſe virum dotem reſtituere, intelligi debent de ipſo pretio, in quo dos eſt conſtituta: non autem de ipſa re dotali loco dotis aſſignatæ, iſtámque ſententiam pariter amplexi ſunt Campeg. *tractatu de dote, parte prima,quæſtione quarta,*Cephalus *conſilio 351.num.43. libro 3.*Ioſeph.Ludouicus *commun.concluſ.titulo de iure dotium,concluſione prima,in ſexta ampliatione.*Georgius Natta *conſ.650.numero quinto*, Alexander Trentacinqu.*variarum reſolutionum libro tertio,titulo de iure dotium,reſolutione prima,numero quinto,* Petrus Barboſa *in leg.æſtimatis,à numero 30.verſiculo infertur tertiò, ff. ſoluto matrimonio,* vbi addit idem eſſe, quando poſt æſtimationem factam, pactum initur, vt dos eo modo reſtituatur, quo data & recepta fuit: vt etiam hoc caſu æſtimatio venditionem inducat. Ratio aſſignatur, quia verba huius pacti non repugnant venditioni,quam æſtimatio inducit;quod placuit Ioanni Petro Fontanell.*de pactis nuptialibus,clauſula 5.gloſſ.8. parte 13.numero 34.& 35.* vbi tamen *numero 31.* poſt plures, quos allegat,ſecus dixit, ſi facta æſtimatione contrahentes paciſcerentur vt fundus ſoluto matrimonio reſtitui debeat, quia tunc æſtimatio illa ſic facta, emptionem & venditionem non induceret:vnde pro eo,quod ad materiam noſtram pertinet,verſaremur in terminis primi caſus, vt nullo pacto eſſet locus ſolutioni Releuij.

3 Dixi ſuperiùs,per mortem viri fieri locum ſolutioni Releuij, vbi feudum in dotem datum fuerit æſtimatum, & ea æſtimatione, quæ emptionem & venditionem faciat, ex quo feudi dominium à principio diceretur in virum tranſlatum: Nũc addo hoc verum, ſi ſuper eo contractu Regius fuerit impetratus aſſenſus, qui dominij tranſlationem operatur:nam ſi nullus eſſet conceſſus aſſenſus, procederent indubitanter dicta per me *libro ſecundo mearum reſolutionum capite 182.à num.9.*

4 Conſtat igitur feudum ſine Domini aſſenſu in dotem dari non poſſe, prout eſt textus nimis vulgatus *in capitulo 1.§. donare,* vbi Doctores communiter, *in titulo Qualiter olim potuerit feudum alienari.* Et quamuis controuerſum ſit maximè inter Feudiſtas, an hoc procedat, quando feudum daretur in dotem inæſtimatum,prout ſæpeſæpiùs contingit, attamen attenta illorum ſententia, qui tenuerunt non eſſe neceſſarium Domini aſſenſum, dicit Camerarius *in loco modò allegando*, eſſe intelligendam his concurrentibus, nimirum, quod detur feudum inæſtimatum quouſque matrimonium durauerit, quodque nullum ius formatum cauſetur à principio in viro, ſed ſola fructuum percipiendi poteſtas; nam tunc diceretur magis vxoris iure, quàm iure proprio fructus capere:idque affirmauit *in capitulo Imperialem,folio 83.colum.2. de prohibita feudi alienatione per Fredericum,*& meminit Montanus *in libro controuerſiarum, capite 25. n. 4.* Et ex hoc ſequitur indubitanter, vt datio illa dotis, quæ fieret de feudo,per vxoris mortem expiret,vt authoritate Dominorum de Rota animaduertit Ioannes Vincentius de Anna *in conſtitutione, Conſtitutionem Diuæ Memoriæ,num.20.*

5 Et vt de his omnibus nullus remaneat dubitandi locus, ſciendum eſt, quod in hac materia per iura Regni plures habemus diſpoſitiones: Et *Primò* ſe offert Conſtitutio, quæ incipit, *Fratribus*, per quam fuit diſpoſitum, vt Frater ſi non habet bona hæreditaria, poſſit pro dote ſororis feudi partem obligare, quodque ſi tria poſſideret feuda, poſſet vnum ex illis ſorori in dotem dare, ſub hac tamen lege, dummodò matrimonium de ſpeciali Regis licentia contrahatur. *Secundò* habemus diſpoſitionem exordientem, *Honorem noſtri Diadematis,* per quam diſpoſitum eſt, ne Baro,ſiue quilibet feudatarius, ſine Regis permiſſu vxorem ducere poſſit,nec pariter filios,ſorores, neptes,&c.maritare,nec filiis vxorem dare.*Tertiò* ſe offert diſpoſitio cap.quod incipit, *Item ſtatuimus, quod licitum ſit Baronibus*, ſecundum ordinem Io. Ant. de Nigris 111. vbi Rex Carolus II. diſpoſita in dictis Conſtitutionibus abrogauit,ſic prouidens, vt matrimonia abſque Regis licentia poſſint Feudatarij liberè contrahere:verùm quod feuda ſub pœna priuationis illorum,abſque aſſenſu Regis in dotem dari non poſſent. Ex his conſtat apertiſſimè, quod nos in Regno particularem habemus prohibitionem dandi feuda in dotem abſque aſſenſu,quæ quidem prohibitio,vt aliquid operetur, intelligi debet in omni caſu, etiam quando mulier aliud non haberet, & ſe dotare vellet; & ita in puncto notat Camerarius *in dicto capitulo,Imperialem, folio 83. columna ſecunda, littera I.* dum examinando hunc articulum an de iure communi poſſit mulier ſe dotando feudum in dotem dare,cum aliud non haberet,& partem inſequens negatiuam, addit in Regno hoc eſſe ſpecialiter vetitum. Idémque Capycius *in ſua inueſtitura, in verbo, feuda pro dote dantur*, vbi licet affirmet poſſe de iure communi mulierem feudum in dotem dare iuxta opinionem Andreæ, quæ priùs fuerat Iacobi Ardiſon. tamen ſubdit, quod attenta diſpoſitione *dicti cap.* nullo pacto poteſt mulier abſque aſſenſu feudum in dotem dare: Imò idem Andreas hoc dixit *in dicta conſtitutione, Honorem noſtri Diadematis: verſ. ſtricte ſeruabant*, dùm allegando *dictum cap. Regis Caroli editum in planitie Sancti Martini*, dicit hæc verba, *Et ſic mulier feudataria maritabit ſe ſine conſenſu Curiæ, ſi feudum non det in dotem,ſed retineat in paraferno, vt diximus ſupra in conſtitutione, Fratribus*, &c. & ſic clare concludit Andr. quod per *cap. Regni*, etiam mulier non poteſt ſe dotare cum feudo ſine aſſenſu. Quodque præcitatum cap. Regni, *Item ſtatuimus, quod licitum ſit Baronibus*, hanc in Regno habuerit interpretationem, probatur manifeſtiſſimè, quia *in anno 1507.* inter alia, quæ ab hac fideliſſima Ciuitate fuerunt Sereniſſimo Regi Catholico ſupplicata, illud fuit, vt Regni Baronibus liceret matrimonia abſque licentia contrahere, niſi vbi darentur feuda in dotem, ſiue vbi adeſſet feudi ſucceſſio, vt inter capitula conceſſa per Regem Catholicum *capite 6.fol.78.*id quod certè fruſtrà fuiſſet ſupplicatum, & poſita dicta exceptio tam præiudicialis, ſi feudum in dotem dari abſque aſſenſu licuiſſet.

## ARGVMENTVM.

Officialis de Barattaria inquiſitus, num ex proceſſu informatiuo torqueri poſſit. Barattariæ crimen an per vnum teſtem probetur. Pœna quænam ſit criminis Barattariæ. Tormenta in Regno Neapolis, pro quibus criminibus inferri poſſint? & de aliis notabilibus, ad ornatum text.

in

Digitized by Google

*in capitulo Regni , Vulgaris famæ proloquium , & in cap. Tormenta.*

## DECISIO XLVI.

CVM inquireretur Gubernator ciuitatis Capuæ de Barattaria , fuit in Magna Curia dubitatum , an ex proceſſu informatiuo potuiſſet ille torqueri , & vt torqueretur , per Collaterale Conſilium diſpenſari.

1 Fuit per Magnam Curiam votatum eſſe locum diſpenſationi , ex quo indicia erant ad torturam ſufficientia , & ita per Collaterale Conſilium diſpenſatum : quamuis pro ratione dubitandi videbatur diſpenſationem eſſe denegandam. *Primò* quia ad tormenta inferenda deuenitur,caſu quo probationes deficiunt: at quando delictum eſt probatum , itavt poſſit Reus ex probationibus condemnari, torqueri ille non debet,niſi aliquando vt ſciantur complices , & delictorum ſocij , ad text. *in l.edictum , in l.diuus , ff. de quæſtionibus , & in l.quoties,C.eodem* , In caſu , de quo agebatur,licet pro qualibet ſubornatione non aderat plena per duos , vel tres teſtes probatio , attamen cum plures extitiſſent ſubornationes , quælibet per vnum teſtem probata extiterat , ſicque fiebat locus diſpoſitioni *cap. Regni , Vulgaris famæ proloquium : ſecundum ordinem Nigri* 260. per quod ſancitum eſt , vt in iſtis barattariis per vnum teſtem delictum probari poſſit , & ex eo ſolo ſequi condemnatio. Ergo.

2 Secundò dicendum pariter videbatur , in iſtis Barattariis pœnam eſſe extraordinariam, & ſic non vltra relegationem : per textum *in l.lex Iulia , §.hodie , ff. ad leg. Iul.Repet.* Et licet iure communi attento , ſit locus torturæ nedum in delictis publicis & grauibus , *dicta l. edictum , & dicta l. Diuus*, imò etiam in cauſis pecuniariis delictum annexum habentibus, prout eſt textus *in cap.* 1. *extra depoſ.* vbi Innocent. & Ant. de Butr. Hippolyt. *in dicta l.Diuus* , Alex. *conſ.*62. *lib.*3. Socin. *conſ.*215. *vol.*4. & alij, at in Regno per *cap. quod incipit, Tormenta : ſecundum ordinem Nigri* 144.tortura inferri non poteſt , niſi in criminalibus, quorum pœna eſt vltra relegationem : Ergo.

3 Verùm his non obſtantibus , pro deciſione iuſtificanda conſiderabatur,dubitandum non eſſe , de iure *Digeſtorum* , Iudicem , qui in officio exercendo pecuniam recipit , vt iuſtè, vel iniuſte iudicet , ex delicti qualitate poſſe deportationis pœna puniri , ac etiam mortis: *dicto §.hodie* , & de iure *Authent.* pœnam eſſe bonorum publicationis , & exilij : prout eſt tex. *in authent. non iure C. de pœna Iudicis qui malè iudicat* ; Vndè dicebatur magnam eſſe pœnam,quando quis in exilium mittitur,eiuſque bona publicantur , nam in exilium miſſio propriè eſt deportatio , vt per Gloſ. *in l.exilium ff. de interd. & releg.* & eſt caſus expreſſus *in l.*2. *ff. de publicis iudiciis* , & ſic ratione delicti , & eius pœnæ , quæ eſt deportatio, etiam attento citato cap. *Regni* , quod incipit, *Tormenta* : eſt locus torturæ : eóque magis in caſu de quo agebatur , quia hic ſolitus erat in his delinquere , ac proinde delictum aggrauabatur : *l.*3. *C.de Epiſc. audient. Authent.ſed nouo iure , & l. quicumque C. de ſeruis fugitiuis* , vnde propter delinquendi frequentiam , pœna augeri debebat , præſertim in Officiali ad iuſtitiam miniſtrandam deputato , qui omni exceptione maior eſſe debet , & de hoc iurare : *l.fin. C. ad l.Iul. Repet.* Et pro dictorum confirmatione fuit allegatum,ſic ſemper fuiſſe obſeruatum , nimirum vt Officialis de Barattaria inquiſitus torqueatur ex proceſſu informatiuo ; ſic enim alias ſeruatum , dictum fuit , in perſonam cuiuſdam Iudicis noſtræ magnæ Curiæ Vicariæ , cuiuſdam Gubernatoris Ciuitatis Auerſæ , cuiuſdam electi nobilis huius Ciuitatis, & cuiuſdam Gubernatoris Prouinciarum Aprutij.

Ad allegata in contrarium fuit reſponſum, 4
probationes non eſſe tales , vt ex illis ſequi potuiſſet condemnatio , nec vnquam ſeruatum, vt attenta diſpoſitione cap. *Vulgaris famæ proloquium* , ex vno ſolo teſte fuerit quis condemnatus , ſed ſolum tortus. Et inquantum dicebatur , quod in hoc crimine leg. Iuliæ *Repet.* pœna non eſt talis, quòd attento cap. Regni *Tormenta* , poſſit in Regno ad torturam deueniri ; fuit reſponſum , quod licèt pœna ſtatuta ſit ſolum extraordinaria , *dicto §.hodie*, tamen ex eodem textu habetur quod attenta qualitate delicti,pœna augetur vſque ad mortem , vel deportationem , & de iure *Authent.* eſt bonorum publicatio , & deportatio : Ergo bene fuit diſpenſatum , vt Gubernator prædictus ex proceſſu informatiuo torqueretur.

### OBSERVATIO.

BArattaria , de qua *hic* agit *Dominus Regens* , illa 1
propriè dicitur , cùm Officialis pecunia corruptus, aliquid facit quod facere non debet; vel aliquid non facit , quod facere debet : ita Paulus de Caſtro *conſ.*152.*Videndum eſt Primo*,ad quem ſemper debere recurri,ad intelligendum quid ſit propriè Barattaria, ait Ægidius Boſſius *in ſua praxi, in titulo, de Officialibus corruptis pecunia, num.*2. vbi addit,ideò ſic appellari, cum fiat quoddam barattum pecuniæ cum Iuſtitia:ſed quomodò apud Nos crimen hoc probetur, recurre ad Pragmaticam Sanctionem,*quæ eſt ſecunda,de muneribus Officialium*,vbi ſancitum habemus,concludenter eſſe illud probatum ex dictis trium teſtium bonæ famæ, & opinionis, licèt ſingulares ſint,& demum ad quinque teſtes probationem reſtrictam habemus,ex *Pragmatica quarta,eiuſdem tituli*:de quibus quidem Regiis ſanctionibus memor fuit Dominus Regens de Ponte *deciſione* 16. *num.* 9. & peroptimè Dominus Regens Merlinus *controuerſiarum forenſium*,

Digitized by Google

*ſium,centuria* 2.*capite* 29.*num*.4. Vbi etiam addit,hac in re ſecuriorem fuiſſe ſemper æſtimatam Ioannis de Ploto diſtinctionem *in l.Iudices C. de dignitatibus, libro* 12. quem inſequuti fuere Capycius *deciſ*. 121. Georgius *allegatione* 42. *n*.30. & Dominus Reg.Rouitus *deciſ*.36.*n*.25. nimirum vt tunc demum neceſſe ſit,vt Iudex ſit de crimine conuictus, quatenus extra officium illud fuiſſe commiſſum allegaretur: vbi autem in officio, talem qualem probationem ſat eſſe. Sed hac in re placet ſatis mihi monitum Ioannis Antonij de Nigris *in cap. Regni , Vulgaris famæ proloquium*:vbi ait,in hac probatione facięda,ſummè conſiderandum eſſe,non ſolum Officialis qualitatem, & famam;ſed etiam famam & conditionem eius, qui dicitur aliquid Officiali dediſſe, ac ſimiliter indicia, quæ ſe offerunt contra Officialem, qui dicitur aliquid accepiſſe:vnde bene circa has probationes dicebant Domini Regentes de Ponte, & Merlinus *locis citatis*, hoc totum Iudicis arbitrio & conſcientiæ ex
1 ſaniori Doctorum ſententia eſſe relictum.

2 At vbi delictum hoc fuerit probatum eo modo, quo probari poſſit, quanam pœna veniat inquiſitus puniendus? explicant *hic*,& ſatis benè,*Dominus Regens noſter*,Grammaticus *conſ.crim*.35. *num*.9. & Follerius *in fragmen. poſt praxim, in titulo, de crimine corruptela*, & ex alienigenis Boſſius *loco citato,numero ſexto*,Iul.Clar.*in* §.*finali.quæſt*.73. *num*.2. vbi Addentes, & Iacobus Menochius *de arbitrar. Iudicum lib*. 2. *centuria* 4. *caſu* 342. vbi pariter ſingulariter agit, quando Iudex propriè dicetur corruptus;& an ſtatim delicto hoc commiſſo,poſſit Officialis corruptus conueniri,vel potiùs ſyndicatus tempus ſit expectandum: vide Muſcatell. *in praxi criminali, in titulo, de Iudicis corruptela*, vbi quod ſtatim conueniri poſſit, concludit: ſequitur Ioannes Iacobus Maſul. *in additionibus ad Capycium, citata deciſ*. 121. *num*.11. poſt Franciſcum Auiles,quem citat *in cap.Pretorum,in verbo, donatione,cap*.1.

3 Cætera ad hanc materiam pertinentia, vide apud Follerium *loco citato*,vbi inter alia,quæ ſcripſit,notatu digna, probat crimen hoc publicum eſſe; adeo vt cuique de populo liceat Officialem de corruptela accuſare: idemque Bayardus ad Iul.Clar.*loco citato numero* 21. & *in fine* addit Follerius, quod ſi Officialis fuerit de corruptela condemnatus, appellare non poteſt, ſed tantummodò ſupplicare:quæ quidem ſupplicatio iudicatum non ſuſpendit, niſi quouſque ipſa ſupplicatio Principi præſentetur. Sunt etiam videnda, quæ ſatis curioſè ſcripſit Paris de Puteo *in tractatu de ſyndicatu,in verbo,Corruptio,cap*.1.2.*&* 3.vbi *numer*.6. notabiliter quærit, an mediator Barattariæ teſtis ſit idoneus contra Officialem corruptum? ſed ſuper hoc dubio eſt omninò videndus Dominus Regens Merlinus *citato cap*. 29. *à num*. 12. *ad finem*,poſt Dominum Regentem de Ponte *citata deciſ*.16.*n*.25.

4 Vnum tamen dicito ſemper, crimen hoc Barattariæ eſſe priuilegiatiſſimum: ita Bald. *in l. obſeruare , §. proficiſci , in* 10. *quæſt. ff. de offic. proconſul*. vbi exiſtimauit eſſe illud connumerandum inter magnas & capitales cauſas:& Paris de Puteo æquiparauit crimini læſæ Maieſtatis,Sacrilegio,& Simoniæ,*in tract. de ſyndicatu,in verbo, Corruptio*:& Thomas Grammaticus, eſſe illud crimini Aſſaſſinatus comparandum ſcripſit,*conſ*.35. & quia delictum hoc, vti occultum, eſt difficilis probationis;Doctores dixerunt, vt poſſit ex præſumptionibus,coniecturis, & adminiculis verificari,teſtéſque admitti poſſe, qui aliàs non admitterentur: ita Paris,& Grammaticus *locis citatis*,Boſſius *in titulo,de Officiali pecunia corrupto*, Dominus Regens de Ponte *citata deciſ*. 16. Dominus Regens Rouitus *deciſ*.36. *num*.25. vbi dicitur ſat eſſe talem qualem probationem, nec aliter conuictionem requiri, quodque ſingula,quæ non proſunt, ſimul vnita ſufficiant:Idem Dominus Regens Merlinus *citato cap*.29. & quod dictum ſolum mediatoris indicium faciat ad torturam, & iuratum cum aliis plenè probet, dixit Dominus Regens de Ponte *citata deciſ*.16. *num*.25.& Merlinus *loco citato num*.15.vbi ſatis eleganter loquitur. Alia ad materiam vide apud Larream *allegatione* 47. Caſtillum *deciſ*. 164. & Muſcatellum *in praxi criminali, in titulo,de Iudicis corruptela*.

## ARGVMENTVM.

Sequeſtrum, an, & quando in principio litis fieri poſſit. Iudex in caſibus permiſſis,num poſſit ex ſuo officio nobili poſſeſſionem ſequeſtrare, ne Partes veniant ad arma? Et quando de armorum timore, & ſcandalo imminente dubitatur, an Iudicis dicto ſtandum ſit, vel de his ſaltem ſummariè conſtare debeat? & de aliis notabilibus.

## DECISIO XLVII.

IN cauſa in Sacro Regio Conſilio vertente, inter Illuſtrem Don Garziam de Toledo,vti maritum & procuratorem Illuſtris Dońæ Victoriæ Columnæ filiæ, & hæredis quondam Illuſtris Aſcanij Columna, ex vna;& Illuſtrem Marcum Antonium Columna, ex altera;ſuper poſſeſſione Domus magnæ remanſæ in hæreditate quondam Illuſtris Fabricij Columna; fuit dubitatum an ritè ac rectè factum cenſeri deberet ſequeſtrum à Regio Conſiliario Ioanne Felice de Rubeis ſuper domo prædicta ordinatum,ad finem ne intereſſe prætendentes venirent ad arma?

Et affirmatiuè reſponſum fuit. Etenim 1
quamuis regulariter à ſequeſtro incipi de iure prohibeatur, *l. vnica C.de prohib. ſequeſtr. pec.& Clem*.1.*de ſequeſtrat.poſſeſſ.& fruct*. attamen quando adeſt probabilis timor ne Partes deueniant ad arma, tunc poterit Iudex ex ſuo officio nobili poſſeſſionem ſequeſtrare, iuxta tex.*in l.æquiſſimum*, vbi Bart. & Alex. *in addit. ff.de vſufr*. & *in l.fin*. vbi Bal.*ff. de offic. procur. Cæſar*. Procedendo tamen cum cautela, nimirum, vt priùs ſummariè ſe informet, an aliqua ex Partibus poſſideat, nam ſi aliquem poſſidere inueniret,ad ſequeſtrum procedere non poſſet, ſed Parti,quæ non poſſidet mandare, nè ad poſſeſſionem accedat: ita Iacob.de Aret.& Bal.*in l.ordinarij,num*.9. *Cod.de rei vendic*.vbi dicitur quod ita practicant Aduocati,Iacobus Butrigar.*in l.incerti,ff.de iudic*. per textum *in liberis,§.ſi quis ex ſeruitute,ff.de* libe

Digitized by Google

*liberali cauſa*, Curt.Sen.*conſ.*60. Decius *in l.fin. C.de edict. Diui Adriani tollen.* Vbi autem Iudici, quis poſſideat liquere non poteſt, tunc ſemper quod probabiliter timetur ne Partes veniant ad arma, ad ſequeſtrum deuenitur, Bald. *loco citato*, *& in l. fin. C. de edict. Diui Adriani toll.* Bart.& Bald.*in l.penult. ff. vbi pupill. educ deb.* Innocent. ad cuius doctrinam omnes recurrunt, *in cap.in præſentia*, vbi etiam Aret.& benè, extra.*de probat.* latiſſimè Curt. Sen.*citato conſ.* 60.

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem concluſionis, quam *hic* firmat *Dominus Regens*, ex diſpoſitione textus *in vulgata l.æquiſſimum,ff.de vſufr.* nimirum, vt quando Partes de poſſeſſione contendunt,& ſunt in armorum procinctu,ad ſcandala euitanda poſſit Iudex poſſeſſionem ſequeſtrare. Adde vltra Doctores *hic* citatos hoc firmantes, Lucam de Penna *in l.litibus, col.*7. *verſ.verbi gratia,C.de agricol.& cenſ. lib.* 2. Decium *in l.fin.num.*6*.C.de edict.Diui Adriani tollen.* Guidon.Papam *deciſ.*246*.ſub n.*5*. & deciſ.*578*. verſ.ſi autem non conſtet Iudici*: Mynſinger.*ſingul.obſer.centuria* 5*.obſ.*35. Aluarum Valaſcum *deciſ.*191*. num.*33. Franc. Marc. *deciſ.*1198*.num.*4. Antonium Fabr.*diffinitione* 8*. C. de re iudic.*& alios penes Borell.*in Summa deciſ.par.*2*. titulo,de ſequeſtr.num.*32.qui *num.ſequenti* confirmat illud idem,quod *Dominus Regens* hic firmauit;nimirum, vt tunc ſit locus ſequeſtro,quando duo poſſidere prætenderent:ſecus verò ſi vnus poſſideret,& dubitaretur ne alter armis illum in poſſeſſione deturbaret, hoc enim caſu Iudex ſequeſtrum facere minimè poterit, ſed poſſeſſorem in ſua poſſeſſione tueri debet, ſicquè alteri interdicere, ne illum via facti turbet; ad quod probandum citat quamplures Doctores, ſignanter Franc. Marc. & Aluar. Valaſc.*locis modò citatis*, ſubdens *num.*37*.& ſeq.* vt quando de armorum timore,& ſcandalo imminente dubitatur,Iudicis dicto ſtandum non ſit,nec ei credi,ſed de his ſaltem Summariè conſtare debere:idque authoritate Ang.*conſ.*107*. in fine*, Dec. *conſ.* 366*. ſub num.* 13. & Hippolyt. de Marſil. *ſing.*543.quod incipit,*Maleficiis*;etenim quoties iuſta timoris ſcandali ſubeſt cauſa, illa præuia cauſæ cognitionè iuſtificanda eſt:*l.capitalium.* §. *ad ſtatuas*, vbi Bart.*ff.de pœnis*,idem Bar.*in l. Sanctum, ff.de rer.diuiſ. & in l.qui bona.*§.*ſi quis ſtipulatus,ff.de damno infect.* Et quamuis,vt vulgò dicimus,cautio ſit medicina ſequeſtri,*l.fin.C.de ordine cognit.capitulo* 2*.de ſequeſtrat,poſſeſſ.& fruct.* limitatur tamen hoc commune & vulgatum dictum, vbicumque factum eſſet ſequeſtrum ob ſcandalum euitandum,quia tunc ſatiſdatio non ſufficit, ex quo per ipſam periculum non tollitur: Abbas *in dicto c.*2*.num.*24.& alij, quos refert Borell, *loco ſupracitato,num.*132.

2 Cæterum extra hos terminos, quando verſaremur in caſu,quo creditor pro ſui crediti conſequutione,in principio litis inſtaret bona ſui debitoris ſequeſtrari, dicito hoc tunc demum permitti, ſi quatuor concurrerent;& *Primò*, quod Iudici ſaltem ſummariè conſtet de iure creditoris,vel alterius, qui ſequeſtrum apponi petit.*Secundò*,quod vocetur debitor,vel alius in cuius præiudicium ſequeſtrum apponi petitur; quia poſtquàm de eius præiudicio agitur, ipſe vocari debet. *Tertiò*,quod is,qui ſequeſtrum apponi petit,hoc faciat ad ſui iuris, vel debiti conſeruationem, non autem cauſa calumniæ,vel æmulationis;& hoc iurare debet: quod quidem iuramentum ante omnia ſibi debet à Iudice deferri. *Quartò*, & tandem, quod ex perſona debitoris immineat, vel appareat ſuſpicio, de qua *in dicta l.Imperatores.*§*.fin.ff.de appell.*4*.in l.ſi cum dotem*, §*.ſin autem,ff.ſoluto matrimonio*, *& in l. Senatuſconſultum,ff.de officio Præſidis*,quibus quidem requiſitis ceſſantibus, nullo pacto ad ſequeſtrum procedi poſſe, omnes affirmant; ſed eſſe locum diſpoſitioni textus *in l.vnica,C.de prohib.ſequeſtr.pecuniæ.* Sic ſanè ratiocinantur Guido Papa *in ſupra allegata deciſ.* 246. & Mynſingerus *ſingul.obſer. centuria* 2*.obſeruat.*11. quos vide.

*D.De Marinis obſeruat. ad deciſ. D.Reuerterij.*

## ARGVMENTVM.

Sententia lata in actione perſonali contra vxorem, num exequi poſſit ſuper bonis dotalibus viro conſignatis. Appellari an poſſit à decreto lato per Præſidem Sacri Conſilij, & locum tenentem Regiæ Cameræ vti Iudices delegatos, & num à decreto de exequendo detur appellatio.

## DECISIO XLVIII.

TRIA fuerunt excitata dubia in cauſa Petri Morzia, cum Comite Triuenti. *Primum*, an ſententia lata in actione perſonali contra vxorem dicti Petri,poſſit exequi ſuper bonis dotalibus viro conſignatis. *Secundum*,an decretum latum per Præſidem Sacri Conſilij, & locum tenentem Regiæ Cameræ Iudices delegatos ab Illuſtriſſimo Prorege,quo mediante fuerat ordinatum ſententiam prædictam eſſe exequendam contra virum,poſſit cum effectu exequi, appellatione ab illo interpoſita non obſtante. *Tertium*, an à decreto prædicto Iudicum delegatorum, quod erat de exequendo,appellari poſſet.

Ad Primum fuit deciſum,poſſe ſententiam exequi ſuper bonis dotalibus viro traditis; in ſubſidium tamen, aliis bonis penes vxorem non exiſtentibus. 1

Ad Secundum, & Tertium fuit deciſum, eſſe procedendum in cauſa appellationis exequutione impedita. Ratio deciſionis fuit, quia quamuis verum ſit, ſententiam Regiam paratam habere exequutionem, ita vt ab ea appellari non poſſit, ſed tantum reclamari, *vulgata Authen.quæ ſupplicatio, C. de precibus Imper.offer.* Attamen hæc concluſio non procedit, quando Iudices proceſſerunt vti Delegati, quia tunc ab eorum ſententiis ad delegantem appellatur:*l.præcipimus*,§.*hæc ſi appellatio, C.de appellat.*& ſucceſſiuè impeditur exequutio:*l.prima,*§*.fin.ff.ad Senatuſconſultum Turpill. l.ſi cauſa cognita, C. de tranſactione* notat Bald. 2



Digitized by Google

Bald. *in l. tale pactum*, §. *qui procurauit, ff. de pact.* Nec obſtare dictum fuit, quod decretum latum erat de exequendo, à quo regulariter non appellatur, cum proferatur pro exequutione ſententiæ, vt per Bart. Imol. & alios *in l. ab exequutore, ff. de appell.* Alex. *conſ.* 95. *libro* 2. Felin. *in c. quoad conſultationem, de re iudicata,* niſi ex cauſa ſpeciali, quæ inſerenda eſt; iuxta *Clem. appellanti, de appellation.* Rom. & Aret. *dicta l.* 5. *ff. de verborum obligatione.* Etenim fuit reſponſum hoc procedere, quando decretum de exequendo profertur contra illum eundem, contra quem fuit lata ſententia: At quando ſententia fuit priùs contra vnum lata, & poſtea exequi inſtatur contra alium, qui nunquam in iudicio fuerat vocatus, nec auditus, prout in caſu de quo agebatur, eóque demũ audito, interponitur decretum, quod ſententia aliàs lata cõtra eum exequatur; hoc non dicitur decretũ de exequẽdo, de quo Doctores ſupracitati loquuntur; ſed erit ſententia merè diffinitiua, à qua procul dubio appellari poteſt: *l. Seio, ff. de appell.* & in terminis eſt bonus textus *in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudic.* Et ad hoc confirmandum fuit conſiderata ratio, quare à decreto de exequendo appellari prohibetur; ea eſt enim. quia aliud non continet grauamen, quàm prima ſententia, vt per Ang. *in l. cum exceptione*, §. *cum autem*, *ff. quod met. cauſ.* & Felin. *in dicto c. quoad conſultationem.* Hæc ratio ceſſat quoties ſententia non eſt lata contra illum, aduerſus quem demum vocatum & auditum, interponitur decretum quod exequatur; nam tunc hoc decretum dicitur Primum contra illum latum, ac proindè iure quidem ab eo appellatur. *Die* 19. *Octobris* 1534.

## OBSERVATIO.

1 Circa primum dubium, in quo fuit deciſum, ſententiam latam contra mulierem in actione perſonali, poſſe exequi ſuper bonis dotalibus viro traditis, in ſubſidium tamen, aliis bonis penes vxorem non exiſtentibus: Dic tu, concluſionem hanc nimis clarè probari *in l. mulier bona, ff. de iur. dotium,* quam ego in puncto allegaui *lib.* 2. *mearum reſolutionum*, *cap.* 63. *num.* 3. Vbi addidi, ſic pariter in diuerſis ſupremis Tribunalibus fuiſſe deciſum. Et Primo in Senatu Gratianopolitano, vt teſtatur Guid. Pap. *deciſ.* 447. in noſtro Sacro Conſilio penes Capyc. *deciſ.* 128. *in primo dubio*, & apud Dominum de Franchis *deciſ.* 636. in Rota Ianuenſi penes Cartar. *deciſ.* 24. in Senatu Sabaudiæ penes Ant. Fabr. *diffinit. vnica C. ne vxor pro marito*; in Senatu Valentiæ apud Hieronymum de Leo *deciſ.* 50. *per totam,* & in Senatu Cathaloniæ teſtatur Ioannes Petrus Fontanella *tom.* 2. *de pactis nuptialibus clauſ.* 7. *gloſſa prima par.* 3. *à num.* 14. *ad finem*, hanc eandem ſententiam amplexus eſt Iacob. Cancer. *var. reſolut. par. prima cap.* 13. *tit. de emption. & vendition. num.* 58. & ſatis bene Camill. Borell. omnino legendus *conſ.* 54. *per totum,* & alij, qui tamen vnanimi conſenſu firmarunt, ſecus eſſe ſi debita conſtante matrimonio eſſent contracta, imò etiam ſi eo tempore verſaremur in re criminali, iuxta caſum poſitum per Gaſp. Ant. Theſa. *quæſt. forenſ. lib.* 4. *quæſtione* 3. quam vide.

2 Quo verò ad aliud dubium, in quo fuit tentum, à ſententiis latis à Iudicibus delegatis quantumuis ſupremis appellari poſſe, iudicati exequutione impedita, licèt ſecus ſit in ſententiis, quæ à ſupremis Tribunalibus proferuntur, à quibus nullo pacto appellari permittitur, ſed tantum reclamari, iudicati exequutione prius facta, dic tu, quod pro ratione dubitandi nullum poſſet conſtitui diſcrimen inter ſententiam, quæ apud nos profertur per Sacrum Conſilium, ſiuè per Regiam Cameram, & illam, quæ profertur à Iudicibus iſtorum ſupremorum Tribunalium, qui ad aliquam cauſam terminandam eſſent à Domino noſtro Rege, ſiue ab illius vices gerente delegati. Moueor quia ſicut à Regis, ſiue Imperatoris ſententia non appellatur, *l.* 1. *ff. à quib. appel. non licet,* Ant. Gabr. *communium concluſionum lib.* 2. *tit. de appell. concluſ.* 1. Ego ipſe *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 150. *num.* 5. ita pariter à ſententia eius Delegati; qui in cauſa illa delegantis perſonam repræſentet; ſed tamen contrarium fuit deciſum hic, eſtque verè hæc communis omnium ſententia, nimirum vt à Delegato Principis ad eundem Principem appelletur, & hoc non obſtante, quod Delegatus ipſe Principis authoritate fungatur, *l.* 2. & *l. eas* 16. *C. de appellat*; ita ſatis elegãter Dominus Regẽs Reuitus *in pragmatica quinta per totum n.* 17. *de officio Sacri Regij Conſilij,* Sigiſm. Scacc. *in tract. de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 10. 14. & 15. & melius *quæſtion.* 16. *limit.* 1. *num.* 154. vbi addit, hoc quotidie practicari in Curia, vbi paſſim appellationes interponuntur à ſententiis, quas Delegati proferunt, etiam ſi ſint Rotæ Auditores, & quod detur appellatio, adhuc ſi Iudex pronunciaret ſecundum Conſilium eiuſdem Principis, citat Farinac. *quæſt. criminal. par.* 2. *tom.* 1. *quæſt.* 101. *num.* 78. quo loci Procuratores criminales in Romana Curia reſidentes, admonet, non ideò appellationem prohibitam eſſe, quia Iudices criminales illa apponant verba, *facto verbo cum Sanctiſſimo*, licet propter hæc verba non niſi ad ſignaturam Gratiæ recurri poſſit, ex quo Papa manum appoſuit, faciunt ſcripta per Franc. Marc. *deciſ.* 345. *par.* 1. & per Annam *in conſtitutione Regni noſtri Conſtitutionem Diuæ Memoriæ nnm.* 10. quos retuli ego *cit. cap.* 150. *num.* 6. *in fine.*

## *ARGVMENTVM.*

Sententia, quæ ſecum trahit exequutionem, num per appellationem ſuſpendatur. Caſus enumerantur, in quibus ſententia per appellationem non ſuſpenditur, ad ornatum *tex. in paſtoralis, §. verum de appellat. in Pragmatica Regni* 2. *de appellat. & in Pragmatica* 3 § 4. *de officio Sacri Conſilij, & de pluribus notabilibus.*

## DECISIO XLIX.

IN cauſa Portiæ Ferramoſca cum Regio Fiſco, & Comitiſſa Alagni fuit in Regia Camera dubitatum, an ſententia abſolutiua, quæ

Digitized by Google

quæ ſecum trahit exequutionem, per appellationem ſuſpendatur.

Et negatiue deciſum fuit, argumento textus *in c. Paſtoralis*, §. *verum de appell.* vbi excommunicatus vitandus eſt, quiuis ab excommunicationis ſententia appellauerit, cum per appellationem excommunicatio non ſuſpendatur, & licèt hæc decretalis de excommunicationis ſententia loquatur, tamen militat illius diſpoſitio in omni caſu eandem rationem habente *l. adigere*, §. *quamuis*, *ff. de Iure patron. l. illud*, *ff. ad leg. Aquil. l.* 1. §. 1. *ff. de fonte*, vndè meritò dicebant Doctores *in dicto* §. *verum*, regulam conſtituentes, vt in omnibus caſibus, in quibus ſententia trahit ſecum exequutionem, per appellationem non ſuſpendatur.

## OBSERVATIO.

1 CAſus, in quibus per appellationem non ſuſpenditur ſententia, quæ ſecum trahit exequutionem habes paſſim apud Doctores in locis vulgaribus, & præ ceteris ſunt illi duo, de quibus hic per Dominum Regentem, nimirum quando ſententia eſt abſolutoria, licèt contrarium, ſed non benè firmare videatur Aufrer. ad Cappel. Tholoſ. *deciſ.* 299. *num.* 2. item cum quis excommunicatus fuerit declaratus, hic enim ſi à ſententia declarante appellauerit, quia trahit ſecum exequutionem, per appellationem non ſuſpenditur, hic eſt textus à Domino Regente allegatus, vbi Canoniſtæ Communiter, *in capitulo Paſtoralis*, §. *verum de appellatione*, & de huius dicti triplici ratione, vide Cappell. Tholoſ. *d. deciſ.* 299. vbi Aufrer. qui hoc intelligit, & prudenter quoad effectum ſuſpenſiuum tantum, ſecus quoad deuolutiuum, vt ſcilicet cauſa ad ſuperiorem deuoluatur, ſed pro huius caſus maiori declaratione ſunt omnino videnda, quæ nouiſſimè poſt antiquos, & recentiores ſcripſi ego *lib.* 1. *mearum reſolutionum cap.* 113. *per totum.*

2 Diceretur pariter ſententiam ſecum trahere exequutionem, itavt per appellationem ea non ſuſpendatur, vbi Iudex lite pendente ad ſcandala ſedanda, ad ſe alicuius fundi poſſeſſionem auocaret, nam ſi poſteà, capta informatione ad probandum vtra Partium tempore litis motæ in poſſeſſione exiſteret, declararet illum fuiſſe poſſeſſorem, ſicque eidem poſſeſſionem relaxaret, interpoſita demum appellatione ab hac interloquutoria, quæ ſecum trahit exequutionem nullo pacto per actum illum appellationis, ſuſpenderetur, ita ſatis eleganter Auguſtinus Bertus *conſ.* 45. *num.* 25. *lib.* 2. id quod comprobat exemplo ſententiæ excommunicationis, commiſſionis de exequendo, ac ſententiæ interloquutoriæ, quæ cum etiam ſecum trahat exequutionem, appellationem quoad effectum ſuſpenſiuum non admittit; ſed tantum deuolutiuum, vt ibi per eum, quem ſatis vtiliter, prout de more inſequutus eſt Lancellotus *in ſuo tractatu de attentatis par.* 2. *cap.* 11. *num.* 43. *& ſeqq.*

3 Inſuper diceretur pariter apud nos ſententiam ſecum trahere exequutionem, vbi per noſtram magnam Curiam fuerit diffinitiuè pronunciatum aſſiſtentiam fore, & eſſe præſtandam Creditori illam petenti, quod nos vulgò decretum affirmatiuum appellamus, nam ſi ab illo victus ad Sacrum Conſilium appellauerit, eiuſdem decreti exequutio non impeditur, vt cautum eſt *in Pragmatica ſecunda de appel.* ad cuius ornatum, & intelligentiam, vide Afflict. *deciſ.* 187. 188. *&* 261. Dominus de Franchis *deciſ.* 120. & Dominus Regens Rouitus *ibidem in comment.*

Tandem diceretur apud nos ſententiam ſecum trahere exequutionem, vbi ſententia per magnam Curiam proferretur à ducatis centum quinquaginta infra; etenim ſi ab illa fuerit appellatum, exequutioni demandabitur, interpoſita appellatione non obſtante, præſtita tamen cautione de reſtituendo in caſu retractationis, ita cautum eſt *in pragmatica* 3. §. 4. *de officio Sacri Conſilij*, cuius conditor fuit Don Per. Afan. de Ribera Dux de Alcala immortalis memoriæ: hic enim ſapientiſſimus, & Chriſtianiſſimus Prorex, ex eo ad id diſponendum motus fuit, cùm in hoc Tribunali tres aſſiſterent Iudices, quos pro poſſe ait, quod conabatur doctrina, & experientia idoneos deputare, ô tempora, ô mores! ſed hæc diſpoſitio, aliàs anſam dubitandi præbuit, an procedat ſi decretum Magnæ Curiæ Summam contineret ducatorum centum quinquaginta, nec plus, nec minus. Vide Dominum de Franchis *deciſ.* 703. poſt Dominum Regentem Rouitum *in eadem Pragmatica tertia num.* 11. qui adhuc ſententiam eſſe exequendam, deciſum refert, at ſecus ſi ſententia Magnæ Curiæ contineret, puta ducatos centum, vna cum intereſſe, quod ſi liquidaretur, excederet Summam, vel ſi ſentẽtia in modico excederet Summam ducatorum centũ quinquaginta, & pars contentaretur, quod intereſſe liquidetur in ducatis quinquaginta tantum, vel remitteret Summam excedentem, nam in his ſanè caſibus ſententia ſecum non traheret exequutionem; ſed per appellationem ad Sacrum Conſilium ſuſpenderetur, ità Antia Pater *ſing.* 466. *&* 469. Dominus de Franchis *deciſ.* 141. & Dominus Regens Rouitus *loco proximè allegato num.* 10. 4

## ARGVMENTVM.

Pœna, quænam ſit imponenda aduerſus illum, qui iniurioſa verba in Principem abſentem protulerit. Pœna Iudicis arbitrio remiſſa, an, & quando poſſit vſque ad mortem extendi, & de pluribus notabilibus ad declarationem ſententiæ, *gloſſ. in* §. *in Summa*, *Inſtit. de iniuriis.*

## DECISIO L.

INQVISITO, & carcerato in Carceribus Magnæ Curiæ quodam Hiſpano impertinentiſſimo pro aſportatione ſclopi parui contrà prohibitionem Regiæ Pragmaticæ, & de extorſionibus per eum commiſſis in officio Capitaniatus Ciuitatis Andriæ, protulit iſte quædam fætidiſſima verba, in perſonam Excellentiſſimi Proregis, vndè dubitatum fuit in Collaterali Conſilio; qua pœna veniret hic impertinentiſſimus puniendus.

Fuit conſideratum, grauiſſimum fuiſſe delictum, nam ſi verba illa infamatoria fuiſſent prolata in perſonam alterius Magiſtratus, adhuc iniuria diceretur atrox, *per textum in l.*

*atrocem C. de iniur.* & *in §. atrox. Inſtit. eodem*; ſecundo fuit dictum, iniuriam inferri, ſiuè ea ſit realis, ſiuè verbalis, *§. iniuria Inſtit de iniur. Aret. in l. Gallus §. ille caſus, ff. de liber. & poſthum.* idemque ſi in abſentem iniurioſa prolata ſint verba, prout eſt *tex. in l. item apud Labeonem §. conuicium, ff. de iniur.* quantomagis in caſu de quo agebatur, cum prolata fuerint in perſonam Excellentiſſimi Proregis, qui Regis perſonam immediatè repræſentat, vt in *conſtit. Fidelium noſtrorum*: At cum huius delicti pœna à lege determinata non ſit, Iudicis arbitrio imponenda remittitur, adeò vt vſque ad mortem naturalem incluſiuè extendi poſſit, vt originaliter dixit Gloſſ. ab omnibus commendata *in §. in Summa, Inſtit. de iniur.* quam tamen communiter Doctores declarant, vt intelligenda ſit, attenta qualitate perſonæ, & iniuriæ illatæ: quare relata cauſa in Collaterali Conſilio, & coram eodem Excellentiſſimo Domino Prorege, qui iniuriam paſſus fuit, cauſæ Commiſſarius, qui fuit Regius Conſiliarius Franciſcus de Rota, fuit voti, præfatum Inquiſitum & carceratum ex ſolis verbis iniurioſis in perſonam Domini Proregis prolatis fore vltimo ſupplicio tradendum, Dominus Regens Salernitanus fuit voti, pro verbis iniurioſis vt ſuprà prolatis eſſe deportandum, nobilitate concurrente, nam aliàs condemnandum eſſe ad remigandum ſua vita durante, & quod pro pœna reſpectu aſportationis armorum Magna Curia iuſtitiam faceret, iſte autem Dominus Regens vna ſimul cum Domino Regente Salazar fuerunt voti pro pœna iniuriarum eſſe condemnandum ad remigandum perpetuo, adhuc nobilitate concurrente, & hoc ſi nihil aliud eſſet contrà inquiſitum, niſi hoc graue delictum iniuriarum in perſonam Principis, ſed attenta aſportatione ſclopi parui, pro qua ex diſpoſitione Regiæ Sanctionis ad arbitrium Domini Proregis præſcripta eſt pœna mortis naturalis, vel ducatorum biſmillium, fuerunt voti, fore hunc Reum ad mortem condemnandum. At quia lex vnica, *C. ſi qui Imper. maledix.* pœnam per Imperatorem, cuius perſona eſt offenſa, determinandam remittit, ideò Dominus Prorex magnanimitatem exercens potius gratiam facere omnium delictorum, quam mortis pœnam irrogare mandauit.

---

## OBSERVATIO.

1 PVto ſatis rigoroſè Dominos Iudicantes in hac facti contingentia proceſſiſſe, vndè meritò dicendum eſt, eorum rigorem Domini Proregis clementia fuiſſe penitùs extinctum: peto enim, quo Iure, quaue lege ſuſtineri vnquam poterit, vt ſit pœna mortis naturalis vel ciuilis plectendus is, qui verba iniurioſa in Principem abſentem protulerit; etenim ſi voluiſſent Imperatores hac pœna ſic delinquentem punire, ita profectò diſpoſuiſſent *in tex.* quem hic allegat Dominus Regens *l. vnica C. ſi quis Imper. maledix.* nec aliter decreuiſſent, vt delinquens ad eundem Principem remitteretur; impoſſibile namque eſt, vt ſi hic hic caſus contingeret, vellet Princeps hunc talem morti naturali tradere, vel ciuili, ſed profectò exiſtimaret, vt potiùs ex iniuriantis leuitate, vel inſania; quam ex dolo turpia prolata verba proceſſiſſe, ſicque caſum verſari *in prima parte textus dictæ legis vnicæ,* prout credo in caſu huius deciſionis, Dominum illum Proregem exiſtimaſſe.

Cum dictis autem per Dominum Regentem hic, 2
nimirum, quod iniuria non ſolum facto, ſed etiam verbis inferatur, conueniunt infiniti Doctores ad nauſeam relati per Iul. Clar. *in praxi criminali in §. iniuria per totum num. 1.* vbi recenſet, quomodo iniuria facto, & quomodò verbis inferri poſſit; quod autem nulla ſit à Iure præſcripta pœna aduerſus iniuriam inferentem, ſicque facti qualitate inſpecta, in Iudicis arbitrium eſſe remiſſam conueniunt Doctores noſtri ſine contradictore.

Sed an pro iniuriarum crimine poſſit Iudex arbi- 3
trium ſuum vſque ad mortem naturalem extendere iuxta Gloſſ. ſententiam, quam hic allegat Dominus Regens *in §. in Summa Inſtit. de iniur.* diſputarunt Doctores in locis vulgaribus, placet tamen ſententia Ægidij Boſſij *in ſua praxi in titulo de iniur. num. 30.* vbi dicit, quod quando iniuria eſt enormis, & non in ſolo verbo (nota) ſed etiam in facto conſiſtit, conſiderata perſona, quæ recipit offenſam, & locus vbi iniuria eſt illata, poſſet in practica ſuſtineri opinio gloſſ. *in dicto §. in Summa.* vt puta, ſi qui iniuriam paſſus eſt, Prætor eſſet, ſiue magnus Officialis, vel ſi iniuria in Palatio Regio, ſiue in Eccleſia illata eſſet; allegat Bald. *in c. 1. §. iniuria de pace Iuram. firmanda.* Felin. & Dec. *in c. ex litteris de conſtit.* quibus addo noſtrum Foller. *in praxi criminali par. 7. princip. num. 6.* quo loco dicit atrocius puniendam iniuriam, quæ fit Magiſtratui, quàm quæ priuato, teſte Ariſtotele *lib. problem. 19. cap. 14. in fine*, quod noſtris quoque legibus ſtatutum eſſe ſubdit *in l. Prætor §. vlt. ff. de iniur.* eſt etiam omninò videndus Dominus Regens de Ponte *tractatu de poteſtate Proregis in titulo de prouiſionibus fieri ſolitis §. 2. à num. 13.* vbi dicit gloſſ. ſententiam *in dicto §.* in Summa communiter eſſe reprobatam, verum quod illa bene procedat in Principe, qui cum de nouo poſſet in delictis mortis pœnam imponere, ad tradita per Iul. Clar. *in praxi §. fin. quæſt. 83.* & per Marant. *diſputat. 3.* ſequitur, vt omnis pœna poſſit eſſe Principi arbitraria, idémque in Iudicibus, qui coram Principe, & ipſo conſulto pœnas imponunt, verùm maximam requiri cauſam, & vrgentiſſimam tanta prouiſione dignam, quæ omnia addit idem Dominus de Ponte *num. 16.* fuiſſe practicata tempore Præſidatus Domini Comitis de Beneuento, & ſignanter ipſo Domino Regente conſulente in cauſa vnius, qui pecunia mediante ad alterius inſtantiam faciem cuiuſdam Pueri inciderat, ex quo nefando vitio conſentire noluerat, magnumque hoc facinus patratum in Scalis Eccleſiæ Collegij Societatis Ieſu huius Ciuitatis, quo factum fuit, vt loci qualitas cauſæ, & perſonæ ſuaſerint arbitrium vſque ad mortem extendendum, ſicut alias ſcripſit Caſcan. *in Catalogo Gloriæ Mundi par. 5. conſider. 15.* quod propter alapam datam in Palatio Papæ fuit ſic delinquens furcis ſuſpenſus, & alias apud nos ſeruatum, vt propter alapam datam in Palatio noſtri Domini Proregis fuerit percuſſori manus amputata, vt refert Frecc. *lib. 1. de ſubfeudis in titulo de magno Seneſcallo num. 6.* & in alia facti contingentia morti traditus, qui alapam dederat Iuſtitiario Annonæ huius Ciuitatis, dum eius officium exercebat,

vndè

Digitized by Google

vndè ſubdit Dominus de Ponte in delictis grauiſſimis, & exorbitantibus Gloſ. ſententiam bene procedere, ſicque alias nonnullos morti traditos, vt per Dominum de Franchis *deciſ.*504. & Franc. Marc.*deciſ.*509. refert in partibus Franciæ viuum fuiſſe excoriatum, quendam, qui contumelias plures dixerat contra Beatam Virginem, lapideſque in Sacroſanctam eius imaginem proiecerat.

4 Hæc vt diximus, quando cauſa tractaretur coram Principe, quia ſi coram Iudice ordinario, communiſſima eſt Doctorum ſententia, vt opinio gloſ.nullo pacto practicari poſſit, non enim poteſt Iudex ordinarius arbitrium ſuum ad mortem extendere naturalem, ita ſatis bene Iacob. Menoch. *de arbitr. Iudic. quæſt.*86. Riminal. Iun.*conſ.*327. Carrer.*in praxi criminali in titulo de homicidio num.*32. Farinac. *de delictis & pœnis quæſt.*17. *num.*58. Dominus Regens de Ponte *loco citato*, Burgos *de modo procedendi ex abrupto cent.*1. *quæſt.*33. *num.*274. Caualer. *de Brachio Reg. par.*4. *num.*26. & alij apud Peguer. *deciſ.*84. & apud Marium Giurba *conſ.*6.*n.*12. *& ſeq.*

5 Illud tamen puto hic omninò aduertendum, vt in illis caſibus, in quibus opinio gloſ. procedere poteſt, dic tu, vt bene procedat, ſi offenſi accuſatio in Iudicio legitimè facta præceſſerit, textus enim *in dicto* §. in ſumma dum diſpoſuit, vt qui iniuriam irrogauit, extraordinaria pœna plectatur, hoc ideò, quia qui iniuriam paſſus, eſt querelam contra iniuriantem criminalem expoſuit, vndè dum Gloſ. ad explicationem huius textus ait, vt pœna ſit arbitraria, quodque Iudicis arbitrium poſſit vſque ad mortem extendi, ſupponit certè, quod in tex. bis in principio nimium, & fine repetitur, vt iniuriati præcedat accuſatio, nam vbi qui iniuriam paſſus eſt non conqueritur, non video quamuis atrox ſit iniuria, cur Iudex, imò Princeps poſſit arbitrium ſuum contra iniuriantem vſque ad mortem extendere, & ex hoc exiſtimo veram eſſe opinionem illorum ex noſtratibus, qui dixerint pro verbis iniurioſis in aliquem prolatis non poſſe Iudicem ex officio procedere, vt per Gram.*deciſ.*37.*num.*12. poſt Lucam de Penna, & Afflict. quos allegat, & in fortioribus terminis Io. Ant.de Nigris *c.Regni, quod incipit ab illo incheandum* 140. *num.*55. quamuis contrarium deciſum referat Dominus Regens Sanfelicius *dec.*258. ſed non bene.

## *ARGVMENTVM.*

Feudatarius ſi ob aliquod patratum crimen fuerit contumax declaratus, num Fiſco inſtante ante anni lapſum poſſit in hoc Regno feudi poſſeſſione priuari, & quid ſi anno elapſo declaratus fuerit, ſententia mediante, foriudicatus? Barone contumace declarato, num eius Iuriſdictio ſuſpendi poſſit? Iuriſdictio num poſſit ſequeſtrari ad inſtantiam Creditoris Feudatarij, ſi ſuper credito Domini aſſenſus impetratus non fuit, & de aliis?

## DECISIO LI.

IVNCTIS de ordine Excellentiſſimi Proregis in Collaterali Conſilio omnibus ſupremis Regni huius Tribunalibus, nimirum Sacro Conſilio, Regia Camera, & Magna Curia, fuit inſtante Fiſco dubitatum, an feudatario ob multa patrata facinora contumace declarato, poſſit ille ante lapſum anni feudi poſſeſſione priuari, ad finem, vt in fiſci poſſe perueniat.

Pro huius dubij reſolutione dicebatur, nullatenus infra annum poſſe feudatarium contumacem declaratum feudi poſſeſſione priuari, idque tam iure communi, quam Regni huius attento; ſiquidem de iure communi, contumace aliquo declarato, infra annum contumaciæ illius bona non poſſunt, niſi annotari tantum, nec per hoc dominium amittit contumax, provt eſt text. *in l.* 1.*ff. & C.de requir. Reis*, adeò quod his iuribus attentis, ſi infra annum moreretur, delictum dicetur extinctum, & bona ad defuncti hæredes peruenirent; id quod clariſſimè dicebatur diſpoſitum eſſe de iure communi feudorum per text. *à contrario ſenſu,in cap.* 1. *in tit.de Vaſſal.* qui contumax eſt, idemque de iure Regni per Conſtit. exordientem *grandis*, quæ ſolum diſponit, vt ſi infra duos menſes contumax non comparet, tertiam bonorum mobilium partem amittit, alia verò tàm mobilia, quàm ſtabilia annotantur tantum, & ſic nullatenus auferentur, etiam quoad poſſeſſionem, id quod ſine controuerſia procedit in hac Ciuitate ex gratiis à Rege Catholico Neapolitanis conceſſis, quæ fuerunt demum ab Imperatore Carolo confirmatæ; per illas enim fuit expreſſe diſpoſitum, quod ex nullo crimine, læſæ Maieſtatis excepto, poſſint bona Neapolitanorum, tam burgenſatica, quàm feudalia publicari, ergo dicebatur, quod neque ante annum, neque poſt Fiſcus propter delinquentis contumaciam poterit aliquid ſuper feudo prætendere, tàm circa proprietatem, quàm circa poſſeſſionem, & ſi contrarium tentaret, fur, & latro diceretur, interdictoque recuperandæ conueniri poſſet, *toto tit.ff.& C. de vi arm.c. ſæpe de reſtit.ſpoliat.c.reintegrandæ* 3. *quæſt.*1.*ſoc.* latiſſimè *in l.namque nobis, ff. de acquir. poſſeſſ.* 1

## OBSERVATIO.

COncurro libenter cùm Domino Regente hic, vt feudatario contumace declarato, adhuc pro crimine capitali, nullo pacto, nec ante, nec poſt lapſum anni, poſſit ille feudi poſſeſſione priuari, id, quod bene dicit ſine controuerſia procedere in hac Ciuitate, ſtantibus gratiis à retro ſereniſſimis Regibus nobis cōceſſis, quibus prouiſum eſt, vt ex quouis 1



Digitized by Google

crimine, illo dumtaxat excepto, læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, Neapolitanorum bona publicari, nullo pacto poſſint, idque procedere addo non ſolùm in ſimplici contumace, ſed etiam ſi anno elapſo, eſſet feudatarius ſententia mediante foriudicatus declaratus, nam eo caſu feudum ad legitimum deueniret ſucceſſorem, ita Dominus de Franchis poſt alios, quos citat *deciſ.* 102. & melius 213. *à num.* 10. Vrſill. ad Aſflict. *deciſ.* 361. *num.* 38. Anna pater *allegat.* 135. *num.* 5. Maſullus ad Capyc. *deciſ.* 131. *num.* 3. Melf. ad conſuet. noſtras *par.* 4. *quæſt.* 47. *à num.* 17. Ego ipſe *infrà in obſeru. ad deciſ.* 143. quam vide omninò.

2 Sed aduerte, quia concluſio hæc ſine dubio procedit, vt fiſcus non poſſit percipere fructus ex feudo per contumacem poſſeſſo, hos enim vel percipiet ipſe feudatarius contumax, vel eo demum foriudicato declarato, legitimus in feudo ſucceſſor, ſecus autem omninò firmandum reſpectu exercitij, ſiuè adminiſtrationis Iuriſdictionis. Nam cum Baro per contumaciam contractam inhabilis ad iudicandum fuerit effectus, Iuriſdictio ſuſpenditur, illaque contumacia durante, adminiſtratur ab Officiale per Dominum Proregem deſtinando, donec contumax ipſe tædio affectus comparuerit, & contumaciam purgauerit, iſtoque Iure vtii. r: ità attenta theorica Andr. *in conſt. clementiæ*, ſatis benè diſſerendo docet Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *in* 29. *authoritate*, vbi dixit, ſic hodie ſeruari contrà omnem contumacem feudatarium, vt fiat ſequeſtrum Iuriſdictionis ciuilis, & criminalis, fructus verò percipiuntur nomine Baronis per deputatum ab eo, vel Procuratorem eiuſdem, idémque Capyc. *deciſ.* 131. Liparol. ad Andr. *in c.* 1. *de milit. Vaſal.* Catal. *in tract. de Indult. cap.* 12. *num.* 29. & 34. Foller. *in praxi criminali in verb. annotentur bona contumacis, num.* 2. Tapp. *in conſtit. bona foriudicatorum, in fine*, Maſtrill. *de indult. cap.* 22. *num.* 25. & Dominus Regens de Ponte, cæteris omiſſis, *in ſuo tractatu de poteſtate Proregis titulo primo* §. 1. *à num.* 1. *vſque, & per totum n.* 6. vbi *num. ſequenti* aliter per Collaterale Conſilium deciſum refert in eo contumace, qui facultatem haberet nominandi Iudicem in aliqua terra domaniali, provt contigit in perſona Illuſtris Marchionis Burgentiæ, hic enim cum facultatem haberet nominandi Iudicem in Ciuitate Tarenti, quia commiſſio, facta nominatione expediebatur à Domino Prorege; effecto demum contumace, motiuabatur hac facultate, durante contumacia vti non potuiſſe; ſed fuit iudicatum pro Marchione, ſicque ad nominandum Iudicem in Ciuitate prædicta admiſſus, contumacia non obſtante. Ratio deciſionis fuit, quia ius illud nominandi conſiderabatur quid nudo facto conſiſtens, & actus ab eo non denominatur, ſed attribuitur ei, qui facultatem nominandi dedit, & Iudex demum dicitur creatus à Prorege, à quo poteſtas confertur, & priuilegium firmatur, id quod longè diſtat à deputatione Officialis, & Iudicis in propria Terra, cum hoc caſu à Barone omnis cognoſcatur Iuriſdictio, & in eius perſona fundatur, ſuoque nomine adminiſtratur, ad quam quidem determinationem fundandam fuerunt adducta notabilia iura, quæ in caſu fortiori loquuntur, nimirum de deportato *in l. cum pater.* §. *hereditatem ff. de legat.* 1. *& in l. ex facto* §. *ſi quis rogatus, ff. ad Trebell.* meminit de hac determinatione P. Moſes cit. *quæſt.* 47. *num.* 28. *& ſeq.*

3 Practicamus etiam in Sacro Conſilio, quod quando feudatarij ſunt contumaces, vt ità dicam in æs alienum ſoluẽdo, inſtantibus Creditoribus proceditur ad ſequeſtrum Iuriſdictionis illorum feudorum, quæ poſſident ad hoc pariter, vt tædio affecti ſoluant, quod debent, ita Io. Vinc. de Ann. *ſingul.* 180. quod in dies allegamus, ſed hoc intellige in ſubſidium, nimirum quando aliter creditori non poteſt eſſe conſultum: quia fructibus feudi exequutis, ſequeſtrum nullius extitit releuaminis, ſic enim dicetur feudatarius contumax in æs alienum ſoluendo, id quod citrà controuerſiam ſeruatur, quando Creditores feuda in forma valida, & ſic cum Regio aſſenſu obligata tenent; ſed difficultas eſt, quid ſi aſſenſu carerent, Vide Dominum Regentem Rouitum *in Pragm.* 3. *num.* 16. *& ſequenti* de ordine iudiciorum, & in *conſ.* 77. *à num.* 5. *lib.* 2. *& in deciſ.* 72. *num.* 9. quibus in locis ſolidiſſimis rationibus tuetur, ad inſtantiam Creditoris aſſenſu carentis poſſe ſequeſtrari fructus feudi, ſed nullatenus ipſam iuriſdictionem, idémque Monta. *de Regal. in verb. poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum num.* 3. quorum memini ego *lib.* 2. *mearum reſolutionum capite* 81. *num.* 14. & nunc addo Io. Franc. Marcian. *diſputat.* 42. *num.* 30.

## ARGVMENTVM.

Paragium à fratre ſorori debitum, nùm Iudicis arbitrio taxari poſſit. In paragij taxatione, quodnam tempus inſpiciendum ſit in caſu, de quo hic, & an in eo taxando imputanda ſint bona allodialia, quæ ex fratris ſucceſſione ſoror conſequuta fuit. Soror quæ à Patre de illius bonis dotata extitit, nùm poſſit à fratre in Ciuitate Neapolis paragium ſuper bonis Maternis petere, vel ſat ſit, vnica Paterna dotatio. Filia ſi mortuo Patre non vult nubere, ſed caſtè viuere, vel Monaſterium ingredi, an poſſit petere paragium, ac ſi virum ducere vellet, & de aliis.

## DECISIO LII.

SVPPOSITO, quod in Comitatu Triuenti ex tenore inueſtituræ, ſtantibus maſculis quamuis remotioribus, fœminæ ſuccedere non poſſint, ſed tantum illas de paragio dotari, vt in hac deciſione, contigit de tribus dubitari in cauſa Thomaſinæ de Afflicto dotem de paragio petentis à Comite Triuenti eius Patruo, Et Primo an hoc paragium ad inſtar legitimæ eſſet taxandum, ſecundo ad illius taxationem, quodnam tempus inſpici deberet (ſuppoſito, quod Comes mortuus eſſet, ſuperſtitibus nepote, & duabus neptibus ex filio Primogenito præmortuo, ac cum illis, ipſius Comitis filio ſecundogenito, qui demum per mortem ſequutam nepotis ſine filiis, in Comitatu prædicto defuncti, ſororibus excluſis, ſucceſſit) tempus nimirum mortis Comitis Aui, vel Fratris; Tertiò an in taxatione huius

paragij

Digitized by Google

paragij eſſet habenda ratio bonorum Burgenſaticorum,in quibus per mortem Comitis Fratris ab inteſtato ſoror ſucceſſit.

1 Quoad Primum fuit deciſum in hac cauſa, paragium eſſe taxandum ad inſtar legitimæ, ſed in articulo generali per omnes Dominos votantes fuit concluſum,dotem de paragio poſſe taxari arbitrio Iudicis, nec aliter illum arctari ad ſequendum regulam taxationis legitimæ, iſtamque opinionem dicebatur veriorem eſſe, quod ſcilicet filia excluſa à ſucceſſione Patris, dotata tamen de paragio poſſit Iudex ex ſuo arbitrio attentis caſuum contingentiis dotem decernere maiorem legitima, æqualem legitimæ, & minorem legitima, inſpiciendo ſemper numerum liberorum,vires Patrimonij,dignitatem,& nobilitatem mulieris, & viri, iuxtà *tex. in l.quæro*, vbi Bar.*& in l.ſi poſt*, *§.gener.ff.de iur.dot. & in l. ſi filia*;vbi etiam Bar.*ff. de leg*.3. quamuis Andr. tàm *in conſtit.in aliquibus*,quam *in alia* Comitibus dixerit, dotem de paragio pro fœminis, & vitam, & militiam pro maſculis taxari debere ad inſtar legitimæ quæ eſt tertia, vel ſemis, vt *in vulgatiſſima Authent. nouiſſima*, & quod aliquando poſſit excedere legitimam,vt vſque ad virilem aſcendere, non tamen poſſit eſſe minus legitima.

2 Quoad ſecundum fuit deciſum, in paragij taxatione eſſe inſpiciendum tempus mortis Fratris,non autem Aui. Ratio deciſionis fuit, quia quamuis dos de paragio detur, ratione excluſionis à feudo, vt *in dicta Conſtit. in aliquibus*,qua attenta,eſſet attendendum tempus mortis Patris, ſiuè Aui, tamen in caſu de quo agebatur,hæc ſoror non fuerat excluſa virtute Conſtitutionis, quia ſecundum illam, mortuo Fratre ſine filiis,in feudo ſucceſſiſſet, ſed ex vi inueſtituræ illius Comitatus, qua attenta, fœminæ ob maſculorum exiſtentiam, quamuis remotiorum,ſuccedere non poſſunt,vnde data hac excluſione, aſſignato paragio, illud intelligi debet de eo tempore, quo excluditur, quia qualitas adiecta verbo,debet intelligi ſecundum tempus verbi ad quod refertur, *ad tex. in l. Titius*, vbi Bart. *ff. de teſt. milit.*idem Bar.*in l.ex facto ff. de vulg. & pupill.*

3 Conſiderabatur,& alia ratio,quia ſi in medium non adfuiſſet inueſtitura hæc, procul dubio defuncto Fratre ſine filiis,ſoror ipſa ſucceſſiſſet,& non Patruus,illudque Ius,quod per Aui mortem ſibi competebat,paragium conſequendi ſuper dicto Comitatu,per ſucceſſionem in feudo extinctum fuiſſet, quia à ſe ipſa dos peti non poterat,*ad tex.in l. Vranius*, *ff. de fideiuſſ.* vndè extincto illo primo iure, quod ſibi virtute Conſtitutionis competebat, & de nouo incipiente ſibi competere ex noua cauſa,ſcilicet virtute inueſtituræ, conſequens eſt dicere, vt hoc poſtremum tempus excluſionis ſit inſpiciendum, non autem primum.

Ad tertium in quo fuit dubitatum, an in hoc paragio eſſent imputanda bona burgenſatica, quæ Thomaſinæ ex inteſtata Fratris ſucceſſione obuenerunt; fuit deciſum quod non;ſed illa fore,& eſſe præcipua;nec aliter in dotem de paragio ſuper bonis feudalibus imputanda, nam ſi ex lege inueſtituræ Thomaſina vti fœmina à feudi ſucceſſione excludebatur, cum hoc tamen vt paragium eidem præſtaretur, ergo non niſi feudum erat inſpiciendum;duæ enim conſiderabantur hæreditates,inter ſe prorſus diuiſæ,& ſeparatæ,altera bonorum allodialium,in quibus ſoror ipſa ab inteſtato Comiti Fratri ſucceſſerat,altera verò feudi,à quo excludebatur,*ad tex.in l. 1.& 2.C. de teſtam.milit.* ſicque concluſum extitit, nullo pacto bona allodialia in dotem de paragio ſuper feudo fore imputanda, itavt eſſent illi præcipua,ad finem,vt dotem augerent; vndè fuit paragium taxatum in ducatis 7500. & alimenta eidem Thomaſinæ lite pendente à Comite patruo præſtita,dictum fuit eſſe compenſanda cum vſufructu dotis ſibi debito, ratione intereſſe, provt conſuluit Alex. *conſ.* 64. *lib*.1. prodiit deciſio hæc die Aprilis 1578. 4

## OBSERVATIO.

CVm Domino Regente hic in prima concluſione, quam firmauit, nimirum vt dos de paragio Iudicis arbitrio taxari poſſit, nec aliter illum arctari ad ſequendam regulam taxationis legitimæ, ſicque poſſe Iudicem ex ſuo arbitrio, attentis caſuum contingentiis, dotem decernere minorem legitima, æqualem legitimæ,& maiorem legitima, inſpiciendo ſemper numerum liberorum,vires patrimonij, & nobilitatem mulieris, ac viri, conueniunt Afflict. *in cap.* 1. *num.* 22. *verſ.item relinquitur Iudicis arbitrio,in tit.ex quib.cauſ.feud. amitt.* Menoch. poſt alios, quos citat *de arbitrar.Iudic.cent.*2. *caſu* 149.*num.*35.Caput. *in conſuet.ſi moriatur par.* 2. §. 6. *num.* 1. & Conſiliar. Prouenzal.*ad conſuet.noſtras obſeru.*12.*num.*1. 1

Tu modo ad confirmationem, & maiorem huius concluſionis declarationem adde,quæ ego obſeruaui *ſupra ad deciſ.*1. vbi dixi, dotem de paragio, filiabus Magnatum, & Procerum Regni huius debitam,non ſemel fuiſſe iudicatum poſſe taxari minus legitima, ità Capyc.ad Napod. *in conſuet. ſi moriatur*, *§. eas autem,in additio.incipiente an mulier excludatur,* Camill. Saler.*ibidem in addit.incipiente,Paragium quid ſit,*Dominus Regens de Ponte *conſ.*65.*num.* 15.*lib.*1. *& in tractatu de poteſtate Proregis tit.*9.*num.*2.& Conſiliar. Prouenzal.*in ſupracit.obſer.*12. *n.* 3. ſic pariter, & dotem de paragio debitam Monialibus huius Ciuitatis,quæ contentæ eſſe debent dote illa,quæ Monaſterio,quod ingrediuntur,ſiue in quo profeſſæ ſunt, dari ſolet,cum declaratione tamen de qua per me *in cit. obſeruat. ad deciſ.*1. *circa finem*, *& in calce huius obſer.* poteſt etiam taxari dos de paragio æqualis legitimæ, & hoc erit quando mulier cum ea dote honorificè nubere poteſt, quia alias ſi condecenter nubere non poſſet, dos de paragio ad virilem aſcendere poterit, ita Io.Ang.Piſanel. *in conſuet. ſi moriatur,in addit. incip. circa paragium fol.* 94. Maſtrill. *deciſ.* 48. *num.* 3. 2

Anell.

Digitized by Google

Anell. Amat. *conſ.*59. *num.*7. Dominus Regens Capycius Latro *deciſ.*59. *num.*15. & Conſiliar. Prouenzal. *loco citato num.*8. & aliquando vſque ad illam portionem, quæ eſt inter legitimam, ac virilem, prout in caſu relato per Caput. *in conſuet. ſi moriatur* §.6. *num.*4. *fol.*221. vbi teſtatur fuiſſe habitam pro dote congruenti, illam, quæ habebat in ſe legitimam, & dimidiam quantitatis exceſſus inter legitimam, & virilem, ſic media via electa.

3 Hæc autem omnia intellige, vt procedant in filia, ſiue ſorore nubenda, quia ſi eſt nupta ſine dote, vel cum dote à Patre conſtituta, & demum petit à Fratre paragium ſuper bonis maternis, vel fuit maritata, & dotata ab extraneo, tunc dos de paragio taxatur, vt legitima, ſic pluries per Sacrum Conſilium iudicatum teſtatur Afflict. *dec.*160. *per totam,* & ibi Addentes, Maſtrill. *in addit. ad Petr. de Greg. in tract. de dote de paragio, quæſt.*9. Dominus Reg. Galeot. *contr.*16. *num.*6. *lib.*2. vbi *num.*22. addit, idem eſſe in ea, quæ in cælibatu viuere elegit, & Dom. Reg. de Ponte *conſ.*45. *num.*5. *in fine lib. primo* vbi *num. ſeq.* notabiliter aduertit, in muliere nupta non habere locum *text. in Authent. res, quæ C. commun. de legat*: ſicque ait Doctorem non vidiſſe, qui dixerit bona fideicommiſſo ſubiecta pro dote conſtituenda mulieri nuptæ alienari poſſe.

4 Suppoſui paulo ante ex Afflict. *loco proximè cit.* ſororem, quæ fuit dotata à Patre de illius bonis poſſe à fratre petere paragium ſuper bonis maternis, & nunc idem affirmo non ſolum in terminis Conſt. Regni in aliquibus, qua attenta quot ſunt ſucceſſiones, tot ſunt dotationes, vt per Io. Vincent. de Anna *allegat.*81. *n.*6. *verſ. ſecus in Regno.* P. Molfeſ. ad conſuet. *par.*4. *quæſt.*29. *n.*15. Dominus Reg. Galeot. *in addit. ad Conſ. medic.*11. *num.*33. ſed etiam attento iure municipali huius Ciuitatis; etenim illud, quod in dies canimus vnicum in Ciuitate ſufficere paragium, vt filia nupta ab omnibus ſucceſſionibus excludatur, procedit in ſucceſſione bonorum, quæ obueniunt ex vna, eademque linea, vt puta filia fuit dotata à Patre de bonis ipſius Patris, ſi contigerit demum defuncto Patre, pluribus ſuperſtitibus filiis maſculis, alterum ex illis è viuis decedere, certè filia nupta à Patre excluſa ex Conſuet. Sed ſi morienti à ſucceſſione fratris defuncti, paragium aliud petere non poterit, ſed ſat ſibi erit paragium à Patre ei datum, idemque ſi moreretur amita, & cæteri omnes ex linea paterna, ita Dominus Reg. Galeota *loco citato num.*34. Fabius de Anna *conſ.*45. *num.*70. & Dominus Regens Rouitus *conſ.*68. *num.*14. *lib.*1. vbi expreſſis verbis dicit, in bonis intra diſtrictum dubitandum non eſſe, mulierem ſemel dotatam, ſiue à Patre, ſiue à fratre ſemper eſſe excluſam, itavt vnica tantum ſufficiat dotatio pro excluſione tam paternorum, quam fraternorum, & quorumcunque aliorum eiuſdem lineæ, inuehens contra Io. Vincent. de Anna, qui tam *in allegat.* 81. quam *in allegat.* 117. contrarium tentare auſus fuit, quocirca addit, merito illum in vtraque cauſa ſententiam contra reportaſſe.

5 At ſi tractatur de ſucceſſione matris filia, quæ fuit dotata ſiue à Patre, ſiue à fratre de bonis paternis tantùm, ſi in die votorum matris ſucceſſioni cum iuramento, & in forma valida non renunciauit paragium, ſiue legitimam petere ſuper bonis maternis non prohibetur; ſed tunc demum à fratre excludetur, ſi dotatio contigit de bonis paternis, & maternis, ita indiuidualiter Napod. *in conſuet. ſi moriatur num.*96. *fol.*114. ibi *nota bene, quod mulier dotata excluditur à ſucceſſione paterna, & materna, & hoc cum habeat paragium ex vtriuſque bonis &c.* idemque, & expreſſius *in conſuet. ſi qua mulier num.*10. ſub illis verbis, *vt ſoror excludatur à ſucceſſione materna dummodò habeat paragium de ipſis bonis maternis, & hoc ſequitur, & ſic vt excludatur à bonis maternis non ſufficit dotari de bonis paternis tantum, ſed vt excludatur ab vtraque ſucceſſione, debet dotari de bonis vtriuſque* &c. demum *num.*25. ſic loquitur. *Item nota, quod cum hæc mulier habet paragium de bonis paternis, & maternis eruntne duo paragia, an vnum pingue ex vtriuſque bonis? Reſpondeo ſi die votorum habuerit paragium ex paternis, poteſt de maternis petere aliud paragium, quod non habuit, prout hæc conſuetudo vult, & tunc non erit paragium, ſed portio legitima iure naturæ,* &c. idemque ſcripſit Io. Vincent. de Anna *allegat.*70. *num.*8. *& in allegat.*81. *numer.*4. vbi citat Napod. *in locis prædictis.*

6 Sed cum Patre mortuo in hac Ciuitate ſuperſtitibus ſibi filiis maſculis, & fœminis, maſculi tantum ſuccedant cum onere maritandi ſorores ſecundum paragium, & facultates, vt diſpoſitum eſt in conſuet. ſi moriatur, quæri ſolet, quid ſi filia, mortuo Patre, non vult maritari, ſed caſte viuere; hic caſus non fuit prouiſus per conſuetudinem, ſed concludit Napod. *in dicta conſuet. ſi moriatur num.*67. *fol.*101. quod aſſignatur ei debitum iure naturæ, & ſic legitima, idemque ex recentioribus Caput. *in eadem conſuet. par.*2. §.3. *num.*13. *fol.*190.

7 Sed quid ſi vellet monachari; hic caſus nec etiam eſt prouiſus per conſuet. vnde idem Napod. *loco cit. num.*66. reſpondit idem, quod in primo caſu; nimirum, quod aſſignetur debitum iure naturæ, idemque Afflict. *deciſ.*348. *& in Conſtit. in aliquibus in* 8. *quæſt.* Martial. ad Napod. *fol.*100. *in addit. incipiente* Vide, & Capyc. *ibidem in addit. incipiente, An autem hæc conſuetudo,* Marin. Frecc. *ibidem in addit. incipiente, de ingrediente*: Vrſill. verò *in addit. ad Afflict. citata deciſ.*348. dicit per illam deciſionem ipſum audiuiſſe Sacrum Conſilium ſemper iudicaſſe aſſignari Monialibus paragium ingreſſarum, ſcilicet dotem illam Monaſterio dari ſolitam; Alij vero, & melius diſtinguere, an filia ſit monaſterium ingreſſa Patre viuente, an vero poſtea eo mortuo, vt in primo caſu procedat opinio Vrſilli, & quod ita ſit intelligenda deciſio Domini de Franchis 44. aduertit Riccius *ibidem in addit.* in ſecundo verò caſu, quando eſt ingreſſa filia poſt mortem Patris, quia tunc eſt ei quæſitum ius paragij, ſiue legitimæ conſequendæ & habet nubendi electionem, bene poterit integrum paragium, ſiue legitimam conſequi, ita ſane ſcripſerunt Petr. de Gregor. *de dote de parag. quæſt.*13. *numer.*5. Camill. Salern. *in dicta Conſuet. ſi moriatur fol.* 101. *lit.B verſ. & ſicut vir quidem magnus practicus,* Molfeſ. *ad Conſuet. noſtras par.*3. *quæſt.*8. *numer.*34. Dominus Regens Galeota *lib.*2. *controu.*8. *per totam* præcipuè *num.*20.

8 At in hoc articulo Iælius Caputus *in dicta conſuetudine ſi moriatur fol.*190. exiſtimauit, quod ſi ſoror animum habens ſe monachari, fecerit ſibi aſſignari integrum paragium, quaſi vellet carnali ſponſo, & non ſpirituali nubere, quod tunc eſſet fallere veritatem, & mendacium dicere, & eſt ſpecies furti. Conſiliarius verò Prouenzialis indiſtinctè tenet, quod mulier non poſſit petere niſi paragium ingreſſarum, ſiue ingreſſa ſit viuo, ſiue mortuo Patre *obſeru.*11. *fol.*22. & quod quantitas paragij dandi filiæ dependet à futuro euentu, nam ſi vult nubere, taxatur paragium arbitrio Iudicis; ſi autem vult ingredi monaſterium debet habere ſolitum paragium Monialium.

9 Sed tenendo diſtinctionem ſupra poſitam, tanquam communem, non obſtant dicta per Caputum,

quia

Digitized by Google

quia eius opinio bene procederet, ſi filia aſſignato ſibi paragio pro nuptiis carnalibus, vellet ingredi Monaſterium, nam eo caſu, nullo pacto, dum poſtea ingreditur Monaſterium poteſt aſſequi paragium illud, quod fortè taxatum eſſet excedens legitimam, ſed tantum aſſignabitur debitum iure naturæ, quia paragium pingue nubentibus tantum aſſignatur: vndè bene dixit Prouenzalis, quod taxatio paragij dependet à futuro euentu, quia ſi vellet maritari, datur illud paragium, cum quo pari nubere poſſit, ſed malè dicit, quod ſi vult monachari debetur paragium ingreſſarum tantum, cum ſit filiæ per mortem Patris quæſitum ius conſequendi debitum naturæ, cui quidem rationi Prouenzal. non reſpondit, & quod hoc ſit verum fingamus, quod filia ante, vel poſt nubilem ætatem è viuis decedat, nonne tranſmittit legitimam hæredibus eius? ſic reſpondit Dominus de Franchis *deciſ.* 618. & Prouenzal. *obſeruat.* 15. vbi prudenter aduertit tranſmiſſionem intelligi reſpectu legitimæ, ſecus vero additamenti, quod debetur, vt pari nubat.

## *ARGVMENTVM.*

Gabella num in Ciuitatibus, & Terris Regni Neapolitani à Ciuibus imponi poſſit ſolo Regis accedente aſſenſu, vel etiam ſummi Pontificis requiratur conſenſus. Diſpoſitio Bullæ Cœnæ *canone* 5. circa impoſitiones nouarum Gabellarum, an comprehendat Principes ſuperiores non recognoſcentes, & de aliis notabilibus.

## DECISIO LIII.

1 Occasione donatiui ducatorum quinquaginta millium quod Ciuitas hæc Fideliſſima toto Orbe terrarum celeberrima, in Carolum Cæſarem Regem noſtrum elargita fuerat, quia pro hac ſumma ſoluenda, neceſſe fuit Gabellam augere, quam vulgo dicimus del Buon dinaro, peracta iam impoſitione, Prædicatores, & Confeſſarij motiuabant Gabellam abſque ſummi Pontificis aſſenſu imponi non potuiſſe, & quod tam imponentes, quam exigentes in excommunicationem in Bulla Cœnæ contentam inciderant, quo factum eſt, vt de duobus principaliter dubitaretur, &c.

Primo, an hæc Gabella potuerit à Ciuitate imponi, ſolo Regis accedente aſſenſu.

Secundo, an Bulla in Cœna Domini *cap.* 5. excommunicatos declarans omnes noua pedagia in Terris ſuis abſque ſummi Pontificis aſſenſu imponentes, hunc caſum comprehendat.

2 Quoad Primum fuit concluſum potuiſſe

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

Ciuitatem hanc fideliſſimam cum ſola Regis authoritate Gabellam imponere, ex quo tam de iure diuino, quam Canonico, & Ciuili licitum eſt Imperatori, & Regibus, noua ſubditis ſuis vectigalia imponere; ſiquidem de iure diuino hoc aperte probatur in locis citatis *per gloſ. in cap. quamquam in verbo diuino de cenſibus in 6. De iure canonico in c. innouamus de cenſibus, & in c. ſuper quibuſdam* §. *praterea de verb. ſignific.* De Iure Ciuili *in l. vectigalia ff. de public. & vectig. in l.* 1. *& per tot. tit. C. noua vectigalia, & in l. vectigalia C. de vectigal. & in cap.* 1. *quæ ſint regal. in vſib. feud.* quod intellige reſpectu laicorum, ſecus verò reſpectu Eccleſiaſticarum perſonarum, vt *in c. non minus*, vbi Abb. *de immun. Eccleſ. & in conſ.* 3. *lib.* 1.

Nec dices, hæc omnia in Regno noſtro 3 procedere non poſſe, ex eo quod Regnum hoc eſt feudum Eccleſiæ, & ſic Papæ ſubiectum, ſicque cum alium Rex noſter recognoſcat in ſuperiorem, noua non poterit imponere vectigalia; etenim reſponſum fuit Regem noſtrum Monarcham eſſe in Regno noſtro, in eoque omnia poſſe facere, quæ Imperator in Imperio, vt per Andr. *in proœmio Conſtit. & in cap.* 1. §. *Reges, de his qui feud. dar. poſſ.* & licet Pontifex in hoc Regno dominium habeat directum, hoc tamen intelligitur, in vniuerſum, at in rebus particularibus, nec directum, nec vtile, ſed omnia Regis ſunt, ſicut dicitur *in l. deprecatio ff. ad leg. Rhod. de iact.* quod Imperator eſt Cominus totius mundi, ſed quoad vniuerſum; quo verò ad particularia ſecus, conſiderata etiam fuit, & alia ratio nimirum, quia ſi per ſpatium temporis, cuius initij non eſt memoria hominis, poteſt induci præſcriptio Vectigalium, vt eſt text. *in d.* §. *preterea, & in l.* 1. §. *fin.* vbi Bart. *ff. de public. & vectigal.* ergo maiori cum ratione hoc poteſt inducere Rex in ſuo Regno, dummodo cum legitima cauſa, aliàs peccaret, vt per Innocent. & Abb. *in dicto c. innouamus*, & Angel. de Clauaſ. *in ſumma in verb. pedagium.*

Quoad ſecundum fuit per Dominos Re- 4 gentes Regiam Cancellariam, & totum Conſilium Sanctæ Claræ deciſum caſum propoſitum non comprehendi ſub cenſuris contentis in Bulla Cœnæ, ratio deciſionis fuit, quia ſummus Pontifex in illa formidabili conſtitutione de Imperatore, Regibus, cæteriſque Principibus, ſuperiorem non recognoſcentibus non loquitur, ſed tantum voluit excommunicare Barones, & alios Dominos Inferiores in Terris ſuis Gabellas imponentes, nam aliàs ſequeretur abſurdum nimirum, quod eſſent correcta omnia iura diuina, canonica & ciuilia, poteſtatem hanc ſupremis Principibus Gabellas imponendi præbentia, quod nullo pacto affirmari poteſt, ex quo per ſub-

auditum intellectum legum correctio induci non debet, vt per Gloſſ. communiter approbatam *in c.cupientes*. §. *quod ſi per viginti*, *de elect. in 6.* & diſpoſitio ſtatuti intelligi debet, vt minùs lædat ius commune, quod ſit poſſibile *l.* 2. vbi Salyc. *C. de nat. restit.* Bart. & omnes *in l. fin.* §. *in computatione C. de iure delib.* prodiit hæc deciſio ſub die 27. Aprilis 1576.

---

## OBSERVATIO.

1 QVod ſolus Regius aſſenſus ſufficiat, nec aliud requiratur, quando Regni huius Ciuitates, Terræ, & Caſtra Gabellam aliquam imponunt, firmaui pariter, & ego *lib.* 1. *mearum reſolutionum cap.* 156. *num.* 6. quo loci allegaui inſignem Nauar. qui *in conſ.* 6. *incipit, Primò quæritur num.* 4. *de cenſib.* ſatis notanter affirmat, quod etiam ſi Ciuitas, Caſtrum, &c. Gabellam ſineiuſta cauſa imponerent, Regis tamen authoritate accedente, licèt peccarent, non tamen inciderent in cenſuram Bullæ Cœnæ, aduerſus noua Vectigalia imponentes latam, aſſignat rationem, quia formidabilis illa conſtitutio non fertur contrà omnes imponentes, ſed ſolum contrà imponentes, & ad id poteſtatem non habentes, quocirca aduertit, quod vbi Ciuitas Gabellam imponere vult, & peccatum vitare, à Rege prius id peragendi facultatem obtineat.

2 Dixi vlterius id, quod in hac deciſione determinatum habemus, nimirùm, Pontificiam illam Conſtitutionem ex communi Doctorum ſententia non loqui, neque ſenſiſſe de illis Dominis temporalibus, ſuperiorem non recognoſcentibus, provt ſunt Imperator, Rex noſter Catholicus, Rex Chriſtianiſſimus, &c. Sereniſſimi Duces Sabaudiæ, Florentiæ, Mantuæ, Parmæ, Mutinæ, &c. Sereniſſima Reſpublica Veneta, Ianuenſis, Lucenſis, &c. hos enim Principes, ſuperiorem in temporalibus non recognoſcentes Gabellas imponendi facultatem habere, dubitandum non eſt, nec aliter dum imponunt, in excommunicationis ſententiam incurrere, iniuſtè tamen imponentes peccare dumtaxat; ſenſiſſe autem præfatam Conſtitutionem, aſſeuerandum eſt de illis Dominis temporalibus, qui ſuperiorem recognoſcunt, provt ſunt Duces noſtri, Marchiones, & Barones, hi enim ſi abſque Sanctæ Sedis Apoſtolicæ permiſſu ſubditis Gabellas imponerent, in excommunicationis ſententiam ſine dubio incurrerent, ità Syluest. *in ſum. in verb. Vectigal.* Nauar. *in ſum. cap.* 27. *num.* 61. *& cap.* 17. *num.* 202. *& in conſ.* 13. *quod incipit interrogatus, in antiquis, &* 71. *in nouis, ſub tit. de cenſib.* Cancell. Conrad. *in templo omnium Iudicum*, Petr. Rebuff. & Alphonſus Viualdus *in explicat. dictæ Bullæ in cano.* 5. *n.* 5. & Pater Sayr. qui alios cumulat. *de cenſur. lib.* 3. *c.* 9. *à n.* 13. & his addo P. Duard. *in explicat. dicti Canonis, quæſt.* 2. *num.* 3. fol. mihi 280. & Bonacin. *ſuper explicat. einſdem Canonis diſputat.* 1. *quæſt.* 6. *puncto* 3. *num.* 2. per totum fol. mihi 24.

## *ARGVMENTVM.*

Donatiuum ſi fuerit factum à Regno Domino noſtro Regi; eo expreſſo, vt nullus Baro eſſet exemptus, nullaque Vniuerſitas, quocumque immunitatis Priuilegio præfulgens, nùm Priuilegiati in hoc donatiuo perſoluendo ſuis immunitatibus gaudere debeant? & ſuppoſito, quod ſic, an id, quod illi ſoluere debebant, ſi immunes non extitiſſent, cederet in onus Regni, vt tanto plus aliæ Vniuerſitates teneantur ad hoc, vt Rex integrum habeat donatiuum, vel potiùs cedere debeat in damnum Regiæ Curiæ? Vaſalli Eccleſiarum an in hoc donatiuo contribuendo cogi poſſint? Princeps an teneatur ſeruare contractum cum ſubdito ſuo celebratum?

## DECISIO LIV.

IN Parlamento Generali in hac Vrbe Regia cælebrato, facto donatiuo tunc Domino noſtro Regi, cum hoc, vt nullus Baro eſſet exemptus, nullaque Vniuerſitas, quocumque immunitatis Priuilegio præfulgens, comparuerunt aliquæ Ciuitates harum exemptionum Priuilegia habentes, & ad contribuendum non teneri contendebant, vndè de Ordine Illuſtris Proregis conuocata Regia Camera in Collaterali Conſilio, de tribus fuit dubitatum, &c. 1

Primò, an Priuilegiati in hoc donatiuo perſoluendo ſuis immunitatibus, & exemptionibus gaudere deberent.

Secundò, ſuppoſito, quod ſic, an id, quod illi ſoluere debebant, ſi immunes non extitiſſent, cederet ad onus Regni, vt tanto plus aliæ Vniuerſitates taxarentur, ad hoc vt Regia Curia integrum haberet donatiuum, an verò immunitas hæc, & exemptio in ipſius Regiæ Curiæ damnum cedere deberet.

Tertiò, an Vaſalli Eccleſiarum ad in hoc donatiuo contribuendum cogi poſſent.

Quoad Primum, fuit per omnes concluſum, quod illi, qui exemptionis Priuilegia ex mera gràtia, ſoláque Principis liberalitate obtinuerant, contribuere tenerentur; ſecus autem ſi Priuilegium pecunia mediante conceſſum extiterat, quia hoc caſu tranſitum fecerat in contractum, ex notatis per Bal. *in l. qui ſe Patris C. vndè liberi*, optimè Aret. *in c.* 1. *de conſtit. & in l. non amplius* §. 1. *in fine, & in l. ſi mihi, & tibi* §. *in legatis*, *ff. de leg.* 1. quamuis etiam in hoc caſu credebatur, quod Princeps ex cauſa Rempublicam concernente potuiſſet, ſaltem pro illa vice dictis Priuilegiis præiudicare, ex Alex. *conſ.* 101. *lib.* 1. *&* 217 *lib.* 2. Soccin. *conſ.* 87. *col.* 6. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 286. & Afflict. *deciſ.* 128. tamen fuit deciſum provt ſuprà quod contribuere non teneantur, quia 2

non

non dicitur ſimplex Priuilegium, ſed contractus,quò Princeps ligatur,eumque ſeruare tenetur *c.1.de præben.c.1.de not.feud.* vbi omnes, Barbat.*conſ.fin.vol.4.& 217.lib.2.* Soccin.*dicto conſ.87.lib.3.* & Dec. *dicto conſ.286.& conſ.29.* Nec fuit ratio aliqua habita de opinione aliquorum tenentium caſum iſtum non comprehendi ſub eorum Priuilegiis, ex eo quod cauſa hæc Rempublicam, ac fidei defenſionem reſpiciebat, ſicquè tanquam caſus valdè inſolitus ſub Priuilegiis collectarum immunitatem concernentibus comprehendi non debebat, vt per Dyn. *in l.ſi ex toto ff. de leg.1.* ibique Aret.Alex. Soccin. & Iaſ. Bal.*in l.iubemus C.de Sacroſanctis Eccleſiis*,Io.de Plat.*in dicta l.1.C.vt null.à muner.ſi excuſ.* Etenim fuit reſponſum,quod quamuis concluſio hæc vera ſit, tamē ad caſū de quo agebatur,non pertinebat, quia Doctores prædicti loquuntur, quando quis ſimpliciter à collectis ordinariis, & extraordinariis exemptionem habeat: eo enim caſu ſi Rex aliquam imponit collectam extraordinariam, puta, propter bellum imminens, tunc Priuilegium ad hunc caſum non ſe extendit, quia hoc neque in genere, neque in ſpecie cogitatum videtur.In caſu autem de quo agebatur Rex collectam non impoſuerat, ſed Regnum gratioſè, & liberaliter donauerat,& Priuilegiati, quod donare non intendebant, proteſtati fuerunt, ergo.

3 Ad ſecundum fuit concluſum,quod Regia Curia erat in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi integrum donatiuum,&omne illud,quod exēpti non ſoluunt, ſtante eorum Priuilegio, ſoluat Regnum, vt Rex integrè conſequetur, id quod donatum eſt, & quod hæc ſit lex perpetua in Regno, ad quam deciſionem fundandam,fuerunt allegati Aret. *in l.ſi duobus §.1.ff. de leg.1.*quem ſequitur Iaſ.*ibidem*, Bart. *in l.1. C. de apoc.publ.* Canoniſtæ *in c. accedentes extrà de præſcript.* Bal.*in c.2.de appell.& in l. hoc etiam C. de exequut. rei iudic.* & Bart. Paul. & Imol.*in l.ab omnibus ff.de leg.1.*

4 Quoad tertium fuit concluſum, quod ſi Eccleſiæ feuda tenebant à Rege, ſub contingentia feudali ſeruitio, & ad hoc, quod tunc idem erat dicendum;nimirum, quod Vniuerſitates contribuere tenerentur, quia ſubſunt Regi *in c.cæterum de iudic. & per tot. tit. de feud.* ſi verò non erant ſub feudo Regis, ſed erant burgenſatica, quod tunc cogi non poterant, nec contrarium ſtatui poterat, niſi per Papam,vt habetur per Abb.& alios *in c.non minus de immunit. Eccleſ.* & per Doctores *in Authen. Caſſa, & in l. iubemus C. de Sacroſanctis Eccleſ.* Bart. & alij *in l. Filiusfamilias §. Diui ff. de leg.1.*

D.De Marinis obſeruat.ad deciſ.D.Reuerterij.

## OBSERVATIO.

AD ornatum,& maiorem intelligentiam eorum, 1
de quibus ſatis eleganter hic agit Dominus Regens noſter, ſunt omninò deguſtanda,quæ in hac eadem materia ſcripſit Dominus Regens Moles *in ſuis deciſionibus manuſcriptis,in tit.de donatiuis quæſt.3.& 4.* Dubium proponit *in quæſt.3.* an immunitas à Rege alicui Ciuitati ſimpliciter conceſſa ab omnibus oneribus imponendis,comprehendat donatiuum, vt ſcilicet ab iſto ſit pariter immunis, quando contingit Regnum Regi ſuo aliquam Summam elargiri.

Et pro parte affirmatiua conſiderabatur, immuni- 2
tatem generaliter conceſſam omnem comprehendere caſum, & ad futura protrahi, nec vt ſpecialis mentio fiat à quibus muneribus, concedatur immunitas, neceſſe eſſe, iuxta ea, quæ ſcripſerunt Alex. *conſ.30.num.14.in 6.dub.lib.5.* Dec.*conſ.113. volum.1.* Marc.Ant.Natt.*conſ.63.lib.1.& conſ.406.lib.2.*Ioan. Cephal.*conſ.58.lib.1.* & Crauett.*conſ.194.*Idque dicebatur eo magis procedere,quando in Priuilegio expreſſè ab oneribus extraordinariis reperiretur conceſſa immunitas, eo namque caſu ſpecifica diceretur facta mentio de donatiuis ad tradita per Bar. *in l.2.ff. de iur.immun.* & per Aret.in *l. ſi ex toto, ff. de legat.1.* Nam quod iſtæ functiones donatæ extraordinariæ dicantur, non eſt de quo dubitari poſſit, ex eo quod certam, & ordinatam præſtationem non habent, cum propter nouas, & inopinatas cauſas indicantur, *l.1.vbi gloſſ.C.de ſuper indic.lib.* 10. Bal.*in l.fin. C. ſine cenſu,vel reliquis.*

Cæterum his non obſtantibus contrarium fuit per 3
Regiam Cameram deciſum,nimirum,vt immunitas vniuerſitatibus quantumuis ample conceſſa non niſi ordinaria comprehendat munera, & nunquam functiones,ſponte donatas, niſi niſi ſpecificè,& in indiuiduo de donis reperiretur facta mentio, ratio aſſignatur, quia donatiua voluntariè fiunt,quo caſu dum ſoluitur,quod donatur, non poteſt dici,quod ſit derogatiua Priuilegio,per *tex.in l.voluntarie C.de excuſat. tutor.* ſtant enim ſimul, vt quis ſit ab omnibus oneribus priuilegiatus, & vt ſpontè onera ſubeat, *l.1.& toto tit.C.de his, qui ſpontè onera ſubeunt lib.* 10. Io. de Plat.*in l.cum decurionatus C.de decur. lib.10.* Cyn. Salyc.& alij *in dicta l.voluntariè*;vndè cum in vna facti contingentia Vniuerſitas Caſtri-Maris de Stabia Priuilegium exhibuiſſet exemptionis, etiam à donatiuis per Regiam Cameram immunis fuit reputata, quamuis contrarium fuiſſet perprius iudicatum cum Vniuerſitate Tarenti: non obſtante quod ſpecificum exhibuiſſet Priuilegium exemptionis à donatiuis;Et ratio deciſionis fuit, quia Priuilegio extiterat renunciatum, & contrà Ciuitatem illam Regius Fiſcus præſcripſerat, ob continuatam donatiuorum ſolutionem à tempore immemorabili.

Suppoſito igitur,vt ſpecificum exhibeatur Priui- 4
legium exemptionis à donatiuis, refert hic deciſum Dominus Regens noſter, vt illud quod exempti non ſoluunt, propter eorum immunitatem, Regnum ſupplere debeat,itavt integrum Rex conſequatur donatiuum, & ita pariter ſcripſit Dominus Regens Moles *loco citato in 4. quæſt. in principio*, qui demum addit contrarium fuiſſe pluries per Cameram determinatum,quoties in elargitione à Regno facta,addita eſſet clauſula, *vt nemo ſit exemptus à donatiuo*, eo enim caſu rata illa; quæ ab immuni non ſoluitur, in Regis damnum cederet, ratio deciſionis fuit, nam cum Rex,non obſtante clauſula prædicta,vt nemo ſit exemptus, mandet exemptionis ſeruari Priuilegium,

cenſeri debet, ac ſi poſt donatiuum prædictum immunitatem illam conceſſiſſet, & conſequenter in ſui damnum cedere debet ad notata per Doctores *in l.4. §.actor. ff. de re iudic.*

5 Quo verò ad aliam concluſionem, quam hic tangit Dominus Regens, nimirum, vt Princeps ligetur contractu cum ſubdito celebrato, eunque teneri illum ſeruare, adde tu nunquam de hoc apud bonos, & graues fuiſſe dubitatum; Etenim nullo pacto affirmari poteſt Chriſtianum Principem poſſe tuta conſcientia irritare, reſcindere, vel reuocare contractum cum ſubdito celebratum; Nam quamuis Princeps cum ſubdito contrahente non obligetur ciuiliter, bene tamen naturaliter, quæ quidem naturalis obligatio eſt tam efficax ad ipſum obligandum, quam ipſa ciuilis, vt bene per Ferdinand. Vaſq. *qq. illuſtrium cap.51.num.20.* Imò non deſunt, qui dixerint, vt etiam ciuiliter obligetur, videantur P.Molin. *de contractibus, diſput.261.num.9.* & Ant. Gomez *var.reſol.cap.1.num.1.* & quod Principi nullatenus permittatur contractum cum ſubdito celebratum reuocare, ſcripſerunt Rip. *reſp.10. num.20. verſ. quarto reſpondetur in tit.de elect.& reſponſ.12.num.7.in titulo de diuerſis reſcriptis*, Soc. *conſ.86.num.14.lib.4.* Alciat. *de præſumpt.regul.3.præſumpt.8.num.5.& in reſponſo 9. num.18. lib.3.* Bolognett. *conſ.6.* Gigaſ. *in addit. ad Conſ.Rub.* Alex. *conſ.50.num.7.* Iul. Clar. *in §.feudum quæſt.59.num.1.* Foller. *in prax.cenſuali in verb.& ſummiſſionis n.6.& 8.* Burg.Caualcanus *deciſ.35.num.100. in verb.quarto non poteſt*, Burſat. *conſ.160. numer.16. & 36. lib.2.* Andr. ab Exea. *in tract. de pactis n.456.* Menoch. *conſ.1. num.227. & conſ.721. num.3.* Surd. *deciſ.234. num.10.* & alij, qui dixerunt grauius peccare Principem fidem frangendo, quam priuatum; hinc Roman. *conſ.352. num.24.* & Iaſ. *in l.1.num.4. verſ. ad idem ff. de pactis* dicebant, quod ſi Princeps pacto non ligaretur, nemo inueniretur, qui ſecum contraheret.

6 Quæ omnia non ſolum procedunt in illo Principe, qui contraxit, ſed etiam in ſucceſſore, latè Surd. *deciſ.326. num.5.* Riminal. Iun. *conſ.63. num.32. verſ. igitur vol.1.* imò nec indirecte venire poteſt contra ſuum contractum, vel prædeceſſorum Andr.ab Exea *in allegato tract. de pact.num.456.*

## *ARGVMENTVM.*

Feudatarius ſi ob prætenſam rebellionem fuerit bonis ſuis priuatus, & ſententia mediante, poſt eius comparitionem declaratum extiterit, non in rebellionem, ſed in Felloniam tantum incidiſſe, ac proinde ordinatum, bona allodialia ei reſtituenda, num fiſcus cum bonis illis teneatur inſimul reſtituere fructus, quos inquiſitione pendente ex bonis illis percepit. Locupletior vt quis dicatur factus ex fructibus quos percepit, quomodo probetur. Iuſtam habens litigandi cauſam, ſi fuerit condemnatus ad fundum relaxandum, num ad fructuum perceptorum reſtitutionem teneatur. Obtinens in poſſeſſorio, ac demum in petitorio ſuccumbens, num ad fructuum perceptorum reſtitutionem cogi poſſit. Petita re cum fructibus, ſi Iudex condemnans reum ad rem petitam relaxandam, nihil ſuper fructibus pronunciauerit num Reus cenſeatur ab illorum petitione abſolutus.

## DECISIO LV.

1 CVM præſupponeretur quemdam Illuſtrem Feudatarium in Regem noſtrum deliquiſſe; Fiſcus omnium illius bonorum feudalium, & burgenſaticorum poſſeſſionem cæpit, inſtructoque demum proceſſu, fuit ſententia mediante declaratum non in rebellionem, ſed in felloniam tantum incidiſſe, ac proindè ordinatum bona feudalia fuiſſe, & eſſe Fiſco quæſita, burgenſatica verò fore reſtituenda, hinc fuit orta controuerſia, an Fiſcus cum bonis burgenſaticis tenetur inſimul reſtituere fructus, quos inquiſitione pendente ex illis percepit.

2 Fuit per Regiam Cameram iudicatum, fiſcum teneri ad reſtitutionem dictorum fructuum, ratio deciſionis fuit, quia nullo ſuadente Iure Fiſcus dictorum donorum cæpit poſſeſſionem, ex quo non conſtabat feudatarium illum fuiſſe rebellem, quod rei euentus demonſtrauit, & ſi verum eſt, prout veriſſimum nullo pacto poſſe bona auferri, niſi notorius, & manifeſtus ſit proditor, & hic de cuius Inquiſitione agebatur, talis non extiterat, conſequens erat dicere, quod quando quis ſine titulo, vel cum titulo nullo, & inualido alicuius poſſeſſionem etiam vacantem occupat, tenetur illam vna cum fructibus reſtituere, hic eſt *text.in l.fin. C. vndè vi*, Aret. *conſ.17.* Imò etiam ſi cum titulo quis poſſedit, qui tamen titulus poſtea annullatur, & reducitur ad non titulum, prout in hoc caſu, tenetur omninò ad reſtitutionem fructuum, quamuis conſumptorum, caſus eſt *in c.conquerente de reſtit. ſpol. in l.1.* vbi Aret. *C.de dolo, in l.filio §.1. ff.de inoffic.teſtam.* quem text. adhunc effectum pro ſingulari allegat Roman. *conſ.454. col.fin.* eoque magis cùm in caſu, de quo agebatur fructus à fiſco percepti potius naturales, quàm induſtriales dicebantur, vel verius ad inſtar naturalium, in quibus omnes Doctores conueniunt, bonæ fidei poſſeſſionem, etiam cum titulo illos reſtituere teneri, adhuc conſumptos, ſi tamen

factus

Digitized by Google

factus eſt locupletior, Alex. poſt. Bart. *in l. in Inſulam §. fructus ff. ſolut. matrim.* & *in l. Neſennius §. fundus col. fin. ff. de re iudic.* Quando autem quis dicatur factus locupletior, eſt videndus *tex. cum gloſſ. in l. verum in princ. & in l. ſed & ſi §. quod autem quis ff. de petit. hæred.* Bar. *in l. indebitam ff. de condit. indeb.* Canoniſtæ *in c. grauis de reſtit. ſpol.* Soccin. *conſ.* 251. *lib.* 4. & alij.

3 Nec obſtare dictum fuit fructus peti non poſſe, dato, quod fiſcus malè poſſedit, ex quo inquiſitus illos petierat, & Iudex in ſententia nihil dixerat, quod proindè dicebatur ampliùs eos peti non poſſe, ex Innoc. *in c. grauis de reſtit. ſpoliat.* Bal. *in l. cum propriam, C. ſi quis alteri, vel ſibi, per Iura in l. 4. C. depo. & in l. terminato C. de fructib. & lit. expenſ.* Etenim reſponſum fuit Iura allegata, & dicta per Doctores *in locis citatis*, ad caſum de quo agebatur non applicari, loquuntur enim quando fructus Iudicis officio debentur, ſecus verò ſi Iure actionis, quia tunc ſemper poſſunt poſt ſententiam peti, & ſi Iudex in ſententia illos omiſit, poterit poſteà condemnare vt per Alex. *in l. Paulus la prima ff. de re iudic. & eſt text. in l. ſi maritus §. ſi fundus*, vbi Bart. & idem Alex. *ff. ſol. matrim.* ſed in caſu prædicto dicebatur fructus deberi Iure actionis, videlicet condictione *l. ſi me, & Titium ff. ſi cert. pet. vt dicit* Bar. *in l. ex diuerſo ff. de re iudic.* ergo poterant poſtea peti, & Iudex ſuper illis pronunciare, eoque magis, quia per Iudices rebellium non aliter iudicatum extiterat ſuper petione præſentata per Inquiſitum, ſed ſuper inquiſitione formata ad inſtantiam Fiſci, vndè, &c.

## OBSERVATIO.

1 EA eſt prima, & principalis concluſio, quam hic firmauit Dominus Regens, nimirum, vt bonæ fidei poſſeſſor, etiam cum titulo, detecto rem, quam poſſidet, ad alium ſpectare, teneatur ad rei poſſeſſæ reſtitutionem vna cum fructibus perceptis adhuc conſumptis, ſi tamen conſtat fuiſſe illum locupletiorem effectum. Tu modo adde ex Noſtratibus, hoc idem firmaſſe Io. Vinc. de Anna *in ſua allegatione* 113. quo loci in eam deſcendit ſententiam, probatum dici ex fructibus perceptis, quem fuiſſe locupletiorem factum, cum conſtet poſſeſſorem in vſus proprios pro familiæ ſubſtentatione, fructus conuertiſſe; at opinio hæc nunquam mihi placuit; vndè ſemper hac in re inſequutus ſum Iacobin. *qui in l. ſi me, & Titium circà finem, ff. ſi cert. pet.* pro indubitato ſcripſit, nullo pacto eum dici locupletiorem effectum, ex eo quod fructus, quos percepit pro ſe, vel familia ſua conſumpſerit, ſed locupletioris ſpeciem fore probandam, allegat Ang. *conſ.* 154. Domina Catherina *in libro meo* 160. quem ſequuti fuere nonnulli, quos citat Maſcard. *de probat. concluſ.* 1169. *num.* 8. & 9.

2 Sed quicquid ſit de hoc, eſt omninò aduertendum non ſemper verum eſſe, vt bonæ fidei poſſeſſor, detecto rem, quam poſſidet ad alium ſpectare, ad fructuum perceptorum reſtitutionem teneatur, ſi ex illis effectus ſit locupletior, nàm non deſunt Doctores, & grauiſſimi; qui contrarium ſcripſerunt, quoties qui poſſidet, iuſtam habuit litigandi cauſam, prout in exemplis poſitis per me *lib. 2. mear. reſol. cap.* 92. *à num.* 8. & *per totum* 11. vbi in puncto principali ſubſtinui, bonorum poſſeſſorem conuentum petitione hæreditatis non teneri fideiuſſionem præſtare de reſtituendis fructibus perceptis, & lite pendente percipiendis, in caſu ſubcubentiæ, ſi iuſtam habeat litigandi cauſam, & demum ex Matthia Berlichio *deciſ.* 7. probaui eum, qui in poſſeſſorio obtinuit, ac demum in iudicio proprietatis ſuccubuit, nullo pacto ad fructuum reſtitutionem tam antè, quam poſt litis conteſtationem perceptorum condemnari poſſe, ea quidem principaliori ratione, quia dum in poſſeſſorio obtinuit, iuſtam in petitorio habebat litigandi cauſam.

3 Quo vero ad alteram concluſionem, nimirum, vt petita re cum fructibus, ſi Iudex condemnans Reum ad rem petitam relexandam, nihil ſuper fructibus pronunciauerit, quod amplius peti non poſſint, ſi tamen fructus illi Iudicis officio debebantur, ſecus vero ſi Iure actionis, quia tunc ſemper poſſunt poſt ſententiam peti; ad confirmationem huius diſtinctionis videndi ſunt Zuccar. *conſ.* 39. *num.* 24. Thæſ. *deciſ.* 135. Cancer. *var. reſol. par.* 3. *cap.* 16. *in tit. de lit. conteſtat. num.* 96. vbi alios citat. Giurb. poſt plures, quos congerit *deciſ.* 65. *num.* 14. eſt pariter videndus Guidon. Pap. *deciſ.* 405. vbi ex Ant. de Butr. firmauit, & ſatis notanter, quod vbi fuerit prædij relaxatio petita, nulla de fructibus mentione facta, quod poſſit Iudex ex officio Reum non ſolum ad prædium relaxandum condemnare; ſed pariter ad fructus poſt motam litem perceptos, quod placuit Myſinger. licet de Guid. Pap. immemori *ſingul. obſeruation. cent.* 4. *obſeru.* 55. quo loci ſententiam hanc æquiorem, & rationi conſonam appellat, & ſecundum eam per Cameram imperialem determinatum, illamque eo magis procedere, vbi actor in libello rem petens, inſtitit ſibi ius, & iuſtitiam miniſtrari, cuius quidem clauſulæ virtus ea eſt, vt videatur actor omne ſuum Ius qualitercumque competens deduxiſſe, ad tradita per Doctores *in c. cum dilectus de ordine cognit. & in c. 2. de offic. ordinar.* qua de re plura fuerunt per me allegata *lib. 1. mearum reſolutionum cap.* 168. *à num.* 12. quo loci numeris præcedentibus hanc eandem diſtinctionem, qua vſus fuit Dominus Regens noſter hic, conſtitui pariter in intereſſe vt quoties illud Iudicis officio ſit debitum, ſi Iudex in ſententia nihil de eo dixit, ſed tantum ſuper ſorte pronunciauit, quod tunc Reus cenſeatur ab intereſſe abſolutus, ſecus verò ſi illud intereſſe actionis Iure eſſet debitum, cum declarationibus tamen, de quibus *ibi*.

4 Quis autem fuerit hic feudatarius, quem declaratum extitit non incidiſſe in crimen læſæ Maieſtatis ſed tantum in felloniam, vide Io. Ant. de Nigr. *in c. Regni*, nuper apud Tranum *à num.* 55. *vſque ad* 64.

## ARGVMENTVM.

Feudum, ſi fuerit ab Auo, poſt eius mortem nepoti ex filio primogenito refutatum, caſu contingente, quod refutatarius in perduellionis crimen incideret, mortuo demum refutante, an fiſcò aperiatur vel potiùs in illo ſuccedat agnatus proximior, qui legitimus eſſet ſucceſſor, ſi



Digitized by Google

nepos donatarius in medium non extaret. Feudo alicui conceſſo, cum hoc, vt poſtillius mortem ſuccedat, agnatus proximior, nùm per mortem ciuilem conceſſionarij, ſucceſſioni fiet locus. Refutatio facta de feudo à patre filio poſt tamen eius mortem, nùm euaneſcet, ſi demum contigerit, refutantem in crimen læſæ Maieſtatis incidere, & de aliis notabilibus.

## DECISIO LVI.

1 IN cauſa Comitatus Caſertæ, & Sanctæ Agathæ de pluribus fuit in Regia Camera diſceptatum, & Primo, ac principaliter, an facta donatione, ſiuè refutatione ab Auo poſt tamen eius mortem Nepoti ſuo ex filio Primogenito, de feudo aliquo, ſi contigerit donatarium in perduellionis crimen incidere, ius aliquod fiſco ex illius perſona acquiratur, itavt mortuo demum Auo donante in feudo ſic donato fiſcus ex vi tranſmiſſionis ius ſuccedendi habeat, vel potiùs ſuccedere debeat agnatus proximior, & ſic donantis filius.

2 Et nonnullis ponderatis Iuribus, & Doctorum authoritatibus in articulo, an Ius ſuccedendi ex contractu quæſitum ad hæredes extraneos tranſmittatur, tandem relata fuit Theorica Andr. cuius ſententia in materia feudali, quaſi pro Rege in Regno ſeruatur; hic enim *in c.1.§. præterea in tit. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt.* decidit, quod ſi viuo Patre feudatario filius Primogenitus efficiatur rebellis, patre demum mortuo, Fiſcus ex rebellione primogeniti, cui erat deferendum feudum, non ſuccedit; ſed ſecundogenitus, ſubdens ita iudicatum vidiſſe, aſſignat rationem, quia ius ſuccedendi ad hæredem extraneum non tranſmittitur, & ad hoc probandum allegat. *tex. in l.3. C. de interd. & releg.* ſed conſiderabatur hanc And. deciſionem ad caſum propoſitum non applicari, quia loquitur de feudo hæreditario, in quo cum in vita patris nullum Ius fuerit filio rebelli quæſitum, licèt ſuccedendi ſpem haberet, tamen quia illa ſpes deſcendebat ex ſucceſſione, mediante morte patris, non poteſt dici, quod ſit in conſideratione, allegantur Iura *in l. fin. C. de pact. & in l.2. §. interdum ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* ac proindè non potuit tale ius in eſſe adhuc non deductum in fiſcum transferri, ſicut dicimus in legitima, quæ certè eſt magis debita filio, quam feudum, & tamen ad filij hæredes non tranſmittitur, *l. fin.* vbi Bar. *ff. de liber. agnoſ. l.1. §. ſi impuberi, ff. de collat. bonor.* vnde meritò Bar. *in d. §. ſi impuberi* infert, quod ſi filius viuo patre deliquerit, nulla poſſet fieri exequutio contra patrem in legitima filij, ſequitur Aret. *in l. ex Cornelia ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* in caſu autem, de quo agebatur videtur fuiſſe filio Ius quæſitum ex donatione ei facta Regio aſſenſu vallata, ergo.

3 Sed adhuc contrà fiſcum fuit conſideratum Ius hoc ſuccedendi, quod donatarius, viuente donante, acquiſierat, dici non poſſe fuiſſe quæſitum in re, ſed ſolum ad rem, quia ius quæſitum in re eſt quando mihi competit ius de præſenti, ius autem ad rem eſt illud, quod ſpero, provt in terminis gratiæ de primo beneficio vacaturo, eſt *tex. in c. fin. in principio de conceſſ. præben. in 6.* quod quidem Ius ad rem facilius tollitur, quam ius in re, vt per Rot. *deciſ. 17. de præben. in nonis*; ex quibus dicebatur in caſu propoſito feudi dominium non fuiſſe donatario in vita donantis quæſitum; ſed tantum acquiſiuiſſe ius conſiderabile ad feudum acquirendum, probabilemque ſpem, quæ dicitur ius ad rem, & cum tractetur de bonis feudalibus, in quibus tranſmiſſio cadere non poteſt, concludebatur non poſſe, quod nam ius ex perſona donatarij rebellis fuerit in caſu propoſito fiſco quæſitum; etenim iura omnia, quæ in contrarium adducebantur, procedere dictum fuit in Vaſallo delinquente, qui feudum tenebat, quod non erat in caſu, de quo agebatur, in quo delinquens non erat feudi Dominus, ſed ſolum in eo poſt donantis mortem ſuccedere ſperabat, ſicque durum videbatur, vt culpa, & delictum non Vaſalli excludat perpetuò alios in inueſtitura vocatos, ad tradita per Bal. *in l. emancipatum ff. de ſenat. in c.1. vaſſal. feud. priu. & in c.1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud.* & per Bar. *in l. eum, qui ff. de interd. & releg.* in quibus locis dicunt, quod ſi filius, viuo Patre, committat delictum, ob quod feudum Domino acquireretur, eo non priuaretur Nepos, & ſic delinquentis filius.

4 Ratio eſt, quia viuo Patre non erat feudum acquiſitum filio, neque in ſua perſona radicatum, ergò illius delictum aliis agnatis nocere non debet, vt per Andr. *in dicto §. præterea*, & facit *tex. in l.1. §. qui mortis tempore ff. ad Senat. Conſultum Tertull.* vbi dicitur quod ſi tempore mortis matris filius ad ſuccedendum erat habilis, & demum antequam hæreditatem adeat, ſeruus pœnæ eſt effectus, ius illud ſuccedendi extinguitur, vt ad fiſcum non tranſmittatur, ſed benè ad proximiores conſanguineos, ſicque tex. illum intelligendum admonet Aret. *in l. ſi quis mihi bona §. ſeruum ff. de acquir. hæred. col. fin. & in l. ex facto §. fin. col. penult. & fin. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.*

5 Sed hic non modica ſuborta fuit difficultas, nàm cùm hic refutantis filius, qui patri ſuo in feudo donato ob nepotis donatarij inhabilitatem ſuccedere prætendebat, à patre in ea-

dem

Digitized by Google

dem donatione vocatus extiterat in caſu mortis refutatarij, eiuſque filiorum, videbatur, quod nullo pacto illorum morte naturali non expectata, ad feudi donati ſucceſſionem venire poterat; etenim ſi quis fuerit de feudo inueſtitus, cum hoc vt per mortem ipſius inueſtiti ſuccedant agnati proximiores, certè nullatenus ſit locus ſucceſſioni per mortem ciuilem inueſtiti, quia quotieſcumque ab homine fit mentio mortis intelligitur de naturali, & vbi lex loquens de morte, comprehendit etiam mortem ciuilem, loquitur ficte, & ſic per viam extenſionis de caſu ad caſum, non quod ex propria vocabili ſignificatione, mortis appellatione ciuilis mors veniat; hinc quando lex dicit deportatos loco mortuorum haberi, ergo non ſunt mortui verè, ſed ficte *l. mortis appellatione ff. de verb ſignific.* & quod appellatione mortis, nunquam veniat ciuilis, niſi in Caſibus à Iure expreſſis, eſt ſingularis Gloſ. cuius opinionem dicebatur ſatis placere *in c. ſuſceptum de reſcript. in 6. & in c. placuit il* 2. 16. *quaeſt.* 1. eamque ſequitur Io. Monac. *in c. ſi Epiſcopus, & in c. fin. de ſuppl. negl. praelat.* & quod in materia feudali mortis appellatione, non veniat mors ciuilis, ſed tantum naturalis dixit Andr. *in c.* 1. *col. fin. ſi Vaſſal. feud. priu. & in cap.* 1. §. *haeredes de pac. tenen.* cuius ſententiam pro huius cauſæ deciſione ſat eſſe dicebatur, inquit enim, quod ſi ex forma inueſtituræ per mortem inueſtiti ſunt vocati agnati, eo delinquente, ſed non mortuo naturaliter, donec ipſe viuit, feudum à Domino poſſidetur.

6 Quare relata cauſa in Regia Camera cum votantes eſſent numero decem, ſex, inter quos Dominus iſte Regens Commiſſarius, cenſuerunt, actorem refutantis filium, qui ſtante nepotis refutatarij rebellione patri ſuo refutanti ad fiſci excluſionem ſuccedere prætendebat, non eſſe perpetuò excluſum, verum quod durante vita dicti refutatarij rebellis Fiſcus ab impetitis per actorem ipſum abſolueretur, ſaluo tamen iure ſuccedendi ſibi competente poſt mortem nepotis donatarij, & filiorum ſuorum, quatuor verò inter quos magnus ille Bartholomæus Camerarius Regij Patrimonij Conſeruator, ac doctiſſimus Ioannes Thomas Minadous Regius Conſiliarius ſimpliciter pro actore reſponderunt nec fuit ratio aliqua habita de duabus aliis oppoſitionibus, quæ pro parte Regij Fiſci ad perpetuam actoris excluſionem proponebantur, & Primò, quod Pater, & Auus reſpectiuè, qui refutauerat, ſimiliter læſæ Maieſtatis criminis fuerit Reus, non enim circa hoc delictum Fiſcus erat in probatis, quamuis aliqua contra illum afferrentur, nam quoties quis ad actum facti, & proximum delicto non deuenit, ſed tantum ad actum verbi, conatus non punitur, etiam in delictis atrociſſimis, ex quo potuit pœnitere, ad quod fuerunt allegati Bal. *in l. ſi quis non dicam rapere C. de Epiſc. & Cler.* Andr. Aluar. & communiter Feudiſtæ *in c.* 1. §. *porrò, quae ſit prima cauſa benef. amitt.* vbi dicunt, quod ſi Vaſſallus Dominum ſuum occidere iurauerit, & aliud non fecit, quod feudum non amittit; minus etiam alicuius momenti fuit alia oppoſitio, nimirum, quod hic filius, qui in feudo vt ſuprà donato ſuccedere volebat, aliàs in manibus patris ſui bonis omnibus feudalibus, & allodialibus ampliſſimè renunciauerat; etenim dictum fuit renunciationem illam fuiſſe perſonalem, non autem realem, cum facta apparebat certarum perſonarum reſpectu, & contemplatione, ad text. cui dictu fuit reſponderi non poſſe *in c.* 1. *de eo, qui finem fecer. Agnat.* vbi Andr. & communiter feudiſtæ, *& in cap.* 1. §. *fin. ſi de feud. defun. fuerit contr. inter Dom. & Agnat.* vbi Bald. optimè, & conſequenter feudi directum Dominum vigore talis renunciationis nullatenus potuiſſe renunciantem excludere, id quod admittunt omnes in filia dotata, quæ in manibus Patris generaliter, & ſimpliciter hæreditati paternæ, & maternæ renunciauit, vt ex tacita mente tam renunciauit, quam illius, cui fit renunciatio, intelligatur ſolum reſpectu maſculorum, non autem extraneorum, qui patri, ſiue matri renunciatariis ſuccedere poſſunt, ad quod fuerunt allegati Franc. & Felyn. *in c. quamuis pactum, de pact. in 6.* Imol. Rom. & ſubtiliter Aret. *in l. qui ſuperſtitis ff. de acquir. hared.* & de ratione huius dicti ſatis bene idem Bar. *in l. qui Romae* §. *duo fratres in* 10. *quaeſt. ff. de verb. oblig.*

---

## OBSERVATIO.

Dominus Regens refert hic per Regiam Cameram pro maiori parte votantium determinatum, quod ſi feudatarius nepoti ſuo ex Primogenito feuda refutaſſet, ſiue donaſſet, eo expreſſo, quod vbi ſine liberis mori contingeret, ſuccedere deberet ipſius donantis ſecundo genitus, caſu ſubſequente, quod hic refutatarius in perduellionis crimen incideret, defuncto poſteà refutante, feuda refutata fore ad Fiſcum deuenienda, durante tamen vita refutatarij rebellis, & poſt eius mortem naturalem ad filium ſecundogenitũ in donatione vocatum; Tũ modo cogita, an deciſio hæc dubia reddatur, ex his, quæ ſcripſit inſignis Feudiſta, Loffred. *conſ.* 9. vbi probare nixus fuit, quod ſi Pater filio ſuo Primogenito feudum donauerit, conſequendum tamen poſt ipſius mortem, ſi demum donantem ipſum in læſæ Maieſtatis crimen incidere contigerit, nulla remaneret donatio, rationibus, vt per eum, & ità addit intrà *num.* 15. fuiſſe illis diebus, quibus hæc ſcribebat, deciſum in Marchionem Quarati & Baroia Griptæ Minardæ, & per hæc verba. *Cum enim Illuſtris Ladiſlaus de Aquino Marchio non tanquam proditor, & reus criminis laeſae Maieſtatis, ſed ob culpam tantum condemnatus fuiſſet ad amiſſionem ſui, vt vulgò dicitur ſtatus, ideſt bonorum feudalium, retentis burgenſaticis, poſteaque mortuus fuiſſet, ſuperſtite* 1

Digitized by Google

*perſtite filio Domino Antonio, cui, quando vxorem nobiliſſimam accepit, ipſe Pater Marchionatum, & feuda, quando ipſe Pater obiret donauiſſet donationis titulo inter viuos, & irreuocabiliter, quia non transtulit in eum poſſeſſionem, nec precario ſe poſſidere conſtituit, ſed ſolummodo appoſuit precarium in promiſſione capitulorum matrimonij, in quibus non fiebat donatio, ſed fieri promittebatur, nec etiam poſitum fuit, quando de capitulis celebratus fuit contractus, ſuccubuit ipſe filius; fuitque res miſeranda, vt à nobiliſſima Aquinorum familia dicta feuda exierint, quorum pleraque ſupra annos octingentos maiorum huius Marchionis fuerant, itavt compertum ſemper habeamus nihil eſſe ſub ſole perpetuum, & rerum omnium eſſe viciſſitudinem*, hæc ille.

2 Suppoſita hac determinatione pro vera, iurique conſentanea, idem quoque videbatur dicendum in caſu, de quo hic per Dominum Regentem, nam ſicut per Rebellionem commiſſam à donante, ipſiuſque inhabilitatem iuxtà Loffredi ſententiam euaneſcit donatio, ita pariter per Rebellionem donatarij, & conſequenter auo donanti poſteà defuncto, ſublata de medio perſona nepotis donatarij, filius ſuus ſecundogenitus, & immediatus ſucceſſor ſuccedere debebat, non aliter expectata morte eiuſdem nepotis donatarij, provt refert Dominus Regens fuiſſe determinatum.

3 Ego concurro libenter cum deciſis hic, nec aliter adhærere poſſum Domino Loffredo, cuius rationes ad eius fundandam ſententiam mihi non probant, provt quilibet, illis perpenſis, ſic fatebitur; minus etiam vim aliquam mihi facit deciſio per eundem relata in cauſa prædicta Marchionatus Quarati & Baroniæ Gryptæ Minardæ, cum ex Hiſtoricis bene comperimus ſententiam illam contrà Marchionis filium donatarium fuiſſe contrà omne ius prolatam, & machinatione Principis Oranziæ tunc Regni huius Proregis; & vt breuiter pateat de veritate. Credo neminem ſani capitis iure aliquo probare poſſe, per donationem, ſiuè refutationem, quaę de feudo fit à Patre filio præſenti, & acceptanti, quamuis poſt ipſius donantis mortem, non acquiri ius filio refutatario irreuocabile ad rem donatam ſuo tempore conſequendam, quandoquidem vt acquiratur, eſt tex. vulgatus, & ibi Doctores omnes *in l. vbi ità donatur 27. ff. de mortis cauſa donatione*, quem ad propoſitum expendit Dominus Regens noſter *infrà deciſ.* 404. non enim quia effectus huius donationis eſt collatus poſt mortem donantis, iure aliquo probari poteſt, quod ſit donatio reuocabilis, ſiue eam factam intelligi ſub aliqua conditione, quæ crimen ſubſequutum rebellionis, vel ex parte donantis, vel donatarij exiſtit, vt præſupponit Loffredus; hæc fuit donatio pura, & irreuocabilis, & per eam acquiſitum Ius donatario, quod quidem ius ſine facto ſuo certe auferri non poteſt. Vndè ſi dicamus donantem incidiſſe in crimen læſæ Maieſtatis, certe omnia eius bona confiſcabuntur, & ſignanter feudum refutatum tenendum tamen à Fiſco quouſque mors delinquentis naturalis ſuperuenerit, ac eo defuncto, ſit certe locus iuri, quod acquiſiuit donatarius ad feudum refutatum poſt mortem naturalem refutantis conſequendum; idemque, ac pari ratione cum donatarius in crimen læſæ Maieſtatis incideret; nam cum eius bona omnia, actiones, & iura ſint confiſcanda, confiſcabitur pariter ius illud, quod acquiſiuit per donationem ad feudum donatum poſt mortem donatoris conſequendum, itavt quando demum illius mors naturalis contigerit, fiſcus feudum illud præcapiat, tenendum durante vita rebellis, & poſt eius mortem reſtituturum ſecundum legem in donatione appoſitam, provt per Regiam Cameram extitit hic determinatum.

Quantum verò attinet ad aliam concluſionem hic 4
tentam, vt mortis appellatione nunquam veniat ciuilis, niſi in Caſibus à Iure expreſſis, vide ad pleniorem declarationem, quæ Ego ſcripſi *lib. 1. mearum reſolutionum cap.* 167. vbi probaui, in rebus reſtitutioni ſubiectis per mortem ciuilem poſſeſſoris non fieri locum fideicommiſſo; ſed à vocatis mortem eſſe expectandam naturalem, & ita deciſum annui tam per Regiam Cameram, quàm per Sacrum Conſilium facto verbo in Collaterali Conſilio in cauſa Comitatus Morcori, nàm cum ob rebellionem Comitis Iacobi Mariæ prætenderent agnati bona illius præcapere vti fideicommiſſo ſubiecta, ſtante quod mortuus dicebatur ciuiliter, ſicque factum eſſe iam fideicommiſſi caſum, de morte naturali fiſco apponente in cuius caſu reſtitutio eſt facienda, quod expectaretur exitus mortis naturalis ſollemniter fuit deciſum; annui pariter per Regiam Cameram determinatum annuam penſionem à Principe alicui benemerito collatam poſſe alteri cedi, nec aliter demum prætendi poſſe extinctam, ex quo Conceſſionarius in aliqua Religione incapaci profeſſus ſit, ob quod ſine dubio mortuus dicitur ciuiliter, ſed expectandam eſſe mortem naturalem; Dixi pariter, me alias deciſum inueniſſe, quod vbi pater in bonis filij vſumfructum haberet, ſi pater ipſe foriudicaretur, propter quod venirent illis bona confiſcanda, confiſcabitur etiam vſusfructus, quo fruebatur ſuper bonis filij, nec modo aliquo filium hunc allegare poſſe, fuiſſe vſumfructum propter patris mortem ſubſequutam ciuilem cum proprietate conſolidatum, ad quod allegaui Marin. de Carama qui ſic deciſum teſtatur in Conſtit. Regni. *Si quando aliquem* in verbo *in textu foriudicatus*.

Quo verò ad aliam concluſionem, quam hic firmauit Dominus Regens, nimirum, vt vbi quis ad 5
actum facti, & proximum delicto non deuenit, ſed tantum ad actum verbi, conatus non puniatur, etiam in atrociſſimis, ex quo potuit pœnitere, vide ad maiorem declarationem, quæ *ſuprà* obſeruaui *ad deciſ. 42. num. 2.*

Et tandem quantum attinet ad aliam concluſionem, quæ deſumitur *ex text. in c. 1. de eo qui finem fecer. agnat.* vide quæ ad illius plenariam intelligentiam ſcripſi Ego *lib. 1. mearum reſol. cap. 189. à n. 36.* vbi multa ſingularia, & notatu digna inuenies; hæc occurrunt.

## *ARGVMENTVM.*

Creditor confitens certam pecuniæ quantitatem ſe à debitore ſuo recepiſſe pro reſiduo ſui crediti, an tacite videatur confiteri totum recepiſſe debitum, & quid ſi confitetur conſequi debere centum, nùm per hoc uideatur tacite aſſentire, quod centum tantum, & non vltrà conſequi debet. Debiti appellatione, an contineatur id, quod ſub conditione debetur, itavt ſi Ego Petro legauero quicquid Antonius mihi debet, cenſeatur ne ſub hoc legato relictum

non

Digitized by Google

non ſolum id, quod Antonius pure ſed etiam id quod in diem, vel ſub conditione debet, & de aliis notabilibus.

## DECISIO LVII.

1 INſTITVTO iudicio in actione hypothecaria per Laudoniam Vrſinam contra Aſcanium Columna tertium poſſeſſiorem bonorum ſibi obligatorum ex cauſa dotis ſibi promiſſæ à Sybilla Vrſina eius matre, & non ſolutæ, fuit eidem oppoſitum quantitatem pro dotibus fuiſſe tàm eius viro ſolutam, ex quo per publicum Inſtrumentum conſtabat virum confeſſum fuiſſe dotes ſibi promiſſas recepiſſe, conſtabat inſuper poſt dotem conſtitutam, eundem virum, eandemque mulierem, illam non petere promiſiſſe quouſque per matrem dotantem certa bona feudalia non recuperarentur; vndè fuit dubitatum, an hæc mulier in ſua inſtantia obtinere poterat

2 Et per Regiam Cameram fuit pro ipſa pronunciatum, nam quamuis in facto conſtaret de confeſſione viri, attamen in rei veritate dos promiſſa ſoluta non extiterat, ex quo eodem die, quo vir dotem recepiſſe confeſſus fuit, Socrus alio mediante Inſtrumento, provt fieri ſolet, declarauerat mutuo à Genero recepiſſe quantitatem in dotem datam, quo quidem caſu habetur, ac ſi dos confeſſata non eſſet: ad quod fuerunt allegati Bar. Paul. de Caſtr. & Imol. *in l. penult. §. ſi Vir ff. ſol. matr.* Ratio aſſignabatur, quia confeſſio illa viri dotem recepiſſe facta extitit ſpe futuræ numerationis à Socru ſibi faciendæ, ac proindè nulla poterat de ea haberi ratio; Nec obſtare dictum fuit non potuiſſe Laudoniam agere hypothecaria contra tertium poſſeſſorem bonorum ſibi obligatorum, ex eo, quod poſt dotem promiſſam fecerat mulier ipſa pactum cum Sybilla matre de non petendo dotem ſibi promiſſam, niſi quouſque certa bona feudalia recuperarentur, ſicque videbatur actionem illam hypothecariam, quam per prius acquiſierat fuiſſe demum per hoc pactum de non petendo ſublatam, & conſequenter contra tertium poſſeſſorem agere non potuiſſe; per *tex. in l. ſoluitur ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.* nam fuit reſponſum hunc tex. iuxta intelligentiam Raphael. Cum. ibi procedere quando pactum eſſet reale, ſecus verò quando eſſet perſonale, provt in caſu de quo agebatur, vbi promiſit dotata non petere dotem iam ſibi conſtitutam, neque à matre, neque ab eius hæredibus, ſed quod bene agere potuiſſet contra tertios poſſeſſores.

3 Præterea dictum fuit tex. in dicta lege ſoluitur, loqui, quando eſt factum pactum de non petendo perpetuò, quo caſu in perpetuum eſt ſublata actio, in caſu autem propoſito, nulla actio neque perſonalis, neque realis extincta erat, ſed tantum ſuſpenſa, mouenda demum in euentum conditionis, provt eſt caſus *in l. pecuniam ff. ſi cert. pet.* Ex quibus ceſſabat omninò alia oppoſitio, nimirum, quod dos ex integro erat ſoluta, ex quo vir certam quantitatem recepiſſe confeſſus fuit pro reſiduo, quod quidem verbum, dubium non eſt, quod importat confeſſionem tacitam totius, vt eſt gloſ. *in l. ſi pluribus*, & ibi Bar. Imol. & reliqui *ff. de ſolut.* & notant omnes *in l. ſiquidem C. de tranſact. & in l. 2. C. de hæred. inſtit.* etenim vltra ſuperius conſiderata, quibus mediantibus omnis oppoſitio corruebat, fuit dictum, quod confeſſio ſic facta intelligi non non poterat, niſi reſpectu quantitatis purè promiſſæ, ſecus verò de alia ſub conditione ſcilicet, ſi recuperarentur talia bona &c. dos enim ſub conditione promiſſa nõ eſt dos ſimpliciter, ſed conditionalis, provt à ſimili eſt caſus *in l. 1. ff. de donat.* vbi donatio pura eſt propria donatio, illa verò conditionalis impropria, ergo dicebatur confeſſionem receptionis certe quantitatis pro reſiduo dotis intelligi debere de dote promiſſa pure, & ſic exigibili, non autem conditionali, quia debiti appellatione non continetur, niſi debitum illud, quod exigi poteſt, *l. debitor ff. de reg. iur.* notat Bart. Alex. & omnes *in l. 1. ff. ſi cert. pet.* vndè merito dicebat Bal. *in l. id, quod pauperibus C. de Epiſc. & Cleric. & in l. & ſi inutiliter C. de fideicom.* & poſt eum Aret. *in l. ita ſtipulatus 107. ff. de verb. obligat.* quod ſi teſtator mandat ſolui omnibus habere debentibus ab eo, quod ſub hoc verbo *debiti*, non poteſt comprehendi niſi debitum, quod poteſt exigi, quia debitum propriè eſt, quod ab initio exigi poteſt, & eſt optimus *tex. in l. ſi is cui §. Flauius ff. de ſolut. &c.*

## OBSERVATIO.

DVo notabilia dicta in hac deciſione obſeruo, Primum, quod vbi Creditor confeſſus fuit certam pecuniæ quantitam à debitore ſuo recepiſſe pro reſiduo ſui crediti, tacite videtur, quod confeſſus ſit totum recepiſſe debitum, vt eſt gloſ. Bart. & Doctores omnes *in l. ſi pluribus ff. de ſolut. in l. ſiquidem C. de tranſact. & in l. 2. C. de heredibus inſtit.* Tu modo ad hoc dictum confirmandum adde Guid. Pap. *dec.* 177. vbi Addentes poſt Paul. de Caſtr. *in dicta l. 2. C. de hæred. inſtit.* vbi mercatores aduertit, ne in eorum priuatis libris dicant pro *reſta*, vel pro *reſiduo*, per quod præſumpta inducitur ſatisfactio, idemque ſcripſi Ego *lib. 1. mearum reſol. cap. 75. num. 3.* vbi *num. præced.* ſecus eſſe monui, quoties Creditor per Epiſtolam debitori ſuo mandauerit ſibi ſolui certam præſtationem annuam præſentis anni, quia tunc nullatenus inducta cenſeretur tacita confeſſio ſatisfactionis in præteritum. 1

2 Hoc idem, vbi Creditor confeſſus eſſet ſe à debitore ſuo præſente, & tacente conſequi debere, puta centum, nàm non per hoc videtur tunc aſſerere, quod centum tantum, & non vltrà debeat conſequi, ità Bar. *in dicta l. ſiquidem C. de tranſact. & in l. ſi cum dos num. 2. ff. de action. rer. amot.* Angel. de Aret. Iaſ. & alij *in §. ſi minus, Inſtit. de action.* Alex. *conſ. 64. num. 7. verſ. benè facit lib. 2.* & Franciſc. Viuius, qui de communi teſtatur *deciſ. 23. num. 4. & 5.* quo loci *num. ſeq.* notanter aduertit, quod ad hoc vt in hac materia confeſſio præiudicium inducat, requiritur neceſſario, vt ea non ſolum emanata ſit Parte præſente, ſed etiam ipſamet Parte acceptante, ſicque ait confeſſionem hanc Parte præſente emanatam, ita demum probare, ſi & acceptetur, & recipiatur, allegat Bal. *in Authen. nouo Iure in fine C. de pœn. Iudic. qui male iudic.* Cyn. & Salyc. *in l. vnica C. de confeſſ.* Dec. *in c. at ſi Clerici de reſcript.* Alex. *conſ. 111. num. 7. lib. 3. & conſ. 20. num. 1. lib. 4.* Iaſ. *in l. is, qui heres ff. de acquir. hered. & in l. de vnoquoque num. 155. de re iudic.* Curt. Sen. *conſ. 77.* & Felin. *in c. ſi cautio ſub num. 23. verſ. fortiùs dixit, extrà de fid. inſtr.* vbi poſt alios, quos refert, concludit, non ſufficere huiuſmodi confeſſionem non fuiſſe per Partem præſentem impugnatam; ſed de neceſſitate requiri, vt ea facta quidem ſit Parte præſente, & acceptante, quia aliàs confeſſio non diceretur; addit demum Viuius *num. 7.* eidem eſſe ſi confeſſio adhuc in vltima voluntate Parte præſente facta eſſet, quia nec pariter valeret, neque vllo modo teneret, niſi à Parte acceptata eſſet, allegat Salyc. *in l. generaliter in 7. quæſt. C. de non numer. pecun.* cui inhæret Felin. *in dicto c. ſi cautio ſub num. 23. verſ. fortiùs etiam dixit, de fid. Inſtrum.* & vide, quæ dixi ego *lib. 1. mearum reſolutionum cap. 61.*

3 Alterum notabile dictum, quod in hac deciſ. obſeruo, illud eſt, vt debiti appellatione, non aliter contineatur, niſi debitum illud, quod exigi poteſt, vndè ſi teſtator mandat ſolui omnibus habere debentibus ab eo, quod ſub hoc verbo debiti non poteſt comprehendi, niſi debitum, quod poteſt exigi; Tu ad huius dicti confirmationem adde *tex. celebrem in l. ſi ità ſcripſiſſet 47. ff. de leg. 2.* vbi probatur, quod ſi ego teſtamento meo Petro legauero quicquid Antonius mihi debet, in legato non continetur niſi ea pecunia quæ teſtamenti tempore Antonius mihi debebat, nam ſi erat etiam mihi debita pecunia, cuius tamen dies teſtamenti, ſiue mortis tempore non ceſſerat, in legato non contineatur, indè notat Bal. *in eo tex.* quod ille, qui cedit omnia Iura ſua, non videtur cedere niſi ea, quorum dies ceſſit, & venit, & non conditionalia, vel in diem: notat pariter, quod ſi teſtator exequutoribus mandaret, vt vſuras reſtituant, & male ablata, ſi teſtator ipſe poſt teſtamentum fænerauerit, ad hoc fænus poſt teſtamentum contractum exequutorium mandatum non extenditur.

## *ARGVMENTVM.*

Renunciatio facta à filia in manibus Patris, nùm obſtet renuncianti, quin ſorori ſuæ ab inteſtato defunctæ ſuccedere poſſit. Filia, ſi renunciauit ſucceſſioni paternæ & moritur pater, cui ſucceſſit filius, num ſi demum iſte moriatur, poſſit filia Fratri ſuo ſuccedere, etiam in bonis, quæ fuerunt Patris communis. Legatum dotis à Patre filiæ factum, nùm ſit purum, vel potiùs conditionale ad effectum, vt mortua filia ante nubilem ætatem ſit, vel nè ad eius hæredes tranſmiſſibile, & de aliis notabilibus.

## DECISIO LVIII.

DE duobus fuit in hac deciſione dubitatum, & Primo an Beatrix Malda potuiſſet ſorori ſuæ ab inteſtato defunctæ ſuccedere, ſignanter in bonis paternis, vel potiùs eſſet repellenda, ſtante quod reperiebatur dotata, & tempore quo nupſit, ac dotem recepit, ampliſſimè in manibus patris ſui ſucceſſioni paternæ, maternæ, auitæ, & fraternæ renunciauerat. 1

Fuit per Regiam Cameram ad huius ſororis renunciantis fauorem deciſum, in nihilo ampliſſima, renunciatione in manibus patris facta eidem obſtante, ex quo fuit habitum pro abſoluto, fuiſſe factam contemplatione filiorum maſculorum fratrum dictarum ſororum, qui cum omnes prædeceſſiſſent, ex tacita mente patris renunciatarij, & filiæ renunciantis non cenſebatur renunciaſſe huic caſui, nimirum, vt ſuccedere potuiſſet extraneus, ad quod fuerunt allegati Bal. *in l. pactum in 4. quæſt. C. de collat.* Salic. *in l. pactum C. de pactis*, Rom *in c. quamuis pactum de pac. in 6.* & ibidem Franc, *in 6. limit.* Imol. Roma. & Aret. *in l. qui ſuperſtiti ff. de acquir. hæred.* Gugliel. de Cune; & Ang. *in l. Anus ff. de pac. & in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig.* quo loci magiſtraliter tres diſtinguit caſus, quorum Primus quando conſtat filiam maſculorum contemplatione renunciaſſe, quo quidem caſu, maſculis deficientibus renunciatio non obſtaret, argumento *l. cum pater §. dulciſſimis ff. de leg. 2.* quia cauſa limitat, & reſtringit diſpoſitionem, ſecundus caſus quando renunciatio eſſet realis, & facta etiam reſpectu hæredum extraneorum, Tertius caſus quando ſumus in dubio, & tunc etiam hæc renunciatio extraneo non proderit, ſed tantum illi cuius paciſcentis intererat, at in caſu, de quo agebatur, nullo pacto affirmari poterat, quod intererat patris, vt bona ſua ad excluſionem propriæ filiæ, ad extraneum peruenirent, ergo. 2

Præterea pro renunciante fuit conſideratum, quod renunciatio facta vni non extenditur ad alium, etiam ſi bona illius, cui fuit facta renunciatio, ad alium perueniant, quia ſi filia renunciauit ſucceſſioni paternæ, & moriatur pater, cui ſuccedit filius, ſi poſteà moriatur iſte filius, poterit filia ſuccedere Fratri ſuo, 3

etiam

Digitized by Google

etiam in bonis, quæ fuerunt Patris communis, renunciatione non obſtante, Rom. Imol. Alexand.& Aret.*in l.* 1. §. *veteres ff.de acquir. poſſeſſ.*Paul.& Aret.*in l.per patrem,aliàs incipit Paulus ff.de acquir.hæred.*optimè Ang,*conſ.* 51. Aret.*conſ.* 161.& Dec.*conſ.* 230. *&* 329.

4 Secundò fuit in hac cauſa dubitatum, an legatum dotis à Patre filiæ factum ſit purum, vel potius conditionale, ad effectum, vt moriente filia ante nubilem ætatem, ſit, vel nè ad eius hæredes tranſmiſſibile, fuit deciſum quod quoad legitimam tale dotis legatum ſit purum, non autem conditionale,& quod hæc ſit magis communis opinio, ſaltem in hoc Regno,in quo ſecundum Andr. *in conſtit.* in aliquibus dos de paragio non debetur ſimpliciter, vt dos, ad eò quod etiam ſi filia non nupſerit, dotem habere debet, nec etiam nubilem ætatem expectare tenetur, ex quo in Regno dos ſuccedit loco legitimæ, vt ibi per Andr, vndè ſequitur, quod ſicut in legitima onus aliquod imponi non poteſt, & impoſitum aufertur, *ad tex. in l. quoniam in prioribus, & in l. omnimodò C. de inoffic. teſtam.* ità pariter iſtud legatum reſpectu legitimæ conditionale dici non poteſt, ſed purum, & conſequenter ad filiæ hæredes tranſmiſſibile, ità Alex *conſ.* 55. *vol.* 2. Afflict. *in dicta Conſtit. in aliquibus*, & alij; pro eo autem, quod excedit legitimam conditionale dicetur, ac ſi ab extraneo factum eſſet, & ſic non tranſmiſſibile, provt eſt *dicta l. Titio centum §. Titio genero*, vbi optimè Paul. de Caſtr. *ff. de condit.* & demonſtrat.

## OBSERVATIO.

1 SCripſit in hac cauſa contra Beatricem renunciantem Ioannes Thomas Minadous, provt videre eſt *in conſ. ſuo* 22. vbi probare enixus fuit, per ampliſſimam renunciationem cum iuramento factam à Beatrice in manibus Bernardini Patris de Iuribus,& ſucceſſionibus paternis, maternis, fraternis, auitiſque, vtriuſque, dotibus maternis ac ſucceſſionibus quibuſcúmque ſibi deuolutis,& deuoluendis, tam ex teſtamento,quàm ab inteſtato,tam ex linea paterna,& materna,quàm fraterna, & auita vtriuſque, non potuiſſe demum renunciantem ipſam ſuccedere eius ſorori ab inteſtato defunctæ;ſed eidem iuratam obſtare renunciationem ex diſpoſitione *tex. in vulgato c. quamuis pactum de pact.in* 6. ſed ſententiam contra clientem reportauit, provt in hac deciſione, in qua fuit habitum pro indubitato renunciationem fuiſſe factam contemplatione filiorum maſculorum fratrum dictarum ſororum, qui cum omnes prædeceſſiſſent, ex tacita mente Patris renunciatarij, & filiæ renunciantis, non cenſebatur, renunciaſſe huic caſui, nimirum,vt ſuccedere potuiſſet extraneus,& concordat cum alia deciſione iſtiuſmet Domini Regentis, quæ legitur *infrà*,& eſt 581.quas quidem deciſiones reportaui ego *lib.*2. *mearum reſolutionum cap.* 189. *numero* 78. *& ſeq.* vbi ad probandum renunciationem nunquam ſorori renuncianti obſtare, quando tempore actus geſti ſupererant fratres,qui demum mortui ſunt, idque tam in ſucceſſione bonorum allodialium, quam feudalium decem ſupremi Regni huius Senatus collegi determinationes, itavt affirmare non timuerim, eſſe apud nos inductam conſuetudinem ſic iudicandi,& meritò ex quam plurimis rationibus, *ibi* per me relatis, ac aliis ponderatis per Dominum Ioannem Angelum Piſanellum *in reſponſo per me impreſſo eodem lib.*2.*cap.* 193.

Ad aliud autem, quod hic aduertit Dominus Regens fuiſſe pro Beatrice renunciante conſideratum, nimirum,quod renunciatio facta vni non extenditur ad alium,adhuc ſi bona illius,cui fuit facta renunciatio,ad alium peruenirent,& ex hoc ſi filia renunciaſſet patri, & poſtea moreretur pater ipſe, cui ſucceſſit filius,vt iſto demum defuncto, poſſet ſoror ſuccedere Fratri ſuo,etiam in bonis quæ fuerunt patris communis, renunciatione non obſtante, ea quidem ratione, quia attenditur cauſa proxima, & non remota vide ad huius dicti corroborationem, quæ in caſu ſimili ſcripſit Afflict.*deciſ.*127.vbi ſoror vterina fuit admiſſa ad ſuccedendum ſorori ſuæ vterinæ in antefato, quod communis mater lucrata fuit,tam in vſufructu, quam in proprietate,idque ex conuentione per mortem primi viri, excluſis proximioribus ex parte patris huius ſororis defunctæ,ea quidem ratione,quia antefatum hic, & nunc procedit à matre, & licet proceſſerit prius ex ſubſtantia paterna,attamen iſta eſt cauſa remota, & cauſa proxima, & non remota inſpicitur, quam quidem determinationem commendat Afflict. menti tenendam quia prodeſt ad multa,& concordat Dominus de Franchis *deciſ.* 25. vbi cum fuiſſet dubitatum,an frater vterinus ſolus eſſet admittendus, vel inſimul cum ſorore vterina in portione eorum matri obuenta ex hæreditate vnius ex eius filiis, qui erat vtrinque coniunctus cum iſto fratre vterino, fuit deciſum ambos ſuccedere debere *ex deciſ.* 19. per Afflict.*loco citato*,quia cauſa proxima,& non remota eſt attendenda. 2

Quo verò ad aliud dubium hic per Dominum Regentem propoſitum, in quo fuit deciſum legatum dotis purum eſſe,quando fit à patre filiæ & ſucceſſiuè ad illius hæredes tranſmiſſibile, adhuc non ſequutis nuptiis, conditionale vero, & ſucceſſiuè nullatenus tranſmiſſibile, ſi fuerit factum ab extraneo, ad huius deciſionis confirmationem vide Ant.Fabr.ſic pariter diſtinguentem *deciſ.*9.*C.de condict. inſer.*Io.Petr.Fontanell.*de pact.nuptial. tom.*2.*clauſ.*6.*gloſſ.*3.*par.* 1. & Thæſ.Filium *deciſ.*43.*num.*4.*lib.*1. *quæſt.forenſ.* quos retuli ego *lib.*1.*mear.reſolut.cap.* 246.vbi latè de hoc articulo & iſtis addidi Nicol. de Noal. hoc idem firmantem *in ſuo tract.de tranſmiſſ.caſu* 17. *num.*4. *verſ. ſed è conuerſo*, vbi tamen *num.*15. delegato dotis à patre facto declarat, vt non procedat in filia naturali huic enim ſi dotis legatum à patre naturali factum proponeretur, conditionale, & ſucceſſiuè non tranſmiſſibile antequam matrimonium ſequatur, eſſet diiudicandum,declarat inſuper *num.*37.*&* 43.quod vbi dotis legatum fieret ab extraneo ſub modo,puta Lego Iuliæ mille,vt nubat, ſiuè vt nubere poſſit,vt hoc legatum purum ſit cenſendum, quamuis ab extraneo factum, & per conſequens ad legatariæ hæredes tranſmiſſibile, ad quod citat Bal.*in l.generaliter n.*9. *C.de Epiſc.& Cler.& in conſ.*249. *lib.*4.*per tex. in l. ſi mulier dotem C.de iur. dot.*& ſequitur Grammat. *conſ. ciuili* 146. *num.* 3. & poſt eum Couar.*in c.*3.*num.*11. *verſ.ſecundo,de teſtam.*& Crauet.*conſ.*101.*num.*1. *verſ. ſecundò*;declarat inſuper Noalis *loc.cit.num.*59.vt quoties dotis legatum eſſet conditionale,diceretur purificata conditio, illique ſatisfactum per profeſſionem à 3



Digitized by Google

puella legataria in aliqua approbata religione factam, quamuis carnale nõ contraxerit matrimonium, allegat Cyn. & Bal. *in Authen. niſi rogati C. ad ſenatus Conſultum Trebellianum*, Bar. *in §. ſed, & hoc præſenti num. 2. Auth. de Sanctiſſ. Epiſc.* Natt. *conſ. 295. per totum*, Couar. *in dicto cap. 3. num. 11. verſ. ſexto de teſtam.* Surd. *conſ. 192. n. 19. lib. 2.*, & Bal. *nouell. tract. de dot. par. 6. priuileg. 77. num. 2. propè finem*, vbi fortius dicit hoc procedere, adhuc ſi legatum factum eſſet expreſſe pro matrimonio carnali, & his addo Andr. *in Conſtit. in aliquibus*, *& ibidem* Gramat. *numero 25.* Capyc. *deciſ. 204.* Maſtrill. *deciſ. 153.* Caualc. *deciſ. 1. num. 10. par. 3*, Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 1. par. 1. n. 59.* Intrigliol. *deciſ. 30.* Merolla *tom. 3. Theolog. moral. fol. 435. num. 333.* & alij ſine contradictore, quamuis maxima ſit controuerſia, an ſi fuerint legata mille pro dote matrimonij carnalis, & quincentum pro monachatu, ſi hæc monialis efficeretur, debeat conſequi mille, qua de re ex recentioribus videndi ſunt Gabr. *commun. concluſ. lib. 4. tit. de legat. concluſ. 2.* & Gaſp. Theſ. *quæſt. 60. lib. 1.* qui pro vtraque opinione affirmatiua nimirum, & negatiua infinitos citat; placet tamen mihi in hac quæſtione ſententia Rotæ quæ voluit ſeruandam fore teſtatoris diſpoſitionem *deciſ. 480. tom. 2. recentio fol. 462. &* D. Ludouiſ. *deciſ. 63.* vbi Beltram. Cancer. *var. reſol. capit. 24. num. 20. & 21. lib. 1.* & Capibl. de Baron. *lib. 2. cap. 65. num. 10.*

4 Sed de illo in hac materia ſatis eleganter dubitari poteſt, cùm certum ſit, per ea, quæ modo diximus legatum dotis, quando ab extraneo eſt factum conditionale cenſeri, ac inſimul conditioni ſatisfactum dici, ſi legataria in aliqua opprobata Religione profeſſa fuerit, quid dicendum, ſi fuerit expreſſe factum legatum pro monachatu, non enim dixit teſtator lego mille Antonię pro dote, ſed dixit lego mille Antoniæ pro monachatu, ſiue vt monialis effici poſſit, ſi hæc matrimonium contraxerit carnale, cenſeatur pariter conditioni ſatisfactum, ſicque vt legatum deberetur: dic quod non, quia non militat eadem ratio, & ita in puncto dixit Paul. Duran. *de condit. & mod. impoſſib. par. 2. cap. 3. num. 40. fol. 30.* cuius dictis non obſtant ſcripta per Mart. *in ſum. ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 18. art. 3. num. 3.*

5 Vltimò pro maiori corroboratione concluſionis firmatæ, nimirum vt purum ſit ſemper cenſendum dotis legatum, quo à Patre filiæ fit, quaſi illud loco paragij, ſiue legitimæ relictum dicatur, adde tu adeò hoc verum eſſe, vt procedat etiamſi verſaremur in cauſa inteſtati, notum eſt enim, patre ab inteſtato decedente filio maſculo, & fœmina ſuperſtititibus, huic paragium, vt nubere poſſit deberi, & illico Patre defuncto nullo nuptiarum tempore expectato, vt dicebat Lucas de Penna *in l. vnica tol. fin. verſ. vtrum autem ſoror C. de imponen. Lucret. deſcript. lib. 10.* quem ſequitur Io. Grill. *in conſtit. in aliquibus num. 7. inter comment. Grammat.* quod proinde in huius paragij liquidatione patris mortis tempus eſſe attendendum, paſſim apud nos iudicatur; modo ſi caſus daretur, vt decederet filia, antequam nuberet, ſiue adhuc in ætate infantali, paragium illud ei debitum, & ſi non agnitum ad ipſius præximiores tranſmitteret, ita vt ſi in medio extaret mater, & frater ille, qui communis Patris eſt hæres vniuerſalis, non eſſet defunctæ ſorori ex vtroque latere coniunctus, vt iuuari poſſet diſpoſitione *Authen. defuncto C. ad ſenatus Conſultum Tertullianum*, mater ſola in hoc paragio ſuccederet; ita ſatis bene probat Scipio Bilotta *in reſponſo 12.* poſt concluſiones feudales Ioannis Baptiſtæ Bilotta, qui *in concluſione 84.* hanc eandem ſequutus fuit ſententiam, citatis Cannet. *in extrauag. volentes, cap. non eſt otioſum* Cumin *in c. ſi aliquem num. 83.* D. de Franchis *dec. 618.* & Conſiliario Georgio *in alleg. 11. numero 17.*

## *ARGVMENTVM.*

Contractus an cenſeatur validus, vel potius vſurarius, ſi quis tot ſalmas elei emerit ſibi in proxima noua recollectione conſignandas, ad rationem ducatorum tot pro qualibet ſalma; exornatur *tex. in c. in ciuitate & in c. nauiganti, in 2. par. extra de vſuris, & in l. ſi ea lege 17. C. hoc tit.* & de aliis notabilibus.

## DECISIO LIX.

De menſe Martij fuit initus contractus, inter hanc Ciuitatem, & quemdam eius officialem, quo mediante Ciuitas emerat tot ſalmas olei ſibi in proxima noua recollectione conſignandas ad rationem ducatorum trium pro qualibet ſalma, vndè de huius contractus validitate in Regia Camera dubitari contigit. Pro inualiditate fuit conſideratum, quod oleum venditum fuerat exiſtens in herba, quo caſu ſi tempore, quo colligitur valet plus, contractus eſt vſurarius, & ad hoc fuerunt allegati Bald. *in Rubr. de vſur. &* Rodulph. *in ſua repet c. conſuluit extra eod.* pro validitate autem fuit allegatus Guid. Papa qui *in ſuo tract. de vſurariis*, videtur tenere contrarium ratione dubij euentus, quia poterat eſſe, quod oleum plus, vel minus tempore recollectionis valeret. 1

Sed maior difficultas fuit, quia tempore quo fuit initus contractus venditor olei erat officialis in eadem Ciuitate ergo contractus ille dicebatur ipſo iure nullus, per *tex. expreſſum in l. vnica C. de contract. Iudic. in l. eos & in l. quiſquis C. ſi cert. pet. & in l. ſi per impreſſionem C. de eo quod met. cauſ. & in l. principalibus ff. ſi cert. pet.* notat. Bald. *in l. aufertur §. quod à Præſide ff. de iure fiſci, quod adeo* verum eſt, vt nec finito officio contractus iſte ratificari poſſit; vt eſt *tex. in d. l. vnica*, & quod nec iuramento firmetur ſicut cæteri, de quibus in *Auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſus vendit. & in c. cum contigat de iur. iur. & in c. quamuis pactum de pactis in 6.* 2

OBSER

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 DVbium propoſitum pro eo quod attinet ad primam partem mihi vid:tur quod decidi poteſt, perpenſa diſpoſitione *tex. in c.in ciuitate, & in cap. nauiganti in 2. par. extr. de vſur.* nam ſi ratio dubitandi ea fuit, quia poterat dari caſus,vt tempore recollectionis oleum venditum maioris pretij extitiſſet, quàm fuit conuentum, hoc dependet à futuro euentu, non quod certum eſſe poſſit, vt verè, & realiter ſiue ſaltem probabiliter in die recollectionis pretium eſſet maius; hoc poſito ſubintrat diſpoſitio *tex. in d. c.in Ciuitate* in quo cum fuiſſet dubitatum, an vſurarius eſſet contractus venditionis piperis, & cinamomi pro maiori pretio, quam currebat,ex eo quod fuit à venditore emptori datum tempus ad ſoluendum, negatiue ſummus Pontifex reſpondit,quamuis peccare contrahentes addat,niſi tamen dubium eſſet, an *merces illas plus, minuſve ſolutionis tempore valituras*, hæc ſunt verba tex. quibus attentis Canoniſtæ communiter ibi, ſignanter Petrus de Anchar. *num. 3.* concluſionem aſſumunt, nimirum quod dubitatio facit licitum, quod alias eſſet illicitum, idemque, & indiuidualiter pro reſolutione dubij, de quo in hac deciſione, probatur *in d. c. nauiganti in 2. parte* quo loci Summus Pontifex ſic loquitur, *ille quoque, qui dat decem ſolidos, vt alio tempore totidem, ſibi grani, uini,vel olei menſuræ reddantur, quæ licet tunc plus valeant, vtrum plus, vel minus ſolutionis tempore fuerint valituræ, veriſimiliter dubitatur non debet ex hoc vſurarius reputari.* Si igitur dubius euentus facit contractum licitum, in caſu, de quo hic per Dom,Regentem,certo certius eſt,dubium eſſe an oleum,quod modo venditur ad rationem ducatorum trium pro qualibet ſalma, plus vel minus hoc pretio recollectionis tempore valiturum; poteſt enim dari caſus quo tunc minus pretio ducatorum trium pro qualibet ſalma oleum venderetur; vndè hac ſuppoſita incertitudine, contractum, de quo in hac deciſione, nullo pacto illicitum cenſeri poſſe, deſumitur manifeſtè ex *tex. in d.cap. in ciuitate, & in d. c. nauiganti,* qui concordat cum *tex.in l.ſi ea lege 17.C.de vſur.* cuius verba ſunt, *ſi ea lege poſſeſſionem mater tua apud creditorem ſuum obligauit, vt fructus in vicem vſurarum conſequeretur, obtentu maioris percepti emolumenti propter incertum fructuum euentum, reſcindi placita non poſſunt,* hac diſpoſitione attenta notant communiter DD. ibi *incertum fructuum euentum vſurarum ſuſpicionem tollere*; id quod etiam ſcripſerunt Guttierrez Canoniſt.*quæſt.lib.1.cap.39.num.61.verſ.ſecundo,*Tiraq. *de retract. conuent. ad finem tituli num.135.* Neguſ.*de pignor.par.5.membro 10.num.10.* Gail.*pract. obſeru. lib.2. obſeru.3.* Couar. *lib. 3. var. cap.7. num.3. in princ.* vbi expreſſis verbis ait, quod propter incertitudinem lucri, & damni iuſtus eſt contractus; idemque Brunor. à Sole *in locis communibus in verbo contractus*, & Anton.Gam. *deciſ.* Luſit.110.*num.34. verſ. ſeptimo* quos omnes refert Auguſt. Barboſ. *in collect. ad cit. l.ſi ea lege*, quibus addo Sylueſtr. *in ſum.in verb. vſura 2. num.10.* vbi quærens, an vſurarius ſit contractus ſi quis emat ſegetes, vel fructus hoc anno de agro prouenturos, negatiuè reſpondet quamuis hic contractus in fraudem vſurarum fieri poſſit, vt ſi veriſimile ſit, quod fructus colligendi etiam computato dubio valeant, tunc plus, eo quod nunc datur, maximè ſi ea ſit perſona quæ alias vſuras exercere conſueuerit, intellige ſi præceſſit præmatura ſolutio, at ſi ſit dubium vtrum *illi fructus plus, vel minus debeant valere, nullo pacto, contractum cenſeri poſſe vſurarium*, Sylueſter concludit,eſt tamen admittendum ad illud quod diximus, ex *tex.in d.c.in ciuitate,* nimirum vt licitus ſit contractus venditionis mercium maiori pretio, quam valent, ex eo quod eiuſdem pretij ſolutio differetur,& vt vulgò aiunt,ſit venditio ad creditum,idque propter dubium an merx quæ venditur, plus,minuſve tempore ſolutionis pretij ſit valitura, vt hoc procedat ſi venditor tempore contractus non fuerat mercem venditurus,ſed potiùs ſeruaturus, quia ſecus non excuſaretur,ita ſane cautum eſt *in d.cap.Nauiganti in 3.part.* vbi *gloſ.fin.* quæ aduertit, & à intelligendum eſſe *tex.in d.cap. in ciuitate*, eſtque hæc communis ſententia, vt per DD. quos refert, & ſequitur P,Salſ. *in tract. de contractibus in tit. de emptore, & vendit. dub.41.n.3. verſ. nec obſtat. c. in ciuitate* poſt Molin. *de iuſt. & iure tom.2. tract.2.diſput.355. num.7.& 8.*

## ARGVMENTVM.

Feudum, cuinàm aperiatur defuncto feudatario ſine legitimo ſucceſſore, Regiæ Curiæ, vti quaternatum, vel potius Baroni, in cuius territorio ſitum reperiebatur vti planum, & de tabula. Feudum quaternatum an curſu temporis poſſit effici planum, & de tabula. Res allodialis ſi tanquam feudalis per annos triginta permanſerit,an cenſeatur ſuam mutaſſe naturam, ita vt feudalis effecta dicatur & de aliis.

## DECISIO LX.

DEFVNCTO quodam feudatatio 1
ſine legitimo ſucceſſore, contigit dubitari, cuinam eſſet feudum apertum Regiæ Curiæ vti quaternatum, vel potius Baroni, in cuius territorio ſitum pretendebatur, vti planum & de tabula.

Fuit per Regiam Cameram facta relatione 2
in Conſlaterali Conſilio, & coram Illuſt. Prorege, communi omnium voto deciſum pro Barone; ratio deciſionis fuit, quia, quamuis aliàs feudum hoc habitatum extiterat, quod proinde quaternatum præſumebatur, attamen erant lapſi anni centum, & tot, quibus vaſſalli diſceſſerant, illud penitus deſerentes ſicque dicebatur ceſſare qualitatem illam, quæ præſumptiuè faciebat, vt diceretur quaternatum, non enim feudum illud quaternatum præſumebatur, niſi ratione, & cauſa habitationis, & vaſſallorum, vnde cum ſtetiſſet per centum, & tot annos ſine hac qualitate 1. ſine vaſſallis, & communiter fuerit tentum, & habitum vti planum, imo afferebatur alias fuiſſe illud venditum cum conſenſu Baronis, ergo amplius quaternatum dici non poterat,



Digitized by Google

ad quod fuit dictum benè applicari, ibique dicta per Bart. & Aret. *in l. ſi de eo §. ſi fortè ff. de acquirend. poſſeſſ.* vbi per obliuionem, & negligentiam longi temporis amittitur poſſeſſio, & ad propoſitum Bald. *in c. 1. §. ne Romanorum, de pace conſtant.* & quod pro hac deciſione erat deciſio gloſſ. & Bart. & aliorum *in l. ſunt §. fin. ff. quod quiſque vniuerſ. nomin.* Bart. & Aret. *in l. 1. §. fin. ff. ad municip.* & confirmatur per *text. in l. Paulus alias incipit per procuratorem ff. de acquirend. hæredit.* vbi Aretin. dicit, quod ſi eſt datum priuilegium rebus propter perſonas, mutata perſona eſt extinctum priuilegium, idémque Cyn. *in l. vnica § & vt plenius C. de rei vxor. act.* & Bald. *in Rubr. C. de vſur. in 4. quæſt.* inter cæteros, qui votarunt in hac cauſa, fuit inſignis Dom. Bartholomæus Camerarius tunc Regiæ Cameræ Præſidens.

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem deciſionis, quam hic refert Dom. Reg. ſunt omnino videnda, quæ allegauit Iacob. Ant. de Mauro *allegat.* 21. vbi cum fuiſſet dubitatum, an feudum, quod dicebatur delli Schiaui eſſet quaternatum, diiudicandum negatiuè reſpondit, ex eo quod in quaternionibus Regiæ Cameræ à tempore Regis Alphonſi primi modo aliquo deſcriptum, & annotatum reperiebatur, ob quod dicebatur ſufficienter fuiſſe probatum illud non eſſe quaternatum, ad notata per Bart. *in l. Titij textores ff. de legat.* 1. nec in aliquo obſtare addit, quod dictum feudum deſcriptum reperiebatur in quinternionibus Reginæ Ioannæ, in quibus etiam apparebat, quod pro eodem feudo extiterat ſoluta adhoa Regiæ Curiæ, nam benè per teſtes probatum extiterat iunctis quaternionibus à tempore Regis Alphonſi vſque modo, feudum illud ſpatio annorum centum fuiſſe inhabitatum, pro eo quod nuſquam eo durante tempore fuiſſe adhoam Regiæ Curiæ ſolutam, quo caſu dato quod feudum à principio fuiſſet nobile, per hoc tempus centum annorum naturam mutauit, & eſſectum fuit ruſticum, probatur, nam ſi verum eſt de Iure poſſe feudum ex Principis priuilegio naturam mutare, vt probat *tex. in c. 1.* vbi DD. omnes, ſignanter Affl. *in 6. notab. de feud. non haben. prop. feudi natur. in c. feudum ea lege, ſi de feud. fuerit controu. & in c. 1. §. praterea quid ſit Inueſt.* latè Conſil. de Georg. *in repet. feud. cap.* 10. ergo, & per poſſeſſionem centum annorum poteſt feudum nobile effici ruſticum, cum tanti temporis poſſeſſio vim habeat priuilegij, *l. 3. §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & aſtiua c. ſuper quibuſdam §. praterea de verb. ſignif.* id, quod etiam in his, quæ ſunt Principi reſeruata procedere dixit Alex. *conſ. 6. lib. 1.* de quo memor fuit Franc. Curt. *in tract. feud. in princ.* & longa manu Decius *conſ.* 85. *lib.* 1.

2 Quodque ex temporis curſu res eorum mutent naturam addit de Mauro optimè probari ex dictis per Andr. *in c. 1. §. ille tamen col. fin. de contro. feudi apud pares termin.* dum dixit, quod ſi res allodialis tanquam feudalis permanſerit per annos triginta, mutauit ſuam naturam, & effecta fuit feudalis, *& in c. Imperialem §. præterea Ducatus col. 3. de probib. feud. alienat. per Freder.* addit, quod ſi feudum, in quo antiquitus ſolitum fuerat ſuccedi Iure Longobardorum, fuerit demum per primogenitum feudatarij defuncti tanquam feudum francum per annos triginta poſſeſſum, videntibus aliis fratribus, qui ſuccedere poterant, & non contradicentibus, mutauit naturam & de Longobardo francum effectum fuit, ac & tandem *in c. 1. col. 2. qui feudum dare poſſunt*, notabiliter ſcripſit, quod quamuis feuda ſint excadentia, & concedi ſolita, ſi tamen poſt vacationem Dominus, vel Prælatus per annos triginta tenuerit, domanialia efficiuntur, deſinúntque eſſe excadentialia, ſicque ex temporis curſu naturam mutarunt.

Quibus pro Coronide adſtipulantur dicta per Af- 3
flict. *deciſ. 277. n. 6.* vbi ait quod quãdo res vt burgenſatica per annos 80. eſt poſſeſſa, cũ quis illam eſſe feudalem probare vellet, opus eſt vt concludenter hoc probet, alias per ſolam famam, & per teſtes de auditu deponentes, rem illam eſſe feudalem ſine redditione cauſæ ſcientiæ, nulla diceretur probatio; etenim poſſeſſio antiqua dicit Afflictus quod præſumitur habere iuſtitiam permanentem iuxtà Cyn. ſententiã *in l. ſi ſolemnibus C. de fideiuſſ. &* Bald. *in c. 1. §. cum autem de contro. inueſt.* habet enim pro ſe talis poſſeſſio Iuris præſumptionem quod ſit burgenſatica, & non feudalis, ad tradita per Bald. *in c. 1. de contro. Inueſt.* vbi dixit quod omnis res præſumitur libera, niſi probetur ſeruitutem habere, &c.

## *ARGVMENTVM.*

Contractus venditionis an præſumatur ſimulatus ex modicitate pretij, pacto de retrouendendo, poſſeſſione rei venditæ poſt contractum remanſa penes venditorem, & eiuſdem conſuetudine vſurarios contractus ſoliti facere. Pactum de retrouendendo temporale, ſi cum eo pretij modicitas concurrit, an perpetuum efficiatur. Pactum de retrouendendo abſque temporis præfixione, an tempore præſcribatur, & de aliis.

## DECISIO LXI.

IN cauſa in Regia Camera ver- 1
tente inter Nicolaum Brancacium, & hæredes quond. Hieronymi Pellegrini, fuit dubitatum an contractus venditionis præſumeretur ſimulatus ex modicitate pretij, pacto de retrouendendo, poſſeſſione rei venditæ poſt contractum remanſa penes venditorem, & conſuetudine venditoris vſurarios contractus ſoliti facere.

Et affirmatiuè concluditur, ex quo, his con- 2
currentibus coniecturis dici non poteſt, parte voluiſſe vendere, & emere, ſed potius pignorare, & vt fructus rei venditæ eſſent emptoris loco vſurarum, & ſic facta venditio pro pignore, imo, quod ex primis duabus coniecturis ſimul iunctis, contractus nedum præſumatur, ſed probetur ſimulatus, fuit dictum eſſe

ceſſum

Digitized by Google

caſum in c. ad noſtram vbi Innoc. Anton. de Butr. Imol. & alij *de empt. & vendit.* idémque *gloſſ. notab. in c. conqueſtus de vſur.* Archidia. *in c. plerique* 4. *quæſt.* 3. Alber. *in l.* 5. *C. plus valere quod agitur*, & quod ex poſſeſſione rei venditæ remanſæ penes venditorem, venditio ſimulata præſumatur, fuit allegatus *tex. in l. ſicut* §. *ſuperuacuum*, vbi Bart. *ff. quibus mod. pign. vel hypot. ſolut.* idē Bart. *in l. poſt contractum ff. de donation.* conſiderabatur etiam alia coniectura, nimirum quod in caſu, de quo agebatur, pactum de retrouendendo non in eodem venditionis inſtrumento, ſed ſeparatum appoſitum extiterat, quod multum conſiderat Io. Andr. *in d. c. ad noſtram num.* 4. quod contractus ſit fœneratitius, ex quibus ea fuit probata opinio, vt contractus iudicari deberet ſimulatus, ac nullus, & quod fructus percepti eſſent in ſortem excomputandi.

## OBSERVATIO.

1 Sine controuerſia procedit, vt contractus emptionis, & venditionis pro ſimulato habeatur, vbi hæc tria concurrerent, primo nimirum pretij modicitas, ſecundo pactum de retrouendendo & tertio conſuetudo emptoris vſurarios contractus ſoliti facere: At an præciſè requiratur, vt hoc tertium requiratur, vt hoc tertium requiſitum concurrat variant DD. vt videre es penes Franc. Marc. *deciſ. Delphin.* 484. *par.* 1. & Annam *allegat.* 83. crebrius tamen obtinuit ſententia illorum, qui dixerint, vt ad contractum ſimulatum probandum duo priore loco relata ſufficiant. Scilicet pretij modicitas, quæ ſit vltra dimidium, & pactum de retrouendeudo, nec aliter fore neceſſarium, quod emptor fœnerari ſit ſolitus, ita apud nos deciſum teſtantur Affl. *deciſ.* 65. & Gram. *deciſ.* 76. *& in Rota Rom.* Caſſador. *deciſ. prima de vſur. in Senatu Pedemont.* Cachera. *deciſ.* 41. *in Curia Burdegal.* Boër. *deciſ.* 10. *in Rota Lucenſi.* Cornaza. *deciſ.* 41. *in Camera Imperiali.* Myſinger. *ſing. obſeru. cent.* 3. *obſ.* 62. nec diſſentit Ant. Faber. *deciſ.* 7. *C. plus valere quod agit*: Hinc dicimus, quod quando pactum de retrouendendo eſt temporale, & ſic ad certum tempus reſtrictum, ſi cum eo pretij modicitas concurrit, perpetuum efficitur, ita Iacob. *in l.* 2. *ff. ſi cert. pet.* poſt Hoſtienſ. *in Summa in tit. de vſur.* §. *an aliquo*, & Bald. *in c.* 1. *de feud. dat. in vic. leg. commiſſ.* Idémque Tiraquel. *de retract. coniu.* §. 1. *gl.* 2. *n.* 53. Caſſane. *in conſuet. Bergun. rubr.* 5. §. 1. *num.* 22. *& rubr.* 10. §. 10. *num.* 4. *& in conſ.* 11. *num.* 40. Bertran. *conſ.* 88. *lib.* 1. Soccin. Iun. *conſil.* 104. *num.* 3. *vol.* 3. Menoch. *de arbitr. Iudic. caſu* 217. Io. Bapt. Lup. *de vſur. in* 2. *comment.* §. 3. *num.* 8. nec diſſentit. Foller. *de cenſibus* §. *vt vides num.* 20. Anna Pater *allegat.* 10. *in fine, & allegat.* 83. *num.* 4. & 5. Ioſeph. Ludouic. *comm. opin. cap.* 51. *verſ. & quando contractus* quos omnes recenſet Anna filius *conſ.* 68. *à num.* 1. *vſque ad* 5. & his addo Marcel. Calà *in tract. de modo artic. & probat. gloſſ. vnica* §. 2. *num.* 558. & Mart. *de Iuriſd. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 14. quos citat Thor. *in* 1. *par. ſui compendij in verbo, pactum de retrouendendo.*

2 Data autem validitate contractus emptionis, & venditionis cum pacto de retrouendendo abſque temporis præfinitione, controuerti ſolet, an illud tempore præſcribatur, ſunt enim, qui æſtimarunt ſpatio triginta annorum præſcribi, & hi ſunt Alberic. *in l.* 2. *in fine C. de pactis inter emptor. & vendit.* Iacobin. *in l. petens num.* 17. *C. de pactis* Iaſ. *ibidem, & in l. ſi mater C. de de inſtitit. & ſubſtit.* Felin. *in rubr. de præſcript. num.* 15. *& in C. ſi diligenti eod. tit.* Petr. Rebuff. *in l.* 1. *in* 1. *notab. num.* 52. *& ſeq. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* Cagnol. *in d. l.* 2. *num.* 73. *C. de pactis inter emptor. & vendit.* Bald. *conſ.* 303. *in fin. lib.* 1. Angel. *conſ.* 55. Anchar. *conſil.* 131. Io. Ant. Rubeus *conſ.* 3. *num.* 7. *& conſ.* 75. *n.* 3. Mantua *conſ.* 120. Dec. *conſ.* 221. Soccin. Iun. *conſ.* 145. *num.* 34. Rol. à Valle *conſ.* 21. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 43. *num.* 12. Boër. *deciſ.* 182. *&* 351. *num.* 6. Franc. Stephan. *deciſ.* 13. Viuius *deciſ.* 424. *num.* 25. *& in Sylua comm. opin. lib.* 2. *opin.* 579. Hieron. de Laurentiis *deciſ.* 129. Surd. *deciſ.* 2. Gaſp. Theſ. *deciſ.* 72. *lib.* 2. *quæſt. forenſ.* vbi quinquaginta annorum ſpatium requiri deciſum teſtatur, Fontanel. *deciſ.* 75. *num.* 3. Ant. Faber *diffin.* 3. *C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum*, Polydor. Ripa *obſeru.* 162. Tiraquel. *de retract. lignag. gloſſ.* 10. *num.* 30. Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 6. Cardinal. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 31. *à num.* 22. Ambroſ. *deciſ.* 27. *lib.* 1. & alij relati per Ceual. *com. contra comm. quæſt.* 207. *à num.* 1. *ad* 14. quibus addo Amat. *reſol.* 19. Fab. de Anna *loc. cit. num.* 6. cæteróſque quos citat Anton. Gabr. *comm. concluſ. tit. de præſcript. concl.* 6.

Contrariam verò ſententiam, quæ ſe habet, vt pactum hoc de retrouendendo præſcribi non poſſit, tenuerunt Fabia. de Monte *in tract. de empt. & vendit. in* 7. *quæſt. princip.* Barbat. *conſ.* 51. *num.* 9. *lib.* 1. *& conſil.* 22. *lib.* 4. Pariſ. *conſ.* 92. *num.* 28. Crot. *in l. nemo poteſt. ver. vltimo nota ff. de leg.* 1. Myſinger. qui ſic in Camera Imperiali deciſum teſtatur *ſingul. obſer. centur.* 1. *obſeru.* 8. Marcell. de Maur. *allegat.* 105. *addentes ad Franc. Stephan. in ſupra citata deciſ.* 13. Anton. Gomez. *var. reſol. tit. de empt. & vendit. num.* 28. *per tot.* Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 51. Girard. de Petra Sancta *ſing.* 18. Cacch. *deciſ.* 69. *num.* 12. *verſ. contrariam tamen opinionem* Riccius, qui ſic per Sacrum Conſilium deciſum teſtatur Collect. 285. & alij, iſtamque ſententiam puto ego veriorem, licet prima ſit magis communis, dummodò vltra iuramentum adſit clauſula vt liceat venditori redimere toties quoties ei videbitur, nulla data temporis præſcriptione, prout dixi *lib.* 2. *mear. reſol. cap.* 157. 3

## ARGVMENTVM.

Legatum annuum à teſtatore alicui relictum ſi legatarius ad illud petendum diu ſteterit an cum primum petierit à die mortis legantis debeatur, vel potius à die interpellationis, *text. in l.* 2. *& tot. tit. C. de vſur. & fructibus legatis*, an procedat in legatis ad pias cauſas, vel prò dote, vel minori relicto. Itémque in legitima alicui ex deſcendentibus legata. Intereſſe quòd currit fauore minoris abſque interpellatione, an ceſſet maiori ſuperueniente ætate adornatum *text. d. l. in minoribus C. ex quibus cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.*



Digitized by Google

## DECISIO LXII.

1 MATTHEVS Piſcicellus filiæ ſuę moniali tot annuos vitalitios legauerat, quo defuncto, illinc ad plures annos filia legatum petierat pro præteritis annis, contradicebat hæres, ex quo nunquam in mora extiterat in non ſoluendo, cum nulla præceſſerit interpellatio, & de iure abſolutum eſt, fructus rei legatę non deberi, niſi à tempore moræ, ſiue litis conteſtatæ *tot. tit. C. de ſur. & fruct. & lib. leg. l. Titia Seio §. vſuras ff. de leg. 2.* vnde dubitatum extitit quid Iuris.

2 Fuit per Regiam Cameram deciſum, deciſum, deberi hoc annuum legatum à die mortis teſtatoris, quamuis nulla interceſſerit interpellatio legatarij in petendo, & mora hæredis in non ſoluendo, ex quo fuit tantum hoc legatum fuiſſe factum filiæ pauperi pro alimentis quamuis non fuerit expreſſum, & fuit allegatus *tex. in l. ſi cui annuum* vbi Bart. notat *ff. de ann. legat.* notatur *in l. cum hi §. ſi in annuos ff. de transaction.* cumque quando legata ſunt alimenta, poſſint peti præterita, etiam quod à principio nulla interceſſerit interpellatio, per *tex. in l. libertis quos § manumiſſis* vbi Bart. *ff. de alimen. & cibar. legat.* Ergo imò dicebat hoc procedere etiam ſi eſſet factum legatum annuum diuiti, quo caſu pro alimentis factum non preſumitur Bart. *in d. l. ſi cui annuum*, vt adhuc præteritæ penſiones non ſolutæ debeantur, quia in in hoc caſu non petuntur tanquam vſuræ, & fructus, ſed tanquam Sors, & proinde ſine mora debentur, provt eſt *tex. in l. cum vnus §. 1. ff. de alim. & cibar. leg.* Bart. *expreſſe in d. § manumiſſis.*

## OBSERVATIO.

1 Concluſio illa, quæ deſumitur *ex l. 2. & tot. tit. C. de vſur. & fructibus legatis*, nimirum, vt fructus, ſiue intereſſe legati nullo pacto debeatur, niſi à die petitionis legati, multas recepit limitationes, quarum prima ſit illa, de qua in hac deciſione, nimirum in legato annuo à teſtatore alicui relicto, vt illud à die aditæ hæreditatis, non autem à die petitionis debeatur, quamuis per multum temporis ſpatium poſt mortem teſtatoris eſſet teſtamentum apertum, provt eſt tex. indiuidualis, quem miror non fuiſſe à Dom. Regente allegatum *in l. nec ſemel verſ. item Celſus ff. quando dies leg. ced.* cuius attenta diſpoſitione, ſic alias noſtrum Sacrum Conſilium determinaſſe, teſtis eſt Dom. Præſ. de Franchis *deciſ. 634.* de qua meminit Dom. Reg. Rouit. *deciſ. 90.*

2 Secundo reſtringitur concluſio ſupra firmata in legato ad pias cauſas, vel pro dote aut minori relicto, item in legitima alicui ex deſcendentibus legata, his enim caſibus non à die petitionis, ſed ſtatim teſtatoris morte ſequuta intereſſe deberi, ſcripſerunt Dominus de Franch. *deciſ. 558. num. 5.* Surd. *dec. 25. num. 26.* Faber *deciſ. 1. 3. & 12. Cod. de vſur. & fructibus legat.* Dom. Reg. Rouit. *dec. 90.* quos omnes retuli Ego *lib. 1. mearum reſolut. cap. 200. num. 2. & 3.* vbi *num. ſeq.* id quod dicunt DD. de legato legitimæ, vt illius intereſſe non à die petitionis, ſed mortis legantis debeatur declaraui ex Dom. Reg. Rou. *conſ. 20. num. 8. & 9. lib. 1.* vt locum habeat, quando legitima ſiue in corporibus, ſiue in pecunia ab hærede ſoluenda eſt, ſecus verò vbi pecunia hæreditaria eſſet penes tertium, & vult filius ab illo auocare pecuniam pro rata ſuæ legitimæ, hic enim non tenebitur ad intereſſe, niſi à die petitionis, poſtquam in mora conſtituitur, idemque quoties filij legitimam ad ſe de iure ſpectantem à fratre, vel ſorore peteret ex titulo de inofficioſa donatione, vel dote, vt hoc etiam caſu, non à die mortis donantis ſiue dotantis, ſed à die moræ legitima cum fructibus debeatur, ita ſanè poſt alios, quos citant, ſcripſerunt Nattienſ. *lib. 5. noua recompil. tit. 8. lib. 3. gloſ. 3. numer. 7.* & noſter Fab. de Anna *obſeruat. 5. decad. 1. in opuſc. collect.* vbi ſic iudicatum teſtatur.

Dixi inſuper ex Gratian. *diſcep. forenſ. tom. 2. c. 241.* 3
qui *num. 1.* reaſſumendo concluſionem, vt fauore minoris currat intereſſe ipſo iure abſque interpellatione ex *tex. in vulgata l. in minorum C. in quibus cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.* declarat hoc procedere, donec minor ætas duret adueniente autem maiori ætate, ceſſare dicit intereſſe, ſiue vſuras pro tempore futuro, iuribus, & DD. per illum relatis, quibus addi ego Ant. Fab. *deciſ. 2. C. de vſur. & fruct. legat.* Item intereſſe legati fauore minoris, ipſo iure currere, nec aliter interpellatione opus eſſe annotaui ſi minor ipſe perſonam habet legitimam, cui debitor ſoluere poteſt, quia ſi non haberet mora irregularis ceſſaret, & ſucceſſiuè intereſſe, ſiue vſuræ non currerent, quaſi tunc nil debitori imputari poſſit, cum etiam ſi ſoluere vellet, non poſſet, & de hoc eſt *teſt. in l. cum quedam § ſi pupilli vbi gloſ. in verb. non potuit ff. de vſuris*, excepto ſi verſaremur in terminis caſus D. de Franch. *deciſ. 16.* de quo meminit idem Gratian. *loc. cit. num. 14. & 25.* & erit ſi pupilli, aut minoris debitor eſſet ille, ad quem pupilli creditoris tutela, ſiue cura ſpectaret, hoc namque caſu, hic talis ſe excuſare non poſſet, quod non habebat minor perſonam legitimam, cui ſoluere poſſet, & per conſequens ad vſuras tenebitur ex vi moræ irregularis.

Diximus in principio quod quando legatum eſt 4
annuum, debetur à die mortis, nec vllam vt debeatur, requiri interpellationem, nunc addo idem eſſe quando eſt factum legatum certæ quantitatis, mandauitque teſtator, vt donec hæres quantitatem legatam ſoluerit, teneatur ſoluere tot annuos pro intereſſe, hoc enim intereſſe à die mortis teſtatoris deberi, iuribus, rationibus, & DD. authoritate probaui *lib. 2. mearum reſolut. cap. 121. à n. 6. ad finem.*

## ARGVMENTVM.

Feudi venditor, ſi ante contractum corpus aliquod, quod eſt de feudo ipſo diſtraxerit, emptore hoc prorſus ignorante, num teneatur ad refectionem corporis diſtracti. Emptor quando cenſeatur emere ius tantum, quod venditor habet in re, & de pluribus ad ornatum *tex. d. l. qui tabernam*

Digitized by Google

*tabernam ff. de contrah. empt. in l. ſi domus in fine ff. de legat. 1. & in C. Titio cum morietur ff. de vſufruct.*

## DECISIO LXIII.

1 CVm ob rebellionem olim Illuſt. Ducis Summæ, eſſet ad Regiam Curiam deuoluta terra Fuminis Frigidi, fuit illa, inſtante fiſco Regij Patrimonij expoſita venalis, & tandem pro pretio ducatorum viginti quatuor millium vendita Illuſtriſſ. Marchioni de Alarcon, qui ſoluto pretio, cum feudi cæpiſſet poſſeſſionem, inuenit duo eiuſdem feudi principalia membra fuiſſe per D. Ducem prædeceſſorem feudatarium alienata, quod proinde recurſum habuit ad Regiam Cameram pro refectione bonorum, quæ diſtracta reperiebantur, contradicebat fiſcus, vndè quid Iuris dubitatum extitit?

2 Regia Camera pro Marchione pronunciauit, ratio deciſionis fui, quia quamuis de iure quis vendendo, videatur vendere ius quod habet in re *l. qui tabernas ff. de contrah. empt. l. ſi domus in fine ff. de leg. 1. l. Titio cum morietur ff. de vſufr.* tamen in caſu, de quo agebatur Marchio emptor ignorabat bona illa fuiſſe alienata, & à feudi corpore diſmembrata, vndè cum de ſequuta diſmembratione, certioratus non fuerit, dicitur emiſſe feudum illud pleno iure, ad quod fuit allegata *gloſ. in l. ex prædiis C. de euictіon. & in l. cum venderes ff. de contrah. emptione* Bald. *in rubr. C. de contrah. empt. in 6. quæſt.* vbi ſic notabiliter diſtinguit, nimirum, aut emptor eſt ſciens, & certioratus, & tunc cenſetur emere tantum ius, quod venditor habet in re, ſi verò ignorans, & cenſetur emere rem pleno iure, idemque ſcripſerunt Cyn. *in l 1. C. ſi pign. datum ſit*, Imol. Paul de Caſtro Alex. & Iaſ. *in l. ſi domus §. fin. ff. de leg. 1.* Aretin. *in l. ſi quis §. differentia, & in l. ſi aliquem ff. de aquir. poſſeſſ. in l. ſi ſeruum in fine, & in l. continuus §. illud col. 4. ff. de verbor. obligation. & in l. ſerui electione §. fin. ff. de legat. 1.* vbi optimè Bald. *ad allegata in contrarium pro fiſco*, fuit reſponſum procedere quando res de vna perſona ad aliam transfertur titulo lucratiuo, quo caſu non diſtinguitur, ſiue donatarius, ſiue legatarius ſciat, ignoret, quod donans, aut legans habet ius in re, quia ſemper illud ius tantum quod habet in re donaſſe, ſiue legaſſe cenſetur &c.

---

## OBSERVATIO.

1 HÆc deciſio eſt ſingularis, vt quando quis emit feudum, quod certum eſt, eſſe quid vniuerſale, & ante contractum venditor diſtraxit corpus aliquod quod eſt de feudo vendito, dum emptor hoc ignorat, tenetur venditor ad refectionem corporis diſtracti, idque quia titulo oneroſo emptor feudum acquiſiuit, & de diſtractione prius ſequuta certi corporis fuerit penitus ignarus, quod ſecus eſſet ſi titulo lucratiuo, quis feudum acquiſiuiſſet, hoc enim caſu non diſtinguetur, an conceſſionarius fuerit ſciens, vel ignorans de diſtractione rei, ante conceſſionem ſibi factam, ſequuta, quia concedens, ſiue donans, ſemper illud ius tantum, quod habet in re donaſſe cenſetur: ſuppoſita hac diſtinctione, nimirum, an conceſſio fuerit facta titulo oneroſo, vel lucratiuo, deciſa hic per Regiam Cameram non aduerſantur deciſis per Sacrum Conſilium penes Afflict. *deciſ. 334.* vbi eſt caſus ſimilis, ideò enim in illa facti contingentia fuit deciſum vt feudi conceſſionibus à manibus poſſeſſoris rei vendicare non potuiſſet corpora antea à concedente diſtracta, quia conceſſio facta de feudo fuit gratuita, vnde meritò fuit ibi concluſum, quod quando conceditur aliquod caſtrum, non venit in iſta conceſſione id quod ipſe concedens, vel eius prædeceſſor alteri prius conceſſerat, ad quod probandum noſter Afflict. recitat theoricam Bald. *in l. monumenta C. de legibus*, quo loci ſcripſit, quod ſi Rex Vngariæ Ciuitatem quandam mihi donaſſet in qua iuriſdictionem haberet, limitato modo, puta baſſam iuriſdictionem, illam ſolum donare videtur præſertim quia in Principe ſemper intelligitur clauſula, ſaluo iure alterius, & in *l. 1. in fin. ff. de rer. diuiſ.* addit, quod ſi Dominus vendit caſtrum, non intelligitur vendere iura alteri infeudata, allegat text. *in c. quidam cit. tit. de capit. qui cur. vend.* vbi etiam expreſſis verbis voluit non videri conceſſa ea quæ prius alteri conceſſa reperiuntur, & ab ipſo vniuerſitatis corpore ſeparata, hoc enim *in eo tex.* probatur, nimirum, vt ius, quod habet concedens veniat tantum in conceſſione, idque addit Vrſill. *in addit. ad Afflict. loc. cit.* vt procedat etiam ſi Princeps conceſſerit caſtrum cum pertinentiis, & iuribus omnibus, quod non videatur inueſtire de alteri dato, & conceſſo, adhuc, nota, ſi dicat conceſſione alteri facta non obſtante, cum intelligatur de inualida, non autem de valida, allegat Dec. *conſ. 286. & 510.*

Quibus ſic ſe habentibus, deciſionem per D. Regentem hic relatam limitari poſſe putarem, quoties res, quæ per feudi venditorem fuit prius alienata, eſſet conſiderabilis æſtimationis, itavt venditor ipſe nullo pacto feudum vendidiſſet, tanti, quanti vendidit, ſed maiori pretio, propter exiſtentiam illius rei diſtractæ, hoc enim caſu nullatenus eſſet audiendus emptor, quamuis ignarus, ſic agens contra venditorem pro refectione valoris illius rei prius alienatæ; videantur quæſo ſcripta per Io. Thomam Minad. qui hæc omnia ratione, & authoritate probat *in conſ. 9. per totum &c.* 2

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## *ARGVMENTVM.*

Dominium an probatum dicatur reſpectu rei, quam quis dicit poſſediſſe & poſſidere, ſiue cuius dicit ſe eſſe Dominum, cum demonſtrauerit cenſum, cui res illa eſt obnoxia per tot annos Domino cenſus ſoluiſſe. Dominium an probetur ex indiciis, & coniecturis & an per inſtrumen-



Digitized by Google

tum locationis. Liber cataſti an probet poſſeſſionem illorum bonorum pro illo, cuius ſcriptum eſt in cataſto. Acta facta in vno iudicio, an probent in alio quando diuerſæ ſunt perſonæ. Inuentario diſcuſſo cum vno ex creditoribus, an diſcuſſio cæteris creditoribus adhuc non citatis, nec auditis noceat, & de aliis notabilibus.

## DECISIO LXIV.

1 INSTITVTIO Iudicio communi diuidundo ab Hieronymo Loctecrio aduerſus Vincentium Caſella, hic excipiendo oppoſuit domum quæ diuidi prætendebatur, totam ad ſe Iure Dominij ſpectare, & per conſequens nullo pacto diuidendam, vnde fuit dubitatum vtra Partium eſſet in probatis?

Quod dominium totius domus ex parte Vincentij conuenti eſſet probatum, ponderabatur in facto, ipſum demonſtraſſe cenſum ducatorum quinque cum dimidio, cui erat domus obnoxia per viginti annorum ſpatium, & vltra Domino cenſus ſoluiſſe, per cuius quidem cenſus ſolutionem præſumebatur ipſe Dominus, ex Bald. *in l. iudicia C. de rei vendic.* Ex aduerſo autem dicebatur, conceſſionem domus fuiſſe factam tam Reo conuento, quàm Authori iſtius, qui iudicium communi diuidundo inſtituerat, & licet inſtrumentum conceſſionis, quod ad hoc fundandum producebatur non eſſet in forma probanti, attamen ad illud conualidandum plura adducebantur, ex quibus conſtare videbatur, dominium domus fuiſſe ſemper penes vtrumque, ac proindè ex parte actoris dicebatur ſatis eſſe eius intentionem probatum, nam cum dominium ſit valdè difficilis probationis, facilior admittitur probatio, etiam ex coniecturis, vt per Aret. & alios *in l. rem qua nobis ff. de acqu. poſſeſ.* imò probatur dominium ex indiciis *l. indicia*, vbi Iacob. de Aretin. Bald. & Salyc. *C. de rei vendic. gloſ.* Bald. & Salyc. *in l. proprietatis C. de probation.*

2 Dicebatur inſuper quod quamuis aliàs inſtrumentum emptionis, & venditionis rei dominium non probet vt eſt *tex. in l. cum res C. de probation.* tamen, vt ait gloſſ. *ibi* quando eſt iunctum cum aliis adminiculis benè probat, hinc Bart. *in l. ad probationem C. locati*, dicit, quod licèt alias per inſtrumentum locationis dominium non probetur, idémque Angel. *in l. officium ff. de rei vendic.* tamen cum aliis adminiculis benè probatur, & ita late conſuluit Soccin. *conſ.* 89. *lib.* 1. *&* 184. *lib.* 2. vlterius ponderabatur alias Reum conuentum in alio Iudicio confeſſum fuiſſe, domum, de qua agebatur pro communi, & indiuiſo cum Actore, ſiue eius prædeceſſore poſſediſſe, quæ quidem probatio vbi facta in alio iudicio, & inter diuerſas perſonas, licet plenè non probet, facit tamen aliqualem probationem, vt eſt gloſ. & ibi DD. *in l. ſi duo patron. in princ. ff. de iur. iur.* Alexand. & alij *in l.* 2. *C. de edend.*

Vltimò ponderabatur, Actorem plenè probaſſe eius prædeceſſorem domum poſſediſſe tanquam Dominum, & patronum, per cuius probationem, licet verè dominium non probetur, vt per Abb. *in c. cum ad ſedem de reſtitut. ſpoliat.* tamen negari non poterat quin ſit adminiculum, quod cum aliis iunctis multum prodeſt, ſicque fiebat locus regulæ gloſſ. *in l. inſtrumenta C. de probation.* vt ſingula, quæ non proſunt, multa collecta iuuent, provt optimè declarat Bart. & latè Riminal. *in l.* 1. *§. idem Cornelio ff. de quæſtion. & in l. admonendi ff. de Iureiur.* Soccin. *in term. d. conſ.* 89. *lib.* 1. *&* 187. *lib.* 2. cauſa non fuit deciſa, quia Partes ſe concordarunt, &c. 3

---

## OBSERVATIO.

PLura dubia in hac deciſione excitantur, & primo an dominium quod difficilis eſt probationis, vt per DD. *in l. cum res C. de probation.* Affl. *deciſ.* 40. *n.* 3. probatum dicatur reſpectu rei, quam quis dicit poſſediſſe, & poſſidere, ſiue cuius dixit ſe eſſe Dominum, cum demonſtrauerit cenſum, cui res illa eſt obnoxia per tot annos Domino cenſus ſoluiſſe, & affirmatiuè reſpondent Abb. *in conſ.* 74. *lib.* 1. Felin. *in c. cum.* Bertoldus *num.* 25. *de re iudic.* Rom. *conſ.* 127. Alex. *conſ.* 8. *num.* 1. *lib.* 7. Salic. *in l. proprietatis in fine C. de probation.* quo loci ait, hac ſolutione ſoluens præſumitur Dominus vtilis, & recipiens directus, Iacob. de Aren. *in l. iudicia* vbi etiam Bald. *poſt num.* 2. *C. de rei vendic.* & alij quos refert Maſcard. *de probation. lib.* 1. *concluſ.* 445. *num.* 1. *vbi num.* 3. declarat, vt hæc probatio orta ex ſolutione cenſus ſit tantum præſumptiuè, non autem plena, & vera probatio, bene tamen dicetur probata poſſeſſio, allegat Bart. *in l. qui vniuerſas §. quod per colonum ff. de acquir. poſſeſſ. & num.* 5. addit, vt concluſio hæc procedat in fauorem rei, ſecus autem in fauorem actoris, vt declaretur Dominus, tunc enim nec præſumptiuè ex cenſus ſolutione probatur dominium, citat Crauet. qui hoc indiuidualiter dixit *conſil.* 157. *poſt num.* 15. *verſ. ſecundò reſpondeo.* 2

Quod autem ex indiciis, & coniecturis dominium probari poſſit, vltra DD. hic per Dominum Regentem relatos hoc probantes, dixerunt pariter, & alij, quos refert Maſcard. *cit. lib.* 1. *de probation. concluſ.* 539. *num.* 1. *vbi num. ſeq.* ex Pariſ. *conſ.* 104. *num.* 101. *lib.* 1. hoc ampliat, vt ex iſtis coniecturis, & indiciis plenè emergat probatio, ſed quæ ſint hæc indicia explicat Iacob. de Aret. & Bald. *in l. indicia C. de rei vendic.* & primò quando vendidiſti mihi rem, & te ſciente, & patiente fuero in poſſeſſione, hoc enim probato, ſatis de traditione probatum dicitur, *l.* 2. *C. de acq. poſſeſſ.* & ex traditione ad dominium deuenitur. Secundo oritur indicium ex ſolutione cenſus, nam ille, cui ſoluitur cenſus proprietarius præſumitur, alia autem indicia, & coniecturas ponit Soc. Iun. *conſ.* 135. *à n.* 14. *ad* 17. *lib.* 2. 3

Sed

3 Sed quod per inſtrumentum locationis dominium non probetur, niſi alia ſe offerant adminicula, vltra DD. hic relatos ſcripſerunt, & alij quos ad nauſeam, citat Maſcard. *loc. cit. concluſ.* 542. *num.* 2. *&* 2. *vbi n.* 3. hoc ampliat; vt procedat in locatione, in emphyteuſi, citat ſpec. *in tit. de hoc §. nunc aliqua num.* 66. Barbat. *conſ.* 34. *num.* 9. *lib.* 4. *& alibi* Boër. *deciſ.* 42. *num.* 11. Caſtrenſ. *conſ.* 105. *num.* 8. *lib.* 1. Rom. *conſ.* 127. Curt. Iun. *conſ.* 41. *num.* 8. & alios,

4 Sed an liber Cataſti, quod hodie in Regno noſtro celebratur pro collectis Regiæ Curiæ ſoluendis probet poſſeſſionem illorum bonorum, pro illo, cuius ſcriptum eſt in cataſ[illegible], negatiuè reſpondit noſter Afflict. *in conſtit. circa violentiarum, num.* 21. *authoritate,* Bald. *in l. ſi pater C. de action. empti, & in l. quidam in ſuo ff. de condition. inſtit.* & Alex. *conſ.* 10. *lib.* 4. quos, & alios plures refert pariter Maſcard. *concl.* 543. ſubdens Affl. quod nec etiam ſolutio collectarum illarum rerum probat dominium, pro quibus ſoluitur collecta. & *in deciſ.* 363. *num.* 7. addit librum Monaſterij, in quo deſcripti ſunt fundi illius, nullatenus probare illorum fundorum poſſeſſionem eſſe penes Monaſterium, allegat Bald. *in d. l. ſi pater C. de action. empti.*

5 Ad aliam autem concluſionem, de qua hic per Dom. Regentem, nimirum, vt licet acta facta in vno iudicio non probent in alio, quando diuerſæ ſunt perſonæ, faciunt tamen aliqualem probationem, adde ad confirmationem Soccin. Iun. *conſ.* 37. *num.* 1. *lib.* 4. vbi dicit veriſſimam, & enucleatam eſſe concluſionem, iudicium, proceſſum, & ſententiam, quæ in vna cauſa fiunt, in altera aliam perſonam reſpiciente non præiudicare, ad *tit. C. res inter alios acta* & per Alex. *in l. ſæpè ff. de re iudic.* Fulgoſ. *benè conſ.* 209. *num.* 2. Ruinus *conſ.* 164. *num.* 13. *lib.* 1. Couarr. *pract. quæſt. cap.* 13. *&* 15. Sed hoc dumtaxat procedere quoad plenam probationem, ſecus vero quoad aliqualem præſumptionem, vt per Cyn, *in l. is, apud quem num.* 2. vbi etiam Bart. *num.* 20. *C. de edend.* quorum meminit Maſcard. *concluſ.* 33. *num.* 36. *&* 37. & his addendus eſt Hippol. de Marſigl. *ſingul.* 435. vbi notabiliter addit, quod licet per regulam res inter alios acta, teſtes examinatos inter aliquas perſonas aliis non nocere, attameu ſi tales teſtes amplius examinari non poſſunt; hoc caſu bene faciunt ſemiplenam probationem, citat Bart. *in l. admonendi ff. de iureiur.* Abb. *in c. fin. extr. de iur. iuram.* Ant. de Butr. *ibidem, & in c. quamuis de re iudic.* Io. de Imola *in d. cap. fin.* Angel. *in l.* 2. *C. de edend.* & Alex. *in repet. l. ſæpè ff. de re iudic.* vbi dicit hoc dictum Bart. eſſe ſummè notandum, quia eſt de pane lucrando, & exornat Maſcard. *concl.* 1273. *num.* 4. 5. *&* 6. vbi enim ſemper notanter aduertit, hoc eo magis indubitanter procedere, ſi verſaremur in antiquis, atque inſtrumenta antiqua inter alios celebrata tertio nocere, citat Aretin. *conſ.* 15. *num.* 3. Socin. *conſ.* 86. Dec. *conſ.* 11. *num.* 9. & Menoch. *de arbitr. iudic. caſu* 11. *num.* 2. & his addo Curt. Iun. *conſ.* 106. *num.* 5. *in fine libro* 1.

6 Dico inſuper, concluſionem firmatam, nimirum vt iudicium, & ſententiam, quæ in vna cauſa fiunt, in altera, aliam perſonam reſpiciente non præiudicet, limitari in iudicio diſcuſſionis inuentarij; etenim quoties hæres cum beneficio legis, & inuentarij, vires hæreditatis diſcuſſerit cum vno ex creditdribus hæreditariis, hæc diſcuſſio, cæteris omnibus creditoribus adhuc non citatis, nec auditis, nocet, & prodeſt, taliter quod iterata diſcuſſio nullatenus facienda ſit, ita ſatis notanter Ant. Fab. *diffin.* 1. *C. res inter alios acta,* D. Reg. de Ponte *conſ.* 71. *lib.* 1. Ego ipſe *reſol. iur. lib.* 2. *cap.* 111. *num.* 9. *&* 10.

7 Limitatur etiam concluſio firmata in cauſa ſtatus *l. ex cauſa* vbi Bart. *ff. de poſtul. l. de ætate ff. de minor.* D. De Marinis obſeruat. addeciſ. D. Reuerterij. etenim ſi ſententia in cauſa filiationis inter patrem, & filium prolata eſſet, omnibus aliis nocet, & prodeſt, actum ſiquidem eſt cum legitimo contradictore, nimirum patre, à quo cauſa filiationis in omnes alios deriuatur, & ideo mirum non eſt ſi cæteris etiam non vocatis, nec ſcientibus proſit, & præiudicet, hic eſt *tex. in l.* 1. *§. fin. cum leg. ff. de liber. agnoſcen.* Item quoties quis cum vno fuerit pronunciatus ingenuus, vel libertus, liber, aut ſeruus ſententia hæc omnibus aliis proderit, & nocebit *l. ingenuum ff. de ſtat. homin.* Couar. *cit. cap.* 13. *num.* 5. vbi doctè ſatis loquitur.

## ARGVMENTVM.

Hæres adminiſtratoris rerum fiſcalium condemnatus ad reſtituendum Regiæ Curiæ pecunias per defunctum adminiſtratorem exactas, & ſibi retentas, an inſimul condemnari poſſit ad intereſſe; & quid ſi hæres ipſe eſſet pupillus. Sorte fiſco ſoluta, an ei ſuperſit actio conſequendi intereſſe ex mora contracta ſibi debitum. Fiſcus an ſuo priuilegio vti poſſit aduerſus pupillum vel potius cum eo vtatur iure priuati. Bona adminiſtratorum rerum fiſcalium an ſint fiſco hypothecata à die cæptæ adminiſtrationis, vel potius à die commiſſæ fraudis, & de aliis notabilibus, ad ornatum *tex. in l. cum quidam §. ex locato, verſ. fiſcus ff. de vſur.*

## DECISIO LXV.

IN viſione computorum quond. Hieronymi Pellegrini Perceptoris Prouinciarum terræ laboris, & Comitatus Moliſij, condemnatis hæredibus ad reſtituendum Regiæ Curiæ pecunias per eundem perceptorem exactas, & ſibi retentas, dubitari contigit an inſimul condemnari deberent ad intereſſe? 1

Fuit per Regiam Cameram facta relatione in Collaterali Conſilio, & coram Dom. Prorege deciſum affirmatiuè, nam cum hi Perceptores, ſiue Prouinciarum Theſaurarij ex debito officij pecunias Regiæ Curiæ debitas exigere teneantur, illaſque demum determinatis temporibus iuxtà eorum inſtructiones ad generalem Theſaurarium tranſmittere, cum munus hoc non expleuerint, in culpa eſſe dicuntur, ac etiam in dolo, ſic Regiam pecuniam ſibi retinentes, vt habetur *in l.* 1. *C. de oper. publ. lib.* 10. *& in l. apparitores,* vbi Io. de Platea *C. de exactor. tributor. lib.* 10. quo circa ſtante hac retentione, etiam ſine interpella- 2

M 2 tione

Digitized by Google

tione ad vſuras tenentur, provt eſt *tex. in l. cum quidam §. ex locato verſ. fiſcus ff. de vſur.* & nedum damni paſſi habetur ratio, ſed etiam lucri ceſſantis *l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco,* vbi gloſſa in verb. ſolebat, addit. quod vbi agitur de intereſſe conſiſtente in damno, non inſpicitur quod ſolitum eſt, ſed quod in veritate paſſus eſt damnum, id quod etiam probant iura *in l. qua ſine ff. de neg. geſt. & in §. iubemus nullam, & in §. ciuitatum vero,* Auth. de Collatoribus *& in l. 1.* vbi gloſſ Bart. Io. de Plat. & Luc de Penna *C. de his quæ ex public. collat. illata ſunt lib. 10.*

3 Nec fuit ratio aliqua habita de oppoſitione facta, nimirum omnia hæc procedere in perſona principalis Perceptoris ſi viueret; ſed in caſu, de quo agebatur quæſtio erat cum hæredibus cum beneficio legis, & Inuentarij, qui ad pœnas non tenentur, niſi lite conteſtata cum defuncto *l. vnica C. de delictis defunct. l. furti C. de furtis,* nam fuit reſponſum in caſu propoſito non tractari de pœna, ſed de intereſſe damni paſſi, ad quod defunctus ſe obligauerit, quãdo cum fiſco contraxit, ideo actione ex ſtipulatu ſicut tenebatur defunctus, ita, & eius hæredes, adhuc ſi eſſet mera pœna pecuniaria vt docent Bart. Bal. & Salyc. *in d. l. vnica C. ex delictis defunct.* Dicebatur inſuper quod in caſu prædicto non agebatur contra hæredes actione perſonali, ſed reali, & ſic hypothecaria, cum indubitati Iuris ſit omnia bona horum Perceptorum à principio adminiſtrationis fuiſſe fiſco hypothecata *l. aufertur §. fiſcus ff. de Iure fiſci* gloſſ. & DD. *in l. 1. C. eodem tit. lib. 10.* quod locum habet, etiam pro intereſſe tanquam ad ſortem acceſſorio, vt in ſimili dixerunt Bart. Paul. de Caſtro, & Alex. *in l. ſi cum dotem §. ſin autem in ſecuriſſimo ff. ſol. matrim.* vbi ſicut pro dote bona viri ſunt tacitè hypothecata, ita pro alimentis, & vſuris per *l. Lucius ff. qui potior. in pignor. habeant.*

---

## OBSERVATIO.

1 HÆres adminiſtratoris rerum fiſcalium, qui in adminiſtratione malè ſe geſſit quo ad pœnas ex mala adminiſtratione reſultantes, non tenetur, niſi
2 lite conteſtata cum defuncto, ita probat Dom. Regens hic, ex tex. in vulg. *l. vnica C. ex delictis defunct.* vbi datur actio contra hæredes poſt tamen litem conteſtatam, & in quantum ad hæredes peruenit, & concordat tex. *l. ex iudiciorum 20. ff. de accuſat. & in l. defunctis, & in l. fin. C. ſi reus, vel accuſat.* qua de re latè Vaſq. *controu. Illuſtr. cap. 96. num. 25. in 4. & 5. limit.* Gomez. *var. reſol. in tit. de delictis cap. 1. num. 78. & ſeq.* & alij per me relati *lib. 2. mear. reſol. cap. 244. num. 3.* vbi tamen *num. ſeq.* monui ab hac concluſione plures excipi caſus, & inter alios dum de repetundarum crimine diſceptatur in quo adhuc reis defunctis contra eorum hæredes agi permittitur, provt ſunt iura in *d. l. ex iudiciorum in l. 2. ff. & C. ad leg. Iul. repetund. & in l. in hæredem ff. de calumniat.* verum hoc perpetuum non eſſe, ſed reſtringi, vt non vlterius permittatur, quam ſi intra annum à die mortis delinquentis, rei actio inſtituatur *d. l. 2. ff. ad leg. Iul. repet.* vbi gloſſ. Bart. & communiter omnes aliique per me relati loco proximè citato.

Sed hoc benè aduertit Dom. Regens noſter, vt 2
non procedat quando agitur contra hæredem adminiſtratoris pro conſequutione intereſſe damni paſſi ex cauſa pecuniæ, quam adminiſtrator ipſe ſtatuto tempore fiſco non ſoluit, quia tunc non eſt cur dubitari poſſit, vt hæres teneatur ad illud, ad quod defunctus teneretur ſi viueret, hoc tamen, adde tu, ſi hæres ipſe in maiori ætate ſit conſtitutus, quia ſi pupillus intereſſe illud, quod ſupponimus ob moram contractam cucurriſſe in vita defuncti adminiſtratoris, ceſſauit, prorſus eo mortuo, dum eius hæreditas pupillo delata fuit; etenim receptiſſimum eſt, quod quoties intereſſe non fuit expreſſe promiſſum itavt potius ex mora, quam ex conuentione debeatur, defuncto ſortis promiſſore, pupillus ſuperſtes, qui eſt hæres ex mora defuncti, nullo pacto ad intereſſe tenetur, niſi vſque ad diem quo promiſſor vita functus fuit, poſtea verò nullatenus, durante pupillari ætate, ratio aſſignatur, quia cum inferens ex mora oriatur, hæc in pupillo nullatenus conſiderari poteſt *l. ſi pupillus ff. de verb. oblig.* Theodor. *allegat. 69. num. 12.* ita ſatis benè poſt Bart. *in l. cum filius §. in hac num. 3. ff. de verb. obligat.* probat Ant. Theſ. omnino videndus *deciſ. 24.* de quo memini Ego *lib. 1. mearum reſolut. cap. 295. num. 2. quo loci num. ſeq.* ad huius concluſionis corroborationẽ addidi præſcriptionem maximè triginta annorum contra pupillum non currere, ſed propter eius ignorantiam, & impotentiam illam dormire ex Sforzaod. *de reſtitut. in integr. quæſtion. 90. articulo 12. numero 2.*

Nec quæſo opponat quis hæc omnia ſupra iam di- 3
cta, tunc demum procedere, cum intereſſe Iudicis officio debeatur, ſicque nullo pacto allegari poſſe contra fiſcum, cui vſuræ non Iudicis officio, ſed condictione ex lege debeantur, conſtat enim fiſcum ad vſuras non teneri, ſed ex ſuo contractu eas exigere, hic eſt tex. vulgatus *in l. cum quidam §. ex locato verſ. fiſcus, vbi* DD. communiter *ff. de vſur.* Alfar. *de offic. fiſcal. gloſ. 16. num. 190. & gloſ. 18. n. 24.* Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. §. 4. &* Reg. Conſtant. *in tit. C. de vſur. fiſcal. lib. 10. num. 25.* qua attenta concluſione, nec affirmare poſſumus verum eſſe quod dicebat *Conſil.* Theodor. *d. allegat. 69. num. 5.* nimirum ſoluta fiſco ſorte, ei non ſupereſſe actionem conſequendi intereſſe ex mora contracta ſibi debitum, nec pariter dici poſſe ſequuta morte debitoris contra pupillum hæredem ſuperſtitem vſuras non currere; etenim huic factæ oppoſitioni reſpondetur, nàm cum affirmare velimus, fiſcum condictione ex lege, non autem Iudicis officio vſuras exigere, *ad tex. in d. §. ex locato, verſ. fiſcus,* hoc ideo affirmandum, quia ſic fiſcus reperitur à iure priuilegiatus, vt benè obſeruat Alfar. *loc. cit.* at cum in caſu per me propoſito petatur intereſſe, quod ſupponimus cucuriſſe contra pupillum cum iſto, nullo pacto poteſt fiſcus ſuo priuilegio vti, quando quidem receptiſſimum eſt, fiſcum contra pupillum, ſiue minorem nullum habere priuilegium ſicque aduerſus iſtos vti iure priuati, probant concluſionem hanc DD. communiter per illa iura *in l. in fraudem §. fin. ff. de iure fiſci in l. Imperatores ff. de public. & vectigal. in l. ex cauſa §. penult. ff. de minor. & in l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. fiſcum*; Alfar. cit. *tract. de offic. fiſcal. gloſ. 9. intra n. 10. ibi, licet contra pupillum priuilegium non exerceat &c.* eſt enim pupillus ſimiliter priuilegiatus, provt eſt fiſcus, adeò vt communiter dixerint DD. quod fiſcus, pupillus, ſiue minor, & Eccleſia æquiparantur, idem-

que

Digitized by Google

que Euerard. *in ſuo topic. in locis à fiſco ad minorem, & à minore, ad fiſcum*, Peregrin. *de iure fiſci lib.6. tit.2.num.7.* vbi in fine ſubdit quoad moram debitorum, priuilegium, de quo *d. §. ex locato verſ. fiſcus, eſſe pariter pupillo ſiue minori tributum & num.15. addit.* magis priuilegiatum eſſe minorem, quàm fiſcum, per *tex.in l.verum §. fin. ff. de minor.* imò cum in caſu noſtro Priuilegia ſint æqualia, exiſtente fiſco creditore, & pupillo debitore, hic potius contra fiſcum vtetur priuilegio, quàm fiſcus contra ipſum pupillum, vt ſatis ad rem loquitur Dom. Reg. Rouit. *in pragm.1.num.46. & ſeq. de poſſeſſor non turban.* quo loci pro regula conſtituit priuilegiatum contra alium pariter priuilegiatum priuilegio ſuo non vti, & quod quando duo ſunt priuilegia æqualia, reus, vtitur ſuo priuilegio contra actorem, non autem actor contra reum, idemque *in deciſ.90. n.9.* vbi in puncto principali firmans concluſionem, vt fauore piæ cauſæ debeatur intereſſe legati à die mortis teſtatoris, non autem à die petitionis, idque exemplo minoris, cuius fauore abſque interpellatione mora contrahitur, *ad tex. in l.in minorum,* vbi DD. communiter C. in *quib. cauſ.in integr. reſtit. non eſt neceſſe*, hoc declarat, vt non procedat vbi hæres inſtitutus eſſet pupillus, tunc enim quia eccleſia, & pupillus in hoc priuilegio æquiparantur, certe eccleſiæ cui factum eſt legatum nullo pacto hoc priuilegio vti poſſet contra hæredem, qui tempore mortis patris remanſit pupillus, allegat *tex. in l.verum §. fin. vbi* Bart. Bald. & cæteri *ff. de minoribus* Aretin. *in §.item ſi num.14.verſ. tertio ceſſat. Inſtit. de except.* Couar. *in regula poſſeſſor. par.2. §.2. num.4.* & in ſpecie de hoc priuilegio moræ irregularis, quod minor non poſſit eo vti contra alium minorem, ſcripſerunt Retrus de Bella portic. & Cyn. *in d.l.minorum,* & Gratian. *diſcept. forenſ. cap.241. num.51. & ſeq.* quos Reg. Rouit. *in præcit. deciſ.90. num.8.* allegat, quo fit, vt idem ſit in caſu noſtro affirmandum, nàm cum fiſcus ex priuilegio vſuras à debitore ſuo condictione ex lege, ſiue iure actionis exigat *d. §. ex locato, verſ. fiſcus,* volens ipſe hoc priuilegio vti contra pupillum, qui ad ſoluendum ſortem per Defunctum adminiſtratorem debitam vna cum intereſſe, in ius vocatur, certè nullo pacto audiri poteſt, ſi hæredem tempore mortis adminiſtratoris pupillum agnoſcimus.

4 Quo verò ad aliam concluſionem hic per Dom. Regentem firmatam, nimirum, vt bona adminiſtratorum rerum fiſcalium ſint fiſco hypothecata à die cæptæ adminiſtrationis, ad confirmationem adde, dictum hoc procedere non ſolum in hypotheca expreſſa, ſed etiam tacita, quam fiſcus habet in bonis eius adminiſtratoris, *ex l.1.C.in quibus cauſ. pignus, vel hypoth.tac. contrah.* ita vt opus non ſit vt illa contrahatur malæ geſtionis diem expectari prout in Rota Florentina, deciſum ait Alexand. Turamin. *in ſuo opuſculo ad tex. in l.non puto ff. de iure fiſci cap.3. à num.4.* Peregrin. *de iure fiſci lib.6. tit. de pignor. & hypoth. num.1.* Affarus *de offic. fiſcali gloſ.34. §.5. n.117. & alij per me relati lib.1. mearum reſolut. cap.148. n.1.* vbi *num.4.* illam ſub ingreſſus fui quæſtionem, an concluſio hæc procedat, dum fiſcus pro pœna ageret, in quam adminiſtrator Iudicis ſententia condemnatus eſt cauſa malæ adminiſtrationis officij, vt nimirum pro conſequutione huius pœnæ poſſit fiſcus hypothecaria agere etiam aduerſus poſſeſſorem bonorum adminiſtratoris poſt cæptam adminiſtrationem diſtracta, ante vero commiſſum crimen, & quod in hoc caſu, non ſit locus concluſioni ſuperius firmatæ ratione, & authoritate probaui.

## ARGVMENTVM.

Frater ſecundò genitus rebellis, ſi per generalem indulgentiam fuerit à Principe reſtitutus, nùm ſuper feudo paterno vitam, & militiam recuperet, quam per rebellionem amiſerat, idque tam præteriti, quã futuri temporis. Vita, & milia, in cuius locum ſubrogata ſit. Actio, quæ nam competat pro vita, & militia conſequenda, & quæ pro paragio Sorori debito ſuper feudo paterno. Aſſenſus Regius Neapolitanis conceſſus ſuper obligatione bonorum feudalium pro conſequutione dotium conſtituendarum, vel reſtituendarum, an pariter dotium intereſſe comprehendat, & de aliis notabilibus.

## DECISIO LXVI.

DVo principalia dubia in hac deciſione excitantur & reſoluuntur; primum, an filius ſecundogenitus qui ob rebellionem commiſſam, vitam, & militiam, qua ſuper bonis feudalibus paternis fruebatur, amiſerat, reſtitutus demum à Principe per indultum generalem pleniſſimum, poſſit petere annuas præſtationes præteritas, quas ob facinus commiſſum conſequi non potuerat. Secunda, an aſſenſus Regis tacitus ex gratia pro dotibus ſuper bonis feudalibus, Neapolitanis conceſſus extendatur ad fructus, ſiue intereſſe dotium. Quoad primum fuit per Regiam Cameram deciſum pro parte affirmatiua, ex quo verba indultus erant pleniſſima, & cùm vita, & militia ſubrogata ſit loco alimentorum, vt per Andr. & Affl. *in conſtit. Comitibus, fiebat locus diſpoſitioni tex. in l. is cui ff. de alim. & cibar. legat.* vbi deportatus, cui erant legata alimenta, reſtitutus demum poteſt petere alimenta, etiam præteriti temporis, nec dici poterat in caſu propoſito, prout aliqui ex Dominis Iudicantibus motiuabant, quod vita, & militia pro annis præteritis conſiderabatur, vt fructus, ad quos vti perceptos per reſtitutionem Principis quantumcúmque pleniſſimam, non cenſetur facta reſtitutio, per *tex. in l. idem de Neſtorianis C. de hæret.* Aretin. Alex. *& omnes in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſth.* nàm reſpondebatur verum non eſſe, quod vita, & militia, quæ pro tempore præterito non fuit ſoluta petatur tanquam fructus, ſed potius 1



Digitized by Google

tiùs vti ſors principalis, provt eſt *tex. in l.cum vnus §.verbis,& in l.libertis, quos, §.manumiſſis vbi* Bart.*ff.de alim.& cibar.leg.* quæ iura licet Afflict. *in d. conſtit. Comitibus* non alleget, decidit tamen quæſtionem pro hac parte; minus etiam fuit ratio aliqua habita de eo quod pro parte Regij fiſci opponebatur nimirum, quod licet in indultu generali in ſui regula hic caſus comprehendebatur, tamen in exceptione erat reſeruatus, ex quo in illo expreſsè reſeruatum erat, vt peti non poſſent credita contra fiſcum, & cum feudum ſuper quo vita, & militia debebatur ex rebellione feudatarij poſſeſſum fuerat à fiſco, ſicque ex fructibus, quos perceperat, fiebat debitor pro vita,& militia, ſaltem pro præterito, ergo; etenim fuit reſponſum eo pro indubitato, ſuppoſito, pro vita, & militia conſequenda, actionem hypothecariam competere, per *cap.Reg. alienationis actus*, vbi expreſsè tex. dicit, quod vita,& militia eſt realis præſtatio, quæ de bonis,& ſuper bonis feudi debetur, vnde dictio (ſuper) importat hypothecam *l. Codicillis §. inſtituto*, vbi Bart.*ff. de leg.2.* ergo non eſt perſona obligata, ſed feudum, & cum verbum hoc(*Creditum*)*ex l.1.ff.ſi cert.petat.* locum habere non poſſit, niſi, in caſu quo, quis alterius fidem ſequitur,& eſt ſibi obligatus, ſucceſſiuè ait Alex.*in d. l.1. in fine*, communem eſſe opinionem, vt ille qui habet actionem realem non ſit propriè creditor, ſed abuſiuè, & large, iuxta *l.creditorum*, vbi gloſſ. *ff.de verbor. ſignific.* eadem gloſſ.*in princ. Inſtitut. de action.* per quam Bald. Angel,& Iaſ.*ibi* dicunt, quod ſi ſtatutum fecerit mentionem de debitore non comprehendit illum, qui actione reali conueniri poteſt, & idem in creditore, vt ibi per Angel. facit tex. cum gloſſ. & Bart. *in l. Aurelius §.menia ff.de alimentis,& cibar.legat.* Vnde ad propoſitum dicebatur, quod cum iſta exceptio in indultu reſeruata tit. odioſa, ex quo Principis gratiam reſtringit, eiuſque beneficium ſit latiſſimè interpretandum, ſequitur vt intelligi debeat propriè in propriis, & veris creditis, non autem in impropriis, & abuſiuis, ad *tex. in l. 3. verſ. hac verba ff. de negot.geſt.*

Quò verò ad ſecundum, de quo fuit dubitatum, nimirum an aſſenſus Regis tacitus Neapolitanis ſuper bonis feudalibus conceſſus pro conſequutione dotium conſtitutarum,& reſtituendarum, locum habeat in vſufructu, ſiue intereſſe dotis? fuit per Regiam Cameram communi omnium voto deciſum, quod ſic, ratio deciſionis, quia ſicut pro dote ſunt bona hypothecata, ita eodem modo pro alimentis, quæ ad dotem ſunt acceſſoria, vt tenet Bart.*in l. ſicut dotem §.ſin autem in ſæuiſſimo ff. ſol. matrim.* quamuis contrarium ſcripſerit in *l. Lucius ff. de aliment. & cibar. legat.* verum fuit tentum illius opinionem, de qua in *d.§ ſin autem* veriorem eſſe, per *text. in d. l. Lucius* & facit *text. in l.etiam Cod. de iure dot.* Bald. *in l. vnica §.ſed & plenius C.de rei vxor. actor.* Alex.*in d.§.ſin autem*, qui de veriori opinione teſtatur, & licèt multi contrarium tenuerint, de quibus latè per Bald. *Nouell. in tractat. de dote*..... tamen Regia Camera adhæſit ſententiæ illorum, qui pro mulieribus reſponderunt.

## OBSERVATIO.

DOminus Præſes de Franchis in *deciſ.714.* authoritate Domini Regentis noſtri, cuius propria verba tranſcripſit, eandem pariter conſtituit concluſionem, nimirum, vt frater ſecundogenitus rebellis, per generalem indulgentiam à Principe reſtitutus, recuperet ſuper feudo paterno vitam, & militiam, quam per rebellionem amiſerat, tam præteriti, quàm futuri temporis, & relatis tam D. de Franchis *loc. cit.* quàm D. Regente hîc dictum hoc recitat ſimiliter Antr. Capanus *in ſuo tract.de vita, & militia quæſt.29.per tot. num.10.* vbi in puncto principali ratione, & authoritate probauit, portionem hanc vitæ, & militiæ adeò ſecundogenito ſuper feudo paterno eſſe debitam, vt ad illam etiam fiſcus teneatur, ſi caſus daretur, vt feudum illud ob rebellionem primogeniti poſſeſſoris ad Regiam Curiam deuolueretur, idémque Iul.Cæſar. Gallup.*in ſua method. feud. p. 3. cap.3.num.60.* reiecta ſententia Franciſci de Amicis, qui contrarium firmauit *in repet. tit. de his qui feud. dare poſſeſſ. fol.27.verſ.in contrarium.* 1

Vlterius Dominus Regens ſupponit hic pro indubitato vitam,& militiam alimentorum loco ſubrogatam eſſe, ſed circa hoc eſt maxima quæſtio inter DD. vt videre eſt apud Capan. *cit.tract.de vita, & milita. quæſt.3.per tot.* ſunt enim qui dixerunt fuiſſe vitam,& militiam ſubrogatam in locum portionis, in qua ſucceſſiſſet ſecundogenitus ſi in feudo viueretur de iure Longobardorum, & hi ſunt Paris de Put.*de reintegr. feud. cap. 40. num. 10.* Affl.*in c. Imperialem §.præterea Ducatus num.63.de prohib.feud.alienat.per Frideric. & in deciſ.43.* Loffred. *in c.1. §. quid ergo verſ.vel danda militia Fratri Minori, de inueſt.de re alien.fact.* Io. Angel. Piſanell.*in pragmat. edita Thori num. 50.* Minad. *conſ.1. num. 67. verſ.ex his omnibus*, Anna *allegat.23. num.5.* Marcell.de Mauro *allegat.28.num.9.* Lollus de Tuccia.*in conſtit.Comitibus*, Reg.de Ponte *conſ.79.numero 9.* Bammac. *in comment. ad tit.ſi de feud. defunct. in c.omnes filij quæſt.6.per tot.* Maſtrill.*deciſ.165.n.16.* Caunet.*in c.volentes §.36.fol.110.*& alij plures. 2

Alij verò in eam deſcenderunt ſententiam, vt vita & militia ſucceſſerit in locum legitimæ, ita antiquis relatis probant Dominus de Franchis *deciſ.20.num.9.* Camill. de Medic. *conſ.8. num. 30.* Conſil. Theodor. *allegat.20.num.21.& 32.* Dominus Regens Capycelatro *conſult. Iuris lib.2.conſult.111. num. 20.* Dominus Regens Merlin.*contr.cent.2.cap.10. num. 25.* quo loci dixit, opinionem iſtam magis communem eſſe, ac eam tenentes rectius intellexiſſe Andr. ego ipſe *reſol.iuris lib.2.cap.246.num.4.*& alij. Vt autem dicam, quid nunc ſentio in hoc articulo, putarem vtrumque inſimul affirmari poſſe, nimirum quod ſucceſſerit in locum portionis hæreditariæ, quæ tamen legitimam excedere non poſſit, ſic mihi videtur ſcripſiſſe Andr. *in d.conſtit. Comitibus*, vt benè obſeruauit Dominus Præſes de Franchis *deciſ.61.num.2.* dixit enim Andr. 3

vitam,

vitam, & militiam eſſe loco portionis hæreditatis, à qua excluditur per primogenitum maiorem, & demum infra ſubdit eſſe tertiam partem illius portionis, quam habiturus eſſet ſecundogenitus, ſi ſuccederet in feudo.

4 Addit Dominus Reg. pro vita, & militia conſequenda actionem hypothecarium ſecundogenito competere, per *tex. in Cap. Reg. quod incipit alienationis actus*; qua de re nemo ex noſtratibus dubitauit, ſi feudum à primogenito in tertium alienatum reperiretur, Dom. Reg. Rou. *in pragm. 25. num. 15. de feud. Dom.* Conſil. Theodor. *allegat. 7. n. 3. & 7.* aliique plures, quos refert Gallupp. *loc. ſupra cit. n. 59. fol. 41.* quamuis ſecus dicendum ſi ageretur pro conſequutione paragij, ad illud enim conſequendum, non niſi actio perſonalis in rem ſcripta contra tertium poſſeſſorem feudi mulieri competeret, ita Theodor. *loc. cit. &* Reg. Rouit. *in eadem pragm. 25. num. 61.* vbi tamen num. ſequenti in vna facti contingentia demonſtraſſe teſtatur, nullam competere actionem mulieri, nec perſonalem in rem ſcriptam, nec hypothecariam ſuper corpore feudi à tertio poſſeſſi ſed tantum ſuper fructibus feudi, & non inſolidum ſed pro rata, habita conſideratione ad omnia bona burgenſatica, & feudalia remanſa in hæreditate paterna; addit demum *num. 70.* quod vbi feudum reperiretur penes hæredem huius paragij debitorem, poterit in ſubſidium fieri exequutio pro paragio ſuper feudo, at non ad finem illud vendendi, ſed ad finem percipiendi fructus in vita debitoris, iux. tradita per Andr. *in cap. 1. §. quid ergo num. 6. de Inueſt. de realien. fact.* qua de re aliqua pariter Ego ſcripſi *lib. 1. mearum reſol. cap. 128. num. 9. & 12.*

5 Quo vero ad aliam concluſionem hic tentam, nimirum, vt aſſenſus Regius generaliter Neapolitanis conceſſus ſuper obligatione bonorum feudalium pro conſequutione dotium conſtitutarum, vel reſtituendarum, comprehendat etiam dotium intereſſe, quod mulieri vel viro debetur, cùm primum, qui dotem ſoluere vel reſtituere tenetur, eſt in mora ſoluendi, & reſtituendi; adde tu ad confirmationem dicta per Dom. Reg. de Ponte *in conſ. 64. num. 19. & in conſ. 76. num. 7. & 15. verſ. ſed in caſu præſenti lib. 1.* vbi data obligatione bonorum feudalium cum clauſula *pœna dupli, conſtituto, & precario*, aſſenſum conceſſum ad obligationem illam validandam, non modo proficuum eſſe ad finem recuperandi ſortem promiſſam, ſed etiam illius intereſſe ex mora non ſoluendi debitum, ſicque per Sacrum Conſilium non ſemel deciſum fuiſſe teſtatur, quamuis hoc in contractibus duntaxat bonæ fidei procedere dicat, ſecus in contractibus ſtricti iuris, in quibus nec ex mora, nec ex natura contractus venit intereſſe, ſed tantum à tempore litis conteſtatæ, & hac adhibita diſtinctione, monui Ego *lib. 1. mear. reſolut. cap. 76. num. 9.* ſaluari poſſe opinionem Marin. Frecc. *lib. 2. de ſubfeud. quæſt. 20.* qui contrarium ſcripſit, & quem ſequi videtur D. Præſ. de Franch. *deciſ. 613. num. 11.* vbi in quæſtione principali, late agit, an diſpoſiti tex. *in Auth. res quæ C. comm. de legat. & fideicom.* ſicut procedit in dote, procedat pariter in intereſſe ipſius, quam pariter latè tractarunt, Hieronym. Milanenſ. *deciſ. Siciliæ 8. à numer. 360.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 43. n. 28.* Io. Griuell. *deciſ. Dolana 55.* quos omnes citat Io. Petr. Fontanella *tom. 2. de pactis nuptial. in calce operis*, vbi additiones *num. 9.*

## *ARGVMENTVM.*

Crimen læſæ Maieſtatis, quibus modis probetur, & an probatum cenſeatur, ſi feudatarius belli tempore exiſtens cum vxore, & familia in loco tuto, ab illo exiuerit, & cum tota familia ad locum feudi, quod erat apertum ſe tranſtulit. Alloquens ſecretò cum inimicis Domini, nùm in læſæ Maieſtatis crimen incidat. Feudatarius an poſſit feudo priuari, ſi videns inimicum Domini ſui, illum acclamauerit, dicens, viuat, viuat, & de aliis notabilibus.

## DECISIO LXVII.

INQVISITO feudatario de rebellione, contigit dubitari in Regia Camera an verè magnum hoc crimen eſſet probatum? 1
Pro fiſco ponderabatur primo quod inquiſitus exiſtẽs cum vxore, & familia in loco tuto, & bene munito, in quo proprium habebat domicilium, tranſtulit ſe cum tota familia ad locum feudi, quod erat apertum, & ſine mœnibus, ac faciliter ex quacunque modica inuaſione inimicis reſiſtere non potuiſſet, vnde ex hoc dicebatur quaſi transfuga ad hoſtes, vel ſaltem ſe paratum reddere, vt eis ſe ſubmitteret, ſciebat enim, vel ſcire debebat, iux. *tex. in l. quod te ff. ſi cert. pet.* quod in loco aperto fidelitatem ſuo Principi ſeruare non poterat, ergò tenebatur de omni caſu, & periculo ſuperuenienti, quia quando culpa præcedit caſum, quis tenetur etiam de caſu fortuito *l. in rebus in principio & l. ſi vt certo §. interdum vbi* Bart. *ff. commod.*

Secundo ponderabatur, hunc feudatarium 2
in eius fundo exiſtentem, ab illo demum exiuiſſe, & inimico obuiam veniſſe, ac cum eo ſecretò alloquutum fuiſſe, id quod aliud non importat, niſi à fidelitatis iuramento deuiare, iure enim cautum eſt, vt ad hoſtes ſe conferre ſit læſæ Maieſtatis crimen *l. 1. & 2. ff. ad l. Iul. Maieſt.* Andr. *in c. 1. §. porro, quæ ſit prima cauſa benef. amitt.* Bart. *in extrauag. ad reprimendum in verb. tenore videmus*, & ſi mittere nuncium, vel litteras hoſtibus eſt crimen rebellionis vel felloniæ *d. l. 1. & 2.* ergo fortius eſt cum hoſtibus loqui, iuxta notata per Aretin. *in l. 1. ff. de verb. oblig.* vbi æquiparat, aliquem ſacreto loqui cum inimicis & illis nuncium mittere, & quod loqui cum inimicis Domini ſit rebellis, dixit Io. de Terrarubea *in ſuo tract.*

contr.

Digitized by Google

*contr.rebell.in 6.artic.3.tractat. in 11. Concluſ. & eſt text.in c.ſi inimicus 93.diſtinct.*& Luc.de Penn. *in l. fin. C. de delator. lib.* 10. dixit verè proditorem eſſe, qui vadit ad hoſtes, vel mittit eis litteras, vel nuncium, & quod paria ſunt loqui cum inimicis Domini, vel nuncium, aut litteras eis mittere, eſt bonus tex. *in l.3.§.& is qui volens, juncta gloſ. ff. de re milit.* vbi eſt caſus, quod is, qui volens transfugere apprehenſus eſt capite punitur, dicit ibi gloſſ. *in verbo volens* id eſt non perfugit, ſed ad aliquem actum proceſſit, & ita in terminis ſcripſit Ancharan. *conſ.* 439. vbi dicit, quod in crimine rebellionis, vel felloniæ ſola voluntas ſufficit per aliquem actum declarata, & quod aſſociare inimicum Domini ſit cauſa ſufficiens amiſſionis feudi, idémque Andr. *in d. §. porro.*

3 Tertiò ponderabatur, ſubditos huius feudatarij, eo præſente, & non contradicente, hoſtis vexilla in feudo erexiſſe, & quod omnes acclamauerunt. Viuat, viuat & quod hoc ſat ſit, vt deueniri poſſit ad feudi priuationem, notat Soccin. *conſ.* 87. *lib.* 3. Erigere enim vexilla inimici Domini in Caſtro, nil aliud eſt quàm voluntariè ſe inimico ſubmittere, ac velle ab eo feudum recognoſcere, ex illo enim ſigno cognoſcitur quis ſit Rex; eſt bonus text. vbi Bald. *in Auth dos data C. de donat. ante nupt.* & quod ex tali erectione armorum cenſeatur feudatarius tradere inimico Caſtrum, probatur ex diſpoſitis *in l quod ſi neque in fine ff. de peric. & com. rei vend.*

4 Quartò pro fiſco ponderabatur, feudatarium deliquiſſe, ex quo ſteterat in Caſtro ſuo debellato à quo dubium non erat, quod diſcedere poterat, ergo tranfuga, & proditor *ſi non omnes §. qui captus ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* & quam graue ſit Caſtrum debellatum tenere, dixit Andr. *in tit. quæ ſint regalia in verbo & bona committentium*, *& eſt tex. in l. 2. ff. ad l. Iul. Maieſt.*

5 Quintò, & tandem ponderabatur fuiſſe plenè probatum exercitus Ducem proprij Domini annum emanaſſe, vt omnes feudatarij ad ei ſeruiendum accederent, & licet teſtes non dixerint, quod hic feudatarius bannum audiuerat, tamen erat ille in ciuitate, ſiue in Caſtro loco proximo, quo caſu præſumptio eſt ad ſui notitiam bannum perueniſſe *c. cum in tua, qui matrimon. accuſ. poſſunt*, Baldus *in c. 2. de milite Vaſall. qui contumax eſt*, Aret. *conſ.* 90. *&* 190.

6 Pro inquiſito verò ad omnia prædicta reiicienda, ponderabatur. Primò, illius paupertas, Secundò, quod omnis culpa non poterat conſiderari in Domini detrimentum facta. Tertiò, quod omnia facta fuerunt ex metu inimicorum, & tandem pro maximo fundamento allegabatur indultus generalis Cæſaris, ex quibus dicebatur inquiſitum hunc abſoluendum, verum facta relatione de his omnibus in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtriſſimo Prorege, fuit per Regiam Cameram deciſum, inquiſitum feudis priuandum eſſe, verum quod alia bona eidem reſtituerentur, & omne totum, ad quod feudorum valor aſcendebat.

---

## OBSERVATIO.

HIc agit Dominus Regens noſter de pluribus modis, quibus probatum fuit, læſæ Maieſtatis crimen quemdam feudatarium commiſiſſe, Tu modo adde alios, de quibus per Affl. *in tit. quæ ſint regalia in verbo bona committentium crimen læſæ Maieſtatis*, quo loci *à num. 36.* quadraginta quinque modos congerit, quibus probatur magnum hoc facinus fuiſſe à ſubdito commiſſum, illoſque de verbo ad verbum tranſcripſit Io. Baptiſta Baiard. *in addit. ad Iul. Clarum in §. læſæ Maieſtatis crimen in princip. &c.* 1

I. Dicetur, quem læſæ Maieſtatis crimen commiſiſſe, ſi aduerſus ſuum Principem, ſiue Rempublicam arma aſſumpſit.

II. Si ſubditus illos offenderit, qui à Principe aſſecurati fuere.

III. Si quis Conſilium fecit de dolo malo aduerſus ſuum Principem.

IV. Si quis obſides abſque ſui Principis iuſſu interfecerit.

V. Si quis Gentem telis, & lapidibus conueniat in Principem.

VI. Si quis conuocet certum hominum conuentum ire ad ſeditionem Ciuitatis.

VII. Si quis Regis Officialem occiderit, vel dolo malo conſilium dederit, vt occidatur,

VIII. Si quis contra ſuam Republicam bellum mouet.

IX. Si quis mittat litteras, vel nuncium, vel ſignum dedit hoſtibus Principis, ſiue eis pecuniam mutuo dederit.

X. Communiter crimen læſæ Maieſtatis, ſi quis ſollicitauerit, vel concitauerit milites, vt contra Regem rebellentur, vel vt fieret ſeditio, ſiue tumultus aduerſus Rempublicam.

XI. Si miles, vel alius Officialis Regis, poſtquam ſibi ſucceſſum fuerit ante quinquaginta dies, qui pro ſyndicatu ſtatuuntur à Prouincia, quæ fuerat ſibi commiſſa diſceſſerit, & ſic notatur, quod fuga in Officiali, qui ſyndicatui parere debet, facit eum incidere in crimen læſæ Maieſtatis, ſed non in primo capite.

XII. Si aliquis abſque ſuperioris licentia exercitum deſeruit.

XIII. Si quis priuatus ad hoſtes ſui Principis perfugerit.

XIV. Modo committitur crimen læſæ Maieſtatis, ſi aliquis ſcripſit aliquod falſum ſcienter in tabulis publicis, quod menti tenendum commendat Afflict.

XV. Si quis hoſtes concitauerit, vt bellum ſumant contra Rempublicam, ſiue Regem.

XVI. Committitur, ſi quis opem hoſti præſtiterit.

XVII. Si miles, vel armiger ſtans in prælio receſſerit, aut aliter fecerit, quod eius opera factum eſt, vt hoſtes victoriam habuerint.

XVIII. Committitur, ſi quis abſque Principis

venia

Digitized by Google

venia arcem vel fortellitia etiam Regni confinibus tenuerit.

XIX. Si quis cum Caſtellanus eſſet Regis in aliquo Caſtro, illud dedit hoſtibus.

XX. Si quis ſine Principis permiſſu bellum geſſerit.

XXI. Committitur crimen hoc, ſi quis elegit ſibi milites de aliis militibus ſine licentia Principis.

XXII. Si quis exercitum comparauerit ſine iuſſu Principis.

XXIII. Committitur crimen læſæ Maieſtatis, ſi Princeps poſtquam Capitaneum exercitus in Prouincia ordinauerit pro eius arbitrio alium demum deſtinauit, ſed prior Capitaneus noluit exercitum conſignare illi, qui ſibi ſucceſſit.

XXIV. Si quis ad exercitum deputatus, ſine Regis licentia receſſerit, vel ſi Princeps exiſtens in prælio, illum deſeruerit.

XXV. Si quis authoritate propria cum falſis litteris officium Magiſtratus aſſumpſerit.

XXVI. Committitur crimen læſæ Maieſtatis ſi quis iurauerit Principem ſuum interficere.

XXVII. Si quis operam dedit vt exercitus Principis proditoriè in manus hoſtium incidat.

XXVIII. Si Princeps hoſtes in manus habere ſperabat & quis illos de præparatione certiores fecerit.

XXIX. Committitur, ſi quis hoſtibus Principis commeatum dederit.

XXX. Committitur crimen læſæ Maieſtatis ſi quis hoſtibus ſui Principis arma vendiderit.

XXXI. Si quis operam dederit, vt Amici Regis inimici euadant.

XXXII. Si aliquis dolo malo fecit quominus Baro Principi non obedierit.

XXXIII. Committitur hoc crimen ſi quis dolo malo operatus fuit, vt hoſtibus Regis magis dentur obſides, quam pecuniaria ſubuentio.

XXXIV. Si quis reum huius tanti criminis confeſſum, & condemnatum à carceribus exemerit.

XXXV. Si quis Imperatoris, vel Regis ſtatuas conflauerit.

XXXVI. Si quis dolo malo conſuluerit, vt ciuitas rebelletur.

XXXVII. Si quis euaſerit hoſtis ſui Principis.

XXXVIII. Diceretur committi crimen læſæ Maieſtatis, ſi Cardinalis, Papa viuente, & eo non depoſito, ad alterius Pontificis electionem procederet.

XXXIX. Si aliquis operatus eſt; vt Ciuitas illa quæ erat ad Regis fidelitatem ab illa diſceſſerit.

XXXX. Si quis non reuelauerit malum quod habet contingere ex facto hominis in perſonam Regis.

XLI. Committeret quis crimen læſæ Maieſtatis ſi Cardinalem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ hoſtiliter fuerit inſecutus, vel percuſſerit.

XLII. Si quis conſpirauerit in necem alicuius Collateralis, vel Conſiliarij Principis.

XLIII. Committitur, ſi quis contra iuramentum ligij periurauerit.

XLIV. Si quis dicat, ſe Regem eſſe Regni Neapolis quod eſt Patrimonium Beati Petri.

XLV. Committitur crimen læſæ Maieſtatis, ſi facta pace inter duos Reges cum eorum ſequacibus, vnus ſine iuſta cauſa alterum offendit.

2 Sed quia crimen læſæ Maieſtatis eſt duplicis Capitis, ad dignoſcendum quot modis committatur in primo capite, & quot modis in ſecundo, adi Gabium de Monte Leone *de quatuor litteris arbitralibus parte 4. num. 315.*

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.

## ARGVMENTVM.

Seruitus cauſam habens diſcontinuam quanto tempore præſcribatur. Feuda in Regno an præſcribi poſſint, & per quantum tempus. Ius lignandi an ſit de regalibus. Tex. *in l. cum de in rem verſo ff. de vſur. & in l. ſi certis annis, C. de pactis*, an locum habeat in acquiſitione alicuius ſeruitutis, & vt iura hæc locum habeant, quæ concurrere debeant. Seruitus quæ regalis dicatur, & quæ mixta. Seruitus an dicatur ius illud, quod quis habet in alieno territorio lignandi, & de aliis.

## DECISIO LXVIII.

PRÆTENDENTE Illuſtriſſimo Regni huius Prorege habere ius lignandi pro ſeruitio ſuæ domus in nemore Magnifici Fabritij Maramaldi, quod ſitum erat in pertinentiis Octaiani, quia illius Dominus contradicebat, fuit dubitatum vtra Partium meliora foueret iura. 1

Et per Regiam Cameram fuit iudicatum contra Dom. Proregem, ratio deciſionis fuit, quia Dominatio ſua Illuſtriſſima in ſua prætenſione nullo Iuris nitebatur fundamento, nàm aut hoc ius habere prætendebat ex aliquo titulo, aut ex conſuetudine, aut ex diſpoſitione *in l. cum de in rem verſo ff. de vſur. & in l. ſi certis annis C. de pactis*, aut ex præſcriptione, aut, & tandem ex ſuprema, & Dominica poteſtate. Si ex titulo, nullus producebatur, ac proinde de eo non fuit opus diſſerere. 2

Si ex conſuetudine, dictum fuit, de ea tractari non poſſe, quia conſuetudo eſt lex communis non ſcripta, quæ publicè omnibus competit, & non vni priuato tantum vt per Abb. & omnes *in c. fin. de conſuet.* Si ex diſpoſitione *l. cum de in rem verſo, & l. ſi certis annis*, licèt Bart. ibi in eam deſcenderit ſententiam, iura hæc etiam in ſeruitutibus locum habere, aduerſus quam nonnulli inſurrexerunt, tamen quicquid ſit de veritate huius opinionis, dictum fuit non habere locum in caſu, de quo agebatur. Primò quia Bart. & ſectatores loquuntur in ſeruitute ſcilicet eundi per feudum meum ad tuum, in qua tractatur de ſolo vſu itineris, & ſic de modico præiudicio, ſecus verò quando agitur de aliquo Iure inferente magnum præiudicium, vt per eundem Bart. *in d. l. cum de in rem verſo*, Alexand. Aretin. Iaſon & omnes *in l. qui in alieno §. 1. ff. de acquir. hæred.* 3



Digitized by Google

Secundo quia diſpoſitio dictæ l. cum de in rem verſo non habet locum, niſi annua præſtatio, de qua ibi, continuo fiat ſpatio decem annorum, adeo quod nulla interuenerit interruptio, vt per Iaſon. *in d. l. ſi certis annis in* 8. *limitat.*

4 Si verò ex præſcriptione, dictum fuit quod caſus verſabatur in ſeruitute habente cauſam diſcontinuam Bart. *in l.* 1. *&* 2. *C. de ſeruit. & aqua tex. in l. foramen. ff. de ſeruit. vrban. prædior.* Iaſon. *in* §. *aqua Inſtit. de action.* omnis enim ſeruitus, quæ requirit factum hominis, & non cauſatur ex ſola natura, dicitur habere cauſam diſcontinuam, cūque ad præſcribendam ſeruitutem cauſam diſcontinuam habentem, tempus requiratur immemorabile, Gloſ. Bart. & omnes *in l. ſeruitutes la granda ff. de ſeruit. & in l. hoc iure* §. *ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſtiua*, & in caſu, de quo agebatur probatum extiterat de tempore annorum viginti ſeptem tantum, ergo dicebatur præſcriptioni locum non eſſe, idemque ſi ſeruitus hæc non fuiſſet mere realis, ſed mixta ad cuius præſcriptionem tantum tempus non requiritur, cum reguletur ad inſtar rerum immobilium vt per Cyn. *in l.* 2. *in* 6. *quæſt. C. de ſeruit. & aqua* Bart. *in l. iuſto* §. *non mutat. ff de vſucap. & in l.* 1. *ff. vti poßid.* Paulus de Caſtro *in d. l ſeruitutes*, nam nec tempus hoc in medium ſe offerebat, eoque magis quia nemus illud erat feudale, & in Regno feuda præſcribi non poſſunt, niſi triginta annorum ſpatio, vt in *Conſtit. conſuetudinem*, imò ſeruitus ad feuda non niſi centenaria præſcriptione acquiritur, vt ibi eſt tex. & poſt Andr. declarat, Afflict. tum etiam quia, vt putabat Bart. ſententia verior eſt *in l. mela ff. de alim. & cibar. leg.* de quo per Iaſ. *in d.* §. *aquæ*, vt ius ſiue facultas in alieno nemore lignandi non ſit ſeruitus ſed potius quoddam ius perſonale, quod non niſi centum annorum ſpatio præſcribi poteſt. Prætcrea fuit conſideratum, dato quod ſeruitus conſtituta fuiſſet in nemore prædicto, tamen quia demum nemus illud ad Regiam Curiam peruenit, ius illud ſeruitutis fuit extinctum, ex quos mea mihi ſeruire non poteſt *l. ſi quis ædes ff. de ſeruit. vrban. prædior. l. quicquid ff. comm. prædior.* Nec fuit ratio aliqua habita in quantum dicebatur, quod ius lignandi ſit de regalibus, quia hoc in tit. de regalibus non legitur, & ſequeretur quod nullus poſſet hanc ſeruitutem acquirere, niſi Princeps quod eſt falſum, minus etiam fuit vis facta, quod in conceſſione facta huius nemoris, poſt quam ad Regiam Curiam peruenerat, ius hoc lignandi reſeruatum extiterat ſub illa clauſula, *niſi ea quæ ſunt iure ſupremi Dominij*, quia fuit dictum hoc falſum eſſe, quis enim eſt ita ignarus, vt dicat ius lignandi in alieno nemore eſſe ſupremi Dominij; ea enim quæ ad Principem ſpectant reſpectu ſupremi Dominij narrantur *in c.* 1. *de form fidelit. & in c.* 1. *de noua forma fidelit.* Vlterius in facto conſtabat à Domino nemoris fuiſſe intentatam actionem negatiuam, in qua ex ſententia Io. Fabri *in d.* §. *aquæ ſat eſt* quod actor probet ſe Dominum fundi, Reus autem conuentus neceſſe eſt, quod probet habere ſeruitutem, quia pro actore præſumptio eſt iuris communis, quod quælibet res libera præſumatur, & fuit ſententia gloſ. poſt Dyn. *in l.... ff. de noui oper. nunc*; quam opinionem communem eſſe teſtatur Iaſon. *ibid. n....*

---

## OBSERVATIO.

IN hac deciſione Dominus Regens in ea videtur reſidere opinione, nimirum, vt in acquiſitione alicuius ſeruitutis locum non habeat text. *in l. cum de in rem verſo ff. de vſur.* eoque magis ſi ea eſſet ſeruitus quæ cauſam haberet diſcontinuam; etenim ſine controuerſia procedit, vt ad hanc ſeruitutem acquirendam tempus requiratur centum annorum, iuribus & DD. hic per Dom. Regentem citatis, quibus hanc eandem concluſionem firmantes, adde tu Cepoll. *in tract. de ſeruit. cap.* 19. *&* 20. Bald. *de præſcript.* 3. *par.* 4. *princip. quæſt.* 1. *num.* 3. Andr. Gail. *pract. obſeru. lib.* 2. *obſeru.* 66. *num.* 2. vbi docet, quod quamuis multi dicant iura venandi, aucupandi in alieno fundo, hauriendi aquam ex puteo vicini, ligna ex ſylua cædendi, & pecora paſcendi pacta eſſe perſonalia, & non propriè ſeruitu es, attamen veriorem eſſe contrariam ſententiam, vt hæ ſeruitutes pro realibus habeantur, & ſic non niſi immemorabili temporè ea præſcribi idemque ſcripſerunt Guid. Pap. *deciſ.* 573. Caſſan *in Conſuet. Burgund. rubr.* 13. §. 5. *num.* 26. Cepoll. *de ſeruit. ruſtic. prædior. cap.* 9. *num.* 24. Couar. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 11. Myſing. *ſingul. obſeru. centur.* 4. *obſeru.* 53. Conſil. de Georgio *allegat.* 14. *n.* 8. Caſtill. *de vſufruct. cap.* 68. *num.* 18. Ludouic. Caſan. *conſ.* 42. *num.* 12. Ego ipſe *reſolut. iuris lib.* 2. *cap.* 204. *num.* 2. *&* 6. & alij, quos refert, & ſequitur Iacob. Cancer. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 51. vbi ſic per illum ſenatum deciſum refert, & *num. ſequ.* addit quod vbi quis legitimo modo acquiſiuerit has ſeruitutes, nimirum, pecora in alieno territorio paſcendi aut ibidem lignandi, ceſſare, quoties paſcua, aut arbores omnibus non ſufficerent, tunc enim illi præferuntur in paſcendo ſiue lignando, in quorum territorio ſunt paſcua, aut arbores, allegat Abb. *in c. dilecti num.* 7. *de arbitr. noſtrum* Afflict. *deciſ.* 290. Couar. *loc. cit.* Surd. *deciſ.* 236. *num.* 21. & Roderic. Suarez, aliis omiſſis, allegat. 15. *in fine*, *vbi* notabiliter addit, quod licet quis ſeruitutem habeat iuris paſcendi in meis agris, aut lignandi in meis nemoribus, ſi tamen habeo ego neceſſe ea colere, vt poſſim colligere fructus pro alimentis meis, & familiæ meæ, poſſent illa ad culturam redigi. 1

Quantum verò ad aliam concluſionem hîc per Dom. Regentem tentam, vt feuda in Regno poſſint triginta annorum ſpatio præſcribi, intellige tu contra priuatum; conſtat enim poſſeſſione per triginta annos continuata, bona fide, & præſtatione ſeruitij directo Domino concurrentibus, aduerſario tamen præſente, feudum contra priuatum in Regno præſcribi, vt nimis clarè cautum habemus *in Conſtit. hic citata, quæ incipit, Conſuetudinem prauam hactenus*, vbi 2

vbi gloſſ. in verb. *alij debentur*, aduertit legem illam procedere, & locum habere etiam quod ſuper titulo non adſit Regius aſſenſus, quia quando adeſt aſſenſus, poſſeſſor eſſet Dominus & præſcriptione non indigeret, cuius quidem gloſſ. dictum ſequuntur Conſil. de Georg. *alleg.* 3. *num.* 3. Regens Rouit. *in pragm.* 4. *num.* 37. *de poſſeſſ. non turb.* & Montan. *in c. Imperialem* §. *præterea Ducatus num.* 152. *verſ.* ſed clarius determinatur.

3 Conſultò dixi contra priuatum poſſe in Regno feuda triginta annorum ſpatio præſcribi, quia ſecus contra fiſcum; conſtat enim inueſtituram præſumptam, quæ deſumitur ex *tex. in cap.* 1. §. *ſi quis per triginta in tit. ſi de feud. defunct. controu. ſit inter Dominum, & agnatos*, Vaſalli, in Regno contra Dominum Regem noſtrum allegari non poſſe ex quo ille reperitur à Regno abſens, ſicque actus qui fiunt ad inducendam præſumptam inueſtituram cum eo qui de nouo poſſet facere inueſtituras non fiunt, ſed cum Dominis Proregibus, qui inueſtiendi facultatem non habent, vnde merito nullius ſunt roboris, & momenti, niſi immemorabilis temporis lapſus concurreret, iuxta conſtit. quatragenalem, ita Camill. de Curte *in diuerſ. iur. feud. fol.* 73. *num.* 94. *& ſequ. & fol.* 76. *à num.* 135. *verſ. & propterea infertur ad notabilem quæſtionem vſque ad finem* Io. Vinc. de Anna *in repet. rubr. de Vaſall. decrep. ætatis à num.* 451. *& in ſingul.* 194. Octau. Bambacar. *in d.* §. *ſi quis per triginta quæſt.* 10. *per tot. præſertim num.* 70. Io. Andr. de Georg. *in repet. feud. cap.* 25. *& in cit. alleg.* 3. *à num.* 15. Regens de Ponte *lect.* 3. *num.* 48. & *ſeqq.* Iul. Cæſar. Gallupp. *in Method. iuris feud. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 25. Ego ipſe *reſol. iuris lib.* 1. *cap.* 234. *à num.* 12.

4 Ad materiam autem, & ornatum tex. quem hîc allegat Dom. Regens *in l. cum de in rem verſo ff. de vſuris*, & *in l. ſi certis annis C. de pactis*, vide omninò quæ ego ex Doctorum traditionibus collegi eodem *lib.* 1. *mearum reſolut. cap.* 78. vbi concluſionem illam, quæ ex his iuribus deſumitur, nimirum vt ille qui per decem annos continuos alicui certam pecuniæ quantitatem ſoluit, poſſit ad in futurum correſpondendum compelli provt in præteritum ſoluit, procedere indubitanter monui, dummodo infraſcripta concurrant, & primo, quod titulus, ſiue cauſa allegetur, ex qua quis aliquid ſibi deberi petierit, præſtatione decem annorum concurrente, qui titulus, ſiue cauſa iuſta, & ſufficiens eſſe debet, licèt non probetur; ad quod allegaui Guid. Pap. *deciſ.* 407. Mantic. *lib.* 3. *de tacit. & ambig. conuent. tit.* 15. *num.* 55. 56. *&* 57. & Rota in vna Salernitana contributionum prima Martij 1614. coram Vbaldo. in vna Neapolitana grani, & hordei ſub die 16. Decembris 1621. coram eodem, & in alia Auſimana, ſiue Anconitana, florum ſub die 10. Ianuarij 1628. coram Pinouano. Secundò dummodò ſolutiones ſingulis annis ſeparatim factæ fuerint, quia ſecus ſi vnica appareret ſolutio pro decem annis præteritis, ex Maſcard. *de probation. concluſ.* 614. *num.* 12. *&* 23. Marta *loc. cit. num.* 56. Dom. de Franchis *deciſ.* 137. quos citat, & ſequitur Regens Conſtant. *in l. quicunque poſt num.* 12. *C. de apoc. public. lib.* 10. Tertio vt ille qui allegat longo tempore fuiſſe ſibi ſolutum, iuris præſumptionem pro ſe habeat, quia ſi lex reſiſteret, ſecus dicendum, veluti ſi laicus per longum tempus exegerit decimas de rebus Eccleſiæ; nam, niſi probauerit ſe ab Eccleſia in feudum recepiſſe, ex ſola decemnali præſtatione ſe teneri non poteſt, ita Butr. *in c. cum Apoſtolica num.* 17. *in fin. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capit. quam citat* Mantic. *loc. cit. num.* 58. Quartò vt quod longo tempore præſtitutum eſt originem non habeat exactu meræ facultatis; quæ enim ſunt meræ facultatis nullo iure præſcribi poſſunt, adhuc ſi quis per mille annos aliqua re vſus ſit; inferunt Doctores ad multa, præſertim ad eum qui longiſſimo tempore ſolitus erat venire ad alicuius molendinum, vel ad furnum ad coquendum vel ad macellum pro carnibus, vel ad tabernam pro vino, de quibus per Rip. *in cap. cum Eccleſia Sutrina num.* 45. *& ſeq. de cauſ. poſſ. & propriet.* & ex his dixi inferri etiam poſſe ad munera, quæ per ad mnnera, quæ per vniuerſitates, ſeu Vaſſallos ſingulis annis in circumciſione Domini donari ſolent Baronibus, vt quia hæc ſunt meræ facultatis quando vniuerſitates, ſiue Vaſalli nollent in futurum hæc munera præſtare, ad id nullatenus cogi poſſint, ad quod allegaui Io. Franc. Cepoll. *de Baron. ſingul.* 53. *poſt num.* 100.

## ARGVMENTVM.

Feudum quod immediatè, & in capite tenetur à Barone, cui nam ſit deuoluendum, Regiæ Curiæ, vel potius Baroni immediato Domino, ſi contigerit feudatarium in crimen læſæ Maieſtatis incidere. Feudum cum iuriſdictione & Vaſallis à capite Baroniæ ſeparatum, ſicque à Barone alteri ſubinfeudatum, nùm in Regno planum, & de tabula cenſeri poſſit, ad inſtar illorum ſubfeudorum, quæ in capite à Barone tenentur, vel potius quaternatum ſecundum quid; & dum de inueſtitura non conſtat, an illa facta præſumatur pro ſe, & hæredibus ſimpliciter vel potius pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus & de aliis notabilibus.

## DECISIO LXIX.

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Comitem Alipharum, & 1
Regium fiſcum fuit dubitatum, feudum, quod immediatè, & in capite tenetur à Barone, ſiue Comite, cuinam ſit deuoluendum, ſiue applicandum Regiæ Curiæ, vel potius Baroni immediato Domino, ſi contigerit feudatarium læſæ Maieſtatis criminis fieri reum?

Pro deciſione huius articuli tria fuerunt 2
conſiderata iura, primum ius commune feudorum ſecundum ius conſtitutionis Regni exordientis *poſt mortem*, tertium, & tandem ius Capitulorum Papæ Honorij, illius, quod incipit *ſi contigerit*.

Quoad primum eſt caſus in *c. imperialem* 3
§. *illud de prohib. feud. alien.* per Grider. vbi

habetur, quod ſi vaſſallus meus Dominum meum offenderit, feudum quod ille poſſidet mihi Domino immediato aperitur, non autem Domino mediato, & hoc omnes ibi, præſertim Andr. firmarunt, idemque Bart. *in l. ſi finita § de vectigalibus ff. de damno infecto*, vbi dicit quod ſi ille qui à me feudum tenet deliquerit, propter cuius delictum bona publicantur, feudum non confiſcabitur, ſed illi Domino à quo tenetur aperitur; etenim de iure communi feudorum nullibi reperitur diſtinctio hæc inter feuda quaternata, & non quaternata, ex quo diſcrimen hoc in Regno duntaxat habemus, ſtante *Conſtit. poſt mortem*, vbi Andr. & cæteri omnes. Nec dicendum in caſu propoſito quod durante vita delinquentis, debet feudum remanere penes fiſcũ, ad *text. in c. fin. de cap. Corrad.* nam reſpondetur, tex. hunc ad caſum, de quo agimus non applicari, quoniam ibi conſideratum feudum à Rege Eccleſiæ conceſſum, quod poſtea Prælatus, delinquat, vt hoc caſu feudum illud, viuo Prælato, remaneat penes Regem, eo autem mortuo, reuertetur ad Eccleſiam, & in caſu propoſito ſumus in vaſſallo vaſſalli, in quo procedit *tex. in d. §. illud*, qui non diſtinguit durante vita vel non vaſſalli delinquentis; nec pariter dictum fuit obſtare *tex. in l. Statius Florius §. Cornelio Felici ff. de iure fiſci*, quia ille tex. procedit in deportato, qui non eſt ſeruus pœnæ, ex quo adhuc poteſt acquirere, at ſecus in damnato de crimine læſæ Maieſtatis, qui efficitur ſeruus pœnæ, & tanquam in metallum damnatus habetur, vt dixit Andr. *in c. 1. de capit. qui Cur. vend. in fin.* eoque magis hoc procedere dictum fuit, quando Baro, vel comes qui eſt Dominus immediatus, ius publicationis bonorum haberet, vt per Afflict. *deciſ. 282. in fine.*

4 Quò verò ad ius Regni, ſcilicet conſtit. poſt mortem, fuit facta diſtinctio inter feudum quaternatum, & planum, ac de tabula, vt in primò ſi tenetur à Barone, quod quaternatum ſecundum quid appellamus, & aperitur Regi, vt concedatur alteri, qui recognoſcat Baronem; in ſecundò verò, vt ſemper aperiatur Baroni immediato Domino non autem Regi, vt per gloſ. *in d. conſtit.* nam cum in hoc feudi genere nihil in contrarium ſit diſpoſitum de iure Regni, ſtandum eſt diſpoſitioni iuris communis feudorum, ſcilicet illius *in d. §. illud* id quod dixit etiam Andr. *in c. 1. §. 1. de vaſſall. decrepit. ætat. in c. 1. §. hæres de pac. ten. in d. Conſt. poſt mortem*, *vbi* etiam Afflict. & alibi; conſiderabatur demum, caſtrum ſemper dici feudum quaternatum ex ſententia Andr. *in conſtit. Iuſtitiarij*, & quod hoc nedum procedit in caſtro, quod muris ambitur, ſed etiam in Terra, Villa, Burgo, Oppido & &c. ſicut in ſimili dixit idem Andr. *in conſtit.* *ſi dubitatio*, quod eo ipſo quod Rex concedit caſtrum, etiam ſi non dicat in feudum, intelligitur vt in feudum ſit conceſſum; quando autem feudum non reperitur deſcriptum in quinternionibus Regis Cameræ, quia tunc quaternatum dici non poteſt, ſed planum, & de tabula, & eo caſu ſemper deuoluitur ad Baronem, & quod in illius venditione Regis aſſenſus non requiratur, ſed duntaxat Baronis, vt per Afflict. *deciſ. 243.*

Attento autem iure capitulorum Papæ Honorij, illius, quod incipit *ſi contingerit*, ſi feudum eſt quaternatum ſecundum quid deuoluitur Baroni, qui illud conferet perſonæ per eum Regi præſentandæ, vt eius habeatur conſenſus; ſi vero eſt planum, & de tabula, tunc ſimpliciter Baroni applicatur, qui illud conferat; non aliter Rege requiſito, & ſic videtur, quod hoc Capitulum Papæ Honorij corrigat *conſtit. poſt mortem in princ.* & licet dicatur, quod illud Capitulum non ſeruetur, tamen non quod ſit, ſed quod fieri debet, eſt inſpiciendum, quod hodie per hoc ius Baro conferat, quia corrigitur Conſtitutio *poſt mortem*, dixit Andr. *in c. 1. §. præterea in prima addit. de Capit. Corrad.* idemque Luc. de Penna *in l. 1. C. petit. bonor. ſubl. gloſ. vltim. in d. conſtit. vbi* etiam Afflict. *in fine*, & clarius *in c. 1. de pac. ten. §. ſi quis hominem*, *& in deciſ.* 282. *vbi* pro hac parte fuit ſententiatum in Sacro Conſilio ad fauorem Comitis Aliſarum, idemqui dictum fuit quando feudum non eſt quaternatum, ſed planum, & de tabula, ex quo omnia, quæ allegantur *in ſupradicta deciſ.* 282. fundantur, quia illa feuda, de quibus ibi non erant quaternata, ac proinde ſi oportet nos iudicare ſecundum Conſtitutioñe Regni, ignorabatur, quomodo poſſit dicta conſtitutio euitari, vbi eſt tex. expreſſus, quod feuda quaternata, quæ tenentur à Comite, vel à Barone deferantur Regi ab eo conferenda, & quod hoc procedat ſecundum Andr. ſiue feudum aperiatur per mortem, ſiue per rebellionem. Vlterius dicebatur, quod ſi Baronia à Rege conceſſa reperitur cum feudis quaternatis, & cum expreſſa poteſtate illa conferendi, & tunc deuolutio ſpectabit ad Baronem prout eſt gloſ. *in d. conſtit. poſt mortem* At ſi conceſſio ſimpliciter facta reperiretur cum feudis quaternatis, etiam quod ſit dictum, quod conceſſionarius teneat immediatè à Domino Barone & eo caſu ei non aperiuntur, ſed tantum habebit adoham, & releuium; in caſu autem, de quo agebatur, erat facta feudi conceſſio per priuilegium, ideo vt decidi poſſet in fauorem Comitis, duo erant ſupponenda, vel, & primo quod ſeruari deberet diſpoſitio Capituli Papę Honorij, ſecundum quod res eſt data, vel ſecundo quod feudum non eſſet quaternatum, ſed de hoc valdè dubitabatur, quia fuerunt

runt producta quædam inſtrumenta antiqua in quibus dicebatur caſale, & quod fuit antiquitus habitatum, id quod tam per teſtes, quam per loci viſionem probabatur, quo caſu feudum dicebatur quaternatum, etiam quod non eſſet Caſtrum, & ſi diceretur, quod erat dirutum ac proinde priuilegium amiſerat, vt per gloſſ. *in c. priuilegium de regul. iur. in 6.* & per Andr. *in c.1. de cap. Corrad.* reſpondetur, quod Caſtrum dirutum tunc priuilegium amittit, quando ſuperioris authoritate dirutum eſt.

---

## OBSERVATIO.

1 Ad ornatum eorum, quæ in hac deciſione habentur, vide omninò inſignem Camer. *in repet. l. Imperialem Car.* 70. *per tot.* & D. Regentem Conſtant. *in l.1. intra num.* 34. *verſ. & ne prædictis deſit authoritas, vſque & per totum num.* 41. *C. de vendit. rerum fiſcal. cum priu. commun. lib.* 10. qui ambo cum dictis per D. Regentem hic conueniumt, & omnino Dominus Regens Lanar. *in repet. cap.* 1. *in tit. ſi Vaſſ. feud. priu. num.* 16. & Dominus Præſes Fulrius *in addit. num.* 10. *& ſeq.*

2 Ad illud autem quod dicitur ex Andr. *in conſtit.* Iuſtitiarij, vt Caſtrum ſemper dicatur feudum quaternatum, planum verò, & de tabula dici illud feudum, quod non reperitur deſcriptum in quinternionibus Regiæ Cameræ, velims& in hac re, pro clariori intelligentia illa conſtituatur concluſio, nimirum, omne Caſtrum in Regno, ſiue villam, aut caſale cum Vaſſallis in feudum conceſſum dici feudum quaternatum ſimpliciter, ſi à Rege tantum tenetur, & ſecundum quid ſi à Rege & Barone, quamuis in quinternionibus Regiæ Cameræ non ſit deſcriptum, ita Andr. *in c.1. per tot. num.* 10. & ibi Liparul. *in verb. item Caſtrum, in tit. de contr. feud. apud pares termin. & in d. conſtit. Iuſtitiarij nomen, & normam* Affl. *in conſt. poſt mortem num.* 5. Iacob. de Franch. *in prælud. feud. n.* 179. quo loci dixit, omne Caſtrum eſſe feudum quaternatum, ſed non omne feudum quaternatum eſſe Caſtrum, Loffred. *in c.1. col.* 8. *in princ. verſ. Caſtra enim vbi ſunt Incolæ in tit. de natur. ſucceſſ. feud.* Camer. *in c. Imperialem fol.* 69. *lit. B. & N.* Marin. Frecc. ſatis benè de ſubfeud. *lib.* 2. *in* 29. *author. num.* 3. & 4. *per tot. & in tit. de differentiis inter feud. quatern. & de tabula num.* 1. Io. Andr. de Georg. *alleg.* 10. *num.* 4. Camill. de Medic. *conſ.* 49. *num.* 4. vbi Caſale dictum *delli Giuraui* de pertinentiis terræ Sancti Seuerini, antiquitus à Comitibus Marſici. demum Salerni Principibus illis de Mordente ſubinfeudatum, tanquam Caſtrum habens Vaſſallos, feudum quaternatum appellatur, idemque probat Dominus Regens Galeota *contr. Iuriſ. lib.* 1. *contr.* 7. *num.* 2. Lanar. *in addit. ad Regentem in c.* 1. *num.* 69. & 78. *de his qui feud. dar. poſſeſſ.* Bilott. *in conſ. feud. concluſ.* 44. *num.* 2.

3 Qua concluſione ſic firmata, dicebam ego in controuerſia annis ſuperioribus exorta per mortem Baronis Octauij Villani inter Conſtantiam eius Amitam magnam, & D. Dorotheam de Sanctis ſororem vterinam, Caſtrum Corelli in hæreditate Octauij remanſurum antiquis temporibus vti Caſale Sancti Seuerini à priſcis illis terræ Dominis Comitibus Marſici poſſeſſum, ac demum in anno 1347. Philippo del Bodetto, Nicolai filio ſuiſque hæredibus in perpetuum ſub feudali ſeruitio conceſſum, controuerti non poſſe ante peractam conceſſionem fuiſſe Baronis concedentis feudum quaternatum ſimpliciter, provt erat Caput Baroniæ; facta autem ſubinfeudatione cum Regio aſſenſu, nullo modo affirmari poſſe fuiſſe per ſubinfeudatarium illam primæuam qualitatem mutatam, nimirum vt Caſtrum cum iuriſdictione, & Vaſallis ſic conceſſum remanſerit planum, ſed omnino quaternatum ſecundum quid, quia non à ſolo Rege, nec à ſolo Barone, ſed ab vtroque tenebatur, ex quo vterque in ſubinfeudatione interuenerat, ac proinde dicebatur quaternatum ſecundum quid (feudi enim natura nunquam alterata præſumitur, niſi expreſsè dicatur *c.1. de feud. non hab. prop. nat. feud.* ita in puncto Capyc. *in ſua inueſt. in verb. quaternatum verſ. Caſtra, & in verb. planum, verſ. ſed ſi Baro*, in quibus locis expreſſis verbis dicit quod omnia Caſtra in Regno, etiam ſi à Barone recognoſcerentur, quia ab ipſo ſubinfeudata eſſent, quaternata, non autem plana cenſenda ſunt, Camerar. *in c. Imperialem fol.* 69. *lit. B. & C.* Præſ. de Franch. *deciſ.* 154. *num.* 1. Georg. *in repet. feud. cap.* 8. *num.* 8. Regens de Ponte *bene in repet. feud. in prælud. lect.* 1. *num.* 81. & 99. vbi notabiliter dicit, quod ex ſubinfeudatione feudi, vel partis illius cum Regio aſſenſu facta, nullo expreſſo verbo, vt per talem ſubinfeudationem conſtituatur feudum planum, quod non per hoc, quia interuenit Regius aſſenſus, feudum illud dicitur planum ex quo aſſenſu non potuit illius mutare naturam, alio non expreſſo, vndè remanet, provt erat quaternatum ex ratione, de qua ſupra, quia natura non alteratur, niſi in expreſſis, idemque ſcripſit Dominus Regens Galeota *loc. cit. num.* 6. & Dominus Regens Rou't. *deciſ.* 12. *num.* 19.

Et quamuis ſuper huius Caſtri ſubinfeudatione à 4
Conſtantia Amita producta Regius aſſenſus non apparebat obtentus, attamen cum propter temporis vetuſtatem iuris ſit præſumptio, quod fuerit impetratus, ad trad. per Parid. de Puteo *in tract. de reintegr. feud. in c. quod incipit reperitur Eccleſiam poſſidere n.* 20. Frecc. de ſubfeud. *lib.* 2. *q.* 28. *num.* 4. Regens Lanar. *conſ.* 94. *in fin.* Regens de Ponte *conſ.* 165. *num.* 12. *l.* 2. & per alios relatos à Reg. Rou. *in pragm.* 1. *num.* 20. *de priuil. vniuerſ. conceſſ.* dicebam ego eſſe pariter præſumendum, vt in forma conſueta extiteri, conceſſus: forma conſueta quando Rex huiuſmodi ſubinfeudationibus ſuum præſtat aſſenſum, ea ſemper extitit, nimirum *aſſentimus dum tamen à nobis, & à noſtra Curia in capite teneat*, ſiue *feudi natura in aliquo non mutata, & iuribus noſtris, noſtræque Regiæ Curiæ ſemper ſaluis*, ita noſter Camerar. *in d. c. Imperialem fol.* 69. *col.* 3. *lit. L.* Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *in prima auth. in quæſtion.* quæ incipit. *Supereſt vt aliqua num.* 10. *fol. mihi* 137. Viſcont. *in ſuis concluſ. in verb. feud. planum verſ. vnde fiſcales inuenerunt cautelam*, ſatis enim eſſet abſurdum & impertinens aſſerere Caſtrum cum iuriſdictione, & Vaſſallis in feudum ſubconceſſum, feudum planum & de tabula poſſe cenſeri; adhuc dico ſi in ſubinfeudatione Regius aſſenſus per ſimplex verbum *fuit* abſque alia clauſula impartitus eſſet, nec aliter in forma conſueta Regiæ Cancellariæ conceſſus, quo enim pacto Caſtrum cum Vaſſallis poteſt eſſe feudum planum? nonne feuda plana, ideo ſic nominantur ad differentiam Caſtrorum cum Vaſſallis? nonnè Caſtrum cum Vaſſallis nobile appellatur? planum verò, & de tabula ruſticum, plebeium, & penitus ignobile? ita Pariſ. *in tract. de reintegrat. feudi in quæſt.* quæ incipit *veniamus igitur ad primum* Luc. de Penna *in l. mulieres C. de dignitate lib.* 2. quem citat Capyc. *in c. Imperialem fol. mihi* 27. *col.* 1. *verſ. quinto notandum*, qui aſſerunt feuda non nobilitare, niſi ſint cum Vaſſallis, alia verò plana nobilitatem non porrigere, Marant. *in ſuis ſingular. in verb. feudum verſ. feudum quaternatum*, vbi dicit, feudum planum conſi-



Digitized by Google

ſtere in territorio, non in caſtro, Hieronym. de Roſis ſatis bene *in quadam allegat.impreſſa poſt.dec.Viu.*225. *num.*13. Georg. *cit.cap.*8. *num.*17. *verſ.* & ſic indubitanter, & cæteri omnes, hinc bene dicebat Capyc. *in ſua inueſt.in d. verſ.caſtra omnia, & in verb. planum authorit. Andrea in c.*1. *de capit. qui Cur. vend. & in conſt.poſt mortem*, Caſtra omnia in Regno etiam ſi à Barone teneantur, & recognoſcuntur, feuda quaternata eſſe cenſeuda, non autem plana, & Camill.de Medic. *relato conſ.*47. dicit ſubfeudum *delli Giurani* vigore Regij aſſenſus teneri in capite à Principe Salerni & tamen tanquam caſtrum habens vaſſallos, feudum quaternatum appellat, proſequitur Lanar. *loc.cit.num.*86.& Laratha *de feud. lib.*1.*par.*7.*dilucid.* 60. *num.*6. vbi dicit, quod ſi Baro infeudaret caſtrum, non eſſet illud feudum planum, ſed quaternatum, & quaternati inſtar; illud autem quod aliquando noſtrates affirmaſſe comperimus, poſſe feuda quaternata effici plana intellige ſemper, vt non ad caſtra cum iuriſdictione, & vaſſallis, ſed ad domanialia feudi pertineat, quæ,& qualia ſint,explicat bene Par. *in tract.de reintegr. feud.in quæſt.* quæ incipit, *quæ bona dicantur*, & ſic quando dicimus in Regno illud cenſetur feudum planum, quod in capite tenetur à Barone, intellige quando res domanialis feudi ſubinfeudata eſt, non autem quando caſtrum cum vaſſallis, quando ſemper dicetur quaternatum, vel ſimpliciter; vel ſecundum quid, vt ſuperius explicauimus.

5 Nec aliter dices repugnantia eſſe, vt in ſubinfeudatione à Barone facta dicatur, vt ſubinueſtitus tenere habeat in capite ab ipſo Barone,& in aſſenſu Regis ſuper tali ſubinfeudatione impetrato legatur, *dummodo teneat in capite à nobis, & à noſtra Regia Curia*, quandoquidem hæc nullatenus repugnantia, ſed potiùs compatibilia ſunt,cum verè ab vtroque in capite teneatur, hæc eſt enim propria natura feudi quaternati ſecundum quid, vt pro parte teneatur in capite à Barone, cui proterea ſoluitur releuium, & ſeruitium præſtatur, & pro parte in capite à Rege, qui propterea in caſu deuolutionis confert idem ſub feudum, cui vult, tenendum tamen à Barone, iuxta conſtit.*poſt mortem*, vt bene explicat D.Reg. Rouit. *in rubr.pragm.de feud. num.*82.

6 Exiſtente igitur caſtro Turelli huius qualitatis, & naturæ, dicebam ego, quod conſequens erat dicere, vt ad illius ſucceſſionem Dorothea vti exiſtens defuncto feudatario in ſecundo gradu eſſet omnino admittenda, Conſtantia prorſus excluſa, tanquam exiſtente in quarto, & ſic in gradu non ſucceſſibili, ſciunt enim Noſtrates in hoc feudi genere, nimirum quaternatum ſecundum quid, non ius Commune feudorum, ſed conſtitutionis Regni, vt *de ſucceſſionibus* attendi,ita Trecc. de ſubfeud.*in tit.de different. inter feud. quaternat. & de tabula num.*4. *verſ. feudum autem quaternatum quod à Barone tenetur*, Georg. *in repet. feudal. cap.*8. *num.*10. *& cap.*9. *num.*15. & dixi ego *lib.*1.*reſol.iuri.cap.*226.*num.*85.quo quidem conſtitutionis iure attento, non ſolum fratres, & ſorores vtrinque coniuncti, ſed etiam ex vno tantum latere ſuccedunt fratri, ſiue ſorori, tam in feudo nouo, quam in antiquo pro ſe, & hæredibus ſimpliciter acquiſito, ita Andr. *in c.*1. *in addit. de natur. ſucceſſ. feud. & in conſt. ſi quando aliquem*, Loffred. *conſ.*38. *num.*8. *& in c.*1.*cit. tit. de natur. ſucceſſ. feud.* Medic. *conſ.*85. *num.*15. Reg.de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit.de ſucceſſ.mulier.*§.1.Anell. Amat.*conſ.*97.Ego ipſe *loc. cit.num.*9.*&* 44. ac cæteri omnes.

7 Nec in aliquo obſtare dicebam, plures, quæ vltra primæuam afferebantur, inueſtituras, in quibus legebatur clauſula *ex corpore*, etenim illæ erant, quæ per mortem ſubfeudatariorum à ſucceſſoribus in caſtro prædicto obtentæ fuere, dum releuia ſoluebant. Vnde cum conſtaret de primæua,& originali inueſtitura, quæ dicitur lapis angularis, illaque facta apparebat ſimpliciter pro hæredibus in perpetuum abſque clauſula *ex corpore*, de præfatis aliis inueſtituris ſucceſſionis confirmatoriis, nulla poterat haberi ratio, ad quod probandum fuerunt à me allegati Affl. *deciſ.*195. *num.*5. Anna Pater *ſingul.*563. Anna Fil. *conſ.*53. *num.*35. vbi plures citat Io. Franc.de Ponte *tract. de poteſt Proreg. in Rubr. de diuerſ.prouiſion.ſub tit. de reformat. Inueſt.* Borrell. *conſ.*1.*num.*113. & cæteri omnes,id quod adeo verum eſt,quod ſi non conſtaret de primæua, & originali inueſtitura, adhuc facta præſumeretur pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ſimpliciter, ſeruata forma conſtitutionis *vt de ſucceſſionibus* abſque clauſula *ex corpore legitimè deſcendentibus*. Eſt enim Noſtratum receptior ſententia, idem eſſe conſtare de inueſtitura, quæ careret pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus ſimpliciter, & nullam apparere, ita Andreas *in d.conſt.vt de ſucceſſionibus, & in c.*1. *num.*5. *de eo qui ſibi, & hæredibus ſuis*, Frecc. *de ſubfeud. lib.*2. *auth.*1.*quæſt.*12.*poſt numer.*20. Io. Angel. Piſanell. *in repet.* poſt Cannet. *in cap.*8.Anna Pater *in cap.*1. *num.*85. *& ſeq. de Vaſſall. decrep. ſtat.* Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. in cit. de ſucceſſ. mulier.*§.1. *num.*12. *&* 13. *& in repet. feud. lect.*12.*num.*15. Anell.Amat. *conſ.*97.*num.*14.& cæteri ſine contradictore, quibus addo Marant. *in ſuis ſingularibus in verbo feudum* quo loci dicit, feudum ſi non apparet ſub qua forma ſit conceſſum, ſemper conceſſum præſumitur pro ſe, & hæredibus eius, qua quidem forma paſſim inuenitur in ſubinfeudationibus vſos eſſe olim Salerni Principes, videatur Camill. de Medic. *cit. conſ.*47.

Quare Conſtantia, quæ contendebat, caſtrum prædictum feudum eſſe planum, & de tabula in cuius ſucceſſione, non Conſtitutionis noſtræ, vt *de ſucceſſionibus*, ſed commune feudorum attenditur, vt per me *cit.cap.*126.*num.*87. vbi alios collegi, agnoſcens ex Peritorum Conſilio malam fouere cauſam, publico mediante inſtrumento ceſſit liti aliquo modico recepto, quod à Domino Barone Sancti Georgij Horatio de Sanctis Domino Dorotheæ Patre,me intercedente, ad vexationem redimendam, exburſatum fuit. 8

## *ARGVMENTVM.*

Hæres in officio nominatus ab habente poteſtatem nominandi, num pro mala adminiſtratione nominantis iam defuncti moleſtari poſſit. Defuncto officiale inquiſito de crimine, pro quo veniret officio priuandus, vel pœna pecuniaria multandus ante tamen litem conteſtatam, num poſſit fiſcus iudicium illud contra eius hæredem proſequi. Nominatus in officio ab habente poteſtatem nominandi vnum hæredem, num teneatur ad onera defuncti nominatis. Vſusfructus ſi fue-

rit

Digitized by Google

rit ab aliquo quæſitus pro ſe & hærede, num ad hæredem tranſeat cum qualitate hæreditaria, ad ornatum *tex. in l. ſtipulatio iſta §. ſed quis vti frui ff. de verbor. obligat.*

## DECISIO LXX.

1 IN viſione Computorum Hieronymi Pellegrini iam defuncti, qui Perceptoris officium cum ampliatione pro vno hærede à Rege obtinuerat, inſtabat fiſcus forè declarandum officium ad Regiam Curiam ſpectare, ex eo quod conſtabat officialem ipſum male adminiſtraſſe, vnde dici poterat, quod fuit ipſo iure priuatus dum viuebat, ſicque officium ad illius hæredem deuenire non poterat, quamuis defunctus hoc in priuilegio habuiſſet, eoque magis cum tempore quo hic officialis, ampliationem officij pro vno hærede obtinuerat, debitor erat Regiæ Curiæ, vnde ex hoc inferebatur ampliationem de pecunia Regiæ Curiæ preſumi fuiſſe factam.

2 At re bene perpenſa, contraria ſententia fuit hic probata, & quidem ratione, quia officia ſunt perſonalia & de ſui natura morte extinguntur, neque ad hæredes etiam ſanguinis tranſeunt, provt ſunt iura *in l.* 1. vbi Bart. *ff. de fideiuſſor. tutor. & in l. cui bonis C. de Curat. furioſ.* Imol. & Aretin. *in l. marito ff. ſol. matrim.* imò quod iſta officia habeantur ad inſtar vſusfructus, qui morte finitur, & ad nullos tranſit hæredes §. *finitur inſtit. de vſufr.* in tantum quod ſi quis pro ſe, & hæredibus ſuis ſtipulatur vſumfructum, in perſona hæredis nouus cauſatur vſusfructus & primus finitur *l. ſtipulatio iſta §. ſed ſi quis vti frui ff. de verb. obligat.* Vnde in caſu propoſito dicebatur nouam conſiderari officij conceſſionem in perſonam hæredis, & ſucceſſiue de priuando illum officio conceſſo perperam tractari poſſe.

## OBSERVATIO.

1 DOminus Regens in ea ſententia hîc videtur eſſe, vt hæres in officio nominatus ab habente poteſtatem nominandi, non poſſit moleſtari pro mala adminiſtratione nominantis, iam defuncti, ſed contrarium fuit deciſum infra *deciſ.* 375. & 516. niſi dicamus, quod in caſu huius deciſionis hic nominatus in officio poſt annum mortis officialis nominantis moleſtabatur, ita vt verſaremur in illis terminis, de quibus per me *lib. 2. reſol. iuris cap.* 244. *num.* 4. & 5. & 14. vbi deciſio Domini Reg. Moles impreſſa; ad materiam autem vide omninò Dom. Rou. *conſ.* 104. & 106. *lib.* 2. & ſatis eleganter *in deciſ.* 64. vbi late agit, an mortuò officiale inquiſito de crimine, pro quo veniret officio priuandus, vel pœna pecuniaria multandus, ante tamen litem conteſtatam poſſit fiſcus iudicium illud contra eius hæredem proſequi, *vbi num.* 15. refert caſum, de quo fuit dubitatum, in cauſa inquiſitionis formatæ ad inſtantiam Regij fiſci contra franciſcum Antonium Caropreſium Perceptorem Prouinciæ Baſilicatæ, qui cum inquireretur de pluribus extorſionibus tàm per ipſum, quam per eius commiſſarios in adminiſtratione ſui officij commiſſis, eo demum mortuo, inſtabat fiſcus contra hæredem nominatum in officio procedi ad illius priuationem, non obſtante quod franciſci Antonij Mors ante latam ſententiam imò ante litem conteſtatam fuerit ſequuta, cum pro huiuſmodi delictis de iure communi inciderit in crimen legis Iuliæ repetundarum, ac pariter in officij priuationem de iure noſtro municipali *per pragm.* 48. *num.* 5. *de offic. procur. Cæſ.* in qua, pœna præſcripta eſt amiſſionis officij ipſo iure, & abſque alia declaratione, vbi Perceptor, ſiue per ſe, ſiue per ſuos miniſtros ſecunda vice delictum commiſerit; ſed facta matura diſcuſſione refert Dom. Reg. Rouitus contrarium fuiſſe iudicatum, ratio deciſionis, quia inſtantia fiſci contra hæredem non fuit facta intra annum à die mortis Miniſtri principalis, quod eſt requiſitum neceſſarium, vt in crimine repetundarum poſſit contra hæredem procedi, ad *tex. in l.* 2. *ff. de Iul. repetund.* cum concord. nec in aliquo obſtare dicebatur diſpoſitionem pragmaticæ ſanctionis ſupra relatæ, quia vt incurratur officij priuatio ipſo iure, & abſque alia declaratione, requiritur omnino quod idem Miniſter prius pro eodem crimine fuerit punitus pœna amiſſionis prouiſionis vnius anni quæ nondum fuerat cum eodem Miniſtro practicata, ac propterea hæc reputabatur pro prima vice, & non pro ſecunda, de qua loquitur Pragmatica; Cætera ad materiam pertinentia vide apud Montan. *de regal. fol.* 218. *num.* 53. vbi quærit an habens facultatem nominandi ſucceſſorem in officio, poſſit facultate hac vbi poſt delictum in officio commiſſum, qua de re latè etiam Dom. Reg. Rouit. *cit. conſ.* 104. & 106.

Quantum verò attinet ad aliam concluſionem hic per D. Reg. tentam, quæ deſumitur *ex tex. in l. ſtipulatio iſta* 38. §. *ſed ſi quis vti frui ff. de verb. obligat.* nimirum, vt nouus cenſeatur vſusfructus in perſona hæredis, & primus extinctus, vbi quis pro ſe, & hæredibus ſuis vſumfructum ſtipulatus eſt, dic tu, quod non per hoc quod ſit nouus vſusfructus affirmari forſan poſſit non eſſe illum quid hæreditarium, cum communiter receptum ſit ſuper hoc nouo vſufructu in perſona hæredis, creditoribus defuncti ſtipulantis ſatisfaciendum eſſe, ita ſatis bene noſter Marinus *lib. 2. de ſubfeud. in* 13. *author. num.* 9. *verſ. ſi tamen conceditur Phanun. de inuent. par.* 6. *num.* 48. *cum ſeque* quo loci dicit teneri hæredē hunc vſumfructum in Inuentario deſcribere D. Reg. Rou. *d. conſ.* 104. *n.* 8. vbi dicit, quod quamuis vſusfructus ſit perſonaliſſimus, ſi tamen fuerit quæſitus pro ſe, & hærede, efficitur hæreditarius, ad hæredemque tranſit cum qualitate hæreditaria, non obſtante quod nouus ſit vſusfructus penes ipſum, quia cum ab initio fuerit ſic conceſſus, habet hæres vſumfructum ex ſtipulatione defuncti, provt quamlibet rem hæreditariam, idemque D. Regens Capiclatro *deciſ.* 26. *num.* 18. & *ſeq.* & D. Conſil. Striban. *reſol. forenſ. lib.* 1. *reſol.* 59. *num.* 45. & *ſeq.* vbi in articulo principali ſubſtinent, nominatum in officio ab habente poteſtatem nominandi vnum hæredem, teneri ad onera defuncti nominantis, ſicque dici, & cenſeri illum in officio ſuccedere cum qualitate hæreditaria, quamuis dicamus ſucceſſiſſe ex vi priuilegij ampliationis, quod à Rege nominans obtinuerat; ad ornatum autem, & pleniorem intelligentiam, tex. in d. §. ſed quis vti frui, videndus omnino Conſil. Ariaſ. *lib.* 3. *var. cap.* 47. & *ſeq.* 2

ARGV

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Officialis pecuniarius fiſcalis ſi adminiſtrationis tempore bona aliqua acquiſiuit, an præſumendum ſit ex pecunia fiſcali illa acquiſiuiſſe. Officialis pecuniarius quanàm pœna veniat puniendus, dum fiſcalem pecuniam in proprios vſus conuertit, mutuo dedit, vel de ea aliter diſpoſuit. Dominium bonorum acquiſitorum ex aliena pecunia, an ipſi acquirenti, vel potiùs Domino pecuniæ quæratur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO LXXI.

1 IN eadem cauſa de qua in deciſione præcedenti fuit in Regia Camera dubitatum ſi officialis Regię Curiæ adminiſtrationis tempore, bona aliqua acquiſiuit, pretium erogatum an præſumendum ſit ex pecunia fiſcali obuentum, ita vt bonorum quæſitorum dominium ſit fiſco quæſitum.

2 Exiſtimabatur in dubio præſumendum eſſe in caſu propoſito de propria emptoris pecunia, non autem fiſci, cuius officium adminiſtrabat, bona empta fuiſſe, ſicque dominium fuiſſe in officialem ipſum translatum, non autem in fiſcum ad quod fuerunt allegata iura *in l. Meuium §. altero vbi* Bart. *ff. de adminiſt. tutor*, *& in l. ſi patruus C. comm. vtriuſque Iudic.* idem Bart. *in l. defenſionis facultas C. de iure fiſci lib.* 10. vbi dicit bona per officialem quæſita de bonis Domini acquiſita non præſumi, allegat *tex. in l. ſi defunctus C. arbitr. tutelæ* imò dicebatur quod quando bona fuiſſent cum pecunia fiſcali quæſita, poſtquam emptio non fuit facta nomine Regiæ Curiæ; ſed ipſius officialis emptoris, illi fuit Dominium quæſitum *l. ſi ex pecunia C. de rei vendic.* ſed in hac cauſa dictum fuit, quod ſatis dubitari poterat ex his quæ dixerunt Io. de Plat. & Luc. de Penna *in d. l. defenſionis facultas C. de iure fiſci lib.* 10. vbi ſcripſerunt, quod quando officialis pecuniarum ſuæ adminiſtrationis malam dedit rationem, præſumi bona, quæ acquiſiuit de pecuniis Curiæ acquiſiuiſſe, ſed vide in Materia Salycet. *in l. quiſquis num.* 3. *C ſi cert. petat.*

## OBSERVATIO.

IN puncto principali, de quo hic per D. Regentem, nimirum an officialis pecuniarius intra tempus adminiſtrationis ditatus, præſumatur ex bonis fiſci ditatus, vide Bald. *qui in l.* 1. *C. de hæred. vel action. vend. & in l. quiſquis C. ſi cert. pet.* in opinione reſidet affirmatiua; At Rebuff. *in l. defenſionis facultas numer.* 2. *C. de iure fiſci lib.* 10. ſic diſtinguit, nimirum aut officialis antequam adminiſtrare cæpit, bona aliqua habebat, & tunc non præſumitur ex bonis fiſci ditatus, aut vero bona officij authoritate quæſiuit; & ſubdiſtinguit, aut officialis talis erat, qui contrahere poterat, de quo *in l. Præſidis ff. [illegible] tum petatur*, & tunc præſumitur ex ſua induſtria bona quæſiuiſſe, *arg. tex. in l. ſi defunctus C. arbitr. tut. & in l. marito ff. pro ſoc.* aut verò contrahere non poterat, ad *tex. in l. non licet ff. de contrah. empt.* & tunc præſumitur de bonis fiſci ditatus, de Rebuff. meminerunt Allegantes pro Domino Reg. de Ponte *conſ.* 146. *num.* 70. inter eius conſilia *lib.* 2. qui dixerunt quod quando officialis ante officij aſſumptionem bona competentia tenebat, & tunc nullo pacto præſumendum eſt, vt ex officio cenſeatur ditatus. 1

Videetiam ad materiam, quæ ſcripſit D. Reg. de Ponte *deciſ.* 7. vbi latè agit, quanàm pœna puniendus veniat officialis pecuniarius, qui publicam pecuniam in proprios vſus conuertit, mutuò dedit vel aliter de ea diſpoſuit, citat *numer.* 18. *gloſ. notabile in l. fin. C. de his qui ex public. collec. lib.* 11. vbi per illum tex. & per alium *in l. fin. l. de his qui ex public. rationibus lib.* 10. pœna capitis hunc officialem teneri affirmat, & meritò propter rationes, de quibus per eundem de Ponte *num.* 23. quæ quidem iura, & gloſæ ſententiam ſatis bene practicari poſſe cenſui ſemper Ego in hac ciuitate contra calcerios publicorum Bancorum, qui ſæpe ſæpius pecuniam negotiantium, quam cuſtodiunt, aliis mutuo dant, ſiue in proprios vſus conuertunt, ex quo quanta mala euenerunt, notum eſt Deo, & hominibus. 2

Quantum verò attinet ad aliam concluſionem, nimirum vt dominium bonorum, quæ officialis pecuniarius cum pecunia fiſcali emit, poſtquam emptio nomine proprio ementis facta fuit, ipſi officiali ſit quæſitum non autem Regiæ Curiæ, dic tu quod concluſio hæc in re empta ex pecunia priuati de plano procedit quandoquidē receptiſſimū eſt, vt res empta ex pecunia aliena, efficiatur ementis, & ei dominium acquiratur, non autem Domino pecuniæ, ita ex recentioribus ſcripſerunt Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſump.* 51. *num.* 43. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 35. Mattienſ. *in l.* 8. *gloſſ.* 4. *tit.* 11. *lib.* 5. *noua recompil.* Ant. Gomez. *in l.* 53. *Tauri num.* 36. Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *tit. de empt. & vendit. reſol.* 1. *num.* 1. Marta *vot.* 127. *num.* 3. Ant. Menoch. *deciſ. Lucenſ.* 25. *n.* 58. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 14. *num.* 53. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *par.* 15. *num.* 57. *tom.* 2. Rot. *deciſ.* 149. *num.* 1. *in collectis per Cenc. poſt tract. de cenſibus*, & ego addo Caualer. *deciſ.* 221. vbi dicit, quod emens ex aliena pecunia, ſibi acquirit, ſolumque eum teneri ad pecuniarum reſtitutionem niſi ex coniecturis appareat voluiſſe emere pro Domino pecuniarum. 3

At in re empta ab Officiali pecuniario ex pecunia fiſcali ego pro nunc non admitto, vt illius rei dominium ementi ſit quæſitum, ſed potius fiſco, ſi verum eſt, fiſcum, dotem, minorem, & Eccleſiam æquiparari, in dote res empta ex pecunia dotali, dotalis efficitur, ſi mulieri vtile eſt *l. res quæ* 55. vbi gloſſ. *ff. de iur. dot.* & licet circa hoc videatur obſtare tex. *in l. ex pecunia C. eod. tit. de iure dot.* tamen omnes ibi concludunt, in 4

ſubſidium

Digitized by Google

ſubſidium marito non exiſtente ſoluendo,competere vxori, actionem ad rem illam ſua pecunia emptam vindicandam, id quod probatur pariter in iuribus allegatis per Gomez *in d.l.53.Tauri num.36.in fine* Rip. *obſeruat.*119.Capon.*de dote quæſt.4.num.29.*

5 In minore, ſiue pupillo eſt pariter receptiſſimum, vt res empta per tutorem,curatorem,ſeu adminiſtratorem nomine proprio,ex pecunia minoris iſtius efficiatur, ſi eam vendicare velit,ita probant iura *in l. curator C.arbitriũ tutelæ & in l.2.ff. quando ex facto tutor.*Ant.Gomez *loc.prox.citato,*Gaſpar.Bacç.*de decima tutor.cap.*18.*num.*24.Maſcard.*de probation. concl.*612. *num.*7.Eſcobar.*de ratiocin.cap.*14.*num.*34.Alex.Trentacinq.*cit.lib.3.tit.de empt.& vendit.reſolut.*1.Guttierrez *de tutelis par.3.cap.*1.*num.*83. Barboſa *in rubr.ff. ſol.matr.par.3.num.*84. Mantic.*de tacit. & ambig. conuent.lib.*11.*tit.*14.*num.*1. Petra ad Gram.*deciſ.*103.*numero* 112.*& ſequ.* Molfeſ.*par.6.quæſt.8.num.3.*Larrea *deciſ.92.*

6 In Eccleſia, vt res empta per Prælatum, Oeconomum,Adminiſtratorẽ, vel Syndicum adhuc nomine proprio de pecunia Eccleſiæ, quod huic acquiritur non autem ementi,dixerunt Soccin.*in regul.*343.*in* 5. *fallent.*Tiraquell.*de retr.lignag.*§.32.*gloſſ.vnica, n.* 16. *& de priuil.piæ cauſæ priuil.*120.Ant.Gomez *loc. citat. num.* 36. *verſ. tertius eſt caſus*, Sarmient. *de reddit. Eccleſ.par.3.cap.2.à num.*5. & præcipuè *num.*10. Roderic.Suarez *alleg.29.num.*25.Couarr.*in c.*1.*num.*5. *de teſtam.* & Genuenſ. aliis omiſſis, *in practicab. Eccleſ. quæſt.*283.Molfeſ.*loc.cit.*

7 Idem iure cautum eſt in re empta ex pecunia militis, vt militi acquiratur, hic eſt tex. *in l.ſi vt proprij C.de rei vendic.*Soccin.*citata regul.*343 *limit.*1. Burg. de Paz. *conſ.* 3. *num.*79.*cum ſeq.* Menoch. *conſ.* 106. *n.*239.Molf.*loc.cit.*Cald.*de empt.& vendit. c.*20.*n.*15.

8 Idemque, & tandem in re empta ex pecunia Furioſi, vel Prodigi, cui bonis interdictum eſt, vel alterius, qui ſub cura ſit, vt rei emptæ dominium iſtis quæratur, dixerunt Ant. Gomez, Io. Guttierrez & Alex. Trentacinq. *loc.ſupra cit.& in re empta ex pecunia dotali* Molfeſ.*loc.cit.* poſt Lanar. *conſ.*26.*num.*17. *& ſequ.*

9 Et in propriis terminis Officialis, qui Domini pecunia rem emit, quod in ſubſidium poſſit Dominus vendicare rem illam emptam, ſcripſit Franc. Marc, *deciſ.*508.quem citat Capon.*loc.cit.n.*29.

## *ARGVMENTVM.*

Bona committentis crimen læſæ Maieſtatis à fiſco occupata, & in alium tranſlata,nulla præcedente condemnationis ſententia,an ex indultu demum ſuperueniẽte ſint delinquenti reſtituenda. Dominium bonorum committentium crimen læſæ Maieſtatis, nũm ipſo facto,cum quis magnum hoc ſcelus patrauerit, in fiſcum transferatur. Exequutio facta contra debitorem iuris ordine non ſeruato an reuocetur, ſi conſtat debitum eſſe verum. Dictio *Quoquomodo* quid importet,& de aliis notabilibus.

*D.De Marinis obſeruat.ad deciſ.D.Reuerterij.*

## DECISIO LXXII.

CVm quidam de læſæ Maieſtatis crimine inquireretur, fuerunt omnia eius bona fiſco occupata, & in alium tranſlata, nulla tamen præcedente condemnationis ſententia, ſuperuenit demum Regis indultus, vnde inſtabat inquiſitus,bona ſibi reſtitui, dubitatum fuit,an benè diceret. 1

Fuit in Collaterali Conſilio deciſum, bona nullatenus eſſe reſtituenda;conſtabat enim ex propria inquiſiti confeſſione,illũm deliquiſſe, vnde manifeſtum ſiue notorium dicebatur delictum, ſicque ſubintrare diſpoſitionem text. *in c. die Mercurij*, quod loquitur etiam ſi inquiſitio eſt facienda, nec eſt inconueniens, quod ex aliqua cauſa in his criminibus læſæ Maieſtatis, poſſit Dominus capere bona inquiſiti ante ſententiam,vt latè conſuluit Petr. de Ancher. *conſ.*439. hinc quando debitum eſt verum, licet exequutio nullo iuris ordine ſeruato facta fuerit, tamen ea non reuocatur *l.fin.§.fin.ff.de eo quod met. cauſ.* & quoad feudalia eſt tex.*in c.felicis*,vbi gloſſ.*in verbo diſponant de pœn. in 6.* Dicebatur inſuper expreſsè in indultu fuiſſe excepta bona per Curiam vendita, vel quoquomodo alienata, quæ quidem dictio *quoquomodo*,cum ſit vniuerſalis geminata,vt dixit Aretin.per illum tex.*in l.ſi extraneus ff. de condict. ob cauſam* quamcunque importat alienationem, etiam quæ alias non veniret, vt in ſimili notat Bart.*in l.generaliter §.vxoris ff.de vſufruct.legat.*vbi eſt caſus quod ſi teſtator dicat *Lego Seio omnia bona, quæ ſunt in domo mea*, licèt non veniant ea ibi exiſtentia, quæ ſunt venalia, tamen ſi diceret *Lego Seio omnia bona, quoquomodo in domo quæ ſint*, tunc etiam bona venalia veniant, propter illam dictionem vniuerſalem geminatam quoquomodo,idemque Alex.*conſ.*118.*lib.*5. 2

## OBSERVATIO.

QVod dominium bonorum committentium crimen læſæ Maieſtatis, ipſo facto, cum quis magnum hoc facinus patrauerit,in fiſcum transferatur, ſatis apertè probatur apud nos in c.Regni,quod incipit *Bona proditorum*, ſub illis verbis, *& ad tollendam opinionem peritorum & diſcrepantium variam, declaramus,vt ipſo facto ex perpetratione tanti facinoris, dominium rerum Proditorum ipſorum in noſtram Curiam transferatur, quod ipſo iure horrendi criminis flagitioſus amiſit*, qua quidem diſpoſitione attenta, nullam requiri ſententiam ferri, dixit Conſil. de Bottis *in conſtit.Regni quæ incipit.Contingit interdum, ſub tit.de accuſato coram Iuſtitiario*, idemque attenta Regia Sanctione *c.nuper apud Tranum*, dixit, Sebaſt.de Neapo. *ibi num.*11. & Io. Ant. de Negris *num.*46.poſt Grammat. *deciſ.*105. *num.*57. qui tamen omnes,prout Dominus Regens noſter loquuntur in notorio, & manifeſto rebelle,prout pariter nouiſſimè ſcripſit La ratha *conſ.*5. *num.*126. vbi ſubdit, ſecus eſſe in rebelle, non 3

O publico,

Digitized by Google

publico, nec notorio, nam tunc non poſſet delinquens damnari, niſi fuerit citatus, conuictus, aut confeſſus, & ad ſuam defenſionem admiſſus; ſicque ſententiam requiri declaratoriam, & vt dixit Gram. *loco* modo *cit.num.*60. omnia iura Mundi diſponentia pro aliquo crimine imponi pœnam ipſo iure, intelligi debere, dummodò ſententia ſequatur declaratoria; alias pœna locum habere non poſſet, allegat Io. Andr. poſt Archid. *in c.pro humani, de homic. in 6.* Bald. *in Auth. qui ſemel C. quomodo, quando Iudex & in cap.*1. *de feud. ſine culpa non amit.* Felyn. *in c.cum non ab homine de iudic.* & Iaſ. *in l. ſi quis maior C. de tranſact.* Etenim regulare eſt vt pœna, ſententia nondum lata, contra crimino ſum exequi non poſſit, etſi crimen tale ſit, pro quo pœna ipſo iure ſit impoſita *c.cum ſecundum* §.*fin.de heret.in* 6. Alex.*conſ.*103. *num.*17. & *conſ.*124. *num.*2. *lib.*1. Vant. *de nullit. ex defec.proceſ.num.*84. Caball. *reſol.crimin.*133. *num.*1. & 2. Farinac. *vot.*61.*n.*11.*poſt.vol.*2. *eius conſ.*Guazz. *de confiſcat.concluſ.*15.*n.*12. Clapper. *cent. cauſ. fiſcal.* 32.*queſt.*1.*num.*11. 12. 13. & 14. Peregr. *de iure fiſci lib.*4.*tit.*5. *num.*8. & *lib.*5. *tit.*2.*num.*140.quos omnes refert, & ſequitur Marius Giurba *conſ.*75. *n.*10.vbi ſubdit maximè hoc procedere cum reus de delicto, nec confeſſus ſit, aut aliter conuictus.

2 Et his addo Schrader.qui *in ſuo tract.de feud.*2.*par.* 11.*part. princip. ſect.*8. *num.*46. & *ſeq.* firmans concluſionem, vt in caſibus, in quibus vaſſallus feudo ipſo iure priuatur, ſententia requiratur declaratoria ad finem vt feudum è manibus poſſeſſoris delinquentis auferri poſſit, addit hoc ita procedere, niſi fellonia à vaſſallo commiſſa adeo notoria ſit, vt conſtet vaſſallo nullam omninò defenſionem competere, quia tunc nulla requireretur ſententia declaratoria, citat Andr. Aluar.& Præpoſ. *in cap.*1. §.*fin.*vbi etiam Afflict.*in tit.quo temp.miles* Iacob. de Beluiſ. Præpoſ. *in c.*1. §.*fin.* & *ibi* Bald.*num.*25.& Afflict. *num.*39. *de pact. iur.firm.* & alios vt ibi, ſubdens ita intelligendum idquod traditur, nimirum exequutionem factam in pœnis, quæ ipſo iure irrogantur, prætermiſſa ſententia declaratoria, non vitiari, ex Bald. & Afflict. *in cap.*1.*in princ. de feud.ſine culpa non amitt.*& aliis; minus, addit, ſententiam requiri declaratoriam, quando feudum ad Dominum reuertitur, vel quia vaſſallo fuit feudum conceſſum ad tempus, quod elapſum eſt, vel quia vaſſallus abſque hæredibus feudi capacibus deceſſit, citat Bald. *in c.quæ in eccleſiarum num.*31.*extra de Conſtit.*Præpoſ.*in cap.*1.§.*fin. numer.*4.*de his qui feud. dare poſſ.*& *in c.*1. *in princip. de feud. ſine culpa non amitt.* & Afflict. *in c.*1.§.*fin.n.*10. *quo temp. miles.*

3 Quo verò ad aliam concluſionem hic à D.Regente tentam, nimirum quod quando delictum eſt verum, licet exequutio nullo iuris ordine ſeruato facta fuerit, ea tamen non reuocetur, adde tu ad confirmationem Io. Vinc. de Anna, *qui in allegat.*22. *num.*4. *alleg.*80.*num.*9.& *in allegat.*94.*num.*8. ait hypothecæ vim tantum eſſe, quod licet quis ex inordinato, aut nullo proceſſu fuerit immiſſus in poſſeſſionem alicuius rei ſibi hypothecatæ, nullo tamen pacto poterit ab eo poſſeſſio auocari, niſi priùs eidem ſoluta quantitate pecuniæ per quam in poſſeſſionem immiſſus fuit, citat gloſ.*in l.fundus, qui Lucij ff. de reſcind. vendit.* vbi etiam Bald. *ſpeculat. in tit. de contumacia* §. *ſequitur videre vol.*3. *verſ. ſed pone conuenit* Bart. *in l.*3.§.*fin.ff. de acquir. poſſeſſ.* Dec. *in conſ.*449. *num.*21. & Curt. Iun. *in conſ.*185. *num.*4. quibus addendi ſunt Neguſ.*in tract. de pignor. in* 2.*memb.*3.*part. num.*20. Rol. à Valle *conſ.*5. *numer.*7. *lib.*2. Cremen. *ſing.*93. vbi tamen Addentes concluſionem hanc limitant, vbi poſſeſſio fuerit capta cum vitio, vel delicto, idemque Io. Petr. Molignat. *in tract.de retent. quæſt.*59.

Ad confirmationem autem alterius concluſionis, 4 nimirum dictionem *quoquomodo* cum ſit vniuerſalis, quamcunque importare alienationem, adde Barboſ. *de diction.vſu frequent.dict.*334. vbi *num.*1. dicit, dictionem hanc eſſe vniuerſalem, omnem comprehendentem modum, qui excogitari poteſt, & *num.*4. operari, vt in conceſſione complectantur, quæ alias non venirent, & *num.*5.comprehendere caſus ſimiles, & diſſimiles, proprios, & improprios,& *n.*6.modum omnem nullitatis, & *n.*7.caſus omnes, qui ſuccedere poſſunt, & *num.*8. geminationis vim de per ſe habehere,& *num.*9. caſus omnes alias requirentes ſpecialem expreſſionem comprehendere, & *num.*10. ea quæ aliàs ex natura ſermonis non cõprehenderentur, & *n.*11.voluntatem plenam, & exuberantem prohibentis oſtendere, verbis adiunctã prohibitiuis,& *n.*12. idem importare, quod importat dictio *quolibet modo,* & *quomodolibet*, & *n.*14. addit, quod vbi dictio hæc eſt poſita in prohibitione alienationis, comprehendit etiam alienationem neceſſariam, & *num.*15. ſingulariter notat, quod vbi ſtatutum homicidium puniret quoquomodo committentem, debet puniri committens, licèt iuſtam habuerit cauſam delinquendi &c.

## *ARGVMENTVM.*

Feudo à Rege alicui conceſſo, cum primum illud ad Regiam Curiam deuoluatur, ſi contigerit à poſſeſſore illud vendi Domini accedente conſenſu, nùm venditio hæc in præiudicium illius, qui expectatiuam obtinuerat, de iure ſubſiſtat. Tex. *in l.quoties C.de rei vendic.*an in feudis locum habeat, & quid in emphyteuſi, quid in locatione, quid in beneficialibus, quid in venditione, vel donatione facta Eccleſiæ, quid ſi in prima venditione fuerit appoſita clauſula, conſtituti, vel res quæ vendebatur pro contractus obſeruatia eſſet hypothecæ ſubmiſſa, & de aliis.

## DECISIO LXXIII.

FACTA conceſſione à Carolo Cæſare vaſſallo benemerito quorumdam feudorum, cum primum ad Regiam Curiam deuoluerentur, feudatarius tunc poſſeſſor ante illius mortem cum eiuſdem Principis aſſenſu, alteri feuda illa vendidit, & tradidit, dubitatum fuit, an hæc venditio in præiudicium illius, qui expectatiuam obtinuerat, fieri potuiſſet. 1

Dicebatur, per alienationem prædictam cum Regio aſſenſu factam validè fuiſſe tranſlatum 2

flatum

ſlatum dominium vtile in emptorem, ſicque in quæſtione propoſita fieri locũ diſpoſitioni tex.*in vulgata l.quoties* 15.*C.de rei vendicat.& & in l.ſiue à me* §. *ſi duobus ff.de publica*, quæ quidem iura in feudis locum habere, expreſſis verbis, dixit Andr. *in c.* 1.*col.*2.*in tit.quid ſit inueſt.* idemque Bald. *in c. ſi facta in tit. ſi de feud.fuerit controu.inter Dom. & Agnat.* & Iaſ. *in eadem l.quoties in* 12. *limit.* nec obſtare dictum fuit, legem hanc locum habere, quando idem qui primò contrahit cum vno, demum contrahit cum alio, eique tradit, quod in caſu propoſito non conſiderabatur, ex quo Princeps gratiam expectatiuæ vni faceret, & qui feuda poſſidebat alteri vendidit, & tradidit, nam fuit reſponſum hoc aſſumptum falſum eſſe, cum in vtroque caſu huius legis militet diſpoſitio, ex quo ibi aliud non deſideratur, niſi ſolum traditio, ex qua ius in re cauſatur, ſcilicet Dominij tranſlatio, quod in caſu prædicto concurrit ob Regium aſſenſum, qui in diſtractione facta per feudatarium interuenit, cuius vi fuit in emptorem tranſlatum Dominium, ſicque dicebatur nil repugnare, quin *d. l. quoties* in caſu propoſito procedat, idemque Dec. *conſ.* 247. quod valde commendatur.

## OBSERVATIO.

1 EX dictis hic per Dom. Regentem elicitur concluſio, *tex.in l.quoties* 15. *C.de rei vendic.*in feudis locum habere, itavt ſi Princeps de feudo aliquem inueſtierit, & poſtea illud idem alteri conceſſerit, & tradiderit, hic ſecundus conceſſionarius ſit in conceſſione facta præferendus, Tu modo ad huius dicti confirmationem, vltra Andr. & Bald. hic relatos, vide Aluar.*in cap.*1.§.*ſi facta in tit.ſi de feud.fuerit controu.* (de quo meminit Additionator ad Hippol. de Marſigl.*in ſing.*82.) Affl. *in c.*1.*ante num.* 4. *verſ. propterea ſciendum eſt in tit. qui ſucceſſ. ten.* vbi tamen ad hanc concluſionem quindecim tradit fallentias, & inter alias notabiliores, vbi Rex in prima inueſtitura iuraſſet non venire contra, ſiue feudum fuiſſet motu proprio Regis vni primo donatum, & ſecundus demum poſtulatione, illud idem acquiſiuiſſet; aut primus perſona eſſet priuilegiata, puta Eccleſia, aut prima conceſſio onoroſa extitiſſet, ſecunda verò lucratiua, in his enim cenſibus inter alios plures ait Affl. *tex.in d. l.quoties* non procedere; hæc autem quando Dominus concedit, at ſi Vaſſallus feudum poſſidens duobus vendidiſſet, & ſecundo poſſeſſionem tradidiſſet, an eo caſu eſſet pariter locus diſpoſitioni *tex.in d. l.quoties*, Addentes ad Marſigl.*loc.cit.*reſpondent primum præferendum eſſe ſi in illa venditione directi Domini conſenſus interuenit, id quod mihi arridet, ea quidem ratione, quia primus emptor mediante aſſenſu, quem obtinuit, feudi Dominium acquiſiuit, ſicque in alium demum illud transferri non potuit.

2 In emphyteuſi quoque *tex.in d.l.quoties* locum habere dixerunt Tiraquel. *de conſtit. limit.* 3. *à princip.* Aluarus Valaſc.*de iure emph.quæſt.*14.*num.*7. Anton. Gam. *deciſ.* 116. & ibi addentes, Caldas Periera *de poteſt.elig.cap.*6.*num.*22.*& de reſul.emphyt.cap.*10.*numero* 32.*cum ſeq.*Caſtill.*controu.lib.*5.*cap.*80.*num.*44.

D.De Marinis obſeruat.ad deciſ.D.Reuerterij.

In contractu autem locationis an præcitatæ *l.quoties* diſpoſitio procedat, diſcrepant Doctores, ſunt 3 enim aliqui, qui putarunt, tex.illum in locatione non procedere, ſicque ſemper primum conductorem præferendum & hi ſunt Iaſ.*ibi num.* 32.*verſ. decimotertio limita*, quo loci dicit caſum eſſe frequentem, & quotidianum, Ant.Gam.*deciſ.*130.*num.*1.vbi ſic Senatum illum iudicaſſe teſtatur, Ceuall. *comm.contra commun. quæſt.* 756. *num.* 52. & alij; contrariam verò ſententiam nimirum vt ille præferatur conductor, cui priùs res locata tradita eſt, quamuis poſteriorem habeat titulum, ſicque omnino fieri locum diſpoſitioni *d. l. quoties* ſcripſerunt Rot. *deciſ.*2. *alias* 879. *de locat. in antiquis fol.mihi* 316.quæ omninò videatur, Alexand. *conſ.*122.*lib.*2.Soccin.Sen.*conſ.*29.*lib.*4. Cephal. *conſil.*718. *num.* 32. *lib.*5. Purpurat. *in addit.ad Iaſ.in d.l. quoties*, vbi dicit, opinionem contra Iaſonem veriorem eſſe, Card.Alex.*in c.* 1. §. *ſi facta col.fin.ſi de feud. fuer. contr.* Ant. Gabr. *commun. concluſ.tit.de empt. & vend.concluſ.*2.*num.*5. Couar. *omnino videndus variar. lib.*2.*cap.*19.*num.*8.*verſ.nono ex eadem*, Anton.Gomez. *variar.reſolut.tit.de empt.& vend.num.*20. *verſ.ſecundo principaliter extende*, Vinc. Caroc.*de locat.& conduct. par.* 4. *tit. de locat. facta duobus fol.mihi* 195. Marius Muta *deciſ.Siciliæ* 35.*num.*31.Bergnin.Caual.*deciſ.*25. *num.* 19. *par.*2. Cocta *in ſuis memorialibus, in verbo locatio verſ.*tamen: adde, Gregor.Lopez *in l.*50. *verſ. dos vetes, tit.*5.*part.*3.Vrſill.ad Affl. *deciſ.*238.*num.*7. Aluarez Valaſc.*cit.quæſt.*14.*num.*7.Molin.*de Iuſt. & iure tract.*2.*diſp.*369.*num.*6. Mar. Giurba *deciſ.*59.*num.*4. Ant.Faber *de error.pragm.decad.*24.*err.*10.*num.*24.*&* 25. Addentes ad Ant.Gam. *in ſupracit.deciſ.*130. vbi nullo pacto inhærentes deciſioni ibi relatæ, dicunt determinationem Dominorum de Rota *in ea deciſ.* 879. in antiquis magis probari, niſi prius conductor haberet hypothecam ſpecialem in re illa locata, nam eo caſu primum præferendum fore affirmant, iſtamque ſententiam contra Iaſon.& Senat.Luſit.tutatus ſum pariter & ego *lib.* 2. *reſolut. iuris cap.* 249. *per tot.*

Sunt tamen nonnulli caſus in quibus *tex.in d. l. quoties* non procedit, vt videre eſt apud DD. ſignanter Iaſonem ibidem, & hi ſunt principaliores primo in beneficialibus, ſi enim beneficium vacat Eccleſiaſticum, & primo vni, & demùm alij conferatur, & tradatur poſſeſſio, primus præfertur, non autem ſecundus, cui tradita eſt poſſeſſio; ſunt iura *in c. capitulum Sanctæ Crucis*, vbi omnes Canoniſtæ de reſcriptis, *c.quia cunctis, & c.ſi tibi de præbend. in* 6.*c.ſi tibi, & c. duobus de reſcript.in* 6.Bald. & Iaſ.*in d.l.quoties*, Affl. *loc.cit.num.*17. 4

Secundò *tex. in d. l. quoties* non procedit in venditionibus aut donationibus factis Eccleſiæ, Monaſteriis, hoſpitalibus, & aliis piis locis, quibus abſque traditione dominium transfertur, *ad tex. d.l.fin.C. de ſacroſ.Eccleſ.*ſicque præferuntur aliis, quibus poſtea res vendita, vel donata traditur, vt per DD. quos citat, & ſequitur Marta *de Iuriſd.par.*4. *cent.ſi caſu* 19. *n.* 5. *& cent.*2. *caſu* 172. *num.*1. quibus addendi ſunt nonnulli ad nauſeam relati à Barboſ.*in collect. ad d.l. quoties, num.*13. 5

Tertiò *tex.in d.l. quoties* non procedit, vbi primus titulum haberet onoroſum, poſterior vero, cui res fuit tradita lucratiuum, ita Couar.*cit.lib.*2.*var.cap.*19.*n.*5. *in fine*, Anton.Gomez *loc.cit.num.*20. *verſ.* ex quo deducitur, Ant. Gabr.& alij, quos refert Barboſ. *loc. cit. num.*20. 6

Quartò *tex.in d. l. quoties* non procedere dixerunt DD.communiter ibidem, vbi primo emptori rei emptæ eſſet facta traditio per actum fictum, nimirum per clauſulam conſtituti, hic enim ſemper præferetur 7



Digitized by Google

ſecundo etiam ſi ei fuerit eadem res vendita, & corporaliter tradita, idemque ſcripſerunt Caccher. *deciſ.36.n.*1.Gaſp.Theſ.*quæſt.forenſ.lib.4.quæſt.*64.Cancer.*var. reſol.parte* 1. *tit.de donat.num.* 13. Fontanell. *de pact.nupt.clauſ.*4.*gloſſ.*12.*num.*130. & alij, quos citat Barboſ. *d. l. quoties num.* 11. *vbi num. ſequenti* ad hanc fallentiam plures tradit declarationes.

7 Quintò, & tandem, aliis omiſſis caſibus, *tex.in d.l. quoties* locum non habere vbi venditor pro obſeruantia primi contractus rem illam venditam ſpecialiter hypothecæ primo emptori ſubmitteret ita Tiraq.*de retr.conuent.* §. 3.*gloſſ.vnica num.*5.Mencha.*de ſucceſſ.creat.lib.*1.§.10.*num.*84.*verſ.*2.*ex hoc*, Ant. Gomez, & Cancer.*loc.cit.*Caſtill. *lib.*5.*contr.cap.*80.*n.*24. *verſ.reſpondetur*, *& num.* 25. Guttier. *in l.nemo poteſt num.*40.*& ſeq.ff.de leg.*1. Gaſp. Theſ. *loc. cit. in princ.* & alij penes Barboſ.*vbi ſupra, n.*21.

8 Quid autem dicendum in officiis, vide infra *deciſio* 107.

## *ARGVMENTVM.*

Pecunia exiſtens in Banco in faciem Generalis Regni Theſaurarij, an ipſius propria dicatur, vel potius Regiæ Curiæ, ad finem vt decocto Banco, Regius Fiſcus præferatur cæteris creditoribus Banci, actionem perſonalem tantum habentibus. Fiſcus in actionibus perſonalibus & mulier pro dote, an cæteris creditoribus præferantur. Fiſcus tacitam habens hypothecam poſteriorem an præferatur tacitam ſimiliter habenti, ſed anteriorem & de aliis notabilibus, ad ornatum *tex.in l.ſi is qui* 28.*ff. de iur.fiſci.*

## DECISIO LXXIV.

1 Decocto Banco, contigit dubitari an pecunia, quam ibi Regius Generalis Regni huius Theſaurarius repoſitam tenebat fiſcalis diceretur, & ſic Regiæ Curiæ ad finem vt cæteris creditoribus Banci actionem perſonalem tantum habentibus fiſcus præferretur, vel potius propria ipſius Theſaurarij, prout creditores prætendebant.

2 Fuit per Regium Collaterale Conſilium, & Regiam Cameram Summariæ pro maiori parte votantium deciſum pro fiſco, ratio deciſionis fuit quia conſtabat, pecunias fuiſſe generali Theſaurario ſolutas per medium illius Banci ab exactoribus Regiarum pecuniarum, & ab alio, qui emerat certos annuos introitus à Regia Curia, ſicque dubitari non poterat pecuniam fuiſſe ſolutam Regiæ Curiæ, non autem Generali Theſaurario, adeo quod ex legis fictione videbatur, pecuniam fuiſſe manualiter ſolutam fiſco, & quod deinde fiſcus depoſuerat penes Bancum, ad *tex. in l.ſingularia ff.ſi cert.pet. & in l.*3.§.*fin.ff.de donat. inter vir. & vxor.* & ex hoc dictum fuit, quod duo ſequebantur. Primum fuiſſe ſtatim acquiſitam actionem depoſiti fiſco, licet abſenti, & ignoranti, *l.ſi abſenti C.ſi cert.pet. & l.certi conditio* §.*fin.ff.eod.* poteſt enim administrator, & Officialis per ſtipulationem, quod fortius eſt Domino acquirere *l.non quaſi ff.rem pupill.ſalu.for.* Bart.*in l. ſtipulatio* §.*ſi ſtipuler. in* 7. *fallent.ff. de verb. obligat.* alterum quod ſequebatur, eſt, quod fiſcus veniebat cæteris creditoribus actionem perſonalem habentibus præferendus per *tex.in l.quod quis ff.de priuil.credit.* fiſcus enim ſemper ex omni contractu tacitam acquirit hypothecam in bonis illius, cum quo contrahit, *l. aufertur* §. *fiſcus ff.de iure fiſci l.*2.*C.in quibus cauſ.pign.vel hypoth.tac.contrahend.* & etiam ex quaſi contractu *gloſſ.in l.* 1. *C. de iur. fiſci lib.* 10. verùm hoc intelligendum eſſe fuit dictum quando non extant alij creditores, quamuis priuati qui tacitam haberent hypothecam anteriorem, quia tunc illi fiſco præferuntur in bonis quæſitis ante eius hypothecam *l.vnica C. rem alien. gerer.* ſecus in bonis poſtea quæſitis ex *tex.in l.ſi is qui ff.de iure fiſci*, vnde cum nullus aderat Creditor hypothecarius, fuit pro fiſco deciſum.

## OBSERVATIO.

Pecuniæ, quæ apud nos in Bancis publicis à negotiantibus deponuntur, certum eſt quod in ſacculo ſignatæ, & tanquam ſpecies non reponuntur, ad tex. *in l.*1.§ *ſi pecunia ff. depoſiti* ſed deponuntur ad numerum, ita vt earum dominium etiam ex tacita deponentium voluntate in numularium transferatur *l.Lucius vbi* Paul. Caſtrenſ. *& l.die* §. 1.*ff. depoſiti*, ſola namque immixtione dominium transfertur *l.ſi alieni ff.de ſolution.l.ſi à furioſo, & l.nam & ſi fur ff.ſi cert.pet.* vnde meritò dixit Dominus Regens noſter, quod omnes depoſitarij eodem loco concurrunt, & per æs, & libram eorum creditum conſequuntur *l. ſi hominem* §.*fin.vbi* Caſtr. *ff. depoſiti*, ſed vbi inter creditores reperitur fiſcus, iſte cæteris aliis præfertur, vt fuit deciſum hîc per *tex. in l.quod quis* 18. *ff.de priuil.creditor.* Etenim quamuis regulare ſit; vt in concurſu creditorum perſonalem tantum actionem habentium æqualitas ſeruetur, ita vt nulla prælatio locum obtineat, *l.priuilegia ff.de priuileg.creditor.* Molin.*de Iuſt.& iure tract.*2. *diſp.* 536. *num.*40. *& ſeq.* modificatur tamen hæc iuris concluſio in fiſco, is enim in perſonalibus actionibus cæteris creditoribus adhuc in tempore anterioribus præfertur, niſi eſſent illi priuilegiati vt docet *gloſſ.tàm in d. l. priuilegia, vbi etiam* Alber.*quam in d.l.quod quis, in verb.poſt Fiſcum*, Peregr.*de iure fiſci l.*6. *tit.*6.*num.fin.*(vbi dicit, opinionem hanc receptiorem eſſe, quicquid aliud ſenſerit Rip.*in d.l.priuilegia*) Salernit.*deciſ.*60. Roderic.*de conuerſ.cred.p. par. artic.* 2. *n.*8.*fol.mihi* 23.Alfar.*de offic. fiſcal.gl.*16. *priuileg.*42. *fol.*79.Rouit.*deciſ.*83.*n.*32. & nouiſſimè noſter Gait. *in ſuo tract.de cred.cap.*4.*quæſito* 11.*num.*2050.priuilegiatis 1



Digitized by Google

legiatis verò exiſtentibus, inter eos ſit locus concurſui, ita quod vnus alteri non præfertur, ſed bene iſti aliis non priuilegiatis præferuntur.

2 Sed qui ſint priuilegiati creditores, qui in actionibus perſonalibus cæteris non priuilegiatis præferuntur & inter eos ſit locus concurſui; dic quod primò connumeratur fiſcus, ſecundò mulier dotem ſuam repetens, hæc enim ſicut in tacita hypotheca ius obtinet prælationis, ita pariter in hoc priuilegio perſonalium actionum, tertiò qui credidit ad rem reficiendam, & quartò qui pro funere defuncti pecuniam ſuam mutuo dedit, ita gloſ. magna ab omnibus commendata *in d.l.priuilegia.*

3 Hæc autem dicit D. Regens fiſci fauore procedere, quando alius creditor non extaret hypothecarius, prout hîc, quia eo exiſtente fieret locus diſpoſitioni tex. quem allegat *in C.vnic.l.rem alien. gerentibus*, ex qua illa elicitur concluſio, nimirum, vt tacitam habens hypothecam anteriorem, poſteriori præferatur creditori, ſiue tacitam, ſiue expreſſam hypothecam habenti, quamuis ſit fiſcus, ita Abb. *in conſ.*102. *col.*2.*ad fin.lib.*2. Roman. *ſing.*147.Caſſan. *in catalog. glor. mund.par.*12.*conſid.*99.*poſt princip.* Gregor. Lopez *in l.*27.*gloſ.*1. *& in l.*33. *gloſ.*3. *in princ. tit.*13. *part.*5. Rebuff. *tom.*2.*ad ll.Gallor. tit. de conſtit. reddit. art.*1.*gloſ.*8.*num.*14. Neguſ.*de pignor. part.*5.*membr.*1. *num.*18. *& memb.*2. *numer.*10. Mattienſ. *in l.*7.*gloſ.*5. *num.*3.*tit.*16.*lib.*5. *noua recompil.* Felicia *de cenſib.to.*1. *lib.*3.*cap.*5.*n.*8. Anton. Fab. *decad.*6. *error.*1. Guttier. *practic.lib.*3. *quæſt.*99.*num.*6. Surd. *deciſ.*163. *num.*1. Caſtill. *contr.lib.*3. *cap.*4.*num.*5.*&*8. Couarr.*var.reſol. lib.*1.*cap.*7. *numero* 1.*verſ.*4.*& cap.*16. *numero* 2.*ad fin.* Peregr. *de iur. fiſci lib.*6. *titul.*6.*numero* 16. Barboſ. *in l.*1. *ff. ſol.matr. par.*6.*num.*1. vbi *num.*9. ſubdit, quod licèt omnes concedant dotem præferri creditoribus habentibus tacitas hypothecas anteriores, fiſcum tamen non habere tale priuilegium, ſicque nullatenus præferri creditoribus tacitas habentibus hypothecas anteriores, hoc tamen aduertit D. Reg. noſter, & benè, vt procedat in bonis quæſitis ante eius hypothecam, ſuper illis enim procedit regula prioritatis temporis, vt quilibet priuatus anterior fiſco, poſteriori præferatur, ſecus verò in bonis quæſitis poſt obligationem contractam fiſco, in his enim fiſcus cuilibet anteriori præferretur, per tex. expreſſum, quem allegat *in l.ſi is, qui* 28. *ff.de iure fiſci*, niſi, adde tu primus creditor aliud non haberet priuilegium, quàm temporis prioritatem, nàm ſi vltra prioritatem temporis, creditor aliud haberet priuilegium, puta quia eſſet creditor ex cauſa tutelæ vel dotis, tunc ratione duplicis priuilegij priuatus præferretur fiſco, etiam in bonis quæſitis poſt obligationem fiſci, ita Bart. *in d.l.ſi is qui*, Neguſ. *de pignor.*2. *membr.* 5.*par. num.*42. Socin. *in l.*1. *num.*6. *&* 17.*ff.ſol. matr.* Soc. Iun. *conſ.*10. *à num.*27. *lib.*3. Barboſ. *in l.*1.*part.*2.*numer.*23.*ff.ſol.matrim.* Mantic. *de tacit. & amb.lib.*11. *tit.*25. *num.*10.*& tit.*26. *num.*11. Peregr. *de iure fiſci lib.*6.*tit.*6. *num.*18. *verſ. idem erit.* Rota *deciſ.*639. *coram Domino Buratto num.*18. *&* 19. Gait. *de cred.cit. quæſ.*11. *num.*1896. Merlin. *de pignorib. lib.*3. *titul.*3. *quæſt.*87. *num.*7. 8. *&* 9. Alfar. *de offic. fiſcal. gloſ.*18, *priuil.*23.*num.*105.*fol. mihi* 86. D.Reg. Conſtant. *in l.*1.*num.*18. *l.de iure fiſci lib.*10. vbi dicit, de hoc eſſe tex. formalem *in l. fin.* vbi Bald. & omnes *ff. qui pot in pig.hab.*

4 Sed hîc poſſet dubitari, an priuilegium, de quo *in d.l.ſi is qui* ad dotem extendi poſſit, nimirum vt mulier pro recuperatione ſuæ dotis in bonis per maritum quæſitis poſt matrimonium, anterioribus creditoribus præferatur, prout præfertur fiſcus, dic, priuilegium *d.l.ſi is qui* ad dotem nullo pacto extendendum, cum ſit peculiare beneficium in fiſci fauorem introductum, quia ſic Iureconſulto placitum fuit, nàm aliàs communicandum eſſet pariter Eccleſiæ, minoribus, & Reipublicæ, & aliis, qui fiſco æquiparantur, ſic dicidit noſtrum S. C. *in deciſ.*1. penes Gizzarell.& ſcripſerunt Caſtill.*lib.*3.*var.cap.*4. Dom. Reg. Conſt. *loc. prox. cit.num.*21.

## ARGVMENTVM.

Annua conceſſione facta à Principe alicui benemerito ex certo corpore percipienda, eo addito, vt annus incipiat à prima die menſis Ianuarij, quo nàm tempore ſolutio fieri debeat, an in principio anni, an verò in fine & quid in legato. Legatum annum priuato relictum, an ipſius morte extinguatur, vel potius ad eius hæredes tranſmittatur. Legatum alicui factum, cum ad annum 25. peruenerit, nùm ad finem, vt legatarius legatum ſibi factum conſequatur, ſat ſit ſi 25. ſuæ ætatis annum attigerit & de aliis notabilibus.

## DECISIO LXXV.

CONCESSERAT Imperator Carolus V. D. Carolo della Noy annuos ducatos mille ſuper introitibus certi corporis ad Regium Patrimonium ſpectantis, eo addito, vt annus inciperet à prima die menſis Ianuarij 1528. fuit in Regia Camera dubitatum quonam tempore ſolutio fieri deberet, in principio anni, an in fine. 1

In hoc articulo fuit concluſum, quod ſolutio fieri deberet non in principio, nec in fine anni, ſed eo tempore, quo fructus, & introitus recolligebantur ex corpore, ſuper quo fuit facta conceſſio; etenim in hac materia fuit conſideratum de iure certum eſſe, quod quando legatum ſit certæ quantitatis, ſingulo quoque anno præſtandæ, quia dies eſt adiecta ſubſtantiæ legati, cauſa multiplicandæ obligationis, debet ſolui legatum in principio anni, ſunt iura nimis clara *in l.*1.*in l.nec ſemel ff.quando dies legat. ced. & in l.in ſingulos ff. de ann. legat.* id quod procedit non ſolum in vltimis voluntatibus, ſed etiam in contractibus, prout eſt caſus *in l.ſi ſeruus communis §.fin.ff. de ſtipul.ſeruor. & in l.eum qui ita §. qui ita ff.de verb.obligat.* Gloſ. Bart. Paul. de Caſtro, Alex. Imol. & Iaſ. *in l.qui hoc anno ff.de verb. obligat.* Petr. de Bellapert. Bart. Alberic. Bald. Salycet. Angel. & omnes *in l.*1. *C. quand. dies leg. ced.* Nec 2

obſtare dictũ fuit iura *in l. ſi cui legetur in princ. vbi gloſſ. ff. de leg.* 1. *in l. lecta ff. ſi cert. pet. in l. qui hoc anno*, *& in l. in annos ff. de condit. & demonſtr.* quia iura hæc loquuntur in præſtatione ſemel complenda, non autem ſingulo quoque anno præſtanda, in caſu autem, de quo agebatur fuit conſideratum, præſtationem annuæ conceſſionis in principio anni compleri non poſſe, quia eo tempore ex corpore ſuper quo fuit facta conceſſio nulli fructus percipiebantur, ſed tantum in menſe Maij, ac proinde fuit dictum vt eo tempore ſingulo quoque anno mille ſoluerentur, ad quod fuerunt allegata iura *in l. firmio* §. *pater iuncta gloſ. & in l. nec ſemel* §. *ſi habitatio ff. quand. dies leg. ced.* Petr. Cyn. Alber. Bald. Paul de Caſtro, Angel. & cæteri *in d. l.* 1. *C. quand. dies leg. ced.* & Aretin. *in d. l. ſi cui legetur col.* 2. *&* 3.

## OBSERVATIO.

1 NImis vulgata eſt iuris concluſio, de qua *hic* per Dominũ Regentem noſtrum, vt quando legatum ſit certæ quantitatis ſingulo quoque anno præſtandæ, teneatur hæres in principio anni legatum illud legatario præſtare, iuribus in deciſione iſta allegatis, quòd ſecus eſt ſi ſemel tantum eſſet legatum præſtandum, vt quia mandauit teſtator, vt hæres hoc anno tot nummos Caio ſoluat, quia tunc nonniſi in fine anni legatum erit ſoluendum, idemque in ſtipulationibus ſtatutum omnes conueniunt, hinc gloſſ. *in l.* 1. *C. quand. dies leg. ced. canit,*

*Annua ſi debes, tunc inſpicias caput anni*
*Anno ſi debes in fine teneberis anni*

Extinguitur autem hoc legatum annuum priuato relictum, ipſius legatarij morte, quamuis teſtator id non expreſſerit, nec aliter ad hæredes tranſmittitur, ſunt iura *in l.* 4. *& in l. in ſingulos ff. de annuis legat. & in l. cum Titio ff. ad l. falcid.* Couar. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 9. *circa fin. verſ. quartò in hac controu.* Anell. Amat. *conſ.* 81. *num.* 1. *& ſeq.* Gaſp. Theſ. *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 25. *num.* 11. qui idem dixit in donatione annua alicui facta, vt adhuc per donatarij mortem extinguatur donatio *quæſt.* 60. *num.* 15. *lib.* 2. Ego ipſe *lib.* 1. *reſol. iuris cap.* 235. *num.* 5.

2 Sed quandoque dubitatur, num in legatis in diem præſtandis, annus inceptus habeatur pro completo, puta ſi eſſet factum legatum alicui cum ad annum vigeſimumquintum peruenerit, nùm ad finẽ vt legatarius legatum ſibi factum conſequatur, ſat ſit ſi vigeſimumquintum ſuæ ſtatis annum attigerit, dic, quod non, prout ſunt iura *in l. ſi cui leget.* 5. *ff. de leg.* 1. *& in l. cum putabam* 47. *ff. de condit. & demonſtr.* inibi enim expreſſis verbis Iureconſultos ſtatuiſſe comperimus, quod vbi legatum in certæ ætatis tempus conferretur, vt illud debeatur, vltimus annus debet eſſe completus, quam tamen concluſionem limitaui ego dotis, vel piæ cauſæ fauore, vt tunc annus inceptus habeatur pro completo, *cit. lib.* 1. *cap.* 247.

3 At cum lex, vel ſtatutum diſponat, vt quis non poſſit aliquid obtinere anto vigeſimumquintum ſuæ ætatis annum, vel niſi fuerit in vigeſimoquinto ætatis ſuæ anno, an tunc ſat ſit, vt annus vigeſimusquintus ſit incœptus, vel potiùs completus eſſe debeat? dic ſufficere ſi fuerit incœptus; ſatis enim dicitur, quis in vigeſimoquinto anno conſtitutus ſi vigeſimumquartum exceſſerit, *gloſſ. notabilis in clement, fin. in verbo in decimooctauo de ætat. & qualit.* & alij, quos citat Dominus Prat. *pract. obſeru. cap.* 27. *num.* 4. Hinc cum vigore Sacr. Trid. Conc. *ſeſſ.* 23. *cap.* 12. *de reformat.* nullus ad Subdiaconatus ordinem ante vigeſimumſecũdum, ad Diaconatus ante vigeſimumtertium, ad Preſbyteratus ante vigeſimumquintum ætatis ſuæ annum promoueri poſſit, dubitatum eſſet, an ſat ſit ſi promouendus vigeſimumſecundum, ſiue vigeſimumtertium, aut vigeſimumquartum attigerit annum, affirmatiuè reſponderunt Doctores, ſignanter Henriq. *in Summa lib.* 10. *cap.* 19. §. 2. *& lib.* 13. *cap.* 38. §. 2. Guttier. *Canonic. quæſtion. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 8. Franc. Leo *in Theſ. for. Eccleſ. par.* 1. *c.* 4. *n.* 31. Valer. Regin. *in prax. fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 166. Fra. Ludouic. Miranda *in Manuali Prælat. tom.* 1. *quæſt.* 39. *art.* 2. Hieronym. Ludouic. *in compend. quæſtion. regul. reſol.* 106. *num.* 9. quos citat, & ſequitur Barb. *in collect. ad Conc. Trid. cit. c.* 12. *num.* 2.

## *ARGVMENTVM.*

Bona cum perſonis Iudæorum, qui naufragium paſſi fuerunt iuxta littus maris Regni Neapolitani, an intercepta dicantur, ſicque deperdita, ac ſi eſſent Turcarum. Bona Iudæorum, an, & quando deprædari, & confiſcari poſſint. Iudæorum expulſio facta de Ordine Regis Catholici, & Caroli Cæſaris an de iure proceſſerit, & de aliis.

## DECISIO LXXVI.

IN anno 1575. de menſe Octobris naufragium paſſis quibuſdam Iudæis, cum nonnullis mercibus iuxta littora maris Ciuitatis Hoſturij, Hydruntinæ Prouinciæ, quò ventorum vi impulſi fuere, Gubernator illius Prouinciæ & perſonas, & bona vna cum nauigio intercepit, quò factum fuit vt dubitaretur, an verè bona illa eſſent intercepta, ſicque deperdita, ac ſi eſſent Turcarum. Et pro maiori parte votantium in Collaterali Conſilio, Regia Camera Summariæ referente, iudicatum extitit, bona dictorum Iudæorum iure legitimo fuiſſe intercepta, ipſoſque Iudæos ſeruos effectos, ratio deciſionis fuit, quia ipſi Iudæi ſubditi erant Magno Turcarum Domino, qui Chriſtianæ Religionis eſt inimicus, & conſequenter Senereniſſimi Domini noſtri Regis hoſtis, ad trad. per Bart. *in l. hoſtes ff. de capt. & poſtlim. reuer.* & dum dicebantur ſubditi eius, qui eſt hoſtis noſtri Regis, ergo, & ipſi hoſtes pariter cenſebantur, vt ſatis notanter tenet Io. Fab. *in* §. *item ea quæ ab hoſtibus, inſtit. de rerum diuiſ.* quo loci dixit, quod nedum poſſum ego illius bona occupare, cum quo bellum habeo, ſed etiam illum iuuantium, idemque Alexand. in addit. ad Bart. *in l. ſi quid* 1

Digitized by Google

*quid bello cit. tit. ff. de captiu. & poſt. lim. reuerſ.* facit, quod notat Iacobus *in tract. feud. in verb. de adhærentibus num.* 21. vbi dicit quod diffidato vno, intelliguntur diffidati omnes eius complices, auxiliantes, adhærentes & confœderati, vndè ſicut Turcæ ad Regnum hoc ſiue per mare, ſiue per terram accedentes poſſent capi, ac ſerui effici, eorumque bona intercipi, ergo eodem modo dicebatur de iſtis Iudæis, & eorum bonis, & pro hac opinione facit *tex. in Auth. nauigia C. de furtis*, vbi licèt bona naufragata, quæ certum, & fidelem habent dominum capi non poſſint, tamen ſi ſunt infidelium, vel inimici Principis, poſſunt vti naufragata intercipi, fuit pariter conſideratum, Carolum Cæſarem tunc Regem noſtrum, eos è Regno expuliſſe cum comminatione publicationis bonorum, ne de cætero ad illud acceſſum haberent, quam quidem ordinationem iuris reſiſtentiam non habere probatur ex dictis pro Oldrad. *in conſ.* 87. Vnde &c.

---

## OBSERVATIO.

1 CVm dictis per Dom. Regentem hîc concordant ſcripta per inſignem Iureconſultum D. Garſ. Maſtrill. *deciſione* 254. *à num.* 41. vbi indiuidualiter dicit quod, ſi Iudæi, vaſſalli, & ſubditi eſſent alicui Domino inimico, ſiue hoſti Chriſtiani nominis, vel ſuæ Catholicæ Maieſtatis, quia dicuntur hoſtes noſtri, conſequenter tam ipſi, quam eorum bona deprædari poſſunt, nàm eodem iure, quo ex bello indicto contra Principem inimicum, cæteri homines ſubditi efficiuntur capientium vti publici hoſtis vaſſalli ita, & pariter ipſi Iudæi, cum diffidatio, & bellum contra Principem indictum, ſubditum quoque ſeu vaſſallum adhærentem comprehendat, allegat Addentes ad Bart. *in l. ſi quid bello lit. C. in fine ff. de capt. & poſtlim. reuerſis* Bald. *in l.* 2. *num.* 76. *C. de ſeruit. & aqua*, Iacob. de ſancto Georg. *de feud. in verb. de adhærentibus & confœderatis num.* 14. Innoc. *in c. cum olim de reſtit. ſpoliat.* Loffred. *conſ.* 45. *num.* 5. *&* Dom. Reg. de Ponte *conſ.* 93. *num.* 3. *&* 9. vbi de communi teſtatur.

2 Confirmabatur concluſio hæc, quia cum Iudæi ipſi confœderati ſint cum Solimano, ibique conuerſentur, & morentur, tributa ſoluentes, dicuntur inimicitiam, & hoſtilitatem nobiſcum contrahere, ad tradita per Bald. *in l.* 1. *num.* 33. *ff. de rer. diuiſ.* vbi ait, quod ſi vaſſallus confederationem cum inimico Domini contraxerit, feudo priuatur, idemque Marſilius *in l.* 1. §. *præterea num.* 10. *ff. de quæſtion.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 43. *n.* 16. Lanar. *conſ.* 84. *num.* 5. *&* 11. Vnde ſubdit Maſtrill. veriſſimam eſſe concluſionem huiuſmodi Iudæos ſiue in mari, ſiue in Dominio Principis inimici captos, vna cum eorum mercibus deprædari, & confiſcari poſſe, *ad tex. in Auth. nauigia*, vbi Petr. de Bellapert. *C. de furtis.*

3 Nec prædictis obſtare addit Maſtrill. quod Iudæi, & ſi habitent in Turcarum Dominio, non tamen hoſtes noſtri dicuntur, ex quo ibi mercimoniandi cauſa commorantur, non autem, vt eos adiuuent, ex Gramat. *conſ.* 13. *num.* 35. *&* 60. *& conſ.* 3. *num.* 29. *& voto* 18. *num.* 6. *&* Rolan. *conſ.* 1. *num.* 109. nam dictum fuit quod cum inter Turcas, & Chriſtianos perpetuum ſit indictum bellum, dicitur ſemper durare, & nunquam ceſſat, Bart. *in l. hoſtes ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* Alcia. *in l. hoſte ff. de verb. ſignific.* Lanar. *conſ.* 84. *ſub. num.* 7. vbi latè, ideoque non poſſunt merces ad eos conferri, adhuc mercimonij cauſa, ſicque quando caſus contingit, capientium ſiunt, ad *tex. in c. ſignificauit, & c. quod olim de Iudæis* Alex. *conſ.* 130. *lib.* 7. Boër. *deciſ.* 178. *ſub. num.* 7. 11. 14. *&* 18. Et ratio eſt quia ſic dicuntur noſtros adiuuare inimicos, dum commodum, ad eos deferunt, ad not. per Luc. de Penna *in l.* 1. *C. de his qui ſe deferunt lib.* 10.

Hæc quando Iudæi ſubditi ſunt Chriſtianæ Religionis inimico, ſecus verò ſi alicui Chriſtiano Principi, provt ſunt nonnulli, qui ſubſunt ſummo Pontifici, Sereniſſimæ Reipublicæ Venetiarum, & aliis, hi enim ſi naufragium patientur, nec ſerui efficerentur, nec eorum bonis priuari poſſent, vt alias deciſum per Regiam Cameram teſtatur Lanar. *cit. conſ.* 84. *ſub. num.* 12. de quo meminerunt Maſtrill. *in cit. deciſ.* 254. & Caſtill. *deciſ.* 107. 4

Quod autem ordinatio facta, tam per Carolum Cæſarem, quàm antea per Regem Catholicum circa expulſionem Iudæorum de iure proceſſerit, vltra dicta per Oldrad. hîc à Dom. Regente allegatum, latiſſimè defendit, poſt plures, quos allegat Camill. Borrell. *in tract. de Regis Cathol. præſtant. quæſt.* 69. per tot. vbi ait, eam probabiliorem eſſe ac pro fide Catholica tutiorem opinionem Marquard. *in tract. de Iudæis part.* 1. *cap.* 7. *n.* 4. Azor. *latè inſtit. moral. lib.* 8. *cap.* 24. *ſub rubr. de Paganis col.* 2. *verſ. quartò quæritur* Villadieg. *in foro iudic. tit.* 2. *l.* 3. vbi pro huiuſmodi explicationis iuſtitia plura cumulat Symanc. *de cathol. inſtit. tit.* 35. *n.* 7. Ludou. Sacc. *conſ.* 71. Alphonſus Modit. *dubita* 101. *in* §. *lex eſt num.* 36. *cum ſeq.* quos omnes cumulat Maſtrill. *cit. deciſ.* 254. *num.* 33. *quibus* addo noſtrum Rouitum *in pragm.* 1. *de Iudæis*, *&* Caſtill. *cit. deciſ.* 107. *in qua ſub num.* 67. impreſſus eſt tenor banni expulſionis Iudæorum à Rege Catholico emanati. 5

## ARGVMENTVM.

Bona Iudæorum ex naufragio ſequuto intercepta ad quemnàm ſpectent, an ad Regium Fiſcum, ſiue Regni Proregem vel potiùs ad magnum Regni Admiratum. Bona capta per Milites in acie belli, cuius ſunt. Bona Hebræorum deprædata ad quem nam ſpectent & de aliis.

## DECISIO LXXVII.

INTERPOSITO decreto per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, provt in deciſ. præcedenti, per quod fuit declaratum, bona Iudæorum exiſtentia in quadam Naui, quæ vi ventorum naufragiũ paſſa fuit in Mari apud Prouinciam Hydruntinam, eſſe confiſcata, ipſoſque Iudæos à Præſide Prouinciæ Captos, effectos eſſe ſeruos pœnæ, fuit dubitatum, ad quemnam bona illa pertinerent, an ad fiſcum, an verò ad Magnum Regni Admiratum? 1

Et

Digitized by Google

2 Et per Regiam Cameram iudicatum extitit bona prædicta conſignanda eſſe loco cuſtodiæ Magno Admirato, ad finem vt ſi aliquis Chriſtianus compareret, allegando ipſius eſſe bona, illi reſtitui deberent, at ſi propria Iudæorum, fiſco applicanda, à qua determinatione cum pro parte Iudæorum eſſet reclamatum, fuit confirmata ad fauorem fiſci quoad bona infidelium, quo vero ad eorum perſonas pro maiori parte votantium fuit ſententia reformata vt ſerui effecti non eſſent. Pro Regio Fiſco quod huius generis bona ad Magnum Admiratum pertinere non potuiſſent, fuerūt allegata iura *in l.1. in l. quo naufragio, & in l. ne quid ff. de incend. ruin. & naufr. in l.1. C. de naufrag. lib. 11. & in §. fin. Inſtitut. de rerum diuiſ.* in quibus quidem iuribus probatur nemini licere ſub certa pœna bona naufragata capere, & ſi quis ea cæperit, vero Domino fore reſtituenda, & in Regno habemus Conſtitutionem Rapinas, & aliam Dohanæ, excepto ſi bona hæc naufragata eſſent infidelium, quo caſu non vt bona naufragata fiſco acquiruntur, ſed vti hoſtium, & quod ita fuit ſemper per Regiam Cameram determinatum. Et quoad prætenſionem Magni Admirati fuit conſideratum iuris communis aſſiſtentiam non habere, cum nullo iure caueatur, neque reſpectu naufragij, neque vt bona infidelium, ſiue hoſtium, & circa priuilegia, quæ fuerunt producta, fuit ponderatum nullibi legi, hoc ius fuiſſe Magno Admirato conceſſum, reſpectu verò Capitulorum Regis Frederici, quæ dicebantur fuiſſe à Rege Catholico confirmata, fuit dictum in illis, nil aliud fuiſſe Admirato conceſſum, niſi corpora nauigiorum cum veſtibus vſitatis, quæ ibi reperiuntur, non autem bona naufragata, imò quod capitula illa non loquuntur de nauibus infidelium quorum ſunt certi Domini, & quorum bona iure hoſtilitatis capi poſſunt. ad tex. *in l. ſi quid in bello*, & ibi dicta per DD. *ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* dummodo in acie belli, & ſic in eius conflictu, quo caſu præſentantur Capitaneo Generali, qui bona illa mobilia inter milites, provt eorum merita expoſtulant, diuidere tenetur *c. ius militare prima diſtinct. c. dicat aliquis 13. quæſtion. 5.* Petr. de Bellapertic. & Alexandrin. *in l. naturalem §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ.*

3 Quando autem bona mobilia hoſtium in bello capta non ſunt, ſed aliter reperta, tunc occupanti conceduntur *d. l. naturalem §. fin.* vnde cum dicta Capitula Regis Frederici non loquantur de illis bonis infidelium, quæ occupanti acquiruntur, non cenſentur illorum vigore Magno Admirato conceſſa, nec præſumendum quod voluiſſet Rex talia bona, quæ poſſent eſſe magni momenti concedere, quia ſi voluiſſet, quod bona omnia nauium, & nauilium naufragatorum hoſtium, & infidelium Magno Admirato acquirerentur, dixiſſet, & dum non dixit, conſequens eſt dicere, quod noluit Rex talia ei concedere, ſed tantum voluit Rex Fredericus concedere id quod *in d. conſtitut. Dohanæ* conceſſum fuerat Magno Iuſtitiario, vt illud idem conceſſum ſit Magno Admirato, nimirum vt ſi aliqua nauigia naufragium paſſa fuerint, bonorumque naufragatorum Domini non reperiantur, ſiue ſint Chriſtiani, ſiue infideles, & hoſtes, vt poſſit Magnus Admiratus de his naufragiis cognoſcere, bonaque capere, & detinere ac ea conſeruare, vel pro fiſco ſi apparebit dicta bona fuiſſe hoſtium, ſin verò Chriſtianorum, illis, ſiue eorum hæredibus conſignare.

---

## OBSERVATIO.

IN hac cauſa ſequuti naufragij prætenſionem pariter habuit tunc temporis Regni huius Prorex Marchio de Mondeſar, bona naufragata ad ipſum vti Regni Generalem Capitaneum ſpectare, & pertinere, eoque magis quia perſonæ, quæ bona illa occupauere, ipſius Proregis nomine occupaſſe declarauerant, ad quæ de iure fundanda ſcripſerunt inſignes illi Iureconſulti Io. Ant. Lanar. & Io. Franciſcus de Ponte, ambo in noſtra Neapolitana Academia Iuris feudalis interpretes, ac Regiam Cancellariam Regentes meritiſſimi, ille *in conſ. 54.* iſte *in conſ. 94.* ſed nihil circa prætenſionem hanc decretum extitit, ex quo Sereniſſimus tunc Rex noſter, Magno Admirato ſupplicante, cauſam reſpectu prætenſionis Proregis ad ſe auocauit, ſic atteſtante præſtantiſſimo Regente Moles *in ſuis deciſionibus manuſcriptis deciſ. 12. in tit. de pœnis quibus tenentur officiales*, ideoque cauſa fuit dumtaxat agitata inter Regium Fiſcum, & Magnum Admiratum Sueſſarum Ducem, quæ demum pro Regio fiſco fuit determinata, provt teſtatur Dominus noſter hîc, cuius quidem determinationis verba habes impreſſa penes celeberrimum, numquam ſatis laudatum virum Dom. Regentem Conſtantium Corleti Marchionem *in l. vnica intra num. 73. C. de Claſſic. l. 11.* & ſunt tenoris ſequentis *Die 22. Maij 1677. fuit prouiſum pariter, atque decretum, & declaratum, omnia bona, & vaſcella naufragata. & quæ in poſterum naufragari contigerit in præſenti Regno, quorum Domini ſunt, & erunt ignoti, & incerti ſpectare ad perceptionem, ac cognitionem Magni Admirati. Omnia vero vaſcella, bona, & perſonas Hoſtium, & diffidatorum ſuæ Catholicæ Maieſtatis, etiam quod ſint naufragata & naufragatæ, vel in poſterū naufragarentur, non ſpectare, neque ad perceptionem, neque ad cognitionem dicti Illuſtr. Magni Admirati, & proinde quoad dictos tres Hebræos & eorum bona captos, & capta in Maritima Hoſtuni occaſione Naufragij, at nauim ipſam naufragatam Regium fiſcum eſſe abſoluendum, & abſolui debere, prout præſenti decreto abſoluitur ab impetitione dicti Illuſtris Magni Admirati*, hoc ſuum, &c. 1

Subdit demum Dom. Reg. Conſtantius ad has difficultates tollendas Sereniſſimum Dominum Regem noſtrum in conceſſionibus officij Magni Admirati poſtea factis hoc ius expreſsè ſibi reſeruaſſe, animaduertens vlterius hæc bona naufragata, quorum Domini neſciuntur pertinere ad Admiratum, non vti bona naufragorum, quod enim habet ius fiſcus in 2

Digitized by Google

in aliena calamitate, vt de re tam luctuoſa compendium ſectetur? ad tex. *in l. 1. de naufrag. & in Auth. Nauigia C. de furtis*, ſed vti bona vacantia cum Domini non appareant, ac eo titulo fiſco debita, per tex. *in l. 1. C. de bonis vacantibus lib.* 10. *& in conſtit. Regni incip. Dohana in tit. de offic. ſecret.* & Regis conceſſione Admirato debentur, ad quæ videndus Affl. *in conſtit. Rapinas num.* 13. Alia ad materiam huius deciſionis videnda ſunt penes Io. Franciſc. del Caſtill. *deciſ.* 107. vbi diſputat an bona Hebræorum deprædari poſſint, & deprædata, num ad Proregem vti Generalem Capitaneum ſpectent, vel potiùs ad Regium Fiſcum, vel & denique ad Generalem triremium, & quid ſi aſſecuratores illorum bonorum adeſſent; cætera ad materiam vide *infra deciſ.* 621.

## *ARGVMENTVM.*

Procurator à Domino conſtitutus ad aliquam rem vendendam, an poſſit à ſe ipſo emere. Tutor an bona pupilli poſſit palam & bona fide emere. Officia quando non ſunt repugnantia, an vnus poſſit duorum vicem ſubſtinere, & de aliis.

## DECISIO LXXVIII.

1 ILLVTRISSIMVS Regni huius Prorex Marchio de Mondeſar à Sereniſſimo Domino noſtro Rege conſtitutus procurator ad vendendum functiones fiſcales, & alios Regios annuos introitus, cupiebat pro ſe, & de propria eius pecunia ſuper dictis functionibus fiſcalibus annuos emere ducatos 1600. vnde à Dominis Regiam Cancellariam Regentibus ſcrire voluit, ſi poterat à ſe ipſo vti Regis procuratore emere.

2 Et affirmatiuè reſponderunt, cum ius non reſiſtat, vt quis poſſit duarum perſonarum diuerſarum munere fungi; etenim quando officia non ſunt repugnantia, poteſt vnus vicem duorum ſubſtinere, provt eſt tex. & ibi Bartol. *in l. ſi Conſul. ff. de adoption.* vnde in caſu propoſito dicebatur Dominum Proregem vti ſuæ Maieſtatis procuratorem Regis perſonam ad vendendum ſubſtinere, & vti emptorem, perſonam propriam, provt ſancitum eſt in tutore, qui pupilli bona palam, & bona fide emere poteſt, dummodo pretio iuſto, & quod in aliquo pupillus non decipiatur, hic eſt tex. ſatis vulgatus *in l. cum ipſe & ibi gloſſ.* Bart. Bald. & Salycet. *C. de contrah. empt. gloſſ. per illum tex. in l. pupillus §. item ſi emptor. verſ. ſed etiam verſ. de author. tutor.* vbi dicit quod ibi tutor, palam, & bona fide bona ſui pupilli emit, poterit ſibi ipſi authorari, idemque Cyn. *in d. l. cum ipſe*, vbi dicit quod in hoc caſu Iuris fictione duo reputantur contrahentes, emptor nimirum & venditor, nec obſtare dictum fuit tex. *in l. pupillus §. item ipſe tutor. ff. de authorit. tutor. & in l. in emptione §. fin. ff. de contrah. empt.* vbi decidi videtur contrarium eius, quod ſancitum eſt *in d. l. cum ipſe*; quia iura hæc procedunt quando tutor clàm, & mala fide bona pupilli emit, ſecus verò ſi palam, & bona fide, ita dicunt ibi gloſſ. Bart. & communiter omnes, qui nedum loquuntur in tutore, ſed etiam in curatore, procuratore, ac negotiorum geſtore, & in patre legitimo adminiſtratore, quod poſſit bona filij ſui palam, & bona fide emere, dixit Bart. *in l. frater à fratre col. antepenul. verſ. 3. quæro ff. de condit. indebiti.*

## OBSERVATIO.

EGo ſatis dubito, an ea quæ Dom. Regens noſter 1
hic ſcripſit iuris fundamento nitantur, nam quod procurator conſtitutus ad vendendum poſſit ſibi ipſi vendere, non ſolum nullo iure cautum comperimus, ſed contrarium expreſsè videtur determinatum *in l. ſi in emptione §. fin. in fin. verſ. tutor. & in l. non licet ff. de contrah. empt.* in quibus ſanè iuribus habetur, tutorem, procuratorem, ſiue quemlibet alium negotia gerentem ſuorum principalium bona à ſe ipſis emere non poſſe, reſiſtit enim lex, vt quis emptoris, & venditoris officio fungatur *l. pupillus §. item ipſe ff. de author. tutor.*

Nec his obſtant iura quæ hic allegat Dom. Re- 2
gens & primò *tex. in l. Conſul. ff. de adoption.* vbi probatur ſecundum Bart. ibi, quod quando officia non ſunt repugnantia, vnus poteſt duorum vicem ſubſtinere. Etenim tex. ille procedit in caſu ſuo, in quo certè officia non erant repugnantia, nam cum pater filium ſuum emancipare exoptaret, ſiue alteri in adoptionem dare, quia Præſidis authoritas neceſſaria erat, dum filiusfamilias talis erat, determinat Iureconſultus potuiſſe filiumfamilias huic emancipationi ſiue adoptioni tanquam præſidem conſenſum præſtare, non ſic dicendum, quando officia ſunt prorſus repugnantia, provt propriè conſideratur, cum quis vellet emptoris, & venditoris officio fungi.

Secundò minùs obſtat *tex. in l. cum ipſe C. de con-* 3
*trah. empt.* vbi tutor bona pupilli emere poteſt, nam vt aduertit gloſſ. ibi, hic tex. procedit quando tutor emit à contutore, idemque notat Matthienſ. *in l. 23. gloſſ. 2. num. 8. lib. 5. nouæ recompil.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt.* 80. *num.* 9. *&* 10. Cald. Perier. *in l. ſi curatorem in verb. contractum feciſti num.* 31. *verſ. ſed verius C. de in integr. reſtit. minor. & in tract. de emption. & vendit. cap.* 17. *num.* 13. Guttierrez *de iuram. confir. par.* 2. *c.* 15. *num.* 6. ſicque in eo tex. alia eſt perſona emptoris, alia venditoris; ſecundò, & meliùs loquitur tex. iſte quando tutor emit palam, & bona fide, nam ſi verum eſt, bona pupilli alienari non poſſe, niſi concurrentibus requiſitis, de quibus per Affl. *deciſ.* 249. & ſignanter vt per viginti dierum ſpatium ſubhaſta ſtent. *l. fin. C. ſi aduerſus fiſcum, gloſſ. in l. 1. in verb. omni ordine C. de fide inſtrument. & iure haſtæ fiſcalis lib.* 10. Capyc. *deciſ.* 36. *num.* 4. Roland. *conſ.* 33. *num.* 14. *lib.* 1. Fabia. de Monte *tract. de emption. & vendit.* 5. *part. princip. num.* 83. *&* 89. Eſcob. *de ratiocin. cap.* 16. *num.* 13. *&* 14. Menoch. *de arbitr. Iudic. caſu* 129. *in fine &* 121. *num.* 28. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 375. *num.* 16. Montan. *de tutelis cap.* 13. *num.* 60. *&* 61. Rota *deciſ.* 485. *num.* 9. penes Dom. Ludouiſ. *& deciſ.* 3. *num.* 7. *&* 8. *deciſ.* 24. *num.* 3. *& deciſ.* 106. *num.* 7. *inter impreſſas poſt tract. de ſubhaſt.*



Digitized by Google

*ſubhaſt.* Io. Ant. Mangil. qui idem affirmat *quæſt.fin. num.*8. quos omnes retuli ego *lib.*2. *mearum reſolut. cap.*18. *num.*28. dum ſubhaſta ponuntur, quia palam fit venditio, de qua loquitur tex. non eſt cur prohibeatur, vt tutor bona pupilli emere poſſit, non enim dicetur eo caſu à ſe ipſo emere, potius à Iudice, de quo loquuntur Menoch. *loc. cit. num.*8. Ceuall. *Commun. contra Commun. quæſt.*234. *num.*7. Cald. Perier, & Guttier. *loc.cit.*

4 Concluſio à me in principio firmata, dic tu, vt procedat non ſolum vbi tutor, vel procurator à ſe ipſis emerent, ſed etiam per interpoſitam perſonam, nam adhuc eis ſic emere, vel permutare haud liceret Ripa *reſput.*15. *num.*11. *lib.*3. *Menoch. de arbitr. Iudic. caſu* 450. *num.*2. *cum ſeqq.* Mattienſ. *in cit. l.*13. *gloſ.*2. *n.*5. vbi Azeued. *num.*4. Montan. *de tutelis cap.*30. *n.*61, Peregr. *de iure fiſci lib.*4. *tit.*7. *num.*7. & 8. Cardinal. Mantic. *de tac. & ambig. conuentionibus lib.*4. *tit.*23. *num.*4. *cum ſeqq.* quo loci ait mala fide emiſſe præſumi, ſi quis per interpoſitam perſonam emerit, quia fraus ſemper præſumitur, quando id quod à lege prohibetur per ſuppoſitam perſonam agitur *l. pupillus* §. *item ipſe tutor, verſ. ſed ſi per interpoſitam ff. de author. tutor.* iſtamque ſententiam amplexus ſum pariter & ego *lib.*1. *mearum reſolut. cap.*293. *à num.*1. *vſque & per totum num.*4. vbi *numero ſequenti* illam ſubingreſſus fui quæſtionem nimirum quid dicendum in caſu diuerſo, in procuratore ſcilicet non ad vendendum, ſed ad alterius bona emendum conſtituto ſi hic demum nomine proprio emerit, & de ipſius propria pecunia, num gratia mãdati adimplendi emptio facta dicatur; ſicque Domino mandanti res empta acquiſita dicatur, & affirmatiue reſpondi, rationibus vt ibi.

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius an ſit concedendus diſpoſitioni factæ in vltima voluntate per defunctum feudatarium de feudo ad beneficium ſecundæ vxoris, ſua vita durante, vel donec ſecundas non feſtinauerit nuptias, & quod poſt mortem, ſiue tranſitum ad ſecunda vota ſuccedere deberent filij ex illo matrimonio ſuſcepti ſic ſupplicante filio primogenito ex prima vxore nato, eo tamen in ſuplicatione addito; citra præiudicium omnium, & quorumcumque iurium fortè ſibi competentium &c. Legatum de feudo facto ad tempus an de iure ſubſiſtat. Aſſenſus Regius an poſſit impetrari ſuper contractu defuncti. Sententia quando poſſit pro parte valere, & pro parte non, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO LXXIX.

DOMINVS Princeps Hoſtiliani, 1 cum filium ſuum primogenitum ex prima vxore ſuſceptum hæredem inſtituiſſet vniuerſalem, vxori ſecundæ ſuperſtiti aliquorum feudorum fecit legatum ita quod hæres infra ſex menſes illud ratificare deberet, ad finem, vt ſupra hac diſpoſitione Regius impetrari potuiſſet aſſenſus, verum, quod hoc legatum intelligeretur vita durante vxoris, & quatenus ad ſecunda vota non tranſiret, nam poſt eius mortem, ſiue tranſitum ad ſecundas nuptias, voluit teſtator, vt in feudis illis filij ex eo matrimonio nati ſuccederent, hic hæres volens paternæ obtemperare voluntati, pro aſſenſu ſupplicauit, eo in calce memorialis addito, nimirum *citra præiudicum omnium, & quorumcunque iurium forte ſibi competentium contra hæredes ex corpore dictæ legatariæ ex dicto matrimorio natos*, vnde vxore legataria huic proteſtationi ſe opponente, fuit in Collaterali Conſilio, & coram Excellentiſſimo Prorege dubitatum, an aſſenſus ſuper dicto memoriali præſtari deberetur?

Et per Dominos Regentes fuit votatum aſſenſum eſſe præſtandum, quamuis vnus 2 ex Dominis in contrario extitiſſet voto, putans quod ſi præſtabatur aſſenſus, hæc feuda fiebant ex pacto, & prouidentia, cum hæreditaria eſſent, ſed fuit reſponſum hoc verum eſſe quando factum non reſiſtebat, conſtabat enim in memoriali fuiſſe ſupplicatum pro aſſenſu ad fauorem legatariæ, eiuſque hæredem ex ſuo corpore legitimè deſcendentium, ſicque dubitari non poterat, quod quando inueſtitura canit pro Titio, & hæredibus ex ſuo corpore deſcendentibus, feudum dicitur hæreditarium, ex pacto autem ſi pro filiis ſuis, ſiue pro ſuis deſcendentibus, ita Andr. *in c.*1. §. *& olim col.*2. *de ſucceſſ. feud. in cap.*1. *an Agnat. in c.*1. *in princip. & in* § *ſi libellus de alien. feud. pater.* ac alibi nec ius aliquod reſiſtebat, quod hæc feuda erant vxori legata ad tempus, nimirum dum illa viuebat, ſiue dum in viduitate permaneret, nam quatenus hoc de iure feudorum diſpoſitum non reperiebatur, bene tamen per iura communia, quibus ſtandum, *vulg. tex. in cap.*1. *de feud. cognit.* etenim de iure communi tam in contractibus quam in vltimis voluntatibus hoc diſpoſitum habemus, in vltimis voluntatibus, eſt *tex. in l. fin. C. de legat.* vbi eſt caſus, quod valet legatum factum ad tempus certum, & incertum, in contractibus, eſt *tex. in l.*2. *& in l. quoties C. de donation. quæ ſub modo*, vbi valet donatio facta Titio, vt poſt tempus alteri acquiratur, & quod hoc procedat etiam in materia feudali, docet Andr. *in dicto* §. *olim col.*2. *in fine* vbi

Digitized by Google

vbi dicit, feudum ad diem dari, & concedi poſſe,

3 Nec obſtare dictum fuit aliud motiuum quod in caſu propoſito non poterat præſtari aſſenſus, obſtante pragmatica Cæſareæ Maieſtatis,qua Sancitum eſt, ne Domini Proreges poſſint aſſenſum præſtare ſubſtitutioni, quæ fit per feudatarium ſuper feudo, ſed in caſu,de quo agebatur erat facta ſubſtitutio,vt moriente legataria ſine filiis ſuccederet teſtatoris nepos ex filio,ergo;fuit reſponſum quod hæc non erat ſubſtitutio facta legatario, ſed ſolum legatum factum ad tempus, nimirum vita durante vxoris, vel donec in viduitate permaneret,& poſtea dicebatur factum legatum nepoti ad *tex.in d. l. quoties*; ſecundò, & melius fuit reſponſum, filium primogenitum hæredem, non aliter ſupplicaſſe pro aſſenſu ſuper omnibus Capitulis in paterna diſpoſitione contentis, ſed ſolum ſuper vno Capitulo concernente legatum factum, vt dictum eſt vxori, vnde dicebatur quod quatenus defendi potuiſſet ſubſtitutionem, deſumi ex aliis Capitulis;erat illa penitus ab aliis ſeparata,ad trad.per Bart. *in l.Aurelius §.idem quæſiuit ff. de libert. legat.* & ex hoc inferebatur, quod quando ſunt plura capitula diuerſa in libello deducta, poteſt ſuper vno ferri ſententia,& ſuper alio non,ita Bart.*in l.1.C.ſi aduerſ. rem iudic.* ibique Bald. per tex.quem allegat. *in l.quidam mulier.ff.fam.erciſc.*facit etiam *tex. in l.etiam §.1.ff.de minor.*Paul. de Caſtro *in d. l.1. C.ſi aduerſ. rem iudic.* vbi dicit, quod licet ſententia ſit in ſe indiuiſibilis *l.in hoc iudicio ff. famil. erciſc.gloſſ. in l.fin. ff.de iuriſd.omn.iudic.* tamen ex poſt facto poteſt pro parte valere, & pro parte non, dummodo diuerſa ſint capitula, quia tunc tot ſunt ſententiæ quot capitula, vnde in caſu propoſito cum plura paternæ diſpoſitionis eſſent capitula diuerſa, & penitus ſeparata, diuerſas perſonas, ac diuerſa tempora concernentia, poterat hæres ſupplicare pro aſſenſu reſpectu vnius, & non reſpectu alterius.

4 Nec & tandem obſtare dictum fuit aliud motiuum pro denegatione aſſenſus, quod diſpoſitio facta per teſtatorem erat indiuiſibilis, ex quo teſtamentum eſt indiuiduum *l.ſi is qui ff.de teſtam. & l. furioſum C. qui teſtam.facere poſſ.* ſicque non potuiſſe hæredem paternam diſpoſitionem pro parte acceptare, & pro parte non; etenim fuit reſponſum hoc non procedere quando teſtamentum eſt completum & perfectum tunc enim ſi in eo ſunt plures diſpoſitiones ſeparatæ, tot ſunt teſtamenta,quot ſunt legata,ita Imol.*in d.l.ſi is qui,* & latius Soccin.*in rubrica ff.de legat.*1. Ergo in caſu propoſito poterat hæres legatum à patre vxori factum acceptare, & non alia in eodem teſtamento cõtenta,id quod indubitabile redebatur, cum verè aſſenſus nullatenus præſtabatur diſpoſitioni paternæ ſed ſuper hoc nouo conſenſu filij;diſpoſitio enim facta à patre cum non habuerit aſſenſum in vita pro eo quod feudum tangebat,nulla dicebatur;quare opus fuit nouo conſenſu hæredis, ad hoc vt ſuper illo, non autem ſuper teſtamento, ſiue Codicillo aſſenſus impetrari potuiſſet, ſicque vt præſtaretur aſſenſus fuit ſolemniter in Collaterali Conſilio determinatum.

## OBSERVATIO.

AD confirmationem primæ concluſionis, quam hic firmat Dom. Regens authoritate Andreæ, quem in pluribus locis allegat, nimirum vt quando feudi inueſtitura canit pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore deſcendentibus, feudum dicatur hæreditarium, ex pacto autem, ſi pro filiis ſuis, ſiue pro ſuis deſcendentibus, nulla addita qualitate hæreditaria, vide;quæ ſcripſi *lib.2.mearum reſolut.cap.86. num.9.* vbi pro regula tradidi,quod quoties in feudorum inueſtituris hæredis nomen inuenitur, feuda illa, vel ſimpliciter hæreditaria, vel ex pacto cum qualitate hæreditaria cenſenda ſunt, ſolumque illa ex pacto diiudicanda, vbi ſimpliciter fuit facta conceſſio pro inueſtito, & filiis, ſiue deſcendentibus, nulla hæredis mentione facta, ſicque merito aduerſus Affl.inſurrexi,qui tam *in conſtit.vt de ſucceſſionibus,quam in cap.1. in tit. an Agnati* imprudenter ſcripſit, feudum ex pacto cenſendum quoties inueſtitura careret. Concedimus tibi, & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, *ita quod maior natu minori, & maſculus fœmina præferatur,* idque propter verba illa adiuncta,*ita quod maior natu minori,* &c. demonſtraui enim in hac aſſertione Afflictum ſatis erraſſe, provt *in cit. cap.86.*à principio videri poteſt. 1

Quantum verò attinet ad aliam concluſionem, vt valeat legatum factum ad tempus certum & incertum,vltra iura hic à D.Regente allegata,vide tex.ſingularem *in l.vxori 35.ff.de vſufruct.legat.& in l.ſi cum præfinitione 20. C. quand. dies leg. ced.* quæ ſanè Iura fuerunt à me allegata,& exornata *lib. 1. reſolut. iuris cap.242.per totam.* 2

Ad aliam autem concluſionem hic tentam, nimirum vt ſententia quamuis regulariter indiuiſibilis, ex poſtfacto poſſit pro parte valere,& pro parte non, dummodo diuerſa ſint capitula, ad maiorem declarationem vide Reg.Lanar.*conſ.33.num.23.* vbi hoc expreſsè firmauit poſt Rom. quem citat *conſ.281. n.2.* ſubdens idem pariter in teſtamento aſſeuerandum per *tex. in l.mater decedens, & in l. circa ff.de inoff. teſtament. & num.*19.notanter obſeruat,quod vbicumque certa ſumma petita eſt in libello, ac in ſententia facta fuit pro parte condemnatio & pro parte abſolutio,non obſtante exequutione in parte facta, poſſe de ſuperfluo reclamari, ſicque ſententiam reſcindi per reſtitutionem reuiſionem, ſiue appellationem, quæ æquiparantur,citat Cyn.Bart.Paul.de Caſtro, & Iacob. de Sancto Georg.*in l. 1.C. ſi aduerſ.rem indic.* affirmantes, quod ex poſt facto ſi appellatur à quinque ſolum, ſententia ſuſpenditur in eo, quod eſt appellatum,& in alio firma remanet,idemque Alberic. *in l.etiam §. ex cauſa ff. de minoribus*, vbi dixit, quod quando ſententia plura continet capitula ſeparata,vel vnum diuiſibile, poteſt pro parte acceptari, & pro parte non, imo fortiùs quod poteſt ſententia pro parte exequi, & ab alia appellari, vide etiam pleniſ- 3



Digitized by Google

ſimè D. Cardin. Tuſcum *pract. concluſ. lit. S. concluſ.* 165.

4 Vlterius pro eo quod attinet ad aliud hîc tentum, vt diſpoſitio facta à feudatario defuncto, cum non habuerit aſſenſum in vita, nulla dicatur, vnde opus eſt nouo conſenſu hæredis, ad hoc vt ſuper illo non autem ſuper diſpoſitione defuncti Regius impetretur aſſenſus, vide pleniùs D. Reg. de Ponte *conſ.* 72. *n.* 8. *& conſ.* 75. *num.* 41. *lib.* 2. & pleniùs, ac notanter *in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de aſſ. Reg. ſuper dotibus* §. 1. *num.* 13. *&* 19. *verſ. & aduertatur quaſo* vbi firmans concluſionem, vt nullo pacto poſſit Regius præſtari aſſenſus ſuper contractu defuncti, ſed omninò nouum requiri conſenſum hæredis, & diſpoſitiuum per nouum contractum, ad hoc vt ſuper illo Regius obtineri poſſit aſſenſus, ſubdit *num.* 22. hoc adeo verum, vt poſſit hæres ad id compelli, & quod hæc non ſit noua practica in Regno, vt cogantur hæredes per nouum contractum conſentire, & ſuper hoc nouo contractu aſſenſum expediri, ſed eſt practica, & deciſio Iuriſconſultorum antiquorum, tempore quo leges non nauſebantur, termini non ignorabantur, & res per cauſas ſcire exiſtimabant, quod practicatum teſtatur in cauſa Io. Antonij Carrafa, cum Duce Traiectæ, & in cauſa D. Ioannis de Piccolominibus, cum Duciſſa Amalphiæ, habito pro vero quod conſentire tenebantur diſpoſitioni factæ per defunctos, ſeque cum bonorum hypotheca obligare, ſicque illis reluctantibus, fuit deciſum eſſe obligandos, & ſuper noua obligatione præſtari aſſenſum, ad finem vt valide obligatio feudalis radicari poſſit ſuper dominio iam exiſtente penes hæredem, & non ampliùs penes defunctum, id quod pariter ſemel atque iterum me aduocante practicatum extitit contra hæredes quondã Pauli, & Iacobi Serra, vt cogerentur illi per nouum contractum ratificare inſtrumentum ceſſionis annui redditus ſcutorum biſmillium, & octingentorum auri in auro conſtituti per quondam Octauium Serra ſuper terra Carouinei, ſtipulatum ſiquidem per dictum quondã Paulum ad fauorẽ Domini Marchionis Proſperi Conſtauti, ad finem impetrandi ſuper illo Regium aſſenſum, in qua quidem cauſa fuit etiam practicatum, nàm cum hæredes prædicti determinationi factæ non paruiſſent, fuit iniunctum Actuario cauſæ, vt dictorum hæredum nomine contractum prædictum ceſſionis ratificarent, ad finem vt diximus impetrandi aſſenſum, provt fuit exequutum, deque his atteſtatus ſum *lib.* 2. *mearum reſolut. cap.* 43. *num.* 7. 8. *&* 9.

## ARGVMENTVM.

Vita & militia, quæ ſecundogenito præſtatur, an per illius rebellionem dicatur extincta, & feudo conſolidata, vel potiùs durante vita naturali rebellis, Regio Fiſco ſit debita. Secundogenito effecto rebelle, & demum ad primæua iura reſtituto, an recuperet à fratre ſuo primogenito vitam, & militiam pro præterito debitam non ſolutam. Hæres de reſtituendo poſt mortem grauatus, ſi in aliquod inciderit crimen, ob quod eius bona confiſcantur, an pariter ſint confiſcanda bona reſtitutioni obnoxia. Vſusfructus, quem habet pater in bonis filij, an per ipſius patris foriudicationem extinguatur, ſicque dicatur cum proprietate conſolidatus, & de aliis notabilibus.

## DECISIO LXXX.

INQVISITO de crimine læſæ 1 Maieſtatis filio ſecundogenito, cui ſuper feudo paterno, in quo primogenitus ſucceſſit, fuit portio vitæ, & militiæ aſſignata, dubitari contigit, an portio illa per rebellionem diceretur extincta, & feudo conſolidata, vel potiùs durante vita naturali rebellis, cenſeatur acquiſita Regio fiſco?

Diſcuſſo hoc articulo in Regia Camera, 2 cum votantes eſſent numero ſex, fuerunt Domini in paritate votorum, tres enim pro fiſco contra primogenitum feudatarium, tres verò pro primogenito contra fiſcum votum dederunt, ſed demum ad paritatem dirimendam relicta cauſa in Collaterali Conſilio, prodiit deciſio pro primogenito contra fiſcum, extititque allegatum, aliàs ſic pariter fuiſſe determinatum, etenim fuit conſideratum, quod ſi vita, & militia vſufructui æquipararetur, res eſt clara, quia caſus eſt expreſſus *in l. correctionem C. de vſufruct. & in* §. *finitur inſtit. eodem*, quod ſicut vſusfructus morte naturali finitur, ita etiam per maximam, ſiue mediam capitis diminutionem, idemque ſi alimentis compararetur *l. cum hi* §. *conſtat ff. de tranſact. l. is cui ff. de alim. & cibar. legat.* Legitimæ verò nullo pacto æquiparari poteſt, cum hæc portio ſit hæreditatis ad quoſcumque tranſmiſſibilis, ſecus vita, & militia; minus peculio profectitio, cum pater ſit illius Dominus, neque aduentitio, cum pater ſit vſufructuarius, vnde dicimus quod filij delinquendo patri præiudicare non poſſunt, Gigas *de crim. læſa maieſt. lib.* 2. *quaſt.* 10. *&* 11. & quod in hoc caſu mors ciuilis naturali æquipararetur; fuit conſideratum, quod pater filio rebelli alimenta præſtare non cogitur, vt eſt *tex. in l. ſi quis à liberis* §. *idem Iudex, & ibi gloſ.* & Bart. *ff. de liber. agnoſc.* vbi pater in illis caſibus, in quibus poteſt filium exheredare, poteſt quoque alimenta negare, quod autem pater poſſit filium rebellium exheredare, docet Andreas *in cap.* 1. §. *praterea vaſſallus col.* 2. *qua ſit prima cauſ. benefic. amitt.* & Gigas *loc. cit. lib.* 2. *quaſt.* 9. nec obſtare dictum fuit, textum vulgatum *in l. Statius filius* §. *Cornelio Felici ff. de iure fiſci*, vbi mors ciuilis naturali non æquiparatur, quia tex. ille loquitur

Digitized by Google

tur in illis caſibus, in quibus mortuus ciuiliter non eſt omninò incapax, ſecùs verò in caſu, de quo agebatur, & ſic in rebelle, qui penitus dicitur incapax, adeo quod vita quoad Iuris effectum eſt verè mors, vnde.

## OBSERVATIO.

1 SCripſit in hac cauſa pro Regio fiſco contra primogenitum Marcellus de Mauro, olim Regij Patrimonij fiſci Patronus, ac demum Præſidens, prout videre eſt in eius allegat. 76. quo loci quinque principalioribus fundamentis ſuſtinet, præſtationem illam annuā ſecundogenito debitam ſuper feudo paterno, in quo primogenitus ſucceſſit, quæri fiſco, ſecundogenito ipſo rebelle effecto, nec aliter per ſubſequutam rebellionem fuiſſe extinctam. Dicit primo, hoc magno patrato facinore, fiſcum fundatam habere intentionem vt omnia delinquentis nedum bona confiſcata cenſeantur per *tex. in l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt.* ſed etiam credita, per *tex. in l. fin. eod. tit.* vbi gloſſ. *in verbo ſoluere*, addit hoc eſſe ſpeciale in fiſco, & cum lex nō expreſſerit, vt in crimine læſæ Maieſtatis mors ciuilis æquiparetur naturali vtriuſque mortis non poteſt dici, quod ſit ſimilis ratio, ad notata per gloſſ. *in can. placuit* 8. q. 1. & per Alex. *conſ.* 139. *lib.* 2. Vnde donec mors adueniet naturalis ipſius ſecundogeniti rebellis, fiſcus illam annuam præcapiet præſtationem, quam delinquens eſſet percepturus ſi fidelis extitiſſet.

2 Secundo ad fiſci iura tuendum conſiderabat Marcell. de Mauro id quod ſcripſit Affl. *in conſtit. Comitib. in* 5. *quæſt.* nimirum, quod ſi ſecundogenitus efficeretur rebellis ac demum plenariam obtineret reſtitutionem, teneri eo caſu fratrem primogenitum ad illi præſtandum quicquid pro tempore præterito ex cauſa vitæ, & militiæ eſt debitum, id quod pariter determinatum extitit ſupra *deciſ.* 66. vnde argumentatur, quod ſi frater iſte ſecundogenitus recuperat quod ſibi debetur pro vita, & militia ex cauſa de præterito, ergo per ſubſequutam rebellionem non poteſt dici quod vita, & militia fuerit extincta, reſtitutio enim quamuis plena nihil operari poteſt in præiudicium Iuris alteri quæſiti, & maximè ex legis diſpoſitione, ad notata per DD. *in l. Gallus* §. *& quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.*

3 Tertiò conſiderabat, quod vita, & militia, ſiue ſucceſſerit in locum legitimæ ſecundogenito debitæ ſuper feudo, ſiue loco portionis, quæ ſibi in feudo competiiſſet, ſiue in locum alimentorum (qua de re late diximus ſupra cit. *deciſ.* 66.) tamen hoc diceretur ſecundogeniti commoditas, quæ poſtquam, ex dictis in præcedenti ratione, non extinguetur, fiſcus illa fruetur vita naturali rebellis durante.

Quartò conſiderabat, quod ſi eſſet attendenda opinio Camer. qui in *c. Imperialem car.* 102. *litt. N*, multiplici ratione probat vitam, & militiam conſiderari in perſona ſecundogeniti tanquam feudum, fit locus theoricæ *ſpecul. qui in tit. de feudis* §. *quoniam ſuper homagiis, verſ. quadrageſimo quæritur* fundat, feudum rebellis, quod ab alio Domino tenetur, deuolui ad Regem, contra quem eſt commiſſa rebellio, durante tamen vita naturali ipſius rebellis.

4 Quintò, & tandem conſiderabat de Mauro magis communiter receptum eſſe, quod ſi hæres de reſtituendo poſt mortem grauatus, in aliquod crimen inciderit, ob quod eius bona confiſcarentur, eſſent pariter confiſcanda bona reſtitutioni obnoxia, durante tamen delinquentis vita, vt per Oldrad. *conſ.* 17. & Rom. *in l. ſi conſtante* §. *fin. ff. ſol. matr.* id, quod ego plenius firmaui *lib.* 1. *mearum reſol. cap.* 166. *num.* 9. quo loci authoritate Marin. de Caramarico *in conſtit. Regni ſi quam aliquem*, probaui, quod vbi pater in bonis filij vſufructum haberet, ſi eum foriudicari contingeret, propter quod venirent illius bona confiſcanda, confiſcabitur etiam vſusfructus, nec filius dicere poſſet fuiſſe illum propter patris delictum cum proprietate conſolidatum, & *num.* 11. addidi, alias contigiſſe effecto rebelle poſſeſſore bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, cum prætendiſſent vocati, ob mortem ciuilem poſſeſſoris, fuiſſe factum fideicommiſſi caſum, de morte naturali fiſco opponente, in cuius caſum reſtitutio erat facienda, quod expectetur exitus mortis naturalis ſolemniter fuit reſolutum, quibus ſic ſtantibus ſatis dubito, an deciſio per D. Reg. noſtrum hic relata votorum parilitate præcedente vera Iurique conſentanea ſit, ac pariter de *deciſ.* 185. Georg. de Cabed. *par*...

Quantum verò attinet ad aliam concluſionem hic 4
per D. Regentem firmatam, nimirum, vt in omnibus caſibus, in quibus pater poteſt filium exhæreditare, poſſit pariter illi alimenta denegare, ad confirmationem adde tu Bart. qui hoc originaliter dixit *in l. ſi quis à liberis* §. *ſi quis ex his ff. de liber. agnoſc. & in l. ſi patrem C. de alien. liberis* quem citat & ſequitur Franc. Viu. *comm. opin. lib.* 1. *opin.* 45. *num.* 3. verum circa hanc concluſionem aduerti ego *lib.* 1. *mearum reſol. cap.* 143. *num.* 7. & 8. quod ſi filius patrem pro alimentorum præſtatione in ius vocaret, ac ille excipiendo cauſam proponeret, propter quam filium exhæredare intendat, donec lis decidetur, cogitur pater ipſe alimenta præſtare, nam cum de filiatione non dubitetur, dicitur filius ſuam habere intentionem fundatam, quouſque pater exhæredationis cauſam probauerit, vt poſt Aſcan. Clem. *in tract. de patr. poteſt. effect.* 16. *n.* 56. docet Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 100. *num.* 12. ſicque annui de anno 1629. per S. Conſ. determinatum in cauſa Hieronymi Scaleæ cum Cataneo eius patre, qui lite pendente ſuper exhæredatione fuit condemnatus ad filio ſoluendum pro nunc ducatos centum in cauſam alimentorum referente præſtantiſſimo Conſiliario D. Marcello Marciano.

## *ARGVMENTVM.*

Generalis Regiarum Triremium an iuriſdictionem habeat cognoſcendi de delictis per eius officiales in terra commiſſis, vel potius illorum cognitio ſpectet ad Iudicem ordinarium loci, in quo delicta fuerunt patrata, & quid hodie circa hoc ſeruetur, ſtantibus nouiſſimis ordinationibus ſuæ Catholicæ Maieſtatis, vbi pleniſſimè de hac materia.

## DECISIO LXXXI.

ILLVD eſt de quo Regis mandato 1
præcedente hic dubitatum extitit, nimirùm quænam iuriſdictio tributa ſit Generalibus Regiarum Triremium in milites, & Officiales quoſcum-



Digitized by Google

que ipſarum Regiarum Triremium ſeruitio adſcriptos delicta in terra committentes.

2 Pro cuius dubij reſolutione dicebatur primo Generalem habere cognitionem omnium delictorum militarium, quæ à ſuis militibus, ſiue in Mari, ſiue in terra Committuntur *l. 2. & 3. & l. omne delictum ff. de re milit. l. 1. in prima parte C. de offic. mag. milit. l. Magiſterij C. de iuriſdict. omn. Iudic. & l. de militibus ff. de exhibit. Reor.* & in his iuribus Butr. Bellapertic. Salyc. & Paul. de Caſtro, idemque ſi vnus ex commilitonibus, alium commilitonem offenderit, vt adhuc de hoc delicto ſolum Generalis cognoſcet *d. l. omne delictum verſ. ſi quis Commilitonem*, & in omnibus cauſis ciuilibus, ſi tam actor quam Reus milites ſunt *d. l. Magiſterij*, vbi Paul. de Caſtro, & Salyc. poſt Petr. de Bellapertic. qui dicit quod indiſtinctè in ciuilibus Magiſter militum cognoſcit; ſin autem delicta eſſent communia, non autem militaria, diſtingunt DD. an ſint illa enormia, & grauia, an leuia, vt in enormibus cognoſcat ille Iudex ordinarius, in cuius iuriſdictione delictum eſt commiſſum, eſt *text. in l. fin. ff. de accuſat. & in l. 1. in prima par. C. de offic. mag. milit.* in leuibus autem, poterit ſimiliter Iudex Terræ cognoſcere, ſed debet delinquentem ad Generalem remittere, ita diſtingunt, Butricar. Bellapertic. & Salyc. *in d. l. Magiſterij, gloſſ. in l. deſertorem in verb. elogio ff. de re milit.* Cyn. & Salyc. *in l. 1. C. de exhib. reis.*

3 At hic diſtinctio hæc penitus reprobatur, cum nullo iure probetur; iura enim modo relata ſimpliciter determinant crimina communia in Terra commiſſa cognoſci à Iudicibus ordinariis illorum locorum, in quibus patrata fuere, quodque ſit ita tenendum conſiderabatur, quia alias eſſet ſemper longa diſceptatio inter Iudices ordinarios Terrarum & Triremium, vt viderent, quænam atrocia, & quæ leuia eſſent crimina; dicebatur, & tandem, quod ſi iſti milites Triremium per Terram iter agentes ſecum arma à Regiis Sanctionibus prohibita aſportarent, vel ſic inſultarent; vel reſiſterent Officialibus Terræ, quod eſſent puniendi per Mag. Curiam, ſiue per alios Officiales Terræ, ſicque alias obſeruatum per Magnam Curiam, facto verbo in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtriſſimo Prorege.

---

## OBSERVATIO.

1 VT cernis Regens noſter in ea eſt ſententia, vt de criminibus, ſiue grauibus, ſiue leuibus à Claſſicis in Terra commiſſis, Iudex ſit competens ille, in cuius iuriſdictione fuerit delictum patratum, ſicque tempore ſuo ſemel, atque iterum per Sacrum Conſilium iudicatum, teſtis eſt D. Præſ. de Franchis *deciſ.* 88. vbi cum quidam Capitaneus vnius ex Regiis Triremibus Regni huius inquiſitus in Magna Curia reperiretur de raptu, ſtupro, & furto commiſſis intra hanc Ciuitatem, quamuis eo inſtante fuiſſet per Tribunal Magnæ Curiæ ad Audientiam Regiarum Triremium remiſſus, attamen in gradu appellationis Sacrum Conſilium contrarium iudicauit, nimirum, vt contra dictum Capitaneum Magna Curia procederet, & cum alius accidiſſet caſus, teſtatur idem Dominus Præſ. ſic pariter per Sacrum Conſilium iudicatum, idemque demum de anno 1504. determinatum refert Dom. Reg. de Tap. *in Rubr. de offic. Magni Admirat. num. 7. in fin. & in prag. 1. num. 45. vbi de delict. agi oport. & in deciſ. 5. conſ. 13. n. 10.*

Tu modo ad maiorem huius materiæ cognitionem vide D. Reg. Conſtant. *in l. vnica à num. 76. C. de Claſſic. lib.* 11. vbi teſtatur, quod cum in hoc Regno inter Duces Claſſium, & Præfectos Prouinciarum frequenter circa hoc orirentur controuerſiæ, Sereniſſimus tunc Rex noſter ad illas ſedandas, certas ſtatuit leges, quæ habentur in inſtructionibus, ſeu mandatis directas tunc Principi Auriæ Summo Maris Præfecto, quas quidem inſtructiones de verbo ad verbum imprimi curauit idem D. Reg. Conſtant. *loc. cit. n.* 77. *&* 78. in illiſque determinatum habemus. 2

Primo quod ſi Claſſicus contra Claſſicum in mare deliquerit, cognitio patrati criminis ad Ducem Claſſium ſpectabit, ibi. *Sobre la gente de la Armada ſe os da mano y iuriſdicion entera y cumplidamente para que la ayais en todos los caſos y delitos que cometieren en la Mar.* 3

Secundò decretum habemus, quod ſi quis non Claſſicus, aliquomodo reperiretur in Claſſe, ibique deliquerit contra alium, etiam non Claſſicum, qui inſimul cum delinquente in eadem morabatur Claſſe, huius criminis cognitio ad Ducem Claſſium ſimiliter ſpectabit, ibi, *y aſſi miſmo os la doy ſobre qualeſquier perſonas otras de tierra en los delitos, que dentro de mis Galeras y Armada commetieren en qualquier forma contra los que anduuieren con ella*, id quod aduertit Dom. Reg. Conſtant. *num.* 83. de iure communi procedere: ſiquidem ſi quis ſit in exercitu, & delinquit, licet non ſit de exercitu puniatur à Duce belli, quia ibi eſt cum vniuerſitate, vt eleganter ſcriptum reliquit Præpoſit. *in c. ius militare 1. diſt.* 4

Tertiò, quod vbi delictum à Claſſicis committeretur in Terra, & in perſonam Duci Claſſium non ſubditam, tunc illius cognitio ad Iudicem loci delicti ſpectabit, ita vt ſi delinquens à Iudice Claſſium captus eſſet, ac in illius poſſe reperiretur, remittendus ſit ad Iudicem loci delicti, *pero ſe alguno de la Armada cometieren delitos en tierra en algunos de mis Reynos, y eſtados tocarà el conozemiento dello al Virrey, ò Gouernador, ò Capitan General de tal Reyno, ò eſtados mios, ſi tales delitos fueren hechos contra la gente de la tierra, y aunque haya ſido preſo en la mar por la Iuſticia de la Armada ſea remetido deſpues y entregado à la Iuſticia de la tierra.* 5

Quartò diffinitum habemus, quod ſi quis è Terra ad Claſſem accedens, crimen in ea commiſerit in non Claſſicum, hic delinquens, quamuis captus à Miniſtris Ducis Claſſium, ad ſuum Iudicem competentem erit remittendus, nec aliter huius delicti cognitio ſpectabit ad Ducem Claſſium ſub prætextu quod in ſua iuriſdictione fuerit commiſſum, ibi: *declarando en el vn puncto, y en el otro, que ſi el delito que el de la Tierra cometiere en la Armada fuere contra perſonas de la Tierra, aunque haya ſido preſo en la Mar, por la iuſticia de la Armada, ſea remetido deſpues, y entregado à la Iuſtitia de la Tierra.* 6

Quintò deciditur, quod ſi delictum eſſet in Terra commiſſum à Claſſico, & in perſonam Claſſici, tunc illius criminis cognitio ſpectabit ad Ducem Claſſium, 7

nec

Digitized by Google

nec aliter contra delinquentem poterit procedere Iudex loci delicti, quamuis ab illo fuiſſet captus, ibi; *y aſſi miſmo que ſi el delito que el dela Armada commetiere en Tierra fuere contra la gente de la Armada, aunque ſe prenda vna vez por la Iuſticia de la Tierra, ſea remetido, y entregado tambien à la iuſticia de Mar.*

8 Sextò & tandem in inſtructionibus prædictis determinatum habemus, quod ſi ſubditus Claſſium è Terra ad Mare extraxerit res extrahi prohibitas, ſi demum contigerit ſic delinquentem carcerari à Iudice Territorij, ſiue Ciuitatis, vnde proceſſit extractio, huius criminis cognitio ſpectabit ad Iudicem Ciuitatis, ſiue territorij, quamuis allegetur in Mari fuiſſe commiſſum; ibi *però en caſo de extraction de coſas prohibidas y vedadas que de Tierra ſe ſacaſen a la Mar, contra las leyes, y ordenes, en tal Reyno vſadas, quiero, y es mi voluntad por lo que importa euitar eſte inconueniente, que ſi alguno de la Armada que haya cometido eſte delito en la Mar fueſſe deſpues preſo en Tierra, conoſca en tal caſo, y proceſo la Iuſticia de la Tierra.*

9 Quibus ſic obſeruatis D.Reg.Conſtantius *loc. cit. à n.77. verſ. hæc ſunt* ad plura infert notabilia, & præſertim notat primò has inſtructiones de cauſis tantum criminalibus tractare, & nihil in his de ciuilibus actum fuiſſe, vndè conſequens eſt, in his cauſis iuris communis diſpoſitionem fore ſeruandam, qua attenta ſi controuerſia inter Commilitones ſit, vel claſſicos, ita vt tam actor, quàm Reus Duci Claſſium ſubſint, Dux Claſſium Iudex erit competens; ſic enim interpretantur *tex. in l. magiſteria C. de iuriſd. omn. iudic.* Petr. de Bellapertic. Iacob. Caſtrenſ. Salycet. & alij ſcribentes *ibi.*

10 Secundò notat D. Reg. Conſtant. *num.*78. quod quamuis regulariter iuriſdictio Ducis Claſſis non priuatiuè, ſed cumulatiuè conceſſa cenſeatur, vt ex *tex. in l.1.§. cum vrbem C. de offic. Præfec. Vrbis & in l. fin. C. de iuriſd. omn. iudic.* Ad notarunt Gregor. Lopez *in l.24. tit.9. par.2.* Io. Garz. *in tract. de nobilit. gloſ.1. num.5.* & D. Præſ. de Franchis *cit. deciſ.*88. attamen his attentis inſtructionibus priuatiuè, non autem cumulatiuè in caſibus prædictis cenſetur Duci Claſſium conceſſa iuriſdictio; ſi quidem cum Princeps inſtructiones, ac mandata hæc dederit ad controuerſias, quæ quotidie oriri ſolebant ſedandas, ac ipſius mens fuerit ſeparare, ac diſtinguere iuriſdictiones inter Præfectos Prouinciarum, & Claſſium Duces, cenſendum erit, iuriſdictionem vnicuique diſcretiuè fuiſſe conceſſam, itavt alter alterius cognitionem non debeat vſurpare, ſic enim limitatur regula illa, quæ habetur *in d.l.1. C. de offic. Præfec. Vrbis*, provt dixerat Bald. *in l. vnica §. vbi autem num.6. verſic. ſecundo caſu C. de Caduc. tollend. & in Auth. habita num.32. C. ne filius pro patre,* Angel. *in l. cum Prætor ff. de iudic. & in l. ſi vacantia C. de bonis vacant. lib.10.* Felin. *in c. paſtoralis, de offic. ordin.* Menoch. aliis omiſſis *de præſumpt. lib.2. præſumpt.18. verſ. ſextus eſt caſus*, & ex hoc videmus in hoc Regno etiam Magnum Admiratum ex priuilegio merum, & mixtum habere imperium, & cum clauſula priuatiua quoad omnes, ita Dominus Præſ. de Franchis *deciſ.*142. & 417. & D. Reg. Tapia *in cit. rubr. de offic. Mag. Admirat.*

11 Tertiò notat D. Reg. Conſtant. *num.*84. quod in caſibus, in quibus cognitio ad Ducem Claſſis ſpectat, erit intelligendum abſque alia diſtinctione, nimirum an ſint crimina militaria, vel communia, grauia vel leuia, nam quando delictum ſit in ipſa Claſſe, vel exercitu, qualecumque illud ſit à Præfecto illius claſſis, vel Exercitus punietur, ita gloſ. *in l.1. C. de exhib. reis* Bou. *in ſuo tract. in tit. de foro compet. n.4.* & ex noſtratibus Io. Ant. de Nigr. *in cap. Regni, quod incipit Caſtellanus num.34.*

Quartò obſeruandum, Ducem Claſſis, quamuis amplam, ac omnimodam habeat Iuriſdictionem in omnes claſſicos, non poſſe tamen illos punire officiales, qui ſunt à Rege creati, ſed de commiſſis tantum criminibus informationem capere & ad Regem referre, ſic ait, Iacob. *in l.2. per illum tex. C. de offic. Præfect. Auſt.* 12

Quintò animaduertendum, quod licet Dux Claſſis in caſibus ſuperius enumeratis cognitionem habeat cauſarum, & Capitalium, attamen nullo pacto ei licebit ſuorum iudicum ſententias in Terra exequutioni demandare ſed in ipſa Claſſe tantum, niſi de Præſidis Prouinciæ licentia, ſic Paris de Puteo *in tract. de duel. lib.1. cap. qui poſſent iudicare par.4.* & ita quotidie ſeruatur. 13

Sextò Dom. Regens Canſtantius *loc. cit. num.*94. omninò aduertendum putat, quod licet ex verbis inſtructionum appareat Duci Claſſis omnimodam fuiſſe conceſſam iuriſdictionem non tamen per hoc ille cognoſcet de cauſis appellationum, quarum cognitio ſub generali conceſſione omnimodæ iuriſdictionis non venit, citat Iacob. *in ſua inueſtitura in verſ. & dicti vaſſalli col.*13. quem refert, & ſequitur noſter Capyc. *in inueſt. feudali in verb. feudum iuriſdictionale, verſiculo remanet*, cum aliis adductis per Couarr. *pract. quæſt. cap.4. n.6.* appellabitur autem à Duce Claſſis ad ſummum Maris Præfectum, quem Generaliſſimum appellamus, ſi tamen in eodem loco reperiretur, quia alias prouocaretur ad Proregem, qui vel Iudicem in cauſa appellationis dabit, vel, quod rariùs accidit cauſam eidem Generali remittet, vt cum cōſilio alterius Conſultoris iuris periti appellationem terminet. Cætera ad materiam notanda, vide apud eundem Dom. Reg. Conſtant. *loc. cit.* 14

## ARGVMENTVM.

Creditor cui in concurſu aliorum concreditorum fuit liberata pecunia obuenta ex venditione bonorum communis debitoris cum cautione de reſtituendo cui, quibus, & quando an poſſit cogere debitorem, vt præſtet cautionem ad beneficium emptoris illorum bonorum pro futura euictione forſan patienda, itavt pecunia ei liberata cum cautione remaneat libera, provt fuit ipſi debitori ſoluta. Cautio indemnitatis an debeat eſſe cum fideiuſſore, vel ſat eſt ſola obligatio. Creditor poſterior, qui tenetur reſtituere pecuniam creditori anteriori, an illam vna cum intereſſe reſtituere teneatur, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

DECI

## DECISIO LXXXII.

1 IN concurſu creditorum ſuper liberatione pecuniæ obuentæ ex venditione bonorum Illuſtriſſimis Ducis Grauinæ communis debitoris, facta liberatione D. Lucretiæ de Summa cum ſolita cautione de reſtituendo cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem Sacri Conſilij, hæc creditrix quæ liberationem obtinuit, ægreferens cauere ex eo quod pecuniam ſuam liberam, & abſque vinculo debitori dederat, tandem cum decreto, præuia proteſtatione paruiſſet, inſtando, vt pecunia ſic liberata conuerteretur in emptionem tot annuorum introituum, qui cautionis loco ſtare deberent, conuenit Ducem debitorem, ad hoc vt eius indemnitati conſuleretur, ne ſua pecunia, quæ liberè fuit ſoluta, ſub vinculo ſtaret, & reſtitutioni ſubiecta, ſicque petiit condemnari d. Ducem ad præſtandam fideiuſſionem de eam ſeruando indemnem, & cum in hac inſtantia ſuccubuiſſet, à decreto reclamauit, commiſſaque cauſa reclamationis, petiit inſuper cum effectu cogi debitorem ad præſtandam fideiuſſionem ad beneficium emptoris bonorum, ex quorum pretio fuit pecunia liberata, ad hoc vt illa ei remaneret libera provt ſoluta fuit, vnde dubitatum extitit, quid Iuris?

2 Hæc cauſa fuit per Sacrum Conſilium relata in Collaterali Conſilio, & tandem ſingulariſſimè deciſum benè fuiſſe per D. Lucretiam creditricem, cui fuit liberata pecunia reclamatum, & malè iudicatum, ſicque prouiſum, Ducem debitorem eſſe condemnandum ad cauendum de reddendo creditricem ipſam indemnem, caſu quo alius ſuperueniret creditor anterior, qui pecuniam ab ea auocaret, & hoc infra menſem, quo elapſo, & cautione non præſtita, quod immitteretur creditrix ipſa in poſſeſſionem bonorum feudalium debitoris, donec & quouſque ei fuerit ſatisfactum de toto eius credito, & quod pecuniæ liberata, & in annuorum introituum emptionem conuerſa remaneret in beneficium dicti Ducis debitoris; ratio deciſionis fuit proteſtatio illa, qua vſa fuit creditrix, dum pecunia fuit ſibi liberata, nimirum quia non intendebat pecuniam cum vinculo accipere, & reſtitutioni ſubiectam, ſed vt ſibi caueretur, ad hoc vt pecunia liberata, ei libera remaneret, aliàs ſine illa proteſtatione tunc emanata, annuebat quod res eſſet ſatis dubia contra ipſam, quia accipiendo pecuniam ſimpliciter, provt fuit ſibi liberata, videbatur tacitè initum pactum de aliquid vlteriùs à debitore non petendo, ad *text. in l. tale pactum §. poſt diuiſionem*, vbi DD. *ff. de pactis, & in l. 2. C. eodem*, per ſolutionem enim factam huic creditrici ſublata remanebat omnis actio, & obligatio *Inſtitut. quibus mod. tollitur obligatio in princip.* eoque magis ſi nemo comparuit pro auocatione pecuniæ, quo caſu verè eſſet locus ſatiſdationi, ad *tex. in l. ſi poſt perfectam C. de euiction.* Vlterius dicebatur quod ſi hæc creditrix non fuiſſet ſibi proteſtata, potuiſſet pro eo allegari textus, & ibi Bart. & Paul. de Caſtro *in l. ſi neceſſarias §. 1. ff. de pignorat. action.* vbi ſi creditor debitoris rem ſibi obligatam vendiderit, emptorique de euictione cauerit, poſſet cogi debitor indemnitatem promittere, nimirum caſu quo alius ſuperueniret creditor potior, & prior, qui contra eum ratione promiſſæ euictionis ageret, ad debitorem enim ſpectat euictionis promiſſio, non autem ad creditorem; vnde cùm in caſu de quo agebatur, creditor, cui fuit liberata pecunia ſe obligauerat ad beneficium quorumcunque vbi contingeret alium ſuperuenire creditorem, ſiue vbi emptor bonorum debitoris aliquo modo ſuper illius moleſtiam ſentiret, conſequens eſt dicere ſatis iuſtum eſſe, vt debitor indemnitatem ei promittat, id quod latè proſequitur Neguſant. *tract. de pignor. par. 6. memb. 1. in fin. num. 46.* quo iacto fundamento, dicetur: omnem ceſſare amaritudinem, omniaque in contrarium adducta.

Secundò fuit dubitatum, an cautio hæc in- 3
demnitatis ad quam præſtandam fuit debitor condemnatus, deberet eſſe cum fideiuſſione, vel ſine ea cum ſola eius obligatione, cum verbum Cautio, ſimplicem obligationem importet abſque fideiuſſione, provt eſt *tex. in l. 3. C. de verb. ſignif.* Felin *in C. ad noſtram col. 1. in fin. de iur. iur.*

Et pro maiori parte Dominorum iudican- 4
tium fuit deciſum, indemnitatem fore cum fideiuſſione præſtandam, ad quod fuit allegata indiuidualis deciſio Baldi *in l. ſi tutela ff. de tutel. & ratio. diſtrah.* & faciunt dicta per Felin. *in d. cap. ad noſtram*, vbi poſita regula, quod qui tenetur cautionem præſtare, ſolum de nuda cautione intelligitur abſque fideiuſſione, multas ſubnectit fallentias, & inter alias vt non procedat, ſi nuda cautio nil operaretur, ad *text. in l. in omnibus ff. de iudic.* In caſu de quo agebatur nihil operabatur, quia adhuc remanebat obligatus debitor, item quoties debitor perſona eſſet ſuſpecta, vel aliter eius nuda obligatio ineſſicax, quod etiam ponderabatur in caſu prædicto, in his enim caſibus Cautio ſemper cum fideiuſſione præſtari debet, &c.

## OBSERVATIO.

IN his ſupremis Tribunalibus ſemper ſeruatum ex- 1
titit, & in dies ſeruatur, vt in concurſu creditorum, quando vni liberatur pecunia redacta ex venditione bonorum communis debitoris, provt in caſu huius deciſionis, creditor, cui pecunia liberatur, teneatur

fide

Digitized by Google

fideiuſſionem præſtare de reſtituendo cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem Sacri Conſilij, ſiue Regiæ Cameræ, aut Magnæ Curiæ, hoc tamen ex conſuetudine ſic iudicandi, non quod de iure procedat, cum regula ſit in contrarium, nimirum, vt creditor, qui debitori ſuo pecuniam dedit liberam, illam demum recipere non debeat cautioni obnoxiam, ita noſter Frecc. *de liquid. inſtrum. 7. part. quæſt. 5. num. 4.* Etenim ad aliud de iure non tenetur creditor, cui pecunia liberatur, niſi ſe anteriorem, vel potiorem promittere, ad *tex. in l. 1. C. credit. euict. pignor. non deb.* notant Anna *alleg. 78. num. 1.* aliique Doctores per ipſum relati *ſing. 444.* quibus addo Dom. Reg. Capyc. Galeo. *contr. lib. 2. contr. 38. num. 37. vbi num. ſeq.* notat praxim apud nos introductam, ex quadam æquitate proceſſiſſe, cum alias debitoris bona emptorem non inuenirent; vel ſaltem iniuſtum citat D. de Franch. *deciſ. 200. n. 5. & 10.*

2 Eſt tamen verum, quod ſi hic creditor, cui pecunia fuit liberata, nollet fideiuſſionem præſtare, ſed pati, vt pecunia illa ſic liberata conuertatur in emptionem annuorum introituum, qui cautionis loco ſtare deberent, provt hic fuit ſeruatum, certè auditur, nec aliter ad fideiuſſionem præſtandam cogi poſſet, vt benè notat D. Reg. Galeot. *loc. cit. qui num. 34.* aduertit, & prudenter, quod ſi conuerſa pecunia liberata in emptionem annuorum introituum periret, vt quia debitor annuorum introituum deficeret, certè creditor ille cui fuit facta liberatio, ſuperueniente anteriore creditore, ad nihilum teneretur, provt regulare eſt in debitore ſpeciei *l. ſi ex legati cauſa ff. de verb. obligat.* Iaſ. Dec. Rip. & Cagno. *in l. quod te ff. ſi cert. pet.*

3 Sed interdum dubitari ſolet quando eſt locus auocationi pecuniæ liberatæ cum cautione, ſiue conuerſæ in emptionem annuorum introituum, qui loco cautionis ſtare debeant, num creditor, qui pecuniam ſic recepit conuentus ab anteriore, teneatur huic pecuniam receptam, vna cum intereſſe reſtituere. Ego ſemper negatiuam amplexus fui ſententiam, cum nullo iure probari poſſit, ad hoc intereſſe creditorem poſteriorem teneri, imò in fiſco expreſsè ſtatutum eſt, vt non niſi pecuniam tantum creditori poſteriori ſolutam auocare poſſit, non autem intereſſe *in l. pecunia C. de priuileg. fiſc. & in l. deferri §. fin. cum l. ſeq. ff. de iure fiſci*, & enim vt intereſſe ſit debitum, opus eſt vt mora intercedat, nam vbi mora non contrahitur, intereſſe denegatur, ſunt iura nimis clara *in l. 2. §. ſi nauis ff. ad l. Rod. de iactu, & in l. lecta ff. ſi cert. pet.* & ibi DD. communiter, Crauett. *conſ. 87. num. 5.* Couar. poſt alios *lib. 3. var. cap. 4. num. 5.* Ant. Gabr. *comm. concl. tit. de ſolut. concluſ. 10.* Nauar. *in comment. de vſur. num. 46.* & alij relati per Conſil. Theodor. *alleg. 40. n. 43.* cum autem in caſu propoſito, nulla poſſit conſiderari mora ex parte creditoris, qui ad pecuniam reſtituendam vocatur, niſi cum primum ad id fuerit iudicialiter interpellatus, ex quo ſine interpellatione mora non contrahitur *l. mora 32. ff. de vſur. l. vinum 22. & d. l. lecta §. pactum autem ff. ſi cert. pet. l. nulla 99. ff. de regul. iur.* cum aliis concordantibus, ergò non eſt cur dici poſſit, vt quando auocationi ſit locus, ſit pariter exſoluendum intereſſe illius pecuniæ, quæ reſtituitur. Augetur ratio, ſi in hoc caſu conſiderabatur bona fides, quæ aſſiſtit illi cui pecunia fuit liberata, cum eam Iudicis decreto mediante aſſequutus fuerit, ſicque Authore Prætore, qui titulum iuſtum tradit, ad tex. vulgatum *in l. iuſtè poſſidet ff. de acquir. poſſeſſ.* quæ quidem bona fides operatur vt quilibet poſſeſſor adhuc à fructuum perceptorum reſtitutione excuſetur, etiam poſt litem conteſtatam ita gloſſ. *in l. ſi nauis 62. §. generaliter in verb. vnde non habet ff. de rei vendic. & in l. ſi fundum 17. in verb. non rectè C. eod.* Matth. Berlich. *deciſ. 7. verſ. tum quia bonæ fidei poſſeſſor*, vbi in puncto principali deciſum refert in poſſeſſorio obtinentem, & in petitorio demum ſuccumbentem, ad fructuum perceptorum reſtitutionem non teneri, ea quidem principali ratione, quæ fundatur in bona fide poſſeſſoris, qui Authore Prætore poſſidet, & ne in puncto de quo agimus indiuiduali authoritate careamus, dico ſic reſpondiſſe Dom. Regentem de Ponte *conſ. 19. num. 3.* & Dom. Reg. Santelic. *deciſ. 124. à num. 14.* quicquid ſibi dixerit Thor. *in compend. deciſ. par. 2. in verb. pecunia liberata*, idemque ſuſtinui *lib. 1. mearum reſolution. cap. 71. n. 13.*

In puncto autem principali huius deciſionis, nimirum vt debitor teneatur cautum reddere creditorem, 3
cui cum cautione fuit pecunia liberata, ad finem, vt à moleſtia creditoris, ſi quis inſurrexerit indemnis ſeruetur, vide pro confirmatione D. Præſ. de Franch. *deciſ. 200. num. 17.* & ibi Amend, addens *num. 14.* Io. Petr. Mangrell. *in annotat. ad l. ſi neceſſarias §. 1. ff. de pign. action. &* Ant. Fab. *in rational. ad dictum §. 1.* vbi dicit, debitorem in hoc caſu creditorem ſuum, non ſolum à damno, ſed etiam ab omni periculo indemnem ſeruare teneri.

Quantum verò attinet ad aliud, quod hic tangit D. 4
Regens noſter, an cautio indemnitatis cum fideiuſſione præſtanda ſit, vel ſufficiat ſola obligatio illius, qui indemnitatem promittere tenetur, vide pro confirmatione deciſionis hic relatæ D. Præſ. de Franchis *cit. deciſ. 200. num. 26. & 27.* & pro regula trade, vt quando quis cautionem præſtare tenetur, id intelligendum ſine fideiuſſore vel pignore, per tex. *in l. 3. C. de verb. ſignific.* ſed pluribus modis hanc concluſionem limitandam, de quibus per Marant. *in ſuis ſingul. in verb. cautio*, & per Viuium *deciſ. 138.*

## *ARGVMENTVM.*

Annui introitus per ſtipulationem, & ſic mediante contractu promiſſi, ſiue in teſtamento legati, an per debitorem non ſoluentem præſcribi poſſint, & quanto tempore. Eccleſia an poſſit in integrum reſtitui aduerſus præſcriptionem triginta, vel quadraginta annorum. Præſcriptio centenaria an cenſeatur ſublata ex pacto, vel ſtatuto omnem præſcriptionem prohibentibus & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO LXXXIII.

POSSIDENTE Monaſterio Sanctæ Catharinæ Ciuitatis Gaetæ annuas vncias viginti ſeptem ſuper Dohana Maiori illius Ciuitatis, in earum excambium Sereniſſimus Rex Alphonſus eidem Monaſterio conceſſit annuas vncias triginta auri ſuper Dohana ſalis, cumque demum ob bella quæ ſuperuenerunt, aliaſque Regni perturbationes, ac Præfatorum mutationes Monaſterium prædictum

per centum annos, & vltra redditus illos annuos non percepiſſet, ſupplicauit Domino noſtro Regi, vt mandare dignaretur, fore ſoluendas dictas annuas vncias auri triginta, commiſſaque cauſa Regiæ Cameræ, vt referret cum voto, prodiit conſultatio pro Monaſterio quoad vncias viginti ſeptem, pro tribus verò de nouo per Regem Alphonſum conceſſis, fuit voti, fiſcum eſſe abſoluendum, & ratio determinationis fuit, quia quoad dictas tres vncias de nouo conceſſas, per lapſum centum annorum, & vltra ius omne erat præſcriptum, cumque de huius conſultationis iuſtitia in Collaterali Conſilio ageretur, fuit inter Dominos Regentes ſatis dubitatum, cur reſpectu trium vnciarum tantum ſubintrabat præſcriptio, non autem reſpectu viginti ſeptem.

2 Conſiderabatur enim iure communi attento, omnem actionem, ſiue perſonalem, ſiue realem triginta, vel quadraginta annorum ſpatio præſcribi, ſunt iura ſatis vulgata *in l. ſicut. & in l. omnes C. de præſcription. 30. vel 40. annor.* idque etiam contra Eccleſiam c. de quarta de præſcript. licet centum in Eccleſia Romana *c. cum nobis de præſcription. Auth. quas actiones C. de Sacroſanct. Eccleſ.* idemque in Regno contra fiſcum, per conſtit. quadragenalem, quod cum ſine hæſitatione procederet, recurſum habuit Monaſterium ad auxilium reſtitutionis in integrum, quo Eccleſia cum fuerit læſa, vtitur, ad tex. *in cap. 1. de in integr. reſtit. in 6. & in Clem. 1. eod. tit.* quod quidem auxilium aduerſus præſcriptionem triginta annorum locum habere dixit Bart. *in l. 1. § ſiquis autem ff. de itin. actuque priuat.* & ibi latè Alex. *in addition* Decius *conſ. 29. col. 2. & 3.* vbi de communi teſtatur licet in præſcriptione 40. annorum, vt aduerſus illam in integrum reſtitutio procedat maximè dubitetur, vt per Dec. *loc. cit.* etenim in Eccleſia, vt per Soccin. *conſ. 266. vol. 4.* verum dicebatur communem eſſe Sententiam pro Eccleſia, quando maximum ſe offert damnum. Prælatorum mutatio, & iuſta ignorantia vt per gloſ. *in d. cap. 1. de in integr. reſtit. in 6.* Alex. *conſ. 169. col. fin. lib. 2.* Dec. *loc. cit.* Abb. *in cap. 1. de præſcription.*

3 Sed difficultas maior fuit in præſcriptione centenaria, de qua agebatur, cum in acquirendo habeat illa vim tituli, vulgatis iuribus *in l. 1. § fin. cum l. ſeq. ff. de aqua pluu. arcend. in l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſtiua, & in c. ſuper quibuſdam § præterea de verbor. ſignific.* tempus enim centum annorum omnia tollit, ex quo in eo concurrunt bona fides, titulus, & iuſta poſſidendi cauſa, ad tex. *in cap. 1. de præſcript. in 6.* Alex. *latiſſimè in l. imperium § merum ff. de iuriſd. omn. iudic.* Idque adeo verum, quod ſi per pactum, vel ſtatutum, omnis tollatur præſcriptio, illa centum annorum, vel cuius initium non habet memoria hominum in contrarium, nullatenus ſublata cenſetur, Aretin. *in l. cum ſtipulatus ff. de verbor. obligat.* Angel. *in Auth. vt de cætero, Commutationes rerum Eccleſiaſticar. non fictè fiant,* Felyn. *in rubr. de præſcript. col. fin.* Vndè dicebatur nullo iure defendi poſſe dari reſtitutionem in integrum poſt 60. vel centum annos, quia alias rerum Dominia ſemper ſub incerto eſſent *l. fin. ff. pro ſoc.* Ancher. *conſ. 170.* Dec. *conſ. 29.* & pro hac opinione dicebatur, quod ſatisfaciebant notata per Iacob de Aren. Petr. & Cyn. *in l. cum notiſſimi . in his C. de præſcription. 30. vel 40. annorum* ſuper illa quæſtione, an in annuis præſtationibus, ſiue per ſtipulationem, & ſic mediante contractu promiſſis, ſiue in teſtamento legatis, elapſis annis triginta ſubintret præſcriptio totius iuris vel vnius anni tantum non ſolutæ præſtationis & quod ſit omne ius præſcriptum, vbi tempus centum annorum eſſet elapſum, concludunt, verum in hoc inſiſtebat Monaſterium, non niſi vnius anni præſtationem fuiſſe præſcriptã, & quod ita dixerant gloſ. & DD. *in d. l. cum notiſſimi §. in his*, quem tex. dicebatur loqui tam in præſtatione debita ex contractu, quàm ex teſtamento, & non diſtinguendo aliter, prout gloſ. & DD. *ibi* diſtinguunt.

Videbatur eſſe ibi caſum pro Monaſterio, 4
ſed attenta contraria communi ſententia, dicebatur in præſtationibus annuis debitis ex contractu per lapſum triginta, vel quadraginta annorum totum ius præſcribi quia vnica eſt ſtipulatio, licet ſingulis annis fiat exactio, ſecus verò in annuis præſtationibus debitis ex teſtamento, nam, cum legata ſint plura, totque dicantur annuæ præſtationes *l. ſenatus §. fin. ff. de donat. cauſ. mort.* tot etiam requiruntur præſcriptiones, vt per gloſ. *in d. § in his*, & per Abb. *in c. auditis col. penul. & fin.* & ibi etiam Felin. *extra de præſcript.* vnde ſubintrabat inſpectio, hoc priuilegium, ſeu gratia Regis Alphonſis, cui æquipararetur, contractui nimirum, vel vltimæ voluntati, ad quod fuit allegatus Bald. *in l. 2. § ſed etſi quis col. 3. C. comm. de legatis* quo loci tenet quod æquipararetur vltimæ voluntati. Dicebatur etiam pro Monaſterio ſuper ignorantia huius annuæ præſtationis ſe fundante, quadriennium, quod datur Eccleſiæ ad reſtitutionem in integrum petendã non currere ex cauſa probabili, & iuſto impedimento, ſicque vbi Eccleſia intra quadriennium reſtitutionẽ non poteret, tempus ei non curreret, ſi probabilem haberet ignorantiam adhuc ſi per centum annos ſtetiſſet, ita Baldus *in l. falſum C. ſi ex falſis Inſtrum.* Alex. *conſ. 71. col. 1. 89. & 169. vol. 2. 63. vol. 4. & 11. volum. 5.* faciunt dicta per Cardin. *in Clement. 1. de reſtitut. in integrum,* & Abbat. *in cap. 1. in fine de præſcription.*

OBSER

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 CAſus huius deciſionis videtur eſſe ſine dubio, nam eo in facto ſuppoſito, quod Regia Curia per centum & tot annos annuam illam præſtationem vnciarum 30. Monaſterio non ſoluerit, non video cur affirmandum non ſit, ſtante lapſu tanti temporis haberi, ac ſi Monaſterium ſeruatis de iure ſeruandis eidem Regi dictam annuam præſtationem renunciaſſet, ſiue remiſiſſet. Hoc enim eſt de iure, vt curſus centum annorum habeat vim tituli, qui dicitur legis *c. ſuper quibuſdam §. praeterea de verb. ſignific. c. 1. circa finem de præſcript. in 6. l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqu. quotid. & æſtiu. & l. 1. §. fin. ff. de aqua pluu. arcend.* Etenim ſi Monaſterium aliqua iuſta & probabili cauſa concurrente, & ſeruatis de Iure ſeruandis dictas vncias triginta Regi noſtro remiſiſſet, potuiſſet nè demum pro reuocatione factæ renunciationis ad integrum reſtitutionis beneficium recurrere? certè non, quia cum ſupponamus omnia rite & rectè proceſſiſſe, nulla poteſt conſiderari læſio, ex qua oritur reſtitutio, hic videtur eſſe caſus huius deciſionis, nàm ſi verum eſt inter titulum legis, & hominis nullum conſiderari diſcrimen, quemadmodum Eccleſia non potuiſſet contrauenire renunciationi ritè, & rectè factæ Regi de annua præſtatione prædicta, ita pariter cum Regia Curia per ſpatium centum annorum, & vltra dictas vncias triginta Monaſterio non ſoluerit. Vnde in terminis terminantibus, vt Eccleſia poſt centum annos nullo pacto ad reſtitutionis in integrum beneficium recurrere poſſit ſcripſerunt Boër. *deciſ. 39. num. 6.* poſt Salyc. *in Auth. quas actiones C. de Sacroſ. Eccleſ.* Paris *in c. placuit num. 20. & 22. de præſcript.* Iaſon. *in conſ. 209. lib. 2.* vbi hoc pro indubitato conſuluit, ratio aſſignatur, quia cum curſus tanti temporis vim habeat tituli, & priuilegij, ergo abſurdum eſſet, quod reſtitutio competeret, nam alias Eccleſia ſemper in integrum reſtitueretur.

2 At vt Eccleſiæ faueamus, & vt iuri conſentanea videatur conſultatio per Regiam Cameram hic facta ad fauorem Monaſterij, dico magis communiter receptum eſſe, vt Eccleſia ex capite ignorantiæ, adhuc poſt centum annos reſtituatur, præſumitur enim ignorantia propter plures Prælatorum mutationes, ac proinde omnino reſtituenda, ita in terminis terminantibus Caſſan. *in conſ. 4. num. 11.* poſt Alex. *in conſ. per ipſum cit.* Sforzaod poſt plures, quos allegat *de reſtit. in integr. par. 2. quæſt. 90. art. 7.* Ioan. Anton. Lanar. *conſ. 38.* vbi dicit non eſſe ponere os in cœlum affirmare Eccleſiam reſtitui aduerſus centenariam præſcriptionem, cum quatriennium ad reſtitutionem in integrum petendam à lege perſonis priuilegiatis conceſſum, non niſi à die ſcientiæ currat. Vnde cum propter nouas Prælatorum mutationes ignorantia præſumatur, conſequens eſt dicere, vt Eccleſia aduerſus curſum centenarium ſit reſtituenda, idemque nouiſſimè Epiſcopus Hiſernieeſ. omnino videndus *in practicab. Eccl. quæſt. 123. per tot.*

3 Quantum verò attinet ad aliam quæſtionem quam hic tangit Dom. Regens, nimirum an in annuis præſtationibus, ſiue per ſtipulationem, & ſic mediante contractu promiſſis, ſiue in teſtamento legatis, elapſis annis triginta ſubintrat præſcriptio totius iuris vel vnius anni tantum non ſolutæ præſtationis, videndus eſt ex recentioribus Dom. Regens Merlin. *contr. forenſium centur. 1. cap. 44.* quo loci, materiam ſatis benè enucleat, & in effectu concludit in hac controuerſia Magnam Curiam Regni huius, ipſo referente, iudicaſſe Ioan. & Accurtij diſtinctionem eſſe in iure veriorem, ac frequentiori rerum iudicatarum, & Doctorum authoritate receptam quam hic probat D. Regens noſter, nimirum in annuis legatis, quia conditionaliter deberi cenſentur, & tot ſunt legata de per ſe quot anni. tot etiam compleri debent præſcriptiones, quot ſunt anni, quibus debentur, niſi tamen redditus annuos fuerit relictus Ciuitati, aut vniuerſitati, Eccleſiæ, aut Monaſterio, tunc enim quia non ſunt plura legata ſed vnicum, & perpetuum *l. penult. ff. de ann. legat.* Greg. I. op. *in l. 26. tit. 32. gloſſ. 1. par. 3.* ſi per tempus quadraginta annorum Eccleſia aut Monaſterium aut Ciuitas reditum annuum ſic relictum non exegerit præſcriptioni locus, non ſolum pro præteritis, ſed etiam pro futuris annis, ac ſi fundus legatus eſſet, hoc enim tempore quadraginta annorum præſcribitur contra Eccleſiam *c. de quarta de præſcript. Auth. quas actiones C. de Sacr. Sanct. Eccl.* citat Roder. qui hoc ſatis benè firmauit *de ann. reddit. lib. 1. q. 17. n. 103. per tot.*

In obligatione autem ex contractu, quia vnica eſt obligatio, eaque pura, licèt exactio in diem dilata vel ſuſpenſa ſub conditione purificanda, vnicam ſufficere præſcriptionem pro omnibus annis, à die tamen quo, à ſolutione ceſſatum eſt, idque procedere ait adhuc ſi talis obligatio verbis diſtributiuis temporum perſeuerationem denotantibus concepta eſſet, veluti ſi adiectum ſit verbum *quandocumque*, vel ſimile, nam per huiuſmodi verborum generalitatem non intelligeretur ſublata præſcriptio 30. vel 40. annorum citat Surd. *deciſ. 2. per tot.* niſi tamen huiuſmodi temporum dinumeratio eſſet verbis expreſſis, & ſpecialibus facta, veluti ſi quis ſoluere promiſerit, 1. 2. 3. anno, & ſequentibus, ad quod citat Roder. *d. cap. 17. n. 101. ad finem,* & Ludouic. Cenc. *de cenſibus par. 3. cap. 1. quæſt. 8. art. 2. num. 11.* & vide Doctores, quos citat Farinac. *in repert. iudic. quæſt. 30. num. 2.* 4

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## *ARGVMENTVM.*

Remiſſioni mercedis an fiat locus ſi conductor facto locatoris fuit impeditus frui re conducta. Sterilitas vnius anni an, & quando compenſetur cum fertilitate alterius præcedentis, vel ſubſequentis anni. Remiſſio mercedis propter ſterilitatem an ſubintret, vbi quis ampliſſimè caſibus fortuitis renunciauit. Remiſſio mercedis vt fieri debeat, ad quam ſummam, damnum à conductore paſſum aſcendere debeat.

## DECISIO LXXXIV.

DE illo in hac deciſione dubitatum extitit, nimirum, an eſſet facienda remiſſio mercedis conductori, ſiue Arrendatori Regis Dohanæ huius Ciuitatis, ac Nundinarum Ciuitatum Salerni, Lanciani, & Luceriæ ex cauſa peſtis in Ciuitate Meſſanæ, ac in pluribus terris Prouinciæ Calabriæ ſerpentis, propter quod duorum annorum ſpatio fuerunt dictæ nundinæ prohibitæ. 1



Digitized by Google

2 Fuit per Regiam Cameram facta relatione in Collaterali Conſilio deciſum, mercedis remiſſionem, vulgo excomputum appellamus, eſſe faciendam; quoties enim conductor facto locatoris, provt in hoc caſu, ex prohibitione Domini Proregis, re conducta vti non poteſt, fit locus remiſſioni mercedis *l. ſi fundus, & l. hac diſtinctio ff. loc.* Bart. Alberic. & Paul. de Caſtro *in l. ſi vno §. item cum quidam ff. eod.* & hoc quando impedimentum ex iuſta cauſa proceſſerit, quia ſi ex iniuſta, tunc locator tenetur ad totale intereſſe *d. l. ſi fundus & l. ex conducto l. ſi cum lege §. colonus, & l. ſi merces §. 1. ff. locati.* Nec fuit ratio aliqua habita de oppoſitione, quæ fiebat pro parte Regij fiſci prætendentis mercedis remiſſionem nullo pacto fieri poſſe, ex eo quod cum locatio facta erat per annos quatuor duratura, quamuis duorum annorum ſpatio conductor re conducta vti non potuerit, attamen benè pro duobus ſequentibus qui fuerunt fertiles, vnde fiebat locus compenſationi anni ſterilis cum vbertate alterius anni; hoc eſt enim de iure, vt ſterilitas vnius anni compenſetur cum fertilitate alterius, vel præcedentis, vel ſequentis, ſunt iura nimis vulgata *in l. ſi vno anno ff. locati, in l. licet C. eod. & in c. propter ſterilitatem, extra eodem.*

3 Etenim ad hoc motiuum fuit ſatis benè reſponſum, iura modo allegata de plano procedere, provt loquuntur, quando ſterilitas prouenit ex cauſa naturali contingente, vt puta ex vi tempeſtatis, vel alio cœli vitio, tunc enim vnius anni ſterilitas compenſatur cum alio fertili; at ſecus quando ex facto locatoris (provt in caſu de quo agebatur) conductor re conducta eſt impeditus vti, hoc enim cauſu, nullo pacto fit locus compenſationi fertilitatis cum ſterilitate, ſed ſemper erit mercedis remiſſio facienda, adhuc ſi conductor in præcedentibus, vel ſequentibus annis multum lucratus fuiſſet, ita Alberic. *in d. §. item cum quadam num. 3. in fine*, & clarius Cocta *in ſuis memorial. in verb. conductor, verſ. quarto addo*, hinc dicebatur, quod quando iura loquuntur de compenſatione vnius anni cum alio, verba faciunt, quando fructus deficiunt ex cauſa tempeſtatis, vel belli, ſiue ex vi fluminum, vt *in d. l. ex conducto §. ſi vis, & in l. ſi merces §. vis maior ff. locati*, at quando de impedimento à locatore præſtito iura diſponunt vt ſi ex cauſa iuſta, fiat mercedis remiſſio, ſi verò ex iniuſta, teneatur conductor ad totale intereſſe *d. l. ſi fundus*, quoties enim Princeps cum aliquo priuato contrahit, quantumuis ſubdito, quod promittit, obſeruare eſt obligatus, provt quilibet priuatus, notant Cyn. & cæteri *in l. digna vox. Cod. de legibus*, Abb. Anton. de Butr. Aretin. & Dec. *in capite primo de probatione*, quia alias ſequeretur quod Princeps non inueniret cum quo contrahere poſſet; vnde, &c.

## OBSERVATIO.

Scripſerunt in hac cauſa pro Arrendatore inſignis Camill. de Medic. provt videre eſt *in conſil. 141.* & Bartol. Ballinus, provt notauit Thor. *in comp. deciſ. par. 1. in verbo remiſſio.* Principalis concluſio huius deciſionis ea eſt, vt ſi conductor facto locatoris impediatur frui re cõducta, non ſolum fiet locus remiſſioni penſionis, ſed etiamſi impedimentum non fuit iuſtum, poterit conductor ipſe aduerſus locatorem agere, vt ſibi omnem reſarciat vtilitatem, quam ex conductione percipere poterat ſi ipſe locator impedimentum non præſtitiſſet. Tu ad huius concluſionis confirmationem, & maiorem declarationem, vide ſcripta per Me *lib. 2. reſol. iuris cap.* 187. quibus addo nunc dicta per Cardin. Verall. *deciſ.* 183. *num. 2. & 3. par. 1.* Magon. *deciſ. florent. 67. num. 1.* Rebell. *de obligat. iuſt. par. 2. lib. 14. quæſt. 8. num. 2.* Caſtill. *controuerſ. iur. lib. 3. cap. 3. num. 26.* Morla. *in emporio Iuris p. 1. tit.* 10. *quæſt. 1. num.* 23. Ricc. *collect.* 1033. quorum meminit Auguſtin. Barboſa *in collect. ad l. licet num. 17. Cod. de locat. & conduct. vbi num.* 19. ad confirmationem alterius concluſionis per D. Reg. hic poſitæ, & firmatæ, nimirum vt cum vbertate præcedentis, aut ſequentis anni pro quibus prædium fuit conductum, compenſetur ſterilitas, quæ in vno anno euenit, citat Sebaſt. Medices *in tract. de compenſat. par. 1. quæſt. 45. num. 9.* Suar. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 24. num.* 208. Moncac. *controu. vſu frequent. cap. 54. num.* 10. Valaſc. *de Iure emphyth. quæſt. 27. à num.* 44. Marc. Ant. de Amato *deciſ. 126. num. 26.* Barboſ. *in l. diuortio §. fin. num. 6. cum ſeqq. ff. ſol. matrim.* Bernard. Græuæ *ad pract. Cam. Imp. lib. 2. concluſ.* 23. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 8. n. fin.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 195. num.* 14. Morla. *in emporio Iur. par. 1. titulo* 10. *quæſt. 1. num.* 18. Leſſius *de iuſt. & iure lib. 2. cap. 24. dub. 3. num.* 19. Rebell. *de obligat. iuſtit. par. 2. lib. 14. quæſt. 8. num. 11.* & P. Molin. *de iuſt. & iure diſput. 495. num.* 8.

In caſibus autem, in quibus propter ſterilitatem fit locus remiſſioni mercedis aduertendum eſt, quod ea ceſſabit prorſus, quoties conductor caſibus fortuitis renunciaſſet, tunc enim eſto millies quod ſterilitas aduenerit, tenebitur conductor ad integram penſionem perſoluendam, ita Menoch. *de arbitr. Iudic. caſu* 80. *num.* 1. Ant. Gomez *var. reſol. tom. 2. cap. 3. num.* 19. Pinell. *in l. 2. par. 1. cap. 3. num. 26. Cod. de reſcind. vend.* Suar. *recept. ſent. in verb. caſus*, Valaſc. *cit. quæſt. 27. n.* 34. Mandel. *conſ. 1. à num.* 10. Mencac. *controu. vſu frequent. cap. 54. num. 6.* Gutt. *de iuram. confirmat. par. 1. cap. 24. num. 1.* Molin. *d. diſput. 495. num.* 19. Azor. *inſtit. moral. lib. 8. cap. 10. quæſt. 2. verſ. quarta*, Morla. *cit. tit. 10. q. 1. num.* 19. Caſtill. *quotid. contr. lib. 3. cap. 3. num.* 48. 2

Intellige tamen concluſionem hanc de caſibus fortuitis ſolitis, & qui ſæpè contingere poſſunt, ſecus de inſolitis, & inopinatis, itavt ſi quis in ſe ſuſceperit periculum caſus fortuiti, contingente demum inſolito, & inopinato, de illo nullatenus teneatur, ſic enim attenta diſpoſitione *tex. in l. fiſtulas §. frumenta, & in l. Seio §. medico ff. de ann. legat.* ſcripſerunt Bartol. *in l. ſed & ſi quis §. quæſitum in fin. verſic. vbicumque dixi ff. ſi quis cantion. & in d. l. Seio §. medico num. 4.* 3

Albor. de Roſa *in d. l. fiſtulas §. frumenta.*

Iaſ. *in d. l. ſed & ſi quis §. quæſitum num. 33. ff. ſi quis cantion.*

Ant. de Butr. *in c. 1. de commodato.*

Felin.

Felin. *in c.ſedes* 15.*num.*3. *verſ.per iſtam regulam extra de reſcript.*
Azeued. *in l.*2. *num.*9. *cum ſeqq. tit.*9. *lib.*9. *noua recompil.*
Conſiliar. de Bottis *in addit. ad Bart. in d. §.quæſitum* vbi teſtatur iuxta Bart.ſententiam Sacrum Neapolit. Conſil. iudicaſſe.
Bald. *conſ.*147.*num.*2.*lib.*3.
Rub. Alex. *conſ.*153.*in* 1. *dub.*
Comeus *conſ.*12.*num.*4.*verſ.& ſecundum hoc lib.*4.
Ang. *conſ.*174.*& in aliquibus codicibus* 173.
Alex.*conſ.*28.*num.*10.*lib.*1.
Crauett. *conſ.*95. *num.*21.
Pariſ. *conſ.*68.*num.*24.*lib.*1.
Socin. *conſ.*123.*vol.*4.
Petr.Caball. *conſ.*102.*num.*11.*lib.*2.
Hippolyt. Rimin. *conſ.*637.*n.*4.*&* 42. *lib.*6.
Alciat. *conſ.*49.*num.*1.*lib.*8.
Gratian. *conſ.*94.*num.*42.*& ſeqq.lib.*2.
Burſat. *conſ.*81. *num.*6.
Neuiſ. *conſ.*91. *num.*5.
Alba *conſ.*1. *num.*4.
Rot. *deciſ.*5. *de locato* penes Moheda. vbi dicit per quaſcumque clauſulas nullo pacto venire caſum, de quo non eſt veroſimile Partes cogitaſſe.
Rota *deciſ.*29. *lib.*3.penes Card. Put.
Anton.Gamma *deciſ.*394. *num.*11.
Hieronym.Magon. *deciſ.Forent.*67.*num.*15.
Cæſar.Vrſill.ad Afflict. *deciſ.*151. *num.*2.
Io.Petr.Surd. *deciſ.*326. *num.*52.
Maſtril. *deciſ.*299. *num.*2.*& ſeq.*
Rota *deciſ.*210. penes Buratt.
Sebaſtian. Medic. *de compenſat.par.*1.*quæſt.*45. *in fine & de caſibus fortuitis part.*1. *quæſt.*15.
Anchet. *quæſt.familiar. lib.*3.*q.*36.*n.*2.*&* 8.
Anton. Gomez *var.reſol. tit. de locato num.*18. *& ſeq.*
Gaill.practic. *obſeru.lib.*2.*obſeru.*23.*num.*19.
Bertaſ. *de clauſ.fol. mihi* 113. *num.*4.
Caroc. *de locat.fol. mihi* 178.
Ceuall. *comm.contra commun.* omninò videndus *quæſt.*762. *num.*4.*&* 5.
Menoch. *de arbitr.iudic. cent.*1.*caſu* 80.
Mantic. *de tacit.& ambig.conuent. lib.*5.*tit.*8.*n.*3.
Stephan.Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*195. *num.*8. *cum ſeqq.& cap.*557.
Mareſc. *var.reſol.lib.*2.*cap.*26.*num.*4.*& ſeqq.*
Ant. Amat.*reſol.*18.
Menchac. *controuerſ.vſufreq. lib.*3.*cap.*54.*n.*6.
Molin. *de iuſt.& iure diſp.*495. *num.*20.
Barboſ. *in collect. ad d.l.licet num.*10.
Ego ipſe *reſol.iuris lib.*2.*cap.*186. *à num.*6.

4 Sed anceps quæſtio eſt inter DD.vt propter ſterilitatem ſit locus remiſſioni mercedis, ad quam ſummam damnum à conductoribus paſſum aſcendere debeat, vide ſcripta per me *loc.prox.cit.à num.*1.vbi poſt relatas diuerſorum ſententias, dixi magis communiter tentum eſſe, vt Iudicis arbitrio remittatur, ſicque ſcripſerunt Couarr. *pract.quæſt. cap.*30. *verſ. aliis placet.*Sebaſtian.Medic. *in tract. de caſibus fortuitis par.*2. *cap.*3.*num.*1.Boſſ. *de remiſſ. merced. num.*12. Menoch. *de arbitr.iudic.caſu* 76.*num.*3. & alij citati per Fab.de Anna *conſ.*64.*num.*1.

## *ARGVMENTVM.*

Iuriſdictio, quam aliqui mixtam appellant, ad quemnàm ſpectet, quando in vna terra vnus eſt Dominus iuriſdictionis criminalis, alter verò iuriſdictionis ciuilis, qui dicitur Baro, & vtilis Dominus feudi. Iuramentum aſſecurationis vaſſallorum, cuinàm ſit præſtandum Domino iuriſdictionis criminalis, vel potius Baroni ciuilem iuriſdictionem habenti; itemque ſubuentiones debitæ ex diſpoſitione conſtitutionis Regni *quamplurium.* Dominus iuriſdictionis criminalis an in mœnibus caſtri poſſit arma ſua dipingi facere. Dominus iuriſdictionis criminalis quarum cauſarum cognitionem habeat. Caſtro ſimpliciter conceſſo, an iuriſdictio ſimiliter conceſſa intelligatur, & de aliis.

## DECISIO LXXXV.

IN Regia Camera diu fuit diſceptatum inter Epiſcopum Monopolitanum Baronem Caſtri Ciſternini ex vna, ac Dominum Iuriſdictionis criminalis eiuſdem Caſtri ex altera, ſuper poſſeſſorio retinendæ cognitionis cauſarum mixtarum; non enim dubitabatur, iuriſdictionem ciuilem vna cum vtili Dominio illius feudi, introitus baronales, ac ius vaſſallorum ad Epiſcopum ſpectare, & iuriſdictionem criminalem ad vtilem Dominum illius,qui tunc erat Dominus Ioannes Vincentius de Tolta,ſed contendebat vterque eſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi cognoſcendi ea quæ ad mixtam pertinent iuriſdictionem, vnde fuit debitatum vtra Partium meliora foueret iura. 1

In occurrenti controuerſia dicebatur nuſquam in materia fuiſſe obſeruatum, nec textum, nec Doctorem mixtam iuriſdictionem declarantem, nimirum quando vnus habet iuriſdictionem criminalem in vno caſtro, & alius ciuilem, quænàm ſit iuriſdictio mixta, & ad quem illa pertineat, an ad illum habentem,criminalem, an ad alium ciuilem habentem,non enim ipſe dicebat applicari poſſe *tex. in l.imperium,*vbi Bart. & alij *ff. de iuriſd.omn. iudic.* de mero, & mixto imperio loquentem, minùs etiam *tex. in C. cum ſit generale, de foro compet.* vbi Abb.Felin. & reliqui de criminibus mixti fori tractantes, additur demum bene obſeruatum fuiſſe tex. ad hanc rem Peregrin. *in c.tua extra de procurat.* vbi de iuriſdictione quaſi mixta fit mentio, tamen in caſu, de quo agebatur quæſtio erat, an ille,qui habet iuriſdictionem ciuilem, cognitionem habeat omnium delictorum, præter illa tria,pro quibus venit imponenda pœna mortis natu- 2



Digitized by Google

ralis, vel ciuilis, aut membri abſciſſionis, iuxta declarationem per Regem Catholicum factam; etenim dicebat Dominus iuriſdictionis criminalis, & cum eo Regius fiſcus, in hoc poſſeſſorio Epiſcopum omnino ſuccumbere debere, adhuc ſi conſtaret de poſſeſſione, ſeu quaſi tempore litis conteſtatæ cognoſcendi de omnibus delictis extra dictos tres caſus, ex eo quod huic quaſi poſſeſſioni ius reſiſtebat, poſſeſſio enim titulo non vallata ſat non eſt ad obtinendum per tex. *in vulgato c cum perſona de priuileg. in 6.* nam cum iuriſdictio abſque titulo exerceri non poſſit, quia de regalibus vt *in tit. quæ ſint regalia in verbo poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum, & in conſtit. Regni, ea quæ ad ſpeciale decus*, ſi Eccleſia non habet priuilegium, neque centenariam præſcriptionem, quæ priuilegio æquiparatur, ad tex. *in c. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſignific. & in l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſtiua*, rectè poſſidere non poteſt ſic iure reſiſtente.

3 Sed pro parte Epiſcopi reſpondebatur ſatis de titulo conſtare, dum producebatur primo Regis Ferdinandi primi priuilegium, ex quo apparebat Ciuitatem Monopolis in Caſtro Ciſternini iuriſdictionem tantum criminalem habuiſſe, & cum Eccleſia haberet ciuilem, hoc faciebat, vt de criminibus non grauibus cognoſcere potuiſſet, ad tex *in conſtitut. Regni locorum Baiuli.* vbi Baiulus ſolum iuriſdictionem habet ciuilem, & tamen cognoſcit de furtis, & aliis offenſis; idem iure communi attento videmus in defenſoribus Ciuitatum, quibus eſt conceſſa cognitio cauſarum pecuniarum vſque ad Summam trecentorum ſolidorum, vt *in §. & iudicare Auth. de defenſ. Ciuit.* & tamen de leuibus criminibus cognoſcere poſſunt, vt *in §. audient. eodem tit.* Secundò dicebatur pro Eccleſia, illam habere pro ſe declarationem Regis Catholici de qua ſupra, vt qui habet iuriſdictionem criminalem, non niſi de tribus caſibus cognoſcere poſſit, ergo in cæteris omnibus cognitio eſt Domini iuriſdictionis ciuilis, ſicque dicebatur, Epiſcopum verè, & priuilegio, & poſſeſſione ſeu quaſi potiri, at proindè manutenendum *d. c. cum perſona. verſ. & ſi priuilegium*, ibique etiam dicebatur quando res fuiſſet dubia, nàm in caſu dubio ſemper pro cauſa pia eſt iudicandum, vt per gloſſ. *in c. in præſentia in verb. dubium de probat.* vnde cauſa relata in Collaterali Conſilio fuit deciſum pro Epiſcopo, cum ſex eſſent votantes, tres Regentes, & tres Præſidentes, tria enim vota fuerunt pro Eccleſia duo pro fiſco, & vnum ſingulare.

## OBSERVATIO.

Scripſerunt in hac cauſa pro Reuerendiſſimo Epiſcopo Monopolitano prioris ſæculi quatuor inſignes cauſarum Patroni deſcripti *in allegat. 25.* poſt deciſiones Domini Regentis Salernitani, qui in illius calce deciſionem pariter refert, ſex illorum Iudicum nomina deſcribens, qui cauſam terminarunt; Pro Io. Vincentio verò de Tolſa de iure reſpondit celeberrimus cauſarum orator, ac doctiſſimus, Iureconſultus D. Camill. de Medicis, provt *in conſ. 57.*

Declaratio Regis Catholici, de qua D. Regens noſter hic memor fuit, eſt redacta in volumine pragmaticarum, & eſt ſecunda ſub *tit. de Iuriſd. inuic. non turb.* etenim in ea declaratum habemus vt qui in aliqua Terra, vel Caſtro iuriſdictionem habet criminalem tantum, cognitionem non habeat delictorum, niſi in tribus dumtaxat caſibus, nimirum vbi ſubditus illud patraret crimen, pro quo pœna à Iure eſſet imponenda mortis naturalis, ciuilis, & membri mutilationis, cæterorumque verò criminum cognitionem, ad illum, qui iuriſdictionem habet ciuilem ſpectare, & pertinere. 4

Ad cuius quidem Regiæ Sanctionis ornatum, 5 ſunt quæ ſcripſit Io. Ant. de Nigris *in ſuis comment. ad cap. Regni poſt cap. exordiens vt delatas*, quod eſt 235. vbi inter cætera notatu digna *num. 60.* poſt Capyc. *deciſ. 27. in 8. dub.* aduertit, illum, qui in aliquo Caſtro iuriſdictionem habet criminalem, Dominum Caſtri appellari non poſſe, cùm Baro, & Dominus ille propriè dicatur, qui in Caſtro iuriſdictionem habet ciuilem; hinc communiter dixerunt noſtrates, iuramentum aſſecuratioris, quod à Vaſſallis Burgenſibus nouo Baroni præſtandum eſt, non niſi illi, qui in Caſtro iuriſdictionem habet ciuilem, præſtari debere, videantur, Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. in 4. author. num. 14. & 15.* Capycius *deciſ. 27.* & D. de Franchis *deciſ. 131. num. 4.*

Subuentiones pariter, quæ ex Regni conſtitut. 6 *quam plurium, Terrarum Baronibus*, debentur, non niſi Baroni ciuilem poſſidenti iuriſdictionem deberi, quia ipſe propriè dicitur Dominus, non autem qui iuriſdictionem habet criminalem, ſcripſit idem Marin. *cit. lib. 2. de ſubfeudis in 2. Author. ante num. 22.* Præſ. de Franch. *cit. deciſ. 131. num. 2. & 3.* & poſt eos Reg. de Ponte *tract. de poteſt. Proreg. tit. 10. §. 1. num. 14.* vbi *numero ſeq.* addit ex hac ratione vaſſallis ius prælationis non competere aduerſus ementem iuriſdictionem criminalem, dum reperiuntur vaſalli illius qui ciuilem poſſidet; ſed pro huius articuli veritate, quando caſus contigerit, videndi ſunt Marin. Freccia. *loc. cit. num. 26. verſ. ſi Dominus*, Dom. de Franch. *deciſ. 17.* Camill. de Curte *in diuerſ. Iuris feud. par. 1. fol. 10. numero 67.* Anna Pater *alleg. 27. à num. 20.* de Medic. *conſ. 164. num. 3.* Rendel. *de Iure Protom. fol. 126.* quos retuli ego *lib. 2. mearum reſol. cap. 117. n. 8.*

Hac eadem ratione attenta, nimirum, quia poſſi- 7 dens iuriſdictionem criminalem, non poteſt Caſtri Dominus appellari, alias Sacrum Conſilium determinauit, nullo pacto huic licere abſque ciuium conſenſu arma ſua in muris Caſtri depingi facere, videatur Capyc. *cit. deciſ. 27. num. 44. quem ſequitur* Niger *loc. cit. n. 45. & ſeq.*

Cætera ad ornatum præfatæ Regis Catholici de- 8 clarationis, vide apud D. Reg. Rou. *in comment. ad cit. pragm. 2.* & ibidem Dominus Regens Tap. *& in deciſ. S. C. X.* Carau. *in pragm. 1. §. 3. num. 4.* de Sen. *Conſul. Maced.* Anna *in alleg. 52. num. 15. & 14.* & Dominus Regens Conſtant. *in l. 1. num. 40. & ſeq. C. de pœnis fiſcal. credit. præfer. lib. 10.* qui omnes quando ex tenore

inueſtitur

Digitized by Google

inueſtiturarum aliud non conſtat, niſi ſimplex conceſſio alicui facta iuriſdictionis criminalis, concludunt indubitanter conceſſionarium aliam non habere cognitionem, niſi illorum delictorum pœnam merentium mortis naturalis, ciuilis, & membri mutilationis.

7 Id quod pariter tempore Reginæ Ioannæ ſecundæ à Ludouico filio Calabriæ Duce declaratum comperimus ſub die 14. menſis Martij 1433. ad ſupplicationem tunc Epiſcopi Caſſanenſis, qui cum vtilis Dominus, & poſſeſſor reperiretur, prout ad præſens reperitur terrarum Morimanni, & Tribiſaciarum, quia Capitanei, qui in terris prædictis à Regia Curia ad ius dicendum diſtinabantur, iuriſdictionem menſæ Epiſcopalis vſurpabant; ſupplicauit propterea Sereniſſimo Duci vt declarare dignaretur, quarum cauſarum cognitio ſpectabat ad Officiales Regiæ Curiæ, & quæ ad Curiam ipſius Epiſcopi de iure pertinerent, non enim dubitabatur cognitionem cauſarum ciuilium ad Officiales menſæ Epiſcopalis ſpectare, etſi ſpecifica conceſſio iuriſdictionis ciuilis non appareret, nam cum conſtaret de conceſſione facta Eccleſiæ dictarum terrarum cum diſtinctione territorij, & diſtrictus, non poterat dubitari quod conceſſa etiam intelligebatur iuriſdictio ciuilis, vt bene obſeruauit Iacob. Ant. de Mauro *allegat.* 26. quam ſcripſit pro Eccleſia Caſſanenſi contra Principem Biſiniani tunc Dominum iuriſdictionis criminalis terrarum prædictarum; etenim ſine controuerſia procedit vt conceſſo caſtro ſimpliciter, intelligatur pariter iuriſdictio conceſſa, præcipuè ſtante adiectione territorij, & diſtrictus, vt ſcripſerunt Præpoſ. *in cap.* 1. §. *item ſi quis, quib. mod. feud. amitt. per tex. in l. pupillus* §. *territorium ff. de verb. ſignif.* Bart. *in l. ſi quando in fin. C. de bonis vacant. lib.* 10. Bald. Angel. & alij relati à Iacob. *de feud. in verſ. de Caſtro num.* 4. Menoch. *conſ.* 905. *num.* 28. Roſental. *de feud. lib.* 1. *cap.* 5. *concluſ.* 6. Gloritius *reſpon.* 12. *num.* 11. Intrigl. *de feud. cent.* 2. *art.* 80. *num.* 16. & ex noſtratibus Andr. *in cap.* 1. §. *hereditatem de pace tenen.* Loffred. *conſ.* 24. *num.* 12. Capyc. *in inueſt. feud. in verb. feudorum acceſſoria in verſ. conceſſo Caſtro*, Io. Vinc. de Anna *allegat.* 52. *num.* 1. Lanar. *conſ.* 5. *numer.* 10. de Ponte *conſ.* 53. *num.* 2. *lib.* 2. Camill. de Medic. *conſ.* 52. *num.* 2. Rouit. *in cit. pragm.* 2. *numer.* 42. Tap. *citat. deciſ.* 10. *num.* 13. & Reg. Galeot. *controu. lib.* 1. *controu.* 8. *num.* 7. vbi notabiliter ait nullam conſtitui poſſe differentiam inter conceſſionem Caſtri, & territorij, quia ſicut conceſſio caſtri ex iuris intellectu omnem iuriſdictionem ſub ſe continet, vt de communi notat Anna *loc. cit. num.* 13. ita etiam appellatione territorij, iuriſdictio quoque comprehenditur Vnde cum Epiſcopus ab Officialibus Regiis in ſua ciuili iuriſdictione turbaretur, meritò ad feudi directum Dominum recurſum habuit, ad hoc vt declararetur, cuius rei cognitio ad ſuam Curiam ſpectaret, cui factæ ſupplicationi, per hæc quæ ſequuntur verba fuit reſponſum.

8 Ludouicus tertius Sereniſſimæ Principiſſæ, & Illuſtriſſimæ Dominæ D. Ioannæ Secundæ, Dei gratia Hungariæ, Hieruſalem, Sicilię &c. Reginæ filius vnicus, ſuuſque in prædicto Regno Siciliæ hæres, & ſucceſſor Calabrię, & Andegauię Dux, Comitatuumque Prouinciæ & Forqualquerij, Cenomaniæ, ac Pedemontij Comes, Capitaneis terrarum noſtrarum Tribiſatij, & Miromanni, præſentibus ſcilicet, & futuris, fidelibus noſtris dilectis, gratiam & bonam voluntatem. Pro parte Reuerendi in Chriſto Patris D. moderni Caſſanenſis Epiſcopi nobis fuit expoſitum reuerenter, qualiter Capitanei, qui in terris ipſis Tribiſatij, & Miromanni per Curiam noſtram inſtituuntur in exercitio Iuſtitiæ per nos eis deputati eorum finibus non contenti, cauſas, quæ ad Curiam ſuam Eccleſiaſticam in terris prædictis ſpectant, & pertinent, de facto occupant, & vſurpant, omniumque ferè cauſarum illarum, etiam quarum cognitio de iure, ſeu Regni conſuetudine, ad ſe, & eius Curiam prædictam ſpectat, & pertinet, ſibi ipſis appropriant, falcem ſuam in meſſem alienam imponendo in ſui, ſuæque Curiæ graue præiudicium, atque damnum. Nobis propterea humiliter ſupplicando, vt Eccleſiæ ſuæ indemnitati prouidere, expreſſeque declarare, quæ ſunt, quæ ad Curiam noſtram, & quæ ad Curiam ſuam de iure pertinent, miſericorditer dignaremur. Nos autem, quæ Cæſaris Cæſari, & & quæ Dei Deo ſunt attribui, & conſeruari volentes, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, & cum noſtri nobis aſſiſtentis Conſilij deliberatione matura, decernimus, & declaramus quod cum ſecundum Regni huius conſtitutiones Eccleſiarum Prælati iuſtitiariatum non habeant, criminum ſubſequentium cognitionem ad Curiam noſtrę pertinere ſcilicet Latrociniorum, magnorum furtorum, fracturæ Domorum, inſultus excogitati, incendiorum, inciſionum arborum fructiferarum, & vitium, vis mulieribus illatæ, duelli, criminis læſæ Maieſtatis, armorum molitorum defenſarum, impoſitarum, contemptarum ab aliis, vel pro aliis ab eiſdem, & generaliter omnium criminum, de quibus conuicti pœnam ſui corporis, vel membrorum mutilationem ſubſtinere, deberent, Magnum autem furtum dicitur vltra viginti Auguſtales, etiam ſi ciuiliter de ipſo furto agatur, nec non, & ciuilium cauſarum, & aliarum quarumcumque in defectu Iuſtitiæ officialium Epiſcopi prædicti, ſecundum modum traditum in Regni huius Siciliæ prædicti conſtitutione, quæ incipit *Iuſtitiarij nomen, & normam ius, & iuſtitiam contulerunt &c.*

Ad cognitionem verò Curiæ Caſſanenſis Epiſco- 9
pi prædicti in terris prædictis hæc pertinere dicimus, & declaramus ſcilicet. Omnes cauſas ciuiles perſonales, & reales, quæ tamen ſuper feudis, & rebus feudalibus minimè mouentur, minima etiam furta, & aliàs offenſas, de quibus comprobati pœnam ſui corporis, vel ablationem membrorum incurrere, ſeu ſubſtinere non deberent. Qua propter vobis, & veſtrum cuilibet ipſorum tenore præſentium præcipiendo mandamus expreſsè quatenus forma præſentis noſtræ declarationis efficaciter obſeruatæ contra illam in, & de cauſis ad Curiam Epiſcopi prædicti pertinentibus nullatenus vos intromittatis, ſeu impediatis, ſed tantummodo de cauſis ad Nos, & Curiam noſtram pertinentibus cognoſcatis, prout ſuperius eſt declaratum; Caueant de contrario quantum vnciarum centum, & noſtræ indignationis pœnam formidatis non ſubire, has noſtras literas Epiſcopo prædicto pro Curiæ ſuæ indemnitate ſub noſtris paruo ſigillo & manuali ſubſcriptione, quas proinde valere volumus, ac ſi forent noſtro maiori ſigillo, & aliis ſolemnitatibus roboratæ, concedentes. Datum in Ciuitate noſtra Coſentiæ die decima quarta menſis Martij, 11. Indictionis, Anno Domini 1433. Loyſ. de mandato prædicti Domini, in ſuo Conſ. de Commotio.

Hac declaratione locali ſic ſtante, cuius memine- 10
runt Cæſar Petriconus *inter comment.* Reg. *Rou. in cit. pragm.* 2. *num.* 101. *verſ. vltimò in fauorem*, ac allegantes pro Epiſcopo Monopolitano *in allegat.* 25. *num.* 15. poſt deciſiones Dom. Reg. Salernitani, & altera ſupra relata Regis Catholici, quæ eſt generalis, vt benè obſeruat D. Reg. Tapia *citat. deciſ.* 10. *num.* 30. *verſ. ſecundo opponebatur*, dixi ſemper ego, quod vbi apud nos antequam

Digitized by Google

antequam Rex Alphonſus Primus regnaret, alicui ſimpliciter reperiretur conceſſum Caſtrum cum deſtinatione territorij (ſub cuius conceſſione Iuris intellectu, dubitari non poteſt, quin ciuilis Iuriſdictio comprehendatur) & alterum poſtea de criminali iuriſdictione inueſtitum, iſtum non niſi cognitionem habere delictorum, pro quibus à Iure venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut membri mutilationis; dixi vlteriùs in Regno, quod quando in vno Caſtro iuriſdictio ciuilis eſt vnius, & criminalis alterius, nullo pacto Dominum iuriſdictionis criminalis prætendere poſſe habere pariter iuriſdictionem ciuilem cumulatiuè cum Barone, & ſic cum præuentione, ſi tamen aliud non conſtaret ex tenore inueſtituræ, provt eſt caſus *in deciſ.*166. D. de Franch. nam cum ex tenore conſtitutionis *Iuſtitiarij nomen, & normam*, qua attenta Ludouicus Dux Calabriæ reſpondit, provt ſupra, clarè conſtet, tunc demum Iuſtitiarios Regios cauſarum ciuilium cognitionem habere, ſi Officialis iuriſdictionis ciuilis fuerit negligens in iuſtitia miniſtranda cum ceſſet negligentia, non eſt cur de præuentione tractari poſſit, vt benè obſeruat Affl. *in conſtit. prædicta ante num.* 23. *verſ.* 3. *quæro*, & faciunt dicta per me *lib.* 1. *reſolut. iuris c.* 214. *à num.* 14. *ad* 20. id quod procedere addo adhuc ſi facta ſimpliciter conceſſione Caſtri cum deſtinatione territorij fuiſſet poſtea alteri conceſſa iuriſdictio ciuilis, & criminalis in eodem Caſtro, nam cùm hæc poſtrema conceſſio intelligitur de Iure facta, ſaluo iure alterius, vt per Bald. *in l.* 1. *ff. de conſtit. Princ. & in tit. de Pace Conſtant. & in verb. plus conſueuerunt*, nullo pacto dici poſſet, fuiſſe derogatum primæ conceſſioni de Caſtro alteri factæ cum diſtinctione territorij, ſub qua Iuris intellectu, probauimus fuiſſe pariter iuriſdictionem ciuilem conceſſam, ita ſatis benè, & in puncto probat Iacob. Ant. de Mauro *citat. alleg.* 26. *num.* 13. *&* 14. omninò videndus, ſicque nullatenus hunc conceſſionarium prætendere poſſe, quia ſibi fuit facta conceſſio iuriſdictionis ciuilis, & criminalis, cumulatiuè, cum Barone priore loco inueſtito, iuriſdictionem ciuilem habere, hæc enim non poterat eſſe mens Principis concedentis, & quod hoc ſit verum obſeruaui, quod cum ab Vgone de Claromonte fuiſſet Eccleſiæ Caſſanenſi facta conceſſio de Terra prædicta Miromanni cum deſtinatione territorij, quæ demum ab Alphonſo primo piiſſimo Rege fuit confirmata ſub die 7. Maij 1443. in quo verbum nullum de conceſſione iuriſdictionis ciuilis, quia iuris intellectu cenſebatur pariter conceſſa hæc iuriſdictio, id quod ante confirmationem Alphonſi verbis ſatis apertis à Ludouico Calabriæ Duce extiterat declaratum, dum Officiales Regis, qui in Terra prædicta, & in alia Tribiſaciarum ad iuſtitiam miniſtrandam eligebantur, ſe ingerebant in adminiſtratione iuriſdictionis ciuilis, ſic iura illius menſæ Epiſcopalis in eorum animarum damnationem vſurpantes, agnoſcens Epiſcopus intolerabile præiudicium quod Eccleſiæ ſuæ inferebatur, recurſum habuit ad Regem Ferdinandum Primum, vt eius indemnitati conſulere dignaretur, vnde bonus ille Rex expreſsè mandauit, vt eius Officiales in exercitio Iuriſdictionis ciuilis nullo pacto ſe intromitterent, idque mediantibus Regiis litteris ſub datum 24. menſis Septembris 1465. quæ ſunt tenoris ſequentis.

11 Ferdinandus Dei Gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Vngariæ, Illuſtriſſimo, & Cariſſimo filio Primogenito, & Vicario noſtro Generali Alphonſo de Aragonia Duci Calabriæ, paternam benedictionem. Illuſtribus, Magnificis, Nobilibus, & Egregiis viris quibuſcumque Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Terrarum Dominis, & Dominabus, Viceregibus, inſuper Iuſtitiariis, Capitaneis, Commiſſariis, & aliis Officialibus tam noſtris, quam quorumcunque Dominorum, & Baronum quocumque nomine nuncupatis, officioque, iuriſdictione, authoritate, & poteſtate fungentibus, earumque loca tenentibus, præſentibus, & futuris in tota Prouincia Calabriæ, & ſignanter in terris Miromanni, & Tribiſaciæ conſtitutis, & conſtituendis, Vniuerſitatibuſque & hominibus quarumcunque Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum, & aliis ad quos ſpectabit præſenteſque fuerint quomodolibet præſentatæ, Conſiliariis, & fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Decet Principes, quibus Regnorum cura data eſt præcipuè habere curam de bonis, & rebus Eccleſiaſticis, ac Eccleſiaſticas Eccleſiarum, res, & perſonas, fauoribus, & auxiliis iuſtis protegere, & contra eorum calumniantes, ac iniuriam, & moleſtiam aliquam inferentes, non tantum reali, ſed etiam perſonali pœna affligi. Cum itaque informemur, quod Reuerendus in Chriſto Pater Ioannes Franciſcus Epiſcopus Caſſanenſis dilectus Conſiliarius noſter, eiuſque Officiales, & Miniſtri, & præcipuè in dictis Terris Miromanni, & Tribiſaciarum, in quibus iuriſdictionem ciuilem habet, per eum conſtituti ab aliquibus moleſtantur, ac fructuum, & iurium dicto Epiſcopo & eius Eccleſiæ iuſtè, & rationabiliter debitorum, & ſpectantium perceptionem, & reſponſionem, nec non dictam iuriſdictionem ciuilem, non ſolummodo aliqui impediunt, ſed etiam fructus illos, ac iuriſdictionem prædictam pro eis contra ius, & in præiudicium, & damnum dicti Epiſcopi, ac eius Eccleſiæ Epiſcopalis detinent, capiunt, vſurpant, & arreſtant. Super quibus, volentes debitè prouidere, ac dictum Epiſcopum tanquam nobis dilectum omni fauore, præſidio, & iuſtitia proſequi, Vobis dilecto filio noſtro, noſtrum ſuper his aperimus intentum, vobiſque aliis harum ſerie de certa noſtra ſcientia, & conſulto dicimus, & strictius præcipiendo mandamus, quatenus dictum Epiſcopum, eiuſque Vicarium in ſpiritualibus Officiales, & Miniſtris tam in dictis Terris Miromanni, & Tribiſaciæ, quam alibi in ſua Diœceſi conſtitutos, & conſtituendos, eiuſque iura, & fructus aliquo modo minimè moleſtetis aut vexetis, ſeu iuriſdictionem prædictam ciuilem, quàm in dictis Terris habet minimè exerceatis, aut vexari, exerceri, vel moleſtari permittatis. Quinimò eos, & quemlibet eorum manuteneatis, protegatis, & defendatis, eiſque, & cuilibet ipſorum tam circa iuriſdictionem prædictam ciuilem, quam habet dictus Epiſcopus in dictis Terris Miromanni, & Tribiſaciæ, quam etiam in exactione, recollectione, perceptione, & habitione dictorum iurium, & fructuum ipſi Epiſcopo, & ſuæ Epiſcopali Eccleſiæ, & eius membris ſpectantibus, & pertinentibus tam de Iure, quam de conſuetudine, provt antiquitus conſueuit, auxilium, conſilium, & fauorem impendatis, & impendi faciatis, & mandetis; moleſtatores, & iurium, & fructuum, ac cognitionis prædictæ ciuilis dictæ Eccleſiæ, & prædicto Epiſcopo ſpectantium perturbatores, arreſtatores, vſurpatores ac detentores, ſeu occupatores, ac illos, & illi reſpondere recuſantes (ſi quos inueneritis) ad omnem dicti Epiſcopi, ſeu eius Vicarij, & Miniſtrorum requiſitionem rigide, ac omni via Iuris ad illorum reſtitutionem coërcendo, & compellendo, ita, & taliter, quod de præmiſſis non ſit dicto Epiſcopo opus querelæ, & contrarium non faciatis quanto Vos filius noſter nobis voſque alij gratiam noſtram charam habetis iramque, & indignationem, ac pœnam vnciarum mille à quolibet contra faciente exigendarum cupitis non ſubire. Has noſtras litteras, noſtro magno ſigillo in pede munitas

ſingulis

Digitized by Google

ſingulis vicibus poſt earum opportunā inſpectionem præſentanti reſtitui volumus pro cautela. Datum in Caſtello nouo Neapolis per ſpectabilem, & magnificum virum Honoratum Caietanum Fundorum Comitem, Regni huius Logothetam & Prothonotarium, Collateralem Conſiliarium, & fidelem noſtrum plurimum dilectum Die 24. menſis Septembris 14. Indictionis anno à Natiuitate Domini 1565. Rex Ferdinandus.

## *ARGVMENTVM.*

Sententia ex falſa cauſa lata, an ſit ipſo iure nulla. Dominium rei in dotem datæ æſtimatæ an tranſeat in virum, itavt ſoluto matrimonio ſit in ipſius electione, vel rem, vel pecuniam reſtituere, & quid ſi fuit res illa per virum alienata, an mulier in ſubſidium pro ſuæ dotis recuperatione poſſit de iuribus ſuis aduerſus tertium poſſeſſorem experiri, & quid ſi illius rei pretium fuerit viri creditoribus ſolutum. Creditor mariti, cui fuit ſoluta pecunia, quam libere in dotem vir acceperat, an in ſubſidium teneatur illam mulieri reſtituere. Mulier pro recuperatione dotis, an poſſit auocare pecuniam ex bonis denis defuncti viri redactam, & creditori poſteriori ab hærede ſolutam. Creditor mariti an cogi poſſit in ſui crediti ſatisfactionem recipere pecuniam dotalem, ſi ea lege data fuit, vt teneatur maritus vel illam in emptionem conuertere, vel creditoribus ſuis ſoluere, & de aliis.

## DECISIO LXXXVI.

1 IN cauſa vertente in S. Conſ. inter Comitem Sanctæ Agathæ, & D. Antonium de Siccar, de duobus principaliter fuit dubitatum, & primò an ſententia ex falſa cauſa lata ſit ipſo iure nulla, ſecundo cuius ſit dominium rei in dotem datæ æſtimatæ viri, vel vxoris? Cauſa relata per Sacrum Conſilium in Collaterali Conſilio, quoad primum fuit iudicatum pro ſententia, quia regulariter ſententia lata ex falſa cauſa non eſt nulla ipſo iure, ſecus dicendum in decreto ex Bart. Aretin. Iaſ. & aliis *in l. iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſeſſ.* ad hoc enim vt ſententia lata ex falſo cauſa ſit ipſo iure nulla, dictum fuit, requiri quod error, ſiue falſa cauſa ſit expreſſa in ſententia, vt per Bart. *in l. 1. C. de errore calculi*, ſicque loquitur *tex. in l. 1. §. item contra ff. quæ ſint. ſine appellat. reſcind.*

Quo verò ad ſecundum, dictum fuit dominium rei in dotem datæ æſtimatæ in virum fuiſſe tranſlatum, adeo quod ille non teneatur ſoluto matrimonio rem ſic æſtimatam in dotem datam vxori, ſiue eius hæredibus reſtituere, quia non eſt ampliùs dos, ſed ſoluta dicitur pecunia in dotem data, hic eſt tex. vulgatus *in l. quoties* vbi Bald. & DD. omnes *C. de iure dot. in l. ſi æſtimatis ff. ſol. matrim.* eſt tamen verum, quod ſi vir ſoluto matrimonio vellet rem in dotem æſtimatam ſibi traditam reſtituere, poſſet vtique ad eius electionem, vel pecuniam *d. l. quoties* vbi DD. Communiter eoque magis in caſu, de quo agebatur, cum expreſſis verbis in Capitulis matrimonialibus hoc fuiſſet conuentum, nimirum, vt eſſet in viri electione vel reſtituere rem, vel pretium, ad tex. *in l. Plerum §. fin. ff. de iure dot.* 2

## OBSERVATIO.

IN primo dubio quod hic proponitur, fertur deciſum ſententiam ex falſa cauſa latam, ipſo iure nullam non eſſe, ſecus decretum, nam vt ſententia ex falſa cauſa lata nulla dici poſſit, requiritur quod error ſiue falſa cauſa in ſententia ſit expreſſa, hoc dicit D. Regens, cuius dictis adde Dominos de Rota *deciſ. 1.* alias 510. *num. 2. de ſequeſtri poſſeſſ. & fruct.* in qua fuit deciſum ſententiam ex falſa cauſa latam, niſi iuris errorem habeat expreſſum, ipſo iure tenere, quamuis illa exceptionis ope reuocari poſſit, & *in deciſ. 16.* alias 443. *de ſent. & re iudic.* ſimiliter in antiquis habentur hæc notabilia verba. *Nota quod licet ſententia diffinitiua obtenta per falſam cauſam, ſeu per falſas allegationes tranſeat in rem iudicatam ſi non appelletur, tamen preceptum interloquutorium, ſeu etiam decretum per falſam cauſam, ſeu etiam per falſas allegationes obtentum, non tranſit in rem iudicatam, imo eſt nullum ipſo iure ff. de fideicommiſſ. libert. l. cum verò §. ſubuentum verſ. proinde & ff. de rebus eorum, qui ſub tutela l. magis puto §. ſi æs alienum cum ſuis concord.* hanc eandem diſtinctionem pluribus relatis probat noſter Regens Rou. *in pragm. 44. num. 11. & ſeq. de offic. Sac. Reg. Conſ.* vbi dicit, verbis expreſſis, ſententiam ex falſa cauſa latam, nullam non dici, ſed contra eam in integrum reſtitutionem concedi, ſecus verò aſſeuerandum in decreto, quod nullum ipſo iure diceretur, niſi ante illius interpoſitionem de veritate, & falſitate cauſæ fuiſſet plenè diſcuſſum, & cognitum, citat Alex. *in l. iuſte poſſidet num. 18. ff. de acquir. poſſ.* 1

Quo verò ad ſecundum, in quo fuit dictum Dominium rei in dotem dotæ æſtimatæ in virum fuiſſe tranſlatum, itavt ſoluto matrimonio non cogatur maritus rem illam ſic in dotem datam reſtituere, ſed ad eius electionem, vel rem, vel pecuniam, ex iuribus & Doctoribus hic citatis, aduerte pro maiori huius concluſionis declaratione, quod quando res eſt in dotem data æſtimata, itavt contractus videatur initus, vt nos dicimus emptionis, & venditionis, ſi expreſſè non fuit conuentum, vt ſit in viri electionem, vel rem æſtimatam in dotem receptam, vel pecuniam 2





Digitized by Google

reſtituere, magis communiter tentum eſſe, ceſſare prorſus electionem, ſicque cogitur præciſè maritus ad pecuniam reſtituendam, quia vera dotis reſtitutio in hoc caſu eſt pretium Bald. *in d. l. quoties num.6.* & probatur ſatis bene *in l. cum dotem C. de iure dot.* idemque per Rot. deciſum habemus apud Duran. *in dec. 1. num. 11. & 12.* in qua etiam fuit tentum in dotis reſtitutione per viri hæredem facienda, pecunia in hæreditate non exiſtente, non ſubintrare diſpoſitionem tex. *in Auth. hoc niſi C. de ſolution.* & ſimiliter fuit deciſum non eſſe locum diſpoſitioni tex. *in l. fin. §. & ſi præfatam C. de Iure de liber.* quam quidem Rotæ deciſionem pariter impreſſam habes *lib. 1. meur. reſolut. c. 91. num. 26.*

3 Verum eſt hic omninò aduertendum, quod ſi ſoluto matrimonio fundus in dotem datus æſtimatus in viri hæreditate non reperiretur, quia maritus in vita illum alienauerat, poterit mulier in ſubſidium, viri hæreditate non ſoluendo exiſtente, aduerſus tertium fundi poſſeſſorem agere, quaſi ſemper in eius permanſerit dominio, quamuis verè in viri dominium tranſierit, ita probat tex. *in l. in rebus in princip.* vbi gloſſ. *in verb. æſtimata in fine*, & communiter DD. *C. de Iure dot.* Bald. *in l. intereſt ad finem C. de vſufruct.* quem non benè allegat Cremenſ. *ſingul. 19.* vt aduertit Additionator *ibi*, Marſigl. *ſingul. 691.* Iaſ. *in l. ex conuentione C. de pactis* Barboſa *in 3. par. ff. ſol. matrim. num. 85. verſ. vnde videndum eſt*, Rota *deciſ. 258. in nouiter nouiſſimis Collectis per Farinac.* Coſta *de remed. ſubſidiar. remed. 63. num. 7.* Palat. Ruuios *de donat. inter virum, & vxor. rubr. 17. num. 8. verſ. cogitandum tamen.* Pinel. *in l. 1. par. 3. num. 15. C. de bonis maternis*, Mantic. *de tac. & ambig. lib. 12. tit. 28. n. 16.* Rot. *cit. deciſ. 1. n. 14. apud Duran.* Anton. Faber *diffinit. 43. C. de Iure dot.* Putarem tamen in hoc caſu, quod ſi fundi poſſeſſor adhuc eſſet debitor pretij, mulieri agenti pro rei vendicatione fundi ſufficienter ei ſatisfieri, ſi poſſeſſor conuentus pretium, quod debet ei offerret, nam ſi ad aliud vir, ſiue eius hæres cogi non poſſet, ſi fundus alienatus non extitiſſet, ita pariter, & tertius poſſeſſor qui in ius viri alienantis ſucceſſit, ita Barboſa *in rubr. ff. ſolut. matr. par. 5. in fin.* & hoc eſt quod annis longè decurſis noſtrum Sacrum Conſilium decidit in cauſa D. Liuiæ Cauaniglie, quæ cum ob viri, & ſoceri vergentiam ad inopiam petiiſſet ſe pro ſuis dotibus aſſecurari ſuper Terra Cogliani, quam in dotem tradiderat D. Hieronymo Cauaniglia, eo inſerto pacto, quod vbi vir illam alienaſſet, caſu eueniente reſtitutionis dotium, vt in pecunia eſſet facienda reſtitutio, quamuis aſſecurationem prius ſuper Terra prædicta obtinuiſſet, idque ſub die 22. Maij 1617. tunc poſſeſſa per V. I. D. Eugenium de Riſi, cui D. Hieronymus maritus vendiderat, tamen poſtea ſub die 10. Iulij 1619. meliùs re perpenſa decretum extitit, vt ſententia aſſecurationis lata ad fauorem D. Liuiæ exequeretur ſuper reſtanti pretio debito per dictum Eugenium poſſeſſorem, vt videre eſt in proceſſu huius petitæ aſſecurationis fol. 66. penes ſolatium Actorum Magiſtrum pro Curia.

4 Dico plus in hoc caſu, quod ſi hic tertius poſſeſſor emptor fundi, qui æſtimatus in dotem datus extiterat pretium ſoluiſſet creditoribus viri ex delegatione ſic facta, prout contingere ſolet quando maritus ære alieno grauatus reperitur, mulier pro dotis recuperatione agens poſſet primò, imò deberet aduerſus illos creditores viri agere, quibus pretium fundi alienati ſolutum fuit, non autem directo contra poſſeſſorem qui pretium fundi venditi exburſauit, probatur, nam ſi verum eſt, quod quando fundus in dotem datur æſtimatus, & ea æſtimatione, quæ emptionem, & venditionem facit pecunia eſt in reſtitutione, & in ſubſidium fundus, dos dicitur pecunia illa ex fundo vendito redacta; in dote enim quia verſamur in vniuerſalibus, pretium ſuccedit loco rei, illudque dotis pars cenſetur *l. cum in fundo 81. §. ſi fundus ff. de iure dotium* gloſſ. *in l. Labeo 14. in verbo pretium ff. de verb. ſignific.* Bart. *in Rubr. ff. ſol. matr. num. 10.* Barboſ. *in 3. parte rubr. ff. ſol. matrim. num. 75.* poſt plures quos allegat Fab. de Anna *conſ. 123. num. 11. & 16.* Molfeſ. *ad conſuet. par. 2. de bonis quæſt. 3.* & alij quos citat Merlin. *controu. cent. 1. cap. 92. num. 2.* quibus addo Capon. *de dote quæſt. 4. num. 26.* vbi addit, pretium illud ex fundo in dotem dato redactum dotis actione peti poſſe, & conſequenter, dico ego, dum prouenit in poſſe creditorum viri, iſti facto caſu reſtitutionis dotis, dum maritus non eſt ſoluendo, cogi poſſunt ad reſtituendam pecuniam illam dotalem, quam receperant, redactam ex venditione fundi in dotem dati æſtimati, & in ſubſidium, illis non ſoluendo exiſtentibus, ad fundum alienatum recurrere, idque dicamus multò magis procedere ſi de pretio rei in dotem datæ æſtimatæ, ac demum venditæ, vir aliam rem comparaſſet, nam hæc propriè diceretur ſubrogata in locum rei in dotem datæ, ac poſtea alienatæ, vnde mariti hæreditate ſoluendo non exiſtente, aget mulier ad vendicandam hanc rem ſic emptam cum pretio rei venditæ, quam in dotem viro tradiderat, ita Barb. *in rubr. 3. part. n. 77. 1. verſ. primus eſt quando*, & Molfeſ. *par. 2. de bonis q. 3. num. 6.* vbi allegat bonum tex. *in l. Imperator § cum autem ff. de legat. 2.* & Surd. *deciſ. 15. num. 18.*

Hæc quando mulier dedit viro ſuo in dotem fundum æſtimatum, & ea æſtimatione quæ emptionem, 5 & venditionem facit, quem quidem fundum ſuppoſuimus fuiſſe demum alienatum, & de pretio ſatisfactum creditoribus viri, vel alia res empta, vt in ſubſidium poſſit ſemper mulier, viro, ſiue eius hærede non exiſtente ſoluendo, aduerſus illos creditores agere, in quorum poſſe pretium peruenit, ſicque pecuniam eis ſolutam condicere, ſed videamus an idem ſit quando mulier dedit viro ſuo dotem in pecunia, & ad illius liberam diſpoſitionem, de qua loquitur tex. *in l. res in dotem ff. de iure dot.* ſi vir pecuniam illam vti propriam ſoluiſſet alicui ſuo creditori ſoluto matrimonio, & facto caſu reſtitutionis, viro, ſiue eius hærede non exiſtente ſoluendo, nùm poſſit mulier ipſa aduerſus illum creditorem agere, cui vir, pecuniam, quam in dotem receperat ſoluit. Et idem in hoc caſu fore reſpondendum teneo indubitanter, probatur, nam ſi citra controuerſum procedit, vt quando fundus eſt datus in dotem æſtimatus, illo poſtea diſtracto, poteſt mulier in ſubſidium agere ad eundem vindicandum, iuribus, & Doctoribus ſupra citatis, ergo, & pari ratione quando fuit data pecunia in dotem, quam demum ſoluit vir eius creditori, & ſi dices, ideò in ſubſidium licere mulieri recurrere ſuper fundo quem pro dote æſtimatum dedit, quia extat, at ſecus pecuniam, quam ſupponimus à viri creditore, qui illam in ſui crediti extinctionem recepit, fuiſſe conſumptam, vnde cum non extet, non eſt cur dici poſſit vt valeat mulier pecuniam illam è manibus creditoris, cui fuit ſoluta, recuperare, nam reſpondetur hoc eſſe 1 dotis priuilegium, nimirum vt poſſit condici pecunia conſumpta: etenim receptiſſimum eſt vt mulier pro recuperatione dotis, quam in pecunia viro ſoluit, poſſit auocare pecuniam ex bonis defuncti viri redactam, & creditori poſteriori ab hærede ſolutam, ſiue à Iudice liberatam adhuc conſumptam, idque doti, fauore, vt per Couarr. *pract. quæſt. cap. 29.* Guttierrez *practic. quæſt. lib. 3. quæſt. 101.* Barboſa *in l. 1. par. 6. n. 24. verſ. admiſſa autem ff. ſolut. matrim.* & per alios relatos ab Anton. de Amato *var. reſol. lib. 2. reſol. 51. num. 24.* & à Me *lib. 1. reſolut. iuris cap. 11. num. 7.* quamuis regulariter

Digitized by Google

gularitèr contrarium ſit de Iure, vt per Affl. *deciſ.* 190. & per alios citatos, *allegat. cap.* 71. *num.* 1. Ergo idem, & maiori cum ratione, vt poſſit mulier è manibus creditoris viri condicere pecuniam ipſius propriam, quam viro pro dote exburſauit, & ſuper qua viri creditores, ſiue anteriores ipſius mulieris, ſiue poſteriores, vllo vnquam tempore ius aliquod habuerunt, prout tenuerunt ſuper pecunia redacta ex bonis viri ipſis aliàs hypothecatis, ſicque in puncto per Sacrum Conſilium deciſum teſtatur Gal. Lup. *poſt praxim in tit. de remed. Iur. offer. parte* 3. *cap.* 7. *num.* 8. *fol.* 274. Vnde merito Ioan. Domin. Iaſon. *in pragm. de antefact. verſ.* 12. *obſeru.* 2. *num.* 34. *fol.* 505. per Sacrum Conſilium determinatum refert, creditorem mariti pecuniam dotalem recipere cogi non poſſe, ſi dos fuit promiſſa cum pacto de ea in emptionem conuertenda, ait enim quod ſi maritus creditori ſuo, pecuniam illã dotalem ſoluere vellet, creditor talem pecuniam recipere non tenetur, idque non alia ratione, niſi quia demum in caſu reſtitutionis dotis, viro non exiſtente ſoluendo, poſſet mulier pecuniam ſuam dotalem viri creditori ſolutam condicere, ſed hoc conſultò intelligas, vt procedat, vel quando pecunia dotalis liberè fuit marito ſoluta, vel cum pacto de illa conuertenda in emptionem annuorum introituum, ſecus autem ſi à principio in Capitulis matrimonialibus fuerit conuentum, vt teneretur maritus dotem in emptionem conuertere, vel ad ſuam electionem in reemptionem ſui debiti; hoc enim caſu, volens maritus creditori ſuo pecuniam illam dotalem ſoluere, bene creditor ille teneretur pecuniam recipere, quia, ſtante hoc pacto in capitulis matrimonialibus appoſito, mulier nullo futuro tempore poſſet habere regreſſum contra creditorem mariti, cui fuit pecunia dotalis ſoluta, ita ſatis bene D. Conſil. Stayban. *reſolut. forenſ. lib.* 1. *reſol.* 76. *num.* 15. *per tot.* ſicque hodie 22. Maij 1654. iudicauimus in M. C. nimirum, vt ſtante hoc pacto in capitulis matrimonialibus adiecto, cogatur creditor viri pecuniam dotalem recipere, & quod mulier vllo vnquam tempore pro dotis ſuæ recuperatione poſſit contra illum habere regreſſum, idque in cauſa Art. & Med. Doctoris Hieronymi Guerritore cum D. Ioſepho Pyrro Carrafa penes Gagliardum Actorem Magiſtrum: Fontanella ſcriba.

## ARGVMENTVM.

Litis pendentia an per ſolam citationem inducatur vel litis conteſtatio requiratur. Citatio quando dicitur circumducta, an ab Actore allegari poſſit. Litis pendentia, an allegari poſſit, vbi iactantiæ iudicio coram vno Iudice moto, diffamato coram alio iura ſua proponeret, & de aliis Notabilibus.

## DECISIO LXXXVII.

1 PENDENTE lite ſuper quibuſdam incidentibus in Conſilio ſupremo penes Principem, alter ex litigantibus, comparuit in Tribunali, quamuis ſupremo, minoris tamen præeminentiæ, oppoſitaque exceptione litis pendentiæ, fuit dubitatum, an cauſa eſſet ad Conſilium ſupremum remittenda.

Et affirmatiuè reſponſum fuit, cum negari 2
non poſſit, quin lis ſuper incidentibus pendere dicatur, vnde ſtante quod articulus ſuper incidenti in Conſilio ſupremo indeciſus reperiebatur, non poterat de cauſa in alio tribunali tractari; per ſolam enim citationem litis pendentia inducitur *Clem.* 2. vbi Cardin. *vt lit. pend.* nec his obſtaret oppoſitio, ſi quæ fieret; nimirum vt tex. *in d. Clem.* 2. procedat quando pendet lis coram Iudice competenti, nàm reſpondetur, ſatis eſſe Iudicem competentem ſupremum Conſilium Regis, vt poſſit de huiuſmodi incidenti cognoſcere, adhuc ſi particulari conſtitutione cautum eſſet, vt cauſæ ſubditorum non niſi in tribunali ſupremo eorum domicilij tractentur, ſemel enim cauſa exiuit à domicilio litigantium, & per viam appellationis in Conſilio ſupremo Regis introducta, ergo ſupremum illud Conſilium Iudex erat competens, ad tex. *in l. ſi quis in aliena*, vbi gloſ. *ff. de iudic.* latiſſ. Felin. *in c. ſuper litteris de reſcript.* Bart. & Bald. *in l.* 2. *ff. ſi quis in ius vocat.* & in terminis, de quibus agebatur Cardin. *in d. Clem.* 2. vbi dicit Iudicem eſſe competentem, qui poteſt, an ſit ſua iuriſdictio, cognoſcere.

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.

## OBSERVATIO.

QVod per ſolam citationem litis pendentia inducatur iuxta concluſionem hic tentam, ex *clem.* 2. 1
*vt lite pend.* probauit pariter Myſinger. *ſingul. obſeruat. cent.* 4. *obſeruat.* 26. his tamen concurrentibus & primò quod citatio emanarit, ſecundò quod à Iudice competente, tertiò quod ad citatum peruenerit, aut per eum ſteterit quominus perueniret, quartò quod ex tenore citationis plenè cognoſcere potuerit citatus, qua de re futura ſit controuerſia, quintò quod citatio ſit apta, & ſextò quod Nuncius eam legitimè, & ſufficienter inſinuauerit, quodque ſola citatio ſat ſit ad iuriſdictionem Iudicis citantis perpetuandam, ſunt iura nimis clara in *c. propoſuiſti de foro compet. in c. gratum, & in c. licet de offic. deleg. gloſ. in c. ex parte il* 2. *in verbo litis conteſtatio, de verb. ſignific.* quo loci dicit ſic eſſe intelligendum tex. in *l. & quia ff. de iuriſd. omn. Iudic.* & quamuis multi Legiſtæ teneant, litis conteſtationem eſſe neceſſariam, magis tamen communiter in hoc ſequuntur Canoniſtas, ita gloſ. *in l. vbi ceptum ff. de iudic.* vbi allegat tex. *in l. ſi quis poſtea eod. tit. & in l. penult. ff. de iuriſd. omn. Iudic.* Ioſ. *in d. l. & quia*, quem allegat Aluar. *in d. c. gratum*, & Myſinger. *cit. obſeru.* 26. *num.* 3. quo loci *num.* 5. *ex Guid. Papa deciſ.* 416. *num.* 2. aduertit, ad odioſam præſcriptionem 30. vel 40. annorum interrumpendam, ſimplicem citationem ſat eſſe, Gratian. *diſcept. forenſ. lib.* 2. *cap.* 389. *num.* 12. vbi dicit generale eſſe; vt legitimè citatus teneatur apud Iudicem, coram quo fuit citatus, cauſam proſequi, quamuis poſt talem citationem forum mutauerit, & allegat Abb. & Felyn. *in d. c. propoſuiſti*.

Eſt tamen aduertendum, concluſionem ſupra firmatam, nullo pacto procedere, quoties citatio eſſet circumducta, vt quia apud nos per menſem in Ci- 2

uitate, & per duos extra, Actor, ad cuius inſtantiam fuit emanata citatio, inſtitutum iudicium non fuit proſequutus, idque ſiue in foro ſæculari, ſiue Eccleſiaſtico, verſemur, ita Affl. in *conſt. edictorum num.* 20. *per tot. & in deciſ.* 366. *num.* 14. Addentes ad eundem in rubr. *Conſtitutionis de exordiis & præparat. iudic.* Præſ. de Franch. *dec.* 471. Ricc. *deciſ.* 83. *lib.* 1. Matthias Berlichius *deciſ. Germ.* 1. vbi habes ſingulare dictum, illudque eſt, vt non niſi à Reo citato, citationem eſſe circumductam allegari poſſit, ſecus ab Actore, ita vt ſi poſtquam eſt circumducta citatio, vellet Actor coram alio Iudice Reum conuenire, qui quidem Reus litis pendentiam coram primo Iudice allegaret, certè non audiretur Actor, ſi replicaret primam citationem eſſe circumductam provt practicamus in peremptione inſtantiæ, quæ ſi ab Actore allegaretur, Sacrum Conſilium, Reo inſtante, mandat procedi in cauſa ad vlteriora, oppoſita peremptione inſtantiæ non obſtante.

Sed vtiliter dubitatur, an litis pendentia, quam diximus per ſolam citationem induci, allegari poſſit, vbi inſtantiæ iudicio coram vno Iudice moto vigore diſpoſitionis tex. *in l. diffamari C. de ingen. manumiſſ.* diffamator coram alio iura ſua proponeret? dic in hoc caſu nullatenus litis pendentiam allegari poſſe vt ſatis benè probat Maria. Soccin. *in c. propoſuiſti n.* 27. *de foro comp.* vbi dicit hoc eſſe benè notandum, quia quotidie in praxi contigit, Gaill. *pract. obſeru. lib.* 1. *obſeru.* 11. *per tot.* D. de Franch. *deciſ.* 385. Ego ipſe *lib.* 1. *mearum reſolut. cap.* 257. *per totum.*

## *ARGVMENTVM.*

Dominium in iudicio rei vindicationis quomodo probetur. Priuilegium antiquiſſimum ſine die, & anno, an aliqualem faciat probationem. Teſtes de auditu, & fama deponentes an in antiquiſſimis Dominium probent. Alienatio rei Eccleſiæ vt ſit valida, quæ concurrere debeant. Eccleſia, cuius Rector bona, non ſeruatis ſeruandis, alienauit, an poſſit in iudicio comparere, & Iudicis officium implorare ad ſibi *reintegrandam poſſeſſionem* à qua facto ſui Rectoris cecidit, & de aliis notabilibus.

## DECISIO LXXXVIII.

1 Reiuindicante Abb. Ioanne Carraffa pro Eccleſia ſua quoddam territorium, quod dicebatur ad ſe iure dominij pertinere, fuit in Deciſione cauſæ dubitatum an Dominium, quod in hoc reiuindicationis iudicio eſt probandum, verè in caſu de quo agebatur, probatum extiterat; exiſtimabatur Eccleſiam fuiſſe in probatis, nam cùm Dominium difficilis ſit probationis, dixit Aret. poſt alios in *l. rem quæ nobis ff. de acquirend. poſſeſſ.* quod ex coniecturis rectè probatur, ex eo quod quando probatio redditur valde difficilis, coniecturalis probatio faciliùs admittitur, *ad tex. in c. præterea, de teſtibus*: Etenim pro parte Eccleſiæ afferebatur titulus, mediante quodam antiquiſſimo priuilegio, ex quo conſtabat territorium illud fuiſſe Eccleſiæ conceſſum, in eoque obſeruabantur omnes ſolemnitates à iure requiſitæ, de quibus per gl. & DD. *in l. generali C. de tabular. lib.* 10. *in tit. Auth.* vt præponatur nomen Imperatoris & *in c. inter dilectos de fide inſtrument.* deficiebat ſolum milleſimus, menſis, & dies, ob quod licet videbatur plenam fidem non facere, tamen, quia erat antiquiſſimum, dicebatur, negari non poſſe quòd aliqualem faciebat fidem, & iunctum cum aliis plenam; antiquiſſimum enim tempus omnes ſupplet ſolemnitates, Innoc. *in c. veniens extr. de verb. ſignif.* Hinc quamuis iuriſdictio, ſeu Dominium loci per inſtrumentum non probetur vt per gl. *in l. prædia* §. *balnea ff. de legat.* 3. Innoc. *in c. cum in iure, de offic. Deleg.* Cyn. Bal. & Ang. *in l. cum aliquis C. de iur. delib.* ſecus autem quando eſſemus in antiquis, gloſſ. *in c. cum olim de cenſibus* Ancher. *in c. litteris de probat.* Socin. *conſ.* 187. *lib.* 4. in facto namque antiquiſſimo puta excedente metas centum annorum, quia probatio per teſtes de viſu eſt impoſſibilis, vt per Canoniſtas *in c. Albericus de teſtibus*, admittitur probatio eo modo quo poteſt, puta per antiquiſſima inſtrumenta, Alex. *conſ.* 101. *lib.* 6.

Secundo afferebatur pro Eccleſia aliud inſtrumentum, ex quo conſtabat, Eccleſiam 2
ipſam illud idem territorium alias in emphyteuſim certæ Perſonæ conceſſiſſe; & ſic dicebatur quod ſi Eccleſia non extitiſſet domina, alteri in emphyteuſim concedere non potuiſſet, & licet grauis ſit quæſtio an ex hoc inſtrumento Dominium probetur, de qua per Bar. *in l. legata inutiliter, ff. de adimend. legat.* per Paul. de Caſtr. *in l. ſi aliquam rem ff. de acquir. poſſ.* & per Bal. *in c.* 1. §. *ſacramenta, de conſuet. rect. feudi*, tamen dicebatur omnes conuenire, quod tale inſtrumentum iunctum cum aliis adminiculis plenè probat dominium Ang. *in l. officium ff. de rei vendic.* poſt Bar. *in l. ad probationem C. loca.*

Tertio afferebatur pro Eccleſiâ multorum 3
teſtium depoſitio de auditu, & fama publica, quòd ſcilicet ſemper audierunt Eccleſiam fuiſſe Dominam dicti territorij, & quod ei cenſus quolibet anno ſoluebatur; & quod in antiquiſſimis teſtes de auditu, & fama publica deponentes probent Dominium, tenent Bal. *in l. conuenticulum C. de Epiſ. & Cler.* Butr. *in c. veniens de teſtibus.* Imol. *in c. cum cauſam de probation.* Aret. *conſ.* 36. *& ſeq.* & alij, ex quibus omnibus ſimul iunctis dicebatur, plenè fuiſſe Dominium probatum, quia cùm ad eundem finem

Digitized by Google

finem tendant, coniunguntur, & habet locum regula, ſingula, quæ non proſunt, multa collecta iuuant, de qua per gloſ. *in l.inſtrumenta C.de probat.* Bar. & omnes *in l.admonendi ff.de iureiur.* & in his terminis Soc. *conſ.*89.*lib.*1.

4 Nec his obſtare dicebatur exceptionem, quæ ad intentionem Eccleſiæ excludendam allegabatur, nimirum quod hoc territorium extiterat prius in emphyteuſim conceſſum alteri, à quo forſan conuenti cauſam habere pretendebant, nam replicabatur apertè de illius contractus conceſſionis nullitate conſtare, apparebat enim Abbatem ſolum cum tribus Monachis territorium illud in emphyteuſim perpetuam conceſſiſſe, & tamen certum eſt de iure, hoc Abbati non licere *c.Abbatibus* 12. *quæſt.*2.*c.nulli de rebus Eccleſ.non alien.*gloſ. *in clem.*1. *in verb. cum habeat*, *eodem tit.* Etenim adhoc vt rei Eccleſiæ alienatio valeat, duo præciſe requiruntur, nimirum cauſa legitima alienandi, & ſollemnitas, iuribus modo allegatis, & habetur per Alex.*conſ.*117.*lib.*4.Dec. *conſ.*174. & Curt. iun. *conſ.*130. & in tantum ſolemnitas requiritur, quod etiamſi alienatio in euidentem Eccleſiæ vtilitatem tenderet, adhuc nulla diceretur, vt in iuribus prædictis, & habetur per Bar. *in l.cum hi* §. *eam tranſactionem ff. de tranſaction.* vbi dicit rei pupillaris, & Eccleſiæ alienationem nullam eſſe, non ſeruatis ſollemnitatibus, etiam ſi non ſit eorum conditio facta deterior *per tex. in l.ſi fundus ff.de rebus eorum*; *& in cano. ſine exceptione* 12.*quæſt.*2. Dicebatur etiam pro Eccleſia conceſſionem illam ſequutam fuiſſe cum enormiſſima ipſius læſione, ex quo apparebat territorium illud, quod ſingulis annis locabatur pro quadraginta vnciis, fuiſſe conceſſum ſub annuo Canone vnius vnciæ.

---

## OBSERVATIO.

1 Plura notatu digna in hac deciſ. habentur, ſignanter, quod cum Dominium difficilis ſit probationis, ſat erit coniecturalis probatio, nimirum ſi per coniecturas, & indicia probetur; concluſionem hanc probant DD. communiter *in l.indicia.C.de rei vendic.* Soc. *conſ.*205.*num.*3.*lib.*2. Soc. iun. *conſ.*135.*num.*14.*lib.*2. Calcan. *conſ.* 31. Barbat. *conſ.*41. *lib.*1. Menoch. *de arbitr.iud.cent.*1.*caſu* 42. Afflict. *deciſ.*277.*num.*1. vbi in articulo principali in dubium reuocauit, an teſtes de auditu, & fama publica deponentes, quod talis fundus erat feudalis probent fundum illum eſſe feudalem, & ibi Vrſill. quærit an per famam in antiquis poſſit Dominium probari, quodque plena exoriatur probatio, ſi ex coniecturis & indiciis Dominium probetur, docet Card. Pariſius *conſ.*104. *numer.*101. *lib.*1. Indicia autem ex quibus dominium probatur duo traduntur à Iacob. de Aren. & à Bald. *d.l.indicia*, quos citat Maſcar. *de probat. concl.*139. Primum quando vendidiſti mihi rem, & te ſciente, & patiente fuero in poſſeſſione, hoc enim probato, ſat erit, vt dicatur probata traditio. Secundum ex ſolutione cenſus; ille enim, cui ſoluitur cenſus, proprietarius præſumitur; ſed circa hoc vide omnino Guid. Pap. *deciſ.*272. vbi eleganter docet, directum dominium ex recognitione probari, *per tex. in l.cenſualis quædam poſſeſſio C.de Donation.* & Ranchi. *ibidem* addit, per ſimplicem recognitionem diſpoſitiuè factam probari rem eſſe cenſualem, ad eumque, cui eſt facta recognitio, dominium directum pertinere.

Ad illud autem quod hic in fine tangit Dominus Regens, nimirum vt in rei Eccleſiæ alienatione requiratur cauſa legitima, & ſollemnitas, dic tu hoc probari ex mente Extrauagant. *ambitioſe de rebus Eccleſ. non alienand.* pro cauſa autem exigitur euidens Eccleſiæ vtilitas, quæ illa tantummodo dicitur, quæ non dubia, ſed euidens, clara, & indubitata eſt, vt per DD. quos citat Ricc.*par.*1.*prax.Eccleſ.in princip.* Pro ſollemnitate verò ſummi Pontificis conſenſus, vt per eundem *reſol.*24. vbi autem Bona Eccleſiaſtica, his duobus non ſeruatis, fuerint alienata, Eccleſia cuius Rector bona alienauit, poterit in iudicio comparere & Iudicis officium implorare ad ſibi reintegrandam poſſeſſionem, licèt ab ea ceciderit facto ſui Rectoris, D.Ludouiſ. *deciſ.*116. imò poteſt petere manuteneri, non obſtante quod Prælatus habuerit ſe pro ſpoliato, niſi occupans per decennium poſſediſſet, Rot. *deciſ.*327.*num.*20.*&* 330.*num.*36. *poſt tract.*Ludouic. Peſt. *de Manuten.* & per eundem *obſer.*57. *à num.*102. Addentes ad Ludouiſ. *cit. deciſ.*116. & hoc etiam ſi prius fuiſſet lis mota in petitorio contra poſſeſſorem prædij malè alienati; nam poterit demum intentari interdictum reſtitutorium, Verallus *deciſ.* 183.*part.*3. Et quod Eccleſiæ, quæ cecidit à poſſeſſione ex contractu nullo ob non ſeruatas ſollemnitates competat remedium reſtitutorium affirmat pariter Ricc. *par.*1. *prax. Eccleſ. reſol.*22. Eſt tamen verum ſecundum aliquos quod hoc interdictum reſtitutorium debet peti ab Eccleſia infra quadriennium, intra quod aduerſus contractum reſtituitur. Cyn. *in l.ſuperuacuum C.de tempor. in integr.reſtit.* Capell. Tholoſ. *deciſ.*239. Roder. *de rebus Eccleſ.non alienan.q.*78. *cap.*2.*num.*14.*fol.* mihi 126.

Sed hic poſſet dubitari an hoc interdictum, ſiue reſtitutorium, ſiue manutentionis competat aduerſus illum, qui poſſidet cauſam tamen non habentem immediatè ab Eccleſia, ſed ab alio, qui ab Eccleſia tenebat? vide *tex. in l.ſi duo* §.*ſed ſi ſupra ff.vti poſſid.* Fabr. *in* §.*retinendæ num.*10. *inſtit. de interd.* Soc. *in l.rem quæ nobis num.*9.*ff. de acquir. poſſ.* Menoch. *de retin. poſſ. remed.*3.*num.*303. *& de recuper. remed. vlt. num.*6. *&* 17. 3

## ARGVMENTVM.

Frater an ſuccedat in feudo nouo fratris, vbi inueſtitura canit *proſe & hæredibus ex corpore.* Inueſtitura primæua conceſſa in forma larga an aliquem recipiat obicem ex ſecunda conceſſa in forma ſtricta, non accedente conſenſu illius, de cuius intereſſe agitur. Frater vterinus an ſuccedat in feudo fratris ſui, data inueſtitura pro ſe, & hæredibus ſimpliciter. Inueſtitura ſi non producitur, nec aliquo modo de ea conſtat, an præſumatur facta in



Digitized by Google

formalarga, vel potius in forma ſtricta, & de Aliis

## DECISIO LXXXIX.

1 DEFVNCTO Hieronymo Rocco, qui pecunia mediante, annuos introitus feudales acquiſierat, prætendebat Regius Fiſcus, fuiſſe illos ad ipſum deuolutos, fratre ſuperſtite prorſus excluſo, & hoc ſub prætextu, quod in aſſenſu (qui habetur loco inueſtituræ) per Defunctum obtento ſuper contractu emptionis dictorum annuorum introituum legebatur clauſula *pro ſe, & hæredibus ex corpore*, qua data inueſtitura, frater in feudo nouo per fratrem acquiſito non ſuccedit, vnde merito fiſcus illum in hac cauſa excludere volebat, ſed quia prima inueſtitura canebat in forma larga, & ſic dicti annui introitus apparebant conceſſi à principio pro hæredibus ſimpliciter, quo caſu, attenta Conſtit. vt de ſucceſſionib. frater fratri ſuccedit; excipiebat frater ſuperſtes per errorem Cancellarij in exequutiuis aſſenſus fuiſſe adiectam clauſulam in forma ſtricta, & ſic *pro hæredibus ex corpore*, vnde dubitari contigit quid iuris?

2 Fuit per Regiam Cameram communi voto deciſum, quod fiſco nullum Ius competebat ſuper dictis annuis introitibus feudalibus, & ita in gradu reclamationis in Collaterali Conſilio confirmatum; ratio deciſionis fuit, quia, exhibita prima inueſtitura, conſtabat conceſſionem in forma larga factam fuiſſe, qua ſic ſtante, nulla poterat haberi ratio quod in exequutiuis aſſenſus præſtiti ſuper venditione dictorum annuorum introituum erat adiecta clauſula in forma ſtricta, ex quo fuit contra voluntatem Partium, accedente iuris reſiſtentia, quandoquidem receptiſſima eſt concluſio, antiquam inueſtituram in præiudicium Partis non conſentientis mutari non poſſe, ita Bal. *in l. fin. C. de ſuis & legit. hæred. per tex. in c. 1. §. penul. quibus modis feud. amitt.* Albertus Brun. *conſ. 1. conſ. 25. & conſ. 78.* Nec poſſe Dominum illi præiudicium inferre, ſic feudi naturam alterantem, non conſentiente illo, cui ius ex ea eſt acquiſitum, Præpoſ. poſt alios *in c. 1. col. 2. in tit. An Agnat.* Alber. Brun. *conſ. 51.* vnde merito dicebat Bal. *conſ. 215. lib. 2.* quod ſi produceretur antiqua inueſtitura, in qua fœmina ad feudi ſucceſſionem eſt admiſſa, licet poſtea noua producatur, maſculos tantum admittens, non per hoc fœmina eſt excluſa, quia prima attenditur, ſequitur Dec. *conſ. 192.* quibus ſic ſtantibus, dicebatur, nullam eſſe faciendam vim quod in verbis exequutiuis aſſenſus legebatur *pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, quia fuit error Cancellarij qui quidem error contrahentibus nocere non debet, ad quod fuit allegata punctualis deciſio Bal. *in c. fin. §. fin. de feudo Guardiæ*, quam ſequitur Dec. *dicto conſ. 192.* Eoque magis hoc verum eſſe dicebatur, cum verba exequutiua principalem diſpoſitionem non alterent, neque augeant, vt eſt tex. *in clem. 1. de præbendis* Bal. *in l. eam quam C. de fideicom.* Aret. *in l. qui Roma §. duo fures, de verb. obligat.* Dec. *conſ. 305. & 374.* & Soc. *conſ. 40. lib. 1.* vbi dicit quod dictæ clauſulæ ſecundum naturam principalis contractus regulantur.

## OBSERVATIO.

CEſſat hodie quæſtio, de qua in hac deciſione, ſtantibus gratiis à ſua Catholica Maieſtate huic Regno conceſſis, nimirum, vt frater, ſiue vtrinque coniunctus, ſiue conſanguineus, ſiue vterinus poſſit fratri ſuo in feudo nouo ſuccedere, quamuis inueſtitura canat pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, vt *in c. 3. fol. 160. in c. 2. fol. 168. & in c. 1. fol. 171.* inter priuileg. *& cap. huius Ciuitatis, & in pragm. 29. de feudis*, de quibus per me *lib. 1. mearum reſolut. cap. 126. num. 50.* 1

Quo vero ad concluſionem hic tentam, vt exhibita prima originali inueſtitura in forma larga, nimirum *pro ſe & hæredibus* ſimpliciter, nulla poſſit haberi ratio de aliis inueſtituris in forma ſtricta deinde ſequutis, nimirum *pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, dic tu communiter fuiſſe eam à noſtratibus receptam, vt videre eſt apud Affl. *deciſ. 195.* Camer. *in c. Imperialem fol. 66. littera C.* Ioann. Vinc. de Anna *ſing. 563.* Fabius de Anna *conſ. 53. num. 35.* poſt alios, quos citat Borrell. *conſ. 1. num. 115.* & ſatis bene Marin. Freccia *lib. 2. de ſubfeudis quæſt. 12. num. 15.* vbi dicit perſæpè vidiſſe priuilegia in forma Regiæ Cancellariæ expedita pro hæredibus ex corpore reduci ad formam priuilegiorum Authoris, qui inueſtituram obtinuerat pro hæredibus, & ſucceſſoribus ſimpliciter, ſubdens, quod dum cauſas ageret, ſæpè ſic obtinuiſſet, quodque paſſim & indiſtinctè hoc iure in Regno vtamur, teſtis eſt Dominus Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. in rubr. de diuerſ. prouiſio. in tit. de reformat. inueſtit.* 2

Quorum authoritate motus in ſucceſſione quondam Octauij Villani Baronis Caſtri Turelli pertinentiarum Terræ Sancti Seuerini propè Salernum, concurrentibus Dorothea de Sanctis Defuncti Feudatarij ſorore vterina, & Coſtantia Villano Amita magna, partes Dotótheæ ipſe tuens dixi, quod cum Caſtrum Turelli feudum erat quaternatum ſecundum quid, non autem planum, & de tabula vt prætendebat Conſtantia, quia ex primæua, & originali inueſtitura conſtabat, fuiſſe feudum illud in formá larga conceſſum, & ſic pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, nulla poterat haberi ratio de inueſtituris à Conſtantia productis in forma ſtricta, nimirum pro hæredibus ex corpore, erant enim hæ inueſtituræ ſucceſſionis confirmatoriæ, quas ſubfeudatarij, qui pro tempore fuerunt à Principibus Salerni obtinuerant, per mortem Prædeceſſorum ſubfeudatariorum releuium ſoluentes, vnde dicebat, quod cum primæua, & originalis ſubinfeudatio, ſiue inueſtitura appareret in forma larga conceſſa, & ſic pro hæredibus ſimpliciter (qua attenta, Vterini poſſunt fratri ſuo ſuccedere, vt probaui *cit. cap. 126. num....*) nulla poterat haberi ratio de inueſtituris productis pro hæredibus ex corpore. Imò plus dicebam hoc procedere, quamuis 3

non

non conſtaret de prima,& originali inueſtitura,quia forſan non reperiretur, præſumebatur enim facta in forma larga pro hæredibuss& ſucceſſoribus ſimpliciter, ſeruata forma Conſtit. Regni vt de ſucceſſionibus,abſque clauſula *ex corpore legitimè deſcendentibus*; vnde merito dixerunt noſtrates, idem eſſe conſtare de inueſtitura,quæ caneret *pro ſe, & hæredibus* ſimpliciter, & nullam apparere, ita Andr. *in d.Conſtit. vt de ſucceſſionibus,& in c.1.num.5.* de eo qui ſibi,& hæred. ſuis,Frecc. *de ſubfeud.lib.2.author.1.quæſt.12.poſt.n.20.* Ioann.Angel.Piſſanell. *in reſponſo poſt Canet. num.18.* Anna Pater *in c.1. n.85.& ſeq. de vaſall. decrepit.ætat.* Regens de Ponte *tract.de poteſt. Proreg. tit. de ſucceſſ. mulier..§.1.num.12.& 13.& in repet.feud.lect.12.n.51.* Anell.Amat. *conſ.97.n.14.* Ego ipſe *cit.cap.126.n.44.* & cæteri noſtri ſine Contradictore,quibus addo Marant. *in ſuis ſing.in verbo* feudum, quo loci dicit feudum, ſi non apparet ſub qua forma ſit conceſſum, ſemper conceſſum præſumi pro ſe & hæredibus ſuis.

## ARGVMENTVM.

Confeſſio in iudicio facta, an poſſit vti erronea per confitentem reuocari; ſicque illum, rem aliter ſe habere, probare. Exitus in computo poſitus an poſſit per teſtes probari. Reuocato mandato,an confeſſio in eo contenta reuocata pariter cenſeatur. Confeſſio facta per Defunctum an poſſit per hæredem reuocari. Reus an poſſit petere terminum ad impugnandum ſcripturas ab Actore, compilato proceſſu præſentatas.

## DECISIO LXXXX.

1 CONVENTO Officiale Regiæ Curiæ ad ſuæ Adminiſtrationis reddenda computa, compilatoque proceſſu, & cauſa in tribunali Regiæ Cameræ relata,fiſcus aliquas produxit ſcripturas, quibus detegebatur falſum eſſe, quod Officialis articulauerat,& per teſtes probauerat; vnde prætenſionem habuit conuentus ſibi fore impartiendum nouum terminum ad impugnandum ſcripturas prædictas, & ad probandum per teſtes errorem ſuæ Confeſſionis in iudicio factæ, fuit dubitatum, an eſſet hic terminus concedendus.

2 Et per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio fuit deciſum eſſe illum omnino denegandum, nam quoad ſcripturas per fiſcum, compilato proceſſu,præſentatas,quia erant liberantiæ Scribæ portionis,impugnatio per teſtes non admittebatur, & reſpectu erroris propriæ confeſſionis, fuit ponderatum, quod licet regulariter poſſit quis errorem ſuum reuocare,& probare,rem aliter ſe habere,ex notatis per DD. *in l.non fatetur ff.de confeſſ. & in l.error. C. de iuris, & facti ignorantia*, & per Aretin. *conſ.112.num.2.* attamen quando confeſſio eſt facta in iudicio,& ab Aduerſario acceptata amplius reuocari non poteſt; eſt enim per eam Ius Parti quæſitum, quod ſine facto ſuo auferri non poteſt *l.fin.ff.de pac.* Cyn,& Salyc. *in l.1.C.de confeſſ.* Bal. *in l. Gallus §. quidem rectè ff.de liber.& poſthum.* & Roman. *in l.1.§. ſi quis ſimpliciter ff. de verb. oblig.* & quamuis Anton. de Butr. *in c. fin. de confeſſ.* & Roman. *conſ.391.& in l.ſi verò §.de viro ff.ſol. matrim.* quibus non aduerſatur Iaſ. *in d.l.error.* videantur affirmare, confeſſionem adhuc iuratam, & acceptatam reuocari poſſe,quando conſtat de errore probabili, tamen dictum fuit communem eſſe in contrarium,vltra,quod ex actis aliter conſtabat.

3 Secundò dicebatur quod hæc confeſſio facta apparebat in inſtrumento in iudicio producto quo caſu,propria confeſſio prætextu erroris, reuocari non poteſt ex Innoc. *in c. cum olim extra de cenſibus, & in c.cum venerabilis extr. de exception.* qui enim inſtrumentum producit, omnia in eo contenta fateri videtur *d.c cum olim* Bar. *in l. poſt legatum ff.de his quibus vt indig.* Abb.& omnes *in d.c.cum venerabilis*, quibus addebatur, quod proceſſus erat compilatus, & cauſa relata, quapropter confeſſio erroris prætextu, reuocari amplius non poterat,ita Bal. *in d.l.error.* Gemin. *in c. 2. de in integr.reſtit.* Anton.de Butr. *in c.1.de confeſſ.* & Felin. *in c. cum dilectus de fide inſtrum.* Et cum tractaretur de probando exitum per teſtes,dictum fuit ſtylum vigere vetuſtiſſimum in Regia Camera; vt exitus non niſi per ſcripturas probari poſſit,nec in aliquo obſtabat quod poſt didicita teſtificata ad primam corroborandam probationem, poteſt alter ex litigantibus de nouo probare,ex Innocent. Abb. Aretin. & Felin. *in c.cum clamor de teſtibus*,quia quicquid ſit de veritate huius dicti,fuit reſponſum, hoc poſſe procedere, quando à principio in primo termino is,qui petit admitti ad nouam probationem,benè intentionem ſuam probauit,ſicque ei nihil imputari poſſit,at ſecus in caſu,de quo agebatur, vbi Conuentus neque per teſtes,neque per ſcripturas ſuam probauerat intentionem,vnde ſub prætextu impugnationis ſcripturarum, non poterat de nouo admitti ad probandum illud idem, quod articulauit in primo termino,& quod probare nixus fuit, & non probauit, vndè fuit hic Officialis condemnatus ad ſoluendum Regio fiſco partitam,de qua controuertebatur,& habitum pro veriſſimo, quod licet confeſſio in eodem capitulo facta non poſſit ab Aduerſario diuidi, ſed quod debeat illa recipi cum ea qualitate qua eſt facta, vt per Bar. *in l. Aurelius §. item quæſiuit ff. de liber. lega.* Cyn. *in l. vnica in 14. quæſt.C.de confeſſ.* tamen dictum fuit,hoc bene

procedere

Digitized by Google

procedere, niſi contra Confitentem iuris communis præſumptio ſit, provt in caſu de quo agebatur, conſiderabatur contra Reum conuentum, qui Adminiſtrator Victualium Regiæ Curiæ extiterat; & ad inſtar negotiorum geſtoris non ſolum de geſtis, ſed etiam de neglectis tenebatur, *l.2.* vbi Bar. *& l.ſi pupilli §. videamus ff. de negot. geſt. l.fin. C.vt in poſſ.legat. & l.2.C.de Adminiſtrat. Reipubl.lib.*11.

## OBSERVATIO.

1 QVod nulla poſſit haberi ratio de confeſſione in iudicio facta, quando à confitente, priuſquàm fuerit ab Aduerſario acceptata, reuocata reperitur; dixerunt Philipp. Franc. *in c.fin. num.6.de iureiur.in 6.* Aret. *in l.p.§.ſi quis ſimpliciter ff.de verb.obligat.* & ibi Alciat. *num.*32. Gabr. *commun. concluſ.tit.de reg. iur. concl.1.num.*24. Mariſc. *var.reſol.lib.2.cap.4.num.*8. *& ſeq.* Idemque affirmo vbi fuerit à Parte ante reuocationem accceptata, ſi confitens declararet velle in promptu de Confeſſionis errore docere, ita Bar. *in l.poſt legatum num.*11.*ff.de his quibus vt indign.* Bal. *in l.edita C.de edend.* Gabr. *loc.cit. num.*25. Maſcar. *de probat. concl.*378. Mariſc. *cit.cap.4.num.*10. Surd. *dec.*130. *in fin.* Rot. *in vna Roma.aſſecur. Nauis ſub die 6.Februarij 1631.verſ. hinc non obſtant coram Domino Chiſterio,* quam imprimi curaui *lib.1.mearum reſol. cap.*278. vbi fuit ſingulariter dictum quod ſi principalis procurationis mandatum reuocauerit, non tamen per hoc cenſetur reuocata confeſſio in eo contenta ab Aduerſario acceptata, niſi docto de errore; ſed an confeſſio erronea facta per Defunctum poſſit per eius hæredes reuocari, vide Afflict. *deciſ.*233. vbi affirmatiue deciſum teſtatur.

2 Quò verò ad illam concluſionem hic per D. Regentem firmatam, vt non poſſit Reus petere terminum ad ſe defendendum aduerſus ſcripturas, compilato Proceſſu, ab Actore præſentatas, ex eo quod in termino ordinario nixus fuit illud idem probare, & non probauit, ad confirmationem adde tu Io. Vinc. de Ann. *ſing.*502. vbi dicit, communem practicam eſſe quod quando contentum in ſcriptura fuit enunciatum in libello, & Reus potuit ſe defendere, tunc poſt præſentationem ſcripturarum alius non datur terminus; ſed quando non eſſet enunciatum, & ſcripturæ aliquid adducerent noui conceditur terminus Reo ad ſe defendendum; ſicque per Sacrum Conſilium in cauſa Baronis Varaualli cum ſedile Capuanæ deciſum teſtatur, idemque D. de Franchis *deciſ.*631. D. Reg. Tapp. *in Prag.2. de ordine iudic. ſituata in tit. de præſent. ſcrip. num.*5. Caſtill. *deciſ.* 57. *numero* 10. & Alij.

## *ARGVMENTVM.*

Vita & Militia, pro qua conſequenda actio competit hypotecharia, an peti poſſit à tertio feudi poſſeſſore excipiente feudum illud ob feudatarij rebellionem à fiſco emiſſe. Clauſula ex certa ſcientia, ſiue motu proprio an Regis Vicarij, ſiue Legatus de latere vti poſſint. Actio hypotecharia an competat Sorori pro paragio in bonis quondam Patris ſui conſequendo, & de aliis.

## DECISIO XCI.

FABRITIVS Guarinus filius ſecundogenitus quondam Patris ſui feudatarij, pro conſequutione Vitæ & Militiæ tam pro quantitatibus debitis in præteritum, quàm in futurū debendis agebat actione hypotecharia contra tertium Poſſeſſorem bonorum feudalium dicti quondam ſui Patris; nàm quod pro vita & militia competat hypotecharia, fuit ſemper apud nos indubitatum, *per text.in c.Reg.* quod incipit *alienationis actus*, vbi ponderatur dictio illa *ſuper* quæ hypothecam importat *ad tex.* & ibi dicta per Bar. *in l.codicilis §.inſtituto ff.de leg.2.* ſicque alias per Regiam Cameram deciſum; vnde quoad inſtitutam actionem dicebatur, ſatis fundatam eſſe Actoris intentionem; ſed excipiebat conuentus, Actorem reum eſſe criminis læſæ Maieſtatis, ipſumque cauſam habere à fiſco, à quo propter Feudatarij rebellionem erant bona illa feudalia diſtracta; quare dubitatum extitit, an hic tertius poſſeſſor eſſet condemnandus, vel potius abſoluendus. 1

Et eſſe condemnandum fuit per Reg. Cameram, nemine contradicente, deciſum; nam quod attinebat ad rebellionem Actoris, fuit dictum, nunquam de hoc crimine fuiſſe cognitum, nec informationem captam, imò per Cæſaream Maieſtatem fuiſſe plenarie remiſſum omnibus illis, qui de tanto facinore veniebant notati; ſicque omnia bona reſtituenda erant *l.1. & l.fin. vbi* Bart. Bald. & Salyc. *C.de ſentent. paſſ.* idem Bart. & omnes *in l.Gallus §. & quid ſi tantum ff.de lib. & poſthum.* Et licet ex dictis per omnes in iuribus modo allegatis, in reſtitutionè generali alienata non veniant; tamen replicabat Actor quod hæc bona per rebellionem Baronis fratris ſui non autem propriam alienata erant, & ſic non poterat dici alienata vita, & militia per tex. *in c.ſuſceptum de reſcrip. in 6.* & per Andr. *in cap.1. §. moribus, ſi de feud.defun.fuer. controuerſ.inter dim.& agnat.* Nec in aliquo obſtare dictum fuit aliam rei conuenti exceptionem, nimirum quod alienatio, quæ erat facta in ſui perſonam contigerat motu proprio Principis; per quam clauſulam veniunt bona quocunque modo vacent, vt notant Philipp. Franc. & Geminin. *in d.c.ſuſceptum*, & Luc de Pen. *in l.1. col.fin. C.de petit. bonorum ſubl. lib.*10. etenim fuit reſponſum, clauſulam hanc *motu proprio*, & *certa ſcientia* in tertij præiudicium nil operari, quando Princeps de illius iure non erat 2

informatus

Digitized by Google

informatus; ſed illud penitùs ignorabat ad tex. *in c. nihil de elect. & in l. 1. C. ſi ſeruus aut. lib. &* gloſſ. & Ioan. Andr. *in c. 2. de ſimon.* Præterea dicebatur quod hic tertius poſſeſſor non habebat cauſam à Rege, ſed ab eius Vices gerente, ſicque ille his clauſulis vti non poterat, cum nec etiam Legatis à latere hoc permittatur, vt per Imol. Alexand. & Aretin. *in l. nemo poteſt ff. de leg.* 1. idem Aretin. *in l. 4. ff. de teſtam.* Alexand. *in l. quanquam ff. de teſtament. milit.* & gloſſ. *in clement. ſæpe de verb. ſig.* & quamuis replicaretur conceſſionem, ſiue alienationem ſic factam fuiſſe demum à Rege confirmatam, fuit reſponſum Regem confirmaſſe conceſſionem in perſonas eorum, in quos fuit facta alienatio, non autem clauſulas ibi poſitas contra Ius commune, ad quarum poſitionem ſpeciale requirebatur mandatum, in dubio enim non cenſetur Princeps vti clauſulis *de plenitudine poteſtatis ex certa ſcientia*, & ſimilibus; ergo eodem modo dicebatur in dubio non cenſeri confirmatam alienationem cum illis clauſulis, vnde meritò fuit pro Actore iudicatum.

## OBSERVATIO.

1 PRo conſequutione vitæ & militiæ competere ſecundogenitis actionem hypothecariam ſuper feudo in Patris hæreditate remanſo, & à tertio poſſeſſo, ex diſpoſitione tex. *in c. alienationis actus*, ſecundum ordinem Ioan. Ant. de Nigr. 261. fuit ſemper apud noſtrates receptiſſimum; ſicque cum D. Regente hic conueniunt Præſ. de Franc. *deciſ.* 114. *num.* 1. Reg. Rouit. *in prag.* 25. *num.* 15. *de feud.* Andr. Capa. *tract. de vit. & milit. quæſt.* 3. *num.* 2. poſt alios quos citat, ponderantes dictionem illam in tex. *ſuper* quæ hypothecam importat. Bar. *in l. codicillis §. inſtituto ff. de lega.* 2. Bal. *conſ.* 182. *num.* 2. *lib.* 5. Caſtrenſ. *conſ.* 106. *ſub n.* 3. *lib.* 1. Crauett. *conſ.* 20. *num.* 10. Natt. *conſ.* 109. *num.* 10. & 341. *num.* 6. *lib.* 1. Roma. *conſ.* 338. *num.* 2. Iaſ. *in authen. ſacramenta puberum num.* 26. *C. ſi aduerſ. vendit.* Affl. *dec.* 162. *num.* 6. Boër. *dec.* 102. *num.* 3. Capyc. *deciſ.* 65. Caualer. *deciſ.* 58. *num.* 1. Ann. *alleg.* 101. *num.* 8. Gama. *deciſ.* 13. & 315. Mart. *voto* 150. Neguſ. *de pignor.* 4. *memb.* 2. *par. princip. num.* 174. *verſ. trigeſimus tertius caſus & in membr.* 1. 3. *par. num.* 5. *verſ. item conſtituitur*, & Reg. Lanar. aliis omiſſis, *conſ.* 31. vbi ſingulariter addit dictionem hanc *ſuper*, quandoque Dominij tranſlationem importare, provt in caſu illius conſ. quod vide.

2 Pro paragio autem Feudatarij Sororibus debito ex conſtit. *in aliquibus*, quando feudum alienatum reperitur, nullam competere actionem hypothecariam aduerſus tertium poſſeſſorem ſuper corpore feudi, ſed tantum actionem perſonalem in rem ſcriptam ſuper fructibus feudi, & non in ſolidum, ſed pro rata, habita conſideratione ad omnia bona feudalia, & burgenſatica in patris hæreditate remanſa, ex recentioribus dixerunt dixerunt Reg. Rouit. *in prag.* 25. *num.* 63. *ad finem de feud.* Reg. Tap. *deciſ. Sac. conſ.* 48. Præſes Amat. *conſ.* 42. *conſ.* 42. *num.* 20. Gallup. *in metho. Iuris feud. p.* 3. *cap.* 3. *num.* 62. Barbat. *de aſſiſtent. gl.* 12. *n.* 58. At ſi feudum extaret pœnes ipſum Fratrem paragij debitorem, qui renitens eſſet Sorori dotem aſſignare, tunc condemnabitur Frater ad paragium ſoluendum, & in ſubſidium, vbi aliud non haberet, fieret exequutio in feudo, non tamen ad finem illud vendendi; ſed vt pignori Sorori tradatur, donec & quouſque ſibi de paragio ſatisfaciat; ita Andr. *in c.* 1. *§. quid ergo de inueſt. de re alien. fact. & in conſt. ſi quis poſt litem, & in conſt. in aliquibus col.* 2. *verſ. ſi dicamus* Reg. Rouit. *in d. prag.* 25. *num.* 20. *de feudis*, qua de re latius per Me *lib.* 1. *mearum reſol. cap.* 129. *n.* 8. 9. & 10. & vide Marcell. de Maur. *alleg.* 35.

3 Quo verò ad aliam concluſionem hic tentam, nimirum, vt clauſula *motu proprio*, & *ex certa ſcientia*, in tertij præiudicium nil operentur, quando Princeps de illius iure non erat informatus, ad confirmationem vide Ant. Gabr. *commu. concluſ. lib.* 6. *tit. de clauſ. concluſ.* 2. *num.* 8. Menoch. *conſ.* 1. *num.* 429. Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 50. Monet. *de commut. vlt. volunt. c.* 6. *n.* 160. ad hoc autem vt clauſulæ tertio præiudicent, neceſſe eſt, vt ſit adhibita cauſæ cognitio, & quod is, cui præiudicatur, fuerit citatus, ita Socc. *conſ.* 164. *n.* 6. *verſ. ex quibus lib.* 2. Curt. Iun. *conſ.* 142. *num.* 8. *verſ. nec obſtant.* Berous *conſ.* 146. *num.* 58. & *ſeq. lib.* 3. Crauett. *conſ.* 297. *col.* 5. *verſ. nec obſtat.* & Alij.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## *ARGVMENTVM.*

Sententia declaratoria an requiratur, vt dominium bonorum illius, qui in crimen læſæ Maieſtatis incidit, in fiſcum tranſeat. Feudum ſi propter Feudatarij delictum ad fiſcum deuoluatur, an vita & militia Fratri ſecundogenito ſuper illo feudo debita dicatur extincta. Excommunicati mors ſuperueniens an operetur vt ille Eccleſiaſtica ſepultura careat, ſi nondum per ſententiam extiterat talis declaratus. Et de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XCII.

SIMILIS caſus de quo in *deciſione præcedenti* fuit hic in controuerſiam poſitus, nam alter ſecundogenitus eandem inſtituerat actionem contra tertium poſſeſſorem bonorum feudalium Patris ſui, contra quem de rebellione, tam per ipſum, quam Fratrem Feudatarium commiſſa, excipiebatur, ſed nulla de hac exceptione habita ratione, fuit pariter pro actore, per Reg. Cameram pronunciatum, & ad oppoſitionem factam circa crimen læſæ Maieſtatis, vt qui de tanto ſcelere notatur, ipſo iure bona tam feudalia, quam burgenſatica amittat, illaque ipſo facto ad Regium Fiſcum deuoluta per *Capitula* Regni *apud Tranum Bona Damnatorum & die Mercurij*, fuit reſponſum, hoc verum eſſe, ſi de ipſa rebellione conſtat, nam licèt quoad tranſlationem iuris ſententia non requiratur, tamen benè requi- 1



Digitized by Google

ritur ſententia declaratoria, vt eſt tex. & ibi gloſ. & DD. comm. *in c. cum ſecundum de hæret. in 6. & cap. 1. de homicidio eod. lib.* Bal. *in l. iubemus* §. *Oeconomus C. de Sacroſ. Eccleſ.* & Aret. *in l. 2.* §. *quod C. de iuram. calum.* late Andr. *in cap. 1.* §. *ſancimus, quo temp. Miles*, vbi probat quod in omnibus caſibus, in quibus ipſo iure à lege vel ſtatuto in aliquem ius, vel Dominium transfertur, ſententia requiritur declaratoria; vndè cum in caſu, de quo agebatur hæc non concurrebant, imò contra hunc ſecundo genitum, nec etiam capta reperiebatur informatio, & demum ſuperuenerat indultus generalis; ergo quatenus in hoc facinus incidiſſet, propter ſubſequutam indulgentiam, habetur ac ſi nunquam ius illud Vitæ, & Militiæ conſequendæ fuiſſet apud fiſcum, ſed ſemper penes ipſum ſecundogenitum, provt eſt *tex. in l. ſi tibi homo* §. *cum ſeruus ff. de leg. 1. & in l. ſeruum filij* §. *1. & in l. legatarius pro parte* §. *1. eod. tit.* Confirmatur hæc opinio ex notatis per Andr. *in c. 1.* §. *praterea col. 4. qua ſit prima cauſ. benef. amitt.* vbi notanter dicit, quod ſi Princeps indulget Rebelli, habetur, ac ſi delictum nunquam commiſiſſet.

2 Vltimò dicebatur, perperam aſſeuerari, quod alienato feudo propter rebellionem Fratris primogeniti, cenſetur pariter diſtractum reſpectu Vitæ & Militiæ, quia hoc non eſt verum cum præſtatio hæc Vitæ & Militiæ ius ſit diuerſum à feudo, diciturque radicatum in perſonam alterius, quàm illius, cuius erat feudum; Vnde.

## OBSERVATIO.

1 Eſt vndique receptiſſima concluſio hîc per D. Reg. firmata, nimirum vt ſemper ſententia requiratur declaratoria, quoties ipſo iure à lege, vel ſtatuto ius aliquod in alium transfertur, ſiue ſit actus ipſo iure nullus, ſiue vt ipſo iure, quis ob patratum facinus in certam, & determinatam pœnam incidat, ſic in priuato ipſo iure beneficio dixerunt Oldra. *conſ. 227. num. 4. verſ. 2. obiicit.* & Anchar. *conſ. 189. num. 3. & 4.* vbi addit quod ſiquis propter aliquam cauſam fuerit ipſo iure excommunicatus, morte ſuperueniente excommunicati, Eccleſiaſtica non carebit ſepultura, ſi dum viuebat, talis declaratus non extitit; hinc dicebat Calder. *conſ. 95. num. 3. in fine verſ. idem enim puto, alias vnico de treg. & pace* quod in omni confiſcatione, & pœna pecuniaria, ſeu bonorum apprehenſione facta à iure, vt eius exequutio fieri poſſit, Iudicis declaratoria præcedere debet; Et in feudatario beneficio propter felloniam priuato, vt neceſſaria ſit Iudicis ſententia declaratoria dixit Bald. *conſ. 201. numer. 2. verſ. item quis dicitur priuatus lib. 1.* vbi addit. *num. 3. verſ. ſic & teſtamentum*, idem eſſe in Filio præterito; nàm licet teſtamentum, in quo Filius eſt præteritus dicitur ipſo iure nullum; requiritur tamen Iudicis declaratio, alias hæres ſcriptus à poſſeſſione non expelletur.

2 Concluſio ſupra firmata ampliatur, vt procedat, adhuc ſi lex, vel ſtatutum diſponat, vt ipſo iure quis incidat in talem pœnam, nulla alia expectata ſuper hoc declaratoria ſententia, videantur DD. citati per Ricc. *p. 2. prax. Eccleſ. reſol. 245. num. 3.* ad quod plures citat, ſignanter Gram. *deciſ. 2.* Magon. *deciſ. Florent. 19.* Theſ. Filium *quæſt. for. lib. 1. q. 40.* & Achill. de Graſſ. *deciſ. vnica de pœnis*; Sed contrarium firmat in terminis Conſtit. Sanctæ Memoriæ Sixti V. prolata contra Clericos ſine habitu incedentes, ponderatis illis verbis. *Ac ſine vlla alia monitione, citatione, Iudicis Decreto, aut miniſterio ipſo facto priuatos declaramus*; quibus ſanè verbis attentis, putauit Riccius, aliam Iudicis declarationem non requiri, ad quod citat Iaſ. *conſ. 21. col. 3. verſ. tertio reſp. lib. 1.*

Eſt tamen aduertendum quod quandoquis ipſo iure eſt priuatus à lege, vel ſtatuto, Iudicis ſententia declaratoria poteſt ferri etiam contra Mortuum, quia qui declarat nihil de nouo facit, Anchar. *conſ. 65. in princ.* & Felyn. *in c. Rodulphus num. 37. in 1. limit. & ſeq. de reſcrip.* quos citat. D. Card. Tuſch. *prac. concluſ. littera D. concl. 98. n. 38. & litt. M. concl. 396.* 3

## ARGVMENTVM.

Filij Rebellis ſi à Principe fuerint habilitati ad ſuccedendum in bonis maternis, an cenſeantur pariter habilitati ad ſuccedendum in antefato, quod eorum Mater propter Patris mortem lucrata fuit. Taciturnitas an & quando præiudicet, an tacens cenſeatur conſentire, ſi contradicendo non poteſt actum impedire, & de aliis notabilibus.

## DECISIO XCIII.

Filii aliquorum Rebellium ſupplicarunt Principi, vt dignaretur eos habilitare ad ſuccedendum in dotibus maternis, & in antefato; Princeps reſpondit, quod eos habiles faciebat, vt in bonis burgenſaticis maternis ſuccedere poſſent, fuit dubitatum, an mediante hoc reſcripto, cenſerentur habilitati, vt mortua eorum Matre, ſuccedere poſſent in antefato. 1

Et negatiuè fuit reſponſum, nam ſi verum eſt, & indubitatum, quod antefatum, in quo aliàs, mortua Matre, pleno iure ſuccedebant Filij, per Patris rebellionem fiſco acquiritur ex diſpoſitione tex. *in l. quiſquis* §. *vxores C. ad l. Iul. Maieſt.* dum poſtea pro parte Filiorum ſupplicatur vt poſſint ſuccedere in dotibus maternis, ac in antefato, & Princeps reſpondet quod eos habiles faciebat ad ſuccedendum in Dotibus Maternis, certè antefati acquiſitionem denegaſſe cenſetur; quoties enim de Pluribus ſupplicatur, & aliqua conceduntur, omnia præter expreſſa conceſſa denegata cenſentur 2

Digitized by Google

cenſentur *argum. tex. in l.cum pretor. ff. de iudic.in §. praterea Inſtitut. de inutil. ſtipulat. & in c.nonnè benedicimus extr.de praſumpt.* Vndè cum antefatum non poſſit dici quod ſit de bonis maternis, ex quo Mater in eo non habet, niſi vſumfructum, cum proprietas ſit Filiorum (fiſco in hoc caſu acquiſita) *Authen. in Donatione C.de ſecund. nupt.* certè Principis Decretatio non poteſt comprehendere, niſi ea bona quorum Dominium eſt penes mulierem, non autem penes fiſcum, qui enim habet vſumfructum, rem poſſidere non dicitur, *l.ſciendum* §. 1. *ff. qui ſatiſdare cogantur* & in propria materia eſt tex. *in l. fœmina verſ. nec quicquam C.de ſecund.nupt.*

## OBSERVATIO.

1 BEnè reſpondet Dom. Regens vt in caſu de quo in hac deciſione cenſerentur Filij ſolummodo habilitati ad ſuccedendum in bonis maternis; nam cum duo petiiſſent, dotes ſcilicet, & antefatum, & Princeps reſpondet vt ſuccedere poſſent in dotibus, ergo ab antefati conſequutione illos excludere voluit, id quod rectè fundatur ex regula, quæ deſumitur ex tex. *in c.nonnè de praſumpt. hic citato*, nimirum vt qui ex duobus illatis vnum negat, alterum tacendo affirmare videatur. Etenim cum duo Domino noſtro Ieſu Chriſto obiecta eſſent, alterum quod Saramaritanus eſſet, alterum vero quod Dæmonium haberet, poſterius expreſsè negauit dicens, *Ego Damonium non habeo*, ita habetur in Euangelio Ioan. *cap.*8. ex quo Summus Pontifex *in tex. prædicto* infert quod prius tacendo conceſſit Dominus noſter, nimirum quod erat Samaritanus; at non in ſenſu litterali, ſed morali, nam idem eſt dicere Samaritanus quod cuſtos, talis enim dicebatur Chriſtus Dominus iuxta illud Pſalmi. *Niſi Dominus cuſtodierit Ciuitatem fruſtra vigilat qui cuſtodit eam*: eſt verum, quod non ſemper, qui tacet conſentire videtur: ſed tunc demùm, quando poteſt actum impedire, nam vbi quis contradicendo, expreſſis verbis non poteſt actum impedire taciturnitas nunquam præiudicat, ſicque tacens non habetur pro conſentiente, ita Surd. *deciſ.*100.*num.*8.*deciſ.*294. *numero* 13.*& deciſ.*302.*num.*2. Menoch. *conſ.*120. *n.*10. Cald. *de emption.& vendit.cap.*27.*num.*81. Gratia. *diſcept.forenſ.cap.*68.*num.* 10.

## ARGVMENTVM.

Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus Patri ſuo, ſiue Fratri immediatus in feudo ſucceſſor, nùm per illorum mortem in illo feudo ſuccedat, dum declarauit velle in eo ſuccedere, & Clericatui renunciare. Feudum ſi alienatur, ſaluo aſſenſu Domini cum clauſula *nec aliter nec alio modo*, an traditione ſequuta, incidat in commiſſum. Regula Cancellariæ de publicandis reſignationibus declaratur. Reſignans beneficium ad alicuius fauorem, nùm, vt dicatur illo exutus requiratur, vt perfectè Reſignatario acquiratur, & de aliis.

*D. De Marinis obſeruat.ad deciſ.D.Reuerterij.*

## DECISIO XCIV.

PER mortem Feudatarij, vnica ſuperſtite Filia, nomine Victoria, prætenſionem habuit Scipio eius Patruus, defuncti Frater illam à feudi ſucceſſione excludere, eo ſub prætextu, quod dominium feudi nunquam in Defuncti perſonam tranſierit, cùm eo tempore, quo Frater primogenitus è viuis deceſſerit, hic vltimo loco mortuus, qui erat ſecundogenitus Clericus reperiebatur beneficiatus, & vti talis diem ſuum clauſerat poſtremum, ſicque feudum ſemper ſpectauit ad ipſum Fratrem tertiogenitum per mortem primi abſque filiis. E contra excipiebat Filia per mortem fratris primogeniti ſucceſſiſſe patrem ſuum, qui, facta beneficij reſignatione in manibus Papæ ad fauorem huius tertiogeniti, feudi inueſtituram petiit, Regiæ Curiæ releuium ſoluit, feudi poſſeſſionem adeptus fuit, illiuſque fructus vſque ad diem mortis percepit, vndè dubitatum extitit quid iuris?

Fuit per Regiam Cameram de anno 1537. nemine contradicente, deciſum pro Filia, nam ſuppoſito clericatu eius Patris tempore mortis Fratris ſui primogeniti, quia non erat in ſacris, quo caſu ex receptiſſima Feudiſtarum ſententia *in c.* 1. §. *qui Clericus ſi de feud. Defunct.conten.ſit inter dom.& agnat. vaſſall.in c.*1.*de vaſſ.milit.qui arm.bell.depo.& in c.* 1. *an mut.vel alias imperfect.* Clericus in feudis ſuccedere prohibetur, ſed erat minoribus tantum ordinibus inſignitus, qui eo ipſo quod declarauit velle in feudo ſuccedere clericatui renunciaſſe dicitur ita Calder *conſ.*2. *circa finem ibi, ſed eligendo huiuſmodi ſucceſſionem in tit. de feudis*, & Abb. *in c.fin.de vit. & honeſt. Clericorum.* Reſpectu autem beneficij, cum illud fuerit ad fauorem eiuſdem Fratris tertiogeniti reſignatum, & in manibus Papæ, non erat cur dici poſſet, hunc qui feudi poſſeſſionem adeptus fuit, cum beneficio mortuum eſſe; ſed in hoc reſpondebat hic tertiogenitus, nimirum renunciationem conditionalem fuiſſe, ſcilicet ad ipſius fauorem cum clauſula *nec aliter nec alio modo*, & cum vigore huius reſignationis beneficium nunquam fuerit in reſignatarium tranſlatum, reſignatio euanuit, ad quod fuerunt allegati Federic. de Sen. & Petr. de Vbal. *in tract.permut.* qui dicunt. Quod quando inter duos facta eſt beneficiorum permutatio, quæ ex aliqua cauſa ſuum non habuit effectum, decedentibus demum his, qui permutarunt, beneficia dicuntur vacare per mortem

non autem per permutationem. Et quod in hoc multum operabatur clauſula illa in reſignatione appoſita *nec aliter nec alio modo*, ad tradita per Bal. *in cap.1.§ fin.paulo ante n.6, verſ.ſed ſi adiecit hac verba, in tit.qua fuit prima cauſ. benef. amitt.* & Iaſ. *in l.3. col. penul. C.de iur. emphyt.* qui dicunt, quod ſi Vaſſallus alienat feudum, ſaluo conſenſu Domini, quod tradendo feudum incidit in commiſſum, attamen ſi dixerit *ſaluo aſſenſu Domini, nec aliter nec alio modo*, quod tunc commiſſi pœna euitatur, quia habetur ac ſi feudum non eſſet alienatum, dum demum Domini conſenſus non accedit, & ſic dicebatur quod dum fuit facta beneficij reſignatio ad fauorem cum hac clauſula, & verè Reſignatarius nullatenus illud aſſecutus fuit, dicendum erat remanſiſſe penes reſignantem. At replicatum fuit, & de iure probatum, per reſignationem factam in manibus Papæ, qui eam admiſit, beneficium ipſo iure vacaſſe, & ad id quod opponebatur, fuiſſe factam reſignationem ad fauorem Fratris cum hac clauſula *nec aliter nec alio modo*, rem aliter ſe habere, nam Beneficiatus, qui volebat ad ſui Fratris fauorem reſignare, conſtituit Procuratorem ad reſignandum ad fauorem Fratris ſui cum clauſula *nec aliter nec alio modo*, hoc eſt vt reſignare non potuiſſet ad fauorem alterius; vnde cum hic Procurator reſignauerit in Manibus Papæ iuxta mandatum, ſtatim atque fuit admiſſa reſignatio, vacauit beneficium, quamuis demum non fuiſſet illud collatum in perſonam illius, cui reſignans conferri volebat.

3 Sed maius exortum fuit dubium, quia his omnibus obſtare videbatur regula Cancellariæ de publicandis reſignationibus, qua ſancitum eſt vt reſignationes beneficiorum, ſi in Romana Curia factæ ſunt infrà ſex menſes, ſi extra infrà menſem publicari debeant, & quod Reſignatarij beneficiorum reſignatorum poſſeſſionem petierint, aliàs ſi Reſignantes poſtmodum in eorundem reſignatorum poſſeſſione deceſſerint, beneficia non per reſignationem, ſed per obitum vacare cenſeantur; vnde cum præſcripto huius regulæ ſatisfactum non fuerit, imò conſtabat, Reſignantem beneficium poſſediſſe, vſquequo matrimonium contraxit, quod euenit poſtquam fuit ſibi delatum feudum; ergo reſignatio effectum ſortita non fuit, & ſic beneficium apud reſignantem remanſit.

4 Sed fuit reſponſum, & Primò quod hæc regula non habebat locum in caſu de quo agebatur, cum loquatur de eo, qui reſignauit, & poſſedit vſque ad mortem; hic autem Reſignans longo tempore ante mortem poſſidere deſiit, quia matrimonium contraxit, vnde cum regula conditionaliter loquatur, ſcilicet, ſi Reſignantes in poſſeſſione deceſſerint, certè illa conditio in forma ſpecifica adimpleri debet *l. Meuius & l.qui hæredi ff. de condit.& demonſtrat.* nec patitur extenſionem de caſu mortis in poſſeſſione ad caſum poſſidentis vſquequo matrimonium contraxit, nam cum ſit exorbitans diſpoſitio, correctoria iuris communis, & pœnalis extenſionem aliquam non patitur gloſ. *in clem.2.in verbo in eiſdem verſus finem de ætat. & qualit.&c.* Ant. de Butr. *in c.fin. de conſtit.* Roma. & Iaſ. *in l.ſi quis id quod ff.de iuriſd.omn.iudic.* Secundò fuit reſponſum quod dicta regula loquitur de Beneficio, hic autem agebatur de Commenda, ſicque illa diſpoſitio exorbitans quæ loquitur in Beneficio, quod tribuit titulum, & ius in proprietate, non poteſt procedere in Commenda. Tertiò & tandem reſponſum fuit, verum & germanum ſenſum regulæ eſſe, vt reſpectu illius, qui reſignauit ad fauorem, reſignatione admiſſa, ſtatim vacet beneficium, licèt reſignatio demum fuerit nulla propter publicationem non ſequutam, nam illud, quod dicitur vacare tunc beneficium per mortem, & non per reſignationem procedit in odium illius, in cuius fauorem fuit facta reſignatio, propter eius negligentiam in publicando reſignationem, & in capiendo beneficij poſſeſſionem; vnde merito ſi moritur Reſignans, & Reſignatarius beneficij poſſeſſionem conſequi voluerit, repellitur omninn.

## OBSERVATIO.

HÆc conſiderabat Dominus Reg. ~~ſed tu aduerte~~ quod in puncto iuris concluſio hæc non eſt tuta, nam vt probaui *lib.1.mearum reſol.cap.*103.*&* 308. Reſignans beneficium ad alterius fauorem, nunquam cenſetur illo exutus, niſi perfecte Reſignatario acquiratur, eſt tamen verum quod attentis conſtitutionibus Pij V. & Gregorij XIII. per me *ibi* citatis, quoties reſignatio nulla declaratur ex cauſa publicationis non factæ, non poteſt Reſignans beneficium reſignatum repetere, quia omne ius ab eo cecidit, ſicque dicimus quod in terminis dictarum conſtitutionum bene procedit ponderatio D.Regentis, vt ſcilicet vacauerit beneficium per reſignationem ad fauorem, dum publicatio reſignationis ſequuta non fuit, ſed vbi reſignatio ex alia cauſa effectum ſuum ſortita non eſt, beneficium ſemper dicitur penes Reſignantem remanſiſſe. 1

Minus etiam tuta dicitur alia Concluſio in hac deciſione firmata, nimirum quod ſi Vaſſallus alienat feudum, ſaluo conſenſu Domini, cum clauſula *nec aliter nec alio modo*, quod tradendo feudum non incidit in commiſſum, quia habetur ac ſi feudum non eſſet alienatum, dum demum Domini conſenſus non accedit; etenim in Emphyteuta ſic alienante contrarium fuiſſe per S. C. deciſum, teſtis eſt Gramm. *deciſ.*49. de qua memor fuit Dominus de Franch. *deciſ.*267. idemque in alienatione bonorum Eccleſiæ, quæ ſi facta fuerit, ſaluo aſſenſu Papæ, & cum clauſula prædicta *nec aliter nec alio modo*, tamen ſi ante aſſenſus expeditionem fuerit tradita poſſeſſio, contrahentes in cenſuras incidunt contentas in Extrauag. 2

*Ambitioſe*

Digitized by Google

*Ambitioſe de rebus Eccleſ. non alienand.* ita Nauar. *in conſ.1.hoc tit.* quem refert Sayr. *deciſ.11.eodem tit.* Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop. cap. 45. & Epiſc.* Riccius *in prax. Eccleſ. par.1. reſol.53.*

## *ARGVMENTVM.*

Pragmatica Sanctio edita Thori an à Reo conuento contra fiſcum agentem allegari poſſit, & an contra Eccleſiam. Exceptio de iure tertij an & quando opponi poſſit. Dictio relatiua, *provt*, quando conditionaliter, & quando caſualiter ſtare dicatur, & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO XCV.

1 PRætendente Regio fiſco, actione pignorantia directa recuperare Terram Balneariæ à manibus D. Guglielmi Ruffi tertij poſſeſſoris ex eo quod ſupponebatur, feudum illud fuiſſe à Regina Ioanna pro Ducatis mille, & biſcentum pignoratum Comiti Sinopolis, conuentus ex perſona ſui authoris, qui à Rege Ferdinando primo cauſam habebat, exceptionem oppoſuit Regiæ Pragmaticæ editæ Thori, demonſtrando. Quod licet à principio hoc feudum fuiſſet pignori datum, tamen quia ille qui pignus aſſequutus fuit in læſæ Maieſtatis crimen inciderat, propter quod fuerunt omnia ſua bona confiſcata, & ſignanter feudum pignoratum, dicebatur per hoc illud extinctum ad tex. *in l. neque pignus, ff. de reg. Iur. in l. ſi quis ædes, ff. de ſeruit. vrba. præd. & in l. vti frui ff. ſi vſuſfructus petatur*, & quamuis eorumdem bonorum propter rebellionem fiſco acquiſitorum, ordine Regis Ferdinandi primi facta fuerit reſtitutio, compertum fuit in priuilegio reſtitutionis, Regem illum in feudum omnia conceſſiſſe, vnde conuentus ex perſona ſui Authoris oppoſuit exceptionem dictæ Regiæ Pragmaticæ, quæ quidem exceptio licet videbatur de iure tertij, ſcilicet primi conceſſionarij, à cuius hæredibus cauſam habebat, tamen quia erat penitus excluſiua intentionis fiſci agentis, bene illa opponi poterat, ſicque per omnes de Regia Camera concluſum, iſto D. Regente referente, cui demum cùm à Domino Prorege eſſet ordinatum, vt de his omnibus relationem faceret in Collaterali Conſilio, quia aſſumptus fuit ad officium Locumtenentis, cauſam commiſit alteri Præſidenti, à quo, facta de his omnibus relatione in Collaterali Conſilio, oppoſuit fiſcus, quod non erat de alio tractandum, niſi primò videre an exceptio dictæ Regiæ Pragmaticæ poſſit contra ipſum opponi.

In quo articulo compertum fuit alias D. Regentem Hieronymum de Colle atteſtatum eſſe quod Regium Collaterale Conſilium nunquam voluit dubium hoc decidere, nimirum an exceptio dictæ Pragmaticæ poſſit contra fiſcum opponi, ſed fiſcus ad alia demum ſe reſtringens dicebat, Pragmaticam prædictam ad caſum, de quo agebatur, allegari non poſſe, quia illius diſpoſitio procedit, quando quis venit ad infringendum titulum Regum Alphonſi, & Ferdinandi de Aragonia, vt puta ſi alter iſtorum Regum hoc feudum ipſi conuento, vel alicui ex prædeceſſoribus ſuis conceſſit, eo enim caſu obſtaret exceptio Pragmaticæ, quia hoc modo titulus illius Regis impugnaretur, ſed in cauſa prædicta res aliter ſe habebat, quia Prædeceſſor conuenti, verè non habebat cauſam à primo, cui feudum in pignus datum erat; ſed à Rege Ferdinando cui ſupplicauit, vt dignaretur feudum illud concedere eo modo, quo poſſidebatur per illum, qui de rebellione fuerat notatus, ſicque Rex ille conceſſit, ſed quia illa prima conceſſio erat in pignus, ergo in pignus huic vltimo Conceſſionario facta dicebatur, dum fuit relata ad modum, & formam, prout tenebat primus Conceſſionarius, antequam eſſet rebellis. 2

3 Quo factum fuit, vt in hac materia tres caſus diſtinguerentur. Quorum primus eſt quando diſpoſitio eſt de per ſe clara, & aperta facta ab eo, qui voluit, & potuit diſponere, & ſe refert ad aliud, quod non reperitur, & eo caſu dictio relatiua ſtat caſualiter, & non conditionaliter, & hic eſt caſus *in c. Abbate Sancti Siluani, extra de verb. ſign. & in l. penult. Cod. de condit. inſtit.* vbi Aretin. & cæteri omnes, Bar. *in Extrauag. ad reprimendum in verb. provt*, idem Bar. Paul. Caſtr. & Iaſ. *in l. admonendi ff. de iureiur.* Felin. *in c. 2. de reſcript.* & hic non erat caſus, de quo agebatur.

4 Secundus eſt caſus, quando diſpoſitio de per ſe eſt incerta, vt puta ſi dicatur *concedo tibi omne Ius, quod habeo in tali re, provt in tali inſtrumento continetur*, modò ſi inſtrumentum illud, ad quod fuit facta relatio non reperiretur, conceſſio facta non valebit *l. ſi ſic* §. 1. vbi Bar. & Alij *ff. de legat.* 1. Alexand. *in l. locus ff. de acquir. poſſeſſ.* Incertitudo enim omnem vitiat diſpoſitionem, *l. ita ſtipulatus la grande ff. de verb. obligat.* & hic nec etiam erat caſus, de quo agebatur.

5 Tertius caſus eſt, quando diſpoſitio eſt certa, & clara, & refertur ad aliam diſpoſitionem, quæ reperitur, tunc illa ſcriptura referens limitatur, intelligitur, & declaratur per ſcripturam relatam, quia ſcriptura relata cenſetur eſſe in referente, *l. aſſe toto ff. de hæredit. inſtit. l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demonſtrat.* Bar. *loc. cit. & in l. edita Cod. de edendo*, & hoc adeò



Digitized by Google

verum eſt, vt procedat nedum ſi ſcriptura referens cum relata concordari poſſet; ſed etiam ſi illa ſcriptura relata eſſet contraria, quia ſecundum illam ſcriptura referens eſt intelligenda, & præſumeretur continere errorem, Alex. *in conſ.9. lib.5.* Dec. *in c. ex parte, de reſcript.* & latius *conſ.63.* & hic erat caſus de quo agebatur, in quo conceſſio facta prædeceſſori huius conuenti erant relatiua ad conceſſionem illam in pignus factam à Regina Ioanna primo Conceſſionario, ſicque in pignus huic vltimo Conceſſionario facta dicebatur, ac ſi Rex ab iſto accepiſſet illam quantitatem, quam Regina Ioanna accepit à primo, cui in pignus conceſſit, illeque feudum illud pignoraſſet, vnde fuit votatum, & concluſum in Collaterali Conſilio oppoſitam exceptionem Regiæ Prag. non obſtare, ac proinde ad vlteriora in cauſa eſſe procedendum &c.

## OBSERVATIO.

1 EXceptio de iure tertij regulariter in iudicio non admittitur, hic eſt tex. *in vulgata l. loci corpus §. competit*, vbi Bar. & DD. *ff. ſi ſeruit. vendit. & in l. ſi quis emptionis §. ſin autem nullum C. de præſcrip. 30. ann.* Natt. *conſ.419. num.11.* Patitur tamen hoc iuris axioma multas limitationes, & illa eſt prima, & principalior, de qua in *hac deciſ. in princ.* nimirum quando exceptio, quæ opponitur de iure tertij eſt penitus excluſiua intentionis agentis, ſicque teſtatur D. Reg. per Regiam Cameram ipſo referente, deciſum fuiſſe, idemque affirmat Theſ. *deciſ.4. num.1.* vbi dicit quod quando hæc exceptio à Reo ea de cauſa proponitur, vt in totum ius agentis excludatur, veluti ſi Actor petat à me fundum, & ego excipio, ſuper eo nullum ius competere, quia ipſe non eſt Dominus, ſed Titius, aut alius, tunc licet opponam de iure, quod alius habet ſuper fundo, tamen quia Actorem prorſus à ſua petitione excludo, bene procedit oppoſitio.

2 Sic pariter ſecundo loco exiſtimauit Theſ. *loco cit. num.2. ad finem*, vt exceptio de iure tertij opponi poſſit, quando ego in ius tertij ſucceſſi, citat Bar. *in l.2. verſ. & vt iſta materia ff. de except. rei iudic.* Tertio in conductore, emphyteuta, & feudi poſſeſſore, qui contra agentem bene poterunt de iure directi domini, à quo ipſi cauſam habent, opponere. Quartò in ipſomet tertio Actore, qui de alicuius iure vult opponere, nam tunc valebit oppoſitio, modo ius, quod adducit, plene probet, & ſit excluſiuum iuris alterius. Quintò in fœmina redimere, ſeu quouis titulo rem feudalem recuperare volente; nam tunc qui conuenitur poteſt opponere, & excipere, quod res eſt feudalis, & quod ipſa nullum in re petita ius habere poterit, ad tradita per Bar. *in l. indebiti §. & ſi nummi ff. de condit. indeb.* eſt enim hæc exceptio de iure communi feudorum in totum excluſiua iuris agentis, ſicque per illum Senatum deciſum. Sextò & tandem putauit Theſ. exceptionem hanc de iure tertij opponi poſſe aduerſus vnum ex pluribus hæredibus, qui rem hæreditariam in ſolidum vindicat; poterit enim in hoc caſu Reus dicere Actori reſpectu portionum ad Cohæredes ſpectantium, *quoad te liberas ædes habeo*, & ita iudicatum.

3 In articulo autem, de quo hic valde dubitabatur, & *infra deciſ.543.* nimirum an exceptio Pragmaticæ ſanctionis editæ Thori poſſit à Reo conuento contra fiſcum Actorem opponi, quando caſus contingit, adde Paul. Staiban. *conſ.65. num.30. & 34.* vbi in Collaterali Conſilio, referente Regia Camera, opponi poſſe, & in quacunque parte iudicij deciſum refert; Secus verò contra Eccleſiam, nec in eius fauorem, ex rationibus adductis per Fab. d'Ann. *conſ.113. num.48.* per Camill. de Curt. *in ſuo diuerſ. par.1. cap.16. fol.72. num.69.* Scip. Rou. *in comment. ad hanc prag. num.11.* & per Iul. Cæſar. Gallup. *in ſua praxi ſ.C. p.1. cap.7. num.6.* quos citat Thor. *in 2. & 3. par. ſui Compend. in verbo exceptio prag. edita Thor.* & per me *lib.2. mearum reſol. cap.74. num.10.* ſed an fiſcus conuentus poſſit diſpoſitione huius Pragmaticæ ſanctionis ſe tueri; vide Afflict. *deciſ.396.* & Io. Ang. Piſanell. *in comment. eiuſdem Prag. n.24.* vbi negatiue reſpondent.

## *ARGVMENTVM.*

Succeſſor legitimus, quis dicatur in bonis vxoris Rebellis, quæ Filia ſuperſtite ab inteſtato deceſſit, fiſcus ex perſona Filiæ ſuccedere non valentis, vel potius Frater defunctæ. Succeſſor indignus quis dicatur, & quis incapax. Succeſſionis indignitas an ſit de iure feudorum cognita. Exiſtente aliquo ſucceſſionis indigno ex proprio delicto, cuinam bona illa ſunt applicanda, fiſco loci, vbi Delinquens natus eſt, ſiue vbi deliquit, vel potius fiſco loci, in quo bona ſita ſunt.

## DECISIO XCVI.

PER mortem vxoris cuiuſdam Rebellis ab inteſtato, vnica ſuperſti- 1
te Filia, orta fuit controuerſia inter Regium fiſcum, & fratres Defunctæ Mulieris, quis in illius bonis ſuccedere deberet; dicebat fiſcus, ſucceſſionem ad ipſum ſpectare, nam cum filia propter Patris delictum etiam Matri ſuccedere prohiberetur, ex diſpoſitione tex. *in l. quiſquis §.1. C. ad l. Iul. Maieſt.* illud quod ex ſucceſſione materna erat filiæ acquirendum aufertur ab ea tanquam ab indigna, & fiſco applicatur, ad quod fuit allegatus Cyn. ſic pro fiſco reſpodens *in d. l. quiſquis per tot. num.10.* vndè dubitatum fuit quid iuris?

Fuit per Regiam Cameram, nemine con- 2
tradicente, deciſum, ſucceſſionem ad Fratres ab inteſtato venientes ſpectare, aſſignata filiæ ſuperſtiti legitima, iuxta diſpoſitionem, §. *ad filias*, eiuſdem *l. quiſquis*, fiſco prorſus excluſo. Ratio deciſionis fuit, quia filij Rebellis ex diſpoſitione *d. l. quiſquis §.1. maternæ*, cæterorũque ſucceſſionis incapaces dicuntur, ibi *in tex. à*

*materna*

Digitized by Google

*materna, vel auita omnium etiam proximorum hæreditate ac ſucceſſione habeantur alieni, &c.* Ergo ſi ſunt à ſucceſſione alieni, dicuntur prorſus incapaces, & vti tales nihil acquirere poſſunt ad finem vt fiſcus, quod illi acquiſierunt, auferre poſſet; poterat enim mulier hæc tam inter viuos, quàm in vltima voluntate liberè de bonis ſuis, etiam inter extraneos diſponere, nec lex aliqua ei reſiſtere poterat; ergo ſi teſtando poterat fiſcum bonis ſuis priuare, pari modo, dum ab inteſtato deceſſit, cum iuris ſit indubitati, vt ſucceſſio ex teſtamento reguletur ſecundùm naturam ſucceſſionis ab inteſtato, *l.* 1. *§. vocantur ff. de bonorum poſſeſſ.* Bar. *in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.* ſicque in puncto contra Cinum dictum fuit, affirmaſſe Bal. & Salycet. *in d. §.* 1. *l. quiſquis* Butricar. & Angel. *in l.* 1. *C. de hæredit. inſtitut.* Azonem *in ſum. eodem tit.* Iacobin. *in l. ſi pater eod. tit.* & Soc. *conſ.* 275. *lib.* 2. ex quibus omnibus tres fuerunt conſtitutæ concluſiones, quarum prima eſt. Vt exiſtente aliquo, ſiue ex delicto proprio ſiue alieno alterius ſucceſſione incapace, bona ſemper ad proximiores, non autem ad fiſcum ſpectare, ita DD. comm. *in l.* 1. *C. de hæredit.* Bar. *in l. final. ff. de his qui vt indign.* Alexand. *conſ.* 202. *num.* 3. *lib.* 6. vbi citat ad hoc iura *in l. ſi in metallum ff. de his quæ pro non ſcrip. hab. & in l. metallum ff. de iur. fiſci.*

3 Secunda concluſio. Quando quis eſt indignus ex ſuo proprio delicto, & non omninò incapax, & tunc bona auferuntur ab eo, tanquam ab indigno, & fiſco applicantur *l. non intelligitur, § ſi quis palam ff. de iur. fiſc.* Bar. *in dicta l. fin. & omnes in d. l.* 1. Tertia concluſio. Quoties quis ex alieno delicto indignus efficitur, bona ad venientes ab inteſtato deferuntur, vnde in caſu prædicto dicebatur, quod ſiue Filia Rebellis cenſebatur inhabilis, & ſic incapax ad Matri ſuccedendum, ſiue indigna, quia ex delicto alieno, non ſuo, omni caſu fiſcus à venientibus ab inteſtato excludebatur; provt fuit excluſus, &c.

## OBSERVATIO.

1 AD ornatum eorum, quæ in hac deciſione habentur, vide omnino D. Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 8. §. 9. *& in repetitionibus feudal. lect.* 22. vbi dicit communi Romanorum iure attento, magnum conſtitui diſcrimen inter ſucceſſionis indignum, & incapacem, ſeu inhabilem, nam indignus verè ſuccedit, ſed fiſcus in pœnam delicti aufert ab eo bona, in quibus ſucceſſit, tanquam ab indigno, qui autem eſt incapax, ſiue inhabilis, provt in caſu huius deciſionis, à ſucceſſione repellitur, illaque proximioribus in gradu ſequentibus defertur, fiſco prorſus excluſo, ratio aſſignatur, quia incapax non acquirit, & ſic non eſt in quo ſuccedat fiſcus, nec habet quid auferre, quia non entis nullę ſunt partes, allegat Bal. *in l. ſi quis inceſti in fine C. de inceſt. nupt.* Alex. *in addition. ad Bar. in l. cum ratio §. fin. ff. de bonis damnat.* Iaſ. *in l. hæreditas num.* 10. *C. de his quibus vt indig.* Cornel. *conſil.* 222. *lib.* 4. *& Peregr. qui materiam benè enucleat in tract. de iur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 1. & alibi, & ob id Bar. Bal. & communiter ſcribentes *in l.* 1. *C. de hæred. inſtit.* dixiſſe, quod ſi deportatus ab aliquo fuerit hæres inſtitutus, quia eſt ſucceſſionis incapax, fiſcus non ſuccedit, ſed ab inteſtato venientes, quod ſecus eſt in indigno, à quo fiſcus aufert.

2 Suppoſita hac diſtinctione, vndique receptiſſima, placet hic aduertere, quod hæc ſucceſſionis indignitas eſt dumtaxat cognita à Iure communi Romanorum, quo attento, ſi ego occidero conſanguineum meum, cui ab inteſtato eram ſucceſſurus, vt ſuccedam non impedior, at fiſcus ſtatim bona omnia, in quibus ſucceſſi à me aufert, tanquam ab indigno, hæc ſunt iura nimis vulgata *in l. indignum ff. de his quibus vt indign. in l. Lucius ff. de iur. fiſc. & in l. fin. §. fin. ff. de bonis damnat. & in l. his conſequenter §.* 1 *ff. famil. erciſc.* Quæ quidem iura non ſolum procedere reſpectu hæreditatis occiſi, ſed etiam bonorum hæredis eidem ex occiſi hæreditate obuentorum, dixerunt Bar. *in l. Lucius ff. de iur. fiſc.* Iaſ. *in l. ſororem C. de his quibus indig.* aliique à Peregr. relati *in tract. de iur. fiſc. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 4. Non ſic de iure communi feudorum, quo attento, ſi ego occidero Feudatarium, cui ex lege inueſtituræ eram in feudo ſucceſſurus, non dicor huius ſucceſſionis indignus, ita vt fiſcus feudum capiat, ſed prorſus incapax, & inhabilis, quo fit, vt, ſublata mei Perſona, ac ſi in Mundo non eſſem, ſequens in gradu ſuccedat, ſicque annis ſuperioribus deciſum per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio teſtes ſunt Reg. de Ponte *in locis cit.* & Reg. Rou. *conſ.* 11. *&* 12. *lib.* 2. caſus euenit quod cum Iacobus Cincius Nobilis Romanus Franciſcum Patrem ſuũ, qui in Regno feuda tenebat in vrbe occidiſſet, inſtante fiſco Regalis Patrimonij, fuerunt feuda illa ſequeſtrata, ſicque prætendebat, quod dum Iacobus parricidium commiſerat, dominium feudorum, quæ Franciſcus Pater poſſidebat, tranſiuiſſe in ipſum filium occiſorem, tanquam filium primogenitum, à quo poſtea, tanquam ab indigno, potuiſſe fiſcum auferre, ſed comparente Franciſco iuniore occiſoris filio, & occiſi nepote ac per ſolidiſſimos iuris feudalis terminos demonſtrante, Iacobum Patrem ſuum non fuiſſe ſucceſſionis feudorum indignum, ſed verè incapacem, & inhabilem, ſicque ad ipſum horum bonorum ſucceſſionem ſpectare, fuit diffinitiuo decreto prouiſum, quod feuda diſſequeſtrentur in beneficium ipſius Franciſci Iunioris, eique reſtituantur vna cum fructibus.

Sed hic dubitari potuiſſet ſi Franciſcus à filio Romæ occiſus, provt feuda in Regno tenebat, allodialia poſſediſſet, in quo quidem bonorum genere conſideratur indignitas, non autem incapacitas, cuinam bona hæc applicari debuiſſent, fiſco vrbis originariæ delinquentis, & ſic Cameræ Apoſtolicæ, vel potius fiſco Regni, in quo bona illa ſita eſſent; ſunt qui putarunt, bona hæc ad fiſcum originis, & ſic ad Dominum loci ſententiæ ſpectare, non autem ad Dominum loci, vbi bona exiſtant. Et hi ſunt Rom. *ſing.* 579. *verſ. hæres indignus.* Gugliel. de Benedic. *in c. Raynutius in verbo condidit num.* 2. *num.* 10. *in fine fol. mihi* 154. Caſſan. *in conſuet. Burgund. tit. de confiſcat. rubr.* 2. Bayar. ad Iul. Clar. §. *fin. quæſt.* 78. *num.* 142. Franc. Ant. Adam. *in deciſ. vulgar. ſubſtitut. deciſ.* 11. Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 20. Franc. de Alfaro *de offic. fiſcali gl.* 20. *num.* 290. & Alij. 3

Sed quid dicemus, ſi filius Feudatarij deliquerit in Dominum, mortuo Feudatario, quid agendum de feudo, an capiat fiſcus, vel ſit locus ſucceſſorio edicto? Vide-

Digitized by Google

Vide Andr. *in cap. 1. num. 12. quæ ſit prima cauſa benef. amitt.* Cumiam *in c. Reg. Siciliæ ſi aliquem in verbo mortis n. 164.* Reg. de Pont. *lect. 22. & in tract. de poteſt. Proreg. tit. 8. §. q. num. 17.* Capyc. *in inueſt. feudal. in verbo feudatariorum delicta*, & Alios, quod ſit locus ſucceſſorio edicto concludentes, fiſco penitus excluſo.

## ARGVMENTVM.

Priuilegio conceſſo hominibus alicuius Ciuitatis exemptionis gabellarum per totum Regnum cum ampliſſimis clauſulis derogatoriis omnibus aliis Priuilegiis & gratiis alteri factis, & faciendis, an cenſeatur derogatum per aliud priuilegium alteri poſtea conceſſum exigendi gabellas, & paſſus ab omnibus, & quibuſcunque hominibus, non obſtante quacunque conceſſione, gratiis & priuilegiis aliis quibuſcunque Perſonis elargitis. Princeps an poſſit priuilegium ſubditis ſuis aliàs conceſſum reuocare. Priuilegium alicui Ciuitati conceſſum vt ſit immunis à ſolutione alicuius gabellæ, num cenſeatur ſublatum, ſi demum poſt conceſſam immunitatem conſtaret, aliquos ex Ciuibus gabellam illam ſoluere.

## DECISIO XCVII.

1 CIVITAS Capuæ in hoc Regno præclariſſima, ac omni tempore Regi ſuo fideliſſima ex munificentia ſereniſſimorum Regum Alphonſi Primi, & Ferdinandi Primi potitur priuilegio exemptionis gabellarum per totum Regnum cum ampliſſimis clauſulis derogatoriis omnibus aliis priuilegiis, & gratiis factis, & faciendis, & quod huic priuilegio nullo tempore derogatum cenſeretur, niſi de eo ſpecialis, & expreſſa mentio facta fuerit; poſt hanc conceſſionem contigit, ab eodem Rege Ferdinando fuiſſe alteri conceſſa aliqua feuda cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, cum gabellis, & paſſibus, non obſtante quacunque conceſſione, venditione, alienatione, gratiis, & priuilegiis quibuſcumque Perſonis, Vniuerſitatibus quantumcunque benemeritis cõceſſis cum clauſulis derogatoriis &c. adhuc ſi de eis eſſet ſpeciali, & expreſſa mentio facienda. Occurrit dubitari in Regia Camera, an per hoc ſecundum priuilegium eſſet derogatum immunitati, & priuilegio Capuæ conceſſo.

Ratio dubitandi contra Ciuitatem ea fuit, 2
quia negari non poteſt, quod valeat Princeps priuilegium ſubditis ſuis aliàs conceſſum reuocare, adhuc ſi ex meritis præcedentibus, & per viam contractus conceſſum fuiſſet, maximè ſi reuocando vſus fuerit clauſula de plenitudine poteſtatis, vt per Bal. *in l. qui ſe Patris C. Vnde liberi.* Aret. *in cap. 1. de conſtit.* vbi allegat tex. expreſſum *in l. qui fundos C. de omni agro deſer.* per Canoniſtas *in c. noui t. de iudic. gloſ. in c. decet de reg. iur. in 6.* & per Dec. *in conſ. 191.* qua dubitandi ratione ſic ſtante, Domini de Regia Camera indagare voluerunt, an Rex Ferdinandus in hac ſecunda conceſſione verè derogauerit priuilegio Capuæ conceſſo dum his verbis, & clauſulis vſus fuit, nimirum, *non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis cum clauſulis derogatoriis quibuſcumque, etiam ſi de eis eſſet expreſſa mentio facienda; quæ priuilegia tollimus, caſſamus, & annullamus, motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis.*

Fuit conſideratum, DD. in hoc varie ſcri- 3
pſiſſe; quando quidem non deſunt qui tenuerunt, verba prædicta ſat non eſſe ad reuocandum primum priuilegium, ſed quod requiratur expreſſa, & ſpecialis mentio clauſulæ derogatoriæ exiſtentis in primo priuilegio; ad quod fuerunt allegati Cyn. *in l. 1. C. quando Imper. inter. pupil. & vidu.* & alij relati per Dec. *conſ. 165.* vbi hanc opinionem communem teſtatur; E contra verò quod pro reuocatione primi priuilegij non aliter requiratur, vt in ſecundo priuilegio fiat indiuidualis mentio de clauſula derogatoria exiſtente in primo priuilegio, ſed ſat eſſe ſi Princeps verbis generalibus vſus ſit, fuerunt allegati Feder. de ſen. *conſ. 47.* vbi dicit, communem eſſe, Abbas & Imol. *in c. cum inſtantia, extra de cenſibus*, Alber. *in d. l. 1. C. quando Imper.* & Canoniſtæ *in cap. 1. de reſcrip.* iſtamque ſecundam opinionem veriorem eſſe, & magis communem putabatur, maxime quando ſecundum priuilegium motu proprio Principis fuiſſet conceſſum, provt dixerunt DD. in teſtamento, vt pro reuocatione primi nullo pacto requiratur, vt quis condens ſecundum faciat ſpecialem mentionem clauſulæ derogatoriæ in primo exiſtentis, adhuc ſi fuerit dictum in primo vt de hac clauſula ſpecialis mentio fieri debeat; ſed ſat eſſe ſi dicatur non obſtante quocunque teſtamento, cum quacunque clauſula derogatoria ex Bar. *in l. ſi quis in princ. ff. de leg. 3.* cum quo ibi DD. communiter pertranſeunt, *& in l. ſi mihi & tibi §. in legatis ff. de leg. 1.* & latè per Iaſ. *in l. 1 ff. de lib. & poſth.*

Sed pro Ciuitate dicebatur, hæc omnia be- 4
ne procedere, quando in ſecundo priuilegio

Rex dixiſſet, quod concedebat gabellas, & paſſus, quos poſſet conceſſionarius exigere ab omnibus, & quibuſcumque perſonis, & Vniuerſitatibus habentibus quaſcunque gabellarum, & paſſuum immunitates, non obſtantibus quibuſcunque clauſulis derogatoriis, quãtumuis expreſſis, ac ſi de eis eſſet expreſſa, & ſpecialis mentio facienda, in his enim terminis dicebatur poſſe procedere dicta per DD. pro ſecunda opinione relatos, at in caſu de quo agebatur hoc ceſſabat, quia nullibi Rex in ſecunda conceſſione hoc expreſſit. ſed ſolum dixerat, *cum gabellis, & paſſibus*, & demum in fine priuilegij fuerunt appoſitæ clauſulæ derogatoriæ, quas dicebatur concernere principalem conceſſionem, non autem reuocationem immunitatum aliis conceſſarum, vnde inferebatur, quod dum duo erant priuilegia, quæ poterant adinuicem concordari, Vnum ſpeciale, Aliud generale, dici non poterat, quod per ſecundum priuilegium, primum ſpeciale fuerit ſublatum, ſed quod ſecundum generale per primum ſpeciale limitetur, iuxta theoricam Guglielm. de Cuneo Dyn Bar. & Aliorum *in l ſed & poſteriores ff. de legibus*, eoque magis cum priuilegium Capuanis conceſſum erat iuratum, ex quo Rex promiſerat ſub verbo, & fide Regis nullo vnquam tempore illud reuocare, quæ quidem verba iuramentum importare, dictum fuit affirmaſſe Alexand. *in l. ſi quis maior Cod. de transact.* & Iaſ. *in l. ait prætor la prima ff. de iureiur.* & quod primum priuilegium iuratum nunquam per ſecundum tollatur, niſi de eo ſpecialis mentio facta ſit, dixit gloſſ. *in c. cùm non deceat de elect. in 6. & in clement. dudum, de ſepult.* Felin. *in c. 1. de reſcript. & in c. conſtitutus eo tit.* Dicebatur & tandem, quod ſi eſſet dubium an primum priuilegium per ſecundum eſſet reuocatum, affirmandum erat in dubio non eſſe reuocatum, quia in dubio non eſt præſumendum, Principem voluiſſe iuri tertij præiudicare *l, 2. §. ſi quis à Principe, & §. merito ff. nè quid in loc. publico*, & maximè in priuilegiis Capuæ conceſſis, quam dicebatur Ciuitatem eſſe fideliſſimam, & quæ ſæpè ſæpius ſanguinem pro Regibus domus Aragoniæ effudit, vnde merito fuit pro ea, nemine diſcrepante, deciſum.

---

## OBSERVATIO.

1 De hoc priuilegio Nobiliſſimæ Ciuitati Capuæ conceſſo à Sereniſſimis huius Regni retro Regibus verba facit Iacob. Anton. d. Mauro *in alleg. 16.* vbi pluribus mediis demonſtrare nixus fuit non potuiſſe illud præiudicium afferre Domino paſſus pontificilicis nimirum vt Capuani reputarentur immunes à ſolutione paſſus, qui antequam conceſſum eſſet priuilegium Capuanis, reperiebatur alteri conceſſus, *in eaque allegat. & in aliis 27. & 28.* latè diſſerit, quando D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij. Princeps poſſit ſuum reuocare priuilegium, & an ſecundum priuilegium tollat primum, & an ſecundum ſpeciale deroget primo generali, non facta mentione de eo, & vtrum ſecundum priuilegium, in quo adeſt clauſula *reuocantes omnia alia priuilegia* etiam ſi de eis ſpecialis mentio eſſet habenda, reuocet primum in quo adeſt clauſula, quod non intelligatur reuocatum, niſi de eo fiat ſpecialis mentio, & quid ſi in ſecundo priuilegio adſit clauſula *motu proprio, ex certa ſcientia*, vel *de plenitudine poteſtatis*.

Ad ornatum pariter eorum, quæ in hac deciſione diſſeruntur, vide Ioan. Vinc. de Ann. *alleg. 53. num. 26.* cum pluribus ſeqq. & nouiſſime D. Regentem Capyc. Galeot. *reſpon. fiſcal. 23. per totam*, vbi latè diſſerit circa reuocationem priuilegiorum, etiam quæ in contractum tranſierunt, pretio accepto, vel ob merita, ſubdito, vel non ſubdito conceſſorum, & quando in contractum tranſire dicantur ne reuocari poſſint, & de clauſulis derogatoriis, & earum viribus, & de clauſula *de plenitudine poteſtatis*. 2

Et quoad illam concluſionem hic in fine tentam, nimirum, quod priuilegium alicui conceſſum, ſemper conceſſum intelligatur, vt alienum ius illæſum remaneat, vide Oldrad. *conſ. 237. num. 7.* Calder. *conſil. 526. in fine alias 11. de priuilegiis*, vbi dicit, omne priuilegium, omnemque conceſſionem ſine tertij præiudicio à Principe factam præſumi, idque ſiue ad Partis petitionem, ſiue Principis motu proprio, affirmat Io. Andr. *in c. ſi motu proprio de præben. in 6.* quem ſequitur Abbas *in c. 1. de iudic.* & ex noſtris Iacob. Ant. de Maur. *cit. alleg. 27. n. 8.* 3

An autem priuilegium alicui Ciuitati conceſſum, vt ſit immunis à ſolutione alicuius gabellæ cenſeatur ſublatum, ſi demum poſt conceſſam immunitatem conſtaret, aliquos ex ciuibus gabellam ſoluiſſe, vide Nicol. Euerard. *conſ. 21. num. 21.* vbi negatiuè reſpondet, non enim, quia ſingulares de populo contraueniunt priuilegio conceſſo populo, propter hoc Ciuitas perdit priuilegium, citat Andr. de Barulo *in l. 2. C. de his qui ſponte muner. ſube. lib. 10.* ſequitur Io. de Plat. *ibid.* vbi dicit, quod immunitas vectigalium pridem à Rege Apuliæ Ianuenſibus, & Piſanis conceſſa nullum recipit præiudicium per ſolutionem vectigalium factam ab aliquibus de populo, etiam voluntarie quod dictum refert, & multum commendat Iaſ. *in l. fin. ff. de conſtit. Princ.* & Felin. *in c. cum acceſſiſſet, de conſtit.* Ratio aſſignatur, quia ſingulares perſonæ priuilegio populo conceſſo renunciare non poſſunt ad tex. *in c. cum omnis de conſtit.* ſed vide ſcripta per D. Io. Ang. Piſan. *in vlt. allegat.* Iacob. Ant. de Maur. 4

## ARGVMENTVM.

Vniuerſitas an & quando dici poſſit, vt in perduellionis crimen inciderit. In crimine rebellionis ſi quis prætenderet non iure ſe bonis ſpoliatum, an poſſit agere interdicto recuperandæ. Vniuerſitas quando ob aliquod delictum pœna punitur pecuniaria, ſi non habet pecuniam in communi, ſed opus eſt collectam imponere, an in ea innocentes contribuere teneantur, & de aliis.

T DECI

Digitized by Google

## DECISIO XCVIII.

1 CVM prætenderet Regius fiſcus, Ciuitatem Lanciani in perduellionis crimen incidiſſe, de facto cœpit poſſeſſionem aliquorum Caſtrorum, quæ ſub illius vtili Dominio erant; ſed comparuit Ciuitas ipſa in Regia Camera, & contra fiſcum egit interdicto recuperandæ, probans ſe poſſediſſe, & ſpoliatam fuiſſe, quæ duo extrema dicebatur ſpolium benè probare, & ſucceſſiuè reſtitutionem ſubintrare, per tex. *in l.* 1. §. *hoc interdictum ff. de vi & vi arm. & in c. olim de reſtitut. ſpol.* & latè per Socc. *in l. rem qua nobis ff. de acquirend. poſſeſſ.* vnde de duobus principaliter fuit dubitatum, & primo, an in crimine rebellionis poſſit agi interdicto recuperandæ, ſecundò, quomodo dici poſſit, Vniuerſitatem perduellionis crimen committere.

2 Ad primum fuit dictum, nullo pacto locum habere interdictum recuperandæ, nam ſuppoſita rebellione Ciuitatis, dominium vtile, quod illa habebat dictorum Caſtrorum, & poſſeſſio, quam tenebat, ipſo iure fuerunt Regio fiſco acquiſita per capitula Regn. *nuper apud Tranum, Bona proditorum*, & *Die Mercurij*, vnde dicebatur, quod quando exceptio nedum proprietatem, ſed etiam poſſeſſionem inficit, tunc reſtitutio non ſubintrat, adhuc ſi petens reſtitutionem ſit in probatis circa extrema interdicti recuperandæ, ad quod fuerunt allegati Domini de Rot. *deciſ.* 3. *alias* 16. *de reſtit. ſpoliat.* in nouis Aretin. *in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ.* & Abb. *in c. in litteris col. fin. extra de reſtitut. ſpol.* ex hoc, cum in caſu, de quo agebatur per rebellionem erat infecta proprietas & poſſeſſio Caſtrorum, & vtrumque in Regiam Curiam tranſlatum, ſpolij remedium non procedebat, ſed erat videndum, an Ciuitas illa vere tanti criminis eſſet rea, ſicque an Vniuerſitas poſſit crimen hoc committere.

3 Ad quod fuit dictum, Vniuerſitatem poſſe in committendo delinquere ex tex. *in l. metum §. animaduertendum*, vbi gloſſ. & Ang. *in fin. ff. de eo quod met. cauſ.* & hoc erit vbi præcederet Conſilij conuocatio, quia alias ſi Conſilium non eſſet conuocatum, non diceretur Vniuerſitas delinquere, ſed particulares, omittendo autem poſſet delictum patrare, etiam non conuocato Conſilio, quo caſu, vt quilibet particularis teneretur, probant hæc omnia gl. *debetur in l. ſicut §. qui ff. quod cuiuſque Vniuerſitat. nom.* Ioan. Andr. *in c. fælicis de pœnis in* 6. Bar. *in l. aut facta §. fin. ff. de pœnis* Ioan. d'Anania, Abb. & Felin. *in c. dilectus il.* 2. *de ſimon.* Angel. Imol. & Aretin. *in l.* 1. *§. fin. ff. de acquirend. poſſeſſ.* Anchar. *conſ.* 158. & Alij, ſed hoc in delictis momentaneis, vt puta in homicidio, & ſimilibus, at ſi delictum cauſam haberet ſucceſſiuam, ſiue continuam, vt eſt bellum, tunc tolerantia Vniuerſitatis delictum ratificat, etiam ſi non fiat, conuocato Conſilio, ita Bar. & DD. omnes *in locis modo citatis*, præſertim Anchar. *d. conſ.* 158. Hieron. Gigas *in tract. de crim. læſæ Maieſtat. lib.* 3. *q.* 12. & Felin. *in d. c. cum omnes num.* 31. quo loco dicit quod in his delictis cauſam habentibus ſucceſſiuam, vt eſt bellum, rebellio, &c. ſi Ciuitas perpetrat hæc, vel patitur à ſuis perpetrari, iſtud videtur verè eſse delictum Ciuitatis, nam ſatis declaratur voluntas factis, & videtur ac ſi conſultò iſtud fieret, quare ſi aliqui Ciues alicuius Caſtrum inuaderent, quod poſtea Ciuitas tenet, vel ſi Ciues alicuius bona deprædarent, & poſtea à Ciuitate receptarentur, teneretur Ciuitas: quomodo autem puniatur Vniuerſitas, declarant DD. ſupra relati, qui affirmant quod ſi Ciuitas habet bona, & tale facinus committit, bona illa publicantur, & fiſco acquiruntur, provt in caſu propoſito per Regiam Cameram acquiſita fuiſse, fuit concluſum, & circa probationes, vltra teſtes productos, dicebat fiſcus, ſatis hoc delictum fuiſse probatum ex aſsertione Principis, qui Caſtra illa aliis concedens dixit *ob rebellionem talis Ciuitatis*, & licet aliqui dixerint, aſsertionem ſolum Principis non probare, vt per Dec. *conſ.* 410. & 544. Iaſ. *conſ.* 34. *lib.* 1. & Ruin. 147. *lib.* 1. tamen dictum fuit, quod quando quæſtorum adeſt ſubſcriptio, bene probat, vt per Andr. *in c.* 1. *col. penult. in tit. qui ſint rebelles*, provt conſiderabatur in caſu prædicto, vbi in priuilegio conceſſionis aderat Regentium Regiam Cancellariam, & Regni Secretarij ſubſcriptio.

---

## OBSERVATIO.

HAbetur hic non potuiſſe Ciuitatem Lanciani 1
agere aduerſus fiſcum interdicto recuperandæ, ſub prætextu, quod reperiebatur Caſtris, quæ poſſidebat, ſpoliata; nam ſi verum eſt quod in perduellionis crimen inciderat, vtile illorum feudorum dominium ipſo iure ad Dominum directum transierat, ſicque fiebat locus communi concluſioni, quæ ſe habet, ceſſare prorſus remedium interdicti recuperandæ, quando in promptu conſtat, dominium rei, de qua diſputatur, adeſſe penes ſpoliatorem, provt in hoc caſu, ita vltra DD. per D. Regentem relatos, ſcripſerunt pariter Oldrad. *conſ.* 274. Iacob. Nouell. *in prax. crim. in tit. ſpoliatus de facto num.* 12. *verſ. limita duodecimo*, Crauet. *conſ.* 299. *num.* 8. & *conſ.* 302. *num.* 3. & Alij relati à Menoch. *de recuper. poſſ. remed.* 1. *n.* 216. ſed vide infra *deciſ.* 493.

Quo vero ad aliud, de quo fuit hic dubitatum, ni- 2
mirum quando & quomodo dici poſſit, Vniuerſitatem perduellionis crimen committere, vltra DD. per D. Regentem hic relatos, vide Tiber. Decia. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 8. *num.* 8. & *cap.* 32. *num.* 14. & *cap.* 37. *n.* 43. quibus in locus ait Vniuerſitatem perduellionis crimen committere poſſe & puniri debere, maximè ſi conuocato Conſilio, vnanimes rebellarunt vel rebellioni poſteà conſenſerunt, ſi tamen talis rebellio

longo

Digitized by Google

longe tempore durauerit, dato etiam quod aliqui contradixerint; nàm licèt regulariter Vniuerſitas non punitur ne Innocentes condemnentur iuxta notata per Bar. *in l. aut facta* §. *nonnunquam ff. de pœnis*; attamen in hoc crimine punitur criminaliter, & quidem deſolabitur, & ad aratrum vſque, citat Afflict. *in cap.* 1. §. *bona committentium num.* 52. *in tit. quæ ſint regul.* cui addo Camer. *in prac. crim. in quæſt. quæ incipit. circa tertium num.* 4. *fol. mihi* 216. Quando autem Vniuerſitas ob delictum pœna punitur pecuniaria, inquit Decian. quod ſi non habet pecuniam in communi, ſed opus eſt, mediante collecta, illam reperire, innocentes, & qui delicto non conſenſerunt, contribuere non tenentur, citat Gigant. *in tract. de crim. leſ. Maieſt. in tit. de rebell. quæſt.* 12. Aduertit tamen Decia. *cit. cap.* 8. *num.* 13. quod ſi Magiſtratus principales Ciuitatis, vel Præſidentes etiam nomine Vniuerſitatis hoc perduellionis crimen commiſerint; non tamen ideo teneretur Vniuerſitas: ratio aſſignatur à Carr. *in cit. prax. crim. in quæſt. quæ incipit circa* 2. *fol. mihi* 215. vbi quærens quando dicatur Vniuerſitas delinquere, reſpondet, quando homicidium, vel aliud delictum fuit factum, communicato Conſilio, habitoque tractatu, & deliberatione in loco ſolito congregari ad ſonum campanæ, ſeu tubæ, & tunc interueniente omnium deliberato Conſilio, aut eſſet duarum Partium, ſeu maioris partis in ipſo Conſilio, eo enim caſu, dicetur Vniuerſitas delinquere, ſicque à Populo patratum eſſe delictum; aliàs autem abſque præcedente conſilio deliberato, & loco, & more ſolitis, etiam ſi duæ aut maior pars, aut fere totus populus, & homines delinquerent cùm vexillis, ſono campanæ, vel vocibus acclamando, arma, arma, carnem, carnem, non dicetur Vniuerſitas delinquere propter infantes, impuberes, mulieres, & alios innocentes, citat Carne. *conſ.* 224. *lib.* 4. ſed eo caſu punientur particulares homines, qui interuenerunt, tanquàm ſeditioſi, ſubdens Carrerius *num.* 4. ita intelligendos eſſe Doctores, qui dixerunt Vniuerſitatem delinquere per Regentes, & Conſiliarios, & alios homines, maxime duabus, aut maiori partibus concurrentibus, vt hoc procedat, ſi loco, & more ſolitis præceſſerit tractatus, deliberatio, & conſilium; idemque dixerunt DD. quos refert, & ſequitur Iul. Clar. *in prax. crim.* §. *fin. quæſt.* 16. *num.* 8. *&* 9. quem vide.

## *ARGVMENTVM.*

Aſſenſus Regius ſuper venditione feudi an ab huius Regni Dominis Proregibus impartiri poſſit, ſi Feudatarius alienans legitimum haberet ſucceſſorem, ſed illum de prole deſperatum, vel eſſet ille clericus beneficiatus; in minoribus tamen ordinibus conſtitutus. Dominus directus feudi an & quando ſuper alienatione feudi per Feudatarium facienda conſentire teneatur. Statuto ſi caueatur, vt mulier abſque propinquorum conſenſu contrahere non poſſit, num illi dum mulier contrahere vult, conſentire teneatur, & de aliis.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## DECISIO XCIX.

CVPIENS Baro Latronici feudum, quod poſſidebat in alium, pretio mediante transferre, ſupplicauit pro aſſenſu, aſſerens legitimum habere ſucceſſorem, fiſcus ſe oppoſuit dicens, legitimum ſucceſſorem eſſe de prole deſperatum; ſicque nullo pacto teneri ſupremum Dominum huic alienationi conſentire, fuit dubitatum quid iuris. 1

Hic articulus fuit remiſſus ad Regiam Cameram ibi decidendus, ſed non fuit aliter deciſus, quia Feudatarius audiens oppoſitionem, declarauit nolle alienare, verum negatiua ſententia fuit probata nimirum nullo pacto fore aſſenſum præſtandum idque ex pluribus, ſignanter quia cum aſſenſus ſit gratia, vt per Afflict. *deciſ.* 398. & Camer. *in c. imperialem fol.* 29. *&* 30. ad faciendam gratiam quis de iure adſtringi non poteſt *c. gratia, de reſcrip, in 6. Clement. gratia eod. tit.* Princeps enim non tenetur conſentire, niſi in certis caſibus, de quibus per Andr. *in Conſtit. ſi quis poſt litem*, & quamuis dici ſoleat quod Rex denegans aſſenſum Vaſſallo alienare volenti, faciat ei iniuriam, hoc tamen intelligitur, quando ſine cauſa denegatur *c. bone il* 1. vbi Abb. *de poſtul. prælat.* Loffred. *in cap.* 1. §. *donare qual. olim. pote. feud. alien* vbi dicit quod ſi Rex alicui concedit feudum, eo expreſſo quod poſſit illud vendere, ac de eo diſponere tam inter viuos quàm in vltima voluntate; ſuo tamen Regio aſſenſu interueniente, quod in caſu alienationis tenetur Dominus aſſenſum præſtare, niſi iuſtam denegandi cauſam haberet; in caſu propoſito iuſta ſe offerebat cauſa denegandi, quia feudatarius legitimo carebat ſucceſſore, cum ille, qui de iure poterat ſuccedere ſenex erat, hæredemque legitimum non habebat; nec valebat dicere, quod poterat huius legitimi ſucceſſoris mori vxor, aliamque ducere; & liberos procreare; hoc enim dictum fuit in conſideratione non eſſe, quia ſemper ſtatus præſens attenditur, nec aliter, quod euenire poteſt, inſpicitur, ad tex. *in l. inter ſtipulantem* §. *ſacrum*, vbi latè Bar. & omnes & Iaſon *in* 2. *notab. ff. de verb. obligat. & in l.* 1. *ff. de in lit. Iur.* vbi Bar. ſummando illum tex. dicit quod nos non debemus inſpicere quod euenire poteſt, ſi ad id naturaliter non eſt res deſtinata; poterat enim contingere, vt prius moreretur vir, quàm vxor; ſicque dicebatur quod ſtatus præſens erat omninò attendendus. 2

Confirmabantur hæc ex notatis per Bar. *in l. ſi cùm dotem* §. *eo autem tempore*, quem ibi ſequuntur DD. vt ibi per Alexand. *ff. ſolu. matr.* 3

T 2 quod

quod ſi ſtatuto caueretur, vt mulier abſque propinquorum conſenſu contrahere non poſſit, ſi iuſta ſe offerret cauſa contradicendi, non cogerentur conſanguinei contractui conſentire, alias ſecus, addens ibi Alex. quod mulieri incumberet onus probandi, an cauſa contrahendi ſit iuſta, vel iniuſta, & ad illa verba inueſtituræ, quod concedebat Rex feudum, & vt poſſet Conceſſionarius illud alienare, Regio aſſenſu interueniente, reſpondebatur, quod nihil operantur, cum ſolum inducant quamdam monitionem, & declarationem, non autem neceſſitatem, niſi prout alias de iure tenebatur, ad tex. *in l. 3. ff. de legat.* vbi ſi exprimitur aliquid per modum conditionis eo modo, quo inerat tacitè de neceſſitate, talis expreſſio nihil operatur, vt in hoc caſu, in quo tacitè ineſt de neceſſitate, vt Vaſſallus poſſit feudum cum Regis aſſenſu alienare, & non aliter, ad *tex. in c. 1. de prohib. feud. alien.* per Lothar. & per Frederic. & in conſtitut. Regni conſtitutionem diuæ memoriæ, vt optimè per Aret. *in d. l. 3. in 1. notab.* hæc principaliora conſiderabantur.

## OBSERVATIO.

1 DOminus Regens in hac deciſione in ea eſt ſententia, vt nullatenus ſit concedendus aſſenſus feudatario feudum alienare volenti, dum legitimus, quem habet, ſucceſſor eſt de prole deſperatus. Tu modo ad confirmationem adde ſcripta per Dom. Reg. de Pont. qui *in ſuo tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Regiis §. 3. à num.* 11. *per totum* 28. *in terminis prag.* 4. *ſub tit. de feudis,* refert per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio, fuiſſe deciſum, nullatenus poſſe in hoc Regno Dominos Proreges feudorum alienationibus aſſentire, vbi Feudatarius feudum alienare volens legitimum haberet ſucceſſorem ſenem, ſiue de filiis deſperatum, idque ex pluribus potiſſimum, quia paria ſunt ſucceſſorem non habere, & habere, ſed illum de filiis deſperatum.

2 Contrariam verò ſententiam, nimirum vt poſſint Domini Proreges aſſentire, inſignioribus fundamentis ſubſtinuit D. Reg. Rouit. *in d. prag.* 4. *à num.* 18. vbi deciſioni & rationibus à D. de Ponte relatis reſpondet *à num.* 34. *vſque ad* 39. ſubdens in fine, eius opinionem adeò veram eſſe, vt idem D. Regens de Ponte, vti veritatis amator, hoc diſcuſſo articulo, cum P. Andr. Molfeſ. vt ipſe refert, *in addit. ad par. 3. ſuper conſuet. Neap. tit. de ſucceſſ. ex teſtam. quæſt. 1. n. 19.* ſententiam mutauerit, & cum eodem P. Molfeſ. firmauerit, benè poſſe in caſu, de quo agimus, Dominos Proreges aſſenſum præſtare, pluriéſque ſic fuiſſe obſeruatum, & exequutum teſtatur ſignanter in alienationibus duarum Terrarum cuiuſdam, Illuſtr. Dominæ, quam nominare noluit, ſed dicit D. Rouit. quod fuit Duciſſæ Cerchiæ, quæ filios non habens, ſed tantum duas Amitas ſenes, Monaſterium ingreſſa fuit, & in ſuorum feudorum diſtractionibus Collaterale Conſilium aſſensũ eſt, huicque ſententiæ adhæſi pariter & ego *lib. 1. mear. reſol. cap. 21. à num. 3. vbi à num. 5.* ad finem addidi, idem eſſe dicendum, ſi legitimus ſucceſſor eſſet Clericus beneficiatus, ſed in minoribus ordinibus conſtitutus, nam licet Clericus feudorum ſucceſſionis ſit incapax, *c. 1. §. qui Clericus in tit. ſi de feud. def. controuerſ. ſit, & in conſtit. errores eorum,* tamen poteſt contingere, vt Feudatario Defuncto, habitum dimittat beneficio renunciet, ſicque in feudo ſuccedat, ad quod citaui Andr. *in c. 1. n. 5. in tit. de benef. fœm. & in c. 1. de vaſall. militis), qui arm. bellic. depo. & in c. 1. an mut. vel alias imperfect.* Aluar. *in d. c. 1. col. 3. de vaſall. milit.* & Iacobus de Beluiſ. *in c. 1. verſ. quæritur de feudo fœm.* Io. Vinc. d. Ann. *alleg.* 98. & Reg. de Pont. *lett.* 4. *n.* 35. *& deciſ.* 4. *à num.* 12.

## ARGVMENTVM.

Feudi noui pretium, quod in Regno ex conſuetudine iudicandi venit conferendum inter omnes Defuncti Feudatarij Filios, & hæredes Vniuerſales, an ſit pariter conferendum, quando Pater, qui feudum emit Filium primogenitum in illo hæredem inſtituit, ſecundogenitos verò in allodio. Collatio falcidia, & trebellianica an & quando ex coniecturis prohibitæ cenſeantur, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO C.

CVm Michaël Ieſualdus Filios ſuos vniuerſales inſtituiſſet hæredes, primogenitum ſcilicet in bonis feudalibus, Fabium nomine, & ſecundogenitos in burgenſaticis, orta fuit inter eos controuerſia, cuius naturæ eſſent aliqui annui introitus in paterna hæreditate remanſi, ad finem decidendi, ad quos ſpectarent, cuius reſolutionem pendere dicebatur, quia erant ſubrogati in locum aliorum annuorum introituum, an diceretur eſſe in hæreditate ex prima cauſa, vel potius ex noua, & cum per Sacr. Conſil. & Dominos Regentes Regiam Cancellariam fuiſſet pro primogenito pronunciatum, dum fuit habitum pro vero, hos introitus fuiſſe feudales, & ita alias per Regiam Cameram declaratum ex eo quod per mortem Patris communis, pro eiſdem annuis introitibus fuit fiſco ſolutum releuium, cernitur ex diſcurſu deciſionis, fuiſſe in hoc iudicio per ſecundogenitos moto de illo pariter dubitatum, an quando primogenitus eſt à Patre in bonis feudalibus hæres inſtitutus, & ſecundogeniti in allodialibus, ſi in hæreditate reperiretur feudum nouum, fiet locus in hoc caſu Collationi pretij in illo per Patrem erogati. 1

Cuius quæſtionis ratio dubitandi fundabatur in conſuetudine, quæ apud nos viget, iudicandi, vt exiſtente feudo nouo in hæreditate 2

paterna

Digitized by Google

paterna, pretium quod fuit in illo erogatum, ſit inter inter omnes filios conferendum, dum collatio à Patre vetita non reperitur. Et non eſſe locum collationi fuit tentum, ea quidem ratione, quia ex hac hæredum inſtitutione conſtabat apertè de voluntate communis Patris, quæ fuit, vt à parte pretij dictorum annuorum introituum feudalium Filij ſecundogeniti excluderentur; inſtituit enim primogenitum in bonis omnibus feudalibus, & ſecundogenitos in allodialibus, ſic de ſuo patrimonio diſponens, provt ius diſponit, vt in feudalibus, in quibus de iure Francorum viuitur, ſuccedat primogenitus, in bonis verò allodialibus omnes pro æquali portione; etenim ex hac ſic peracta diſpoſitione filij ſecundogeniti grauati non fuerunt, poſtquàm à Patre in burgenſaticis inſtituti fuere; vnde cum primogenitus in omnibus bonis feudalibus inſtitutus fuerit, dicere oportet, patrē filios ſecundogenitos à parte pretij excludere voluiſſe, aliàs non poſset dici filium primogenitum in omnibus bonis feudalibus inſtitutum, quia ſoluendo partem pretij aliis fratribus non haberet in effectu omnia bona feudalia, quod eſset expreſsè contra mentem communis Patris.

3 Nec obſtare dicebatur quod cum hæc pars pretij collationis iure debeatur ex Andr. *in c. imperialem §. præterea Ducatus num. 39. in addit. de prohib feud. alienat. per Freder.* iure nouiſſimo attento, ex teſtamento, & ab inteſtato, ita demum ceſsat collatio ſi teſtator hoc dixit expreſſim, vulgata authen. *ex teſtamento C. de Collatio*; vndè in caſu propoſito, cùm à Patre communi prohibita non erat, videbatur dicendum quòd locum habebat; fuit reſponſum ſat eſse prohibitionem expreſsam verbis generalibus, nec aliter requiri expreſſam verbis ſpecialibus; ſeu indiuiduo ex notatis per Gl. *in l. fin. C. quod cum eo*; & per Aret. *in l. centurio per totum num. 10. ff. de vulg. & pupil. quo loci poſt* Ang. *in §. ſi verò expreſſim Auth. de hæredib. & falcid.* docet quod licet, hoc nouiſſimo Auth. iure attento, ita demum cenſetur prohibita falcidia, ſeu trebellianica, ſi hoc teſtator teſtamento ſuo deſignauerit expreſſim; attamen ſi quis teſtamento ſuo ordinauerit, vt hæres, quem inſtituit totam hæreditatem alteri reſtituat, bene ex his verbis cenſetur trebellianica, ſiue falcidia prohibita; & tamen non fuit verbis ſpecialibus prohibita, ſed bene verbis generalibus; ita in caſu propoſito, quod cum pater mandauerit, vt primogenitus omnium bonorum feudalium eſſet hæres, cenſetur verbis generalibus collatio prohibita; eoque magis hoc affirmandum cùm, vt conferatur pretium egogatum in emptione feudi, fuerit opinio Andr. *loc. cit.* quæ ſatis dubia eſt, vt ibi per Camer. licèt in iudiciis ſit iam recepta, ſed in puncto iuris, & de rigore non procedit, quamuis bene de æquitate ad hoc vt Filij ſecundogeniti, qui à feudi ſucceſſione ſunt excluſi, partem pretij, quo feudum nouum fuit emptum, conſequantur; quia ſi emptum non fuiſſet, pecunia erogata reperiretur in patrimonio allodiali in quo omnes ſuccederent; hæc ſanè æquitas in caſu propoſito ceſſabat; quia iam filij ſecundogeniti in burgenſaticis inſtituti fuerunt.

---

## OBSERVATIO.

IN hac cauſa Filiorum ſecundogenitorum Michaëlis Ieſualdi cū Fabio Filio primogenito, comperio, fuiſſe pariter inter eos diſputatum, an hic Filius primogenitus teneretur ad ſoluendum fratribus ſuis vitam, & militiam ſuper feudis eidem contemplatione matrimonij à communi patre refutatis, ſcripſit pro Fabio Io. Vinc. d'Ann. *allegat. 23.* vbi ſubſtinuit ad hanc annuam præſtationem Filium primogenitum non teneri, eo præſuppoſito, quod vita, & militia ſecundogenitis debeatur, quando primogenitus per mortem patris in feudo ſuccedit; non autem quando illud in vita particulari donationis, ſiue refutationis conſecutus eſt. Scripſit pro ſecundogenitis Marcell. d. Maur. provt videre eſt *in ſua allegat. 28.* quo loci, validiſſimis rationibus ad id primogenitum teneri demonſtrauit; ſicque tam in prima inſtantia, quàm in ſecunda obtinuiſſe, cernitur ex relatis per Ann. tam *in d. allegat. 23. in fin.* quàm *in rubr. de vaſſal. decrep. ætat. num. 224.* iſtoque iure hodie vtimur in Regno; nimirum vt vita, & militia ſuper feudis antiquis filiis ſecundogenitis debeatur, & ſororibus paragium, ſiue per communis patris mortem, ſiue per refutationem in vita primogenitus feudum aſſequitur; ita D. Reg. Rouit. *in prag. 25. num. 8. de feud. & in conſ. 9. n. 10. cum ſeqq. lib. 2.* Ego ipſo *lib. 2. mearum reſol. cap. 246. in princ.* vbi alios retuli. 1

Nūc deueniendo ad ea, quæ notabiliter D. Reg. in hac deciſione ſcripſit & primò vt filius primogenitus nullatenus à fratribus ſuis ſecundogenitis cogi poſſit ad conferendum pretium feudi noui, in quo ſucceſſit, quando pater, qui fundum emit, filium primogenitum in illo hæredem inſtituit, ſecundogenitos verò in allodio; ſic facta bonorum diuiſione, ad maiorem huius concluſionis declarationem; vide quæ nouiſſimè ſcripti Ego *lib. 2. mear. reſol. cap. 85.* vbi ratione, & authoritate probaui, ceſſare prorſus in hoc caſu prætenſam collationem, ratione, & primo cum conſuetudo hæc iudicandi vt pretium à communi patre in feudi emptionem erogatum inter omnes filios æquis portionibus diuidatur, primogeniti perſona connumerata, nullo vnquàm tempore fuerit practicata, niſi mortuo patre ab inteſtato, vel ex teſtamento, filiis omnibus vniuerſaliter hæredibus inſtitutis, nulla bonorum facta à Patre particulari diuiſione. At quando Pater Filium primogenitum in feudo quod emit inſtituit hæredem, ſecundogenitos verò in allodio per tot ſecula elapſa poſt tempus Andr. Iſernienſ. qui huius actionis extitit author *in loco* per D. Reg. *hic citato*, non legimus, nec audiuimus, ſecundogenitos hanc habuiſſe prætenſionem. Dixi ſecundo inueſtigando rationem, quarè filiis ſecundogenitis hæc pars pretij debeatur; nam ſi ea à noſtratibus aſſignatur, quia ſi à communi patre non eſſet erogata pecunia, quam tenebat, in emptione feudi, reperiretur 2

in arca, ſicque in illa non ſolum primogenitus, ſed omnes filij ſuccederent, vnde æquum, & conueniens eſt, vt dum reperitur erogata in emptione feudi, quod diuidi non poteſt, diuidatur pretium, hæc ſanè ratio procedit dumtaxat quando Pater, qui feudum emit ab inteſtato moritur, vel ex teſtamento, omnibus æqualiter inſtitutis hæredibus, at ſi inæqualiter nemo ſani capitis affirmare poterit, quod ſi pecunia illa non eſſet impenſa in emptione feudi, omnes filij ſucceſſiſſent. Tertio dixi, quod cum hæc pars pretij non alia actione peti poſſit, quam iure collationis, axioma hoc eſt omnino recipiendum, dummodo non conſtet de contraria voluntate Patris collationem prohibentis, etenim ceſſat prorſus collatio, quoties Pater illam prohibuit, & non ſolum expreſsè ad tex. *in authen. ex teſtamento C. de collation.* ſed etiam tacitè ſiue ex probabilibus coniecturis, ad tex. *in l. & parte §. inſtituto ff. famil. erciſc.* coniectura autem probabilis, & præſumpta mens Patris, quod voluerit collationem prohibere illa communiter recipitur, nimirum, quando Pater voluit, vt inter liberos non ſeruetur æqualitas, provt in caſu, de quo agebamus; inſtituerat enim Pater filium primogenitum in feudo, & ſecundogenitos in allodio, vnicuique certam portionem, ſed inæqualiter aſſignando, vnde ſic in propria materia affirmaui reſpondiſſe Ioan. Franc. de Pont. & Marcellum de Maur. provt videre eſt *in eius allegat. 52. à num. 6. ad fin.* & magis in puncto Lælium Caput. *in conſuet. ſi moriatur par. 2. §. 8. per tot. num. 11. fol. 239.* & D. Reg. noſtrum *hic*, ex quibus ſic in illa facti contingentia obtinui ſub die 11. Iulij 1645. referente D. Conſiliario Miroballo, Viro doctiſſimo, & nunc feudorum interprete acutiſſimo.

3 Quo vero ad aliam concluſionem hic per D. Regentem tentam, vt quamuis ita demum falcidia, ſeu trebellianica prohibita cenſeatur, ſi hoc teſtator teſtamento ſuo deſignauerit expreſſim, attamen receptiſſimum eſſe vt tacitè & ſic ex probabilibus coniecturis poſſit pariter prohiberi. Tu ad confirmationem vide D. de Franch. *deciſ.* 11. & 612. ex Rotalibus hoc idem atteſtantibus Caſſad. *deciſ. 4. de teſtam.* Creſcent. *deciſ. 2. eod. tit.* Seraph. *deciſ. 553. num. 8. & 570. num. 1.* Mant. *deciſ. 248. num. 2.* Ludouiſ. *deciſ. 421. n. 10.* Caualer. *deciſ. 441. num. 1.* & Buratt. *deciſ. 480. num. 2. p. 1.* Coniecturalis autem prohibitio deſumitur vel ex prohibitione alienationis bonorum ſubſtitutioni ſubiectorum, vel ex ordinatione Defuncti, vt hæreditas tota, ſiue integra, aut ſine diminutione ſubſtituto reſtituatur, vel & tandem ſi ſcriptum eſſet vt poſſit hæres de certa quantitate diſponere, in his enim caſibus, vt tacitè cenſeatur trebellianica prohibita dixerunt Bal. per illum tex. *in authen. ſed in ea C. ad leg. falcid.* Ang. *in §. ſi verò expreſſim, Auth. de hæredit. & falcid.* Greg. Lopez, Petr. Peralt. Ant. Gabr. & alij, quos citat Molin. *de his primogen. lib. 1. cap. 17. num.* 18. Menoch. de præſump. *lib. 4. præſump. 198. à n. 11. ad 22.* & Dom. de Franc. *locis ſupra relatis.* Sed an tacita reſultaret trebellianice prohibitio, ſi pater filios inſtituens hæredes, illiſque alios ſubſtituens, mandauerit vt in caſu mortis abſque deſcendentibus poſſint de eorum legitima diſponere, vide Rot. *deciſ. 203. p. 2. in poſthum.* Farinac. negatiuè concludentem.

## *ARGVMENTVM.*

Ordinatus prima Clericali tonſura à non habente poteſtatem ordinandi ſi deliquerit, an ſit ad Iudicem Eccleſiaſticum remittendus. Abbates Ordinis Sancti Benedicti an poſſint minores ordines laicis conferre, ſi proprij Epiſcopi acceſſerit conſenſus, & an cum ſuis ſubditis valeant in interſtitiis diſpenſare. Ordinatus à non ſuo Epiſcopo delinquendo an ſit ad Iudicem Eccleſiaſticum remittendus. Clericus excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus an fori priuilegio gaudeat, & de aliis ad ornatum tex. *in c. Abbates de priuileg. in 6. & Sac. Trid. Conc. ſeſſion. 23. cap. 10. de reformat.*

## DECISIO CI.

ILLVD eſt de quo hic dubitatur, an 1
laicus prima clericali tonſura ab Abbate Sancti Benedicti inſignitus delinquens ſit ad Iudicem Eccleſiaſticum remittendus; Magna Curia fuit voti, non eſſe illum remittendum, ſed cum eſſet ad Sacrum Conſilium appellatum, contrarium fuit iudicatum, deducta tamen cauſa in Collaterali Conſilio, ibique diſcuſſa, pro maiori parte votantium Magnæ Curiæ determinatio fuit confirmata, rationes fuerunt multiplices. Prima ob defectum poteſtatis miniſtri conferentis, tex. enim *in c. Abbates de priuileg. in 6.* hanc poteſtatem primam clericalem tonſuram conferendi Abbatibus conceſſit, pro ſuorum tamen monaſteriorum conuerſis, & in quos Eccleſiaſticam, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem obtinent, idemque dictum fuit probari, *in c. cum contingat de ætat. & qualitat. in c. quoniam 69. diſt. & in c. 1. de ſupplend. neglig. prælat.* & in his locis Canoniſtæ communiter, hic autem de cuius remiſſione agebatur, de his non erat, quia ſimplex laicus, & in quem nullam Abbas ille quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habebat, ergo. Secunda ratio quia ad hoc vt Abbas poſſit primam Clericalem tonſuram conferre, neceſse eſt, vt ſit prius ab Epiſcopo benedictus, ad tex. *in c. quoniam 69. diſt.* hunc autem Abbatem talem fuiſse non conſtabat, ergo. Tertia ratio, quia collatio facta primæ tonſuræ non ſequuta fuit in monaſterio, de quo loquuntur iura prædicta, ſed in quadam Cappella rurali, quæ nunquam Monachos habuit, nec habere poterat. Quarta ratio, quia inquiſitus nunquam inceſſit in habitu, & tonſura, ſed ſemper vt laicus fuit reputatus, ergo.

Nec obſtate dictum fuit quod contrarium 2
tenent Doctores mox allegandi, dum dixerunt, quod licet prima clericalis tonſura non ſubdito conferri non poſſit, imprimitur tamen

character

Digitized by Google

character,ſi confertur,per tex.*in c.Lugdunenſis q.91.* & ſic remanet Clericus ita Archid. Ioan. Andr.& Phil.Franc.*in d.c.Abbates* idem Ioan. Andr.& Abb.*in d.cum contingat* Ang.*in ſum.in verbo ordo il.2.* & facit tex.*in c.quod tranſlationem extra de tempor. ordinat.* etenim reſponſum fuit, nullibi in iuribus allegatis, nec alibi probari quod ſi Abbas eius non ſubdito primam clericalem tonſuram confert, character imprimitur,nam ſi expreſsè ſtatutum eſt cum taxatiua, vt Abbates non niſi ſuis Monachis in ſuo monaſterio, & illis, in quos quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habent, primam tonſuram cōferre poſſint,ſi aliis quam de iſtis confert certè ex defectu poteſtatis nullus imprimitur character, iura autem in *dicto c. quod tranſlationem,& d.c.Lugdunenſis & in c. fin. de tempor.ordinat. in 6.* vbi probatur,quod ſi confertur ordo non ſubdito, licet ordinis impediatur exequutio, character tamen imprimitur, loquuntur quando ordo confertur ab Epiſcopo, qui à iure ſimpliciter, & indiſtinctè ordines conferendi poteſtatem habet, ſecus vero in Abbatibus, quibus ſolum eſt ſingulariter in vno caſu collata poteſtas primam conferendi tonſuram, nimirum Monachis ſui Monaſterij, & illis, in quos Eccleſiaſticam, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem obtinent.

## OBSERVATIO.

1 EXiſtimo indubitanter,quod quando in hac Ciuitate caſus iſte in proximo ſuperiori ſæculo contigit,Decreta Sacri Trid.Concilij adhuc publicata non extiterant,expreſsè enim *ſeſſ.23.cap.10.de reform.* ſtatutum eſt,nullo pacto licere Abbatibus,ſiue Regularibus ſiue Sæcularibus, ac aliis quibuſcumque quantumuis exemptis primam Clericalem tonſuram, aut minores ordines cuiquam conferre, niſi regulari ſibi ſubdito, qua diſpoſitione ſic ſtante, ſi caſus hic propoſitus alias contingeret, nulli dubium eſſet, haberi pro non ordinato illum,qui ſic prima clericali tonſura inſignitus eſſet, idque vere ex defectu poteſtatis Abbatis conferentis, provt deciſum fuit hic etiam in terminis iuris communis,benè perpenſo *.tex.citato in c.Abbates de priuil.in 6.* qui per Tridentiam ſanctionem remanet correctus reſpectu poteſtatis, quam hi Abbates habebant minores Ordines conferendi laicis, in quos ordinariam Eccleſiaſticam habebant iuriſdictionem. Eſt tamen verum, magis communiter receptum eſſe,poſſe hos Abbates Regulares minores Ordines conferre Laicis,ſi modo proprij Epiſcopi acceſſerit conſenſus, & ab eodem dimiſſorias litteras impetrauerint,ita Steph.Quaranta *in Summa Bullarij, in verbo ordo circa finem.*Bonacin.*de Sacramentis diſp.8. quæſt.vnica punct.4.num.3.*Vgol.*de offic.Epiſc.cap. 26. §.19.* Azor.*inſtit.moral. par.1. lib.12.cap.20. quæſt.7.* Marcellus Vulpis *in ſua prax.Eccl.cap.7.num.9.*Tamburrell.*de iure Abbat.tom.2.diſp.2.q.7.à num.3.*& alij, quos refert Barboſ.*in collect. ad dictum cap. 10. Sacr. Trid.Concil.ſeſſ.23.de reform.num.5.*Nequeunt pariter hi Abbates Regulares Nouitiis eorum Monaſteriorum minores Ordines conferre, quia pendente probationis anno, non habentur quoad Ordines ſuſcipiendos pro ſubditis,ſed ordinandi ſunt ab Epiſcopis, in quorum Diœceſibus ſita ſunt Monaſteria, in quibus nouitiatus tempore degunt, ita pluribus relatis, docent Vulpis *d. c.7. num.9.* & Barboſ.*in tract.de poteſt.Epiſc.par.2.alleg.3.num.8.& in collect.ad d. cap.10. num.3. vbi num. ſeq.* ait in omni caſu,quo huiuſmodi Abbates primam Clericalem tonſuram minoreſque Ordines ſuis ſubditis regularibus conferre poſſunt, illis pariter licitum eſſe in interſtitiis diſpenſare, ad quod citat Sorbum *in Compend.Medicant.in verb.Ordines Sacri,verſ.quando vero Abbates,*Campanil.*in diuerſ.Iur.Canon.rubr.12.cap.13. num.42.* Ludouic. Mirand.*in Manuel.Prælat.tom.1.quæſt.3.art.7. concluſ.3.* & Hieron.Roder.*in compend.99.regul.1.n.21.*

Quo vero ad aliam concluſionem, quam hic firmauit Dom. Regens vt quando quis à non ſuo Epiſcopo ordinatur,licèt ordinum ſuſceptorum impediatur exequutio, characten tamen imprimitur, dic Tu hoc ideo affirmaſſe, vt fori priuilegio gaudeat, nam non per hoc quod eſt ordinatus à non ſuo Epiſcopo Clericus non dicitur, quia verè talis eſt propter characteris in anima impreſſionem, & conſequenter delinquendo ab Eccleſiaſtico venit cognoſcendus, ſi tamen Sac.Trid. Conc. requiſita haberet, ita Carol. de Craſſ.*tract.de effectibus Clericat. effect.1. num.634.& ſeq.*Riccius *reſol.150.par.2. prax. Eccleſ.& reſol. 318. par.3.*& alij,quos refert Barboſ.*de poteſt.Epiſc.par.3. alleg.8. num.18.* ſubdens Clericum, quantumuis ſuſpenſum,interdictum,& excommunicatum fori priuilegia non amittere,Ego ipſe *lib.2.reſol. iuris cap.155. num.8.& 9.*id quod non conuenit illi,qui ab Abbate, quantumuis exempto minoribus inſignitus eſt ordinibus,nullus enim character in eius anima impreſſus eſt, quia qui ordines ei contulit, conferendi poteſtatem non habebat, ac proinde meritò hic talis in hac deciſione ad Eccleſiaſticum Iudicem remiſſus non fuit,ſed ordinatum,vt contra eum inquiſitum procederetur in Magna Curia. 2

## *ARGVMENTVM.*

Legitimatus per reſcriptum Principis, cum clauſulis ampliſſimis, an gaudere poſſit honoribus, ex prærogatiuis, quibus maiores ſui in vno ex ſedilibus Ciuitatis Neapolitan.gauiſi fuere. Teſtamentum in quo filius legitimatus eſt præteritus, an dicatur ipſo iure nullum. Subſtitutione facta in perſonam alicuius ſi hæres inſtitutus ſine filiis moreretur, an ſi cum filio legitimato deceſſerit, hic ſubſtitutum excludat. Donatio quæ propter filiorum ſuperuenientiam reuocatur an pariter reuocetur propter ſuperuenientiam filiorum legitimatorum. In legitimatione per Principem facienda, an ſint citandi intereſſe prætendentes & de aliis notabilibus.



Digitized by Google

## DECISIO CII.

1 LEGITIMATO à ſereniſſimo tunc Rege noſtro filio cuiuſdam Militis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, egit in Sacro Conſ. in quo inſtitit declarari, ſtante ſua ampliſſima legitimatione debere ipſum gaudere omnibus honoribus, & prærogatiuis, quibus maiores ſui gauiſi fuerant in vno ex Sedilibus huius Ciuitatis, & provt Cœteri nobiles gaudebant, cui inſtantiæ nobiles illi cum ſe opponerent, prætenderunt de hac legitimatione nullam haberi poſſe rationem, tum ob defectum poteſtatis legitimantis, ex quo eo tempore hic legitimatus erat Clericus beneficiatus, tum etiam quia in actu legitimationis ipſi Nobiles de quorum præiudicio tractabantur citati non exiſterent, vnde quid iuris dubitatum extitit.

2 Per Sacrum Regem Conſ. fuit Iudicatum pro Actore; Ratio deciſionis, quia filius legitimatus verè, & proprie dicitur legitimus, nec in aliquo differt ab illo qui de legitimo matrimonio natus eſt; probant hoc iura *in l. imperialis* §. *itaque C de nupt. in* §. *& quoniam varie in* §. *reliqui igitur, in* §. *illud, in* §. *ſi quis igitur, in* §. *adoptionis, in* §. *quia vero, & in* §. *cum ſemel Auth. quibus modis natur. effician. ſui, & in* §. *liceat Auth. quibus mod. natur. affician. legit.* Bal. *in d.* §. *itaque* vbi ex eo tex. affirmat ſpurium legitimatum, amplius ſpurium dici non poſſe, idemque *in l. eam quam C. de fideicom.* poſt Bart. *in l. ſi maritus* §. *legis Iuliæ ff. de ad vlter.* hoc tamen quando legitimatio ſimpliciter facta eſt, provt in caſu propoſito, ſecus vero ſi facta eſſet ſecundum quid, nimirum ad vnum affectum, vt puta ſi legitimaretur ad Sacros Ordines promoueri poſſit, quo caſu dicetur potius diſpenſatio, ſicque filius legitimatus verè legitimus non dicitur, vt per Bart. *in l. nec vtilem ff. ex quibus cauſis maior. & in dicto* §. *legis Iuliæ* Io. Andr. *in c. fin. de filiis preſbyt. in 6.* & melius Aretinus *in l. Gallus* §. *ſi eius ff. de liber. & poſthu. & in l. ex facto ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* vbi Bart. dicit quod legitimatus per reſcriptum Principis habetur per omnia ſicut legitimatus per ſubſequens matrimonium, Alex. *conſ. 2. lib. 1.* Dec. *conſ. 366. & alij.* Ex quibus dicebatur quod cum legitimatus ſit propriè filius legitimus, ſucceſſiuè eodem illo iure potiri debebat, quo potitur filius ex legitimo matrimonio natus: hinc videmus filios legitimatos ne dum ſub patris poteſtate eſſe; ſed etiam ſuos effici, vt *in Bubr. Auth. quib. mod. natural. effician. ſui,* Bart. *in dicta l. eam quam,* vbi dicit quod legitimatus eſt ſuus hæres, habet que iura ſuorum, quod dictum pro ſingulare comendat Iaſ. *in Authen. ſi qua mulier C. de ſacr. Eccleſ. & in l. qui ſe patris C. vnde liber.* idque adeò verum, quod ſi à patre in teſtamento eſſet præteritus dicetur teſtamentum nullum, ad *tex. in l. filio præterito ff. de iniuſt. rupt. & irrit. facto teſtam.* & ſi ante legitimationem conditam reperiretur, rumpitur, ex poſthumi natiuitate Ant. de Butr. *in c. per venerabilem, qui filij ſint legit.* Alexand & alij *in Rubr. ff. de liber. & Poſthum.* & Dec. *in conſ. 366.* Excludit pariter filius legitimatus ſubſtitutum, ſicut illum excluderet filius legitimus, & naturalis Alex. *conſ. 2. lib. 1. & in l. generaliter* §. *cum autem C. de inſtit. & ſubſtit.* Imol. *in l. ex facto* §. *ſi quis rogatur in fine ff. ad ſen. Conſ. Trebell.* Dec. *loc. cit.* Aret. *in dicta l. ex facto,* quo loci hanc communem eſſe opinionem teſtatur, ſecus vero vbi ſubſtitutus quis eſſet in caſu, quo hæres inſtitutus ſine filiis legitime natis decederet, quia tunc legitimatus ſubſtitutum non excluderet, cum nullo dici poſſit eſſe illum verè legitimè natum, ſed per fictionem quæ quidem fictio in conditionibus, quæ in forma ſpecifica adimpleri debent, locum habere non poteſt, ad tex. & ibi dicta per Bart. *in l. Iulianus ff. de condit. & demonſtrat.* Aret. *in d. l. Gallus* §. *ſi eius,* Guid. Pap. *deciſ. 482.* Præterea ſi ſtatuto caueatur quod ſtantibus maſculis legitimis, & naturalibus feminæ non ſuccedant, bene ſtatutum hoc verificabitur ſtantibus filiis legitimatis Bal. *in l. cum acutiſſimi, & in dicta l. eam quam C. de fideicom.* Paul. de Caſtr. *in l. ſed ſi hac* §. *patronum ff. de in ius voca.* Alex. *dicto conſ. 2.* Aret. *in d. l. ex facto,* Dec. *conſ. 366.* quamuis contrarium dixerit *conſ. 42.* Item ſicut donatio alicui facta per filiorùm legitimorum, & naturalium ſuperuenientiam. reuocatur *vulg. l. ſi vnquam C. de reuoc. donat.* ita pariter per ſuperuenientiam filiorum per Principis reſcriptum legitimatorum Soc. *conſ. 226.* Dec. *conſ. 365. & ſeq.*

Nec obſtare dictum fuit, quæ pro parte nobilium de Sedili circa legitimationis nullitatem opponebantur, & primo ex defectu poteſtatis legitimantis, nimirum ſereniſſimi Regis noſtri, eo præſupppoſito, quod legitimationis tempore hic legitimatus erat Clericus, imò beneficiatus, & ſic Papæ, non autem Regi ſubiectus, quo caſu videbatur nulla legitimatio vti facta à non habente poteſtatem ad *tex. in c. per. venerabilem, extra qui filij ſint legit.* Dec. *conſ. 250.* poſt Anchar. *conſ. 320.* Etenim fuit reſponſum verum eſſe hunc filium legitimationis tempore prima Clericali tonſura fuiſſe inſignitum; ſed in facto probatum extitiſſe nunquam illum inceſſiſſe in habitu, & tonſura; ſed ſemper vti mere laicum fuiſſe reputatum, & ideo dicebatur Laicus non autem Clericus *ex Prag. 1. & 2. de Clericis, ſeu Diaco. ſaluat.* & quoad beneficium, quod allegabatur collatum in perſonam legitimati, dictum fuit hoc in facto verum non eſſe, cum tantum eo tempore tenebat tenebat quandam 3

Digitized by Google

dam penſionem ſuper beneficio, quæ quidem penſio eſt quid diuerſum à beneficio Eccleſiaſtico *ad tex. in cap. quamuis il.* 1. *de Priuileg. in* 6. & in *Clem.* 2. *verſ. eadem de ſuppl. negligent. Prælat.* penſio enim poteſt laico aſſignari, Archid. Ioan. Andreas & Philip. Franc. *in dicto c. quamuis*, nec venit appellatione beneficij, Cardinal. *in clement.* 1. *de rer. permutat.* Abb. *in c. ad audientiam il.* 2. *de reſcriptis*, vbi dicit, quod annua penſio, quæ ſuper reditibus Eccleſiarum plenius alicui conceditur, beneficium dici non poteſt, ſicque dicitur eſſe quid mere temporale nullam in ſe continens ſpiritualitatem, idemque Felin. *ibidem* allegans Cardinal. & Anton. de Butr. *in c. conſtitutus de religio. domib.* affirmantes, quod penſio, quæ de reditibus Eccleſiæ ſoluitur, cenſetur dari pro re temporali Eccleſiæ, non autem pro re ſpirituali, & clarius dixerat Bal. *in d. c. ad audientiam.* vbi probat penſionem nullo pacto dici beneficium, cum laico aſſignari poſſit, ex quibus dubitari non poſſe dicebatur, quin iſte legitimatus legitimationis tempore fuiſſet laicus, & ſucceſſiuè potuiſſe eum per Principis ſecularis reſcriptum legitimari.

4 Minus obſtare dictum fuit legitimationem fuiſſe nullam, quia in illo actu nobiles de Sedili, de quorum præiudicio tractabatur, citati non extiterant, & quando valida diceretur cenſeri eam conceſſam abſque Partis præiudicio, *l.* 2. *ſi quis à Principe, & §. merito ff. ne quid in loco publ.* Alexand. *in terminis d. conſ.* 2. *& conſ.* 67. *lib.* 1. Loffred. *conſ.* 41. poſt Bart. Paul. de Caſtr. & Aretin. *in d. l. Gallus §. & quod ſi tantum ff. de liberis, & poſthum.* Reſpondebatur enim quod quando legitimatio ſequitur viuo patre, eo petente filium ſuum naturalem ſiue ſpurium legitimari, agnati, & alij adhuc ſi eis ius eſſet acquiſitum ſpe, vel re citari non debent, dummodo in illos bonorum, quæ ad legitimatum per legitimationem ſpectarent, dominium non eſſet tranſlatum, vt late habetur per Bart. & Paul. de Caſtr. Aretin. & omnes *in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.* idem Aretin. *in l. ſi quis mihi bona §.* 1. *col.* 3. *ff. de acquirend. hæred.* & quamuis non modica ſit difficultas, an quando Rex diſponit ſuper his quæ ſunt iuris gentium, vel naturalis, poſſit Parte non citata diſponere, vt per Soccin. *conſ.* 120. *lib.* 3. tamen quando diſponit ſuper his, quæ ſunt iuris poſitiui, abſque Partis citatione diſponere poteſt, vt per Socc. *loco modo cit.* poſt Bart. *in d. §. & quid ſi tantum*, Bald. *in l. non ita diuus, ff. de adopt.* Anton. de Butr. *in c. cum olim de re iudic.* imò Soc. *conſ.* 83. *lib.* 3. tenet, quod quando Princeps procedit ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, conſtat quod voluit ius auferre etiam Parte non citata, & ſic potuit hoc facere ex cauſa, quæ in Principe ſemper præſumitur, vt per Cyn. *in l. fin. C. ſi controu. Ius, vel vtilit. publ.* Imol. Aretin. & Innocent. *in c. quæ in Eccleſiarum extra de Conſtitut.* Ruin. *in d. §. & quid ſi tantum in fine*, vbi citat. Paul. de Caſtr. *ibidem*, & Dec. *conſ.* 340. in caſu de quo agebatur, non eſt dubium, quod tractabatur de his quæ ſunt iuris poſitiui ex quo Sedilia hæc in Ciuitatem fuerunt introducta a Rege vel Roberto, vel Carolo 2. nec aliud concernunt, niſi dumtaxat Ciuitatis adminiſtrationem, & gubernium, quæ iuris poſitiui ſunt, nō autem iuris gentium, vt per Iaſ. poſt Bal. *in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur.* vbi dicit quod Decuriones iuriſdictionum, & magiſtratuum ſunt de iure Ciuili, quo fit, vt dicamus quod ſicut Rex inter ſuos ſubditos Sedilia introduxit, poteſt ſine dubio legitimare ſpurios, vt gaudeant honoribus Sediliũ abſque alia legitimatione, non enim ſolet Princeps quando Priuilegia cõcedit alios citare, eoque magis in caſu propoſito, in quo legitimatio facta extiterat ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, nec dici poterat fuiſſe illam diſpenſationem potius quam legitimationem, ex eo quod in fine legebatur quod non intendebat Rex eam præiudicium aliquod aliis inferre iure competenti, vel competituro in bonis paternis, vel maternis reſtitutioni ſubiectis ab inteſtato, &c. imò quod volebat, vt ius illud illibatum remaneret ſimulque & intactum, per hanc enim reſeruationem dictum fuit quod non inducebatur vt legitimatio non eſſet ſimplex, & generalis, vt late per Dec. *conſ.* 258. *col. penul. & final.* Vnde, &c.

## OBSERVATIO.

QVod legitimatus per reſcriptum Principis nil à legitimis differat, ac proinde patri ſuo inſimul cum aliis filiis legitimis, & naturalibus ab inteſtato ſuccedat, & ſi fuerit ille præteritus, quod habeat ius dicendi teſtamẽtũ nullum, & ſicut natiuitate poſthumi legitimi teſtamentum rumpitur, ita & per ſubſequutam legitimationem filij naturalis, ſiue ſpurij, ad confirmationem vltra iura, & DD. *hic* per Dominum Regentem relatos ex recentioribus hæc omnia probantibus videndi ſunt Iul. Clar. *in §. teſtamentum q.* 84. Honded. *conſ.* 88. *num.* 7. *lib.* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 23. *num.* 26. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 35. *num.* 12. Theſ. *deciſ.* 84. *num.* 4. Mantic. *de conectur. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 8. Marta *in ſumma ſucceſſ. legal. part.* 1. *quæſt.* 18. *art.* 1. *& par.* 4. *quæſt.* 5. *art.* 2. *num.* 3. Reg. de Pont. *conſ.* 17. *lib.* 1. Conſ. de Anna *conſ.* 106. *num.* 9. Conſ. Paſcal. *de viribus patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 101. & alij per me relati *lib.* 2. *mear. reſol. cap.* 99. *& lib.* 1. *cap.* 322. *num.* 12. 1

Quo vero ad aliam Concluſionem hic pariter tentam, vt legitimatus per reſcriptum Principis excludat ſubſtitutum, in caſu quod inſtitutus ſine filiis deceſſerit, pro veritate huius dicti vide Card. Mantic. *de conieċt. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 10. *à num.* 3. qui latiſſimè quæſtionem tractat, hoc idem tenens, ſed cum duodecim limitationibus, quas vide, eſt etiam videndus Ioſeph. de Ruſtic. *in comment. ad l. cum tuus lib.* 2. *cap.* 15. 2



Digitized by Google

*per totum.* & reſpectu alterius Concluſionis ſimiliter hic firmatæ, nimirum, vt ſicut per natiuitatem filiorum legitimorum, & naturalium reuocatur donatio à patre extraneo facta *ad tex. vulgatum in l. ſi vnquam C. de reuoc. donat.*, ita pariter per ſubſequutam legitimationem filiorum illegitimorum &c. pro veritate vide Mart. tres caſus diſtinguentem *in cit. p. 1. q. 18. art. 2. à num. 8. ad* 10.

3 In puncto autem principali huius deciſ. an legitimatus per reſcriptum Principis cum clauſulis tamen ampliſſimis ad honores Sedilium admicti poſſit, vide Minad. *in conſtit. in aliquib. in verb. filiorum num. 3.* vbi dicit vſum inoleuiſſe in hac Ciuitate, vt quamuis filij inlegitimè nati latè legitimentur, natalibuſque reſtituantur non tamen admittuntur ad honores Sedilium, quibus alij eiuſdem familiæ potiuntur, ſubdens hæc verba, *ſed an iure, vel iniuria non decido*, & de Minad. meminit Paſcal. *cit. tract. de viribus patr. poteſt. p. 2. cap. 4. num.* 127. miror tamen cur hoc Minad. affirmauerit ſi in illis temporibus, quibus hæc ſcribebat, non ſemel fuit contrarium per S. C. iudicatum, & primo in hac cauſa cum Sedili Montaneæ ſecundò in cauſa Achillis de Capua cum Sedili Nidi, tertiò cum idem eſſet iudicatum in alia cauſa cum eodem Sedili Nidi, niſi compertum eſſet legitimationis reſcriptum fuiſſe ſubreptitie, & obreptitie impetratum, vt cernitur ex deciſ. huiuſmet Domini Reg. *infra* 190. & ex allegationibus plo Sedili factis per eximium Iureconſultum Pyrrhum Ant. Lanarium, quæ impreſſæ ſunt inter conſ. D. Reg. de Ponte *lib. 2. conſ.* 20. ſed non in omnibus codicibus 4. in aliis cauſis de quibus per Io. Vinc. de Anna *alleg.* 130. *num.* 12. & per Marcell. de Maur. *alleg. 2. num.* 11. 5. in cauſa aliquorum de familia Carrafa cum Sedili Nidi, quorum deſcendentes adhuc gaudent omnibus honoribus, & prærogatiuis, quibus ceteri de hac familia gaudent: eſt tamen verum quod hodie ceſſet hæc diſputatio, ſtantibus Regiis ordinationibus, quibus ſancitum eſt, vt in omnibus Priuilegiis legitimationum illorum, qui ſunt de familiis Sedilium clauſula apponatur, vt legitimatio intelligatur citra præiudicium Sedilium, ita D. Reg. de Ponte *dicto tract. de poteſt. Proreg. Rubr. de diuerſ. prouiſionibus in tit. de legitimat. ſeu reſtit. natal. num.* 4. vbi addit quod propter hoc nemo citatur, & licet omnia hæc poſſet Princeps, tamen non ſolet, nec debet in tertij præiudicium beneficium concedere Molfeſ. *ad conſuet. noſtras p. 2. tit. de perſonis quæſt. 10. num.* 28. Auguſtinus Caput. *de regn. Reipub. cap. 5. num. 2. & ſeq.* Thor. in addit. ad Reg. de Pont. *loco cit. & in 2. par. ſui compend. in verb. legitimus an admittatur.*

## ARGVMENTVM.

Feudum defuncto feudatario an poſſit penes fiſcum, eo inſtante ſequeſtrari ex diſpoſitione *c. ex præſũptuoſe*, ſi legitimus ſucceſſor ex aliqua cauſa ad illius ſucceſſionem non poteſt claro, & aperto iure venire. Exceptio Dominij in promptu probanda, num in interdicto recuperandæ poſſeſſionis admitti poſſit. Reconuentio an in iudicio ſummario admittatur. Dotata de bonis illius, de cuius ſucceſſione agitur, an à feudi ſucceſſione per fiſcum excludatur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CIII.

CVM orta eſſet controuerſia, quis ſuccedere deberet in Terra Pedimontis fideicommiſſi vinculo ſuppoſita ob mortem ſequutam illius vtilis Domini, & poſſeſſoris abſque filiis an hæres inſtitutus de familia, an ſoror vtrinque coniuncta, an patruus, ſubintrauit in iudicio Regius fiſcus petens feudum hoc, quod eſt magni momenti penes Regiam Curiam ſequeſtrari *ex c. Regni, quod incipit, ex præſumptuoſe*, ex eo quod nemo ex concurrentibus claro, & aperto iure poterat ſuccedere, & quod in iudicio proprietatis demonſtrare volebat, iſtorum neminem legitimum eſſe ſucceſſorem; non ſororem vti dotatam de bonis illius, de cuius ſucceſſione agebatur, ex diſpoſitis *in conſtit. vt de ſucceſſionib. & in Prag. 1. de feud. vulg. dicta la ſelingeria*; non patruũ vti clericum beneficiatũ *c. 1. de vaſal. mil. qui arm. bell. depo. cap. 1. ʒ. mutus in fin. an Mut. vel aliàs imperf. cap. 1. §. qui clericus ſi de feud. defun. conten. ſit &c. & in cap. 1. de feud. femina*; nec pariter hæredem inſtitutum ex quo in quinto gradu per *d. conſtit. excluſa*, cui Regij fiſci inſtantiæ cum ad ſucceſſionem concurrentes ſe opponerent, fuit dubitatum, quid iuris. 1

Per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio cum tribus Regiis Conſiliariis adiunctis, nemine diſcrepante, fuit deciſum non eſſe locum diſputationi *d. c. ex præſumptuoſè*. Ratio deciſionis, quia diſpoſitio huius cap. eſt exorbitans à regalis iuris, ſequeſtrum enim à iure communi prohibetur *l. 1. C. de prohib. ſequeſtr. pecu.* & cum hæc diſpoſitio ſit exorbitans debet intelligi in terminis ſuis, & in quibus loquitur, nimirum quando feudatarius moritur nemine ſibi ſuperſtite qui de iure communi feudorum, vel conſtit. Regni ſuccedere poſſet, vt per Luc. de Pen. *in l. facultas num. 20. C. de iure fiſci lib.* 10. & per Afflict. *in c. Imperialem §. illud de prohibit. feud. alien.* per Frederic. ſicque ſemper in Regia Camera ſeruatum, vnde cum in caſu propoſito duo ad ſuccedendum concurrebant, qui aperto, & claro iure poterant ſuccedere, nimirum Soror vtrimque coniuncta, & Patruus, ergo diſpoſitio *d. c. ex præſumptuoſè* non ſubintrabat, & quamuis fiſcus multa in iure allegabat, ex quibus hi in feudo prædio ſuccedere non poterant, tamen cum omnia, quæ exarabat, cauſam concernebant, proprietatis, & altiorem requirebant indaginem, dictum fuit non poſſe de his in hoc iudicio ſummariiſſimo tractari, ſed 2

in

Digitized by Google

in iudicio proprietatis reſeruari, etenim exceptiones, quæ altiorem requirunt indaginem cum in iudicio ſummario opponantur, ad iudicium plenarium reſeruantur, *l. 3. §. ibidem ff. ad exhiben. vbi gloſſ.* dicit hoc procedere, nedum ſi res altiorem requirat indaginem in facto, ſed etiam in iure, faciunt dicta per Bart. *in l. nam, & poſtea ff. de iureiur.* & per Alexand. *in l. ille à quo §. ſi de teſtamento colum. 2. ff. ad S. C. Trebellian.* nuſquam enim in iudiciis poſſeſſoriis, quæ ſummaria dicuntur iudicia, *l. momentaneæ C. vnde cui, l. 1. Cod. de moment. poſſeſſ.* exceptiones quæ dominium concernunt, vel quæ altiorem requirunt indaginem admittuntur, Bart. *in extrauag. ad reprimendum in verb. ſummariè,* & Franc. Aretin. *in l. naturaliter §. nihil commune, num. 25. ff. de acquirend. poſſeſſ.* & quod in interdicto recuperandæ poſſeſſionis nulla dominij exceptio, etiam in promptu probanda admittatur, eſt *text. in l. ſi quis ad fundum Cod. ad l. Iul. de vi publ. in c. in litteris, & in c. item cum quis, extra de reſtitut. ſpoliat.* notant omnes *in l. ſi de vi ff. de iudic. in l. ordinarij Cod. de rei vendicat. & in d. §. nihil commune*, idemque in interdicto poſſeſſorio retinendæ, prout eſt *gloſſ. in l. ſi de eo*, vbi Bart. & Aretin. *& in d. §. nihil commune ff. de acquirend. poſſeſſ.* vbi addunt, hanc pariter communem eſſe opinionem in interdicto adipiſcendæ, vt eſt illud *quorum bonorum, & quorum legatorum.* confirmabantur prædicta ex notatis per gloſſ. Bal. & Angel. *in l. ſed ſi reſtituatur ff. de Iudic.* & per Aretin. *in d. . nihil commune col. penul.* qui voluerunt in iudicio ſummario reconuentionem non admitti, ex quibus dicebatur, quod ſi in iudiciis poſſeſſoriis exceptiones altiorem requirentes indaginem, ſiue in facto, ſiue in iure non admittuntur, quanto magis in hoc iudicio ſequeſtratiuo poſſeſſionis iuxta *d. c. ex præſumptuosè*, quod iudicium nedum dicitur ſummarium, ſed ſummariiſſimum, proceditur enim in illo, vt in tex. probatur ſummariè ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, abſque libelli oblatione, & litis conteſtatione, vnde merito fuit concluſum exceptiones per Regium Fiſcum voce allegatas ad merita Iudicij ordinarij intentandi eſſe reſeruandas, nec aliter eſſe locum ſequeſtro, iuxta terminos *d. c. ex præſumptuoſe.*

## OBSERVATIO.

1 SAtis iuri conſentanea fuit deciſio hæc, cum ſemper apud nos ſine controuerſia diſpoſitio *c. ex præſumptuosè* proceſſerit, quando feudatarius ſine prole, ſiue legitimo in feudis ſucceſſore deceſſerint, nam vbi legitimus ſupereſt ſucceſſor, licet contra ipſum nonnulla opponantur, quibus certo modo conſtaret in feudo eum ſuccedere non poſſe, non eſt locus ſequeſtro, ſed fiſcus ordinarie in iudicio proprietatis de Iuribus ſuis experietur, iſtoque iure vtimur in Regno, hinc Affl. *deciſ.* 195. & cum eo alij Conſiliarij dicebant nulliter fuiſſe proceſſum ad ſequeſtrum feudi remanſi in hæreditate cuiuſdam Nobilis feudatarij, ex quo prætendebatur ſine prole legitima eum deceſſiſſe, nam cum ſupereſſet filius, quamuis baſtardus; ſed legitimatus etiam ad ſuccedendum in feudis, ſat erat vt dici poſſet feudatarium ſine legitimo ſucceſſore haud deceſſiſſe, & conſequenter non eſſe locum diſpoſitioni *c. ex præſumptuosè.*

Quando autem fiſcus in hac cauſa in iudicio proprietatis ius ſuum proſequi voluiſſet, prout cernitur ex *deciſ.* 108. *in fin.* dico, quod nec etiam obtinere potuiſſet, nam licet ſoror vti dotata de bonis fratris feudatarij defuncti omnino à fiſco excludebatur (licet contrarium diceremus in patre vt ex mente Andreæ bene declarat Camil. de Medic. *conſ.* 61. & poſt eum Lælius Caput. *ad Conſuet. Neapol. ſi moriatur p. 1. §. 5. à num. 9.* Ego ipſe *lib. 1. reſolut. iuris cap. 126. n. 42. & 42.* attamen, quia ſupererat patruus, & tractabatur de ſucceſſione feudi antiqui, hic bene legitimus dicebatur ſucceſſor, & quamuis tempore mortis feudatarij Clericus reperiebatur beneficiatus, qui de iure communi feudorum, & Regni huius ſucceſſionis feudorum dicitur incapax, poterat tamen ſine dubio clericatui, & beneficio renunciare, ſicque in feudo nepotis ſuccedere, ad tradita per Andr. *in c. 1. num. 5. in tit. de benef. fœmina & in c. 1. de Vaſſall. milit. qui arma bellor. depoſ. & in c. 1. an mut. vel alias imperf.* Aluar. *in d. c. 1. col. 3. de Vaſſall. mil.* & Iacob. del Beluiſ. *in c. l. in verſ. quæritur de feudo fœmina*, vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, & de conſuetudine ſeruandam, vt Clericus ſuccedat in feudo ſi dimiſerit habitum re integra, ideſt ante motam controuerſiam ſuper feudi ſucceſſione, idemque conſuluit inſignis Io. Vinc. de Anna *allegat.* 98. vbi in fine teſtatur conceſſum fuiſſe tempus ſex menſium Clerico ad deliberandum, ſi clericatui, & beneficio renunciare intendebat, & in feudo ſuccedere, & quod feudatarius poſſit alienare feudum ſi in immediatum ſucceſſorem habet Clericum beneficiatum, deciſum teſtatur Dominus Reg. de Ponte *in lectionibus feudalibus deciſ.* 4. *num.* 35. & *deciſ.* 4. *à num.* 12. ego ipſe *reſol. iuris lib. 1. cap. 21. à n. 5. ad finem.* 2

Ad confirmationem autem alterius concluſionis hic firmatæ; nimirum vt exceptiones, quæ altiorem requirunt indaginem, cum in Iudicio ſummario opponantur adhuc verſantes in interdicto adipiſcendæ, ſint ad proprietatis Iudicium reſeruanteæ, vide quæ nouiſſime ſcripſi ego *lib. 2. reſol. iuris cap.* 101. *per tot.* 3

## *ARGVMENTVM.*

Caſtellanus alicuius arcis, qua pœna veniat puniendus ſi frumentum pro vſu Caſtri ibi repoſitum vendiderit, ad finem illud renouandi, ſed poſtea pretium inde peruentum in vſus proprios conuertit. Peculatus pœna, quænam ſit. Lata culpa, an & quando dolo æquiparetur. Cuſtos carceris, qua pœna ſit afficiendus, ſi carceratus aufugerit. Duo ſi eſſent carcerum cuſtodes, quorum vnus

ſine alterius ſcientia cum carcerato aufugerit, hic concuſtos an pœna aliqua puniri poſſit, & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CIV.

1 FVIT dubitatum in Reg. Camera Summariæ, quod nam delictum cõmiſerat, & ſucceſſiuè, qua pœna eſſet puniendus Don Franſcicus de Gueuara Caſtellanus Caſtri, & Ciuitatis Iſchiæ, qui frumentum, & alia victualia pro vſu Caſtri ibi repoſita, cauſa illa renouandi vendiderat, & pretium peruentum in vſus proprios conuerterat, ſic Caſtrum abſque prouiſione per aliquos menſes non ſine magno inuaſionis Turcarum periculo, deſerens.

2 Conſiderabatur, quod cum hæc victualia à Caſtellano nomine Regiæ Curiæ vendita eſſent, dubitari non poterat, quin dominium pecuniæ ex hac venditione obuentæ eidem Reg. Curiæ acquiſitum fuerat, acquiritur enim ipſo iure dominium per procuratorem Domino etiam ignoranti *l.1. vbi gloſ. & l. per procuratorem C. de acq. poſſeſſ. l. traditio §. fin. ff. de acq. rer. domin.* & ſucceſſiuè cum Caſtellanus pecunium illam ad vſum publicum deſtinatam pro renouatione victualium in proprios vſus expendiſſet, cum incontinenti noua victualia emere teneretur pro hoc dicebatur peculatus crimen commiſiſſe, *tex. in l.1. & tot. tit. ff. ad l. Iul. pecul. in l.1. C. eod. & in §. item lex Iulia peculatus, Inſtit. de publ. iudic.* cuius quidem criminis pœna deportatio eſt, bonorumque publicatio, vt in iuribus allegatis; addebatur aliud delictum à Caſtellano commiſſum, quia fere per annum Caſtrum reliquerat, ſicque dicebatur malus Caſtri cuſtos; & ſi non fuit in dolo, non poterat negari, quin fuerit in lata culpa, quæ dolo æquiparatur, *l. quod neru. ff. de poſ.* & licet quoad pœnam corporalem ordinariam delicti imponendam regulariter lata culpa dolo non æquiparetur, *l. in lege Cornelia*, vbi Bart. & cæteri omnes *ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Imol. Rom. Aret. & alij *in l. ſi mora ff. ſolut. matrim.* tamen in aliquibus caſibus lata culpa delicto æquiparatur, etiam ad effectum, vt quis corporaliter puniatur ac ſi delictum dolo commiſiſſet, vt eſt caſus *in l. penult. ff. de incend. ruin. & naufr. & in l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis ff. de pœnis*; in caſu propoſito, quamuis nullum damnum ex venditionem dictorum victualium, & ex deſertione Caſtri ſequutum fuerit, tamen quia Turcarum inuaſio poterat de facili contingere, dicebatur, quod Caſtellanus ſaltem in inſulam relegari debebat, eſt enim res mali exempli, Caſtrum magni momenti ſic deſerere, faciunt iura *in l. milites ff. de cuſtodiend. & exhiben. reis, & in l. ad Commentarienſem C. eod.* vbi habetur, quod ſi ex nimia Cuſtodis carceris negligentia, & ſic ex lata culpa reus ibi captus aufugerit, poterit ille pœna vltimi ſupplicij puniri, ſi reus, qui aufugit eadem pœna veniebat plectendus, & quod dicitur de Cuſtode carceris, idem & de Cuſtode arcis, vt per Bald. *in dicta l. ad commentarienſem*, vbi dicit eſſe notandum, quod eſt ſpeciale in Cuſtode carceris, vt ratione latæ culpæ ad pœnam corporalem teneatur, idemque Iaſ. *in l. in actionibus num. 24. ff. de in litem iur.* etſi ex deſertione dicti Caſtri, & venditione victualium inuaſio ſequuta fuiſſet, dicebatur dubium non eſſe, quin Caſtellanus ex ſola lata culpa poterat pœna mortis puniri; hæc cauſa non fuit deciſa, quia D. Prorex huic Caſtellano gratiam fuit.

## OBSERVATIO.

EX dictis per Dominum Regentem hic quorum meminit Taſſon. *in prag. de anteſ. fol. 181. n. 377.* clare dignoſcitur, quod ſi Caſtellanus iſte gratiam à Domino Prorege aſſequutus non eſſet, in inſulam relegabatur; ſed crederem quod ſat erat pœna tantum priuationis Caſtri, idque ob nimiam negligentiam in cuſtodiendo, nam cum nullum ſe obtulerit amiſſionis Caſtri periculum, nec dolo per annum illud deſeruerit, nam eſt cur tàm rigoroſe contra eundem procedi poſſet, vt in inſulam relegaretur; quando autem Caſtrum eſſet amiſſum, etſi ex lata Cuſtodis culpa, pœna mortis teneretur, eſſet enim in hoc caſu Caſtos inexcuſabilis, etſi leuis tantum, vel leuiſſima culpa interueniret, adhuc punitur, ſed non tam rigoroſe, ita Petr. Gaball. *reſolut. crim. cent. 3. caſu 294. num. 285.* 1

Et de Cuſtode carceris, vt ſi ex ſui negligentia carceratus aufugerit, vltimi ſupplicij pœna plecti poſſit, ſi tamen reus, qui aufugit eadem pœna veniebat plectendus, dic tu iuxta opinionem Domini Reg. fundatam in diſpoſitione *l. ad commentarienſem C. de Cuſto reor.* hoc idem firmaſſe Iul. Clar. *in prax. crim. §. fin. quæſt. 68. num. 8.* vbi ſubdit, quod ſi is qui aufugit detinebatur pro crimine non capitali, tunc Iudicis arbitrio punitur iuxta modum culpæ, allegat Boſſ. *in prax. in tit. de Carcer. num. 10.* idemque ſcripſerunt Decia. *in tract. de omni genere homicidij num. 375.* Menoch. *de arbitr. Iudic. caſu 202. num. 2.* & ex noſtratibus Thom. Gram. omnino videndus *voto 29. per totum*, & Ludouic. Carrer. *in prax. crim. fol. mihi 234.* multa etiam ad rem ſcripſit Afflict. *in Conſtit. Regni Caſtellani*; eſt tamen verum quod ſi duo eſſent Carcerum Cuſtodes & vnus ſine alterius ſcientia, & conſilio cum Carcerato aufugeret, concuſtos non tenetur, quia iuſte de ſocio ſuo fuit confiſus, ita poſt Alex. & Bolog. docet Baiar. in addit. ad Iul. Clar. *in cit. quæſt. 68. num. 20.* vbi addit, hoc bene procedere, quando dominus Carceris vel Caſtri ſocium appoſuit, quia ſecus ſi Commentarienſis vel Caſtellanus ſocium appoſuiſſet, allegat Parid. *de ſyndicat. in §. licet dicatur, quod carceratus num. 3.* tunc enim cuſtos teneretur provt de ſubſtituto à Cuſtode ſiue de famulo ipſius non Carceris cuſtodiam deputato loquitur Gram. *in conſtit. Reg. Cuſtodes num. 5. per regulam l. 1. §. quod noniſſime, & §. familia ff. de public. & vectigal.* vbi addit hoc adeo verum, quod ſi Cuſtos 2

Digitized by Google

Cuſtos ſubſtitutum illum ſeu famulum exibuerit, nullatenus liberatur, ſi tamen ipſius cuſtodis culpa ſe offerret in ſubſtituendo minus idoneum, ſiue in committendo famulo negligenti, vide illum, quia materiam bene enucleat caſum in facto referens, aitque vigeſies in Noſtra Magna Curia iudicatus munere functum fuiſſe, quando tamen de his omnibus diſputari continget, recurre ad Proſp. Farinac. latiſſimè de his agentem *in prax. crim. in tit. de carceribus & carcerat. quæſt. 31. per totam.*

3 Ad illud autem, quod hic annuit Dominus Regens, vt Caſtellanus cum primum Victualia vendat, teneatur ex pretio peruento incontinenti noua victualia emere, addo, quod hodie 16. Maij 1658. iudicauimus in Regia Camera, ſic conſulendo Excellentiſſimo Proregi vt renouatio Victualium in Caſtris fiat in fine menſis Maij, & principio menſis Iunij, & de lucro, quod ex hac renouatione forſan contingeret, teneri Caſtellanos reddere computum cum lucrum ſit Regis, non autem Caſtellanorum.

## *ARGVMENTVM.*

Nouatio, quæ regulariter non fit, niſi expreſsè vt fiat, Partes conueniant, num aliquando ex coniecturis claris, & indubitatis inducatur. Hypotheca ſuper re feudali, vt in alium transferatur, an requiratur Regius aſſenſus, & quid ſi creditor renunciaret hypothecæ, ſiue remitteret annuos redditus, quos in feudum tenebat ſuper corpore feudali, num in augmentum feudi valeat renunciatio hæc ſine aſſenſu. Hypotheca an ſine perſonali actione ſubſiſtere poſſit. Feudum an poſſit abſque aſſenſu locari, & de aliis.

## DECISIO CV.

1 IN cauſa creditorum Comitis Sanctæ Seuerinæ, cum Marchione Lauri fuit habita pro indubitata communis, & vulgata illa concluſio, quæ deſumitur ex tex. *in l. fin. Cod. de nouat. & in §. præterea Inſtit. quib. mod. tollitur obligat.* nimirum vt nouatio, iure nouo attento, nullatenus inducatur niſi expreſsè, vt fiat, Partes conueniant, idque ſiue in ſecunda ſtipulatione ſit adiecta noua perſona, ſiue in ea ſit aliquid auctum, vel in quantitate, vel in pignore vel etiam datis fideiuſſionibus, vt adhuc nec ipſo iure, nec ope exceptionis nouatio facta cenſeatur, qua de re bonis per Alexand. Imol. Socc. & alios *in l. qui vſufructum ff. de verb. obligat.* Paul. de Caſtr. Imol. & Ruin. *in l. 2. ff. de nouatio.* Gugliel. de Cunt. & Bal. *in l. reſcriptum* §. *ſi pacto ff. de pact.* Cuma. Paul. de Caſtr. & Imol. *in l. Valerianus ff. de nouatio.* Fulgoſ. Aretin. & Iaſ. *in l. ſingularia ff ſi cert. petat.* & per alios hic relatos ſed fuit dubitatum an hæc concluſio procedat vbi ex coniecturis claris, & indubitatis conſtaret quod Partes voluerunt primum contractum nouare, & in ſecundum iura eorum transferre; pro opinione affirmatiua fuerunt allegati Cyn. *in l. cum quid ff. ſi cert. pet.* Salyc. *in d. l. fin.* Alexand. *conſ.* 10. *lib.* 1. Soccin. *conſ.* 21. *lib.* 1. *& in d. l. qui vſumfructum*, at in caſu de quo agebatur fuit conſideratum, quod in ſecundo contractu erat facta expreſſa reſeruatio iurium primi contractus, ſicque non fuiſſe veriſimile, vt creditor, qui erat perſona cautiſſima voluerit à primo contractu recedere, ad quam fuit in terminis allegatus Socc. *in dicto conſ.* 21. *col.* 2. tum etiam quia in hoc ſecundo contractu fuit conuentum, vt cenſeatur reſolutus vbi inibi promiſſa non adimplerentur, & cum verè adimpleta non fuiſſent, remanſit ipſo iure nullus, & dum talis dicebatur prior contractus nouatus dici non poterat ad finem vt priora Iura extincta dicerentur, *ad tex.* & ibi Bald. & Salycet. *in l. ſi paternam Cod. ad S.C. Velleian.*

Nec obſtare dicebatur creditorem in hoc 2
ſecundo contractu renunciaſſe ſiue ceſſiſſe hypothecam in primo contractu acquiſitam, nam cum tractabatur de hypotheca ſuper re feudali, non poterat in alium ſine aſſenſu transferri, & licet in augmentum feudi valeat creditor abſque aſſenſu hypothecæ renunciare vt per Afflict. *deciſ.* 232. quamuis contrarium ſenſerit *in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ*, attamen dictum fuit, quod quando Afflict. in hoc bene dixerit, procedit in terminis, in quibus ipſe loquitur, nimirum quando renunciatio hypothecæ fit Domino feudi, ſecus autem in caſu de quo agebatur, in quo fuit hypothecæ renunciatum, ſiue ceſſa iura in beneficium illius, qui Dominus feudi non erat, & ſi diceretur per ceſſionem actionem perſonalem fuiſſe extinctam, remanſit tamen realis ſuper feudo validè contracta, nam quamuis actio hypothecaria ſine perſonali in eſſe deduci non poſſit, tamen quando eſt in eſſe deducta, bene poteſt remanere hypothecaria, perſonali ſublata Imol. *in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim. per tex. in l. ſi hæres pecuniam ff. ad S C. Trebell. & in l. ſi pignoris ff. famil. herciſc.* & hoc videtur dicere Afflict. *in dicta deciſ.* 232. *in fin.* & facit *text. in l.* 1. *ff. de rebus cor.* quem benè declarat Neguſ. *de pign. par.* 4.

Conſiderabatur pariter reſolutio ſecundi 3
contractus, dum ex parte debitoris promittentis non fuerunt adimpleta promiſſa, & creditor ita demum volebat vt noua conuentio locum haberet, quando ei promiſſa fuiſſent completa, *dictione* illi adiecta, *& non aliter*, quæ quidem *dictio* importat quod ſi modus

V 3 ille

ille non ſeruaretur, actus non tenet Socc. *conſ.* 251. *col.* 4. *lib.* 2. poſt Bal. quem allegat *in cap.* 1. §. *denique col. fin. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt.* vbi dicit quod ſi Vaſallus ſine Domini conſenſu feudum vendit cum proteſtatione ſaluo iure filiorum, & ipſius Decreti Domini, & non aliter, nec alio modo, tunc nihil dicitur eſſe actum, quia alienare non intendit, niſi cum dicta proteſtatione; ſed quia in hoc fuit animaduerſum, quod deficiebat factum, nimirum, quia creditor nullatenus egerat pro reſolutione ſecundi contractus, imò poſitiuè pro obſeruantia illius, habentes Domini Iudicantes omnia prædicta pro veriſſimis, ex hoc ſolo ficto nouiſſimè ponderato determinarunt actionem illam realem, quæ competebat vigore primi Contractus, remanſiſſe penitus extinctam, & ſic tertij poſſeſſores bonorum debitoris contra quos actione reali virtute primi Contractus creditor greſſus ſuos direxerat, fuerunt abſoluti; hæc principaliora fuerunt ponderata; eo etiam pro indubitato habito, nimirum feudum poſſe ad modicum tempus abſque aſſenſu directi Domini locari, quia per illum contractum nullum ius reale ſuper feudo conſtituitur, allegat gloſ. & Afflict. *in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ*, & Bart. *in l. codicillis* §. *inſtituta ff. de lega.* 2.

## OBSERVATIO.

1 CVm dictis per D. Reg. hic in illa Concluſione, quod nouatio non inducatur, niſi expreſsè, vt fiat, Partes conueniant iuxta diſpoſitionem, *tex. in l. fin. C. de nouat. & in* §. *præterea inſtit. quib. mod. toll. obligat.* quodque tacite pariter induci poſſit ſi ex coniecturis claris, & indubitatis conſtaret, quod Partes voluerant primum contractum nouare & in ſecundum iura eorum transferre, conueniunt Affl. *deciſ.* 44. *n.* 5. Loffred. *conſ.* 24. *n.* 18. *verſ. quod ſi quis*, Præſ. de Franch. *deciſ.* 15. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 134. Lanar. *conſ.* 23. Andr. Gaill. *pract. obſeruat. lib.* 2. *obſer.* 50. Alex. Trentacinq. *conſ.* 42. *lib.* 1. Gratian. *deciſ.* 117. *num.* 12. *& ſeq. & diſceptat. forenſ. lib.* 2. *cap.* 290. Maſtrill. *deciſ.* 40. Chriſtoph. Martius *exam.* 41. *à num.* 10. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 17. *tit.* 3. *num.* 21. aliique relati per Horat. Viſcont. *in ſuis concl. iur. in verb. nouatio.*

2 Circa verò aliam concluſionem hic tentam ex Afflict. *deciſ.* 232. vt creditor ſuper feudo cum aſſenſu poſſit ad beneficium feudatarij debitoris hypothecæ renunciare illamque abſque aſſenſu remittere, ad confirmationem videndi ſunt Loffred. *in ſuis paraphr. ad c. imperialem fol. mihi* 55. *art. col.* 2. *verſ.* Dominus Barthol. de Capua, Capyc. *deciſ.* 156. Vrſill. in addit. ad Affl. *loc. proximè cit.* Dom. de Franch. *deciſ.* 540. *n.* 22. Marcel. de Maur. *alleg.* 42. *num.* 10. Franciſc. de Amic. *in comment. ad tit. de his qui feud. dar. poſſ.* §. *& veniendo ad primam, ſub num.* 8. *fol.* 161. *&* 165. Frecc. de ſubfeud. *in* 10. *limit. ad conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ*, Ego ipſe *reſol. iuris lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 41. Horat. Viſcont. *de ſuis concl. iuris in verbo aſſenſus Regius*, Horat. Montan. optime *in repet. l. Imperialem à num.* 135. Thor. *in compend. deciſ. par.* 1. *c. in verbo remiſſio*, & hæc eſt ipſa veritas, quando creditor remittit hypothecam, quã habet ſuper feudo: at ſi ego haberem tot annuos in feudum ſuper aliquo feudo, ita vt illi annui reditus conſtituant feudum formatum ex ſe, à Caſtro, ſiue feudo vbi ſiti ſunt, diſtinctum, hoc enim caſu, ſi Dominus illorum annuorum redituum vellet illos Domino feudi remittere, certè neceſſarius erit ſuper hac remiſſione Regius aſſenſus, vt benè aduertit Montan. *loc. cit.* ante *num.* 136. *fol.* 69. & in hunc modum recipio ſcripta per Camer. *in repet. l. Imperialem fol.* 5. *&* 6. 15. *&* 16. per Io. Vinc. de Anna *in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ num.* 173. *cum pluribus ſeqq.* & per Ioan. Andr. de Georg. *in repet. feudal. cap.* 44. *per totum.*

Et quoad illud axioma hic firmatum, vt actio hypothecaria à principio in eſſe deduci non poſſit ſine perſonali, licet ex poſt, ſublata perſonali, hypotheca remanere poſſit, quod proprie contingit, quando qui fundum obligauit, illud demum in alium transfert, vide nouiſſimè ſcripta per Montan. *loc. cit. fol.* 68. *art. poſtquam autem*, & Mercurialem Merlin. qui materiam benè declarat, & exornat *lib.* 5. *de pignor. tit.* 1. *quæſt.* 23. *per totam.* 3

Quantum vero attinet ad aliam Concluſionem, quam Dominus Regens noſter in calce huius deciſionis pro indubitata ſupponit, nimirum, vt feudum poſſit ad modicum tempus abſque directi Domini aſſenſu locari, vide ſcripta per me, *lib.* 2. *reſol. iuris c.* 31. vbi huic ſententiæ pariter adhæſi, ſic improbando Camill. de Medic. *conſ.* 147. 4

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius ſuper alienatione feudi impetratus, an & quando nulliter conceſſus dicatur ob difformitatem à contractu, & quod ſi ſupplicans ſe retulerit ad inſtrumentum, cuius tenor in ſupplicatione porrecta dictum fuit, vt haberetur pro expreſſo, ſicque in conceſſione aſſenſus reſponſum, an per hoc ad difformitatem euitandum cenſeatur, vt Dominus, qui aſſenſit, ſit informatus, & plenam cognitionem habeat de omnibus, quæ in inſtumento continentur, ac ſi in ſupplicatione expreſſa, ea eſſent, & de aliis.

## DECISIO CVI.

CONCESSERAT olim Princeps Salerni Leonetto Mazzacano Iuriſdictionem criminalem, & Baiulationem Caſalis Sancti Iacobi in pertinentiis Terræ Diani, eo expreſſo quod d. Criminalis Iuriſdictio, & Baiulatio ab ipſo Principe tenerentur, & quod ei adoha, & releuia ſoluerentur, & vbi alienari contingeret, quod aſſenſus ab eodem Principe concedente impetrari deberet, Leonettus pro hac conceſſione validãda ſupplicauit Cæſareæ Maieſtati pro aſſenſu, nulla de prædictis qualitatibus in 1

concef

Digitized by Google

conceſſione adiectis, mentione facta; ſed ſolum verbis generalibus relato conceſſionis inſtrumento, cui quidam ſupplicationi fuit Regius præſtitus aſſenſus, habita relatione ad ſcripturas in ſupplicatione expreſſas, illorum tenore pro expreſſo habito, eo tamen adiecto dummodo conceſſionarius teneret iuriſdictionem illam immediate, & in capite à Regia Curia cum ſolutione adohæ, & releuij; contigit demum infœliciſſimum Principem læſæ Maeſtatis criminis fieri reum, ob quod omnia eius bona fuerunt Regiæ Curiæ, vt par erat, acquiſita, vnde inſtitit Fiſcus declarari res, vt primo conceſſas ad eamdem Regiam Curiam ſpectare, ex quo illorum dominium præſupponebat, nuſquam à concedentis perſona abceſſiſſe, quo factum fuit, vt quid iuris dubitaretur.

2 Fuit per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio deciſum pro fiſco, cauſæ Commiſſario tantum diſſentiente, ratio deciſionis fuit, quia verè dominium conceſſæ iuriſdictionis, & baiulationis nunquam in conceſſionarium fuit tranſlatum, nam licet ſuper conceſſione prædicta Regius fuiſſet impetratus aſſenſus, tamen dicebatur toto cœlo difformis à contractu, & conſequenter pro non impetrato habebatur, non enim fuerunt narratæ Regi reſeruationes à concedente in conceſſione factæ, & ſic ſuper illis dici non poterat, quod fuerit impetratus aſſenſus, imò aſſenſus, qui fuit conceſſus directo aduerſabatur conceſſioni factæ; nam ſi in illa fuit expreſsè dictum, vt res quæ concedebantur à concedente, tenerentur cũ ſolutione adohæ, & releuij, in aſſenſu demũ, qui fuit conceſſus, dictum fuit, quod tenerentur immediatè à Regia Curia, & quod illi adoha, & releuium ſoluerentur, ſicque dicebatur, propter hanc difformitatem dominium in conceſſionarium nullatenus fuiſſe tranſlatum, quia paria ſunt, & ita eſt contractus nullus, confirmatione non ſequuta, vel quod ſit ſequuta; ſed inualidè Andr. *in c. Imperialem in vltim. addit. de prohib feud. alien.* per Frederic. Rex enim præſtando aſſenſum, feudum dare non dicitur, ſed ſolum tollit obſtaculum impeditiuum per quod dominium rei feudalis mediante contractu alienationis in alium tranferri non poteſt, vt per eumdem Andr. *in d. c. imperialem, in princip. in prima addit. colum. 5. & 6. verſ. item quæritur an conſenſus*, & in ſimili notat. Bal. *in l. ſicut proponis C. de ſer. pigm. dat. manumiſſ.* quare dicebatur (quod cum iſtarum rerũ donatarũ dominiũ in conceſſionariũ non fuerit tranſlatum, idque ex defectu aſsenſus nulliter præſtiti, remanſit illud ſine dubio pœnes concedentem, ob cuius rebellionem, cum omnia bona, & Iura quæ tenebat, fuiſſent Regiæ Curiæ acquiſita, fuit pariter quæſitum ius hoc, quod tenebat Princeps reiuindicandi iuriſdictionem, & baiulationem, vt ſupra conceſſas, vnde merito pro fiſco fuit pronunciatum.

---

## OBSERVATIO.

Cauſæ Commiſſarius, qui diſſenſit, votum ſuum pro Magiſtro Leonetto, contra fiſcum proferens, vt annuit Dominus Regens fuit Dominus Paulus de Magnanis Regiæ Cameræ Præſidens: cogitauit ad ſic votandum motus, quia cum ſupplicatum eſſet pro aſſenſu ſuper conceſſione Iuriſdictionis Criminalis, & baiulationis, quamuis non fuiſſet narratum, quod volebat concedens vt conceſſionarius rem conceſſam teneret in capite ab ipſo concedente, ſat erat, dum ſupplicans ſe retuliſſet ad conceſſionis inſtrumentum, cuius tenor in ſupplicatione porrecta dictum fuit, vt haberetur pro expreſſo, & ita à Dominis Regiam Cancellariam Regentibus reſponſum; vnde exiſtimauit forſan hanc relationem ad inſtrumentum expreſſionem eſſe eorum, quæ in inſtrumento contineãtur, ad tex. *in l. 1. §. ſi prætor. ff. de re iudic. & in l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit.* quæ iura in propria materia allegat Marin. Frecc. *lib. 2. de ſubfeud. in quæſt.* 15. vbi addit, quod dum Rex remanet contentus aſſentire omnibus quæ in inſtrumento ſcripta ſunt, eaq; vult vt pro expreſſis haberentur, conſetur per hoc cauſæ cognitionẽ habere, ac de omnib. quæ in inſtrumento continentur, ſe informatũ eſſe, ſicq; habetur ac ſi nominatim ei omnia narrata eſſent, nõ enim ſic cõcedens decipitur, quia ſic ſibi placet aſſentire, allegat. Felin. *in c. nonnulli, de reſcript. & in c. accedentes, de præſcriptionibus* Dec. *conſ.* 165. & 373. *in fin.* Iaſ. *in l. 1. ff. ſi quis in ius voca. & in conſ.* 121. & Loffred. *conſ.* 12. & quod ſufficiat expreſſio per relationem ad inſtrumentum, vel ad aliam ſcripturam, etiam vbi ſpecialis requiritur narratio, & expreſſio, allegatur tex. *in l. omnes ibi ſpecialiter, & nominatim,* vbi Bal. & Angel. *C. de præſcript.* 20. vel 40. *annor.* Oldrad. *conſ.* 117. & Io. de Anania *conſ.* 56. etenim ex hac forma ſupplicandi obreptiones, & ſubreptiones euitantur, vnde merito ſubdit Frecc. ſecundum hanc opinionem ſæpe in S. C. iudicatum fuiſſe, ac Dominos Regiam Cancellariam Regentes reſpondiſſe; At quia Partes in inſtrumentis nonnulla inſerebant pacta prorſus extranea, quæ ſi narrata extitiſſent à Rege exploſa ac penitus improbata fuiſſent, ſicque aſſenſus expreſsè denegatus fuiſſet, ad tollendas dubitationes illorum verborum, nimirum cuius tenor, & ſtylus inoleuit, vt opponeretur clauſula *quoad expreſſa tantum* per quam reſtringitur aſſenſus ad id tantum, quod narratum, & expreſſum eſt Regi, non autem ad id, quod in inſtrumento eſt actum. 1

At quicquid ſit de hoc, ceſſabat in caſu huius deciſionis omnis dubitatio propter difformitatem aſſenſus à conceſſione; nam in ea dictum fuit, vt conceſſionarius teneret iuriſdictionem criminalem Sancti Iacobi, & baiulationem ab ipſo concedente, quodque ei releuium, & adoha ſolueretur; in aſſenſu autem dicebatur, dummodo conceſſionarius rem conceſſam immediate teneret à Rege, ergo difformis à contractu, vnde ſicut Baro concedens conceſſionem à ſe factam tanquam aſſenſu carentem reuocare poterat, ſic pariter, & Regius Fiſcus, cui propter concedentis rebellionem omnia illius bona, & iura fuerunt acquiſita, & ita in propriis terminis noſtris reſpondet inſignis Camer. *in repet. l. imperialem fol. 56. lit. R.* & per hæc notabilia verba. *Quo notate pro concuſſionibus, quæ hodie* 2

*hodie fiunt per Barones, dum tamen teneant feudum ab eiſdem, & feudatarius impetrauit aſſenſum Regis, ita vt immediate teneat à Rege, nam tunc neutrum tenet, quia nec qualitas, vt teneatur à Barone, nec illa vt teneatur immediate à Rege adimpletur, & ſumus ſub regula l. non codicillum C. de teſtam. ſic iudicauimus hoc anno* 1540. *in cauſa feudi Baʒani in Reg. Camera in fauorem Illuſtriſſ. Ducis Luceris contra Fiſcum*, & de Camer. memor fuit Reg. Rou. *in rub. Prag. de feudis n.* 85.

## ARGVMENTVM.

Officium ſi reperitur duobus conceſſum, ſed vni prius, alteri poſterius, vter in illius aſſequutione erit præferendus, an qui prior eſt in data conceſſionis, vel potius alter, qui eſt poſterior in data; ſed prior in poſſeſſione & de pluribus ad ornatum tex. *in l. quoties C. de reiuendicat.*

## DECISIO CVII.

1 ILLVD eſt de quo in hac deciſ. fuit dubitatum, quiſnam eſſet præferendus in aſſequutione officij duobus conceſſi, ille, qui prior erat in data conceſſionis, vel potius alter, qui erat poſterior in data; ſed prior in poſſeſſione.

2 Per Reg. Cameram facta relatione in Collaterali Conſ. fuit deciſum, eſſe præferendum illum qui priùs officij poſſeſſionem aſſequutus fuerat, quãuis in data cõceſſionis fuiſſet poſterior; Ratio deciſionis fuit, quia licet officiũ habeatur ad inſtar beneficij vt per Loffred. *cõſ.* 21. *n.* 7. vbi in materia officiorũ allegat iura canonica de beneficiis loquẽtia, & in beneficiis Eccleſiaſticis ille præfertur, qui eſt prior in data, licet poſterior in data prius literas ſuæ gratiæ præſentauerit vt ſunt iura *in c. ſi tibi abſenti, & in c. ſi à ſede Apoſtolica, de præben. in* 6. facit tex. *in c. ſi duobus & in c. tibi de reſcript. eod. lib.* 6. tamen quia in facto conſtabat illum, qui erat prior in data ab huius Regni Prorege officium prædictum obtinuiſſe, aliumque qui poſterior erat in conceſſione; ſed prior in poſſeſſione à Domino noſtro Rege, & huius officij collatio ſpectabat ad Regem, ex quo erat in annuo reditu, ſiue ſalario ſupra ducatos centum, quo caſu Proreges poteſtatem aliquam officia conferendi non habent, ideo illa Collatio à Prorege facta extitit à principio nulla, & conſequenter de ea ratio aliqua haberi non poterat; etenim quamuis Proregum poteſtas, quæ in eorum Priuilegiis exprimitur magna ſit, cum in illis inter alia dicatur, vt poſſint omnia & quæcunque officia prouidere, tam magna quam parua, & tam ad tempus, quam ad vitam, attamen in Inſtructionibus, quæ ſecretò, & ſeparatim dantur, poteſtas illa tam amplia in Priuilegio expreſſa in multis reſtringitur, & limitatur, ſignanter in officiis, nam videmus multa officia à Proregibus non prouideri, & inter cætera illa quæ emolumenta habent annuos ducatos centum excedentia, ſicque dicebatur non eſſe attendendum Priuilegium, quod legitur ampliſſimum, & pro honore, & dignitate Proregum, ſed Inſtructiones, quas Rex præciſe ſeruari mandat; quibus ſic pro veriſſimis habitis, iuſtitia illius qui à Rege prouiſionem obtinuerat, in tuto erat, nàm ſi de prouiſione facta à Prorege ratio aliqua haberi non poterat, tanquam nulla ex defectu poteſtatis, non erat locus indagationi an ſit attendenda dies datæ, vel potius captæ poſſeſſionis; iura enim *ſupra* allegata procedere dictum fuit, quando ordinarius poteſtatem habebat conferendi beneficium, & alius ſimiliter eandem habebat poteſtatem, vt eo caſu attendatur, qui prior fuerit prouiſus, quamuis alius ſit anterior in poſſeſſione, at ſi prouiſio ad vnum ſolum ſpectat, hoc caſu attenditur prouiſio facta ab illo, ad quem officij, ſiue beneficij collatio ſpectabat, ſiue prouiſus ſit prior, ſiue poſterior in data, quia de prouiſione alterius, qui nullam habebat conferendi poteſtatem ratio aliqua haberi non poteſt, ita *gloſ.* 1. *in fine in d. c. ſi à ſede Apoſtolica*; nec obſtabat, quod dicebatur impetrationem officij à Rege obtentam fuiſſe ſubreptitiam ex eo quod ab impetrante non erat expreſſum, quod illud idem officium à Prorege alteri extiterat collatum, nam reſponſum fuit, hoc non fuiſſe neceſſarium, quia ſi illa prouiſio à Prorege facta erat nulla, tanquam facta à non habente poteſtatem, certe de actu nullo, & inualido, vel qui poteſt per exceptionem eludi, mentio aliqua facienda non eſt, vt eſt gloſ. notabilis *in c. ſuggeſtum, & verbo quamuis*, & ibi Abbas *extra de iure patr.* ſimilis gloſ. *in c. cum noſtris de conceſ. præb. & in c. ex tenore de reſcript.* Vnde &c.

## OBSERVATIO.

IN hac deciſione habetur, quod quando contingit dubitari, in aſſequutione officij, quiſnam ſit præferendus, an prior in data, an vero poſterior, ſed prior in poſſeſſione eſt recurrendum ad ius canonicum, vt quod per illud ius ſtatutum eſt in beneficiis Eccleſiaſticis, ſeruetur pariter in officiis, Vndè cum in beneficiis prior in data ſit ſemper præferendus poſteriori in data quantumuis poſſeſſori, iuribus hic in principio citatis, Iaſ. *in l. quoties num.*.... *C. de reiuindicat.* Gaill. *pract. obſer. lib.* 2. *obſer.* §. *num.* 9. ita pariter in officiis ſeruandum, vt ſemper præferatur, qui prius officium impetrauit, quamuis à Principe alteri demum reperiatur conceſſum, & in illius poſſeſſione hic ſecundus inueniatur, ſicque alius per Regiam Cameram in terminis terminantibus deciſum teſtatur Regens Salern. *deciſ.* 11. id quod comminiter receptum eſt in omni largitione, quæ de re aliqua ſit à Principe, 1

Principe, priuilegio mediante ſubdito ſuo benemerito, vt prima conceſſio ſecundæ alteri factæ, quamuis cũ poſſeſſionis traditione potior ſit, ita in Ang. *in l. officium num. 2. ff. de rei vendit.* Alex. *conſ. 3. num. 8. lib. 5. & conſ. 11 num. 8. lib. 6.* Dec. *conſ. 589. num. 2.* Thom. Gram. *deciſ. 59. num. 20.* Roger. à Mota *in l. traditionib. num. 13. C. de pactis* Couar. *lib. 2. var. cap. 19. n. 3.* Gaill. ſatis bene *cit. obſer. 55.* Miſinger. *ſing. obſeru. cent. 3. obſer. 61.* Cabedus *deciſ. Luſit. 30. num. 9. lib. 2.* & alij penes Barboſ. *in collect. ad l. quoties C. de rei vendit. n. 17.*

2 De iure Ciuili ex diſpoſitione tex. *in d. l. quoties C. de rei vendit.* regula eſt in contrarium, vt in re diuerſis temporibus vendita duobus, ſemper præferatur ſecundus emptor, cui fuit res prius tradita, illi cui prius fuit facta venditio, idque in omnib. contractibus ſiue oneroſis, ſiue lucratiuis, vt per Ant. Gomez. *variar. reſol. tom. 2. cap. 2. num. 20.* Saleſ. *in tract. de contract. tit. de emptio. & vendit. dub. 46. num. 3.* Molin. *de iuſtit. & iure tract. 2. diſput. 369. num. 6.* Idemque in contractu locationis Ant. Gomez *loco paulo ante cit.* Vrſill. ad Affl. *deciſ. 238. num. 7.* Molin. *loco cit.* Cotta *in ſuis memorial. in verb. locatio*, Giurb. *deciſ. 59. num. 4.* Muta *deciſ. 35.* Ant. Fab. *de error. Prag. decad. 24. error. 10. num. 24. & 25.* Mart. *vot. 35. num. 12.* Ego ipſe *reſol. iuris lib. 2. cap. 240.* vbi alios citaui, contrariæ opinionis authores reprobans, excepto ſi primus conductor ſpecialem haberet hypothecam in re locata, vel ſaltem generalem, nam eo caſu primum præferendum fore affirmant Addentes ad deciſ. Gamm. 130.

3 Eſt verum, quod hæc omnia pluribus modis limitantur, ſignanter quando venditio, vel donatio facta appareret cum clauſula conſtituti, & precarij, per quod dominium, & poſſeſſio transfertur, ad tex. *in l. quod meo, & in l. interdum ff. de acquir. poſſ.* ſicque ſemper primus emptor ſecundo, quamuis poſſeſſori, erit præferendus, ita DD. præſertim Alber. Aret. & Iaſ. *in d. l. quoties* Oldrad. *conſ. 114.* Bal. *in rubr. C. de contrah. emptione in 16. quaſt.* Tiraquell. *de iure conſtit. part. 1. num. 21.* Reg. Salern. *loc. cit. num. 6.* Ant. Fab. *diffin: 4. C. de rei vendit.* Dominus Conſil. Marcian. *conſ. 40. l. 1.*

4 Secunda traditur limitatio in venditionibus, vel donationibus Eccleſiis, & aliis piis locis factis, quibus abſque traditione dominium transfertur, ita Molina *d. diſput. 369.* Marta *de iuriſd. cent. 1. caſu 19. num.* & latius *cent. 2. caſu 172.* Salas *loc. cit. dub. 49. num. 4.* & alij penes Barboſ. *loc. cit. num. 13.*

5 Tertia traditur limitatio quando ſecundus emptor, cui tradita eſt res, fuerit conſcius venditionis alteri priùs factæ, Iaſ. *in d. l. quoties num. 26. & in d. l. quoties num. 26. & in l. fin. num. 29. C. de Sacro. Eccleſ.* Couar. *lib. 2. var. cap. 19. num. 5.* Gomez *d. cap. 2. num. 20. verſ. ſecundo principalem*, Molin. *d. diſp. 369. num. 9.* Cald. *de emptio. & vendit. cap. 26. num. 30.* Gaill. *d. obſer. 55. n. 11.* ſed hoc eſt intelligendum, quando cum ſcientia concurrit fraus ipſius ſecundi emptoris, quod propriè cõtingit, quando voluntaria eſt venditio, quia ſi à Iudice creditoribus venditoris inſtantibus, tunc cum nulla poſſit conſiderari fraus, ſtatur regulæ *d. l. quoties*, ita ſatis notanter Dominus Conſil. Marcian. *cit. conſ. 40. num. 4. & 5.*

6 Quarta traditur limitatio ſi primus emptor titulo fulcitur oneroſo, ſecundus vero, cui fuit res tradita, lucratiuo, non tunc primus præfertur, ita Palat. Ruuios *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 81. num. 12.* Couar. *d. cap. 19, num. 5. in fin.* Anton. Gomez *d. cap. 2. num. 20. verſ. ex quo deducitur*, Azor. *inſtit. Moral. p. 3. lib. 8. cap. 8. quaſt. 5.* & alij penes Barboſ. *loc. cit. n. 19.*

7 Quinta aſſignatur à DD. limitatio, quando venduntur, vel ceduntur iura incorporalia, nam tunc is potior erit, cui priùs ceſsio facta fuit, Barboſ. *loc. cit. num. 16.* Dom. Regens noſter. *infra deciſ. 44.*

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.

Sexta principalis traditur limitatio, ſi primus em- 8
ptor, pro contractus obſeruantia rem ſibi venditam ſpecialiter hypothecatam haberet, cum pacto de non alienando, nam huius pacti vi, & virtute ſecunda venditio eſt nulla, & ſic prima præualet emptio, ita Tiraquell. *de retract. conuent. §. 3. gl. vnica num. 5.* Couarr. *d. cap. 19. num. 7.* Gomez *d. c. 2. num. 20. verſ. limita quarto*, & alij quos citat Barboſ. *loco ſupra relato n. 21.*

## *ARGVMENTVM.*

Exceptio Clericatus oppoſita aduerſus illum, qui in feudo ſuccedere vult, an litis ingreſſum impediat. Exceptio litis finitæ, an litis ingreſſum impediat, vel potius ad merita cauſæ erit reſeruanda. Exceptiones, quænam ſint litis ingreſſum impedientes, & quæ vti altiorem requirentes indaginem, ad merita reſeruantur, & quando ad merita reſeruantur, an inſimul cum cauſa principali ſunt decidendæ & de aliis.

## DECISIO CVIII.

IN eadem cauſa ſucceſſionis Terræ 1
Pedimontis, de qua *ſupra in deciſ. 103.* quia, vt ibi habetur, inter alios, qui ad defuncti feudatarij ſucceſſionem concurrebat, erat patruus, dato termino in cauſa fuit aduerſus illum oppoſita exceptio inhabilitatis, quia Clericus, & beneficiatus, ſicque per aduerſarios inſtatum, vt nullatenus ad vlteriora in cauſa procedi poſset, ſed priùs, & ante omnia de hac exceptione cognoſcendum, vnde quid iuris dubitatum extitit.

Et per Regiam Cameram facta relatiuè in 2
Collat. Conſilio fuit nemine diſcrepante deciſum, fore ad vlteriora in cauſa procedendum, oppoſita exceptione, ad merita reſeruata, ratio deciſionis fuit, quia licet hæc exceptio impediat litis ingreſsum; cum perſonam inhabilitet, vt per Capyc. *deciſ. 10.* vbi loquitur de Monacho in feudo ſuccedere volente, contra quem fuit dictum, non eſse ad vlteriora procedendum, vt omnis exceptio, qua demonſtratur ipſo iure actionem actori non competere, litis ingreſsum impediat, vt per Bart. *in l. fin. §. pro ſuo in l. cum quærebatur, & in l. vir. bonus ff. iudic. ſol. & in l. nam, & poſtea ff. de iureiur.*

Tamen dictum fuit hæc omnia vere eſse, 3
ſed procedere, quando actor eſset Clericus beneficiatus, ſed quia in caſu de quo agebatur, beneficio iam renunciauerat, & priuſquam ſuper priuatione ſucceſſionis feudi mota fuiſset quæſtio, quamuis remanſerit



Digitized by Google

Clericus primæ tonſuræ, poterat nihilominus in feudo ſuccedere, vt eſt comunis opinio de qua per Curt. *in tract. feud. in 3. part. quæſt. 9. verſ ſecundi, limita col. 6.* & cum exceptio iſta altiorem requirebat indaginem, & aliqua in termino probatorio ſi offerebantur, ideò ad merita veniebat reſeruanda, ita gloſ. & Bar. per illum tex. *in l. 3. §. ibidem ff. ad exiben. l. 2. §. fin ff. de carb. edic. l. 2.* vbi gloſ. & DD. præſertim Iaſon. *C. de edict. diui Hadr. tol.* imò ſi eſſet illa exceptio, quæ dicitur litis finitæ, quæ procul dubio impedit litis ingreſſum, vt eſt tex. *in cap. 1. de lit. conteſt. in 6.* ſi tamen altiorem requireret indaginem, ad merita reſeruatur, vt per Bart. *in locis ſupra allegatis*, Felin. *in c. exceptionem de except.* & Alex. *in l. ille à quo §. de teſtamento ff. ad S.C. Trebell.* hocque procedere dixit gloſ. *in d. §. ibidem ne dum*, ſi negotium altiorem requireret indaginem in facto; ſed etiam in iure, altior enim indago dicitur propter iuris ſubtilitatem, vt per Capyc. *dicta deciſ. 10. col. fin.* Confirmabantur prædicta ex dictis per Aret. *in l. naturaliter §. nihil commune col. 2. ff. de acquir. poſſeſ.* vbi dicit, quod licet in interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis admittatur exceptio dominij, quando opponens offert illam in continenti probare, & non aliter, tamen ſi ex Partium conuentione Iudex videret eam intricari, & proceſſum prolongari, poſſet vtique exceptionem illam ad merita reſeruare, Vnde &c.

## OBSERVATIO.

1 AD plenam cognitionem, quando exceptio, quæ opponitur, litis ingreſſum impediet, & quando vti altiorem requirens indaginem, ad merita cauſæ reſeruanda ſit, & quæ dicantur exceptiones iſtæ videndi ſunt Afflict. *deciſ. 52. & in Conſtit. exceptiones filiationis*, Io. de Amicis *conſ. 63.* (vbi etiam agit, quod ſi opponens in incontinenti ſe offert probare) Maranta *in prax. p. 6. verſ. aduertentur ad exceptiones oppoſitas n. 14. cum ſeq.* Io. Vinc. de Anna *ſingul. 446.* D. Præſ. de Franch. *deciſ. 289. num. 5.* Hippol. de Marſigl. *ſingul. 365.* Menoch. *de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu 20. & lib. 1. q. 53.* Maſull. & Petra in addit. ad Capyc. *deciſ. 10. hic citata*, Muſcatell. *in prax. p. 4. gloſ. finita num. 13.* Borrell. *in ſumma deciſ. part. 1. tit. de exceptio. n. 108.* vbi *num. ſeq.* ait illam dici exceptionem altiorem requirentem indaginem, quæ non poteſt in incontinenti probari, Dom. Reg. Sanfel. *deciſ. 88. per totum*, Iul. Cæſ. Gallup. *in prox. nouis p. 2. cap. 11. n. 6. cum ſeq.* & ſatis bene Dominus Reg. Rouit. *in Prag. de ordine Iudic. & in deciſ. 21. num. 13.* vbi docet, inconcuſſam eſſe obſeruantiam in S. C. vt quotieſcunque aliqua exceptio ſit oppoſita, ſiue dilatoria, ſiue peremptoria, oppoſita tamen in vim peremptoriæ, ſemper ad merita cauſæ reſeruetur, vel decidenda tempore expeditionis cauſæ, interloquendo, quod procedatur ad vlteriora in cauſa principali, & de exceptione oppoſita habeatur ea ratio quæ de iure habenda erit in deciſ. cauſæ principalis, & ex hoc ſequitur neceſſario, vt ſimul, & ſemel decidenda ſit cum cauſa principali, nec modo aliquo expediri poterit ante cauſæ principalis deciſionem; addit demum *num. 14.* quod ſolent quandoque huiuſmodi exceptiones eſſe adeo dubitæ in facto, vt ex probationibus in cauſa principali faciendis facillime dilucidentur, & multoties demonſtrari ſolet tam euidens iuſtitia cauſæ principalis pro vna, vel altera Parte, vt per eam facilius admittatur, vel reiiciatur exceptio, ſicque paſſim teſtatur obſeruatum vidiſſe in proceſſibus antiquis, ſignanter in cauſa Ægyptij cum Ciuitate Gaietæ, in qua fuit oppoſita exceptio Regiæ Pragmaticæ editæ Thori, & vno eodem tempore fuiſſe interpoſitum Decretum, exceptionem non obſtare, & per ſententiam fuerunt condemnati Ciues Gaietani ad ſoluendum Ægyptio ius Lanternæ in Molo magno huius fideliſſimæ Ciuitatis, citat Afflict. *in d. Conſtit. exceptiones filiationis num. 9.*

## *ARGVMENTVM.*

Fiſcus ſi iniunxerit mandatum alicui ad accipiendum pecuniam mutuo ſuo tempore reſtituendam, acceptam iam à mandatario, an reſtituere teneatur ſi hic mandatarius in proprios vnus conuertit; & quid in Ciuitate, an illa obligata remaneat, quando ſyndicus pecuniam ab alio mutuo acceptam in proprios vſus conuertit, & quis teneatur probare pecuniam in communitatis beneficium conuerſam, vel non, an creditor qui pecuniam dedit, vel potius ciuitas & multa ad ornatum *l. Ciuitas ff. ſi cert. petat.*

## DECISIO CIX.

TEMPORE, quod in hoc Regno Princeps Orangiæ Caroli Cæſaris vices implebat, occaſione tunc imminentis belli deputauit perſonam, cui mandatum iniunxit, vt ad omnia Monaſteria ac domos nobilium, & popularium huius Ciuitatis ſe conferret cauſa capiendi pecuniam ſuo tēpore à fiſco reſtituendam & argentum ibi inueniendum, ad hoc, vt militibus ſubueniri potuiſſet; cuius quidem mandati vigore, cum è domo cuiuſdam nobiles capta fuiſſent, quædam iocalia, aurum, & argentum, perſona deputata, quæ bona illa abſtulit non aliter ad Reg. Curiæ beneficium, ſed in proprios vſus conuertit, egit poſtea dictus nobilis contra Regium Fiſcum, ad hoc vt condemnaretur ad ei ſoluendum pretium dictorum bonorum, cui ſic agenti cum fuiſſet oppoſitum, quod bona illa non erant in vtilitatem Regiæ Curiæ conuerſa, dubitari contingit quid Iuris. 1

Et

Digitized by Google

Et per Regiam Cameram ſub die 10. Nouembr. 1537. iſto Domino Regente referente fuit communi omnium conſenſu deciſum, fiſcum teneri ad ſoluendum pretium illorum bonorum, quæ ſub mandato à dicto Principe Vice-Rege dato comprehendebantur, à pretio vero iocalium, & perlarum, ad quas mandatum non ſe extendebat fore abſoluendum, ratio deciſionis fuit quia licet Princeps de damnis à ſuis militibus illatis non teneatur vt per Innocent. *in c. in noſtra de iniur.* tamen in caſu de quo agebatur, attento mandato ſpeciali dato ad bona prædicta capiendum, fiſcus omnino tenebatur, licet actor pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem Regiæ Curiæ non probauerit, ad quod fuit allegatus textus, *in l. 1. §. non autem ff. de exercitat. actio.* vbi dictum fuit eſſe caſum, quod ſi eſt datum mandatum ſpeciale Titio, vt mutuo acciperet pecuniam, cauſa reficiendæ nauis, habita pecunia ad illum effectum, licet poſtea mandatarius in mandantis vtilitatem eam non conuertat, remanet tamen mandans obligatus, nec aliter tenetur creditor probare pecuniam in mandantis vtilitatem fuiſſe verſam, idque procedere etiam contra perſonas priuilegiatas, vtputa Eccleſiam, & Ciuitatem ex Bar. Alex. Aretin. Iaſ. & aliis, *in l. Ciuitas ff. ſi cert pet.* qui, illius tex. diſpoſitione attenta, dicunt ſemper teneri Ciuitatem, quando eſt datum mandatum ſpeciale ſyndico ad mutuo accipiendum pecuniam, licet ſyndicus in proprios vſus illam conuerterit, ſecus vero ſi vſus eſſet ſyndicus mandato generali cum libera, eo enim caſu Ciuitas non tenetur, niſi creditor probaret pecuniam in Ciuitatis vtilitatem fuiſſe côuerſam; Confirmabatur ſententia hæc quia *d. l. Ciuitas*, non niſi in contractu mutui locum habet, ſecus vero in aliis contractibus, in quibus creditor non cogitur probare pecuniam in Fiſci, & Reipublicæ vtilitatem verſam, vt notant Bart. Ioan. de Plat. Luc. de Penn. & alij, *in l. 1. Cod. de vendit. rerum Ciuitat. lib. 11.* Canoniſtæ *in c. 1. extra depoſiti*, Bald. *in Authen. hoc ius porrectum Cod. de Sacr. Eccleſ.* Alber. Paul. de Caſtr. Roman. & Iaſon. *in d. l. Ciuitas*, vbi Paul. de Caſtr. infert, quod ſi adminiſtrator Ciuitatis pannos emeret pro ſeruitoribus Ciuitatis veſtiendis, tenebitur ſemper Vniuerſitas adhuc ſi ſeruitores non fuerint demum veſtiti, facit tex. & quod ibi notant Bart. Paul. de Caſtr. & alij, *in l. eum qui §. fin. ff. commod.* vbi dicebatur eſſe cauſam, quod ſi ego mihi per Nuncium meum rem mihi commodandam & Nuntius rem poſtea commodatam furto ſubtraxit, vel alias amiſit, teneor tamen ego, & efficaciter obligatus remaneo, vnde.

OBSERVATIO.

Ex hac deciſione, vt cernis, illa notabilis elicitur conclusio nimirum, quod quando quis ex mandato ſpeciali fiſci, Ciuitatis, vel Eccleſiæ pecuniam mutuo ab aliquo acceperit, ſemper Fiſcus Ciuitas vel Eccleſia creditori mutuo danti tenebitur, quamuis procurator pecuniam mutuo acceptam non in mandantis vtilitatem, ſed in proprios vſus conuerterit, ſecus vero ſi cum mădato generali, adhuc cum libera pecunia fuerit ab Officialibus Cæſaris, vel à ſyndico Ciuitatis, aut Eccleſiæ mutuo accepta, quia tunc ad hoc vt fiſcus, Ciuitas, vel Eccleſia teneatur, cogitur præciſè creditor probare pecuniam mutuo acceptam in fiſci, Ciuitatis vel Eccleſiæ vtilitatem fuiſſe conuerſam, alias hoc non probato fiſcus, Ciuitas, vel Eccleſia ad nihilum tenebitur. Tu modo ad huius Concluſionis confirmationem vltra iura, & DD. hic citatos, vide Paul. de Caſtro, *conſ. 20. num. 4. lib. 1.* Roman. *conſ. 352. num 4.* Corne. *conſ. 142. num. 6. 15. & 17. lib. 2.* vbi dati omnes Doctores in hoc conuenire, & Ruin. *conſ. 29. num. 4. lib. 5.* quos omnes ex recentioribus citat, & ſequitur Dominus Cardinal. Mantic. qui hanc materiam bene deguſtauit, *lib. 8. de tacit. & amb. ig. coniect. tit. 12. per totum, & tit. ſeq.* vbi plures conſtituit caſus, in quibus probare non eſt neceſſe, mutuo datam pecuniam verſam fuiſſe in vtilitatem Ciuitatis, vel Eccleſiæ, ſed principaliores, ſi Ciuitas in Concilio generali ſyndicum eligat in ſpecie ad obligandum commune, pro mutuo pecuniam accipiendo, vel quando ſyndicus cum mandato ſpeciali Ciuitatis mutuo accepit pecuniam, ſiue quando ſyndicus pecuniam cum mandato generali accepit; ſed poſtea Conſilium generale Ciuitatis ratum habuit, aut quando ſyndicus habet mandatum ſpeciale ad accipiendam pecuniam, vt ea conuertatur in certam cauſam, nam ſi poſtea in illam cauſam non fuit conuerſa, adhuc Ciuitas obligatur, quamuis non probetur pecuniam in eam cauſam fuiſſe conuerſam, ratio aſſignatur quia ſyndicus implet mandatum, quod eſt, vt mutuam pecuniam accipiat in talem cauſam ſic declarans, quando pecuniam mutuo accipit, citat. Bar. *in Authen. hoc ius porrectum num. 17. C. de Sacr. Eccleſ.* & Salyc. *in l. Ciuitas num. 4. verſ. aut in certam cauſam fuit adiectum*, vbi etiam Alex. *num. 2.* & Butr. *num. 12. ff. ſi cert. petat.* & Signoral. *conſ. 212. num. 3.* Addit demum *num. 14.* quod licet in his caſibus non ſit neceſſe probari mutuo datam pecuniam, fuiſſe verſam in vtilitatem Ciuitatis, vel Eccleſiæ, tamen Ciuitas, & Eccleſia exemplo minoris poſſent in integrum reſtitui aduerſus creditorem, niſi huiuſmodi probauerit verſionem, citat tex. *in l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. credit.* ſed hoc ait in mutuo fœneratitio, ſecus in gratuito; concludit, & tandem, quod ſiue mutuum ſit fœneratitium, ſiue gratuitum debet ſemper probari verſum in vtilitatem Ciuitatis, vel Eccleſiæ, quando adminiſtrator non habet ſpeciale mandatum ad mutuo accipiendam pecuniam, citat tex. *in d. l. Ciuitas*, vbi Bart. *num. 8.* & Salyc. *num. 4.* & alios, vt ibi, vnde cum in caſu huius deciſionis perſonæ, quæ aurum, & argentum ſuſcepit ſpeciale à Domino Prorege habebat mandatum ad illud accipiendum, quamuis actor verſionem ad beneficium Regiæ Curiæ non probauerit, tenebatur Regius fiſcus, prout fuit deciſum ad ſoluendum pretium auri, & argenti, quod ſub mandato à Vice-Rege dato comprehendebatur, vide ſi conferunt ſcripta per me, *lib. 1. reſol. iuris cap. 77. an. 6.*



Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius præſtitus generaliter à Rege Catholico obligationibus boborum feudalium, quæ eo tempore per feudatarios pro reſtitutione dotium eorum coniugum factæ reperiebantur an proficuus ſit mulieribus poſtea nuptis. Aſſenſus dotis fauore an poſt viri mortem impetrari poſſit.

## DECISIO CX.

1 REx Catholicus in anno 1505. ad ſupplicationẽ huius Ciuitatis generali decreto aſſenſus eſt omnib. obligationibus bonorum feudalium, quæ eo tempore per feudatarios factæ reperiebantur pro reſtitutione dotium eorum coniugum, quamuis bona illa feudalia ſic obligata in dominio fiſci eſſent, ſiue hæredum obligantium, provt *in cap.* 20. inter capitula, & gratias anni prædicti *fol.* 41. *art.* 1. qua ordinatione ſic ſtante contigit in Regia Camera dubitari, an gratia hæc prodeſſe poſſet mulieribus poſtea nuptis, ſiue quæ eo tempore nuptæ reperiebantur, ſed bona feudalia pro dotium reſtitutione obligata, penes viros extabant, ratio dubitandi fuit, quia verba capituli ſonant de obligationibus factis, non autem faciendis, & quod bona feudalia hypothecæ obnoxia reperiebantur penes fiſcum, ſiue hæredes viri obligantis non autem penes virum, quo caſu aſſenſus abſque obice impetrari poterat.

2 Multa in iure pro vtraque parte fuerunt ponderata, multiplici aſſignato intellectu ad cap. prædictũ, ſed nihil fuit deciſum, quia litigantium Aduocati adhuc auditi non erant, & quod deinde in illam partem inclinaretur quam Spiritus Sanctus reuelaret; conſiderabatur tamen, quod hæc fuit gratia particularis huic Ciuitati cõceſſa, etiam in caſu, quod feuda reperiebantur pœnes hæredem viri obligantis, nam licet fauore dotis potuiſſet aſſenſus impetrari poſt mortem viri per tex. *in l. ſi ego § ſi res ff de iure dot.* tamen, quod hoc non erat ſine difficultate.

## OBSERVATIO.

1 HOdie ceſſat prorſus quæſtio de qua in hac deciſione, quia poſt conceſſam gratiam prædictam, & poſtquam Dom. Regens hæc ſcripſerit, ſuperuenerunt gratiæ tam Caroli Cæſaris, quam Regis Philippi ſecundi eius filij, quibus mediantibus prouiſum eſt mulieribus Neapolitanis de aſſenſu generali ſuper obligationibus bonorum feudalium pro ſuarum dotium, & iurium dotalium reſtitutione tam in præteritum factis, quam in futurum faciendis, quo fit, vt dicamus inutilem eſſe prorſus hodie quæſtionem à Domino Regente noſtro propoſitam.

Quatenus autem hic dixerit Dominus Regens, 2 quod non eſt ſine difficultate, vt fauore dotis poſſit impetrari aſſenſus poſt mortem viri, qui bona feudalia, dum viuebat, vxori obligauerat, dum tamen bona illa exiſtant pœnes hæredem, per tex. *in l. ſi ego §. ſi res ff. de iure dot.* dico, quod de hac concluſione in Regno noſtro, ex Doctoribus, qui de his egerunt, nemo dubitauit, niſi Dom. Regens de Pont. *in ſuo tract. de poteſt Proreg. tit. 6. de aſſenſ. Reg. ſuper dot.* §. 1. quem ſequi videtur Montan. *in repet. c. imperialem num.* 206. *fol.* 98. uam, quod fauore dotis poſſit impetrari aſſenſus, etiam poſt mortem viri obligantis in præiudicium hæredum. ſcripſerunt Pariſ. de Put. *de reintegr. feud. cap.* 263. vbi hoc affirmat, ex mente Andr. *in c. Imperialem* in quadam parua additione, quam dicit in aliquibus non haberi Codicibus, *in tit. de prohib. feud. alienan.* per Fred. Affl. *deciſ.* 385. *& in d. c. imperialem in* 24. *notab. quæſt.* 29. Loffred. *conſ.* 31. vbi plus dicit hoc priuilegium non tantum fuiſſe conceſſum mulieri, & doti, ſed etiam hæredibus ipſius, & non ſolum filiis, ſed etiam extraneis, de quo tamen valdè dubitat Io. Vinc. de Anna *in conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ num.* 241. & alibi Capyc. *in d. C. imperialem in* 4. *notab. in* 2. *limit. fol.* 40. *col.* 1. *& in inueſt. in verb. feudalis aſſenſus col.* 2. *fol.* 77. Camer. *in eod. c. imperialem fol.* 91. *col.* 1. *lit. B.* vbi dicit in hoc conuenire omnes Neapolitanos, Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *in quæſt. quæ incipit pluribus autem modis num.* 22. *fol. mihi* 157. Ioan. Vinc. de Anna *alleg.* 66. *&* 115. vbi dicit poſſe aſſenſum impetrari poſt mortem viri obligantis, ne mulier indotata remaneat, & ſic in ſubſidium, bonis illodialibus non exiſtentibus, Vrſill. ad Affl. *deciſ.* 385. *ſuperius citata,* Lipparol. in addit. ad Andr. *in d. c. imperialem in additio, quæ incipit, Gloſſa,* D. Præſ. de Franch. *dec.* 86. 126 *&* 620. & alij.

## ARGVMENTVM.

Pactum, ſiue promiſſio facta ab vno Barone alteri Baroni de conuicinio de non exigendo ius Dohanæ in ſuo territorio, an liget ſucceſſores particulares promittentis. Pactum quando perſonale, & quando reale dicatur, & an in dubio potius reale, quam perſonale cenſeatur. Nundinæ an abſque Principis priuilegio fieri poſſint. Titulus coloratus quis dicatur, & an ille ſat ſit ad manutenendum in poſſeſſione lite pendente illum, qui lege reſiſtente poſſidet, & de pluribus ad materiam text. *in cap. cum perſonæ de priuileg. in 6. & in c. cum veniſſent, extra de inſtitutionibus.*

DECI

Digitized by Google

## DECISIO CXI.

1 POSSIDENTE Marchione Vallis-Siculæ Terram Flumaris, habuit ille prætenſionem exigi facere in ſua iuriſdictione ius Dohanæ, quod præſupponebatur alias illic antiquitus exactum, cui prætenſioni cum ſe opponeret Marchio Quarati, vti Baro Gryptæ Minardæ, quæ eſt ſita in confinibus dictæ Terræ Flumaris, dicebat in præiudicium ſuæ Dohanæ, quæ erat antiquiſſima in Terra Gryptæ aliam nouam in d. Terra Flumaris exigi non poſſe, fundans ius, quod fouebat in conuentione, inita inter magnum Capitaneum, & Ladiſlaum de Aquino, tunc Baronem Gryptæ qua mediante promiſerat magnus Capitaneus nullo vnquam tempore exigi facere ius Dohanæ in Territorio dictæ Terræ Flumaris, ſed replicatum, conuentionem illam nocere non poſſe ipſi Marchioni Vallis, qui non erat, niſi ſucceſſor particularis in dicta Terra Flumaris; orta fuit controuerſia in Regia Camera, an pactum illud perſonale eſſet cenſendum; itavt tantum perſonam Magni Capitanei promittentis ligaret, & ad fauorem Ladiſlai tunc Baronis Gryptæ, cui fuit facta promiſſio, vel potius reale iudicandum, itavt factum cenſeretur contemplatione Dohanæ Gryptæ Minardæ, & vt eo ligetur quicumque ſucceſſor particularis Terræ Flumaris.

2 Quod pactum hoc eſſet perſonale, ponderabatur, quod ſonabat in merum factum, nec aliter expreſsè initum reſpectu, & contemplatione alicuius vicini territorij, ad hoc allegantes Bart. & Iaſ. *in l. fin. ff. de noui oper. nunciat. & in l. 3. §. opus ff. de alienat. iudic. mutan. cauſ. fac.* & Bal. *in l. ea lege, quæſt. 8. C. de condict. ob cauſam*, vbi dicit, quod ſi quis mihi promittit in fundo ſuo turrim non ædificare, fundo illo vendito, emptor poterit ædificare, quia perſonalis fuit illa ſtipulatio. ad tex. *in l. fin. Cod. de contrah. empt.* idque verum, adhuc ſi ego fundum haberem vicinum, vt dicunt Raphaël Cuma, & Iaſ. *in l. apud Iulianum §. ſi quis alicui, ff. de leg.* 1. Aretin. *in leg. ſi ſub vna §. 1. in fine, ff. de verb. obligat.* qui omnes affirmant ſeruitutem nunquam mihi conſtitutam cenſeri poſſe, niſi expreſsè dicatur, quod conſtituitur contemplatione fundi mei.

3 Ex aduerſo autem, quod pactum fuerit reale, ponderabantur verba illa ſtipulationis pro hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſalibus, & particularibus in perpetuum, ſiue ſine dubio realitatem important, vt per Anchar. omnino videndum *conſ.* 327. Alexand. *conſ.* 71. *l.* 6. & Felynum *in c. quoniam Abbas, de offic. de leg.* Secundo quia promiſſio facta erat ſub nomine dignitatis, nimirum Baronis Gryptæ, & ſic intuitu Baroniæ, vt per eundem Anchar. loco citatò. Tertio, quia fuit habitus reſpectus, vt Dohana Gryptæ in reditu augeretur, ergo realis fuit conuentio, ad tradita per Bal. *in d. l. ea lege, & conſ.* 65. *lib.* 1. & per Aretin. *conſ.* 25. vnde meritò idem Bal. *in l. omnia Cod. de Sacr. Eccleſ.* dicebat, quod quando diſpoſitio facta eſt ratione loci, in dubio realis, non autem perſonalis erit iudicanda. Quarto dicebatur, quod ſi pactum illud perſonale fuiſſet, nullum ipſo iure diceretur, per tex. *in l. quoties Cod. de ſeruit.* Quinto, quia hoc pactum de per ſe iuris habebat reſiſtentiam, Regis aſſenſu non interueniente, quia ſuper re feudali, vnde cum Regia acceſſerit confirmatio, hæc realitatem operabatur, ad tex. *iuncta gloſſ. in c. veniens, in verb. confirmatam, extra de tranſact.* Bal. *conſ.* 359. Cyn. *in l. priuilegia Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* & alij, ex quibus, & aliis in iure, & in facto ponderatis, Regia Camera habendo pactum pro reale, fuit in voto quod dicta Dohana in Flumaris Territorio exerceri non poterat in præiudicium, & detrimentum Dohanæ Gryptæ Minardæ.

4 Sed fuit exortum dubium, an lite pendente ordinari poterat, vt Marchio Vallis ab vſu, & exercitio dictæ Dohanæ ſe abſtineret; & affirmatiuè fuit deciſum, nam cum titulo aliquo ſe tueri non poterat, & indubitatum ſit, Dohanas, & gabellas vti de regalibus abſque Principis conſenſu conſtitui non poſſe, *l. vectigalia in princip. ff. de publica. & vectigal. l.* 1. *Cod. eodem tit. c. ſuper quibuſdam §. præterea, de verb. ſignif.* niſi centenaria præſcriptio concurreret, vt *in dicto §. præterea*, Bar. Imol. & Roman. *in l. ſi publicanus §. fin. ff. de publica. & vectigal.* Bal. *in l. fin. Cod. de vectigal. & in c.* 2. *quæ ſint regal.* ſequebatur dicendum, quod, obſtante iuris communis diſpoſitione, lite pendente abſtinere debebat, ad tex. *in vulgato c. cum perſona, de priuileg. in* 6. optimè Ioan. Fab. *in §. retinendæ inſtitut. de interd.* & Aretin. *in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ.* ſicque per Regiam Cameram obſeruatur, quoties in regalibus verſaremur, nimirum, vt qui regalia poſſidere contendit, ſi in promptu titulum non oſtendit, ſtatim prouidet, quod abſtineat, & demum datur terminus in cauſa.

5 Sed ex hoc alia fuit exorta dubitatio, quia pro parte Marchionis Vallis dicebatur, quod in Terra Flumaris exercebatur mercatum francum, quo caſu videtur ius commune non reſiſtere; nam licet nundinæ, quæ pluribus diebus quolibet anno in aliquo loco fiunt, abſque Principis priuilegio fieri non poſſint, *l.* 1. *ff. & Cod. de nundinis*, tamen mercatum, quod vna, vel duabus vicibus in qualibet hebdomada fit, poteſt ſine Principis priuilegio fieri, vt per Bal. *in d. l.* 1. *Cod. de nundinis.* ex quibus dubitabatur, an lite pendente Marchio Vallis ab vſu, & exercitio Dohanæ abſtinere deberet, ſed



Digitized by Google

dictum fuit, Dominos de Regia Camera nemine diſcrepante alias reſpondiſſe, quod attento, quod in Regia Cancellaria antiquiſſimus, & indubitatiſſimus vigebat ſtylus, abſque Regis noſtri licentia Baronibus eſſe prohibitum in Terris ſuis mercatum facere, & in caſu, de quo agebatur, hoc priuilegium non oſtendebatur, ideo fuit votatum prout ſupra.

## OBSERVATIO.

1 AD plenam intelligentiam eorum, quæ in prima parte huius ſingularis deciſionis habentur, vide ſcripta per D.Card.Tuſch. *practicar.concl.litt. P. concluſ.*10.vbi ſatis bene declarat, quale perſonale dicatur pactum, vt promittentis perſonam non egrediatur, & quale reale, & ſic factum intuitu, & contemplatione alicuius rei; declarat inſuper *num.* 15. an in dubio perſonale, vel potius reale cenſeatur pactum, obligatio, vel conceſſio, dicens, quod ex mente, & cauſa, & materia hoc dignoſci poteſt; ſed ſi ex verbis conſtat, quod ratione perſonæ, puta meritorum, & tunc perſonale erit cenſendum pactum; addit demum, quod licet in dubio cenſeatur reale, quo ad hoc, vt tranſeat ad hæredes, non tamen, vt ad ſingulares ſucceſſores tranſeat, citat Crauett.*conſ.*929.*per totum*, vide etiam, quæ in hac materia ſcripſit Dom. Regens Sanfelic.*deciſ.*172. & omnino, quæ conſideraui ego, dum alias de his in S.C. diſputari contigiſſet *lib.*2.*reſol.iuris cap.*159.*per totum.* vbi *num.*40. dixi, tunc pactum rei contemplatione factum, & ſic reale fore cenſendum, quando verba non ſunt concepta in perſonam, ſed in rem ipſam, provt in caſu huius deciſionis, vbi promiſerat Magnus Capitaneus, Regio accedente aſſenſu, vllo vnquam tempore in Territorio Flumaris exigi facere ius Dohanæ, ſicque Territorium fuit contemplatum, non autem perſona promittens, nec ille cui, fuit facta promiſſio; cæterum ſi verba in perſonam concepta ſint, etiam quod eſſent contemplatione rei, probaui, quod adhuc cenſeri debet pactum perſonale, ad id expendens tex. *in l.qui in futurum* 58.§.*ſi ex altera ff.de pactis*, *in l.*1.§.*permittitur ff.de aqua quotid.& æſtiua, in l.forma* §.*quamquam, ff.de cenſib.gl.in c.cum veniſſent, in verb.fuiſſe, de inſtit.* Bar.*in l.*1.*num.*2.*ff.de conſtit.pecunia*, Ruin. *conſ.*117.*num.*1.*in fine lib.* 1. Duaren. *in l.ſi marito* §.1.*in fine ff.ſolu.matr.*Mantic.*de tacit.& ambig.conuent.lib.*1. *tit.*7.*num.*3.& alios, vt ibi, & memini de his, quæ ſcripſeram *lib.* 1.*cap.* 169. quo loci probaui, immunitatem alicui Magnati conceſſam, vt pro fructibus eius ruris, quoad gabellarum ſolutionem immunis reputetur, particulari in rure illo ſucceſſori non prodeſſe.

2 Circa aliam concluſionem hic tentam, nimirum, vt cum regalia ſine titulo poſſideri non poſſint, qui poſſidere prætendit, ſi in promptu titulum non oſtendit, lite pendente abſtinere debeat; ex diſpoſitione tex.*in c.cum perſona, de priuileg. in* 6. Tu ad confirmationem adde Didac.Couar.*pract.quæſt.cap.*17. *num.*6. Iacob.Cancer.*var.reſol. lib.*3. *cap.*14. *num.*43. Steph. Gratian.*diſcep.Forenſ.cap.*441.*per tot.*Io.Franc.Capill. *lib.*2.*de author.Baronum cap.* 77. *per totum*, & Cyriac. *contr.forenſ.lib.*1.*contr.*178. *num.*15. 16. 36. *&* 52. eſt tamen verum, quod hæc concluſio venit limitanda, quoties poſſidens titulum produceret coloratum, taliter quod poſſit Iudex ad credendum induci, iuſtitiam eſſe pro poſſidente, hoc enim caſu fieret locus diſpoſitioni tex.*in c.cum veniſſent, extra de inſtit.* nec aliter procedere, quæ determinantur *in d. c.cum perſona*, ita ſanè ſcripſerant Abb. omnino videndus *in dicto c.cum veniſſent num.*8.Ant.Capyc.*c.deciſ.*6.*num.*10. *& deciſ.*189.(quamuis de eo non bene ſenſerit Seſſe *de inhib. cap.*5.§.10.*num.*19.)Iacob.Menoch.*de retin.poſſeſſ. remed. vlt. num.*24.Achill.de Graſſ.*deciſ.*5.*de reſtit.ſpoliat.*Capill.*d.prag.*1.*num.*235.*de Baro.& in cit. cap.*77. *num.*17. & Ludou. Poſt. poſt alios, quos ad nauſeam refert, *in ſuo tract. de manut. obſer.*44. *num.*29. Titulus autem coloratus ille dicitur, qui oritur ex diuturna poſſeſſione, ſicque aiunt Doctores, antiquam poſſeſſionem ſat eſſe pro coloratione tituli, & ad effectum, vt quis lite pendente ſit manutenendus, adhuc lege reſiſtente, ita ſatis bene Bellamer.*deciſ.*455.*num.*2.Felin.*in conſ.*2.*num.*27.Rot.*deciſ.*595. *num.*4.*par.* 1. *diuerſ.&* 384.*num.*1.penes Card.Caualer.*&* 194. *n.*12. in collectis per Poſtium, Dom. Reg. de Pont. omninò videndus *conſ.*97.*num.* 19.*lib.*1.quo loci dicit, quod quando certum eſt, aliquem dici poſſediſſe, vel per informationem captam, vel alio modo, tunc lite pendente non eſſet ille poſſeſſione priuandus, quamuis verſaremur ſuper his, quibus lex reſiſtit, quia tunc præſumeretur titulus, vel quia fuit allegatus, vel quia in iudicio ordinario plenè de eo conſtabit, ſicque fieri locum diſpoſitioni tex.*in d.c.cum veniſſent*, & demum *num.*26. addit, quod quando tractatur de poſſeſſione contra ius, ſi de ea conſtat, adiuuata titulò ſaltem colorato, tunc debet manuteneri, qui in poſſeſſione exiſtit, at ſi non conſtaret, procederet tex. *in d.c.cum perſona*, idemque *in conſ.*30.*num.*8.*lib.*2.Aug.Barboſ.ſatis bene *vot.deciſ.*52.*num.*19.*lib.*2.Secundo concluſio ſupra firmata eſt pariter in Regno noſtro limitanda, cum Regio fiſco; nam vt affirmaui, *lib.* 2. *reſol. iuris cap.*115.*num.*16.huiuſque non vidimus, nec à maioribus audiuimus, Regem noſtrum poſſeſſores earum rerum, quæ ſunt de regalibus, de facto ſpoliaſſe, ſed ordinariè iura ſua Regium fiſcum propoſuiſſe, poſſeſſores ad titulum oſtendendum vocando, & demum iuris ordine ſeruato procedendo, id quod pariter aduertit Regens de Pont. *in ſuo tract.de poteſt. Proregis tit.de regal.impoſit.*§.6.*num.*38.& ante eum Afflict. *in Conſt.inter multas num.*4.ad id expendens tex.expreſſum *in c. Regni*, quod incipit, *Item ſtatuimus quod ſi procuratores fiſci*, ſecundum ordinem Io.Ant.de Nigr. 120. cuius notabilia verba ſunt hæc. *Item ſtatuimus, quod ſi procuratores fiſci, vel alij Officiales, ſeu publicæ perſonæ, ad quorum officium iſtud ſpectat, credant poſſeſſiones aliquas, ſiue iura ad fiſcum ſpectantia, detineri per aliquos occupata, detentores ſeu poſſeſſores ipſarum poſſeſſionum, ſeu iurium in cõpetenti tribunali conueniant, & contra ipſos, ſeruato iuris ordine, procedatur, nec ipſarum poſſeſſione priuentur, antequam legitimè conuicti fuerint, & etiam condemnati*, hic Niger, ſeu Lucas de Penna, *num.*5.explicando verba illa tex.*iuris ordine*, dicit hæc verba in tex.ibi, *iuris ordine, qui eſt, vt poſſeſſor citetur, libellus offeratur, lis conteſtetur, iuretur de calumnia, & ſententialiter condemnetur*, &c.

Quantum vero ad aliud, quod fuit hic determinatum, nimirum, Baronibus abſque Regia facultate non eſſe permiſſum in Terris ſuis mercatum facere, idque ex inueteratiſſimo Regiæ Cancellariæ ſtylo, ad confirmationem vide D.Reg.de Pont. *in tractat.de poteſt. Proreg.in rub.de diuerſ.prouiſion. in tit.de mercatis*, ſeu *nundinis*, & Io.Franc.Capibl.*in prag.* 8 *p.* 2. *num.* 52. *de Baron.* 3

## *ARGVMENTVM.*

Officialis pecuniarius, qui fiſcalem pecuniam in proprios vſus conuertit,

quanam

Digitized by Google

quanam pœna veniat plectendus; & an hic ſub generali delictorum abolitione includatur lege Iulia peculatus quis teneatur, quiue lege Iulia de reſiduis. Caxerij Bancorum pecuniam Banci in proprios vſus conuertentes, qua pœna teneantur, & de aliis ad materiam.

## DECISIO CXII.

1 QVo ſunt, quæ principaliter hic per Regiam Cameram fuerunt diſcuſſa, & deciſa, primum qua pœna veniat puniendus Officialis pecuniarius, quem in redditione computorum conſtitit, fiſcalem pecuniam, quam exegit, penes ſe retinuiſſe, & in proprios vſus conuertiſſe. Secundò, an hic qui ſic deliquit, poſſit iuuari indultu generali à Rege omnibus delinquentibus conceſſo.

2 Quoad primum, fuit conſideratum quod ſi ciuiliter ageretur aduerſus Officialem, qui in libris ſuæ adminiſtrationis integrum introitum pecuniæ fiſcalis, quam exegit non poſuit, iure communi inſpecto ad duplum teneretur, vt eſt tex. *in l. excellentia tua*, vbi Bar. *& cæteri C. de erogat. milit.* Annu. *lib.* 12. Imol. Rom. & Aret. *in l. Pomponius §. fin. ff. de acquir. poſſeſ.* in Regno autem per cap. Regis Caroli incip. *ad hoc*, & per *ritum*. Regiæ Cameræ, ad Nonuplum; at ſi in libris poſuit introitum, ſed non exitum, quia in proprios vſus exactam pecuniam conuertit, & hic eſt Officialis, cui tamen non erat commiſſa adminiſtratio talis pecuniæ, tenebitur lege Iulia peculatus, cuius pœna eſt deportatio, omniumque bonorum publicatio, *l. 1. & l. 3. ff. ad leg. Iul. pecul.* imò pœna capitali per textum *in §. Item lex Iulia peculatus Inſtit. de publicis Iud. & in Conſtit. Regni, Officiales Reipublicæ*; habemus etiam aliam diſpoſitionem, quæ eſt legis Iuliæ *de reſiduis*, de qua *in l. 2. ff. cit. tit. ad leg. Iul. pecul. & de reſid.* ſed ea attenta, nulla pœna corporalis conſtituta eſt, cùm tantum ad triplum Officialis, qui ſic deliquit teneatur, vt *in l. 4. §. qua lege damnatus ff. eodem tit.* pro quorum iurium concordantia Salyc. *in l. 1. C. de crim. pecul.* poſt gloſ. ibi dicit inter has leges hanc eſſe differentiam, quia ille peculatus crimine tenetur, qui publicam ſubtraxit pecuniam, cuius tamen non erat ſibi commiſſa adminiſtratio; lege verò Iulia de reſiduis tenebitur ille, qui pecuniam publicam ſubtraxit, cuius adminiſtratio erat ſibi commiſſa, ſequitur Paris de Put. *in tract. de ſyndic. in §. ſyndicantur etiam Officiales*, idemque Bar. *in lege ſacrilegij §. peculatum ff. cit. tit. ad leg. Iul. pecul.* Verum Io. Fab. magnus doctor, magnæque authoritatis *in dicto §. item lex Iulia peculatus*, aliter ſentire videtur, nimirum, vt ille lege Iulia de reſiduis teneatur, qui expreſsè pecuniam publicam in ſui periculum abſumpſit, vt eſt tex. *in d. l. ſacrilegij §. Labeo*; Alij verò, licet habeant adminiſtrationem pecuniæ publicæ, tenebuntur lege peculatus, inferens ad Perceptores Regios, quos pro pecunia in ſuos vſus conuerſa, dicit, teneri lege Iulia peculatus, idemque Io. de Plat. *in l. 1. C. de his, quæ ex public. collatione illata ſunt non vſurpandis*; hæc autem intelligenda ſunt, prout declarat Bar. *in d. l. ſacrilegij §. 1. ff. ad leg. Iul. pecul.* quem ſequitur Paris de Put. *loco cit.* nimirum quando pecunia publica eſt fiſco incorporata, aliàs ſi incorporata non eſſet, in duplum tantum tenetur per tex. *in l. aufertur §. fin. ff. de iure fiſci*; vndè cum in caſu, de quo agebatur, pecuniam fuiſſe fiſco incorporatam conſtaret, quia erat iam à Perceptore exacta, & in libris ſuis deſcripta, ad tradita *per gloſ. in l. pacta conuenta in verb. Papinianus ff. de contrah. emptione, & per* Parid. de Put. *loco cit.* allegantes *tex. in l. fin. C. de bonis vacantibus*, dictum fuit bene fuiſſe contra Officialem illum criminaliter proceſſum, & poſtquam in vinculis detinebatur, cum pœna corporali puniri poterat, ſequebatur, vt ſubfideiuſſoria cautione non eſſet aliter, prout prætendebat relaxandus; ſed carceribus detinendus, *ad tex. in l. 1. & in l. diuus*, vbi Bar. *ff. de exhib. reis*, & Balice *il. 1. Cod. de cuſtodia reorum.*

Quibus ſic ſtantibus videns inquiſitus malum fouere ius, allegauit velle gaudere indultu generali à ſua Catholica Maieſtate eo tempore omnibus delinquentibus conceſſo, in quo licèt antiqua fuerant excepta crimina, hoc tamen, de quo agebatur, nullatenus; ſed pro parte Regij fiſci fuit prætenſum ſub indultu quantumuis generali non comprehendi Officiales, qui in officio deliquerũt, allegantes Parid. de Put. *in cit. tract. de Synd. in §. ſeu c. an ſi poteſtas*, quo loci dicit, quod ſi criminum concederetur abſolutio, illum, qui in Officio deliquit, non comprehendit, niſi dicatur, non obſtante tali lege ſcilicet *l. mancipia C. de ſeruis fugit*; & idem Paris *eod. tract. fol. 5. de exceſſib. Baron. capit. excedunt*, dicit, quod priuilegium Principis generale recipit declarationem, tam ex perſona concedentis, quam illius, cui fit conceſſio, quo fit, vt præſumendum non ſit Principem voluiſſe concedere indultum Officialibus ſuis pecuniariis pecuniam fiſcalem ſubtrahentibus, id, quod pariter confirmabatur, ex dictis per Bar. *in lege Dominus Sticho §. ſeruis ff. de pecul. legat.* vbi dicit, nota mirabilem tex. ad ſtatutum, quo cauetur, quod Officialis non poſſit ſyndicari nec contra eum inquiri, quia hoc eſt verum, niſi pro reliquis quæ penes eum de bonis communibus remanſe

manſerunt, & eſt text. *in l. ſeruus vetitus ff. de legat.* 1. ſed pro inquiſito conſiderabatur, quod verba indultus erant nimis generalia, ſicque acta comprehendere, quæuis delicta exceptis illis, quæ ibi expreſſa erant, vnde cum hoc delictum non erat de exceptis, ſine dubio ſub indultu comprehendebatur, idque tam ratione eius generalitatis, quam exceptionis à regula, vt per Alexand. & Iaſ. *in l. fin. ff. quod quiſque iuris*, vbi eſt deciſio in terminis pro hoc caſu, ex quibus, & aliis dictum fuit quod hic Officialis pecuniariter ſolum puniatur, ſcilicet lege Iulia de reſiduis, & quod à pœna corporali liberaretur; & licet inter Dominos Regentes longa fuiſſet ſuper hoc altercatio, tandem huic ſententiæ adhæſerunt, quamuis Dominus Bartholomæus Camerarius conſeruator Regij patrimonij erat in voto pro omni pœna, decretum tamen publicatum non fuit, quia ſic voluit Dominus Prorex, & vt iterum cauſa votaretur mandans, quare hoc ignorabatur, Deus ſcit, quia vere ſecundum leges, & doctrinas iuris fuit votatum; tandem iterum cauſa relata, ex æquitate potius; quàm ex iuris rigore fuit dictum, quod dictus Officialis condemnetur ad intereſſe paſſum per Regiam Curiam, iuxta *l. qui ſine ff. de negot. geſt.* ſcilicet eo modo, quo Regia Curia tenebatur, ratione cambiorum.

## OBSERVATIO.

1 Lege Iulia peculatus is tenetur, qui pecuniam ſacram, religioſam, publicam & ſic fiſcalem aufert, & in rem ſuam vertit, *l. 1. & 3. ff. ad leg. Iul. pecul.* lege vero Iulia de reſiduis ille tenetur, qui pecuniam à fiſco ſuſcepit, vt in aliquem vſum erogaret, illamque demum penes ſe retinuit, non aliter ad deſtinatum vſum erogans, *l. 2. ff. eod.* huius autem criminis pœna eſt deportatio, omniumque bonorum publicatio, & quandoque mortis naturalis, iuribus hic per D. Reg. citatis. Ad pleniorem autem huius materiæ intelligentiam, ſignanter, quæ concurrere debent, vt dici poſſit quem in hoc crimen incidiſſe, & in quibus caſibus committatur, videnda ſunt ſcripta per D. Reg. Lanar. *conſ.* 93. Dominum Reg. de Pont. *deciſ.* 7. D. Reg. Sanfel. *deciſ.* 166. & 289. & per D. Reg. Capyc. Galeot. *reſp. fiſcal.* 22. poſt Decian. *tract. crim. lib.* 8. *c.* 28. 29. 30. & Gaball. *reſol. crim. cent.* 1. *caſu* 99. in quibus autem caſibus pœna mortis naturalis in hoc crimine practicari poſſit, vide, quæ Ego ſcripſi *lib. 1. reſol. iuris cap.* 291. vbi tres fuerunt connumerati, quorum primus, ſi is, qui de hoc crimine notatur, eſt Officialis, ſecundus quando crimen hoc pluries fuit reiteratum, & tertius quando, cum peculatu concurrit falſitas.

2 Quo vero ad aliud dubium, quod hic fuit propoſitum, nimirum, an qui de crimine peculatus notatur, generali abolitione à Principe conceſſa gaudere poſſit, placet pro parte affirmatiua deciſum fuiſſe, & quidem optima ratione, quia cum certi tantum in indultu excepti fuiſſent caſus, quorum non erat hoc peculatus crimen, conſequenter ſub indultu comprehendebatur, provt credo tempore huius indultus ex eademmet ratione deciſum fuiſſe, vt comprehenderentur extrahentes extra Regnum res à Regiis Bannis extrahi prohibitas, vt conſtat ex voto D. Præſidentis de Sancta Cruce impreſſo per me *cit. lib. 1. reſol. iuris cap.* 183.

Sed videamus breuiter, an pœna peculatus, vel potius furti teneantur Caxerij noſtrorum publicorum Bancorum, qui pecuniam bancalem inſciis Gubernatorib. in proprios vſus conuertunt, vide Petr. Gaball. *reſol. crim. caſu* 136. & Maſtrill. *deciſ.* 238. vbi ſatis benè loquitur, caſum referens, qui in facto euenit in perſonam Caxerij Tabulæ numulariæ vrbis Panorm. hic, cū ab arca vbi cuſtodiebatur pecunia, ducatos quinque mille ſuſcepiſſet, & in proprios vſus conſumpſiſſet, fuit per Magnam Regiam Curiam ad mortem condemnatus, quamuis demum in gradu reuiſionis, reformata ſententia mortis naturalis à Iudicibus delegatis ad remigandum in Regiis triremibus ſua vita durante fuerit miſſus, quam quidem partem vti benigniorem hoc anno 1653. apud nos ſimiliter amplexi fuere Iudices delegati in cauſa Fuluij de Faco, olim Caxerij ſiue manis deſtructoris Banci Sanctiſſimæ Annuntiatæ huius Ciuitatis, qui propter ingentem pecuniarum ſummam ab arca ſubtractam, & in proprios vſus conuerſam, fuit ad remigandum ſua vita durante, & ad intereſſe Banci condemnatus, cauſæ Commiſſarius extitit integerrimus, ac doctiſſimus vir D. Paulus Staibanus Regius Conſiliarius, & Iudex M.C. in criminalibus, vide etiam, quæ ad materiam ſcripſerunt Petr. de Gregor. *Syntag. iuris lib.* 22. *cap.* 7. *num.* 6. *&* *lib.* 39. *cap.* 12. Iaſ. *in l. eius qui, in Prouincia §. quos verò num.* 7. *ff. ſi cert. pet.* Iul. Clar. *in §. furtum num.* 22. *verſ. poſſet etiam allegare,* Maſtrill. *de indult. cap.* 30. *num.* 5. 7. *&* 8. Hering. *de fideiuſſor. cap.* 15. *à num.* 104. D. Reg. Tap. *in annotation. ad ius Regn. in rubr. de numulariis.* Don Tho. del Bene *de immun. Eccleſ. cap.* 26. *dubit.* 11. *ſect.* 6. *num.* 3. poſt plures, quos ipſe allegat, & nouiſſimè Eliſeus Danſa *de Pugna Doctor. tom.* 3. *cap.* 11. *fol.* 515.

## *ARGVMENTVM.*

Pater duodecim filiorum, qui ex iuris præſcripto potitur priuilegio exemptionis ab omnibus muneribus perſonalibus, & realibus, an illud amittat, ſi poſtea vnus ex filiis deceſſerit. Sententia iudicis an requiratur, vt pater duodecim filiorum declaretur immunis ab omnibus muneribus perſonalibus, & realibus. Patre duodecim filiorum defuncto, an filij eadem gaudeant immunitate, & de aliis.

## DECISIO CXIII.

SVppoſita communi illa concluſione, ſecundum quam Regia Camera ſemper iudicauit, & paſſim iudicat, vt pater duodecim filiorum immunis ſit, & exemptus ab omnibus gabellis, cæteriſque muneribus, tam realibus, quàm

Digitized by Google

quam perſonalibus iuxta Imperatoris reſponſum, *in l. ſi qui decurio*, *Cod. de decurio. lib.* 10. *in l. ſemper ff. de iure immunitatum*, *& in l.* 2. §.1. *ff. de excuſat. tut.* & in his locis Bar. Ang. Io. de Plat. Andr. de Barul. & cæteri communiter, Anchar. *in c. licet*, *de cenſibus*, Ioan. de Anania *conſ. vlt.* & ibi Bolognin. *in additio.* quicquid aliqui contra iura prædicta, & communem omnium ſententiam dixerunt, ſexdecim. filios requiri, contigit in Regia Camera dubitari, an beneficium hoc à iure patri duodecim filiorum indultum ceſſet, vbi aliquis ex his filiis poſteà moriatur? & pro ratione dubitandi videbatur affirmatiuè reſpondendum per regulam ceſſante cauſa, *l. Titia*, *Seio*, §. *vſuras*, *ff. de legat.* 2. Aret. *in l. ex facto, in ſeptimo notab. ff. de vulg. & pupill.* Alexand. & alij, quos refert, *in l. ſi cum dotem* §. *ſi maritus ff. ſolut. matrim.* hac tamen ratione dubitandi non obſtante contrarium fuit dictum eſſe de iure verius, vt per Ioan. Andr. *in c. decet. de regul. iur. in* 6. Bar. *in d. l.* 2. §. *excuſantur ff. de excuſat. tutor.* iſtamque communem, & veram eſſe ſententiam teſtatur Io. de Anania, qui veritatis doctor appellatur *dicto conſ. vltim.* & videtur eſſe caſum in terminis in *d. l.* 2. §. *remittit verſ. oportet ff. de excuſat. tutor. in l fin. Cod. de his, qui numer. liberor. lib.* 10. *& in l.* 2. §. *qui ad munera ff. de vacat. & excuſat. muner.*

2 Sed ſuper hoc maior orta fuit difficultas, & eſt, an vt pater duodecim liberorum immunis reputandus ſit, requiratur ſententia, qua mediante declaretur immunitatem competere, vel ſat ſit patrem pro immunitatis declaratione ſupplicaſſe, ita vt ſi eſto interim aliquis ex filiis moreretur, adhuc ſtet locus communi concluſioni modo firmatæ; ad quod dictum fuit quod non inueniebatur fuiſſe hoc à Doctoribus declaratum, quod proinde dubitabatur an hæc immunitas ſit ipſo iure acquiſita duodecim filiis natis, vel requiratur decretum, ſiue ſententia Iudicis, ponderabatur tex. *in d. l ſi quis decurio. in verbo donetur*, per quod dicitur probari requiri ſententiam, ſicque exemptionem ipſo iure non competere, & pro hac opinione dicebatur eſſe caſum bene intellectum, *in d. l. fin. Cod. de his, qui numer. liber. ibi, impetrata ſemel vacatione potiri conuenit.* Attamen contrarium iudicauit Regia Camera, vt ſcilicet hic pater gaudeat immunitate, & quod ita textum *in d. l. fin. intellexerit gloſſ. ibi in verbo impetrata*, & quod hoc pariter probatur, *in d. l.* 2. §. *qui ad munera*, ibi, *tempore, quo propter eos excuſari deſiderant, ff. de vacat. & excuſat. muner.*, &c.

## OBSERVATIO.

1 QVod immunitas à iure conceſſa patri duodecim filiorum nullo pacto ceſſet, vbi aliquis ex filiis poſtea moriatur iuxta allegata in prima parte huius deciſionis, affirmarunt pariter Franc. Rip. *in l. ex facto num.* 13. *ff. de vulgar. & pupill ſubſt.* Hippolytus de Marſigl. *ſing.* 657. *num.* 2. Roll. à Vall. *conſ.* 52. *num.* 39. *lib.* 2. Io. Vinc. de Ann. *ſing.* 241. vbi ſic per Regiam Cameram deciſum refert, Vrſill. ad Affl. *deciſ.* 172. *num.* 2. D. Reg. Moles *deciſ.* 13. *in tit. de vltimis exit. Regni*, Paſcal. *de virib. patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 4. *num.* 18. Piſcator *in l. ſi quis decurio. num.* 4. vbi addit hanc concluſionem procedere, adhuc ſi omnes filij poſt aſſecutum priuilegium morerentur, quod placuit D. Reg. Conſtant. *in d. l. ſi quis decurio num.* 20. *&* 21. vbi *num. ſequenti* rationem aſſignat, quia numerus liberorum eſt tantum neceſſarius ad aſſequutionem priuilegij, non autem ad illius conſeruationem, addit demum *num.* 23. hoc eſſe adeo verum, quod ſat eſſet, etiam ſi filiorum poſtremus in octauo menſe natus ſit, & paucis ſuperuixerit horis, ſi tamen ante illius mortem immunitas adepta eſſet, cuius ſententiæ laudat in authorem Camillum Borrell. quem eruditum, & laborioſum appellat iureconſultum *conſ.* 28. *per totum*, nam quamuis Octimeſtris partus pro abortiuo habeatur, cum ſecundum medicorum regulas viuere non poſſit, vt per Affl. *deciſ.* 236. Mart. *deciſ.* 55. *n.* 6. Ego ipſe *reſol. iuris lib.* 1. *cap.* 277. attamen ob temporis conceptionis incertitudinem in dubio ſemper vitalem præſumi ſcripſerunt Boër. *deciſ.* 220. Magon. *deciſ. Florent.* 41. *num.* 4. & alij.

Hæc concluſio, quæ ſe habet, vt per mortem alicuius ex filiis, 2 immunitas patri conceſſa nullatenus ceſſet, procedit pariter, patre demum defuncto, nam adhuc filij eadem gaudent immunitate, ita Menoch. *conſ.* 486. Surd. *deciſ.* 123. ſicque apud nos per Regiam Cameram de anno 1571. iudicatum teſtantur Paſcal. *de virib. patr. poteſt. cit. par.* 4. *cap.* 4. *num.* 21. *& ſeqaent.* & Regens Conſtant, *in d. l. ſi quis decurio num.* 27. quicquid contrarium firmauerit Theſ. *deciſ.* 267. *n.* 11. *vbi filius addens*, ſed hoc intelligendum, ſi filij poſt communis patris mortem vnite viuant cum matre, vel nouerca, his autem, matre ſcilicet, vel nouerca defunctis, ceſſat immunitas, adhuc ſi fratres vnite viuerent, & ita per Regiam Cameram non ſemel iudicatum audio.

Quo vero ad aliud dubiũ, in quo D. Reg. dicit, per 3 Regiã Cameram deciſum, ſat eſſe pro immunitate obtinenda, vt fuerit porrecta inſtantia pro immunitatis declaratione, eſto millies, quod prouiſione pendente aliquis ex filiis moreretur, tu ad confirmationem obſerua annotationem manuſcriptam cuiuſdam docti viri, quam inueni in apoſtilla, *ad d. l. ſi quis decurio*, tenoris ſequentis. *Gaudet pater immunitate ob numerum filiorum, non tamen ſtatim ac filij nati ſunt, ſed à die, quo pater petiit priuilegium expediri, & conceditur priuilegium, etiam ſi lite pendente filij moriantur, ſic ſeruatur in Regia Camera, & fuit deciſum in cauſa petentis priuilegium Neapolitanorum, nam mortua uxore, lite pendente, fuit admiſſus, ac ſi viueret, &c.*

## ARGVMENTVM.

Officialis an, & quando ex culpa, & negligentia in officio commiſſa, vel propter inſufficientiam officio priuari poſſit. Aſſeſſores an de negligentia in ſyndicatu teneantur. Nominantes, ſiue Conſulentes Principi perſonas inhabiles ad officium exercen



Digitized by Google

exercendum, ad quid teneantur, & de aliis.

## DECISIO CXIV.

1 FVIT dubitatum in Regia Camera, an Rationalis huius Tribunalis ex culpa & negligentia in officio commiſſa, poſſit illo priuari, & an propter inſufficientiam.

Quoad primum dictum fuit poſſe Officialem propter culpam, & negligentiam officio priuari, quando tamen culpa, & negligentia in rebus grauibus commiſſa eſſet, ſecus vero in leuibus, ad quod citat tex. *in l. carceri, ff. de exiben. reis, & in l. quod autem* vbi Bal. *ff. de excuſ. tutor.* Bal. & Salyc. *in l. mancipia C. de ſeruis fug.* & Aretin. *in l. 1. Cod. de ſponſal.* (quicquid aliter dixerit *in l. properandum §. ſin autem C. de Iudic.*) Idemque Bar. Alexand. & Dec. *in l. diem functo, ff de offic. aſſeſſ.* & Ioan. de Plat. *in l. Iudices Cod. de annonis, & tributis lib. 10.*

2 Quo vero ad alterum nimirum, an propter inſufficientiam, ſeu inhabilitatem poſſit Officialis officio ſuo priuari, fuit allegatus tex. *in l. 2. Cod. de profeſſ. & medic. lib. 10.* vbi Doctor alias approbatus, ex cauſa inſufficientiæ, & inhabilitatis poteſt reprobari, id quod pariter in eo tex. Ioan. de Plat. firmauit, & Dec. *in l. cum quid ff. ſi cert. pet. ad idem eſt tex. in l. ſed & reprobaui ff de excuſ. tuto. & in l. vt gradatim §. reprobari ff. de muner. & honor.* eſt gl. notab. & ibi Abb. Antonius de Butr. & Canoniſtæ communiter *in c. fin. de renunc.* Io. de Plat. *in d. l. Iudices, qui Doctores,* ſignanter Abb. & Antonius de Butr. loquuntur, non ſolum in Doctore, & magiſtro, ſed etiam in Iudice, & alio Officiali; nec diſſentiunt Alexand. *in l. 4. §. in eum ff. de dam. infec.* & Paris de Put. *in tract. de ſynd. in cap. inhabilitas Officialis.* Hæc cauſa cum eſſet relata in Regia Camera pro illa decidenda vota fuerunt contraria, ſed quod vnus ex Dominis in abſoluendo Rationalem inclinabat, ex eo quod omnia ſupra allegata procedebant, & procedunt, quando in perſona Officialis magna conſideratur inhabilitas, ſed quando culpa eſt leuis, & non ita grauis, provt in caſu de quo agebatur, tunc Officialis propter culpam, & negligentiam officio ſuo priuari non poteſt, vt dicunt Bal. & & Salyc. *in d. l. mancipia,* & Aretin. *in d. l properandum §. ſin autem Cod. de Iudic.* vnde Ioan. de Plat. *in d. l. Iudices,* affirmauit vigere conſuetudinem, quod Aſſeſſores de negligentia, per quam fiat contra eos ſcrupuloſa inquiſitio, non ſyndicerentur, ſed tantum de negligentia diſſoluta, & dolo proxima, huic voto abſolutorio adhæſit pariter Dominus Locumtenens, ſed cæteri Domini de Regia Camera, ſe remiſerunt iudicio D. tunc Proregis, coram quo in Collaterali Conſilio cauſa relato, Domini Regentes vna ſimul cum Præſidentibus habentes culpam, & negligentiam huius Rationalis pro magnis, & grauibus cenſuerunt fore illum officio priuandum, verum iterum facta relatione in gradu reclamationis, fuit dictum eſſe abſoluendum.

## OBSERVATIO.

QVando culpa Officialis in adminiſtratione offi- 1
cij eſt grauis, Dominus Reg. noſter in eam deſcendit ſententiam, vt poſſit ſic delinquens officio priuari: ſed plus dixit Petrus Gaball. *reſol. crim. cent. 1. caſu 99. num. 106. cum ſeqq.* quod ſi Officialis eſſet nobilis, & in officio delinqueret, aliquid committens enorme, ex quo indignum ſe reddit officio, debet eadem pœna puniri, qua quilibet alius inferioris gradus puniatur, ſicque, vt in genere pœnæ poſſit pro ignobile reputari, ex quo nobilitatis priuilegium, ſic in officio delinquendo, dicitur amiſiſſe, allegat Cæpoll. *conſ. crim. 39. in 1. dua. num. 14.* vſque ad finem, & Felin, *in c. paſtoralis, num. 3. in 3. fallentia, de offic. Iudic. deleg.* quibus adde Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 2. cap. 9. num. 2.* vbi allegat *tex. indiuidualem in leg. Iudices,* ibi, *inter peſſimos, quoſque, & plebeos habeantur, C. de dignit. lib. 12.*

Quantum vero attinet ad ſecundum dubium, quod 2
hic propoſuit D. Regens, fas ſit mihi dicere, quod ſatis inutiliter dubitauit, nunquam enim vidimus, nec audiuimus, poſtquam quis eſt Officialis electus, ſiue temporalis, ſiue perpetuus, maxime ad iuſtitiam adminiſtrandam, quod propter inſufficientiam, ſiue inhabilitatem ad munus exercendum, fuerit officio priuatus, vnde D. Regens potius dubitare poterat, & ſatis ad rem, an pœna aliqua teneantur eligentes, ſiue ſupremo Principi nominantes ad officium iuſtitiæ exercendum perſonas inhabiles, prauæque conditionis, de hoc enim, maxime his temporibus dubitari poteſt, vnde ſi quem audies de hoc dubitantem, reſpondeas ſtatim, quod hi eligentes, ſiue nominantes ex communi Theologorum ſententia, tenentur pœna æternæ damnationis, audi quæſo D. Regentem de Pont. qui *in ſuo tract. de poteſt. Proreg. tit. de elect. Official. §. 5. num. 6.* in hæc aurea prorumpit verba, *quæ bene perpendantur pro nominationibus Officialium, quæ in dies fiunt Sacræ Regiæ Maieſtati à Proregibus, maxime ad iuſtitiæ adminiſtrationem, qui non debent in hoc gratificare perſonas, nec attendere preces, vel aliorum interceſſiones, ſed cunctis viribus inuigilare ad bene ſe informandum de bonitate, qualitate, habilitate, ac ſufficientia perſonarum, & inter eas, abſque alia paſſione proponere meliores, & digniores, alias ipſorum, conſcientia oneratur, & non Regis, & in die iudicij ante Dei conſpectum reddere tenentur rationem de omnibus commiſſis per tales perſonas minus ſufficientes, incapaces, & ſimilibus officiis indignas, in tantum, quod communiter Theologorum ſchola tradidit, non ſolum committi ex hoc mortale peccatum, ſed teneri ad reſtitutionem omnium damnorum, ſiue commutatiuam, ſiue diſtributiuam iuſtitiam attendamus, vt eleganter per Sot. de iuſtit. & iur. lib. 3. quæſt. 6. artic. 4. Greg. de Valent. 3. tom. diſput. 5. q. 7. in tit. de excep. perſon. Petr. de Arag. de iuſtit. & iur. q. 63. Bannes in eod. tract. q. 63. art. 2. & tanto magis hæc erunt grauia, quanto inter cæteras inſtructiones Proregibus datas, eſt hæc præcipua, vt nominationes Miniſtrorum ad iuſtitiam regendam facere habeant cum voto Collateralis Conſilij penes eum aſſiſtentis, qui an hæc obſeruent, ipſi ſciunt,* hæc D. Regens

Digitized by Google

Regens de Pont. cuius ſententiæ fuerunt pariter Ang. Clauaſ. *in ſum. in verb. electio, ſub num.* 21. Lucas de Pen. *in l. exactores C. de ſuſcept. prepoſit.* & Archiac. *lib.* 10. & Maſtrill. cæteris omiſſis *in cit. tract. de Magiſtr. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 71. & quod in eligendis iudicibus M.C.V. Auditoribus Prouinciarum, & Aſſeſſoribus Terrarum, & Ciuitatum domanialium, teneatur D. Prorex conſulere Collaterale Conſilium, Regno iſto, ſic ſupplicante, ordinatum habemus à Cæſarea Maieſtate Caroli Quinti de anno 1554. cap. 9. inter gratias, & capitula huius Ciuitatis, & Regni, cuius tenor talis eſt. *Auiò che, nel l'elettione de Giudici della vicaria, Auditori delle Prouincie, Aſſeſſori delle Terre de Regno, ſi ſodisfaccia al ſeruitio di Dio, alla giuſticia, e voluntà della Maieſtà voſtra, & al beneficio de Popoli, e non ſi proceda per fauore, & euettione di perſone, ſi ſupplica la Maieſtà voſtra ſi degni ordinare, che tali elettioni ſi faccino col parere, & informatione delli Regenti ſa Regia Cancellaria, e Viceprotonotario de Regno, come perſone pienamente informatte della dottrina, e qualità di coloro, che domandano tali officij, e che tali elettioni ſi faccino col giuramento delli predetti di non hauer reſpetto à fauori, ne preghiere di perſona alcuna; ma ſolo; come ſi è detto, al ſeruigio di Dio, e di voſtra Maieſtà, e di beneficij de Popoli, e queſto ſupplicano, perche coſſi anticamente ſi oſſeruaua. Placet Cæſar. & Catho Maieſt. quod dictio, & prouiſio fiat cum interuentu, & communicatione Regentium Cancellariam.*

## *ARGVMENTVM.*

Minor lite pendente effectus maior, an ad pignus probandum poſſit in integrum reſtitutionem petere, quam in Regno primum, & ſecundum beneficium appellamus. Tertius veniens ad cauſam poſt latam ſententiam, an illius executionem impedire poſſit, ſi in prpmptu de ſuo intereſſe docere vult, & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CXV.

1 CVM inquireretur quædam feudataria de rebellione, lata ſententia, qua mediante fuit feudo, quod poſſidebat, priuata, ad illius exequutionem impediendam comparuit eius filius primogenitus, qui tanquam tertius veniens ad cauſam oppoſuit ſe dictæ ſententiæ allegans feudum, de cuius priuatione agebatur, per ipſum poſſideri, & titulo refutationis ſibi à matre factæ, priuſquam in crimen illud incidiſſet, & cum fuiſſet ei impartitus terminus ad allegatam poſſeſſionem probandam, fuerunt plures examinati teſtes huius filij intentionem bene probantes; ſed quia Regia Camera pro falſis illos habuit, idem filius primum petiit beneficium, vnde fuit dubitatum, an concedi deberet, ratio dubitandi erat, quia, licet hic filius eſſet maior, tamen tempore, quo comparuit, erat minor, & poſtquam infra quadriennium terminum primi beneficij petierat, veniebat concedendus, ſaltem per viam reſtitutionis in integrum, ad tex. *in l. fin. Cod. de tempor. in integr. reſtitut.* attamen Regia Camera fuit in voto contrario, ea ratione, quia quando minor vſus eſt iure communi, reſtitutio in integrum nullatenus ei conceditur, vt per gloſſ. *in d. l. fin.* minor enim non ſemper reſtituitur, niſi quando eſt deceptus, vel ſui facilitate, vel dolo aduerſarij, *l. non omnia ff. de minor.* & de huiuſmodi læſione oportet conſtare, vt per Aretin. *in l. nam & poſtea* §. *ſi minor. ff. de iuretur*, in caſu, de quo agebatur, conſtabat de contrario, quia pro parte petentis beneficium fuit bene eius intentio probata, ergo alius terminus ad pingnus probandum nullatenus concedendus; aderat enim timor ſubornationis, ad tradita per Bar. & Ruin. *in l.* 1. §. *nunciatio ff. de noui oper. nunciat.* & per Aretin. *in c. fraternitatis, de teſtibus*, & fuit originalis ſententia Innocent. *in c. auditis de integr. reſtitut.* tum etiam quia tractabatur de delicto vero, vel ſaltem præſumpto, quia poſt quàm hic filius tot falſos produxerat teſtes, præſumptio erat, quod alios produceret, ergo reſtitutio deneganda, ad tex. *in l.* 1. *Cod. ſi aduerſ. delic. & in l. auxilium ff. de minor.* tum, & tandem, quia caſus erat ſuper iudicio ſummario, & cum, quæ aduerſus ſententiam apponebantur, altiorem requirebant indaginem, in iudicio ordinario veniebant reſeruanda, vt per Alexand. *in l. ille à quo* §. *ſi de teſtamento ff. ad S. C. Trebellian.* ex quibus omnibus fuit deciſum, non eſſe primum beneficium concedendum.

Inſtructo demum proceſſu in iudicio ordinario, fuit per Regiam Cameram determinatum, ſententiam latam contra dictum feudatariam debitæ executioni demandandam eſſe, oppoſitis per filium primogenitum non obſtantibus, habito pro vero, quod mater erat domina, & poſſidebat dictum feudum, non autem filius; fuit etiam habita pro indubitata concluſio illa, de qua per Bar. *in l. à Diuo Pio* §. *ſi ſuper rebus, num.* 3. *ff. de re iudic.* nimirum, quod quando poſſeſſio non eſt vacans, ſed eſt penes illum, qui ſententiam contra ſe reportauit, tertius veniens ad cauſam, ſententiæ exequutionem impedire non poteſt, adhuc ſi de ſuo intereſſe docere vellet; ſat erit, ſi à vincente præſtetur ei cautio, de qua *in lege is à quo ff. de re iudicata*, & hoc etiam ſi tertius allegaret ſe Dominum illius rei, ſuper qua lata eſt ſententia, quia dicta per Bal. *in l. ob maritorum Cod. ne vigor pro marit.* procedunt, quando actum fuit actione perſonali, & poſtea fit exequutio in bonis. 2



Digitized by Google

Nec obſtare dictum fuit filium præſentaſſe inſtrumentum refutationis cum clauſula conſtituti, & precarij per quam dicebatur feudi dominium, & poſſeſſionem fuiſſe in refutatarium tranſlatam, *l. quod meo*, vbi Bart. Aretin. Alexand. *& omnes ff. de acquirend. poſſeſſ.* nam reſponſum fuit, inſtrumentum hoc fuiſſe de falſo ſuſpectum, idque ex multis coniecturis, quæ verè, & vergentiſſimæ erant, & in eo inſolitæ legebantur clauſulæ, factaque ſine cauſa apparebat refutatio, quæ in Regno nunquam fit; conſiderabatur, & tandem, quod feudi refutati poſſeſſio penes matrem refutantem remanſerat, ſicque omninò ſimulata, per tex. *in l. ſicut* §. *ſuperuacuum*, vbi Bar. *ff. quibus modus pign. vel hypoth. ſol.* vnde meritò fuit deciſum, provt ſupra.

## OBSERVATIO.

1 IN illo dubio, quod D. Reg. in principio huius deciſionis tangit, nimirum, an minor lite pendente, maior effectus poſſit primum petere beneficium, quando caſus occurrit, adde Affl. qui *in deciſ.* 210. refert per S. C. deciſum, primum beneficium eſſe concedendum minori lite pendente effecto maiori, ex eo, quod dolo, & malitia actoris fuit lis ad longum tempus protracta, idemque ſi facto Iudicis hoc eueniret, quod firmarunt pariter Maſcatel. *in prax. S. C. par. 6. gl. in integrum num.* 17. Mart. *voto* 71. *num.* 8. Imbrian. *de primo, & ſecundo benef. conſiderat. 3. num. 86.* Thorus *in compend. deciſ. par. 1. in verb. minor ſi pendente iudicio*: ſed an in iudicio ſummario poſſint hæc beneficia peti, vltra D. Reg. hic vide quæ ſcripſit Imbrian. *loco citat. conſiderat. 8. num. 21. & ſequent.*

2 Quo vero ad aliam concluſionem, nimirum vt tertius veniens ad cauſam poſt latam ſententiam illius exequutionem impedire non poſſit, adhuc ſi in promptu de ſuo intereſſe docere vellet; ſed ſat eſſe, ſi ei à vincente præſtetur cautio, de qua *in l. is à quo ff. de rei vindicat*, ad confirmationem vide Iaſ. *in l. à Diuo Pio* §. *ſi ſuper rebus ff. de re iudic.* Myſinger. *ſing. obſeru. cent. 3. obſer.* 73. Ioſeph. Ludouicum *deciſ. Peruſ.* 26. & D. Reg. Rouit. *deciſ. 1. num. 27. verſ. vlterius eſt aduertendum.*

## *ARGVMENTVM.*

Feudo vendito cum pacto de retrouendendo, ſi contigerit venditorem in perduellionis crimen incidere, actio illa feudum recuperandi vigore pacti de retrouendendo, an ſit feudalis, vel potius burgenſatica, ad finem vt creditores vendentis aſſenſu carentes poſſint ſuper illa eorum creditum conſequi. Pactum de retrouendendo feudum num ſine aſſenſu remitti poſſit. Conſtitutio, *vt de ſucceſſionibus*, an procedat in ſucceſſione actionis ad feudum conſequendum. Tex. *in cap. 1.* §. *Titius, ſi de feudo defuncti*, &c. an locum habeat in ceſſione iuris luendi feudum, & de aliis.

## DECISIO CXVI.

FEVDO vendito cum pacto de retrouendendo, ſi ob venditoris rebellionem, omnia illius bona feudalia, & burgenſatica ad fiſcum fuerint deuoluta, dubitatum fuit, an actio illa perſonalis, vel præſcriptis verbis, quæ feudatario venditori competebat, pro feudo recuperando, vigore pacti de retrouendendo, ſit burgenſatica, vel potius feudalis? effectus reſultat maximus, quia ſi dicamus eſſe illam burgenſaticam, creditores vendentis aſſenſu carentes poſſent ſuper illa eorum creditum conſequi, ſin autem feudalis, minimè. 1

Fuit per Regiam Cameram vnanimi Dominorum conſenſu deciſum ad fauorem fiſci nimirum, vt actio illa ſit merè feudalis, & ſucceſſiuè, quod ſuper illa creditores rebellis feudatarij aſſenſu carentes nihil prætendere poſſint, ratio deciſionis fuit, quia licet actio merè perſonalis ad aliquid conſequendum faciat tertiam ſpeciem, tamen quando rei inhæret mobili, vel immobili, tunc iudicabitur, provt res, cui inhæret, ita Bar. *in l. 1. ff. de Author. tutor. & in l. mouentium ff. de verb. ſignif.* Hinc Doctores communiter affirmaſſe comperimus, quod ſicut Prælatus, Romano Pontifice inconſulto, bona immobilia Eccleſiæ alienare non poteſt, ita pariter nec alienare poterit actionem perſonalem ad rem immobilem conſequendam, ita gloſſ. & Ang. *in* §. *1. Auth. de non alienan. rebus Eccleſ.* gloſſ. Bar. & Aretin, *in l. 1. Cod. ſi aduerſ. tranſaction.* Alexand *in l. à Diuo Pio* §. *in venditione ff. de re iudic.* idemque in pupillo, qui ſicut bona ſua immobilia ſine Iudicis decreto alienare non poteſt, ita etiam, & actionem perſonalem ad rem immobilem conſequendam, Soc. *conſ.* 101. *lib. 1. & 157. lib. 4.* Aretin. *conſ.* 59. & Dec. *conſ.* 227. *lib. 2.* & in terminis, de quibus agimus, ſicut feudum ſine Domini aſſenſu alienari vel obligari non poteſt, vt *in c. imperialem, de prohib. feud. alien.* per Frederic. & *in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ*, ita pariformiter, nec actio perſonalis ad feudum conſequendum competens, & maximè actio iſta præſcriptis verbis, vel ex vendito, quæ competit ad feudum reacquirendam, virtute pacti de retrouendendo, & ſi ſecus diceremus; maximum oriretur abſurdum, quia ſi ego cum aſſenſu Domini tibi venderem feudum, cum pacto de retrouendendo, ac demum poſſem actionem illam ſine aſſenſu in Titium transferre, 2

per

Digitized by Google

per indirectum contra dictam legem imperialem,& conſtit. *conſtitutionem diuæ memoriæ*, feudũm ſine aſſenſu Domini tranſiret de perſona in perſonam, ſicque in dies poſſet fieri fraus legi.

3 Nec prædictis obſtare dictum fuit id, quod notat Bar. *in l.Gallus §.videndum in fine, ff.de liber.& poſthum.* quo loci affirmat, quod ſi ſtatuto prohibetur, nè ciuis poſſit forenſi bona immobilia alienare, poterit ſtatuto pœnali non obſtante, actionem ad rem immobilem conſequendam diſtrahere; etenim reſponſum fuit, Bar. Theoricam ad caſum propoſitum non applicari, cum procedat in diſpoſitione ſtatutaria & pœnali contra ius commune, at caſus propoſitus verſatur in diſpoſitione iuris communis feudorum, per quod eſt prohibita omnis contractatio feudalis, vltra quod contra Bar. tenuerunt *in eod. loc.* Aretin. & Soc, qui videantur.

4 Minus etiam fuit ratio aliqua habita de alia oppoſitione facta, nimirum poſſe ſine aſſenſu remitti pactum de retrouendendo, vt per Afflict. *in d.conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ*, quia nõ ſequitur, ergo actio, quæ ex iſto oritur poteſt obligari, quia remiſſio reſpicit augmentum feudi, quæ ſine aſſenſu fieri poteſt, vt *in c.1.de inueſtitut.de re alien. fac. & in c.1.an ille qui interfect. fratrem domini ſui*, ſicut dicimus hypothecam ſuper feudo poſſe remitti ſine aſſenſu, at Principe inconſulto, nullatenus conſtitui.

## OBSERVATIO.

1 CVm illa concluſione, quam Dominus Reg. noſter hic firmauit, nimirum, vt actio, quamuis perſonalis ad feudum conſequendum, feudalis cenſeatur, ſitque idem de ea iudicandum, quod de feudo ipſo iudicatur, conueniunt Marin. Frecc. *de ſubfeud. libro 2. quæſt.11.* Ioann. Vinc. de Anna. *allegat. 122. numero 7.* Dom. de Franch. *deciſ. 475. & 593.* quorum memini Ego *lib.1.reſol.iuris cap.126. num. 89. & 92.* vbi dixi in ſucceſſione actionis ad feudum Conſtitutionem, *vt de ſucceſſionibus*, quæ de feudo loquitur, locum habere, & indiuidualiter, quod actio ad feudum recuperandum virtute pacti de retrouendendo ſit feudalis, ſatis bene probat Cannet. *in extrauag. volentes, in quæſt. quæ incipit, ſed quid ſi fuerit venditum feudum, col. mihi 111.* vbi affirmat, quod ſi pater feudum vendidit cum pacto de retrouendendo, ac demum ius, quod habet luendi, alteri vendiderit, quod ſit locus diſpoſitioni tex. *in c.1.§.Titius, ſi de feudo defunct. contro. ſit inter dominum, & agnat. vaſſall.* ac ſi feudum ipſum venderetur, idque ex regula iuris diſponentis, quod, qui habet actionem ad rem, rem ipſam habere videtur, *l.qui actionem ff.de regul. iur. allegat.* Andr. qui *in conſtit. honorem diadematis*, dixit legem illam, quæ de feudatario loquitur, habere etiam locum in eo, qui habet actionem in ipſum feudum, & Barbat. qui *in conſ.51. col. 12. lib. 1.* ſcripſit, quod qui habet actionem, puta ex pacto de retrouendendo, rem ipſam tenere dicitur, & nunquam à ſuo patrimonio exiuiſſe, idemq; ſcripſit Cannet. ipſe; *in alia quæſt. quæ incipit, operæpretium eſt fol. 30.* vbi principaliter firmat Conſtitut. *conſuetudinem prauam* procedere etiam in actione competente ad redemptionem feudi, ſubdens *num. 12.* quod ſicut res ſtabilis minorum abſque iudicis decreto vendi non poteſt, pariformiter, nec actio competens ad rem ipſam immobilem, allegat gl. *in l.1.C.ſi aduerſ. tranſact.* Corne. *conſ.236. num.12. vol.4.* Alex. *conſ.77. lib.3.* & Tiraq. *in tract. de retract. ling. §.1. gl.1. num.2.* addit inſuper eodem modo præſcribi actionem ad feudum, quo præſcribitur feudum ipſam.

Circa vero alteram concluſionem hic tentam, vt 2
pactum de retrouendendo poſſit ſine aſſenſu remitti, ex Afflict. *in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ*, vide Cannet. hoc pariter affirmantem *in d. quæſt. incipiente, & quid ſi fuerit venditum feudum num. 10.* ſed contrarium ſcripſit Camer. *in c. imperialem fol.15. litt. E,* quem ſequitur Monta. *in eodem c. imperialem à numero 139. cogita.*

## ARGVMENTVM.

Donatiuo facto ab hoc Regno Domino noſtro Regi pro vna vice tantum, ſi aliqui ex Baronibus exemptionis priuilegio potirentur à ſolutione cuiuſcumque oneris, etiam donatiui, an cæteri, qui exempti nõn ſunt, teneantur ſoluere ratam illam, quam alij ſoluere tenerentur, ſi exemptionis priuilegio non potirentur. Principes ſuperiorem non recognoſcentes, qui in hoc Regno feuda poſſident, an teneantur contribuere in donatiuis quæ à feudatariis Dom. Regi fiunt,& an ſint immunes à ſolutione adohæ. Solutio donatiui num cum ſolutione adohæ, & releuij confundatur, & de aliis.

## DECISIO CXVII.

PLVRA hic proponuntur dubia 1
decidenda, primum an facto donatiuo ab hoc Regno Domino noſtro Regi pro vna vice tantum certæ pecuniarum quantitatis, ſi aliqui ex feudatariis exemptionis priuilegio potirentur à ſolutione cuiuſcumque oneris, etiam donatiui, an cæteri, qui exempti non ſunt, teneantur ſoluere ratam illam, quam alij ſoluere tenerentur, ſi exempti non eſſent; pro cuius dubij reſolutione tres fuerunt conſtituti caſus, quorum primus eſt, ſi hoc exemptionis priuilegium poſt factum donatiuum, & ſic poſt contractam obligationem ſuperueniret, & tunc pro indubitato tenendum, id, quod ſolui deberet ab exempto, cæteris aggregari non poſſe; ſed tanto minus Regi ſoluendum, ad



Digitized by Google

quod fuerunt allegati Bal. hoc firmans *in l. etiam col. fin. C. de except. rei iudicatæ §. actor, col. penul. ff. de re iudic.* Paulus de Caſtr. & Iaſ. *in l. Auus neptis ff. de pact.* Alber. Bal. & Ang. *in l. ſi vnus §. ſi pactus, & §. ſed ſi generaliter, ff. eodem tit.* vbi firmant quæſtionem, quando impoſito collectarum onere, Rex aliquem ab illo onere exemit.

2 Secundus caſus eſt, quando impoſitionis tempore aliqui erant iam ex priuilegio exempti, & onus imponitur ſimpliciter vniuerſitatibus, ſiue feudatariis, & tunc clarum eſſe dictum fuit, exemptorum portiones non exempti aggregandas eſſe, ad hoc vt Rex integrum conſequatur donatiuum, ita Bar. *in l. 2. Cod. de apoc publ. lib. 11.* Bal. *in d. l. etiam, & in c. ſecundo requiris de appellat.* Roman. *in d. §. actor.* Bar. Paul. & Imol. *in d. l. ab omnibus ff. de leg. 1.* Abb Felin. & Canoniſtæ communiter *in c. accedentes, de præſcript.* Aretin. & Iaſ. *in l. ſi duobus §. 1. ff. de leg. 1.* Tertius caſus eſt, quando onus cuilibet perſonæ imponitur, verbi gratia ſi fieret donatiuum vnius ducati pro quolibet foculari, & hoc caſu dicebatur, nullo pacto, id, quod ſolui debet ab exempto, alteri qui non eſt immunis aggregari poſſe; ſed à taxa in Regis detrimentum detrahendum, & Bar. *in d. l. 2. Cod. de Apoc. publ. lib. 11.* Bal. *in d. c. ſecundo requiris*, & Canoniſtæ, *in d. c. accedentes.*

3 Secundò fuit dubitatum, an Reges alienigenæ, qui in hoc Regno feuda poſſident, ab hoc donatiuo à feudatariis Regi noſtro facto, exempti ſint reputandi, pro opinione negatiua fuit allegatus Ritus Regiæ Cameræ, quo cautum eſt, filios Regum huius Regni à tributi onere exemptos eſſe, item iure communi attento, Rex, & fiſcus ab omnibus vectigalibus, exempti ſunt, *l. licitatio §. fiſcus ff. de publica; & vectigal.* ſic, & Regina Regis vxor gloſſ. *per illum tex in l. Princeps ff. de legibus*, & quamuis in filiis Regum aliter videatur tenere Ioan. Andr. *in c. nè aliqui, de priuileg. in 6.* tamen contra ipſum eſt magis communis opinio, vt ibi Dominicus, Philipp. Franc. & alij teſtantur, & Aretin. *in l. maritum ff. ſolu. matrimon.* vnde verſantes in fauorabilibus, dicendum eſt, Reges aliorum Regnorum hic feuda poſſidentes, ab hoc onere donatiui exemptos eſſe.

4 Tertio fuit dubitatum, an hi Reges ab adohæ ſolutione ſint immunes, & negatiuè fuit reſponſum, ea quidem ratione, quia cum adoha loco ſeruitij ſoluatur, quilibet feudatarij ex natura feudi, & ex contractu eſt obligatus ad ſeruitium; etenim dicitur hic contractus innominatus, *do, vt facias*, ſcilicet, *do tibi feudum, vt præſtes mihi fidelitatem, & ſeruitia*, notant omnes in præludiis feud. quoties enim Rex contrahit, vt priuatus obligatur, *c. 1.* vbi hoc notant DD. de probat. ergo non eſt cur dubitari poſſit teneri Regem alterius Regni hic feuda poſſidentem ad ſolutionem adohæ, & quamuis alij Dom. de Regia Camera fuiſſent in voto contrario, tamen Domini Regentes Regiam Cancellariam adhæſerunt voto de quo *ſupra*, & ita fuit deciſum; pro cuius deciſionis confirmatione fuit demum reperta conſultatio Regiæ Cameræ de anno 1530. ad fauorem fiſci, in ea enim determinatum eſſe compertum fuit, Sereniſſimam Reginam Poloniæ, quæ Domini huius Regni Regis erat neptis, teneri pro feudis, quæ in Regno poſſidebat, ius adohæ ſoluere.

Quartò fuit dubitatum, an ſolutio donati- 5
ui ſit confundenda cum ſolutione adohæ, & releuij, ſi eo anno, quo ſoluitur donatiuum feudatarij mors contingeret, in hoc fuit conſideratum Regiam Cameram obſeruare quod ſi eodem anno cadit ſolutio adohæ & releuij, vnum cum alio confunditur, idque duplici ratione, prima nè quis vno eodemque tempore duplici onere grauetur; ſecunda, quia alias feudatarius non haberet vnde illo anno viuere poſſet, ex quo releuium eſt medietas fructuum illius anni, & adoha eſt etiam medietas, ſicque fructus omnes illius anni ad Dominum peruenirent; ſed fuit conſideratum has rationes ad caſum propoſitum non applicari, non primam, quia non poteſt dici duplex eſſe grauamen ex eo, quod feudatarius voluntariè Regi donauit, ſicque cum ſit mera donatio, non poteſt dici, quod ſit grauamen; ſolum conſideratur onus releuij, & ſic eſt vnum, & non duplex onus, minus etiam applicatur ratio altera, quia donatiuum ſoluitur ſecundum taxam antiquam, qua ſtante, fructus, ex quibus viuere poſſit feudatarius, non deficiunt, ſicque per Regiam Cameram deciſum, nimirum quod nullo pacto, vnum poſſit cum alio confundi, eſt verum, quod in illo donatiuo, de quo in hac cauſa, contrarium deciſum fuit ex eo quod erat appoſita clauſula, vt tale donatiuum haberet eas qualitates, & naturam quam habebat adoha.

## OBSERVATIO.

IN ſecundo caſu primi dubij concludit D. Regens 1
noſter, quod facto donatiuo ab hoc Regno D. noſtro Regi, ſi impoſitionis tempore aliquis Baro, vel Vniuerſitas erant iam ex priuilegio exempti, dum onus impoſitum eſt ſimpliciter Vniuerſitatibus, ſiue feudatariis, clarum eſſe, exemptorum portiones non exemptis aggregandas eſſe, ratio aſſignatur, quia cum pro certa ſumma donatiuum factum ſit, quæ ad Regis manus integra peruenire debet, ſequitur neceſſario dicendum, vt rata exemptorum in damnum totius Regni veniat calculanda; ſed D. Regens Moles *deciſ. 4. tit. de donatiuis*, hoc pariter pro indubitato ſuppoſito, in dubium reuocat, an idem dicendum ſit, ſi Barones, & Vniuerſitates, cum faciant donatium, clauſu

Digitized by Google

clauſulam apponunt, vt nemo ſit exemptus? & non idem dicendum; ſed quod in damnum Regis exemptorum ratæ, ſiue portiones tendant, Regiam Cameram non ſemel determinaſſe reſpondit, quicquid Domini fiſcales contrarium prætendiſſent; Ratio deciſionis fuit, quia clauſula illa, nemine exempto, ideò apponitur, ne immunitas exemptorum pro eorum rata accreſcat aliis non exemptis, vndè cum poſtea Rex mandet, exemptis comparentibus, & exemptionem allegantibus, vt non obſtante clauſula prædicta, ſeruetur immunitas, hoc operatur, ae ſi exemptio poſt factum donatiuum conceſſa eſſet, quo caſu non poteſt dubitari, quod cedat in damnum Regis, hoc idem firmauit Andreas Capanus *in tract. de iure adoha quæſt.61. num.14.*

2 Ad tertium dubitum adde ſcripta per Capanum in *cit. quæſt.61 num.4.* vbi D. Regentem noſtrum *in hac deciſ.* refert.

3 Quò verò ad quartum, adde eundem Capan. *cit. tract. de iure Adoha quæſt.13. per totam*, vbi late materiam tractat, & quæ dixi *infra*

## *ARGVMENTVM.*

Legitimatus per reſcriptum Principis ad feudi ſucceſſionem, num in feudis dignitatum ſuccedere poſſit, & quid in legitimato per ſubſequens matrimomium. In ſucceſſione feudi partem quis ex duobus filiis erit potior, qui primo natus eſt ex legitimo matrimonio, vel qui primo natus fuit ex concubina; ſed demum poſt natiuitatem iſtius, qui natus eſt, ex legitimo matrimonio, legitimatus fuit per ſubſequens matrimonium. Legitimatus per ſubſequens matrimonium, an faciat deficere conditionem, ſi ſine filiis quis deceſſerit, & de aliis, &c.

## DECISIO CXVIII.

1 CVM à Dom. tunc noſtro Rege legitimatus eſſet ad Patris ſupplicationem filius ex damnato, & punibili coitu procreatus, eo in Priuilegio legitimationis expreſſo, vt ſucceſſionis feudorum capax eſſet, quod exprimere neceſſarium eſt, quia aliàs quamtumuis ampla ſit legitimatio, in feudo ſuccedere non poſſet, vt per feudiſtas omnes *in cap.1. §. naturales, tit. ſi de feud. fuer. contr. inter Dom. & Agnat.* contigit dubitari in Regia Camera, an ſic legitimatus ſuccedere poſſet in feudo dignitatis titulo decorato, puta Principatus, Ducatus, &c.

2 Et negatiuè fuit reſponſum, authoritate Bal. *in l. eam quam col.9. C. de fideic.* vbi expreſsè determinat legitimatum ad feuda, nullatenus ad feuda dignitatum legitimatum cenſeri, quia ad habilitandum naturalem, vt in feudis dignitatum ſuccedere poſſit, Princeps ſe difficilliorem reddit; idemque affirmarunt Martin. Laudoſ. *in d. §. naturales*, Petr. de Anchar. *in conſ.308. in fine*, & Curt. *in ſuo tract. feud. in 3. part. princip. quæſt.17.* etenim feuda dignitatum ab aliis feudis diuerſam habent naturam; illa enim de iure, licèt aliter de conſuetudine ſit vſurpatum, ad hæredes non tranſmittuntur, etiam ſi eſſent filij, *cap.1. de feud. March. cap.1. quis dicat. Comes*, notat gloſ. *in cap.1. §. & quia, de his, qui feud. dar. poſſ.* quam ſecuti ſunt Iacob. de Beluis *in cap.1. de feud. alien.* & Bal. *in d. cap.1. de feud. March.* Item ſunt illa indiuidua, & ſolus primogenitus ſuccedit *c. imperialem §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. alien.* per Freder. Bal. *in l. ſi plures C. de condit. in ſert.* & Socc. *in conſ.165. lib.4.* præterea feuda dignitatum dicuntur feuda regalia, quæ à nemine conceduntur, niſi ab Imperatore, vel à Rege in ſuo Regno, vt habetur in iuribus allegatis; quæ quidem prærogatiuæ in aliis feudis ceſſant, nam tranſmittuntur ad hæredes filios: dicuntur diuidua, cum omnes filij ſuccedant, & à quolibet Barone concedi poſſunt, in illiſque poteſt fieri immiſſio ex ſecundo decreto, quoad commoditates feudi, quod ſecus eſt in feudis dignitatum, ita Bal. *in authen. ei qui C. de bonis author. Iudic. poſſid.*

Confirmabantur prædicta ex Affiict. *in deciſ.265.* vbi dicit quod ſi creditor ſuper bonis feudalibus debitoris ſui aſſenſum impetrauerit, non cenſetur impetraſſe reſpectu illorum feudorum, quæ dignitatis titulo decorata ſunt, fuit & tandem allegatus Hoſtienſ. *in ſum. tit. qui filij ſint legit. §. fin. Col. penul.* quo loci dicit, quod ſi quis eſt legitimatus, etiam ad obtinendas dignitates, nullo pacto dicetur hic legitimatus ad dignitates maiores, puta Epiſcopatus, & ad ſimilia; ſed tantùm ad minores, ex quibus concluditur filium legitimatum ad feuda, non eſſe legitimatum ad feuda dignitatum. 3

## OBSERVATIO.

HAnc eandem ſententiam, quam hic firmat D. Reg. nimirum, vt Baſtardus à Principe ad feudorum ſucceſſionem expreſſe legitimatus, in feudis dignitatum ſuccedere non poſſit, niſi expreſsè de illis mentio facta ſit, probant pariter Andr. Tiraq. *de nobil. cap.24. num.18.* Marin. Frec. *lib.3. de ſubfeud. tit. de different. inter feuda regal. & alia &c. in 15. differ.* Roſentall. *de feud. cap.7. concl.19. num.11.* Hartam. Piſtor. *quæſt. iur. lib.2. quæſt.40. num.7.* Octau. Bamantac. *in cap. primo § naturales quæſt.15. num.141. in tit. ſi de feud. defun. conten. ſit* & alij. 1

Imo plus voluit Io. Vinc. de Ann. *in rubr. de vaſſal. decrep. ætat. num.431.* vt in feudis dignitatum, nec legitimatus 2

Digitized by Google

legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedere poſſit, ſed quia inaduertenter in hoc loquutus fuit, merito reprobatur, à Fabio filio ibidem, & ab Octauio Bammaca, *loc. cit.* etenim legitimatus per ſubſequens matrimonium in omnibus & per omnia eſt legitimus, cum lex fingat, eum à principio legitimè conceptum fuiſſe, ad tex. *vulgatum in c.tanta, qui filij legit.* & hoc adeò verum, vt dixerint DD. quod ſi ex Anna concubina ſuſcepi filium Alexandrum nomine, & poſtea matrimonium cum Maria legitimè contraxi, & ex ea filium alterum ſimiliter ſuſcepi, Cæſarem vocatum, ſi mortua Maria vxore, matrimonium contraxero cum Anna concubina, & è viuis decedam, Alexander vti filius primogenitus per ſubſequens matrimonium legitimatus in feudis, etiam dignitati ſuccedet, Cæſare ſecundogenito in figura matrimonij nato penitus excluſo, ita Florianus de Sancto Petro *in eius diſp. 3. poſt Comment. ad tit. de lega.* aliique plures, quos citant, Franc. Burſat. *conſ.* 10. *n.* 8. *lib.* 1. Iacob. Menoch. *conſ.* 799. *num.* 11. & octau. Bammacar. *loco cit. num.* 141. *verſ.* 4. eſt aurea doctrina.

3 In ſucceſſione verò bonorum allodialium, quod legitimatur per ſubſequens matrimonium faciat deficere conuictionem, ſi ſine libris, quis deceſſerit, ſicque excludat vocatum in caſu, quo hæres inſtitutus abſque filiis moreretur, ſcripſerunt Bal. *conſ.* 319. *lib.* 4. Paul. de Caſtr. *in l. fin. circa finem, C. de his, qui veniam ætatis impetr.* Aret. *in l. Gallus, §. ſi eius ff. de liber. & poſthum.* Dec. *in l. generaliter num.* 22. *C. de inſtit. & ſubſtit. & in cap. cum in cunctis num.* 30. *de elect. & in conſ.* 155. *num.* 2. Rip. *in rubr. ff. ſi cert. pet. num.* 3. aliiſque relati à Mart. *in ſum. ſucceſſ. par.* 1. *quæſt.* 18. *art.* 8. *num.* 4. qui tamen *num.* 8. concluſionem hanc limitat, vbi teſtator dixerit, ſi abſque filiis legitimis, & naturalibus, ac de legitimo matrimonio natis deceſſerit, ſic corrigens ea, quæ ſcripſerat in voto Piſa. 94. *num.* 12. his enim verbis concepta ſubſtitutione, legitimatus per ſubſequens matrimonium ſubſtitutum non excludet, & ita vno ore faſſi ſunt infiniti DD. quos retuli, *lib.* 1. *meær. reſol. cap.* 226. *num.* 4. vbi principaliter dixi legitimatum per ſubſequens matrimonium nullo pacto præſentari poſſe in iure patronatus, quod fundatum reperitur ea expreſſa conditione, vt in eo præſentari non poſſit, niſi de legitimo matrimonio natus; dixi pariter legitimatum per ſubſequens matrimonium non eſſe capacem beneficij, ſeu lucri Montis erecti pro legitimè procreandis.

## *ARGVMENTVM.*

Teſtes examinati, non citato authore laudato qui onus iudicij ſuſceperat, ad illorum iuramenta deferri videndum, an dicantur legitimè recepti, & de caſibus, in quibus teſtes dicuntur legitimè examinati, quamuis ad illorum iuramenta deferri videndum, aduerſarius non fuerit citatus.

## DECISIO CXIX.

CVM ab Abb. Ioan. Carraffa eſſet conuentus Illuſtris Dux Grauinæ cuiuſdam feudi poſſeſſor ad illud relaxandum, hic laudauit in authorem hæredem magis Capitanei perſonam à qua cauſam habebat, hæres in ius vocatus comparuit, onuſque ſuſcipit iudicij, vnde actor ad vlteriora procedens, ad eius fundandam intentionem plures fecit examinare teſtes, non tamen, citato authore laudato, ſed tantum poſſeſſore conuento, ex hoc dubitari contigit, an teſtes iſti nulliter recepti dicerentur. 1

In hoc dubio duo fuerunt diſtincti caſus, quorum primus eſt quando auctor laudatus comparuit, & in ſe ſuſcepit onus iudicij, taliter ſe offerens, quod ſententia contra poſſeſſorem conuentum ferenda, contra ipſum authorem exequatur, & hoc caſu quia dicitur nouata inſtantia, vt per Bart. *in l. liberto §. fin. ff. de neg. geſt. & in l. prima Cod. vbi in rem actio*, ſequitur ergo dicendum vt in receptione teſtium ad inſtantiam actoris, ſit author laudatus citandus, alias nulliter recepti dicerentur ad tex. *in c quoniam frequenter, vt lite non conteſt. & in l. ſed & ſi quis Cod. de teſtibus*, Bar. *in l. ſolutionem, columna ſecunda verſ. circa primum ff. de ſolution.* Paul. de Caſtr. *ind. l.* 1. *C. vbi in rem actio*, & Ang. *in l. venditor, Digeſtis, de iud.* 2

Secundus caſus eſt, quando author laudatus iudicium in forma debita non ſuſcepit, & tunc actor in receptione teſtium non tenetur citare, niſi perſonam, contra quam dirigetur petitio. vt per Bald *in l. cum ab eo Cod. quomod. & quando iudex*, Ioan. Faber *in §. licet Inſtitutionibus de adoption.* & Paul. de Caſtr. *in l. in concedendo ff. de aqua pluuia arcen.* illos enim, dicebatur, eſſe in iudicio citandos, quos principaliter tangit negotium, non autem illos, qui in conſequentiam habent, vel habere poſſunt intereſſe, niſi fortè vellet actor, vt ſententia afficeret, etiam non citatum, quia tunc erit omninò citandus, vt per Innocentium *in cap. fin. de maior. & obedien.* Bald. *in d. l. item ab eo.* Ioan. Faber *in d. §. licet*; Paul. de Caſtr. *loc. cit.* & Alexand. *in l. de vno, col. fin. ff. de re iudic.* vnde cum in caſu de quo agebatur, author laudatus à principio non comparuerat ad onus iudicij ſuſcipiendum, & in ea forma, quia ſuſcipere tenebatur, imo actor proteſtatus fuerat, quod nullam cum ipſo authore laudato habebat litem, ſed tantum cum poſſeſſores reo conuento, cum quo fuit ſemper lis proſequuta, Regia Camera determinauit teſtes fuiſſe validè receptos, ſicque ad vlteriora in cauſa procedendum. 3

OBSER

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 EXploratiſſimi iuris eſt, in recipiendis teſtium depoſitionibus, aduerſarium collitigantem eſſe citandum,ad illorum iuramenta deferri videndum,ſunt iura,*in cap.2.extra de teſtibus & in leg.ſi quando C.eod.* vnde meritò exiſtimauit D. Regens noſter, eſſe authorem laudatum citandum, ſi noſcitur, illum comparuiſſe,ac iudicij onus in ſe ſuſcepiſſe,declarando,vt ſententia proferenda contra poſſeſſorem conuentum, quatenus proferetur,poſſe illam contra ipſum authorem laudatum exequi,hoc enim caſu negari non poteſt, authorem laudatum vere aduerſarium dici, & cenſeri, ac proinde omnino citandum, quod ſecus ſi onus iudicij in hanc formam in ſe non ſuſcepiſſet, nam tunc citari authorem laudatum ad videndum iuramenta teſtium opus non eſt, provt per Regiam Cameram fuit deciſum hic,& alias per S.C.penes D. Præſidentem de Franch. *deciſ.* 462. quæ concordat cum deciſione iſta,idemque Regens Rouit.*in prag.2. num.7.de delationibus,*& Nouarius *ibid.n.*4.

2 Sed videamus breuiter, cum occaſio poſtulet, an ſemper, & in omni caſu aduerſarium citari oporteat ad videndum deferri iuramenta teſtium. Reſpondeas negatiuè;agnoſcimus enim plures à Doctoribus fuiſſe conſtitutos caſus, in quibus citatio hæc non eſt neceſſaria,ſicque valide illorum depoſitiones recipi poſſe,aduerſario non citato,vt videre eſt penes Ludouic. Roman.*in ſing.*269.Hippol.de Marſil.*ſing.*24.*&* 30. *& in l.fin.C.de probationibus,*& Ant. Corſet.*ſing.*371. Socc.*regul.*406.Felin.& Dec.*in d.c.2.de teſtibus,*Bero. *in c. quoniam contra num.* 99. *de probat.* principaliores ſunt iſti, primus quoties contigerit recipi teſtes ad probandum caſum,quem aliquis in partibus remotis paſſus eſt,ita Bart.*in l.2.C.de naufrag.lib.*11. & Ioan. de Anna *in c. excommunication. extra de raptoribus.* Secundus vbi ageretur de examinatione teſtium ad perpetuam rei memoriam contra illum cuius timetur potentia,ita Io.And.& Hoſtien. *in c.quoniam frequenter,vt lite non conteſt.*Tertius vbi eſſet recipiendus teſtis contra inquiſitum de hæreſi, ad tex.*in c.fin. de hæreticis in 6.* Quartus vbi Iudex ex officio ſuper notorio,ſeu fama publica teſtes recipit,Innocent.*in c.bene de electione, & in c.cum in tua,de ſponſalibus.* Quintus quando aduerſarius eſſet præſens tempore, quo Iudex recipit teſtes, etenim regulam conſtituo, citationem numquam neceſſariam eſſe, quoties, qui citandus eſt,præſens reperitur,hic eſt tex.*in l.etiam* §.*ſi hereditate ff.de minor.*Alexand.*in l.fin.num.*3.*Cod.de procur.*Abb.*conſ.*38.*lib.*1.Capyc.*deciſ.*1.*num.*32. Rot.*deciſ.*472.*&* 151.*part.*2.*diuerſ. &* 1094. penes Seraph. Vant.*de nullit.ex defect.citat.num.*116. Cardin.Tuſch. *practicarum concluſ.litt.I.concl.*349.*num.*74.& Gratia. *diſcep.forenſ.part.*4.*cap.*897.Sextus eſt caſus,vbi teſtis, poſt depoſitionem, Parte citata factam, vellet ex interuallo dictum ſuum declarare, nam tunc poſſet hoc facere abſque nouo iuramento, & noua Partis citatione,& quod in prima depoſitione omiſit,addere,& ſupplere poterit, ita Paul. de Caſtr. *in l.heredes palam* §.*ſi quid num.*4.*ff.de teſtamentis.*

## *ARGVMENTVM.*

Aſſenſus ex Regia largitione ſuper obligatione bonorum feudalium pro dotium mulierum Neapolitanarum reſtitutione,generaliter conceſſus, an locum habeat in dote confeſſata. Confeſſio facta à viro dotem ſibi promiſſam recepiſſe, an, & quando eius creditoribus præiudicium afferat,& de aliis.

## DECISIO CXX.

1 PRo recuperatione dotium maternarum agebat Magnificus Ioannes Bernardinus Gambacurta actione reali ſuper bonis feudalibus obligatis, & cum Regis aſſenſu careret, prætentionem habuit velle gaudere gratia à Rege Catholico conceſſa, provt in cap.20. inter gratias conceſſas de anno 1505. erat enim matrimonium contractum ante huius gratiæ conceſſionem, qua cum fuiſſet generaliter præſtitus aſſenſus omnibus obligationibus, & inſtrumentis dotalibus iam factis, videbatur ſine dubio comprehendere obligationem pro dotis prædictæ reſtitutione factam; ſed cum fuiſſet oppoſitum non conſtare de illius numeratione, ſed tantum de confeſſione,dubitatum fuit in Regia Camera, an gratia prædicta in dote confeſſata locum haberet.

Et negatiuè fuit reſponſum, idque attento tenore gratiæ prædictæ: etenim conceſſus fuit aſſenſus omnibus obligationibus iam factis, pro dotibus verè ſolutis,non fictè, ſub illis verbis, *placet Regia Maieſtati, quoad obligationes factas pro dotibus verè, & ſine fictione,* &c. vnde cum in caſu prædicto non conſtaret dotem fuiſſe verè, & realiter ſolutam, ſed tantum confeſſatam, hæc dicebatur ficta dos, non autem vera, nec fuit ratio aliqua habita de Theorica Bart.qui *in leg.ſtipulatio* §.*Chryſogonus ff.de verb.oblig* affirmat,confeſſionem pecuniæ receptæ veram probare numerationem,quoties eſſent elapſa tempora opponendi exceptionem,non numeratæ pecuniæ;etenim dicebatur,Aretin.*in eodem* §.*Chryſogonus,* tenere contra Bar. & benè, quod nullatenus vera probetur numeratio, ſed tantum ficta & quod hæc ſit communis opinio, quam pariter firmaſſe Specul.& Ioan. Andr.*in tit.de teſtibus* §.*pene egi;* Bal.*in l.* 2. §. *creditum ff.ſi cert.* pet. Ang.*in d.*§.*Chryſogonus*, idemque ſcripſerunt Antonius de Butr. *in cap. ſi cautio de fide inſtrument.*idem Aretin.*in l.*1.*ff.ſolut.matrimon.* quo loci expreſsè determinat, dotis confeſſionem etiam poſt lapſum temporis veram numerationem non probare, ſed tantum fictam allegat tex.*in auth.de temp.non ſoluend.pec.* Iaſ. latiſſimè *in* §.*fuerat Inſtitutionib. de actionibus;* quare ſubdit Aret.*in d.l.*1.quod merito ſtatuta prouident inſtrumenta confeſſionis dotis idē habere priuilegium, quod vera dos habet; ſed



Digitized by Google

cum in caſu propoſito appareat contrarium cautum eſſe per ſtatutum , quia aſſenſus fuit conceſſus dotibus veris , & non fictis, ergo dicebatur quod non poteſt habere locum ſtatutum, niſi de vera & reali dotis ſolutione conſtet, ſi enim voluiſſet Catholicus ille Rex prouidere tam dotibus verè ſolutis , quàm confeſſatis dixiſſet ſimpliciter *placet Regiæ Maieſtat.* prout reſpondit *in cap. ſeq.* in quo cùm eſſet eidem Regi ſupplicatum, vt inſtrumentis dotalibus in futurum conficiendis, in quibus bona feudalia, cum reſeruatione Regij aſsenſus obligarentur, cenſeretur Regius præſtitus aſsenſus , reſpondit ſimpliciter, *placet Regiæ Maieſtati*, cuius quidem ſupplicationis, & Regiæ decretationis tenore attento dictum fuit Regiam Cameram ſæpe iudicaſse in fauorem mulierum , etiam in dotibus confeſsatis.

---

## OBSERVATIO.

1 VT cernis D. Regens in hac deciſione in eam deſcendit ſententiam , vt mulieri Neapolitanæ pro dotis ſuæ recuperatione agenti ſuper bonis feudalibus viri, aſſenſus Regis Cath. de anno 1505. nullatenus ſuffragetur, dum non conſtat de dotis numeratione , ſed tantum per confeſſionem mariti, at Ego obſeruaui contrarium firmaſſe inſignem Camerar. *in c. imperialem fol. 57. litt. S. T. V. & fol. ſeq. litt. B.* dum dixit, paſſim iudicatum fuiſſe pro mulieribus, quando conſtat per publicum inſtrumentum de promiſſione dotis, elapſaque ſint tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, cuius ſententiæ adhæſi pariter, & Ego *lib. 2. reſol. iuris cap. 28. num. 13.* etenim communem, ac vndique receptiſſimam , exiſtimaui ſemper concluſionem illam; nimirum , quod vbi per inſtrumentum capitulorum matrimonialium conſtat dotem fuiſſe promiſſam, deindeque maritus, cui fuit facta promiſſio , illam recepiſſe confiteatur , ſintque elapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis , quod confeſſio hæc tantum operatur, quantum vera, & realis dotis ſolutio, idque non ſolum reſpectu præiudicij viri ſic confitentis; ſed etiam ſuorum creditorum, qui poſt confeſſionem contraxerunt, elapſo iam tempore hanc opponendi exceptionem, vel etiam , ſi ante confeſſionem contraxiſſent, ſi tamen de confeſſione dotis receptæ fuerunt conſcij, quia ſi de ea nullam habuerunt notitiam, eſſetque vir decoctus, poſſent vtique creditores exceptionem non numeratę dotis opponere, quamuis reſpectu viri tempora non largirentur ; hæc quando dotis promiſſio præcedit, deque hac promiſſione per publicum inſtrumentum capitulorum manimonialium conſtaret; at ſi promiſſio non præcederet, nulla viri confeſſio in vita, vel im morte emanata creditoribus præiudicium inferret, excepto ſi confeſſio fuiſſet facta per multum temporis ante æs alienum nontractum, ita vt elapſum eſſet tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, quia tunc confeſſio futuris creditoribus præiudicaret, probant hæc omnia Afflict. noſter *deciſ. 402.* & ibi Vrſil. *in addition.* qui ambo verè materiam deguſtarunt, Boër. *deciſ. 330.* Crauett. *conſ. 40. num. 6. circa finem*, Couarr. *lib. 2. var. cap. 7. num. 6. verſ. quandoque tamen*, vbi reprobat Aretin. quem D. Regens noſter *hic* citat, contrarium tenentem, Aluar. Valaſc. *deciſ. 6. num. 11.* Peregr. *deciſ. 141. num. 11.* & alij relati per Thor. *in compend. deciſ. par. 1. in verbo, aſſicuratio dotis, an ſit facienda*, quibus addo Surd. *deciſ. 285.* & Io. Petr. Font. *de pactis dotalibus clauſula 14. gloſ. vnica par. 2. num. 23.* qui ambo loquntur de confeſſione dotis facta à marito in teſtamento, quod non aliud, niſi legatum importare, affirmant.

## *ARGVMENTVM.*

Creditor, ad cuius inſtantiam debitoris res fuit ſub haſta vendita, ſi eidem pretium ſoluatur, an aliquid emptori promittere teneatur, & an demum ex alia cauſa, ſeparata à credito, pro quo facta eſt venditio, poſſit ſuper eadem reuendita iterum recurrere.

Creditor cui liberata eſt pecunia obuenta ex venditione rei ſibi obligatæ, an teneatur illam emptori reſtituere, ſi alius creditor anterior comparuit, & eandem rem euincit, & de aliis.

## DECISIO CXXI.

VENDITA ſub haſta Ciuitate Vgenti, eaque vltimo licitatori, & plus offerenti deliberata pro pretio ducatorum 8670. cum fuiſſet in Regina Camera dubitatum ad cuius fauorem teneretur creditor , cui pretium veniebat liberandum, iura ſua cedere, an debitori, an verò nouo emptori, qui pecuniam exburſabat ; ſine hæſitatione aliqua fuit concluſum, ad emptoris beneficium faciendam eſſe iurium ceſſionē, per tex. vbi hoc notant Bar. Bal. Salyc. & omnes *in l. penult. ff. de diſtract. pignor.* dicit enim ibi Iureconſultus, quod ſi creditor vendit pignus, iura ſua emptori cedere debet, & poſſeſſionem tradere, ratio eſt quia pignus liberatur per ſolutionem pretij, ergō ſoluenti pretium debet fieri ceſſio, & eſt tex. *in l. Paulus §. fin. ff. quibus mod. pignus, vel hypot. ſoluitur , & in l. mulier ff. qui potiores in pignor. hab.* præterea cum eſſet dubitatum, an creditor, cui pretium rei venditæ ſoluebatur , teneretur euictionem emptori promittere , dictum fuit, quod non , per tex. *in l. periculum*, vbi Bar. *ff. de pignor. & in l. 1. in rubr.* & nigr. *C. creditor. euict. non deb.* tenetur , tamen ad quatuor, de quibus ibi per gloſ. *in verb. iure vendit.* & primo, quod ſit ſibi res obligata , ſecundo quod ſit potior, quolibet alio creditore, tertio quod credat rem eſſe debitoris, quarto quod ſibi liceat vendere ex pacto, vel ex lege, vel ſaltem credat ſibi licere. 1

Vltimo fuit pariter dubitatum an venditio dictæ 2



Digitized by Google

dictæ Ciuitatis eſſet nulla, vel ſaltem veniret annullanda ex eo quod præſupponebatur emptorem cum aliis, qui emere volebant, ſe conueniſſe, vt non excederetur pretium ducatorum 8600. ſed dictum fuit conuentionem hanc non fuiſſe probatam, & quatenus contradicebatur huiuſmodi conuentionem, venditionem prædictam nullatenus annullare, quia tex. *in l. ſi quos C. de reſcin. vendit. & in l. creditor hypothecas C. de diſtract. pignor.* loqui videntur, quando inter creditorem vendentem, vel alium qui vendit, & emptorem fraus eſſet adhibita, eo enim caſu, ſi inter eos eſt colluſum vt res viliori pretio venderetur, tunc annullatur venditio, citat ad hoc tex. *in l. fin. verſ. ſin autem dubitatio C. de iure dominij impetr. & in l. penult. C. ſi vendit. pign. agat.* & notata per Innocent. *in cap. cum M. col. 2. extra de conſtit.* vbi dicit, quod ſi à Canonicis ſtatutum eſſet emanatum, vt Canonicus nouiter electus de præbendis diuinis nihil habere poſſit, ſi electus non conſentiet, non erit ſimonia, at ſi ſtatutum, ſiue conuentio inter electores, & electis facta eſſet, tunc ſecus, ita dicebatur in argumentum circa caſum propoſitum, quod ſi conuentio eſſet facta inter emptores, non per hoc nulla dicebatur venditio ſecus verò, ſi inter creditorem vendentem, & emptorem.

---

## OBSERVATIO.

1 QVod creditor vendens pignus iure venditoris de euictione non teneatur, vltra iura hic per D. Regentem allegata *in l. periculum 30. ff. de hæred. vel ratione vendi. & in rubr. & nigro l. 1. C. credit. euict. pignor. non debere*, eſt tex. *in l. emptorem §. denique ff. de action. empti*, Neguſant. *de pignor. part. 6. membro 1. num.* 40. Mangil. *de euict. quæſt. 44. num.* 10. vbi *numer. ſeq.* ſubdit hanc procedere concluſionem, ſiue creditor ſit priuatus ſiue fiſcus, *d. l. 1. C. credit. euictio pign. non deb.* idemque Io. Petr. Fonatell. *deciſ. 223. &* Mercur. Merlin. *de pignor. lib. 4. tit. 3. quæſt. 101. num. 3.* qui omnes recenſent pariter illa quatuor, ad quæ creditor tenetur, ſcripta per D. Regentem hic, & addunt, quod licet creditor de euictione non teneatur, bene tamen cedere tenetur emptori iura contra debitorem euictione ſuccedente, id eſt contrariam pignoratitiam, ad tex. *in l. in creditore 38. ff. de euict.* caſu autem euictionis ſuccedente tenebitur debitor, quia venditio à creditore facta reputatur, ac ſi ab ipſo debitore facta eſſet, ſic Merlin. *loco cit. num.* 8. poſt Salyc. *in d. l. 1. num. 5. & 6. C. credit. euict. pignor. non debere*, & Neguſant. *d. memb. 1. num. 40. in 3. limitatione.*

2 Eſt tamen hic omnino aduertendum, & ſingulariter notandum, quod licet creditor, qui iure creditoris vendidit pignus, de euictione non teneatur, niſi expreſsè illam permiſerit, vt dicit tex. *in d. l. 1. C. credit. euict. pignor. non debere*, attamen nullo pacto idem creditor, ſiue hæres eius poterit rem venditam ab emptore euincere, ad hoc ſi euincere vellet ex aliqua alio cauſa ſeparata à credito, pro quo vendidit, hic eſt tex. *in l. & ſi is* 10. vbi gloſ. & Bar. *ff. de diſtract. pignor.* Neguſant. *cit. membr. 1. part. 6. num.* 41. & Mangil. *in ſupra relata quæſt. 44. n.* 19.

3 In ſuper notandum eſt, quod cum creditor vendens iure creditoris teneatur ad illa quatuor de quibus hic per Dom. Regentem, & ſignanter, vt ſit prior, ſiue potior aliis, ſi contigerit, creditorem, qui vendidit, non eſſe priorem, ſiue potiorem, ſicque demum primus comparuerit creditor, & euinceret, teneretur vtique in hoc caſu creditor, qui iure creditoris vendidit, pretium, quod recepit, emptori reſtituere ita Franc. Viuius *deciſ.* 152. Maſtrill. *deciſ. 28. num. 3.* vbi in puncto principali, per illud Siculum conſiſtorium deciſum refert, quod ſi creditor conſenſerit alienationi rei ſibi obligatæ, & pretium receperit ab emptore, euictione ſequuta, tenebitur emptori pretium, quod recepit, reſtituere, idemque Fontanell. in ſupra cit. *deciſ. 223. num. 9. & ſequenti*, qui omnino in hac materia videatur.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## *ARGVMENTVM.*

Spoliatus de facto à Iudice, an poſſit agere interdicto recuperandæ poſſeſſionis, ac ſi à priuato ſpoliatus eſſet. Interdictum recuperandæ an locum habeat in iuribus incorporalibus Partis citatio ad videndum iuramenta teſtium, an requiratur, quando extraiudicialiter proceditur. Exceptio dominij, ſiue defectus iuris, an aduerſus ſpoliatum opponi poſſit, reſtitutione prius non facta, & de aliis.

## DECISIO CXXII.

EXISTENTE in poſſeſſione ſeu quaſi Abb. ſanctæ Mariæ de Pop. 1
in Prouincia Calabriæ percipiendi, & exigendi à Regia Curia, & pro ea à Theſaurario illius Prouinciæ annuos ducatos 146. in recompenſam herbagiorum, quarumdam defenſarum, dictæ Abbatiæ, ſibi aſſignatos, fuit ille à Regio Cauallarizio de facto dicto iure exigendi ſpoliatus, eo ſub prætextu, quod eidem Abbati in excambium dictorum herbagiorum fuerat datum quoddam molendinum; vndè egit in Regia Camera remedio Canonis *reintegranda 3. quæſt. 1.* fuit dubitatum, an eſſet reſtituendus.

Iuribus vtriuſque Partis examinatis, exiſti- 2
mabatur Eccleſiam omnino fore reſtituendam; etenim in facto conſtabat Abbatis intentionem, tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio fuiſſe fundatam; in petitorio, quia per inſtrumenta producta bene docuit de dominio, & proprietate dictarum defenſarum, & de illarum reintegratione ad fauorem Eccleſiæ facta, quæ per aliud inſtrumentum apparebat, quod quidem inſtrumentum faciebat præſumi, vt omnia ibi deſcripta eſſent Eccleſiæ, adnotata per Artizo. *in ſumma §. ſed ſi debitetur, in fine,*



Digitized by Google

conſtabat in ſuper Eccleſiæ intentio per ſententiam Regiæ Cameræ, quæ inter eaſdem perſonas ius faciebat, *l.poſt rem iudicatum ff.de re iudic. l.ex tribus, cum ſeq.& l.ſi quis rem ff.de exception. rei iudic.* In poſſeſſorio dicebatur actoris intentionem fundatam, ex quo conſtabat per annos triginta continuatos, abſque contradictione aliqua, ſingulo quoque anno exegiſſe Abbatem dictos ducatos 146. & hoc, præcedentibus D.Proregis ordinibus Theſaurariis Prouinciæ directis, ex quibus non erat cur dubitari poſſet, fieri locum remedio recuperandæ poſſeſſionis, vel ſit illud de quo *in l.ſi coloni C.de agricol. & cenſit.* vel illud de quo *in cap. ſæpe, de reſtitutione ſpoliat.* vel & tandem aliud *canon. reintegranda 3 quæſt.1.* de qua latè per Bar. Alex. Aret. & Socc. *in l.rem qua nobis ff.de acquirenda poſſeſſione* quod quidem remedium dicebatur non ſolum competere, quando priuatus ſpoliat; ſed etſi à Iudice quis eſſet de facto ſpoliatus, vt eſt tex. *in c.conquerente, de reſtit. ſpoliat.* & in ibi Innocent. & Canoniſtæ communiter, Aret. per illum tex. *in C.Eccleſia ſancti Petri, de conſtit.* gloſ. & DD. *in l.iuſtè poſſidet ff. de acquirenda poſſeſſione*, & ſunt pariter iura *in l.fina. C.ſi per vim, vel alio, modo, & in l.meminerint, C.vnde vi*, latè Socc. *in conſ. 12. lib. 1.* quæ quidem remedia poſſeſſionis recuperandæ competere dicebãtur nedum pro iuribus corporalibus; ſed etiam pro incorporalibus, *l.ſi plures §. deiectum ff. de vi, & vi armata*, Bar. *in l. 3. §. vnde vi, ff eodem tit.* Innocen. *in cap. querelam num.4. extra de electione*, vbi in ſpecie loquitur de ſpoliato ab annua perceptione exigendi tot annuos, vt ſit ante omnia reſtituendus.

3 Nec obſtare dictum fuit quod aduerſus Eccleſiam allegabatur; nimirum fuiſſe ei pro dictis herbagiis datum quodam molendinum in excambium, & quod hoc in facto conſtabat per ſeptem teſtes de auditu, & fama publica deponentes, nam reſponſum fuit, de eorum depoſitionibus nullam haberi poſſe rationem, ex quo Parte non citata, recepti erant, *c.quoniam frequenter, vt lite non conteſt.* quam quidem Partis citationem neceſſariam eſſe dicebatur, adhuc, ſi extraiudicialiter procederetur, gloſ. *in c.vnico, de officio deleg.* Aret. *in c. cum omnes col 2. extra de conſtit.* ſiue per viam inquiſitionis *cap.qualiter, & quando, de accuſat.* Secundò eſſe Eccleſiam reſtituendam allegabatur, ad huc ſi hoc factum nulliter per teſtes probatum, per publicum inſtrumentum conſtaret, nam cum ſit hæc exceptio dominij, ſiue defectus iuris, non poteſt de hoc tractari, niſi reſtitutione prius facta, *cap.in litteris, & c.item cum quis de reſtit. ſpol.* optimè Aret. *in l.naturaliter §. nihil commune, co. penul. & fin. ff.de aquirenda poſſ.* vbi dicitur, quod etiam ſi per inſtrumentum productum de non iure agentis conſtaret, non debet in poſſeſſorio poſſeſſionis reſtitutio expediri, quia inſtrumentum contra quod poſſunt multa opponi, notorium non facit, niſi forte notorie de non iure agentis conſtaret, tali quidem notorietate, vt contra illam nihil opponi poſſet, eo n. caſu impediendam eſſe reſtitutionem notauit Innocent. *cap.ſignificaſti, de diuort. & in c.conſtitutus, de filiis præsbyter.* quo loci dicit notorium eſſe, quando id, quod opponitur, conſtat per Partis confeſſionem, vel per probationes admiſſas, aliàs ſi non eſſet hæc notorietas, ita vt allegari poſſet rem eſse dubiam, ſemper replicare poſset ſpoliatus nolo reſpondere, & tum non es audiendus, niſi ſim prius ego reſtitutus; multa enim ſunt commoda poſseſſionis, *retinendæ, inſtit. de interdic.* quod proinde lite pendente non poſse quem ſua poſſeſſione priuari dixit Innoc. *in c.cum M. col.2. de conſtit.*

---

## OBSERVATIO.

Inter cætera notatu digna, quæ in hac deciſione habentur illud eſt, nimirum, vt exceptio dominij ſiue defectus iuris, nullatenus aduerſus ſpoliatum opponi poſſit, niſi reſtitutione prius facta, adhuc ſi per inſtrumentum, de non iure ſpoliati conſtaret, ex quo aduerſus illud multa opponi poſſent, niſi fortè notorie de non iure agentis conſtaret, & tali quidem notorietate, vt contra illam nil opponi poſſit, eo enim caſu impediendam eſſe reſtitutionem dixit Innoc. per D.Regentem hic allegatus *in c.ſignificaſti, de diuortiis, & in c.conſtitutus, de filiis preſbyterorum*; ad cuius quidem concluſionis confirmationem videndi ſunt & alij magi nominis DD. hoc idem firmantes, nimirum, idem Innoc. *in c.cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Io. Stopholius *in tract. de gratiis, & expect. in tit. de litt. iuſtitiæ num.7.* Iacob. Nouell. *in ſua prag. crim. in illa par. quæ incipit vulgaris eſt regula num.5. verſ. limita quinto, & n.12.* Dec. *conſ.91. num.9. verſ. facit*, Crauet. *conſ.299. num.8. & conſ.302. num.6.* Natt. *conſ.563. num.30. lib.3.* & alij quo citat, & ſequitur inſignis Menoch. *de recuper. remed. 1. numer.231. & 232.* vbi *num. ſequenti* multorum authoritate probat, quod ſi per ſententiam de ſpoliatoris dominio conſtaret, reſtitutio denegatur, cum declarationibus tamen de quibus *num.236.237.238.* quærit demum *num.239.* num ſat ſit, vt ſpoliatus ante omnia non reſtituatur ſi ſpoliator in continenti ſui dominij probationem offert, multa pro vtraque parte ponderat, multoſque ad inuicẽ pugnantes affert Doctores; ſed in ea videtur opinione reſidere, vt hæc non admittatur oblatio, quando poſſeſſio violenter à ſpoliatore fuit occupata, ſecus ſi abſque violentia, & vitio ad illius manus deuenit poſſeſſio. 1

In iudicio autem manutentionis, quod nullo pacto per exceptionem dominij manutentio impedietur, adhuc ſi in promptu offeratur probanda aliter, quàm per confeſſionem vel rem iudicatam, dixerat Bar. *in l.ſi Diui in fine ſiue in §.item in eo ff.de iudic. & in l.naturaliter §.nihil commune num.2.ff.de acquirenda poſſeſſ.* & ibi Rip. *num.98.* Menoch. *de retinend. remed.3. num.675.* Celſus Vgo *conſ.98. num.1.* Franc. Milanenſ. *deciſ.3. num.138. lib.1.* Beltram. in addit. ad D. Ludouiſ. *deciſ.107. num.5.* Burrat. *deciſ.369. n.7.* & Ludouic. 2

Digitized by Google

Ludouic. Poſt. cæteris omiſſis, *de manuten. obſer.* 42. *numer.* 58. *& ſeq.*

# *ARGVMENTVM.*

Iuris patronatus donatio, quæ abſque ordinarij beneplacito nulla eſt, num ex illius ſuperuenienti tacito conſenſu ſubſtineri poſſit. Sollemnitas extrinſeca quanto tempore interueniſſe præſumitur. Confiſcatis bonis delinquentis, an ius patronatus cum vniuerſitate bonorum confiſcatus dicatur; & quid ſi duo eſſent patroni, an pars delinquentis, cuius bona confiſcantur, accreſcat compatrono, vel potius ſpectet ad fiſcum. Conſenſus Epiſcopi in donatione iuris patronatus requiſitus, an curſu temporis interueniſſe præſumitur. Emphyteuſis Eccleſiaſtica, an confiſcari poſſit, & de aliis.

## DECISIO CXXIII.

1 POſſidentibus Dominis Duce Traiettę, & Comite Morconi Fratribus ius patronatus Eccleſiæ S. Laurentij in Caſalo ſanctæ Mariæ de Capua, ex donatione à ſereniſſimo Rege Alphonſo primò Comiti Fundorum Honorato Caietano eorum auo facta, vitaque functo illius beneficiato, prætẽdit Regia Curia, & pro ea tunc Dominus Regni huius Prorex Don Petrus à Toleto, ius præſentandi nouum beneficiatum in Eccleſia prædicta ad Regem ſpectare, eo præſuppoſito, quod donatio prædicta à principio fuit nulla, ex quo ſummi Pontificis; ſiue Epiſcopi conſenſus non interuenit, provt de iure interuenire debebat, & quatenus illa de iure ſubſiſteret, adhuc ius patronatus ad Regem ſpectare, ſtante rebellione Ducis Traetti patris dictorum Moderni Ducis, & Comitis, quibus tamen contendentibus, donationem prædictam fuiſſe de iure validam, nec patris prætenſam rebellionem eis obeſſe, dubitari contigit, vtra Partium meliora foueret iura.

2 In hac controuerſia, non dubitabatur de receptiſſima Canoniſtarum ſententia *in cap.* 1. *de iure patr. in* 6. nimirum in donatione, quæ fit laico alicuius iuris patronatus, Epiſcopi diœceſani conſenſum neceſſarium eſſe, niſi eſſet donatum quid vniuerſale, puta Caſtrum, hæreditas ſub quibus ius patronatus comprehenderetur, nàm eo caſu, ex quo diceretur tranſire cum vniuerſitate bonorum, nullus ordinarij conſenſus requiritur, dicebatur tamen in præfata donatione à Rege Alphonſo facta Epiſcopi conſenſum interueniſſe ſi non expreſſum, bene tamen tacitum, quem ſat eſſe dixit Innocent. *in c. cura, de iure patr.* & præſuppoſito pro vero diœceſani conſenſum in tranſlatione iuriſpatronatus de vna perſona in aliam, ne dum præcedere, & in ipſo actu interuenire, ſed etiam ſubſequi poſſe, vt per Abb. & Card. *per illum tex. in d. c. cura*, dicebatur in donatione prædicta Epiſcopum ex poſt facto tacite aſſenſiſſe, nam poſt donationem factam ter vacante beneficio, à donatario, ſiue ab eius hæredibus alij fuerunt præſentati beneficiati, & ab Epiſcopo inſtituti, quos certè inſtituere non poterat, niſi donationem à Rege factam legiſſet, ſicque tacitè huic donationi aſſenſit. Dicebatur ſecundo aſſenſum Epiſcopi ab initio præſumi interueniſſe ex diuturnitate nimirum temporis, quæ in hac donatione concurrebat, & per Abb. *in d. c. cura*, Archid. *in Canon. nem. de conſ.* 1. *diſt.* 5. Roma. *ſing.* 320. Felyn. *in c. de quarta, de praſcript.* & alij, id quod verum eſt in qualibet ſollemnitate extrinſeca, quam ex temporis diuturnitate præſumi, magis communiter voluerunt DD. cit. per Alex. & Iaſ. *in l. ſciendum ff. de verb. obligat.* & Aret. *in l. qui in aliena* §. *ſed ſi non adierit. col.* 2. *ff. de acq. hæred.*

Quò vèrò ad prætenſam rebellionem ducis Traiettæ patris, per quam prætendebat fiſcus ius patronatus ad Regem ſpectare, Primo reſponſum fuit, quod de huiuſmodi rebellione nunquam in iudicio ratio aliqua habita fuit, ſed ſemper in cauſis, quando illa tractari contigit, ad hæredum fauorem fuiſſe iudicatum. Secundò dicebatur magis communem eſſe Doctorum opinionem ius patronatus confiſcari non poſſe, adhuc ſi ſub bonorum vniuerſitate comprehenderetur, gloſ. *in c. ſatis peruerſum.* 50. *diſt. & in Clement. paſtoralis, in verbo ſubiecta de ſententia & re iud.* & ibi Ant. de Butr. *Archie. in c. filiis* 16. *quaſt.* 7. Imol. *in l. in inſulam ff. ſolut. matrim.* Barbat. & Felyn. *in quanto de iudic.* Bal. Salice & Paul. de Caſtr. *in l.* 1. *C. de bonis libert. & quamuis* Dec. *in d. cap. quarto*, dixerit communem opinionem eſſe in contrarium, nimirum, quod iuſpatronatus poſſit cum vniuerſitate bonorum confiſcari, idemque Paul. de Citadin. *in tract. de iure patron. par.* 9. *verſ.* 20. *quaro num.* 217. tamen aduertebatur, quod Doctores, qui confiſcationem negarunt in maiori ſunt numero, & in ſimul maioris authoritatis, ſubdens ita firmare Hieron. Gigan. *in tract. de crim. laſa maieſtatis lib.* 2. *quaſt.* 4. qui, relatis viginti Doctoribus, hanc opinionem tenentibus, illam communem appellat. Tertiò admiſſa, citra veri



Digitized by Google

præiudicium, opinione, quod in confiſcatione bonorum veniat ius patronatus, hoc tamen dicebatur admitti poſſe quando eſſet illud annexum Vniuerſitati vt puta Caſtro, vel Villæ, vt per Abb. *in d.c. quanto*, & hoc durante vita rebellis, vt per Dec. *loco cit.* Rocc. de Curt. *in tract. de iurepatron....* Quarto & hoc dicebatur; quod ponebat gladium ad radices; omnes DD. qui ius patronatus cõfiſcari poſſe tenuerunt, ea ratione moti ſunt, quia ius patronatus transfertur in hæredem extraneum, vt eſt tex. *& ibi DD. in cap. 1. de iurepatron.* Innocent. *in Rubr. eodem titulo*, Paul. de Citadin. *de iurepatron. par. 9. quæſt. 1. num. 598.* ſi ergo transfertur in hæredem extraneum, poteſt etiam transferri in fiſcum, quia regula eſt iuris, vt omnia, quæ in hæredem extraneum transferuntur, in fiſcum ſimiliter transferri poſſint, *l. 1. & 3. Digeſtis, de bonis damna.* Dec. *in d.c. quanto*, hæc ratio in caſu propoſito ceſſabat prorſus, quia ius patronatus, de quo agebatur à Rege Alfonſo Comiti Fundorum conceſſum reperiebatur pro ſe, & ſuis hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, quo caſu hæredes extranei prorſus excluduntur, ergo, & fiſcus hinc videmus emphyteuſim Eccleſiaſticam, quæ in hæredem extraneum de ſui natura non tranſit, confiſcatis bonis emphyteutæ confiſcari non poſſe, §. *emphyteuſim* §. *alienationis*, & §. *illo*, *Auth. de non alienand. aut permutand.* idemque ſi emphyteuſis eſſet profana, ea lege conceſſa, vt ad hæredem extraneum non tranſiret, Alexand. *conſil. 25. libro primo*, poſt Ang. Paul. de Caſtr. & Salycet. *in dicto libro primo*, *Codice de bonis libert.*

4 Nec obſtare dictum fuit, aliam fiſci prætentionem, nimirum, quod quando confiſcationi non eſſet locus, ſtante rebellione commiſſa, dicebatur reuocata iuris patronatus donatio propter ingratitudinem, ad tex. *in l. fin. Cod. de reuocand. don.* reſpondebatur enim, & primo tex. illum loqui, quando donatarius donatori eſt ingratus, at quando ingratitudo ab hæredibus donatarij in hæredes donatoris committitur, de hoc verbum nullum in eo tex. & cum diſpoſitio illa ſit pœnalis extenſionem non patitur, vt per Roman. *in l. ſi vero* §. *de viro, Digeſtis ſolut. matrimon.* ſecundo quando donatarius non fuit ingratus donatori, licet ſint hæredes eius, donatio non reuocatur, vt per Bal. *in l. p. Cod. de reuocand. donat.* Tertio hæc iuriſpatronatus donatio facta extiterat ob ſeruitiorum merita, ac proinde ingratitudinis legibus non erat ſubiecta, vt eſt tex. *iuncta gl. in l. ſi pater.* §. *fin. ff. de donat.* Alexand. *conſ. 42. lib. 4.*

5 Præterea ceſſabat funditus altera, & poſtrema fiſci prætentio, nimirum, quod ſaltem, pro dimidia parte ius hoc patronatus ad Regem ſpectabat, ſtante nouiſſima rebellione huius Comitis Morconi tempore inuaſionis Regni, per Lautrech tentatæ, ob cuius quidem rebellionem omnia eius bona feudalia, & burgenſatica fuerunt Regiæ Curiæ acquiſita, & conſequenter hoc iuſpatronatus pro medietate; etenim vltra reſponſiones ſupra accommodatas, quod iuſpatronatus confiſcari non poteſt, & præcipuè iſtud ſuper quo mota erat controuerſia, dicebatur, quod cum adhuc ſupererant hæredes moderni Ducis Traiettæ qui nunquam fuit rebellis, penes quos hoc ius patronatus inſolidum erat, medietas illa ad eos per ius non decreſcendi ſpectabat, cum dubium non ſit, quin iuſpatronatus ſit indiuiduum, vt eſt tex. vbi gloſſ. & Canoniſtæ communiter *in dicto cap. 1. de iurepatron.* Aretin. *in l. 3.* §. *ex contrario in fine, Digeſtis de acquir. poſſeſſ.* Bal. & Barbat. *in d.c. quanto* idem Bal. *in l. familiæ Cod. commun. vtriuſque iudic.* ſi ergo eſt indiuiduum, ſubintrat communis omnium concluſio, vt in indiuiduis adhuc ſi in contractibus verſaremur, & poſt emolumentum acquiſitum, fiat locus iuri non decreſcendi, *l. proprium*, vbi Bar *ff. commun. prædic.* idem Bar. *in l. re coniuncti*, vbi etiam Iaſ. *num. 97. Digeſtis de leg. 4.* Aretin. Alexand. & Iaſ. poſt Bar. *in l. ſi mihi, & Titio*, *Digeſtis de verb. obligat.* Bal. & Salyc. *in l. 1. Cod. quando non petent. par.* Soccin. *conſ. 50. col. 1. & 2. lib. 1.* & alij.

## OBSERVATIO.

CVm D. Regente hic, in illa concluſione, nimirum, quod in donatione iuriſpatronatus, Epiſcopi Diœceſani conſenſus neceſſarius ſit, niſi eſſet donatum, quid vniuerſale, puta Caſtrum, hæreditas, &c. ſub quibus iuſpatronatus comprehenderetur, quo caſu nullus requireretur Ordinarij conſenſus, quodque conſenſus iſte non ſolum ſat ſit ſi interuenerit expreſſus; ſed etiam ille tacitus de quo hic, & quod temporis diuturnitate annorum ſcilicet triginta præſumatur, conueniunt, D. Seraph. *deciſ.* 884. D. Mantica *deciſ. 86. num. 6.* D. Ludouiſ. *deciſ. 420. num. 1.* Riccius *par. 3. prax. Eccleſ. reſol. 289. & 296. & in prax. de probat. iuriſpatronatus reſol. 186.* & ſeq. Viuianus de iure patronatus, *par. 1. lib. 4. cap. 1. & cap. 4.* ego ipſe *reſol. iuriſd. lib. 1. cap. 223. per totum*, & alij. 1

Ad confirmationem autem alterius concluſionis, quam hic firmauit D. Regens, vt propter delictum patroni, iuſpatronatus confiſcari non poſſit, videnda ſunt, quæ nouiſſimè ſcripſit tempus Ricc. *cit. tract. de probat. iuriſpatron. reſol. 196.* & cum eo Nouar. *quæſtion. Forenſ. lib. 1. quæſt. 146. num. 9.* in quibus locis regulam conſtituunt, vt iuſpatronatus nullatenus tranſeat cum confiſcatione bonorum, ſicque, vt publicatis bonis patroni, ob delictum, iuſpatronatus publicatum non cenſeatur, ad quod vltra DD. per D. Regentem noſtrum hic relatos, allegant, Bart. *in extrauag. ad reprimendam in verb. repellendo* Guid. Pap. *deciſ. 341. num. 3.* Præpoſ. *in c. 1. col. penult, decima diſtinct.* Ang. *de malefic. in verb. & eius bono publicantur, num. 15.* Afflict. *in c. vnico* §. *ex eadem lege, num. 9. de lege Corradi*, Bertach. *in tract. de Epiſcop. par. 5. verſ. 35. num. 69.* Diaz. *in prax. crim.* 2

Digitized by Google

*crim. canon. cap.*124. *num.*21. Freſc. *de viſitat. lib.*2. *cap.*10.*n.*12. Mant. *conſ.*5. *lib.*1. Borrell. *de comprom. gloſ.*1.*num.*196. & Farinac. *in prax. crimin.tit.de delictis, & pœnis quaſt.*25. *num.*151. ſubdit tamen Ricc. *loco proximè cit.n.*3. quod quamuis iuſpatronatus non tranſeat cum confiſcaſione facta à Iudice laico nihil ominus,poteſt Iudex Eccleſiaſticus declarare delictū patroni, & confiſcare bona fiſco Eccleſiæ, huiuſque confiſcationis effectus erit, vt iuſpatronatus extinguatur, & Eccleſia remanebit libera ſub Epiſcopi ordinarij poteſtate, citat. Imol. *in Clement. paſtoralis num.*72.*in fine, de re iudic.* Rot.*in vna Lucana iuriſpatronatus* 27. *aprilis lib.*27. coram D. Coccino, quod tamen verum dicit quando iuſpatronatus eſt hæreditarium,ſecus ſi ventilorium iuxta diſtinctionem DD. de qua per Igneum *in repet.l.neceſſarias* §.*non aliàs in prima part. num.*438. *verſ.* & melius, *& num.*482. *verſ.ſimiliter iuſpatronatus ff. ad S.C. Syllan. &* ſentit. Rocc. de Curte *in tract.de iure patr.in verb. ipſe,vel is num.*72. Sylueſt. *in ſum.in verb.iuſpatr. quaſt.*5.*verſ.*6. Ang. *in ſum.eodem verb.num.*36.& Tabie.*eodem verb. numero* 25.

## ARGVMENTVM.

Mandatum ad lites in alicuius perſonam à tutore factum, num cenſeatur extinctum, ſi priuſquam lis moueretur, tutela per ſuperuenientem pupilli maiorem ætatem finita eſt. Mandatum, an per ſuperuenientem furorem mandantis re integra reuocetur. Procurator conſtitutus à Prælato in lite ſuæ Eccleſiæ an per illius mortem poſt litem conteſtatam ſuperuenientem reuocatus dicatur, & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CXXIV.

1 IN Cauſa Regij Fiſci, & nobilium de Cicinellis, cum Barone Latronici fuit dubitatum, in mandatum ad lites in aliam perſonam à tutore factum cenſeatur extinctum, ſi priuſquam lis moueretur, tutela per ſuperuenientem pupilli maiorem ætatem finita eſt.

2 Fuit per Regiam Cameram deciſum,mandatum eſſe extinctum; Ratio deciſionis, quia ſicut morte mandantis re integra extinguitur mandatum, *l.mandatum C. mandati l. & quia ff. de iuriſd.omnium iudic.l.ſi per epiſtolam, ff de acquir. hæred.* vbi loquitur Iureconſultus de mandato tutoris, quod per illius mortem, re integra, dicitur extinctum, gloſ. *in l.fin. ff. de proc.* Iaſ.*in l.eius qui in Prouincia* §.*placebat ff.ſi cert.pet.* ita pariter re integra, extinctū dicitur finita tutela, Bal. *in l.neque tutores, col.*1.*C.de procur. & in l.inter cauſas*, vbi etiam Salyc. *ff. mand.* ad quos ſemper in hac materia recurrendum eſt; idemque Bar. *in l.*2. §.*ſed ſi quis ff.de donat.* & Aret. *in d.l.eius qui in Prou.* Confirmabatur hæc concluſio ex alio Iuriſconſulti reſponſo *in l.qui ſeruum ff. de acquir. hæred.* vbi eſt caſus, quod ſicut per mortem mandantis,re integra reuocatur mandatum ita pariter re integra reuocatur per ſuperuenientem furorem mandantis.

Nec prædictis obſtare dicebatur, tex. *in l.ſi quis* §.*ſi impubes, ff.de inſtit. actione*, pro contraria parte allegatum vbi inſtitutoris mandatum per mandatis mortem non finitur, qua quidem diſpoſitione attenta, notant DD. mandatum à tutore factum nullo pacto cenſeri extinctum, ex eo quod finita eſt tutela; etenim reſponſum fuit text. illum loqui de mandato inſtitutoris, quod dicitur vniuerſale, quo caſu eo ipſo, quod inſtitutor gerere, & adminiſtrare cæpit, res amplius integra non dicitur, etiam pro negotiis futuris ipſam adminiſtrationem concernentibus; vndè vna dicitur negotiatio, vnaque adminiſtratio, ſecus verò pro vt in caſu propoſito, in quo ſupponitur fuiſſe factum mandatum, vel generale, vel ſpeciale,ad lites,quod ſine dubio per tutoris mortem, vel officium finitum dicitur reuocatum, provt in iuribus ſupra citatis. 3

## OBSERVATIO.

CVm hae deciſione concordat indiuidualiter alia Dom. Præſidis de Franch. quæ eſt 466. vbi pariter per S.C.deiſum refert mandatum generale tutoris, tutorio nomine factum extingui, vbi tutor, re integra decederet,vel talis eſſe deſineret, de qua quidem deciſ. memores fuerunt D. Regens Conſtant. *in l.ſi quis Decurio num.*54.*C.de decurio lib.*10. D.Capyc. Saberta *controuerſ.lib.*2. *contr.*28.*num.*36. Iul. Cæſar. Gallupp. *in prax.*5.*conſ.par.*2.*cap.*8.*num.*36. Ego ipſe *reſol. iuris lib.*1.*cap.*261.*num.*6. *&* 7. poſt Dom.Reg. Rou. *in rubr.pragmat. de procurat. num.*37. *&* 38. vbi addit ſecus dicendum in procuratore ab Adminiſtratoribus vniuerſitatis conſtituto, vt illorum completo officio, etiam reintegra, mandatum non cenſeatur extinctum,citat Corn. *in l.eos qui in Prouincia num.*8. *ff.ſi cert.pet.* quo loci contrarium firmat in procuratore conſtituto à Prælato in lite ſuæ Eccleſiæ, morte enim Prælati, etiam poſt litem conteſtatam procurator conſtitutus deſinit eſſe talis, Clem. *fin. de procurat.* Roder.Suar.*conſ.*10. *à num.*22. Grat. *diſcept.forenſ. cap.*522. *num.*11. & Mantica *deciſ.*213. *num.*5. quibus addo D. Galeat. *citata controuerſ.*28. *num.*39. vbi *num.ſeq.* quod dictum eſt in procuratore conſtituto ab Adminiſtratoribus vniuerſitatis; nimirum, vt eorum completo officio mandatum non expiret, declarat procedere in procuratore conſtituto ab adminiſtratoribus collegium facientibus, hoc enim caſu dicetur conſtitutus procurator potius ab officio, quod ſemper durat, quam à perſonis, at ſecus vbi Adminiſtratores collegium non facerent. 1

Cætera ad materiam, quando mandatum, mandantis morte finiatur, cum ampliationibus, & limitationibus,videnda ſunt apud Anton. Gabr. *commun. concluſ. in tit.de procurat. concl.*2 Boer. *deciſ.*348.*n.*6. Menod. *de præſumpt. lib.*2. *cap.*36. *numer.* 28. *& ſeq.* 2

Viuium

Digitized by Google

Viuium *dec*.494.D.Galeot.*cit.contr*.28. & Ioan. Maria Nouar.*in prax.electio fori quæſt*.25.*num*.3.*ſect*.1. & *in collect.ad prag*.1.*ſub tit.de procurator*.

## ARGVMENTVM.

Sententia lata inter duos contendentes, tertium eſſe illis ſubiectum, num noceat illi tertio in iudicio non citato, neque audito. Sententia contra vnum lata, an, & quando aliis non citatis noceat. Inuentarium ſi fuerit diſcuſſum cum vno ex creditoribus hæreditariis, an ſententia indè lata aliis concreditoribus non citatis, neque auditis nocere, & prodeſſe poſſit, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CXXV.

1 PROLATO decreto per Regiam Cameram in cauſa vertente inter magnificum Troianum Ropputum vti Baronem Terræ Afragolæ, & magnificum Portulanum huius Ciuitatis, quo mediante fuit prouiſum d. magnificum Troianum fore, & eſſe conſeruandum in poſſeſſionem, ſeu quaſi iuriſportulaniæ contra quemdam vaſſallum domanialem habitantem in dicta Terra, quæ eſt ſita in territorio huius Ciuitatis, contigit demum dubitari, an hoc decretum, iudicio hoc pendente, afficeret, nè dum illum contra quem latum fuit, ſed etiam alios vaſſallos domaniales in dicto Iudicio non vocatos, qui erant Neapolitani.

2 Exiſtimabatur, dubium hoc poſſe decidi ex reſolutione illius quæſtionis, de qua per Abb. Imol. Butr. & cæteros Canoniſtas, *in c. auditis de praſcript. & in c. quamuis, de ſentent. & re iudic.* per Bal. *in l. 2. Cod. de liberali cauſ.* per Alex. *in l. ſæpè à n.*103.*Digeſtis, de re iudic.* & per Abb. *in conſ*.3.*lib*.2. in quibus locis quærunt, an ſententia lata inter duos contendentes Tertium eſſe illis ſubiectum, noceat illi tertio in iudicio non vocato, neque audito, & pro reſolutione duos caſus diſtinguere videntur, quorum primus eſt, ſi hic tertius ſubditus non ſolum non fuit in iudicio vocatus, neque auditus, ſed nec etiam illius fuit ſciens, & tunc dicunt dubitandum non eſſe, ſententiam illam nullatenus ei præiudicare.

3 Alter caſus eſt, ſi non fuit in iudicio vocatus, neque auditus illius tamen habuit notitiam, & hoc caſu ſubdiſtinguendum aiunt; nimirum, aut tractatur, an hic tertius ſit ſubditus, vel liber; ſed cuius ſit non agitur, & tunc cum res erat, quæ ad ipſum principaliter ſpectabat, ſeque opponere poterat, & iudicium prohibere, dicendum eſt, ſententiam illam ei nocere, aut vero de ſubiectione non tractabatur, quia conſtabat eum eſſe ſubiectum; ſed ſolum tractabatur cui ſubiectus erat, & tunc, quia hoc tam ad eum, quam ad illos de ſua ſubiectione contendentes æquè principaliter ſpectabat, quos ipſe tertius in iudicio comparendo impedire non poterat, & hoc caſu, dum hic non fuit in iudicio citatus, etiam, quod illius notitiam habuerit, ſententia lata inter illos duos de ſubiectione illius Tertij contendentes. eidem non nocebit.

His ſic habentibus, in caſu propoſito dicen- 4
dum videbatur, quod dum vaſſalli domaniales de iudicio à Barone contra Portulanum, ſiue alium vaſſallum domanialem moto, notitiam aliquam non habuerunt, vel ſi illius fuerunt ſcientes comparendo, impedire non poterant, decretum illud ad fauorem Baronis latum, huic tertio præiudicare non poterit.

Vlterius, & melius dicebatur decretum 5
prædictum non aliter fuiſſe latum audito Portulano, ſed in eius contumaciam, quo caſu, licet aliquando ſententia contra vnum lata aliis non citatis noceat, tamen ſecus eſt quando lata eſt contra contumacem, vt per Alex. *loco cit.* vbi quindecim enumerat requiſita, ad hoc, vt ſentētia contra vnū lata aliis non citatis noceat; præterea conſiderabatur in caſu propoſito tractari de mero, & principali intereſſe Regij Fiſci, ex quo, contra vaſſallos domaniales, & cum non fuerit citatus, conſequenter, quoad fiſcum decretum illud fuit ipſo vere nullum, *l. fin. Cod. de aduoc. fiſci, l. ſi fiſcus, ff. de iure fiſci*, gloſſ. *in l. velamento, ff. de poſtulan.*

Vltimo ponderabatur Baronem Afragolæ 6
nullum bonum ius in iudicio proprietatis fouere, ex quo in eius priuilegio nulla de iure Portulaniæ fiebat mentio, ergo poſtquam hoc per ſua priuilegia fiebat clarum, & notorium, non erat, cur lite pendente manuteneri debebat, ſicut à ſimili dicitur in interdicto recuperandæ poſſeſſionis, in quo licet Dominij exceptio non admittatur, adhuc ſi illud in continenti probaretur, *l. ſi de rei, ff. de iudic. l. ordinarij Cod. de rei vendic.* notatur, *in l. 2.* vbi Iaſ. *Cod. de edict. Diui Adria. & in l. naturaliter § nihil commune ff. de acquirend. poſſeſſ.* tamen ſi de notario proprietatis defectu appareret, obſtaret illa exceptio, *c. ſignificauit*, vbi notat Innocent. *extra de diuor. c. conſtitutus de filiis presbyt.* Alex. *in d. § naturaliter, num.* 27.

## OBSERVATIO.

ET ſi regulariter ſententia contra vnum lata, alium in iudicio non vocatum non afficiat, attamen multos agnoſcimus caſus, in quibus ſententia ſic prolata

lata

Digitized by Google

lata alteri non citato nocet, & hi ſunt principaliores à DD. conſiderati, omniumque ſit primus, in ſententia lata in cauſa ſtatus, puta, quando quis declaratur nobilis, vel ignobilis, tunc enim ſententia contra vnum lata, alteri præiudicat, idemque in caſu filiationis, vel legitimationis validæ, ſic Iaſ. *in conſ.* 106. *lib.* 1. Tiraquel. *in comment. ad tit. C. res inter alios lata in* 18. *limit. num.* 54. Farinac. aliis omiſſis, *in repert. iudic. queſtion.* 46. *num.* 21. Secundus, quando ſententia lata eſt contra hæredem ſuper nullitate teſtamenti, quia nocebit legatariis, & fidei commiſſariis nec citatis Alex. *conſ.* 126. *num.* 2. *& 3. verſ. non obſtat, quod ſicut lib.* 2. Tertius ſi ſententia eſſet lata ſuper ſolutione gabellæ, ſeu pedagij in cauſa mota per Dominum pedagij, vel gabellæ, hæc enim lata contra vnum mercatorem præiudicat aliis mercatoribus non citatis, & qui in cauſa non interuenerunt. Guid. Pap. *deciſ.* 549. Quartus in ſententia lata contra vnum ex ſociis pro negotio ſociali agentem, nam ea aliis ſociis non citatis præiudicat, colluſione tamen ceſſante, ſic gloſſ. *communiter recepta in l. ſi vnus in princ. ff. de pact.* Bar. *l. ex duobus l.* 2. *num.* 17. & ibi Ang. Imo. & Aret. *ff. de duobus reis.* Quintus in ſententia lata contra proprietarium, quæ vſufructuario non citato, adhuc nocet, Alex. *l. ſæpè num.* 108. *ff. de re iud.* Sextus in ſententia lata ſuper validitate inuentarij; quoties enim inuentarium declararetur validum, cum vno ex creditoribus, aliis non citatis nocet, ita Ant. Faber *diffinit.* 1. *C. res inter alios acta*, Ego ipſe *reſol. iuris lib.* 2. *cap.* 111. *num.* 8. *&* 9. vbi ſic per Sacrum Conſ. deciſum retuli, & *num. ſeq.* ad idi ex Regente de Pont. *conſ.* 71. *lib.* 1. diſcuſſionem inuentarij factã, cum vno ex creditoribus, cæteris omnibus nocere, & prodeſſe, licet non citatis, nec auditis, itavt iterata diſcuſſio nullatenus facienda ſit. Septimus in ſententia lata contra locatorem, vt noceat conductori adhuc non citato, ita Alex. *in d. l. ſæpè num.* 152. Farinac. *cit. queſt.* 46. *num.* 24. vbi rationem aſſignat, quia generaliter ſententia quæ nocet authori meo, nocet & mihi ad tex. *in l.* 9. *ſi à te* §. *fin. ff. de excep. re iudic.* alios caſus vide apud Alex. *in d. l. ſæpè*, Card. Tuſch. *pract. concl. lect.* 5. *concl.* 174. & Tiraq. *loc. cit.*

## ARGVMENTVM.

Debitor ſoluens, quod debet creditori ſuo, qui læſæ Maieſtatis crimine inquirebatur, ſiue eius ceſſionario, nùm rectè ſoluiſſe dicatur. Dominium bonorum committentium crimen læſæ Maieſtatis, an à die patrati facinoris in fiſcum tranſeat, vel potius ſententia requiratur condemnatoria, & de aliis.

## DECISIO CXXVI.

1 DVBIVM, quod hic proponitur. eſt an debitor ſoluens quod debet creditori ſuo, qui læſæ Maieſtatis crimine notatus erat ſiue eius ceſſionario, rectè ſoluiſſe dicatur.

2 Per Regiam Cameram fuit deciſum debitorem hunc malè ſoluiſſe, ſicque eum iterum Regio fiſco, cui omnia rebellis bona fuerunt quæſita, ſoluere teneri, per tex. *nimis clarum*, *in l. fin. Cod. ad leg. Iul. Maieſt.* cuius diſpoſitio licet communiter limitetur quoties bona fide debitor ſoluiſſet, ignorans creditorem ſuum tanti criminis reum, vt per Petr. Cyn. Ang. & Salyc. tam *ibi*, quam *in l. ſi quis poſt hoc Cod. de bonis damnat. & per Gigan. in tract. de crimine læſæ Maieſt. quæſt.* 17. tamen in facto dicebatur debitorem non aliter creditori ſuo bona fide ſoluiſſe, ſed eius ceſſionario, de cuius ceſſione non conſtabat, nam in actu ſolutionis dictum fuit ceſſionario provt dixit, ſicque non poterat debitor illi credere, niſi prius ceſſionis inſtrumento ſibi oſtenſo, per tex. *in l. qui hominem* §. *ſi Titio, ff. de ſolut.* vnde habetur ac ſi ſoluiſſet procuratori, qui numquam habuit mandatum, vel procuratori reuocato, de cuius reuocatione ſoluenti conſtat, in quibus caſibus ſoluens nunquam liberatur, *l. qui hominem* §. *ſi Titium &* §. *ſi nullo & l. cum quis* §. 1. *ff. de ſolution.* qua de relatè per Bart. Aretin. & alios, *in l. ſi procuratoris ff. de condict. ob cauſ.* per eundem Bar. Alexand. Iaſ. & omnes, *in l. cum ſeruus* §. *ſeruum tuum imprudens ff. ſi cert. pet.* poſt Petr. Cyn. Ang. & Salyc. *in d. l. fin. Cod. ad leg. Iul. Maieſt.* præterea fuit conſiderandum debitorem, non aliter ceſſionario quantitatem debitam ſoluiſſe ( non enim debebatur ſpecies, ſed quantitas ) ſed modico pretio emiſſe à ceſſionario quantitatem cedenti debitam, nimirum certam partem hæreditatis, quæ cum per illius rebellionem ipſo iure, à die patrati facinoris erat fiſco quæſita, vt habetur, *in c. Regni bona damnatorum, & in c. die Mercurij*, non poterat in præiudicium fiſci, qui erat iam effectus Dominus, vendi, vt expreſsè firmat Ang. *in d. l. ſi quis poſt hoc, Cod. de bonis damnat.* & conſequenter fiebat locus reuocationi huius voluntariæ venditionis, ſiue reiuindicationi illius nominis debitoris, & ita per omnes Dominos de Regia Camera ad fiſci fauorem fuit votatum die 18. menſ. Martij 1559.

## OBSERVATIO.

QVod hic dicit D. Regens vt bona committentis crimen læſæ Maieſtatis ipſo iure à die patrati facinoris fiſco quærantur, intelligendum eſt, Regni huius iure attento, per tex. *in c. bona damnatorum, in c. die Mercurij, & in c. nuper apud Tranum*, quibus ſanè Regni iuribus, verbis expreſſis ſtatutum eſt, vt dominium, & poſſeſſio bonorum rebellis, ipſo iure, ipſoque facto, à die patrati criminis in fiſcum tranſeat, id, quod bene aduertit Grammat. *deciſ.* 105. *num.* 57. cum declaratione tamen de qua *num. ſeq.* ſecus verò de iure communi, quo attento tanti facinoris reus ante ſententiam ſuorum bonorum dominium non amittit, ſed tantum adminiſtrationem, de qua ſolum loquitur, tex. *in l. fin. C. ad leg. Iul. Maieſt.* Ita ſatis benè Hieronym. Gabr. *conſ.* 129. *num.* 1. *lib.* 1. Hieronym. Gi- 1

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*



Digitized by Google

gas *in tract. de crim. læſa Maieſt. quæſt.* 25. vbi hanc eſſe veriorem opinionem teſtatur Ant. Gomez. *variar. reſol. tit. de delictis cap. 2. rub. de crim. læſa Maieſt. num.* 11. *verſ. licet dominium*, Peregr. *de iure fiſci lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 3. Andr. Gaillus *lib.* 2. *de pace publica cap.* 3. *ſub num.* 25. Andr. Tacch. *contr. iur. lib.* 9. *cap.* 35. & alij, quos citat, & ſequitur Proſper Farinac. *in tract. de crim. læſæ Maieſt. quæſt.* 116. §. 2. *num.* 57. & 67. quibus adde Ioann. Bapt. Bayar. ad Iul. Clar. *in* §. *crimen læſæ Maieſtatis num.* 16. vnde in caſu huius deciſionis dum hic rebellis non ſolum bonorum ſuorum dominium amitteret, ſed etiam adminiſtrationem, nullo pacto poterat eius debitor ipſi delinquenti ſoluere, minuſque eius ceſſionario, dum de ceſſione non conſtabat.

## *ARGVMENTVM.*

Conſenſus, ſiue interuentus alicuius, qui ex legis, vel hominis diſpoſitione requiritur in actu faciendo, ſi interuenit actu iam perfecto, & conſummato, an & quando ipſum actũ conualidet. Conſenſus patris ſuperueniens in obligatione facta per filiumfamilias cum fideiuſſione, num fideiuſſori noceat, & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CXXVII.

1 CONSTITVERAT Illuſtris Dux Sueſſanus procuratorem ſuum Magnificium Mauritium Quadra ad locandum Statum, quem in Prouincia Calabriæ poſſidebat, eo tamen in mandato procurationis expreſſo vt locatio fieret cum aſſenſu, beneplacito, & interuentu magnificorum Domino Lopez de Herrera, & V.I.D. Ioann. Baptiſtæ Manſo, cumque locatio demum facta eſſet à dicto D. Lopez cum aſſenſu, & ſcientia Mauritij, Illuſtris Dux noluit contractum hunc habere ratum, vnde non valens conductor re conducta frui, egit in S. C. pro obſeruantia affictus, cui inſtantiæ Dom. Dux ſe opponens, dicebat contractum prædictum locationis fuiſſe à principio nullum, ex quo celebratus ille non fuit, ſeruata forma in mandato præſcripta; debebat enim locare Mauritius cum conſenſu Lopez, & Ioan. Baptiſtæ, & apparebat locaſſe D. Lopez cum conſenſu Mauritij, abſque interuentu Ioan. Baptiſtæ.

2 Propoſita difficultate, vnus ex Dominis erat in voto pro nullitate affictus, ſed tempore expeditionis cauſæ reperiebatur infirmus, vnde iterũ cauſa propoſita maior pars Dominorum iudicantium fuit in voto contrario, nimirum pro obſeruantia locationis, & ſic pro conductore lata fuit ſententia, quam cernitur fuiſſe fundatam in alio mandato, quod dictus D. Lopez habebat generale ad regendum, & gubernandum Statum d. Ducis, votum autem ſingulare fundabatur ex inobſeruantia conditionis adiectæ in mandato ſpeciali ad locandum facto in perſonam Magnifici Mauritij, & eodem die, quo fuit factum generale ad gubernandum in perſonam D. Lopez, etenim cum ibi expreſsè fuerit dictum, vt locatio facienda per Mauritium fieri deberet cum conſenſu, & interuentu dicti D. Lopez, ac dicti Ioan. Baptiſtæ, cum clauſula, *nec aliter, nec alio modo*, quæ quidem forma nullatenus fuit ſeruata, conſequenter actus dicebatur ipſo iure nullus ad tradita per Bar. *in l. de his ff. de tranſact.* & per Bal. *in l.* 1. *ſi quidem Cod. de except.* etenim quoties ex legis, vel hominis diſpoſitione quis actum aliquem, cum alterius conſilio gerere debet, requiritur expreſsè, vt conſilium illud, ſiue conſenſus in ipſo actu, vel ante interueniat, alias dicitur nullus, adhuc ſi ex poſt facto interueniret ita Innocent. & melius Ant. de Butr. & Anchar. *in c. cum conſuetudinis extra de conſuetud.* Bar. Imol. & Roman. *in l. ſi quis mihi bona* §. *iuſſum*, *Digeſtis de acquirend. hæred.* vbi dicit Alexand. in hac materia ſemper ad Ant. de Butr. recurrendum eſſe, & Aretin. ſubnectit *column. penult.* quod vbi conſenſus exigitur ab eo, qui in conſentiendo nullum habet intereſſe, ſemper conſenſus ille pro forma requiritur, itavt omnino tempore actus interuenire debeat, nec ſat eſſe, ſi ex poſt facto ſequeretur, ad tex. *in l. quid ergo in princip. Digeſtis de his, qui notant in fam.*

Nec prædictis obſtare dicebatur, mandatum generale in perſonalem D. Lopez ad Statum regendum, & gubernandum, quæ verba videbantur ſat eſſe, vt procurator ille locare potuiſſet, nam licet procurator generalis non poſſit vendere, poteſt tamen locare, vt dicit Bal. *per illum text. in l. procurator, Digeſtis de procurat.* etenim conſiderabatur quod hoc potuiſſet benè procedere ſi mandatum ſpeciale in perſonam Mauritij ad locandum, factum non eſſet, eadem die, qua Dux conſtituit procuratorem generalem d. D. Lopez ad gubernandum, ſed quia, eadem die dicebatur clarè de Ducis voluntate conſtare, quod locandi poteſtas ſolum Mauritio, cum qualitatibus tamen ſupra expreſſis conceſſa erat; vnde ſuccedebat regula. *l. generi per ſpeciem, Digeſtis de regul. iur.* & quæ notant DD. *in c.* 1. *de reſcript.* Bar. *in l. ſed, & poſteriores, Digeſtis de legibus*, optimè Innocent. *in c. Abbati, de reſcript.* vbi in terminis noſtris dicit, quod ſpeciale mandatum Abbati factum, generali facto Epiſcopo deroget. Verum iis non obſtantibus, vel ſaltem non perpenſis, prodiit ſententia pro conductore, qui cum demum affictus 3

procaſ

Digitized by Google

poſſeſſionem conſequi non potuiſſet, egit pro intereſſe quod à Duce prętendebat ſupra ducatos viginti nouem mille, quamuis illud diceretur lucri ceſſantis; nam cum Dominus Dux noluerit præſtare patientiam, vt conductor re conducta frueretur, negari non poterat illum ad intereſſe teneri, etiam lucri ceſſantis *l. ſi in lege §. colonus, & l. ſi fundus ff. locati*, & quod pro huius intereſſe condemnatione, & liquidatione ſtare deberet libro rationum Theſaurarij Ducis in dicto ſtatu, ac ſi ab ipſo Duce ſcriptus eſſet, nam paria eſſe dicebatur quod liber rationum ſcribatur à principale, vel quod ſit ſcriptus à ſuo factore, ſeu ab alio eius Officiale, vt tenet Io. Andr. ad ſpecul. *in tit. de inſtrum. editio in §. nunc videndum, in addit. mag.* quem ſequuntur Ant. de Butr. *in c. 2. de fide inſtrum.* vbi etiam Abb. Iaſ. *in l. admonendi num. 114. ff. iureiur.* & quod libro rationum contra ſcribentem plena detur fides dixerit Bar. *in l. nuda ratio ff. de donat. & in l. admonendi* vbi etiam Iaſ. *ff. de iureiurand.* qui quidem liber ſatis dicitur probatus ex comparatione iuxta tex. *in l. comparationes C. de fide inſtrum.* ſed quia victualium valor per conductorem plene probatus non fuerat, & non niſi de mero lucro agebatur abſque aliqua pecunia per illum exburzata, & abſque aliquo eius labore, niſi ſolum litis diſpendio habito, tum etiam quia cauſa principalis fuerat valdè dubia, & vota diuerſa, adeò vt non modica votantium pars fuerit pro Duce, tum, & tandem quia fructuum liquidatio ſeu illarum victualium pretium ſatis iudicis arbitrio relinquitur, vt per Bar. *in l. ſi quod ex Pamphilo ff. de legat. 2.* & eſt tex. quem Bar. non allegat, ac eſt valdè notabilis *in l. 4. ff. de eo quod cert. loco*, fuit per omnes Dominos, nemine diſcrepante, deciſum, quod pro omni intereſſe per conductorem prætento, ſoluantur eidem per D. Ducem Ducati quatuor mille.

## OBSERVATIO.

1 IN illa principali concluſione, quam hic firmauit D. Reg. nimirum, vt quoties ex legis vel hominis diſpoſitione quis actum aliquem, cum alterius conſilio genere debet, requiratur expreſſe, vt conſilium illud, ſiue conſenſus in ipſo actu, vel antè interueniat, aliàs dicetur nullus, adhuc ſi ex poſtfacto interueniat, vide Feder. de Sen. *conſ. 298. num. : verſ.* patet igitur vbi dicit nullius momenti eſſe conſenſum patris adhibitum poſtquam filius contraxit, ex quo in ipſo contractu interuenire debebat; idemque, & ſatis notanter Octauius Simoncell. *in tract. de decret. in præfatio. num. 52.* vbi ex communi DD. ſententia docet, quod quando conſenſus requiritur per modum ſollemnitatis, & formæ nullatenus ex interuallo accedere poteſt; ſed contemporaneè requiritur in ipſo actu, itavt ſi poſtea ſuperuenerit, actum geſtum aliquo modo conualidare non poteſt; ad dignoſcendum autem, quando conſenſus requiratur in modum ſollemnitatis, & formæ, vel potius, vt ſimplex conſenſus idem Simoncel. *num. ſeq.* ſic diſtinguit, aut conſenſus requiritur in aliquo contractu ex diſpoſitione hominis, provt in caſu huius deciſionis, aut ex diſpoſitione iuris communis, vel municipalis, vt primo caſu ſint omnino attendenda verba diſpoſitionis; in caſu, à Domino Regente propoſito, voluit Dux Sueſſanus vt locatio fieret cum conſenſu talis, ergo clare deſumitur eius mentem fuiſſe, vt in ipſo actu locationis conſenſus interueniret, non autem poſteà. Secundo verò caſu, quando conſenſus requiritur ex diſpoſitione iuris communis, vel municipalis, & iterum eſt diſtinguendum, aut in actu expediendo requiritur conſenſus eius, de cuius præiudicio agitur, & tunc nunquam dicitur requiri in modum ſollemnitatis, & formæ, ac proinde quandocunque accedere poterit, allegat tex. *in l. filio præterito ff. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam. in l. ſi impubes, in fine, de carbon. edict. & in cap. 1. de eo, qui duxit in matrim. quam pollu. per adult.* hinc videmus, quod cum lex prohibeat, ne feudum ſine directi domini conſenſu alienetur, quia hoc fit, ne iura dominicalia lædantur, ſicque requiritur conſenſus eius, de cuius præiudicio agitur, ſat eſt ſi interueniat conſenſus poſt actum celebratum, ita Andr. *in c. imperialem de prohib. feud. alien.* per Freder. Afflict. *in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ* Reg. de Pont. indiuidualiter *conſ. 40. num. 6. lib. 2.* Rou. *in prag. 1. num. 41. de fide memor.* ego ipſe *reſol. iuris lib. 1. cap. 124. num. 11.* & alij; aut requiritur conſenſus alicuius, de cuius præiudicio non agitur, & ſubdiſtinguendum eſt, aut eſt conſenſus Superioris, & tunc debet interuenire per modum authoritatis Can. *quidam*, vbi Archid. 18. *quæſt. 2.* aut vero eſt conſenſus inferioris, de cuius præiudicio non agitur, & tunc requiritur per modum ſollemnitatis & formæ, & per conſequens poſt actum accedere nequit, *l. quid ego in princ. ff. de his, qui notantur infam.* hæc ſanè diſtinctio habetur ex Bal. *in l. 1. C. qui admitti*, quem ſequuntur Alex. Caſtrenſ. Iaſ. & alij *in l. ſi quis mihi bona §. iuſſum ff. de acquir. hæred.* idem Alex. *in l. 1. §. fuit quæſitum ff. ad Trebell.* Aret. *in l. 2. §. voluntatem ff. ſolut. matrim.* Ant. de Butr. *C. cum conſuetudinis de conſuet.* Roman. *conſ. 54.* Abb. *conſ. [illegible] in 2. dub. lib. 2.* Dec. *cent. 503. num. 5.* Tiraquel. *de legib. connubial. gloſ. 6. num. 5.* ex quibus infert Simoncell. *loco cit. num. 55.* quod ſi ſtatuto caueatur, quod mulier non poſſit hæreditatem adire ſine conſenſu conſanguineorum, vtique iſte conſenſus ſubſequens aditionem factam conualidare non poteſt, nam cum in caſu iſto conſenſus ſit de forma, debet in acta contemporanee adeſſe, alioquin corruit aditio, citat Bal. *in l. 1. C. qui admitti, & in l. quæcumque C. de bonis quæ liber.* infertur ſecundo ad caſum per me propoſitum *lib. 1. reſol. iuris cap. 133. num. 21.* & 145. *num. 26. 27. & 28.* vbi dixi, quod cùm in hoc Regno ſtatutum ſit, vt filius familias ſine conſenſu patris contrahere non poſſit, ſi contraxit dato fideiuſſore, ac demum ex interuallo patris conſenſus acceſſerit, contractum ex ſubſequuto patris conſenſu firmum non remanere, niſi ex nunc, ac proinde fideiuſſor nullatenus obligatus remanet; requirebatur enim conſenſus patris ex diſpoſitione *prag. ſanctionis de ſenatus conſulto Macedon.* per modum ſollemnitatis, & formæ, ac proinde in ipſo actu contemporaneè interuenire debebat, vndè cum interuenerit poſt, actus geſtus non remanſit conualidatus provt ex tunc, ſicque fideiuſſor à creditore conuentus poterit ſe iuuare diſpoſitione *l. ſed Iulianus §. quamquam, & in l. ſed & ſi §. non ſolum ff. ad S.C. Maced.* quod ſecus eſſet de iure communi, quo attento ad firmandum contractum mutui à filio familias initum, ſat eſt, vt patris conſenſus ex interuallo ſubſequatur, ita gloſ. *in l. 2. §. voluntate C. ad*

*S. C. Maced.* per text. expreſſum, quem allegat *in l. fin. eodem tit.*

## ARGVMENTVM.

Statutum ab vniuerſitate emanatum ſuper eo, quod iure communi repugnat, num in temporis progreſſu per maiorem partem, minore contradicente, tolli poſſit, vel requiratur præcisè, vt omnes conſentiant. Plures ſi fuerint Domini vnius fundi, num vno contradicente poſſint alij ſuper illo, ad alicuius fauorem ſeruitutem imponere; & quid in ſepulcho communi. Maior pars collegij, vt poſſit minori præiudicare, quę requirantur. Maior pars creditorum, minore diſſentiente, an poſſit ſtatuere, vt communis debitoris patrimonium, à duobus, tribus, vel quatuor, ex eis adminiſtretur, & de aliis ad ornatum, *tex. in l. quod maior ff. cum municip. in l. per feudum ff. de ſeruitutib. ruſt. præd. in l. iuris gentium §. fin. in l. maiorem in l. reſcriptum ff. de pac. & l. fin. C. qui bonis cedere poſſunt.*

## DECISIO CXXVIII.

1 IN anno 1523. Nobiles quinque Sedilium huius Ciuitatis in vnum ſe conuenientes, publico mediante inſtrumento concluſionem emanarunt, quamuis lege repugnante, circa modum, & formam eligendi Syndicum ad Regem noſtrum tranſmittendum, quæ quidem concluſio in anno 1554. per aliud inſtrumentum fuit confirmata; demum cum in ſyndicum electus eſſet Illuſſ. Nicolaus Antonius Caracciolus Marchionis Vici, nepos, nō tamen ſeruata forma d. concluſionis, imò repugnantibus Nobilibus Sedilis Nidi; ſed bene ſeruata forma iuris communis, iuxta tex. *in l. quod maior ff. ad Municip. in l. aliud §. refertur ff. de regul. iur. & in cap.* 1. *de maior. & obedient.* ac ſeruata ordinatione Regis Frederici, quæ erat iuri communi conformis, eo tamen expreſſo, quod nullum cenſeretur illatum præiudicium dicto inſtrumento conuentionis; Populares ægreferentes concluſionem prædictam vti nullam ipſis inauditis factam, prout alias per Dominos Regentes Regiam Cancellariam declaratum extiterat, quia per aliud decretum poſtea latum in anno 1558. fuit declaratum, quod electio ſyndici facta in perſonam dicti Caraccioli firma remaneret, reclamarunt ab hoc vltimo decreto, quod licet fuiſſet confirmatum, ſed pro illa vice tantum, voluerunt tamen Domini Regentes rei veritatem indagare, ſicque dubitarunt, an concluſio, ſiue conuentio illa per dictos nobiles facta ſeruari deberet, & an in electione prædicta concluſioni vt ſupra factæ per maiorem partem nobilium diſpenſari potuiſſet.

In occurrenti controuerſia inter nobiles, & 2 Populares huius Ciuitatis omnes Domini Regentes pro indubitato habuerunt, concluſionem prædictam à nobilibus factam à principio fuiſſe nullam, ex eo, quod in ea Populares vocati non fuerant, nam licèt in his, quæ ſunt communia pluribus, vt vniuerſis pars maior aliis præiudicare poſſit, vt in iuribus ſupradictis allegatis, tamen hæc concluſio procedit, dummodò omnes vocentur, qui in Ciuitate reperiuntur, Innocent. *in cap.* 2. *de noui oper. nunciat. per tex. in c. quod ſicut de elect.* Felin. *in cap. cum omnes col.* 18. *& ſeq. de conſtit.* verum quod noluerant ipſi nullitatem hanc determinare, quia agebatur de re magni momenti, & Partes, quarum intererat plene non erant auditæ; quod proindè fuit reſeruata deciſio facienda Partibus plenius auditis; quo vero ad diſpenſationem factam per maiorem partem nobilium, dicta electio proceſſerat ſeruata forma iuris, citra tamen præiudicium concluſionis deſuper emanatæ, fuit diſcuſſus articulus, an emanato ſtatuto ab vniuerſitate, poſſit poſtea eadem vniuerſitas ſtatutum illud tollere, vel ſuper eo diſpenſare, & ſi hoc fieri poteſt per maiorem partem, minore contradicente, qua in re pro parte negatiua fuerunt allegati Innocent. *in c. accedentibus, de priuileg.* vbi dicit, quod vnus ſolus poteſt contradicere, Abb. *in c. veniens de reſcrip.* Ludou. Roma. *in rubr. de arbr. col.* 17. quo loci dicit, quod vbi maior pars vult illud, quod omnes ſimul ordinarunt, non poteſt; ſed omnium requiritur conſenſus; contrarium tamen firmauit Bal. *in l. fin. C. de author. præſtan.* nimirum quod contra communem ordinationem poteſt maior pars venire quia vniuerſos repreſentat, per tex. *in d. l. aliud §. refertur ff. de regul. iur.* pro qua quidem ſententia bene faciunt, quæ notant gl. Archid. & Domin. *in c. in his* 11. *diſtinct.* vbi voluerūt, poſſe illos de collegio ſtatuta ſua tollere vel aliter diſpenſare, nec dixerunt requiri omnium conſenſum, ergo ſtandum regulæ *l. quod maior*, & licèt Felin. *in c. cum omnes de conſtit.* diſtinguere videatur, vt in actibus voluntariis vera ſit Roma. & ſequacium ſententia, in neceſſariis vero Bal. opinio, tamen dictum fuit diſtinctionem hanc, nullo iure probari, ſed indiſtincte precedere diſpo-

ſitionem

Digitized by Google

ſitionem *d. l. aliud §. refertur*, *& d. l. quod maior.* & quod tam in actibus voluntariis, quam neceſſariis poſſit maior pars minori præiudicare firmauit Dec. ſic Baldum interpretans *in d. c. cum omnes*, id quod alio irrefragabili fundamento comprobatur, nimirum, quod licèt in deſtruendo ſtatutum ab vniuerſitate, vel collegio cum certa ſollemnitate emanatum eadem requiratur ſollemnitas *Auth. è contra ſi filij C. de repud.* tamen quando per ſtatutum tollitur, quod eſt contra ius commune, tunc eadem ſollemnitas in tollendo non requiritur, quæ in faciendo interuenit, vt eſt tex. *in c. cum acceſſiſſent in fine*, & ibi gloſ. *fin. de conſtit.* ſicque per illum tex. firmauit Bar. *in l. omnes populi in 3. quæſt. princip. in penul. quæſt. verſ. iuxta prædicta quæro ff. de iuſt. & iur.* Felin. *in d. c. cum acceſſiſſent*, *& in d. c. cum omnes*, Loffred. *noſter conſ. 51. col. penul. & fin.* vndè cum in caſu de quo agebatur, concluſio à nobilibus facta iuri communi repugnabat, bene potuit maior pars illi derogare, ſic eligendo ſyndicum, maiori parte vniuerſitatis collegialiter congregata, quamuis minore contradicente, fuit enim ſublatum ius ſpeciale, & reducta res ad ius commune, vndè per Dominos Regentes Regiam Cancellariam fuit iudicatum potuiſſe à maiori parte dictæ concluſioni, ſiue conuentioni diſpenſari, quo verò ad eius validitatem, vel nullitatem, fuit reſeruata deciſio facienda, Partibus quarum intererat plenius auditis.

## OBSERVATIO.

1 DOminus Regens in hac deciſion. eius eſt ſententiæ, cuius pariter fuit Vinc. Maxill. *in præfat. ad conſuet. Baren. num.* 106. poſt Abb. & Rip. quos allegat *in c. Cum M. Ferrarienſis*, *de conſtit.* & Alex. ad Bar. *in l. omnes populi ff. de iuſtit. & iure*; nimirum, vt vniuerſitas ſtatutum, quod per prius emanauit, poſſit tollere, & abrogare, & ſuper eo diſpenſare, ad idque ſat eſſe, ſi maior Populi pars concurrat, adhuc minore contradicente, ſicque in hoc caſu procedere diſpoſitionem tex. *in l. quod maior ff. ad municip.* Tu modò, ad huius materiæ pleniorem intelligentiam obſerua, nos habere plura iura, nempè *in d. l. quod maior*, *& in l. nulli ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* elicitur ex his regula illa, nimirum, vt in his quæ ſunt communia pluribus, vt vniuerſis, ſat eſſe quod à maiori parte geſtum eſt, nec aliter omnium conſenſum requiri, habemus pariter tex. *in l. per fundum ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.* ex cuius diſpoſitione alia deſumitur regula, vt ea eſt, vt quæ ſunt communia pluribus, vt ſingulis, factum à maiori parte, minori non præiudicet, ibi enim plures habebant fundum communem, quorum maior pars volebat ad Caij fauorem ſeruitutem conſtituere, determinetur, quod ſi vnus contradicit, ſeruitus conſtitui non poteſt, id, quod bene obſeruat Bar. *in l. & ſuum hæredem §. hodie ff. de pactis*, vbi dicit quod in his caſibus, ſi eſſent mille, non præiudicant vni, niſi in caſu illius leg. quia diſponitur, vt in concedenda dilatione debitori, poſſit maior creditorum pars minori præiudicare, idemque in caſu *l. fin. C. qui bonis ceder. poſſ.* ſequitur Paul. Caſtrenſ. *in d. l. per fundum num. 5.* vbi inquit, quod in his, quæ ſunt communia pluribus, vt ſingulis, omnium requiritur conſenſus, nemine diſcrepante, facit ad rem tex. optimus *in l. ſi plures ff. de relig. & ſumptibus funer.* vbi ſi plures ſint domini alicuius ſepulchri, in quo mortuum deſideretur inferri, omnes conſentire debent, ſi mortuus inferendus eſt extraneus, nam aliàs ſi eſſet vnus ex Dominis, hoc fieri poſſet, etiam ſine aliorum conſenſu; ratio eſt, quia quandò vnus ex ſociis vult vti re communi ad vſum deſtinatum, hoc poteſt, etiam cæteris contradicentibus, puta ſi haberet domum communem, nam vnus totam poterit habitare, nec conſociis penſionem ſoluere cogitur, ita Iaſ. *in d. §. hodie num. 6.* qui late circa intellectum ambarum regularum.

Vt tamen maior pars vniuerſitatis, vel Collegij poſſit minori præiudicare, plura requiruntur; primùm quod omnes ſint vocati, citati, & rectè congregati, aliàs nihil agitur *l. 2.* & ibi Bar. & *l. nominationum C. de decur. lib. 10.* Bar. *in l. nulli in fine C. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* & dictum fuit hic; Secundò, requiritur quod ſaltem duæ partes vniuerſitatis ex tribus ſint congregatæ, tunc enim, quod maior pars illarum facit, cæteris præiudicat, ita gloſ. *d. l. quod maior. per tex. in l. nulli ff. quod cuiuſque*, intelligendo tamen vt per Iaſ. *in d. §. hodie n. 9. cum ſeq.* 2

Inſuper notandum, quod in his, quæ ſunt communia pluribus, vt ſingulis, cum omnium conſenſus requiratur, vt dictum eſt, ille conſenſus poteſt ſeparatim adhiberi; at in his, quæ ſunt communia pluribus, vt vniuerſis, etſi maioris partis ſufficiat conſenſus, debet tamen collegialiter adhiberi, & ſimul, aliter non valet, ita ſatis bene Paul. Caſtrenſ. *in d. l. per fundum.* 3

Sed cum ſupra ex Bar. *in l. & ſuum hæredem §. hodie ff. de pactis*, annuerimus poſſe creditorum maiorem partem, in concedenda dilatione debitoribus, minori præiudicium inferre, placuit hic verba facere de illo, de quo anno præterito in Sacro Conſ. dubitari contigit in cauſa creditorum Ioannis de Zeuallos; nimirum an maior pars creditorum, minore diſſentiente poſſit ſtatuere, vt communis debitoris patrimonium à duobus, tribus, vel quatuor ex eis adminiſtretur, ad hoc vt effectus patrimonij exigant, illoſque inter concreditores diuidant. 4

Reſpondi citra omne dubium negatiue, cum nulla lege id cautum eſſe inueniamus; etenim iura ad rem hanc prodita in duobus tantum caſibus loquuntur nimirum, quando tractatur de parte debiti remittenda, & ſecundò de dilatione ad ſoluendum communi debitori concedenda: de primo loquuntur iura *in l. iuris gentium §. fin. cum l. ſeq. in l. maiorem & in l. reſcriptum ff. de pact.* de ſecondo loquitur tex. *in l. fin. C. qui bonis cedere poſſ.* & vt de hac re plena habeatur cognitio, ſciendum, eſt Communem eſſe Doctorum ſententiam, nullo pacto creditoribus maioris ſummæ licere, in precudicium illorum, qui in minori numero ſunt partem debiti communi debitori remittere, ita vno ore fati ſunt Alber. *in l. & ſuum §. hodie num. 3.* Bal. *num. 2.* Caſtrenſ. *num. 2.* Alex. *num. 8.* Iaſ. *num. 2. ff. de pact.* Ang. *in l. maiorem ff. eod.* Gregor. Lopez *in l. ſexta tit. 15. gloſ. 1. par. 5.* Vrſilli ad Afflict. *deciſ. 288. num. 5.* aliique per me relati *lib. 1. reſolut. iuris cap. 52. num. 9.* quibus addo, & alios, quos nouiſſime congerit Mercu. Merli *de pign. & hypoch. lib. 4. tit. 5. q. 136. num. 10.* eſt tamen verum, quod ab hac communi ſententia excipiendi ſunt duo caſus, nimirum ſi debitor mortuus eſſet, & hæres eius hæreditatem adire nollet, niſi pars debiti ei remitteretur; tunc enim factum à maiori parte minori præiudicat; ſecundo 5

Aa 3 quando

Digitized by Google

quando debitor fugam arripuerit, ita vt nulla ſuperſit facultas eum conueniendi nec redire vult, niſi creditores ſibi debiti partem remittant; in quibus ſanè caſibus procedunt iura allegata *in l. iuris gentium §. fin. & in l. & ſuum §. hodie ff. de pact.* excipitur, & tandem tertius caſus, quando tractatur de quinquennali dilatione communi debitori concedenda, vt tunc etiam, quod à maiori parte determinatum eſt, minori præiudicium inferat, & hic eſt tex. *in d. l. fin. C. qui bonis cedere poſſ.* præter hos autem caſus nullo iure cauetur, vt maior creditorum pars minori præiudicet, quo fit vt dicamus ſtandum eſſe regulæ, vt in his, quæ ſunt communia pluribus, vt ſingulis non ſufficiat maior pars, ſed omnium conſenſum fore adhibendum, ad tex. vulgatum *in l. per fundum ff. de ſeruit. vrb. prædior. & in l. fin. C. commun. prædia*, & licèt fuerit aliàs dubitatum, an diſpoſitio tex. *in d. l. iuris gentium §. fin. & in l. & ſuum, cum §. hodie ff. de pact. & in d. l. fin. C. qui bonis ced. poſſ.* procedat non tantum in caſibus inibi expreſſis; ſed etiam vbicumque eſt concertatio inter creditores, qualiter eorum credita, ſuper bonis communis debitoris decocti conſequi debeant, & affirmatiuam ſententiam amplexi fuere Ang. *in l. 1. ff. de priuileg. credit.* & Stracc. *in tract. de decoct. par. 6. num.* 21. quos ſequi videtur Gratian. *diſcept. Forenſ. lib. 2. cap.* 222. *num.* 9. & 10. Contrariam tamen ſententiam probarunt Bar. Bal. Iacob. de Aren. *in iuribus prædictis*, aliique recentiores, qui dixerint Ang. ſententiam iure aliquo non probari, illumque ſine lege alloquutum, ſic ſatis diſertè Raphael Cuman. *in cit. l. 1. ff. de priuileg. credit.* vbi addit tex. *in d. l. maiorem* eſſe exorbitantem, cum in his, quæ ſpectant ad ſingulos, vt ſingulos, vnus alteri præiudicare non poſſit, ſequitur Alex *in l. 2. C. de part.* ſicque per S.C. Regni huius fuiſſe determinatum teſtatur Affl. *deciſ.* 288. cui inhæret Dec. *in c. cum omnes in 3. fallen. de conſtit.* ac iterum iunctis omnibus aulis teſtis eſt Dominus de Franch. *deciſ.* 82. vbi cum fuiſſet dubitatum, an creditor hypothecarius in maiori ſumma creditorem ſimiliter hypothecarium, ſed minoris ſummæ cogere potuiſſet, vt poſtquam non reperiebatur bonorum debitoris iuſtus emptor, bona eiuſdem pro iuſto pretio inſolutum acciperet, ſicque vt locus fieret diſpoſitioni *d. l. iuris gentium §. fin. & l. & ſuum §. hodie & l. maiorem ff. de part. & l. fin. C. qui bonis cedere poſſ.* deciſum fuit negatiuè, & ſit contra creditorem maioris ſummæ, ſubdens Dominus Præſ. vnum ex Dominis Conſiliariis (& hic erat Hiſpanus) dixiſſe quod poſtquam Sacrum Conſ. aliàs declarauerat penes Afflict. *in d. deciſ.* 288. iura ſupra citata non procedere, niſi in illis tribus caſibus tantum, non erat amplius facienda ſic exquiſita diſcuſſio in illa cauſa nouitatem inducente; hac eandem ſententiam ſimiliter ex noſtratibus tutatus eſt Lucas Matth. Apicell. *in tract. de dilat. quinquen. tit. 3. de remiſſis debit. n.* 17. & 18. & nouiſſimè ex Hiſpanis Acacius Ant. de Ripol. *var. reſol. cap. fin. num.* 386.

6 Quibus pro eo, quod ad caſum propoſitum pertinet, non obſtat, ſi quis diceret, interdum fuiſſe apud nos ſeruatum in patrimonio decocto eligi deputatos pro illius adminiſtratione, quia hoc proceſſit, accedente conſenſu omnium creditorum, ſicque intelligendus, prout loquitur per modum Conſilij Stracc. *in cit. tract. de decoctor. par. 7. num.* 24.

7 Præterea eſt hic generaliter aduertendum, quod in omni caſu, in quo creditorum maior pars minori præiudicat, debent omnes in vnum congregari, omniumque valitatem ruminari, & abſentes citari, quia non ſufficeret, quod creditores plures numero folium traderent ſubſcriptum, ita Rot. & ſatis bene *in deciſ.* 440. penes Coccin. Pacific. de Saluian. *interd. in ſpect. 3. cap. 2. num.* 425. & 428. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 222. *num. 3. & ſeqq.* poſt alios ab ipſo relatos, quibus addendus eſt Merlinus *cit. quæſt.* 136. *n.* 9.

Nec & tandem dici poſſe maiorem eſſe creditorum partem, quoties illi, qui remitterent, vel dilationem concederent, maiorem partem facientes, eſſent debitoris conſanguinei, vel aliàs ſuſpecti, ita poſt Gugliel. de Cuneo ſatis notanter ſcripſerunt Bal. *in d. l. & ſuum §. hodie in 3. quæſt.* & Gregor. Lopez *loco cit. gloſ. ſecunda* quibus pariter me ſubſcribo; ſic iuxta allegata fuit iudicatum per S.C. in cauſa prædicta pro aliquibus creditoribus, me & Domino Marcello de Graſſis aduocato doctiſſimo patrocinantibus. 8

## ARGVMENTVM.

Baro habens priuilegium reuocandi omnes illos Vaſſallos, qui alibi, ad habitandum ſe conferunt, num poſſit bona illorum, propria authoritate occupare, dum redire recuſant, & quid ſi Ciuitas ad quàm hi vaſſalli ad habitandum acceſſerunt, haberet priuilegium aggregandi, & aſſumendi in eius Ciues omnes, & quoſcumque homines diſcedentes, tam à Terris domanialibus, quàm Baronalibus. Iudex an ad creditoris inſtantiam poſſit concedere familiam armatam, debitore prius non citato. Dominus directus, num ex vi pacti poſſit propria authoritate rem emphyteuticam apprehendere, dum emphyteuta canonem intra tempus à iure ſtatutum non ſoluit, ſiue rem illam irrequiſito ipſo Domino alienauit.

## DECISIO CXXIX.

CVM aliqui ciues Terræ, Sancti Viti Prouinciæ Hydruntinæ ad habitandum ſe contuliſſent ad Ciuitatem Brunduſij quæ habet priuilegium in ciues aggregandi omnes, & quoſcumque homines, & Vaſſallos, tam domaniales quam Baronales, prætendit eorum Baro hunc diſceſſum reuocare, ſtantibus ampliſſimis ſuis priuilegiis à Sereniſſimis huius Regni Regibus Alphonſo primo Ferdinando primo, & Frederico conceſſis, ne Vaſſalli dictæ Terræ poſſit ad aliam Terram ſiue domanialem, ſiue Baronalem ad habitandum accedere, & vbi contrauenient, quod poſſet Baro illos cunctis remediis reuocare; ſed quia inceptum incolatum in dicta Ciuitate continuabant, nec aliter ad propriam patriam redire 1

Digitized by Google

dire curabant Baro prædictus propria authoritate omnia eorum bona ſtabilia occupauit, contendens in illis nullo pacto poſſe moleſtari, ſtante quod poſſidebat virtute dictorum priuilegiorum; ſicque ſubintrare diſpoſitionem *prag.* editæ Thor. *in 1. & 2. cap.* ſed aduerſariis excipientibus, ſiue replicantibus, nullo pacto in hoc caſu procedere diſpoſita *in dicta prag.* ex eo, quod principaliter non agebatur, ſi iſtorum Vaſſallorum diſceſſus poterat fieri reuocatio; ſed ſolum, an pro eorum reuocatione poterat Baro bona prædicta præoccupare, dubitari contigit, quid iuris.

2 Pro parte iſtorum Vaſſallorum ponderabatur, quod nullibi in priuilegiis prædictis legebatur, quod poſſet Baro pro reuocatione ſuorum Vaſſallorum, qui alibi, ad habitandum ſe contulerant, eorum bona præoccupare; ſed tantum, quod poſſent illi, cunctis remediis compelli ad rehabitandum in Terra prædicta, ſub quibus verbis dicebatur, quod non veniebat, vt poſſet Baro bona illorum propria authoritate apprehendere, ad quod allegabatur tex. ſecundum communem intellectum *in l. meminerint C. vnde vi*, vbi Bar. dicit quod ſi iudex in ſententia, quam prefert, dat poteſtatem alicui, vt poſſet ingredi poſſeſſionem; propria authoritate, hoc facere non poſſet, niſi Parte citata, iſtamque Bar. ſententiam veram, & communem fatetur Iaſ. *in l. iubere cauere col. 2. & 3. ff. de iuriſdict. omnium Iudic.* imò ſi Pars eſſet citata, apprehenſio illa adhuc prohiberetur, ſi qui poſſeſſionem detinet, reſiſteret, vt per eundem Bar. Alex. Aret. & Iaſ. *in l. iuſte poſſidet ff. de acq. poſſ.* nec obſtabat in quantum dicebatur, quod iſta ſunt iuris remedia, vt quando quis obtemperare nolit; cogatur pignoribus captis, nam reſponſum fuit hoc eſſe remedium, quo Iudices vtuntur, & non Partes.

3 Prætetea ponderabatur præcitatam prag. editam Thori, ſine dubio procedere, quando ſumus certi, quod Reges illi de rebus alienis voluerunt omnino diſponere, at in priuilegiis prædictis res eſt dubia, an Reges voluerint diſponere; quod ſi vaſſalli ſancti Viti ad Ciuitatem Brunduſij accedere vellent, poſſent reuocari, attento priuilegio Ciuitati prædictæ conceſſo, vt poſſet aſſumere in ciues omnes, & quoſcumque homines deſcendentes tam à Terris domanialibus quam Baronalibus: nam licet priuilegium conceſſum Pyrrho de Baucio primo Baroni ſancti Viti ſit anterius priuilegio conceſſo Ciuitati Brunduſij ſicque dubitari non poterat, quod ſi tempore quo poſſidebat dictus Pyrrhus hic caſus contigiſſet, potuiſſet Baro Vaſſallos ſuos ad dictam Ciuitatem ſe conferentes reuocare, ex eo, quod priuilegium illud per aliud Ciuitati Brunduſij conceſſum reuocatum dici non poterat, ad tex. *in c. veniens*, vbi gloſ. Abb. Aret. & Felin. *de praſcrip.* & Dec. *in c. 1. de reſcrip.* tamē quia Pyrrhus de Baucio fuit demum rebellis, ſicque omnia eius bona ad Regiam Curiam fuerunt deuoluta, dicebatur per hoc, priuilegium Pyrrho conſenſum fuiſſe extinctum, ad tradita per Andr. *in cap. 1. §. huius autem generis, ex quibus cauſis feud. amitt. & in cap. 1. §. ille tamen, col. pennl. de controuerſia feud. apud per. termin.* & conſequenter videbatur priuilegium Brunduſij conceſſum, quod eſt generale, reſpectu omnium Vaſſallorum ad dictam Ciuitatem confluentium, vires aſſumpſiſſe, etiam reſpectu Vaſſallorum Terræ ſancti Viti; ſed his omnibus pro parte Baronis dictum fuit, quod obſtabat Theorica Bar. *in l. cum vir. ff. de vſucap.* vbi dicit, quod ſi ius ſuperuenerit authori meo cuius intereſt, vt illud ius in me transferatur, quia Author meus vendens rem alienam, de euictione mihi tenebatur, tunc procul dubio ius authori meo ſuperueniens ad me tranſit *l. ſi quis alienam ff. de act. imp.* at ſi authoris mei non intererat, quia ad nihil mihi tenebatur, & in hoc caſu ius authori meo ſuperueniens, ad me non tranſit; nunc applicando hanc Theoricam ad caſum propoſitum dicebatur, quod Rex qui Ciuitati Brunduſij priuilegium conceſſit, non dixit, quod conceſſum intelligatur, etiam contra Vaſſallos ſancti Viti, ita vt dici poſſit, ius, quod per deuolutionem illius Terræ Regi ſuperuenit, iuuamen Ciuitati prædictæ attulerit; ſi igitur Rex hoc non dixit, conſequenter illius non interérat, vt Ciuitas Brunduſij cui in aliquo non tenebatur, hoc beneficium, etiam quoad Vaſſallos ſancti Viti, conſequeretur; ſed quia hæc omnia altiorem requirebant indaginem, & cauſæ deciſionem reſpiciebant, ſtante fundamento in principio adducto, & diſcuſſo, per collaterale Concilium vnanimi conſenſu fuit deciſum, exceptionem oppoſitam Regiæ Pragmaticæ non obſtare, ac proindè fore, & eſſe ad cauſæ expeditionem procedendum.

## OBSERVATIO.

Ex dictis per D. Regentem hic, eſſa principalis ſimulque notabilis elicitur concluſio; nimirum, vt nemini liceat alterius rei poſſeſſionem propria authoritate apprehendere; quamuis ex Iudicis permiſſu id peragi poſſet, niſi parte prius citata; Tu modo, ad confirmationem vide Afflict. *dec. 326.* vbi dicit, mirabilem ſibi viſam fuiſſe S.C. deciſionem, cum creditori, qui ex pacto in inſtrumento adiecto habebat poteſtatem ingrediendi propria authoritate poſſeſſionem bonorum debitoris, fuiſſet à S.C. conceſſa familia ad illum aſſociandum, debitore prius non citato, ait enim Afflict. quod in concedenda familia prædicta debebat Pars citari, idemque Io. Vincent. de Anna *ſingul. 189.* vbi teſtatur familiam virtute legis *creditores C. de pignor. nunquam*, Parte prius non citata, 1

citata, obtinere potuiſſe; Parte autem citata conceſſam fuiſſe teſtatur in pulcro caſu Flam. Cartar. *deciſ. Genua* 12. quam vide, Ego ipſe *reſol. iuris lib. 1. c. 302. per totum*, quicquid in hoc tibi dixerit Franſ. Viuius *deciſ. 263. & commun. opin. lib. 1. opin. 93.* Et in emphyteuta, qui in caſu alienationis in ſequiſito Domino, ſiue non ſolutionis canonem infra tempus à iure ſtatutum, conuentum extitit, vt poſſit Dominus directus propria authoritate emphyteuſim capere, quod hoc nullatenus ei permittatur, niſi Parte Prius citata, docet Afflict. *deciſ. 97.* vbi Vrſil. Maſtrill. *deciſ. 193. num. 35. & 36. & alis.*

## ARGVMENTVM.

Immunis ex priuilegio ab onere functionum fiſcalium ordinariarum, & extraordinariarum, an cenſeatur pariter immunis ab onere donatiui, quod fit Regi pro expulſione inimicorum; & quid ſi in ſpecie fuerit dictum, vt ſit immunis etiam à donatiuo. Immunis ab onere collectarum, an cenſeatur pariter immunis à collecta, quæ propter bellum ſuperueniens imponeretur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CXXX.

1 FACTO donatiuo ab hoc Regno tunc Domino noſtro Regi, ad hoc, vt ſe defenderet à Gallorum Rege, quicum aliis Italiæ Principibus collegatis Regnum hoc inuaſerat, Duce Guiſano exercitus conductore, & Generali Capitaneo exiſtente, Ciuitas Gaetæ ſub clypeo priuilegii, quo potitur immunitatis functionum fiſcalium ordinariarum, & extraordinariarum, prætendit non poſſe à Regio Fiſco ad aliquod ſoluendum ex cauſa dicti donatiui adſtringi, ſed declarari eſſe ipſam ab hoc onere immunem, ſtante priuilegio prædicto, vndè in Regia Camera dubitari contigit, an Ciuitas hæc in ſua prætentione bonum foueret ius.

2 Et per omnes Dominos huius ſupremi Tribunalis Præfectos, nemine diſcrepante fuit concluſum Ciuitatem prædictam nullo pacto eſſe immunem à donatiuo facto, ſicque declaratum priuilegium productum caſum hunc non comprehendere, fundabatur hæc deciſio Dyni authoritate *in l. ſi ex toto ff. de leg. primo*, quo loci firmat, quod vbi quis ex priuilegio à collectarum onere eſſet immunis, ſi propter bellum ſuperueniens noua imponeretur collecta, priuilegium illud non ſuffragatur, quia interpretationem recipit, vt ad caſum de nouo ſuperuenientem non ſe extendat *l. Rutilia Polla ff. de contr. empt. l. qui cum tutoribus, & l. cum Aquiliana ff. de tranſact.* Dynum inſequuti ſunt Ant. de Butr. *in c. peruenit, de immunit. Eccleſ.* Io. Andr. *ad ſpec. tit. de cenſibus §. 2. verſ. ſciendum eſt*, Alber. *in 2. p. ſtatut. quæſt.* 135. Alex. *conſ. 202. lib. 2.* Curt. Iun. *conſ. 61.* & Iaſ. qui opinionem hanc communem appellat *in eadem l. ſi ex toto, de lega. 1.* quoties enim occurrenti neceſſitati nullo pacto prouideri poteſt, niſi omnes contribuant, tunc collecta etiam exemptis imponi poteſt, *l. iubemus nullam*, vbi Bal. & Aret. *Cod. de ſacroſanctis Eccleſ. l. 1.* vbi Io. de Plat. *C. vt nemini liceat in emptio. ſpecie ſe excuſ. lib. 10. & in l. nullus C. de curſor. publi. lib.* 12. eoque magis in caſu, de quo agebatur, nam cum Regnum in maximo periculo reperiebatur, fuit factum hoc donatiuum, eo expreſſo, vt nemo ab illo eſſet exemptus, quocumque reperiretur munitus priuilegio, etiam in corpore iuris clauſo; vndè ex cauſa tam vrgenti poteſt Rex priuilegium ſubdito ſuo conceſſum pro illa vice tantum auferre, ſiue ſuſpendere, quia neceſſitas legem non habet, nec ſub lege reſtringitur, vt probat Iaſ. *in d. l. ſi ex toto in fine.* Præterea conſiderabatur quod quando collecta, quæ imponitur omnium tuitionem reſpicit, tunc priuilegiatus, etiam priuilegio in corpore iuris clauſo contribuere tenetur, per tex. *in l. ad inſtructiones, C. de ſacroſ. Eccl. in c. peruenit, in cap. non minus, & in c. aduerſus, extra de immunitate Eccleſ. in c. quamquam de cenſibus in 6. & in clement. prima de immunitate Eccl.* & Petr. de Ancher. *in d. cap.* non minus dicit generalem poſſe dari regulam, quod vbi cumque tractatur de generali Laiorum, & Clericorum vtilitate, clerici cum laicis ſimul, & ſemel contribuere tenentur; licet non niſi ab Epiſcopo cogi poſſent, dum tamen magna, & vrgentiſſima ſe offerret neceſſitas. Vltimò dicebatur quod cum priuilegium Ciuitatis Gaetæ, non niſi de impoſitionibus ordinariis, & extraordinariis loquatur, impoſitis, & imponendis, cum donatiuum non imponatur, ſed gratioſe fit, ſub illo priuilegio non comprehenditur, nec admittendum quod per Aduocatos Ciuitatis dicebatur, nimirum Parlamentum generale non potuiſſe in iſtis donatiuis aliis non conſentienbus prǫiudiciũ inferre, nàm reſponſum fuit primò quod non conſtabat Ciuitatẽ Gaetæ non conſenſiſſe. Secundò quod adhuc ſi expreſsè negaſſet, maior pars poterat ei præiudicare, quia admiſſa regula, vt in actibus merè voluntariis, maior pars aliis præiudicare non poſſit, ſecus verò in neceſſariis; hoc donatiuum dicebatur fuiſſe omnino neceſſarium, & vtile propter Regni inuaſionem, ac inſuper dictum fuit, ſemper in Regno fuiſſe obſeruatum, vt poſtquam in

Parla

Digitized by Google

Parlamento generali omnes Barones vocati fuerint, omnes que domaniales Ciuitates, id quod pro maiori parte concluditur, tam abſentes, quam contradicentes obligat.

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem eorum, quæ hic deciſa fuerunt, adde alia, quæ in propria materia ſcripſit Dominus Regens Moles *deciſ.3. in tit. de donatiuis*, quo loci in dubium reuocans, vt obſeruauimus *deciſ.*117. an priuilegium immunitatis alicui vniuerſitati generaliter conceſſum comprehendat exemptionem à donatiuis; pro parte affirmatiua dicit fuiſſe conſideratum, quod immunitas generaliter conceſſa omnem debet comprehendere caſum, etiam futurorum, nec opus eſt vt ſpecialis fiat mentio, per ea, quæ dixerunt Alex. *conſ.*30.*numer.*14. *in 6. dubio lib.*5. Dec. *conſ.*113. *lib.*1. Marc. Ant. Natt. *conſ.*63. *lib.*1.*& conſ.*406.*lib.*2.Io.Cepal. *conſ.*58.*lib.*1.& Crauet. *conſ.*194. id quod maximè procedere dicebatur, quando in priuilegiis expreſsè ab extraordinariis cōceſſa eſſet immunitas, quia tunc ſpecificè dicitur facta mentio, ſicquè in dubium replicari non poteſt, quod donatiuum ſub immunitate conceſſa veniat, ad tradita per Bart. *in l.*2.*ff.de iure immun.* Aret. & DD. *in l.ſi ex toto ff. de legat.*1. quodquè iſtæ functiones donatæ extraordinariæ dicantur, dictum fuit non eſſe dubitandum, quia certam, & ordinatam præſtationem non habent; ſed propter nouas inopinatas cauſas indicuntur, Bal. *in l.fin. C.ſine cenſu vel reliq.* cæterum his non obſtantibus teſtatur D.Regens Moles *loc.cit.* contrarium fuiſſe per Regiam Camerem deciſum; nimirum vt immunitas vniuerſitatibus conceſſa, quamtumuis in ampla forma exemptionem à ſolutione donatiui non comprehendat, niſi ſpecificè, & in indiuiduo de donis facta ſit mentio, ratio fuit aſſignata, quia donatiua voluntariè fiunt, quo caſu dum ſoluuntur, nulla priuilegio conceſſo fit derogatio, per tex. *in l.voluntarie, C. de excuſat. tutor.* nec quid repugnat, vt vniuerſitas ſponte poſſit onera ſubire *l.*1.*& toto tit.C.de his qui ſpont.mune.ſub. lib.*10. vbi Andr. de Barulo, Io.de Plat. *in l.cum decurionatus C.de decurionibus lib.*10. Cinus, Salyc. & alij *in dicta l.voluntariè*, ad quod fuit etiam ponderatus tex. *in l.munus l.*2. *ff.de verb.ſignif.* vbi immunitas non conſideratur in iure, niſi à munere, quod neceſſario ſubimus, ergo in ſponte donatis non cadit immunitas; at ſi in priuilegio verbis claris legeretur immunitas à donatiuis, teſtatur D.Regens Moles fuiſſe per Regiam Cameram, de anno 1570. deciſum pro Vniuerſitate Caſtri Maris de Stabia, quod ſub immunitate conceſſa, veniat donatiuum, & quamuis de anno 1568. fuiſſet per eandem Regiam Cameram deciſum contra Ciuitatem Tarenti, quæ ſpecificum habebat priuilegium immunitatis à donatiuo, id contigit, quia priuilegio prædicto fuerat renunciatum, ſicque dicebatur contra vniuerſitatem illam fuiſſe præſcriptum ob continuatam ſolutionem donatiuorum ab anno 1446.

2 Circa verò aliam concluſionem hic tentam nimirum, vt poſſit Rex, neceſſitate expoſcente, priuilegium ſubdito ſuo conceſſum reuocare, vel ſuſpendere, vidè Dom. Regentem noſtrum *ſupra in deciſ.*97. & quæ ego *ibi* obſeruaui.

3 Et quoad alteram, nimirum, quod vbicumquè tractatur de generali laicorum, & Clericorum vtilitate, clerici cum laicis ſimul, & ſemel contribuere teneantur, licet, vt ad id, non niſi ab Epiſcopo cogi poſſint, ad confirmationem vide DD. quos citat de Graſſis *tract.de effect. clericat.effect.*3.*n.*200.*&* 296.& per Bellettum *diſquiſit. clerical.par.*1. *in tit.de exemptio.clericor. & eorum bonis à muner. publ.* §.2. *num.*7.

Vltimò eſt hic notandum pro Ciuitate Caietæ, 4 quod licet in propoſita quæſtione fuerit contra ipſa iudicatum quoad prætenſam immunitatē à donatiuo; contrarium tamen eadem Regia Camera, me referate, iudicauit reſpectu impoſitionis granorum quinque, & vnius, in Regno impoſitorum pro ſuſtentatione equeſtris militiæ, nimirum, vt ab hac impoſitione eſſet Ciuitas hæc ſemper Regi noſtro fideliſſima immunis, ac penitus exempta, ſuntque determinationis verba quæ ſequuntur.

*Die 9. menſis Maij 1655.*

Super inſtantia facta per fideliſſimam Ciuitatem Caietæ, vt non moleſtetur à Regio Perceptore prouinciali pro exactione granorum quinque, & vnius, quæ pro quolibet foculari impoſita reperiuntur pro ſuſtentatione equeſtris Militiæ Regni, ſtantibus ampliſſimis priuilegiis dictæ fideliſſimę Ciuitati conceſſis à ſereniſſimis Regni huius retro Regibus, quibus mandatur, vt ipſa fideliſſima Ciuitas tractetur immunis & exempta ab omnibus impoſitionibus, & collectis, & quibuſuis aliis oneribus ordinariis, & extraordinariis impoſitis, & imponendis, provt latius in dictis priuilegiis continetur, & aliis provt in actis.

Viſis memorialibus porrectis pro parte fideliſſimæ Ciuitatis Caietæ *fol.*1.14. *&* 55. viſiſque actis omnibus per ſubſcriptum Dominum Militem V.I.D.Donatum Antonium de Marinis Regiæ Cameræ Semmariæ Præſidentem, & cauſæ commiſſarium, factaque per eundem relatione in D. Reg.Camera coram ſpectabili D.Don Felice de Lanzina y Vlloa Regiam Cancellariam Regente, & pro M. C. ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius, audito D.Io. Hieronymi de Philippis Regalis patrimonij fiſci patrono, fuit per Regiam Cameram conſ. prouiſum, & decretum, quod dicta fideliſſima Ciuitas Caietæ non moleſtetur provt præſenti decreto non moleſtari mandatur pro onere granorum quinque & vnius impoſito pro quolibet foculari, pro ſuſtentatione equeſtris militiæ Regni huius, hoc ſuum.

## ARGVMENTVM.

Hæres fiduciarius, quis dicatur, & an in reſtitutione hæreditatis facienda vero hæredi teneatur ad intereſſe pecuniæ hæreditariæ, quam in proprios vſus conuertit, & ad fructus totius hæreditatis, & ſi tenetur, qua actione? & num in hac reſtitutione hæreditatis locus ſit detractioni quartæ trebellianicæ, & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CXXXI.

1 CVM illuſtris Marchio D. Ferdinandus d'Alarcon vniuerſalis hæres eſſet inſtitutus à Roderico Pignoranda; ſed ſub confidentia, quia volebat teſtator, vt omnia ſua bona peruenirent ad filium, quem habebat infantem, & quod dictus Marchio ſolùm eſſet Adminiſtrator, quia pecuniam hæreditatem in proprios vſus conuertit, in vltimis conſtitutus mandauit, vt pecunia illa, qua longiſſimo tempore vſus fuit, Roderici teſtatoris filio reſtitueretur; vndè volens hic filius contra Marchionis hæredes pro reſtitutione pecuniæ ac illius intereſſe agere, dubitatum fuit, qua actione potuiſſet de iuribus ſuis experiri.

2 Vt ad intereſſe pecuniæ, qua Marchio vſus fuit, hæredes eius tenerentur, fuit primò conſideratum, teneri illos actione tutelæ, quia videbatur Marchionem, vt tutorem ſe geſſiſſe, cùm pupilli bona adminiſtrauerit, ergo ad vſuras, ſeu intereſſe tenebatur. *l. tutor, qui repertorium §. ſi poſt depoſitionem. ff. de adminiſtr. tuto.* idemque ſi dicamus Marchionem tutorem non fuiſſe, ſed pro tutore ſe geſſiſſe. *l. 1. §. fin. ff. de eo qui tuto.* & ſi dicamus neque tutorem fuiſſe, neque pro tutore ſe geſſiſſe, negari non poſſe dicebatur, fuiſſe illum mandatarium; mandauit enim teſtator, vt ſub nudo hæredis nomine hæreditatem adiret, & adminiſtraret, id quod fuit bene in facto probatum & quod demùm eiuſdem teſtatoris filio illam traderet, quod quidem mandatum cùm fuiſſet à Marchione acceptatum, tenebatur ille pecuniam hæreditatem ad honeſtum pupilli lucrum implicare, hoc non fecit, ergo ad intereſſe tenebatur. *l. ſi per procuratorem §. mandati. ff. mandati. l. ad compenſandas & l. ſi mandauero. §. ſi tibi. C. eodem.* & in propria materia eſt tex. qui ab Aduocatis in hac cauſa allegatus non fuit, *in l. quidam cùm filium*, vbi DD. *ff. de hæredibus inſtit.* & ſi dices Bar. ibi, quem Ang. & Imol. ſequuti fuere tex. illum intellexiſſe, vt hæres ibi ſcriptus non aliter mandati, ſed negotiorum geſtorum actione teneatur, adhuc ex ſui natura venit intereſſe vt eſt tex. *in l. atqui natura. §. in tantum, in l. qui ſine & in l. ſi pupilli. §. fin. ff. de negot. geſt. in l. tutori. C. eod. & in l. mater. C. de vſur.* Nec in hoc caſu poterit hæres ſcriptus quartam trebellianicam prætendere, quia quando hæreditas eſt reſtituenda ex contractu, nunquam quarta, quæ aliàs detraheretur, detrahi poteſt, vt firmat Bal. *in rubr. C. de reuoc. his quæ in fraud. credit. in fine, argum. tex. in d. l. quidam cùm filium*; immò fortius dicebatur, quod ſi ex vltima voluntate eſſet hæreditas reſtituenda, hæreſque ſcriptus inſtitutus eſſet gratia alterius, cui per fideicommiſſum poſt diem certam vel incertam, eſt reſtituenda hæreditas, adhuc quartæ detractioni locus non eſſet, argum. *tex. in d. l. quidam cùm filium, & in l. in fideicommiſſis. §. cùm poſſidetis*, vbi hoc notat Cynus. *ff. de vſur.* Bal. *in d. rubr. C. de reuoc. his quæ in fraud. credit.* quare facta relatione per Sacrum Conſ. reſidens in caſtro Capuanæ, in Collaterali Conſilio cùm duodecim eſſent votantes; nouem de Sacro Conſ. & tres Regentes Regiam Cancellariam, quamuis vota fuiſſent varia; tamen major pars fuit voti quod hæredes Marchionis d'Alarcon actione mandati condemnarentur ad pecuniam, quam in proprios vſus conuertit reſtituendam vna cùm intereſſe, ad rationem ſex pro quolibet Centenario, à die quo pecunia illa ad eius poſſe peruenit.

---

## OBSERVATIO.

DE hærede fiduciario agit Iuriſconſultus *in l. liberto. §. filium ff. de annuis legat. in l. cùm ex filio in princ. ff. de vulg. & pupill. in l. 3. §.* Pollidius. *ff. de vſur. & in l. Seius Saturnius. ff. ad. S. C. Trebell.* prout notant Rip. *in l. in fideicommiſſariam. §. 1. nu. 4. ff. ad Trebell.* & Hieronymus Zanc. *in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. eod. tit. ad S. C. Trebell.* & ſatis bene ad caſum huius Deciſionis Bertazol. *conſ. ciuil.* 8. & 10. vbi dicit hæredem fiduciarium teneri hæreditatem integram vna cùm fructibus vero hæredi reſtituere, allegat Hieron. de Laurent. *in repet. d. l. in fideicommiſſariam. num.* 7. & Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3. caſu 256. num.* 18. quodque hæres fiduciarius nudus dicatur miniſter, tradit Crauett. *in l. cùm filiofam. in 3. par. num. 35. ff. de lega. primo per tex. in l. quidam cùm filium. ff. de hæred. inſtit.* Sed non per hoc poſſit numquam fiſcus ab hæredo fiduciario bona auferre; nam, vt modo dixi, licèt is cuſtos dicatur, & nudus miniſter quoad effectum, quia omnia reſtituere tenetur, interim tamen habet ius, & nomen hæredis, notant hoc Bald. & Alij *in d. l. quidam cùm filium* idem Bal. & Alber. *in d. §. cùm Pollidius* & Bertaz. *cit. conſ.* 10. *num.* 18. quæ autem concurrere debeant, vt quis cenſeatur relictus hæres fiduciarius, explicant Paul. Caſtrenſ. & Alex. *in d. l. Seius Saturnius*, quos citat & ſequitur Bertaz. *d. conſ. 8. n. 4.* hi dicunt tria concurrere debere, & primò qualitas perſonæ fideicommiſſarij, quia filius. ſecundò qualitas perſonæ hæredis inſtituti, quia amicus teſtatoris. & tertiò quia in tota hæreditate eſt hæres inſtitutus. 1

## *ARGVMENTVM.*

Puella in quo loco ſequeſtranda ad finem eius voluntatem explendi, quando de eius pudicitia timetur, ſiue de vi, & metu paterno in matrimonium contra eius voluntatem contrahendo; & in quibus Iudicis arbitrium in hac re extendatur.

DECI

Digitized by Google

# DECISIO CXXXII.

1 REfertvr hic caſus, qui contigit in perſonam cuiuſdam nobiliſſimæ Puellæ huius Ciuitatis, quæ cùm parentibus orbata penes eius amitam educaretur, malè ab illa tractabatur, & non ſolùm verbis; ſed etiam factis: hæc annum agens decimum octauum circiter, ſecreto quantum potuit, Domino Proregi ſupplicauit, quatenus dignaretur indemnitati ſuæ conſulere, & ne permitteret, vt ab Amita ſua opprimeretur. Dominus Prorex conſilium à Dominis Regentibus expoſcit, quid faciendum, & quomodo in hoc caſu procedendum ad finem & huius Dominæ Puellæ voluntas exploraretur.

2 Reſponderunt Domini Regentes fore illam in Monaſterio honeſto, & bonæ famæ reponendam, & in eo loco eiuſdem voluntatem explorari, vbi educari & manere illa vellet: dicebatur enim dubium non eſſe, quod quoties tractatur de matrimonio contrahendo, & mulier Patrem haberet, quod eſt fortius, ſed de paterno metu timet, quia forſan nolit nubere illi, quem Pater in ſponſum deſtinauit, poterit Iudex puellam illam è manu patris liberare, & in aliquo loco tuto, & honeſto, vel in Monaſterio reponere, ad quam concluſionem fundandam allegabatur tex. *in c. cùm locum vbi gl.* Innocent. Abb. & Reliqui *extra de ſponſal.* vbi Imol. notat, ad Iudicis officium pertinere, Partibus locum aſſignare ſecurum, & Abb. quod vbi Puellæ animus ſuper matrimonio contrahendo eſt indagandus, Iudex ex officcio poteſt prouidere, vt collocetur Puella in domo in qua nulla vis, nullaque violentia ei inferri poſſit. Ex quo infertur quod ſi de Parentum metu, & violentia timetur, quia forſan Puella clàm, parentibus inſciis, matrimonium contraxit, debet Iudex illam ad honeſtam donum traducere, ad hoc vt demùm, quod bonum, & conueniens eſt exequi poſſit, allegatur, tex. *in c. penult. in princ. de probatio. in c. ex tranſmiſſa, & in c. litteras in fine de reſtit. ſpoliat. & in l. deinde eſt. hoc interdicto*, vbi Bar. *ff. de lib. exhib.* eumdem Bar. *in l. fin. ff. de appellat. recipiend.* Comprobatur ſententia hæc ex Abb. *in c. dilectus col. 2. de ſequeſtrat. poſſ. & fruct.* vbi dicit quod ſi ſponſam, ſiue vxorem fore corrumpendam timetur, tunc illius perſonæ fiat ſequeſtrum, vt in loco tuto collocetur, nec aliter ean[illegible] cautione reſtitu[illegible] per hoc ibi[illegible] dicunt Hoſt. Ant. de Butr. [illegible]dem Abb. quod ſi ſerui, vel Aſcriptitij, & n[illegible]mè liberi homines de Domini tyrannide c[illegible]erantur, & probabiliter de eorum vita [illegible]etur, bonus Iudex illos aſſecurari faciat, ſi [illegible]ſt; hinc videmus quod numquam quis in [illegible]o non tuto comparere tenetur, Clement. Paſtoralis *de re iudic. Clem.* prima vbi latè Cardin. *in q. notab. & in q. 21. cum ſeq.* tex. *in c. accedens il 2. vt lite non conteſt.* Tandem ad ſuperius dicta corroborandum allegabantur Iura *in l. 1. & 2. ff. & C. vbi pupill. educ. deb.* & *in l. 1. C. diuort. facto apud quem liberi morari, vel educari debeant*, in quibus iuribus cautum eſſe cōperimus, hæc omnia Iudicis arbitrio terminari debere, totumque eius arbitrio deferendum, nimirum vbi & in quo loco pupillus vel pupilla educari debeant; & ita Domini Regentes Regiam Cancellariam votati fuerunt, licèt hic paſſus non fuerit inter illos firmiter votatus, vnde puella illa extitit in Monaſteria collocata.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

---

## OBSERVATIO.

HÆc eſt communis omnium ſententia, nimirum vt quoties de pudicitia, vel aliqua violentia in perſonam puellæ timetur, ad Monaſterium traditur, vt ibi ſecurè viuens poſſit ſic perſonæ & bonis ſuis proſpicere, illudque bonum capere conſilium, quod melius ſibi videtur, prout fuit ſeruatum hic, & bis ſuo tempore per Sac. Conſ. deciſum teſtatur Anna Pater *ſing.* 395. & ibi Fab. Filius *in addition. & in conſ.* 33. *num.* 10. omnino videndus, poſt Calcan. *conſ.* 121. & Crauett. *conſ.* 190. *num.* 7. quorum memini ego *lib. 1. reſol. iuris cap.* 95. *num.* 19. licet hæc determinatio in Iudicis arbitrium repoſita ſit, quia quandoque adhuc Monaſterium non eſt locus tutus pro libera voluntate Puellæ; ſicque Iudex arbitrari poteſt, vt in domo conſanguinei non ſuſpecti reponatur, prout fuit ſeruatum in caſu, ſuper quo conſuluit Fab. de Ann. *d. conſ.* 33. vbi decreuit Sac. Conſ. puellam, quam ſtatim, mortuo patre, nubendam tractabatur, in domo alterius conſanguinei eſſe reponendam: vndè benè dicunt DD. Iudicem in hac materia rigoroſa & ſeuerum eſſe debere, non gratioſum, nec aliorum lacrymis aut blanditiis moueri, & vt dicit idem Fabian. de Ann. *loc. cit. num.* 9. Iudex debet in hac re eo modo procedere ac ſi Pater eſſet, citat Bal. *conſ.* 487. *lib.* 5. & Crauett. *conſ.* 18. *num.* 3. hinc paſſim apud nos ſeruatur, vt Puellis Patribus orbatis præceptum iniungatur, ne inconſulto ſacro Conſilio, matrimonia contrahant. 1

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius impetratus ſuper donatione feudi facta à Patre in beneficium filij ſecundogeniti, nulla mentione facta de contractu eadem die inito, in quo declarabatur, feudum illud remanere penes patrem Donantem, ſua vita durante, nùm de iure ſubſiſtat. Feudo vendito liberè, & poſtea in alio contractu, pacto interpoſito de retrouendendo, nùm aſſenſus ſuper primo contra-

ctu impetratus, nulla mentione facta de ſecundo, in quo fuit appoſitum pactum de retrouendendo, dicatur nullus. Aſſenſus Regius an requiratur in conſtitutione Procuratoris ad feudum vendendum. Contractus ex quibus fraudulentus præſumatur. Pactum de retrouendendo temporale, an & quando perpetuum efficiatur, & de aliis.

## DECISIO CXXXIII.

1 Facta Donatione à Mattheo de Maſtro Iudice filio ſuo ſecundogenito de feudo, quod emptum tenebat cum pacto de retrouendendo infra certum tempus, incontinenti, coram eiſdem Iudice, Notario, & Teſtibus aliud fuit ſtipulatum inſtrumentum, in quo dictum fuit, quod non obſtante dicta pura Donatione, Pater ſua vita durante, feudi donati vtilis Dominus remaneret, & quod fructus ſuos faceret, imò quod potuiſſet donationem illam reuocare, fuit impetratus aſſenſus ſuper primo Donationis contractu, nulla de ſecundo, in quo fuit reſeruatum dominium, & vſusfructus, mentione facta; fuit dubitatum, inſtante primo Patre Donatore, & demum filio ſuo primogenito, an contractus ille Donationis nullitatis vitio laboraret, ex quo in aſſenſu ſuper eo impetrato non fuit facta mentio de alio contractu mox inter eaſdem Partes ſequuto.

2 Pro nullitate fuit conſideratum, aſſenſum impetratum nullius momenti fore cenſendum, vti à Donatoris conſenſu difformem; quoties enim ſe offert difformitas inter Dominum directum, aſſenſum præſtantem: & Dominum vtilem feudi vtile dominium in alium transferentem, tunc nullus dicitur aſſenſus; ita affirmare videtur Andr. *in c. imperialem in princ. col.* 5. *de prohib. feud. alien.* per Freder. *& in cap.* 1. §. *ille autem col. fin. verſ. ſi vero conceſſit, de controuerſ. feud. apud pareſ. term.* etenim negari non poterat, quin ſecundus contractus incontinenti ſtipulatus, ſiue pacta ibi appoſita pars fuerint primi contractus, ita & taliter vt principali donationi ineſſe cenſebantur, ad *tex. in l. lecta* vbi Iaſ. *latiſſimè ff. ſi cert. pet.* ſicque ratione contextualitatis actus, ambo vnus actus cenſeri debeant, deque eis vt de vno iudicari *l. cum antiquitas C. de teſtam. & l. hæredes palam.* §. *vno contextu ff. eod.* ſemperque dicetur pactum ineſſe quando ſtatim poſt contractum apponitur, antequam Partes ad extraneos actus deueniant, gloſ. communiter approbata *in d. l. lecta & in l. petens,* vbi Bal. & Ang. *C. de pact.* Bar. *in l. contractus C. de fide inſtrum.* Bal. *in l.* 1. *& penul.* §. *Mulier ff. ſolut. matr.* vbi indiuidualiter dicit quod præſumitur factum incontinenti, ſi eodem die, loco, & teſtibus provt in caſu propoſito, factum proponitur; ex quibus ſequitur quod dum aſſenſus non fuit impetratus ſuper toto contractu, corruit omnino, ex quo in indiuiduis vtile per inutile per inutile vitiatur. Bar. *in l. græce* §. *illud ff. de fideiuſſ.* & maximè in materia feudali, vt latè per Loffred. *conſ.* 3. & Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *quæſt.* 16. vbi dicit quod ſi eſſet feudum venditum ſimpliciter, & poſtea in alio inſtrumento initum pactum de retrouendendo; impetrato aſſenſu ſuper venditione, nulla pacti de retrouendendo mentione facta, totus aſſenſus dicitur nullus; ſicque teſtatur per S.C. iudicatum, & quamuis in fine præcitatæ quæſtionis addat hoc de plano procedere, reſpectu ipſius emptoris, ſecus verò tertij, cui demum emptor feudum illud cum aſſenſu vendidiſſet, tamen hoc non pertinet ad caſum, de quo agebatur, imò dicebatur, quod etiam in caſu Frec. eſt tenendum contra tertium, ſicut contra primum emptorem; rationem aſſignat, quia ſi præſupponitur, aſſenſum à principio fuiſſe nullum, ex eo quod in illius impetratione de luitionis pacto mentio facta non fuit, quod proinde non poteſt dici in primum emptorem Dominium tranſlatum fuiſſe; conſequenter nec in ſecundum per regulam nemo plus iuris: Nec obſtare dictum fuit, quæ his omnibus opponebantur, nimirum quod licèt pater donans donationem iudicialiter reuocauerit, tamen demum filium primogenitum procuratorem conſtituit ad liti, & cauſæ renunciandum, & ad confirmandam dictam Donationem, & ex tunc libere irreuocabiliter inter viuos donando; reſpondebatur enim huiuſmodi liti ceſſionem, ſiue renunciationem, nonumque donationem eodem morbo laborare, propter defectum aſſenſus, ex quo ille primus aſſenſus ſuper donatione iam facta obtentus hanc nouam Donationem conualidare non poteſt, eſt enim ſtricti iuris, vt nullam recipiat extentionem Andr. *in cap.* 1. *col.* 1. *de prohib. feud. alien.* per Freder. Nec obſtabat in quantum dicebatur quod in conſtitutione Procuratoris ad feudum vendendum aſſenſus non requiratur, vt per eundem Frecc. quem dicebatur doctiſſimè ac ſubtiliter ſcripſiſſe, *lib.* 2. *de ſubfeud. in* 11. *quæſt. & in* 22. *limit. ad conſt. Regn. Conſtitutionem diuæ Memoriæ,* quia hoc verum eſt ... per mandatum ... ad feudum vendend... feudi in alium non transferatur; ſed ... ando poſtea virtute mandati venderetur ... udum, tunc bene requiritur aſſenſus ... de ex his omnibus, & aliis ponderatis ... per Collaterale Conſilium deciſum

ſum contractum fuiſſe nullum ob defectum aſſenſus; ſicque feudi donati poſſeſſor, qui erat extraneus ad illud relaxandum condemnatus extitit, verùm ſententia hæc quoad relaxationem non aliter fuit exequutioni demandata; nam vt in prinipio fuit dictum, bona hæc feudalia fuerant à Patre donante empta cùm pacto de retrouendendo infra annos quatuor, quod tempus licet fuiſset elapſum, tamen quia pretium exburſatum non excedebat ducatos quatuor mille, dictaque bona compertum fuit eſse valoris vltra ducatos decem mille, ſicque maxima conſiderabatur læſio, fuit per hoc prouiſum, quod ſolutis per poſseſſorem dictis Ducatis quatuor mille, non moleſtetur.

3 Præterea quia in hac cauſa occurrit etiam dubitari, an tempus illud quatuor annorum appoſitum in pacto de retrouendendo fuiſſet prorogatum, huius occaſione fuit conſiderata praxis, quæ in his ſupremis Tribunalibus ſeruatur, quando in prorogatione pacti de retrouendendo Regius aſſenſus requiratur, & fuit dictum quod quando eſt impetratus aſſenſus ſuper pacto de retrouendendo, nulla facta expreſſione temporis, ſed ſimpliciter ſupplicatum pro aſſenſu ſuper pacto de retrouendendo pro tempore inter Partes conueniendo; tunc ſi Partes tempus præſcribunt limitatum, puta trium, vel quatuor annorum, facta prorogatione in aliud tempus valet etiam ſine nouo aſſenſu, quia cenſetur vnicum tempus, poſtquam in aſſenſu tempus non fuit expreſſum. Et ſi in ſupplicatione pro aſſenſu ſuper pacto de retrouendendo, tempus fuit expreſſum, & tunc ſi Partes demùm vellent tempus illud præſcriptum prorogare, nouus requiritur aſſenſus, quia tunc non cenſetur vnum tempus, ſed diuerſum, ac proinde nouus requiritur aſſenſus.

4 Tandem quia in hac cauſa filius ſecundogenitus bonorum feudalium donatarius pro ſua donatione conualidanda allegabat fuiſſe illam per aliud inſtrumentum à fratre ſuo primogenito ratificatam, huius occaſione relata Theorica Andr. *in c. 1. §. & olim verſ. ſi ergo viuens de ſucceſſ. feud.* (vbi dicit in feudis hæreditariis poſſe Patrem feudum donare, ſeu vendere, & ſi filius primogenitus conſentit, patrique alienati ſuperuiuit ſibi, & ſuis hæredibus præiudicat) dictum fuit fortius alias in cauſa Bozutorum determinatum, nimirum quod pater poſſit ſecundogenito cùm aſſenſu Regis feudum hæreditarium donare, adhuc inſcio, & ignorante primo.

---

## OBSERVATIO.

1 FRaudulenta, ſiue prorſus ſimulata fuit donatio, de qua in hac deciſ. conſtat enim vno eodemque inſtanti fuiſſe feudum pure in vno contractu filio donatum, & in alio coram eiſdem Iudice, Notario, & Teſtibus declaratum, quod Pater Dominus feudi donati, ſua vita durante, remanebat Dominus, & potuiſſet Donationem reuocare, etenim actuum, & contractuum vicinitas, ſimulationis arguit præſumptionem, ita Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 12. nu. 33.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 38. num. 32.* Alba. *conſ. 57. num. 3. & conſ. 78.* eoque magis quando coram iiſdem teſtibus, & Notario initi contractus, prout hic, Surd. *conſ. 327. n. 3.* Bellon. *lib. 1. de potiſſ. cor. quæ incontin. fiunt, vel ex interual. cap. 2. num. 6. &* quod ex actuum vicinitate fraus quoque præſumatur, docet Nauar. *de probatio. concl. 815. n. 4.* plus dixit Proſp. Farinac. qui *in tit. de falſit. quæſt. 162. p. 4. num. 146.* concluſionem hanc firmans, vt præcipua ſimulationis coniectura ſumatur ex iis, quæ incontinenti fiunt ex vicinitate, & celeritate actuum, ac ex breuitate temporis, in quo plures celebrantur actus vnus poſt alium, addit. *n. 149.* ex Cepoll. *de ſimulat. contrac. num. 12.* Iudicis arbitrio relinqui, quando dicatur actus incontinenti celebratus, & quod incontinenti dicatur, quando eodem die, & loco, & coram eiſdem teſtibus, coram quibus fuit celebratus primus contractus celebratur & alius; imò ſat eſſe, ſi eadem die apparet fuiſſe celebratū, quamuis non coram eiſdem teſtibus, quia vna dies non eſt longum interuallum, idemque Gramat. *deciſ. 76. num. 6.* & Pariſ. *conſ. 54. num. 66. & conſ. 55. nu. 44. lib. primo,* & diffuſius ad materiam ſunt videndi Tiraquel. *de retract. conuent. §. 1. gl. 1. per totam,* Menoch. *de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu 13. num. 4* Decia. *conſ. 2. num. 55. lib. 1.* & Maſcard. *de proba concl. 438. num. 18. 19. & 21.*

Quo vero ad aliam concluſionem hic tentam, vt in conſtitutione Procuratoris ad feudum vendendum Regius non requiratur aſſenſus vltra Fric. per Dominum Regentem citatum, adde Tu hoc idem pariter firmaſſe Capyc. *in ſua inueſtit. feuda. in verb. neceſſitas verſ. aſſenſus fol. 80.* Camerar. *in c. imperialem fol. 51. littera P.* Io. Vinc. de Anna *in repet. ad. conſtit. conſtitutionem diuæ Memoriæ. num. 246. fol. 205.* alioſque noſtiates, paſſim ſine controuerſia, immo plus dicit Affl. *in d. conſtit. conſtitutionem diuæ Memoriæ,* vt in promiſſione facta à feudatario de vendendo feudum, nec Regius requiratur aſſenſus, itaut ſi promittens, quod promiſit non obſeruabit, ad intereſſe teneatur, ſequitur Io. Franc. de Pont. qui pro hac parte viriliter conſuluit *conſ. 85. & 86. lib. 1.* ſed in hoc contrarium firmarunt Goffred. *conſ. 52.* Freci *lib. 2. de ſubfeud. in 7. limitat. ad d. conſtitutionem, Conſtitutionem diuæ Memoriæ. num. 28.* Minad. *conſ. 29.* Præſ. de Franch. *deciſ. 48.* vbi quoad in promiſſione de vendendo feudum Regius requiratur aſſenſus, bis per Sac. Conſil. deciſum teſtatur, idem Reg. Salernit. *deciſ. 47.* & eſt eadem, quam refert Præſ. de Franch. *loc. cit.* Fabian. de Ann. *conſ. 75. num. 18. & 20.* & alij, cogita quando caſus continget, quia vtraque opinio bonas habet rationes. 2

Circa verò concluſionem hic ſimiliter tantam, nimirum vt pactum de retrouendendo temporale etiam poſt lapſum tempus exerceri poſſit quando concurrit læſio in pretio, dic hanc eſſe communem omnium ſententiam, vt videre eſt penes Vrſil. in additio. ad Affl. *deciſ. 37. num. 3.* vbi ſic pluries per Sac. Conſil. deciſum refert, alios retuli Ego *lib. 2. reſol. iuris. cap. 160. num. 2. & 5.* quibus addo Marcell. Cala. *in tract. de modo articul. & proba. gl. vnica. §. 2. num. 558.* 3

Quantum verò ad poſtremum dubium, quod dicit Dominus Regens fuiſſe ab ipſo in vna facti contingen



Digitized by Google

tingentia reſolutum, nimirum vt poſſit Pater filio ſecundogenito cum conſenſus Regis feudum doare, adhuc inſcio & ignorante primo, pro veritate vide omnino quæ Ego nouiſſimus de his agens ſcripſi *lib. 2. reſol. iuris c. 29.* quo loci *num. 4.* de hac determinatione Domini Regentis memor fui.

## *ARGVMENTVM.*

Præferri, quis debeat ſuper pretio mercium cum alterius naui inuectarum, Creditor Domini mercium anterior, vel potius Dominus Nauis, ſiue eius Ceſſionarius pro naulo. Vt locus ſit priuilegio prælationis, de quo *n C. interdum ff. qui pot. in pign. hab.* cum concordantibus, quæ concurrere debeant. Hypotheca tacita pro penſione domus, an & quando cum prælatione ſit decernenda; & ad aliis.

## DECISIO CXXXIV.

1 IN cauſa Ferdinandi de pactis cum Regio fiſco, cum pro naulo modiorum ſalis 1400. eſſet quis Debitor Patrono Nauis certæ pecuniarum quantitatis, illam cum alterius fideiuſſione mutuo accepit ab alio vincolatam pro ſatisfaciendo dicto Patrono, provt vere fuit ſoluta, ſed quia demum principalis Debitor pecuniam mutuo acceptã Creditori ſuo reſtituere non curabat, fideiuſſor illam ſoluere fuit coactus, cui quidam fideiuſſori ſoluenti omnia iura in forma valida à Creditore ceſſa fuerunt; ſuper ſale prædicto in Regia Dohana exiſtente, cum actione hypothecaria concurrebat fiſcus pro credito, quod tenebat cum Domino ſalis & inſimul eiuſdem fideiuſſor, qui habebat iura ceſſa à Creditore, cuius pecunia fuit ſatisfactum Domino nauis pro naulo ſalis; dicebat fiſcus, ipſum, vti anteriorem eſſe præferendum, excipiebat fideiuſſor prælationem ei concedendam, quia licèt eſſet poſterior in tempore, dicebatur tamen potior in iure, ex quo pecunia ſua fuit cauſa potiſſima acquiſitionis ſalis; nam aliàs Dominus Nauis ſalem non conſignaſſet; ſicque contendebat ſubintrare diſpoſitionem tex. *in vulgata l. interdum cum l. ſeq. ff. qui pot. in pign. hab. in l. creditor ff. ſi cert. pet. & in l. 1. ff. de ceßio bonor.* Vndè quid iuris dubitatum extitit.

2 Fuit per Regiam Cameram deciſum contra fiſcum, ratio Deciſionis, quia pro fideiuſſore omnia concurrebant vt hypotheca hæc cum priuilegio prælationis locum habeat, Primum quod expreſſe pecunia ſit mutuo data ad effectum, de quo agitur, alterum quod ex illa pecunia ſit ſequutus effectus; & poſtremum quod extet res, ſuper qua actio hypothecaria exercetur, puta ædificium ſi eſt refectum; vel quod ſal, de quo nunc agitur, ſtet in dohana, ad quod fuerunt allegata iura *in l. 1. ff. de ceßio bonor. in l. procuratoris § ſi duos verſ. planè ff. de tribut. actio* Paul. de Caſtr. & Iaſ. *in d. l. Creditor. ff. ſi cert. pet.* & Alex. *conſ. vlt. lib. 7.* quod autem eo ipſo quod merces in nauim ſunt immiſſæ, ſint pro Naulo tacitè hypothecatæ cum priuilegio prælationis, eſt tex. *d. l. interdum cum l. ſeq.* vbi Bar. *ff. qui pot. in pign. hab.* idemque Aret. *in l. ſiquis rem ff. de acq. poſſ.* vbi dicit quod impenſa facta pro cuſtodia rei cõmodatæ, vel pignoratæ, illud habet priuilegium, vt hypothecam habens poſteriorem priorem habenti præferatur, imò quod huiuſmodi hypotheca duret etiam ſi merces ſunt à Naui exoneratæ, vt in ſimili de rebus in domo conducta immiſſis firmat Bal. *in l. certi iuris in 6. q. C. locati*; & in terminis noſtris Neguſ. *in ſuo trac. de pignor. 2. p. in 4. membr.* & quod eadem hypotheca cum prælatione, quæ pro Naulo competit Domino Nauis competat pariter illi, qui pecuniam ſuam Domino mercium pro ſoluendo Naulum, mutuo dedit, firmauit Raphael Cuma. *in d. l. interdum in princ.* idemque & fideiuſſori, qui pro Domino Mercium pecuniam mutuo danti ſe obligauit; hic enim ſi demum ſoluit pro principali Debitore, ceſſionemque iurium conſequatur, acquirit ſimiliter hypothecam cum priuilegio, vt in ſimili ponit Bar. *in l. poſt dotem ccl. fin. ff. ſol. matr.* vbi dicit quod ſi mulier cedit dotem, ſeu iura dotalia alicui, & ceſſio fit ex cauſa neceſſaria in ceſſionarium tranſeunt omnia iura cedentis, etiam cum priuilegio.

---

## OBSERVATIO.

CVm illa conclusione, quæ habetur hic, nimirum, vt eo ipſo quod merces in nauim ſunt immiſſæ, ſint pro Naulo Domino nauis cum priuilegio prælationis tacitè hypothecatæ, iuribus, & Doctoribus per Dominum Regentem citatis, conueniunt pariter Iacob. Menoch. *de adipiſc. poſſ. remed. 3. num.* 150. & ſeq. Pacific. *de Saluia inter inſpec. 3. cap. 5. num.* 4. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 6. & nouiſſimè Mercurial. Merlin. *tract. de pignor. lib. 2. tit. 2. queſt. 67 à num. 39. cum pluribus ſeqq.* vbi ex Neguzan. *de pignor. p. 2. memb. 4. num.* 140. addit nauem vrbano prædio; non autem ruſtico comparari, & quod inter nauis magiſtrum, & eius, cuius ſunt res inuectæ, actio ex locato & conducto exoriatur, ad tex. *in l. ſi vehenda* 10. § 1. *ff. ad l. Rod. de iactu* & ex hoc ſequi, vt idem ſit iudicium, provt de penſione aliarum rerum idemque tacitæ hypothecæ competere priuilegium; addit demum *num.* 44. hæc omnia adeò vera eſſe vt hypotheca hæc tacita, quæ pro Naulo Magiſtro, 1

Digitized by Google

ſtro, ſiue Rectori Nauis ſuper inuectis, & illatis cõpetit, cenſenda ſit cùm priuilegio potioritatis; nam ſicut pro datis ad rei conſeruationem competit hypotheca cum prælatione, ita & pro Naulo, ex quo dicetur ipſe Dominus, aut Magiſter Nauis Creditor priuilegiatus ad ſimilitudinem huiuſmodi cauſæ, ad tex. *in l. huius 6. ff. qui pot. in pig.* hab. Neguſ. *d. memb.* 4. *num.* 141. *in fine*, ex quibus per eumdem Merlin. *loc. cit. num.* 45. infertur vt huiuſmodi prælatio competat etiam Domino vehiculi, ſiue currus, ad inſtar nauis, quia caſus huiuſmodi à pari procedunt, vt colligitur ex tex. *in l.* 1. §. *ad ſolam autem verſ. ſiquis de naui. ff. de vi, & vi arm.* & bene per Neguſ. *loco proximè cit.*

2 Addit demùm *num.* 46. Notabile dictum ad declarationem illius concluſionis, quæ ſe habet, vt hypotheca tacita pro penſione domus competat ſine prælatione, ex pluribus relatis per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 713. *num.* 1. *&* 2. vt hoc verum ſit, quando domus ſimpliciter locatur ad habitandum, ſecùs verò vbi locatur ad res conſeruandas, provt contingit, quando locatur Apotheca, Magazenum, & horreum; pro his enim probat, competere locatori hypothecam tacitam, etiam cum prælatione, ad inſtar Nauis ex Neguſ. loco proximè *cit. num.* 141. Ioſep. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 84. *p.* 2. Borgn. *deciſ.* 26. *num.* 23. *p.* 2. Gratia. *diſcep. forenſ. cap.* 68. *num.* 4. *& d. cap.* 713. *num.* 2. & Carpan. ad ſtatum Mediol. *cap.* 232. *nu.* 11. dicetur enim in hoc caſu facta locatio à Domino ad conſeruandas res illas introductas, quodque pro expenſa facta in conſeruatione rei tacita detur hypotheca cùm prælatione probant Iaſ. *in* §. *item Seruiana num.* 60. *inſtit. de actio. & in l. item quia num.* 19. *ff. de pact.* Pacific. de Saluia. *inter inſpec.* 3. *cap.* 5. *num.* 6. Vital. *de clauſ. in verb. & ſpecialiter obligauit, num.* 4. Gratian. *d. cap.* 68. *num.* 4. *& deciſ. cap.* 713. *num.* 1. Carpa. *dic. cap.* 232. *num.* 34. *p.* 1. Gait. *de credit. cap.* 4. *num.* 1589. Martius *deciſ. ſenenſ.* 20. *num.* 5. Caroc. *de loca. p.* 5. *tit. de inuect. quæſt.* 21. *num.* 4. Strac. *de nauibus p.* 3. *in fin. num.* 29. Mut. *ſuper Conſtit. Panorm. cap.* 34. *num.* 6. & habetur per Dominum Regentem *hic* ad id citantem Aret. *in l. ſiquis rem ff. de acquir. poſſ.*

3 Ad illud autem quod hic in fine tangit Dominus Regens, nimirum quod ſi Mulier cedit dotem, ſeu iura dotalia alicui, & ceſſio fit ex cauſa neceſſaria tranſeant in ceſſionarium omnia iura cedentis, etiam cùm priuilegio, idque auctoritate Bar. *in l. poſt dotem col. fin. ff. ſol. matr.* aduerte quia concluſio hæc magnos habet ſcrupulos, vnde pro veritate videnda ſunt omnino quæ Ego ſcripſi *lib.* 2. *mear. reſol. c.* 19. *à n.* 11. *ad* 17.

## *ARGVMENTVM.*

Creditor ſi facto computo cum eius Debitore, eumdem in ampla forma liberauerit, nùm poſſit poſtea Debitorem illum ex alia cauſa moleſtare. Creditor ſi mandauerit Debitori ſuo, vt ſibi ſoluat annuam præſtationem talis anni, an inducta cenſeatur tacita confeſſio ſatisfactionis pro præterito, & quid ſi fuerit dictum pro reſiduo talis anni & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CXXXV.

IN anno 1530 fuit ſtipulatum inſtrumentum inter Federicum Paudonum Baronem Terræ ſancti Vincentij, & Hortenſium Molignanum, in quo, facto inter Partes ipſas legitimo computo ſuper annuis introitibus debitis ſuper dicta Baronia decurſis, & non ſolutis, dictus Federicus declarans, ſe eſſe Debitorem dicto Hortenſio in certa pecuniarũ ſumma ab omnibus aliis per eumdem Creditorem prætenſis fuit liberatus, & abſolutus; demùm dictus Federicus petiit ab Hortenſio intereſſe, quod paſſus fuerat ex cauſa malæ adminiſtrationis ab illo geſtæ ſuper Baronia prædicta, fuit dubitatum, ſi obſtabat dictum inſtrumentum. 1

Pro Hortenſio allegabatur diſpoſitio *l. ſi quidem. C. de tranſact.* ſed reſpondebatur tex. illum nec alium *in l.* 2. *C. de hared. inſtit. & in l. ſi ex pluribus. ff. de ſolut.* ad caſum propoſitum applicari, quia iura illa loquuntur reſpectu vnius Partis; etenim ſi ego confiteor recepiſſe à Titio decem, quæ mihi debet, ſi in maiori ſumma ſum Creditor, certè potero illam petere, at ſi confiterer recepiſſe decem, quæ Titius mihi debet ex reſta, tunc proculdubio mihi præiudicarem, vt aliud petere non poſſim, hæc concluſio benè procederet ſi Hortenſius petiiſſet vltra illud, quod Federicus ei debere confeſſus fuit, ſed quoad prætenſionem Federici nihil pertinet; neque pariter dicebatur ſubintrare diſpoſitionem tex. *in l. Procula. ff. de probat.* quæ ſolùm tribus concurrentibus, locum habet, nimirùm ſanguinis coniunctio: ſæpius calculata ratio; & Debitum longo tempore non petitum, eo namque caſu nulla Debiti ſupereſt petitio, vt *ibi* per Bar. & communiter omnes, Aret. *in l. recuſare in fine ff. de acquir. hared.* Dec. *conſ.* 267. & Soc. *conſ.* 61. *lib.* 2. Vlterius pro Hortenſio allegabatur tex *in l. emptor.* §. *Lucius. ff. de pact.* vbi dicebatur eſſe caſum, quod ſi facto inter duos computo de rebus geſtis per eos in menſa, vnus alterius in certa ſumma ſe Debitorem conſtituerit, ſtandum eſt illi ſaldo, omniaque menſam illam concernentia remiſſa cenſentur, *ibique* notat Paul. Caſtrenſ. quod ille, qui, facto computo in vna ſumma conſtituat ſe Debitorem alterius, cenſetur remittere omne illud, quod illius menſæ ratione ſibi deberetur, id, quod etiam *ibi* Iaſ. firmare videtur *circa finem*, vnde allegabatur pro caſu propoſito Deciſionem eſſe formalem Paul. de Caſtr. nam ſi verum erat, fuiſſe factum legitimum calculum de omni eo quod Federicus ex cauſa tot annuorum introïtuũ debebat ſuper Baronia, ſicque fuit habita ratio de omnibus, quæ hinc inde à Partibus prætendi poterant 2



Digitized by Google

terant circa cōcernentia dictam menſam, nullam dicebatur ſuperſtitiſſe Federico actionem aliud petendi ab Hortenſio, & fuit pariter allegatus Alex. *conſ.286. lib.6.* vbi dicit, ſaldum inter duos factum omne Debitum comprehendere, quod inter Partes erat commune, non autem alienum, & quod ita intelligenda erant iura *in l. ſi cum dos ff. rerum amot. & in dic. §. Lucius.*

## OBSERVATIO.

1 Dominus Regens affirmat hic quod ſi Ego confiteor recepiſſe à Titio decem, quæ mihi debet, ſi in maiori ſumma eſſem Creditor, non per hoc mihi præiudicaui, quin poſſim illam petere, quod ſecus eſt dicendum ſi confiteor recepiſſe decem, quæ Titius mihi debet ex reſta, quia tunc nihil aliud petere poſſem: Tu modo ad huius concluſionis confirmationem vide quæ Ego ſcripſi *lib.1. reſol.iuris c.75.* vbi dubium propoſui, an ſi Creditor per epiſtolam Debitori ſuo mandauerit ſibi ſolui certam præſtationem annuorum Ducatorum centum præſentis anni, inducta cenſeatur tacita confeſſio ſatisfactionis in præteritum, & negatiuè reſpondi, Primò quia requiſita. *l.Procula 26. ff. de probat.* non concurrebant, & alia de quibus per Afflict. *deciſ.13.* Secundò quia in litteris talis denunciabatur annus, ex quo Demonſtratio tantum inducitur, ad tex. *in l. quidam teſtamento ff. de lega.1. & in l. paulo Kalendis ff. de lega.3.* nec pariter locum habere poſſe dicebant præſumptionem de qua *in l. quicunque C. de apoc. publ. lib.10.* Tertiò & tandem dicebam ex dictis verbis ſatisfactionem præcedentis temporis præſumi non poſſe, cum non dicebatur pro reſiduo, nec pro reſta, quæ quidem verba, vt bene notat *hic* Dominus Regens præſumptæ ſatisfactionis effectum pariunt, & obſeruant Guid. Papa *deciſ.177.* & ibi Ranchin. *in addition.* poſt Paul. de Caſtr. *in l.2. C. de hæred. inſtit.* vbi Mercatores monitos facit, nè in eorum priuatis libris dicant pro reſta vel pro reſiduo, per quod præſumpta ſatiſfactio inducitur: quodque verbum hoc pro reſiduo denotet nil amplius deberi vltra citatos ſcripſerunt Alex. *conſ.26. num.2. lib.4.* Corne. *conſ.33. numer.24. lib.2.* Rota in nouiter nouiſſimis collectis per Farinac. *deciſ.94. num.2.* & Barboſ. *de dictionibus vſu frequentibus, dictione 348.* vbi alios citat.

## ARGVMENTVM.

Poſſidens ea quæ de iure ſine titulo poſſideri non poſſunt, ſi conuentus, vt poſſeſſionem dimittat, præſcriptionem allegauerit immemorabilem, num lite pendente, ſit in poſſeſſione conſeruandus; & quid ſi titulum produceret coloratum, & de aliis ad materiam tex. *in c. cum perſonæ de priuil. in 6. in c. ad decimas de reſtit. ſpoliat. & in c. cùm veniſſent de inſtitution.*

## DECISIO CXXXVI.

Prætendebant Nobiles Ciuitatis Sarni ſe immunes eſſe à contributione functionum fiſcalium pro tertia parte eorum bonorum; & quod per tempus immemorabile in hac quaſi poſſeſſione iſtius immunitatis reperiebantur; contendebant Plebei, prætentionem hanc Nobilium ſatis eſſe vanam, ſtante Regia Pragmatica Ferdinandi primi, qua ſublata extitit omnis conſuetudo, ſeu abuſus huius prætentæ immunitatis, itavt, ea non obſtante, cogantur tam Nobiles, quàm Plebeij ad ſoluendum, fuit dubitatum in Regia Camera, an lite pendente, Nobiles integre ſoluere tenerentur. 1

Pro Plebeiis conſiderabatur, quod poſſeſſio allegata per Nobiles iuris habebat reſiſtentiam, ſtante dicta Pragmatica ſanctione; ſicque ſub intrare diſpoſitionem tex. *in vulgato c. cùm perſona*, vbi DD. communiter *de priuil. in 6. & in c. ad Decimas*, vbi Franch. *de reſtit. ſpol. gloſ. in cap.1. de præſcript.* & eſt regula communis, quod poſſidens aliquid ſine titulo, cui poſſeſſioni ius reſiſtit, lite pendente, abſtinere debeat, ſecùs ſi ius non repugnaret, ita Franch. *in d. c. ad decimas col.2. verſ.* ſecundo caſu, per tex. quem allegat, ſecundùm vnum intellectum *in c. cùm Eccleſia Sutrina de cauſa poſſ. & propriet.* Reſpectu autem vnius Nobilis particularis eiuſdem Ciuitatis, qui vltra præſcriptionem, & poſſeſſionem, quam allegabat, innitebatur titulo per inſtrumentum in iudicio productum, quo apparebat, Vniuerſitatem illam immunitatem hanc vni ex maioribus ſuis propter multa, & grata ſeruitia conceſſiſſe, dicebatur, ſtante hoc inſtrumento, adhuc ſi de eo dubitaretur, quod lite pendente, immunitate prædicta gaudere deberet, per tex. *in d. c. cum perſona* vbi Io. Monach. Io. Andr. Domin. de Franch. *& in c. cùm veniſſent.* vbi Abb. *col.2. verſ. vlterius nota*, Ancher. & Imol. *extra de inſtitit.* 2

## OBSERVATIO.

Pragmatica ſanctio, quam Plebeij Sarnenſes hic allegabant ad excludendum Nobiles à prætenſa immunitate functionum fiſcalium, eſt vnica in tit. de appretio, ſeu bonorum æſtimatione, ad cuius ornatum eſt ibi omnino videndus Dominus Reg. Rouit. *in comment. rubr.* vbi materiam hanc ſolutitionis collectarum à quibus ſi facienda, & pro qui bonis bene declarat, & poſt eum Nouar. *in collect.1. & 2. eod. tit.* ſunt pariter deguſtanda, quæ ſcripſi Ego *lib.9. reſol. iuris cap.59.63.& 64.& lib.2. cap.54.* 1

In articulo autem, de quo hic agebatur, ſuppoſitione huius Pragmaticæ ſanctionis, dubitandum non erat, quod Nobiles illi, qui nullo producto titulo, immunitatem allegabant, lite pendente, ad collectas pro bonis, quæ poſſidebat ſoluendum omnino 2

nino

nino tenebatur, quia in allegata immunitate iuris habebant reſiſtentiam; ſecùs verò reſpectu illius, qui titulum produxit; ſicque fuiſſe locum in vtroque caſu diſpoſitis *in vulgato c. cùm perſonæ de priuil. in 6.* cùm aliis concordantibus hic citatis, quorum ſanè diſpoſitione attenta, qui in ſola, & nuda præſcriptione ſe fundat, lite pendente; & ſic donec de ea conſtet, iure illo, quod prætendit habere præſcriptum, vti prohibetur; conſeruandus autem, ſi iuris ſui produceret titulum, vel ſi allegaret præſcriptionem, & cùm illa inſimul allegaret, & exhiberet titulum ſaltem coloratum, qui talis eſt, vt allegatam poſſeſſionem iuſtificet, iuſtamque præbeat præſcribendi cauſam; in quibus ſanè terminis procedunt allegata per Io. Vinc. de Ann. *allegat.* 84. & quæ ſcripſit Capyc. *deciſ.* 189. de qua tamen non bene ſentit Seſſe *de inhibit. cap.* 5. §. 10. *num.* 19. cæterùm ſi in ſola præſcriptione quis ſe fundet, provt in caſu per Dominum Regentem *hic* propoſito, determinatur expreſsè *in d. c. cùm perſonæ, vt lite pendente*, ſit conſeruandus ille, contra quem allegatur præſcriptio, ex quo ius commune pro ſe habet, & Aduerſario ius reſiſtit, vt benè hæc omnia ibi declarant Philipp. Franc. Geminia. Anchar. & omnes, Abb. *in c.* 1. *vt lite pend. & in c. cùm veniſſent de inſtitutio.* & in terminis noſtris Io. Franc. de Pont. *conſ.* 97. *per totum*, præſertim *à num.* 20. vſque ad 27. & *in deciſ.* 18. *n.* 12. Reg. Rouit. ſatis benè *in Prag.* 1. *à num.* 29. *de iuriſd. ad inuic. non turb.* Reg. Capyc. Galeo. *contro. iuris lib.* 2. *contro.* 53. *n.* 6. & alij per me relati, *lib.* 2. *reſol. iuris, cap.* 204.

## *ARGVMENTVM.*

Patruus an & quando nepoti in feudo ſuccedere poſſit, & è contra nepos in feudo patrui. Frater an ſuccedat in feudo nouo fratris & de pluribus ad materiam conſtit. Regni. Vt de ſucceſſionibus, cap. conſiderantes, & nouiſſimarum gratiarum Regno conceſſarum.

## DECISIO CXXXVII.

1 CONCESSERAT ſereniſſimus Rex noſter Bernardino Gallucio Capuano in remunerationem ſeruitiorum annuos ducatos centum in feudum ſuper emolumentis Regiæ generalis theſaurariæ cum clauſula, *pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus*, quo mortuo, annua illa conceſſio ad fauorem filiæ ſuper certis functionibus fiſcalibus fuit ſubrogata, eo expreſſo, vt feudi antiqui, & paterni retineret naturam, ac ſi dicti annui Ducati centum ſuper theſauraria extarent; ſuperuenit mors huius filiæ abſque liberis, patruo tantùm ſibi ſuperſtite, fuit in Regia Camera dubitatum, an in dictis annuis introitibus feudalibus patruus fratris filiæ legitimus eſſet ſucceſſor, præſuppoſito pro indubitato,



quod erant paterni; nam quamuis videbantur de nouo conceſſi, tamen quia Rex dixit, quod ſint antiqui huius naturam ſortiebantur, vt dixerunt Bal. *in c.* 1. *col.* 1. *de alien. feud. patern.* poſt Ardiz. *in ſum. in rubr. quid ſit feud. nouum, & pater.* Alex. *conſ.* 30. *col.* 3. *lib.* 1. & Dec. *conſ.* 13. *&* 183. vndè non poterat dubitari de huiuſmodi feudo forè tractandum, ac ſi conceſſio priùs facta ſuper theſauraria extaret; quoties enim vna res in alterius locum ſubrogatur, eius aſſumit naturam, adhuc in materia correctoria, vt per Aret. *in rubr. de acquir. poſſ. col. fin. in l. ſi ſtichum.* §. 1. *ff. de verb. obligat. & in l. ſi totam ff. de acquir. hæredit.*

Pro huius Dubij reſolutione duo fuerunt 2 diſtincti caſus, quorum primus eſt, ſi ius commune feudorum attendamus; alterum ſi ius conſtitutionis Regni vt de ſucceſſionibus; de iure enim communi dubium non eſt, quod ſi feudum eſt Auitum, ſiue paternum, auo, vel Patri iſtius, qui nepoti, ſiue nepti ſuccedere vult, conceſſum fuit, & certè patruus ſuccedet, provt eſt *tex. in c. ſi quis miles in tit. conſtit. feudal. Domini Lotharij Imperatoris*; De iure verò conſtit. vt de ſucceſſionibus, licèt aliquando fuerit tantum contra patruum; tamen Andr. *ibi* dicit, in feudo Auito, ſeu paterno contrariam veriorem eſſe ſententiam; nimirum vt Patruus nepoti ſuccedat: id quod hodie procedit ſine controuerſia per cap. Regis Catholici hic allegatum, per quod ad tollendum dubium, quod circa hoc erat inter peritos Regni, fuit ſtatutum, vt in feudo antiquo, quia Patruus à primo acquirente deſcendit, benè poſſit nepoti ſuo ſuccedere; quamuis inueſtitura canat pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcend. Hic non erat caſus, de quo agebatur; ſupponebatur enim, conceſſionem factam fuiſſe patri huius neptis, cui patruus ſuccedere volebat & in forma ſtricta; nam ſi in forma larga *pro ſe, & hæredibus* ſimpliciter, adhuc patrui iura in tuto eſſent, vt per Affl. *deciſ.* 293. ſed quia in forma ſtricta, nimirùm *pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, hoc caſu, quia hic patruus non erat ex corpore conceſſionarij, dicebatur nullo modo nepti ſuæ ſuccedere poſſe, vt *in ead. conſtit.* gl. Andr. & Affl. latius firmarunt; ſicque ceſſat prorſus in hoc caſu diſpoſitio cap. Regis Catholici; vnde ſicut in feudo nouo nepos non ſuccedit patruo, vt *in d. conſtit. vt de ſucceſſionibus*, ita patruus non ſuccedit nepoti; & ſic in caſu propoſito intelligendo cap. prædictum, provt intelligi debet, dictum fuit ad patrui excluſionem Regium fiſcum ius fouere apertiſſimum.



Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 Concluſio hic firmatur, vt patruus Nepoti ſuo ſuccedere non poſſit in feudo paterno, nimirum quod pater huius nepotis acquiſiuit; nam ſicut in feudo nouo nepos non ſuccedit patruo, ita patruus non ſuccedit nepoti. Tu modo ad pleniorem huius rei dilucidationem, ſi audies dubitari an frater fratris in feudo nouo ſuccedat, reſpondeas ſtatim, vt iure communi feudorum attento, non ſuccedat, hic eſt tex. *in cap.*1. §.*cum verò* Corradus *de his qui feud.dar. poſſ. & in cap.*1. *de duob. fratribus*; quæ quidem iura allegantur per Afflict. *in deciſ.*293. hic relata. De iure verò Regni eſt recurrendum ad inueſtituram; nam ſi illa canit *pro ſe, & hæredibus* ſimpliciter; & dices fratrem fratri ſuccedere, ita cautum habemus, *in conſtit. vt de ſucceſſionibus*, & notat Afflict. *in deciſione mox allegata*; ſi verò canit, *pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*; & ſecus dices, attenta conſtitut. prædicta, quia frater non eſt de deſcendentibus fratris, vt per Afflict. *loc.cit.* licèt hodie, bene attentis gratiis huic Regno conceſſis, quibus mediantibus, frater in feudo nouo ſuccedit fratri ſuo, ſiue vtrinque coniuncto, ſiue conſanguineo, ſiue vterino; non obſtante quod inueſtitura canat *pro ſe, & hæredibus ex corpore legitime deſcendentibus*, vt annuimus ſuprà, *in obſer.ad dec.*89.

2 At ſi audies dubitari, an patruus ſuccedat nepoti in feudo paterno, vel ab ipſo acquiſito, reſpondeas cum Domino Regente hic, cum quo pariter conuenit Dominus Reg. de Ponte *in* 12. *lect. de feudis à numero* 25. *ad* 30. negatiuè; nam ſi nepos non ſuccedit patruo, nec etiam debet patruus ſuccedere nepoti; verùm vt ne decipiaris, ſcias, quod hodie aliud eſt quærere an nepos ſuccedere poſſit patruo, aliud verò an patruus poſſit ſuccedere nepoti; in primo enim caſu in terminis gratiarum, de quibus *in Prag.* 24. *&* 27. *de feudis*, ſine controuerſia procedit, vt nepos Patruo, ſiue Auunculo, etiam in feudo nouo ſuccedat, adhuc conceſſo cum clauſula *pro hæredibus ex corpore*; ſecus verò in ſecundo, nimirum vt in feudo nouo nepotis ab ipſo, vel patre ſuo acquiſito patruus ſuccedere prohibeatur; nullibi enim in Regno legimus vt Patruus, vel Auunculus in feudo nouo nepotis ſuccedere poſſit; nam vt obſeruaui *lib.*1. *mear. reſol. cap.*126. *num.*70. ſi recurrimus *ad conſtit. vt de ſucceſſionibus*, expreſsè in ea ſtatutum inuenimus, vt nec etiam nepos in feudo nouo à patruo acquiſito ſuccedere poſſit; ergo à fortiori patruus in feudo nepotis ſuccedere prohibetur: ſi verò recurrimus ad *cap. conſiderantes & idem*, vt per Io. Ant. de Nigris *ibi num.*9. *&* 10. ſi verò ius nouiſſimum gratiarum inſpiciemus, ſucceſſio in feudo nouo cum clauſula *pro hæredibus ex corpore* conceſſo, non fuit permiſſa, niſi ad fauorem fratris, & nepotis, vt ſcilicet frater ſuccedere poſſit fratri, & nepos patruo, vel auunculo, vt in gratiis prædictis nimis clarè habetur. Sed quod patruus, vel amita in feudo nouo nepotis cum clauſula *pro hæredibus ex corpore* conceſſo ſuccedere poſſint, nullibi in gratiis huic Regno conceſſis legimus; gratia enim de anno 1532. & alia de anno 1550. poſitæ *in Prag.*6. *&* 12. *de feudis* apertè loquuntur de feudo antiquo; ergo cogimur aſſerere, ſucceſſionem in feudo nouo ſub iuris diſpoſitione remanſiſſe; ſed de iure data inueſtitura, *pro ſe, & hæredibus ex corpore*, omnes Feudiſtæ concorditer dixerunt, vt nemo ſuccedere poſſit in feudo nouo, niſi fuerit ex corpore illius, qui feudum illud quæſiuit; ergo vt poſſit ſuccedere patruus, vel amita in feudo nouo nepotis cum clauſula prædicta neceſſe eſt vt Dominus Rex noſter pro ſua benignitate id ſtatuat, & concedat, prout conceſſit fratris in feudo fratris, & nepoti in feudo patrui, vel auunculi; iſtamque ſententiam pariter firmarunt Thom.de Marinis *de feudis tit.*12.*num.*18. *fol. mihi* 116. *at.* Camer. *in cap.*1. *num.*32. *de ſucceſ. feudor.* Mormil. *in conſt.in aliquibus num.*3. Rouit.*deciſ.*94. Biloct. *de feud. concl.*23. *num.*11. Dominus Præſ. Vrſinus *de ſucceſſione feudor. p.*2. *quæſt.*7. *art.*1. *in fine* Reg. Capyc. Galeo. *reſp.fiſcali* 3.4.*&* 5.

## *ARGVMENTVM.*

Amita an ſuccedat nepoti ſpurio legitimato cum ampliſſimis clauſulis per reſcriptum Principis. Filius legitimatus per reſcriptum Principis an ab inteſtato patri ſuo cum aliis filiis legitimis, & naturalibus ſuccedat; & quid in Ciuitate Neapolis. Natus ex concubina domi retenta an præſumatur filius concubinarij. Et de aliis.

## DECISIO CXXXVIII.

Dvbitatvr hic an Amita poſſit ab inteſtato ſuccedere filio ſpurio fratris ſui, legitimato tamen in ampliſſima forma per Reſcriptum Principis. 1

Et per Regiam Cameram fuit deciſum quod ſic, quamuis fiſco valdè reluctante. Ratio Deciſionis fuit, quia filius legitimatus per reſcriptum Principis, & maximè quando eſt dictum, vt agnationis, & cognationis ius habeat, & vt in omnibus, & per omnia primis natalibus ſit reſtitutus, verè legitimus dicitur, probant Obert. antiquus Doctor, quem refert, & ſequitur Io. Andr. *in addit. ad ſpecul. in titul.de ſucceſſ. ab inteſt. in fin. in vlt. addit.* Azo.*in ſumma Auth.quibus modis nat. efficiant. legit.* Bar.*in l.is qui pro emptore ff.de vſucapion. & in l.Communium C.de natural. liber.* Ant. de Butr. & Abb. *in c.per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, Ang. *conſ.*17. Paul.de Caſtr. *conſ.*34. *lib.*2.Alex. *conſ.*2.*&* 139.*lib.*1.*&* Dec.*conſ.*316. quicquid aliter ſentire videantur Iacob. de Beluis *in §.filium Auth.quibus mod. natur.effic. legit.* & Salicet.*in Authen. item ſi quis C.de natur. liber.* Si igitur filius ſpurius per Principis reſcriptum legitimatus dicitur, & cenſetur verè legitimus; ergo ſicut ſucceditur filio legitimato: idque dicebatur adeò verum, vt agnatio, & cognatio actiuè & paſſiuè contrahatur. Bar. *in d. l. communium.* Angel. *d. conſ.* 17. Alex. *d. conſ.* 139. & fuit deciſum per Regiam Cameram pro Domino Gentile de la Tolfa filio ſororis Domini Vrſi de Vrſinis Ducis Aſculi vt ſuccedere poſſet Roberto de Vrſinis 2

Digitized by Google

Vrſinis filio legitimato dicti Ducis, nulla ratione habita de quodam antiquo proceſſu per Regium fiſcum adducto in quo plures repeꝛiebantur teſtes examinati deponentes quod Concubina Ducis tempore conceptionis dicti Roberti carnaliter cognoſcebatur à quodam Camerario eiuſdem Ducis, & quod Dux ad generandum erat impotens; fuit enim dictum iuris eſſe præſumptionem, Robertum filium eſſe Ducis; quia ſicut filius ex legitimo matrimonio natus præſumitur à Viro & Vxore procreatus *l. filium vbi Bar. & Bal. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, adhuc ſi probaretur, quod vxor eo tempore cùm alio adulterium commiſerat. *l. Miles. §. Defuncto. ff. ad l. Iul. de Adult.* ita pariformiter dicendum in Concubina, vt natus ex ea in domo cõcubinarij, ex illo procreatus præſumatur, adhuc ſi diu cùm eo ſterilis ſtetiſſet, & quod cùm alio concubuiſſet, ad quod dictum fuit eſſe caſum *in c. per tuas* vbi Bal. Abb. Aret. & Felin. *de probation. gl. in c. Michaël de filiis presbyter.* id quod confirmabatur, quia hic in Domo natus erat, vt filius nominatus, & tractatus, vicinis ſcientibus, quæ tria dicebatur proculdubio filiationem probare vt omnes DD. notant *in d. c. per tuas*

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem eorum, quæ principaliter in hac Deciſione habentur videnda ſunt ſcripta per eumdem Dominum Regentem ſupra *in deciſ.* 202. & quæ ego *ibi* obſeruaui; inuenies namque veterum, ac recentiorum Iuriſconſultorum authoritate probatum, legitimatum per reſcriptum Principis in ampliſſima forma verè legitimum dici, & cenſeri, & quod nihil à legitimis ille differat; itavt patri ſuo inſimul cùm aliis filiis legitimis, & naturalibus ab inteſtato ſuccedat; & ſi fuerit ille præteritus quod habeat ius dicendi teſtamentum nullum; inuenies etiam ibi tentum, vt ſicut natiuitate poſthumi legitimi, patris teſtamentum rumpatur, ita & per ſubſequutam legitimationem filij naturalis, ſiue ſpurij; nunc hic aduertere fas ſit, vt hæc concluſio tunc demum procedat, ſi in ſupplici libello pro legitimatione filij ſpurij porrecto, expreſsè mentio filiorum legitimorum, & naturalium facta ſit, quia alias nullius momenti eſſet legitimatio probat Graſſus *in §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt.* 19. *à num.* 9. *ad* 11. *& num. ſeq.* notat poſt multo, quos citat, quod licet filius legitimatus per reſcriptum Principis habeatur vti vere legitimus, & naturalis, non tamen excludit feminas de legitimo matrimonio natas, ſtante ſtatuto feminarum excluſiuo, ſed vna ſimul cùm illis pro æquali portione ſuccedet: id quod pariter ſcripſi ego *reſol. iuris lib.* 1. *cap.* 322. *num.* 13. poſt Paul. Staib. *conſ.* 68. *num.* 26.

2 Inſuper aduertendum, concluſionem ſupra poſitam non procedere in hac Ciuitate ſuper ſucceſſione bonorum antiquorum; ſiquis enim bona huius generis poſſidens filium haberet naturalem, ſiue ſpurium, illumque in ampliſſima forma, Principis Reſcripto mediante, legitimaret; Patre demùm ab inteſtato defuncto, proximiores agnati in bonis antiquis ſuccedent; non autem filius ſpurius legitimatus; & facto teſtamento in medietate, iuxta conſuet. *& ſi teſtator*; ita ſane per Sacrum Conſilium deciſum teſtatur Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 195. *num.* 5. *&* 386. *num.* 6. de quo meminit. Thor. *in compend. deciſ. par.* 1. *in verbo, legitimatio*, & quod agnati per Principis Reſcriptum legitimati beneficio noſtrarum conſuetudinum *& ſi teſtator.* & alterius *ſi aliquis moriens* gaudere non poſſint, probant Capyc. *deciſ.* 194. Scipio Bucin. in addition. ad Napodan. *in dic. à conſuetud. ſi aliquis moriens fol.* 163. incipit *ad hanc apoſtillam*, Fab. de Ann. *conſ.* 106. *in princ.* & alij relati per Molfeſ. *p.* 2. *de perſonis quæſt.* 10. ybi late de hac materia.

Ad confirmationem autem alterius concluſionis hic pariter firmatæ, nimirum vt natus Domini ex Concubina præſumatur filius concubinarij, qui illam ſecum retinebat, vltra DD. hic per Dominum Regentem citatos, videndi ſunt Alcia. *de præſump. regul.* 3. *præſumpt.* 38. *num.* 3. Paleoth. *de notis & ſpur. cap.* 26. *num.* 3. Ant. Gam. *deciſ.* 152. *num.* 2. Couar. *de ſponſal. p.* 2. *cap.* 8. §. 3. *num.* 8. Duen. *regul.* 344. *ampliat.* 3. Maſcard. *de probat. concl.* 788. *num.* 25. & Menoch. *de Arbitr. Iud. caſ.* 89. *num.* 26. *& de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 53. *num.* 5. quos citat Barboſ. *in Collect. ad d. c. per tuas n.* 2. *de probat.* vbi addit, hoc intelligendum vt procedat, adhuc ſi concubinarius per ſe, vel inſimul cum matre negat illum eſſe filium, qui domi ex Concubina natus eſt, citat Menoch. Duen. & Maſcar. *locis cit.* & Gomez. *in l.* 9. *Taur. num.* 3. ſubdit demum Barboſ. *num.* 3. idemque & multo magis procedere in filio nato ex vxore vt ſemper præſumatur filius mariti, quamuis legitimè probetur, Vxorem Adulteram eſſe & eo tempore quo incepit habere conſuetudinem cùm Adultero, vt adhuc mariti cùm ea cohabitantis; non autem Adulteri filius præſumatur, ad quod citat tex. *in l. Miles. §. Defuncto. ff. ad l. Iul. de Adul.* Ant. Gabr. *commun. concluſ. tit. de præſumption. concl.* 14. Couarr. Menoch. Maſcard. Paleoth. & Gam. *locis cit.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 8. & alios relatos ab Alphano *collect.* 47. hoc ampliantes etiam ſi filius natus Adultero aſſimiletur, non autem Marito; ac mater Adultera confiteretur filium ex Adultero concepiſſe; nam adhuc filius præſumptioni huiuſmodi adhærens, quæ eſt iuris, & de iure, licitè etiam in foro conſcientiæ matris dicto credere non tenetur, vt ex Corne. Soto, & Medina comprobat Guttier. *canonic. quæſt. lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 20 & ante eum Menoch. *dic. caſu* 89. *num.* 28. Mantic. *dict. lib.* 2. *tit.* 14. *num.* 8. Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.* 803. *num.* 19. & Perez. *lib.* 2. *gl.* 3. *tit.* 15. *lib.* 2. *ordinatio.*

## ARGVMENTVM.

Inſtantia in cauſis criminalibus an biennio perimat, ſi impedimentum ſuperuenerit, quominus cauſa expediri non potuit, & quando perimit, an dicantur perempta, nedum acta ordinatoria, ſed etiam probatoria, & quid in ciuilibus. Delictum an & quando per Delinquentis mortem extinguitur. Reus habilita-



Digitized by Google

tus, nouis ſuperuenientibus indiciis, ſi intra biennium à die latæ ſententiæ vrgentiora non venerint, nùm ſuperuenientibus poſtea moleſtari poſſit, & de aliis ad ornatum Pragmaticæ 50. *de offic. Magiſtr. Iuſtiti.*

## DECISIO CXXXIX.

1 LATA ſententia in contumaciam, per quam fuit declaratum, Siluiam de Summa in perduellionis crimen incidiſſe, & ſucceſſiuè bonis eius feudalibus publicatis, dicebatur in cauſa reclamationis, ſententiam illam fuiſſe, & eſſe nullam, ex quo latam, inſtantia perempta, & ſic biennio elapſo, ad tex. *in l. properandum. C. de iudic. & in l. fin. C. vt infra cert. tempus crim. quæſtio term.* non enim de iure dubitabatur, quod ſi poſt terminum à lege præfixum, quo lis terminari debet ſententia promulgata eſt, dicitur ipſo iure nulla, provt eſt communis omnium ſententia *in d. l. properandum, & in c. penult. de iudic.* licèt cùm hac declaratione, nimirum vt ſi cauſa eſt ciuilis, perimat duntaxat inſtantia, non autem ius, ſiuè actio, quia poterit actor de nouo agere; ſecùs in cauſa Criminali, in qua poſt biennium, nedum eſt perempta inſtantia ſed ius totum, vt per Bal. Salice. & Alios. *in d. l. fin.* vndè cùm in caſu propoſito apparebat, ſententiam fuiſſe, biennio elapſo, contra dictum feudatarium promulgatam; ergo nulla.

2 Sed pro fiſco dicebatur, quod nullo pacto prætendi poterat in caſu de quo agebatur, ſententiam illam fuiſſe nullam, quamuis poſt biennium latum, eo in facto præſuppoſito, propter iuſtum impedimentum non fuiſſe intra biennium cauſam terminatam; etenim conſideratum fuit, quod cùm iure cautum ſit, vt cauſa appellationis intra annum terminari debeat, aliàs eo elapſo tempore, ſententia firma remaneat, tamen ſi iuſtum ſuperuenit impedimentum, ratione magni præiudicij, tempus illud prorogatur, Anthen, *ei qui C. de tempor. appellat.* ſic pariter dicebatur affirmandum eſſe in cauſa criminali, in qua, cùm inſtantia perempta, perimat ius, quod ſecus eſt in cauſa ciuili, vt dictum fuit; ergo ratione magni præiudicij, dicendum eſt, inſtantiam in criminalibus per lapſum biennij non perire, iuſto impedimento ſuperueniente, ad quod fuerunt allegati Bal. *in authen. Clericus. C de Epiſ. & Cler. & in d. Authen. ei qui,* Luc. de Pen. *in l. 2. col. penul. C. de naufrag. lib.* 11. Afflict. *in conſtitut. accuſatorum. §. accuſatorem, & in conſtio. hac lege.* Præterea pro caſus propoſiti in diuiduali Deciſione fuit allegatus Curt. Sen. *conſ.* 30. *in fine,* vbi expreſſe determinat, quod quando bona ratione Delicti ex ſtatuto, vel conſuetudine ipſo iure ſunt fiſco quæſita, ceſſat eo caſu l. properandum diſpoſitio, quia tunc inſtantia aliqua non conſideratur; vnde cùm in Regno ſtatim quod quis rebellionem committit, bona illius ipſo iure, & quoad Dominium, & quoad poſſeſſionem fiſco quæſita dicuntur, vt *in c. bona proditorum, in c. nuper apud Tranum, & in c. die Mercurij, ergo.* Tandem conſideratum fuit, quod licet regulariter Delictum per Delinquentis mortem, etiam quoad bonorum publicationem extinguatur, *l. 3. C. ſi pend. appellat. & l. fin. ff. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit,* tamen ſi ſtatuto cautum eſſet, quod bona ſint ipſo iure publicata, nullatenus quoad Delictum extinctum diceretur, quia poterit poſt Delinquentis mortem cognoſci, vt firmant Bal Ang. & Imol. *in l. qui. à lationibus. §. 1. ff. de teſtam.* ſic dicebatur affirmari poſſe in caſu propoſito, in quo licet poſt biennium fuiſſet inſtantia perempta, etiam quoad cauſam; non tamen quoad bona iam ipſo iure per feudatariæ rebellionem fiſco quæſita.

---

## OBSERVATIO.

SI caſus, de quo in hac deciſione hodie contingeret, nullus eſſet dubitandi locus, ſtantibus nouiſſimis Regiis Ordinationibus, quibus expreſſis verbis ſtatutum eſt, vt in Tribunali. M. C. ac in omnibus aliis in hac Ciuitate exiſtentibus, etiam delegatam cauſam habentibus, reſpectu cauſarum criminalium, inſtantia ſemper cenſeatur prorogata, nec aliter nunc peremptioni locus eſt, idque optima ratione ſtatutum, cùm ob cauſarum multitudinem ad illarum expeditionem intra tempu à iure præſcriptum procedi non poſſit, vnde ne Delicta remaneant impunita, fuit ſic vt ſupra ordinatum, vt videre eſt in Pragm. 50. *de offic. Magiſtri Iuſtitia.* 1

Sed in terminis iuris communis, vt *in d. l. properandum. C. de indic. & in d. l. fin. C. vt intra cert. temp. criminal. quæſtio termine.* hic per Dominum Regentem citatis ac etiam Regni huius, per Ritum M. C. 248. ſecundùm ordinem Carau. per quæ quidem iura inſtantia in cauſis criminalibus biennio perit, ſciendum eſt primò, quod data peremptione nedum acta pereunt ordinatoria, ſed etiam probatoria itavt non detur amplius accuſandi, vel inquirendi facultas, vt notat *hic* Dominus Regens noſter, poſt Bal. & Salycet. per ipſum citatos quibus addo Gram. *voto* 31. Carau. *in dic. Ritu. num.* 15. Dom. de Franc. *deciſ.* 250. vbi concluſionem hanc amplians, per Sacrum Conſilium deciſum refert, eam procedere adhuc ſi biennium decurrerit ob inquiſiti impedimentum, quod eſt ſummè notandum, & obſeruauit Dominus Reg. Tapp. *in annotatio. ad conſtit. omnes baiuli locorum num.* 4. vbi addit fuiſſe aliàs iudicatum, quod ſtante inſtantiæ peremptione, inquiſitus liberetur.

Idemque addidi ego *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 184. *num.* 4. fore affirmandum, quando Reus, nouis ſuperuenientibus indiciis, fuiſſet liberatus, vt biennio à die interpoſiti Decreti, elapſo, amplius moleſtari non poſſit, licet perfectæ ſuperuenirent probationes, vt puta per Teſtes de viſu, vel propriam rei confeſſio 2

Digitized by Google

confeſſionem, vt iudicatū refert Dominus de Franch. *deciſ.*653.*cum ſeq.* Conſtant. Papa *in annotatio. ad ritum* 246. inter Comment. Caran. Capiblan. *de autorit. Baron. Prag.*6. *num.*39. & Thor. *in compend. Deciſ. par.*1.*in verbo, inſtantia perempta*; hoc tamen vt diximus, iure communi attento, ſiue diſpoſitione dicti Ritus 248. ſecus autem attenta nouiſſima ordinatione, de qua *in d. Prag.*50. nam verſantes nos intra limites huius Pragmaticæ Sanctionis, vbi poſt lapſum biennij noua ſuperuenirent indicia, vocatur inquiſitus, eiuſque fideiuſſor; ſicque ſemel atque iterum per Mag. Cur. delegatam iudicatum retuli *cit. cap.*184. vbi de his egi *à n.*13.*ad finem.*

3 Eſt etiam hic notandum quod in cauſis fiſcalibus inſtantia nunquam perit, ita Hieronym. Zoanet. *in tract. de different. iur. ciuil. & Canonici, different.*30. *num.*44. Marant. *in prax. par.*5. *in verbo & omnia fiant durante inſtantia, limit.*6. *num.*20. Lucan. *tract. de priuileg. fiſci num.*28. Scaccia *de appellat. quæſt.*15.*numer.*164. quos citat Barboſ. *in collect. ad d. l. properandum numer.* 14. hinc apud nos in Tribunali Regiæ Cameræ Summariæ, vbi cauſæ fiſcales tractantur, inſtantia non perit; ſicque ſeruatum ait Anna Pater *ſingul.*243. Reg. Tap. *in l. fin. par.*2. *cap.*4. *num.*34. *de conſtit. Princip.* Paſcal. *de viribus patriæ poteſtatis p.*1. *cap.*8. *num.*22. Ricc. *collect.*90. quos citat Thor. *in compend. deciſ. p.*1. *in verb. inſtantia, in cauſis fiſcalibus.*

4 Quò verò ad aliam concluſionem hic tentam, nimirum vt ſi cauſa appellationis intra annum non fuit terminata, ſententia à qua eſt appellatum, firma remaneat, niſi iuſtum ſe obtulerit impedimentum, quominus terminata non ſit, quando caſus occurrit, vide quæ Ego ſcripſi *lib.*2.*reſol. iuris cap.*79.

## *ARGVMENTVM.*

Declaratio circa vſum, vt à Procuratore fieri poſſit an mandatum requiratur ſpecialiſſimum, & ſic in indiuiduo, & an qui declarationem facit, poſſit aliquid detrahere, & quæ concurrere debent, vt Declaratio hæc in forma valida facta dicatur. Mandatum an requiratur ſpecialiſſimum in depoſitione facienda per Procuratorem ad ſic reſpondendum, & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CXXXX.

1 PVBLICATO proceſſu in cauſa reclamationis interpoſitæ à Iacobo Maria Franconio, inſtante reo, fuit petitum, quod actor declararet, ſi intendebat vti teſtibus, & articulis; ſuper qua inſtantia dubitari contigit, ſi declaratio hæc poterat fieri à Procuratore mandatum habente ſpeciale, vel requirebatur ſpecialiſſimum, & an in hac delaratione facienda ſat ſit, vt qui declarationem facit, dicat volo vti teſtibus, & articulis, vel declarare debet, quod vult vti omnibus teſtibus, & articulis, & an poſſit reſpondere volo vti articulis, certis verbis detractis.

Pro quorum reſolutione non dubitabatur, 2
quod in hac Declaratione facienda mandatum requiritur ſpeciale: Ratio eſt, quia Procurator ſine ſpeciali mandato non poteſt quid facere, vt Dominus incidat in pœnam; & ad hoc fuerunt allegata multa iura; & ibi DD. hoc probantia, ſed difficultas fuit, an requiratur mandatum ſpecialiſſimum, & ſic in indiuiduo, de quo loquitur Aret. *in l. pater quoties, & in l. ſi quis mihi §. iuſſum cum ſeq. ff. de acq. hæredit.* Et pro parte affirmatiua conſiderabatur, veram eſſe concluſionem quod quando in aliquo actu per Procuratorem explendo ſpeciale requiritur mandatum; & hoc principaliter fauore Aduerſarij, ne damnum aliquod patiatur, ac etiam reſpectu conſtituentis, vt ipſe in aliquam pœnam non incidat, eo caſu, ne Aduerſarius dubitet, vt Dominus poſtea reuerſus dicat, ſe hoc, vel illud non intellexiſſe, requiritur vt Mandatum exprimatur ſingulariter, & in indiuiduo, ita per multa iura ſignanter *in c. procurator de elect. in* 6. *& in clement. non poteſt, de procurat.* probat Bar. *in l. filius familias numer.*11. *ff. de Donatio.* cuius Doctrinam Imola *ibi* dicit eſſe valdè notandam, nec alibi reperiri; idemque Iaſon. *in l. præſes col. fin. C. de tranſact.* Roman. *conſ.* 241. *col. fin.* Petr. d. Anchar. *in dic. c procurator & in c. duobus de reſcrip. in* 6. idem Bar. *in l. non ſolum col.*2. *de Procur.* vbi dicit, poſſe Procuratorem poſitionibus reſpondere, & Domino præiudicare; ſi tamen mandatum habet ſpeciale ad ſic reſpondendum, allegat tex. *in l. ſi procurator ff. quod quiſque Iuris,* idem dixit Socin. *conſ.*231. *vol.*4. Vndè ex his, & aliis ſimilibus dictum fuit, veram eſſe regulam, quod quando à lege mandatum requiritur ſpeciale, tam reſpectu mandantis, ne incidat in delictum, quàm reſpectu Aduerſarij, ne Dominus poſtea veniens dicere poſſit de tali caſu non intellexi, ſemper mandatum requiritur ſpeciale, ſeu ſingulariter in indiuiduo; & ex hoc ſequi dicebatur, quod ſi declaratio per indefinitum facta eſſet, non valeret, vt puta, ſi ego dicerem, *volo vti Teſtibus, & articulis*; hæc enim non eſſet clara declaratio, quia poſſem dicere, *Ego intellexi de articulis, & teſtibus, qui vera depoſuerunt*; etenim cum verſemur in odioſis, indifinita non æquipollent vniuerſali, vt per Imol. Aret. & Alex. *in l. Titius ff. de liber. & poſthum* minuſque declarando ab articulis detrahere poſſem, ſicque dicere quod non intendo vti illis verbis; ſed bene omnibus aliis; maxime ſi ſuper illis eſſet examinatum; & ita fuit concluſum, quod quando detractio petitur ſuper ſubſtantialibus, fieri



Digitized by Google

non poſſit; ſicque articulum diuidi ex quo factum mutatur, vt expreſsè firmat Bar. *in l.* 1. *§. ſi ſtipulanti mihi. ff. de verb. oblig.* ſed quia iſta detractio per Sacrum Conſilium erat iam facta, remanſit; ſed ſi facta non eſſet, ſimplex declaratio remanſiſſet; fuit etiam dictum quod Mandatum non erat ſufficiens, & quod declaratio fieri debebat per ſignum vniuerſale, omnibus teſtibus, omnibus articulis, &c.

---

## OBSERVATIO.

1 CVm dictis per Dominum Regentem hic quod ad faciendam declarationem circa vſum mandatum requiratur ſpecialiſſimum, & ſic in indiuiduo ex recentioribus conuenit Iacob. Menoch. *de arbitr. Iudic. lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 315. *num.* 25. quem dicit Muſcatel. *in prax. p.* 6. *gl. termino. num.* 10. non cognouiſſe practicam ratificationis; ait enim quod vbi Procurator declarationem fecerit in forma valida, cùm demum à principali ratificetur, iuxta ipſius ſeriem, continentiam, & tenorem, remanet firma, nec amplius diſputatur, an mandatum requiratur ſpecialiſſimum.

2 Vt autem declaratio hæc circa vſum in forma valida facta dicatur, debet fieri generaliter; ſic ſatis benè Dom. Præſ. de Franc. *deciſ.* 173. *num.* 7. vbi dicit quod Sacrum Conſilium non admittit declarationes, quæ per prius admittebantur circa vſum teſtium, dum declarabant Partes quod volebant vti depoſitionibus teſtium ſuper certis articulis, & ſuper certis non, iuxta Theoricam Bal. *in cap. cùm dilectus col.* 3. *verſ. item nota de conſuetu.* nàm poſtquam iuramentum eſt indiuiduum, declaratio fieri debet, quæ teſtium depoſitiones, vel in totum approbet, vel in totum reprobet; idque procedere ait adhuc ſi articuli eſſent ſeparati ex Ant. Padill. *in l. ex falſis verſ. exindè. C. de tranſactio.* idemque ſatis bene Vrſill. in addit. ad Afflict. *deciſ.* 189. Secundo fieri declaratio hæc coactè hoc eſt Aduerſario eam petente, Rou. *in Prag.* 1. *num.* 5. *de falſis.* Tertio quod fiat purè & non conditionaliter, Afflict. *dic. deciſ.* 189. quem ſequuntur Doctores relati per Thor. *in compend. deciſ. in verbo, declaratio circa vſum,* & Gallup. *in prax. p.* 2. *cap.* 28. *n.* 4. 5. *&* 6.

2 Quo vero ad aliud quod hic ſimiliter tangit Dominus Regens ex Bar. *in l. non ſolum ff. de procur.* nimirum an in depoſitione facienda per procuratorem ſuper poſitionibus ab Aduerſario præſentatis ſpecialiſſimum requiratur mandatum ad ſic reſpondendum; vt huius Dubij reſolutio perfectè habeatur, recurrere ad Dominum Reg. Rou. *deciſ.* 34. vbi latè, & doctè materiam enucleat; & quod requiratur ſpecialiſſimum ad ſic & ſic reſpondendum deciſum refert.

## *ARGVMENTVM.*

Reclamatio à ſententia præfecti prætorio, ſi infra decem dies à victo fuerit interpoſita, ob quod tenetur victor fideiuſſionem præſtare de reſtituendo in caſu retractationis, ſi fideiuſſorem inuenire non poteſt nùm audiendus ſit, ſi ad iuratoriam cautionem ſe admitti expoſcat, & quid in vſufructuario; & de alijs ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CXXXXI.

CVm reclamatur à ſententia præfecti prætorio infra decem dies, vt poſſit illa exequutioni demandari, cogitur victor fideiuſſorem præſtare de reſtituendo omne totum in caſu retractationis, ita cautum eſt *in vulgata Authen. quæ ſupplicatio. C. de precibus Imper. offer.* ſed fuit dubitatum ſi victor eſſet ita pauper, vt fideiuſſorem inuenire nequeat, an audiendus ſit, ſi ad iuratoriam cautionem ſe admitti expoſcat. 1

Per Regiam Cameram fuit deciſum eſſe locum in hoc caſu iuratoriæ cautioni, & quod hoc videtur probare. gl. *in l.* 1. *ff. qui ſatisd. cog.* dum in terminis ſatiſdationis præſtandæ de iudicio ſiſti, rem ratam haberi, & iudicatum ſolui dicit, quod vbi quis propter paupertatem ſatis non poteſt, ſat eſt, ſi iuratoriam præſtet cautionem, additur modò cautionem præſtandam in terminis *dic. Authen.* quæ ſupplicatio, aliud non eſſe, niſi de iudicatum ſoluendo in caſu retractationis, ergo; faciunt quæ notant DD. *in l.* 4. *C. de vſufruct.* vbi eſt text. quod vſufructuarius, cui legatus eſt vſufructus, priuſquam illo frui incipiat, tenetur fideiuſſionem præſtare de bene vtendo, & fruendo; quærit ibi gl. quid ſi iſte vſufructuarius eſſet ita pauper vt fideiuſſorem inuenire non poſſet, an ad iuratoriam cautionem ſit admittendus; & quamuis negatiuè reſpondeat, eiuſque ſententiæ iuris rigore attento, Bal. & Salyc. adhæſerint, tamen Petr. Cyn. Alber. Paul. de Caſtrenſ. Angel. & reliqui contrarium de æquitate in perſona non ſuſpecta affirmant; iſtamque dictum fuit communem eſſe opinionem, alias dicit Albert. abſurdum oriri, quia pauper, cui vſusfructus relictus eſſet, nunquam eo frueretur, & faciunt pro dictorum confirmatione quæ notant. gloſ. *in c. Odoardus in verb. idonea, extra de ſolutio.* & Aret. *in l.* 2. *in princ. col. antepenult. & ſeq. ff. ſolut. matr.* & in terminis terminātibus poſthæc conſiderata fuit allegatus Guid. Pap. *deciſ.* 189. qui ſic deciſum refert quod ſummopere placuit vt cùm tanto viro cnocurri poſſet, maximè quia Deciſio eſt Parlamenti Delphinatis. 2

OBSER

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 ILlud quod diſpoſitum eſt de iure communi, vt quando à ſententia Præfecti prætorio, intra decem dies reclamatur, teneatur Victor, vt ſententia exequi poſſit, præſtare cautionem de reſtituendo in caſu retractationis, *per tex. in Authen.* quæ ſupplicatio hic allegata, eſt pariter diſpoſitum de iure Regni per Prag. 5. *de officio Sac. Reg. Conſ.*

2 Sed quod attinet ad punctum principale, vt cernis, fuit per Regiam Cameram hic deciſum, quod ſi victor, qui redamauit infra decem dies fideiuſſorem inuenire non poteſt, ad iuratoriam cautionem admittendus eſt; ſicque ſententiæ executionem obtinere, provt pariter per Senatum Gratianopolitanum deciſum teſtatur Guid. Pap. *deciſ.* 189. per Dominum Regent. *hic* allegatus; idque exemplo vſufructuarij qui, vt vſufructu ſibi relicto frui valeat, cùm teneatur cautionem præſtare de bene vtendo, & fruendo, ſi fideiuſſorem inuenire non poteſt, admittitur pariter ad iuratoriam cautionem: ſed his Deciſionibus videtur, quod fortiter obſtant verba tex. *in dic. Authen. quæ ſupplicatio*, dùm ibi verba facit Imperator de præciſa fideiuſſione, ibi. *Niſi victrix pars dignam fideiuſſionem præbuit*; quomodò ergo poteſt huic legi ſatisfieri, iuratoriam præſtando cautionem: nec de plano procedit, vt vſufructuarius, qui tenetur cauere, ſi fideiuſſorem inuenire non poteſt, ſat ſit iuratoria cautio; quandoquidem non deſunt Doctores, & grauiſſimi, qui contrariam amplexi ſunt ſententiam, negantes funditùs, iuratoriam cautionem ſat eſſe, ſed requiri omninò quod præſtetur idonea cautio, vt cernitur ex relatis per Dom. de Franc. *deciſ.* 497. Gaill. *prac. obſer. lib. 2. obſer.* 47. Caualer. *deciſ.* 153. Surd. *deciſ.* 141. & per Caſtillum *de vſufructu cap.* 18. *per totum*; vndè pro vera huius dubij reſolutione placet mihi diſtinctio, quam faciunt Addentes ad Guid. Pap. *loco cit.* dùm ſatis dubitantes de veritate illius Deciſionis, dicunt, quod ſi Victor, qui fideiuſſorem præſtare debet in caſu retractationis vir eſt bonæ famæ, & opinionis; itemque vſufructuarius, quod dum fideiuſſorem inuenire non poſſunt, ſint ad iuratoriam cautionem admittendi; ſecùs ſi perſona eſſet ſuſpecta, quocirca ſatis iuri conſentaneam puto determinationem per Sac. Conſil. factam *in cit. deciſ. Domini de Franch.* 497. dùm poſſeſſio ruris, in quo teſtatoris vxor habebat vſumfructum à Viro ſibi relictum, fuit hæredi relaxata, qui ſatiſdaret de ſoluendo Vſufructuario omnes fructus à rure percipiendos, deductis expenſis, in cultura, & fructuum collectione faciendis, ſic exiſtimans Sacrum Conſilium Vſufructuarium perſonam eſſe ſuſpectam; ſicque puto, hæc omnia Iudicis arbitrio eſſe relinquenda, provt exiſtimauit Caſtillus *cit. cap.* 18. *in fine.*

## *ARGVMENTVM.*

Pactum de retrouendendo temporale appoſitum in venditione annuorum introituum, nùm, elapſo tempore, contra emptorem exerceri poſſit, & quid in venditione bonorum ſtabilium. Pactum appoſitum, in venditione annuorum introituum, vt non liceat venditori intra certum tempus annuos redditus venditos redimere, ſed poſt, an de iure ſubſiſtat; & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CXLII.

IN cauſa Magnificæ Lucretiæ dello Dolie cum Magnifico Goffredo Palegano proponebatur factam fuiſſe venditionem tot annuorum introituum ſuper quodam feudo, cùm pacto de retrouendendo infra biennium, quod tempus cùm eſſet elapſum, venditor infra duodecim dies obtulit, & depoſuit in Banco pecuniam, emptorem ad retrouendendum interpellans, fuit dubitatum, an eſſet audiendus. 1

Dicebatur hanc quæſtionem in terminis ſcripſiſſe Ang. *conſ.* 199. vbi retrouenditioni locum non eſſe reſpondet, ſequuntur Aret. & Iaſ. *in l. ſi quis ita.* §. *ſeia cauit*, *ff. de verb. obl.* idem Iaſ. *in l. eum qui ita* §. *qui ita ff. eod. tit. allegat.* Ang. *tex. vulgatum in l.* 2. *C. de pac. inter empt. & vendit.* vbi deciditur poſſe pactum apponi in venditione, vt emptor rem quandocunque, vel intra certum tempus retrouendere teneatur; vnde vt inter duas iſtas conuentiones ſit differentia, oportet dicere; quod in ſecunda ſtatim elapſo tempore, retrouenditioni locus non ſit: ſed ſatis miratum fuit, cur Doctores in hac materia non allegant tex. *in d.* §. *ſeia*, vbi dicitur eſſe caſum expreſſum & ſingularem, vt ſi fieret oblatio infra modicum tempus, & partis non interſit, ſit locus retrouenditioni, & ex hoc Doctores omnes ibi poſt Bar. *& in l. in inſulam. ff. eod. tit. de verb. oblig.* inferunt, quod quando ex parte actoris agitur de conſeruando actionem ſibi quæſitam, purgatio moræ infra modicum tempus admittitur, dūmodo alterius partis non interſit; vnde cùm in caſu propoſito ageretur de actione ex vendito, venditori quæſita, quia ius Partis infra duodecim dies deterius factū non erat. Dictum fuit, quod non videbatur, cur non eſſet locus in hoc caſu purgationi moræ. Nec obſtare dicebatur, dicta per DD. in locis ſupra citatis, quia bene limitantur *per tex. in d.* §. *ſeia*, & quod per eos allegata procedunt, vbi venditor poſt longum tempus vellet moram purgare; ſecus ſi incontinenti, & ius Partis non eſſet deterius effectum; nec dicendum, tex. illum loqui in caſu ſuo, nimirum quando infra tempus erat ſoluta pars pecuniæ, quia iureconſultus ibi ſe fundat, quandò ſit oblatio incontinenti, & Partis non intereſt, omnino quod Doctores ibi, præſertim Aret. communiter dicunt, tex. illum procedere adhuc ſi nihil pecuniæ fuiſſet infra tempus

Digitized by Google

pus ſolutum. Conſiderabatur, & tandem quod licèt opinio hæc ſit valdè æqua, tamen quia illa Ang. contradictorem non habet, immò dicebatur per Aret. & Iaſ. approbatam, non erat tutum contra illam iudicare, maximè quia in caſu, de quo agebatur appoſitum erat iuramentum, quod moræ purgationem impedit: *l. ſi quis maior. C. de tranſactio.* Bar. & DD. *communiter in d. l. ſi in inſulam.*

## OBSERVATIO.

1 QVæ Angel. *in conſ.* 199. Aret. & Iaſ. *in l. ſi quis ita §. ſeia cauit. ff. de verb. oblig.* dixerunt ad quæſtionem per Dominum Regentem propoſitam allegari non merentur; loquuntur enim in venditione bonorum ſtabilium cùm pacto de retrouendendo intra certum tempus, vt eo elapſo, emptor retrouendere non cogatur, ad hoc expendentes textum indiuidualem *in l. 2. C. de pac. inter emptor. & vendit.* Aliud autem dices in venditione annuorum introituum, in qua prorſus improbatur pactum de retrouendendo temporale, itavt ſi fuerit appoſitum, vt intra certum tempus tantùm poſſit à venditore exerceri, hac conuentione non obſtante, poterit venditor ſemper & perpetuò redimere; ſicquè pluries per Sacrum Conſilium deciſum teſtatur Camill. de Medic. *conſ.* 114. *num.* 1. Cenc. *poſt multos* quos citat in tract. de cenſibus *par.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 8. *num.* 37. *&* 38. & Maſtrill. *in addit.* ad Petr. de Gregor. *quæſt.* 5. *n.* 267. *cùm pluribus ſeqq.* quos retuli ego hanc eandem firmans ſententiam *lib.* 2. *reſol. iuris, cap.* 160. *numer.* 12.

2 Illud autem quod annis ſuperioribus fuit apud nos cōtrouerſum in eo verſatur, nimirum, an in venditione annuorum introituum pactum apponi poſſit, vt non liceat venditori intra certum tempus annuos redditus venditos redimere, ſed poſt; & eſſe licitum pactum hoc deciſum refert Dominus R. Rouit. *deciſ.* 33. idemque Reg. Conſtant. *in tit. C. de vſur. fiſcal. numer.* 40. & alij per me relati *in dic. cap.* 160. *num.* 8. *&* 9.

3 Ad confirmationem autem eorum, quæ hìc dicebat Dominus Regens circa moræ purgationem adde Tu, quod apud nos de ſtylo Sacri Conſilij re integra, quando ius Partis nō eſt effectum deterius ſemper ex æquitate admittitur moræ purgatio; de quo ſtylo teſtantur Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 174. contra id, quod fuit ibi deciſum, Anna Pater *ſing.* 350. Dom. de Franch. *deciſ.* 482. *num.* 10. & Dominus Reg. Capyc. latr. *deciſ.* 30. vbi *num.* 2. *&* 3. dicit hoc procedere etiam ſi adeſſet iuramentum, ad id citans, Verall. *deciſ.* 230. *p.* 2. Coccin. *deciſ.* 102. Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg.* 48. Montet. *deciſ. Arag.* 48. *num.* 36. *& alios*, vt ibi.

## *ARGVMENTVM.*

Feudatario defuncto, pluribus ſibi ſuperſtitibus Filiis, quorum primogenitus foriudicatus reperitur, an Fiſcus ex perſona foriudicati feudum capiat. Feudatarius ſi propter aliquod graue delictum fuerit foriudicatus an cenſeatur feudo priuatus; ſicquè illud ad Fiſcum deuolutum, vel potius agnati in eo ſuccedant, & de pluribus ad ornatum Conſtit. Reg. ob filiorum culpas; Conſtit. Foriudicatorum bona, & Conſtit. ſi quando.

## DECISIO CXLIII.

MORTVO Ceſare Danza de Sancta Agata feudatario, pluribus ſuperſtitibus filiis, inſtabat Regius Fiſcus declarari feudum ad ipſum ſpectare ex eo quod filius primogenitus foriudicatus reperiebatur; & ſic ad ſuccedendum incapax, & hoc, attenta Regni conſtitutione exordiente *ob filiorum culpas*, ſed aliis filiis huic inſtantiæ ſe opponentibus, ac contendentibus, conſtitutionem præfatam in caſu, de quo agebatur non procedere, dubitari contigit, Quid iuris. 1

Allegabat Fiſcus, conſtitutionem prædictam, qua cautum eſt, vt mortuo patre, pluribus ſuperſtitibus filiis, quorū vnus eſſet foriudicatus, bonis allodialibus, & feudalibus, quæ diuidi poſſunt, ſuper exiſtentibus in portione illa, quæ filio foriudicato contingebat, Fiſcus ſuccedet, in nihilo obſtante in caſu de quo agebatur, quod feudum erat indiuiduum, ſicquè ſecundùm Afflict. ſententiam in eadem conſtit. fiſcus ſuccedere non poteſt, quia Andr. cui magis credendum *in c. præterea col. penul. quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt.* tenet expreſsè quod Fiſcus ſuccedere poteſt, quamuis in feudo illo viuatur iure Francorum, in quo Primogenitus ſolus ſuccedit, aſſignat rationem, quia conſtitutio prædicta quæ loquitur de feudo diuiduo, non excluſit feudum indiuiduum; ſed ſolùm declarat in qua portione Fiſcus ſuccedere debet, & dicit in portione quæ filio foriudicato obuentura erat; ſed in feudo, de cuius ſucceſſione agebatur iure Frācorum viuebatur; ſicquè totum ad primogenitum ſpectabat, ergo totum habebit fiſcus, non enim dicebatur diuerſitatis rationem eſſe de feudo diuiduo ad indiuiduum: tamen his non obſtantibus, per Regiam Cameram fuit deciſum contra fiſcum: Ratio Deciſionis, quia conſtitutio præfata *ob filiorum culpas* in duobus tantùm caſibus loquitur. Primo ſi Pater ab inteſtato moreretur; & hoc expreſsè ibi Andr. & Afflict. affirmant; Secundo quando Pater in teſtamento filium primogenitum inſtituiſſet hæredem; in his enim duobus caſibus dicebatur, Fiſcum in portione foriudicati ſuccedere. At ſi Pater filium foriudicatum exhæredaſſet, quod facere eum poſſe, dixerunt pariter ibi Andr. & Afflict. vel ſi illum præteriiſſet, quo caſu Fiſcus ex perſona foriudicati 2

teſtamen

Digitized by Google

teſtamentum nullum allegare non poſſet, vt dixit Bal. *in l. ſi qua pœna ff. de his qui ſunt, ſui, vel alien. iur.* & poſt eum Iaſ. *in Authen. non licet C. de liber. præterit.* in his enim caſibus Fiſcus nihil prætendere poſſet, vndè cùm in caſu propoſito filius foriudicatus à Patre in teſtamento, quod condidit fuerat præteritus, ex quo alij filij extiterant hæredes inſtituti, ergo. Et ſic dictum fuit Conſtit. illam ſolùm locum habere eo caſu, quo filius tacitè vel expreſsè fuit à Patre vocatus; ſecùs verò vbi eſſet excluſus expreſsè per exhæredationem vel tacitè per præteritionem; vndè meritò conuenti fuerunt abſoluti.

---

## OBSERVATIO.

1 Deciſio hæc eſt ſummè commendanda pro intelligentia, & declaratione Conſt. Regni exordientis *Ob filiorum culpas*; nam attenta littera Textus non bene percipiuntur ea, quæ modo à Domino Regente noſtro ſcripta ſunt, licet ſatis declarata ab Andrea *ibi.*; cuius dictis adde Tu, quod ſi daretur ille caſus, in quo Fiſcus ob filij foriudicationem Patri huius foriudicati ſuccederet, ad onera Defuncti teneretur, ita ſatis bene hoc notat Grammat. *in ead. Conſtit. num.* 2. vbi dicit, quod licèt quando moritur Feudatarius abſque legitimis hæredibus, Fiſcus accipit feudum, non vt hæres, ſed vt Dominus, ratione directi Dominij; attamen ſi ex delicto bona ad Fiſcum in totum, vel pro parte perueniunt, Fiſcus ipſe tunc loco hæredis habetur: allegat tex. *in l. 2. C. ad l. Iul. de vi publ.* idemque affirmauit Marcell. de Maur. *alleg.* 84. *& ibi* Nepos *in addit.* Præſ. de Franch. *deciſ.* 213. *num.* 31. & 32. Hæc quando moritur feudatarius, vel quilibet priuatus, ſuperſtitibus filiis, inter quos vnus reperitur foriudicatus.

Sed quid dicemus, quando feudatarius propter aliquod graue delictum foriudicaretur; nùm lecta foriudicationis ſententia, cenſeatur feudo priuatus; ſicque dicatur illud ad Regiam Curiam deuolutum? Reſpondeo negatiuè, quoties ſuperſint filij vel alij Agnati, qui ſecundum ius conſtitutionis *Vt de ſucceſſionibus*, vel nouarum gratiarum poſſunt in feudo ſuccedere; & ad hoc probandum credo, ſat eſſe aſſerere cum Domino Conſiliario Marcello Marciano, qui *in conſ.* 19. *num.* 17. *lib.* 2. prudenter ſcripſit, ex temporum curſu, pluribus ſententiis foriudicationum latis, neminem vnquam audiuiſſe pro Fiſco pronunciatum, illudque tantum D. Camillum de Curte, vt Fiſci patronum Regiæ Cameræ attentaſſe, deportato Barone ob immaniſſimum crimen, eius vita naturali durante, ſolam, ac nudam commoditatem percipiendi fructus ex feudo Fiſco deberi; nec aliter hoc deciſum; ſic teſtatur *in 1. par. eius diuerſ. cap.* 15. *incipit Nunc de altera num.* 98. *verſ. hæc quæſtio euenit in facto fol.* 63. illud autem, quod hucuſque practicatum agnouimus eſt, vt feudatario contumace ob aliquod delictum declarato, ſequeſtratur iuriſdictio; ſicque à Domino Prorege Capitaneus deſtinatur ad iuriſdictionem exercendam; fructus verò non ſequeſtrantur, ſed percipiuntur nomine Baronis per Deputatum ab eo, vel per Procuratorem: ita Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. in 29. authoritate num.* 11. vbi circa finem hæc notabilia profert verba. *Et ex hoc dicto* Andr. *in dic. l. Clementiæ capit in Regno practica, quod vbi Feudatarius vel Baro eſt contumax pro delicto capitali, fit ſequeſtrum iuriſdictionis & curia interim detinet, & iuriſdictionem exercet, donec tædio affectus comparuerit, & contumaciam purgauerit, & primum cæpit obſeruari in Barone Centulæ, & poſtea in Barone Zuruli, & hodie paſſim contra omnem contumacem feudatarium fit ſequeſtrum iuriſdictionis tam ciuilis quàm criminalis; fructus autem non ſequeſtrantur anno pendente, & percipiuntur nomine Baronis per Deputatum ab eo vel Procuratorem ipſius; & hoc iure vtimur in Sacro Conſilio.* Hæc ille: Cuius dictis addo Dom. Reg. Tap. *in ſuo opuſcul. de præſtantia Reg. Cancel. fol.* 119. *num.* 43. & Ioſeph. Cumia de foriudicato loquentem *in c. ſi aliquem in verbo maſculus num.* 7. vbi dicit, quod durante vita foriudicati, fiſcus præoccupat feudum, idemque Camill. de Medic. *conſ.* 71. *num.* 21.

2 Sed deueniendo ad Deciſionem articuli, dicebam Ego in vna facti contingentia fiſcum deuolutionem hanc prætendere poſſe, vel de iure communi Romanorum, vel de iure communi feudorum, vel de iure municipali huius Regni; ſed certè neutro iure; etenim ſi ius commune Romanorum inſpicimus pœnæ confiſcationis bonorum penitus ſublatæ fuerunt, præterquam in Delictis læſæ Maieſtatis, & hæreſis, ita cautum eſt *in Authen. bona Damnatorum C. de bonis Preſcript.* vt bene aduertit Dom. Reg. de Ponte *deciſ.* 23. *num.* 11. id quod ex particulari gratia Neapolitanis conceſſa cautum habemus, & notant Vrſill. *ad Afflict. deciſ.* 361. Vincent. de Franch. *deciſ.* 213. de Ponte *conſ.* 69. *lib.* 1. *& alij.*

3 Si ad ius commune feudorum recurrimus, nullibi legimus, vt feudatario foriudicato, ſeu bannito declarato, fiat locus deuolutioni, ſed tantùm quando Dominus quoquo modo offenditur, provt ſunt iura, *in cap. 1. ex quib. cauſ. feud. amit. in c. 1. quæ ſint prim. cauſ. benef. amitten. in cap. 1. ſi Vaſſall. feud. priuat. cui defer. in cap.* 1. An ille qui interf. fratrem Domini ſui *in cap. 1. de Milit.* Vaſſall. qui contr. eſt *in cap. 1. quo temp. Miles in cap. 1. §. ſi vaſſallus culpam, ſi de feudo defun. milit. contro. ſit &c. & in c. imperialem de prohib. feud. alien. per Freder.*

4 Si verò ius Regni huius attendamus legatur conſtitutio *ſi quando* ſub tit. *de pœna foriudicat.* in ea enim aliud Imperator Fredericus non diſpoſuit, niſi vt, Feudatario foriudicato declarato, filiis exiſtentibus, ſi pupilli ſunt fiſcus accipit curam, & baliam feudi, quouſque puberes efficiantur; adueniente autem pubertatis tempore, de fructibus feudi fiſcus virilem tantum accipiet, vita foriudicati durante, quia eo naturaliter poſtea mortuo, omnes fructus ad integritatem feudi, quod ad filios ſpectat, reuertuntur, de iure ergo huius conſtitutionis feudatarius, qui filios habet propter foriudicationem feudum non amittit; ſed quid ſi non habet filios, ſed alios agnatos, qui attenta Conſtit. vt de ſucceſſionibus poſſunt in feudo ſuccedere? hæc Conſtitutio, vt bene aduertit Afflict. *ibi num.* 8. de Agnatis non loquitur; ſicque nihil contra ipſos prouiſum vnde meritò dicebat Dom. Reg. de Ponte *in cit. deciſ.* 23. *n.* 13. de iure Regni in proprietate bonorum feudalium foriudicati fiſcum nil pretendere poſſe.

5 Sed deueniamus ad Conſtit. præcedentem, quæ incipit *Foriudicatorum bona* ſub titulo de fiſco ſuccedente foriudicatis; ſicque videamus an aliquid per eam contra agnatos Feudatarij foriudicati diſpoſitum ſit, & certè non ſolum in ea imperiali ordinatione agnatorum excluſionem non legimus, ſed expreſsè vocationem; dicit enim Imperator Fredericus fiſcum in bonis feudalibus foriudicati ſuccedere, ſi filios, & parentes (ſcilicet conſanguineos) vſque ad tertium gradum non habeant; nec verbum illud *parentes* intelligi de Patre, & Matre, & ſic de aſcenden-

tibus tantùm quia hoc aſſerere ſatis abſonum eſſet, & à mente Imperatoris alienum vt ſatis benè conſiderabat Ioſeph. Cumia, *in c. ſi aliquem in verbo Mortis à num.* 81. vbi aduertit nullo pacto credendum, voluiſſe Imperatorem Aſcendentes tantùm vocare, & collaterales excludere, probatur, dicit ipſe quia idem Imperator, *in conſtit. vt de ſucceſſionibus*, expreſsè diſpoſuit, vt mortuo feudi acquiſitore, Patre, & fratre ſuperſtitibus, frater patrem ab illius ſucceſſione excludat; quomodò ergo in Conſtit. *foriudicatorum bona* eius intentionis eſſe voluerit, vt ſuccederet Pater tantùm & Frater excluderetur; Secundo ponderat Cumia verba illa Conſtit. *Foriudicatorum Bona* ibi, *Si parentes vſque ad tertium gradum non habeat*, vt voluerit ſic Imperator ſe conformem reddere cum diſpoſitis in d. conſtit. Vt de ſucceſſionibus, quæ in feudi ſucceſſione defuncti feudatarij Agnatos vſque ad tertium gradum vocat. Vlterius Ego conſidero, impoſſibile eſſe, vt Imperator vocando parentes ſenſerit de aſcendentibus; non autem de collateralibus agnatis, quia ſi hoc eſſet, poſſet dari caſus, vt foriudicaretur quis feudum poſſidens maternum, nullo ſibi ſuperſtite deſcendente, nec Agnato proximiori, ſed tantùm Patre modò ſi dicimus Conſtitutionem *Foriudicatorum* ſub illo verbo parentes vocaſſe Aſcendentes tantùm, non autem Agnatos in hoc feudo materno Pater ſuccederet, & Fiſcus excluderetur, id quod, quantùm ſit à veritate procul, nemo eſt qui ignoret, cùm indubitatum ſit, ad Fiſcum illud deuolui; ſcitum eſt enim Patrem filio in feudo tantùm ab ipſo refutato ſuccedere, vt centies diximus; non autem materno, vel ab ipſo filio quæſito, quod omni iure ad Dominum reuertitur, cùm Deſcendentes non ſuperſint nec Collaterales, qui iuxta præcitatam Conſtit. *Vt de ſucceſſionibus*, ſuccedere poſſunt.

6 Quodque (vt in hoc articulo nihil remaneat intactum) hoc nomen ſiue hoc verbum *Parentes* actum ſit comprehendere non ſolum aſcendentes, & ſic patrem, & matrem, Auum, & Auiam Proauum, & Proauiam, &c. Sed etiam Collaterales agnatos, licet groſſo modo, vt dicunt Bal. & Aluar. *inferius citandi*; ſatis dicimus probari tam de iure ciuili, quàm de iure Canonico, de iure communi Feudorum, de iure Longobardorum, & ex receptiſſima Doctorum ſententia etiam in terminis præcit. Conſtit. *Foriudicatorum bona*, ſiquidem de iur. ciuili hoc probatur, *in l. magis puto. §. non poſſim verſ. in primis*, ibi, *Requirat ergo neceſſarios pupilli, vel parentes, vel libertos aliquos fideles ff. de reb. eor.* idemque *in l. quæret. ff. de verb. ſig.* De iure canonico probatur *in c.* 1. ibi *Inter ſe parentes tantummodò teſtificentur*, vbi gl. & Archid. 3. *q.* 5. *in c.* 2. ibi. *Quarta parentibus aſſignatur* vbi Io. Andr. *n.* 3. *extr. de ſucceſſ. ab inteſt. in c. fin.* ibi *Non tam metu Regis, quam parentum* extra qui Clerici, vel vouentes *& in c. perlatum* ibi *Parentibus viri mandauit*, qui filij ſint legit. De iure communi feudorum probatur *in c.* 1. ibi *Non reuocetur ab vllo ex parentibus ſuis* in tit. *quemadmodum feudum ad filium pertin.* vbi Bal. Aluar. & cæteri omnes *in c.* 1. ibi *Iuret ille cui delatum eſt cum duodecim Vaſſallis, & ſex parentibus*; *in tit. de conſuet. recti feudi, & in conſtit.* Henrici incipit *Imperator Auguſtus*, ibi, *Cum duodecim propinquioribus parentibus ſe defendat tit.* 2. *lib.* 5. *feudorum* ſecundùm compilationem Gottofredi *fol. mihi* 50. De iure Longobardorum probatur ſatis planè *in l.* 1. ibi *Sed alij parentes proximi* & *in l.* 2. ibi *vt proximi parentes, in tit. de parricidiis* & *in l.* 1. ibi *vt parens parenti per gradum* vbi gl. *in eodem verbo* Parens *in tit. de ſucceſſionibus*.

7 Probatur etiam ex receptiſſima Doctorum ſententia; ſic enim ſatis benè docent Tiraquell. *in trac. de retract. lignag. §.* 1. *gl.* 8. *num.* 2. qui omnino videatur Afflict. *in d. c.* 1. *in princ. in tit. quemadmodum feudum ad filium pertineat.* Rebuff. omnino legendus *in l. appellatione parentis col.* 5. *in magnis fol. mihi* 267. *& ibi* Alciat. *num.* 4. *ff. de verb. ſig.* & in terminis Conſtit. *foriudicatorum Bona* quod verbum *Parentes* ibi poſitum de agnatis intelligatur, ſcripſerunt, Ioſeph. Cumia *in d. c. ſi aliquem in verb. mortis num.* 81. *& ſeq.* Ludouic. Carrer. *in prax. crim. in c. quod incipit, quæ autem conſtitutiones num.* 16. *fol. mihi* 233. Marcellus Marcia. fuſiſſimè *conſ.* 39. *lib.* 2. Reg. Tap. *deciſ. Sac. Conſ.* 50. *num.* 9. & in conſtit. *foriudicatorum bona*; & nouiſſimè Epiſc. Maranta *in reſp.* 26. *à num.* 49. *lib.* 5. quicquid ſibi dixerit Reg. Vrſinus vir equidem Doctiſſimus; ſed dum ſcripſit de ſucceſſ. Feud. falcem poſuit in meſſem alienam *par.* 1. *q.* 7. *art.* 8.

Et ne deſit rerum iudicatarum auctoritas, dico ſic 8
hodie quarta Menſis Martij 1656. Regiam Cameram omnium Dominorum conſenſu iudicaſſe in cauſa Regij fiſci, cùm Michaële Vitale fratre vtrinque coniuncto quam Benedicti Vitalis vtilis Domini Baroniæ Roccæ Cilenti, quo ſententia mediante, propter commune delictum foriudicato declarato, demùmque ab inimicis miſerrimè interempto, inſtitit Regius Fiſcus per Regiam Cameram declarari Baroniam illam ad Regiam Curiam fuiſſe, & eſſe deuolutam, attenta diſpoſitione: ſæpius citatæ Conſtit. *foriudicatorum bona*; ſed contendente Michaële Germano fratre ſuperſtite, non eſſe locum in hoc caſu petitæ deuolutioni diſcuſſis pleniſſimè omnibus de iure diſcutiendis, prodiit determinatio, vt par erat, contra Regium Fiſcum; idque non ſolùm reſpectu bonorum feudalium; ſed etiam allodialium, compertum enim fuit bona hæc arctiſſimo Auito fideicommiſſo eſſe obnoxia; ſicquè ſubintrare ea omnia, quæ per me fuerunt adducta *lib.* 2. *reſol. iuris. cap.* 18. *n.* 2. *&* 3. & aduerte, ſi caſus vnquam contingeret, quod in Decreto inuenies poſita verba *ex cauſis in Regia Camera diſcuſſis*, hoc ita peractum ne in exemplum traheretur: ſed veritas eſt, quod quæſtionem per iuris tramites iudicauimus; nam quamuis fuiſſet pariter ad excluſionem intentionis Regij fiſci allegatus indultus, qui forſan, eo bene diſcuſſo, militabat; nullam tamen in eo vim fecimus, referente Domino Præſidente Dom. Io. Lopez Baylo Hyſpano è Regno Aragoniæ viro piiſſimo.

## *ARGVMENTVM.*

Hæres in bonis allodialibus an teneatur contribuere hæredi bonorum feudalium in oneribus feudi occaſione contractis. Contributo an locus ſit inter hæredes bonorum allodialium, & hæredem in feudo pro ſatiſfaciendis Creditoribus Defuncti in actione perſonali; & quid, attento iure conſuetudinario huius Ciuitatis, quando ab inteſtato proximiores ex parte Patris ſuccedunt in bonis omnibus Defuncti, exceptis maternis, in quibus ſuccedunt proximiores ex parte Matris.

DECI

Digitized by Google

## DECISIO CXLIV.

1 IN cauſa Dominorum fratrum de Saracenis occurrit dubitari, an fratres ſecundogeniti patris hæredes in bonis allodialibus teneãtur cõtribuere fratri primogenito bonorum feudalium hæredi in oneribus, feudi occaſione contractis; ſignanter pro ſoluendo annuos introitus ſuper feudo venditos, & poſt mortem communis patris decurſos. Exiſtimatum fuit, veriorem eſſe ſententiam, fratres ſecundogenitos ad hanc contributionem non teneri; idque ſiue feudum ſit ex pacto, ſiue hæreditarium, idque *ex tex. in l. ſi certarum. ff. de milita. teſt.* vbi eſt caſus quod ſi Miles duo habens patrimonia; caſtrenſe nimirum, & paganicum, duos inſtituerit hæredes; vnum in caſtrenſe; alterum in paganico, quilibet tenetur Creditoribus ſatisfacere pro oneribus occaſione, & intuitu ſui patrimonij, contractis; hic caſus dicebatur indiuidualis pro deciſione quæſtionis propoſitæ, cùm negari non poſſit in perſona feudatarij duo conſiderari patrimonia, feudale ſcilicet & allodiale, quæ Bal. *in d. l. ſi certarum,* ſæparata & diuerſa appellat; & licet quando à defuncto tenebãtur Creditores poterant recurſum habere ſuper vna ex rebus obligatis, adhuc ſi non eſſet de illis, quarum occaſione fuit facta obligatio, per tex. vulgatum *in l. Creditoris arbitrio. ff. de detract. pign.* tamen in perſonis hæredum, non niſi in ſubſidium; confirmabatur ſententia hæc authoritate Alber. Brun. *in conſ.* 104. & quod ſi videtur firmaſſe Andr. *in c.* 1. *col.* 2. *an Agnat.* dum allegat tex. *in d. l. ſi certarum, idemque* Loffred. *in ſuis parapha. feud. in tit. Imper. Lothar. in principio.* & quamuis hæc omnia, quæ de plano procedunt in feudo ex pacto videantur eſſe dubia in feudo hæreditario; tamen quia etiam in feudo hęreditario, maximè ſi in eo viuitur iure Francorum in perſona feudatarij duo conſiderantur patrimonia inter ſe penitùs diſtincta & ſeparata, exiſtimatum fuit verius eſſe, vt quæ dicũtur de feudo ex pacto, procedant similiter in feudo hæreditario.

---

## OBSERVATIO.

1 COntrariam ſententiam, quam hic firmauit Dominus Regens, & cui vltra Albert. Brun. & Loffred. hic citatos adhæſiſſe videtur Io. Vincentius de Ann. *alleg.* 141. *num.* 8. de quo meminit Anna filius *conſ.* 4. *num.* 9. amplexus fui Ego *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 142. ſic inſequutus inſignem Camer. *in repet. c.* 1. *in* 22. *q. in tit. an agna.* quo loci inueſtigando, an inter cohæredes pro ſatisfaciẽdis Creditoribus actionem perſonalem tantùm habentibus contributo locus ſit, vbi à feudatario plures eſſent filij hæredes inſtituti; primogenitus nimirùm in feudalibus ſecundogeniti verò in allodio reſpondet quod licet dicendum videtur quod non, data diſtinctione inter onera feudi, & feudatarij, cùm pro oneribus feudi teneatur ſucceſſor in feudo pro oneribus vero feudatarij teneantur filij, qui burgenſatica poſſident, *arg. tex. in l. ſi certarum hic allegata, & in l. hinc quæritur. §. poteſt ff. de pecul.* tamen contrariam concludit veriorem eſſe ſententiam, ea principaliori ratione cùm feudum, cui eſt annexa qualitas hæreditaria ab allodio ſeparatum patrimonium non ſit; ſed vnicum, & idem; id quod etiam notant Frec. *de ſubfeud. lib.* 3. *in tit. de different. inter feud. ex pacto, & hæredit. different.* 13. & Rouit. *in Prag.* 24. *num.* 27. *de feudis,* vbi dicit feudum emptum à patre cùm qualitate hæreditaria, nullo pacto reputari diuerſum patrimonium à bonis burgenſaticis; ſed vnicum; vnde eſſe locum in hoc caſu contributo concludit Camer. iuribus *in d. leg. ſi certarum* & *in dic. §. poteſt,* ſolidiſſimè reſpondens, idemque Præſ. de Franch. *deciſ.* 1. *Reg. de Ponte conſ.* 52. *per totum lib.* 1. & nouiſſimè Horat. Monta. *in repet. c. imperialem §. præterea Ducatus n.* 70. *fol.* 187.

Secundo ad hanc ſententiam confirmandam allegaui Ant. de Alex. *in conſuet. ſi quis vel ſi qua,* in Apoſtilla, quæ incipit *ad intellectum* vbi in terminis illius conſuetudinis, per quam ſtatutum eſt vt Ciue Neapolitano ſine filiis defuncto, in bonis paternis, & omnibus per defunctum quæſitis ſuccedant proximiores ex parte patris; in maternis vero proximiores ex parte matris, quærens, quomodò hæreditaria onera per hos ſucceſſores ſoluenda ſint, citat Gugliel. de Cuneo *in dicta l. hinc quæritur. §. poteſt,* vbi in terminis ſtatuti, vt decedenti ab inteſtato in bonis ſtabilibus ſuccedant proximiores ex parte patris; in bonis verò mobilibus proximiores ex parte matris, in dubium reuocat, qualiter inter eos æris alieni ſit facienda diuiſio; & reſpondet bona omnia eſſe æſtimanda, & ille, qui plus habet plus ſoluat, quam quidem ſententiam videns Ant. de Alex. veram eſſe, infert ad quæſtionem noſtram, dicens idem eſſe quando vnus ſuccedit in feudo; alius verò in allodio, vt pro rata bonorum onera diuidantur, nulla diſtinctione facta, an onus illud ſit ſuper feudo, an ſuper allodio; iſtoque iure vtimur hodie in Sacro Conſilio. 2

## *ARGUMENTUM.*

Soror vtrinque coniuncta an ſuccedat fratri ſuo feudatario abſque liberis defuncto, vel potius fiſcus, ſtante renunciatione per illam facta dùm nuptui tradebatur. Renunciatio quando dicatur perſonalis, & quando realis. Filia propter dotationem à patris ſucceſſione excluſa, nùm prohibeatur ſuccedere fratri in bonis eidem à Patre obuentis; & de aliis ad ornatum *Prag.* 1. *de feudis.*



Digitized by Google

## DECISIO CXLV.

1 DEFVNCTO Comite Miſaniarum abſque liberis, prætendit Regius fiſcus ad illius ſucceſſionem venire, excluſa prorſus Portia Ferra Moſcha Comitis ſorore vtrinque coniuncta; & hoc ex vi ſuæ renunciationis, & dotationis ſequutæ, tempore, quo nuptui tradita fuit; ſed illa huic prætenſioni ſe opponente, eique nec renunciationem, nec dotationem obeſſe, quia fratri ſuo ſuccedere poſſet contendente, dubitari contigit, Quid iuris.

2 Per Regiam Cameram, omnibus Dominis Præſidentibus concurrentibus, excepto Domino Marcello Pignono, fuit deciſum pro Portia ſorore, fiſco à ſua vana prætenſione prorſus excluſo: etenim fuit conſideratum renunciationem illam fuiſſe perſonalem, non autem realem; facta enim apparebat contemplatione fratris, eiuſque hæredum; ſicque hæredi extraneo, vel Fiſco prodeſſe non poterat, vt per Aret. *in l. qui Roma § duo fratres in fin. ff. de verb. oblig.* & dicebatur eſſe caſum formalem in materia feudali, *in c.* 1. vbi Andr. Aluar. & cæteri *de eo qui finem fecer. agnat. & per* Loffred. *in cap.* 1. *de nat. ſucceſ. feud.* nec in aliquo dictum fuit huic ſorori obſtare Conſtitutionem Regni *vt de ſucceſſionibus* cùm gloſ. ibi *in verb. dotata*, quæ vult, vt ſoror maritata, & dotata à fratris ſucceſſione excludatur; nam cùm priſcis temporibus ſæpè ſæpius inter Regni peritos orta fuiſſet controuerſia ſuper intelligentia dictæ Conſtitutionis ad illam dirimendam per viam legis condendæ prodiit declaratio Reginæ Ioannæ quæ vulgò dicitur *la filingeria*, qua ſancitum fuit vt in viuentibus iure Longobardorum vẽdicet ſibi gl. Marini de Cammanico, nimirum ſat eſſe vt ſoror excludatur à ſucceſſione fratris, ſi fuerit maritata, & dotata, vel à communi patre, vel à fratre, dummodò dotes habuerit de paragio; in viuentibus verò iure Francorum, vt tunc ſoror à fratris ſucceſſione excludatur, quando ipſa ſoror fuerit maritata de bonis fratris, de cuius ſucceſſione agitur, aliàs non excludetur; vndè cum in caſu propoſito viuebatur iure Francorum, & hæc ſoror de bonis paternis dotata reperiebatur, ergo à fratris ſucceſſione excludi non poterat, & quamuis bona erant paterna, tamen quia peruenerant iam ad filium, à quo adita fuerat hæreditas, non amplius patris bona dicebantur; ſed proprium filij patrimonium; hinc Roma. Aret. Alex. Socc. & Iaſ. *in l.* 1. *§. veteres ff. de acquir. poſſ.* dixerunt quod licèt Filia dotata à patris hæreditate ſit excluſa, ſtante ſtatuto, quod femina, exiſtente maſculo, in bonis patris non ſuccedat, tamen in eiſdem bonis per mortem Patris fratri delatis, defuncto demum fratre, ſuccedere non prohibetur, ea ſupra allegata ratione, quia bona illa ampliùs paterna non dicuntur, ſed fraterna; Idemque vbi frater exiſtens ſororis debitor in paragio, eam nuptui tradens dixerit, quod eam dotabat de bonis paternis, maternis, & fraternis vel ſi ſimpliciter eam dotauerit, non exprimendo de cuius bonis, vel etiam ſi dixerit de bonis propriis; nam ſemper intelligetur dotata de illo paragio, cuius ſoror ipſa ſuper bonis paternis erat Creditrix, & ſucceſſiue ſi contigerit fratrem mori ſine liberis, aperto iure, ad illius ſucceſſionem, Fiſco excluſo, ſoror admittitur, vt per Afflict. *in cap.* 1. *§. quin etiam verſ. vndè concludo in tit. Epiſcop. vel Abba. & in cap.* 1. *numer.* 21. *& ſeq.* vbi cum Loffred. *col.* 2. *in tit. de natura ſucceſſ. feud.* Dicebatur & tandem quod ex alio, in caſu de quo agebatur ceſſabat omnis difficultas, quia hæc ſoror fuerat expreſsè à Comite fratre in teſtamento hæres inſtituta, ſicque quando datur caſus vt ſoror propter renunciationem, vel dotationem à fratris ſucceſſione excludatur, intelligitur ab inteſtato; ſecus autem ex teſtamento, vt dixerunt Bal. *in l. fin. C. de pac. & in l. pactum quod dotali C. de collationibus*, Aret. *in l. qui ſuperſtitis col.* 2. *ff. de acquir. hæred. & in d. l fin. C. de pact. &* Alex. *conſ.* 29. *lib.* 3. id quod procedere dictum fuit adhuc ſi renunciatio facta proponeretur tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento; nam non per hoc perſona, cui fuit renunciatum eſſet prohibita renunciantem hæredem facere.

## OBSERVATIO.

IN articulo principali huius Deciſionis, iuxta diſpoſita *in Prag.* 1. *de feudis* quæ vulgò dicitur *la Filingeria*, determinato, videnda ſunt quæ ſcripſi Egò *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 126. *num.* 41. vbi allegaui Dom. Camill. de Medic. *conſ.* 61. *num.* 8. *vſque ad* 19. quo loci explicando theoricam Andr. *in Conſtit. vt de ſucceſſionibus*, circa dotationem, quæ contigit in perſonam mulieris nuptæ, tres diſtinguit caſus; quorum Primus quando nupta dotata extitit à Patre, vt tunc mortuo Patre, ſuperſtite cum ipſa nupta, filia in capillo, hæc ad feudi ſucceſſionem admittatur niſi nupta nuptiarum tempore proteſtata ſit, quod non per hoc quod à Patre dotabatur futuræ Patris ſucceſſioni renunciabat; nam ſi pater huic proteſtationi conſenſiit, nupta ſuccedet, & non aliter filia in capillo. Secundus caſus eſt, quando Pater filiam, quæ ſola eſt dotaſſet; nam tunc non excluditur à ſucceſſione propter dotem, dum altera in capillo non exiſtit, nec eo caſu proteſtatio neceſſaria eſt. Tertius caſus eſt, de quo in hac Deciſione, quando frater ſororem dotaret, nam ſi de bonis paternis, & poteſt fratri ſuccedere; ſin autem de bonis propriis, & tunc à fiſco omnino excluderetur, adhuc ſi nuptiarum tempore proteſtata eſſet, circa ſucceſſionem, nam fiſcus eo caſu iure proprio ſuccedet, proteſtatione ſororis non obſtante, quamuis factam dicamus cum conſenſu fratris, idemque Lelius *caput. ad Conſuet. Neap. ſi moriatur p.* 2. *§.* 5. *n.* 9. 10. *&* 11. quem vide.

Circa

Digitized by Google

2 Circa vero aliam Concluſionem hic tentam, nimirùm quod quando renunciatio eſt perſonalis ſicquè fratris contemplatione facta, quod, deficiente perſona contemplata, euaneſcit renunciatio, in terminis tex.celebris, *d.c.* 1. *de eo qui finem feu.agnat.* vide ad illius confirmationem ſcripta per me *lib.* 2. *reſol.iuris, cap.* 189. *à num.* 38. quo loci materiam huius tex. bene digeſtam inuenies.

3 Quò verò ad aliud quod hic firmauit Dominus Regens, nimirùm quod ſoror dotata à Patre; ſicque ab illius ſucceſſione excluſa non prohibeatur ſuccedere fratri in bonis eidem à communi Patre obuentis, ex eo quod bona illa ampliùs paterna non dicantur, ſed fraterna, ad confirmationem, adhuc ſi hæc nupta ampliſſimè bonis paternis renunciaſſet, vide Roma. *conſ.* 168. *num.* 1. *&* 2. Iaſ. *in l. eius qui in Prouincia* §. *quod ſi ſtipulatus. num.* 11. *ff. ſi cert.pet.* Ant.Gomez. *in l.* 22. *tauri num.* 13. Couarr. *in c. quamuis pactum* 3. *par.* §. 3. *num.* 2. Craſſ. *in* §. *ſucceſſio ab inteſtato quæſt.* 10. *n.* 16. *verſ. quæro item*; aliique relati per Caſtil. *de vſufr. cap.* 2. *num.* 63. qui omnes eam reddunt rationem, quia hæreditas adita ampliùs non dicitur hæreditas, ſed efficitur proprium adeuntis patrimonium; *gl. in l.* 1. §. *veteres, in verb. per vnum verſ. at poſt aditam. ff. de acquir. poſſ.* Corne. *conſ.* 786. *num.* 1. *lib.* 1. & Caſtill. *vbi ſup. num.* 64.

4 Quantum autem attinet ad poſtremam Concluſionem hic pariter firmatam vt renunciatio non obſtet renuncianti, quando perſona, cui fuit renunciatum teſtamento ſuo renunciantem inſtituit hæredem, vel aliquid eidem legat, adhuc ſi renunciatio facta proponeretur, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato; ad confirmationem vide DD. *quos citat, & ſequitur* Tellius Fernandez *ad l.* 6. *Tauri, à num.* 4. Craſſ. *in* §. *ſucceſſio ab inteſtato quæſt.* 10. *num.* 7. Ant. Fab. *diff.* 23. *C. de pac.* Cancer. *var. reſol. lib.* 3. *tit de renunciat. numer.* 36. *&* 37. quibus adde ſcripta per me *lib.* 2. *reſol. iuris. cap.* 194. *per totum*, vbi ſubſtinui quod ſi renunciatio facta eſſet à filia in manibus patris ad fauorem fratrum, illis præſentibus, & acceptantibus, de omni ſucceſſione in ampla forma, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato obuentis, & in futurum obueniendis, ſi pater demùm teſtamentum concedens filiæ, quæ renunciauit aliquod fecerit legatum, poſſe illam, quod ei relictum eſt conſequi renunciatione non obſtante, nec modo aliquo fratres legatum illud prætendere poſſe ex eo quod renunciatio ad eorum fauorem facta extitit, rationibus vt ibi, quas vide.

## *ARGVMENTVM.*

Contractus qui allegatur per vim, & metum initus, vt reſcindatur quæ concurrere debent. Metus reuerentialis an ſufficiat ad teſtamentum annullandum. Sola præſentia illius, cui debetur reuerentia abſque minis, & verberibus an ſat ſit ad aliquem actum annullandum. Dos an, & quando conſtante matrimonio à marito vxori reſtitui poſſit; ac de aliis notabilibus.

## DECISIO CXLVI.

CONVENTO Magnific. Troiano Miroballo vti filio, & hærede quondã Magnif. Raynaldi à Domina Ioanna Miroballa, ad ſoluẽdum reſiduum ſuarum dotium, & antefati, ad hanc prætenſionem reiiciendam, allegabat conuentionem publico mediante inſtrumento initam inter ipſum Troianum, & dictam Ioannam, eiúſque virum, qua expreſsè conuentum extiterat, vt nullo vnquam tempore d. Ioanna moleſtare potuiſſet d. Troianum, & quod ſi aliquam ſententiam pro eius dotibus ad ſui fauorem reportaret, illa contra d. Troianum eiuſque bona exequi nullo modo potuiſſet, cui exceptioni allegatæ conuentionis, cum Ioanna replicaſſet, fuiſſe illam per vim, & metum ſibi à viro illatum extortam, inſtructo proceſſu contigit dubitari an metus iſte eſſet bene probatus. 1

Et partem negatiuam amplexa fuit Regia Camera, nam cum ad reſcindendum contractum, qui præſupponitur per vim, & metum initus, requiratur violentia in perſonam contrahentis, nam aliàs ſola viri præſentia ſat non eſſet ad iſtum metum inducendum, vt dixerunt Innocent. & Abb. *in c. cauſam matrimonij, de officio deleg.* idem Abb. *in c.* 1. *eod. tit.* Aret. *in l. interpoſitas C. de tranſact.* & Bar. *in l. ſi ob turpem ff. de his, quæ ob turp. cauſ.* Et hoc ſatis eſſe ſi per duos teſtes hæc violentia probaretur, adhuc ſi Pars aduerſa contrarium probaſſet, cum receptiſſimum ſit magis ſtandum eſſe duobus teſtibus de metu deponentibus, quàm mille de libera voluntate atteſtantibus, vt per Innocent. *in c. ſuper hoc, de renunciat.* Alex. *conſ.* 156. *lib.* 6. Attamen in caſu propoſito de depoſitionibus teſtium, qui in perſonam Ioannæ violentiam fuiſſe à viro illatam atteſtati fuere, nulla fuit habita ratio, duo enim ex quatuor teſtibus examinatis erãt actrices filij, ſicque nullam poterant fidem facere: *l. parentes C. de teſtib. l. teſtis idoneus ff. eod.* Bart. & Aret. *in l. qui teſtamento* §. 1. *ff. de teſtam.* reliqui duo erant mulieres, & meretrices, & ſic infames, quæ à teſtimonio repelluntur Bar. & Aret. *in l.* 1. *C. de ſum. trin. & fide cath.* Bar. *in l. maritus ff. de Quæſtionibus*, *idem* Aret. *in l. ad teſtium ff. de teſtib.* & Alex. *conſ.* 11. *lib.* 1. Demonſtrauit pariter Troianus conuentus dotes fuiſſe conſtante matrimonio d. Ioannæ reſtitutas, cui licèt ſolui non poterat, obſtante imperiali reſcripto; *in l.* 1. *C. ſi dos conſt. matrim.* ſoluta fuerit, tamen quando fit ſolutio vt paternis Creditoribus pecunia illa dotalis ſoluatur, vel aliter, vt acquirat vxor opulentam hæreditatem, vel vt aliud emat prædium prætioſius, benè dos conſtante matrimonio ſolui poteſt, & tollitur ipſo iure actio 2



Digitized by Google

de dote: *l.fin.l.ita conſtante, & l. mutus* §.1.*ff. de iure dot. l.quamuis cum ſeq. ff. ſolut. matrim.* Quibus ſic ſtantibus Regia Camera nemine contradicente decreuit, magnificum Troianum fore, & eſſe ab impetitis per Ioannam abſoluendum, cauſæ Commiſſarius extitit Dominus iſte Regens.

---

## OBSERVATIO.

1 EX duabus Concluſionibus, quæ principaliter in hac Deciſione habentur, quantum pertinet ad primam, quæ ſe habet, vt ad reſcindendum Contractum, qui præſupponitur per vim,& metum initus, violentia requiratur in perſonam contrahentis, nam aliàs ſola viri præſentia ſat non eſſet ad iuſtum metum inducendum ex Innocent. Abb. & Bart. *hic citatis*, vellem, vt quando caſus contingit timoratus Iudex non ſic ſimpliciter, & de plano concluſionem hanc admittat; ſed quod prudenter ſe gerat perſonarum qualitatem examinans: etenim memini alius me reſpondiſſe, diſpoſitionem in teſtamento factam à quadam Damicella, dum in extremis laborabat ad fauorem ſoceri, & viri, nullam fuiſſe, ſic accedente metu reuerentiali eorundemmet Dominorum Legatariorum, nam quod metus reuerentialis ad teſtamentum annullandum,ſat ſit, dicebam in puncto ſcripſiſſe Afflict. noſtrum *deciſ.* 69. *numero* 4.

Iacob. Menoch. *conſ.*1139.*n.*11.*lib.*12.

Suarez *alleg.*1.*num.*33.

Auendan. *de nutu lib.*2.*cap.*20.*n.*68. &

Marta,aliis omiſſis,*in ſumm. ſucceſ.legal. p.*4.*q.*1.*art.*6. *num.*24. & 32. quibus addi poteſt.

2 Molina *de iuſt.& iure tract.*2.*diſput.*135.*n.*7.*tom.*1. *fol. mihi* 503. vbi hæc notabilia profert verba. *Quod dictum eſt de precibus importunis, quæ moleſtiam, & tædium pariunt, dicendum maiori,cum ratione eſt de reuerentiali timore vxoris comparatione mariti, aut filij comparatione parentum, præſertim ſi vultu, aut aliqua alia ratione oſtendant ſe ægrè ferre, quod ab eis non inſtituantur hæredes, aut legatarij, aut quod in ſcriptis, & occultè liberè de ſuis bonis diſponant, præſertim cum timere hi meritò poſſint, quod ſi mortem euadant, moleſtiam ea de cauſa patientur reliquo vitæ tempore, quare grauiter peccant contra iuſtitiam, qui in cauſa ſunt,ne huiuſmodi valetudinarij liberè de ſuis bonis diſponant, an verò ad reſtitutionem teneatur eorum, quæ ita illis relicta fuerint iuxta proximè dicta eſt iudicandum.* Hæc illa Intuita inſignis.

3 Etenim ſolam præſentiam illius, cui debetur reuerentia abſque minis & verberibus, ſat eſſe ad actum aliquem annullandum, *per tex.in l.penul.ff.de furtis*, ſcripſerunt

Salicet. *in l.interpoſitas n.*4.*C.de tranſactio.*

Roma. *in l.ſi cum dotem* §.*eo autem tempore num.*11.*ff. ſolut. matrim.*

Barbat. *in c.cauſam matrimonij n.*13. *de offic. deleg. & in conſ.*38.*n.*28.& 29.*lib.*4.

Socc. Iun. *conſ.*47.*n.*32.*lib.*3.

Rip. *reſponſ.*138.*n.*8.

Iacob. Menoch. *de arbitr. Iudic. lib.*2.*cent.*2.*caſu* 136. *num.*7.

Padill. *in d.l.interpoſitas n.*20.

Dom. Reg. Capyc. Galeot. *contr. lib.*2.*contr.*14. vbi *num.*26. ait, metum reuerentialem, veluti præſumptum probatione non indigere, & ad contractum reſcindendum ſolum ſufficere, & *numer. ſeq.* addit ex ſola authoritate, dignitate, & ſuperioritate, quas pater in filium, vir in vxorem, patruus in patruelem exercent, metum reuerentialem probari.

Dom. Reg. Capyc. Latro *conſult.* 54. *numero* 7. 14. 15.& 16.

Quod autem Vxor Viro ſuo reuerentiam debeat,ſatis probatur in Geneſi *cap.*8. & dixerat *gl. in l.*1.§. *quæ onerandæ in verb. metu ſolo ff. quarum rerum non det.* 4

Bart. *ibidem n.*4.& *in tract.de tirannide num.*11.

Iaſ. poſt plures, quos allegat *in* §. *quatrupli inſtitut. de actio.*

Io. del Caſtill.*contr.iur.lib.*3.*cap.*1. *num.*159. vbi poſt Monter. *deciſ.*45.& Barbat. *quos citat*, addit, & ſingulariter, Iudicem in hac materia facilem eſſe debere ad iudicandum mulierem non ſponte ſuo contractui conſenſiſſe, imò preſumere debere quemlibet contractum à mulieribus ſub virorum poteſtate conſtitutis celebratum, ad eorum præces, inſtigationes & nutum fieri, ad idque metu reuerentiali adducta

Io B. Coſt. *in tract.de iuris,& fact.ign.cent.*2. *diſt.*91. *numer.*7.

Et in Nuru reſpectu Soceri ſcripſerunt 5

Franc. Aret.*conſ.*24.*n.*6.

Crauet. *conſ.*282. *col.*10.*verſ.*2. *principaliter lib.*2.

Fab.de Anna. *in addit. ad patrem ſingul.*340.

Maſul. & Petr. *ad Capyc.deciſ.*159.

Intrigliol. *de caſibus conſcient. cent.* 1. *caſu* 41. *numer.*39.

Carol. de Graſſ. *de except. in* 11. *except.n.*36.

P. Sanchez *poſt alios, quos citat in tract.de matrim. lib.*4. *diſput.*6.*n.*26. &

D.Reg. Galeot. *cit.contr.*14.*n.*31.*lib.*2.

Et in ſorore reſpectu fratris. 6

Aret. *cit.conſ.*24.*n.*15.

Padill.*in d.l.interpoſitas n.*21. *C.de tranſact.*

Decian. *conſ.*30.*n.*12.13.& 14.*lib.*4.&

Sanchez *poſt alios*, quos citat *loco proximè cit. numero* 31. 7

Et quamuis non ignorem aduerſus hanc ſic firmatam concluſionem aliquos inſurrexiſſe Doctores putantes, provt exiſtimauit Dominus Regens hic, ſolam præſentiam illius, cui debetur reuerentia,ſicque metum dumtaxat reuerentialem ad actum reſcindendum ſat non eſſe, inter quos ex recentioribus poſt alios quos citat Marc. Salen. de Pace *conſ.*3. *num.*53. attamen conuenirent omnes, quod quando perſona ſit ita grauis, vt ei nimia debeatur reuerentia, tunc ad contractum annullandum tota preſentia ſufficiat, abſque quod violentiæ præcedant; ita Bal. *in l.ſi ſine num.*2.& *in l.etiam num.*3.*C.ad Velle.in d.l.interpoſitas num.*7. *Cod. de tranſactio.& in l.pactum num.*7. *Cod.de collatio.*

Bened. Capra *conſ.*29.*num.*15.& 17.

Barbat. *conſ.*31.*n.*7.*lib.*3.

Roma. *in d.l.ſi cum dotem* §.*eo autem tempore num.*12. *ff.ſolut.matrim.*

Hypol. *de Marſil.ſing.*347.*n.*3.

Padilla *in d.l.interpoſitas n.*20.*in fine.*

Mencac—— *quæſt.illuſt.lib.*1.*q.*35.*n.*18.

Baldaſ. Mongoll. omnino videndus, qui hos omnes citat, & ſequitur *in tract. de metu cap.*4.§.1.*n.*5. *verſ. ſecundo caſu*, quo loci dicit ſuper hoc eſſe tex. indiuidualem *in d. l.*1. §. *quæ onerandæ*, ibi *metu ſolo, vel nimia reuerentia, ff. quar. rer. actio non det.* ac proinde addit Doctorum authoritate opus non eſſe. Hunc eſſe caſum ſuper quo meum proferre iudicium fuit requiſitus, nam quod perſonæ Dominorum ſoceri, & viri legatariorum ita eſſent,provt fuerint

Digitized by Google

ſint graues, quodque eis nimia deberetur reuerentia, controuerti non poterat, conſiderata inſimul perſona teſtatricis legantis, quæ conditi teſtamenti tẽpore vix annũ excedebat decimum quartum ſicque imbecillis ingenij, Romæ degens, procul à matre, procul à conſanguineis, procul ab amicis, ſic ſub poteſtate Domini Soceri & Curatoris, ac Domini viri conſtituta, quo fit, vt neceſſario diceremus legatum factum ad iſtorum Dominorum beneficium non ex libera eius voluntate contigiſſe, ſed potius ex metu reuerentiali, ita ſatis ad rem ratiocinatur Theſ. Fel. *q.forenſ.lib.* 1. *q.* 51. *num.* 23. vbi addit ad reſcindendum actum per mulierem in longinquis partibus geſtum, in quo conſanguinei non fuerunt præſentes, leuiores ſat eſſe probationes; eoque magis in caſu de quo agebamus, & ceſſabat omnis amaritudo, ſi conditi teſtamenti tempus inſpiciebamus, quo quidem tempore infortunata hæc domicella ita laborabat in extremis, vt eodem, vel ſequent. die è viuis fuerit ſubtracta, ex quo oriebatur, vel quod tunc non in recto ſenſu, provt præſumitur moribundus, vt ex Ariſtot. Bald. & aliis probant Suarez *cit.alleg.*1.*num.*38.& Socc.*conſ.*219.*num.*7.*lib.*2. vel ſi in ſui recta locutione, & intellectu eam viuere ſperaret, præſumendum omnino ex iuſto timore ita legaſſe, ne ij ſub quorum poteſtate manebat, eam in poſterum odio proſequerentur, provt ferè in terminis loquitur Dec. *cit.conſ.* 30. *num.*13.*&* 14.*lib.*4. vbi reſpondit nullius momenti eſſe donationem à ſorore factam fratri, in cuius domo reperiebatur illa grauiter infirma, ſic timere ne ab illo deſereretur, idemque Menoch.*cit.conſ.*1139. *num.*17.*lib.*11.

Hinc ſatis benè ex eodem Menoch.*conſ.*45.*num.*35. dicebat noſter Præſ. de Franch.*deciſ.*180.*n.*3. quod licet prohibitum non ſit viro ad vxorem inducendam, vt teſtamentum ad ipſius beneficium condat, *l.fin. C. ſi quis aliquem teſtar.per lib.* attamen ſecus vbi mulieris imbecillitas, exiſtentia ſub regimine viri, eiuſdem potentiæ, ac indiſcreta diſpoſitio concurrerent; his enim concurrentibus, provt ſine dubio in caſu prædicto concurrebant, cenſuit Sacrum Conſilium de hac mulieris diſpoſitione nullam eſſe habendam rationem; & aliàs comperimus locum dumtaxat fuiſſe in cauſa, vt teſtamentum, in viri beneficium ab vxore factum reſcinderetur, nimirum, quia conditum in loco vbi vir præerat, & nullus aderat vxoris conſanguineus, ſic per S. C. deciſum atteſtantur Allegantes in cauſa ſuper qua D. de Franch. deciſionem modo allegatam ſcripſit, provt. videre eſt *in allegat.* 29.*intra num.*37.*cum ſeq.* impreſſa poſt deciſiones D. Regentis Salernit. omnino videnda, vbi *num.*33. ſatis bene probatur diſpoſitionem tex. *in d.l. fin. C. ſi quis aliquem teſta.prohib.* ceſſare prorſus vbi vxor eſſet imbecillis iudicij & facile perſuaſibilis, vel quando legatum eſſet magnum, vt ſic ab inteſtato venientes fraudarentur, provt contingeret in caſu ſuper quo hæc omnia conſiderabam.

8 Quantum verò attinet ad aliam Concluſionem hic tentam, vt dos conſtante matrimonio à marito vxori reſtituti prohibeatur, niſi vt paternis Creditoribus vxoris ſoluatur, vel aliter; vt acquirat vxor opulentam hæreditatem, vel, & tandem, vt aliud emat prædium prætioſius, adde Tu, Io. Petr. Surd. *in tract. de alimentis tit.*8. *Priuileg.*34. *in princ.* vbi hoc idem firmans, expreſsè dicit, quod dos non poteſt à marito reſtitui vxori conſtante matrimonio & ſi reſtituatur maritis liberationem non conſequitur; idemque Petr. Barboſ. *in l.*2.*in princ.part.*2.*à num.*1.*ff.ſolut. matrim.* vbi *num.*4. hoc limitat, & Primo quoties vrgens neceſſitas ſe offerret, quia forſan teneretur mulier æs alienum paternum ſoluere, ex quo hæres ei exiſtit, nam tunc, vt liberetur illa ab ære alieno, per patrem ſuum iam defunctum contracto, licitè vir poterit ei dotem conſtante matrimonio reſtituere. Secundo limitat, vbi euidens ſe offerret vtilitas, iuxta text. *in l.fin.ff. de iure dot.* & Tertio propter cauſam pietatis, vt quia mulier ex dote reſtituta vellet filios ex alio matrimonio ſuſceptos alere, vel maritum, aut alios conſanguineos à captiuitate redimere. Subdit demum *num.* 13. quod dum reſtitutio hæc conſideratur tanquam donatio inter coniuges prohibita, mortuo cum eadem voluntate marito, confirmatur, non obſtante diſpoſitione tex. *in l.*1. *hic allegata C. ſi dos conſtante matrimonio ſolut.fuerit*; cætera ad materiam vide apud Cald. Pereira *qq.forenſ.lib.*1.*quæſt.*18.*num.*51. & Rebell. *de obligat.inſtit.p.*2. *lib.*5.*q.*12.*ſec.*1.*n.*1.& Auguſtinianum Barboſ. *in collect.ad d.l.*1.

## ARGVMENTVM.

Exceptio ſolutionis num poſt ſententiam ad illius executionem impediendam opponi poſſit, & quiſnam terminus ſic excipienti erit concedendus, cum allegetur ſolutionem poſt latam ſententiam fuiſſe factam, & quid ſi eſſent tres ſententiæ conformes. Exceptio nullitatis an trium ſententiarum conformium executionem impediat. Debitor, ſi poſt latam ſententiam condemnationem ſoluerit Creditori Creditoris ſui, an ſententiæ executionem impedire poſſit. Exceptio modificatiua aduerſus ſententiam infra quantum tempus opponi poſſit, & an eo elapſo opponi poſſit exceptio nullitatis.

## DECISIO CXLVII.

IN Cauſa vitæ, & militiæ Reuerendi Domini Io. Michaëlis Saraceni, lata ſentẽtia ad illius exequutionem impediendã, Reus oppoſuit ſolutionis exceptionem, fuit dubitatum, an exceptio iſta poſt ſententiam opponi poſſit. 1

Regia Camera iſto Domino Regente referente, cum diſtinctione reſpondit nimirum, vt nullatenùs ſit admittenda exceptio hæc, ſi ſolutio, quæ allegatur, facta proponitur antè ſententiæ probationem; ratio eſt, quia iſta eſt exceptio peremptoria, quæ regulariter poſt ſententiam opponi non poteſt: *l. peremptoriam C. ſentent. reſcindi. non poſſe, notant* Alber. Iacob. Butric. Cyn. & Bal. *in l.*1.*C. de condict. indeb.* Bar. Bal. Alber. Salic. Paul. de Caſtr. & Iaſ. *in l.*1. *C. de Iuris, & fact. ignor.* at ſi ſolutio facta allegaretur poſt ſententiam, bene ad illius

illius exequutionem impediendam exceptio iſta eſt admittenda, quia omnis exceptio quæ oritur poſt ſententiam, & quæ illam non impugnat, in executione ſententiæ opponi poteſt, eſt tex. *in l. neſemnius §. fundus ff. de re iudic.* notant DD. ſupra allegati, *in d. l. 1. C. de iur. & fact. ignor.* Aret. optimè *in d. l. rei iudicata §. ſi in iudicio ff. ſolut. matrim. & in l. ſi duo §. marcellus, & in l. eum qui §. ſi iurauero ff. de iure iuram.* & in terminis terminantibus de exceptione ſolutionis factæ poſt ſententiam, quod poſſit victus in exequutione ſe opponere, & illam impedire, ſcripſit Paul. Caſtr. *in d. l. 2. C. de iuris, & facti ignor.* Iaſ. *in l. 1. col. 4. ff. de re iudic.* & eſt bonus tex. quem dictum fuit neminem allegare *in l. 1. C. de re iudic.*

Sed in hoc vltimo caſu fuit dubitatum quiſnam terminus ad hanc ſolutionem, poſt ſententiam factam, probãdum veniat impartiendus dicebatur ſummariè de hoc cognoſcendum, nec aliter reum audiendum niſi probationes in promptu offerantur, allegantur Bar. & omnes *in l. 4. §. cõdemnatur, ff. de re iudic. per tex. in l. à diuo Pio §. ſi ſuper rebus eodem tit.* notant Canoniſtæ *in c. ſuſcitata de reſt. in integr. & in l. ille à quo §. ſi de teſtamento ff. ad S. C. Trebell.* idem Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in verb. ſummariè, col. fin. verſ. quadam,* vndè per Regiam Cameram fuit deciſum impartiendum eſſe terminum dierum viginti preciſè, & peremptoriè abſque aliqua nominatione, infra quem poſſet reus ſolutionem poſt ſententiam factam, probare.

## OBSERVATIO.

1 DEciditur hic, vt exceptio ſolutionis, quæ opponitur aduerſus ſententiam tunc demum illius exequutionem impediat, ſi ſolutio allegaretur facta poſt ſententiam. Ratio aſſignatur, quia omnis exceptio, quæ oritur poſt ſententiam, & quæ illam non impugnat, in ſententiæ exequutione opponi poteſt, iuribus, & Doctoribus *hic citatis*; ſecus verò ſi opponeretur de ſolutione facta ante ſententiam, quia tunc, vltra rationem adductam per Dominum Regentem, diceretur exceptio calumnioſa, ex quo ſi verè victus ſoluiſſet, in termino dato ſolutionem probaſſet, vt ait Gratia. *in deciſ. Marchia 18. num. 13. verſ. ſecus autem.* Cùm autem legitimè opponatur datur terminus ſummarius, vt hic, iſtoque iure vtimur; verum quia multoties ad dilatandum per procuratores, ſiue principales, qui ſententiam contra paſſi fuerunt, opponebatur, Pragmatica ſanctione ſtatutum eſt, mulctari pœna Ducatorum duodecim hanc exceptionem allegantem & non probantem, vt *in prag. 44. §. 2. & 3. de offic. Magiſtri Iuſtit. de qua meminit* Rouit. *in Prag. 1. de except. &* Gallup. *in prax. p. 3. cap. 3. n. 5.*

2 Suppoſita hac Concluſione, quod exceptio ſolutionis poteſt opponi etiam in actum exequutionis ſententiæ, vt bene etiam probant Caſtrenſ. *conſ. 257. lib. 2.* Bero. *conſ. 189. num. 12. lib. 3.* Mango. *deciſ. Horent. 94. num. 3. & alij,* aduertit Gratia. *cit. deciſ. 18. num. 8.* hoc bene procedere quando exceptio ſolutionis opponitur contra vnam ſententiam, ſecus autem ſi verſaremur in tribus conformibus, differentiæ rationem aſſignat, quia quando ſunt tres conformes, maxima exoritur calumniæ præſumptio aduerſus eum, qui per viam exceptionis illius exequutionem impedire vult; allegant DD. *in Clem. 1. de re indic.* Felin. *in c. ex parte num. 8. in 18. fallent. de offic. deleg.* Socc. Iun. *conſ. 45. num. 20. col. 5. verſ. ſed contra prædicta lib. 1.* & Couarr. *pract. 99. lib. 1. capit. 15. in princ.* Hinc videmus, addit Gratia. quod exceptio nullitatis vnius ſententiæ, exequutionem impedit, ſi tamen ſummariè probari, & expediri poteſt, Bart. *in l. 4. §. condemnatum num. 3. ff. de re iudic.* Bal. *in l. ab exequutore num. 8. c. quorum appell. non recipi.* Franch. *in c. dilecto q. 10. num. 26. verſ. circa ſecundum de appell.* Afflict. *deciſ. 283.* Alex. *conſ. 33. num. 9. lib. 1.* Vant. *in tit. quis, & quibus modis poſſit null. oppo. num. 32.* quod ſecus eſt in tribus conformibus quorum exequutio non poteſt impediri, etiam ſi opponatur nullitas cum probatione ſtatim, & incontinenti aſſumenda; Rip. *in d. l. 4. §. condemnatum num. 15. & ibi etiam* Caſtrenſ. & Iaſ. Couar. *cit. cap. 25. num. 2. verſ. ex quibus, vt propriè,* Lancell. *de attenta. nullit. pend. c. 17. n. 113. verſ. 3.* regula limitatur, licèt quando nullitatis exceptio eſſet notoria & euidens ex actis, & vt nos dicimus ex reuolutione cartarum, admitteretur etiam ad impediendam exequutionem trium conformium: Oldrad. *conſ. 106.* Bal. *in l. 1. num. 2. C. ne liceat tertio prouoc.* Cardi. *in clem. 1. de re iudic.* Felin. *in c. inter cæteras col. 5. verſ. ſexta declaratio, eod. tit.* Rola. *conſ. 29. num. 44. lib. 1.* Couar. *practic. quæſt. cap. 25. num. 2.* omninò videndus, Lancell. *cit. cap. 17. num. 114.* vbi dicit ab hac opinione in conſulendo, & iudicando non eſſe recedendum; Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 1. caſu 9. n. 3.* & alij.

Sed vtiliter dubitatur an ad impediendam exequutionem ſententia poſſit opponi de ſolutione facta à debitore victo poſt ſententiam Creditori creditoris ſui vincentis, dico quod ſic; etenim communis eſt DD. ſententia vt debitor ad finem conſequendi liberationem poſſit ſoluere Creditori Creditoris ſui, ſicque eum cenſeri liberatum, ſaltem ope exceptionis: ita Bar. & DD. communiter *in l. ſolutum §. ſolutam ff. de pignor. actio. & in l. opera ff. de dol. except.* Ang. *notabiliter conſ. 70.* Afflict. *deciſ. 150. num. 25.* vbi addit hoc fieri poſſe, etiam inuito Creditore: Surd. *deciſ. 187. num. 7.* Dom. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. iur. lit. D, concl. 44. numer. 2. & 3.* P. à Sancto Fauſto *in ſuo ſpec. confeſſ. par. 1. q. 236. de reſtit. in genere,* vbi dicit hanc concluſionem procedere, etiam in foro conſcientiæ: Carol. de Craſſ. *in tract. de except. 25. num. 40.* Ego ipſe *reſol. iuris lib. 1. cap. 197.* vbi pro hac opinione Me patrocinante deciſum retuli. 3

Vltimò eſt hic à Noſtratibus aduertendum, quod exceptio hæc ſolutionis, & aliæ ſi quæ ſunt modificatiuæ, quæ ad impediendam exequutionem ſententiæ opponi poſſunt, ſi non opponantur infra triginta dies à die latæ ſententiæ, ſiue Decreti diffinitiui intimati, de cætero opponi non poſſunt ad finem prædictum, ita cautum eſt *in Prag. 4. num. 25. de dilatio.* ſed quandoque dubitatum extitit, an Pragmatica hæc, quæ loquitur de exceptionibus modificatiuis infra triginta dies proponendis, locum habeat, quando elapſis diebus triginta, victus nullitates proponeret aduerſus ſententiam, ſiue Decretum diffinitiuum? Reſpondeo ab omni dubio procul, diſpoſitionem huius Pragmaticæ ſanctionis in caſu nullitatum proponendarum poſt dies triginta non procedere, ſed illis adhuc poſt hoc tempus propoſitis, ſententiam ſiue decretum diffinitiuum exequi non poſſe: ita Bal. *in l. 1. num. 6. C. de iuris & fact. ignor.* vbi dicit nullitatis exceptionem non eſſe propriam exceptionem, ſicque 4

Digitized by Google

que terminum à Iudice, vel ſtatuto præſcriptum ad excipiendum, nullitatis exceptionem non comprehendere, ſubdens hoc eſſe notatu dignum, ideóque ſatis bene in terminis dictæ Pragmaticæ ſanctionis ſcripſit Dom. Conſil. Carleual. *tom.2.de Iudic. diſput. 16. num.19. omninò videndus.* An autem exceptio ſolutionis litis conteſtationem impediat, vide Cappell. Tholoſ. *deciſ.336.* vbi pro parte affirmatiua concluſum fuiſſe teſtatur.

## *ARGVMENTVM.*

Mulier renuncians hypothecæ, quam habet ſuper vno corpore ſibi obligato an poſſit ſuper aliis recurſum habere. Priuilegium tacitæ hypothecæ quoad prælationem, quam mulier pro dote habet, an in eius ceſſionarium tranſeat. Vir, & Vxor ſi vno eodem contractu confeſſi ſunt pecuniam ab eorum debitore recepiſſe, an præſumendum ſit totam pecuniam in virum perueniſſe, & de aliis pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CXLVIII.

1 MAGNIFICA Camilla Pappacoda cum pro ſuorum dotium recuperatione ſuper corporibus ſibi obligatis actione reali egiſſet, obtenta ſententia à Regia Camera ſuper Terra Montiſsani, & in defectu ſuper Terra Turellę, declarauit velle iura ſua cōſequi ſuper Terra Turellę, ex quo ſuper Terra Montiſſani veniebat à creditoribus anterioribus excluſa; ſed oppoſita ei à Comite, & poſſeſſore illius Terrę exceptione ceſſarum, ſiue cedendarum actionum ex quo ius, quod habebat hypothecæ ſuper corporibus obligatis renunciauerat ad fauorem Creditorum, qui Terram Montiſſani obligatam habebant, imò ceſſerat emptoribus dictarum Terrarum omnia iura, quæ ſuper illis tenebat, ſicque iura ſua proſequens ſuper alio corpore, & obtinens, non poterat amplius ſoluenti iura ſua cedere, dubitatum extitit, Quod iuris.

2 Exiſtimatum fuit Mulieris iura in caſu de quo agebatur, in tuto eſſe, ex diſpoſitione tex. *in l.iubemus C.ad Senat. C. Velleian.* vbi eſt caſus quod renunciatio hypothecæ, quæ fit per mulierem ſuper corpore ſibi obligato, non obſtat ei, niſi quoad illud corpus, & quoad illam perſonam, cum qua contraxit, vt optimè poſt alios ibi, Paul. de Caſtr. hoc declarat, nam ſi diceremus ſtante hac renunciatione mulierem agentem ſuper aliis bonis viri quibus non renunciauit fore excludendam, ſequeſtretur certe, quod nunquam lex illa locum haberet, vndè benè Bart. Alex. Cyn. Bal. Salyc. & Paul. de Caſtr. *in eo tex.* concludunt mulierem nunquam in caſu illius legis exceptione ceſſarum, ſiue cedendarum actionum excludi, idemque latè, & benè Socc. ſen. *conſ. 200. lib.2. & Neguſ. tract. de pignor. par.5.*

3 Nec obſtare dicebatur id, quod ex aduerſo opponebatur, nimirum, quod textus *in d.l. iubemus* non erat applicabilis ad caſum, de quo agebatur, ex quo mulier nedum iuri ſuæ hypothecæ renunciauerat, ſed quod eſt plus ceſſerat iura ſua omnia ad beneficium Creditorum, ſeu emptorum corporum ſibi obligatorum, ſicque illi locum ſuum ſubingrediebantur *: tot. tit. C.de his, qui in locum prior. credit.* & licet magna ſit difficultas, an in ceſſionarium mulieris tranſeat priuilegium tacitè hypothecæ quoad prælationem, quam mulier pro dote habet, de qua per Bar. Alex. & alios *in l.poſt dotem ff. ſolut. matrim.* tamen quando Mulier hypothecam habet expreſſam anteriorem, ſicque non conſideratur priuilegium aliquod; ſed habet hoc de iure communi prout quilibet alius, tunc iſta anterioritas bene poteſt in ceſſionarium tranſire, quocirca dicebatur, quod dum mulier ceſſerat iura ſua Creditori, qui per Ceſſionem in illius locum ſucceſſit, non poterat demum ſuper aliis bonis agere; etenim reſponſum fuit, in facto non dubitari per hanc ceſſionem, quam fecit Mulier ſuæ hypothecæ ipſam nihil fuiſſe aſſequutam, ſicque remanſit ſemper Creditrix ſuæ dotis, nec Ceſſionarius ex obtenta ceſſione aliud aſſequutus fuerat, niſi anterioritatem, quam habebat Mulier; vndè ſi diceremus, per hanc ceſſionem hypothecæ, non eſſe vlterius mulieri permiſſum de iuribus ſuis ſuper aliis bonis viri experiri, ſequeretur, vt maritus à dotis reſtitutione eſſet liberatus, quod dicebatur eſſe ſatis abſurdum, & ſi ſupponere vellemus fuiſſe dotem vxori ſolutam obſtaret directò nimis clara iuris diſpoſitio, vt dos conſtante matrimonio nullatenus reſtitui poſſit: *toto tit. C.ſi dos conſt. matrim. ſolu. fuer. l.2.vbi gl. ff. ſolut. matrim.* vel ſaltem diceretur vxorem dotem viro ſuo donaſſe, quæ quidem donatio conſtante matrimonio inter virum, & vxorem prohibita eſt, *l.1.& tot. tit. ff.& C.de donat. int. vir. & vxor.* Vndè ex his omnibus concluditur eſſe locum in caſu propoſito diſpoſitioni, *d.l.iubemus*, ſicque potuiſſe Camillam, non obſtante hac ceſſione ſuper aliis bobis viri agere; non enim aliud fecerat Mulier iſta, niſi dum rem ſibi obligatam vir diſtrahebat conſenſum præſtare venditioni, & in ſimul renunciare ſiue cedere emptori, vel alterius concreditori ius, quod habebat hypothecæ ſuper re illa quæ vendebatur, nec aliter Notarius



Digitized by Google

tarius atteſtatus fuit pecuniam ex re vendita obuentam, fuiſſe numeratam tam Viro quàm Vxori, ita vt præſumi potuiſſet ad quemlibet pro parte perueniſſe: *l. reis §. cùm in tabulis. ff. de duobus reis*, immò adhuc ſi ſimpliciter Vxor confeſſa eſſet pecuniã recepiſſe, confeſſio hæc nullius momenti eſſet, cum lex præſumat illã totam ad virum perueniſſe vt per Afflict. *deciſ.* 209. poſt Bal. *in Authen. ſi qua Mulier C. ad S. C. Velleian. in l. mater C. de rei vendit. & in l. 1. C. de duobus reis*, *ſpecul. in tit. de obligat. & ſolut. § ante omnia verſ. ſed pone optimè*. Imol. *in c. cum contingat de iureiur.* & Aret. *in l. reos. §. cum in tabulis ff. de duobus reis, &c.*

## OBSERVATIO.

1 IN diſcurſu huius Deciſionis Dom. Reg. illud tangit Dubium, nimirũ an Priuilegium tacitæ hypothecæ, quam Mulier habet ſuper bonis Viri pro dote ſoluta, tranſeat in ipſius ceſſionarium cum prælatione. Fateor difficilem eſſe quæſtionem, provt pariter D. Reg. hic fatetur; ſed quia de ea multa ſcripſi, *lib. 2. mear. reſol. cap.* 19. *à num.* 11. *vſque ad* 17. ideo ad ibi dicta, quæ ſpero ſtudioſo lectori non ingrata, me remitto.

2 Quò verò ad aliam Concluſionem hic tentam, vt ſi Vxor inſimul cum Viro in vno eodemque contractu confitentur recepiſſe à Tertio certam pecuniæ quantitatem, vel pro venditione alicuius rei, vel ex alia cauſa, quod tota præſumitur perueniſſe ad Virum & nihil ad Vxorem; pro confirmatione vltra DD. hic à Domino Regente citatos, videndi ſunt Bal. Nouell. *in tract. de dot. par. 7. ſpeciali 1. verſ. & propter prædicta*, Aret. *in §. item ſi, inſtit. de except.* Purpur. *conſ.* 310. Capyc. *deciſ.* 78. Boër. *deciſ.* 23. Vrſill. ad Afflict. *in deciſ. hic citata*. Anna *ſing.* 599. Iacob. Anton. de Maur. *alleg. 47. num.* 1. vbi Abbas nepos *in addit.* Præſ. de Franch. *deciſ.* 474. Honde. *conſ.* 45. Ant. Fab. *diff.* 8. *C. de iure dot. & Reg.* Rouit. aliis omiſſis, *in prag. 1. num.* 10. *de S. C. Velleiano*.

3 In puncto autem principali huius Deciſionis, vt renunciatio hypothecæ quæ fit per Mulierem ſuper corpore ſibi obligato non obſtet ei, niſi quoad illud corpus, & quoad illam perſonam cum qua contraxit, iuxta diſpoſitionem tex. *in l. iubemus hic citata*. Adde Tu, huius dicti rationem eſſe, quia omnis renunciatio reſtringitur ad contractum, perſonam, & cauſam ſuper qua interponitur, & non extenditur ad aliam: ita Ant. Gomez *in l.* 22. Tauri *intra num.* 13. *poſt* Roma. *conſ.* 132. *in fine.* Dec. *conſ.* 379. *num.* 6. *& conſ.* 551. *num.* 9. Iaſ. *conſ.* 159. *num.* 1. *lib.* 2. & Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gl. 9. num.* 163. vbi ait vnius renunciationem alterius non inducere renunciationem, etiam in eadem re, idemque Menoch. *conſ.* 319. *num.* 17. *cum ſeqq.* vbi dicit, quod renunciatio inſurgens ex conſenſu præſtito venditioni rei hypothecatæ, ſolum ius hypothecarium in ea re extinguit, & ad aliam rem non extenditur, & magis ad caſum, *in tract. de præſumptio. lib. 3. præſump.* 119. *n.* 3. quo loci, inquit, quod beneficium Velleiani, quo mulieri ſuccurritur, ſi iuri ſuæ hypothecæ renunciauit, reſtringitur quoad perſonas, pro quibus immediatè conſentit, & renunciauit.

4 Sed eſt hic omnino aduertendum, nam quatenùs ex diſpoſitione *d. l. iubemus* ſupponatur, valere renunciationem hypothecæ, quæ fit per mulierem ſuper corpore ſibi obligato, hoc eſt intelligendum ſi mulier ipſa renuncians pro dotis recuperatione, quando caſus reſtitutionis euenerit, remaneret cauta ſuper aliis bonis viri, cæterum ſi renunciando iuri hypothecæ ſuper vno corpore, indotata remaneret, idque conſiderato tam tempore contractus renunciationis, quàm reſtitutionis dotis, omnis actus à Muliere geſtus, qui hypothecæ renunciationem importaret, etiam reſpectu vnius corporis nullus eſſet, probant hoc mihi *tex. in Auth.* ſiuè à me quæ ſequitur poſt *d. l. iubemus, gl. in l. etiam in addit. ad finem C. eodem*, Bar. *in l. Mauia §. fundus. ff. ſolut. matrim. & in d. l. iubemus*, Bal. Salyc. & communiter omnes, *in Authen. ſi qua Mulier C. ad Velle.* Alex. *conſ.* 83. *num.* 6. *lib.* 6. Boër. *deciſ.* 23. *num.* 9. Palat. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 17. num.* 19. Neguſ. *de pignor. 4. memb. 2. par. num.* 85. Ant. Gomez. *in l.* 50. Tauri *num.* 10. Gallarat. *tract. de renunciat. lib. 5. cap. 9. num.* 10. & ante iſtos Afflict. noſter ſatis bene, *in deciſ.* 313. vbi reprobat Paul. de Caſtr. *in d. §. fundus ante num.* 4. dum imprudenter dixerat (provt dixerunt quoque Cald. Pereira, *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt.* 18. & Barboſ. *in l. 1. par. 5. num.* 67. *verſ. deciſionem d. l. iubemus. ff. ſolut. matrim.*) ſat eſſe, quod tempore renunciationis hypothecæ ſupererant alia viri bona ſuper quibus potuiſſet mulier ſibi ſatisfacere, licèt poſtea tempore reſtitutionis non exiſtant.

Nec huic concluſioni obſtant dicta per D. de Franch. *in deciſ.* 84. quo loci dicit hæc omnia ceſſare, 5 nec penitùs procedere, quoties mulier cum iuramento renunciauerit iuri hypothecæ ſuper corpore, quod tenet obligatum, hoc enim caſu ait Dom. de Franch. vt vi, & virtute iuramenti, nec in ſubſidium poſſit mulier agere ſuper eo corpore, cuius hypothecæ renunciauit: citat Afflict. hoc affirmantem *in deciſ.* 311. ac & tandem pro hac opinione geminatas refert S. Conſ. Deciſiones, primam in hac eadem cauſa Camillæ Pappacoda, & alteram in cauſa Hieronymæ Toloſæ; etenim, vt prudenter obſeruauit Flau. Amend. *in addit. ad d. deciſ.* 84. hæ deciſiones proceſſerunt in renunciationibus factis cum Iuramento, priùs quam promulgaretur pragmatica de S. C. Velleiano, quamuis poſtea de illarum validitate dubitatum fuiſſet, ante enim huius pragmaticæ promulgationem renunciatio, quæ à muliere cum Iuramento fiebat iuri hypothecæ, ex communi Doctorum ſententia, valida erat, ita vt contra illam, nec in ſubſidium mulier de cætero venire poterat, vt per Afflict. *in d. deciſ.* 311. Neguſanz. *in tract. de pignor. par. 2. memb. 4. num.* 85. Campeg. *de dot. in tit. de pact. dotal. lib. quæſt.* 13. Rolan. à Valle *conſ. 70. num. 20. lib. 2.* & alios; Sed poſtquam fuit per hanc pragmaticam diſpoſitum, vt omnis contractus per mulierem, maximè coniugatam celebrandus, per quem dotis conditio fit deterior, ſit ipſo iure nullus, quamuis iuramento firmatus ſit, expreſſéque ampliſſimi ordinis beneficio renunciatum, non eſt amplius curandum de his renunciationibus, quæ fiunt per Mulieres iuri hypothecæ, quam habent ſuper bonis virorum, quod contingit quando maritus bona illa alienaret, id quod bene aduertit pariter Cæſ. Vrſill. *in addit. ad cit. deciſ.* Afflict. 311. *num.* 2. ſub illis verbis. *Vlterius rogo digneris aduertere, nam iſta hodie non videntur procedere ſtante nouella Pragmatica diſponente mulierem non poſſe ſe cum viro obligare, ſiuè per eo intercedere aliàs contractus nullus, & dicitur ſemper intercedere, ſeu fideiubere, quoties vtilitas contractus vadit ad virum, ſeu ad ipſum pertinet negotium, & ad ipſius vtilitatem.* Et quod hoc ſit ipſa veritas, obſerua quæſo eundem Dom. de Franch. *in deciſ.* 478. vbi hæc omnia confirmat, ait enim exceptionem iuriſiurandi, & Velleiani renunciationem, iure communi attento mulieri obſtare, cũ hæ renunciationes ex communi

Digitized by Google

muni DD. ſententia, quando iuramento muniuntur Velleiani beneficium tollant; addit demùm, licèt ſit ſecus in Regno per Pragmaticam prædictam, vndè viro non exiſtente ſoluendo, quod poſſit mulier in ſubſidium habere recurſum ad bona ſuper quibus ceſſit, & renunciauit iuri hypothecæ concludit, ſicque alias per S.C. Flau. Amend. *loco cit.* deciſum refert nec de cæterò diſtinguendum an caſus in hac Ciuitate contingat vel extra, nam ſtante diſpoſitione Prag. Mulieris iura ſemper in tuto ſunt ad finem, vt dotem ſuam non omittat.

## ARGVMENTVM.

Creditor anterior ex cauſa oneroſa an poſſit auocare pecuniam conſumptam à Creditore poſteriore ex cauſa lucratiua. Creditor defuncti in actione perſonali; ſed ex cauſa oneroſa an poſſit auocare à legatariis pecuniam, quam ab hærede ex cauſa legati conſequuti ſunt. Legato ſoluto vni ex legatariis primo venienti, ſi aliud non remanet in hereditate, an valeant Collegatarij, quod ſolutum eſt Legatario, qui primò venit, auocare.

## DECISIO CXLIX.

1 CONCESSERAT Rex Catholicus immortalis memoriæ D. Regenti Marcello Gazella annuam penſionem vitalitiam Ducatorum centum ſuper fructibus, & introitibus certi corporis ad Regiam Curiam ſpectantis, qua extincta per illius mortẽ, Gabriel Imperatus, cui ſuper eodem corpore ex cauſa oneroſa extiterat factum aſſignamentum annuorum Ducatorum 250. vna cum ſorte Ducatorum quatuormillium, in ius vocauit hæredem D. Regentis, eúmque condemnari petiit ad reſtituendum Ducatos mille, & bis centum per Regentem exactos; fundabat eius intentionem ſuper anterioritate crediti, qua ſuper aſſignato corpore potiebatur, ſed excipiente conuento ad id non teneri, ex quo pecunia per Regentem exacta erat iam conſumpta, ſicque iuuari eum Deciſione Sacri Conſilij ſub Regis nomine prolata, quæ ius facit in Regno penes Afflict. *deciſ.* 190. fuit dubitatum, Quid iuris?

2 Regia Camera, ambarum Partium iuribus plenè diſcuſſis ſub die 22. Octobris 1540. ſententiam protulit pro actore, nullam faciens vim ad allegatam Sacri Conſ. Deciſionem, quam procedere dictum fuit in caſu ſuo, nimirum quando Creditor anterior actione hypothecaria conueniret poſteriorem ex cauſa oneroſa Creditorem, is enim ſi pecuniam à communi debitore exactam conſumpſerit, ab anteriore actione reali conuentus nullatenus moleſtari poſſet, at in caſu propoſito, qui agebat, erat creditor anterior, & ex cauſa oneroſa, & qui conueniebatur erat poſterior, & Creditor ex cauſa lucratiua, vndè dictum fuit deciſionem prædictam ab Afflict. relatam applicabilem non eſſe, bene tamen remedium, *l. ſi me, & titium ff. ſi cert. petat.* Cuius diſpoſitione attenta, dicunt Doctores communiter, quod ſi pecunia mea vel mihi debita ad te peruenit, tunc ne tu cum mea iactura locupleteris, vt quia ad te peruenit ex cauſa lucratiua, & cauſa mea eſt oneroſa, eo caſu ex æquitate teneris tu pecuniam illam mihi reſtituere; ita ibi dixerunt Bar. Bal. Salyc. Alex. Iaſ. & Purpur. idem Alex. *in l. rem quæ nobis col.* 3. *ff. de acquir. poſſeſ.* vndè dicebatur, quod dum fructus, quos Dom. Marcellus exegit, & ex cauſa merè lucratiua ad Imperatum Creditorem anteriorem, & ex cauſa merè oneroſa ſpectabant, ergo huic attenta diſpoſitione d. l. veniebant omninò reſtituendi: concordant iura *in l. ſi cum ſeruum, & in l. cum fundus* §. *ſeruum tuum ff eod. cit. tit.* id quod DD. omnes fatentur, quando ex cauſa Lucratiua res mea, vel mihi debita ad alium peruenit, & faciunt notata per Gloſ. Bart. Bald. & alios *in l.* 1. *ff. de diſtract. pignor.* & Alex. *conſ.* 108. *col. fin. lib.* 5. hi omnes dixerunt quod ſi poſterior Creditor ex cauſa lucratiua rem hypothecatam vendiderit, & pretium receperit, ſi demum res illa non extaret; vel quia conſumpta, vel ab emptore vſu capta, poterit primus Creditor actione hypothecaria in ſubſidium agere aduerſus ſecundum ad prætium, quod ex re illa habuit, ſecus tamen ſi hic eſſet creditor ex cauſa oneroſa; Vlterius fuit conſideratum gratiam fuiſſe factam Domino Marcello annuorum Ducatorum centum ſuper fructibus qui remanebant ex corpore aliis aſſignato; vnde, cum ſoluto eo quod Creditoribus debebatur, non remanebat, vt conceſſionarius gratia vti poſſet, ſequebatur certè dicendum id, quod ei ſolutum fuerit indebitè fuiſſe ſolutum, ad quod probandum fuit allegatus tex. & quod ibi Bart. declarat, *in l. fin.* §. *& ſi præfatam Cod. de iure deliber.*

## OBSERVATIO.

INter alias limitationes à me collectas *lib.* 1. *reſol. iuris c.* 71. ad famigeratam deciſionem Regis nomine ab hoc ſupremo Neapolitano Senatu prolatam penes Afflict. *deciſ.* 190. illa prima ſe obtulit de qua per Dominum Regentem hic, nimirum ſi poſterior cui fuit facta ſolutio, creditor eſſet ex cauſa lucratiua eo enim caſu prior ex cauſa oneroſa poſſet vtique pecuniam huic poſteriori ſolutam, etſi bona fide con- 1



Digitized by Google

ſumptam auoc re; ad quod citaui noſtrum Grammat. hoc probantem *in quaſt.1.n.7.* quæ eſt poſita poſt eiuſdem deciſiones, aliſque plures relatos per Fontanell. *tract. de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 5. gl. 8. par. 7. num. 54.* & per Anton. de Amat. *var. reſol. lib. 2. reſol. 51. num. 21.* & hi ſunt Ant. Capic. *deciſ. 78. num. 7.* Cæſar. de Vrſill. *in additio. ad Afflict. in ſupracit. deciſ. 190. num. 5.* Iellius Fernandez *in l. 32.* Tauri *num. 9.* Io. Guttier. *pract. 99. lib. 3. quaſt. 102. num. 9.* Iac. Menoch. *conſ. 25. à num. 13.* Io. Pier. Surd. *conſ. 4. num. 13. & ſeq. lib. 1.* Io. Cephal. *conſ. 86. num. 17. lib. 1.* Vinc. Carocc. *deciſ. 109. num. 45.* Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib. 3. tit. de ſolut. reſol. 23. num. 7.* Gaſp. Ant. Theſ. *quaſt. forenſ. lib. 2. quaſt. 16. num. 10.* Marc. Ant. Pereg. *tract. de iure fiſci lib. 6. tit. 6. ſub num. 8.* Rot. Rom. aliis omiſſis *deciſ. 595. num. 3. par. 4. recent.* qui omnes vnico ore probant conclusionem per Dominum Regentem, firmatam, nimirum vt ſit locus auocationi, vbi poſterior, cui fuit facta ſolutio, creditor eſſet ex cauſa lucratiua: & ex hoc addidi, creditorem defuncti ex cauſa oneroſa, quamuis in actione perſonali auocare poſſe à Legatario pecuniam, quam ab hærede ex cauſa legati aſſequutus ille fuit, ad hoc affirmandum motus ex diſpoſitione tex. *in l. fin. §. licentia C. de iure deliber.* & ex dictis per Dom. Reg. Conſtant. *in l. 1. numer. 107. C. panis fiſcalibus credit. prafer.* dummodo hæreditas ſoluendo non ſit, quia aliàs dixi procedere diſpoſitionem tex. *in l. fin. C. de hæreditariis actio.* vt aduertunt gl. in iuribus prædictis Cyn. *in l. 2. ante num. 4. C. qui potio. in pigna. habeantur,* Dom. de Franch. *deciſ. 246. in princ.* & Sebaſt. Monticula *quaſt. 234. num. 105. in tract. de inuent. diuerſ. annui.* Demum, quærens, an hæc pecuniæ auocatio procedat inter Collegatarios, qui omnes vnicam habent cauſam, nimirum Lucratiuam, vt ſi hæres ſoluerit Legatario primo venienti, nec aliud remanet in hæreditate, vt cæteri ſolui poſſit, valeant Collegatarij, quod ſolutum eſt legatario, qui primo venit auocare, & quod in hoc caſu detur ſimiliter auocatio ad finem vt omnes pro eorum rata concurrant, dixit Paul. de Caſtr. *in l. 2. §. ſi quod ex teſtam. num. 10. ff. de condict. indeb.* & poſt eum ſatis benè Vinc. Caroc. *tract. de excuſſio. bonorum p. 2. quaſt. 59. n. 6. 7. & 8. fol. mihi 286.*

## *ARGVMENTVM.*

Litigioſi vitium an contrahatur in actione hypothecaria, ſicque dubitatur an hac actione conuentus poſſit lite pendente rem illam ſuper qua intentata eſt hypotheca alienare; & quid in datione in ſolutum anteriori Creditori facta. Litigioſi vitium an contrahatur quoties ageretur actione perſonali ad rem proſequendam, & de aliis ad ornatum tex. *in c. Regni conuentus.*

## DECISIO CL.

ILLVD eſt de quo hic dubitatur, an tex. in c. Regni huius, quod incipit *Conuentus* locum habeat in actione hypotecaria. Ratio dubitandi fuit, quia textus iſte loquitur ſecundum terminos iuris communis; nimirũ quando res in iudicium deducta lite pendente alienatur; *ad tex. in l. 1. & tot. tit. C. de litigioſ.* ſed de iure communi res ſolùm efficitur litigioſa, quando eſt deducta in iudicio; in quo agitur de actione rei vindicationis, vel publicianæ, & ſic quando principaliter de rei dominio, vel quaſi tractatur vt dixerunt Bar. Bal. Salicet. & Alber. *in d. l. 1.* ergo ſequebatur dicendum, vt conuentus actione hypothecaria, ſiue apud nos iure aſſiſtendi poſſit, lite pendente, rem ſuper qua lis mota eſt, alienare, & fuit allegat. Afflict. *in conſtit. eorum fraudibus*, vbi expreſſe dicit Conſtitutionem illam, rei litigioſæ alienationem prohibet, conuentum actione hypothecaria non ligare. 1

Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contrarium non ſemel iudicauit Regia Camera, nimirum vt textus præcitatus *in c. conuentus in terminis*, in quibus loquitur, locum habeat in conuento actione hypothecaria, & maximè quando agitur aſſiſtentia, in eo enim tex. non ſolùm agitur de dominio per rei vindicationem; ſed etiam de poſſeſſione, vt poſſeſſio perueniat ad Creditorem donec fuerit de eius credito ſatisfactum; vnde dicebatur, quod cum alienari prohibeatur, quod eſt litigioſum, & poſſeſſio per *d. c. Conuentus*, efficitur litigioſa, ergo lite pendente alienari prohibetur, vlterius conſiderabatur in Regno attentari poſſe, quando agitur iure aſſiſtendi, non ſolùm rei poſſeſſionem effici litigioſam; ſed etiam rem ipſam, ex quo in hoc iudicio deducitur etiam dominium, quod creditori, vt plurimum adiudicatur, quando in inſtrumento contractæ obligationis eſt oppoſita clauſula conſtituti, & præcarij ac data poteſtas rem obligatam capiendi propria authoritate, iuxta notata per Bar. *in l. creditores C. de pignor.* ergo in hac actione, quæ inſtituitur à Creditore ſuper re, quæ à debitore, vel tertio poſſeſſore tenetur, habet locum *c. Regni Conuentus.* Vndè his ſic ſtantibus in cauſa Catherinæ Pellegrinæ cum fuiſſet allegatum, quod contra eam ſententia lata in actione hypothecaria ad fauorem filiorum, & hæredum q. D. .... de Galluccio exequi non potuiſſet, fuit per Regiam Cameram concluſum ſententiam eſſe exequendam, ſicque fieri locum diſpoſitioni tex. *in d. c. conuentus.* 2

OBSER

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 DOminus Regens refert hic, Regiam Cameram non ſemel iudicaſſe tex. noſtrum *in c.conuentus* in actione hypothecaria pariter procedere, ſic etiam non ſemel iudicaſſe Sacrum Conſilium teſtis eſt D. Præſ. de Franch. *deciſ.*464. quæ concordat cum iſta. Et licet Afflict. noſter *in loco hic citato* videatur contrarium firmaſſe, nimirum vt vitium litigioſi non contrahatur, quoties ageretur hypothecaria actione ſuper aliqua re obligata, quæ pendente dicto iudicio alienaretur, id quod firmare quoque videtur Ant. Faber *diff.*8.*C. de litigio.* Attamen, vt alias aduerti ego *lib.*1. *mear. reſolut. cap.*256. *num.*6. Afflict. eſt intelligendus ſecundum legem, quam allegat, iuxt. Conſilium Bar. *in l.non ſolum* §. *liberationem ff. de liberat. lega.* cum enim voluerit Afflict. affirmare, vt vitium litigioſi non contrahatur in actione hypothecaria, allegauit tex. *in* §.*ab hoc autem litigioſi vocabulo, Auth. de litigioſis*; etenim in hoc tex. determinauit Imperator, vt debitor actione hypothecaria conuentus poſſit lite pendente rem illam, ſuper qua fuit ei mota quæſtio, alienare, ſi tamen nota, ex illius pretio creditori ſatisfaciat, quia ſi non ſatisfecerit datur licentia eidem creditori, qui rem venditam hypothecatam habet, eandem vindicare; in hunc enim ſenſum Afflict. eſt intelligendus, nimirum vt quando dixit non contrahi vitium litigioſi in actione hypothecaria ex diſpoſitione tex. modò citati, hoc tamen ſi ex prætio rei, ſuper qua actione hypothecaria actum eſt, ſatisfiet creditori, quia alias datur licentia creditori rem illam vindicandi, ſcilicet addit gl. ibi *in verb. vindicare*) per actionem hypothecariam ſiue poſſideat debitor, ſiue emptor. Sed quæres quid in effectu voluit Imperator in eo tex. ſtatuere? Reſpondeo quod cum lege Codicis ſancitum extiterat, vt vendens, & emens rem litigioſam cærta pœna multetur, vt *in l.*4.*C.de litigioſ.* voluit Imperator in hoc iure nouiſſimo decernere, vt ab hoc litigioſi vocabulo ſeparetur hypotheca, nimirum, vt poſſit quis ſine metu pœnæ vendere, & emere rem ſuper qua actione hypothecaria actum eſt; ſi tamen ex illius prætio ſatisfiat crediteri, qui actionem inſtituit; ex hac enim alienatione creditor nullum patitur damnum, dum ei quod debetur, ſoluitur addidi poſtea Ego *cit.c.*256. *num.*8. ex eadem ratione, dictum c.Regni conuentus ceſſare pariter in datione in ſolutum anteriori creditori facta, quamuis ſuper re illa à Creditore poſteriore mota fuerit lis.

2 Illud tamen, quod in eadem Conſtit. *eorum fraudibus* dixit Afflict. *n.*14. *in* 6.*caſu verſ. & ſi per actionem perſonalem non admiſimus*, putauit enim, vt nec vitium litigioſi contrahatur quoties ageretur actione perſonali ad rem proſequendam veluti actione ex empto; obſeruaui enim communem ſententiam eſſe contra ipſum, vt ex noſtris probat Dom. Reg. Tapp. *in d.conſtit. eorum fraudibus, & in d.c.conuentus authoritate gl.in l.quamquam* §.1. *in verb. iudicium ff.de aqua pluuia arcend.* quem dicit ibidem inſequutos Bart. Cuma. Imol.& Roma ac Iaſ. *d. conſ.*43. *col. vlt.lib.*1. vbi inquit temerarium eſſe ab hac opinione in iudiciis diſcedere, eundemque ſequutus eſt Couar. *pract.* 99.*cap.*15.*num.*6.*in fine.* Gayll. *pract.obſer. lib.*1. *obſer.* 118.*poſt num.*3. & Polyd. Rip. *obſer.*383. quo loci *num.*11. *& ſeq.* notabiliter dicit, vt tunc in hac re vitium litigioſi non contrahatur, quoties actio perſonalis eſt inſtituta in ordine ad quantitatem conſequendam, ſecus ſi ordine ad dominium rei obtinendum, quia hæc per ſolam libelli oblationem litigioſa efficitur.

## ARGVMENTVM.

Procurator conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi ſi alium vigore poteſtatis ſibi à Domino tributæ ſubſtituerit, & diem ſuum clauſerit extremum, num mandatum iniunctum in perſonam ſubſtituti dicatur extinctum. Procurator ſubſtituens, an de facto ſubſtituti teneatur. Procurator conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi, ſi alium ſubſtituerit, num ſubſtitutione non obſtante, poſſit ille citari, ſi cum ſubſtituto ex aliqua cauſa procedi non poteſt & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CLI.

FVIT in Regia Camera dubitatum, an per mortem Procuratoris, qui antequam moreretur alium loco ſui ſubſtituit, ſit extinctum mandatum datum in perſonam ſubſtituti, ita vt fiat locus diſpoſitioni tex. *in* §.*finitur Inſtit. mand. & in l.& quia ff. de iuriſdic. omnium iudic.* 1

Dictum fuit quæſtionem hanc fuiſſe tactam à Paulo Caſtrenſe quem refert Card. *in Clement. fin. col. fin. in* 15. *quæſt. de procurat.* qui diſtinguet an Procurator ſubſtituerit ex poteſtate ſubſtituendi ſibi à lege tributa, vt puta erat conſtitutus ad negotia, & alium loco ſui ſubſtituit ex diſpoſitione tex. *in l.ſi procuratorem* §.1.*ff.mand.* vel erat conſtitutus ad litem, qua conteſtata ſimiliter alium ſubſtituit, & in hoc caſu per mortem ſubſtituentis expirat mandatum ſubſtituti; at ſi procurator ſubſtituit ex poteſtate ſibi à Domino data, & tunc per mortem ſubſtituentis, mandatum ſubſtituti non expirat; cenſetur enim hæc poteſtas ſubſtituti à mandante collata, vndè cum mandator viuat, ſucceſſiuè durat mandatum ſubſtituti, ad notata per DD. *in l.vnum ex familia per illum tex. ff. de lega.* 2.& per Rot. *deciſ.*38. *num.*2. *de procur. in nouiſ. & deciſ.*9.*n.*4. *de procurat. in antiquiorib.* ſicque per Regiam Cameram deciſum fuit iſto Domino Reg. referente in perſonam ſubſtituti à Procuratore ſereniſſimæ Reginæ Vngariæ, vt poſſet ſubſtitutus ſuæ Maieſtatis nomine pecunias recipere à Regiis Perceptoribus Regni, qui ei ſoluere tenebantur Ducatos duodecim mille functionum Fiſcalium à Ceſarea Maieſtate ſibi donatos. 2



Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 ILlud idem dubium, quod proponit hic Dom. Reg. habetur apud Cappellam Tholon. *in deciſ.* 370. vbi quærens an morte Procuratoris ſubſtituentis, re integra expiret ſubſtituti poteſtas, affirmatiuè concluſum fuiſſe teſtatur, authoritate Archidiac. *in c. quamuis de offic. deleg. in* 6. At Stephan. Aufrer. *in addit. ibi*, eam facit diſtinctionem, qua Dom. Reg. noſter hic viſus fuit, nimirum, vt per mortem Procuratoris ſubſtituentis, re integra expiret ſubſtituti poteſtas, ſi Procurator, qui ſubſtituit, nullam à Domino, ſed tantum à lege habebat ſubſtituendi poteſtatem: ſed ſi habuerit Procurator mandatum à Domino cum poteſtate ſubſtituendi, & illius vigore ſubſtituit, ſubſtituti poteſtas nullo pacto expirat, adhuc ſi antequam ſubſtitutus mandatum acceptauerit, ipſe Procurator ſubſtituens deceſſerit: rationem aſſignat, quia hæc ſubſtitutio eſt quædam conſtitutio & cenſetur à Domino facta miniſterio ſubſtituentis; hinc videmus ſubſtituentem ex facultate ſibi à Domino tributa de facto ſubſtituti non teneri, ex eadem nimirum ratione, quia videtur hic Procurator conſtitutus à Domino mediante perſona ſubſtituentis: ita poſt alios, quos citant Dom. de Franch. *deciſ.* 212. Anna *alleg.* 107. quam in illa cauſa ſcripſit, Caſtill. *deciſ.* 119. Riccius *collect.* 351. Dom. Reg. Conſtant. *in l. ſi quis decurio num.* 65. *C. de decurion. lib.* 10. Ego ipſe *lib.* 1. *reſolut. iuris cap.* 261. *in fine.*

2 Sed quid dicendum in alio caſu, ſi facta ſubſtitutione in perſonam Caij, cum iſto ex aliqua ſuperuenienti cauſa procedi non poſſit, an Procurator ſubſtituens citari poſſit, & cum eo in cauſa procedi Dom. Preſ. de Franch. *deciſ.* 465. teſtatur determinaſſe poſſe ſubſtituentem citari, quia in mandato facto Procuratori compertum fuit, datam fuiſſe poteſtatem ſubſtituendi vnum vel plures procuratores, quæ quidem ſubſtitutio diuerſis temporibus fieri poterat, ſicque animus conſtituentis non fuit, vt ex ſubſtitutione ſemel facta, quis deſiiſſet eſſe procurator, idemque per Regiam Cameram deciſum teſtatur Dom. Regens noſter infra *deciſ.* 198. & pariter affirmaui Ego *citato cap.* 261. *num.* 7. vbi in puncto principali probaui, quod licèt regulariter mandantis mortem re integra expiret, attamen, ſi ex illo Procurator conſtitutus vtile eſt conſequuturus, ſecùs dicendum.

Cætera ad materiam vide penes Dom. Reg. Rou. *in rubr. pag. de procurat. à num.* 37. vbi poſt D. de Franch. *deciſ.* 466. quærit an procurator conſtitutus à Tutore, finita tutela deſinat eſſe talis, & an procurationis mandatum factum ab adminiſtratoribus Vniuerſitatis finito illorum officio expiret, & quid in Procuratore conſtituto à Prælato in lite ſuæ Eccleſiæ, nùm per illius mortem functus ſit officio ſuo.

## *ARGVMENTVM.*

Mulier Viro ſuo ad inopiam vergente an pro ſuarum dotium tuitione poſſit aſſecurationem petere ſuper bonis Viri ſibi obligatis, à Tertio tamen poſſeſſis, non facta priùs diſcuſſione ſuper bonis, quæ à Viro poſſidentur. Ius offerendi an habeat locum contra Mulierem dotium aſſecurationem petentem, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CLII.

ASSECVRATA Magnifica Camilla Pappacoda pro eius dotibus ſuper Terra Montiſſani, de qua ſupra *in deciſ.* 146. fuit dubitatum in Regia Camera an potuiſſet illa hypothecariam exercendo actionem, aſſecurationem petere ſuper Terris Turellæ, & Guardiæ ab aliis, quam à viro poſſeſſis, attento, quod ſuper dicta Terra Montiſſani ab anterioribus Creditoribus veniebat excluſa, & affirmatiuè fuit reſponſum: prima enim aſſecuratio proceſſit poſſidente Terram prædictam Io. Fabritio Saraceno marito, quod euenit, quia in iudicio aſſecurationis debent primò diſcuti bona Mariti, quæ ſi ſufficientia non reperiuntur, agitur contra tertium poſſeſſorem bonorum obligatorum: ita gl. *in* §. *ſed neque Auth. de fideiuſſ. & in l. vbi adhuc C. de iure dot.* Bar. *in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim.* Alber. & cæteri, *in d. l. vbi adhuc*; excluſio autem ſuper Terra Montiſſani conſtabat per ſententiam contra eam, tam in Regia Camera, quam in Sacro Conſilio latam, quæ rem faciebat notoriam, vt notat Aret. *in l. nam, & poſtea* §. *ſi petiero ff. de iure dot. & in l. naturaliter* §. *nihil commune ff. de acquir. poſſ. & eſt tex. in l. emptorem in princip.* iuncta gl. *ff. de actio. empt.* vndè dicebatur, quod cum introitus Terræ Montiſſani vna cum Iuriſdictione, & Vaſſallorum dominio alienati reperiebantur, nec aliquid ſupererat, ex quo potuiſſet ſatisfieri dictæ Camillæ, ergo rectè poterat ſuper aliis bonis Viri à tertiis poſſeſſoribus detentis recurrere, ſuarumque dotium aſſecurationem petere. Hæc obſtare dictum fuit, quod Terra Montiſſani, ſi iterum ſub haſta poneretur, maior reperiebatur quantitas, quàm fuerat æſtimata, nam hoc nullius erat conſiderationis, ex quo non tractabatur de vera dotis reſtitutione, ſed de ſimplici aſſecuratione, in qua iuxta receptiſſimam omnium ſententiam non habet locum ius offerendi, vt poſt alios firmat Afflict. *deciſ.* 199. vbi per Sacrum Conſilium 611. pro Muliere ſic iudicatum refert, idemque per Regiam Cameram iſto Domino Regente referente in cauſa Comitiſſæ Morconi, quibus accedebat, quod in hac excuſſionis materia non tenetur creditor ſibi ſatisfacere ſuper re, quæ ſine controuerſia poſſideri non poteſt, vt dicit Ang. *in d.* §. *ſed neque col. fin. Auth. de fideiuſ.* vbi excuſſionis ponit practicam; ſed in caſu propoſito dubium non erat, quod Terra Montiſſani ſine controuerſia, per Camillam poſſideri non poterat, ergo; nec aliter

Digitized by Google

aliter dicendum hypothecam, quam habebat Camilla ſuper bonis viri fuiſſe per aſſecurationem ſequutam ſuper Terra Montiſſani extinctam, hoc enim verum non erat, adhuc ſi in eam illius feudi dominium tranſlatum fuiſſet, ex eo quod fuit demum reuocatum; nunquam enim pignus extinguitur, niſi rei dominium ad creditorem irreuocabiliter peruenerit: *l. ex ſextante §. latinus. ibique* gl. & Paul. de Caſtr. *ff. de except. rei iudic. l. in bello §. ſi quis ff. de captiuis, & poſthum. reuer.* Bar. *in l. generaliter ff. de pignor. actio.* eſt caſus *in l. ſi rem, & in l. ſi quis aliam ff. de ſolut.* Aret. *in l. fin. ff. de condic. ob cauſ.* & eſt caſus melior de iure, *in l. debitor. vbi* Bar. *ff. ad S. C. Trebell.* Cum igitur in caſu propoſito dicebatur Terram Montiſſani fuiſſe euictam illam Camilla poſſedente, perinde erat ac ſi numquam poſſediſset, & conſequenter remanebat in ſuo robore actio ſua hypothecaria ſuper aliis bonis Viri. Vltimò dictum fuit non potuiſse Regiam Cameram prouidere, quod Camilla pro ſuis dotibus ſibi ſatisfaceret ſuper Terra Montiſsani, & ſi aliquid deficeret ſuper aliis Terris, quia ſi non poterat integrè ſuum conſequi ſuper vna re, non compellabatur diuidere pignus, & agere pro rata, quia quælibet res eſt inſolidum hypothecata, vt eſt tex. *in l. 1. C. ſi vnus ex pluribus hæred.* id quod procedit etiam contra tertios poſseſsores, vt eſt *tex. & ibi* gl. & Bar. *in l. Moſchis ff. de iure fiſci*, & niſi totum debitum ſoluatur, nulla res obligata liberatur, imò ſi pars debiti eſset ſoluta, adhuc tota res pro reſiduo remanebit obligata, *l. quamdiu C. de diſtract. pignor.* vbi Bal. dicit pignoris ius eſse indiuiduum; vnde facta relatione in Collaterali Conſilio, fuit per Regiam Cameram accedente voto Dominorum Regentum Regiæ Cancellariæ determinatum, eſse procedendum ad expeditionem Cauſæ quia durum erat Dominam Camillam eſse excluſam à Terra Montiſsani, & ſuper aliis bonis viri agere non poſse.

---

## OBSERVATIO.

1 Circa primam Concluſionem hic à Domino Regente firmatam, vt marito ad inopiam vergente, non poſſit vxor pro ſuarum dotium aſſecuratione agere hypothecaria aduerſus tertios poſſeſſores bonorum ſibi obligatorum, niſi facta priùs exacta diſcuſſione ſuper bonis, quæ per maritum poſſidentur, ſicque primò videre an Vir ſit ſoluendo, nec ne, ſcias, quod vltra gl. *in l. vbi adhuc in verb. qui non potiora iura in fin. C. de iure dot.* Bar. *in l. ſi conſtante num. 72. ff. ſolut. matrim.* & alios *hic* citatos; hoc idem pro indubitato firmarunt Bal. *in eadem l. vbi adhuc num. 51.* Cyn. *n. 18. verſ. vndecimo quæritur* Salyc. *num. 13. verſ. quæro duodecimo.* Alex. *in d. l. ſi conſtante num. 22.* Crot. *ibidem in 1. Lectura num. 90. & in 2. num. 134. & in conſ. 107. n. 8. lib. 1.* Lancell. *dec. ibidem col. 7.* Io. Campag. *de dote par. 3. quæſt. 46.* Riminal. *conſ. 600.* Corneus *conſ. 267. lib. 3.* Neguſ. *de pignor. par. 8. memb. 1. num. 2[illegible].* Greg. Lopez *in l. 14. verb. Eſtar. tit. 14. par. 5.* Boër. *deciſ. 200. num. 8. verſ. ſed eſt alia opinio,* Couar. *lib. 3. variar. cap. 18. intra num. 3.* Præſ. de Franch. *deciſ. 230.* Surd. *de alimentis tit. 7. quæſt. 37. num. 21.* Minadous *in conſ. 18. nu. 8.* Rot. *deciſ. 258. par. 4. diuerſ.* Gallus *pract. obſer. lib. 2. obſer. 27. num. 9.* Barboſ. *in dicta l. ſi conſtante in princ. num. 58.* vbi dicit ab hac opinione non eſſe recedendum, ſic reprobans aliquos contrarium tenentes, eorumque rationibus ſigillatim reſpondens, Michaël. Craſſ. *com. opin. diuerſ. tom. 1. lib. 5. tit. 12. num. 44. & 45. fol. mihi 742.* Pelliccia *ad conſuet. Auerſ. cap. 9. num. 147.* Gratia. *deciſ. Marchiæ 71. num. 1. & 2.* Barboſ. *in collect. ad d. l. vbi adhuc num. 18.* nec diſſentit Io. ſup. *in repet. c. per veſtras §. 34. per totum, de donat. inter virum, & vxor.*

Eſt tamen aduertendum ſententiam hanc tantorum Iuriſconſultorum authoritate roboratam bene procedere, vbi vxor ageret ſuper bonis viri à tertio poſſeſſis actione hypothecaria, de qua propriè loquitur tex. *in d. l. vbi adhuc*, ſecùs verò ſi remedio, *l. fin. C. de acquir. poſſ.* tunc enim propter vim, conſtituti, & precarij voluerunt aliqui, quod abſque alia bonorum viri diſcuſſione poterit vxor contra tertium poſſeſſorem bonorum ſibi obligatorum agere; ita Boër. *cit. deciſ. 200. in fine verſ. & iſtud eſt commune* Gayl. *cit. obſer. 27. num. 9. verſ. contra hanc ampliationem*, & Gratian. *cit. deciſ. 71. num. 17. cum ſeqq.* Sed pro contraria opinione vide omnino Anton. Fabr. *diff. 25. C. de iur. dot. in fine*, & Anton. de Virg. *de legit. perſonæ cap. 24. num. 37.* 2

Quò verò ad aliam Concluſionem hic ſimiliter tentam, vt in iudicio aſſecurationis creditor poſterior nullum habeat ius offerendi creditum Mulieris anterius, quamuis alias hoc iure vtatur aduerſus quemlibet Creditorem anteriorem, ad tex. *in l. prior. C. qui potio. in pign. habeant. in l. 2. C. de pignoribus, & in l. potior. §. fin. ff. qui potio. in pign. habe.* dic Tu quod vltra Afflict. *hic* citatum *in deciſ. 199.* hoc pariter dixerunt Bar. & omnes *in d. l. ſi conſtante, & in d. l. vbi adhuc,* Cyn. *in l. cum tibi C. qui pot. pign. habe.* Vrſill. ad Affl. *loc. modò cit.* Anna pater *ſingul. 296.* Præſ. de Franch. *deciſ. 54.* Gayl. *pract. obſer. lib. 2. obſer. 92.* Ant. Fab. *diffin. 27. C. de iure dot.* Cacheran. *deciſ. 135. aliique relati.* Fab. de Anna *conſ. 69.* quos omnes citaui *lib. 1. mear. reſol. c. 219. n. 15.* vbi tamen *num. ſeq.* contrarium firmaui, quoties vxor aſſecuratione ageret ſuper bonis viri mobilibus, ſeu mercibus, vel debitorum nominibus, ex quibus non poſſet ſe facilè ſubſtentare, niſi dicta bona in pecuniam redigerentur; hoc enim caſu ius offerendi poſterioribus Creditoribus competere probaui, ex dictis per Bal. *Nouell. de dote par. 7. Priuil. 47.* Muſcatell. *in prax. S. C. lib. 3. p. 3. gl. adiudicantur num. 95. & ſeqq.* & Morot. *in quæſt. de iure offend. num. 10.* 3

## ARGVMENTVM.

Iudex an poſſit vti ſuſpectus recuſari ſi Aduocatus vnius ex litigantibus, cum ipſo Iudice ſecundo affinitatis gradu coniungatur, & quid ſi eſſet Procurator generalis, vel Cauſæ protector. Iudex an poſſit recuſari ne interueniat in cauſa talis Eccleſiæ ex eo quod illius Rector eſt ſuus amicus, & de aliis.

DECI

## DECISIO CLIII.

1 IN Cauſa Baroniæ ſancti Georgij, quæ agitabatur inter hæredes quondam Magnif. Baldaſſarij Milani actores, & Dom. Ducem Sueſſanum reum Conuentum, fuit pro parte dictorum hæredum propoſita recuſatio in perſonam Domini Regentis Fran. Antonij Villani, ne in votando in d. Cauſa interuenire poſſet, idque duplici ex cauſa, & primò quia pro D.Duce patrocinabatur mag. Io. Baptiſta Albertinus, qui cum d. Domino Regente ſecundo affinitatis gradu coniungebatur;erat enim nepos ex ſorore vterina d. Lucretiæ Brancaciç vxoris ipſius Domini Regentis: ſecundò quia eo tempore Procurator, & Gubernator generalis totius ſtatus D. Ducis reperiebatur magnificus D.Lopez de Herrera, qui erat gener dicti Dom. Regentis,vndè dicebatur fieri locum diſpoſitioni Pragmaticæ ſanctionis, quæ in nouiſſima compilatione eſt 23. §.3. *de officio S. R. Conſ.* qua ſancitum eſt verbis expreſſis, vt nullus Iudex ſiue maior ſiue minor, poſſit votare, nec modo aliquo intereſſe relationi,& diſcuſſioni quarũuis cauſarum, in quibus fuerit aduocatus aliquis eius filius, ſiue frater ex vtroque vel ex altero latere coniunctus conſobrinus, cognatus, vel nepos, ſiue patruus.

2 Reſpectu recuſationis ex perſona Aduocati, quod militabat, ponderabatur principaliter, Pragmaticam loqui de Aduocato, qui Iudicis eſt nepos, nam licèt controuerſia ſit,an nepos dicatur ſolum filius filij mei, vt eſt *tex. in l.* 1.§.*ſecundo gradu.ff.de gradib.affin.*& quod filius fratris nepos non dicatur,vt per Bar. *in l. ſi inſtituta* §. *de inofficioſo.ff. de inofficio. teſtam.* tamen ſecũdum communem vſum loquendi, maximè in hoc Regno filius fratris mei,adhuc nepos meus dicitur, quem quidem communem loquendi vſum attendi debere, etiam in materia correctoria, & pænali dixerunt Bar. *in l. omnes populi in 6. quæſt. principali ff. de iuſtit. & iure, & in l. 1. in princ.ff. de ſuis, & legit. hæred.* optimè Aret. *in c. per tuas de probat.* & Iaſ. *in l.fin. C.de ſucceſſ. edict.* ſicque dictum fuit Pragmaticã ſanctionem fuiſſe ſemper intellectam. At remanſit dubium, an idem dicendum in nepote affine, provt erat caſus de quo agebatur, & idem iudicandum exiſtimabatur, quamuis contrarium fuiſſet deciſum, provt infra motiuabatur, etiam ex communi vſu loquendi in hac Ciuitate, & Regno, in quo filius ſororis, vel fratris vxoris meæ, adhuc nepos meus dicitur; attento igitur hoc communi loquendi vſu, ſicut in nepote conſanguineo ſtatutum verificatur, ita pariter in nepote affine. Præterea quoad iuris effectus in multis videmus, id, quod ſtatutum eſt in conſanguineo, eſſe pariter ſtatutum in affine, nam ſicut quis pro conſanguineo teſtis eſſe non poteſt, ſic etiam, & pro affine, *c.abſenſ.3. quæſt.9.* Secundo ſicut inter conſanguineos vſque ad quartum gradum incluſiuè matrimonium contrahi non poteſt, ita etiam, & inter affines, *c.non debet de conſang. & affinit.* Tertio magis ad rem, videmus *in c.poſtremò, de appell.* Iudicem repelli non ſolum ſi eſt conſanguineus vnius ex litigantibus, ſed etiam ſi eſt affinis, & eſt gl. *in cap.* 1. *in verb.ſubeſſe,vt lite non conteſt.* Specul. *in tit. de Iudic. deleg.* §. *ſupereſt, verſ. quid ſi non eſt,* Abb. *in d.c.poſtremò.* Tandem dicebatur, quod licet in Iure plures ſint expreſſæ cauſæ, quibus poteſt Iudex, vt ſuſpectus recuſari, vt *in d. c.poſtremo,in c.2.vt lite non cõteſt.in c.inſinuante,de officij deleg. & in cap. accedens il 2. vt lite non conteſt.* tamen ex aliis cauſis ſimilibus non expreſſis poteſt Iudex vt ſuſpectus recuſari, vt eſt gl. *in c.cum ſpecialis, & in verb.iuſte de appell.* Vndè ſi poteſt eſſe iuſta cauſa recuſandi Iudicem, ex quo Aduocatus vnius ex litigantibus eſt nepos vxoris ipſius Iudicis, bene ex officio hoc ab alio Iudice arbitrari poterit, ad notata per Bal. *in d.c.cum ſpecialis col.* 2. quem omnes ibi ſequuntur.

Reſpectu verò recuſationis propoſitæ con- 3
templata perſona mag. D.Lopez, qui erat Gener Dom. Regentis, dicebatur ſatis illum eſſe ſuſpectum, nam licèt cauſa non erat propria eius Generi, tamen, quia ille erat Procurator, & Gubernator totius Status D. Ducis, maxiximam habebat in cauſa affectionem, vnde dicit *tex. in l.apertiſſimi C. de Iudic.* quod ſine ſuſpicione omnes lites procedere nobis cordi eſt, & *in d. Prag.* abſque aliquo ſuſpicionis ſcrupulo; vnde bene dicebat Anton. de Butr. *in d.c.poſtremo in fine*, quod omnis cauſa concludens, Iudicem fore nimis Parti fauorabilem, eſt habilis ad recuſandum, & Abb. *in d. c. accedens il 2.* firmat regulam generalem, nimirum Iudicem ſemper recuſari poſſe, quando ex circumſtantiis concluditur, quòd debet fauere Parti; hinc Felin. *in d. c. inſinuante in 2. notab.* dixit, poſſe recuſari Iudicem datum in cauſa Eccleſiæ, ſi eſſet amicus Rectoris illius Eccleſiæ, quamuis cauſa non ſit propria ipſius Rectoris,ſed Eccleſiæ. Quare his, & aliis conſideratis, congregatis in Collaterali Conſilio, pro hac recuſatione decidenda Tribunalibus Sacri Conſilij reſidentis in Caſtro Capuanæ, & Regiæ Cameræ omnes Domini votantes duobus exceptis, nimirum Thoma Altomare Regio Conſiliario,& Paulo de Magnanis Præſidente Regiæ Cameræ, fuerunt voti, quod Dom. Regens à votando in cauſa prædicta ſe abſtineret, attento quod erat Socer D.Lopez, qui eo tempore reperiebatur Procurator, & Gubernator generalis totius Status D. Ducis

quia

Digitized by Google

quia ſi cognatus, qui eſt frater vxoris Iudicis, aduocatus vnius ex litigantibus præbet legitimam Cauſam Iudicem recuſandi, quantò magis debet eſſe ſufficiens, & fortior cauſa, ſi eſt gener, qui loco filij habetur, & licèt Pragmatica verba faciat de aduocato, conſideratum fuit fortiorem eſſe cauſam in procuratore, qui eſt gubernator generalis, & quaſi Dominus Status, tùm quia idem, quod de aduocato dicitur, dicendum eſt de procuratore, vt per Alex. *in l.* 3. §. *ſi procurator in fine ff. quod quiſque iuris*, vbi dicit, quod largè appellatione procuratoris venit aduocatus, citat text. *in c. infamis* 3. *q.* 7. ſubdens quod tex. ille, qui loquitur de procuratore comprehendit etiam aduocatum, idemque ibidem Fulgoſ. notauit, & *in l.* 1. §. *aduocatus ff. de variis, & extraordin. cognit.* Reſpectu verò recuſationis propoſitæ ex quo Aduocatus D. Ducis erat Mag. Io. Baptiſta Albertinus nepos ex ſorore vxoris D. Regentis, maior pars Dominorũ votantium cenſuit, quod illa cauſa non erat ſufficiens ad recuſandum, idque tam de iure communi ex quo nullibi cautum reperitur, vt filius ſororis meæ, qui eſt Aduocatus vnius Partis, cuius ego ſum Iudex præbeat iuſtam cauſam me vt Iudicem recuſandi, quàm, attenta diſpoſitione d. Pragm. quæ cum non connumeret gradus, ſed tantum perſonas, vxori meæ nepotem ibi connumeratum non legimus, nam quando exprimitur nepos, hoc fit reſpectu patrui, & ſic vt comprehendatur nepos conſanguineus, non autem nepos affinis, vndè iſte nec ratione comprehenſionis, nec ratione extenſionis paſſiuæ cenſeri poteſt excluſus.

---

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem Deciſionis factæ; vt Iudex abſtinere debeat à votando in cauſa ex quo ipſius gener, qui loco filij habetur, eſt generalis procurator vnius ex litigantibus, vide ſi placet aliam determinationem per me relatam *lib.* 2. *mearum reſolut. cap.* 9. *n.* 6. vbi in fortioribus terminis de anno 1631. attenta diſpoſitione dictæ Pragmaticæ Sanctionis atteſtatus ſum fuiſſe per Sacrum Conſ. deciſum, non potuiſſe Regium Conſiliarium Camillum de Petro interuenire in cauſa, quæ in Sacro Conſilio agitabatur i Ducem Brecciani, & Principiſſam Albani ex eo quod Marchio Ciuitæ Io. Baptiſta de Petio nepos ex fratre dicti Regij Conſiliarij Camilli fouebat cauſæ pro Principiſſa, illius Aduocatos ad Iudices informandos ducendo, aliaque peragendo neceſſaria pro defenſione cauſæ, dixique Ego optimè Sacrum Conſilium determinaſſe, quia eadem ratio Pragmaticæ, quæ militat in Iudice Aduocati conſanguineo, forſan militabat in hoc caſu, quamuis Marchio nulla mercede, ſed tantum beneuolentia ductus omne totum peragebat.

2 Quò verò ad aliam determinationem; nimirum, vt non ſit iuſta cauſa recuſandi Iudicem, cuius vxoris nepos vti Aduocatus patrocinatur in cauſa, aduerſus, *D. De Mariniis obſeruat ad deciſ. D. Reuerterij.*

quod poſt hanc deciſionem contra votum Dom. Regentis noſtri emanatam, fuit edita Pragmatica in anno 1580. ſub die 29. Februarij, cuius ipſe extitit vnus ex conditoribus, qua ſancitum extitit, vt Iudex interuenire non poſſit in cauſa in qua patrocinatur aliquis eius affinis vſque ad tertium gradum, & hæc eſt *Pragmatica quinta* §. 4. *ſub tit. de muneribus Official.* id, quod aduertit Dom. Reg. Rouit. *in Prag.* 23. hic citata *de offic. S. R. Conſilij.*

Ad aliud autem dubium, quod ex Felin. tangit hic Dom. Regens, nimirum, an Iudex poſſit recuſari ne interueniat in cauſa talis Eccleſiæ, ex eo, quod illius Rector eſt ſuus amicus? vide Dom. Reg. Rouit. *deciſ.* 80. & quæ Ego ſcripſi *lib.* 2. *mear. reſol. cap.* 114. vbi principaliter dubitaui an tutor poſſit recuſare Iudicem, qui eſt ſuus inimicus, ne in iudicando interueniat in cauſis ſui pupilli. 3

## ARGVMENTVM.

Conſanguinei, affines, & compatres inquiſiti, nùm in termino huic conceſſo ad ſe defendendum, & ad ſuam prætenſam detegendam innocentiam, in teſtes recipi poſſint, & recepti legitimi, & integri dicantur, etiam ad fiſci teſtes repulſandum ad ornatum text. *in l. parentes Cod. de teſtib.*

## DECISIO CLIV.

IN Regia Sicla huius Ciuitatis inter alios Officiales, qui pro illius recta adminiſtratione eliguntur, deputatur vnus, qui vulgo nominatur *Maſtro di proua*, hîc cum fuiſſet inquiſitus de delicto, quod vulgariter dicitur, *de moneta malamente prouata*, ex quo iuxta argenti bonitatem deficiebat in liga, idque præſupponebatur per dolum, & culpam ex quo omne, malè geſtum eſt, & quod eſt de genere prohibitorum, cenſetur doloſè, & malo animo factum *cap.* 1. *vbi* Innocent. Abb. & Canoniſtæ communiter, extra *de præſumpt. l.* 1. *vbi* gl. & Salyc. *C. ad leg. Cornel. de ſicar.* Bart. *in l. inter omnes* §. *rectè ff. de furt.* Aret. *in c. in preſentia col.* 4. *extra de prob.* Salyc. *in l. ſenatus col. fin. C. de his qui ſibi adſcripſ.* vbi dicit dolum interdum probari preſumptiuè ex ipſius facti qualitate & euidentia, *vt in l.* 1. *in fine ff. de doli except.* inſtabat pro hoc Regius Fiſcus ad veritatem magis eruendam Officialem iſtum eſſe torquendum tractabatur enim de crimine falſæ monetæ cuius pœna eſt illa mortis naturalis, & bonorum publicationis, *l.* 1. *C. de falſa moneta*, & quamuis pro parte inquiſiti ad dolum, & culpam excludendam multa afferebantur, tamen illis reiectis de ordine Regiæ Cameræ bis fuit inquiſitus, acerrimè tortus, & per duas ho-

Ff ras

Digitized by Google

ras in qualibet vice, demùm quia nihil confeſsus fuit, cum de cauſæ expeditione tractaretur, inſtabat inquiſitus fore illum abſoluendum, & ad priſtina reſtituendum, tùm quia omnia indicia, ſi quæ adfuiſsent per torturas fuerunt purgata, Alber. & Hyppol. *in l. editum ff. de quæſtionibus*, tùm etiam propter diligentias in recognitione ligæ per Regiam Cameram, & Collaterale Conſilium factas, & quod ipſe inſequutus fuerat ſui prædeceſſoris ſtilum, id quod per duos teſtes fuit bene probatum, & quamuis illorum alter erat Inquiſiti cognatus, tamen dicebatur, quod ad defenſionem, & ſic ad delicti excluſionem benè erat legitimus, & integer teſtis, vt notabiliter dixerunt Bald. & Salic. *in l. parentes C. de teſtib.* Felin. *in c. cum oporteat col.* 3. *de accuſat.* licèt aliqualiter de hoc dicto dubitet Aret. *in l. qui teſtam.* §. 1. *ff. de teſtam.* verum dicebatur Bald. ſententiam veram, & communem eſſe idemque reſpectu alterius, qui erat compater, hic enim à teſtificando non repellitur, adhuc ſi pro filio ſuo ſpirituali deponeret; vt per Felin. *in c. cum nuntius, extra de teſtib.* Bald. & Salic. *in d. l. parentes* Floria. *in l. teſtis idoneus ff. de teſtib.* Alex. *in conſ.* 125. *col.* 4. *&* Aret. *in d. c. cum nuntius*; etenim materia teſtium nō eſt anguſtanda, ſed amplianda, vt *per* DD. *modo allegatos*, quare ex his, & aliis tàm in facto quàm in Iure ponderatis fuit per omnes Dominos Regentes Regiam Cancellariam dictus Officialis vt ſupra inquiſitus abſolutus, & inſimul ordinatum officium fore ei reſtituendum, vnà cum emolumentis medio tempore perceptis; iuxta tex. *in l. ex cauſa ff. de re milit.* relicta tamen emolumentorum dimidia parte illi, qui hoc medio tempore officium illud exercuit, & hoc in præmium ſui laboris.

## OBSERVATIO.

1 BAldi ſententiam, *in l. parentes C. de teſtib.* quam hic Dom. Regens noſter communem fatetur, vt affines, & conſanguinei inquiſiti examinari poſſint ad rei defenſionem, ſicque ad illius innocentiam detegendam, confirmant ex recentioribus, Iul. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 24. *num.* 12. *circa finem*, vbi dicit multoties ipſum vidiſſe ad innocentiam probandam examinari affines: & ibidem Baiard. *in addit.* Viuius *commun. opin. lib.* 3. *opin.* 960. *num.* 10. poſt Gram. *conſ. crim.* 12. Marſig. *ſingul.* 59. *& alios, quos citat*, idemque Maſcard. *de probat. concl.* 68. *num.* 3. *in fin. & num.* 8. *concl.* 236. *num.* 3. *& concl.* 408. *num.* 25. *& ſeq. & concluſ.* 412. *& alij* quos refert, & ſequitur Farinac. *in ſuo tract. de teſtib. quæſt.* 54. *num.* 33. 34. *&* 35. vbi tamen hoc limitat quando contra reum adeſſent examinati aliqui teſtes, & ad illorum reprobationem idem Reus vellet ſuos affines, & conſanguineos inducere, nam tunc dicit tales teſtes nullatenùs probare, ad quod citat Alex. *conſ.* 5. *num.* 8. *lib.* 1. Grammat. *cit. conſ.* 12. *num.* 19. *conſ.* 32. *num.* 12. *& in deciſ.* 34. *num.* 14. Viuiu. *loco propriè cit.* Maſcar. *de probat. cit. concluſ.* 412. *num.* 8. *& concluſ.* 491. *num.* 89. *& concluſ.* 904. *num.* 11. *& alios*, vt ibi, ſubdens declarationem hanc communiter eſſe à Doctoribus receptam; addit demùm Farinac. *num.* 38. quod licet ſententia hæc, quæ ſe habet, vt ad inquiſiti defenſionem poſſint eius affines & conſanguinei examinari, tamen non dicentur illi integræ fidei, ac omni exceptione maiores ob præſumptam conſanguinitatis affectionem: citat Ant. Gabr. *commun. opin. lib.* 7. *tit. de teſtib. concl.* 12. *num.* 8. quocirca ſubdit, quod quanta fides in hoc caſu eorum teſtimonio ſit adhibenda, facti, ex perſonarum qualitate inſpecta Iudicis religioni relinquitur.

## *ARGVMENTVM.*

Renunciatio bonorum, feudalium facta à filio primogenito in manibus Patris ad beneficium filij ſecundogeniti, an vt valida iudicetur opus eſt, vt ſuper ea Regius impetretur aſſenſus. Renunciatio, quæ fit à Filiæ in manibus Patris, dum nuptui traditur, an dicatur extinctiua, vel potiùs tranſlatiua, & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CLV.

INSTITVTO hærede Io. Franc. Balduino à Ioanne Patre in feudo, quod dicebatur de Tullæ in Prouincia Hydruntina, cum eſſet ſecundogenitus comparuit in Regia Camera, & petens illius feudi inueſtituram, ſe oppoſuit Franciſcus Antonius Balduinus nepos ſuus, ex fratre Hieronymo primogenito iam defuncto, inſtando declarari dictum feudum ad ipſum tanquam filium primogeniti ſpectare, & pertinere, ex eo, quod in Regno approbata eſt ſententia illorum, qui dixerunt, filium primogeniti præmortui in feudo antiquo præferri filio ſecundogenito ſuperſtiti; vt per Afflict. *in c.* 1. *col.* 5. *cum ſeq. de nat. ſuc. feud.* verum de hoc nullatenus dubitans filius ſecundogenitus replicabat, iuſtitiam eius fundari in renunciatione à fratre ſuo primogenito, dum viuebat ad eius beneficium facta; hic e- cum vxorem duxiſſet Io. Pater matris contemplatione donauit ei plura alia feud. bona allodialia longè portionem ſuam excedentia quod proinde renunciauit in ampla forma ad fauorem ipſius ſecundogeniti, & in ſpecie ius primogenituræ ratione dicti feudi de Tullæ, ſed replicante nepote renunciationem illam Regio carere aſſenſu, & conſequenter nullius momenti eſſe, dubitatum extitit, vtra Partium meliora faueret iur. 1

Regia Camera in hac controuerſia decidenda remanſit in paritate votorum, nam cum ſex 2

ſex eſsent Prçſidentes votantes,tres nimirum Præſes Caſtillus Commiſsarius, Dom. iſte Regens, & D. Thomas Salernitanus, qui ſimiliter fuit demùm Regens, & S. Conſ.Præſ. fuerint voti petitam inueſtituram fore huic ſecundogenito concedendam,exiſtimantes in renunciatione ei facta per fratrem primogenitum, nullatenùs Regium aſsenſum fuiſse neceſsarium; tres alij ſcilicet Dominus Præſidens Eſcobar, Paulus de Magnanis, & Io.Baptiſta Hogeda fuerunt in voto contrario, & quod illa renunciatio fuerit nullius momenti propter defectum aſsenſus; ſed quia Io.Franciſcus, filius ſecundogenitus reperiebatur in poſseſſione dicti feudi, & habebat titulum ex teſtamento, pro eo prodiit ſententia attenta diſpoſitione tex. *in c.fin.extra de ſent. & re iudic.* Moti fuerunt, qui pro ſecundogenito notum protulerunt, quod in ea renunciatione ei à Hieronymo fratre primogenito facta Regius aſsenſus non requirebatur ex infra ſcriptis principaliter, & Primò quod quando filius primogenitus in manibus patris, fratris ſecundogeniti perſona contemplata bonorum feudalium ſucceſſioni renunciat, ſtante hac renunciatione, ſeu mauis repudiatione cenſetur ille à loco ſuo amotus, & fit locus ſequenti in gradu, *c.1.de eo qui finem fecer.agnat. c.1. §.Titius ſi de feud. defun. controuer. & c.1.§. præterea quib. mod.feud. amitt.* in his enim iuribus expreſsè cauetur, illum, qui in feudo eſt proximè ſucceſsurus poſse in beneficium alterius vlterioris illius feudi ſucceſſioni renunciare, quo caſu ille vlterior, qui erat ſecundo loco ſucceſſurus per renunciationem illam effectus eſt primus, nec iura hæc dicunt quod requiritur Aſſenſus Domini, quod vtique ſi legiſlatores hoc voluiſſent, dixiſſent, aſſignant ibi Doctores rationem, quia iſte qui renunciat, non aliter feudum in alium transfert, vt requiratur aſſenſus,ex eo,quod illud non poſſidet, ſed tantum ſuccedendi ſpem habet, ad notata per Bar. Aret. & omnes *in l. 15. poteſt ff. de acquir. hæred. & per* Loffred. *conſ. 1. numer. 152. & ſeq.* & facit Theorica Andr. *in cap. 1. §. præterea ſi Vaſſallus, quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt.* vndè renunciando filius primogenitus futuræ feudali ſucceſſioni contemplatione fratris ſecundogeniti, cum nihil ad *illu*[illegible]ans ferat, ſpes illa ſuccedendi,quam [illegible] pr[illegible]ogenitus habebat, per renunciationem remanſit extincta, ſicque factus fuit locus ſecundogenito, & conſequenter non eſt vbi Regius aſſenſus in hac renunciatione ſeu mauis repudiatione interuenire debebat. Præterea conſiderabatur, quod ſi abſque aſſenſu val[illegible] feudi refutatio, quæ fit à feudatario in proxime ſucceſſurum, quanto magis valere debet repudiatio, quæ fit à filio primogenito, qui nec feudum, nec Ius in feudo habet, ſed ſolam ſpem illam ſuccedendi, ita ſanè videtur tenere Frec. *in tract. de ſubfeud.* in quæſt. quam facit ad ornatam Conſtit. Regni *Conſtitutionem diuæ memoriæ, in fallent.* 24. & licet ibi loquatur poſtquam eſt ſibi delata hæreditas, tamen rationes, quas ibi allegat benè procedunt, quando fit renunciatio viuo patre, feudo ne dùm ſibi delato, quicquid in hoc ſibi dixerint Afflict. *in d. §. præterea*, vbi nihil allegat & Camer. *in cap. imperialem fol.* 33. vbi non figit pedes; vndè quod non requiratur aſſenſus videtur firmaſſe. Bal. *& clarius* Aluar. *in d. cap. 1. de eo qui finem fece. agnat.* coque magis dicebatur hæc omnia in caſu propoſito procedere, cum Hieronymus Pater Franciſci Antonij Ioanni eius patri, de cuius hæreditate, & feudo tractabatur ſuperuixerit, licèt illicò deceſſerit, ſicque fieri locum theoricæ Bar.Paul.Caſtrenſ. Aret. & Imol. *in l. qui ſuperſtiti ff. de acquir. hæred.* & Andr. *in materia feudali in cap. 1. §. & olim col. 2. verſ. ſi vero poſt mortem de ſucceſſ. feudi.*

## OBSERVATIO.

DE Caſu huius deciſionis verba facit inſignis Io. 1 Vinc. de Anna *alleg. 123. & in repet. rubricæ, à num. 261. vſque ad num. 291. de Vaſſal. decrep. ætat.* ex cuius diſcurſu cernitur partes Franciſci Antonij nepotis ex primogenito ſubſtinuiſſe Dominum Fabium Marcheſium, quem magnum appellat Aduocatum, & cum illo ipſum d. de Anna, ambobus contendentibus renunciationem, ſiue repudiationem factam à Hieronymo filio primogenito ad fauorem Io. Franciſci filij tertiogeniti (quia ſecundus erat in ſacris) nullius roboris extitiſſe vti Regio aſſenſu carentem: è contra verò partes Io. Franciſci renunciatarij tutatum fuiſſe Dominum Marcum Antonium Floccarum feudorum interpretem, quem pariter maximum vocat cauſarum patronum, & poſt relata motiua iſtorum doctiſſimorum Aduocatorum non ſine ipſius animi dolore deciſionem refert, in hæc prorumpens verba. *Nihilominus fuit prouiſum valere refutationem in illa cauſa Tullæ; ſed Deus ſcit quare, Nos non poſſumus niſi de iure reſpondere, talis Deciſio fuit tempore Illuſtriſ. Andreæ Ponæ de Lione locum tenentis Magni Camerarij digniſſimi, acquieui, non acquieſcerem hodie &c.* Obſeruo tamen aliquam facti diuerſitatem inter ſcripta per D. Regentem *hic*, & per D.de Anna *loco cit.* iſte enim ſupponit Ioannem Balduinum patrem refutaſſe feudum Tullæ filio tertiogenito, ex quo ſecundus erat in ſacris cum conſenſu Hieronymi filij primogeniti, & quod mortuo patre fuit dubitatum in Regia Camera de inueſtitura; at Dom.Regens noſter ponit caſum, vt Ioannes pater mortuus fuerit, inſtituto hærede in feudo Tullæ Io. Franciſco filio tertiogenito, ex quo Hieronymus primogenitus in vita hanc renunciauerat ſucceſſionem ad fauorem Io. Franciſci fratris: ſed quicquid ſit de hoc placet mihi deciſio, quæ perdiit ſecundum votum Domini Regentis noſtri, nuſquam enim mihi perſuadere potui in his renunciationibus, quæ à filiis, vel filiabus fiunt in manibus patris feudatarij ad fauorem fratrum regium requiri Aſſenſum reſpectu bonorũ feudalium;



Digitized by Google

dalium etenim quoties filius, vel filia renunciat nullo pacto dici poteſt, quod donat, ſed potius, quod hæreditatem repudiat deferendum; ita Menad. *in conſtit. in aliquibus notab.* 3. *n.* 6. poſt Bar. *in l.* 15. *poteſt n.* 13. *ff. de acq. hæred.* Paul. de Caſtr. *in l. pactum quod dotali num.* 9. *C. de collatio.* & Napod. *in Conſuet. ſi quis, vel ſi qua. in verſ. in bonis omnib. num.* 194. *hinc* Bal. *in l. ſi maior in fine C. de dolo, & in rubr. C. de pact. num.* 20. dixit, quod qui repudiat hæreditatem, non contrahit, ſed diſtrahit; quodque hæreditati, deferendæ renunciatio non dicatur donatio, dixerunt pariter Tiraquell. *in repet. l. ſi vnquam in verb. donatione largitus num.* 180. *& ſeq. C. de reuocan. donat.* Rip. *in eadem l. ſi vnquam num.* 20. *verſ. vndecimo quæro.* Couar. *in* 3. *par. relect.* §. 3. *num.* 8. Ruyn. *conſ.* 170. *num.* 11. *lib.* 1. *conſ.* 89. *num.* 18. *&* 19. *& conſ.* 204. *num.* 4. *eodem volum.* vbi loquitur in ceſſione Iuris deferendi, & alij, quorum dictus magis ad rem adſtipulantur ſcripta per me *lib.* 2. *reſol. iuris cap.* 93. *num.* 11. *&* 12. vbi probaui per renunciationem factam à filia patri, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus nihil in renunciatarios transferri ſed omnino eam dici extinctiuam, recipique à patre non ad alium finem, niſi vt renuncians ius aliquod in ipſum patrem, eiuſque hæredes transferatur, ſi igitur filius, vel filia renunciando patri eiuſque hæredibus nihil transfert, non eſt cur dici poſſit ſuper hac renunciatione bonorum feudalium reſpectu Regium, aſſenſum requiri; Vnde in fortionibus terminis bene dicebat Marin. Frecc. hic allegatus *lib.* 2. *de ſubfeud. in quæſt. quæ incipit, à Regnicolis non ponitur vna quæſtio, num.* 73. quod ſi quis mortuo patre feudatario, vt aperiret locum immediato ſucceſſori poſt ipſum ſuccedendi in feudo, paternam repudiaret hæreditatem, non poſſet poſtea ſe penitere, ſicque, quia in hac repudiatione non fuit impetratus aſſenſus, iuuari diſpoſitione Conſtitutionis, Conſtitutionem diuæ memoriæ, aſſignat rationem, quia antequam in feudo ſuccedat non eſt Dominus feudi, vel poſſeſſor, ac proinde non dicitur alienare feudum de quo proprie loquitur Conſtitutio noſtra, & cum aliud non faciat niſi aperire locum proximiori, dicitur tantùm ſe abſtinere à loco in quo erat omnibus proximior, non autem de feudo diſponere, quod nondum eſt ei quæſitum ad quorum omnium confirmationem, vide ſi placet quæ Ego ſcripſi, *cit. lib.* 2. *reſol. iuris cap.* 189. *à num.* 50. *vſque & per totum num.* 57.

## *ARGVMENTVM.*

Reſtitutio in Integrum ad pinguius probandum minoribus, & Mulieribus ex Regni Conſtit. & Pragmat. competens, quæ primum, & ſecundum beneficium appellatur, an pariter Vniuerſitatibus, Eccleſiis, Collegiis, Montibus pro maritandis Virginibus erectis, ſedilibus Nobilium Ciuitatis Neap. & ſimilibus competat; & an ipſis completo termino ordinario, fieri poſſit præceptum, vt infra tot dies hæc beneficia petant, aliàs præcludi viam vlterius petendi.

## DECISIO CLVI.

IN eadem cauſa ſucceſſionis Terræ Pedimontis de qua ſupra *in Deciſionibus* 103. *&* 108. ſubintrauit pro ſuo intereſſe D. Caſſandra de Capua vxor quond. Dom. Ferdinandi Caietani, quæ medietatem Terræ prædictæ ex cauſa ſuarum dotium acquiſierat cum pacto tamen de retrouendendo, datoque termino in cauſa, & facta concluſione, cum D. Aloyſius Caietanus vnus ex litigantibus vti minor primum petiiſſet beneficium, inſtiterunt collitigantes mandari D. Caſſandræ, vt ſimiliter peteret beneficiũ ad hoc, vt vnum tempus omnibus priuilegiatis curreret, fuit dubitatum an de iure Dom. Caſſandra cogi poterat. 1

Regia Camera, concurrenti maiori parte dominorum Iudicantium cenſuit, D. Caſſandram teneri petere primum beneficium, aliàs quod ab eo excludatur. Ratio Deciſionis fuit, quia totius cauſæ deciſio ex lectura dumtaxat ſcripturarum dependebat, adeò quod omnis dilatio, quæ petebatur calumnioſa dicebatur, nec aliter pro neceſſitate probationis, contra tex. *in l.* 2. vbi Salic. *C. vt criminal. quæſt. intra cert. temp. term.* vbi habetur Iudicem non niſi neceſſarias, non autem ſuperfluas dilationes concedere debere; Hinc dicebatur ne lites immortales fierent, ius ſtatuiſſe vt inſtantia in criminalibus biennio, in ciuilibus verò triennio terminetur, *l. properandum C. de iudic. l. fin. Cod. vt criminal. q. intra certum temp. term.* Et cum in Conſtit. Regni obſcuritatem, quot, & quanta eſſe debeant beneficia hæc, præſcriptum non eſſet, Iudices Magnæ Curiæ, vt lites celeriter terminarentur, declarauerunt, quod ſolùm in quolibet iudicio poſſint mulier, minor & alij priuilegiati duo petere beneficia, vt notat Andr. *ibi*, confirmabantur hęc omnia ex notatis per Innocent. *in c. prout extra de dolo, & contum.* & clarius per Bal. *in ſua Margarita in verb. Ordo*, vbi dicunt ordinem naturalem eſſe vt prius actori, poſtea reo terminus detur, & tamen vt lites celeriter terminentur vbique ſeruetur vt Iudex ſimul & ſemel vtrique terminum concedat, eſtque communis omnium ſententia, *in l.* 2. *ff. de re iudic.* vt Iudex dilationes à lege conceſſas reſtringere poſſit, hoc tamen ex cauſa quæ valde legitima præſupponebatur, quod in caſu propoſito concurrebat, vndè 2

OBSER

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 IN Regno habemus Conſtitutiones, & Pragmaticas, per quas perſonæ priuilegiatæ puta Minor, Eccleſia, Fiſcus, Vniuerſitas, & Mulier reſtituuntur in Iudiciis ad pinguius probādum, quam quidem reſtitutionē primum, & ſecundū beneficium nos appellamus. Sed quia aliquando hæ perſonæ dilatant reſtitutionem hanc petere intra tempus ab eiſdem Regiis ordinationibus præſcriptum, non ſemel dubitatum extitit, an poſſit illis prefigi terminus intra quem cogantur beneficia hæc petere cum comminatione viam præcludendi, & affirmatiuè per Regiam Cameram fuit hic deciſum: ſic etiam ex D. Ioanne Angelo Piſanello retuli. Ego per Sacrum Conſilium determinatum *in Decretis impreſſis poſt lib. 2. mear. reſol.* cuius determinationis verba ſunt hæc. *Fuit dubitatum ſi eſſet dandus terminus ad deliberandum, ſi intendebat petere beneficium, tandem die 11. Aprilis 1517. relatore D. Iacobutio de Franchis in cauſa mag. Andreæ de Ebulo cum Vniuerſitate Peſchi, fuit per S. Conſ. decretum quod d. de Peſcho habeant terminum per totas ferias Reſurrectionis Domini ad deliberandum, ſi volunt primum beneficium, quibus elapſis ſi noluerint, cauſa habeatur pro introducta.* Idemque affirmare videtur Capyc. *deciſ.* 110. *vbi* Horat. Viſcon. *in addition.* ſic loquens. *Et ideo inoleuit practica per iſtam deciſionem tàm in Sacro Conſ. & M.C. Vicariæ, quam in aliis Tribunalibus, & Curiis huius Regni, quod expeditur ordo iſtis perſonis, quibus beneficia competunt, vt illa petant alias ei precludatur via*; ſic pariter ſcripſerunt Gizzarell. *deciſ.* 21. Dom Reg. Capyc. latr. *deciſ.* 79. *num.* 6. *&* 7. Io. Baptiſta de Thor. ſatis bene, *in compend. deciſ. par.* 1. *in verb. minor. ſiue pupillus fol. mihi* 337. Iul. Cæſar. Gallup. *in praxi p.* 2. *cap.* 31. & alij Noſtrates paſſim.

2 Connumerauimus in principio; inter perſonas Priuilegiatas, quibus reſtitutio in integrum ad pinguius probandum competit. Vniuerſitatem; huic enim adhuc ſi ad vnum foculare redacta ſit, primum, & ſecundum beneficium competit, ita per Sacrum Conſ. deciſum teſtatur Marin. Frecc. *lib.* 2. *de ſubfeud. in* 2. *authen. num.* 3. Thor. *in compend. deciſ. p.* 1. *in verb. beneficium*, & Imbrian. *de primo, & ſecundo beneficio conſider.* 4. *num.* 98. *cum pluribus ſeqq.* vbi *num.* 103. extendit ad ſcolarium Collegia, dùm in eis minores plurimi habentur; & Dom. Reg. Salernit. *deciſ.* 23. refert, per Regiam Cameram, ipſo referente de anno 1566. 20. Februarij, deciſum competere beneficia hæc Collegio artis Serici huius Ciuitatis, & in cauſa, quam cum fiſco habebat, & hoc quia in d. Collegio ſunt mulieres, pupilli, & minores; & ex eadem ratione fuit per Sacrum Conſilium deciſum hanc eandem reſtitutionem ad pinguius probandum competere Montibus huiuſmet Ciuitatis pro mulieribus maritandis erectis, deciſionē refert Thor. *in compend. deciſ. p.* 3. *in verb. beneficium, & in additio ad citatam deciſ. Salern.* 23. vbi hoc etiam extendit ad confraternitates Laicorum ad pium vſum deputatas; Sed an hæc reſtitutio ſiuè primum, & ſecundum beneficium competat ſedilibus nobilium huius Ciuitatis in cauſis nobilitatis vide D. Scip. de Aretio. *in conſ.* 33. *inter conſilia Dom. Reg. Rouit. lib.* 2. vbi negatiuè per S.C. deciſum refert, & meritò; vide etiam D. Rou. *in conſ. præcedenti* 32. Imbria. *loc. cit. num.* 104. *cum ſeq.* Thor. *in compend. deciſ. p.* 1. *in verb. reſtitutio in integrum, & in addit. ad cit. deciſ.* 23. *Reg. Salern.* Gallup. *loc. cit. num.* 9. An autem reſtitutio hæc competat Curatori hæreditatis iacentis, vide Thor. *in compend. deciſ. p.* 2. *in verb. beneficium.* Vbi affirmatiuè determinatum teſtatur.

## *ARGVMENTVM.*

Sequeſtrum bonorum feudalium vigore c. *ex præſumptuosè*, an & quando locum habeat. Inquiſitus de crimine læſæ Majeſtatis, nùm inquiſitione pendente, poſſit bona ſua adminiſtrare. Renunciatio filiæ vel ſororis quandò dicatur perſonalis, & quando realis; & an & quandò filiis renunciantis, viua, vel mortua matre noceat, quò minus ex propria perſona ad aui materni, vel auunculi ſucceſſionem venire poſſint; & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CLVII.

MORTVA abſquè deſcendentibus Donna Iſabella de Villarmati olim Principiſſa Salerni, cùm Regius Fiſcus vigore cap. Regni huius, quod incipit *ex præſumptuosè*, ſequeſtri nomine Comitatus Capudatij & Baroniæ Altauillæ poſſeſſionem cœpiſſet, comparuit Illuſtriſ. Marchioniſſa Paduli inſtans, ſequeſtrum factum tolli, nec aliter eſſe locum diſpoſitioni. d. cap. *ex præſumptuosè*, ex quo ipſa ad dictorum feudorum ſucceſſionem aperto iure veniebat; erat enim neptis ex ſorore vtrinque coniuncta præmortua dictæ Principiſſæ; & ſic in tertio gradu à Regni Conſtit. *vt de ſucceſſionibus*, vocata, ſed replicante Fiſco, obſtare dictæ Marchioniſſæ Principiſſæ rebellionem, & matris ſuæ Donnæ Ioannæ tempore, quo nupſit, renunciationem; fuit dubitatum, Quid iuris. 1

Regia Camera, accedente maiori parte Dominorum Iudicantium decreuit impartiendum eſſe terminum in cauſa, & interim quod ſequeſtrum factum vigore cap. *ex præſumptuosè*, firmum remaneret; reſpectu verò bonorum Burgenſaticorum, quod annotentur penès Illuſtrem Marchioniſſam, præſtita per ipſam fideiuſſoria cautione de illis reſtituendis vnà cum fructibus in caſu ſuccumbentiæ. Ratio deciſionis reſpectu confirmationis ſequeſtri fundabatur ſuper diſpoſitione tex. *in l. fin. C. ad l. Iul. Maieſt.* nàm cùm pro parte Regij fiſci allegaretur Principiſſam læſæ Maieſtatis criminis fuiſſe ream, licèt ſuper hoc ſententia aliqua declaratoria ſequuta non fuerit; quod proindè omni iure bonorum poſſeſſio è manibus hæredis inquiſiti auferri non poſſit, vt probat tex. *in cap. cùm ſecundum de* 2



Digitized by Google

*hæret. in 6. & in l.fin.ff.& C.ad l.iul.maieſt.* niſi eſſemus in notorio, & manifeſto rebelle, vt *in c. Regni bona Damnatorum, in c. Nuper apud Iranum & in c.die mercurij*; tamen Imperator *in dic. l.fin. C. ad l.Iul. Maieſt.* ſubnectit, quod interim ſcilicèt inquiſitione pendente, eſt inquiſito interdicta ſuorum bonorum adminiſtratio, & cum incerta dicatur ſucceſſionis perſona, an forte Fiſcus, vel alius ſuccedet, bona obſeruari debet, ideſt cuſtodiri, ne illa dilapidentur; ſicque dicebatur communiter à Doctoribus textum illum fuiſſe intellectum.

Quantum verò pertinebat ad aliam oppoſitionem circa renunciationem D. Ioannæ Matris Marchioniſſæ, Regia Camera nullam de ea habuit rationem, quia ex illius lectura conſtabat patenter fuiſſe perſonalem, ex quo facta ſolum extiterat Patri, & eius hæredibus, ſeu ſuis, Bal. *in c.fin. ſi de feud. fuerit controuerſ.* ſemper enim quod renunciatio bonorum feudalium non fit in manibus Domini, perſonalis cenſetur Andr. *in cap.1. de Vaſſall. decrep. ætat.* & talis ſemper in dubio cenſetur, Aret. *in l.qui Roma §. duo fratres ff. de verb. obl. & in conſ.*161. eoque magis in caſu de quo agebatur, cum renuncians præmortua erat patri renunciatario, & Principiſſæ Sorori; ſicque Marchioniſſa filia ad materterę ſucceſſionē ex propria perſona veniebat; nec aliter Matris renunciatio ei obeſſe poterat; eſt enim ſine controuerſia, vt renunciatio tacitā habeat conditionē, ſi ſucceſſio ad renunciantem deuoluatur, adeo quod ſi priuſquam Renunciatarius decederet, renuncians moreretur, euaneſcit renunciatio, ita Bal. *in l.fin. C.de pact.* Paul. Caſtrenſ. Imol. Roma & Aret. *in l. qui ſuperſtiti ff. de acquir. hæredit.* Goffred. *in cap.1. col.5. de nat. ſucceſſ. feud.* & Alexander aliis omiſſis *in l. pactum quod dotali C.de Collatio*, idque adeò verum, vt procedat adhuc ſi renuncians promiſerit non venire contra, nec ipſe, nec hæredes eius; & illi Doctores qui contrarium tenuerunt loquuntur, quando filia quæ renunciauit poſt patris mortem deceſſit; tunc enim ſi eius filia ex propria perſona venire vellet repelletur omninò, ex quo neceſſario vt hæres matris venire debet, quo caſu erit excluſa.

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem primæ concluſionis, quam hic firmauit Dom. Reg. *ex diſpoſit. tex. in l.fin. C.ad l.Iul. Maieſt.* nimirum quod pendente inquiſitione ſuper crimine læſæ Maieſtatis, tanti facinoris reus ſuorum bonorum adminiſtrationem amittit, vide Doctores per me relatos ſupra *in obſer. ad dec.126.* hoc idem probantes.

2 Quo verò ad aliam, vt perſonalis ſemper dicatur bonorum feudalium renunciatio, quodque talis in dubio præſumitur, niſi facta ſit in manibus Domini, vide ſcripta per me, *reſol. iuris lib.2. cap.189. à num.36. vſque & per totum num.70.* vbi materiam hanc ſatis difficilem benè declaratam inuenies, ad ornatum, & pro vera intelligentia tex. *in c.vnico de eo qui fin. fecit Agnat. de feud. pater.* vbi de Domino Regente noſtro hic meminimus.

Quantum verò ad alteram Concluſionem quæ ſe 3
habet, vt Renunciatio, quæ fit à Matre bonorum paternorum, filiis non obſtet, quia ad Aui Materni ſucceſionem ex propria perſona venire poſſint, ſi Mater ipſa renuncians præmortua reperitur, ea nimirum ratione, quia omnis renunciatio tacitam habet conditionem, ſi ſucceſſio ad renunciantem deuoluatur; videnda ſunt pariter quæ ſcripſi Ego *cit.lib.2. tam in cap.192. quàm in dict. cap.189. à n.91. vſque & per totum num.100.* vbi, hac Concluſione ab omni dubio procul firmata, dubitaui, quid ſi tempore mortis Aui filia renuncians in viuis reperiretur, & tres fuerunt à me diſtincti caſus, quorum Primus, quando renunciantis filij ad aui materni ſucceſſionem venire intendunt in concurſu Auunculorum; & in hoc dixi, omnes conuenire, Matris renunciantis ſuperexiſtentiam nocerę filiis; ſicque illos omninò per Auunculos excludi. Secundus caſus quando renunciantis filij ad Aui ſucceſſionem concurrere volunt cum aliis nepotibus ex filio præmortuo; & in hoc dixi, maximam eſſe Doctorum controuerſiam; quandoquidem non deſunt DD. & grauiſſimi, qui concurſum admiſerunt Matris ſuper exiſtentia non obſtante; & hi ſunt Bar. *in l.qui ſuperſtitis num.2. verſ. aduerte ſiquidem ff. de acquir. hered.* Io. de Imol. *ibidem ante num.2. verſ. ſed vbi filia*, Io. Crot. *in l.ſtipulatio hoc modo concepta, à num.56. vſque & per totum num. ſeq.* attentè legendus, Ludouic. Morot. *conſ.22. n.7. verſ. ſecundo probatur.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.3. quæſt.84. n.23. verſ. ſubdeclaratur egregiè*, Paul. Galler. *in tract. de renunciat. lib.2. cap.5. num.28. verſ. ex quibus*, Præſ. de Franch. *ad Napodan. in Conſuet. ſi moriatur ſub num.39.* in apoſtill. incipiente *Vide Decium* verſ. *& adde, quod ſi adſunt* & P. Molfeſ. *in comment. ad conſuetud. noſtras in tit. de renuncia quæſt.14. num.9. verſ. prouari poteſt*; quos omnes retuli ſuprà *in obſer. ad deciſ.40. num.4.* Tertius caſus, de quo ibi principaliter dubitabam, quando moritur Pater, cui eſt renunciatum, nullis relictis Deſcendentibus ex filio, vel filia forſan prædefunctis; ſed tantum filia quæ renunciauit, & ex ea nepotibus, ac aliis de linea Collaterali coniunctis; & in hoc magis communiter voluiſſe DD. probaui, Matris renunciationem filiis non obeſſe, quin per ſucceſſorium edictum ad Aui ſucceſſionem venire poſſint.

## *ARGVMENTVM.*

Filia adhuc impubes ſi nuptui à Patre tradatur, bonis feudalibus, Regio accedente aſſenſu, ei in dotem datis, mortuo demum Patre, matrimonio adhuc non conſummato, an in feudis dicatur ſucceſſiſſe per mortem Patris, vel potius ea ex titulo dotis acquiſiuiſſe; & hoc ad dignoſcendum an feuda illa in perſonam ipſius filiæ cenſeantur noua, vel antiqua. Conſtitutio Regni vt de ſucceſſionibus,

Digitized by Google

nibus, quæ à bonorum feudalium ſucceſſione coniugatam, & dotatam excludit, an locum habeat in ea filia, quæ Matrimonium per verba de præſenti tantum contraxit; non aliter carnali copula, tempore mortis patris ſubſequuta.

## DECISIO CLVIII.

1 IN cauſa de qua in Deciſione præcedenti, compilato proceſſu, quia Fiſci prætenſio reſpectu allegatæ rebellionis Donnæ Iſabellæ de Villá mari Principiſſæ Salerni euanuit, ad excludendam Marchioniſſam Paduli à ſucceſſione bonorum feudalium eiuſdem Principiſſæ eius Materteræ, ad aliam conuolauit prætenſionem, nimirum Comitatum Capudatij, & Baroniam Altauillæ in perſonam D. Principiſſæ fuiſſe, & eſſe feuda noua, ex quo Comes Capudatij pater cùm Regio aſſenſu bona illa in dotem ei tradiderat; ſicque allegabat Fiſcus, nullatenus dici poſſe in bonis illis per patris mortem Principiſſam ſucceſſiſſe, vt ſic cenſerentur feuda antiqua; vndè illa demum defuncta, non poterat Marchioniſſa ex ſorore neptis in feudis illis nouis ſuccedere, obſtante expreſſa diſpoſitione Conſtit. Regni *Vt de ſucceſſionibus*; quia cautum eſt vt in feudis nouis frater tantum vel ſoror ſuccedere poſſint; non autem ex fratre vel ſorore nepos, ſiue neptis; ſed replicante Marchioniſſa, feuda prædicta non aliter noua ſed antiqua eſſe, in illiſque Principiſſam eius Materteram per Patris ſui mortem ſucceſſiſſe; non autem illa ex titulo Dotationis acquiſiuiſſe, dubitari contigit, Quid iuris.

2 Cauſa iſta per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, & coram Domino Prorege relata, cum decem eſſent votantes, vnico ſpiritu deciſum extitit, Marchioniſſam fore, & eſſe de feudis prædictis inueſtiendam cum honore, & titulo Comitatus, tanquam legitimam ſucceditricem Illuſtris Principiſſæ Salerni eius Materteræ, & quod tollatur ſeque-...um, cum reſtitutione fructuum percepto-... ...oluto releuio, & quod D. Principiſſæ ...oria abſoluatur. Ratio deciſionis fuit, quia in facto verum erat, quod tempore mortis Comitis Capudatij Domina Don. Iſabella eius filia demum Principiſſa Salerni nō aliter coniugata, & dotata reperiebatur; ſed tantùm cum ipſa, & Princeps Salerni eſſent impubes annorum 5. nouem reperiebantur inita Capitula Matrimonialia, quibus mediantibus, Comes Capudatij, Regio interueniente aſſenſu, promiſit dotis, nomine dicta feuda Principi futuro Viro aſſignare, ſicque dici non poterat, filiam feuda illa ex cauſa dotis ſibi conſtitutæ acquiſiuiſſe, vt in eius perſona feuda noua cenſeri potuiſſent: etenim cum eo tempore ob defectum ætatis vtriuſque ſponſi Matrimonium eſſe non poterat, dotis titulus deficiebat prorſus, cum dos ſine matrimonio eſſe non poſſit; licèt bene matrimonium ſine dote: *l.3.ff.de iur. dot. l fin. §.ſunt C. de Donat. ante nupt.* ſi ergo nullum conſiderabatur matrimonium, non eſt de quo dubitari poterat D. Iſabellam neque coniugatam, neque à Patre dotatam fuiſſe, ſicque vti in capillo eo tempore exiſtentem Comiti Patri ſuo vniuerſali ſucceſſionis titulo in bonis feudalibus ſucceſſiſſe; & conſequenter, ea demum defuncta abſque liberis, cum feudis antiquis, Marchioniſſam neptem ſuccedere ei potuiſſe; ſtatutum enim loquens de Coniugatis, provt eſt Conſtitutio noſtra *Vt de ſucceſſionibus*, non comprehendit illos, qui matrimonium etiam per verba de præſenti contraxerunt, niſi carnalis copula ſit ſubſequuta; ita Abb. *in cap. ex publico de conuerſ. coniugat. & in c.tertio loco de præſumptio.* Felin. *in rubr. de ſponſal.* Marſigl. *ſing.116. incip. qui de proximo*, Ang. *in §.fuerat col.79. Inſtitut. de actio.* Nec obſtare dicebatur, matrimonium fuiſſe demum ſubſequutum. legitima ſuperueniente ætate, dotemque ſolutam; nam reſponſum fuit, hoc contigiſſe poſt Patris mortem, & ſic poſtquam Principiſſa filia in feudis paternis ſucceſſerat; quod quidem tempus eſt attendendum, ſicque actus ille confirmatus fuit ex nunc non ex tunc, adeo vt ceſſet prorſus omnis retrotractio, ad *tex. in l. obſeruare §. fin. ff. de offic. Præconſul*, quem ad hoc allegat gl. *in c.confirmatus & in c. ratihabitionem de regul. iur. in 6.* idemque Abb. *in c.cum vos de his, quæ fiunt à Præl. ſine conſ. cap.* Bar. *in d. l. obſeruare §. fin.* vbi dicit quod ea, quæ ab initio ſunt nulla, tractu temporis non confirmantur, vt retrotrahantur Aret. *bene conſ.128. poſt* Cyn. *in l. fin. C.ad S.C. Maced. & facit tex. iunct. gl. in verbo quaſi ab initio, in l.fin. C. ſi maior fact. alien. ſine Decret.*

Præterea minus obſtare dictum fuit aliud, 3
quod fiſcus prætendebat ad probandum, quod feuda in hæreditate Principiſſę remanſa erant noua; non autem antiqua, ad hoc ponderans verba Capitulorum Matrimonialium cum Principe ſponſo initorū, dum conuentum extiterat, vt feudis prædictis ſuccedere debuiſſent filij ex illo matrimonio procreandi, ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata, ex quo dicebatur, primam inueſtituræ formam fuiſſe penitus mutatam; nam ſi ſolutum eſſet matrimonium hoc per mortem Principis, filia fœmina ſuperſtite, & Principiſsa aliud contraxiſset Matrimonium, ex quod maſculum ſuſcepiſset,

Digitized by Google

cepiſſet, vtique ſtante conuentione inita in prima capitulatione, ea demùm mortua, fœmina ex primo matrimonio ſucceſſiſſet; non autem maſculus ex ſecundo contra iuris communis, & Regni diſpoſitionem, qua attenta Maſculus ſemper fœminæ præfertur; ſi ergo dicebat Fiſcus, per illam capitulationem fuiſſe alteratam feudi naturam, ſequebatur dicendum feudum fuiſſe effectum nouum, quia inueſtituræ tenor eſt inſpiciendus, *c.1.de duobus fratribus à Capit. inueſtit.* etenim fuit reſponſum, circumſcriptis his ſupra indicatis, quibus pariter hæc prætenſio corruebat; ex alio Marchioniſſæ iura in tuto eſſe; nam præſuppoſito quod in dubio feudum antiquum per nouam inueſtituram nouum non efficiatur, *cap. 1 de vaſſal. decrep. ætat. & cap. 1. de eo qui finem fece. agnat.* vbi DD. dicunt quod nunquam feudi natura mutatur, vt de paterno ex tacito conſenſu fiat nouum, niſi expreſsè hoc dicatur, & quod ſecunda inueſtitura debeat intelligi ſecundum primam, quia in dubio primæ ſtandum eſt; Paul. de Caſtr. *conſ.* 44. quod incipit circa præſentē caſum *col. 2. lib. 2.* Dec. *conſ.* 193. *& alij*; Dicebatur quod licet in noua inueſtitura aliqua ſit appoſita clauſula, quæ conſideretur contra naturam illius feudi, tamen hoc intelligitur reſpectu illius nouæ qualitatis; nam in reliquis feudum remanet ſub eadem forma, & natura, prout erat; & alteratio non intelligitur facta, niſi in illa ſola qualitate alterata: *cap. 1. vbi* Andr. *de feud. non haben. prop. feud. nat.* idem Andr. *in cap. 1. §. huius autem generis col. 3. in addit. verſ. ſed quid ſi detur, ex quib. cauſ. feud. amitt.* Afflict. *in conſtit. cum circa iuſtitia num.* 12. 13. *&* 14. vbi authoritate Iacob. Butricar. *in tit. C. de nouo C. compon.* expreſſis verbis dicit, quod ſi in feudo antiquo noua apponatur qualitas, dicetur illud nouum reſpectu illius nouæ qualitatis tãtùm; non autem reſpectu aliorum, in quibus feudum remanebit antiquum ſubdens ita per Sac. Conſ. iudicatum fuiſſe in cauſa Caſtri Roccæ Rainolæ; idemque ſcripſit Socc. *in l. gallus §. etiam ſi à parente col. 2. ff. de lib. & poſt.* Vnde

## OBSERVATIO.

1 IN caſu huius Deciſionis ea fuit ratio dubitandi, quia Fiſcus prætendebat Comitatum Capudatij, & Baroniam Altauillæ in perſonam Principiſſæ Salerni fuiſſe, & eſſe feuda noua, ex quo Comes Capudatij pater cum Regio aſſenſu bona illa in dotem ei tradiderat; ſicque volens Marchioniſſa Paduli Principiſſæ Materteræ in his feudis nouis ſuccedere, obſtabat ei directò Diſpoſitio Conſtitutionis *Vt de ſucceſſionibus* qua ſancitum extitit, vt in feudo nouo frater, vel ſoror tantùm ſuccedere poſſit; non autem ex fratre vel ſorore nepos, vel neptis, ibi *in tex.* in acquiſitis autem patruo ex largitione noſtra, vel quolibet titulo, iure ſuo nepotes ex fratribus non ſuccedant. Sed tu dic quod temporibus noſtris, Ratio hæc dubitandi ceſſat funditùs; ſtantibus gratiis poſt hanc Deciſionem huic Ciuitati, & Regno conceſſis, quibus mediantibus, in feudo nouo fratris, vel ſororis non ſolùm ſuccedit frater, ſiue ſoror; ſed etiam eorum filij feudatarij primi acquirentis nepotes, ſiue neptes; ſexus tamen, & ætatis prærogatiua ſeruata, vt videre eſt *in prag. 25. ſub tit. de feudis, de qua meminit* Scipio Theodor. *alleg.* 100. *num.* 35. *verſ. ſed cum in hoc benignitas Regia*; ſicque in vna facti contingentia de anno 1625. per Sac. Conſ. deciſum teſtatur Dom. Reg. Rouit. *deciſ.* 23. vbi nepos ex ſorore primogenita ad Auunculi ſucceſſionem in feudo nouo fuit admiſſus, defuncti feudatarij ſorore ſecundogenita penitùs excluſa; idemque Dom. Præſ. Vrſin. *in tract. de ſucceſſ. feud. par. 2. quæſt. 4. art. 3. num.* 26. Ego ipſe *reſol. iuris lib. 1. cap.* 126. *num.* 56. vbi *numeris ſeqq.* notaui, in eademmet cauſa fuiſſe ſingulariter deciſum, partem pretij feudi noui in linea collaterali non deberi.

Ad illud autem, quod ex Abb. & aliis Doctoribus *hic citatis* dixit Dom. Reg. vt ſtatutum loquens de coniugatis, prout eſt Conſtitutio noſtra *Vt de ſucceſſionibus*, non aliter illos comprehendat, qui matrimonium etiam per verba de præſenti contraxerunt, niſi carnalis copula ſubſequuta ſit; dic Tu hoc eſſe ſummè notandum ad ornatum, & intellectum Conſtitutionis præfatæ, vt cùm per legem illam ſtatutum ſit, vt in ſucceſſione patris feudatarij coniugata, & dotata excludatur per ſororem in capillo, hoc eſt intelligendum ſi ſoror illa coniugata fuerit à Viro ſuo carnaliter cognita; nam ſi matrimonium eſſet contractum per verba de præſenti tantùm, carnali copula non ſubſequuta, quamuis ſponſa ad domum viri traducta, hæc non excludetur per ſororem in capillo, ita in terminis dictæ Conſtit. dixit ibi Fab. Iorda *in apoſtilla, quæ incipit, Coniugata Mulieres*, vbi citat Marſigl. *ſing.* 106. de qua Dom. Reg. meminit hic; Pariſ. *conſ.* 62. *num.* 22. *lib.* 4. Phanuc. *de lucro dotis gl. 2. num.* 31. & Cumiam, qui ſatis bene loquitur *in c. ſi aliquem de ſucceſſ. feud. in verbo maritata à n.* 57. *vſque & per totum num.* 82. quibus addo Ant. de Alex. & Io. Ang. Piſanell. *in conſuet. ſed & mulier*, ille in apoſtilla, quæ incipit *& per hoc aliàs conſului*, iſte in apoſtilla ſequenti, quæ incipit *Vide gloſſam*, quorum ſentētiæ hac mane 7. Decembris cadentis anni 1653. legendo adhæſit præſtantiſſimus feudorum interpres, & Reg. Conſiliarius digniſſimus D. Antonius Miroballus, dum in Regia Academia Conſtitutionem noſtram *Vt de ſucceſſionibus* publice interpretabatur. 2

## *ARGVMENTVM.*

Officialis exercens mercaturam in Prouincia quam regit, an & qua pœna veniat puniendus. Statuto ſi pro aliquo delicto certa pœna impoſita eſt; ſi demum pro eodem crimine alia imponitur pœna; ſed minor, nùm per hoc cenſeatur à prima maiori receſſum. Mercaturas vetitas diuerſis vicibus, & temporibus exercens an dicatur vnum factum, & vnum continuatum

tinuatum

Digitized by Google

tinuatum delictum, vel plura delicta cenſentur.

## DECISIO CLIX.

1 IN cauſa Inquiſitionis formatæ in Regia Camera ſummariæ contra Petrum Putium, ex quo exiſtens ille Perceptor in Prouincia Capitinatæ, varias ac diuerſas ibi exercuerat mercaturas, & quamplurimas fecerat negotiationes, inſtructo proceſſu, Regius Fiſcus inſtitit, inquiſitum condigna affici pœna, ac officio priuari, attenta diſpoſitione Regiarum Pragmat. editarum à Cæſarea Maieſtate in anno 1536. quæ in nouiſſima compilatione ſunt prima, ſub titulo de Mercatura Officialibus prohibita, & 48. *de offic. procur. Cæſar.* vndè fuit debitatum an iuxta Fiſci inſtantiam eſſet pronunciandum.

2 Relata cauſa per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, duo ex Dominis Præſidentibus, nimirùm Antonius de Caſtillo, & Thomas Anellus Salernitanus fuerunt voti, dictum Perceptorem, vt ſupra inquiſitum fore, & eſſe officio ſuo priuandum; alij verò duo; nimirùm Didacus Eſcobar, & Paulus de Magnanis fuerunt voti non eſſe illum ab officij priuatione abſoluendum; ſed tantùm condemnandum ad amiſſionem prouiſionis vnius anni cum emolumentis perceptis ex functionum fiſcalium exactione, quorum voto Domini Regentes Regiam Cancellariam adhæſerunt: Ratio Deciſionis fuit, quia licèt per Pragmaticas Cæſareæ Maieſtatis de anno 1536. fuerat ſancitum quod Officiales in ſuis Prouinciis ſub pœna priuationis officiorum, neque per ſe, neque per interpoſitas perſonas aliquas poſſint exercere mercaturas, ſeu quaſuis negotiationes; tamen Prag. hæc in anno 1539. per aliam eiuſdem Cæſareæ Maieſtatis fuit limitata, dum diſpoſitum fuit quod Officialis ſic mercaturas exercens pro prima vice mulctetur in prouiſione vnius anni, & pro ſecunda officio priuetur, vt *in prag. 1. §. 5. de offic. Proc. Cæſar.* Et ſi dices communem eſſe Concluſionem, quod ſi à ſtatuto pro aliquo crimine impoſita eſt certa pœna, & demum ab alio ſtatuto pro eodemmet crimine alia minor imponatur, quod non per hoc cenſetur à prima maiori receſſum, niſi ex præſumpta mente legis, vel ſtatuti aliud appareat, provt eſt *tex. in l. qui ſepulchra C. de ſepulchr. viol.* Aret. *notanter. in Authen. ſed nouo iure, col. 3. C. de ſeru. fugitiuis*; tamen dictum fuit, in caſu de quo agebatur ſatis conſtare de mente Cæſareæ Maieſtatis, quod eſt attendenda Diſpoſitio vltimæ Pragmaticæ Sanctionis; nam ſi prima obſeruaretur, ſecunda nunquam locum haberet; ſi enim pro prima vice officio ſuo priuaretur Officialis, nunquam fieret locus Diſpoſitioni ſecundæ, quæ vult quod pro primavice in vnius anni prouiſione mulctetur, & pro ſecunda officio priuetur; quare vltima Pragmatica veniebat omninò ſeruanda; ſed 3
pro illius maiori intelligentia in articulo generali indagatum fuit, quando dicatur quod pro prima vice priuatur ſolùm Officialis in amiſſione prouiſionis vnius anni, & pro ſecũda officium amittat; ad quod dictũ fuit, Primò vidẽdum eſſe, an mercaturas exercere, & negotiationes facere ſit vnum factũ & vnum cõtinuatum delictum, an verò plura dicantur delicta, iuxta ea, quæ in ſimilibus notat Bar. *conſ. 222.* Anton. *& in l. inficiando §. infans & in l. eum qui §. idem dicitur ff. de furtis in l. ſi gemina ff. arbor. furt.* Cæſar. *& in l. nunquam plura ff. de priua. delic.* Bal. *in Auth. ſed nouo iure C. de ſeru. fugit. & in l. ſi quis non diuam rapere col. 2. verſ. item nota C. de Epiſ. & cler. &* Alex. *in addit. ad Bar. in dic l. nunquam plura*, vbi poſt Iacob. Butr. notabiliter diſtinguit, vt videri poteſt in caſu autem propoſito dicebatur dubium non eſſe quod ſunt plura facta; ſed vnum tantùm delictum, quia ſi vendo tibi frumentum, & Titio vinum, quæ aliàs emi, omnia iſta ſunt facta continuata circa vnam delicti ſpeciem, nimirum Mercaturæ; & ſic vnum dicitur Delictum factum ex continuatione plurium factorum, quo caſu dicebatur communem eſſe ſcribentium ſcolam, in locis ſupra allegatis, tenentem, quod ſolùm vna committitur pœna, nec alia multiplicatur, niſi poſt litis conteſtationem fuiſſet idem factum continuatum provt tenent Iacob. de Aren. & Butric. quos Bar. refert *in dict. conſ. 222.* vnde cum Pragmatica Sanctio de anno 1539. diſponat, quod pro prima vice Officialis mercaturas exercens debeat puniri in amiſſione ſuæ prouiſionis vnius anni, debet ſine dubio intelligi pro prima vice, quando ſemel fuerit attentus, & punitus; nam pro prima vice non poteſt intelligi ſi ſemel emit, vel vendidit; ſed tunc demum quando ex aſſiduitate, & conſuetudine huius exercitij fuerit ſemel punitus, & nunquam antea; ſicque officio non priuatur, ſed ſolum amiſſione prouiſionis vnius anni; pro qua opinione dictum fuit eſſe text. in Conſtitut. Regni Magiſtros Mechanicarum artium.

## OBSERVATIO.

IN hac Deciſione Dom. Reg. eam firmauit concluſionem; nimirum quod ſi à ſtatuto pro aliquo crimine impoſita eſt certa pœna, & demum ab alio ſtatuto, quod emanatur alia imponitur pœna; ſed minor, non per hoc cenſetur à prima maiori receſſum. Tu modò ad confirmationem vide Bar. *in l. 3. §. cum Titio ff. de adim. leg.* Alex. *in l. 1. C. de bonor. poſſ. contra tabul:* Aret. *conſ. 27. col. penul.* Corne. *conſ. 172. col. 3.* 1



Digitized by Google

col. 3. lib. 4. Dec. *in l. 1. col. 18. verſ. vltimò non obſtant. ff. de offic. eius*, *in l. 1. col. 3. C. de bonor. poſſ. contr. tabul. & in conſ. 281. in fine*, quos omnes citat, & ſequitur Franc. Viuius *commun. opin. lib. 2. opin. 258.* vbi dicit, quod ſi ſtatutum vnum pro maleficio mille librarum pœnam imponeret; aliud verò ſtatutum pro eodem maleficio quincentum, per hoc ſecundum, primum ſtatutum mille librarum pœnam imponens correctum non cenſetur, quicquid in contrarium, ſed male videtur velle Dec. *dicto conſ. 2. col. penul.* addit demum Viuius *opin. ſequenti*, quod quãdo non conſtat de mente condentis legem nouam, quod legem antiquam corrigere voluerit, eo caſu legem nouam, etiam generaliter loquentem diſtingui, & interpretari debere per legem antiquam, citat DD. præſertim Iaſ. *num. 4. in l. ſciendum ff. qui ſatiſdare cogantur.* Illud autem eſt ſine controuerſia quod ſi ſtatutum pro aliquo delicto nouam imponeret pœnam, in dubio à pœna impoſita à iure communi receſſum videretur, ita Bar. *in l. data opera col. 5. C. qui accuſ. non poſſ. in l. 2. C. de reb. credit. & in l. qui ſepulchra C. de ſepulchr. violat. & ibi.* Salycet. *col. 4. cùm aliis relatis per* Hyppolit. de Marſig. *in prax. crim. in §. quæritur num. 5. & 6.* quibus addo Viuium *cit. lib. 2. opin. 746.* quo loco dicit ita totum mundum, & practicam obſeruare.

## ARGVMENTVM.

Dominium an & quando ex contracto cum Principe inito, ſiue ex priuilegio abſque corporali poſſeſſione in conceſſionarium transferatur. Clauſula Conſtituti, & precarij, ſiue aſſignatio, quæ fit per annulum Regis an vim, & efficaciam habeat veræ & realis traditionis, & corporalis poſſeſſionis. Pragmatica edita Thori, vt locum habeat quæ requirantur, & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CLX.

1 ILLVSTRIS Dux Seminariæ ad excludendam Vniuerſitatem illius Terræ à Domanio, ad quod prouocauerat, duas oppoſuit exceptiones, primam, quæ oritur ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ editæ Thori, in ſecundo capite; alteram exorientem ex priuilegio, quo apparebat Regem Ferdinandum ſecundum in anno 1495. vendidiſſe Carolo Spinello præfati Ducis Auo Terram prædictam pro pretio Ducatorum quatuor millium, & in recompenſam ſuorum ſeruitiorum, & fratris Iacobi Spinelli cum ampliſſimis clauſulis, & expreſſa derogatione Domanij: ſed replicante Vniuerſitate exceptiones prædictas non militare, ex quo diſpoſitio allegatæ Pragmaticæ tunc demùm procedit, quando poſſeſſor rei, quæ ex titulo Regum Aragonum detinetur, eiſdem Regibus viuentibus, corporalem adeptus fuerat poſſeſſionem; quod non erat in caſu, de quo agebatur. Dubitatum fuit in Regia Camera, Quid iuris.

Pro Duce principaliter conſiderabatur, 2
quod licèt in facto verum erat, Carolum Spinellum non niſi in anno 1504. per annum antè publicationem dic. Prag. Terræ prædictæ corporalem aſſequutum fuiſse poſſeſſionem; tamen dubitari non poſse dicebatur, quin vigore dicti priuilegij ab illo anno 1495. in eius perſonam Dominium, & poſſeſſio fuerit tranſlata; nam licèt quæſtio ſit quando quis contrahit cum Rege, vti priuato; an ipſo iure dominium acquirat, tamen indubitatum eſt, quod quando vti Rex contrahit, gratiam faciens tunc Dominium, & poſseſſio ipſo iure in conceſſionarium transfertur, ita Bald. *in c. 1. in fin. col. fin. de noua form. fidel.* quem ſequitur Iaſon *in l. quoties. C. de rei vindic.* eóque magis in caſu propoſito cùm in conceſſionis priuilegio clauſula legebatur Cõſtituti, & Precarij, per quam Dominium, & poſseſſio transfertur, *ad tex. in l. quod meo vbi* Bar. Aret. Iaſ. & reliqui, *ff. de acquir. poſſ. idem* Iaſ. *in l. quoties. C. de rei vindic. & in l. ab emptione ff. de pact.* legebantur pariter alia verba idem importantia nimirùm quod illa traditio, & aſſignatio per annulum Regis facta vim, & efficaciam haberet veræ & realis traditionis, & corporalis poſseſſionis; vndè dicebatur, quod licèt per ſolam inueſtituram; puta per impoſitionem bireti, vel annuli, vel euaginationem enſis ſibi traditi, nec dominium, nec poſseſſio rei feudalis in Vaſſallum transferatur, vt eſt gl. notabilis *in c. authoritate, de inſtit.* tamen hoc fallit, quoties Princeps ex ſuo priuilegio ius in rem transferre intendit, id quod ex verbis priuilegij liquere poteſt, vt tenet Bal. *in dic. cap. 1. col. fin. de noua for. fidel.* Iaſ. *in l quoties col. 5. C. de rei vindic.* & Ang. *in l. officium in fin. ff. de rei vindicat.* vbi dicit Principem poteſtatem habere dominium transferendi ad ſui libitum ſine alia traditione, dũmodò id ex certa ſcientia fiat. Præterea dicebatur Principis contractum vim legis habere, ita Bar. *in l. Cæſar. ff. de public. & vectig. & in l penul. vbi etiam.* Bal. *C. de donat. inter vir. & vxor.* ſed per legem ſine dubio, ipſo iure abſque aliqua apprehenſione Dominium, & poſſeſſio transfertur: *l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. raptores C. de Epiſ. & Cler. c. 2. extra de conſuet.* Alex. & alij *in l. 1. ff. de acquir. poſſ.* & in Regno habemus Capitula *bona Damnatorum nuper apud Tranum*, & *die mercurij*, ergo cum in hoc priuilegio clauſula legebatur, quod Dominium, & poſſeſſio abſque aliqua corporali poſſeſſione transferretur, ſequebatur dicendum, vtrumque fuiſſe tranſlatum; tum

Digitized by Google

tum etiam quia ſi non fuit corporalis apprehenſa poſſeſſio, euenit ob impedimentum, & reſiſtentiam factam per Vniuerſitatem; vndè habebatur ac ſi verè corporalis capta fuiſſet poſſeſſio, *argum. tex. in l. quamuis. ff. de bon. auth. iudic. poſſide.* Bald. *in l. ſi poſtquam C. vt in poſſeſ. leg.* Afflict. *deciſ.* 302. facit bonus tex. *in l.* 1. §. 1. *ff. de eo per quem fact. erit.* Dicebatur inſuper quod Regia Pragmatica non loquitur, requiri poſſeſſionem Corporalem apprehenſam per illos in quos tempore illorum Regum fuit facta diſpoſitio, ſed ſolùm diſpoſita quomodocunque per illos, ita teneri, & obſeruari, prout illis viuentibus tenebantur, & obſeruabantur: quæ ſanè verba non important, ad hoc vt locum habeat Prag. quod fuerit capta corporalis poſſeſſio per illos, ad quorum fauorem fuit facta diſpoſitio. Nec obſtare dictum fuit, quod cùm Pragmatica loquatur de perſonis, non poteſt allegari contra Vniuerſitates, ad tradita per Bal. *in rubr. C. ad S. C. Trebell. & per* Roma. *in l. ſi quis mihi bona.* §. *ſi ſeruus* vbi etiam Aret. *ff. de acquir. hæred. & in conſ.* 400. nam reſponſum fuit, quicquid ſit de veritate huius dicti, procedit, quãdo diſpoſitio loquitur expreſsè de perſona; tunc enim appellatione Perſonæ non venit Vniuerſitas, quæ eſt perſona ficta; ſed quando diſpoſitio loquitur ſimpliciter circa res, & non circa perſonas, prout loquitur dicta Pragmatica, non eſt dubium, quod tunc comprehenditur Vniuerſitas; ſicquè deciſum aliàs per Regiam Camerã, facta relatione in Collaterali Conſilio, ad fauorem Baronis Nicoteræ in propria materia Domanij. Minùs etiam obſtare dicebatur quod Vniuerſitas habebat priuilegium eorundemmet Regum conſeruationis perpetui Domanij, & cum clauſula vt in caſu alienationis poſſet armata manu reſiſti; nam reſponſum fuit, hoc Vniuerſitatis Priuilegium fuiſſe expreſsè reuocatum in priuilegio Regis Ferdinandi, quandò Terram prædictam vendidit dicto Carolo; ac proindè de priuilegio reuocato, & annullato nulla poterat haberi ratio; & quoad clauſulam de reſiſtentia manu armata dictum fuit illam nullius momenti eſſe, iuxta notata per Bar. *& latè per* Iaſ. *in l. iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſ.* vbi dicunt, quod ſi Iudex poteſtatem tribuit Parti capiendi poſſeſſionem propria auctoritate rei ſibi adiudicatæ, intelligitur, dummodò aduerſarius non reſiſtat; eo autem reſiſtente, hoc non liceret: ita Ang. *in l. reſtituere. ff. de re iud.* nam aliàs hæc licentia futurum induceret delictum, contra *l. conuenire. ff. de pact. & benè* Imol. *in cap. cùm olim il* 2. *de priuileg.* Vndè his principaliter diſcuſſis, Regia Camera, accedente maiori parte Dominorum iudicantium decreuit fore procedendum ad deciſionem propoſitæ emptionis Pragmaticæ; non autem alterius exorientis ex priuilegio, vt imponeretur perpetuum ſilentium ex vi clauſularum ibi appoſitarum.

## OBSERVATIO.

Ad dignoſcendum, quando ex Principis conceſſione, rei conceſſæ dominium ipſo iure abſque alia traditione in conceſſionarium transfertur, Dom. Reg. noſter in hac ſua deciſione videtur eius ſententiæ eſſe, vt tunc eueniat quando de voluntate Principis dominium transferre volentis conſtaret id quod ait, ex verbis priuilegij liquere poſſe; Tu modò adde, idem eſſe, quoties conceſſio eſt gratioſa, vt dixerunt Tiraq. *in trac. de Nobilit. cap.* 37. *num.* 56. Cabed. *deciſ.* 30. *num.* 9. *lib.* 2. Caldas *de emptione & venditione, cap.* 12. *num.* 40. *& ſeq.* aliique plures, quos citat & ſequitur Mieres *in trac. de Maiorat. part.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 13. *cum pluribus ſeqq.* vbi *num.* 16. rationem aſſignat, quia cùm lex poſſit ipſo Iure poſſeſſionem transferre, abſque alio actu corporeo, iuxta Bar. ſententiam *in l. cùm vnus.* §. *vlt. ff. de bonis author. iudic. poſſiden.* & Imol. *in c.* 2. *de conſuet.* fortius hoc poteſt facere Princeps, qui eſt lex animata in Terra, *ad tex. in l. fin. de legibus.* 1

At ſecùs, dicendum, ſi inter Principem, & priuatum contractus interuenit; tunc enim habet Princeps vti priuatus, eiuſque iure vtitur; & conſequenter dominium transfertur eo modo, quo transfertur, quando cum priuato contrahitur, ita ſatis benè diſtinguit Ant. Gab. *comm. concluſ. lib.* 3. *tit. de empt. & vendit. concluſ.* 2. *num.* 42. & per hæc notabilia verba. *Quare opiniones iſtæ reducuntur ad concordiam, quod aut ſumus in priuilegiis, ſeu gratiis Principum, & non requiritur vlla traditio, & procedat prima opinio, quæ in veritate ita procedit, quia ita loquuntur auctoritates allegatæ pro iſta parte; aut ſumus in contractibus Principis, & requiritur traditio, & ita procedit ſecunda opinio & iſtam declarationem, ſeu concordiam ponit* Bal. *in d. c.* 1. §. 1. *de noua forma fidelit.* Iacob. de ſant. Georg. *in verbo Princeps in tract. de feudo.* Iaſ. *in dict. l. quoties & ſecundùm iſtam declarationem; &c.* idemque affirmauit Cabed. *cit. dec.* 30. *numer.* 9. ibi, *tamen quando donatio non fit per viam contractus, &c.* & vide D. Reg. noſtrũ infra *deciſ.* 201.

2 Ad illud autem quod de priuilegio reuocato hic annuitur, eſt aduertendum quod Princeps non poteſt reuocare priuilegium, quando tranſiuit in contractum, nimirùm pecunia interueniente, ita ſatis benè ex noſtris Iacob. Ant. de Mauro *alleg.* 44.

## *ARGVMENTVM.*

Donatiuo facto ab Vniuerſitatibus Regni domino Regi certæ pecuniæ quantitatis, ſi aliquæ ex vniuerſitatibus eſſent omninò impotentes, itavt ratas eis tangentes ſoluere non poſſent, nùm Vniuerſitates potentes ratas illas ſoluere teneantur, vel potiùs dicendum eſt, hoc cedere in damnum Regis.



Digitized by Google

## DECISIO CLXI.

1 IN Deciſio. 117. fuit in Regia Camera dubitatum, ſi facto donatiuo ab Vniuerſitatibus, & Baronibus Regni huius domino noſtro Regi, aliqui Barones priuilegio potirentur exemptionis à quouis onere etiam donatiui, an cæteri non exempti ratas illas exemptorum ſoluere teneantur, demùm hic dubitari contigit, An id quod in d. Deciſione tentum fuit, affirmandum ſit, reſpectu Vniuerſitatum impotentium.

2 Conſiderabatur, impotentiam hanc cedere in damnum Regis, ſit enim donatiuum certæ ſummæ, ita tamen quod nemo ſit immunis; ſed quod omnes pro focalariorum numero ſoluere teneantur, non obſtante quocumque priuilegio, etiam in corpore iuris clauſo, quæ quidem verba important; ac ſi dictum eſſet, Donamus Regi vnum Ducatum pro quolibet foculari; ideq enim dictum fuit vt ſoluatur pro numero focalariorum, & quod nullus ſit immunis, vt tantò minus reliqui potentes ſoluerent, nolentes pro impotentibus teneri hanc namque legem ſine dubio donationi, quam fecerunt, ponere potuerunt: *l. 1. C de donation. quæ ſub modo*, Bart. *in l. qui Romæ §. flauius. ff. de verbor. obligat.* etenim ſi dictum eſſet. Donamus Regi vnum Ducatum pro quolibet foculare, certè nullum poſſet conſiderari dubium; quod ſi vnus non poteſt ſoluere; alius pro eo impotente ſoluere non cogetur, eſt tex. *in l. legatorum* vbi Bart. *ff. de legat. 2.* idem Bart. *in l. 2. C. de apoc. publ. lib. 10.* Iaſ. *poſt alios in l. Auus neptis. ff. de pactis*, quod ſecùs eſſet ſi ſimpliciter certæ ſummæ eſſet factũ donatiuum, abſque aliqua alia clauſula, eo enim caſu pro impotentibus, potẽtes tenerentur, in quibus ſanè terminis loquuntur Bart. Io. de Platea, & reliqui, *in d. l. 2. C. de apoc. publ. lib. 10.* Aretin. & Iaſ. *in l ſi duobus. §. 1. ff. de leg. 1.* Alex & Iaſ. *in l. 4. §. Actor. ff. de re iudic.* Imol. *in l. ab omnibus. ff. de leg. 1.* Felin. & *Canoniſtæ omnes in c. accedentes extra de præſcript.* quare facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, fuit deciſum, quod omnes Terræ habitæ pro impotentibus, & quæ realiter ſunt habitatæ ponantur in calculo in beneficium Regni, & ab eis per Regiam Curiam exigatur id, quod exigi poteſt, & reliquũ quod ſoluere non poſſunt, cedat in damnum Regis, alia verò Terra ſi quæ reperitur in totum deſolata, & in qua nullum remanſit foculare, nulla domus, ſed tota extitit depopulata, provt fuit ciuitas Veſti, in qua ob Turcarum inuaſionem tota fuit combuſta, & anima non remanſit, ſit à Cedulario deleta, & non ponatur in calculo, & ſic focularia, in quibus áliàs fuit numerata aggregentur Regno.

## OBSERVATIO.

EX dictis hîc per Dominum Regẽtem in articulo 1
propoſito hæc eſt adhibenda diſtinctio, nimirum, aut certa quantitas ſimpliciter à Regno donatur, & tunc pro vniuerſitatibus impotentibus potentes ſoluent, quia impotentes reputantur, ac ſi non eſſent, aut verò certa quantitas donatur, & tunc ſi aliqua reperitur Terra ad ſoluendum impotens, illud quod ea vniuerſitas ſoluere non poteſt, in damnum Regis cedit, quia habetur ac ſi dictum eſſet, Donamus Regi vnum ducatum pro quolibet foculare, ita ſanè colligi videtur ex dictis per DD. *in l. 2. C. de apoc. public. lib. 10.* præſertim per Io. de Platea *num. 4. verſ. cum ergo*, vbi dicit, quod ſi certa imponitur quantitas ab aliqua Villa, vel Caſtro ſoluenda, quod vnus non ſoluit, alij ſoluere coguntur; at ſi in perſonis imponitur ſingularibus, tunc partem non ſoluentis alij ſoluere non tenentur, allegat tex. *in l. legatorum 34. ff. de leg. 2.* vbi ſi duo eſſent hæredes, qui vnum legatum ſoluere tenentur, ſi aliter impotens efficitur, qui ſoluendo eſt, ex cohæredis impotentis perſona ad aliquid non tenetur, addit demùm per obliquum contingere poſſe, vt pro non ſoluentibus alij ſoluant, vt puta ſi propter non ſoluentium defectum, illi primæ impoſitioni vnum fieret nouum ſuperindictum, & ita dicit accipiendam eſſe gloſ. *in d. l. 2. & tex. in l. actores C. de exactoribus tribut. lib. 10.* Idemque ſubdit Plat. quando onus eſſet merè reale, vt tributum pro prædiis ſoluendis, nam tunc quod vnus non ſoluit, alij ſoluere coguntur, ſed eis aſſignabitur poſſeſſio pro qua ſoluitur ad text. *in l. 1. C. de omni agro deſer. lib. 11. & in l. fin. C. de exactor tribut. lib. 10.*

## *ARGVMENTVM.*

Salarium Officiali electo, à quo die debetur, à die inquam, quo per Procuratorem iuramentum præſtitit de bene, & fideliter adminiſtrando, vel à die, quo adminiſtrare cæpit, Salarium an debeatur Officiali pro tempore, quo non inſeruiit, ex quo fuit ab officio ſuſpenſus, ſi poſtea per viam iuſtitiæ fuit reſtitutus.

## DECISIO CLXII.

DOMINVS Antonius ab Auria, 1
cùm à Sereniſſimo tunc Rege noſtro Collateralis Conſiliarius in hoc Regno deſignatus eſſet, mediante eius Procuratore ad hoc ſpecialiter conſtituto ob eius abſentiam præſtitit iuramentum, quod quilibet cùm ad Magiſtratum promouetur, præſtare ſolet, poſt aliquod tempus ad hanc Ciuitatem acceſſit, & officium ſuum adminiſtrare cæpit, fuit dubitatum à quo tempore huic electo ſalarium ſolitum annuorum ducatorum ſexcentum currere deberet, à die

niui

Digitized by Google

nimirum, quo per Procuratorem præſtitit iuramentum, vel à die quo adminiſtrare cæpit.

2 Fuit deciſum pro maiori parte votantium, nimirum debendum eſſe ſalarium à die, quo D. Antonius adminiſtrare cæpit, non autem à die, quo iuramentum per Procuratorem præſtitit, nam præſuppoſito, quod in gratiis, & officiis, quæ conferuntur, tria conſiderentur tempora, primum quando gratia eſt perfecta quoad ſui ſubſtantiam, ſecundum quando conceſſionarius illam acceptauit, & tertium quando ea vti cæpit, de quibus quidem tribus temporibus eſt tex. *in l. publicus manius*, vbi Bart. & Socin. *ff. de condit. & demonſtrat.* idem Bald. *in l. abſenti ff. de donat.* & Io. de Platea, *in l. fin. C. de Conſul. lib.* 12. dicebatur ſalarium non niſi ratione adminiſtrationis deberi, prout eſt tex. *in l.* 1. vbi gloſ. Bart. & Ioannes de Platea *C. de primipilo lib.* 12. Bart. *in l.* 1. *§. Diuus vbi* Alex. *in addit. ff. de var. & extraordin. cognition.* Bald. *in c.* 1. *§.* 1. *quis dicatur Dux.* nec vim facit iuramentum antea præſtitum, ex quo illud aliud non operatur niſi adminiſtrandi poteſtatem, ita vt ante illius præſtationem electus iuriſdictionem non habeat, adhuc ſi in prouinciam ingreſſus fuerit, ita Bald. *in l. meminiſſe ff. de offic. Proconſul. & legat.* & Ang. *in §. iusiurandum*, *Auth. vt Iudices ſine quoque ſuffr.* Vnde.

## OBSERVATIO.

1 Concurro libenter cum deciſis hîc, vt ſalarium Officiali electo, non debeatur, niſi à die, quo adminiſtrare cæpit, quamuis per multum temporis ante officium aſſequutus ſit, ſic pariter cenſuit Dom. Regens Moles *in deciſ.* 2. *ſub tit. de pœnis, quibus tenentur officiales, qui pecuniam fiſcalem retinent, impreſſa per me lib.* 1. *reſolut. iuris cap.* 310. vbi *num.* 9. dicit, quod licèt fuerit facta electio, ſequuta acceptatio, & dignitas iam tranſlata, & quæſita, tamen ſalarium non debetur, niſi cum primum electus elaborare cæperit, allegat Bald. hîc citatum *in cap.* 1. *in fine in tit. quis dicatur Dux, vel Comes. poſt* Bart. *in l. ex eo ff. de donat. & in l.* 1. *§. Diuus ff. de var. & extraord. cognition.* idemque ſcripſit Maſtrill. de Magiſtr. *lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 98. & D. Reg. Conſtant. *in l.* 1. *num.* 30. *C. de conſul. lib.* 11. cuius dicta licet aduerſari videantur huic Deciſioni, dum dicit, quod ſalarium debetur Officiali electo non ante, niſi poſt iuramenti præſtationem, & quod ab illo die adſcribatur in libro ſcribæ portionis, attamen ſupponit, quod ab illo die adminiſtrare cæpit, exempla adducens in perſonis Regiorum Conſiliariorum Sanctæ Claræ, qui officij poſſeſſionem adipiſcuntur mediante iuramenti præſtatione, & poſt præſtitum iuramentum cunctis diebus, & horis officio incumbunt, nec vnquam ſeruatum, vt per procuratorem iuramenta præſtent; At ſi caſus daretur, vt Conſiliarij, Sanctæ Claræ, Præſidentes Regiæ Cameræ ac Regentes Regiam Cancellariam per procuratorem iuramenta præſtarent, vtique dicendum erit, vt ſalarium eis non debeatur, niſi à die quo adminiſtrare cæperint prout fuit deciſum hîi, non autem à die delati iuramenti.

2 Suppoſito igitur quod ſalarium debeatur ratione laboris, & quod qui non laborat non manducat, obſeruat D. Regens Moles *loc. cit*, vt hoc procedat etiam ſi Officialis propter aliquod prætenſum delictum eſſet ab officio ſuſpenſus, & demum per viam iuſtitiæ reſtitutus, vt adhuc pro eo tempore, quo non inſeruiit, ſalarium prætendere non poſſit, quamuis de eius innocentia conſtiterit, ſed hoc affirmare videtur ſi loco remoti alius fuerit ſubſtitutus, vide, cum quia doctè loquuntur.

## ARGVMENTVM.

Iuriſdictio quæ à Rege, vel à Barone exercetur, tam in ciuitate, ſiue Terra, quam in caſalibus, an Ciuitate, ſiue terra cōtradicente ſeparari poſſit, ita vt vnus eligatur gubernator in Ciuitate, ſiue Terra, & alius in caſale, & quatenus hoc de iure fieri poſſet, ſi à Barone fieret hæc ſeparatio, an Regius requiratur aſſenſus. Diſmembratio feudi, quæ dicatur. Baro an poſſit in ſua terra duos eligere Officiales, nimirum, vt vnus ius diceret in cauſis ciuilibus, & alter in cauſis criminalibus, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CLXIII.

INSTABAT Caſale Squinzani ſeparari à ciuitate Licij, cum qua vnitum reperiebatur, ſicque pro Iuriſdictionis exercitio, ſiue adminiſtratione ſeparatum deſtinari Gubernatorem, offerens ducatos quatuor mille ad beneficium Regiæ Curiæ, fuit dubitatum in Regia Camera, an diuiſio, ſiue ſeparatio hæc, ciuitate illa contradicente fieri poſſet. 1

Allegarat pro ſe Ciuitas diſpoſitionem Regiæ Pragmaticæ æditæ Thori in primo capite, nam cum aliàs illius Prouinciæ Perceptor exactionem ſeparaſſet functio num fiſcalium, exigendo ſeparatim functiones fiſcales Caſalis Squinzani, ab ipſa ciuitate, mandauit Rex Catholicus ſuper hoc nihil forè innouandum, vnde dicebatur idem eſſe ſeruandum reſpectu iuriſdictionis; ſed Regia Camera accedente voto Dominorum Regentium Regiam Cancellariam, iudicauit, Caſale prædictum eſſe à ciuitate Licij, quoad iuriſdictionem ſeparandum ſicque exceptionem dictæ Pragmaticæ in caſu propoſito non militare, ſed tantum locum habere poſſe, quando contingeret diuiſio exactionis functionum fiſcalium. Ratio deciſionis fuit, quia nemo cogitur in communione viuere, id quod nec etiam per 2

 pactum

Digitized by Google

pactum fieri poteſt, *l. in hoc iudicium §. ſi conueniat ff. comm. diuidund.* Etenim dicebatur aliud eſſe, quod fiat, vel non ſeparatio reſpectu functionum fiſcalium, aliud verò quod fiat reſpectu iuriſdictionis, vnde à ſeparatis non fit illatio; *l. Papinianus exul. ff. de minoribus l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ.* ex quibus fuit deciſum provt ſupra.

---

## OBSERVATIO.

1 IMpertinens mihi viſa fuit ſemper prætenſio, quam interdum aliquæ terræ Regni huius habuerunt, vt non poſſit Baro pro Iuſtitia adminiſtranda duos creare, & eligere Officiales, alterum nimirum in Terra, quæ eſt caput Baroniæ, alterum verò in Caſale, provt contigit hic inter Regiam Curiam, & ciuitatem Licij, & demùm inter Marchionem Vallis Siculæ, & terram Fluminis Frigidi, quæ ſimiliter prætendebat non licere Marchioni eius vtili Domino conſtituere Capitaneum, & Iudicem ſeparatum in Caſale Longobardorum, itavt vnus Capitaneus eſſet, & iuſtitiam adminiſtraret in terra Fluminis Frigidi, & Caſali Falconariæ, & alter in Caſale Longobardorum, in cuius cauſa D. Regens de Ponte elegantem ſcripſit Deciſionem, quæ eſt 6. in ordine; Etenim allegantes pro Caſale Longobardorum, quod poterat Marchio Capitaneum conſtituere particularem in illo caſale, non obſtante contradictione vaſſallorum Fluminis Frigidi, illum conſiderabant, nam præſuppoſita poteſtate penes ipſum vtilem Dominum, nimirum quod iuriſdictionem per alium exercere poterat; & in quacumque parte territorij, ad tex. *in c. cum Epiſcopus de offic. ordin. in 6.* ſequebatur certè dicendum quod qui vtitur iure ſuo nemini facit iniuriam: *l. non videtur vim l. nullus videtur dolo. ff. de regul. iur. l. 3. §. 13. tamen. ff. de libero homine exhib. l. iniuriarum §. 1. ff. de iniuriis. l. ſi quis donaturus §. ſi quis indebitum ff. de condit. ob cauſam.* Hinc infert Dec. *in d. l. nullus videtur*, quod poteſt quis in ſuo ædificare, & altiùs tollere ædificium vſque ad cælum, dato quod vicini lumina obſcurentur: *l. altius l. in ædibus C. de ſeruitut. & aqua l. Proculus ff. de damno infecto*, tanto magis ſi id faciet ad ſui vtilitatem, & vt ſibi proficiat, non autem ad æmulationem, quia tunc procederet tex. *in l. 1. §. denique ff. de aqua pluu. arcenda*, imò non ſolùm re ſua poteſt quis ad ſui libitum vti, ſed etiam poteſt vti re communi ad vſum deſtinatum: *l. Sabinus ff. communi diuid.* quocirca Bart. Cæpol. *in tract. de ſeruit. vrban. Prædior. in cap. de fornace, circa finem.* dicebat, quod poteſt quis in muro domus ſuæ facere fornacem ad coquendum aurichalcum, etiam quod timeretur ne immittatur ignis in domum contiguam vicini, vel quod ex fumo fornacis magnum damnum inferatur vicino. In caſu autem, de quo agimus, perperam damnum aliquod conſideratur reſpectu ciuium Capitis Baroniæ, quando ipſius vtilis dominus nouum vellet deputare Capitaneum in Caſale, vt ibi inter ipſos tantum ciues ius dicat, tunc enim Capiti Baroniæ notabile inferretur damnum, maximumque præiudicium, quando Baro in totum vellet mutare locum iuris dicendi, ſicque transferre tribunal Capitanei à Capite Baroniæ ad Caſale, hoc namque caſu vaſſalli grauarentur, cùm à propria ſede ad Caſale pro iuſtitia petenda accedere compellerentur, id quod nullatenus permittendum, quia ius in loco ſolito, & conſueto maiorum reddi debet: *l. penult. ff. de iuſt. & iure*, id quod, ea pariter potiſſima ratione comprobatur, nam pone quod Baro præuio Regis aſſenſu Caſale alteri venderet, nonne illius Ciues à iuriſdictione Capitanei Terræ eximerentur, certè ſic; poſſet forſan eo caſu caput Baroniæ tali venditioni contradicere certè, non; etenim dicebat Bald. *in cap. 1. §. eadem lege in tit. de lege Corradi*, de conſuetudine ſeruari, quod villæ, & caſtra cum mero imperio vendantur, ſequitur Dec. *in l. debitorum C. de pactis*, ſubdens, quod nihil obſtare videtur quominus, quis ius quod habet, vendere poſſit: *l. dudum C. de contrah. emptione*, & quod iuriſdictio Caſtri tranſeat in creditorem, cui illud pignoratum fuit: Paul. de Caſtro *conſ. 376. col. fin.* in nihilo refragante Innocentio *in c. prudentiam de officio deleg.* vbi dixit ad Caſtri, vel iuriſdictionis diuiſionem procedi non poſſe, ne illud cõtingat monſtruoſum, nimirum duo capita in eodem corpore, procedit enim dictum hoc quando Caſtri proprietas in duos, vel plures diuideretur, ſecus ſi iuriſdictionis adminiſtratio per plures fieret Officiales.

In puncto autem quod Baro plura poſſidens Caſtra in vno territorio, veluti in vno comitatu, poſſit ex cauſa exercitium, & vſum iuriſdictionis diuidere, ſcilicet pro commodiori vaſſallorum regimine, firmauit Alex. *conſ. 25. num. 4. & 6. lib. 5.* & videtur eſſe tex. expreſſus *in l. ſi locus ff. de iudic.* vbi Iuriſconſultus ait, Iudicem in eo loco ius dicere debere, in quo iudicare ſolet abſque tamen litigantium incommodo; & quamuis gloſ. *ibi* tex. illum deſtruere conetur, dum ait, quod quando ius redditur in loco maiorum ſolito, & conſueto, tunc etiam cum litigantium incommodo ius dici poteſt, per tex. *in l. penult. ff. de iuſt. & iure*, attamen hanc gloſ. ſententiam reprobat, & meritò Archidiac. & Gemin. *in c. cum Epiſcopus de offic. ordin. in 6.* ſicque in illa cauſa Fluminis Frigidi oſtenſum fuit, pluries per Sacrum Conſilium pro hac, quam tuemur ſententiam, fuiſſe determinatum, provt in eo proceſſu videri poteſt, in nihilo refragantibus aliis contrariis determinationibus per idem Sacrum Conſilium factis, nam dictum fuit, quod non erant contrariæ, ex quo in diuerſis terminis proceſſerunt, quia vel loquuntur in vna, eademque ciuitate, vt eſt in illa Nuceriæ Paganorum, vel non exiſtente aliqua rationabili cauſa, vt eſt illa, quæ allegabatur de terra Satriani, & Caſale Daboli. 2

His ſic ſe habentibus, ſuppoſitoque pro indubitato, quod poſſit Baro vnum deputare Capitaneum in Caſale, vt inter illius ciues ius dicat, & alium in Capite Baroniæ, non obſtante, quod conſueuerat vnum tantummodo eligere in tota Baronia, ſiue Comitatu, dubitari poteſt an hoc facere valeat ſine Regio beneplacito, & aſſenſu? & quod Regius aſſenſus videatur neceſſarius, noſcitur ex deciſis per Sacrum Conſilium in illa cauſa Fluminis Frigidi, eo habito pro vero ex hac noua deputatione Capitanei induci diuiſionem iuriſdictionis Baroniæ & conſequenter requiri aſſenſum à Domino Rege noſtro obtinendum, cum à Prorege impetrari non poſſit, ſic diſponente Regia ſanctione nouem capitum, quæ eſt 4. *in tit. de feud.* qua prohibetur præſtari aſſenſum à Proregibus, vbicumque feudi diuiſio inducitur, ſic habetur *in ſupra citata deciſione Dom. Regentis de Ponte 6. in ordine num. 1.* 3

At ego ſemper contrarium reſpondi, nimirum in deputatione noui Capitanei in Caſale nullum Regium aſſenſum forè neceſſarium, quandoquidem receptiſſimum eſt, tunc in contractatione bonorum feudalium Regium requiri aſſenſum, quando tractatur de alienatione, diſmembratione, hypotheca, vel de aliqua imponenda ſeruitute ſuper feudo, ſic namque prodita ſunt iura, *in c. Imperialem de prohib. feud. alienat. per Frederic. & in Conſtit. Regni noſtri Conſti-* 4

tutio

Digitized by Google

*tutionem Diuæ memoriæ*, ſed per deputationem noui Capitanei in Caſale,nil iſtorum inducitur,ergo: non enim Baro ſic eligendo Capitaneum alienat feudum, aut partem illius, vel iuriſdictionis, cùm alienatio actus ſit, per quem dominium transfertur: *l.1. C.de fundo dotali*, ſed dominium caſalis per hanc deputationem in alium non eſt tranſlatum, ergo.

5 Nec eſt diſmembratio partis feudi, nam ad rem noſtram triplex eſt diſmembratio, prout declarare videtur Author damnatæ memoriæ, *in ſuo gloſ. Pariſienſ. §.35. num.1.* quædam à capite, veluti quando Caſtrum recognoſcitur ab vno Rege, & feudatarius attentat velle illud ab alio Domino recognoſcere; quædam à corpore, veluti quando de vno feudo fiunt duo,vel plura ab eodem tamen antiquo Domino ſemper recognoſcenda; tertia à capite, vel corpore ſimul, veluti quando pars feudi tanquam feudum ſeparatum ab alio recognoſcitur, vel recognoſci attentatur,ſed in caſu, de quo agimus,nil horum trium interuenit, ergo deputare in Caſale nouum Capitaneum, non eſt diſmembratio.

6 Nec eſt diuiſio feudi,ſiquidem diuiſio etiam tranſlationem Dominij in alium importat,& quod diuiſio ſit alienatio, firmat Andr. *in c.Imperialem §.præterea ducatus, de prohib.feudi alienat. per* Frederic. *quem refert, & ſequitur* Alexand. *in cit. conſ.25. numero 11. lib.5.*

7 Nec pariter diuiditur iuriſdictio, nam cum iuriſdictio cohæreat territorio, ſicut nebula ſupra paludem,vt per Bald. *in tit. de allodio.* & per alios vbique, ſequitur, quod ſit tota in toto territorio, & in qualibet parte totius ſicut anima in corpore, vnde Bart. dicit,totam habere iuriſdictionem in Caſale, ſicut habet in terra, & ſic in Capite Baroniæ, & proinde conſtituendo nouum Capitaneum in Caſale, non diuidit iuriſdictionem; ſed totam, & integram illi Capitaneo conceſſit, ſicut dicimus de ſeruitute viæ, quæ diuidi non poteſt: *l.via conſtitui, & l. pro parte ff.de ſeruit. ruſtic. prædior.* ſed ſi via erat latitudinis ſexdecim palmorum, & poſtea pacto reſtricta eſt ad octo, certè non dicetur diuiſa ſeruitus viæ ſed modificata, & coanguſtata, prout in iuribus modo citatis *gloſ. & DD.* notant ſic ad caſum noſtrum conſtituebatur Capitaneus, qui iuriſdictionem habebat in tota Baronia, ſi poſtea eligitur nouus Capitaneus in Caſale, perperam dici poteſt, quod diuidatur iuriſdictio,ſed hoc tantum ſit, vt per hanc nouam Capitanei deputationem in Caſale, Capitaneus deputatus in capite Baroniæ incipiat habere coarctatam, & anguſtatam iuriſdictionem inter certos limites, & perſonas; Etenim ſine controuerſia eſt, vt iuriſdictionis proprietas reſideat in perſona Baronis, ſicque poteſt Baro de illa ad ſui libitum diſponere, hoc eſt concedendo vſum iuriſdictionis, nunc vni, nunc alteri Capitaneo. Hinc fortaſſe non prohiberetur Baro vnum deputare Capitaneum in cauſis ciuilibus, & alium in criminalibus, nam quod in vna, eademque terra, vel Caſtro poſſint duo eſſe Officiales ſcripſit Capyc. *deciſ.27. num.22. & 39.* ſic namque legimus fuiſſe antiquitùs Romæ ſeruatum, vnus enim erat Prætor, qui ſolus inter Ciues Romanos, & exteros ius dicebat, & poſtea cùm in Vrbe turba plurima conueniret, vnuſque non ſufficeret Prætor, duo fuerunt conſtituti Prætores alter Vrbanus appellatus, qui inter Ciues Ius diceret, alter peregrinus, qui ius diceret inter exteros, hic eſt text. *in l.2. verſ. cumque Conſules ff.de orig. Iur.* & ad rem noſtram, quod per conſtitutionem duorum officialium, vel erectionem duorum tribunalium in Comitatu feudi,diuiſio non inducatur; ſed ſit tantum quædam diuiſio exercitij, & adminiſtrationis iuriſdictionis, expreſsè firmauit Bart. per illum tex. *in l.inter tutores in fine num.6.ff. de adminiſtrat. tutor. & in l.1. C.de metropolitan.*Beryto *lib.11.*& ſatis ad propoſitum Afflict. *in conſtit. Regni Magiſtri Camerarij*, vbi per illum tex. *in 10.notabili*, dixit, quod quando vnus Baro plures habet terras, & Caſtra, permittere non debet, vt vnus Officialis acta faciat iudiciaria vnius loci, trahatque homines ad alium locum,idque propter diſpendia euitanda illius, qui non eſt eiuſdem loci, vnde ſubdit, quod in quolibet loco debet per vices, & tempora ſedere ex quibus omnibus firma remanet concluſio, nimirum per conceſſionem,quæ à Barone vnius Baroniæ ſit Caſtro de eligendo, & deputando ibi Capitaneum, feudi,aut iuriſdictionis alienationem non induci,non diſmembrationem,nec pariter feudi, aut iuriſdictionis diuiſionē, ſed tantummodò immutari modum adminiſtrandi vſum iuriſdictionis, vt ſicut per priùs adminiſtrabatur per vnum Capitaneum in duobus locis,adminiſtretur poſtea per duos,quodque ad hoc peragendum Regius requiratur aſſenſus,nulla lege cautum eſſe comperimus.

Hæc & alia pro Caſale Longobardorum in illa 8
cauſa Fluminis Frigidi conſiderabat Dominus Agatius Aſſantus Iuris Pontificij in hoc Almo Regio Gymnaſio olim moderator,ex cuius reſponſo manuſcripto, quod habeo,hæc collegi.

## *ARGVMENTVM.*

Nominatione facta extra Regnum per vnum ex duobus Reis conuentis, an Correo proſit, ſi, qui nominationem fecit ante litterarum commiſſionalium conſignationem è viuis deceſſit. Beneficia, quæ competunt minori an proſint maiori litis conſorti. Minor reſtitutionem poſtulans aduerſus venditionem indiuidualis fundi, à ſe cum aliis condominis maioribus factam,an ſit audiendus ſi integrum pretium ab emptore exburſatum non ſoluerit, & de aliis.

## DECISIO CLXIV.

IN cauſa Magnificæ Ioannæ Mi- 1
roballæ agentis actione rei vendicationis ſuper Terra Sancti Marzati contra Magnificam Vincentiam Latra, & Magnificum Paulum de Tufo matrem, & filium, fuit dubitatum in Regia Camera, ſi nominatione facta extra Regnum per procuratorem D. Vincentiæ, quæ ſtatim ante conſignationem litterarum commiſſionalium cuius deceſſit, poterat vti dictus Paulus.

Pro parte actricis dicebatur quod hac dilatione non poterat Paulus gaudere cum caſus verſabatur in diuiduis, in quibus beneficium

quod

Digitized by Google

quod competit minori, maiori denegatur, ſi à minore eſt petitum adhuc ſi eiuſdem litis eſſent conſortes, ſecùs verò in indiuiduis, in quibus ſine dubio beneficium, quod competit minori, prodeſt etiam maiori litis conſorti, ita Gloſ. Butricar. Alberic. Bald. Salycet. Paul. de Caſtro, & alij, *in l. 1. C. ſi in Commun. eadem cauſa in integr. reſtit. poſtul. & in l. 1. C. ſi plur. vna ſenten.* & licèt aliqui Doctores in locis prædictis voluerint, quod tam in diuiduis, quam in indiuiduis, nunquam beneficio, quod eſt minori conceſſum, poſſit, vti maior, tamen dictum fuit diſtinctionem præfatam eſſe communem, per tex. *in l. ſi communem ff. quemadmod. ſeruit. admitt.* idque expreſsè firmaſſe Bald. cuius theorica attenta compertum fuit Regiam Cameram ſemper iudicaſſe, *in l. 2. §. ſed vtrum ff. de minor.* vbi loquitur in indiuiduis, & in connexis, & quod aliàs ita iudicaſſe Sacr. Conſilium penes Afflict. *dec. 213.* ſed ex aduerſo dicebatur, quod in caſu propoſito adhuc in indiuiduis res erat, quia tractabatur de reiuindicatione feudi, quod eſt indiuiduum, cùm in eo viuebatur de iure Francorum, vnde attenta ſupradicta diſtinctione, iuſtitia D. Pauli in tuto erat, eoque magis cum de his non tractabatur, ſed tantum de dilatione conceſſa D. Vincentiæ, & nominatione per eam facta, quæ de iure tam minori, quàm maiori competit, & conſequenter ſi ab vno eſt petita, ab alio litis conſorte proſequi poteſt, vt eſt caſus *in d. l. 1. & 2. C. ſi plures vna ſent.* & optimè declarant, Alberic. Bald. Salyc. & Paul. de Caſtro, *in d. l. 1. C. ſi in commun. eademque cauſa,* imò dictum fuit voluiſſe Innocent. *in c. cum ſuper, extra de re iudic.* quod etiam ſi vnus appellat, poteſt alius adhuc ſi litis conſors non ſit, appellationem illam proſequi, ſi ſua intereſt, & ita per ſupra dicta per Regiam Cameram, nemine contradicente, fuit ad fauorem Domini Pauli de Tufo pronunciatum.

## OBSERVATIO.

1 Diſtinctio à Domino Regente noſtro hîc conſtituta, eſt vndique receptiſſima, nam quod beneficium reſtitutionis in integrum competens minori, verſantes nos in diuiduis, ſiue diuiſibilibus maiori litis conſorti non proſit, vltra Doctores hîc citatos, ſcripſerunt pariter Alex. *conſ. 55. num. 17. lib. 5.* Alpha. *collect. 437.* Barboſa *in l. 1. par. 3. num. 63. ff. ſol. matrim.* Vaſq. *controu. vſufrequent. par. 2. cap. 23. num. 12. in princ.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 129. & ſeq.* Donell. *comment. iur. ciuil. lib. 21. cap. vlt. verſ. qua de re, &* Paul. Mont. *de tut. & cur. cap. 33. n. 517.* verſantes autem in indiuiduis, quod hoc reſtitutionis auxilium, ad quod minor recurrit, maiori conſocio, ſiue litis conſorti ſit omninò proficuum, vltra gloſ. ad omnibus canonizatam, & alios DD. hîc citatos *in l. vnica C. ſi in commun. eadem cauſa.* firmarunt ex recentioribus infraſcripti, vno ore dicentes, quod quando res ſiue cauſa eſt indiuidua, vt ſeruitus, tunc reſtitutio conceſſa minori, prodeſt maiori; fac enim vt plures in aliquo fundo ius habeant ſeruitutis, illamque remitterent, & ex remittentibus eorum alter eſſet minor, hic ſi aduerſus ſeruitutis remiſſionem reſtitueretur, hæc eius reſtitutio aliis maioribus proderit; ita Afflict. *deciſ. 213.* hîc citata, vbi *num. 3.* expreſſis verbis ait fuiſſe per Sacrum Conſilium determinatum, quod in indiuiduis, & connexis beneficium, quod competit minori ad eiuſdem litis conſortes maiores extenditur: Menoch. *d. remed. 15. n. 131. & conſ. 123. num. 15. & conſ. 136. num. 23.* Caldas *in l. ſi curatorem, in verbo, vel aduerſarij dolo. num. 25. cum ſeqq.* Petr. Barboſ. *in d. l. 1. par. 3. num. 63.* Guttier. *pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 67. per tot.* vti doctè loquitur, Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 14. num. 1. &* Ant. Gam. *deciſ. Luſit. 291. num. 1.* quicquid contra; ſed malè ſenſerit Ant. Gomez *var. reſol. tom. 2. cap. 14. num. 10.*

Illud tamen eſt omnino hîc notandum, quod vbi 2
Minor reſtitui poſtularet aduerſus venditionem indiuiſibilis fundi, à ſe cum aliis condominis maioribus factam, non aliter audiendus, niſi totum fundum recipere ſit paratus, ac inſimul totum pretium emptori reddere, ideſt pro condominorum quoque portionibus; hoc tamen ſi venditio cum curatoris authoritate facta ſit, ſin autem perperam contra legis prohibitionem facta extitiſſet, tunc ſicuti non eſſet Minori neceſſaria reſtitutio; ita parum curandum, an emptor partem empturus fuiſſet necne? ſuam enim partem quaſi nec alienatam pro indiuiſo poterit Minor ab emptore vindicare: ita ſatis eleganter loquutus fuit Ant. Fab. *diffinit. 2. C. alleg. tit. ſi in comm. cauſ. in integr. reſtit. pet.* quam vide.

## *ARGVMENTVM.*

Scripturæ ab Actore præſentatæ, an Reo notificari debeant, & an vbi non fuerint notificatæ, ſententia inde ſequuta ſubſiſtat, vel potius dicatur nulla. Terminus ad impugnandum ſcripturas ab actore compilato proceſſu præſentatas, an ſit Reo concedendus, & de aliis.

## DECISIO CLXV.

INſtabat Magnificus Ioannes 1
Franciſcus Carrafa ſentẽtiam contra ſe latam ad fauorem ſpectab. Alphonſi della Roſa, Comitis Turellę declarari fuiſſe, & eſſe nullam, ex eo quod ſcripturæ in actis productæ ſuper quibus ſentẽtia illa fundabatur non fuerãt ipſi Reo conuentæ, notificatæ, iuxta ea quæ notant Bart. *in extrauag. ad reprimendum in verbo de plano, &* Aretin. *in c. 1. col. penult. & fin. extra de probation.* & eſt bonus textus, quem pro ſingulari ad hoc notant Angel. & Alex. *in l. properandum §. ſin autem reus. C. de Iudic.* Bald. per illum tex. *in l. Iudices, in 4. notab. C. de fide inſtrum.* vndè dubitatum extitit, Quid iuris.

Per

Digitized by Google

2 Per Regiam Cameram fuit deciſum, ſententiam fuiſſe validè prolatam. Ratio Deciſionis, quia licet veriſſima ſit Concluſio, vt ſcripturæ, quæ per actorem producuntur Reo notificari debeant; tamen limitatur quando fuerunt productæ, & in actis, aduerſario ſciente remanſerunt; ita optimè declarant Bald. & Salicet. *in l. ſi quando. C. de teſtibus*, idem Salyc. *in l. fin. C. de fide inſtrument.* Iaſ. *in d. §. ſin autem reus, & in l. non ſolum. §. morte. col. 17. ff. de nou. oper. nunc.* vnde cum in caſu propoſito fuerit parti datus terminus ad proceſſum percunctandum, ergo ſequitur, quod Reus ſcientiam habuit, vel habere potuit de inſtrumentis in actis præſentatis: *arg. leg. quod te. ff. ſi cert. pet.* Præterea dicebatur, quod licèt inſtumentũ in iudicio productum, parti notificari debeat, tamen ſi non intimatur, & demùm ſententia ſequitur, non propterea illa dicetur nulla, quia ſententia ſine probationibus, & abſque termino ferri poteſt, dum tamen non eſſet lata ex maxima breuitate termini; vt optimè Aretin. *in c. Eccleſia ſancta Maria, col. 3. extra de conſtit.* Innoc. *in c. quoniam, contra falſam, de probation. & in c. in præſentia. de renunciat. idem.* Aretin. *in l. 1. col. fin. C. de error. calcul. & in l. hæres inſtitutus. col. 2. ff. de acquir. hæredit.* Ratio eſt quia probatio non eſt actus reſpiciens formam, vel ſubſtantiam iudicij, ſed ſolùm ius Partis, ergo eius omiſſio ſententiam non annullat, prout in ſimili diſtinguunt Ant. de Butr. *in c. ad ſedem, de reſtit. ſpoliat.* & Aret. *in c. quoniam contra, in fine de probation.* quibus ſic ſtantibus fuit deciſum vt ſupra.

---

## OBSERVATIO.

1 Nota ex hac Deciſione, Concluſionem illam ab omnibus Pragmaticis receptam, quod ad finem vt ſcripturæ, quæ ab Actore in iudicio præſentantur, probationem faciant, Reo notificari debent: ſic vltra DD. hîc relatos, ſcripſerunt Roman. *conſ. 156. numer. 3. & 519.* vbi intra *num. 3. & 4.* ponit formalia verba Bar. *in extrauag. ad reprimendum in verbo de plano*; cuius ſententiam pro ſtylo hodie ſeruare Rota teſtatur Gomez. *in regul. de annali poſſeſſ. quæſt. 4. intra num. 5.* Natta *in Clem. ſæpè. §. ſine, verſ. qua omnia de verb. ſignif.* Felin. *in c. 2. num. 31. de teſtibus*, Hyppol. de Marſigl. *ſing. 81.* vbi Bart. theoricam extollens ſubdit, ex ea magnum conſequutum fuiſſe honorem, Io. Bap. Ferrett. *conſ. 42. circa fin. & conſ. 45. num. 2.* Iaſ. *in l. de pupillo. §. de morte ante n. 19. verſ. quarta concluſio eſt. ff. de nou. oper. nunc.* ſub illis verbis. *Vnde ſi index ſtatuit alicui terminum ad probandum, non ſufficit, quod exhibeat coram iudice inſtrumentum, nec etiam ſufficeret, quod legeret Parti, immò debet dari copia talis inſtrumenti Parti. &c.* Maria. Socin. *conſ. 134. num. 4. cum ſeqq. lib. 2.* Crauet. *conſ. 121.* Ant. Gabr. *comm. concluſ. tit. de citat. concluſ. 1. num. 12.* & alij penes addentes ad Roman. *cit. conſ. 519.* quibus addo ex noſtris D. Reg. Rou. *in pragm. 26. num. 1. de offic. S. R. Conſ.* & Ioe. Berard. Muſcatell. *in prax. 1. 2. in gloſſa præſentato. num. 3. & 4.* vbi conuenit cum Dom. Reg. noſtro, vt *D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.* hæc Concluſio locum non habeat quoties Iudici conſtat de ſcriptura præſentata Reum notitiam habuiſſe; & ita in dies ſeruamus in his ſupremis tribunalibus: nam cùm ſemper de ſcripturis præſentandis fiat mentio in libello, in quo Actor iura ſua deducit, cunctiſque diebus, & horis à Procuratoribus, & Aduocatis proceſſus percunctantur, benè Reorum defenſores ſcripturas præſentatas obſeruant, id quod adeo verum comperimus, vt ſi poſt concluſum in cauſa Actor ſcripturas præſentauerit in libello iudicatas, quia potuit Reus aduerſus illas ſe defendere, denegatur ei alius terminus quem forſan peteret ad ſe defendendũ, vel impugnandum ſcripturam illam ſic poſt concluſum præſentatam, ita deciſum teſtatur Anna Pat. *ſing. 502.* de quo memores fuerunt D. Reg. Tap. *lib. 3. Iuris Regni in pragm. 11. n. 5. de ordin. iudic. ſub rubr. de præſent. ſcript.* Muſcatel. *in prax. p. 7. gloſ. præſentatas. num. 20. in fine.* & d. Reg. Rou. *in pragm. 11. num. 43. de ordin. iudic.*

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius ſi aſſeritur caſu deperditus, an, & quando per Teſtes probari poſſit. Scriptura an ſit de ſubſtantia gratiæ. Aſſenſus Regius ſuper bonorum feudalium contractatione requiſitus, an per longiſſimum tempus interueniſſe præſumatur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CLXVI.

Fvit in Regia Camera dubitatum, ſi aſſenſus Regius per verbum, *fiat*, in calce memorialis porrecti impetratus, eſſet amiſſus, an per Teſtes probari poſſit in terminis tex. *in c. cum olim. il 1. extra de priuileg. & in l. ſicut iniquum & in l. fin. C. de fid. inſtrum.* 1

Pro cuius dubij reſolutione conſiderabatur Primò ſcripturam non eſſe de ſubſtantia gratiæ, adeò quod gratia poteſt ſine litteris fieri, vt per Innocent. *in c. conſtitutus de reſcript.* Ioan. Andr. & Archidiac. *in proœm. 6. decretal.* Aretin. *in l. qui abſenti. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. labeo ff. de iureiur.* latiſſimè Felin. *in rubr. de cenſibus. col. 2.* & licèt regulariter Summi Pontificis gratia non niſi per litteras probari poſſit; vt per Felyn. *in loco modò cit.* tamen Regij aſſenſus impetratio benè per Teſtes probari poteſt, vt expreſsè firmauit Iſern. *in c. 1. §. hac edictali, de prob. feud. alien. per* Lothar. & Afflict. *deciſ. 398.* vnde dicebatur, quod ſi in caſu propoſito probaretur non tenor memorialis, ſed aſſenſus, ideſt res ipſa, puta quia teſtes deponerent, quod fuerunt præſentes, quando fuit conceſſus aſſenſus, hoc ſufficeret, vt tenet Innoc. Hoſtienſ. Io. Andr. Anton. de Butr. Cardin. & Abb. *in d. c. cum olim,* 2

& Bart. *in d. l. ſicut iniquum.* hoc tamen niſi eſſet elapſum tempus à Regiis Pragmaticis præſcriptum, infra quod ſub pœna nullitatis actus, aſſenſus Regius in forma Regiæ Cancellariæ extendi, regiſtrari, & ſigillari debeat, quia aliàs ſi hoc tempus eſſet elapſum, adhuc ſi memoriale cum Regia decretatione non eſſet amiſſum, nullius momenti eſſet. Cùm igitur tractabatur non de probatione rei geſtæ, ſed de tenore dicebatur quod neceſſariò probari debebat amiſſio inſtrumenti, ſeu priuilegij per caſum fortuitum, non autem per dolum, vel latam culpam, amittentis, vt per Innocent. & alios *in d. c. cum olim*, ſed valide dubitabatur, an in caſu de quo agebatur eſſet bene probatũ quomodo fuerit ſequuta amiſſio, quia ſi erant attendenda dicta per Innoc. & per omnes, *in d. c. cum olim*, oportebat, quod prius per Iudicem eſſet capta ſummaria informatio ſuper amiſſione, & quod pars iuret ſcripturam eſſe caſu amiſſam, non autem voluntariè, aliàs nunquã tenor attenditur; in caſu propoſito nihil erat probatum, ergo: Præterea fuit allegatus Salycet. *in d. l. fin. C. de fide inſtrum.* vbi dicit quod quando quis agit ad fundandum ſuam intentionem, & allegat amiſſionis caſum, nunquam amiſſionis probatio per iuramentum admittitur; ſed debet caſus per Teſtes probari, allegat tex. qui hoc bene probat *in l. ſi quis ex argentariis. §. fin. ff. de edend.* in caſu propoſito nihil fuit probatum, ergo.

## OBSERVATIO.

1 Circa Dubium illud, nimirum, an Regius aſſenſus ſuper venditione, donatione, legato, vel obligatione bonorum feudalium impetratus, poſſit per Teſtes probari, vel præciſè requiratur ſcriptura, ex Noſtratibus mox citandis, alij probari poſſe affirmarunt alij negarunt, alij diſtinctione vſi ſunt, vt ſcilicet ipſa Regis conceſſio per Teſtes probari non poſſit, benè autem amiſſio ſcripturæ conceſſionis, videantur Andr. *in c. 1. de prohibit. feud. alien. per* Lothar. Loffred. *ibid. in verſic. ibi dulcore. fol. mihi* 51. *art. & fol. ſeq. col.* 1. vbi caſum refert in facto Afflict. *deciſ.* 243. vbi *num.* 3. loquitur de aſſenſu Baronis *deciſ.* 253. *&* 398. & ibi Addentes omnes Camer. *in c. Imperialem. fol.* 8. *lit. K.* Ioan. Vinc. de Anna *in repet. conſt. conſtitutionem Diuæ memoriæ. à num.* 43. *ad* 70. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *quæſt.* 28. *in fine.* At hodie quæſtio hæc eſſet de vento ſtantibus nouiſſimis ordinationibus diſponentibus, vt aſſenſus, qui conceditur per verbum, *fiat*, ſit omnino intra biennium in forma priuilegij extendendus, & regiſtrandus in Regiſtris Regiæ Cancellariæ cum appoſitione ſigilli pendentis, itavt indubitanter hodie requiratur ſcriptura, & cum adſint regiſtra, ſi caſu amittitur priuilegium aſſenſus, recurritur ad regiſtrum, in quo ſcriptum inuenitur, ita ſanè animaduertit Vrſill. *in addit. ad* Afflict. *in d. deciſ.* 398. Viu. *in ſylua commun. opin. lib.* 3. *opin.* 947. Reg. de Ponte, *conſ.* 157. *num.* 21. Georg. *in repet. feud. cap.* 25. *n.* 15. & Iaſon *in pragm. de antefacto. fol.* 243. *num.* 8. eſt tamen verum quod in noſtris miſerabilibus temporibus ſtantibus popularibus reuolutionibus, quæ anno præterito 1647. in hac fideliſſima ciuitate, & Regno contigerunt; ſædatis poſtea ictu oculi, ſola miſeratione diuina, nullo pænitus humano auxilio concurrente, ſub die 5. proximè elapſi menſis Aprilis, nonnulla priuilegia Regiorum aſſenſuum fuerunt deperdita, nec pro illorum exemplis recurri poteſt ad regiſtra, quæ cum inuenirentur in domo Secretarij Regni, qui erat Plebi odioſus, accedentibus ad illam his hominibus infimæ, ac prauæ conditionis, fuerunt igne combuſta, prout & cætera eius bona mobilia; vnde ſi aliquis creditor vellet hodie ſuper feudo ſui debitoris recurrere, & aſſenſum, quem obtinuit præſentare non poteſt, quia illum amiſit, teneo indubitanter, quod amiſſio hæc poteſt per teſtes probari, factiſque probationibus in forma valida, fundatam remanere creditoris intentionem, vt ſuper feudo ſibi obligato ſuũ conſequi poſſit nam quod inſtrumentum deperditum, ſiue priuilegium probari poſſit per teſtes, qui illum perlegerunt, ſi tamen de tenore illius deponant & quod erat ſine vitio, eſt tex. ad litteram *in c. cum olim* 12. *extra de priuileg.* hîc in principio à Dom. Regente noſtro allegato Afflict. ſatis benè *deciſ.* 274. Natta *conſ.* 609. *nu.* 24. Surd. *conſ.* 144. *num.* 16. *& deciſ.* 284. *n.* 16. Rota *in vna Firmana prædij de anno* 1627. *impreſſa per* me, *lib.* 1. *reſolut. iuris cap.* 197.

Puto autem non ab re hîc aduertere quod quamuis 2
veriſſimum ſit Regis aſſenſum, & ſic ipſam conceſſionem per Teſtes probari non poſſe, attamen in terminis Regij aſſenſus pro firmitate contractuum bonorum feudalium requiſiti, qui in Regno ſucceſſit in locum inueſtituræ: vt per Andr. *in c.* 1. *quib. mod. feud. conſt. poteſt.* & alios relatos per Octau. Bambac. *in c.* 1. *§. ſi minori. num.* 37. *in tit. ſi de feud. def.* ſi non producitur impetratus in forma ſolita, quod præſumatur conceſſus ex longiſſima poſſeſſione feudi, dixerunt Par. de Puteo *in tract. de reintegrat. feud. cap.* 40. *num.* 23. *& cap.* 133. *num.* 30. Marin. Frecc. *lib.* 2. *de ſubfeud. quæſt.* 28. *num.* 4. *&* 5. D. Reg. Lanar. *conſ.* 94. *in fin.* D. Reg. de Ponte *conſ.* 155. *num.* 12. *lib.* 2. D. Reg. Rouit. *in Pragm.* 1. *ante num.* 20. *de priuil. vniuerſ.* vbi tuetur, validam fuiſſe capitulationem initam inter Baronem: & vniuerſitatem, quamuis Regius aſſenſus ſuper illa non produceretur, quia iam erant elapſi anni centum, vnde capitulatio illa vallata cenſebatur aſſenſu Regio præſumpto, ex diſpoſitione legis quem vniuerſitas allegauit. Ego ipſe *reſol. iuris lib.* 1. *reſol.* 234. *num.* 15.

## *ARGVMENTVM.*

Sententiæ exequutio an, & quando impediri poſſit, cum ea prolata victus excipiat de expenſis, ſiue meliorationibus per ipſum in re factis; & an, & quando ad hanc exceptionem reiiciendum ſat ſit, ſi actor, ad cuius fauorem prolata eſt ſententia cautionem offerat de ſoluendis expenſis, ſiue meliorationibus, cum primum fuerint illæ liquidatæ, & de aliis.



Digitized by Google

## DECISIO CLXVII.

1 IN cauſa Illluſtriſſ. d. Ferdinandi de Cordua Regni huius magni Admirati cum Regio Fiſco fuit in Regia Camera dubitatum, an exceptio retentionis pro expenſis factis, opponi poſſit poſt ſententiam condemnatoriam ad illius exequutionem impediendam.

Pro parte affirmatiua allegabatur Bart. *in l. in fundo in fine. ff. de rei vindic.* & dicebatur eſſe tex. quem ibi ad hoc ponderat Aretin. *in l. fin. C. de petit. hæred. idem* Aretin. *in l. in reſtituenda eod. tit. & in l. ſi duo.* §. *Marcellus. ff. de iureiur.* & ſi diceretur, provt dicebatur quod retentio expenſarum ſententiæ exequutionem impedit, quando illæ ſunt liquidæ, nam ſi illiquidæ eſſent ſat eſt aliquid ſoluere, & pro reliquo liquidando fideiuſſoriam præſtare cautionem, vt *in l. ſtatuliber rationem. & in l. ſeruus ſi hæred.* §. *fin. ff. de ſtat. liber.* reſponſum fuit hoc in caſu, de quo agebatur affirmari non poſſe, ex quo tractabatur de expenſis in reficienda re, ad quam reſtituendam Fiſcus condemnatus extiterat; ſicque tacitè erat res illa hypothecata, & tali hypotheca, quæ potioritatis priuilegium habebat, ad tex. *in l. interdum. vbi* Bart. *ff. quæ pot. in pign. habeant.* Et ex hoc dicebatur, quod quando quis poſſidet rem ratione hypothecæ, illam relaxare non cogitur, niſi mediante ſolutione, non autem per fideiuſſorum præſtationem eſt tex. *in l. item liberatur.* §. *qui paratus. ff. quib. modis pign. vel hypoth. ſolu.* Immò fortiùs dicit *ibi* Bart. quod etiamſi eo caſu vellet quis pecuniam deponere, pignus non liberaret, quia qui deponit non ſoluit; pro qua opinione fuit pariter allegatus tex. *in l. ſi reſiduum*, & quod ibi notant Bald. & alij *C. de diſtract. pignor.* Præterea dictum fuit, quod ſi verum eſſet ita demum rem pro expenſis retineri poſſe quando expenſæ ſunt liquidæ, reſtringerentur prorſus iura illa, quæ indiſtinctè dicunt, quod res pro expenſis retineri poteſt, & in puncto, quod pro expenſis illiquidis detur retentio; fuit allegatus Lanfranc. *in repet. cap. quoniam contra falſum in verb. teſtium depoſitiones verſ. dubitatur de huiuſmodi, extra de probat.* vbi expreſsè hoc dicit; nec obſtare dicebatur iura *in d. l. ſtatuliber rationem, & in l. ſeruus ſi hæredi.* §. *fin.* quia loquuntur fauore libertatis, vnde

## OBSERVATIO.

1 DOm. Regens in hac Deciſione in eam deſcendit ſententiam vt pro expenſis ſiue meliorationibus adhuc illiquidis poſſit poſſeſſor condemnatus ad rem relaxandam, illam retinere, donec, & quouſque fuerit ſibi de eo quod expendit, ſatisfactum, ſic ſententiæ exequutionem impediens; ſed quæſo pro veritate, vide Tu quæ in hoc Articulo ſcripſerunt. D. Cardin. Put. *deciſ.* 461. *per tot. lib.* 2. Anton. Capyc. *deciſ.* 17. Franc. Viuius *deciſ.* 192. *num.* 3. & 317. *num.* 8. 9. & 10. Marc. Anton. Amat. *deciſ. March.* 23. Flam. Chart. *deciſ. Genua* 15. D. Garzia Maſtrill. *deciſ. Sicilia* 98. Fab. de Anna *conſ.* 43. Ego ipſe *reſol. iuris lib.* 2. *cap.* 133. *num.* 19. Etenim ex dictis per DD. modò citatos illa elicitur concluſio, vt ſi melioramenta eſſent liquida, vel incontinenti liquidanda & tunc, vt ſententia exequi poſſit, cautionis oblatio non prodeſt, ſed cum effectu ſunt prius meliorationes ſoluendæ aliàs retentioni locus eſſet ſecùs autem ſi eſſent illiquidæ, nam tunc ſat eſſet; vt exequatur ſententia, ſi cautio offeratur de ſoluendo, quicquid fuerit iudicatum reſpectu meliorationum, niſi forſan in ſententia expreſsè fuiſſet dictum, *ſolutis prius meliorationibus*, hoc enim caſu, eſto millies quod illiquidæ eſſent meliorationes, de ſententiæ exequutione tractari non poteſt ſub prætextu oblatæ cautionis de ſoluendo, quicquid fuerit, liquidatis meliorationibus, iudicatur; Noſter vero Præſ. de Franch. de his agens *deciſ.* 112. teſtatur, quid in S. Conſ. ſeruetur ad finem impediendi, vel non impediendi ſententiæ exequutionem, quando ſunt factæ meliorationes in re, ad cuius relaxationem, quis eſſet condemnatus, & dicit inſpiciendum eſſe, an meliorationes ſint ante ſententiam deductæ, vt eo caſu indiſtinctè impediatur iudicati exequutio, donec, & quouſque cum effectu fuerit facta ſolutio pretij ipſarum; at ſi non ſint deductæ ante ſententiam; ſed opponitur de eis poſt latam ſententiam, & tunc fit exequutio ſententiæ cum fideiuſſione. At ego putarem in hoc ſecundo caſu, quod ſi non fuerunt deductæ ante ſententiam, & in exequutione offertur in promptu probari, nimirum per viſionem loci, tunc impediretur ſententiæ exequutio ſicque S. Conſ. deciſum, teſtatur Fab. de Anna *loc. cit. num* 15. & per hæc verba. *Et quando meliorationes ex rei euidentia apparent, vt eſt in caſu noſtro, in quo nedum clarè patent, ſed etiam ſunt ab ead. Parte aduerſa confeſſata, immo fuit oblata ipſarum ſolutio, vt in ſupplicatione, non eſt dubium quod datur retentio donec per appretiatorem appretientur, & ſoluantur vt fuit deciſum in S. C. in anno* 1592. *per D. Felicem de Rubeis in cauſa Mag. Hectoris Galeota cum Mag. Fabio Geſualdo, Actuario Romano, vt refert D. Genitor in manuſcripta addit. ad Capyc. deciſ.* 17. *& ita etiam tenet Crauet. in conſ.* 408. *col.* 2. *&* 3. *Burſat. d. conſ.* 60. *num.* 31. *& Caualc. deciſ.* 44. *num.* 67. *p.* 1. *quos probat Caroc. de loc. & cond. tit. de expenſ. num.* 25. *& ibi alios citat.* Hæc de Anna.

Sed poſſet hìc dubitari quodnam tempus inſpiciendum ſit circa ſolutionem meliorationum in fundo factis, ad cuius relaxationem extitit poſſeſſor condemnatus, an illud factatum meliorationum, vel potius tempus condemnationis, ſicque an ſit attendendum quod eſt impenſum, vel potius quod eſt melioratum; ſed quia de hoc latè egi *cit. cap.* 133. ideo ad ibi dicta ſtudioſum remitto. 2



## *ARGVMENTVM.*

Officio in duos inſolidum collato, an & quando delictum vnius in officij adminiſtratione commiſſum alteri noceat. Feudum ſi eſſet commu-



Digitized by Google

ne duobus, quorum alter deliquit, an delictum vnius conſocio feudatario obſit; & de aliis.

## DECISIO CLXVIII.

1 CVM eſſet collatum officium Regij Alguzerij in perſonas Magnificorum Gaſparis, & Hieronymi Fumati inſolidum, in illiuſque adminiſtratione, modò vno, modò altero vacante, tandem adminiſtrante Hieronymo, ob eius malam adminiſtrationem fuit ille ab officio ſuſpenſus, ſed comparente Gaſpare & allegante in ſui præiudicium, ſuſpenſionem prædictam, ſeu priuationem fieri non poſſe, fuit eleganter dubitatum, Quid Iuris.

2 Diſcuſſo hoc dubio in Collaterali Conſ. & coram Domino Prorege ſub die 13. Iulij 1541. iſto Domino Regente, tunc Præſidente relatore, & cum eo votantibus Dominis Regentibus de Colle, & Loffredo, ac Hieronymo Seuerino Regiæ Cameræ locum tenente, fuit ad fauorem Gaſparis deciſum, his principaliter perpenſis, nimirum, quod quando vnius officij adminiſtratio eſt duobus inſolidum commiſſa, itavt vterque inſolidum dicatur obligatus de bene, & fideliter adminiſtrando, Duplex conſiderari poteſt Obligatio, Primæua ſcilicet, & Secundaria. Primæua dicitur illa, quæ immediatè, & principaliter oritur ex contractu geſto, vt quis ad aliquid teneatur, & in hoc caſu quilibet inſolidum tenetur, itavt qui non adminiſtrauit, pro mala adminiſtratione alterius in ſubſidium teneatur, in quibus ſanè terminis dictum fuit procedere iura *in l.* 1. *&* 2. vbi gloſ. Bart. & cæteri *& per tot. tit. C. quo quiſque ordine conuen. lib.* 11. idem Bart. *in l.* 1. *C. de tranſact. & in l. cum vni ff. de neg. geſt.* & eſt optimus tex. vbi gloſ. ſingularis *in l. Magiſtratus. ff. ad municip.* Altera dicitur Obligatio Secũdaria, quæ oritur ex dolo, & culpa illius, qui adminiſtrat, vt ad aliquam pœnam vel intereſſe teneatur, qui erat caſus, de quo agebatur, & in hoc dictum fuit, nunquam ex delicto vnius, alium qui non adminiſtrauit teneri, licèt dicamus, officium fuiſſe cuilibet inſolidum conceſſum: hic eſt tex. *in l.* 1. *§. ſi apud duos, & in l. in depoſiti ff. depoſiti*, ita hanc materiam ſubtiliter declarat Bart. *in l.* 4. *§. Cato in* 6. *oppoſit.* vbi etiam Aretin. Alex. & Iaſ. *ff. de verb. obligat.* Nec his obſtare dicebatur notata per Bart. *in l. ex duobus In Grande. col. fin. in* 12. *quæſt. ff. de duobus reis*, vbi culpa vnius ex duobus reis debendi alteri nocet, ad quod etiam facit tex. *in l. penultim. eod. tit. & in l. fin. C. de duobus reis.* Etenim reſponſum fuit quod licet illi, quibus inſolidum eſt commiſſum officium ratione officij, quod eſt indiuiduum, inſolidum obligati dicantur, attamen dici non poteſt, quod ſunt propriè duo rei debendi, ſed impropriè: eſt tex. *in l. ſi vt certo. §. duobus verſ. quodammodo*, vbi ſic notat Bart. *ff. commod.* & Aretin. *in l. penult. col. fin. ff. de duobus reis.*

3 Vnde dicebatur iura prædicta quæ in contrarium allegantur loqui in duobus reis debendi, verè, & propriè, vt culpa vnius alteri noceat, ſecùs verò ſi impropriè duo rei dicantur, vt hoc caſu culpa vnius alteri nocere non poſſit.

---

## OBSERVATIO.

1 IVri conſentanea eſt Deciſio hæc, quam in materia officiorum alibi non obſeruaui, nam ſuppoſito quod Officium quod eſt indiuiduũ duobus inſolidum reperiatur conceſſum, ratio ſuadet vt delictum vnius alteri, & ſic conſocio nocere non debeat, etenim hoc eſt de iure, vt in iis quæ duobus, vel pluribus inſolidum competunt, delictum, vel inhabilitas vnius nec in conſideratione ſit, nec actum vitiet, iuribus & DD. *hic* per Dom. Regentem citatis, & per Schrader. *in ſuo tract. de feud. p.* 9. *cap.* 1. *num.* 7. vbi Concluſionem hanc firmat pro reſolutione dubij, 2 quod proponit, nimirùm an ſi feudum eſſet commune duobus, quorum alter delinqueret, delictum vnius conſocio noceat, & reſpondit, aliquos tradidiſſe Doctores nullatenùs nocere, quando feudum, quod duo Fratres poſſident indiuiduum eſt, ſecus verò ſi diuiduum eſſet, ad quod citat Martin. Laudenſ. *in cap.* 1. *num.* 14. *quib. mod. feud. amitt. & ibi* Præpoſ. *in princ. noſtrum.* Afflict. *numer.* 50. Curt. *in tract. feudal. p.* 4. *num.* 18. *argum. l.* 1. vbi gloſ. & DD. *C. ſi in comm. cauſ. in integr. reſt. pet.* Gloſ. *in l.* 2. *C. ſi vnus ex pluribus appell.* Specul. *in tit. de cleric. coniug. verſ. quid ſi clericus*, Socin. *conſ.* 12. *num.* 17. *lib.* 1. & Felin. *in cap.* 1. *num.* 6. *extra de preſcript.* addit demum Schrader. ipſum veriùs iudicare, vt hæc ſententia non tantùm in feudo indiuiduo, ſed etiam in feudo diuiduo locum habeat, & per hæc notabilia verba. *Ego tamen veriùs eſſe iudico hanc ſententiam non tantùm in feudo indiuiduo, ſed etiam in feudo diuiduo locum habere tum quia illud ius, quod duo fratres vaſſalli, etiam in feudo diuiduo paterno, vel antiquo habent, indiuiduum eſt, quod patet ex eo quod fratre abſque filio maſculo defuncto, portio etiã feudi diuidui fratri ſuperſtiti accreſcat, quodque ſi vnus ex fratribus, qui feudum paternum, vel antiquum diuiſerunt, fellonia priuatione feudi dignum perpetrauerit, portio delinquentis ſimili modo fratri ſuo applicetur, tum quia feudum antiquum vnicuique ex fratribus ſaltem potentia inſolidum competit, & certum eſt, quod in iis quæ duobus, vel pluribus inſolidum competunt delictum, vel inhabilitas vnius, nec in conſideratione ſit, nec actum vitiet: l.* 1. *ff. quod falſo tutore authore geſtum eſſe dicet. l. ſi quis ex argentariis.* 6. *§. cogentur, vbi Bald. Iaſ. & DD. de edendo, Abb. in c. cum ſuper vbi. Felin. n.* 8. *& Dec. n.* 9 *extra de offic. delegat. Lap. alleg.* 88. *incip. communé Florentia Bald. in l. Imperator.* 8. *ff. de ſtat. homin. & in c. tertio loco, in fine de probation. & in l.* 1. *col.* 3. *C. de teſtibus. Salyc. in l. in bonæ fidei* 3. *C. de reb. cred.* Hæc Schraderius.

ARGV

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius ex Regia largitione generaliter conceſſus obligationibus bonorum feudalium pro conſtitutione, & reſtitutione dotium mulierum Neapolitanarum, an cenſeatur præſtitus ſuper bonis feudalibus Viri pro alimentis Vxori debitis, & an pariter cōceſſus dicatur ſuper bonis feudalibus Soceri pro intereſſe, quod debetur Viro ex cauſa dotis promiſſæ in tempore conuento non ſolutæ. Actio de dote cum illius intereſſe an tranſeat in ceſſionarium mulieris cum priuilegio. Alimenta an, & quando Vxori è domo Viri diſcedenti debeantur & de aliis.

## DECISIO CLXIX.

1 IN cauſa Don Innici de Gueuara petentis intereſſe dotis, ſibi in certa die à Ioanne Camillo Saraceno promiſſæ contemplatione matrimonij contracti cum Ramundetta Saracena, & in tempore conuento non ſolutæ, de tribus principaliter fuit dubitatum, & Primò an Regius aſſenſus generaliter conceſſus obligationibus bonorum feudalium pro reſtitutione, vel conſtitutione dotis cenſeatur præſtitus ſuper bonis viri pro alimentis vxori debitis. Secundò an cenſeatur pariter conceſſus ſuper bonis feudalibus ſoceri pro intereſſe, quod debetur viro ex cauſa dotis promiſſæ in tempore conuento non ſolutæ. Tertiò an actio de dote, ac illius intereſſe tranſeat cum priuilegio in ceſſionarium mulieris.

2 Quoad Primum dictum fuit, aliàs per Regiam Cameram dubium hoc pro parte affirmatiua fuiſſe reſolutum in cauſa Hippolytæ Carrafæ, nimirum, quod ſicut bona feudalia viri pro dotis reſtitutione ſunt obligata cum aſſenſu ex gratia mulieribus Neapolitanis conceſſa, ita pariter pro alimentis, quæ debentur vxori, ſiue conſtante matrimonio, quia vir, qui dotem exegit, onera matrimonij non ſubſtinuit, ſiue eo ſoluto, pendente dotis reſtitutione, & hoc ex ſententia Bart. quem communiter ibi ſequuntur *in l. ſi cum dotem, §. ſin autem in ſauiſſima ff. ſol. matrim.* vbi dixit quod ſicut ex diſpoſitione *l. vnica §. & vt plenius C. de rei vxor. act.* bona viri ſunt tacitè pro dotis reſtitutione mulieri obligata, ita etiam pro alimentis, quæ vxori debentur, idémque Neguſant. *in tract. de pignor. 4. memb. 25 part. num. 47. verſ. ſeptimo amplia cum pluribus ſequentibus*, poſt alios, quos citat; iſta enim alimenta ſunt ad dotem acceſſoria & propter dotem debentur, ac ideo prout de dote iudicari debent: Aretin. *in l. diuortio §. ob donationes col. 1. ff. ſol. matrim. & in l. placet. col. 2. ff. de acquir. hæredit.* & quod de principali iudicatur, idem de acceſſorio iudicari debeat, etiam in materia exorbitanti, eſt tex. *in l. 3. §. ſed quid ſi. ff. de negot. geſt.* vbi Bald. dicit quod ſtatutum loquens de principali, ad acceſſorium porrigitur, non quidem per extenſionem, ſed ex legis interpretatione, & Aretin. *in c. ſignificauit. col. 7. & in c. conſtitutus il 2. col. fin. de teſtibus.* addit notabiliter, quod etiam in materia ſtricti iuris priuilegium ſuper principale conceſſum ad connexa, & dependentia trahitur, ſtante igitur hac concluſione pro vera, nimirum, quod ſicut bona Viri ſunt tacitè obligata pro dote, ita & pro alimentis, dicebatur, idem iudicandum eſſe de aſſenſu, qui ex ſpeciali gratia mulieribus Neapolitanis fuit conceſſus, vt non ſolùm cenſeatur præſtitus pro recuperatione dotis, ſed etiam pro alimentis vxori debitis, nec hoc erit per viam extenſionis, quæ in hac materia prohibita eſt, ſed bene ex vi comprehenſiua, lege ſic diſponente, ad not. per Andr. *in c. Imperialem col. 1. 2. & 3. de prohib. feud. alien. per Frederic.*

Quoad Secundum, dictum fuit veriſſimam eſſe opinionem quod ſicut bona dotem promittentis ſunt tacitè viro obligata, vt eſt tex. *in d. §. & vt plenius*, ita pariter, & pro dotis intereſſe, quando dos in tempore conuento ſoluta non fuit, videatur, Neguſant. *in tract. de pignor. cit. memb. 4. 2. par. à num. 54. ad 56.* vbi ſatis bene loquitur, nec eſt dubium, quod ſi quis mihi debitor eſt in mille pro quibus bona ſua obligauit, hypotheca non ſolùm conſideratur reſpectu ſortis, ſed etiam pro intereſſe, ita Petr. & Cyn. *in l. pignoribus C. de vſur. &* Bart. *in l. ſolutum, 15. ſi in ſortem ff. de pignor. action.* vndè dicebatur, quod cum aſſenſus capituli taxatiuè non loquatur, vt ſcilicet pro certa ſumma præſtitus cenſeatur; ſed ſimpliciter ſuper Contractu dotali impartitus, ergo intelligitur in omnem caſum, vt in ſimili declarat Andr. *in cap. 1. col. 4. qui ſucced. teneant.* 3

Quò verò ad Tertium, de quo dubitabatur, an ſi Mulier iura ſua alteri ceſſerit pro conſequutione dotium ac illarum intereſſe poſſit Ceſſionarius pro intereſſe futuro cum eodem priuilegio Mulieris ſuper bonis Viri agere? fuit per Regiam Cameram deciſum quod non per tex. *iuxta intelligentiam* gloſ. ibi *in hærennins la 2. ff. de vſur.* & quod in ſimili notat Cyn. *in d. §. & vt plenius*, vbi in fine dicit, quod licèt priuilegium tacitæ hypothecæ actioni detur, tamen quia datur ratione per- 4

 ſonæ

ſonæ, ſublata perſona extinguitur, facit text. & quod ibi notat Aretin. *in l. per procuratorem. ff. de acquir. hæred.* & ſatis ad rem faciunt notata per Bart. & DD. *in l. poſt dotem. ff. ſolut. matr.* Affirmantes in ceſſionarium non tranſire priuilegium prælationis, quod habet mulier ratione ſuæ hypothecæ ſuper bonis viri, & in propriis terminis, caſus, de quo agebatur fuit allegatus: Bald. *in rubr. cod. de vſur. in* 4. *quæſt.* ſequitur Alex. *in l. in Inſulam.* §. *vnus ff. ſolut. matr.*

## OBSERVATIO.

1 DOm. Regens refert hîc aliàs Regiam Cameram determinaſſe, & ſatis notabiliter, vt ſicut Mulier Neapolitana pro reſtitutione, vel conſeruatione ſuæ dotis habet bona feudalia Viri obligata, ita pariter, & hypothecata tenet pro alimentis, quæ ipſi debentur, dum ſeparatè à viro viuit, idque eo potiſſimum perpetuò, quia ſicut bona Viri ſunt tacitè pro dotis reſtitutione mulieri obligata, ita etiam pro alimentis, quæ vxori debentur, vt per DD. hîc citatos, quibus addimus alios antiquos, & recentiores hoc idem firmantes, & hi ſunt Iacob. de Arena *in l. ſi cum dotem.* §. *ſin autem in ſæuiſſimo. ff. ſolut. matrim.* Speculat. *in tit. de dote poſt diuort. reſtit.* §. *formatis, verſic. ſed nunquid bona. num.* 15. Cyn. *in l. vnica.* §. *ſed & vt plenius C. de rei vxor. action.* Afflict. *deciſ.* 10. *num.* 3. Burſat. *conſ.* 120. *num.* 38. *& ſeq. lib.* 1. Mynſinger. *ſingul. obſeru. cent.* 1. *obſeru.* 64. Campegius *de dote par.* 2. *quæſt.* 61. *num.* 1. 2. *&* 3. Bald. Nouell. *eod. tract. par.* 6. *priuil.* 7. Ripa *in l. priuilegia num.* 12. *in fine ff. de priuileg. creditor.* Corduba *in l. ſi quis à liberis num.* 38. *ff. de liber. agnoſc.* Surd. *de alim. tit.* 8. *priuil.* 49. *num.* 8. *& priuileg.* 52. Cannet. *in c. volentes* Regni Siciliæ *fol.* 94. *num.* 18. Guttier. *de iuram. confirm. par.* 1. *cap.* 46. *num.* 5. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 19. *num.* 15. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 53. *numer.* 7. *& cap.* 634. *per totum* D. Reg. Merlin. *controu. cent.* 1. *cap.* 61. *num.* 9. Ego ipſe *ſupra, in obſeruat. ad deciſ.* 30. *in fine*, & alij, quos referunt Mercur. Merlin. *tract. ſuo de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 51. *numer.* 1. & Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 1. *tit. de alimentis numer.* 31. *verſ. in ſecundo caſu*, Salg. *in labyrint. p.* 1. *cap.* 21. *num.* 92.

2 Et licèt non deſint DD. qui contrarium ſcripſerunt; firmantes nullo pacto pro alimentis ſuper bonis Viri tacitam Vxori competere hypothecam, cùm nulla lege id cautum eſſe inueniamus, quos citat idem Mercur. Merlin. *loc. cit. num.* 10. tamen quod ſententia ſupra firmata ſit communis, ac proinde omnino tenenda, idem Merl. *ibidem* teſtatur *num.* 18. quo loci vlteriùs progrediens, multorum authoritate eam ampliat, & Primò, vt hæc Hypotheca à die conſtitutionis dotis incipiat, non autem à die quo in alimentorum ſolutione ceſſatum eſſet. Ampliat Secundò, etiam ſi Vxor aliunde haberet, ex quo viuere poſſet, Ampliat Tertiò, vt huiuſmodi priuilegium ad filios hæredes tranſeat, ex Gratian. *d. cap.* 634. *num.* 10. ſed illam demùm limitat, & Primò quando Marito fuit promiſſa dos, quæ tamen ei ſoluta non fuit, nam cum in hoc caſu Maritus alimenta præſtare non teneatur, vtique ceſſat hæc tacita bonorum Viri obligatio, ex Miſyng. *loc. cit. n.* 3. Limitat Secundò pro alimentis dotis quantitatem excedentibus, nam cùm Hypotheca ratione dotis, quæ ſoluitur inducatur, conſequens eſt dicere vt extra ſummam dotis Hypotheca aliqua conſiderari non poſſit, ex Myſing. *loc. cit. num.* 4. & Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 19. *num.* 16. quos memini aliàs in S. Conſ. in vna facti contingentia me allegaſſe ad fundandum, quod licèt Vxori è domo Viri diſcedenti alimenta debeantur, vt per Io. Vinc. de Anna *ſing.* 21. vbi teſtatur vidiſſe per S. Conſ. decerni alimenta Vxori fugitiuæ iuſta vel iniuſta cauſa concurrente, attamen dicebam, quod præſtatio hæc alimentorum non poterat lite pendente reditus quantitatis ſolutæ dotis excedere, donec tamen, & quouſque de iuſto diſceſſu non conſtaret, nam conſtito demùm, quod Vxor iuſta de cauſa à Viro diſceſſit, ſine dubio iudicarem teneri Virum ad neceſſaria alimenta Vxori præſtandum, ac ſi eſſet in obſequio Viri, quamuis fructus doctis pro alimentorum præſtatione non ſufficerent, ad trad. per Dom. Præſid. de Franchis *deciſ.* 617. *numer.* 5. & Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 32. *numer.* 16. *&* 17.

Conſtito verò quod nulla iuſta ſe obtulit cauſa diſcedendi à Viro, ſed diſceſſus è praua ipſius Vxoris conditione originem traxit, hoc nempè caſu forſan ſubſtineri poſſet alimenta nullo modo ei præſtanda, nec etiam pro concurrenti quantitate fructuum dotis ſolutæ, ex dictis per Iacob. de Anna, Cyn. & Salyc. *in l. quod in vxorem. C. de negot. geſt.* Alex. *conſ.* 78. *lib.* 5. Socin. *conſ.* 286. *lib.* 2. *& conſ.* 64. *lib.* 4. Aufrer. *ad Capell. Tholoſ. deciſ.* 87. Guid. Pap. *deciſ.* 439. *num.* 6. Alex. Trentacinq. *cit. reſol.* 1. *de alimentis, num.* 31. & P. Sanchez omninò videndum *de matrim. lib.* 9. *diſput.* 4. *num.* 20. vbi poſt firmatam Concluſionem, vt Vir nullo pacto cogi poſſit ad præſtandum alimenta Vxori quæ propria temeritate ab eius conſortio receſſit, (quicquid imprudenter circa hoc dixerit. P. Molf. *ad conſuet. noſtras. par.* 5. *tit. de alimentis quæſt.* 11. *num.* 27. *verſ. & procedit. etiam ſi vxor.*) ſubdit *num. ſequenti*, hoc adeo verum, vt procedat, adhuc ſi dos fuiſſet Viro ſoluta, rationem aſſignat, quia cùm Vxor teneatur Viro dotem tradere, ac inſimul in ipſius obſequio eſſe, ſi in alterutro deficit, ceſſat ipſa alendi obligatio: citat Surd. *de alimentis tit.* 7. *quæſt.* 16. *num.* 14. 3

Circa verò aliam concluſionem hîc firmatam, vt ſicut bona dotem promittentis ſunt tacitè Viro obligata pro ſorte, ita pariter & pro intereſſe, quando promiſſor fuit in mora dotem ſoluendi, ad confirmationem vltra DD. per Dom. Regentem citatos, videndi ſunt Molin. *de iuſt. & iure tractat.* 2. *diſputat.* 423. *numer.* 6. Ioſeph. Pacif. *de ſalu. interd. inſpect.* 3. *cap.* 4. *numer.* 56. Roderiq. *de concur. cred. part.* 1. *artic.* 1. *numer.* 25. *circa fin.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *part.* 1. *numer.* 5. Salgad. *in ſuo labyr. par.* 1. *cap.* 24. *numero* 92. Barboſ. *in collect. ad l. amicam.* §. *& vt plenius C. de rei vxor. act.* & alij, quos citat Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 17. quicquid ipſe de hoc dicto non benè ſenſerit; ſed an in hoc caſu ſuffragetur aſſenſus Regis generalis Neapolitanis Mulieribus conceſſus, vide ſcripta per Me, *lib.* 2. *reſol. iuris cap.* 28. *n.* 19. poſt Camer. Reg. Rou. Conſil. Theodor. & Præſ. de Amato, quos *ibi* citaui. 4

Quantum verò attinet ad aliud dubium, hîc tertio loco propoſitum, nimirum, an ſi Mulier iura ſua alteri ceſſerit pro conſequutione dotium, ac illarum intereſſe poſſit ceſſionalis ſuper bonis Viri agens, eiuſdem cedentis priuilegio vti, ad confirmationem eorum, quæ hîc deciſa fuerunt, vide omninò ſi placet, que Ego ſcripſi *cit. lib.* 2. *reſolut. iuris. cap.* 19. vbi materiam deguſtaui. 5

*ARGV*

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Venditor an teneatur de euictione, quamuis conuentum ſit, vt non teneatur, nec etiam ad pretij reſtitutionem, ſi probatur fuiſſe illum ſic contrahendo in dolo verſatum, quia ſciebat, rem, quam vendebat ad ſe non pertinere, & de caſibus, in quibus ſemper de euictione contra venditorem agere non poteſt, nec ad pretij reſtitutionem, quamuis circa hoc nulla præceſſerit conuentio.

## DECISIO CLXX.

1 IN venditione facta per Regiam Curiam Caſtri Aluignani, fuit expreſsè conuentum, quod nolebat teneri de euictione, nec ad pretij reſtitutionem, niſi à ſe ipſa, & ab habentibus cauſam ab ea; ſed cum emptor ad Caſtrum illud relaxandum fuiſſet conuentus, fiſcum laudauit in Authorem fuit dubitatum in Regia Camera, an eſſet factus caſus promiſſæ euictionis.

2 Dicebatur ſatis claram eſſe Iuris diſpoſitionem, vt nunquam venditor moleſtari poſſit quando ſic apertè loquutus fuit; hic eſt text. vulgatus, *in l. emptorem. §. fin. ff. de action. empt.* Bald. *in l. qui libertatis. ff. de euiction.* & Alex. *in l. locus col. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* nec fuit ratio aliqua de eo quod opponebatur, nimirum eſſe factum caſum promiſſionis euictionis cum illa fuerit promiſſa ab habentibus cauſam à Regia Curia, & perſona, quæ erat in iudicio habebat cauſam à Rege Ferdinando I. & ſic à Regia Curia, nam reſponſum fuit, quod Curia hæc Regia non eſt eadem cum illa Regis Ferdinandi, primi ex quo Rex Catholicus Diuę memoriæ Ferdinando primo non ſucceſſit, ſed ſolum Regi Alphonſo primo, & conſequenter de geſtis, & factis per illum Regem non poterat Rex noſter teneri; verùm his non obſtantibus, quamuis veriſſimis, fuit contrarium per Regiam Cameram deciſum. Ratio deciſionis fundabatur in dolo Regiæ Curiæ, quem habuit in hoc Contractu; etenim conſiderabatur, quod licèt indubitatum ſit, vt quis vendens non teneatur de euictione, nec ad pretij reſtitutionem, ſi ita conuentum eſt; tamen contrarium eſt dicendum, quoties detegeretur, venditorem in dolo fuiſſe vero, vel præſumpto, puta quia ſciebat rem eſſe alienam, eo enim caſu tenebitur actione ex empto ad totale intereſſe, ita Bar. Bald. & omnes, *in d. l. emptorem. §. fin.* Paul. Caſtrenſ. & Aretin. *in l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poſſeſſ.* Imol. & Caſtrenſ. *in l. ſi ſic. §. 1. ff. de leg. 1. & eſt tex. in l. tenetur. §. idem vbi* Bart. *& in l. quæro. ff. de action. empti.* Vnde cum in caſu de quo agebatur Regia Curia ſciebat feudum, quod vendebat eſſe alienum, ex quo illum vendiderat poſt litem contra ipſam motam à Comite Alipharum, qui dicebat feudum ad ſe ſpectare, ergo fuit in dolo ſic vendens, ad text. *in l. fin. C. de litigioſ.* vbi eſt caſus expreſſus.

Sed ex hoc ortum fuit aliud dubium, quia 3 Caſtrum prędictum venditum fuit pretio Ducatorum trium millium cum oneribus, quæ ibi reperiebantur, quæ quidem onera compertum fuit, quod notabilem ſummam importabant, quam Emptor Creditoribus ſoluere fuit coactus, vnde euicto Caſtro, dicebat Emptor, quod Fiſcus tenebatur non ſolùm ad ſoluendum Ducatos tres mille, quos recepit, ſed ſummam illam creditoribus ſolutam, fuit dubitatum, Quid Iuris.

Dicebat Fiſcus, quod non tenebatur, niſi 4 ad pretium, quod recepit, quia hoc eſt priuilegium Fiſci: *l. ſi procurator. ff. de iure Fiſci*, ſed contrarium fuit deciſum per Regiam Cameram, per text. *in l. fundi partem. ff. de contrah. empt.* vbi onus appoſitum in contractu emptionis, ſi propter illud vilius res venditur, cenſetur pars pretij ad idem, quæ notant Abb. Imol. & Felin. *in c. cum Ioannes de fide inſtrum.* Dum dixerunt nota quod ratione oneris annexi res minus valet iuſto pretio, & ſic cernitur quod onus appoſitum, videtur pars pretij, vnde cum in caſu propoſito Caſtrum Aluignani ſupra Ducatos decemmille valebat, dum venditum extiterat, ſtantibus oneribus, quibus erat obnoxium viliſſimo pretio, nimirùm Ducatorum triummille, onus illud appoſitum dicebatur pars pretij, & conſequenter, ex quo ab emptore fuit ſatisfactum, Fiſcus tenebatur reſtituere non ſolùm quod recepit, ſcilicet Ducatos tres mille, ſed quod emptor ipſe ex cauſa onerum, quibus Caſtrum erat obnoxium, creditoribus ſoluit.

---

## OBSERVATIO.

SVppoſita validitate pacti, quod in Contractu emptionis, & venditionis aliquando apponi ſolent contrahentes, vt Venditor in caſu ſequendæ euictionis, non teneatur de euictione, nec ad pretij reſtitutionem, niſi à ſe ipſo tantum, & ab habentibus cauſam ab eo, vt per gloſ. & DD. communiter *in l. emptorem. §. fin. ff. de action. empt.* Deciſio hæc eſt ſummè notanda, vt hæc receptiſſima concluſio nullo pacto procedat, quoties venditor dolosè in hoc pacto extorquẽdo ſe geſſit, nimirum, quia ſciebat, rem, quam vendidit ad ſe non pertinere, eo namque caſu nulla de pacto hoc ratione habita, ſequuta euictione tenebitur venditor de euictione; & ad pretij reſtitutionem, vt fuit deciſum hìc, & iterum in Senatu Cataloniæ apud Io. Petr um Fontanell. omninò videndum *in ſuo tract.* 1

de

*de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 14. num. 96.* idemque Io. Anton. Mangil. *tract. de euiction. quæſt. 11. numero 26.* poſt alios, quos allegat *& quæſt. 48. num. 42.*

Vbi autem Venditor pactus ſit ſimpliciter nolle de
2 euictione teneri, non aliter addito, nec ad pretij reſtitutionem quod ſi ſequatur euictio, ad pretij reſtitutionem teneatur, quamuis liber ſit à ſolutione intereſſe, eſt tex. expreſſus *in d. l. emptorem. §. fin. ff. de actio. empti*, vbi DD. communiter, idemque ſi dictum eſſet, nolo ego Venditor teneri de euictione, niſi ex facto meo tantùm, nam ſequuta euictione, adhuc teneor ad pretij reſtitutionẽ ſicque deciſum ait Theſ. filius *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 77. num. 7.* aliique relati per Mangil. *cit. quæſt. 11. numer. 33.* ab hac tamen concluſione DD. ſignanter Paul de Caſtro *in d. l. emptorem. §. fin.* excipiunt caſum, ſi dictum eſſet vt Venditor non teneatur de euictione, ſi res ex tali cauſa, vel à Caio euinceretur, ad tex. *in l. qui libertas*, vbi gloſ. *ff. de euiction.* Bald. *in l. non dubitatur. C. eod. tit.* vel & tandem ſi pactum hoc eſt appoſitum in diuiſione omnium bonorum, vt per gloſ. quam dicit Caſtrenſ. perpetuò menti tenendum, *in l. ſi familia C. famil. erciſc.* in his enim caſibus, quod non teneatur Venditor, nec ad pretij reſtitutionem, quamuis de pretij reſtitutione nihil ſit dictum, magis communiter receptum eſt, vt per Roma. *ſingul. 383.* Marſil. *ſingul. 656.* & Theſ. Iun. *cit. q. 77. per totam.*

3 Vlterius eſt hîc notandum, plures à Doctoribus ſparſim fuiſſe conſideratos caſus, in quibus Emptor de euictione contra venditorem agere non poteſt, nec ad pretij reſtitutionem, quamuis circa hoc nulla præceſſerit conuentio, quos omnes in vnum colligit Ant. Queſada, *diuerſ. quæſt. Iur. cap. 10. per tot.* & hi ſunt principaliores.

4 Primus, quando quis rem alienam ſcient eremit ad tex. *in l. ſi fundum C. de euiction.* Bald. *in l. ſi ſtatus. ff. de euiction.* Paul. de Caſtro *in l. 3. ff. de fideiuſſ.* Gomez *in §. ſi quis in fraudem num. 41. inſtit. de action.* Hinc ſi quis rem fideicommiſſo ſubiectam, ſcienter emerit, ipſa euicta, nec meliorationes in re illa factas recuperat: *l. fin. §. fin. C. comm. de leg.* Peguer. *deciſ. 104. per tot.*

5 Secundus eſt caſus, vbi Emptor litem ſibi motam, Authori ſuo non denunciauit, *l. emptor C. de euict.* idquè procedere adhuc ſi Venditor de mota lite notitiam habuiſſet, niſi forſan notoriè conſtaret nullam defenſionem Venditori, ſi eſſet vocatus competere poſſe, vt multorum authoritate probaui *lib. 1. mear. reſol. c. 108. n. 4. 5. & 6.*

6 Tertius caſus, quando Emptor ex propria culpa è poſſeſſione ceciderit, Bal. *in l. ſi controuerſia. ff. de tranſact.*

7 Quartus caſus, vbi Emptor in lite ſuccubuit ex Aduocati imperitia, Gloſ. *in l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de edilit. edit.* licèt in hoc putauerit Queſada *loc. cit.* vt poſſit emptor damnum paſſum ab indocto Aduocato recuperare, nam quod ad hoc in foro conſcientiæ imperitus Aduocatus teneatur, dixit D. Tho. *2. 2. quæſt. 3. artic. 7.* Sylu. *in ſum. in verb. Aduocatus numer. 14.*

8 Quintus caſus cum Emptor mediante arbitrorum ſententia condemnatus eſt, Gloſ. *in cap. fin. de empt. & vendit.* niſi Arbitri ex vi ſtatuti electi eſſent, quia tunc Venditor de euictione teneretur.

9 Sextus caſus, quando quis eſſet condemnatus per ſententiam Iudicis, cuius iuriſdictionem Emptor, & Poſſeſſor prorogauit: gloſ. *in l. ſi dictum. §. ſi compromiſſero. ff. de euiction.*

10 Septimus caſus, quando ſequitur euictio lege permittente, puta per viam retractus: gloſ. *in l. ſi minor. ff. de euiction.* Ego ipſe *cit. cap. 108. num. 16.*

Octauus caſus quando diuiſio fuit facta à Teſtatore in teſtamento, quòd condidit, & in quo hæredes ſibi inſtituit, Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de verbor. oblig.* Anton. Gomez *variar. reſolut. tit. de empt. & vendit. num. 34. verſ. aduertendum tamen.* Ego ipſe *cit. cap. 108. num. 14.* vbi ad hoc dictum limitationem inuenies ex Cald. *de empt. & vendit. capit. 31. numero 13.* 11

Nonus caſus, quando Filius euictionem paſſus eſſet de re ſibi à patre prælegata; nam tunc non poſſet de euictione aduerſus cohæredes agere, niſi omnibus filiis prælegata facta eſſent, nam eo caſu vno edicto prælegato paſſæ euictioni fit locus; hîc eſt tex. *in l. cum pater. §. euictis. ff. de legat. 2.* Ego ipſe *loco prox. cit.* 12

Decimus caſus ſummè notandus quando euincitur res dimiſſa ex cauſa tranſactionis. v. g. Petij condemnari Sempronium ad fundum relaxandum, lite pendente orta eſt tranſactio, qua mediante certa pecuniarum quantitate à me recepta fundum illum dimiſi ſi poſtea fundus ille euinceretur Ego ad aliquid Sempronio non teneor, hîc eſt notabilis tex. (quem vnicum in iure appellat Bald. *in c. 1. in princ. de controu. inter vaſſall. & alium de benef.*) *in l. ſi pro fundo C. de tranſact.* & ibidem Bart. *in 3. notab.* Bal. *in vlt.* Caſtrenſ. *num. 7.* Alex. *num. 4. in fine.* Padill. *num. 10. in 6. notab.* Anton. Gomez *loc. cit. numer. 38.* Cremenſ. *ſing. 151.* Gabell. *de euiction. §. 5. num. 46.* & alij penes Fabium de Anna *conſ. 51. num. 29.* Cætera ad hanc materiam pertinentia videnda ſunt apud Dom. de Franchis *dec. 239.* Marcell. de Mauro *allegat. 80.* Franc. Viu. *deciſ. 24. & 152.* *Sempr.* Aſcia. *deter. 132. num. 7.* Couar. *var. lib. 3. cap. 14.* & Theſ. Iun. *quæſt. 23. parte 2.* 13

## *ARGVMENTVM.*

Inſtantia cæpta cum debitore & poſſeſſore in actione hypothecaria, an, & quando transeat in ſingularem ſucceſſorem, qui rem illam, ſuper qua actio realis intentata eſt, ſubhaſta emit. Inſtantia mota contra rei poſſeſſorem, nùm transeat in ſingularem ſucceſſorem actoris; & quid de Inſtantia mota ſub nomine dignitatis, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CLXXI.

EXPOSITA venali Ciuitate Vgenti ad inſtantiam creditorum Martij Columna illius vtilis Domini, & poſſeſſoris, & candela accenſa, ac demum extincta, deliberata Ferdinando Pandono vti plus vltimo licitatori, & plus offerenti, quia venditio hæc ſequuta fuit pendente lite in actione hypothecaria mota per alium creditorem ſuper eadem ciuitate, dubitari contingit an Inſtantia cæpta contra dictum Martium tunc poſſeſſorem, & Dominum transierat in dictum Ferdinandum nouum 1

Digitized by Google

uum emptorem , ſeu ſingularem ſucceſſorem.

2 Exiſtimabatur in hoc caſu teneri actorem de nouo agere contra Ferdinandum nouum emptorem, ea quidem ratione, quia, licèt magis communiter approbata videatur ſententia Bart. *in l. ſi cum hominem numer.* 4. vbi etiam Paul. de Caſtro. *ff. de fideiuſſ.* dum dixit, quod quando fit alienatio in ſingularem ſucceſſorem ex neceſſitate, tunc ſemper inſtantia in alium tranſit per tex. *in l. in iudicio. ff. famil. herciſc.* secùs ſi ex cauſa voluntaria; per text. *in l. 2. C. de hæred. vel action. vend.* tamen in caſu, de quo agebatur ſatis erat dubium an hæc Bart. opinio vera eſſet, ex dictis per Innoc. *in cap. quia. v. de iudic.* quo loci probat, litis proſequutionem de perſona in perſonam non transferri niſi in hæredes, ſucceſſores vniuerſales, idemque Florian. *in d. l. in iudicio*, vbi dicit communem eſſe legiſtarum concluſionem; inſtantiam iudicij in ſingularem ſucceſſorem non tranſire , & hoc ſiue ſit actum actione reali, ſiue perſonali, quia inſtantia non rem, ſed perſonam dumtaxat reſpicit; ſubdens ideo in Fiſcum inſtantiam non tranſire, quia licèt ſit ſucceſſor bonorum , non tamen eſt ſucceſſor perſonæ; ſed dicebatur, quia Bartol. ſententia communiter eſt approbata, durum videri contra eam iudicare, verum illam euitando, dictum fuit quod Bart. loquitur quando alienationis conſideratur neceſſitas ex vtraque parte, venditoris nimirum, & emptoris; quæ in caſu propoſito conſiderari non poterat; nam licèt dictus Martius illius Ciuitatis poſſeſſor vendere fuerit coactus, tamen Ferdinandus voluntariè emit, diuerſitatis rationem, quæ ſit inter hos duos caſus aſſignat, nam quando emptor eſt voluntarius , ſi in eum inſtantia tranſiret, ſæpè decipi poſſet; quoniam contingere poteſt vt res, quæ venditur ſit litibus implicata , id quod ſi emptor ſciret , probabiliter non emeret, non ſic in ſecundo caſu , in quo hæc ratio ceſſat prorſus, ex quo quando res in alium tranſit ex neceſſitate tam tradentis quàm acquirentis Emptor decipi non poteſt, quia ſiue ſit conſcius, ſiue ignoret rem, quam emit eſſe litibus implicatam, rei tranſlationem euitare non poteſt, ergo conueniens eſt, vt inſtantia in eum tranſeat, nam ſecus, eſſet ſatis iniquum actorem grauare de nouo agere contra illum, qui rem tenet ex neceſſitate, & cuius acquiſitionem, etiam ex ſcientia litis motæ euitare non potuit; vnde ex his credebatur Dominum Ferdinandum eſſe abſoluendum ab obſeruatione Iudicij ſicque neceſſarium fore contra eum de nouo agere.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## OBSERVATIO.

Ratio dubitandi in caſu huius Deciſionis ea fuit quia quoties res eſt effecta litigioſa, alienari prohibetur, & vbi alienatio contingit, habetur , ac ſi facta non eſſet, ſicque actor iudicium ſuum contra poſſeſſorem conuentum proſequitur , hic eſt tex. vulgatus *in l. 2. & fin. C. de litig.* vnde cùm actione reali actũ fuiſſet ſuper Ciuitate Vgenti contra Comitem poſſeſſorem, quæ quidem Ciuitas lite pendente, in alium emptionis titulo tranſlata fuit, videbatur, quod de ſequuta alienatione nulla poterat haberi ratio , & ſucceſſiuè actor poterat inſtitutum iudicium proſequi, nec aliter eum teneri ad firmandum nouum iudicium contra nouum Ciuitatis emptorem , & hoc eſt quod pariter determinatur in conſtit. Regni , *eorum fraudibus* , & *in cap. conuentus , ſecundum ordinem* , Io. Ant. de Nigris 151. vbi plus additur, quod facta alienatione rei litigioſæ, iudicium inſtitutum finitur , & ſi poſſeſſio per multas manus ambulauerit; fit exequutio contra poſſeſſorem, apud quem res, vel poſſeſſio manere inueniretur , & tamen D. Regens noſter in caſu propoſito contrariam amplexus fuit ſententiam, ſic extimans , vt actor , qui actione hypothecaria egerat ſuper re lite pendente diſtracta, teneretur de nouo actionem proponere contra emptorem, primo iudicio prorſus aboleto, bene reſpondit , quia in eo caſu Ratio Dubitandi , quæ verſabatur circa vitium litigioſi, ceſſabat prorſus, cum ſine controuerſia procedat, tunc demum rem effectam litigioſam alienari non poſſe, ſi poſſeſſor conuentus ſuo Marte, non coactus, rem, ſuper qua mota eſt lis alienat ; at ſi neceſſaria contigit alienatio, provt in caſu , de quo agebatur , quia Iudex fuit ille, qui alienauit , quamuis lite pendente, & qui emit, volũtariè emit, ceſſabat prorſus litigioſi vitium, ac proinde tenebatur actor denuo iura ſua proponere contra emptorem rei, ſuper qua mota extiterat lis, & in hunc ſenſum accipio ego dicta per Dom. Reg. *hîc* quodque quando alienatio ex parte poſſeſſoris conuenti eſt neceſſaria, ceſſet vitium litigioſi, & conſequenter valida cenſeatur ; dixerunt Afflict. *in d. conſtit. eorum fraudibus , ante num.* 18. *verſ. tertius decimus eſt caſus* , Iacob. Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. vltim. num.* 43. Paul. Staiban. *conſ.* 25. *num.* 2. Reg. de Ponte *conſ.* 6. *numer.* 20. *lib.* 1. Cancer. *var. reſolut. lib.* 2. *tit. de reb. litig. num.* 48. vbi plures citat. Ego ipſe *reſol. iuris lib.* 1. *c.* 256. *n.* 9. 10. *&* 11. 1

Hæc, dum quæritur, an Inſtantia mota contra rei poſſeſſorem, ea lite pendente diſtracta, proſequi poſſit ; vel non contra nouum emptorem , nunc breuiter videamus, an Inſtantia mota contra rei poſſeſſorem tranſeat, ne in ſingularem ſucceſſorem, actoris verb. gr. Egi contra Petrum , vt condemnaretur ad mihi ſoluendum mille , ſi lite pendente moriar , illaque mille Antonio legarem, an hic litem à me motam pro huius quantitatis recuperatione contra Petrum conuentum proſequi poſſit, & negatiuè decidit Rota *deciſ. 1. de teſtament. in antiquis*, quia Inſtantia in ſingularem ſucceſſorem tranſire non poteſt: Peregr. *de fideicom. art. vltim. numer.* 16. Papienſ. *in forma exequution. ſent. diffinit. in princ. num.* 28. Thomat. *deciſ. March.* 65. *num.* 4. Polyd. Rip. *obſeru.* 95. *num.* 1. Giurb. *deciſ.* 107. *num.* 1. Ego ipſe *cit. lib.* 1. *reſolut. iuris cap.* 185. *numer.* 2. vbi tamen concluſionem hanc limitaui , quoties Inſtantia ſub dignitatis nomine , ſiue adminiſtrationis inchoata eſſet , nempè à feudatario pro conſequutione rei ad feudum ſpectantis nam feudo illo diſtracto in emptorem , abſque ceſſione tranſibit , ſicque plures S. Conſ. determinaſſe retuli poſt D. Reg. Rouit. 2



Digitized by Google

*conſ.82.lib.1.*idémque D.Reg. Capyc. Latro *deciſ.33. num.24.& ſeqq.*

3 Ad illud autem, quod hîc annuit D. Reg. vt inſtantia non tranſeat in Fiſcum, etſi vniuerſalem bonorum ſucceſſorem, vide Petr.Barboſ. *in l.hæres abſens.19.in principio num.142.de iudic.& omnino* Dom. Conſiliar. Carleual. *de iudic. lib.1.tit.1.diſp.2.quæſt.5. num.316. per tot.fol.*147. vbi dicit quod ratio decidendi, concluſionis, quæ deſumitur ex tex. *in l.ſi conſtante 25.§.fin.ff.ſolut. matr.* vt inſtantia non transferatur in Fiſcum, non eſſe eam, quod Fiſcus proprios habeat Iudices, quinimò, eo non obſtante inſtantia tranſibit in Fiſcum hæredem inſtitutum;iuxta tex.*in l.1.§.fin.ff.de offic.Proc.Cæſar.& in l.aufertur 46. §.ſeruus Cæſaris ff.de iure fiſci*, quoniam Fiſcus hæres inſtitutus vtitur iure priuati: *l.ſi legatus 30.§.fin.ff.ad ſenat. conſ.Trebell.l.ex imperfecto C. de teſtam.* Bald. *in d.l.ſi conſtante §.fin.num.*2. Angel.*num.*3. Cuman.*numer.*7.Imol. *num.*10. Caſtrenſ.*num.*5. Barboſ.*num.*18. *& alij*, ſed eam eſſe rationem quia cum Fiſcus priuato ſuccedat per publicationem, bonis ſuccedere dicitur, non autem perſonæ, & conſequenter perſonam non repreſentat, quo fit, vt in eum inſtantia non tranſeat, quamuis ſucceſſoris vniuerſalis vicem ſuſtineat.

## ARGVMENTVM.

Vendita, vel donata Terra cum iuribus & pertinentiis ſuis, ac integro ſtatu, nùm comprehendantur functiones fiſcales, quas Baro venditor,vel Donator ibi poſſidebat.Reus criminis læſæ Maieſtatis à Principe pleniſſimè reſtitutus, tam reſpectu bonorum feudalium, quàm allodialium, excepta tali Terra, an ſub hac reſtitutione veniant functiones fiſcales, quas Reus ipſe ſuper illa terra excepta tenebat, vel potius dicantur exceptæ, provt fuit excepta Terra, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CLXXII.

1 CVm à Principe Orànciæ Regis vices in hoc Regno implente indultus publicatus eſſet generalis ad fauorem omnium Baronum, qui de læſæ Maieſtatis crimine inquirebantur, confirmatuſque extitiſſet particulariter à Cæſarea Maieſtate reſpectu Marchionis Caſtellanetæ, cum ampliſſima reſtitutione omnium bonorum, tam feudalium, quàm allodialium, excepta tamen Terra Labellæ cum iuribus, & pertinentiis ſuis, ac integro ſtatu, quam demum conceſſit Marchioni de Alarcon; Dubitari contigit in Regia Camera, an ſub dicto indultu, & pleniſſima bonorum reſtitutione comprehenderentur functiones fiſcales, quas dictus Marchio in dicta terra Labellæ tenebat, & quatenus comprehenderentur,an exceptæ diiudicandæ eſſent ex quo demum in indultu fuit expreſsè dictum, vt terra Labellæ cum iuribus, & pertinentiis ſuis, ac integro ſtatu non comprehenderetur; ſed quod remaneret excepta. Ratio dubitandi, quod ſub ampliſſima reſtitutione bonorum non veniebant, illa fuit, quia cum hi annui redditus ſint de regalibus, hæc ſub quacumque generali diſpoſitione non veniunt, niſi de eis ſpecialis fuerit facta mentio: *cap.1. cum ibi notatis, d. cap. qui Cur. ven. c. quoad tranſlationem de offic. ordin. l.1.ff.de offic. eius*, & in Regno habemus Conſtitutionem, quæ incipit ea,quæ ad decus, Afflict.*deciſ.*122.

Sed hac dubitandi ratione non obſtante, 2
per Regiam Cameram,facta relatione in Collaterali Conſilio, Dominorum Regentium, accedente etiam voto, fuit contrarium deciſum, nimirum, dictas functiones fiſcales ſub indultu, & bonorum reſtitutione, includi, nec aliter fuiſſe exceptas, ex quo fuerat excepta terra labellæ, ſuper qua extabant. Ratio deciſionis fuit, quia, & ſi veriſſimum ſit, vt regalia ſub generali diſpoſitione, ſiue conceſſione non veniant, tamen hæc concluſio procedere poteſt quando noua conſideratur conceſſio, ſecus verò quando tractatur de ampliſſima reſtitutione in integrum, quæ dicitur repoſitio in eundem ſtatum, provt erat ante: *l.1.& l.fin. C.de ſent.paſſ. l.quod ſi minor. §. reſtitutio ff. de minor.* Andr.*in cap.1.de vaſſall. decrep. ætat.*Bald. *in d.l.fin.* vbi dicit quod omne illud, quod delictum obſtabit per reſtitutionem reacquiritur, idque indubitanter in caſu, de quo agebatur, dum hæ functiones fiſcales tempore indultus penes Regiam Curiam extabant, & ſic alienatæ non erant,vnde dicebatur in iure obſeruari, in generali reſtitutione omnia venire præter duo, nimirum, bona alteri conceſſa, & fructus medio tempore perceptos.Auth. *idem de Neſtorianis C.de hæretic.* & eſt communis opinio *in l. Gallus,§. & qui ſi tantum ff. de liber.& poſth.*

Confirmabantur prædicta ex dictis per 3
Bald. *in d.cap.1. §.1. col.fin. hic finitur lex*, vbi dicit,quod ſi damnatus ad mortem, cuius bona erant publicata, eſt reſtitutus feudum Domino apertum recuperabit, & tamen in generali diſpoſitione feudum non venit: *c.1.§.in generali, ſi de feud.fuer.controu.* ſicque aliàs in propriis terminis per Regiam Cameram iudicatum compertum extitit in cauſa Ferdinandi Santafe qui cum eſſet ab eodem Principe Oranciæ generaliter reſtitutus, recuperauit introitus Regiæ Dohanæ, quæ ſimiliter ſunt de regalibus, quamuis de illis in reſtitutione plenaria expreſſa mentio facta non fuiſſet:nec fuit

Digitized by Google

fuit ratio aliqua habita, quod in reſtitutione facta Marchioni excepta fuit terra Labellæ cũ iuribus, & pertinentiis ſuis, ac integro ſtatu, & conſequenter, quod pariter exceptæ videbantur hæ functiones fiſcales, vti ſuper eadem Terra exiſtentes, ad tradita per Alberic. *in l. fin. ff. de conſtit. Princip.* nam dicebatur, quod cùm certum erat, quod non poterant venire ſub appellatione Caſtri ſic etiam ſub appellatione pertinentiarum, quia illa pertinentia veniunt, quæ ex legis diſpoſitione, ſtatuto, vel conſuetudine facta ſunt, ad Caſtrum ſiue Eccleſiam acceſſoria, vt optimè declarat. Innoc. *in cap. cum ad ſedem*, quem ibi omnes ſequuntur *de reſtit. ſpoliat.* eoque magis in caſu, de quo agebatur, cum Marchio Caſtellanetæ terram prædictam à principio non acquiſierat cum functionibus Fiſcalibus, ſed poſtea titulo particulari illas acquiſiuit, pro quorum confirmatione faciebant notata per Innoc. *in c. ex litteris de iure patron.* vbi dixit, quod ſi quis vendit villam cum omnibus iuribus ſuis, vel donet villam, & omnia, quæ in ea habet decimas, & alia iura ſpiritualia, quæ ibi habet, donare non intelligatur.

Minùs etiam faciebat, clauſula illa, *Cum integro ſtatu*, quam dicebatur potuiſſe exceptionem functionum Fiſcalium importare, per text. *in l. ſi quando la* 1. *C. de bonis vacant. lib.* 10. vbi ſi eſt data domus à Principe cum eius integro ſtatu, conceſſa cenſetur cum adiacentibus, municipiis, & pecoribus, nam reſponſum fuit, quod in hoc text. illa adiacentia erant inſtrumenta domus, ad eius perpetuum vſum deputata; ideoque de pertinentibus ad domum dicebantur, immò quodammodo pars domus, ſecùs ſi ad tempus, vt eſt caſus *in l. 2. C. de verb. ſignific.* & ita tenent omnes, *in d. l. ſi quando*, præſertim Io de Platea; vnde meritò dicebat Andr. *in cap. 1. §. & plauſtrorum, quæ ſint regalia*, quod ſi in feudo feudali aliqua ad eius inſtructionom inueniuntur, vt boues ad laborandum, & pecora ad ſtercorandum, & impinguandum, omnia hæc erunt feudalia, quia feudi inſtrumenta ſunt, quod intelligendum eſt ſi ibi perpetuò ad feudi vſum deſtinata ſint; non ſic in caſu propoſito, in quo functiones Fiſcales à Terra, eiuſque iuribus, reditibus, & pertinentiis ſunt penitùs diuerſa, nec aliter de ſtatu Terræ, immò res penitùs ab illa ſeparata; etenim ſtatus Terræ, eſt vaſſallorum ius, iuriſdictio, Caſtrum, introitus Baronales, territorium, & reliqua huiuſmodi, quæ ſine dubio veniunt in conceſſione Terræ; faciunt notata per Alberic. *in l.* 1. *num.* 24. *ff. de offic. eius*, vbi dicit, quod ſi Rex concedit alicui Caſtrum cum omni iure, quod habet in eo, in dicta conceſſione ſolùm venit id, quod ad Regem ſpectat, vt Dominum illius Caſtri non autem vt ad Regem, vnde ſi in hoc Caſtro duo iura Regi competebant, vnum vt Domino Caſtri, alterum, vt Regi, in tali conceſſione non venit id quod Regi vt Regi competit, ſed ſolùm ius illud; quod competit ei vt Domino Caſtri, cuius theorica, vt ad caſum propoſitum applicetur, dicebatur, functiones Fiſcales ad Regem, vt Regem ſpectare non autem ad Regem vt Dominum, quaſi ſi dicimus Marchioni de Alarcon fuiſſe conceſſam Terram Labellæ cum integro ſtatu, hæ functiones Fiſcales, quæ ad Regem, vt Regem pertinebant venire non poterant, ſed dumtaxat alia iura, quæ Regi vt Domino Caſtri competebant, id quod dictum fuit comprobari, ex dictis per Afflict. *in proæmio conſtit. Regni in* 25. *quæſt.* quem vide.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## OBSERVATIO.

AD confirmationem eorum quæ in hac Deciſione habentur, ſi generaliter quæres, an vendita, vel donata Terra cum iuribus, & pertinentiis ſuis, ac integro ſtatu comprehendantur, nec ne functiones Fiſcales, quas Baro, venditor, vel donator ibi tenebat, non errabit ſi quis reſpondet negatiuè. Ratio aſſignatur, quia cum hi introitus Caſtro non cohæreant, ſed reſpiciant perſonam Domini, non aliter vti Baronis, vt comprehenderentur neceſſe eſſet, vt ſpecialis mentio de illis facta eſſet, ita habetur hìc, & ſatis benè Io. Vinc. de Anna *allegat.* 29. *à num.* 12. Eſt tamen verum quod in illa cauſa fuit deciſum contra allegata; ſed ex particulari ratione, quam in fine idem de Anna aſſignat, nimirum, quia compertum fuit, functiones Fiſcales, de quibus agebatur fuiſſe à Regia Curia liquidatas loco Baronalium introituum, ſicque feudo cohærebant; idem quoque iudicatum ad fauorem Marchionis Capurſij, vt in legato facto à Sereniſſima Regina Bona Poloniæ Ioanni Laurentio Pappacoda ſuo intimo familiari de terris Noiæ, & Trigiani comprehenderentur pariter introitus, quos Regina ab eiſdem Vniuerſitatibus emerat, quia ex tenore diſpoſitionis, & ex teſtium diſpoſitionibus ſatis benè percipiebatur, hanc fuiſſe ſereniſſimæ teſtatricis voluntatem, ac etiam compertum fuit Reginam poſt emptionem, & acquiſitionem factam de introitibus prædictis vnitim, & confuſim cum introitibus Baronalibus, illos tenuiſſe, & poſſediſſe, vt cernitur ex relatis per Camill. de Medic. qui pro comprehenſione ſcripſit *conſ.* 7. *per tot.* quicquid contrariũ attentaſſent Io. Franc. de Ponte, & Fabius de Anna, qui pro Rege Poloniæ contra Marchionem Legatarium ſcripſere, ille *in conſ.* 63. *lib.* 1. iſte *in conſ.* 100. & Io. Andr. de Georg. *allegat.* 50. quæ quidem Deciſio, refertur à D. Reg. Capyc. Latro *deciſ.* 37. *num.* 12. vnde in alia cauſa, in qua citatus Io. Vinc. de Anna ſcripſerat *allegat.* 36. fuit per S. Conſ. deciſum ſub conceſſione Caſtri cum iuribus, & pertinentiis ſuis, functiones Fiſcales non venire, videatur caſus illius allegat. Idemque determinatum in caſu deciſionis D. Reg. Capyc. Latro modò relatæ, nimirùm ſub venditione Caſtri cum omnibus aliis corporibus tam feudalibus, quàm burgenſaticis, renditis, feudis, &c. functiones Fiſcales non eſſe comprehenſas; quó fit, vt dicamus, quod quando de his diſputari contingit, facti ſeries eſt benè ponderanda, ſimulque diſcutienda, vt quid de iure exoriatur, reſponderi poſſit, nam in articulo generali, ex his, quæ hìc dicta fuere, & ex



Digitized by Google

ponderatis per Io. Vinc. de Anna, Reg. de Ponte, & & per alios ſupracitatos, ſemper erit conſtituenda concluſio vt conceſſa Ciuitate, vel Caſtro cum iuribus, & pertinentiis ſuis, non veniant ea quæ titulo particulari & ſic iure priuati poſſidentur, & non vt Dominus ciuitatis, vel Caſtri, hoc enim prudenter aduertit Dom. Reg. de Ponte, vt importet verbum illud *pertinentiæ*, nimirum, quicquid ad rem conceſſam pertinet, allegat Andr. *in c.1. in principio de capit. qui Curiam vendidit*, & Afflict. *ibidem n.*40. vbi dixit, omnia vendita cenſeri, quæ competunt ratione feudi venditi, ſecùs ſi alio iure, tanquam alius idemque Caldas *de empt. & vendit.c.*22.*n.*19. vbi meminit de Afflict. *loc. mod. cit.*

An autem conceſſo Caſtro, vel territorio, videatur conceſſa iuriſdictio, ſi de ea non fuit facta ſpecialis mentio, vide Capyc. *in inueſt. feud. in verbo feudorum acceſſoria, verſ. cenceſſo Caſtro*, & D. Reg. de Ponte *cit. conſ.*63.*num.*31.

Et an domo vendita, vel legata ſimpliciter, cenſeatur inſimul venditus hortus ibi cohærens, vide tex. *in l. prædiis* 89.§.*fin.ff.de legat.*3. Gugliel. de Benedict. *in c. Raynutius in verbo, & hortum fol. mihi* 181. & D. Reg. de Ponte *loc. cit. num.*71.

## *ARGVMENTVM.*

Creditor an poſtquam obtinuerit in iudicio reali ſuper bonis debitoris ſui valeat, ſententiæ exequutionem deſerere, & pro ſui crediti conſequutione in præiudicium aliorum Creditorum ad alia bona ſibi obligata recurrere. Variatio de vno corpore ad aliud communis debitoris, an, & quando ſit de iure permiſſa.

## DECISIO CLXXIII.

1 LATA ſententia in iudicio Aſſiſtētiæ moto ſuper Caſtro Siani ad inſtantiam Mag. Siluiæ de Cioffo pro recuperatione ſuarum dotium, & Antefati cum omnia ſui Viri bona in forma valida obligata haberet, interpoſitoque, ea inſtante, decreto quod ſententia lata debitæ exequutioni demandetur, nouum eiuſdem actionis inſtituit iudicium, primum deſerens ſuper alio corpore hæreditario, fuit dubitatum, An hoc ei liceret.

2 Regia Camera omnium Dominorum Iudicantium accedente conſenſu, decreuit licere in hoc caſu Creditori variare, donec, & quouſque realis exequutio facta ſit, & rei dominium in illum tranſlatum, cum nulla lege hoc prohiberi cautum ſit, & quamuis Bart. *in l. eum qui certarum*.§.1.*ff.de verb.obligat.* contrarium ſentire videatur, tamen dictum fuit, quod recentiores communiter tenent contra illum, & quod ita in eo tex. ſcripſerunt Bald. Angel. & Aretin. & quod faciebat tex. *in l. qui ex pluribus ff. de verb. obligat.* vbi obligatio ſemper dicitur eſſe in ſuſpenſo, donec quod promiſſum eſt, ſoluatur, vnde cùm in caſu propoſito dominium rei, cuius adiudicatio forſan petebatur, non erat in Actorem tranſlatum, & conſequenter nec ſublata hypotheca quę tollitur, per modos de quibus, *in l. item liberaretur.* §. *qui paratus. ff. quib. mod. pign. vel hyp ſolu. & in l. ſi rem.*§.*omnis.ff. de pignorat. act.* ergò non erat, de quo dubitari poſſit, licuiſſe Siluiæ Actrici variare.

## OBSERVATIO.

CVm deciſis hîc per Regiam Cameram conueniunt dicta per Dom. Præſ. de Franchis *deciſ.* 53. *in fine*, vbi contra Bart. ſententiam *in l. eum qui certarum.*§.1.*ff.de ver.obligat.* cui adhæſit Capyc. *deciſ.* 33. & 46. teſtatur indiſtinctè vidiſſe variationem admiſſam, quia donec ſatisfiat creditori, nunquam poteſt dici ſolutum, ſeu diſtractum ius pignoris, creditori competens, propter quod ſemper poterit ille agere, ſubdens contra Bart. communem eſſe opinionem; & quod hæc ſit ipſa veritas, credo ſatis fuiſſe à me demonſtratum, *lib.*2.*mear.reſolut.c.*58. vbi citato D. Reg. hîc pro variatione nouiſſimas retuli S. Conſ. Deciſiones, dixique terminos refrenationis arbitrij creditoris in hoc articulo ſatis eſſe impertinentes, ſic inueſtigando omnes caſus, quibus, iura, & DD. voluerunt fore refrenandum creditoris arbitrorum, & addidi DD. omnes ſignanter Capyc. *in deciſionibus ſupra allegatis*, qui Bart ſententiam inſequuti fuere, alloquutos fuiſſe in terminis quando Creditor volens commodè ſuum conſequi ſuper re, quam elegit, & ſuper qua iam obſinuit, vult eandem inſtitutam actionem ſuper alio corpore intentare; conſideretur enim in hoc caſu maxima ipſius creditoris iniquitas, ſic moleſtans, vel ipſum debitorem, vel tertium illius rei poſſeſſorem; cæterum ſi creditor ſuper res, quam elegit, & ſuper qua iam obtinuit pro ſui crediti conſequutione ſcopulos inuenit, non eſt cur affirmari poſſit, variationem non eſſe permiſſam, adhuc poſt ſententiam, vt ſatis bene ratiocinatur Gaſp. Theſ. *quæſt. forenſ. lib.*1. *quæſt.*7. *n.*6. *verſ. cum iſte caſus.* quo loci ex ſententia illius Senatus denegans creditori variationem, quando perfecta eſt bonorum debitoris exequutio, itavt ad illorum ſubhaſtationem, & deliberationem, deuentum ſit, hoc limitat, quoties legitima ſe offerret cauſa variandi, nimirum, vt quia ſuper exequutione facta, aliquis ſe opponeret, vel bona exequuta intricata reperta eſſent; in vnoquoque enim iſtorum caſuum variationem fore permittendam, affirmat, & ſemper nota, abſque cauſa vbi ad ſubhaſtationem bonorum exequutorum proceſſum non fuerit.

## *ARGVMENTVM.*

Reſtitutio in integrum ad pinguius probandum, quæ in Regno primum, & ſecundum beneficium appellatur, ſi à muliere petatur, & concedatur quoad ponenda de nouo tantùm, an proſit aduerſario, tam ſuper de

nouo

Digitized by Google

nouo ponendis, quàm ſuper aliàs poſitis. Minor primum, & ſecundum beneficium petens, an, in præiudicium maioris collitigantis eidem renunciare poſſit. Clericus ſi poſtquam laicum in ius vocauerit, fuerit ab illo reconuentus, num ad reconuentionem euitandam, iudicio per ipſum moto renunciare poſſit.

## DECISIO CLXXIV.

1 INSTABAT Vxor Illuſtris D. Ioannis de Zanica in cauſa, quam habebat, cum Magnifico Franciſco Raymo ſibi concedi primum beneficium; ſed quoad ponenda de nouo tantum, non autem reſpectu deductorum, eoque conceſſo petebatur ex aduerſo termino illo primi beneficij vti velle tam ſuper poſitis, quàm ſuper de nouo ponendis fuit dubitatum in Regia Camera, Quid Iuris?

2 Diſcuſſo articulo, ſupremum hoc tribunal decreuit non licere, ex Bald. *in l. per hanc. col. 7. verſ. pone minor. C. de temp. & reparat appellat.* & Aret. *in c. fraternitatis col. 19. de teſtibus,* vbi indiuidualiter formant quæſtionem, & determinant, quod ſi à minore eſt petita reſtitutio in integrum ſuper de nouo ponendis, non poterit aduerſarius aliud ponere, vnde admirationis fuit, neminem ex aduocatis, hanc punctualem doctrinam allegaſſe, nec pariter Mazzeum de Afflict. qui pro hac eadem opinione decidit *deciſ. 89.*

## OBSERVATIO.

1 DOminus Præſ. de Franchis *deciſ. ſua 269. in fine,* citat D. Regentem noſtrum hîc, & ait particularem eſſe Bal. deciſionem *in l. per hanc* ſic relatam, de qua vt pariter obſeruauit D. Regens, non meminit Afflict. *in cit. deciſ. 89.* ſed bene Capyc. *deciſ. 170.* eſt tamen omninò notandum, quòd de quæſtione in hac Deciſione poſita, nunquam in S. Conſilio diſputari vidi, quandoquidem vt benè obſeruauit Cæſar Vrſill. *in addit. ad cit. deciſ. Afflict. 89.* conceſſo beneficio minori ſimpliciter, tam minor, quàm maior ipſo vtuntur, & tam ad probandum idem, quàm de directo contrarium, ſubdens, quia aliàs longa, & faſtidioſa eſſet diſcuſſio in præfatis nouis, & veteribus capitulis diſcernendis, idemque ſcripſerunt Muſcatell. *in prax. S. C. par. 6. gloſ. communis num. 5. & 6.* & Dom. Reg. Tap. *in conſtit. minorum iura num. 4. & ſeq.*

2 Quatenus autem ibidem dixerit Vrſill. vt conceſſo hoc beneficio minori, valeat ipſe minor illi renunciare in præiudicium maioris, qui eo vti vult id quod latiùs ad partes diſputatur per Iulium Cæſar. Imbrian. *in tract. de 1. & 2. benef. conſid. 7. à num. 74. vſque & per tot. 95.* ſciendum eſt, quod hoc funditùs negatur à Dom. Præſ. de Franchis *deciſ. 141. & in d. deciſ. 269. n. 5. & 6.* idémque D. Reg. Rouit. *in pragm. 11. n. 26. de ord. Iudicior.* D. Reg. Tapia *loc. cit. num. 6.* Muſcatell. *in prax. S. Conſ. gloſ. defendendum num. 2. verſic. ſecundo etiam*; Hi omnes pro indubitato affirmarunt, quod quando conceditur beneficium minori, non poteſt iſte illi renunciare in præiudicium maioris, qui eo poſtquam eſt conceſſum, vti velit, rationibus vt per eos; has tamen pugnantes opiniones in praxi ſic conciliatas obſeruaui, nimirum, vt ſi conceſſo minori beneficio antequam ad alium actum progreſſum ſit minor ipſe beneficio petito, & conceſſo renunciet, & procedit opinio Vrſilli, vt maior illa dilatione, quæ erat communis vti non poſſet, at ſecus ſi conceſſo primo beneficio ad alium actum ſequentem protractum ſit quia tunc dicitur ius quæſitum maiori collitiganti, in cuius præiudicium renunciatio non procedit, & ſit locus contrariæ ſententiæ, id quod bene obſeruauit Imbria. *loc. cit. num. 96. 97. 98. & 99.* ſubdens *num. ſequenti*, hanc diſtinctionem veram eſſe in clerico, qui ſi laicum in ius vocauerit, poterit laicus ipſe conuentus coram eodem Iudice clericum reconuenire; at ſi ad reconuentionem euitandam, factæ conuentioni, vellet clericus re integra renunciare, reconueniri de cætero non poteſt, ſecùs verò ſi reconuentio facta eſſet, ſic per S. Conſilium deciſum teſtatur Dom. de Franchis *deciſ. 349.* poſt Marant. & Carauitam quos allegat, ſubdens, ita intelligendum id quod Afflict. dixerit deciſum *in deciſ. 173.*

## *ARGVMENTVM.*

Poſſeſſorium, & Petitorium ſimul quando cenſeatur potiùs in libello deductum, quàm poſſeſſorium tantum. Proteſtatio facta Parte abſente, ad propriam tamen voluntatem declarandam, an, & quando proteſtanti proſit. Donatiua gemmarum, quæ fiunt à Sponſo Sponſæ cum proteſtatione ante contractum matrimonium, an, & quando donationem importent; & de aliis.

## DECISIO CLXXV.

IN eadem cauſa, de qua in Deciſione præcedenti fuit dubitatum, 1 an Magnificus Franciſcus de Raymo deduxerit in iudicio petitorium, & poſſeſſorium tantum, ex eo quod narratiua libelli rei proprietatem reſpiciebat, concluſio verò poſſeſſionem.

Regia Camera inclinabat, poſſeſſorium 2 dumtaxat retinendæ fuiſſe deductum, quia concluſio libelli, ſolùm de vti poſſidetis interdicto loquebatur, quam quidem concluſionem attendi debere, eſt tex. *in c. ex parte.* vbi Innocent. & omnes, *extra de foro compet.*



Digitized by Google

Aretin. *in c.fin. de iudic.& in l.nam,& poſtea.§. ſi minor col.*3.*de iuretur an.* quo loci dicit, quod narratio libelli à concluſione declaratur,& determinatur, allegat Innoc. *in cap. ſuper litteris de reſcript.* & Bart. *in l.certi condictio in princ. ff.ſi cert.pet.* vnde in caſu propoſito dicebatur, quod licèt in libelli narratione erat deductum petitorium inſimul cum poſſeſſorio, tamen erat attendenda concluſio, quæ poſſeſſorium tantùm reſpiciebat, id quod indubitatum reddebatur, ex quo actor in fine ſuorum articulorum ſuum declarans libellum proteſtatus erat, quod ſi in eo forſan deductum apparebat petitorium, id contigiſſe animo colorandi poſſeſſionem, non autem animo cognoſcendi principaliter de dominio, quod autem declaratio hæc per actorem fieri poſſit, quando libelli verba ſunt ambigua, eſt ferè in terminis in hoc interdicto retinend. deciſ. Bart. Alex. Aretin. Soçin.& aliorum *in l. naturaliter.§.nihil commune.ff. de acquir. poſſeſſ.* per tex. *in l. ſi quis intentione ambigua.ff.de Iudic.* nec obſtare dictum fuit, tex. *in c.cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat.* & quod ibi notat Ant. de Butr. quia tex. ille intelligitur quando concluſio poteſt ad narrata adaptari, ſed quando ſecùs, tunc ſemper concluſio attenditur, ita declarat Socin. *conſ.* 262. *col.*2. *lib.*4. cumque in caſu propoſito in concluſione ſolùm agebatur de poſſeſſione, ergo ad narrata concernentia petitorium; Concluſio referri non poterat; tùm etiam, quia petitorium ſemper in dubio cenſetur potiùs deductum ad poſſeſſionem colorandum, quàm quod de eo principaliter cognoſcatur, vt in terminis præſcripſit Dec. *conſ.*84.

3 Præterea dicebatur, quod omnis ceſſabat difficultas, ſtante proteſtatione,ſeu declaratione actoris de qua ſupra; quæ quidem proteſtatio, licèt facta apparebat Parte abſente, tamen non per hoc inefficax reddebatur, quia quando fit ad propriam voluntatem declarandam, & ad ea quæ ex ſola voluntate dependent, poteſt abſente Parte fieri, vt declarat Bart. quem omnes ſequuntur *in l.non ſolùm.§. morte.ff.de noui oper. nunciat.Canoniſtæ in c.cum M.de conſtit.* Doctores *in l.qui in aliena.§.Celſus,* vbi eſt caſus, *ff.de acquir.hæredit.* Nec huic concluſioni obſtabat aliud, quod opponebatur, nimirum ab hac proteſtatione per actum ſequentem contractum fuiſſe receſſum, nam reſponſum fuit, quod licèt hic articulus ſit dubius; de quo per Bart. & omnes *in dicto.§. morte, & per* Aretinum *in l. Titia.§.*1.*ff. de verb.obligation.* Tamen illud procedere poteſt, quando factum ſequens poteſtationi eſt penitùs contrarium, & nullatenus poſſunt inſimul ſtare, vt declarat optimè Innoc. *in d. c. cum M.de conſtit.* ſed quando proteſtatio eſt voluntatis declaratoria, & cum actu ſequenti ſtare poteſt, tunc etiamſi facta ſit per verba ſimplicia, & non expreſsè per verba tempus futurum reſpicientia, ſiue ex incontinenti,ſiue ex interuallo ſequatur actus,proteſtatio attenditur,vt eſt caſus *in d.§.Celſus*, & eſt vera, & communis opinio, de qua latiſſimè per Aretin. *in d.l.Titia.§.*1. Vnde

## OBSERVATIO.

AD Confirmationem eorum, quæ in prima parte huius Deciſionis habetur, nimirum, vt in libello, in quo actio inſtituitur, concluſio ſit ſemper attendenda, & quod narratio libelli à concluſione declaretur, vide omninò Marc. Anton. Natt. *conſ.* 120. *lib.* 1. vbi poſt Innoc. *in cap.ſuper litteris de reſcriptis.* & Bart. *in l. Aurelius.§. Sticho. ff.de libert. legat.* in ſpecie dicit, quod ſi vnum narratur,& aliud cócluditur, concluſio attenditur,nec inſpicitur,quod, & quantum narretur; ſed qualiter ex narratis concludatur, quaſi modus agendi ſtet ſubſtantialiter in concluſione,ſubdit demùm *num.* 17. libelli concluſionem generaliter fieri poſſe, adiecta clauſula illa nimirum, *peto ius,& iuſtitiam miniſtrari,*per quam quidem clauſulam Iudex dicitur ſemper interpellatus, eamque ad omnia narrata referri, & quod ſi actor qui narrat petitorium, & poſſeſſorium,concludit tantùm in poſſeſſorio, poterit tamen etiam ſuper petitorio obtinere, dummodò clauſula prædicta adiiciatur rationibus, vt per eum, quem valdè commendat Io.Ant.Maſuerius *in addit. ad pract. Papienſ. in forma libelli actio. reſol.in verbo quare petit fol.mihi* 41 *.col.*2.& ſatis benè hoc nouiſſimè exornat Iul.Cæſ.Gallup. *in prax.S.Conſ.par.*2. *cap.*1.*num.*23. quo loci ex Lanfranc. *in c.quoniam contra cap.*5.*tit.de probat.num.*6. dicit, libellum ex duobus principalibus conſiſtere videlicet ex narratione, & concluſione,& quod narratio attendatur propter multa, & ſignanter ad libelli ineptitudinem cognoſcendam, ait firmaſſe Scac. *de ſentent. & re iudic.gloſ.*10. *n.*68. vnde omnia narrata ab ipſa concluſione regulari,& quod in ea eſt expreſſum,& deductum in litis deciſione forè attendendum,dixit Gaill.*pract. obſeru.lib.*1.*obſeru.*6.*n.*13.*& ſeq.* & poſt eum D. Reg. de Ponte *conſ.*11.*n.*196.*& ſeq.lib.*1.

Quo verò ad illam concluſionem ex Bart. & aliis hîc firmatam,vt valida ſit proteſtatio, quamuis Parte abſente facta, dum fit ad propriam voluntatem declarandam,& ad ea,quæ ex ſola voluntate dependent; ad confirmationem, & in notabili caſu, videndi ſunt Capyc.*in conſuet.ſi qua moriens in addit.quæ incipit nota ex iſta gloſ.fol.*202.Surd.*de alim.tit.*1.*quæſt.*48.*n.*46. *& ſeq.* & Io. Petr. Fontanell. *de pactis nuptial. tom.* 1. *clauſ.*4.*gloſ.*28.*num.*76. *& tom.*2.*gloſ.*3. *clauſ.*7.*part.*6. *n.*85. hi omnes in illa quæſtione an donatiua Gemmarum, quæ fiunt à Sponſo Sponſæ ante contractum matrimonium per verba de præſenti,donata cenſeantur ,ad tollendam omnem dubitationem, quod donata non cenſeantur cautelam tradunt pro Sponſo,vt illa die priùs tamen quàm ad ſponſam deoſculandam accedat, per publicum inſtrumentum animum, voluntatemque ſuam publicè patefaciat, quod non donandi animo, ſed ad vſum tantum tradere, & concedere ſe proteſtando intendat, nec à coniuge, vel eius hæredibus ſuo tempore prætendi poteſt, quod fieri debebat talis proteſtatio in traditionis actu, & ſic in illo inſtanti, Sponſa audiente, nam cum proteſtatio ſit de his quæ à proteſtantis voluntate dependent, ſufficit extraiudicialis, & abſente Parte facta, idemque probaui Ego *lib.*1.*mear. reſol.cap.*90.*n.*10.

ARGV

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Procurator conſtitutus ad aliquid peragendum, ſi contraxerit ſimpliciter non expreſſo nomine Procuratoris, nùm cenſeatur Procuratoris nomine contraxiſſe. Procurator conſtitutus ad emendum, ſi nomine proprio emit, an teneatur Domino actione mandati ad rem emptam ſibi tradendam, & Dominus actione contraria ad pretium, & de aliis.

## DECISIO CLXXVI.

1 DEDERAT Alphonſus Aſſaia mandatum Vincentio de Angelis, vt à Regia Curia huius Ciuitatis Dohanam arrendaret pro quatuor Caratis participem ſe conſtituens; Vincentius nulla de mandato Alphonſi, nec de participatione mentione facta, Dohanam arrendauit, demum Alphonſus illas quatuor Caratas eidem Vincentio renunciauit, fuit dubitatum, an ex mandato dato obligatus Regiæ Curiæ remanſerit.

2 Regia Camera pro Fiſco iudicauit, Ratio Deciſionis, quia licèt Vincentius ſimpliciter arrendauerit, tamen in dubio cenſetur, hoc procuratorio nomine feciſſe, vt eſt magis communis opinio, *in l. poſt dotem ff. ſolut. matrim. & in l. 1. §. nunciatio ff. de nou. oper. nunciat.* & in his locis ſatis bene Alex. & Iaſ. idemque Bart. Angel. Paul. Caſtrenſ. Aret. Alex. & Imol. *in l. qui in aliena §. ſi is, qui putabat ff. de acquir. hared.* & eſt tex. iuncta gloſ. *in verbo tranſlaturam in l. ſi ita* 135. *§. ſeia cauit. ff. de verb. obligat.* nec obſtare dictum fuit, hanc Concluſionem procedere inter mandantem & mandatarium, vt inter eos ad inuicem oriatur actio, ſecus quoad tertium, cum quo Procurator contrahit, tunc enim videtur, quod Dominus mandans illi cum quo Procurator contraxit, obligatus non remaneat, etenim hoc verum non eſt, nam ſi concluſio à Doctoribus firmata, nimirum, vt Procurator, quo ſimpliciter contrahit, procuratorio nomine contrahere cenſeatur, intelligenda eſſet, vt ſolùm actio oriatur inter mandantem, & mandatarium, inutilis eſſet aſſeueratio hæc, nam aliàs iure cautum eſt, quod ſi Procurator nomine proprio emit, tenetur Domino actione mandati ad rem ſibi tradendam, & Dominus, actione contraria ad pretium, provt eſt tex. & ibi gloſ. & omnes *in dicto §. ſeia Cauit.* ergo vt Communis opinio ſuum obtineat locum, dicere oportet, Concluſionem procedere etiam reſpectu illius, cum quo Procurator contrahit, adeò vt Dominus illi obligetur, videatur Bart. *in l. ſi pupilli §. 1. col. 2. ff. de neg. geſt.* quem ſequitur Socin. *conſ.* 154. *col. 2. in 6. caſu lib. 2.*

Ad cuius ſententiæ confirmationem, dictum fuit eſſe caſum *in l. ci qui §. fin. C. quod cum eo*, vbi ſi libero homini Titij negotia adminiſtranti, ego mutuo mille, intuitu, & contemplatione gerentis, & non Domini, datur mihi mutuanti actio contra Dominum, ſi pecunia in illius vtilitatem verſa eſt, vel ſi ipſe ratum habuit, & ſic habemus caſum quod mihi etiam ignoranti acquiritur actio, & ita hoc ibi declarant Doctores ſignanter Bald. Cyn. Salyc. & Dec. vnde per Regiam Cameram nemine contradicente, fuit deciſum pro Fiſco contra Alphonſum, & deinde prolatum decretum. 3

## OBSERVATIO.

DEciſionem habemus indiuidualem pro opinione illorum, qui dixerint, quod quando quis habet mandatum ad aliquid peragendum, & contrahit ſimpliciter, Procuratoris nomine non expreſſo, quod cenſeatur procuratorio nomine contraxiſſe, itavt ex illo contractu Dominus mandans teneatur. Tu modo ad confirmationem ex recentioribus hanc eandem concluſionem firmantibus, adde Paul. Pariſ. *conſ.* 72. *num.* 34. *lib.* 2. Laurent. Sil. *in conſ.* 8. *n.* 2. Grat. *conſ.* 96. *num.* 11. *lib.* 1. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 38. *n.* 3. & Cancer. *var. reſol. lib.* 2. *tit. de procur. n.* 4. quicquid contra, ſed perfunctoriè dixit Iacob. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſump.* 49. *num.* 18. Etenim magis communiter receptum eſt, vt Procurator, qui mandatum ſuſcepit, videatur gerere actum nomine mandantis, etiam quod ſimpliciter actum geret, id quod Angel. *in l. qui in alieno §. ſi is qui putat. ff. de acquir. hæred.* notat contra Infideles Procuratores, qui ſpeciali aſſumpto mandato de emendo prædio, demum ſuo proprio emunt nomine, nulla de mandato mentione facta, nam, vt qui ſic ſimpliciter contraxit, mandati actione ad prædium tradendum conueniri poſſit, quaſi per Dominum emptum, dubitandum non eſt, quam quidem Angel. Theoricam inſequuti fuere Alex. *conſ.* 25. *n.* 8. *&* 11. *lib.* 2. *& cōſ.* 58. *col.* 1. *lib.* 1. Anguiſſol. *conſ.* 57. *n.* 7. *lib.* 1. & alij, quos citat, & ſequitur Ioſeph. Ludou. *comm. concluſ. tit. de procur. concluſ.* 2. puto tamen hìc omnino aduertendum, quod ſi is, qui vendidit pretium non recepit, ſed habita fide de eo contraxit, dum mandatum ignorauit, poterit dubio procul ad pretium ſibi exburſandum conuenire, non ſolùm eum qui mandauit, ſed etiam Procuratorem qui proprio nomine emit. Ita multis relatis affirmat Surd. *conſ.* 19. *num.* 9. quem vide. 1

## ARGVMENTVM.

Vniuerſitas an, & quando ex Contractu Syndici obligetur, & quæ concurrere debent vt efficaciter remaneat obligata; Teſtes de vniuer-

ſitate,

Digitized by Google

ſitate, an, & quando legitimi, & integri ſint teſtes pro Vniuerſitate deponentes, & de aliis.

## DECISIO CLXXVII.

1 INQVISITO Berardino Gentile de crimine læſæ Maieſtatis, Regius Fiſcus ex illius perſona inſtabat condemnari ciuitatem Baruli ad ſibi ſoluendum Ducatos bis mille, & centum, quos dicto Berardino vigore publici inſtrumenti debebat, ſed cum ciuitas illa exciperet de nullitate contractus, ex quo in eo non interuenerant, niſi Syndicus, & quadraginta ciues, cum maior Vniuerſitatis pars interuenire debuiſſet, & ſic ſaltem duæ Partes ex tribus, ad tex. *in l. nulli, vbi* Bart. & Paul. de Caſtro. *ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nom. & per* Innoc. Aret. & Felyn. *in c. cum omnes, de conſtit.* dubitatum fuit, Quid Iuris.

2 Regia Camera die 22. Decembris 1540. ambarum Partium iuribus pleniſſimè diſcuſſis, pro contractus validitate reſpondit; Ratio Deciſionis fuit quia conſtabat, inſtrumentum huius crediti fuiſſe per Syndicum, electos, & Commiſſarios ciuitatis ſtipulatum, ergò per totum Populum, qui per Conſilium repreſentatur: gloſ. *in rubr. C. quæ ſit longa conſuet.* Bart. *in l. 2. in fin. & in l. procuratores C. de Decur. lib.* 10. Aretin. *in l. Ciuitas col. penultim. & fin. ff. ſi cert. pet.* & alij, iſtudque Conſilium, ita totum Populum repræſentans, poteſt omnia facere, quæ totus Populus, vel maior pars illius poteſt; eſt caſus *in l. nominationum C. de Decurion. lib.* 10. Panorm. *in c.* 1. *de Syndic.* vbi addit non requiri vt exprimantur nomina ſingulorum interuenientium, maximè in Ciuitate, & Caſtro populoſo. Præterea interuenerat authoritas, ſeu Decretum Iudicis ordinarij illius Ciuitatis, & ſic eo magis contractus validus reddebatur, vt in terminis dixit Paul. de Caſtro *in d. l. nulli. ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nom.* nec fuit ratio aliqua habita de alia exceptione ab Vniuerſitate propoſita, quæ videns contractum ex omni ſui parte firmum, oppoſuit, ſimulque probauit, creditum fuiſſe ſatisfactum; etenim dicebatur hoc fuiſſe probatum per Teſtes qui eiuſdem ciuitatis erant ciues, nam licèt veriſſima ſit Concluſio, quod in rebus ad Vniuerſitatem ſpectantibus, quæ omnibus vt vniuerſis ſunt communia, teſtes ciues Vniuerſitatis idonei ſint ad deponendum pro vniuerſitate, vt per Cynum, Bald. & alios *in l. parentes C. de teſtibus*, Innocent. & Aretin. *in c. cum Nuncius, extra de teſtibus*, & eſt tex. *in c. tertio loco de probat.* tamen iſtorum communis ſententia reſtrictionem recipit, vt non procedat quando commodum, & damnum cauſæ ſingulos de Vniuerſitate poſſet particulariter tangere, vt puta ſi ageretur de nemore Vniuerſitatis, in quo ſinguli ſua paſcunt animalia, vel ſi ageretur contra Vniuerſitatem pro debito, & ipſa Vniuerſitas in communi non haberet vnde ſoluere poſſet, ſed eſſet neceſſe ad collectarum impoſitionem deuenire, tunc enim ciues Vniuerſitatis teſtes pro illa idonei non eſſent, ita declarant Cyn. & Bald. *in d. l. parentes*, Bald. *in d. c. tertio loco, & in c. inſuper. vbi* Felyn. *de teſtib.* Afflict. *deciſ.* 400. *num.* 9. Vnde cum in caſu propoſito vniuerſitas Baroli in communi non habebat, quia omnes Gabellæ, & introitus venditi reperiebantur, ſicque omninò ad collectarum impoſitionem deuenire erat neceſſe, ergo.

---

## OBSERVATIO.

HOdie quando aliqua ex Vniuerſitatibus Ciuitatum, vel Terrarum Regni huius æs alienum contrahere habet neceſſe, vt creditori pecuniam accommodanti efficaciter remaneat obligata, ſat non eſt vt interueniant tantum Syndicus, & electi, ſiue quadraginta ciues, provt ſat eſſe exiſtimatum fuit in caſu huius Deciſionis, ſed opus eſt, vt conuocatis omnibus Ciuibus ad ſonum Campanæ, vel, vt moris eſt; pro maiori parte concludatur, ſic neceſſitate expoſcente, vt æs contrahatur alienum. Vlteriùs requiritur præcisè, vt noſtri ſupremi Collateralis Conſilij interueniat decretum, concluſionem illam à maiori parte ciuium in publico Conſilio factam, vel faciendam approbans, quibus ſanè non concurrentibus omnis obligatio, quæ ab Vniuerſitate fieret, eſſet de vento, videantur quæſo nouiſſimæ Pragmaticæ Sanctiones, 10. & 11. *de adminiſtr. Vniuerſ.* & quæ Ego ſcripſi *lib.* 1. *reſol. iuris. cap.* 77. & *lib.* 2. *cap.* 59. 1

Circa verò illud dubium hîc tactum, an ciues integri ſiue legitimi ſint teſtes, dum pro eorum vniuerſitate deponunt, dic apud omnes vndique receptam fuiſſe & eſſe diſtinctionem, quam Dominus Regens noſter hic conſtituit, nimirum vt in rebus ad Vniuerſitatem ſpectantibus, quæ omnibus ciuibus vt vniuerſis ſunt communia, ciues idonei reputentur teſtes ad deponendum pro Vniuerſitate. At ſecus vbi ageretur de re, quæ ſingulorum de Vniuerſitate commodum reſpiceret, provt contingeret ſi lis eſſet ſuper aliquo nemore, vel territorio, quod Vniuerſitas ad ſe ſpectare prætenderet, eo enim caſu Ciues nullo pacto ad teſtificandum pro earum Vniuerſitate admitterentur, quia ſic in cauſa propria deponerent, cum quilibet ciuis ſuper illo nemore, ſiue territorio ſuum habeat intereſſe, quantum ad commoditatem lignandi paſcendi, & alia gratis faciendi; ita vltra Afflict. & alios Doctores hîc à Domino Regente relatos, ex Noſtratibus ſcripſerunt Iacob. Anton. de Mauro *allegat.* 62. *num.* 10. Franciſcus Viuius, *commun. opin. lib.* 3. *opin.* 916. *incip. teſtibus Vniuerſitatis*, Doctor Marta *voto* 199. Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *tit. de teſtibus reſol.* 1. *num.* 10. & *reſol.* 4. *in princip.* Ricc. *collect.* 701. Thor. *in compend. deciſ. par.* 1. *in verbo teſtes deponentes*, & ex alienigenis Anton. Gabr. poſt alios, quos citat comm. *concluſ. lib.* 1. *tit. de teſtibus. concluſ.* 4. *num.* 3. Triuiſan. *deciſ.* 35. *lib.* 1. Proſp. Farinac. *in tit. de oppoſit. contra teſtes quæſt.* 60. *numer.* 471. *cum ſeq.* Couarr. *pract. quæſt. cap.* 18. *num.* 4. Seſſe *deciſ.* 196. Couarr. *pract. quæſt. cap.* 18. *num.* 4. Rota *deciſ.* 631. *num.* 2. *lib.* 2. *in poſth.* Farinac. & alij. 2

ARGV

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Fatalia an currant in reclamationibus interpoſitis à decretis diffinitiuis Regiæ Cameræ Summariæ, & à quo tempore, & an in tribunali S. Conſilij ſi fatalia fuerint elapſa, poſſit cauſa ex eiſdem actis reuideri. Appellatione, ſiue reclamatione deſerta, ſi pars, quæ ſententiam obtinuit fauorabilem de deſertione, non opponit an Iudex poſſit ad cauſæ appellationis, ſiue reclamationis expeditionem procedere.

## DECISIO CLXXVIII.

1 CVM tribunal Regiæ Cameræ ſupremum dicatur, & ad inſtar præfecti prætorio à ſententia, quæ ibi profertur, non aliter appellatur, ſed benè ad eandem ſupplicatur, *l. 1. ff. de offic. Præfecti Prætor.* & conſequenter illius exequutio per ſupplicationem non impeditur, ſed quod iudicatum eſt, exequutioni demandatur, ſeruata tamen diſpoſitione *Auth. quæ ſupplicatio C. precib. imper. offeren.* vt ſi infra decem dies fuerit ſupplicatum, ſit prius ante exequutionem præſtanda fideiuſſoria cautio in caſu retractationis, ſin autem poſt, mandatur exequutioni ſententiæ abſque alia fideiuſſione, ſicque ſupplicatio, quæ fit infra decem dies ſolum operatur vt ſententia non exequatur niſi præſtita fideiuſſoria cautione, vt in caſu retractationis; ſed fuit dubitatum in cauſa reclamationis interpoſitæ ad inſtantiam Illuſtriſſ. Ducis Hadiræ contra ſpectabilem Comitem ſanctæ Agathæ, an in hoc ſupremo Tribunali, reclamatione interpoſita currant fatalia.

2 Ex pluribus fuit demonſtratum partem affirmatiuam in puncto Iuris veram eſſe, nec videbatur quomodo defendi poſſit, quin interpoſita reclamatione à ſententia Regiæ Cameræ ex lapſu amborum fatalium non ſit illa deſerta, quorum quidem fatalium tempus currere dictum fuit, non ab vltima die biennij, quod datur ad ſupplicandum, *d. Auth. quæ ſupplicatio*, ſed ab illa die ſupplicationis, adhuc ſi in prima biennij die ſupplicatum eſſet; allegatur tex. & gloſ. *in clement. ſicut de appellat.* Aretin. & Paul. de Caſtro *in l. ſi quis hæres la 2. de acquir. hæred.* vbi in terminis hoc probant, nec eſt dicendum quod in Regia Camera cauſæ tractantur Fiſcales, in quibus inſtantia non currit *l. properandum C. de iudic.* nam tex. iſte loquitur in prima inſtantia, quæ à cauſa appellationis, ſiue reclamationis vt diuerſa conſideratur, verum in caſu, de quo agebatur, æquitate attenta, conſideratum fuit quod Dux qui reclamauit, ad reclamationem proſequendam fuit legitimè excuſatus, attentis geminatis Sacri Conſilij deciſionibus, prout videre eſt penes Afflict. *deciſ.* 78. & penes Capyc. *deciſ.* 109. vbi habetur, quod de ſtylo S. Conſilij cauſæ reuidentur, lapſu fatalium non obſtante, idémque quando appellatio per non præſentationem proceſſus infra legitima tempora ſit deſerta, vt per Afflict. *deciſ.* 79. ſicque per Sac. Conſilium deciſum compertum fuit in cauſa Pyrri Campanilis, vt reuideretur, lapſu fatalium non obſtante, ex cauſis Sacrum Conſilium mouentibus, facit, quod dicunt Innoc. *in c. quarelam de procurator.* Bart. per illum tex. *in l. arbitrio. ff. qui ſatisd. cogant.* & Aretin. *in c. dilecti col. 1. de Iudic.*

3 Præterea dicebatur, quod Dominus Dux Conſilium habuerat à quatuor Doctoribus peritiſſimis Apuleæ, qui illi conſuluerant, quod in Regia Camera Summariæ fatalia non currebant, vnde hoc conſilium licèt non fuerit verum, Ducem tamen excuſabat, vt notat Bart. *in l. in bonorum. ff. de bonor. poſſeſſ.* quem ſequuntur Doctores communiter, *in l. Iuris ignorantia C. qui admit.* vbi Alex. & Iaſ. tum etiam quia fuit allegata deciſio Angel. poſt gloſ. *in l. fin. C. vbi Senatores, vel clariſſimi*, hi enim voluerunt quod in cauſis Illuſtrium perſonarum ſicut non perimit inſtantia, ita non currunt fatalia, verum de hoc dicto dubitabatur, quia neque gloſ. neque Angel. ad hoc probandum aliquid allegant, quod proinde dictum fuit eſſe adhærendum Regulæ, attentis tamen prædictis ſcilicet Conſilio Doctorum, communi opinione, ſeu rumore, quod in Regia Camera, & in Sacro Conſilio non currebant fatalia (licet hoc verum non ſit) & quod Dux erat miles, & non Doctor, qui probabilem poterat habere cauſam non proſequendi reclamationem infra tempus fatalium, facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtriſſimo Domino Protege, ac interuenientibus quatuor Regiis Conſiliariis adiunctis, ac Dominis Regentibus, fuit omnium voto deciſum, quod Appellatio non erat deſerta, ſicque fore procedendum ad vlteriora in cauſa, verùm, quod generalis promulgaretur pragmaticata, vt de cæterò tam in Regia Camera, quàm in Sacro Conſilio currant fatalia, prout eſt iuris.

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.

## OBSERVATIO.

1 DE præeminentia Tribunalis Regiæ Cameræ verba fecimus ſupra *in obſeru.ad deciſ.7.* vbi pariter de hac Deciſione meminimus, quantum vèrò attinet ad caſum, de quo fuit hîc diſputatum placet obſeruare Deciſionem punctualem, vt in hoc ſupremo Tribunali currant fatalia à die reclamationis,quæ interponitur à decretis diffinitiuis, inibi prolatis,niſi aliqua iuſta ſe offerret cauſa, cur ad interpoſitæ reclamationis terminationem non fuerit proceſſum, & concordant ſcripta per Dom. Io. Angelum Piſanell. omninò videndum *in obſeruat. per Me impreſſa lib. 2. mear. reſol.cap.79.* At in Tribunali S.Conſ. decretum habemus eiuſdem ſupremi Senatus per modum legis condendæ per quod ſancitum fuit, vt diſpoſitio Pragmaticæ 1. *de appellation.* quæ mandat, appellationum tempora ſeruari in S. C. etiam circa fatalia, quod pariter obſeruatur in cauſis reclamationum à ſententiis eiuſdem S. Concilij interpoſitarum, & interponendarum, quod quidem decretum, vt annuimus *in cit. cap. 79. intra num. 2.* poſitum eſt *in Pragm. 53. de offic.Sac.Regij Conſ.* & diximus ab illo tempore vſque hodie, continuatis temporibus, ſic ſemper in hoc ſupremo Senatu obſeruatum, (quidquid pace tanti viri contrarium ſcripſiſſet D. Reg. Capyc. Galeo.*controuerſ. Illuſtr. lib.1.controu.19.*) ſic enim retulimus ſuo tempore non ſemel deciſum, atteſtatum fuiſſe Grammat. *deciſ.* 13. quam ſcripſit etiam in illa cauſa, in qua decretum prædictum interpoſitum fuit, idemque Io. Angel. Piſanel. *loc.cit.* Manell. de Maur. *allegat.*160. & Dom. de Franc. *deciſ.*646.vbi ſic pluries deciſum refert; ſubdens, hoc procedere etiam in reclamationibus ad collaterale Conſilium interpoſitis, ſic pariter diximus affirmaſſe Dom. Regentem de Ponte *in conſ.*62. *cum ſeq. lib.*1. Muſcatell. *in prax. Sacri Conſilij par.2.gloſ.finiendum num.*2. Dom. Reg. Rouit. *in d. pragmatica.* 1. *num.2.de appellation.* & *in d.pragm.*53.*de offic.S.R.C.* Dom.Regens Sanfelic. *deciſ.*144. *num.* 6. Nouar. *in collect. ad dictam pragm.* 1. *num.*45.*de appellat.& Dom.Tract.in addit.ad Muſcatell.in citata gloſ.finiendum*, quæ omnia addimus adeo vera putaſſe Dom.Reg.de Ponte, *cit.conſ.*72.*num.*6.& *conſ.ſeq. num.* 3. vt dixerit, quod lapſis iam fatalibus, quamuis qui in prima inſtantia ſententiam obtinuit, in hac ſecunda appellationem, ſiue reclamationem eſſe deſertam non allegauerit, non poſſit de cætero Iudex ſuper interpoſita appellatione ſine reclamatione pronunciare, quia per temporis lapſum prima ſententia iam firma remanſit, quod ſi fecerit, omnis determinatio diceretur nulla propter Iuriſdictionis defectum, ex quo prima ſententia, fatalibus elapſis in rem iudicatam abiit, id quod pariter firmauit Myſinger. *ſingul. obſeruat. cent.2. obſeruat.*19.

## *ARGVMENTVM.*

Adoha pro feudo, quod ſitum eſt in territorio Baronis, cui ſolui debeat, ſi non conſtat, à quo illud teneatur, Baronio, vel potiùs Regi. Domus priuati ſi in duabus parrochiis ſita eſt, illius dominus cuius Eccleſiæ dicatur Parrochianus.

## DECISIO CLXXIX.

1 POSSIDENTE Cæſare Fazzaro ciuitatis Tropeæ feudum ſitum in territorio Briatici, & Meſſiani, prætendebat Dominus Dux Montileonis, quod pro feudo illo ipſi, non autem Regiæ Curiæ Adoha ſolui deberet, ſaltem pro illa feudi parte, quæ in Meſſiani territorio ſita erat, cuius ipſe Dux erat vtilis Dominus; ſed excipientibus Regio Fiſco, & dicto Cæſare feudi poſſeſſore, quod illud erat quaternatum, ſicque ſemper Adoham fuiſſe Regiæ Curiæ ſolutam, fuit dubitatum, vtra Partium meliora foueret iura.

2 Regia Camera pro Fiſco pronunciauit. Ratio Deciſionis, quia fuit demonſtratum Regiam Curiam eſſe in poſſeſſione exigendi, & compertum fuit, aliàs Regiam Cameram ſub die 17. Maij 1513. diffinitiuo decreto determinaſſe, feudum prædictum vti quaternatũ, ex quo taxatum reperiebatur in cedulariis Regij Patrimonij, debere adohare Regiæ Curiæ, non autem Franciſco Biſbal vtili Domino Briatrici, ſic atteſtante Domino Sigiſmundo Loffredo, tunc eiuſdem ſupremi Tribunalis Præſidente *in ſuis paraphraſ feud.*

3 Nec fuit ratio aliqua habita de prætenſione Ducis, quod ſaltem pro illa feudi parte in territorio Meſſiani exiſtente, erat ipſi ſoluenda Adoha, nam cum vnicum erat feudum, & non duo, duobus adohare non poterat, ſed illi dumtaxat, cui adohare erat ſolitum, idque procedere dixerunt. Noſtrates, adhuc ſi aliquæ terræ ipſius feudi in territorio alterius Baronis ſitæ eſſent; & vbi ſolitum ceſſaret, debet ſolui Adoha vbi eſt caput feudi; ita Pariſ. *in tract. de finibus feudor. cap. 34. poſt tract. de reintegr.* & Iacob de Bello *in tract. de iure Adohæ num.*90. vnde cum caſu, de quo agebatur, ſolitum erat ſolui adohamentum Regiæ Curiæ, & probatum exiterat, quod caput ipſius feudi erat in territorio Briatici, ergo ibi integra Adoha erat ſoluenda, & pro his dicebatur, quod multum faciebat tex. *in l. cum in diuerſis. ff. de religioſ.& ſumpt.funer.* vbi corpus in duobus locis ſepultũ, duo loca religioſa facere non poteſt, ſed ille locus erit religioſus, vbi eſt maior ſiue principalior pars corporis, ſed vbi eſt caput, eſt principalior, ergo. Ad idem faciebant dicta per Bart. & Angel. *in l. quod conclaue. ff. de damno infecto*, quod ſi domus mea in duabus parrochiis ſita eſt, ego ero Parrochianus illius Eccleſiæ, in cuius pertinentiis eſt additus, ſeu porta principalis domus, & ita per ſupradicta per omnes Dominos de Regia Camera ad fauorem fieri fuit votatum, & demum diffinitiuum decretum latum.

OBSER

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 HAbemus hîc deciſionem, quod quamuis teneat quis feudum in terra, ſiue territorio alicuius Baronis, cui de iure videtur, quod ſoluere debeat Adoham, vt per Doctores relatos ab Andr. Capano *in tract. de iure Adohæ quaſt. 60. num. 2.* vbi pariter *n. 10.* Dom. Reg. noſtrum hic refert, & tamen fuit deciſum, quod ſoluat Regiæ Curiæ. Ratio Deciſionis, quia compertum fuit, ita fuiſſe ſolitum, ſicque proinde in hac Adohæ præſtatione ſolitum attendi debere, & vbi ceſſat ſolitum, quod ſit ſoluenda Adoha vbi eſt caput feudi, id quod dictum fuit affirmaſſe Paridem de Puteo *in tract. de finibus feudorum cap. 34.* (cuius ſententiæ adhæſit Iacob. de Ayello *in ſuo opuſc. de iure Adohæ num. 90.*) vbi dubium proponit, an ſi Domino feudi debeatur adohamentum per ſubfeudatarios, & aliquæ terræ ſubfeudatarij ſint in terra alterius Baronis, an inquam adohamentum ſolui debeat vbi eſt caput feudi, cui deberent adohare vel potius vbi res ſitæ ſunt, & reſpondit, id inſpiciendum eſſe, quod eſt ſolitum fieri, quia in præſtationibus iuris ſemper conſuetudo ſeruatur, ad tex. *in c. cum ſit, & in c. inueſtituras de noua forma fidelitatis in iuribus feudorum*, & ibi conſuetudo ceſſaret, quia tunc feudum poteſt habere bona in diuerſis locis, & diuerſa territoria, vel redditus, vt per Andr. *in tit. quid ſit Inueſtitura*, tunc eſt ſoluenda Adoha illi feudo à quo bona ipſa tenentur & ſic vbi eſt caput feudi.

## ARGVMENTVM.

Mulier aſſecurata pro eius dotibus, & iuribus dotalibus ſuper bonis Viri, an teneatur reddere rationem de fructibus, quos ex bonis illis percepit. Aſſecuratio an, & quando imputet dominij tranſlationem. Ratiociniis obnoxio, ſi fuerit iniunctum præceptum vt exhibeat libros ſuæ adminiſtrationis, eo recuſante, quid peragendum. Ius offerendi an competat creditoribus Viri aduerſus Mulierem pro dotis aſſecuratione agentem, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CLXXX.

1 CVM Magnifica Camilla Pappacoda pro ſuis dotibus, & antefato ſuper terra Montis Sani aſſecurata eſſet, fuit habitum pro indubitato per aſſecurationem iſtam, illius Terræ Dominium non acquiſiuiſſe, & conſequenter fructus omnes non feciſſe ſuos, ſed tantùm illos qui pro alimentis ipſius mulieris viri, & filiorum neceſſarij erant, vt dixerunt

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

Bart. & cæteri communiter. *in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim.* pro reliquis verò fructibus dicebatur adminiſtratrix, & cũ talis fuiſſet, onus erat ſuum libros conficere: *l. creditor §. inter cætera* vbi Bart. *ff. de liberat. legat. & in l. 1. §. officio*, vbi etiam Bartol. *ff. de tutel.* aliàs teneretur ex dolo præſumpto, vel vero, Aret. *in cap. qualiter, & quando il 2. de accuſat.* Alexand. *conſ. 197. lib. 2.* ſed cum dictæ Camillæ eſſet præceptum iniunctum, vt libros, quos confecit, exhiberet, iurauit illos non confeciſſe, vnde quo remedio eſſet contra eam agendum, dubitatum extitit.

Conſideratum fuit, tria remedia fuiſſe à lege introducta aduerſus illos, qui inſtrumenta edere, vel rationes reddere tenentur, & recuſant, Primum quod poſſit contra hos tales deferri iuramentum in litem, quod eſt veritatis, ad tex. *in l. penult. ff. de in lit. iur.* præuia tamen Iudicis taxatione, de qua *in l. videamus §. fin. ff. eod.* Secundum, vt pœna aliqua affici poſſint & de hoc eſt tex. *in l. vbi exigitur ff. de adendo & in l. creditor §. iuſſus ff. de appellat.* Tertium remedium, quod illis qui ædere recuſant, poſſit per Iudicem audientia denegari, vt in terminis probat Alex. *conſ. 3. lib. 2.* ſed quia in caſu, de quo agebatur cauſa ſe offerebat fauorabilis, dotis nimirum, *l. 1. ff. ſolut. matrim.* dictum fuit fore recurrendum ad illud remedium, per quod vtrique Parti prouidebatur, iuxta tex. *in l. 1. C. ſi quis Cautio.* nam ſi huic mulieri audientia denegabatur, veniebat excludenda à petitione dotis, antefati, & illorũ vſusfructus, & tamen aliud ab ea non petebatur, niſi exhibitio librorum pro duobus annis, quibus adminiſtrauerat, cum enim annui redditus Terræ prædictæ nunquam ſummam annuorum ducatorum mille tranſcenderint; vnde vtrique Parti conſulendo non poterat condemnari, niſi ad maiores introitus, qui indictis duobus annis percepti fuere, vel percipi potuere, ſic enim conſulebatur mulieri, ne à petitione ſuæ dotis, & antefati excluderetur, ſic pariter & ſuo aduerſario, ac ſi libri exhibiti eſſent, etenim in omnibus caſibus, in quibus eſſet quis contumax in non ædendo, poterit Iudex pronunciare, quod æditio habeatur pro facta; ita Felin. *in c. G. perpetuus in 4. ampl. de fide inſtrum. poſt* Petr. de Anchar. *in clem. 1. § cæterum in fine de vſur.* idemque Dec. *in c. 1. col. penult. & fin. de prob.* vbi addit, Iudicem ratione contumaciæ non poſſe imponere ſilentium ſeu perpetuò denegare audientiam, ſed bene ad tempus, vt eſt gl. *in l. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper.* & maximè vt ipſe dixit quãdo eſt proditum aliud remedium, allegat tex. *in d. l. creditor §. iuſſus ff. de appell.* ſcilicet ad intereſſe per iuramentum in litem; quoties enim plura ſe offerunt remedia, debet ſemper Iudex mitius eligere, vt in ſimili notat Aret. *in l. quicumque*

*cumque col. penult. & fin. C. de ſeru. fugit.* quod quando à lege plures inducuntur pœnæ, eſt electio Iudicis, ſed mitiorem eligere debet, eſt enim Iudex vir bonus: *l. vir bonus ff. iudic. ſolui*, qui ſemper æquitatem præ oculis habere debet: *l. quod ſi Ephati ff. de eo quod certo loco*, ſicque in cauſa prædicta per Regiam Cameram iudicatum extitit, interuenientibus tribus Conſiliariis adiunctis, inter quos fuit Dominus Marinus Fritia Iuriſconſultus maximus.

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem primæ Concluſionis hìc in principio firmatæ, vt per aſſecurationem à muliere pro ſuis dotibus, & antefato obtentam ſuper bonis Viri, dominium eorum ipſa non acquirat & conſequenter fructus omnes ſuos non faciat, ſed tantùm illos, qui pro alimentis ipſius Viri, & filiorum neceſſarij ſunt, vide omninò vltra Bart. hìc citatum, & communiter omnes *in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim. ſpecul. in tit. de dote, poſt diuort. reſtit. verſ. ſed nunquid poterit*, Campeg. *tract. de dote par. 3. q. 55. &* Magon. *deciſ. Florent. 125.* (quicquid contrarium approbare attentaſſet Dom. Regens de Ponte *in conſ. 123. lib. 2.* vbi ſententiam contra clientem reportauit, vt atteſtatus ſum Ego *lib. 1. mear. reſol. cap. 20. num. 3. & 7.*) idque adeò verum Doctores putarunt, vt ſi aſſecuratione ſequuta, fructus aſſecuratæ dotis congruam familiæ ſubſtentationem excederent ſuper eo, quod ſupereſt, poterit creditoribus viri eſſe conſultum, vt ex Bart. Cuman. Alex. Iaſ. & aliis *in d. l. ſi conſtante*, firmarunt Barboſa *ibid. in princ. num. 47. in fin.* D. Præſ. de Franchis *deciſ. 617.* Molf. *ad conſuet. Neap. par. 3. tit. de iure dot. quæſt. 5. num. 31. & conſ. 11. num. 42. & ſeq.* Fontanell. *de pactis nuptial. clauſ. 6. gloſ. 2. par. 2. num. 20.* Giurba *deciſ. 16. num. 18. &* Ant. de Amato poſt alios, quos citat *var. reſol. lib. 2. reſol. 83. n. 7. & 20.* Hi omnes huius concluſionis rationem aſſignant, quia dotis exactio in caſu inopiæ viri, vera reſtitutio non eſt, cum vxori bona conſignentur, vt illorum fructus matrimonij oneribus deſeruiant, vnde nullo pacto Vxori ſic aſſecuratæ licere de rebus ſibi in caſu prædicto conſignatis aliquid alienare, dixerunt Caſtr. *in d. l. ſi conſtante n. 3.* Iaſ. *n. 118.* Cyn. *in l. vbi adhuc C. de iure dot.* Affl. *dec. 9. & 199.* Capyc. *dec. 46.* Gram. *dec. 92. &* D. de Franchis *dec. 54. & 617. n. 9.* qui ex hac ratione addidit creditoribus viri in iudicio aſſecurationis non competere ius offerendi contra mulierem aſſecurationem petentem; quodquè per dotis aſſecurationem dominium in mulierem non transferatur, ſed potius dicetur ſequeſtratio, quàm exactio; retuli Ego per Regiam Cameram deciſum ſub die 12. Decembris 1575. *in cit. cap. 20.* vbi tamen *n. 9.* hæc omnia limitanda eſſe animaduerti, quoties aſſecuratio hæc non tantùm ex ſimplici iuris diſpoſitione ſequeretur; ſed etiam in vim pacti, quod in inſtrumento dotali apponi curaſſet mulier, nimirum, vt teneretur Vir Vxori ſuæ dotem effectualiter reſtituere in omnem caſum reſtitutionis, non modo ſoluto, ſed etiam conſtante matrimonio, hoc namque caſu, ſi marito verè ad inopiam vergente, dotis aſſecurationem, ſeu potiùs reſtitutionem à Viro, vel à Iudice aſſequuta eſſet vxor, diceretur, certè effectualis reſtitutio, efficereturque ipſa rerum dotalium Domina irreuocabilis, quamuis pro oneribus matrimonij ſupportandis, nec viri creditores eam moleſtare poſſent ſuper illo pluri deductis alimentis pro congrua totius familiæ ſubſtentatione, ad quod fuerunt à me allegati Roma. *conſ. 392. inprimo dub. ibique* Mandoſ. alios citans Doctores, Burſat. *conſ. 120. num. 37. lib. 1.* Viuius *deciſ. 538. numer. 12. 13. & 14.* Caroc. *tract. de ſequeſt. quæſt. 5. num. 2. & 3. p. 1.* Milanenſ. *deciſ. 7. num. 65. lib. 1.* & Ant. de Amat. *loc. cit. num. 8. cum pluribus ſeqq.*

Quantum verò attinet ad punctum principalem huius Deciſionis, placet determinatio, quæ attenta facti qualitate aliter de iure fieri non poterat; ſed facto hoc ceſſante, vt ad illud remedium recurri poſſit, non eſt recedendum à primo hìc relato, nimirum, vt quoties qui rationem reddere tenetur reſpondit, libros non confeciſſe, vel illos confeciſſe, ſed amiſiſſe, quod contra eum deferatur iuramentum in litem, præuia tamen Iudicis taxatione, id quod inueni pariter firmaſſe Mandoz. de Eſcobar. *in ſuo vtili tract. de ratiocin. cap. 10. n. 3. 4. 5. & 6.* quibus in locis poſt Rebuff. *in l. boues §. intercedere ff. de verb. ſignific.* concluſionem firmat, quod ſi adminiſtrator librum feciſſe rationum confiteatur, illumque tamen amiſiſſe adhuc illi non ſit credendum, niſi caſu fortuito illum perdidiſſe probat, aſſignat rationem, quia cum ad officium adminiſtratoris ex officij natura pertineat rationis librum conficere, illumque diligenter cuſtodire ſemper præſumitur illum ſupprimere, & occultare non autem illum amiſiſſe, citat Anchar. *conſ. 316. num. 4. &* Socin. *conſ. 159. col. 3.* id quod Eſcobar. ipſe verum intelligit, etiam ſi adminiſtrator iuraſſet illum librum perdidiſſe, quia quando aliquis rem aliquam cuſtodire tenetur, iuramento ſuo non ſtatur, dum reſpondit illum amiſiſſe, ſed neceſſariò caſum probare debet, citat Felin. *in c. accepit, de fide inſtrum.* Grat. *conſ. 23. num. 10.* Soc. *d. conſ. 159. &* Baeza *de decim. tutor. cap. 3. num. 180. & 181.* quo loci plus addit, quod vbi liber rationum non ſolùm adminiſtrator, verum, & eius hæres, vel ſucceſſor in dolo eſſe præſumitur, & ob id contra eos omnes in litem iurari poteſt, quam quidem ſententiam firmarunt pariter Alex. *conſ. 74. num. 2. lib. 7. conſ. 62. lib. 4. & conſ. 164. lib. 5.* Franc. Marc. *deciſ. 145. per tot.* & Author damnatæ memoriæ *ad conſuet. Pariſ. §. 6. gloſ. 6.* 2

## *ARGVMENTVM.*

Perceptores, ſiue Theſaurarij Prouinciarum an, & quando ex mora, quam contrahunt in tranſmittendo ad Regiam generalem Theſaurariam pecuniam fiſcalem, quam exegerunt, teneantur de proprio, ſi pecunia illa ex aliquo accidenti fuerit deperdita.

## DECISIO CLXXXI.

INSTABAT Regius Fiſcus condemnari Baldaſſarem Camill. Regium vlterioris Calabriæ Theſaurarium ad ſoluendum Regiæ Curiæ Ducatos 4565. quorum ſumma cum per mare ad hanc Ciuitatem tranſmiſſa eſſet à Turcharum Pirotis depredata fuit, id quod allegabat 1

gabat

Digitized by Google

gabat Fiſcus ex culpa, & mera Theſaurarij contigiſſe, nam cum pragmatica Sāctione cautum ſit verbis expreſſis, vt quamprimùm Perceptores ſummam exegerint Ducatorum quincentum, teneantur illam ſtatim ad generalem Theſaurariam tranſmittere, & in caſu contrafactionis ad omnia damna & intereſſe, niſi pro maiori quantitate tranſmittenda aliter eis viſum fuerit, nam tunc alius conceditur menſis, quia Baldaxar vltra menſe fuit in mora per alios ſeptem dies, nec dubium erat, quod ſi iuxta tempus à Pragmatica præſcriptum pecunia illa tranſmiſſa eſſet, depredationis caſus non contigiſſet, ergò dicebatur Theſaurarij periculo pecuniam illam periiſſe, ſed eo contendente, modicam fuiſſe moram ſicque de ea nullam haberi poſſe rationem, fuit Quid Iuris dubitatum.

2 Diſcuſſo hoc articulo in Collaterali Conſilio ad relationem Regiæ Cameræ, fuit conſideratum moram non fuiſſe conſiderabilem, nam cum vltra menſem non erant niſi ſeptem elapſi dies, quod quidem tempus dicebatur modicum, & ex cauſa legitima, vt maior pecuniæ quantitas, quæ erat Regiæ Curiæ neceſſaria tranſmitteretur, & quod Theſaurarius pecuniam illam pro ſui vtilitate non retinuerat, quod forſan fuit cauſa publicationis dictæ Pragmaticæ, fiebat locus diſpoſitioni: *l. ſciendum. ff. de vſuris*, nimirum, vt quoties ex aliqua cauſa differtur ſolutio, mora non contrahatur; ita Bart. & DD. *in l. quid te. ff. ſi cert. pet.* idque magis communiter receptum, vt ſemper debitori poſt diem à lege, vel ab homine præſcriptam aliqua breuiſſima concedatur dilatio, nimirum trium, vel quatuor dierum, & non vltra decem, iuxta *l. ſi debitori. ff. de Iudic.* & quod interim non ſit mora contracta, Dec. *in d. l. quod te*, poſt Bald. *in cap. 1. col. 2. de noua forma fidelit.* vbi dicit; quod omnis interpellatio legis, vel hominis ſpatium quoddam continere debet, ſaltem tacitum, allegat gloſ. *in l. Æmilius. ff. de minor. idemque* Vinc. de Herculano *in l. 1. §. item ſi ita legatum. ff. ad leg. Falcid.* Vnde his, & aliis ſic conſideratis, fuit deciſum Theſaurarium eſſe condemnandum ad ſoluendū Regiæ Curiæ quingentos mille, & ſexcentum tantum, ad quorum tranſmiſſionem fuit conſiderata mora vnius menſis, & ſic dictum, quod ceſſabat arbitrium modicæ moræ, à reſtanti vero ſumma eſſe abſoluendum, & ita fuit lata ſententia, & promulgata, quamuis Domini Regentes Regiam Cancellariam erant potius Voti Theſaurarium ad integram ſummam à Fiſco petitam condemnare.

## OBSERVATIO.

Pragmatica Sanctio, quæ à Domino Regente noſtro hîc allegatur, fuit promulgata de menſe 1
Ianuarij 1540. & eſt 1: §. 8. *de offic. procur. Cæſ.* quam tamen fuiſſe demum abrogatam per aliam emanatam de menſe Aprilis 1548. conſtat ex Pragm. 56. *eod. titulo*, quo tempore Dom. iſte Regens munus implebat locumtenentis Regiæ Cameræ, ad cuius quidem Regiæ Sanctionis ornatum; vide omninò Dom. Reg. de Ponte *tract. de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. §. 2. à num. 45. vſque & per totum 49.* in quibus locis ait, vt ne Prouinciarum Perceptores penes ipſos Regiam detineant pecuniam, emanatæ fuerunt inſtructiones quibus mediantibus ordinatum eſt, vt ſingulo quoque menſe ad Regiam Cameram Summariæ exactionum bilancia tranſmittant, (quam practicam dicebat ſumptam fuiſſe ex tex. *in l. apparitores C. de exactor. tribut.* & ex *l. diuus C. de ſuſcept.* & Præpoſ. *lib. 10.*) & quod ad Regiam Theſaurariam generalem exactam cum mulionibus, vulgò Carrugia appellamus faciant peruenire, quæ quidem Carrugia Populi aſſociare teneantur, nimirum vnuſquiſque per ſuam Prouinciam & quælibet Terra per ſuum tantum territorium, quam practicam ſubdit D. de Ponte ſumptam eſſe ex tex. *in l. nemo* iuncta gloſ. *in verbo longius C. de annon. & trib. lib. 10.*

## *ARGVMENTVM.*

Perceptores ſiue Theſaurarij Prouinciarum ſi in tranſmittenda pecunia ad Regiam generalem Theſaurariam non adhibuerunt quæ adhibenda ſunt, ob quod in itinere fuit illa diſrobata, ad quid teneantur. Officium procurans, an de leuiſſima culpa teneatur.

## DECISIO CLXXXII.

Simile m inſtantiam, de qua in Deciſione præcedenti fecit Regius 1
Fiſcus aduerſus Michaëlem Villagut Perceptorem Prouinciæ Baſilicatæ, à quo cum eſſet tranſmiſſum vulgò carrugium appellamus Ducatorum 6059. fuit à Latronibus in territorio Striani propè terram Titi depredatum, idque pariter præſupponebatur Perceptoris culpa contigiſſe, vnde dicebat Fiſcus, quod licèt ſit verum, quod quando res caſu fortuito, vel Latronum vi perit, Domini periculo perire dicitur, tamen hoc fallit quando culpa caſum præcedit, vt eſt tex. *in l. in rebus* vbi Bart. *& in l. ſicut certo, §. nunc videndum. ff. commodati in §. item is, cui, inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. in c. 1. extra commod. & in cap. bona fides extra depoſ.* Bart. *in l. quod Nerua. ff. depoſiti*, latè Roman. *conſ. 7. & 395.* & Dec. *conſ. 473.* Culpa, quæ Perceptori im-

putabatur, erat quia in tranſmiſſione pecuniæ non adhibuit quæ adhibenda erant, iuxta eius inſtructiones, vt pecunia ſecurè ad Arcam generalis Theſaurariæ aſportaretur, ſed prætendente Perceptore omnem adhibuiſſe diligentiam, nec aliter in aliqua culpa fuiſſe, Quid Iuris dubitatum extitit.

2 Per Regiam Cameram, omnibus hinc inde priùs benè diſcuſſis, deciſum fuit præfatum Michaëlem Perceptorem vt ſupra fore, & eſſe condemnandum ad ſummam petitam Regio Fiſco ſoluendam. Ratio Deciſionis fuit, quia licèt videbatur Perceptorem adhibuiſſe adhibenda in tranſmiſſione Fiſcalis pecuniæ, tamen perſona, cui illius aſportationem iniunxit, nonnullas per iter contraxit culpas, de quibus in proceſſu, vnde dicebatur quod cum dictus Michaël officium procurauerat, in eo de culpa leuiſſima tenebatur, iuxta doctrinam Bald. *in l. quæ fortuitis C. d. pignor. actio*, nec eo caſu ſat eſt, probam eligere perſonam, provt lex præſumit, quemlibet eſſe bonum, iux. tex. *in l. meritò. ff. pro ſoc. & in c. 1. extra de ſeruit.* ſed diligentiſſimum debet eligere Nuncium, aliàs eligens non excuſatur, vt probat Salicet. *in l. eum qui. § fin. ff. commod. & benè* Bald. *conſ.* 132. *lib.* 5. & licèt quis à principio idoneus reputetur, tamen ſi poſtea non facit, quod facere debet, ex poſteriori euentu declaratur, quod non fuit idoneus: *l. cum in plures. §. ſeruum meum. ff. locati*, facit, quod notat Bart. *in l. nam, & ſeruus. §. fin. ff. de neg. geſt.* quo loci dicit, quod qui per alium gerit, de illius facto tenetur, & actionem cedendo non liberatur, quia non ideo tenetur, quod actionem habet, ſed quia Nuncium imprudenter elegit, adhuc ſi credebat, Nuncium illum ſufficientem eſſe: *l. ſed an vltro. §. fin. ff. cit. tit. de neg. geſt.* Vnde

---

## OBSERVATIO.

1 Conclusionem illam hîc à Domino Regente tentam ex Bald. *in l. quæ fortuitis num.* 45. *C. de pignorat. actio.* nimirum, vt qui officium procurat, de leuiſſima culpa teneantur, vellem, vt ab omnibus, qui ad Magiſtratum aſcendere exoptant, pro eorum animarum ſalute præ oculis haberent, nam ſic non tam auidi eſſent homines ad officia procurandum; hinc bonus ille olim Rex noſter Ferdinandus Primus ab Aragonia perpendens quanta mala obuenire poſſunt, quando quis Magiſtratum procurat, dum ſupremum Regni huius iuſtitiæ Senatum erexit, Pragmatica Sanctione, quæ eſt Secunda *de off. Sac. Conſ.* ordinauit vt cum quis ad Regij Conſiliarij munus fuerit promotus, in manibus Præſidentis ſanctiſſimè iurare debeat; ſcilicet, ſe neque per ſe ipſum, neque per alium pro huiuſmodi officio aſſequendo, pecuniam, vel rem æquipollentem neque aliud quicquam cuique dediſſe, pollicitumve eſſe, neque vllo modo (nota) vt ſibi ad id eſſet auxilio quemquam habuiſſe; ex cuius quidem Regia, ac ſancta ordinatione Conſilium capere debemus, & cuiuſlibet probi viri animus ab officiis Iuſtitiæ aſſequendis ſit procul, id quod nobis facile erit, ſi conſideramus ex ſola omiſſione in officiis ſalutis æternæ interitum obuenire poſſe, nam, vt docet Leſſius *de Iuſt. & Iure lib.* 2. *cap.* 32. *dubitatione* 3. *num.* 16. eum qui aliquam adminiſtrationem ſuſcepit, videtur ſe tacitè obligare ad curandum, vt ſua negligentia nullum inferatur damnum, ad idque ait lege Iuſtitiæ ſe obligare, ita vt ad reſtitutionem teneatur ſi non præſtiterit, &c. Vide etiam, quæ ſcripſit Belluc. *in ſuo ſpecu. Rubr.* 26. *in §. Princeps.*

## ARGVMENTVM.

Iuramentum fidelitatis ab Vniuerſitate præſtitum, an, & quando ciues obliget. Vniuerſitas an obligetur ex iuramento Syndici. Gratia alicui conceſſa, an conceſſionario inaudito à Principe concedente reuocari poſſit. Princeps an publica ſuadente vtilitate poſſit priuatorum bona auferre; & alteri concedere. Diſpoſitio tex. *in l. cum auus. ff. de condit. & demonſtr. & in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom.* an in donationibus inter viuos procedat, & quid in hærede extraneo grauato, & de aliis.

## DECISIO CLXXXIII.

IN cauſa Inſulæ Proeidæ vertente inter Illuſtriſſ. Marchionem Vaſti, & Ioannem Vincentium Coſta Michaëlis Iunioris filium plura diſputanda ſe obtulerunt, & Primò an Michaël Coſta Senior Regis Catholici fuerit hoſtis, ex eo quod tempore belli inter ipſum, & Regem Gallorum, quando inter eos fuit Regnum hoc diuiſum, dictus Michael Francorum Regis partes inſequutus fuit, ob quod Rex Catholicus illius bona D. Illuſtriſſ. Marchioni conceſſit, qua in re fuit habitum pro indubitato, Michaelem Regis Catholici fuiſſe hoſtem, & ſucceſſiuè illius bona confiſcari potuiſſe, & alteri concedi: Nec fuit habita ratio de opinione illorum qui dixerunt, bona hoſtium effici capientium, quando in acie belli capiuntur, quia de conſuetudine indiſtinctè ſeruatur opinio Innoc. *in c. olim de reſtit. ſpoliat.* nimirum quod bona hoſtium ſiue in bello, ſiue extra bellum capiantur illi Domino confiſcantur, qui bellum indicit, id quod procedere dictum fuit, nedum ſi bona eſſent burgenſatica, ſed etiam feudalia, quæ pariter per hoſtilitatem confiſcantur, vt optimè per Aret. *conſ.* 14. *col.* 6. & 7. Ioan. de Anania *in cap. excommunicamus. §. Catholici, extra de hæretic.*

Digitized by Google

*hæretic.* & pro hac opinione videtur caſus *in l. poſtliminium in princ ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* vbi tex. dicit quod poſtliminium datur in his, quæ in bello, aut circa bellum amiſimus, ergo dicebatur, eſt in hoc tex. caſus expreſſus, vt bona capta ab hoſtibus etiam extra bellum, dummodo circa bellum capientium efficiantur, quia aliàs poſtliminium non daretur eoque magis prædicta omnia procedere allegabat Marchio Vaſti, quia dictus Michael nedum Regis Catholici fuit hoſtis, ſed etiam rebellis, nam poſtquam Francorum Rex fuit expulſus, Ciuitas hæc Neapolis Regi Catholico fidelitatis præſtitit iuramentum, quod dicebatur omnes ciues legaſſe; vt firmare videntur Bald. *in cap.* 1. §. *nulla, per quos fiat inueſt.* Luc. de Penna *in Rubr. C. de decurio. lib.* 10. Afflict. *in cap.* 1. *in princ. col.* 5. *qualiter vaſſall. iur. deb. fidelit.* Loffred. *conſ.* 45. verùm quantùm ad hoc, credebatur, Michaelem in perduellionis crimen non incidiſſe, ex eo quod ille non erat Regi Catholici legius, ſed potius Regi Francorum, cui homagij iuramentum præſtiterat, & conſequenter rebellis denominari non poterat, & notat Bart. *in extrauag. qui ſint rebelles in verbo rebellando*, & eſt tex. *in Clem. Paſtoralis.* §. *rurſus, de re iudic.* Ioan. Fab. *in* §. *alia deinde Inſtit. de public. iudic.* nec obſtare dicebatur, quod Ciuitas Neapolis Regi Catholico, & pro eo Magno Capitanio homagium præſtiterat, nam vltra quod hoc non erat probatum, quatenus id verum eſſet, receptior videbatur ſententia ſancti Thomæ *in* 2. 2. *quæſt.* 95. vt per iuramentum à Syndico præſtitum ciues ratu periurij non obligentur, quia eſt illud perſonale, *c. veritatis, de iureiur.* ſed ſolùm tenentur vt ſocij omnium aliorum Ciuium; Vlteriùs dicebatur, & clariùs, quod admiſſa opinione contraria, vt iuramentum fidelitatis à Syndico præſtitum, omnes liget Ciues, procedet reſpectu illorum, qui alij Principi ſtricti non ſunt, non enim poteſt eſſe, quis duorum ligius, prout eſt tex. cum gloſ. *in clemen. Paſtoralis de re iudic.* & notant Bald. *in l. vnica.* §. *ne authen. C. de caduc. toll.* & Afflict. *loc. cit.* at cum Michael Francorum Regis Ligius reperiebatur, non poterat Regis Catholici eſſe talis, & ſucceſſiuè rebellionem ab
2 eo commiſſam affirmari non poterat.

Et cum de hac veritate factus eſſet particeps Rex Catholicus, qui ideo Inſulam Procidæ Marchioni Vaſti ſiue eius filio ſecundo genito conceſſerat, quia exiſtimauit dictum Michaelem læſæ Majeſtatis criminis fuiſſe Reum, & quod aliàs non conceſſiſſet, nullam vnquam de hoſtilitate habens rationem, reuocauit propterea conceſſionem, iuſſitque vt ad dictam Inſulam reintegraretur Michael; vnde ex hoc, ſecundo loco dubitari contigit, an huius conceſſionis gratia, conceſſionario inaudito reuocari potuerit. Ratio Dubitandi fuit, quia dominium huius Inſulæ erat iam per conceſſionis priuilegium in conceſſionarium abſque alia traditione tranſlatum, id quod in merè gratioſis per Principem fieri poſſe, notarunt Bald. *in prælud. feudor. in l.* 1. *in fin. C. de rer. permut. & in c. audientiam de præſcription.* Iaſ. *in l. quoties C. de reiuendic.* & alij quocirca abſque cauſa, & conceſſionario inaudito videbatur, quod gratia reuocari non poterat; ſed hac dubitandi ratione non obſtante, contrarium veriùs eſſe exiſtimabatur, ea quidem principaliori ratione, quia conceſſio facta filio Marchionis Vaſti ex mera gratia facta apparebat, & ſubdito, ac de re feudali, cuius vtile tantum dominium transfertur cum directum penes concedentem remaneat, quibus ſtantibus poterat Rex ad ſui libitum quod conceſſit reuocare, vt notant gloſ. communiter approbata, *in c. decet de regul. iur. in* 6. Bald. *in l. qui ſe patris C. vnde liber.* Aretin. & Canoniſtæ omnes *in cap.* 1. *extra de conſtit. & in c. nouit. de iudic.* Luc. de Penna *in l. fin. C. de locat. prædior. ciuil. lib.* 11. Socin. omninò videndus *conſ.* 87. *lib.* 3. quod pro huius articuli deciſione allegare ſat eſſet, & Angel. *in l. Antiochenſium*, & ibi addentes, *ff. de priuileg. creditor.* qui dicunt, quod Princeps abſque cauſa rem, quam donauit tollere poteſt, eoque magis in caſu, de quo agebatur, cum reuocationis cauſa legitima ſe offerebat, ex quo conceſſio à Rege facta extiterat Michaelis rebellione præſuppoſita, quo ceſſante, benè reuocationi fiebat locus, etiam Parte non citata, vt per Bald. *in l. nec cauſas. C. de quæſtion.* Socin. *conſ.* 156. *lib.* 3. *& conſ.* 266. *lib.* 4. Alex. *conſ.* 216. *lib.* 2. poſt Luc. de Penna *in l. fin. C. de fundo patrim. lib.* 11. Felyn. *in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit.* & alij. Confirmabantur hæc omnia ex his quæ notant Card. & Imol. *in cap. quia propter. de electio.* Alex. Aretin. Socin. & Ruin. *in l. Gallus.* § *& quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum.* vbi dicunt, quod licèt Princeps in dubio, quando quem reſtituit, non videatur ad bona alienata eum reſtituere, tamen ſi pleniſſima eſſet reſtitutio, adhuc bona alienata venirent, vnde dicebatur, quod ſi hoc poteſt facere Princeps tacitè, quantò magis expreſsè.

Tertio loco fuit dubitatum, an Ioannes Vincentius in hoc Iudicio actor pro recuperatione Inſulæ Procide actionem haberet, ex quo 3
in facto præſupponebatur, Michaelem ſeniorem illam donaſſe Petro filio ſuo vita durante, & poſt mortem Petri Michaeli nepoti præſenti, & ſtipulanti pro ſe, & hæredibus ſuis, qui demum viuo Petro eius Patre, & primo donatario è viuis deceſſit, ſuperſtite Ioanne Vincentio filio, & Michaelis donantis pronepote, dubium erat, quia cum hæc donatio non potuerit locum habere in perſona Michaelis

Digitized by Google

chaelis Iunioris ſecundi donatarij, ex quo Petro Patri ſuo præmortuus fuit, ſimiliter videbatur dicendum quod locum habere non poterat in perſona Ioan. Vincentij eius filij, & hæredis, argum. tex. *in l. cum qui. §. te, & Titium. ff. de verb. obligat.* & eorum quæ notat. Bart. *in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ff. eod.* ſed è contra fundabatur, nimirum Ioan. Vincentium eſſe admittendum ex propria ſtipulatione Michaelis ſui patris, nam cum Petrus pro ſe ſtipulatus fuerit, & Michael eius filius pro ſe, & filiis ſuis, & hæredibus, ergo quæſitum fuit ius tam Michaeli, quàm hæredi ſuo, qui erat Ioannes Vincentius, vt optimè in ſimili notat Aretin. *in l. qui Romæ. §. Flauius col. 4. ff. de verb. obligat.* vbi plura allegat Iura, & dictum fuit, deciſionem eſſe indiuidualem, in tex. *l. quoties*, vbi gloſ. Cyn. Bald. & Salyc. *C. de donat. quæ ſub modo*; & tandem fuit demonſtratum, potuiſſe in hoc caſu ſubintrare diſpoſitionem tex. *in l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. cum acutiſſimi C. de fideicom.* quæ iura multorum authoritate probatum fuit dubium non eſſe quin locum habeant nedum in fideicommiſſis, & inſtitutionibus vniuerſalibus, ſed etiam in donationibus cauſa mortis & inter viuos, ac in omnibus aliis contractibus vltro citroque obligatoriis.

## OBSERVATIO.

1 HAbemus hìc ex D. Thoma 2. 2. *quæſt.* .. *art.* .. quod per iuramentum Syndici alicuius, Vniuerſitatis, Ciues ratu periurij non obligantur, id quod ex recentioribus benè probat. Vinc. Mancin. *in tract. de effect. iuram. effect.* 164. *par.* 4. vbi quærens an Vniuerſitas, Syndici ſui iuramento obligetur negatiuè reſpondit; quoad ſpiritualia pænaſquè periurij, quia cum iuramentum animam vincat, qua ipſa Vniuerſitas caret, abſurdum foret, vt ex Syndici iuramento ligarentur pupilli, infantes, & alij, qui non iurarunt, eſt enim Vniuerſitas aliud quid à perſonis ſingulorum Vniuerſitatis; allegat Bero. *conſ.* 8. *num.* 18. *cum pluribus ſeqq. lib.* 3. Natta *conſ.* 598. *lib.* 3. Corn. *conſ.* 48. *col.* 1. *verſ. tamen his lib.* 3. Vnde ſubdit ex Doctoribus modò relatis, poſſe Vniuerſitatem abſque periurij labe Syndici iuramento contrauenire, etiam nulla petita abſolutione, & quod ex facto Syndici, nequeat Vniuerſitas excommunicari, hæc tamen omnia, quoad peccatum, nam quod attinet ad robur, & firmitatem contractus, benè Syndici iuramentum vniuerſitatem obligat, ex Iaſone *in prælud. feud. numero* 93.

2 Ad Confirmationem autem illius concluſionis, quã hìc conſtituit D. Regens, vt valeat Princeps id quod alicui ex mera gratia donauit, abſque cauſa reuocare, & alteri concedere videndi ſunt vltra DD. hìc citatos Petrus Belluc. *in ſpecul. Princip. rubr.* 22. *num.* 27. & Natta *conſ.* 511. vbi dicit, quod quoties quis rem aliquàm, ex Principis munificentia ſiue priuilegio tenet, videtur illam præcario nomine tenere, & per hoc ſi Princeps concedens, quod conceſſit, non reuocare promiſerit; promiſſio nullius eſt roboris, ſubdens, quod vbicumque aliquid lucratiuo titulo, Priuato conceſſerit ad conceſſionem obſeruandam non ligatur, aſſignat rationem, quia conceſſionarius id non tenet, niſi per modum priuilegij, quod concedentem non ligat, & ſui natura eſt reuocabile, vnde poterit ſemper ius ſic alteri quæſitum reuocare, niſi in conceſſione pretium interuenerit, quia tunc dicitur conceſſio in contractum tranſiiſſe, id quod benè confirmat Iacob. Ant. de Mauro *allegat.* 78. vbi Abb. nepos *in addit. &* D. Reg. Capyc. Galeo *reſp. fiſc.* 23. *numer.* 50. 51. *&* 52. poſt Dom. Reg. de Ponte *tract. de poteſt. Proreg. tit.* 1. *nu.* 27. vbi *num. præcedenti*, dixerat adhuc poſſe Principem publica vtilitate ſic expoſcente, priuatorum bona auferre, & alteri concedere, nec ad emendam teneri, quando tamen id facit per viam legis, quia ſic Reipublicæ expedit, allegat Alex. *conſ.* 190. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 520. *& in c. quæ in Eccleſiarum num.* 20. *de conſtit. & Reſtaur.* Caſtald. *in tract. de Imper. quæſt.* 98. *in* 16. *vol. tract.* quibus addo ego D. Reg. noſtrum *in deciſ. ſeq. in fine.*

Quantùm ad poſtremam concluſionem attinet; vt diſpoſitio tex. *in l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. cum acutiſſimi C. de fideicomm.* (quibus cauetur, vt ſi pater filio hærede inſtituto, eum grauauerit, vt poſt ipſius mortem reſtituat hæreditatem alicui tacita ſubintelligatur conditio ſi abſque liberis deceſſerit) ſicut procedit in fideicommiſſis, & inſtitutionibus vniuerſalibus, & particularibus, ſic pariter locum habeat in donationibus inter viuos, & cauſa mortis, ad Confirmationem videndi ſunt Socin. *in d. l. cum auus.* Ripa *in l. ſi vnquam quæſt.* 37. *& ibid.* Tiraquell. *in verb. ſuſceperit liberos num.* 265. *verſ. at ſi pater C. de reuoc. donation.* Gregor. Lopez *in l.* 10. *tit.* 4. *in verbo Algun testador. par.* 6. Couar. *pract. quæſt. cap.* 38. *num.* 12. Emanuel Coſta *in c. ſi pater in* 1. *par. in verbo ſi abſque liberis num.* 15. *verſ. ſed non ſolum de teſtam. in* 6. Iacob. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 89. *num.* 157. *verſ. idem dicendum eſt*; Anton. Gomez *var. reſol. tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 44. & alij, quos citat, & ſequitur Ioſeph de Ruſtic. *in comment. ad d. l. cum auus lib.* 3. *cap.* 17. *numer.* 38. & eſt bonus tex. *in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis.* 3

Hoc tamen ſi donatio à patre filio facta eſſet, ſecùs ſi extraneo, tacita enim illa conditio ſi hæres inſtitutus abſque liberis deceſſerit, de qua in iuribus allegatis, non procedit in extraneo hærede immò nec etiam ſi filius grauauerit patrem, vel frater fratrem, vt poſt eorum mortem alteri hæreditatem reſtituant, nam tunc eſto millies, quod pater hæres inſtitutus, vel frater cum liberis deceſſerint, hæreditas eſt reſtituenda vocato, nec aliter locum habent iura *in d. l. cum auus, & in d. l. cum acutiſſimi*, quæ cum prodita ſint ad fauorem filiorum, & deſcendentium, vltra terminos ſuos diſpoſitio illa non eſt extendenda, ita gloſ. communiter approbata *in d. l. cum acutiſſimi in verbo deinceps*, Bart. *in d. l. cum auus*, Cyn. Abb. Iaſon. Dec. & alij, quos citat, & ſequitur Graſſ. *in §. fideicommiſſum quæſt.* 22. 23. *&* 24. Gomez *cit. cap.* 5. *n.* 35. Mantic. *de coniect. vlt. vol.* 10. *tit.* 8. *num.* 23. & Decian. *conſ.* 24. *n.* 18. *lib.* 2. 4

Eſt tamen hìc aduertendum, quod ſiue verſemur in vltimis voluntatibus, ſiue in contractibus lucratiuis, diſpoſitio dictarum ll. non procederet, vbi filius hæres, vel donatarius eſſet à patre grauatus reſtituere ante eius mortem, nam eo caſu tacita illa conditio non ſubintelligeretur, quia eadem ratione, qua voluit teſtator ſubſtitutum præferri filio grauato in vita ſua, eadem quoque ratione voluit illum præferri nepotibus; ita Bart. Caſtrenſ. & Socin. *in d. l. cum acutiſſimi* Gomez. *loc. cit. num.* 37. & Graſſ. *in cit. §. fideicommiſſum quæſt.* 28. 5

Sed vtiliter dubitatur an Iura prædicta procedant, ſi 6

Digitized by Google

ſi filius à patre grauatus cum filiis naturalibus deceſſerit, & ſic an tacita illa conditio, *ſi abſque liberis* in illis verificetur. Reſpondeo quæſtionem eſſe maximè controuerſã, ſunt enim qui diſtinguunt inter conditionem à lege ſubintellectam, vt quando ſimpliciter, filius grauatur, & à teſtatore expreſsè appoſitam. Primo caſu aliqui fuerunt in opinione, diſpoſitionem dictarum ll. in naturalibus, non procedere alij contra ſentierunt; quos omnes pro vtraque parte plenè congerit Craſſ. *in d.§. fideicommiſſum quæſt.*37. placet tamen prior ſententia, & ſic in conditione à lege ſubintellecta naturales non comprehendi, Secundo vero caſu communis eſt omnium opinio, quod naturales tantum ſubſtitutum excludant, vt poſt Bart. Rip. Dec. Burſat. & alios, voluit Gall. *pract.obſeru.lib.*2.*obſeru.* 136.*num.*4. Mantic. *lib.*10.*de coniect.tit.*9.*num.*2. quod ampliatur etiam ſi fuerit ſubſtitutus legitimus, & naturalis ipſius teſtatoris, Alex.*conſ.*94. *num.*3.*lib.*1. Ripa, qui de communi teſtatur *in l.ex facto.* §.*ſi quis rogatus num.* 24. *ff. ad ſenat. Conſult. Trebell.* idemque ſi fuerit ſubſtituta Eccleſia; Ripa *loc. cit. num.* 25. Gomez *relato cap.* 5. *num.*28. & ibi Addentes Myſinger. *ſingul.obſeru.centur.*6.*obſeru.*96. Craſſ. *loc.cit.n.*8. Mareſcot.*var.reſol.lib.*3.*cap.vlt.* vbi illam elegantem ſubingreditur quæſtionem nimirum an diſpoſitio *d. l. cum auus*, & d.l.*cum acutiſſimi*, locum habeat in filio monaſterium ingrediente, itavt tacita illa conditio in Monaſterio verificetur in qua pro ſubſtituto concludit.

7 In fideicommiſſis autem particularibus, an intelligatur tacita illa conditio, ſi filius grauatus ſine liberis deceſſerit, Doctores variant, frequentiùs tamen obtinuit affirmatiua ſententia, nimirum intelligi nihilominus hanc tacitam conditionem; ita Ant. Gomez *loc. cit. num.*32. poſt Socin. Iun. *conſ.*113.*n.*6, *lib.*1. & Tiraquell. *in d.l. ſi vnquam in verbo omnia, vel partem num.*3. idemque & alij, quos citat, & ſequitur Graſſ.*in d.§.fideicommiſſum quæſt.*21.*num.*4. vbi *num.*6. notabiliter addit diſpoſitionem legum prædictarum adhuc procedere ſi filius grauatus, teſtamenti tempore filios habeat, & auus teſtator ſcit, & agnoſcit habere, vt etiam hoc caſu tacita illa conditio intelligatur.

## *ARGVMENTVM.*

Feudum, quod ab alio poſſidetur, num à Rege alteri concedi poſſit, cum primùm ad Regiam Curiam ſit reuerſurum, & an, & quando ex hac conceſſione dominium in conceſſionarium transferatur Priuilegium Primum, an, & quando per Secundum reuocatum cenſeatur. Gratia pro ſui ſubſtantia, & perfectione an ſcripturam requirat, & an reuocari poſſit, ſi fuerit iuramento munita. Frater in feudi acquiſitione, an poſſit pro fratre ſtipulari. Frater ſiue ex vtroque ſiue ex altero tantum latere coniunctus, an fratri in feudo ſuccedat, data inueſtitura pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CLXXXIV.

CONCESSERAT Rex Fredericus Magnifico Iacobo Milano Baroniam ſancti Georgij in Prouincia Calabriæ, cum Primùm Comes Terræ nouæ illius vtilis Dominus de legitima prole deſperatus è viuis decederet, ſed cum demùm Regnum hoc in poſſe Regis Catholici perueniret, fuit ab hoc Rege omnium feudorum dicti Comitis Magnus Capitaneus inueſtitus, vnde reiuendicante Baldaſſare Milano iuniore Baroniam prædictam vti legitimo hærede quondam Baldaſſaris Senioris, qui dicti Iacobi conceſſionarij germanus frater extitit Dux Sueſſæ poſſeſſor reus conuentus, multa tam in facto, quàm in iure ad actoris intentionem excludendam oppoſuit, quo factum fuit, vt Quid Iuris dubitaretur? 1

Hæc cauſa agitabatur in Sac. Conſilio, decidenda teneri in collaterali Conſilio, cum interuentu Regiæ Cameræ, eaque tandem ibi relata, & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege Duce de Alcala, cum votantes eſſent numero vndecim, prodiit ſententia pro actore, tribus tamen diſſentientibus ſicque Dux ad relaxandum Baroniam prædictam damnatus extitit, à qua ſententia cum fuiſſet pro parte Ducis reclamatum iterum in gradu reclamationis cauſa relata, interuenientibus pro adiunctis Dominis Regentibus Regiam Cancellariam, cum votantes eſſent numero treſdecim, fuit ſententiam confirmata cum impoſitione perpetui ſilentij quatuor tamen contradicentibus; fundabatur Deciſio hæc ſuper validitate conceſſionis Regis Frederici, nam cum feudum hoc propter deficientiam lineæ Comitis Terræ nouæ erat omninò ad Regiam Curiam reuerſurum: *cap.*1. §.*ſin autem vnus, de his qui feud.dar.poſ.c.*1. §.*hoc quoque, de ſucceſſ. feudor.* cum mille concord. potuit Rex ille etiã in vita vaſalli alteri concedere, eſt enim à l. feudali conceſſio hæc permiſſa, dummodo in conceſſione dicatur, ſi contigerit ad directum Dominum feudum forè deuoluendum, ſunt iura *in cap.*1.*qui ſucced. ten.in c.* 1. §. *moribus ſi de feud.fuerit contr.& alibi*, nec conceſſio iſta de feudo recaſuro dici poteſt de futura ſucceſſione; ita Bald. *in d.* §.*moribus*, & Afflict. *deciſ.*297. & quod reſpectu perſonæ agentis fuerit eius intentio fundata, ſatis benè probauit Loffred. *conſ.*39. vbi latè fundauit, fratrem in feudo nouo fratris conceſſo pro ſe, & hæredibus abſque clauſula, ex corpore, legitimum eſſe ſucceſſorem, & eſt caſus in con- 2



Digitized by Google

ſtit. *vt de ſucceſſ.* & licèt dominium dicti feudi ab initio conceſſionis in Iacobum conceſſionarium tranſlatum non fuerit, ex quo viuebat Comes Terræ nouæ, tamen, ſequuta demùm illius morte, benè potuit ſtatim transferri, ex eo, quod conceſſum extiterat in euentum mortis dicti Comitis, per verba *Damus, Donamus*, quæ quidem verba Dominij tranſlationem importabant: *l. vbi autem non apparet. §. fin. ff. de verb. oblig. §. ſic itaque inſtit. de action.* clauſula addita, ex nunc provt ex tunc, quæ importat, vt præſens tempus ad futurum trahatur, & futurum ad præſens: *l. huiuſmodi la 2.* vbi Bart. *& l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. ſi Titius. ff. de verb. obligation.* Bald. *in Auth. contra rogatus C. ad Senat. Conſ. Trebell.* hæc eſt enim vis priuilegij Principis, vt per illud dominium ipſo iure abſque alia traditione transferatur; ita Andr. *in cap. 1. quid ſit inueſtitura in cap. Imperialem. §. illud de prohib. feud. alien. per* Frederic. *& in cap. 1. in fine, quib. mod. feud. conſtit.* Bald. *in prælud. feud. in cap. 1. quid ſit inueſt.* & *in l. 1. in fine C. de rerum permut.* vbi dicit quod in Regno noſtro vbi eſt priuilegium Regis, ſtatim vtile quæritur dominium: Roma. *conſ.* 298. Dec. *in l. certi conditio. ff. ſi cert. pet.*

3 Nec obſtare dicebatur, quod huius feudi conceſſio in quodam Albarano facto apparebat, vbi Rex dixit, vt expediretur priuilegium, quod demum non fuit expeditum, ſicque opponebatur, gratiam ante priuilegij expeditionem non fuiſſe perfectam, etenim fuit reſponſum quod gratia pro ſui ſubſtantia, & perfectione, ſcripturam non requirit, ſed ſolùm pro meliori probatione, ita Io. Andr. & Archidiac. *in proœm. ſexti decret.* Aret. *in l. qui abſenti. ff. de acquir. poſſeſſ.* per tex. *in clem. dudum vbi* gloſ. *de ſepult.*

4 Secundò minùs obſtare dictum fuit, poſt conceſſionem Iacobo Milano factam, eundem Regem feudum illud vendidiſſe Mazzeo Maſtro Iudice, ſicque opponebatur primam illam conceſſionem fuiſſe reuocatam, idque benè ſequi potuiſſe cum gratia ſubdito facta à Rege reuocari poſſit, vt per Bald. *in l. qui ſe patris C. vnde liber.* Aretin. *in cap. 1. de conſtit.* Innocent. *in cap. nouit. de Iudic.* & alij, reſpondebatur, Primò, quod illud albaranum in quo fuit facta conceſſio, erat iuramento munitum, vnde non facta expreſſa mentione de diſpoſitione iurata, nunquam cenſetur illa reuocata: *cap. conſtitutus de reſcript.* Afflict. *deciſ.* 5. Cyn. Bald. & Paul. de Caſtro *in l. digna vox C. de legib.* Dec. *in c. 2. de probat.*

5 Secundò quia gratia fuit remuneratoria ſeruitiorum, & ſic dicebatur cauſam habere oneroſam ergo reuocata non cenſebatur: *l. ſi pater. §. fin. ff. de donat.* Tertiò quia in Albarano legebatur clauſula, *caſſans, & irritans omnes conceſſiones in poſterum faciendas.* At vbi de hac clauſula in ſecunda conceſſione non fit mentio, nunquam prima diſpoſitio ſublata cenſetur; Quartò, & clarius, quia venditio facta dicto Mazzeo, fuit demum reſoluta, quia infrà tempus præſcriptum, pretium ſolutum non fuit.

Tandem ceſſare pariter dictum fuit, oppo- 6
ſitionem alteram, quæ fiebat, attento tenore conceſſionis eiuſdem Baroniæ, & Comitatus Terræ nouæ à Rege Catholico Magno Capitaneo factæ, in qua legebatur reuocatio omnium conceſſionum de dictis bonis, quibuſvis perſonis factarum, etiam ſi pro cauſa Reipublicæ factæ fuiſſent, ita vt vllo vnquam tempore vim, & robur habere potuiſſent, vnde ſtante hac conceſſione dicebatur reuocata illa per Regem Fredericum dicto Iacobo facta, adhuc ſi in illa clauſula derogatoria appoſita fuiſſet; per ea, quæ notant Doctores, præſertim Salicet. *in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. publ.* Socin. *conſ. 2. numer. 12. lib. 3. poſt* Alex. *conſ. 155. lib. 2.* Etenim reſpondebatur, concluſionem hanc eſſe valdè dubiam, nonnulloſque Doctores contrarium tenuiſſe, nimirùm, vt nunquam primum priuilegium per ſecundum reuocatum cenſeatur, niſi de primo expreſſa fuerit facta mentio; ita Calder. *conſ. 11. de priuileg. per tex. in cap. veniens,* vbi Abb. & omnes *de præſcript.* Felin. *in cap. accedentes eod. tit.* vbi addit, hanc communem eſſe opinionem, Dec. *conſ. 165. & 391.* & confirmatur ex dictis per Petr. de Anchar. *in cap. ſi perpetua de reſcript. in 6. & per* Angel. *conſ.* 3.2. quorum quidem ſententia licèt in caſibus, in quibus ipſi loquuntur ambigua videatur, tamen in caſu, de quo agebatur ab omni dubio procul reddebatur, quia licèt Rex ex cauſa Reipublicæ poſſit, rem à me auferre, & alteri concedere, tamen oportet, quod conſtet de voluntate Principis hoc facere volentis, ſic vt ſcienter, & certitudinaliter id faciat & quod ego ſim eius ſubditus; videantur Innocent. Aretin. Felin. & alij *in cap. nouit. de iudic.* idem Aretin. *in cap. 1. de conſtit. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum,* vbi etiam Paul. de Caſtro *ff. de liber. & poſth.* Felyn. & Dec. *in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit.* Luc. de Penna *in l. fin. C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11.* Salycet. *in l. fin. C. ſi contra Ius. vel vtil. public.* vnde cum in conceſſione facta Magno Capitaneo, non conſtabat voluiſſe Regem Catholicum Baroniam illam à Iacobo Milano auferre, ergo

## OBSERVATIO.

Riùs quam lis ageretur inter Baldaſſarem Mila- 1
num Iuniorem, & Ducem Sueſſæ ſuper recuperatione

Digitized by Google

ratione Baroniæ ſancti Georgij, quia conceſſio Regis Frederici facta extiterat Iacobo Milano pro certo pretio conuento, & iam ſoluto, eo adiecto pacto, vt ſi dictus Iacobus abſque liberis ex corpore legitimè deſcendentibus decederet, in Baronia prædicta ſuccedere potuiſſet Baldaxar Milanus germanus frater, ac filij eiuſdem eorúmque hæredes, & ſucceſſores in perpetuum, facto iam caſu mortis Iacobi primi conceſſionarij ſine filiis ſuperſtite dicto Baldaxare fratre, dubitatum fuiſſe comperimus, an ad Iacobi ſucceſſionem in Baronia prædicta Baldaxar frater eſſet admittendus, & quod ſuccedere potuiſſet de iure reſpondit D. Sigiſmundus de Loffredo *conſ.* 38. *hîc cit.* vbi dicit, quòd licèt ius repugnet, vt quis alteri ſuo iuri non ſubiecto ſtipuletur: *l.ſtipulatio iſta.* §.*alteri.ff. de verb.obligat.*§.*ſi quis alteri inſtit.de inut.ſtipul.*& per hoc videbatur per ſtipulationem Iacobi nullum ius fuiſſe Baldaſſari Germano acquiſitum, attamen hoc in allodiis procedere demonſtrauit, ſecus verò in feudo, in cuius acquiſitione alter alteri paciſci poſſe cautum eſt: *in cap.*1.§.*ſin autem vnus in tit.de his, qui feud. dare poſſ.* cuius diſpoſitione attenta, hoc firmarunt Bald. *in cap.*1.§.*decedente eod.tit.* Aluar. *in d. cap.*1. *in princ.& in* §.*hoc quoque circa princip.* idem Bald.& Salyc. *in l.fin.C.res inter alios acta*, Iacob de ſancto Georgio *in ſuo tract. feud.in verbo Nobiles agnati & alij*; at D. Loffred.indagare voluit, ſi frater, qui in feudi acquiſitione poteſt pro fratre ſtipulari, non aliter pro eo ſtipulatus eſſet, ſed ſimpliciter feudum accepit pro ſe, & hæredibus, non addito, *ex eius corpore legitimè deſcendentibus*, an tunc frater ipſe ſuccederet, & affirmatiuè reſpódit per Conſt.Regni *vt de ſucceſſionibus*, qua attenta, data inueſtitura pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, frater in feudo nouo fratris ſuccedere poteſt; vnde cum inueſtitura D. Baroniæ canat ſimpliciter *pro ſe, & hæredibus*, non addito *ex corpore*, merito Baldaxar primi conceſſionarij frater illius legitimus erat ſucceſſor, ſicque compertum pluries per S.Conſ. deciſum, ac procedere hoc etiam in fratre vterino, ſiue conſanguineo, vt data hac inueſtitura ſit pariter ille legitimus ſucceſſor in feudo nouo, pecunia à fratre ſuo vterino, vel conſanguineo quæſita vt auctoritate D.Loffred.*loc.cit.num.*8.Camill.de Medic. *conſ.*85.*num.*15.Reg.de Ponte Præſ.de Amato,& aliorum, probaui Ego *lib.* 1. *reſol. iuris cap.*126.*n.*9.*&* 10.

Quantùm autem attinet ad illam concluſionem
2 hîc à Dom.Reg.firmatam, nimirum vt gratia pro ſui ſubſtantia, & perfectione ſcripturam non requirat, ſed ſolùm quoad probationem, Adde tu DD. quos citat, & ſequitur Maſcard. *de probat. concluſ.*845.*numer.*14.*&* 20. *& per tot.* vbi *num.*5. notabiliter quærit an gratia Principis poſſit per teſtes probari & relatis opinionibus ad inuicem pugnantibus diſtinguit inter gratiam, quæ fit à Papa, & illam, quæ fit à Principe inferiore, vt in prima, teſtibus probari non poſſit, ſecùs in ſecunda.

Circa verò illud, quod hîc ſcripſit D. Reg. vt
3 gratia facta à Prince, ſi fuerit iuramento munita, nunquam reuocata cenſeatur, niſi de ea ſpecialis mentio facta ſit, ad confirmationem vide eumdem D.Reg. ſup.*deciſ.*97. facta autem ſpeciali mentione, non eſt dubitandum, quod Princeps gratiam à mera eius voluntate dependentem alicui factam reuocare poteſt iuramento non obſtante: Socin.Iun. *conſ.*44.*num.*57. *lib.* 2. ſed id facere non debet; cum vnum dumtaxat calamum, & vnam linguam habere debeat, illique conuenit, quod ſcripſit, Bald. *conſ.*13.*num.*52.*&* 47. *lib.*3. Menoch.*conſ.*103. *num.*54. *lib.*1. Curt.Iun.*conſ.* 170. *num.*41. Mancin. *de effect. iuram. p.*4. *effect.* 22. *num.*12.& quod gratia facta in remunerationem ſeruitiorum nullatenus reuocari poſſit, quia cauſam continet oneroſam, ſicque dicitur in contractum tranſiiſſe, ſcripſerunt Bart. *in l.hi qui.ff.de iure immun.* Angel.& Bart.*in l.ſi pater.*§.*fin.ff.de donation.* Innoc. *in c. quæ in Eccleſiarum extra de conſtit.* Paul.de Caſtro *in l. digna vox C.de legibus*, Roma. *conſ.*252. *num.*3. Alex. *conſ.*111. *lib.*2.*&* 101. *lib.*3. Felyn. *in c.* 1. *de probat.* Afflict. *deciſ.*128. *num.*10. Capyc. *deciſ.*121. *num.*16. *& deciſ.* 166. Cara. *in ritu Magnæ Curiæ* 301. *num.*3. Lanar.*conſ.* 6. *num.*5. *poſt* Andr. *in conſtit.Reg. ea quæ ad decus*, & alij.

*D.De Marinis obſeruat. ad deciſ. D.Reuerterij.*

## ARGVMENTVM.

Actuariorum numerus, an Fiſco inſtante in Tribunali Regiæ Cameræ augeri poſſit in præiudicium eorum, qui hoc officium emerunt. Officium ampliatum in vnum hæredem, an in illius perſona nouum dicatur. Nominatus ad officium an teneatur ad onera nominantis. Vſusfructus acquiſitus pro ſe, & hæredibus, an hæreditarius dicatur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CLXXXV.

CVM officium Actorum Magiſtri in Tribunali Regiæ Cameræ non niſi à duobus exerceretur, nimirum à Io.Paulo Criſpo, & Ioanne Baptiſta Coronato, occaſione multiplicationis negotij inſtabat Regius Fiſcus augeri numerum aliorum quatuor, & vt ita ordinaretur allegabat, ex eadem ratione in Tribunali Sacri Conſilij & Magnæ Curiæ auctum fuiſſe numerum nedum Aduerſariorum, ſed etiam Conſiliariorum, & Iudicum, tam ciuilium, quàm criminalium. Sed contendentibus dictis Ioanne Paulo, & Ioanne Baptiſta, quod hoc in eorum præiudicium fieri non poterat, & quod Fiſcus allegabat, non erat in facto verum, dubitatum fuit, An Fiſci inſtantia Iuris haberet aſſiſtentiam. 1

Diſcuſſo articulo in collaterali Conſilio ad relationem Regiæ Cameræ, fuit contra Fiſcum pronunciatum, vno tantum ex Dominis iudicantibus diſſentiente. Ratio Deciſionis principalis illa fuit, quia licèt officia omnia in manu Regis ſint, ita vt poſſit illa ab vno auferre, & alteri concedere, vt per Io. Fabr. *in* §.*cum autem inſtit.quib.mod.ius patr.poteſt.ſolu.* maximè quando gratis conceſſa ſunt: Cyn. & alij *in l.fin. C. ſi contra ius, vel vtil. public.* Felyn. *in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitut.* & hoc ea quidem ratione, quia ſecundum multorum ſententiam Princeps, quæ iuris poſitiui ſunt, tollere poteſt, cum ſit ſupra ius illud, *Cap.propoſuit de conceſſ. præ.* Innocent. *in cap. cum* 2



Digitized by Google

*ad Monaſterium de ſtatu Monachor.* Bald. *in l. relegati.ff. de pœnis*, Bald. & Angel. poſt gloſ. *in l.1.§ pueritiam.ff. de poſtul.* tamen ſi hoc fecerit Princeps ſine cauſa, peccaret Abb. & Dec. *in dicto c. quæ in Eccleſiarum, & in cap. de multo. extra de præben.* vnde cum in caſu propoſito nulla ſe offerebat legitima cauſa, alios quatuor creandi Actorum Magiſtros, ergò; eoque magis cum præſupponebatur officium Criſpo fuiſſe titulo oneroſo conceſſum, & quatenus de hoc dubitaretur, indubitatum erat ambobus pro vno hærede, mediante pecunia fuiſſe illud ampliatū, conſtabat enim, eorum quemlibet pro ſuæ partis ampliatione Regiæ Curiæ Ducatos quincentum ſoluiſſe, nec modo aliquo obiiciendum officium prorogatum non cenſeri de nouo conceſſum, ſed illud idem eſſe, & cum eadem qualitate, ad notata per Bart. *in l. 4. ff. de damno infecto in l. 1. §. hi quibus.ff. de leg. 3. & in l. ſi vſusfructus mihi in biennium. ff. de vſufr. leg.* Etenim, hoc verum non eſſe dicebatur, quia quando alicuius diſpoſitionis cum noua qualitate fit prorogatio hæc diſpoſitio prorogata, noua erit diſpoſitio: Bald. *in l. cum à te C. de pactis inter emptor. & venditor.* Roma. & Alex. *in d. l. 4. ff. de damno infecto*, ſed in hac prorogatione interuenerat pecunia, & ſic noua qualitas, ergo.

3 Præterea allegabatur, quod licèt quando officium, quod de ſui natura non tranſit ad hæredem, ſi de vno ad aliud tempus prorogatur in eadem perſona idem dicitur officium, tamen quando reperitur illud ad alicuius vitam conceſſum, & demum ad vnum hæredem eiuſdem officij fit ampliatio, cenſetur illud in perſona hæredis nouum per tex. *in l. ſtipulatio iſta habere licere. § ſi quis ita, vbi* Bart. & omnes, *ff. de verb. obligat.* nec refert, quod à primo conceſſionario facta fuerit nominatio, nam non per hoc ab illo nominante dicetur hæredem officium aſſequutum fuiſſe, ſed potius à Rege concedente; *argum. tex. in l. vnum ex familia. §. 2. ff. de leg. 2. in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. eod. & in l. ex facto. § ſi quis rogatus il 2. ff. ad ſen. Conſ. Trebell.* Quare dicebatur negari non poſſe quin titulus, quo officium prædictum ab illis duobus exercebatur fuerit oneroſus, & conſequenter adſtrictum fuiſſe Regem ad contractus obſeruantiam: Felin. Dec. & alij *in cap. 1. de probat.* Bald. *in l. qui ſe patris*, Innocent. Aretin. Felin. & omnes *in cap. nouit. de iudic. & in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit.* Nec dicet quis hæc omnia ad caſus de quo agebatur non applicari cum inſtantia Regia Fiſci non erat, vt hi duo actorum Magiſtri eorum officio priuarentur; ſed vt alij quatuor in eodem officio aggregarentur, conſiderabatur enim idem eſſe, quia ſi eorum officio ex ſupradictis priuari non poterat, pariter nec illud minui Baldus optimè in conſ. quod incipit *Rex Romanorum* relato à Socin. *in conſ. 72. numer. 20. lib. 1.* vbi dicitur, ſummam eſſe iniquitatem reſcindere vel minuere conceſſa, vel ipſa alterare, & quidquid tolli non poteſt, nec pariter minui, derogari, vel mutari, vnde ſi in caſu propoſito numerus augebatur, conſequenter illorum duorum authoritas diminuebatur, eorúmque emolumenta pro maiori parte tollebatur, quibus ſic ſtantibus fuit deciſum prout ſupra,

---

## OBSERVATIO.

Scripſit in hac cauſa pro Ioan. Paulo Criſpo, & Ioann. Franciſco Coronato Regiæ Cameræ Actorum Magiſtris Magnus ille Iureconſultus Iacobus Gallus, provt videre eſt *in eius conſ. 59.* vbi *in fine*, annuit pro clientibus proditam fuiſſe deciſionem, referente D. Thoma Anello Salernitano tunc Regiæ Cameræ Præſidente, qui pariter in hac eadem cauſa ſuam ſcripſit deciſionem, & eſt 10. in ordine, meminit de hac determinatione Abb. Io. Hieronym. de Mauro *in addition. ad Iacob. Ant. anum*, qui tamen contrarium conſuluit *allegat.* 18. memores etiam fuerunt deciſionis prædictæ, & alterius inde ſequutæ ad relationem Domini Præſidentis Montoia Ricc. *collect.* 2025. & Ioan. Bapt. de Thoro *in 1. p. ſui com. in verbo Princeps lib. 1. & in verb. Magiſtri Actorum lib. 2.* hanc eandem ſectati ſunt ſententiam Maſtrill. de Magiſtr. *lib. 1. cap. 22. num. 36. in fin.* & Larrea. *alleg. 119. num. 17.* ſecundum quorum ſententiam in Regia Camera iudicauimus hodie 24. Maij 1658. referente D. Præſidente Io. Baptiſta Amendola, ſic conſulentes excellentiſſimo Proregi, vt ſuperſederetur exequutio Regalis priuilegij noui officij Actuariatus pro negotiis Regiæ Dohanæ Menæ pecudum Apuleæ in Regia Camera occurrentibus, quod potentiſſimus Dominus Rex noſter conceſſerat pro Rationali Franciſco Monte Corbino; cenſuimus enim reſcribendum eſſe ſuæ Catholicæ Majeſtati, vt intelligat conceſſionem, hanc Iuris habere reſiſtentiam, quia ſic fiebat locus diminutioni emolumentorum, & directuum aliorum actuariorum & ſcribarum Regiæ Cameræ. 1

Ad illud autem, quod hîc firmauit Dom. Regens, nimirum vt officium ampliatum in vnum hæredem, in illius perſona dicatur nouum, nec aliquid importare, quod à primo conceſſionario fuerit facta nominatio, quia non per hoc à nominante dicetur hæres officium aſſequutus, ſed potiùs à Rege concedente, aduertendum eſt, quod ex hac concluſione non ſequitur quod nominatus non teneatur ad onera nominantis, nam omninò ad illa tenetur, ſi apparet officij conceſſionem fuiſſe factam cum poteſtate nominandi vnum hæredem, quia tunc nullo pacto poterit nominatus officium aſſequi abſque qualitate hæreditaria; ita ſanè ſcripſerunt Marinus Frec. *in ſuo tract. de ſubfeud. lib. 2. auth. 1. quæſt. 53. num. 4.* Dom. Reg. Tapia *in conſtit. officia quæ perſonis num. 10. par. 2. iur. Reg. fol. 126. col. 2.* Horat. Montan. *in repet. c. Imperialem. §. præterea Ducatus num. 31. cum ſeq.* quos omnes citat & ſequitur D. Reg. Rouit. *in conſ. 104. num. 7. lib. 2. vbi nu. ſeq.* ſingulariter addit hoc procedere in ipſomet vſufructu, qui de per ſe eſt perſonaliſſimus, & tamen ſi fuerit quæſitus pro ſe, & hærede, efficitur hæreditarius, ad hæredéſque tranſit cum qualitate hæreditaria, 2

Digitized by Google

ria, quamuis penes ipſum ſit nouus vſusfructus: allegat tex. *in l. ſtipulatio iſta* 38. §. *ſi quis ita. ff. de verb. obligat.* & Frecc. *loc.cit. auth.*1 3.*poſt num.*9. *verſ.ſi tamen conceditur*, vbi concluſionem firmat, quod licèt in perſona hæredis ſit nouus vſusfructus, quia tamen ab initio fuit ſic conceſſus, habebit hæres vſum fructum ex ſtipulatione defuncti provt rem hæreditariam, id quod ſatis benè comprobat Phanuc. *de inuent.p.*6.*num.*48.*& ſeq.* vbi propterea concludit, quod eſt deſcribendus in inuentario cum aliis bonis hæreditariis defuncti vſufructuarij, idémque in propria materia officij firmarunt Dom.Reg.Capyc.Latro *deciſ.*6.*num.*24.*& deciſ.*26.*num.*18.& Dom.Conſil.Arius de Meſa *var.lib.*3.*cap.*49.*num.*26. At ſi conceſſum appareret, officium patri cum facultate nominandi vnum ex filiis, nominatione ſequuta, quia ſic qualitas hæreditaria non conſideratur, hic filius, qui erit nominatus ad onera patris non tenebitur, & ita intelligo dicta per Iacob. Ant. de Mauro *alleg.*75. & Conſil. de Georgio *in repet.feud. cap.* 54. *numer.*82. quos citant allegantes pro Dominico Guadagno *conſ.*105. *numer.*7. inter Conſil. Dom. Rouiti *lib.*2.

## *ARGVMENTVM.*

Aſſenſus Regius impetratus ſuper conceſſione facta à Barone alicuius corporis feudalis, an cenſeatur à contractu diſformis, dum Rex aſſenſiendo dixit, vt conceſſionarius corpus illud immediatè & in capite à Regia Curia teneret cum fidelitate, & præſtatione ſeruitij & releuij; In conceſſione verò facta à Barone dictum, vt in caſu alienationis eiuſdem Baronis aſſenſus peteretur; ſed quid ſi in Baronis conceſſione dictum eſſet, dummodo conceſſionarius, rem conceſſam tenere deberet in capite ab ipſo Barone, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CLXXXVI.

1 POſſidente Illuſtri Marchione Vaſti, Comitatum Montis Odoriſij huius terræ officium Magiſtri Actorum in perpetuum conceſſit cuidam tali de Fidelis, non exprimendo in feudum, ſed ea lege, vt in caſu alienationis eiuſdem Marchionis aſſenſus exquireretur, ſuper hac conceſſione Regius fuit impetratus aſſenſus, in quo tamen fuit dictum, vt conceſſionarius officium prædictum immediatè, & in capite à Regia Curia teneret, cum fidelitate, & ſolutione Adohæ, ac cum aliis ſeruitiis, quo tandem mortuo, cum petiiſſet Regia Curia ab eius filio, & legitimo ſucceſſore releuium, excepit de inualiditate conceſſionis, ob diſformitatem, quam allegabat aſſenſus ſuper illo contractu; dicebat enim ex illa reſeruatione, vt in caſu alienationis Marchionis aſſenſus requireretur videri factam fuiſſe conceſſionem in feudum, & quod illud à D. Marchioni recognoſceretur; vnde cum demum Regius fuerit impetratus aſſenſus, nulla de præfata reſeruatione mentione facta, dicebatur per hoc, aſſenſum Regium fuiſſe nullum, tanquam à conceſſione diſformem, ad tex. *in c.*1.§.*profectò de lege Corradi*, vnde dubitatum fuit, Quid Iuris?

Regia Camera decreuit eſſe ſoluendum Regiæ Curiæ releuium, habendo contractum pro valido, nec aliter Regium aſſenſum ſuper eo impetratum fuiſſe diſformem; dicebatur enim opportunam fuiſſe exceptionem, ſi Marchio in conceſſione facta dixiſſet; vt conceſſionarius officium illud à ſua Comitali Curia in capite teneret cum ſolutione Adohæ & releuiorum, de qua quidem qualitate nulla in Regio aſſenſu impetrato fuiſſet facta mentio, in hoc enim caſu aſſenſus extitiſſet nullus, quia ſub alia lege impetratus, quam fuit facta conceſſio, non enim poteſt feudum in capite à duobus teneri, vt in aliis deciſionibus eſt demonſtratum; ſecùs verò in caſu propoſito, in quo nullatenus fuit facta officij conceſſio in feudum, ſed tantum dictum vt in caſu alienationis Marchionis aſſenſus requireretur, adhoc vt eſſet ille particeps perſonæ in quam fieret alienatio, vt à probo viro officium exerceatur, & ne vaſſalli grauentur, quo ſcito, vt poſſet demum aſſenſus Regius ſuper alienatione illa impetrari tenendam officium à Domino directo, provt antea tenebatur, vnde non erat, cur dici potuiſſet aſſenſum fuiſſe à conceſſione diſformem, ſimplex enim dicebatur illa feudi conceſſio, ſicque eam factam intelligēdam, provt ius intelligit; ad notata per Andr. *in c.*1.*qui ſucceſſ.teneantur.& in c.*1.§.*huius autem generis ex quib.cauſ.feud. amitt.* & hæc eſt communis concluſio, vt qui contrahit, in dubio contrahendi cenſeatur habere intentionem ſecundum Iuris communis diſpoſitionem, Aret. *in l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.fin.ff.de verb.obligat.* ſed de iure communi feudorum, & Regni conſtitutionum diſpoſitum habemus, vt ſi ego feudum poſſidens, quod à Regia Curia in capite tenetur, vellem illud in alium transferre, teneor eodem modo, & cum illa qualitate vendere, qua poſſideo, & ſi aliter fieret, actus non valeret, & Regia Curia nunquā aliter præſtaret aſſenſum, vt ergo actus valeat, dicere oportet, quod ego vendidi eodem modo, & forma, provt feudum tenebam, nam ſemper in dubio debet fieri interpretatio, vt actus potiùs valeat, quàm pereat: *l.quoties ff de verb.obligat.l.quoties vbi* Socc. *& in l. cum Senatus, & in l. vbi eſt verborum.ff.de rebus dub.* Vnde.



Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 EX hac Deciſione colligimus, vt non ſit difformis aſſenſus Regis à conceſſione alicuius corporis ſeudalis facta à Barone, ſi in conceſſione fuerit dictum, vt tempore alienationis exquiratur aſſenſus concedentis, id quod Regi narratum non extitit, qui tamen aſſentiendo mandauit, vt conceſſionarius teneat rem conceſſam immediatè, & in capite ab ipſo Rege aſſentiente, idemque adde tu ſi in conceſſione facta à Barone dictum eſſet, dummodo conceſſionarius rem conceſſam tenere habeat in capite ab ipſo Barone, ſiue ab eius Baronali Curia, & in aſſenſu ſuper hac conceſſione impetrato Rex aſſentiendo mandaſſet, dummodo teneat in capite à nobis, & à noſtra Regia Curia, nam hæc ipſa inter ſe repugnantia non eſſent, ſed potiùs compatibilia, ſic enim efficeretur feudum illud quaternatum ſecundùm quid, cuius natura eſt, vt pro parte teneatur in capite à Barone, qui propterea exigit releuium, & ſeruitium, & pro parte teneatur in capite à Rege, qui propterea in caſu deuolutionis confert idem ſubfeudum tenendum tamen à Barone, iuxta Conſtit. *poſt mortem*, ita poſt Camer. *in cap. Imperialem car.69. col.3. litt. L. & M. & car.71. litt. M.* docet Reg. Rou. *in rubr. pragm. de feud. per tot. num.82.* qui tamen *num. ſeq.* ex eodem Camer. declarat, ſecus eſſe ſi in aſſenſu Regis alia ſtrictior appoſita eſſet clauſula, vt ſcilicet teneatur in capite, & immediatè ab ipſo Rege, quia tunc efficeretur feudum quaternatum ſimplex, nullumque ius in eo remaneret ad beneficium Baronis, dummodo tamen conſtet, Baronem ſub infeudantem huiuſmodi reſtrictionis in Regis aſſenſu appoſitæ ſcientiam habuiſſe, addit demum *num.*84. quod ſi Baro in conceſſione hac eadem reſtrictione vſus eſſet, nimirum, vt conceſſionarius rem conceſſam in capite, & immediatè ab ipſo Barone teneat, cui quidem conceſſioni Rex ſimpliciter aſſenſiſſet, quod tunc feudum efficeretur planum, & de tabula, citat Frecc. *in ſuo tract. de ſubfeud. lib.1. tit. quis dicatur Princeps c. ſed vt verius num.6.* At ſi Rex aſſentiendo eandem appoſuiſſet clauſulam ſtrictam, quam appoſuit Baro concedens, nimirum, dummodo conceſſionarius rem conceſſam ab ipſo Rege in capite, & immediatè teneat, hoc namque caſu aſſenſus à conceſſione eſſet difformis, itavt propter difformitatem nihil operaretur, ſicque Baro poſſet conceſſionem à ſe factam reuocare, ad quod citat D. de Franch. *deciſ.48. in fin. & 154. num.5.* Camer. *in d. c. Imperialem car.56. litt. R.* & Frecc. *lib.2. auth.1. quæſt.34.*

## ARGVMENTVM.

Securitas, ſiue ſaluus conductus delinquenti à Principe conceſſus, an ſemper, & in omni caſu ſit ſeruandus, adhuc ſi de re maximi ponderis ageretur, multumque ipſius Principis intereſſet, aſſecuratum per aliquod tempus detinere. Saluus conductus an ſit ſeruandus delinquenti, ſi Iudex, qui illum aſſecurauit, aſſecurandi poteſtatem non habeat & de aliis notabilibus.

## DECISIO CLXXXVII.

COncessa à Duce de Alcala huius Regni Prorege ampliſſima ſecuritate, vulgò ſaluum conductum appellamus, cuidam Scipioni Capitaneo degenti in ciuitate Venetiarum, ad hoc vt ad hanc ciuitatem ſe conferret prout ſe contulit. Dubitatum fuit in collaterali Conſilio, an huic aſſecurato fides frangi poterat, ex eo quod de re maximi ponderis agebatur, multumque intererat, illum per aliquos menſes habere in aliquo Caſtro benè cuſtoditum. 1

Et per omnes Dominos Regentes Regiam Cancellariam cum interuentu Dom. Io. Andreæ de Curte tunc Regij Conſiliarij adiuncti, fuit deciſum quod omnino huic aſſecurato eſſet fides ſeruanda; hoc eſt enim de iure, vt ille, cui eſt data ſecuritas, eam debeat obtinere, tam in eundo, quam in redeundo; hic eſt tex. *in l.1. vbi* Bart. & Io. de Platea *C. de nauicular. lib.11.* idem Bart. *in l.1. ff. ad leg. Iul. Maieſt.* Angel. *in l. Papinianus. § ſi quis mortis ff. de inoff. teſtament.* latè Felin. *in c. innouamus extra de treg. & pac.* Aretin. *in l.3. §. ſi ſeruus. ff. de acquir. poſſeſ.* Iaſ. *in l.1. in princ. ff. qui ſatisd. cog.* qui omnes dixerunt, quod ille, cui eſt conceſſa ſecuritas, neque directè, neque indirectè vexari poteſt; facit, quod dixit Bartol. *in l.1. §. cum fuit ff. de Dolo*, quod Dux Belli ſi hoſti pactum facit, debet illud ſeruare, quicquid in contrarium dixerit gloſ. *in §. ſed neque Auth. de mand. Princip.* quam citat Bartol. *in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. Præſ.* etenim dicebatur, quod ſi ab omnibus fides ſeruanda eſt, quanto magis à Principibus, & vt dicit Innocent. *in cap. ad Apoſtolicæ numer.4. de re iudic.* 1. quod legit poſt tit. *de re iudic. in antiquis*, periurium in omnibus graue eſſe delictum, in Principibus tamen, & Prælatis grauiſſimum, iſtorum enim verbum firmiſſimum eſſe debet, adhuc ſine iuramento: *arg. Canon. Innocens. 22. quæſt.4.* Vnde 2

## OBSERVATIO.

AD ornatum huius Deciſionis, vide omnino quæ ſcripſit Hieronym. de Leo *deciſ. Valent. 206. lib.2.* vbi docet, pendente Guidatico, ſiue ſecuritate conceſſa, nihil fore innouandum; ex Rom. *in l.3. §. ſi ſeruus numer. 9. ff. de acqu. poſſeſ.* & Vital. *in tract. de clauſ. tit. nihil nouari ſecuritate pendente, numer.6. & 7.* ſicquè Guidatos, ſiue aſſecuratos, ſi capti illi fuerint ſecuritate pendente in priſtinam libertatem fore reponendos affirmat ex Vinc. de Franc. *deciſ.258. n.5.* & Belluc. *in ſpec. Princ. rubr.21. de Guidatico vocato ad curias num.8.* tale enim Guidaticum, operatur vt aſſecuratus 1

Digitized by Google

curatus nullam patiatur vim, nec cum armis, nec ſine armis, nec cum authoritate iudiciali, nec extraiudiciali, & Ioan. de Platea per illum tex. *in l.* 1. *col.* 1. verſ. *quanto, quæ ſecuritas. C. de nauicular. lib.* 11. & nec directè, nec indirectè ex Angel. *in l. Papinianus.* §. *ſi quis mortis ff. de inoff. teſtam.* quem ſequitur Aretin. *in l.* 3. §. *ſi ſeruus in* 2. *par. ff. de acqu. poſſeſſ.* & Iaſ. *in l.* 1. *col.* 3. verſ. *quid autem important illa verba. ff. qui ſatiſd. cogant.* quos citat Vinc. de Franch. *deciſ.* 673. vbi *n.* 3. caſum refert; quod cum quidam inquiſitus aſſecuratus eſſet, & pendente ſecuritate fuiſſet contra eum accuſata contumacia ſuper citatione præcedente, ad foriudicandum, & ſic ſecuritate pendente, quamuis foriudicationis ſententia lata eſſet, quæ ſuper contumacia prædicta fundata erat, Sacrum Conſilium iudicauit, ſententiam prædictam eſſe nullam; quæ omnia adeo vera eſſe putauit Leo *loc. cit. numer.* 7. vt ſi per certum tempus fuiſſet conceſſa ſecuritas mercatori decocto, nullo pacto eo pendente tempore poſſet ille criminaliter accuſari, ſicque contra eundem procedi non poſſe iudicatum teſtatur.

2 Sunt pariter omninò obſeruanda, quæ non minus doctè quam eleganter ſcripſit Regens Merlin. *controu. iur. centur.* 1. *c.* 53. vbi docet fidem Regiam indiſtinctè eſſe obſeruandam aſſecurato, quamuis Iudex, qui illum aſſecurauit, aſſecurandi poteſtatem non haberet, cuius ſententiæ *num.* 10. laudat in Authorem Bartol. *in l. is qui reus num.* 12. *ad fin. ff. de publ. iudic.* quem ſequuti ſunt Alberic. *in l. præſenti C. de his qui ad Eccleſ. confug.* Paul. de Caſtr. *conſ.* 423. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 51. *numer.* 12. Farinac. *in tract. de carcer. & carcer. quæſt.* 29. *& cõſ.* 59. *n.* 16. Surd. *conſ.* 297. *num.* 22. Borgnia. *deciſ.* 1. *num.* 45. *part.* 1. Caball. *reſolut. crimin. caſu* 118. *num.* 12. Vincent. de Franchis *deciſ.* 258. & 415. Tapia *ſuper ritu Mag. Curiæ* 287. *tit. de morator. & ſaluo conducto num.* 9. *verſ. ſed nunc videamus lib.* 4. *Iuris Regni* Rouit. *in pragm.* 1. *de guidatico num.* 3. *Paſcal. de virib. patriæ poteſt. par.* 4. *cap.* 3. *num.* 37. Giurba *conſ. crimin.* 22. *num.* 3. *& conſ.* 80. *n.* 12. Molfeſ. *ad conſuet. Neap. par.* 4. *quæſt.* 57. *in addit. num.* 2. quo loci hoc ſeruatum fuiſſe dicit in quodam Bannito capto ſub falſa ſecuritate, ſicque fuiſſe illum in priſtinam repoſitam libertatem, idémque ſcripſit Hieronym. de Leo *loc. cit. num.* 6. & hoc ne quis ſub fide publica deceptus remaneat, nil enim naturali Iuri magis conuenit, quàm fidei obſeruantia, teſte Vulp. *in l.* 1. *ff. de pactis, & in l.* 1. *ff. de conſtit. Princip.*

## *ARGVMENTVM.*

Delictum grauiſſimum an municipali lege ſtatui poſſit, vt per teſtes ſingulares probetur. Princeps an poſſit ex cauſa ſtatuere, vt vni tantum teſti credatur. Trium Latronum in tormentis emanata confeſſio, an plenè contra Fautores, Receptatores, & participes probent, & de aliis.

## DECISIO CLXXXVIII.

EMANATA Regia Pragmatica aduerſus Receptatores facinoroſorum hominum, qua ſancitum extitit, ſat eſſe ad hoc delictum probandum depoſitionem trium ex receptatis, quamuis ſingularium, ac de actibus diuerſis deponentium, dubitatum fuit, an ordinatio hæc iuſta eſſet, vel potius contra ius promulgata, cum de iure communi in omni probatione duo ad minus requirantur teſtes, & quod ſint concordes & non ſingulares, ad tex. *in cap. vbi numerus. ff. de teſtibus in cap. tam litteris*, vbi gloſ. *extra eod. & in Canon. nihilominus* 3. *quæſt.* 8. 1

Exiſtimabatur, ſubſiſtente cauſa legitima, poſſe Principem hoc ſtatuere, & quod ita aliàs in Regno ſtatutum reperiebatur, in cap. quod incipit *Vulgaris famæ proloquium*, vbi in illo caſu teſtes ſingulares plenè probant, idémque videtur tenere Bald. *in l. dictantibus C. de teſtament.* & clariùs Aret. *in cap. ſuper il* 3. *num.* 2. *extra de teſtibus*, vbi dicit poſſe Imperatorem ex cauſa, vel propter qualitatem cauſæ, vel propter honeſtatem perſonæ ſtatuere, quod vni ſoli teſti credatur, ſubdens ex Bald. *in l. fin. C. de Conſtitut. Princip.* hoc pariter ſtatuere poſſe Vniuerſitatem, quæ iuriſdictionem habet, puta Collegium Mercatorum; Confirmabatur hoc ea quidem ratione, cum validum ſit argumentum affirmatiuum, vt omne illud quod poteſt fieri per pactum, poſſit & per ſtatutum; ita gloſ. *notab. in rubr. C. decret. decur. lib.* 11. Bald. *in d. l. fin.* Iaſ. *in l. de quibus numer.* 57. *ff. de legib.* ſed per pactum poteſt fieri quod vni ſoli teſti credatur, vt latè Aretin. *in cap. propoſuiſti col.* 2. *&* 3. *de probation. in l.* 1. §. *fin. ff. de verb. obligat.* ergo poſtquam hoc poteſt fieri per pactum, poteſt etiam per ſtatutum, ſicque dictum fuit iuſtè fuiſſe Pragmaticam illam promulgatam. 2

## OBSERVATIO.

PRagmatica Sanctio hìc relata, cuius Dom. Reg. noſter fuit vnus ex conditoribus, eſt 1. §. 6. *de exul. & 6. de recept. in nouiſſimo Pragmaticarum volumine.* ad cuius plenam declarationem vide Dom. Reg. Rou. *ibidem*, qui *num.* 6. ad confirmationem eorum, quæ in hac Deciſione habentur, nimirum, vt poſſit Princeps ex cauſa ſtatuere, vt etiam vni tantum teſti plena habeatur fides, citat Conrad. *in templo iudic. lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. *verſ. quinto propè princ.* & Aretin. *hîc* citatum, & de multis caſibus, in quibus de iure communi creditur vni ſoli teſti, habetur, *per ſpecul. in tit. de teſt.* §. *reſtat num.* 8. *cum plur. ſeqq.* vbi triginta connumerat caſus, in quibus vni tantum teſti creditur, & alium caſum, in quo de Iure Regni ad plenam probationem ſat eſt confeſſio trium Sociorum criminis, refert D. de Franchis *dec.* 570. vbi in terminis *cap. Regni* quod incipit *frequens & effrenata*, dicit, quod ſtatur 1

Digitized by Google

tur teſtimonio trium latronum in tormentis deponentium de ſe ipſis contra fautores, receptatores, & participes, dummodo eorum quilibet ſecretò deponat, itavt alter de alterius depoſitione ſit ignarus; quod quidem cap. dicit D. de Franch. fuiſſe demùm modificatum per aliud cap. quod incipit *conſtitutionem Diuæ memoriæ*, nimirum, vt procedat quando prędicti nominati per dictos tres Latrones modo quo ſupra fuerint læues, & infamatæ perſonæ.

## ARGVMENTVM.

Gabella, ſiue ius Dohanæ vbi ſolui debeat, ſi mercium venditio fuit facta in vno loco, & traditio in alio; & quid ſi venditio fuit facta ſub conditione, an ea purificata habeatur, ac ſi à principio contractus extitiſſet purè initus. Res vendita ſub conditione, ſi ea pendente perierit, cuius erit periculum, & quid ſi fuit facta purè, verum cum reſeruatione Dominij pendente ſolutione pretij.

## DECISIO CLXXXIX.

1 PRÆTENDEBANT Regius Fiſcus, & Arrendator maioris fundaci huius ciuitatis, fuiſſe, vulgò dicimus interceptum quoddam ferrum notabilis ponderis, quod Arrendatores Tertiariarum ferri, eorum propriis nominibus abſque dirictuum ſiue iuris fundaci ſolutione, ſtante immunitate, qua potiebantur, ad hanc Ciuitatem immitti fecerunt; & hoc ſub eo prætextu, quod emptum fuerat in ciuitate Barcinonæ, cum pacto quod hic Neapol. eſſet conſignandum, & pretium ſoluendum, & quod interim in emptorem Dominium non transferretur; ſed ſolum datum in commendam, quocirca Regius Fiſcus allegabat pro ſe ritum, & decretum Regiæ Cameræ, quibus prouiſum eſt, quod ſi venditio fiat in vno loco, & traditio in alio, ibi ius Dohanæ ſolui debet vbi fit traditio, non autem vbi factus fuit Contractus; vnde dicebatur, quod licèt emptum fuerit Ferrum Barcinonæ, poſtquam traditio in hac Ciuitate facta fuit, & Ferri dominium traditionis tempore non erat adhuc in Arrendatores tranſlatum, ſed adhuc permanebat in poſſe venditorum; qui exteri erant, ſicque à Iuribus Dohanæ non immunes; ergò eorum nomine debebat fieri immiſio, & ſucceſſiuè ab eiſdem dirictus ſolui, quare cum ab Arrendatoribus eorum propriis nominibus fuerit Ferrum immiſſum, id contigit in fraudem Dohanæ, vt fraudarentur Regij dirictus, ſeu iura Fundaci, & conſequenter prætendebat Fiſcus fieri locum commiſſo ad tex. *in l. fraudati*, & *in l. commiſſa, ff. de public. & vectigal.* vnde dubitatum fuit, an Fiſci inſtantia eſſet Iuri conentanea.

Exiſtimabatur Arrendatores Ferri eſſe ab- 2 ſoluendos nàm cum ſtante capitulatione cum Regia Curia inita de eorum immunitate à iuribus Fundaci dubitari non poterat, nulla erat facienda vis quod tempore immiſſionis ferri empti, dominium non erat Arrendatoribus acquiſitum, quia ſat erat fuiſſe emptum pro commodo Arrendamenti, & dominium ſoluto pretio, erat omninò in Arrendatores transferendum, ſicque dici poterat, immunitatem fuiſſe Ferro conceſſam, argum. tex. *in l. licitatio, §. res exercitui paratas ff. de public. & vectigal.* vbi res, quæ exercitui paratæ ſunt, dato quod in exercitu non ſint, vectigalium gaudent immunitate, ita dicebatur à fortiori in caſu propoſito, nam cum pro arrendamento fuerit Ferrum emptum, & pro ſui vtilitate ad hanc ciuitatem immiſſum, licèt immiſſionis tempore in Arrendatores non fuiſſet tranſlatum dominium ob pretium non ſolutum non per hoc affirmari poterat fuiſſe illos ad iura vectigalium abſtrictos; etenim perfectus fuit contractus Barcinonæ, illáque Dominij translatio non ad alium finem facta fuit, niſi pro venditoris cautela, vt ſecurus eſſet, pretium ſibi fore ſoluendum vt expreſsè dixerunt Cepol. *caut.* 124. quæ incipit *vulgaris eſt regula*, & Neguſ. *de pignor. par.* 5. *memb.* 2. *n.* 3. faciunt per Bald. *in rubr. C. de contrah. empt. quæſt.* 13. vbi dicit, quod pretio ſoluto, alia non requiritur traditio, immo illud dominium ad tempus initi contractus retrotrahitur, idémque Oldrad. *conſ.* 139. Confirmabantur hæc omnia ex ritu Regiæ Cameræ *ſub tit. de iure Dohanæ. §. item ſi venditio, & traditio*, vbi habetur, quod ſi mercis venditio, & traditio ſub conditione, vel die incerta, quæ loco conditionis habetur, facta fuerit, ſequuta conditione illi gabelloto Dohanæ ius erit ſoluendum, qui erat tempore Contractus, non autem illi, qui reperitur tempore, quo fuit ſequuta conditio, ita dicebatur in caſu propoſito, quod poſt quam dominium extiterat reſeruatum, donec, & quouſque pretium ſolueret, eo demùm ſoluto retrotrahebatur ad tempus Contractus, immo dici poterat, illam Dominij reſeruationem potius fuiſſe ſuſpenſiuam Dominij tranſlationis, quàm propriè impeditiuam, donec pretium eſſet ſolutum, nec eſt inconueniens quominus aliquando ex cauſa dominium alicuius rei ſuſpendatur, vt dixit Angel. *in l. antiqui. ff. ſi pars hæred. pet.* Vnde

OBSER

## OBSERVATIO.

1 EA Concluſio ex hac Deciſione elicitur, vt facta venditione cum reſeruatione Dominij, donec pretium ſoluatur, ſequuta demùm ſolutione habeatur, ac ſi dominium à die initi Contractus in emptorem tranſlatum eſſet, idémque quando venditio ſub conditione, vel die incerta celebratur, vt purificata conditione, vel die incerta adueniente, habeatur, ac ſi à principio Contractus extitiſſet purè initus, ſicque illud tempus attendendum, non autem purificatæ conditionis, vel incertæ diei aduentus, ad eius quidem concluſionis corroborationem Dominus Regens affert ritum Regiæ Cameræ, *ſub tit. de iure Dohana. §. item ſi venditio, & traditio*, vbi habetur, quod ſi merx ſub conditione, vel die incerta vendatur, adimpleta poſtea conditione, vel adueniente die incerta, illi Gabelloto ius Fundaci erit ſoluendum qui erat tempore Contractus, non autem illi, qui reperitur tempore aduenientis conditionis, vel diei incertæ. Tu modò ad prædicta confirmanda, vide Gregor. Lopez *in l. 26. tit. 5. par. 5.* quo loci expreſſis verbis dicit, quod quando eſt purificata conditio, emptio habetur, ac ſi contracta eſſet in præteritum, & ac ſi purè contractus fuiſſet, allegat tex. *in l. potior, & in l. qui balneum. ff. qui pot. in pign. hab.* hinc videmus, quod ſi res vendita conditione pendente deterioraretur, emptoris erit periculum, ſecùs verò ſi eſſet in totum perempta quia tunc venditoris, hic eſt tex. *in l. neceſſaria. ff. de peric. & comm. rei vend. & in d. l. 26. tit. 5. p. 5.* Paul. de Caſtro *in l. 1. C. de peric. & commod. rei vend.* poſt Bald. *in d. l. neceſſario in add. verſ. 2. nota quod pendente conditione,* Anton. Gomez *var. reſol. in tit. de empt. & vendition. ante num. 33. verſ. item prædicta*, vbi dicit, ideo, quando res eſt in totum perempta venditoris eſt periculum, quia cum res tempore exiſtentis conditionis non reperiatur, non eſt in quo fundetur venditio, ſicque cum perfici non poſſit, quia extremum deficit neceſſarium, pro non facta habetur, quod ſecus eſt quando res vendita eſt deteriorata, quia tunc extat. Hæc quando venditio facta eſt ſub conditione, & contingit peremptio vel deterioratio, at quando purè facta eſſet, ſed cum reſeruatione Dominij pendente pretij ſolutione, tunc indiſtinctè, ſiue res vendita ſit perempta, ſiue deteriorata, priuſquam pretium ſoluatur, emptoris erit periculum, hic eſt tex. cum gloſ. *in l. ſicut emptio 23. ff. locat.* Boſſ. *de remiſſ. merced. num.* 102. Gratia. *diſcept. forenſ. cap. 523. n. 17.*

## ARGVMENTVM.

Legitimatio facta per reſcriptum Principis ex quibus vitietur, non obſtantibus ampliſſimis clauſulis in legitimationis priuilegio appoſitis. Filiatio vt legitimè dicatur probata, quæ concurrere debent, & de pluribus circa vitium Subreptionis, & Obreptionis.

*D. De Mariniis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## DECISIO CXC.

IN priuilegio Legitimationis, quod Iacobus N. filius naturalis vt ipſe dicebat quond. Antonij à Carolo Cæſare tunc Rege noſtro obtinuerat, inter ampliſſimas clauſulas, quæ appoſitæ erant legebatur, vt plenè, pleniſſimè, ex certa ſcientia, motu proprio, ac omnimoda poteſtate reſtitutus ille cenſeretur ad primæua Iura naturæ, in qua nulla legitimorum, & illegitimorum fiebat diſtinctio, & quod frui, & gaudere potuiſſet omnibus, & quibuscumque honoribus, dignitatibus, præeminentiis, prærogatiuis, iuriſdictionibus, gratiis, & iuribus quas, & quæ illicita procreatio abſtulerat, ac ſi fuiſſet de legitimo matrimonio procreatus, præterquam ad ſucceſſionem bonorum paternorum, cuius quidem legitimationis tenore attentè, ſupplicationem in Sacro Conſilio porrexit qua inſtabat, ſententia mediante, ipſum declarari debere nobilem Sedilis Nidi, ſicque gaudere omnibus, honoribus, authoritatibus, & præeminentiis, provt eiuſdem Sedilis nobiles gaudebant, & ad fundandam intentionem ſuam allegabat ea, quæ in terminis terminantibus in caſu ſimili fuerunt allegata, & deciſa ſupra *deciſ.* 102. ſed excipientibus Nobilibus de Sedile, caſum eſſe diuerſum, & quod actoris legitimatio ſubreptitiè, & obreptitiè obtenta erat, dubitum fuit, Quid Iuris? 1

Diſcuſſis ambarum Partium iuribus in collaterali Conſilio ad relationem Sacri Conſilij, fuit ſolemniter deciſum, Nobiles fore ab impetitis per Iacobum abſoluendos, tribus tantùm ex treſdecim votantibus diſſentientibus. Deciſionis Ratio fuit hæc, quia Actor non ſolùm non probauit, provt tenebatur ſe eſſe talem, qualem ſe aſſeruerat, filium ſcilicet naturalem Talis, & ex ſoluto, & ſoluta ſuſceptũ, ſed quod peius Nobiles conuenti totum contrarium probarunt, nimirum, quod tempore quo allegabatur, actorem fuiſſe natum, Pater ſuus erat vxoratus, & non aliter ſolutus, provt fuerat in ſupplicatione legitimationis expreſſum, ſicque legitimatio hæc, nedùm ſubreptitia dicebatur, id quod euenit quando verum tacetur; ſed fuit obreptitia cum fuerit expreſſa falſitas, quo caſu in gratioſis ipſo iure gratia vitiatur, vt ex tex. *in cap. conſtitutus* vbi Abb. *in 2. notab. & in cap. poſtulante de reſcript.* & ibidem Felyn. *allegans*, Bald. *in l. eam quam C. de fideicom.* qui dicit ita Oldr. conſuluiſſe *conſ.* 226. idémque Roma. *in l. ſi vero, §. de viro. ff. de ſol matr.* Abb. *in cap. per venerabilem, qui filij ſint legit.* & alij, nec placuit Actoris replicatio, dum dicebat, hoc Obreptionis vitium fuiſſe purgatum per alias clauſulas in priuilegio proditas, legebatur enim vt prodeſſet legitimatio, ad- 2



Digitized by Google

huc ſi ex damnato, & nefario coitu natus eſſet; ad quod fuit allegatus Bald. *in d. l. eam quam*, Felyn. *in d. cap. poſtulaſti col. 4. verſ. declara prædicta*, & Goza. *conſ.* 48. *n.* 13. & melius *conſ.* 85. *n.* 23.

3 Legebatur pariter alia clauſula, vt de Subreptionis, & Obreptionis vitio opponi non potuiſſet; fuit enim reſpōſum Primò, huiuſmodi clauſulas potiùs ex ſtylo Cancellariæ quam ex Principis mente fuiſſe ſcriptas ſicque nullius momenti; ad tex. *in clem.* 1 *de præbend.* Secundò, clauſulas prædictas aliquid operari poſſe dicebatur, quando Subreptionis vitium ſe offert, & ſic quando eſſet aliquid omiſſum & non expreſſum, quod exprimi debebat; ſed quando eſt expreſſum falſum, provt in caſu, de quo agebatur, tunc nullo pacto hæ clauſulæ aliquid operantur, quia maius eſt vitium falſum exprimere, quàm verum tacere, nec eſt ita odioſus tacens verum, ſicut exprimens falſum, videantur Abb. *in clem. Sedes col.* 2. & *in* 2. *limit. de reſcript.* Felyn. *ibid. col.* 3. Ruin. *cōſ.* 158. *col.* 7. *lib.* 1. & *in conſ.* 88. *lib.* 3. vbi in terminis terminantibus dicit, quod licèt clauſulæ in legitimationis priuilegio poſitæ Subreptionis vitium tollere poſſint, quando verum eſt omiſſum, non tamen Obreptionis vitium tollunt, quando falſum eſt expreſſum, quia plus eſt mentiri quàm verum tacere; allegat notata per Innocent. *in cap. dilecta de reſcript.* idémque Anton. de Butr. *in c. ex parte de capel. Monach.* Alex. *conſ.* 60. *in fine* & 195. *lib.* 2. Gozad. *conſ.* 2. *num.* 25. facit tex. *in l. ſi legibus C. ſi contra ius, vel vtil. publ.* & *in cap. Sedes Apoſtolica de reſcriptis*, quod mendax præcator debet penitùs carere impetratis; etenim clauſulæ huiuſmodi Principis ſcientiam non arguunt; niſi in his quæ iuris ſunt; cum omnia iura in Scrinio pectoris habere præſumatur, ea verò quæ facti alieni ſunt ignorare præſumitur: *cap.* 1. *de conſtit. in* 6. ita de clauſulis ex certa ſcientia de plenitudine poteſtatis, & ſimilibus, ratiocinantur Bald. *in l. fin. C. ſent. reſc. non poſſ.* & Socin. *conſ.* 120. *lib.* 3.

## OBSERVATIO.

1 De hac Deciſione memores fuimus ſupra *in obſeruatione ad deciſ.* 102. ibique pariter annuimus in hac cauſa pro ſedile ſcripſiſſe inſignem Iuriſconſultum Pyrrum Antonium Lanarium, provt in allegationibus impreſſis inter conſ. D. Reg. de Ponte *lib.* 2. *conſ.* 20. ſed non in omnibus Codicibus; etenim hic vir doctiſſimus dicebat Primò, actorem Antonij ſui prætenſi patris nullo pacto probaſſe, filium eſſe, nam, cum ad filiationem probandam duo ſoleant articuli fieri primus circa proprietatem filiationis, quod ſcilicet aliquis ſit filius natus in domo ex vxore, vel concubina vicinis ſcientibus; ſecundus, quod habitus fuit & tractatus vt filius; ad trad. per Bart. *in l. non nudis C. de probat. in l.* 1. *C. quorum bonorum* & *in l.* 2. §. *ſi per contrarium. ff. de liber. agnoſc. per Canoniſtas, in cap. per tuas de probation.* Gloſ. *in cap. Michaël, de filiis presbit.* & per Bald. *in l. ſi vicinis C. de nupt.* & *in l. filium diffinimus. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni Iur.* hoc perperam probatum extiterat, nam & ſi pater illum in filium de teſtamento ſuo nominauerit, hæc tamen nominatio, nec filiationem, nec quaſi poſſeſſionem probat, ſunt iura *in l. non nudis*, & *in l. non Epiſtolis C. de probat.* idque maximè in tertij præiudicium & probatio facta per teſtes ex duobus corruebat, Primò quia legitimam cauſam ſcientiæ non aſſignabant, non enim ſat eſt vt teſtis deponat vidiſſe Antonium tractare Iacobum vti filium; ſed debet deſcendere ad ſpecies & cauſas tractatus; ad tradita per Bart. *in l. mutum in fine. ff. de acquir. hæred.* & hoc maximè in filio naturali, cuius paternus tractatus non eſt ita ordinarius, Secundò dicebatur tractatus probationem non eſſe concludentem, quia non ſolùm ſpecies à teſte id concludens exprimenda eſt, ſed talis quæ ſoli filio conueniat, nec ſit actus indifferens; Bart. *in l.* 2. *ff. de liber. agnoſc.* Butr. *in cap. per tuas*, & *in cap. Michaël de fil. presb.*

Secundò quando filiatio eſſet probata, dicebat Dom. Lanarius quod adhuc corruebat legitimatio, quia non ritè facta; fuit enim expoſitum, Iacobum fuiſſe ex ſoluto, & ſoluta natum, ſicque eſſe eum naturalem, & non fuit probatum immò contrarium conſtabat vnde fiebat locus concluſioni, quod quando impugnatur reſcriptum, ex eo quod impetrans aliquid falsò aſſeruit, onus probandi veritatem aſſertorum incumbit impetranti; ita Io. Andr. *in cap.* 1. *de lit. conteſt. in* 6. Abb. *in cap. conſtitutus de reſcript.* & *in cap. fin. de præſump.* Dec. *in conſ.* 198. & *in d. cap. conſtitutus*, vbi etiam Felin. & cùm nihil circa hoc fuerit probatum, vt actorem releuaret, remanebat clara obreptio, & ſubreptio, quæ etiam minima reſcriptum vitiat, *c. ſuper litteris cap. poſtulaſti*, & *cap. ſi proponente de reſcript.* Nec obſtabant clauſulæ in fine legitimationis appoſitæ, & ſignanter ea, quæ iubet non poſſe de ſubreptione opponi, quia cum falſum fuerit expoſitum, nimirum quod fuerat Iacobus ex ſoluto, & ſoluta natus, hoc parit vitium obreptionis, & ſic mendacium, vnde diſpenſatio falſa quoad vitium ſubreptionis, ad illud obreptionis, non extenditur, cum ſit iſtud potentius, & magis enorme; Innocent. *in cap. cum dilecta, de reſcript.* Butr. *in cap. ex parte de capell. Monach.* Alex. *conſ.* 60. *col. fin. lib.* 2. & alij. Nec pariter obſtabat clauſula, ſubreptionem excludens, quia intelligitur excludere ſubreptionem procedētem ex ignorantia, non autem ex mendacij expreſſione, Ruyn. *conſ.* 29. *lib.* 4. nec & aliæ clauſulæ ſcilicet diſpenſatio ad leges illas, & præſertim dum dicitur, etiam ſi ex quouis illicito coitu eſſet natus, nam hac diſpoſitione non obſtante, cum nullius ſit ponderis, omnes DD. concludunt, legitimationem non valere; ita Alex. *d. conſ.* 60. Ruyn. *conſ.* 88. & alij; ſic pariter, & illam clauſulam *motus proprij, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis*, quia quando præſupponitur, quod ex his, quæ in facto conſiſtunt; obreptitium ſit legitimationis priuilegium, nihil clauſulæ iſtæ operantur: Bald. *in l. fin. C. ſent. reſc. non poſſe*, Io. Andr. *in c. porrecta de confir. vtil. vel inut.* Socin. *conſ.* 12. *latè* Dec. *conſ.* 147.

Tertio D. Lanar. in hac legitimatione alium conſiderabat defectum, reſpectu cuius etiam fiut obreptum, cùm Iacobus nullo pacto naturalis dici poterat, vt puta natus in concubinatu legitimo, oportet námque quod filius qui legitimatur ex concubina Domi retenta natus ſit: *l.* 1. & *l. in concubinatu. ff. de concubin.* & Angel. *in* §. *conſideramus* Auth. *de trien.* & *ſemiſſe*, dicit, probandum eſſe, quod pater concubinam tenebat liberæ conditionis in domo ſua & ad 3

eius

eius vſum, vnde cum Iacobus articulauerit quod Antonius pater tenebat concubinam extra domum, & erat nobilis vidua, ergò erat Spurius, ſicque nulla dicebatur legitimatio propter obreptionis vitium, etiam ex hoc capite; augetur hæc nullitas, nam ſi natus erat ex vidua, ergo ex damnato coïtu, nimirum ex ſtupro: *l. ſtuprum.* §. *adulterium l. inter.* §. *lex Iulia. ff. de adulter.* & quantò magis ex nobili muliere natus præſupponebatur, tantò ſpurietatis conditio deterior dicebatur: Auth. *ſi qua illuſtris C. ad Sen. Conſ. Orficia.* Ruin. *conſ.* 77.

4 Alia conſiderabat D. Lanar. quæ per te vide.

## *ARGVMENTVM.*

Iuriſdictio Iudicis non ſui, ex quibus & quando prorogata intelligatur. Iudex loci originis, ſiue contractus, aut quaſi, ſiue domicilij, aut deſtinatæ ſolutionis, vel rei ſitæ, an & quando ſit competens ad cogendum debitorem vt ſoluat. Hæres in quo loco ex contractu defuncti, ſiue pro ſoluendis legatis à defuncto relictis eſt conueniendus, & de aliis pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CXCI.

1 COMMORANTE Illuſtri Marchioniſſa Polignani in Alma Vrbe, æs alienum contraxit pro ſumma Ducatorum duorum millia, quos cum intra certum tempus ſoluere in forma Cameræ ſe obligaſſet, die ſolutionis cedente non ſoluit, vnde per Curiam Romanam, eius Procuratore audito fuit cōdemnata, ſimúlque declaratum ob vim cameralis obligationis in excommunicationis ſententiam eam incidiſſe; ſed inſtante demum Creditore in hac ciuitate, vt ſententiæ prædictæ, *Regium* (vt nos dicimus) impartiretur *exequatur*, fuit in collaterali Conſilio dubitatum, An eſſet locus inſtantię per Creditorem factæ, cuius Deciſionem pendere dicebatur ab indagando, an in Iudicio Romæ moto, potuerit Marchioniſſa vti Neapolitana Iudicis non ſui prorogare iuriſdictionem, ſuo proprio non conſentiente, quā de re latè per Bald. Alex. & Iaſ. *in l.* 1. §. *& poſt operis. ff. de noui oper. nunc.* Bart. & Ang. *in l.* 1. *&* 2. *ff. de iudic.* Aret. *in c.* 1. *& in cap. cæterum de iudic.* Andr. de Iſern. *in c. Imperialem.* §. *præterea ſi inter duos de proh. feudi alien. per Fred.* Ant. de Butr. *in cap. ex transmiſſa, & in cap. ex tenore de foro compet.* Capyc. *deciſ.* 9. *per Canoniſtas omnes in cap. P. & S. de offic. deleg.* & latiſſimè per Maria. Soc. *in cap. ſignificaſti de foro comp.* ex quorum dictis illa deſumitur concluſio, nimirum poſſe quem alterius Iudicis iuriſdictionem habentis prorogare iuriſdictionem, etiam ſuo proprio non conſentiente, excepto clerico, qui tunc demum alterius Iudicis iuriſdictionem prorogare poteſt, ſi Iudex ille eſt perſona Eccleſiaſtica, & quod proprij Epiſcopi accedat conſenſus, idémque in feudatario; is enim ſi de re ad feudum ſpectante ageretur, nullatenus poſſit iuriſdictionem alterius Iudicis prorogare, Domino feudi conſentiente. Conſiderantur & aliæ fallentiæ per Doctores ſupra relatos, quæ cum ad caſum propoſitum non pertinebant, dictum fuit ſtandum eſſe Concluſioni firmatæ, quæ eò magis procedebat; ex quo Marchioniſſa contrahendo Romæ, cenſebatur ibi obligata ratione Contractus, & ſucceſſiuè forum ſortiebatur; ad tex. *in l. hæres abſens in princ.* vbi Bart. & reliqui *ff. de iudic. in cap. dilecte fili de foro compet.* & clarius *in cap.* 1. §. *contrahentes de foro comp. in* 6. ſed hoc ſemper & in omni caſu intelligendum, ſi Debitor in loco Contractus reperiatur, aliàs coram Iudice ſuo erit conueniendus: *d.* §. *contrahentes, & d. l. hæres abſens in princ.* adeo vt ſi Neapolitanus contraxerit Romæ, & ibi non reperiretur; non poterit Iudex Romanus, creditore inſtante, litteris (vt dicunt) depræcatoriis à Iudice Neapolitano petere, vt ad eum debitorem Neapolitanum remittat, ad finem reſpondendi Actori ſuper contractus obſeruantia, quia communiter receptum eſt, vt in contractibus remiſſioni non ſit locus, niſi proprij fori priuilegio debitor renunciaſſet, quia tunc eſſet omninò remittendus; ita gloſ. *in verbo pro non dato*, Bart. Alber. Rom. Alex. & cæteri omnes *in l.* 1 *ff. ſi quis in ius voc. non ier.* idem Bart. *in d. l. hæres abſens* §. 1. Felin. *in cap. fin. numer.* 22. *verſ. eſt autem regulare; de foro comp.* & alij, in caſu autem propoſito videbatur omnem ceſſare amaritudinem, quia cum Marchioniſſa Romæ in forma Cameræ ſe obligauerit, & Procuratorem conſtituerit, poſtquam ibi lis cum illo fuit conteſtata, poterit ipſa condemnari, ac ſi præſens fuiſſet qui enim mediante Procuratoris perſona in Iudicio ſiſtit, habetur ac ſi præſens eſſet; Aretin. *in cap. veniens numer.* 59. *& ſeq. extra de accuſat.* & conſequenter fiebat locus diſpoſitioni tex. *in l. à Diuo Pio,* §. 1 *ff. de vindic.* Vnde facta relatione in collaterali Conſilio per Magnificum Ioannem Andream de Curte tunc Regium Conſiliarium, fuit deciſum, brachium forè impartiendum ad finem vt ſententia Romæ lata contra Marchioniſſam debitæ exequutioni demandaretur, ex quibus omnibus vt materia iſta prorogationis iuriſdictionis Iudicis non ſui clariùs intelligeretur, aliqui fuerunt conſtituti Caſus, quorum Primus eſt, quando quis

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

in vno loco vbi ſit vel non ſit ſubditus, ſe obligauerit, ſed alibi ſoluere promiſerit, in hoc caſu Iudex loci deſtinatæ ſolutionis benè erit competens ad cogendum debitorem, vt ſoluat, ſicque dicitur illius prorogata iuriſdictio taliter vt proprius Iudex illam impedire non poſſit: hic eſt textus *in l. contraxiſſe. ff. de action. & obligat.* Imol. *in d. cap. P. & G. numer.* 97. Maria. Soc. *in d. cap. dilecte fili numer.* 9. *de foro comp.* vbi iura concordantia allegat, Alex. *in d.* §. *& poſt operis col. fin.* & Andr. *in d.* §. *præterea ſi inter duos col.* 5. *verſ. vbi verò ratione perſonæ.* Secundus verò Caſus, quando quis reperitur in aliquo loco, qui non eſt ſuus neque ratione domicilij, neque originis, ſicque dicitur ibi ſubiectus ſolùm ratione iuriſdictionis; & non ex alia cauſa, vel ex alia ſubiectione, & hoc caſu poterit hic ſine dubio alterius Iudicis non ſui prorogare iuriſdictionem, abſque ſui proprij Iudicis conſenſu, & procedet omnia in principio allegata. Tertius Caſus eſt quando quis eſt ſubditus alterius ratione feudi, de quo tractatur, & tunc ſine conſenſu directi Domini, non poſſet hic vaſſallus alterius Iudicis iuriſdictionem prorogare, & hoc modo loquuntur iura, *in cap. cæterum de Iudic. in cap. ex transmiſſa, & in cap. verum de foro compet.* & quæ notant DD. *in d.* §. *& poſt operis*, Felyn. *in d. cap. ſignificaſti in* 3. *&* 5. *limit. de foro compet.* Capyc. *deciſ.* 9. poſt Andr. *in d.* §. *præterea ſi inter duos col.* 5. *verſ. quærit gloſ.* Quartus Caſus eſt quando quis eſt vaſſallus alicuius Regis, cui ligium, & homagium præſtitit, prout ſunt omnes vaſſalli huius Regni, qui dicuntur vaſſalli ligij, ſuæ Catholicæ Maieſtatis, de quibus loquitur gloſ. *in clementina Paſtoralis de re iudic.* eſt enim Rex noſter Monarchia in Regno, vt per Andream *in proœm. conſtit.* & in hoc caſu quæſtio eſt an poſſint hi vaſſalli abſque Regis conſenſu alterius Iudicis prorogare iuriſdictionem, non enim deſunt qui negatiuam amplexi ſunt ſententiam, quam dictum fuit in puncto Iuris in Rege huius Regni forte veriorem eſſe, per text. *in cap. ex tenore de foro compet.* & vt omnia euitentur aduerſa meliùs eſſe, vt ſemper Dom. Rex ſuis ſubditis precipiat, ne coram alio litigent; & quod hoc mandatum ſine dubio fieri poteſt, vt eſt caſus *in d. cap. ex tenore*, adhuc ſi de feudo non agitur, ſed de alia re.

## OBSERVATIO.

1 IVre quidem in caſu huius Deciſionis per collaterale Conſilium fuit impartitum brachium ſententiæ in Curia Romana contra Neapolitanam latæ, cum in facto verum eſſet Romæ Marchioniſſam ibi conuentam contraxiſſe, ſicque ratione Contractus illius forum ſortiebatur: hic eſt text. *in cap. fin. de foro comp. & in cap. Romana.* §. *contrahentes hoc tit. in* 6. & licèt iura hæc loquantur, quando perſona quæ contrahit in loco Contractus inueniatur, alioquin abſens compellendus non eſt præciſè reſpondere vt ſe defendat coram Iudice loci contractus, vt ex iuribus modo allegatis, probant Innoc. *in c. dilecti* 17. *intra n.* 2. *de for. comp.* Maria. Socin. *ibi n.* 23. Couar. *pract. quæſt.* c. 10. *n.* 3. Gaill. *pract. obſeru. lib.* 2. *obſeru.* 36. *n.* 14. Petrus Barboſ. *in l. hæres abſens.* §. *proinde à num.* 41. *ff. de iudic.* & alij relati à Conſil. Carleu. *tract. de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 218. id quod pariter in foro originis, vt coram illius Iudice originarius conueniri non poſſit niſi ibi inueniatur, poſt Bart. Abb. & alios probat Afflict. *deciſ.* 384. *num.* 6. quem citat, & ſequitur Rouit. *in pragm.* 1. *num.* 9. *de immun. Neapolitan.* attamen conſenſiit Marchioniſſa quamuis Neapoli degens, vt Romæ illius Iudex contra ipſam procederet, dum citata, Procuratorem ad ſe defendendum ibi conſtituit & ſic eſto millies, quod Iudex Romanus fuiſſet incompetens, ex eo quod Marchioniſſa ratione Contractus in Vrbe conuenta ibi non reperiebatur, benè tamen dum incompetentiam non oppoſuit, poterat Iudicis Romani iuriſdictionem prorogare, dum aliàs non erat prorſus incompetens, ad tradita per Afflict. *deciſ.* 27. & per Me in notabili caſu *reſol. iuris lib.* 2. *cap.* 203.

Ad Confirmationem autem, ſiue maiorem claritatem illius Concluſionis hìc firmatæ, vt Iudex loci deſtinatæ ſolutionis benè ſit competens ad cogendum debitorem vt ſoluat ex diſpoſitione tex. *in l. contraxiſſe ff. de action. & obligat.* vide ſi placet, quæ Egomet dixi *cit. lib.* 2. *cap.* 108. vbi probaui, inſtrumentum, creditore inſtante, poſſe in eius foro incuſari contra debitorem alterius fori, ſtante pacto, quod vbi Debitor fuerit in mora ſoluendi, poſſit ille conueniri in foro creditoris, in quo extitit deſtinata ſolutio, & certa domus pro citatione aſſignata. Dixi pariter, quod licèt verum ſit, vt pactum illud generale in inſtrumento appoſitum, vt poſſit Debitor in omni curia, loco, & foro conueniri, nullius ſit importantiæ, ac eo non obſtante ſit Debitor coram ſuo Iudice citandus, & non coram alio, attamen quando certus fuit electus forus, & Debitor prius quam fuerit coram illius Iudice conuentus, pactum illud non reuocauit, prout poterat, ex nimis clara diſpoſitione tex. *in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iud.* tunc non eſt cur dubitari poſſit, Iudicem eſſe competentem illum, quem in inſtrumento Debitor elegit. 2

Conſtat igitur ex prædictis Iudicem poſſe eſſe competentem ratione Contractus, & loci deſtinatæ ſolutionis, iuribus ſupra citatis, *in c. fin. de foro comp. & in c. Romana.* §. *contrahentes eod. tit. in* 6. *& in l. contraxiſſe. ff. de action. & obligat.* 3

Secundò poteſt Iudicis Competentia conſiderari ratione domicilij, ſi quis enim Romanus ad hanc ciuitatem domicilium tranſtulerit, benè hic diceretur, iuriſdictioni horum ſupremorum Tribunalium ſubiectus, ad tex. *in hæres abſens.* §. *ſi quis tutelam, &* §. *proinde*, vbi gloſ. *in verb. dubia communiter recepta. ff. de iudic. in cap. fin. in verbo domicilij extra de for. comp.* 4

Tertiò conſideratur Iudicis competentia ratione originis propriæ, vel paternæ, vt ſic contra originarium eſſet locus diſpoſitioni tex. *in l.* 1. *in principio & in l. abſumptio.* §. *filius. ff. ad municip. & in l. filios C. de municip. & origin. lib.* 10. 5

Quartò poteſt quis eſſe Iudex Competens ratione rei ſitæ, hic eſt tex. *in l. fin. C. vbi in rem actio. & in cap. ſane & in c. fin. de foro comp.* At aduertendum eſt vt quis ſortiatur forum ratione rei ſitæ, opus eſſe, vt coram 6



Digitized by Google

ram Iudice ipſius loci, in quo res ſita eſt; conueniatur ad rem illam, quam poſſidet relaxandam, ſicque adeò verum, quod ſi mera actione perſonali agatur ad rem, vt ſcilicet actori tradatur, nullo pacto conueniri poterit coram Iudice illius loci, in quo res tradenda exiſtit, ſed inſtituenda eſt actio in domicilio poſſeſſoris, ita ſane probat Petrus Barboſ. *in d.l.hæres abſens. §.proinde num.11. de ratione rei ſitæ. ff. de iudic. poſt* Angel. quem non allegat *in l. quod legatur. ff. de iudic.*

7 Sed videamus an ſicut ratione Contractus poteſt quis alterius forum ſortiri, vt ſupra demonſtratum eſt, ſic pariter ratione quaſi Contractus, qui ex hæreditatis additione inducitur inter hæredem, & legatarios, fac enim, vt Mediolanenſis à ſuo conſanguineo in hac ciuitate degente ſit hæres inſtitutus, cuius teſtamenti vigore in Tribunali noſtræ Curiæ ſit hæres declaratus, num per hoc Neapolitanũ forum ſortiatur, itavt à creditoribus hæreditariis & legatariis hìc conuetus reſpondere, & iuri ſtare cogatur. Reſpondeas negatiuè, ſed Mediolani, quod eſt locus domicilij conueniẽdus eſt, ita ſatis benè ratiocinatur D.Conſil.Carleu. *cit.tract.de Iudic.diſp.2.q.4.per tot.n.167.fol.86.* quo loci poſt Bald. *in l.omnem 20.ff.de iudic.* & Maria.Soc. *in d.cap.dilecti n. 37.de foro comp.* Duplex genus quaſi Contractus conſiderat; primum, quod per ſe ſubſiſtit, & quod aliundè dependentiam non habet, vt eſt geſtio tutelæ, vel argentariæ, ſiue publici officij adminiſtratio; ſecundum genus, quod oritur ex anteriore Iure, & hic dicitur quaſi Contractus, qui ex hæreditatis aditione inducitur, pendet enim ex Iure hæreditatis delatæ inter hæredẽ, & legatarios, ad tex. *in l.hæres quoque Inſtit.de oblig.quæ ex quaſi contrac.* in primo quaſi contractus genere probat D.Carleu. Contrahentes forum ſortiri, in loco, in quo ille quaſi contractus celebratus eſt, ſecus verò attento ſecundo, hunc enim quaſi contractum affirmat forum non tribuere, neque vbi celebratus eſt conueniri poſſe eum qui illum exercuit, idẽmque dixerat Greg.Lopez *in l.32.tit.2.par.3. in verbo En à quella Tierra,* Hinc D.Reg.de Ponte *conſ. 18. num.16.& ſeq.lib.1.* notanter aduertit pro legatis, & fideicommiſſis à defuncto relictis hæredem defuncti forum non ſortiri, ſed conueniri debere coram eius Iudice ordinario, aſſignat rationem quia hæres ad legata perſoluenda non conuenitur ex contractu defuncti, ſed ex actione, quæ poſt illius mortem ſumit initium ex perſona illius hæredis.

8 Et in terminis tex. *in l. vnica C. vbi fideicom. peti oport.* per quem ſtatutum eſt, vt fideicommiſſum ibi petendum ſit, vbi hæreditas relicta eſt; Salyc. *ibi n. 4.* docet axioma hoc ita demum procedere ſi hæres inueniatur, alioquin ſi fuerit abſens, in loco domicilij conueniendus eſt. Rationem aſſignat irrefragabilem, & ea eſt quia hæres in loco, in quo extat hæreditas, ſiue maior illius pars ex alio ad fideicommiſſum, ſiue legatum præſtandum conueniri non poteſt, niſi ratione quaſi contractus, & tacitæ deſtinatæ ſolutionis; ſed in loco veri contractus, & ſolutionis expreſsè deſtinatæ contrahens conueniri non poteſt, niſi ibidem inueniatur, ergo idẽmque ſcripſit Paul.Caſtrenſ. *in l.quod legatur 38.ff.de iudic.* quem ſequitur Iacob. *ibidem num.3.* & ex recentioribus Marc. Anton. Pereg. *in tract. de fideicom. artic.53.num.1. & 7.* & D.Conſiliar.Carleu. omninò videndus *cit.diſp.2. quæſt.5.per tot.n.357.fol.163.* quo circa meritò idem Caſtrenſ. *in l.d.hæres abſens §.1.num.8. verſic.& hoc generaliter verum,* pro regula tradit vt præter forum Domicilij, quoties dicamus, quem poſſe conueniri coram alio Iudice, qui aliàs non eſſet competens, ſed ex aliqua particulari ratione, & cauſa ſit competens, hoc eſt intelligendum, dummodò qui conueniendus eſt ibi inueniatur, idẽmque ſcripſit *in conſ. 423. intra num.4. verſic. & poſito quod ratione originis,* cuius meminit D. Cardin. Tuſc. *pract. concluſ. tom.4. lit.F.concluſ.443. in fin.* Dom.Conſil.Carleu. *cit.diſp.2. quæſt. 4. num. 218. verſ. quod in omni foro fol. 111.* & nouiſſimè D.Ioſeph.Caualer. *in repet.c.dilecti num.54. & ſeq.extra de for.comp.* & in Regnis Caſtellæ, de hoc eſt tex. expreſſus *in l.8.tit.9.par.1.* ibi *Pero eſto ſe deue entender fallando alli do el h'a poder de judgar.*

## *ARGVMENTVM.*

Familiares Epiſcopi qui dicantur, ad finem vt Priuilegiis, & exemptionibus Epiſcoporum familiæ tributis potiri poſſint. Colonus partiarius Clerici an pro portione ſua teneatur Laico Gabellam ſoluere. Emptor fructuum qui naſcuntur in prediis Eccleſiæ, an in ingreſſu Ciuitatis pro illis Gabellam ſoluere teneatur, & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CXCII.

PRÆTENDEBAT Epiſcopus Ciuitatis Aſculi nullo pacto adſtringi poſſe Meſſores, qui in eius Territorio metebant ad ſoluendũ gabellam, quæ exigitur ab omnibus Meſſoribus, qui ad metendum in Statu, ſeu Principatu d.Ciuitatis accedunt, ſicque illos tanquam ipſius Epiſcopi familiares hoc immunitatis Priuilegio frui debere: ad text. *in l. 1. & 2.* vbi DD. communiter *c.de Epiſc. & Cleric.* Vndè dubitatum fuit an iuſta eſſet prætenſio hæc? 1

Fuit conſideratũ caſum eſſe indubitatum in familia Epiſcopi, vt illius Priuilegio gaudeat, ſiue in perpetuum, ſiue ad tempus ad ſeruitium Epiſcopi, vel Eccleſiæ fuerit deputata, *cap fin.de offic. archid.cap.per exemptionem, & cap. penultim. de Priuileg. in 6.* notant omnes, præſertim Abb. Aret. Imol. & Fulg. *in cap. 2. de foro Compet.* ſed valde dubitabatur, An iſti Meſſores, qui breuiſſimo temporis ſpatio conducuntur, & quibus dietim merces ſoluitur, denominari poſſint de familia Epiſcopi, cum familiares illi dumtaxat dicantur, de quibus loquitur tex. *in cap.fin.* vbi Dominic. & Franc. *de verb. ſignif. in 6.* Felyn. *in cap.inſinuante de offic.de leg.* Aret. *in cap.in litteris, extra de teſtib.* vbi optimum allegat tex. *in l. præſenti. §.cum autem cap. de his, qui ad Eccleſ. confug.* quo fit vt dicamus illos propriè, & verè denominari familiares Epiſcopi, qui continuò viuunt expenſis Epiſcopi, & dicuntur propriè domeſtici, ſiue Commenſales, vt *in d. cap.fin.* vnde 2



Digitized by Google

non eſt cur dici poſſit, Meſſores iſtos, quibus dietim merces ſoluitur Epiſcopi familiares vocari poſſe. Nec obſtare dicebatur, quod ſi Meſſores à ſolutione huius Gabellæ non eximerētur per indirectum eam ſolueret Epiſcopus, ex quo maiori pretio illos conducere cogeretur, provt in ſimili notat Abb. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitut. de Molendino Epiſcopi Spoletani.* Etenim hoc in caſu propoſito in conſideratione non eſt, provt expreſsè ſentit Feder. de Sen. *cod. ſuo* III. vbi firmat verbis diſertis, Colonum partiarium Clerici pro portione ſua teneri Laico Gabellam ſoluere, & eodem modo quando ab Eccleſia eius bona Laico in affictum dantur, & tamen ſi conſideraretur quod tantò minus, vel tantò plus ex affictu haberetur, Gabella non ſolueretur quod contrarium ibi deciditur. Vnde

## OBSERVATIO.

1 PRætenſio huius Reuerendiſſimi Epiſcopi nullo iure fundabatur, cum perperam tueri poſſit, vt qui certa mercede per aliquos dies ad territoria Epiſcopi accedunt, cauſa Frumentum metendi, illius dicantur familiares ad effectum gaudendi immunitatibus à Sacris Canonibus familiæ Epiſcopi conceſſis; quandoquidem non deſunt Doctores, & grauiſſimi, qui dixerint, quod nec Coloni Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum hoc familiaris nomen merentur, vt videre eſt apud Theſ. *dec.* 22. & alios per Me relatos *lib.* 1. *reſol. iuris cap.* 117. *num.* 4. etenim nimis vulgatum eſt, illum dici familiarem, ac de familia eſſe, qui ad honeſtum aliquod ſeruitium vel officium deputatus eſt; ita vno ore ſcripſerunt Canoniſtæ, per illum tex. hîc allegatum, *in c. fin. de verb. ſignif. in* 6. quos ex recentioribus allegant Garzia *de benefic. par.* 5. *cap.* 1. *n.* 314. *& ſeq.* Pariſ. *de reſignat. benef. lib.* 5. *q. vlt. num.* 196. Azor. *inſtit. Moral. lib.* 5. *cap.* 23. *quæſt.* 8. Merceratenſ. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 75. *num.* 2. Barboſ. *de poteſt. Epiſ. par.* 3. *alleg.* 107. & alij, quos congerit Mari. Giurb. *conſ. crim.* 88. *num.* 3. vbi in puncto principali quærit, an Curiæ Epiſcopalis Notarius dicatur de familia Epiſcopi; qua de re aliqua pariter ſcripſi Ego *cit. cap.* 117. *num.* 2. *&* 3.

2 Ad illud autem quod hîc firmat D. Regens, nimirum vt Colonus partiarius Clerici pro portione ſua teneatur Laico gabellam ſoluere, & eodem modo, quando ab Eccleſia eius bona Laico in affictū dantur, dic Tu concluſionē hanc eſſe vndique receptiſſimam: etenim Doctores noſtri magis communiter dixerunt, quod licèt Eccleſia à ſolutione Gabellæ pro fructibus ſuorum prediorum, ſine dubio immunis reputetur, & ſit, attamen ſi fructus illos vendat Laico, non poteſt Laicus ille Eccleſiaſtica immunitate ſe tueri, ſed ad Gabellæ ſolutionem omninò tenetur, probat hoc Specul. *in tit. de immunit. Eccleſ. in fine,* Bald. *conſ.* 31. *num.* 1. *lib.* 1. *& conſ.* 496. *lib.* 4. Archidiac. *in cap. quanquam de cenſibus in* 6. Guid. Pap. *ſingul.* 273. Tiraq. *de communi attenſtans in tract. de vtroque retract. lib.* 1. *gloſ.* 13. *num.* 12. Boër. *deciſ.* 203. *num.* 19. Rol. à Vall. *conſ.* 6. *lib.* 4. Berth. *de gabellis par.* 7. *in princ. num.* 19. Laſſart. *de decim. vend. cap.* 19. *num.* 27. Guttierez *de gabellis quæſt.* 44. *num.* 5. Parlad. *rer. quot. cap.* 3. §. 1. *n.* 14. & Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. quæſt.* 212. vbi tamen hoc limitat, quoties Eccleſia ſuis ſumptibus, & laboribus, ac periculo promitteret merces ad Terram emptoris transferre, ita quod illarum dominium nunquam tranſlatum cenſeatur, donec, & quouſque merces in emptoris domum fuerint conductæ; hoc enim caſu, inquit ipſe, quod cum res adhuc ſint Eccleſiæ, gabellam hic emptor ſoluere non debet; allegat Dec. *verſ.* 440. & Riminal. Iunior. *conſ.* 724. *lib.* 6. quos vide.

## ARGVMENTVM.

Mulier in Ciuitate Neapolitana, an tranſmittat ad hæredes ſuos vſumfructum dotium, qui pro alimentis ei debebatur ob moram hæredum in dotem reſtituendo. Dotis Priuilegium mulieri competens, an ea mortua ad eius hæredes, etiam extraneos tranſeat. Hæredes mulieris an pro recuperanda dote illi promiſſa, & non ſoluta, poſſint ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis recurſum habere, & de aliis.

## DECISIO CXCIII.

VIGET conſuetudo in hac Ciuitate in ſcriptis redacta, incipit *Viro mortuo*, quod ſi ſoluto matrimonio per mortem Viri, eius hæredes ſunt in mora Dotes ſoluendi, conſequitur Vxor ſuperſtes pro ſuis alimentis vſumfructum illarum ad rationem in dicta conſuetudine præſcriptam, qua diſpoſitione ſic ſtante, in cauſa Illuſtriſſ. Antoniæ de Baucio filiæ olim Comitis Vgenti Rebellis, fuit dubitatum, ſi Vxor poſtea moriatur, dote ſibi non ſoluta, an vſusfructus, qui illi debebatur, tranſeat in filios ſuperſtites, adeo vt ab illo tempore, quo Dotes ſolui Rebebant, & non fuerunt ſolutæ, debeatur filiis vſusfructus. 1

Diſcuſſo hoc dubio in Regia Camera ſub die 4. Iunij 1547. iſto Domino Regente referente, fuit deciſum pro parte affirmatiua, nimirum Dotis vſumfructum in filium tranſire, cognitúmque, ſic pariter aliàs Sacrum Conſilium determinaſſe referente D. Cicco Loffredo tunc huius Senatus Preſidente in cauſa filij, & hæredis Elionoræ Saponis penes Nicolaum de Cæſaris act. Magiſtrum, & quod in fortioribus terminis; nimirum in hærede extraneo hoc dixerit Napoda. *in d. conſuet. Viro mortuo,* in verb. *Vxore ſuperſtite,* per optimas rationes, vt ibi & in filio videtur eſſe caſus *in conſuet. ſi mulier nupta*; & de iure communi dicebatur ſatis eſſe clarum per notata à Bart. *in l. poſt dotē col. pen. ff. ſolu. matr.* vbi dicit, quod cum Priuilegiū dotis potius rem, quàm perſo- 2



Digitized by Google

nam concernat, tranſit ad hæredes, etiam extraneos;& ſi dicimus perſonam tantũ concernere, ſine dubio tranſit in filium, vt eſt text. *in l.aſſiduis.§.exceptis C.qui potio.in pigno.habe. & in l.* 1. *iuncta gloſ. cap. de Priuileg. dotis.* Vnde

## OBSERVATIO.

1 CVm D. Regente hîc, in illa concluſione quod dotis Priuilegium mulieri competens tranſeat, ea mortua, ad eius hæredes, etiam extraneos, conueniunt Crot. *in l.filiusfam. §.diui num.*171.*ff. de lega.*1. Rola. à Vall. *conſ.*85. *num.*33.*lib.*1.Gozadin. *conſ.*97. *num.*10. Rube.Alex.*conſ.*78. Seraph. *deciſ.*678. *num.* 11. Molfeſ. *ad conſuet.noſtras par.*6.*de iure dot. quæſt.*3. *num.*19.Noalis *in ſuo tract.de tranſmiſſ.caſu* 22.*num.*3. Ego ipſe *reſol.iuris lib.*2. *cap.*19.*num.*7. *&* 8. vbi hoc pro indubitato affirmaui, quoties de dotis reſtitutione tractatur, nimirum quando hæres mulieris ad dotem recuperandam agit ſuper bonis Viri, ſecùs vero ſi pro dote conſtituenda ageretur; id quod contingere poſſet, quando mulier exiſtens nubilis ætatis deceſſerit, aliquo hærede ſibi inſtituto, nam hoc caſu, ſi quæres, an ius illud petendi dotem mulieri competens, puta ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, ad eius hæredes tranſmittatur, negatiuè eſt reſpondendum provt in puncto ſcripſit Cur.Iun. *in Authen.res quæ num.*22. *C.comm.de leg.* quo loci aduerſus Bald. & Caſtrenſ. dicit, & prudenter, quod in hoc caſu ceſſant omnes rationes quæ à Doctoribus conſiderantur pro diſpoſitione d. Authen.idémque & ſatis bene Peregr.*tract.de fideicom.art.*42.*à num.*42.*vſque & per totum num.* 44. vbi ait ſecus dicendum eſſe, ſi Mulier nupta eſſet, & filiis ſuperſtitibus, dote adhuc eius Viro non ſoluta, deceſſiſſet, nam eo caſu poſſent filij pro dote quæ ad eorum matrem ſpectabat ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis recurrere;contrarium autem, ſi mulieris nuptæ hæredes eſſent extranei, pro illis enim in practica obtinere ſatis difficile exiſtimauit Peregr.*loco cit.*quem vide. Vnde in hac materia ſemper diſtinguas, an hæres mulieris extraneus agat pro recuperatione dotis ſuper bonis Viri cui fuit dos ſoluta, & in hoc caſu competere ipſi hæredi omnia priuilegia, quæ mulieri competebant, dicas indubitanter; aut verò aget hæres extraneus pro recuperatione dotis ſuper bonis dotantis, qui adhuc promiſſam dotem non ſoluit, & tunc ſi quæres de Priuilegio tacitæ hypothecæ, vt poſſit hic hæres extraneus illam exercere, ſicut ipſa mulier, ſiue eius vir, cui fuit dos promiſſa, & poterit; at ſi de Priuilegio de quo *in d. Auth.res quæ & perperam:* In hærede autem mulieris adhuc non nuptæ, quia illa priuſquam nubat nullum habet priuilegium, niſi tantum actionem ad dotem ſuper bonis defunctorum parentum conſequendam, illam tantum ad eius hæredem tranſmitti abſque vllo priuilegio.

2 Sed an, quæ de tranſmiſſione ad hæredem mulieris diximus, procedant pariter vbi mulier ſoluto matrimonio pro dote recuperanda alteri iura ſua ceſſerit, vt nimirum valeat ceſſionarius eodem prælationis priuilegio potiri, quo mulier ipſa cedens à iure potitur; ſed quia hæc eſt difficilis quæſtio, deque ea vtiliter egi *citato cap.* 19. Ideoque ad ibi dicta me remitto.

## ARGVMENTVM.

Socius imperialis liberalitatis, an & quando conſequatur portionem conſocij, qui ſine hærede deceſſit. Conſocio quãdo aliquid acquiritur, an acquiri dicatur per ius accreſcendi, vel potius iure ſucceſſionis. Socius quando dicatur ſine hærede decedere. Tex. *in l. vnica C. ſi ſocius Imper. liberalit. ſine hærede deceſſ. lib.*10. an procedat in morte Ciuili. Vir, & Vxor ſi eorum bona alicui donauerint, reſeruatis quolibet anno puta decem, altero ipſorum moriente, an integrè decem ſuperſtiti debeantur, vel potius quinque tantùm; ac de aliis.

## DECISIO CXCIV.

COncesserat Rex Ferdinandus Angelo, & Hieronymo de Tarſia fratribus ſuper quibuſdam Salinis vncias viginti, videlicet cuilibet eorum decem, quamdiu viuerent; vno autem ex eis defuncto, prætentionẽ habuit frater ſuperſtes, ex diſpoſitione tex. *in l. vnica C. ſi liberalitatis Imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit lib.*10. fratris defuncti vncias decem per ius accreſcendi ad ipſum ſpectare, contradicebat Fiſcus, vnde dubitatum fuit, Quid Iuris. 1

Per Regiam Cameram, iſto Domino Regente referente, fuit pro Fiſco pronunciatum ſicque nullo pacto in hoc caſu fuiſſe locum Iuri accreſcendi; etenim conſideratum fuit cum Io. de Platea huius legis diſpoſitionem eſſe in duobus à regulis iuris exorbitantem, ac proinde pro caſus propoſiti deciſione allegari non poſſe primo quod in contractibus ſit locus iuri accreſcendi, contra tex. *in l.ſi mihi, & Titio, vbi* Bart. Aret. Alex. & omnes, *ff.de verb. obligat.* Secundò quod poſt emolumentum quæſitũ fiat pariter locus iuri accreſcendi contra id quod probat gloſ. *in l.*1.§. *interdum, in verb. admittit.ff.de vſufr.accreſc.* Præterea dicebatur diſpoſitionem d. l. vnicæ, procedere, quando vna res ſimul & coniunctim conceſſa eſt duobus, qui ſunt re, & verbis coniuncti. Vnde non poterit habere locum in caſu propoſito, in quo licèt conceſſionarij verbis fuerint coniuncti, ex quo in eadem oratione viginti vnciæ duobus fratribus conceſſæ fuerunt, tamen re omnino diſiuncti fuere; legebatur enim, damus Angelo, & Hieronymo 2

de

de Tarſia pro eorum prouiſione vncias viginti, cuilibet eorum decem. Hi enim erant omnino re diſiuncti, & conſequenter iuri accreſcendi locus eſſe non poterat, id quod bene notat Ioan. de Plat. *in eo text.* dùm dicit, quod ſi teſtator diſponeret, lego filiabus meis centum, cuilibet illarum, altera moriente, inter eas non erit locus iuri accreſcendi, ex quo ſunt re omnino diſiunctæ; tandem fuit conſideratum, quod tex. *in d.l.vnica* nullo pacto ad caſum de quo agebatur, allegari merebatur, ibi enim tunc demum vocatur ſocius, quando nullus ſupereſt hæres, nam eo ſuperexiſtente ſiue extraneo, ſiue ſuo, iſte ſocio præfertur. In caſu propoſito, ſi dicebatur quod inter iſtos fratres conſocios erat locus iuri accreſcendi, ſequebatur, quod ſocius hæres nedum extraneo ſed etiam ſuo præferebatur; facta enim erat conceſſio ad vitam, ſicque ad hæredes tranſire non poterat, *argumento tex. in §. finitur, inſtit. de vſufr.* ſi igitur non poterat ad hæredes tráſire quo pacto ad ſocium? nonne melioris eſſet conditionis ſocius, quàm filius, & hæres. Secus verò fuiſſet dicendum, ſi prædicti fratres conceſſionarij re, & verbis fuiſſent coniuncti provt cognitum fuit, eandem Regiam Cameram ſub die 9. Septembris 1576. determinaſſe in perſonam Ioan. Colæ de Tarſia Referente Præſ. Antonio Sapone.

## OBSERVATIO.

1 CVm dubitari contingat, facta conceſſione à Rege duobus benemeritis de re aliqua ſi ipſorum alter ſine hærede deceſſerit, cui portio deficiens acquiratur, an Conceſſionario ſuperſtiti, ex diſpoſitione *l. vnica C. ſi liber. Imper. ſocius ſine hærede deceſſerit lib.* 10. an vero ad Regem concedentem reuertatur, ex deciſis *hic.* Cum diſtinctione eſt reſpondendum, nimirum an Conceſſionarij verbis tantum ſint coniuncti, an verò re, & verbis, vt in primo portio deficiens ad Regem concedentem reuertatur. In ſecundo autem Conſocio acquiratur, ſicque fieri locum diſpoſitis *in d. l. vnica*; de hac deciſione memor fuit D.Reg.Conſtan. *in l.* 1 *numer.*75.*&* 76. *C. de filiis offic. milit. lib.* 12. quibus in locis ait, vt diſpoſitioni huius l. vnicæ locus ſit, neceſſe eſſe Conceſſionis verba ita eſſe concepta, vt appareat concedentem noluiſſe ſeparatim ſed coniunctim Conceſſionariis proſpicere; vnde dicit quod ſi Princeps Lutio, & Sempronio quandiu vixerint aliquid largitus fuerit, ſuperſtes prædefuncti partem obtinebit, citat Aretin. *in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. oblig.* Alex. *conſ.*30.*num.*9 *lib.*1. & Corne. *conſ.*285 *lib.*3. Idémque ſubdit ſi conſeſſio fiat duobus, & cuilibet eorum inſolidum, Alex. *loco cit.* & Curt. Sen. *conſ.*49.*num.*54. ſecus autem ſi dictio illa *inſolidum* adiecta non fuiſſet, cum verba illa *cuilibet ipſorum* diſtinguat potius, quam coniungat

2 Sed controuerti ſolet, quando Conſocio acquiritur, quo Iure acquiratur; an per ius accreſcendi, an vero Iure ſucceſſionis, & quod Iure accreſcendi hæc fiat acquiſitio dixerunt gloſ. Io. de Plat. Rebuff. & Luc. de Pen. *in d.l.vnica* Bar. Iaſ. & Rip. *in l. re coniunct. ff. de leg.*3. Idem Iaſ. *in l. ſi mihi & Titio num.*6 *ff. de verb. obligat.* Ant. Gomez *ver. reſol. lib.*1.*cap.*10.*num.*2. Guttierrez *in l. vnica C. quando non peten. par. numer.*16.*&* 45. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*22. *tit.*34. *num.*11. Etenim licèt in contractibus Ius accreſcendi locum non habeat, tamen hoc limitari in donatione à Principe facta, dixerunt DD. quos refert Mart. *in ſum. ſucceſ. legal. par.*3. *quaſt.*3.*art.*2.*num.*21. *&* 28. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 272.*& numer.* 19. Craſſ. *in §. Ius accreſcendi quaſt.*33. D.Reg.Conſta. *in d. l.*1. & alij.

Contrariam verò ſententiam, & ſic quod ad portionem deficientem vocetur ſocius Iure ſucceſſionis, non autem pro ius accreſcendi ſubſtinent, & alij, quos citat, & ſequitur D. de Maya *in d. l. vnica numer.*10.11.*&* 12.& quidem ſolidori fundamento, quia poſtquam ſocius portionem ſuam ſemel acquiſiuit, ceſſat omnino Ius accreſcendi per tex. *in l. ſi minor.*61. *ff. de acq. hæred. & in l. aquam* 16.*§. finali ff. quemad. ſeru. amitt.* excepto tamen vſufructu, & per Bar. *in d. l. re coniuncti num.* 49. ſed in terminis *d. l. vnica* D. de Maya quærit ibi, & ſatis eleganter, quando ſocius ſine hærede decedere dicatur, & poſt multa *à n.* 20. hac in re conſiderata, tandem *numer.* 37. ait hæredis nomen non eſſe largè accipiendum, vt voluit Gloſ. *ibidem* Ioan. de Plat. *num.*7. & Valenz. Piſcat. *num.*20. ſed ſtrictè, vt tantum de filiis ſit intelligendum, vel de hæredibus in teſtamento ſcriptis, non autem de his, qui ab inteſtato venire poſſ. At D. Reg. Conſt. *in d.l.*1. *num.*86. In eam, hac in re deſcendit ſententiam vt inſpicienda ſit ipſius rei donatæ natura, nam ſi res talis eſſet, quæ omnes hæredes ſequatur etiam extraneos, vel ex teſtamento vel ab inteſtato, admitti poſſe, ſuos verò ait tantum eſſe vocandos, quando ea quæ donata ſunt ad extraneos minimè pertinere poſſent: ſudit demum *num. ſeq.* hanc Imperialis liberalitatis prærogatiuam ad alias perſonas non extendi, quàm ad expreſſas in ipſa donatione; nam ſi vnus ex ſociis ſuperſtes erit filio alterius ſocij prædefuncti, ſi hic moriatur, ad illius ſucceſſionem non admittetur, ſicut admitteretur ſi primus Conceſſionarius deceſſiſſet, allegat Alex. *conſ.*204 *lib.*2. & Curt. *in tract. feud. in fine* 2.*par. p. num.*75. 3

Cætera ad ornatum *d.l. vnica*, videnda ſunt penès D. de Maya *in d.l. vnica*, vbi inter alia notatu digna quærit *num.* 42. An diſpoſitio illa verificari poſſit in morte ciuili, vt puta ſi alter ex ſociis deportatus fuerit, vel in metallum damnatus, vel fiat monachus, arguit pro, & contra, & tandē cum opinione affirmatiua reſidere videtur: quærit demum *num.* 45. illamque difficilem mouet quæſtionem, an ſi Teſtator Vxori rem aliquam legauerit, quam mandauit, vt poſt eius mortem reſtituat filiabus ſuis, vna decedente Pars, an illis defunctæ hæredem pertineat, an totum ad ſuperſtitem filiam. 4

Quæri etiam ſolet in hac materia, donatione à Viro, & Vxore alicui facta de omnibus eorum bonis, reſeruatis quolibet anno, quamdiu viuerent, puta decem modiis frumenti, quinque ſextariis vini ſex olei, &c. vno moriente nùm alter ſuperſtes debeat habere integra decem, quinque, ſex, &c. Pro huius Dubij reſolutione vide Guid. Pap. *deciſ.*204. vbi ex theorica Bar. *in l. re coniuncti numer.*42. *ff. de leg.*3. *& in l. ſi mihi. ff. de verb. oblig.* Medietatem tantum deberi, nec in hoc caſu vendicare ſibi locum ius accreſcendi deciſum refert: quærit pariter ibidem Guid. Pap. ſi à Viro, & Vxore poſt eorum mortem alicui Monaſterio bonorum eorum donatio facta fuerit, ſi ipſorum alter deceſſerit, num Monaſterium petere poſſit bona illius, qui defunctus eſt, vel amborum mors erit expectanda, & affirmatiue reſpondet, cui ſententiæ 5

adhæ

Digitized by Google

adhæſerunt Addentes *ibi*, & Gutt. *diſcept. forenſium cap.*299.*&* 707. fuitque originalis ſententia Cin. *in l. penul. C. de impub. & aliis ſubſtit.*

## ARGVMENTVM.

Tex. *in l.* 1. *C. ſi liberalitatis Imperialis ſocius ſine hærede deceſſ.r. lib.* 10. an procedat in feudis, & de aliis ad ornatum tex. *in cap.* 1. *de fratrib. de nouo beneſ. inueſtit.* Frater an ſuccedat in feudo fratris, quando inueſtitura canit pro ſe, & hæredibus ex corpore.

## DECISIO CXCV.

1 SVPPONITVR hîc in facto Regem Catholicum felicis memoriæ tribus fratribus nobilibus familiæ de Dentice pro ipſis filiis, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus in ſeruitiorum remunerationem in feudum conceſſiſſe annuos Ducatos tercentum functionum Fiſcalium; euenit demùm, ex illis alterum ſine filiis è viuis deceſſiſſe, vnde prætendebant ſuperſtites defuncti portionem eis per ius accreſcendi fuiſſe delatam, ex diſpoſitione text. de quo *in deciſione præcedent. in l. vnica C. ſi liberalit. imperial. ſoc. ſine hæred. deceſſiſſe. lib.* 10. Contradicebat Fiſcus, quo factum fuit vt dubitaretur an textus iſte in feudis locum habeat.

2 Diſcuſſo Articulo in collaterali Conſil. ad relationem R. Cameræ, communi voto per Dominos Regentes R. Cancel. & Præſidentes R. Cameræ fuit deciſum pro Fiſco. Fundamentum huius determinationis eſt, quia, quamuis negari non poſſit quæſtionem eſſe inter Doctores, an text. *in d. l. vnica* locum habeat in feudis, nec deſunt, qui affirmatiuam inſequuti fuère ſententiam, vt videre eſt penès Franc. Curt. *conſ.* 49. Alex. *in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. oblig.* & Franc. Curt. Iun. *in tract. de feudis in* 2. *par. princip. verſ. tertia principalis eadem dubitatio*, tamen cognitum fuit opinionem contrariam, nimirum, quod text. præd. nullo pacto in feudis procedat, veriorem, & magis communem eſſe, illamque ſatis benè probari de Iure communi feudorum, *in cap.* 1. *de duobus fratribus à capit. inueſt. in cap.* 1. *de beneſ. frat. in cap.* 1. *in princ. de fratrib. de nouo beneſ. inueſt. & in cap. & quia vidimus verſ. cùm vero.* Corradus, *de his, qui feud. dare poſ.* & in his iuribus Andr. qui expreſsè hanc firmat opinionem, idemque Cyn. & Salic. *in l. vnica C. quando non petent. par. peten. accreſ.* Martin. Lauden. *in d. cap.* 1. *de fratribus de nouo beneſ. inueſt.* Corne.



latè, & bene *conſ.* 96. *Circa præſentem conſultationem, lib.* 3. & Franc. Cur. Iun. *vbi ſupra.* Etenim Iura prædicta feudalia expreſsè dicunt, quod ſi duobus fratribus communiter eſt feudum conceſſum, altero ſine filio maſculo decedente, feudum ad ſuperſtitem non peruenit, niſi hoc in conceſſione per pactum ſit expreſsè dictum, ergo dicebatur vbi non eſt pactũ, nunquã frater per ius accreſcendi ſuccedere poteſt, quia ſi aliàs veniret, pactum apponi non fuiſſet neceſſarium, ſicquè limitatio illa regulam confirmat *l.* 1. *ff. de regul. iur. vnde, &c.* & pro iſto articulo vide Loffred. *in tit. de fratribus de nouo beneſ. inueſt. & in conſ.* 15.

## OBSERVATIO.

QVæſtio, de qua in hac Deciſione apud DD. ſatis controuerſa noſcitur, & vt ex recentioribus 1
ac de Noſtratibus benè obſeruauit D. R. Conſtan. *in l.* 1. *& toto tit. C. de filiis offic. milit. lib.* 12. *à num.* 80. tres reperiuntur ſcribentium ſententiæ ſunt enim qui putarunt diſpoſitionem *l. vnica C. ſi liberal. Imper. ſocius lib.* 10. in feudis locum habere, & hi ſunt Bald. *in l. vnica num.* 15. *C. de caduc. tollen. & in c.* 1. *de fratribus de nouo beneſ. inueſt.* Paul. de Caſtro, Alex. Cuma. Crot. & Iaſ. *d. l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. oblig.* & cæteri, quos citat & ſequitur Iul. Clar. *in* §. *feudum quæſt.* 77. *num.* 2. *&* 3. Alij autem putarunt nullo pacto diſpoſitionem *dicta l. vnica* in feudis procedere, & hi ſunt Cyn. *in l. vnica C. quando non petent. par.* Andr. *in cap.* 1. *de fratribus de nouo beneſ. inueſt. in cap.* 1. *de duobus frat. à capit. inueſt. & in cap.* 1. *de feudo Marc.* Luc. de Pen. & Valenz. Piſcat. *in d. l. vnica C. ſi liber. Imper. Soc.* de Facchineus *lib.* 7. *contr. cap.* 63. Alij, & tandem diſtinguendo exiſtimarunt, vt prior affirmatiua ſententia bene procedat, quando largitio à Principe motu proprio facta proponitur, ſecunda autem negatiua ſi ad partis petitionem, & ſupplicationem facta comperitur, & hi ſunt gloſ. *in d. l. vnica*, Marc. Mant. *conſ.* 163. *in* 1. *dub.* & alij. Sed cum diſtinctio hæc nihil habeat ſaporis, & prima affirmatiua nullo Iure probetur, putauit D. Reg. Conſtan. *loco cit. numer.* 83. à ſecunda negatiua ſecundum quam fuit hîc deciſum nullo pacto fore recedendum per text. quem dicit apertiſſimè probare *in cap.* 1. *de fratribus de nouo beneſ. inueſt.* vbi expreſſis verbis deciditur, *altero ex duobus inueſtitis ſine hærede defuncto, eius beneficij portio ad ſuperſtitem non pertinet, niſi*, (ſubdit text.) *facta fuerit eo pacto inueſtitura*, Ex quibus ſanè verbis ait D. R. Conſtant. apertè colligi, non ex aliquo Priuilegio; ſed ſolùm ex tenore inueſtituræ ſocium alterius ſocij partem conſequi poſſe.

Ex his igitur habemus benè Regiam Cameram in 2
cap. huius Deciſionis pro Fiſco pronunciaſſe; puto tamen hîc omnino aduertendum, quod ſi hodie apud nos de his diſputari contingeret, pro dubij reſolutione eſſet inſpiciendum, an conceſſionarij fratres ſint, vt erant in hac deciſione, vel extranei ſiue remotiores conſanguinei, nam ſi fratres, altero ex eis ſine filiis defuncto, ſuperſtes admitteretur quamuis inueſtitura caneret *pro ſe, & filiis ex corpore legitimo deſcendentibus*, idque ſtantibus nouiſſimis gratiis Regno Conceſſis, nam vt centies repetimus, hodie frater in feudo nouo fratris ſiue vtrinque coniunctus ſiue conſanguineus, ſiue vterinus ſuccedit, itémque & eorum filij. At ſi conceſſionarij fratres non eſſent

ſed conſanguinei remotiores, vel prorſus extranei, & tunc procederet, quæ hîc deciſa fuerunt, quo ſanè huius deciſionis tempore gratiæ adhuc conceſſæ non extiterant.

## ARGVMENTVM.

Emptor fundi venditi ſub haſta, ſi illum hypothecæ obnoxiis inuenerit, an poſſit cogere debitorem, vt eundem liberet ab obligationibus, quibus eſt obnoxium. Euictione imminente an, & quando Emptor cogatur ſoluere pretium rei emptæ, & de aliis.

## DECISIO CXCVI.

1 EXISTENTE Ioan. Thoma Regale Regiæ Curiæ in certa pecuniarum quantitate debitore, fuit, Fiſco inſtante, quoddam eius Rus in pertinentiis Antignani exequutum, & demum, legitimis præcedentibus ſubhaſtationibus, candela accenſa venditum Petro Nauclerio, qui cum pretium ſoluiſſet capta poſſeſſione inuenit Rus illud aliis hypothecæ traditum. Vnde inſtabat Petrus Emptor in Regia Camera, vt cogeretur D. Ioan. Thomas ad liberandum dictum Rus ab obligationibus, quibus erat obnoxium, fuit dubitatum an inſtantia hæc iuri eſſet conſentanea?

2 Et affirmatiuè reſponſum fuit, eo quidem fundamento, nam quamuis ex diſpoſitione tex. *in l. 3. C. de euictio.* non poſſit rei obligatæ Emptor, antequam ſequatur euictio, contra Venditorem agere, tamen hoc intelligitur, vt non competat actio pro euictione, ſecus verò ſi vellet Emptor agere actione ex empto, ſiue vt Venditor liberam rem tradat; hoc enim caſu fit locus diſpoſitioni tex. *in l. ex his prædiis C. eodem*, & melius in terminis *in l. Creditor. §. 1. ff. de actio. empt.* nam vt res tradatur libera, venit ex natura Contractus *l. in venditione. ff. de actio. empt.* ſicut quod vacua tradatur poſſeſſio, vt notat Bald. & omnes *in d. l. ex his prædiis.* Nec obſtare dicebatur iura prædicta loqui, quando quis voluntariè rem ſuam alteri obligatam vendidit, quod non erat in caſu propoſito, in quo à iudice fuit facta venditio, nam nullum conſideratur diſcrimen, quod fiat à Iudice, vel voluntariè à parte, cum nimis vulgatum ſit factum Iudicis ritè, & rectè procedentis, idem operari, quod factum Partis, hic eſt tex. *in prop. materia in l. ſi ob cauſam vbi* Bar. & omnes *C. de euictio.* idem Bar. *in l. meminerit C. vnde vi gl. in l. 1. §. hac verba. ff. ne quis à poſſeſſ. & in l. eleganter. vbi etiam* Bar. *ff. de pignorat. actio.*

Sed maius fuit dubiũ quia omnia prædicta bene procedunt, quando pura eſt obligatio, vt quia Creditor ad ſui libitum poteſt de iuribus ſuis ſuper re obligata experiri, ſed quid ſi eſſet conditionalis, ſiue vt poſſet agere Creditor, dependet à futuro euentu, vt erat caſus de quo agebatur, in quo Creditor, qui rem à Fiſco diſtractã obligatã tenebat, erat vxor debitoris, quæ certè conſtante matrimonio agere non poterat; in hoc Ang. *in d. l. 3. C. de euictio.* videtur tenere, quod poſſit agi; ſed Bald. *in d. l. ex his prædiis* tenet contrarium & melius, quia cum conſtante matrimonio, nedum dicitur conditionalis obligatio ſed nec etiam eſt orta actio, immo poteſt dari caſus, quod non oriatur, vt per DD. *in l. ſi conſtante. ff. ſol. matrim.* proinde iſtum non eſt, quod interim venditor moleſtetur, idémque firmare videntur Alex. *in addit.* ad Bal. *in d. l. 3.* & optimè Aretin. qui hoc dubium bene diſcuſſit *in l. cum ſtipulatus. § fin ff. de verb. obligat.* 3

## OBSERVATIO.

Concluſio in principio huius Deciſionis firmata, ex diſpoſitione tex. *l. 3. C. de euictio.* vt nunquam poſſit Emptor agere de euictione, niſi cum effectu ſequatur euictio, eſt adeo vera vt procedat adhuc ſi ſuper re vendita lis à Tertio mota ſit; immo plus iure cautum eſt, vt ſi res, habita fide de pretio vendita fuerit, & antequam tempus ſolutionis cadat, Emptor ſuper re empta ab aliquo moleſtaretur, ſicque in die promiſſæ ſolutionis immineret euictio non per hoc Emptor à pretij ſolutione excuſabitur; ſed cogitur præciſè ſoluere, præſtita tamen cautione à Venditore, cui pretium eſt ſoluendum, de qua in vulgata *l. ſi poſt perfectam C. de euictio.* ad cuius tex. plenam intelligentiam videnda ſunt, quæ ſcripſerunt Vinc. de Franch. *deciſ.* 555. & Surd. *deciſ.* 183. & 295. poſt Afflict. *deciſ.* 171. & ibi Vrſill. qui per S. C. deciſum teſtatur pro conſequutione pretij rei venditæ poſſe inſtrumentum contra Emptorem incuſari, adhuc euictione imminente; idémque Cara. *ſuper rit.* 173. *numer.* 6. Ricc. *in addit. ad D. de Franch. cit. dec.* 555. & Horat. Viſcon. poſt alios, quos citat *in ſuis concluſionibus, in verb. Euictio in limine contractus*; eſt tamen verum vt prudenter hîc aduertit D. Reg. hoc procedere, ſi antequam perfectè ſequatur euictio, vellet Emptor contra Venditorem agere de euictione; ſecus autem, ſi cum reperiretur res vendita alteri obligata vellet Emptor contra Venditorem agere actione ex empto, ſiue vt Venditor liberam rem tradat nam quod hoc Emptori permittatur, euictione non aliter expectata, cautum eſt *in l. Creditor* 54. *§. prædium ff. de actio. empt.* hîc allegata; id quod pariter pro indubitato affirmarunt D. de Franch. *deciſ.* 200. *num.* 13. 14. & 15. Anell. Amat. *in conſ.* 58. *num.* 4. vbi in puncto principali, cum Venditor in contractu cum Emptore ſtipulato aſſeruiſſet rem, quam vendebat eſſe liberam, quam demum compertum fuit fuiſſe obnoxiam prelationi ad beneficium filiorum primi venditoris, conſuluit Amat. benè potuiſſe Emptorem actionem contra Venditorem inſtituere, vt vel res 1

liberetur,

liberetur, vel quantò minoris æſtimetur, ad quod allegat Bar. *in l. cum ſtipulatus ſim* 113. §. *fin. ff. de verb. obligat.* Ang. *d. l.* 1. §. *ſi hæres num.* 3. *ff. ad S.C. Trebell.* ibique Alex. *num.* 3. *& in conſ.* 63. *num.* 9. *lib.* 6. Naguſ. *de pignor. in* 1. *membr.* 5. *par. num.* 24. *verſ. ſimiliter*, & D. de Franchis *deciſ.* 200. *num.* 15.

2 Quo verò ad aliud, quod hîc dicebat D. Reg. vt nullum conſideretur diſcrimen, quando res Venditur à Iudice, vel à domino, ad finem, vt vtroque caſu dominus de euictione teneatur, per tex. *in l. ſi ob cauſam C. de euictio.* Ad confirmationem vide D. Reg. Rouit. *in Prag.* 1. *num.* 26. *de adminiſtr. vniuerſ.* vbi indiuidualiter dicit venditionem factam à Iudice de re debitoris ad effectum, vt de pretio Creditoribus ſatisfiat, à debitore factam cenſeri, ſicque iſtum pro euictione obligatum remanere; allegat tex. *in d. l. ſi ob cauſam* D. de Franchis *deciſ.* 200. *num.* 4. Neguzanz. *de pign.* 5. *par.* 3. *memb. n.* 7. *in for.* & Theſ. *dec.* 157. *poſt num.* 11.

## *ARGVMENTVM.*

Immunitas conceſſa alicui, & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis, an tranſeat ad eius filiam hæredem vniuerſalem. Maſculinum an in contractibus femininum Concipiat. Donatione matrimonij contemplatione facta filio, & filiis ex eo naſciturus, an feminæ, demùm natæ in hac donatione inſimul cum maſculis ſuccedat; & quid in antefato, ea lege conſtituto, vt in eo filij vti filij, non autem vti hæredes ſuccedant.

## DECISIO CXCVII.

1 FVIT dubitatum in Regia Camera, an functionum Fiſcalium immunitas conceſſa Titio, & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis tranſeat ad eius filiam hæredem vniuerſalem. Dubitandi Ratio oriebatur ex diſpoſitione tex. *in l.* 1. §. *fin. ff. de Iur. immun. & in l. vacatio. ff. de muner. & honor.* vbi immunitas generi, & poſteris conceſſa ad deſcendentes per filias feminas, etiam ſi ſunt maſculi non tranſit, & ita in ſpecie Iura hæc declarans, conſuluit Dec. *conſ.* 223. *lib.* 1.

2 Sed hac dubitandi ratione non obſtante contrarium per Regiam Cameram deciſum extitit, nam cum filia femina de Iure communi patri ſuo ſuccedat, ſicut & maſculus, *l. maximum vitium C. de liber. præter.* dubium non eſt, quin ſub illis verbis, *hæredibus, & ſucceſſoribus*, omnes veniant hæredes tam de Iure ciuili, quàm pretorio; *l. ſtipulatio iſta, iuncta gloſ. in verb. ſucceſſorum* & quod ibi notant DD. *ff. de verb. obligat.* id quod in terminis firmauit Alex. *conſ.* 160. *lib.* 2. non obſtat tex. *in d. l.* 1. §. *fin. & in d. l. vocatio*, nam procedere Iura hæc dictum fuit, quando conceſſa eſt immunitas per hæc verba *Titio, & generi ſuo, ac poſteris*, tunc enim per lineam femininam deſcendentes non veniunt, vt ibi DD. declarant poſt Dyn. *in l. priuilegia. ff. de regul. iur.* Petr. & Cyn. *in l. beneficium in* 4. *quæſt. ff. conſt. Princ.* Alex. *d. conſ.* 160. Dec. *conſ.* 32. & optimè Ioan. de Plat. *in l. ſordidorum C. de excuſat. muner. lib.* 10. At in caſu de quo agebatur facta erat conceſſio per hæc verba, nimirum *Titio, & hæredibus ac ſucceſſoribus ſuis in perpetuum*, quo caſu veniunt omnes, ſiue per lineam deſcendant maſculinam, ſiue femininam, & diſcriminis rationem aſſignat Alex. *loco cit.* Præterea caſus erat in filia primi gradus, quæ etiam in terminis dictorum iurium ſuccedit, vt per Phil. Fran. *in cap. vbicumque, alias quicumque in fine de ſentent. excom. in* 6. & clarius Ioan. de Plat. *loc. cit.* dum dicit, quod tale priuilegium poſteris conceſſum omnes comprehendit deſcendentes, qui eiuſdem familiæ ſunt, & in poteſtate; ſed iſta filia dicebatur de familia & in poteſtate ſui patris, ergo bene fuit deciſum provt ſupra.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## OBSERVATIO.

QVod hæredum, & ſucceſſorum appellatione, iuxta dicta hîc per D. Reg. omnes veniant hæredes, & tam maſculi, quàm fœminæ in infinitum, dixerunt Canoniſtæ per illa Iura *in proœmio ſexti decretal.* §. *ſane, & in clem. dudum de ſepult.* Gemin. *poſt gloſ. in cap.* 1. *de homic.* Bar. *in l. gallus.* §. *etiam ſi à parente. ff. de liber. & poſt.* Rebuff. *d. l. hæredis appellatione. ff. de verb. ſignif.* Zanch. *in l. hæredes mei.* §. *cum ita num.* 331. *ff. ad S.C. Trebell.* Tiraq. *de retrac. conuent.* §. 1. *gloſ.* 6. *num.* 21. Mantic. *de coniect. vltim. volum. lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 21. Peregr. *de fideicom. art.* 32. *numer.* 60. *cum ſeqq.* & alij penes Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 345. *num.* 2. quodque extranei quoque contineantur, dixerunt Socc. *conſ.* 266. *num.* 36. *lib.* 2. & Menoch. *conſ.* 514. *num.* 7. quamuis propriè, & verè ille dicatur ſucceſſor, qui eſt ſucceſſor ſanguinis, & ita filij tantum & deſcendentes contineantur; *l. cum acutiſſimi. C. de fideicom.* Soc. *conſ.* 249. *num.* 12. *lib.* 2. *& conſ.* 26. *num.* 4. *lib.* 4. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 89. *num.* 57. *& conſ.* 958. *num.* 11. eſt tamen ſine controuerſia, quod verſantes in materia tranſitoria ad quoſcunque hæredes ſucceſſorum appellatione veniunt etiam hæredes extranei; Rot. *deciſ.* 72. *numer.* 2. *p.* 7. *recent.* 1

Vocatis autem filiis, quod veniant tam maſculi, quàm feminæ, probatur *in l. ſi quis ita. ff. de teſtament. tutor. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg.* 2. *in l. qui duos, & in l. ſemis. ff. de leg.* 3. quæ quidem iura licèt in vltimis voluntatibus prodita videantur, idem tamen affirmandum in contractibus maximè lucratiuis, ſcripſerunt Ang. *conſ.* 162. Iaſ. *in l. ſi quis id quod num.* 23. *ad finem verſ. quarto tu limita. ff. de Iuriſdic. omnium Iudic.* Dec. *in l. femina num.* 107. *verſ.* 3. *ff. de regul. iur. & in conſ.* 32. *num.* 3. *verſ. & retenta iſta opinione, & conſ.* 607. *num.* 14. Roma. *conſ.* 98. Corne. *conſ.* 127. *num.* 4. *lib.* 4. Burg. de 2



Digitized by Google

Paz. *conſ.29.num.33.& 34.*& eleganter D.Card.Mantica *de tacitis & ambiguis conuent. lib.13. tit.21.à nu.7. ad* 12. qui omnes affirmant in donatione facta filiis Petri filias eiuſdem comprehendi, quodque in contractibus maſculinum concipiat fæmininum, probant Bar. *in l.1.ff.de verb.ſignif.* Bal. *in l.1.C.de Iure emphit. & ibi* Salqu. *n.17.* Imol.Dec.& alij quos refert Fuſar. *de ſubſtit.quæſt.*311.*num.*90.Sed an hæc concluſio procedat, quando adſunt Maſculi: vide, quæ latè ſcripſi *lib.2.meorum reſol.cap.*68.*per totum*, vbi ſubſtinui, in donatione matrimonij contemplatione facta filio, & filiis ex eo naſcituris, maſculis, & feminis demùm natis, fæminas non aliter in portione ſed in paragio dumtaxat nimirum vſque ad quantitatem legitimè poſſe ſuccedere, idémque in antephato, eo pacto conſtituto, vt in illo ſuccedere deberent filij vti filij, non autem vti hæredes, retuli Sacrum Conſilium indicaſſe.

## *ARGVMENTVM.*

Procuratore generali ad lites conſtituto cum poteſtate ſubſtituendi, facta iam ſubſtitutione, ſi hic ſubſtitutus cum quo fuit ad multa proceſſum, demùm non inuenitur, an poſſit cum Procuratore ſubſtituente procedi. Procurator ſubſtitutus an, & quando alium ſubſtituere poſſit, & de aliis.

## DECISIO CXCVIII.

1 IN cauſa Mag. & Reuerendi D. Federici Vrries Baiuli ſanctæ Euphemiæ Ordinis ſancti Ioan. Hieroſolymitani contra dominam Iſabellam de Aquauiua fuit dubitatum in Regia Camera ſi conſtituto Procuratore generali ad lites cum poteſtate ſubſtituendi, & facta iam ſubſtitutione in vna cauſa in qua fuit ad plures actus proceſſum cum Procuratore ſubſtituto, ſi hic demum non reperitur, ac penitus locus in quo degit, ignoratur, poſſit ne Actor ad vlteriora procedere cum Procuratore ſubſtituente?

Per Regiam Cameram fuit deciſum pro parte affirmatiua, nimirum eſſe in cauſa ad vlteriora procedendum cum Procuratore ſubſtituente. Ratio Deciſionis fuit, quia licèt ex diſpoſitione tex. *in cap.15.qui* vbi DD.communiter *de procurat. in 6.* eo ipſo quod Procurator cum poteſtate ſubſtituendi alium ſubſtituit, deſinit eſſe Procurator, tamen communiter diſpoſitio hæc limitatur quoties in mandato principalis poteſtatem dederit, quod poſſet Procurator ſemel vel pluries ſubſtituere, ex his enim verbis, quæ in mandato D. Iſabellæ legebantur, videtur voluiſſe Dominus, quod licèt Procurator conſtitutus alium ſubſtituat, talis tamen remaneat; ita Bar. qui quæſtionem *in l. quod ſi forte. §. quid ergo,* quem ibi ſequuntur Paul. de Caſtr. & Imol. *ff.de ſolut.* Aretin. *in l. quod quis. ff.de Procurat.* aliàs enim ſi ſemel vnum ſubſtituiſſet, & deſiiſſet, eſſe Procurator, alium ſubſtituere non potuiſſet. Præterea dicebatur in caſu propoſito fuiſſe Procuratorem conſtitutum generalem ad omnes cauſas cum poteſtate ſubſtituendi, quo caſu dato, quod in vna cauſa ſubſtituerit, non tamen deſinit eſſe Procurator, quia virtute generalis mandati poterit eandem cauſam reaſſumere: Ita Petr. de Anch. & Dominic *in d. cap. 1. qui.* idémque Bal. & Salyc. *in d. l. quod quis*, tandem dictum fuit in caſu de quo agebatur, factam fuiſſe ſubſtitutionem poſt litem conteſtatam, quo caſu fit talis ſubſtitutio lege ſic diſponente ex propria perſona Procuratoris effecti Domini litis, ſicque remaneat Procurator, & talis vt poſſit ſubſtitutum reuocare, ita tenent gloſ. & Ioan. Andr. *in d. cap. 15. qui.* Rot. *deciſ.*.. Vnde

## OBSERVATIO.

CVm hac Deciſione concordat D. R. de Franch. *deciſ.* 465. vbi teſtatur ſic pariter in vna facti contingentia ipſum determinaſſe, his duobus conſideratis, quæ hîc à D.Regente noſtro adducta fuerunt, & Primo quia in mandato compertum fuit, datam fuiſſe Procuratori facultatem ſemel vel pluries ſubſtituendi, quod dicit Carauit. *in ritu* 106. *num.* 4. eſſe cautelam ad hunc effectum, Secundo quia mandatum erat generale, quo caſu etiam in cauſa in qua ſubſtituit, remanebat Procurator, & de his Deciſionibus meminimus ſupr. *in obſer. ad deciſ.*151. *num.*2. In qua quidem deciſione fuit de alio ſimiliter dubitatum, nimirum an per mortem Procuratoris, qui antequam moreretur alium loco ſui ſubſtituit, ſit extinctum mandatum datum in perſonam ſubſtituti. 1

Ideo non ſemel dubitatum extitit an Procurator ſubſtitutus alium ſubſtituere valeat, & poſſe eum alium ſubſtituere. Reſponſum fuit, ſi cum hoc Procuratore qui ſubſtitutus eſt lis cõteſtata fuit, non quidem ex mandati vi, ſed quia litis dominus fuit effectus, ita ſatis benè Mynſig. *ſing.obſ.cent.*1.*obſer.*43. & Borrell. *in ſum.deciſ.par.*1.*tit.de Procurat.num.*30. vbi expreſſis verbis dicit quod Procurator ante litem conteſtatam alium Procuratorem ſubſtituere non poteſt, bene tamen poſt litem conteſtatam quia per litis conteſtationis effectus fuit dominus litis: citat tex. *in l. neque tutores in fine, in l.ita demum, in l.nulla.... & in l.quod quis C.de procur.* Specul. *in tit.de procur.§.rationem igitur num.* 23. Io.de Anania *conſ.96. col.2. verſ. conſtat autem*, Biſignet. *deciſ. 9. de procur.* Fulgoſ. *conſ.* 182. Boër. *dec.*285. *numer.*1. Bero. *conſ.*23.*numer.*12.*lib.*3. Gayll. *proc.obſer.lib.*1.*obſer.*74.*num.*11. Carauit. *in ritu* 107. & alios, quibus, ex Noſtratibus hanc eandem concluſionem firmantibus addo Ricc. *in addit. ad D.de Franch.cit.deciſ.*465. & Nouar. *in rubr. Prag. de procurat.num.*8. In Procuratore autem conſtituto in rem ſuam quod ad eum ſpectat cõmodum, & incommodum, cenſetur dominus, & ſucceſſiuè poterit ſemper alium loco ſui ſubſtituere, tam poſt, quàm ante litem conteſtatam, ita Iaſ. *in d.l. quod quis num.*1. 2

*verſ.*

Digitized by Google

*verſ.2.fallit. C. de procur.* Gail. *cit. obſer.74. num.11.* Carauit. *in d.ritu* 107.*num.*1. & alij,quos refert,& ſequitur Borrell. *cit.tit.de procurat. num.*35.

## *ARGVMENTVM.*

Maritus, & Vxor, ſi in contractu venditionis alicuius rei confeſſi ſunt pretium recepiſſe, an præſumendum ſit totam pecuniam in poſſe Viri perueniſſe, vel medietatem tantùm; & quid in patre, & filio confitentibus dotem filio promiſſam recepiſſe, an totam in patrem perueniſſe præſumendum ſit, & de aliis.

## DECISIO CXCIX.

1 ILLVD eſt de quo dubitatum extitit in cauſa aſſiſtentiæ petitæ pro parte Mag. Siluiæ Cioffo ſuper domo poſſeſſa per Magn. Ferdin. Pandone, quæ fuerat in bonis & de bonis quond Franc. de Reginaldo olim eius vir,an ſi in vno eodémque contractu Vir,& Vxor confeſſi fuerint recepiſſe pretium rei,quam ſimul, & ſemel vendiderunt præſumendum ſit totum in Viri poſſe perueniſſe, vel pro medietate tantum, ad tex. *in l.reos.* §. *cum in tabulis.ff. de duobus reis.*

2 Reſponſum fuit communem ſcribentium ſcholam docere, præſumendum eſſe totum pretium ad Virum perueniſſe, ſiue ſimpliciter confeſſi fuerit pecuniam recepiſſe, ſiue mediante Notarij atteſtatione quod in ſui præſentia pecunia in Viri, & Vxoris poſſe peruenit, cum eadem ratio, quæ militat in confeſſione, militat pariter in hac Notarij atteſtatione; ita Specul. *in tit. de obligat. & ſolut.* §. *an omnia verſ. ſed pone Vir, & Vxor,* Bald. Alber. Salic. & Paul. de Caſtro *per illum text. in Authent. ſi qua mulier C. ad S. Conſ. Velle.* Aretin. *in d.* §. *cum in tabulis,* Imol. *in cap. cum contingat col.* 15. *de iur. iur.* Alexand. *conſ.* 38. *lib.* 2. *& in addition. ad* Bar. *conſ.* 124. *& in addition. ad* Bald. *in d. Authent. ſi quia mulier.* Afflict. qui ſic per Sac. Conſ. deciſum teſtatur *deciſ.* 209. & Bald. Nouellus *in tractat. de dote. par.* 7. *in* 1. *ſpeciali, col.*10.*verſ. & propter predicta.*

## OBSERVATIO.

CVm dictis per D. Regentem hîc, quod quando Maritus & Vxor vendunt rem ſtabilem, quæ eſt propria Viri, & pretium recepiſſe confitentur totum illud in Viri poſſe peruenisſe præſumatur, vltra DD. hic relatos conueniunt pariter Aymo Crauet.*conſ.*91. Tiraquel. *de retract. conuent.* §.3 1.*num.*5.*&* 6. Purpur. *conſ.*310. Honde. *conſ.*45. *lib.*1. Capyc. *deciſ.*78.*nu.*9. Boer. *dec.*23. Caualer.*deciſ.*44.Aluar.Vaeſ. *deciſ.*83. *num.*7. Seraphin. *dec.*883.*num.*5.Menoch.*de præſcrip. lib.*3.*præſump.*14.*&* 22. Io.Vinc.d'Arcon.*ſingul.*599. Barboſ. *d.l.*1.*par.*5. *num.*5. *verſ. poſſet etiam. ſolu.matrim.* Coſta *de rata portio.quæſt.*21.*&* 42. Fab.de Anna *conſ.*93.*num.*23. D.Præſ.de Franch. *deciſ.*474. vbi loquitur de venditione à Viro, & Vxore facta de bonis ſtabilibus, quæ conſtante matrimonio ipſi mulieri obuenerunt vt adhuc totum pretium ad Virum perueniſſe ſit præſumendum, ſicque per Sac. Conſ. deciſum teſtatur, idémque, & ſatis benè Ant. Fab. *diff.* 8.*C.de Iure dot.* vbi nullum conſtituit diſcrimen, an venditus ſit fundus in dotem datus, vel aliud corpus paraphrenale, vt in vtroque caſu præſumendum ſit totum pretium ad Maritum perueniſſe, ſcilicet, tanquam ad eum, qui omni caſu eſt potentior, & cui Vxor non audet contradicere; idémque Fontanell.*de pact.dot.d.clauſ.*7.*gl.*2.*p.*4.*num.*19.

Hæc tamen noſter Afflict. *in deciſ.* 209. hîc citata intelligit, vt procedant inter Maritum, & Vxorem; nimirum vt confeſſio facta à Muliere pretium recepiſſe ipſi non præiudicet quoad Virum; ſecùs verò quoad emptorem, nam quoad iſtum videtur velle, quod ſibi præiudicauit; ſed Vrſill. *ibi in addit. circa finem*, te monet, vt hoc intelligas, quando Mulieri poteſt eſſe conſultum ſuper aliis bonis Viri, nam ſecùs, poterit ſemper Mulier in ſubſidium ad bona alienata recurrere; citat eundem Afflict. *deciſ.* 311. *cum ſeq.* quando autem confitentibus Vxore, & Marito pretium recepiſſe, probaretur medietatem illam conuerſam fuiſſe in vtilitatem Mulieris, concluſio firmata ceſſaret prorſus; prout idem Afflict. notat, & in hunc ſenſum accipio dicta per Iacob.Ant.de Mauro *alleg.*47. & per Ant.Gam. *deciſ.*227.*num.*3. adeóque verſio hæc in Vxoris vtilitatem probari debet,vt locupletationis ſpecies etiam probetur; ita ſatis benè Gratian. *diſcep.forenſ.cap.*576. 2

Sed hic quæri poteſt, an Concluſio in principio firmata pariter procedat, quando Pater, & Filius inſimul in eodem inſtrumento dotem Filio promiſſam recepiſſe confitentur,an inquam totam in Patris poſſe perueniſſe præſumendum ſit? Cyn. *in l. ſi cum dotem.* §. *tranſgrediamur.ff.ſolu. matr.* partem ſubſtinet affirmatiuam, ſi dicamus quod Pater domum regebat, Idémque Ang. *ibi*, Crauett. *conſ.* 91. *numer.* 3. Caccher.*deciſ.*44. Ang.Aret. *in* §.*eſſet alind num.*2.*inſtit.de donat.* Honde. *conſ.*45.*num.*12. & Fab.de Anna *conſ.*93. *num.* 22. vbi dicunt opinionem hanc æquiorem fateri etiam ab illis, qui contrarium tenuerunt: At Curt. Sen. ſatis notanter de his agens *conſ.* 53. *in nouis*, Cyn. ſententiam pariter inſequens aduertit, inſpiciendum eſſe, inter quos hæc quæſtio exoriatur, nam ſi quæras, an Mulier ſit illa, quæ ſoluto matrimonio: ageret ad dotem, & tunc dicit quod quoad actionem de dote quemlibet conuenire poterit pro dimidia, & ad eam tenebitur quilibet, & ſic tam Socer, quàm Maritus. An ſi quæſtio eſſet inter Fratres mortuo Patre, cuius ſunt hæredes, ad quem præſumendum ſit pecuniam perueniſſe dotalem, an ſcilicet ad patrem gubernantem, an verò ad filium, vt 3



Digitized by Google

ſic diuiſio, ſeu adiudicatio fieri poſſit, probat Curt. præſumptionem eſſe, quod ad patrem integra dos peruenit, ſubdens ab hac opinione in iudicando nullo pacto fore recedendum.

## *ARGVMENTVM.*

Proceſſus ſi fuerit compilatus cum Procuratore de cuius mandato non conſtat, nùm per ratihabitionem principalis ſuperuenientem acta facta conualidentur. Aſſenſus impetratus ſuper obligatione rei feudalis facienda, an ſic profexurus, ſi obligatio reperitur iam facta, & de aliis.

## DECISIO CC.

1 COMPILATO proceſſu in cauſa mota à Fabritio, & Marco Anton. Guarino ſuper feudo poſſeſſo per Commendatorem Baſilium Vrries, dubitari contigit in Regia Camera, ſi acta facta per Hieronymum certa vti Procuratorem dictorum actorum eſſent valida, ex quo de mandato in perſonam huius Procuratoris non conſtabat.

2 Et per Regiam Cameram fuit deciſum valida eſſe, quia licèt de mandato non conſtabat, tamen declararunt Actores, quod dictus Hieronymus verè perſona fuit legitima; Secundo quia proceſſus fuit ab illo compilatus ſcientibus, videntibus, & petentibus dictis actoribus, quo caſu fiebat locus dictis per Innocent. *in cap. ex parte decani, extra de reſcrip.* vbi dicit quod ſi dominus ſcit aliquem nomine ſuo in Iudicio agere, & tacet, ac non contradicit, cenſetur ab eo conſtitutus Procurator, & licèt hoc Innocentij dictum apud aliquos ſit dubium, vt videre eſt apud Alex. *in repet. l. ſæpè. ff. de re iudic.* tamen dictum fuit ab omnibus approbari, quando Procurator ille non ſolùm in Iudicio ageret domino ſolùm ſciente; ſed quando, provt in hoc caſu, eſſet ſciens, præſens, & petiens; ad quod fuerunt allegati Bal. *in l. 1. ff. de neg. geſtis*, Alex. *loco cit. in 7. limit.* & Felyn. *in d. cap. ex parte decani, & in cap. fraternitatis col. 4. de teſtib.* Sed cum demum de Iuſtitia cauſæ principalis fuiſſet tractatum, commendator reus conuentus fuit abſolutus ob defectum aſſenſus impetrati ſuper obligatione bonorum feudalium, quia cum eſſet obtentus ſuper obligatione facienda, compertum fuit fuiſſe illam longè antea factam, quo caſu aſſenſus nullius eſt importantiæ; ita Paul. de Caſtr. *in l. ſi quis filio exheredato. §. irritum. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam. & in l. hac conditio filia mea. §. ſi ſic. ff. de condit. & demonſt.* Alex. *conſ. 166. lib. 5.* Afflict. *dec. 355.* & Andr. *in c. imperialem col. 3. de prohib. feud. alien.* Per Freder. vbi dicit quod in aſſenſu nulla poteſt fieri extenſio de tempore ad tempus, vnde dicebatur quod ſi in caſu propoſito aſſenſus præſtitus ſuper obligatione facienda haberetur ac ſi eſſet facta, fieret extenſio de tempore ad tempus, quod nullo pacto permittitur, & ita fuit latum decretum diffinitiuum per Regiam Cameram ad fauorem d. Commendatoris die 7. Iulij 1541.

## OBSERVATIO.

QVando proceſſus eſt compilatus cum Procuratore, & de mandato non conſtat in actis, quod proinde videtur nulliter proceſſum, ſi principalis declarat, quod verè ille erat ſuus Procurator, acta facta firma remanent, ita fuit per Regiam Cameram hìc deciſum; ad cuius quidem deciſionis confirmationem vide tex. indiuidualem, & vulgarem quem miror à D. Regente noſtro non fuiſſe allegatum *in l. licet 56. ff. de Iudic.* Cuius verba ſunt. *Licet verum Procuratorem in iudicium rem deducere veriſſimum eſt: tamen, & ſi quis cum Procurator non eſſet, litem conteſtatus ſit, deinde ratum dominus habuerit, videtur retrò res in iudicium rectè deducta*; Hoc iure communi attento, neſcio tamen ſi hodie apud nos textus iſte, ac deciſio R. Cameræ deſupre emanata allegari poſſet ſtante nouiſſima Pragmatica Sanctione promulgata ſub die 21. Ianuarij 1632. quæ eſt 79. §. 5. *in tit. de offic. Sacri Conſ.* inibi enim expreſsè ſtatutum eſſe comperimus, vt libello porrecto, nullo pacto nec ad actum citationis procedi poſſit, niſi conſtet de legitimo mandato actoris, & ſi contra factum fuerit, ſciant actorum Magiſtri certa pæna ipſos fore afficiendos, ſintque acta, ſi quæ conficerentur ipſo iure nulla. 1

Quantum verò attinet ad aliam concluſionem, hìc firmatam, vt nullius ſit importantiæ Regius aſſenſus impetratus ſuper obligatione bonorum feudalium facienda ſi poſtea conſtat illam fuiſſe iam factam, ea quidem ratione, quia cum aſſenſus ſit ſtricti Iuris, non recipit extenſionem de tempore ad tempus provt quotidie canimus, nec de re ad rem, nec de contractu ad contractum, nec de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, dic Tu de hac Concluſione in his ſupremis Tribunalibus nunquam apud bonos, & graues fuiſſe dubitatum, provt vltra Doctores hìc à D. Regente citatos, ſcripſerunt Camer. *in c. Imperialem fol. 49. litt. E.* Frecc. *de ſubf. lib. 2. quæſt. 9. per totam, fol. mihi* 189. R. Lanar. *conſ. 60. num.* 120. R. de Pont. *de Poteſt. Prag. tit. 6. in princ. num.* 42. R. Capyc. Latro *conſulta. 23. num. 67. & ſeq.* vbi proprie loquitur de nullitate aſſenſus expediti ſuper datione inſolutum rei feudalis facienda, cum eo tempore iam eſſet facta, Monta. *in c. Imperialem num.* 47. Marcell de Mauro *alleg. 47. num. 7.* vbi tamen ſingulariter notat, hoc verum eſſe reſpiciendo partem extenſiuam aſſenſus, secùs autem compræhenſiuam, qua de re, vide quæ ſcripſi *lib. 1. mear. reſol. cap. 28. num. 13. 14. & 15.* 2

ARGV

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Tex. *in l. quoties C. reiuindicat.* per quem eſt diſpoſitum vt in re vendita duobus, ille præferatur, cui prius tradita eſt poſſeſſio, quamuis alter titulum habeat anteriorem, an procedat quando res à Principe vendita, vel conceſſa eſt.

## DECISIO CCI.

1 CVm à Domino Franciſco de Royas tunc Regis noſtri apud Sanctiſſ. Oratore fuiſſet mediante quadam capitulatione nomine ſuæ Catholicæ Maieſtatis conceſſa Magnif. Roberto de Vrſinis quædam domus Palatiata, quæ fuit olim Ducis Aſculi ſita in hac ciuitate in regione ſedilis portus & demum antequam huic conceſſionario traderetur poſſeſſio, conceſſa pariter à Mag. Capitaneo Illuſtri Fabritio Columnæ, aſſignatis Roberto in excambium tot annuis functionum Fiſcalium ſuper Terra Meglionichi, quia aſſignatio hæc euanuerat, inſtabat Magnif. Gentilis de Tolfa hæres dicti Roberti ſibi domus prædictę tradi poſſeſſionem, vel ſaltim functionum Fiſcalium in eſcambium aſſignatarum, contradicebat Fiſcus; vnde dubitatum fuit, Quid Iuris?

2 Per Regiam Cameram in collaterali Cõſilio fuit pro Fiſco pronunciatum, & quantum ad petitam poſſeſſionem conceſſæ domus, fundabatur Iuſtitia Fiſci, & poſſeſſoris, quia quamuis domus fuiſſet priore loco conceſſa Roberto, fuit tamen poſtea conceſſa D. Fabritio, eique poſſeſſione tradita, ſicque ſubintrabat vulgata diſpoſitio *l. quoties C. de reiuindicat. & l. qui ſibi C. de hæredit. vel actio. vendit.* Nec obſtare dictum fuit, quod conceſſio videbatur facta à Principe, qui mediante ſuo Priuilegio poteſt ipſo iure in alium rei conceſſæ transferre dominium, abſque alia traditione vera, vel ficta, vt firmarunt Bald. *in prælud. feud.* Ioan. Andr. *in cap. olim, de verb. ſignif.* & latè Iaſ. *in d. l. quoties col. 2. & 3.* nam reſponſum fuit hoc benè procedere, quando Princeps procedit per viam Priuilegij, ex ſoloque titulo dominium transferre intendit, ſecus ſi per viam contractus prout in caſu, de quo agebatur, quia tunc habetur ad inſtar priuati per text. *in cap. 1. cum ſua materia, de probat.* & ita in ſpecie declarat Bald. poſt Andr. *in cap. 1. de noua form. fidelit.* & per Iaſ. *loco cit.* Secundò dicebatur quod caſus non erat in Principe diſponente, ex quo Capitulatio illa, in qua fuit domus conceſſa, cum Rege inita non fuit, ſed cum dicto Magnif. Franciſco Royas Romæ Oratore, qui contra Iuris regulas non poterat ex ſolo titulo maximè per viam contractus transferre dominium domus, in D. Robertum Vrſinum, cum hoc ſoli Principi liceat, ſicut de clauſula *appellatione remota*, & de alia quod poſſit procedi *ſimpliciter, & de plano ſola facti veritate inſpecta* ratiocinantur gloſ. *in Clement. ſæpè de verb. ſignif.* Imol. Aret. & Iaſ. *in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1.* Quantum verò ad excambium functionum Fiſcalium fundabatur deciſio facta pro Fiſco ob defectum poteſtatis Magni Capitanei, qui neque vt Dux belli, neque vt generalis locumtenens bona immobilia Regis donare poterat, & maximè functiones Fiſcales, quæ ſunt de Regalibus, & de propria Regis menſa, quas vix Rex alienare poteſt, vt *in extrauag. quæ ſint regal.* vbi Andr. & Afflict. etenim requirebatur mandatum ſimpliciter ad donandum, vt eſt tex. *in l. prohibere. §. planè*, vbi hoc in terminis notat Bar. *ff. quod vi aut clam*, & Ioan. de Anan. *conſ. ...* vbi benè Bologninus *in addit.* ex quibus omnibus fuit Fiſcus abſolutus diffinitiua ſententia mediante.

## OBSERVATIO.

DIſtinctio, de qua hìc per dominum Regentem noſtrum ab omnibus approbatur, nimirum vt per conceſſionem, quæ fit à Principe ſubdito ſuo de re aliqua Priuilegio mediante, ipſo Iure abſque alia traditione dominium in conceſſionarium transferatur, vt ſic præferatur alteri, cui eadem res poſtea concederetur & traderetur, ſecus autem ſi mediante contractu, quia tunc ſi primò res conceſſa eſt vni, & demum alteri, cui poſſeſſio traditur, hic erit in rei aſſequutione potior, quamuis in titulo poſterior, vt ſic locum habeat diſpoſitio text. *in l. quoties C. de reiuindic. hìc citata*, ita vltra Doctores *hìc* relatos firmarunt Angel. *in l. officium numer. 2. ff. de reiuindic.* Alexand. *conſ. 3. numer. 8. lib. 5. & conſ. 11. numer. 8. lib. 6.* Dec. *conſ. 689. numer. 2.* Gramma. *deciſ. 59. numer. 20.* Roger. à Mota. *in l. traditionibus numer. 13. C. de pact.* Caſſian. *in conſuet. Brag. rubr. 11. §. 3. numer. 14.* Couar. *var. reſolut. lib. 3. cap. 19. numer. 3.* Vaz. *de iure emphyt. quæſt. 9. numer. 30.* & alij, quos citat & ſequitur Georg. de Cabedo *deciſ. 30. numer. 9. lib. 2.* quibus addo ego Anton. Gabr. *commun. concl. lib. 3. tit. de emptio. & vendit. concl. 2. numer. 42.* quo loci benè loquitur, Ego ipſe ſupra *in obſer. ad deciſ. 160.* ad ornatum autem, & plenam declarationem *d. l. quoties.* vide ſcripta per Me ſupra *in obſeru. ad deciſ. 107.* 1

## ARGVMENTVM.

Pretium an & quando ſuccedat loco rei. Pretium redactum ex venditione rei mihi obligatæ, an pariter mihi obligatum cenſeatur; Pecunia

cunia peruenta ex venditione feudi, cui ex creditoribus feudatarij erit liberanda. Prædium emptum cum pecunia dotali, an dotale efficiatur & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCII.

1 Potiebatur Albertus Benet. iure conficiendi Sal in Regno; ſed cum pro bono publico à Regia Curia coactus eſſet, vt non niſi centum quinquaginta Currus conficere poſſet, & quod pro hac quantitate ab Arrendatoribus Salis reciperet Ducatos centum quinquaginta, fuit dubitatum in Regia Camera ſi pro hac ſumma conſequenda, inter creditores Arrendat. debebat graduari eo loco in quo erat graduandus quoad Sal.

2 Et pro ratione dubitandi videbatur negandum, quia licèt verum ſit quod in vniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei *l. ſi rem, & pretium. ff. de petit. hæredit. & l. Imperator. §. fin. cum l. ſeqq. ff. de leg.* 2. notant Bar. Aretin. & omnes *in rubr. ff. de ſolu. matr.* tamen in particularibus ſecùs eſt *: l.* 1. *vbi* gloſ. Bar. & exteri, *ff. de diſtract. pigno. & in l. mater ff. de reiuendicat.* Sed hac dubitandi ratione non obſtante contrarium exiſtimabatur: nam licèt ſit regulariter verum, quod in particularibus pretium non ſuccedit loco rei, hoc tamen fallit quando res haberi non poteſt, quia ex neceſſitate fuit alteri conceſſa, vt eſt text. *in l. item ſi verberat.* §. 1. vbi hoc notant Bald. & Angel. *ff. de reuindic.* & Paul. de Caſtr. *in d. l. mater. col.* 2. *verſ. Item in alio caſu*; cum autem in caſu propoſito Sal confici non poterat, quia à ſuperioribus pro bono publico prohibitum vt ſeruaretur capitulatio à Regia Curia cum Arrendatoribus facta; ergo dicebatur pretium eſſe graduandum eo loco vbi Sal graduaretur. Præterea conſiderabatur & hæc eſt ſecunda limitatio, quod in ſubſidium re perempta, ſemper in particularibus pretium ſuccedit loco rei, vt eſt text. *in d. l. mater*, vbi Bar. Bal. Salicet. & omnes Bar. Fulgo. & Salicet. *in d. l.* 1. *ff. de diſtract. pigno.* & Iaſ. *in l. ſi cum ſeruum. ff. ſi cert. pet.* Sed in caſu propoſito pro illo anno quo agebatur, Sal confici non poterat, ergo; facit quod notat Bald. *in d. l. mater col. penul.* Vbi dicit quod ſicut pretium ſuccedit loco rei peremptæ, ita ſuccedit loco rei, quæ extat; ſed tamen ſine magna difficultate haberi non poteſt, confirmabatur, ex notatis per Bar. *in conſ.* 124. *in fine*, vbi dicit, quod ſemper ex Partium conuentione vna res ſuccedit loco alterius, ſiue in vniuerſalibus verſemur, ſiue in particularibus; ſed in caſu propoſito expreſsè inter Regiam Curiam & D. Albertum extiterat conuentum, vt loco ſalis reciperet ab Arrendatoribus Ducatos centum quinquaginta, ergo & de Bar. meminit Aretin. *in l.* 1. *col.* 3. *ff. ſolu. matr.* vbi dicit, quod quando in re dotali pretium ſuccedit loco rei, bona viri ſunt oblita ab illo tempore, quo fuit matrimonium contractum, non autem ab eo tempore, quo fuit datum pretium.

---

## OBSERVATIO.

Agit hìc D. Reg. an. & quando pretium ſuccedat loco rei, qua in re communiter reſponderunt Doctores negatiuè, verſantes nos in ſingularibus, vnde pecunia ex venditione rei patrimonialis, redacta patrimonialis nõ cẽſetur, immò nec fundus emptus cũ pecunia ex re patrimoniali redacta, patrimonialis dicitur ita ſatis benè Tiraq. *de retract. lignag.* §. 32. *n.* 20. ad id expendens tex. *in l. qui vas. §. vlt. de furt.* ſubdens nõnullos, & meritò affirmaſſe, pretium ex feudi venditione redactum, feudi vicem, aut locum non ſubire, nec aliud quicquam ex ea pecunia comparatum, citat Iacob. de Beluiſ. Bal. Aluar. & Card. Alex. *in c.* 1. *de feudo non hab. natu. feu.* Franc. Aret. *conſ.* 14. Iaſ. & Alcia. *in l. ſi eum ſeruum. ff. ſi cert. pet.* Afflict. *in conſt. Baiul. locorum in* 3. *notab.* quicquid in contrarium ſibi dixerit Io. Andr. *in addit. ad ſpecul. in tit. de feud.* nam ait Tiraquel. pro prima opinione ſatis vrgere ſcripta per Bald. *in l. pro debito C. de bonis author. Iudic. poſſid.* vbi dicit quod licèt venditori mercium, merces ipſæ ſint pro pretio tacitè obligatæ; an ſi huiuſmodi merces fuerint venditæ, & aliæ ex eodem pretio emptæ, hæ obligatæ non cenſentur, vt priores, per tex. quem dicit valdè notabile, *in l. quidam. ff. de in rẽ verſ.* id, quod in hypothecaria apud omnes receptiſſimũ eſt, vt pretium redactum ex venditione rei mihi obligatæ, mihi obligatũ non dicatur, nec venit in actione hypothecaria provt eſt tex. *in l.* 1. vbi Bar. *ff. de diſtract. pign.* niſi in ſubſidium, quia forſan res obligata eſſet perempta, vel extincta, & pretium apud eum, qui conuenitur, eſſet ex cauſa lucratiua, quia ſecus ſi ex cauſa oneroſa. Surdus *deciſ.* 306. *num.* 4. & 14. & alij, quos citat, & ſequitur R. Merl. *contr. cent. cap.* 92. *num.* 10. & 11. & habetur *hìc* per D. Reg. dum dicit, quod in particularibus pretium non ſuccedit loco rei, ſed hoc fallit, quando res haberi non poteſt, quia ex neceſſitate fuit alteri conceſſa provt in caſu huius deciſionis. 1

Ad illud autem quod paulò antè diximus vt pretium redactum ex venditione feudi non ſit feudale, quod firmauit pariter Fab. de Anna *conſ.* 123. *numer.* 8. apud nos eſt vnum notandum, quod licèt concluſio hæc veriſſima ſit, attamen practicamus, quod ſi Iudice mandante, feudum venderetur & in pretio Creditores feudatarij concurrerent, ea pecunia liberatur Creditoribus cum aſſenſu, licèt alij ſine aſſenſu ſint in tempore anteriores, ex rationibus traditis per D. de Franch. qui hic per S. C. deciſum teſtatur, *deciſ. ſua* 64. qui tamen circa hoc notabilem ſubnectit limitationem, & ea eſt, nimirum, quando, quis feudum emiſſet cum pacto de retrouendendo, ac demum æs contraxiſſet alienum cum aſſenſu, & ſine, non facta reemptione à primo venditore, pecunia ab illo exburſata liberatur creditoribus anterioribus, licèt ſine aſſenſu, quod dictum ſatis commendat Fab. de Anna. *in addit. ad patrem. ſingul.* 204. Practicamus etiam quod ſi ad Creditorum inſtantiam venderetur feudum, 2

quod

Digitized by Google

quod poſſidetur à feudatario debitore, qui legitimo careret ſucceſſore, facta liberatione de pecunia ex feudo vendito redacta creditoribus cum aſſenſu, pars, quæ remanet, conuertitur in emptionem, quæ ſtet loco feudi ad finem, vt mortuo poſtea illo qui feudum tenebat, poſſit Regius Fiſcus corpus illud acquirere, ac ſi feudum in bonis defuncti debitoris remanſiſſet.

3 Diximus in principio, & benè pecuniam ex re patrimoniali redactam, patrimonialem non effici, nec pariter fundum emptum cum pecunia ex re patrimoniali obuenta (ob quod magis communiter in terminis noſtri iuris municip. Noſtrates dixerunt, vt fundus emptus cum pecunia redacta ex venditione bonorum antiquorum noſtris conſuetudinibus non ſit obnoxius, dummodo alienatio ſine fraude proceſſerit, qua de re latè per Me *reſol. iur. lib.* 1. *cap.* 70. *à num.* 22.) verum aduertamus, quod ſi pecunia in hæreditate remanſerit, & ex ea ab hærede directe, & non per circulum fundus emeretur, receptiſſimum eſt, vt fundus ille emptus hæreditarius efficiatur, ita Bar. *in l. Imperator.* §. *fin. num.* 2. *ff. de leg.* 2. Caſtrenſ. Alex. Iaſ. Rip. & Alciat. quos probat Peregr. *dec.* 2. *num.* 7. Barboſ. *in Rubr. ff. ſolu. matr. par.* 3. *num.* 93. *in fine, & numer.* 74. & Gait. *in tract. de Credit. cap.* 4. *queſito* 11. *num.* 1444. *fol. mihi* 353. vbi addit, nec ab hoc diſſentire doctiſſime Ant. Fabr. quem ibi citat.

4 Hæc in iudiciis particularibus, verſantes autem in vniuerſalibus, ſeccùs affirmandum nam vt in vniuerſalibus pretium ſuccedat loco rei, ſunt iura *in l. ſi rem & pretium ff. de petitio. hæredit. in l. venditor ex hæreditate* 21. *ff. de hered. vel actio. vendit. & in l. Imperator.* 72. §. *fin. ff. de leg.* 2. hinc omnes affirmarunt pretium peruentum ex venditione fundi dotalis, dotale fore cenſendum, illudque dotis partem eſſe; ſunt iura *in l. cum in fundo* 81. §. *ſi fundus ff. de iure dot.* gloſ. *in l. labeo* 14. *in verb. pretium ff. de verb. ſignif.* Bar. *in rubr. ff. ſolu. matr. num.* 20. Capyc. *dec.* 78. *in fine.* Barboſ. *in* 3. *par. rubr. ff. ſolu. matr. num.* 73. poſt plures, quos allegat, Ant. Gam. *deciſ.* 314. *num.* 7. Fab. de Anna *in cit. conſ.* 123. *num.* 11. & 16. Gutier. *pract. quaſt. lib.* 5. *cap.* 87. Maſtrill. *in addit. ad Petr. de Greg. de Cenſibus, quaſt.* 5. Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 5. Molfeſ. *ad conſuet. Neap. par.* 2. *tit. de bonis quaſt.* 3. & alij, quos citat D. Reg. Merlin. *cit. cap.* 92. *num.* 2. quibus addo Caponum *de dote quaſt.* 4. *num.* 26.

5 Sed an dicendum de Fundo empto cum pecunia dotali, nimirum vt fundus ille ſuccedat loco illius pecuniæ Viro in dotem datæ? hoc dubium non eſt ſine controuerſia propter iura ad inuicem pugnantia, nam quod res empta ex pecunia dotali, dotalis non ſit, videtur expreſsè ſtatutum, *in l. ex pecunia C. de iure dot.* At quod dotalis remaneat, videtur expreſſis verbis determinatum, *in l. res quæ* 55. *vbi gl. ff. de iure dot.* Veritas eſt, quod res empta ex pecunia dotali, nullatenus dotalis efficiatur, quouſque tamen mulieri ſuper aliis bonis Viri poſſit eſſe conſultum; at illo non exiſtente ſoluendo, conueniunt omnes, vt in ſubſidium res empta ex pecunia dotali dotalis efficiatur, & tanquam dotalis in caſu reſtitutionis dotis ab Vxore vendicari poſſit; ita Bal. Nouell. *in tract. de dot. par.* 11. §. *hactenus num.* 10. Barboſ. *par.* 3. *rubr. ff. ſolu. matr. num.* 76. *cum ſeq.* Ant. Gomez *in l.* 53. Taur. *num.* 36. *in fine*, Polid. Ripa *obſer.* 119. D. Card. Mantica *de tacit. & ambig. conuentio. lib.* 12. *tit.* 27. *num.* 9. & alij per me relati ſupra *in obſer. ad deciſ.* 71. *num.* 4. quibus nunc addo Gait. *cit. tract. de cred. cap.* 4. *quaſito* 11. *num.* 1454. & 2461. vbi tamen ſubnectit, quod in caſu reiuendicationis poſſet illius fundi poſſeſſor, ſicut maritus dotem in pecunia offerre, ad quod citat D. De *Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.* D. Card. Mantic. *cit. titul.* 27. *à n.* 21. *vſque ad num.* 25. quem vide.

## ARGVMENTVM.

Teſtes, qui ex lege municipali Regni huius in cauſa feudali extra Ciuitatem examinari non poſſunt, an ex Partium conuentione per examinatorem in partibus electum recipi poſſint; & quid ſi alter ex conſentientibus poſt conſenſum datum re integra diſſentiret. Audientia teſtium in cauſa repulſæ an Ordinariis locorum committi poſſit. Teſtium nominatio in partibus vt legitimè facta dicatur, quas requirit ſolemnitates, & de aliis.

## DECISIO CCIII.

IN hoc Regno particularem legem habemus, vt in cauſis feudalibus audientia teſtium non poſſit alteri delegari, ſed quod teſtes examinandi perſonaliter ad Curiam accedere debeant, ita ſanè cautum eſt verbis expreſſis *in conſtit. ex ord. in pecuniariis, in principio*, qua quidem diſpoſitione ſic ſtante in cauſa reuiſionis ſententiæ latæ contra Magnificum Io. Fabritium Saracenum, pretendebatur per ipſum appellantem, quod cum effectu lex iſta ſeruari deberet, ſed contendente commendatario Roſa Comite Torellæ appellato, quod in caſu de quo agebatur huic diſpoſitioni locus eſſe non poterat, ex quo vtraque pars conſenſerat, vt deſtinaretur Commiſſarius ad recipiendum teſtes in partibus, fuit dubitatum quid iuris. 1

Regia Camera decreuit eſſe locum conſtitutioni præfatę, ſicque vt teſtes examinãdi ad hanc Ciuitatẽ expenſis producentis accederẽt, nam quamuis ex dictis per Andr. & Affl. *tam in d. conſtit. quàm in cap.* 1. §. *quod ſi veritatem, ſi de inueſtit. inter domin. & vaſſal.* queſtio oriatur, videbatur affirmandum quod poſſint Partes conſentire, vt deſtinetur Commiſſarius ſicque ſibi ipſis preiudicare, & amplius non pœnitere, tamen dictum fuit hoc procedere poſſe vbi res non eſt integra, vt quia Commiſſarius iam acceſſit in partibus in hoc enim caſu non eſt locus penitentiæ & procedit tex. *in l. à patre ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris*, at ſecus, provt in caſu de quo agebatur, vbi res eſſet integra, vt quia Commiſſarius non eſt adhuc deſtinatus, eo enim 2



Digitized by Google

caſu quia ius Partis deterius effectum non eſt; datur reuocatio conſenſus ad finem vt ſit locus dictæ conſtitutioni, *argumento l. & ſi poſt tres ff. ſi quis cautio.* quoties enim neque à lege neque ab homine exequutio facta non eſt, neq; lis conteſtata, ſemper variatio permittitur, vt latè per Bar. & omnes *in l. ſerui electione ff. de lega.* 1. *& in l. eum qui* §. *fin. ff. de verb. obligat.*

3 Secundo loco fuit dubitatum, quia in cauſa reuiſionis ſententiæ non ſolùm erat deducta appellatio, ſeu reclamatio, ſed etiam erant per viam principalis actionis propoſitæ nullitates, an poterat Comes Torelle appellatus in termino dato ponere illud idem, quod fuit in prima inſtantia poſitum, & articulatum, & de directo contrarium, in hoc dictum fuit, quod ſi conſiderabatur ſolùm cauſa appellationis, nulli erat dubium, quod non liceret: per tex. *in clement.* 2. vbi omnes *de teſtibus & in l. per hanc C. de tempor. appel.* notant omnes *in C. fraternitatis, extra de teſtib.* Sed difficultas fuit, quia cum appellatione interpoſita fuerint ſimul, & ſemel propoſitæ nullitates per viam principalis petitionis, quo caſu totum principale negotium ad ſuperiorem deuolutum videbatur, ſicut cauſa appellationis, Innocent. *in c. cum ſuper de re iudic.* Bar. & Bal. *in l.* 1. *C. quando prouoca. non eſt neceſ.* Salicet. *in l. ſi preſes C. quomod. & quando iud.* Alex. *d. l. Iudex in fine ff. de re Iudic.* & Philip. Franc. *in c. dilecto de appel.* & conſequenter ex integro omnia deduci, & probari poterant; ſed quia Domini Iudicantes articulum eſſe dubium agnouerunt, illius deciſionem reſeruarunt facta publicatione in cauſa, & quod interim teſtes examinentur cum decreto generali, quod ſi demum aliqui articuli impertinentes fuerint reperti reiiciantur vnà cum teſtium depoſitionibus.

---

## OBSERVATIO.

1 Quod attinet ad primum huius Deciſionis dubium dico libenter in tribunali Regiæ Cameræ me nuſquam practicatum vidiſſe id, quod D. Reg. noſter attenta diſpoſitione conſtit. *in pecuniariis* hic deciſum teſtatur, quandoquidem vt bene obſeruauit Muſcatell. *in praxi par.* 5. *gloſ. ſuſpectorum num.* 41. *lib.* 1. cauſæ adhuc feudales committuntur Doctoribus, Rationalibus, Actuariis, & aliquando D. Preſident Commiſſario qui in partibus recedunt ad teſtes recipiendos, ſicque non ſeruatur conſtitutio prædicta vt teſtes ad hanc Ciuitatem accedant Iuxta deciſa hîc; in ceteris autem cauſis practicari ſolet audientia teſtium ordinariis locorum, ſi de re parui ponderis agitur, ſin autem de grauibns vel committitur Regiis audientiis, vel deſtinatur Actuarius cauſæ, iſtoque iure vtimur in Tribunali Regię Cameræ.

2 At in S. C. quod practicamus, eſt, vt in omnibus cauſis ſummam ducatorum quincentorum excedentibus, facta in calce termini dati nominatione teſtium in certis locis Regni, vel infra dies quinque poſt terminum impartitum pro teſtibus recipiendis deſtinatur vnus ex examinatoribus S. C. Partibus non ſuſpectus, qui eligitur per buſſulam, ita obſeruat Gizzarel. poſt Puluerin. quem allegat *deciſ.* 27. *n.* 9. vbi *numeris ſeqq.* addit hoc ſeruari etiam in cauſis feudalibus, vt accedat examinator S. C. ſicque teſtatur præcitatam Conſtitu. *in pecuniariis* fuiſſe practicatam, quæ licèt ſtatuat in cauſis feudalibus, & criminalibus teſtium audientiam non committi, ſed quod teſtes ad Curiam accedere debeant, attamen Maiores noſtri ſemper obſeruarunt, & in dies ſeruatur, quod receptio teſtium in cauſis Feudalibus committatur examinatoribus ad loca vbi degunt, & recipiunt, ac etiam in cauſis criminalibus tam per M. C. quam per collaterale Conſilium committitur receptio teſtium alicui Doctori vel Scribæ M. C. nec aliter dicitur contrauentum conſtitutioni, quia ſemper ita fuit practicata, & obſeruata, hæc Gizzarell. notauit *in dec.* 27. *paulò ante allegata* vbi in puncto principali per S. C. deciſum refert, teſtium depoſitiones in cauſa repulſæ non poſſe ordinariis locorum committi, ſed pro illis recipiendis deſtinandum eſſe examinatorem S. C. idemque D. Reg. Rouit. *in prag. curſu dilationis num.* 19. vbi hoc reſtringit, niſi ageretur de examinandis duobus teſtibus tantùm, quo caſu etiam in caſu repulſæ committeretur audientia illorum duorum teſtium Officialibus in partibus, ad quod citat Vrſill. qui ſic multoties vidiſſe ſeruari teſtatur *in addit. ad Aſſlict. deciſ.* 351. *poſt. numero* 3.

Hæc quando litigantes ſunt regnicolæ, quia ſi 3 Neapolitani, ſiue huius Ciuitatis habitatores, ex ſpeciali gratia examinator non deputatur, ſed committitur audientia teſtium ordinario loci non ſuſpecto, ſiue viciniori, exceptis tamen cauſis feudalibus, & criminalibus prout cautum eſt *in cap.* 36. *Magni Capitanei fol.* 36. *& c.* 69. *Regis Catholici fol.* 47. *inter capit. & priuileg. huius Ciuitatis* Rou. *in prag.* 9. *n.* 11. *de ordine iudicio.* Sed quæ dicatur cauſa feudalis explicat Milanenſis *deciſ.* 6. *num.* 11. quo loci ex Petr. de Gregor. *in opuſculo de Iudiciis cauſ. feudalium queſt.* 5. *&* 7. dicit quod quoquomodo cauſa ipſa tangit feudũ cauſa eſt feudalis nimirum ſiue de dominio, ſiue de poſſeſſione, ſiue de iure ſuper feudo agatur, vel occaſione rei feudalis.

Nominatio autem fieri debet ſeruata forma Regiæ 4 Pragmaticæ 7. *de ordine iudicio.* qua ſancitum eſt, vt manifeſtentur loca in quibus teſtes ſunt examinandi, idemque ſupponitur *in capitulis prædictis* 36. *&* 69. dum ibi diſponitur vt committatur examen Ordinariis locorum non ſuſpectis, ſin autem conuicinis, ſicque apertè demonſtratur loca certa eſſe manifeſtanda, ob quod alias in facti contingentia dicebam nullam haberi poſſe rationem de nominatione facta in Prouincia Terræ Hydrunti, dum certa loca, in quibus teſtes erant forſan recipiendi, reus non manifeſtauerat, ſicque haberi, ac ſi nominatio facta non eſſet.

Circa ſecundum dubium huius Deciſionis reſpectu 5 articulorum impertinentium, & quod praxis ſeruet ſuper illorum reiectione, vide D. Preſ. de Franch. *deciſ.* 220. vbi concordat cum dictis per D. Reg. *hîc, & in deciſ.* 668. *num.* 2. *& deciſ.* 683. videndus eſt pariter D. Reg. Rou. *in Prag.* 12. *per totam, de ordine Iudiciorum* vbi multa circa hanc materiam congerit notabilia & Muſcatel. *in prag. lib.* 2. *par.* 3. *gloſ. Partis per totam.*

ARGV

Digitized by Google

## *ARGVMENTVM.*

Frater an in feudo nouo fratris ſuccedere poſſit, & quid ſi inueſtitura canit pro *ſe, & hæredibus ex corpore*. Pretium rei alludialis obligatę Vxori prò reſtitutione dotis, ſi à Viro fuerit conuerſum in emptionem Feudi an Feudum illud dicatur Vxori obligatum. Aſſenſus Regius an requiratur in datione in ſolutum quæ fit à debitore Creditori ſuo de feudo cum aſſenſu eidem obligato, & de aliis.

## DECISIO CCIV.

1 IN Regno ſine controuerſia procedit, vt in feudo nouo fratris eo ſine liberis decedente, tunc demum frater ſuperſtes ſuccedat, ſi inueſtitura canit pro *ſe, & hæredibus* ſimpliciter, & ſic in forma larga, vt eſt caſus in Conſtit. *vt de ſucceſſionibus* vbi Andr. & Affl. Loffred. *conſ.* 38. ſecus verò ſi in forma ſtricta, nimirum *pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*; ſed fuit dubitatum in cauſa Mag. Io. Vincentij Siſti cum Reg. Fiſco an in annuis ducatis biſcentum viginti feudalibus à quatuor Patribus acquiſitis poſſint inter ſe fratres ipſi ſuccedere? & dicebatur quod ſic, eo prȩſuppoſito quod inueſtitura fuerit in forma larga, quæ ſemper talis preſumitur, nec vnquam in forma ſtricta, niſi de ea conſtet; vt per Andr. *in c.* 1. *§. huius autem generis col.* 3. *&* 4. *ex quibus cauſ. feud. amitt. & in cap.* 1. *in fine de alienat. feud. pater.* & quamuis in aſſenſu ſuper acquiſitione dictorum annuorum introituum impetrato, qui habetur in Regno loco inueſtiturȩ, legebatur Clauſula *pro hæredibus ex corpore*, dicebatur tamen quod fuerat ille impetratus ad ſupplicationem Venditoris, addito quod gratia ſupplicantis, *eiuſque heredibus ex corpore* eſſet proficua, & ſic nihil fuit dictum de hæredibus emptoris, ergo reſpectu illorum ſimpliciter præſtitus conſiderabatur, & ſit in forma larga.

2 Sed contrarium fuit per Regiam Cameram deciſum, nam cum Venditor, & Emptor ſint correlatiui, conſequenter, quod eſt diſpoſitum in Venditore, & eius hȩredibus, erit pariter diſpoſitum in Emptore, & eius hȩredibus ad quod allegabant tex. *in l.* 1. *C. de Cupreſ. lib.* 11. vndè cum in caſu propoſito in aſſenſu impetrato loquente de venditore additur clauſula *ex corpore*, ergo eodem modo intelligi debet de hæredibus emptoris, eoque magis cum à Dominis Regentibus Regiam Cancellariam nunquam aſſenſus concedantur, niſi in forma ſtricta, nec aliter facere poſſunt, quia in Regis preiudicium redundaret, ſicque antiquam inueſtituræ formam mutare non poſſunt, nam aliàs feudi ſucceſſio ampliaretur, quod Regis tantum eſt, tum etiam, quia ſemper forma prima inueſtituræ attenditur, vt per Decium *conſ.* 193.

Nec obſtare dictum fuit aliud, quod Actor prætendebat, nimirum hos annuos introitus feudales fuiſſe ei hypotecatos pro dotibus maternis, eo præſuppoſito, quod illi empti fuerunt ex pretio obuento ex venditione domus paternæ, quam pater ſuus vxori pro reſtitutione dotium obligauerat, & ſic dicebatur quod quemadmodum domus erat obligata, ita pariter, & hi annui introitus lato dictæ domus ſubrogati; etenim fuit reſponſum per hoc in facto non fuiſſe probatum. Secundò quamuis eſſet verum, non procedebat de iure, nam & ſi receptiſſimum ſit, vt in hypotecis vna res in ſubſidium ſuccedat loco alterius, vt eſt tex. *in l.* 1. *vbi* gloſ. Bar. Bal. Salice. & Fulgoſ. *ff. de diſtract. pignor.* Imò hoc voluit Bar. ſimpliciter, vt in dote, quoad hypothecam pretium ſuccedat loco rei *in conſ.* 124. quem ſequuti ſunt Aret. *in l.* 1. *col.* 3. *ff. ſolu. matr.* & Imol. *in c. cum contingat. col.* 16. *extra de iureiur.* tamen hæc omnia in bonis allodialibus; ſed in feudalibus nullo pacto defendi poteſt, quod ſi res per virum hypothecata erat allodialis, quæ demum fuit vendita & ex pretio emptum feudum, quod illud Regis aſſenſu non interueniente obnoxium remaneat hypothecæ, quam habet Vxor in bonis Viri; Nec pariter fuit admiſſum, quod hi annui introitus feudales inſolutum dati erant matri pro reſtitutione eius dotis, ſicque illa dicebatur domina, eaque mortua, ipſi fratres, nam datio hæc inſolutum nullius fuit momenti, ex quo ſuper ea Regius aſſenſus non interuenerat provt requirebatur; etenim tunc demum res feudalis Creditori, qui eam habet obligatam poteſt ſine aſſenſu inſolutum dari, quando reperitur illa hypothecata cum aſſenſu; cenſetur enim eo caſu creditoris perſona à Domino approbata; ſicque datio illa in ſolutum quæ ſequitur, ſequela dicitur, & adimplementum primi contractus aſſenſu vallati, ita ratiocinantur Andr. *in conſtit. ſi quis poſt litem*, & Dec. *conſ.* 285. Hæc principaliora fuerunt in hac cauſa conſiderata, & deciſa.



Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 ADuertamus quæſo quod hæc omnia hodie apud nos nullius momenti ſunt, etenim quod attinet ad primam concluſionem, vt in feudo nouo frater fratri non ſuccedat, ſi inueſtitura canit *pro ſe, & hæredibus ex corpore*, poſt hanc Deciſionem ex Sereniſſimi Domini noſtri Regis munificentia ſancitum habemus, vt frater in feudo nouo fratris, ſiue ſit vtrinque coniunctus, ſiue conſanguineus, ſiue vterinus ſuccedat, non obſtante, quod inueſtitura ſit in forma ſtricta, qua de re latè diximus *lib.1.noſtr. reſolu. cap.126.num.*50. Quantum verò ad aliam concluſionem, vt Regius aſſenſus non requiratur in datione in ſolutum, quæ fit à debitore creditori defuncto cum aſſenſu obligato, ceſſat pariter hodie aſſeueratio hæc, quam etiam firmauit Camer. & Hatem.Paſtor. quos citat Rouit. *in Prag.*23. *de feudis*, hac enim Pragmatica ſanctione, contraria opinio, quæ eſt Marini Frec. Confirmata fuit, & expreſsè diſpoſitum, vt in adiudicationibus feudorum, ſicut in venditionibus Regius requiratur aſſenſus, licèt feuda ipſa mediante Regio aſſenſu ſint obligata cum conſtituto, & precario, poteſtate Capiendi, & vendendi; Sed hoc aduertit Rou. procedere in feudis quaternatis tantùm; in feudis verò planis, & de tabula articulus eſt diſputandus, & videndum, quænam verior ſit opinio, an illa Camerarij, an verò alia Marini.

## *ARGVMENTVM.*

Aſſenſus Regius impetratus ſuper obligatione bonorum viri pro reſtitutione dotium ab ipſo receptarum, & pro omnibus in inſtrumento contentis, nùm ſit proficurus reſpectu antefati in eodem inſtrumento conſtituti, quamuis de eo nulla in ſupplicatione fuerit facta mentio. Clauſula quæ in aſſenſibus apponi ſolet *quoad expreſsè tantum* quid importet & de aliis.

## DECISIO CCV.

1 IN eadem cauſa Dominæ Camillæ Pappacoda de qua ſupra in Deciſionbus...... fuit dubitatum in Regia Camera an illa ſuper bonis feudalibus Viri poterat pro ſuis dotibus aſſecurationem petere, cuius reſolutionem pendere dicebatur ex lectura inſtrumenti dotalis, & aſſenſus ſuper illo impetrati; etenim non dubitabatur in inſtrumento dotali contineri dotis aſſecurationem, promiſerat enim Vir dotes ſaluas facere cuſtodire, & conſeruare, & tam in caſu mortis, quam in omnem alium caſum dotium reſtituendarum illas reſtituere; ſed dubium erat an in aſſenſu impetrato promiſſiones hæ fuerint expreſſæ, ex eo quod narratum tantum extiterat, dominum Fabritium Saracenum virum promiſiſſe dotes conſeruare, & ſaluas facere in caſu diſſoluti matrimonij; vnde videbatur quod aſſenſus deſuper impetratus non niſi dotis reſtitutionem comprehendebat, non autem aſſecurationem, quæ non eſt vera reſtitutio; ſed dotis in tutum repoſitio, vt per gloſ. Bar. & omnes *in l.ſi conſtante ff ſolu.matr.* ſed quia circumſcripto aſſenſu expreſſo hominis, potiebatur mulier aſſenſu legis vigore gratiarum Mulieribus Neapolitanis conceſſarum, proinde dicebatur quod res erat indubitata quoad dotes ſecus verò quoad antefatum, pro quo licèt aſſecuratio concedatur, *l. vbi adhuc C. de iur. dot.* non tamen aſſenſus legis ſuffragari poteſt, cum centies per Sacrum conſilium, & Regiam Cameram fuerit deciſum gratiam de antefato non loqui; ſed dubium remanſit an pro antefato ſuffragaretur aſſenſus hominis impetratus; erat enim in inſtrumento dotali antefatum conſtitutum, & pro omnibus in eo contentis obligata bona feudalia præſentia, & futura, ad notata per Iaſ. *in l. Titia §. fin. ff. de verb. obligat.* vbi dicit quod in quolibet Capitulo contractus cenſetur obligatio hæc repetita, de quorum quidem bonorum obligatione in aſſenſu mentio facta erat; ſed non expreſſe dictum quod fuerat conſtitutum antefatum, bene tamen relatione habita ad contractum, vnde dubitabatur de clauſula in aſſenſu illo appoſita, vt gratia ſuffragaretur quò ad expreſſà tantum; Verum fuit conſideratum hanc clauſulam non excludere ea, que in inſtrumento continentur, & quæ extranea non ſunt, ſed ſolita concedi, vnde dicebatur quod poſtquam in narratiua ſupplicationis fuit habita relatio ad inſtrumentũ, ſub quo includebatur promiſſio reſtitutionis dotis, & antefati, & obligatio bonorum feudalium præſentium, & futurorum, tunc illa clauſula *quoad expreſſa tantùm* nihil contra operabatur, ſicque eam Domini Regentes declararunt, & in dies in Regia Camera ſeruatur.

## OBSERVATIO.

BEne dicit D. Reg. fuiſſe ſæpè ſæpius tam per S.C. quam per Regiam Cameram deciſum, gratiam mulieribus Neapolitanis conceſſam, vt ſuper obligatione bonorum feudalium Viri pro dotium reſtitutione, de antefato non loqui, quod perinde, vt bona illa eſſent pariter pro antefato obligata, requirebatur expreſſus aſſenſus Regis, ſed hoc vſque ad annum 1540. nam poſtea ſub die vltimo menſis Februarij hoc eodem anno fuit in hac Ciuitate publicata altera gratia Caroli Cæſaris ſub datum Madriti 5. ſeſſ. 1539. qua mediante prouiſum fuit, vt aſſenſus intelligeretur præſtitus mulieribus Neapolitanis, 1

ſiue nuptis viris Neapolitanis etiam reſpectu antefati; & illius vſufructus, vt videre eſt *in Pragmatica 8. de feudis*, de qua quidem gratia D. Reg. noſter mentionem facit infra *deciſ.470.*

2 Quo verò ad aliud dubium huius deciſionis, vt cernis D. Reg. in eam deſcendit ſententiam, vt aſſenſus conceſſus inſtrumento dotali non ſolùm pro dote; ſed etiam pro antefato ſit proficuus, quamuis in ſupplicatione pro aſſenſu non ſit narratum, quod in inſtrumento dotali conſtitutum erat antefatum, nec aliquid contra operari clauſulam illam, quæ in omni aſſenſu apponitur, nimirum *quoad expreſſa tantum*; nam dicebatur, quod hæc clauſula non excludit ea, quæ in inſtrumento continentur, & quæ extranea non ſunt, ſed potius concedi ſolita; Tu modò ad confirmationem, vide quæ ſcripſit Camerar. *in c. Imperialem ſeſ.58. litt. M. & O.* & quando de his, & ſimilibus dubitari contigerit recurre ad Marin. Frecc. qui ab hac opinione non diſcedit, quando pacta in inſtrumento appoſita inſolita, & extera non ſunt *in ſuo tract. de ſubfe. lib.2. author.1. quæſt.15.* vbi dicit verius ſibi videri ſat eſſe expreſſionem per relationem ad inſtrumentum, vel ad aliam ſcripturam, etiam vbi ſpecialis requiritur narratio, & expreſſio, & hoc ſuppoſito quod in aſſenſu adſit clauſula, *cuius tenor pro expreſsè habeatur* ſicque ait ſæpe S. Conſilium iudicaſſe, & per Dominos de Collaterali Conſilio fuiſſe tentum; Addit demùm, quia Partes interdum in inſtrumentis nonnulla inſerebant pacta prorſus extranea, vt puta vinculationes, feudorum ſubſtitutiones, & alia inſolita, quæ ſi narrata fuiſſent, expulſa, improbataque à Rege eſſent ſicque aſſenſum expreſsè denegatum; ad tollendas dubitationes, quæ ex illis verbis *cuius tenor &c.* exoriebatur, ſtylus inoleuit, vt apponatur clauſula *quoad expreſſa tantum*, per quam quidem clauſulam reſtringitur aſſenſus ad id tantùm quod Regi narratum, & expreſſum eſt, non autem ad id, quod in inſtrumento eſt actum; Addit demum aliud eſſe reſpectu eius, quod generaliter fieri conſueuit, nam tunc pro expreſſo habendum eſt, ſicque iudicatum teſtatur Minad. *in conſtit. in aliquibus in 3. notab. num.54.* quos omnes, & alios citat, & ſequitur D. Conſil. Marcell. Marcia. *conſ.69. per totum num. 20. lib.2.*

## *ARGVMENTVM.*

Officialis an poſſit in officio alium ſubſtituere, quamuis in ſuo Priuilegio ſubſtituendi poteſtas ſibi tributa non fuerit. Officialis ſubſtituens, an & quando de culpis, & defectibus ſubſtituti ciuiliter, vel criminaliter teneatur, & an illum exhibendo liberetur, & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCVI.

IN cauſa inquiſitionis formatæ contra Chriſtoforum de Caſtillo Perceptorem Prouinciarum Terræ laboris, & Comitatus Moliſij, & Franciſcum de Palma eius ſubſtitutum de quatuor principaliter fuit in Regia Camera dubitatum, & Primò an d. Chriſtoforus potuerit de iure dictum Franciſcum in eius officio ſubſtituere, attento quod in ſuo Priuilegio ſubſtituendi poteſta, ſibi data non fuerat. Secundò an ipſe ſubſtituens de culpis, & defectibus ſubſtituti teneretur. Tertiò an exhibendo in iudicio d. Franciſcus eſſet liberandus. Et Quartò in caſu quo ſubſtituens de culpis, & defectibus ſubſtituti teneretur, *qua pœna* tam in ciuili quàm criminali veniet plectendus. 1

Quoad Primum dictum fuit, Chriſtoforum abſque Superioris authoritate non potuiſſe in officio ſuo alium ſubſtituere, quia in eo cenſebatur electa induſtria perſonæ, & ſicut regulariter officia ſunt præſonalia, & ad hæredem non tranſeunt, *l. cuius bonis ff. de curat. furioſi, & l. tutela ff. de tutel.* notant gloſ. *in c. fin. de teſtam. in 6.* & DD. preſertim Aret. *in l. maritum ff. ſolu. matr.* & Bal. *in l.2. §. ſed & ſi quis col.2. C. commun. de lega.* ita pariter aliis committi non poſſunt. Innocent. & Felin. *in c. fin de offic. deleg.* & licèt aliquando hæc concluſio limitetur; tamen procedit ſemper quando ſeruitium, & opera Principi præſtatur; notat Bald. *in cap.1. in tit. Epiſcopum, vel Abba. per tex. in l. ſi quis ex corpore C. de muri leg. lib.11.* & Aret. *in l. qui liberis §. hac verba col.4. ff. de verb. obligat.* 2

Ad Secundum fuit dictum, ſubſtituentem teneri de culpis, & defectibus ſubſtituti, ad quod probandum fuerunt allegata iura *in l.1.* vbi Bar. *C. de præpoſit. agent. in reb. lib.12. in l. ad ſimilitudinem* vbi Bal. *c. de Epiſcopis & cleric. in l. nullus, & in l. neminem* vbi etiam Bar. *C. de decur. lib.10.* latè Pariſ. *de Syndic. in c. quod incipit, An ſubſtitutus*, idque procedere dictum fuit, adhuc ſi ſubſtituens, ſubſtituendi poteſtatem haberet & idoneum ſubſtituerit, non tamen à ſuperiore approbatum vt ſemper teneatur de culpis, & defectibus ſubſtituti; allegat Aretin. *in l. continuus §. ſi ab eo ff. de verb. obligat.* 3

Quo verò ad Tertium in quo fuit dubitatum, an ſubſtituens ſubſtitutum exhibendo liberetur, plures fuerunt diſtincti caſus, ex quibus cernitur concluſum quod quando ſubſtituens potuit de iure aliquem loco ſui ſubſtituere tunc per ſubſtituti exhibitionem liberatur, dummodò in poteſtate data ſubſtituendi non fuerit dictum, quod Officialis teneatur de culpis, & defectibus ſubſtituti, quia tunc exhibitio in nihilo prodeſſet, pro- 4

vt in omni caſu in quo quis ſubſtituerit nullam habens ſubſtituendi poteſtatem, videantur Bar. Paul. de Caſtr. & Imol. *in l. ſi cum exhibuiſſet ff. de publica. & vectigal.* Ang. & Salice. *in l. 1. C. ad leg. Iul. repet.* Pariſ. *loco cit. in fine.* Excepto ſi Officialis, qui ſubſtituit non poſſet aliter ſuum exercere officium, niſi aliorum vteretur miniſterio; provt ſunt Perceptores Prouinciarum qui perſonaliter per totam Prouinciam præeſſe non poſſunt; hoc enim caſu dictum fuit, quod licèt ipſi teneantur de culpis, & defectibus ſubſtitutorum, tamen ſi non ſunt delicti participes, & bonos elegerint, eos exhibendo liberentur; allegat Roma. *conſ.* 11. & Felin. *in c. Petrus de homicidio*, & ita in cauſa prædicta fuit per Regiam Cameram facto verbo in Collaterali Conſilio, & coram Domino Prorege deciſum, ſicque mandatum, quod ſtante exhibitione facta per dictum Chriſtoforum de perſona ſubſtituti reſtituatur eidem officium; Vbi autem exhibitio non fieret, ſicque teneatur ſubſtituens de culpis, & defectibus ſubſtituti, cum dubitaretur qua pœna eſſet plectendus erit delicti qualitas conſideranda, nam aliquando officio priuatur, provt fuit per Regiam Cameram deciſum in cauſa Comitis S. Agathæ, qui ob delicta ſubſtituti in portu Caſtri Abbatis fuit ſuſpenſus ab adminiſtratione officij Magiſtri Portulani Prouinciæ Principatus citra; aliquando poſſet teneri lege Iulia repetund. vt notant Bar. *in l. 1. ff. ad l. Iul. repet.* Ang. *in l. 1. & fin. C. eodem*; aliquando ad duplum eius, quod vltra debitum exegerit, & ſi ſæpius tale crimen commiſerint, pœna capitali, iuxta tex. *in l. 1. C. de ſuper exactionibus lib. 10.*

## OBSERVATIO.

1 Circa primum dubium, iure communi attento, conſtituenda eſt concluſio quæ deſumitur ex tex. *in l. inter artifices ff. de ſolutio. & in c. fin. de offic. deleg.* his namque iuribus cauetur, quod vbicumque eſt electa induſtria perſonæ, quis in officio ſuo alium ſubſtituere prohibetur, è contra verò vbi perſonalis induſtria non eſt electa; In hoc autem Regno, vt notabiliter aduertit D. Reg. Conſtant. *in l. nullus qui nexu. num. 6. C. de decurio. lib.* 10. leges habemus particulares, quibus prouiſum eſt, neminem in officiis per ſubſtitutum deſeruire poſſe; ſed vnumquemque ad præſtanda ſeruitia perſonaliter ſibi commiſſa omnino teneri, ita cautum eſt in ritu M. C. 2.7. *&* 309. *in c. Reginæ Ioannæ*, ſecundum ordinem Io. Ant. de Nigr. 276. *in Prag. 1. ſub tit. de actuar. & ſcrib. in prag. 1. & 2. ſub tit. de adminiſtr. & in prag. 4. ſub tit. de offic. indic.* hoc tamen, ego aliàs dicebam, vt procedat, ſi Officialis impedimentum non habet ad ſeruiendum de perſona, quia ſi iuſto impedimento detentus, poſſet vtique alium ſui loco ſubſtituere, ſicque iura modò citata reſtringenda, ita in terminis Cara. *in dicto ritu 2. poſt num. 20. verſ. 3. limita*, vbi ad hoc probandum allegat Bal. *in cap. 1. §. ſi quis deceſſerit in fin. in tit. ſi de feudo fuerit contro. inter dominum & Agnat. & in l. fin. ff. de excuſat. tuto.* Alex. *in l. 1. ff. de offic. eius.* Felin. *in cap. 1. num. 4. verſ. hac autem, de ſum. Trinit. & fide cathol. & gloſ. in c. paſtoralis in verb. exonerare de offic. deleg.* vbi notabiliter voluit ſubſtituentis dicto ſtandum eſſe, quando impedimentum allegat, etſi non conſtet, ſed circa hoc vide quæ dicta ſunt infra *in obſer. ad deciſ.* 390.

Quomodo autem dignoſci poſſit, perſonæ induſtriam eſſe electam, ad finem vt quis in officio ſuo alium ſubſtituere non poſſit, eſt videndus D. Reg. Conſtant. *loco cit. à num. 22. vſque ad num.* 49. vbi *numer. ſeq.* illam celebrem ſubingreditur quæſtionem, nimirum, an Officialis ſubſtitutus in alterius abſentis locum, cenſeatur pariter ſubſtitutus in caſu mortis, vide illum, quando caſus contigerit, poſt Giurb. *deciſ.* 9. D. de Franch. *deciſ.* 255. *num.* 4. Dom. Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de aſſent. Regiis, tit. 7. §. 6.* D. Reg. Rouit. *in rubr. de adminiſtrat.* & quod perſonaliter ſeruiant *à num. 8. vſque ad finem & in Prag. 24. num. 2. & 17. de offic.* S. R. Conſ. & Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 5. cap. 6. num.* 165. 2

Circa Secundum dubium in quo fuit dictum ſubſtituentem teneri de culpis, & defectibus ſubſtituti, ad confirmationem vide ſcripta per D. Reg. Conſt. *loco cit. num.* 57. vbi hanc eandem firmat Concluſionem, ex tex. illo *in l. nullus qui nexu, ibi periculo ſuarum facultatum C. de decurio. lib.* 10. & ex dictis per Paridem de Put. *in ſuo opuſculo de ſyndicatu, in verbo ſubſtitutus cap. 2. per totum*, vbi dicit Officialem ſubſtituentem de culpis & defectibus ſubſtituti teneri ſindicatui parere, idemque Cancer. *var. reſol. par. 2. in titul. de iuriſdic. omnium fund. numer.* 87. vbi dicit ordinarium teneri pro male geſtis à ſuo locum tenente, & ſimiliter Balium de culpis ſubalij, & Vicarium de culpis ſubuicarij, id quod probat pariter D. Reg. Roui. *in prag. 5. num. 53. & 55. de Syndic. official.* vbi dicit Officialem, qui per dies quindecim in caſu eius abſentiæ elegit locum tenentem in propria patria, teneri de illius culpis, & defectibus in ſyndicatu; hæc tamen omnia intelligit D. Reg. Conſtant. *loco cit. num. 59. & 63.* quando ſubſtituens voluntariè ſubſtitutum elegerit, non autem ex neceſſitate, vt in exemplis ibi poſitis; item quando ſubſtituens in eligendo debitam non adhibuiſſet diligentiam, alioquin ſi diligens fuit, delictum à ſubſtituto commiſſum ſubſtituenti non eſt imputandum, allegat gloſ. notabilem *in c. ad hoc de offic. Archid.* & Greg. Lopez *in l. 7. gloſ. en ſu lugar. tit. 18. par. 2.* vbi ex Alexand. *in l. fin. ff. de cuſtodia reor.* docet, quod ſi ſubſtitutus à Caſtellano ad Caſtri cuſtodiam illud perdiderit, ad nihilum teneatur ſubſtituens, nec ipſum Regi præſentare, ſi talis ſubſtitutus tempore commiſſæ cuſtodiæ diligens, & ſufficiens reputabatur, non enim, inquit, debet eligenti nocere, quod ſubſtitutus, ſiue electus mores poſtea mutauit, & *in l. 5. gloſ. in ſi tal omo*, ait quod ſufficeret mittere talem, qui reputatus eſt idoneus, & in tali reputatione habebatur; vnde vt vides diligens dicitur eſſe ſubſtituens, ſi eligit eum, qui idoneus habebatur, idem ſi eligit nobilem ad Caſtri cuſtodiam, referens ſic in Curia Romana deciſum, idemque & tandem ſi ſubſtitutus eſſet de eodem ſanguine ex hoc enim ſolo cenſeri eum idoneum, ex aliorum voto ſcribit Ioann. Vincent. de Anna *allegat.* 57. *n. 24.* & ante eos Pariſ. de Put. *loco ſupra cit.* 3

Inſuper D. Reg. Conſtant. *loco cit. num.* 56. prædicta intelligit, vbi ſubſtituens ſubſtituendi poteſtatem à lege haberet; eo enim caſu de ſubſtituti facto tenetur, & malè eligens dicitur eſſe in culpa, vt Officialis, Tutor &c. Secus ſi ſubſtituendi poteſtatem haberet ab homine tunc enim ſubſtituendo de culpis ſubſtituti 4

ſubſtituti non tenebitur ſubſtituens, niſi in eligendo dolum adhibuerit, ita Dom. de Franch. *deciſ.* 212. & Io. Vinc. de Anna *alleg.* 107. qui loquuntur de ſubſtituto à Procuratore, ſiue ad lites, ſiue ad negotia cum poteſtate ſubſtituendi à mandante tributa.

5 Circa Tertium dubium, ad confirmationem eorum quæ hîc ſcripſit D.Reg. vide eundem D.Regen. Conſtant. *loco cit. num.* 68. vbi docet, quod quando ſubſtituens in dolo non fuit verſatus non criminaliter, ſed ciuiliter tantùm tenebitur, imò & à pœna ciuili ſubſtitutum exhibendo liberabitur, allegat Parid. de Pute. *in cit. tract. de ſyndica. in verb. familiaris, ſeu familia poteſtatis cap.* 4. *num.* 4. *in fine & cap.* 5. *in princ.*

## *ARGVMENTVM.*

Falſi crimen an ſit amouere Bullas Regias à Panno bullato, illaſque in Panno non bullato apponere. Moneta falſa ſi fuerit reperta penes aliquem, num preſumendum ſit ab ipſo fuiſſe fabricatam. Res furtiua ſi penes aliquem inuenitur, an contra eundem iudicium faciat ad torturam, vt præſumendum ſit, ab ipſo fuiſſe furto ſubtractam.

## DECISIO CCVII.

1 INQVIREBATVR Dominicus Cæſar, quod cauſa fraudandi Gabellam in Reg. Dohana à Panno bullato euellerat Bullas Regias, illaſque in panno non bullato appoſuerat, fuit dubitatum an hoc delictum ſit crimen Falſi?

2 Reſponſum fuit dubitari non poſſe, Falſi crimen eſſe, per tex. *in c. licèt.* vbi Hoſtienſis *in* 3. *ſpecie falſitatis extra de Crim. fal.* vbi eſt caſus quod amouere bullas à veris litteris Papæ, eaſque in falſis affigere eſt verum crimen Falſi, idémque Bar. *in l.* 1. *verſ. qui in rationibus ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Sed dubium fuit an Fiſcus eſſet in probatis, dicebat quod ſic, quia in proceſſu conſtabat, quod pannum falsò bullatum penes dictum Dominicum repertum fuerat, & hoc ſat eſſe iuxta notata per Aufrer. *in addit. ad cappel. Toloſa. deciſ.* 162. vbi dicit quod ſi falſa moneta penes vnum reperiatur, præſumitur ab illo falsò fabricata, niſi à quo habuit, oſtenderit, idémque dixerunt DD. in terminis de quibus loquitur tex. *in l. ciuile eſt. C. de furt.* vbi ſi res furtiua penes aliquem inueniatur à quo habuit, oſtendere debet, & ſi non oſtenderit, quod ſit ab illo ſubtracta præſumitur, maximè ſi eſt perſona malæ famæ, qualis inquiſitus iſte præſupponebatur; verum exiſtimatum fuit, Fiſcum non fuiſſe in probatis cum in crimine falſi probationes neceſſariò concludere debeant, ex notatis per Bal. *in l. iuriſgentium §. quod ferè ff. de pac.* & per Dec. *conſ.* 125. *&* 189. ſed in caſu de quo agebatur quæ afferebantur, concludenter non probabant, ergo; nam & ſi vera ſit opinio, vt ſi res furtiua penes aliquem reperiatur malæ famæ, nec oſtenderit titulum, præſumptio eſt contra eum; tamen omnes DD. dicunt, quod non per hoc, hic talis damnari poteſt, cum huiuſmodi præſumptiones, ſeu indicia vrgentiſſima non ſint, vt quis ex eis condemnari poſſit; notat Bal. *in l. fin. C. de probat.* & Aret. *in c. tertio loco extra eodem*; & ſi eſſemus in caſu in quo poſſet quis ex præſumptionibus damnari, pœnæ ordinariæ locus non eſſet; ita Imol. *in c. quia non eſt veriſimile de præſumptio* Bal. poſt Nicol. de Mattarel. *in d. l. fin. C. de probat. & in l. ſi fugitiui ff. de ſeruis fugit.* & eſt caſus ſingularis iuxta gloſ. *in l. inter ſolitudines §. fin. extra de purgat. canon.* quam allegat notanter Aret. *in d. c. tertio loco,* attentis tamen ſupradictis qualitatibus, & circunſtantiis, poterit Iudex ad torturam deuenire, cum in occultis verſemur ad notata per Bal. *in l.* 3. *col.* 1. *C. de Epiſcop. audiunt.* facit tex. *in l.* 3. *verſ. effracturæ fiunt ff. de officio præfect. vigilum*, vbi ſi effracta ſunt horrea, & res in eis exiſtentes ſunt furto ſubtractæ, poſſint horreorum cuſtodes torqueri.

## OBSERVATIO.

AD maiorem declarationem illius concluſionis, quam hîc firmauit Dom. Regens, nimirum quod ſi res furtiua penes aliquem inueniatur, teneatur ille oſtendere à quo habuit, & ſi non oſtenderit, præſumptio ſit, eſſe ab eo ſubtractam, maximè ſi perſona eſſet malæ famæ; vide omninò quæ ex recentioribus ſcripſerunt Grãmat. *conſ. crim.* 14. Iul. Clar. *in prag. crim. §. fin. quæſt.* 21. *numer.* 41. vbi Bard. *in addit. deciſ. conſ.* 31. Menoch. *de præſumpt. lib.... præſumpt.* 29. Ludouic. à Pegnor. *deciſ.* 73. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 833. *num.* 1. & Proſper. Farin. *in ſuo tract. de furt. quæſt.* 77. *p.* 1. hi enim omnes ex receptiſſima Doctorum ſententia, in terminis tex. *in l. in ciuilem, & in l. ciuile eſt C. de furt.* dixerunt quod ſi res furata penes aliquem reperiatur, talis inuentio facit contra eum iudicium ad torturam, modò ſit malæ conditionis, & famæ, niſi doceat à quo habuerit; exiſtens autem bonæ famæ, etiam ſi non doceat à quo habuerit, ſecus affirmandum; ſed an ſat ſit, vt is, penes quem res furto ſubtracta reperta eſt, vt nominet eum, qui rem furtiuam ei tradidit, an verò vltra nominationem teneatur hoc probare; & quod ſola nominatio non ſufficiat, ſed requiritur etiam probatio, multorum authoritate docet Farinac. *loco cit. num.* 13. 1

De illo autem penes quem reperitur falſa moneta, agit idem Farinac. *in tract. de crim. læſæ Maieſt. quæſt.* 115. *num.* 145. vbi dicit quod quando quis docet à quo habuit falſam monetam, tunc eam expendendo, & retinendo nulla plectitur pœna, citat præ exteris 2

ex

Digitized by Google

ex Noſtratibus Afflict. *in conſtit. adulterinam num.7. in fine*,& D.de Franch. *deciſ.*401.*n.*3.

2 Sed hîc quæri poteſt, quando quis bona fide,& ab omni dolo procul rem furatam emit nùm domino comparente, & rem furto ſubtractam reiuendicante teneatur ille pretium exburſare, quod emptor impendit; vide tex.& ibi dicta per DD.*in l.mulier ff.de captiuis & poſtlimit. reuerſ.* & Hieronym. de Laurent.*dec.Auen.*30.& ad ſaturitatem videnda ſunt ſcripta per Farinac. *cit.tract.de furt.quæſt.*177.*par.*3.*per totam*, ad quem recurre,quando contigerit.

## *ARGVMENTVM.*

Fideiuſſorem præſtare ſi quis tenetur, an ad iuratoriam cautionem admitti poſſit, ſi illum inuenire non poteſt; & quod in vſufructuario, qui tenetur proprietario cauere de bene vtendo, & fruendo. Debitoris re ſub haſta vendita, ſi Emptor illam creditoribus anterioribus obnoxiam reperierit, ad quid Debitor teneatur, & de aliis pluribus notabilibus.

## DECISIO CCVIII.

1 IN eadem cauſa Petri Naucleri cum Io. Thoma Regale de qua ſupra *in deciſ.*196. quia compertum fuit Rus in proceſſu deductum fuiſſe hypothecatum non ſolùm pro dotibus Vxoris d. Io. Thomæ eo tempore viuentis, ſed etiam alterius primæ eius coniugis, quod proindè fuit ille condemnatus ad liberandum Rus prædictum ab illa hypotheca; vel ad præſtandam fideiuſſoriam cautionem de eximendo dictum Petrum emptorem indemnem vbi contingeret ratione dictæ hypothecæ Rus prædictum euinci, quem fideiuſſorem non inueniebat, petiit ad iuratoriam admitti cautionem, & ad hoc fundandum, allegantur tex. *in l. generaliter*, & quod ibi notant omnes *C. de Epiſ. & cleric.* gloſ. Iaſ. & cæteri *in l.*1.*ff. qui ſatiſdat. leg. gloſ.in c.quamquam de vſur.in* 6. Bar.Bal.Alber. & Salic. *in l.*4.*C.de vſuris* optimè Aret. *in l.*2. *in princ. ff.ſolu.matr.* vbi pro regula ponit vt ad iuratoriam cautionem ſit admittendus ille,qui fideiuſſorem pręſtare tenetur,ſi illum inuenire non poteſt, idemque dixerat *in l.*1. *C. de Carbon. edicto*, & ita aliàs per Regiam Cameram deciſum in terminis Authen. *quæ ſupplicatio. C. de præcib. Imp. offer.* vt ſi ille,qui ſententiam pro ſe reportauit, eſt pauper, quod proinde fideiuſſoriam cautionem in caſu retractationis pręſtare non poteſt ad iuratoriam cautionem eſt admittendus, prout pariter deciſum extitit apud Guid. Pap. *deciſ.*189.

Sed his non obſtantibus contrarium fuit per Regiam Cameram deciſum, Ratio Deciſionis, quia etſi prædicta omnia, quæ pro parte Io. Thomæ allegabantur, veriſſima ſint, tamen ad caſum propoſitum non applicabantur,procedunt enim,quando quis ſimpliciter ſatiſdare tenetur,at in caſu de quo agebatur condemnatus extitit Io. Thomas ad duo alternatiuè, nimirum ad liberandum Rus ab onere hypothecæ, vel ad præſtandam fideiuſſoriam cautionem de eximendoquo quidem caſu, iure cautum non reperitur, vt iſte ſic condemnatus iuratoriam præſtando cautionem, liberetur, ſicque prouiſum extitit, contra illum iuris ordine ſeruato fore exequendum, verum quod præſtando fideiuſſorem, ſi quem inueniſſet, fideiuſſio eſſet ſolùm pro ſumma per d. Petrum exburſata, dum Rus prædictum emit, non autem pro pretio, quo fortè Rus illud valeret, ex quo venditio fuit facta à Iudice, & licèt de euictione tenebatur, quia factum Iudicis, factum Partis, *l.ſi ob Cauſam C.de euictio.* non tamen ad intereſſe pro euictione, ſed ſolùm ad pretium ſolutum, & ad fructus, gloſ.Bal. & Angel. *in d. l. ſi ob cauſam.* Vndè dicebatur,ſat eſſe fideiuſſoriam præſtari cautionem pro pretio, quo Rus fuit venditum, & non pro maiori per d. Petrum prætenſo, quo illud Rus valebat & ita fuit concluſum, & deciſum. 2

## OBSERVATIO.

IN illa quæſtione de qua hîc per D.Regentem, an qui ſatiſdare, ſiue cautionem præſtare teneatur, ſi fideiuſſorem non inuenit, ſat ſit iuratoria cautio; Pro reſolutione conſtituenda eſt concluſio,quod vbicumque cautionis verbum à lege vel ab homine profertur, intelligitur ſincere quidem de cautione nuda,& ſimplici, abſque fideiuſſore, hic eſt tex. *in l.*2. *C. de verb. & rer. ſignif.* Bal. *conſ.*472.*lib.*3.*& in l.vniuerſa C. de precib.Imper. offer.& in l.diuortio.§.interdum*,vbi etiam Ang. Imol. & cæteri *ff.ſolu. matrim.* Corſet. *in ſingul.in verb.cautio*,& alij relati per Viuium *dec.*137. *num.*1. vbi *numeris ſeqq.* concluſionem hanc limitat, & primò vbicumque qui cautionem præſtare tenetur perſona eſſet ſuſpecta, nam tunc,ait cautionem cum fideiuſſore forè præſtandam,allegat Bart.*in l.ſancimus C. de verb. ſignif.* & Oldra. *conſ.*6. Limitat ſecundo in cauſa dotis, allegat Bal. Nouell. *in tract.de dot.in* 12.*priuileg.*6.*par.principalis*,ſicque teſtatur per Regiam Audientiam Apuleę de anno 1583.determinatum. Limitat tertiò quoties lex, ſeu quæuis alia diſpoſitio ſufficientem, & idoneam requireret cautionem, nam tunc fideiuſſor omnino erit præſtandus, vel pignora; allegat tex. *in l.ſi mandato* §. *fin.* vbi gl. & Bar.*ff.manda.* Angel. *in auth.de exequutore in princ. col.*7. & Corſet. *loco citato*, Specul. *in tit.de contumac.* §.*nunc dicamus*, *verſ.ſed nunquid excommunicatus*, *& in*

Digitized by Google

*in tit. de emptio. & vendit.* §. 1. *verſ. quid ſi actum* Oldra. *conſ.* 68. & Bec. *conſ.* 1. *n.* 14. *lib.* 1.

2 Cæterum in materia cautionis iuratoriæ, regula eſt vulgatiſſima, vt qui fideiuſſorem non inuenit, ad iuratoriam cautionem admitti poſſit, ita ex recenſioribus Caualer. *deciſ.* 70. Surd. *deciſ.* 141. & alij, quos allegant; hoc tamen Iudice mandante, non enim poteſt, quis ex ſe ipſo iurare fideiuſſores non inuenire; ſed tale iuramentum eſt à Iudice deferendum; ita Socc. *conſ.* 120. *lib.* 3. Rola. *conſ.* 65. *numer.* 27. *lib.* 3. *& conſ.* 83. *numero* 9. *lib.* 1. Caccher. *citat. deciſ.* 70. *numer.* 5. *&* 6.

3 Sed quæſtio eſt, an vſufructuarius, qui tenetur cauere proprietario de bene vtendo, & fruendo re, in qua habet vſumfructum, ſi fideiuſſorem non inuenit, ad iuratoriam cautionem admitti poſſit? variarunt DD. ſunt enim, qui exiſtimarunt ſat eſſe in hoc caſu iuratoriam cautionem, maximè ſi vſufructuarius perſona eſt frugi, & non ſuſpecta, ita Caccher. *deciſ.* 153. *num.* 4. Guttier. *in l. nemo poteſt ſuper* 3. *oppoſitione ff. de lega.* 1. Gaill. *pract. obſer. lib.* 2. *obſer.* 47. & alij, quos citant Pinell. *in l.* 1. *par.* 2. *num.* 78. *C. de bonis matern.* & Surdus *deciſ.* 141. At cum de his apud nos differere aliàs contigiſſet, Sacrum Concilium cenſuit, vt rei poſſeſſio conſignetur proprietario, qui ſatisdaret de ſoluendo vſufructuario omnes fructus ex re illa percipiendos, deductis expenſis faciendis in cultura, & recollectione fructuum, quia ſic conſulebatur proprietario, ex quo rem ſuam perpetuo penès ipſum remanſuram gubernare poterat, & vſufructuario inopi, qui cautionem præſtare non poterat, cum nihil de vſufructu minuebatur; ſic atteſtatur D. de Franch. *dec.* 492.

4 Cætera ad materiam pertinentia videnda ſunt penès Farinac. *in repertor. iudiciorum quæſt.* 90. *per totam*, & Ant. Henriq. *de fideiuſſor. c.* 18.

5 Quantùm verò attinet ad aliud hîc tentum; vt quando à Iudice venditur res ab aliquo poſſeſſa, ſic inſtantibus creditoribus poſſeſſoris, dum poſtea reperitur, rem illam non eſſe liberam, ſed adhuc alteri creditori obligatam cogatur debitor fideiuſſorem præſtare de reſtituendo pretium in caſu euictionis fortè ſequendæ, quamvis ipſe non vendiderit, & per conſequens euictionem non promiſerit, quia factum Iudicis, factum partis, iuxta diſpoſita *in l. ſi ob cauſam C. de euictio.* & per Mangil. *de euict. qu.* 2. *n.* 6. eſt ſatis benè notanda reſolutio, dùm tentum fuit, vt fideiuſſio ſit tantùm pro quantitate pretij ſoluti, non autem pro maiori, quo ex curſu temporis rem valere ab emptore prætenderetur; etenim contrarium eſt de iure, quando venditio eſt voluntaria, per tex. expreſſum *in l. cum ſucceſſores* 23. *C. de euictio.* cuius diſpoſitione attenta re euicta, venditor non ſolùm tenetur ad pretium, ſed etiam quanti emptoris intereſt rem non fuiſſe euictam, id quod benè notat Mangil. *cit. tract. de euictio. quæſt.* 2. *n.* 25. ſubdens emptoris intereſſe conſiderari non ſolùm reſpectu damni emergentis, ſed etiam reſpectu lucri ceſſantis amiſſi, ex re empta prouenientis; ſed in hac re quæri ſolet quodnam pretium teneatur venditor reſtituere, an illud exburſatum tempore contractus, vel potius illud quo valet res euictionis tempore? vide D. de Franch. *deciſ.* 297. & quæ ſcripſit Mangil. *cit. q.* 20. *à n.* 26.

## *ARGVMENTVM.*

Teſtes, qui ex Regiæ ſanctionis præſcriptio ſuper quolibet articulo non niſi ſeptem examinari poſſunt, ſi vltra numerum ſeptenarium fuerint recepti, an pars, ad cuius inſtantiam examinati fuerunt, poſſit ex omnibus receptis ſeptem eligere ſibi melius viſos, an verò illi tantùm ſeptem priore loco examinati remanere debeant. Teſtes recepti ſi aduerſario colligitanti ſunt ignoti, an poſſit ille petere vt coram Iudice exhibeantur ad finem repulſandi, & de aliis.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## DECISIO CCIX.

LEGEM habemus in Regno, vt in cauſis, in quibus fieri contigerit probationes per teſtes ſuper quolibet articulo, non niſi ſeptem examinari debeant, niſi in materia confinium, & factis antiquis, de quibus prætenderetur hominum memoriam non extare, quo caſu decem teſtes ſuper quolibet articulo recipi poſſunt, hoc diſponit *prag.* 1. *ſub tit. de teſt. refrænat.* Sed fuit dubitatum in cauſa Comitis Turellæ cum Archiepiſcopo Materę Ioan. Michaële Saraceno, ſi teſtes fuerint recepti vltra numerum ſeptenarium, an pars ad cuius inſtantiam examinati fuerunt, poſſit ex omnibus receptis ſeptem eligere ſibi melius viſos, an verò illi priores ſeptem examinati remanere debeant, & de reliquis nullam haberi rationem. 1

Diſcuſſo hoc dubio in Regia Camera fuit habitum pro indubitato, quod ſi Pars aduerſa à principio fuit proteſtata, quod non niſi ſeptem ſuper quolibet articulo examinentur teſtes, ſeruata forma *d. prag.* & tunc nulla datur electio; ſed remanebunt illi ſeptem priore loco examinati, & habebit locum quod notatur *in l.* 2. *ff. de liber. & poſth.* idemque, & fortius ſi Iudex examinatori electo mandauerit, vt non niſi ſeptem ſuper quolibet articulo reciperet; ſed quid ſi nulla interueniret proteſtatio, nec Iudex contrarium mandauerit, provt in caſu de quo agebatur; in hoc fuit conſideratum Pragmaticam ſanctionem non aliter nulliter receptos declaraſſe teſtes vltra numerum ſeptenarium examinatos, non enim ibi denegata eſt potentia, puta vt non poſſint examinari niſi ſeptem teſtes, nec eſt appoſita clauſula annullatiua, in quibus caſibus dicebatur indubitatum eſſe, actum eſſe nullum, ad notata per gl. Bar. & omnes *in l. gallus ff. de liber. & poſth. & in l. non dubium C. de teſtibus*; ſed tantùm conſideratur actus ſimpliciter à lege prohibitus, ſub illis verbis, *non amplius quàm ſeptem teſtes pro ſingulo articulo examinari debere*; ſicque actus non dicitur ipſo iure nullus, ſed ſolùm parte appo- 2

Pp nente

Digitized by Google

nente annullatur, ad quod fuit allegatus *tex. vbi Innocens. optimè in c. quia propter col.* 4. *& ibi in verſ. item plus dicimus de elect.* Bal. & P. de Caſtro *in l. humanum C. de legib. & tex. eum.* ibi notatis DD. maximè Iaſ. *in l. vniuerſa C. de precib. Imper. offer.* vnde in caſu propoſito fuit per Regiam Cameram deciſum dandam eſſe electionem Archiepiſcopo ſeptem teſtium, quos voluerit ex receptis, & examinatis, tùm primo, quia aduerſarius à principio non fuerat proteſtatus quod non examinarentur vltra ſeptem ſuper quolibet articulo; tùm ſecundo, quia plura extiterant producta decreta S. Concilij, ex quibus apparebat fuiſſe alias tributam electionem Parti eligendi ſeptem teſtes, quos vellet; tum tertio, quia dicebatur, quod in Regia Camera Pragmatica prædicta non ſeruabatur; tum & tandem, quia Comes Turellç aduerſarius omnes teſtes priore loco per Archiepiſcopum examinatos repulſauerat quo caſu remanebat Archiepiſcopus ipſe abſque defenſione; contra notata per Innocent. *in c. cum cauſam de teſtibus.*

3 Secundò fuit dubitatum, quia Comes procurauit plures ad ſui fauorem recipi teſtes, quorum aliqui ignoti erant, inſtabat proindè Archiepiſcopus cogi Comitē ad illos Iudici exhibendum ad fines repulſandi, iuxta notata per Lucam de Pen. *in l. quoties C. de naufrag. lib.* 11. Bar. *in l.* 3. *§.* 1. *ff. de teſtibus in l.* 1. *ff. ſi ex noxal. cauſa agat. & in l. cum ſi exhibuiſſent §. an autem ff. de publica. & vectigal.* Bal. *in l. fin. C. de fid. inſtr. & per* Cappel. Toloſan. *deciſ.* 164. fuit per Regiam Cameram deciſum Comitem non eſſe cogendum ad exhibendum teſtes coram Iudice ad finem, vt ab aduerſario cognoſcerentur, nam etſi verum ſit, quod à principio, quando dubitatur de teſtibus ignotis, poſſint cogi venire coram Iudice, vt eſt tex. *in §. illud* vbi Bar. *auth. vt defuncti, ſeu funera eorum.* tamen attento quod in caſu propoſito exiterat Archiepiſcopo notificata citatio teſtium ad finem eorum iuramenta videndi, & nihil oppoſuit, non poterat amplius comes cogi ad illos exhibendum.

## OBSERVATIO.

1 HÆc Deciſio eſt ſummè notanda, ad ornatum noſtræ Pragmaticæ ſanctionis quæ eſt *prima ſub titul. de teſtium retr. & repulſa.* Similis conſtitutio viget Galliæ, vt per Rebuff. qui illius verba refert in *tit. de teſtibus; & quot ſuper vnoquoque facto examinare debeant, fol. mihi* 613. Sed cum hoc diſcrimine, quia lex noſtra vt benè hîc aduertit D. Reg. nullatenus declarat, vt teſtes examinati ſuper vno articulo, vltra numerum ſeptenarium, cenſeantur nulliter recepti; ſed tantùm prohibet, ne teſtes vltra ſeptem ſuper quolibet articulo examinentur; conſtitutio verò Gallica expreſsè diſponit vt illi teſtes qui vltra decem recepti ſunt, reiiciantur, itavt de illorum depoſitione nulla poſſit haberi ratio, ſicque ſupremum Sabaudiæ Senatum ſæpius iudicaſſe, teſtatur Ant. Fab. *diff.* 6. *&* 14. *C. de teſtibus*, de quo memor fuit Paul. Chriſtine. *deciſ.* 28. *C. hoc tit.* Vnde Rebuff. *loco cit. in gl.* 8. *n.* 2. aduertit vt Pars cauta ſit, vt priore loco meliores teſtes audiri curet, nam ſi primi imperfectè factum narrarent, benè autem illi, qui poſt decem examinati ſunt, primi nihil probarent, & poſtremi repellerentur.

In terminis autem noſtræ legis Regiæ ſupra citatæ, vt hîc deciſum refert D. Reg. ſi pars aduerſa receptionis tempore, & ſic à principio proteſtata non eſt, quod non niſi ſeptem ſuper quolibet articulo examinentur, datur electio illi, ad cuius inſtantiam fuerunt teſtes recepti illorum ſeptem, quos voluerit nominandi; quod ſecus ſi proteſtatio interueniſſet, eo enim caſu priores ſeptem remanerent, & ſequentes reiicerentur, ſicque locus eſſet dictis per Rebuff. Ant. Fabr. & Chriſtine. *locis cit.* Eſt tamen verum quod in cauſis vniuerſ. pupillorum, & aliorum quibus de iure competit reſtitutio, indiſtinctè datur electio producenti per remedium reſtitutionis in integrum, ſic in vna facti contingentia pro vniuerſitate Turellæ deciſum refert Reg. Rouit. *in d. prag.* 1. *num.* 3. vbi addit quod in cauſis priuatorum Rebuff. ſententia ſeruanda eſt, idemque Nouar. *in collect. ad d. Prag.* 1. *num.* 2. 2

## *ARGVMENTVM.*

Teſtium refrænatio, an poſt concluſum in cauſa ab aduerſario collitigante peti poſſit. Actor an poſſit petere, vt teſtes ad ſui inſtantiam recepti refrænentur, aduerſario contradicente. Scripturæ an & quando adhuc compilato proceſſu præſentari poſſint. Producens teſtem, an poſſit illius dictum impugnare, & de pluribus notabilibus.

## DECISIO CCX.

IN cauſa Illuſtriſſ. Ducis Adriæ, cum ſpectabili Comite S. Agatæ vltrà ea quæ in præcedenti Deciſione diſcuſſa fuerunt, fuit dubitatum, an teſtium refrænatio poſt concluſum in cauſa ab aduerſario peti poſſit. Ratio dubitandi in partem negantem eſt, quia poſt concluſum in cauſa nihil opponi poteſt; ita Innocent. *in c. paſtoralis de cauſ. poſſeſ. & propriet. gloſ. in c. cum veniſſent in verb. renumciatum, de teſtibus* Bal. & Felin. *in c. cum dilectus, de fide inſtrum.* 1

Sed hac dubitandi ratione non obſtante contrarium eſſe verius exiſtimatum fuit authoritate Ant. de Butr. *in c. dudum, de elect. & ibi* Abb. *col.* 3. vbi dicit quod poſt concluſum in cauſa licitum eſt allegare ea, quæ iuris ſunt, 2

Digitized by Google

ſunt, & etiam quæ ſunt facti, notoria tamen per proceſſum; Idemque Bal. *in l. iubemus C. de iudic.* & Cardinal. *in d. c. paſtoralis*, *& melius in clem.* 1. *num.* 17. *in* 12. *quæſt. de cauſ. poſſeſ. & propriet.* vbi dicit, quod poſt concluſum in cauſa prohibetur ſolùm productio eorum, quæ in facto conſiſtunt, vt teſtium, & inſtrumentorum, allegat tex. *in l. cum à nobis C. de Epiſcop. audient.* Secundum verum intellectum, quem ibi tenet Cyn. Bal. & Paul. de Caſtro: vnde cum in caſu propoſito veniebat dumtaxat alleganda Pragmatica, quæ eſt lex in Regno, vt Iudex iuxta illius diſpoſitionem teſtium numerum refrænet, non erat de quo dubitari poſſit id eſſe permiſſum, adhuc poſt in cauſa concluſum.

3 Sed fuit dubitatum an potuerit Dux petere, vt teſtes ad ſui inſtantiam recepti refrenentur, Comite aduerſario contradicente, & per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio, & coram Domino Prorege cum interuentu Sacri Conſilij, & Dominorum Regentium Regiam Cancellariam fuit deciſum hoc non permitti non enim dicebatur poſſe quem contra factum proprium venire, adhuc ſi tale factum fuerit contra legem, dum de tertij præiudicio tractatur, eſt tex. *in l. ſi creditoribus C. de ſeruo pigno. dat. manum.* declarat Bar. *in l. poſt mortem ff. de adoptio.* agebatur enim de præiudicio Comitis collitigantis, qui teſtibus ad Ducis inſtantiam receptis vti volebat; Confirmabatur hoc ex notatis per Bar. *in l. poſt legatum col.* 7. *ff. de his, quibus vt indig.* vbi dicit, quod ſi ego inſtrumentum in iudicio produxi non poſſum demum illud tanquam nullum vel falſum impugnare, ſi ego hoc ſciebam; ſed in caſu de quo agebatur, ſciebat dux, vel ſcire debebat, Pragmaticam obſtare, vt non vltra ſeptem teſtes ſuper articulo examinari poſſent, ergo. Præterea conſideratum fuit Comitem declaraſſe vti velle teſtibus per Ducem examinatis, quod facere poterat, quia cum teſtis iuret dicere veritatem pro vtraque parte iurare intelligitur, & pro tota cauſa, *Authen. ſi Iudex C. de Epiſcopis & Cler. in c. ſanè* 14. *q.* 5. *& in c. de teſtibus extra de teſtibus*, illiuſque dictum commune effectum dicitur, ac proinde Pars, quæ teſtes produxit, in collitigantis præiudicium, illorum dictis renunciare non poterit, videantur Innocent. & Canoniſtæ *in cap. ex conquæſtione, extra de reſtitut. ſpoliat. & in terminis* Aret. *in d. c. de teſtibus.*

---

## OBSERVATIO.

1 Dominus Regens, multorum auctoritate exiſtimauit hîc, vt facta concluſione in cauſa prohibeatur productio eorum, quæ in facto conſiſtunt vt teſtium, & inſtrumentorum; benè tamen quæ *D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.* ſunt iuris, & etiam quæ ſunt facti, notoria tamen per proceſſum; ſed tu aduerte quod in S. Conſil. practicamus, vt aduertit Gizzarell. *deciſ.* 41. *in princ.* ſcripturas recipi, etiam poſt concluſum in cauſa, immò tempore illius expeditionis in Aula S. Conſilij ſiue publicæ ſint, ſiue priuatæ, non obſtante ritu 238. & 239. per quos idem diſponitur, quod per ius commune, vt poſt concluſionis actum inſtrumenta non recipiantur, ad tex. *in c. cum dilectus, extra de fide inſtrum.* iſtamque practicam ſubdit Gizzarell. non eſſe ſine ratione, quia poſt ritus prædictos ſuperuenit Pragmatica Reginæ Iſabellæ, qua libellorum forma ac iuris ciuilis ſubtilitates in iudiciis formandis ſunt ſublatæ, ſicque ſancitum, vt in hoc Regno ſola facti veritate inſperta procedatur, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, vnde quandocumque veritas ſuperuenerit, deque ea conſtare poteſt, admittitur, & quod plus eſt, datur terminus producenti ad ſcripturas illas, quæ præſentantur, concomitandas per teſtes, vt per Affl. *deciſ.* 272. & Vincent. de Franch. *deciſ.* 631.

Sed quandoque dubitatur cuius qualitatis eſſe debeant ſcripturæ illæ, quæ poſt concluſum in cauſa præſentantur? Affl. dicit quod debent eſſe publicæ, vel etiam priuatæ, dummodo de per ſe aliquam faciant fidem, ſequitur Gizzarell. *loco cit. num.* 5. exemplum eſt in ſcriptura trino teſte notata, & ſimilibus, vt per Vrſill. *in additio. ad affl. cit. deciſ.* 272. benè D. de Franch. *dicta deciſ.* 631. & nouiſſimè D. Reg. Sanfelic. qui plures S. C. determinationes refert *deciſ.* 146. *per totam*, vbi addit poſt D. de Franch. *loco nuper cit.* quod in termino, qui conceditur producenti ſcripturas ad concomitandum, poſſit ipſe producens probare etiam contenta in ſcripturis: ſed quid dicemus, ſi poſt concluſum præſentantur à reo litteræ miſſiuæ, & peteretur, quod actor illas cum iuramento recognoſceret? Gizzarell. *loco cit. num.* 6. refert per S. C. deciſum teneri actorem illas recognoſcere; quando autem facta concluſione produceretur ſcriptura priuata abſque teſtium ſubſcriptione, & producens voluerit illam teſtibus comprobare, ſic terminum petens ad concomitandum, non auditur, vt per D. Reg. Sanfelic. *loco cit. n.* 3. ſed quando caſus occurrit vide Vrſill. ad Affl. *in dicta deciſ.* 272. *intra num.* 4. quem allegant Muſcattell. *in prax. lib.* 1. *part.* 7. *gloſ. præſentatas num.* 14. & Thor. *in compend. deciſ. part.* 1. *in verbo concluſione facta in cauſa*, Riccius *in addit. ad* D. de Franch. *deciſ.* 261. & alij. 2

Circa verò ſecundum dubium in quo fuit tentum, quod quando teſtes ſunt recepti vltra numerum ſeptenarium, non poteſt producens refrænationem petere, aduerſario contradicente, cum prohibitum ſit, vt quis contra proprium factum veniat, adhuc ſi tale factum fuerit contra legem, & hoc quia dictum teſtis à me producti effectum eſt commune cum collitigante; vnde infertur, quod ſi ego inſtrumentum in iudicio produxi, non poſſum demum illud tanquam nullum, vel falſum impugnare, ex hac concluſione aliqui dixerunt, teſtem etiam vnicum à litigante productum, qui contra ipſum producentem deponet, plenè contra eundem probare, adhuc ſi contraria multa teſtimonia haberet, plurium aliorum teſtium pro ipſo producente deponentium, cuius ſententiæ laudant in authorem Ludouic. Roman. *conſ.* 104. *num.* 6. Sed aduertendum eſt, quod aſſeueratio hæc non modicam patitur difficultatem; ſiquidem non deſunt, qui exiſtimarunt, verius eſſe fidei teſtis deponentis contra producentem ſtandum non eſſe, dummodò ab aliis ab eodem productis vincatur; etenim quamuis veriſſimum videatur, vt producens teſtem, illius perſonam reprobare non valeat



Digitized by Google

ad tex. *in l. ſi quis teſtibus,* vbi DD. *C. de teſtibus,* quoniam per productionem producens illum approbaſſe cenſeatur, illumque reprobando ſibi contrarius videretur, magis tamen communiter receptum eſt, vt poſſit producens dictum teſtis à ſe producti reprobare, & impugnare, falſumque oſtendere, ità probat tex. *in d. l. ſi quis teſtibus*, ibi *non adimendo ſcilicet ei licentia, ex ipſis depoſitionibus teſtimonium eorum arguere*; id quod ibi hoc notant gloſ. *in verbo arguere.* Bar. *in verſ. ſed contra dicta ſic*, Cyn. *num. 3. in 3. notab. & num. 12.* vbi de ratione, Fulgoſ. *n. 2.* Odofred. *num. 1. verſ. item nota*, Ang. *num. 1. verſ. ſed contra dictum eius*, Caſtrenſ. *in princ. verſ. ſed contra eius dictum*, & Poſth. *num. 5.* Salycet. *num. 3.* Spec. *in tit. de teſte, §. ſæpè n. 7. verſ. quid ſi produxi contra te*, Felyn. *in cap. veniens num. 19. in fine de teſtibus*, Abb. *in c. præſentium 31. num. 6. & 7. de teſtibus*, optimè Maranta *in prax. part. 6. actu 13. n. 10. 11. & 12.* ( vbi tamen fatetur : quod ſi facta publicatione producens taceret, dictaque ſuorum teſtium non reprobaret, cenſeretur approbaſſe, ſicque ſubdit procedere poſſe, quæ ſcripſit Roman. *dicto conſ.* 104. ) Proſp. Farin. omnino videndum *in tract. de teſtibus quæſt. 62. n. 185. 226. 227. 228. & 241.* & ſatis benè Carleual. *in tract. de iudic. lib. 1. tit. 2. diſp. 3. n. 37. tom. 2.* vbi addit apud Hiſpanos de hoc eſſe tex. expreſſum *in l. 41. tit. 16. p. 3.* in qua ait optimam reddi diſparitatis rationem, cur videatur per productionem approbata perſona teſtis, & non teſtimonium, & dictum eius, ſeu depoſitio; in inſtrumentis verò contra accidat, vt producens inſtrumentum omnia in eo contenta approbaſſe videatur, ratio enim eſt, quia producens inſtrumentum poteſt videre, & ſcire omnia in eo contenta; at teſtem producens ignorat quid ſit depoſiturus; ſententiam autem Roman. explicat, & quatenus vera eſſe poſſit, declarat Ioſeph Ludouic. *comm. opin. tit. de teſtibus concluſ. 1.* & Farinac. *dicta quæſt. 62. ex num. 276.*

## *ARGVMENTVM.*

Bona pupilli an, & quando à tutore legitimi alienari, vel obligari poſſint, & quæ in illorum diſtractione, ſiue obligatione requirantur. Tutor pupilli ratificationem cum fuerit perfectæ ætatis promittens, ea non ſequuta, ad quid teneatur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCXI.

INveſtito Ioan. Vincent. Figliola pupillo à Domino Regni huius Prorege de officio cuſtodis Regiæ Dohanæ, & maioris fundaci huius ciuitatis per renunciationem ei factam à Pet. Iacob. Lotranente, poſtquam per ſubſtitutum ſpatio annorum quatuor illud exercuiſſet, Ioan. Palomba eius mater, & tutrix idem officium in manibus Regiæ Curiæ reſignauit ad fauorem Ioan. Martini Pappalettera, qui poſtquam à Domino Prorege ſimiliter inueſtitus fuiſſet, inſtitit D. Ioan. Vincent. ſibi officium reſtitui, renunciatione facta per eius matrem, tanquam nulla non obſtante, contradicebat Ioan. Martinus, vnde dubitatum fuit, quid iuris.

Exiſtimatum fuit Ioan. Vincentium bonum fouere ius nam ſuppoſita validitate conceſſionis ei factæ à Domino Prorege, præcedente renunciatione ad ſui fauorem facta à D. Petro Iacobo, renunciatio facta demùm ab eius matre ad fauorem D. Ioan. Martini nullius fuit roboris, & momenti, nec ei proderat inueſtitura à Domino Prorege obtenta tanquam ſubreptitia, fuit enim Principi narratum quod Ioan. Vinc. renunciauerat, quod erat omninò falſum, & ſic gratia fuit ſubreptitia, ad tex. *in c. ſuper litteris*, vbi hoc omnes notant, *de reſcrip.* & per Innocent. *in cap. cum dilecta eod. tit.* & licèt ab eius matre, & tutrice fuerit facta renunciatio, nulla tamen fuit, ex quo requiſita in alienatione bonorum minoris non concurrerunt, *toto tit. C. de prædiis minor. l. lex quæ tutores ff. de adminiſt. tutor. cum mille concord.* & hoc etiam ſi alienatio eſſet vtilis pupillo : *l. magis puto §. ſi æs alienum, & l. ſi fundus ff. de reb. eorum*, vbi minorum bona ſine decreto vendi prohibentur adhuc ſi ſterilia ſunt, & minus vtilia; ſed fuit dubitatum an prædict. Ioann. Martino pro intereſſe paſſo potuiſſet ei eſſe conſultum contra Ioan. Vincentij matrem, quæ vti tutrix officium vendiderat, ratificationemque eius filij infra ſex annos proprio nomine promiſerat, quod non fuit ſequutum; dicebatur, quod in hoc Ioan. Martinus iuſtitiam fouebat, quia in obligationibus facti, ſuccedit obligatio ad intereſſe, *vulgata l. ſtipulationes non diuiduntur verſ. celſus ff. de verb. obligat.* vbi gl. dicit, quod ſemper in ſtipulationibus facti, quis tacitè intereſſe ſtipulaſſe videtur, & latè ibidem Bar. qui materiam explicat, maximè quando agitur de facto alieno *ad tex. d. l. ſtipulatio iſta, §. ſtipular. ff. eod. tit.* eoque magis quando eſt certum, quod factum adimpleri non poteſt, prout in caſu de quo agebatur, in quo certum erat Ioan. Vincentium non ratificaſſe, imò ipſe egit pro nullitate alienationis à matre factæ, & ſententiam pro ſe reportauit, vnde benè agebat ad intereſſe prout fuit per omnes Dominos de Regia Camera deciſum, iſto Domino Regente referente.

## OBSERVATIO.

PRincipalis concluſio, quæ ex hac Deciſione deſumitur, ea eſt, vt alienatio bonorum pupillarium nulla ſit, quando ſequitur non ſeruatis de iure ſeruandis, adhuc ſi dicamus diſtractionem illam pupillo ſiue minori vtilem eſſe, quæ autem concurrere debeant 1

Digitized by Google

debeant, dum pupillorum bona diſtrahi iudicatur expediens, declarat, & ſatis benè noſter Affl. *deciſ.* 249. quæ paſſim ab omnibus allegatur, & latius per Me *reſol. iuris lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 8. & inter alia creditorum pupillarium vrgentia, quæ adeo à Doctoribus pro præciſa, & neceſſaria conſiderata fuit, vt ea ceſſante, dixerint aliam non inueniri ſufficientem ad alienationem prædiorum pupillarium iuſtificandam, nam quid ex alienatione alicuius prædij magna pupilli vtilitas redundet, dum æs alienum non vrget, alienatio non permittitur, non enim minor poteſt alienare pro habenda pecunia, ex qua multùm lucrari poſſet, quia vtilitas minoris ſiue pupilli non conſideratur in augendo patrimonium; ſed in non diminuendo; inſuper dixerunt, ſat non eſſe, quod exiſtat æs alienum; ſed neceſſe eſt, quod creditores inſtent, & tutores cogant, ita ſanè ſcripſerunt Ant. Capyc. *deciſ.* 113. Rola. *conſ.* 33. *in princ. lib.* 1. *& conſ.* 60. *lib.* 4. Rimina. iun. *conſ.* 247. *num.* 33. *& conſ.* 255. *n.* 27. *& ſeq. lib.* 3. Neuiz. *conſ.* 16. Natt. *conſ.* 162. *& conſ.* 631. *n.* 35. *&* 36. Decius *conſ.* 20. *n.* 51. *&* 83. *lib.* 5. Honded. *conſ.* 23. *n.* 26. *&* 33. *lib.* 2. Rauden. *in tract. de analogis cap.* 30. *num.* 118. *& deciſ. Piſa.* 30. *num.* 227. Menoch. *conſ.* 822. *num.* 81. *& ſeq. lib.* 9. *& de arbitr. Iudic. caſu* 171. Foller. *de cenſibus* §. *huiuſmodi cenſus num.* 40. Piſanell. & Carau. *in addit. de Afflict. cit. deciſ.* 249. Surd. *conſ.* 115. *n.* 25. *lib.* 1. *& deciſ.* 278. *num.* 20. *&* 23. Maſullus & Petra *ad Capyc. cit. deciſ.* 113. Maſtrill. *deciſ.* 121. Guttierez *de tutelis* 2. *par. cap.* 5. *num.* 75. Caſtill. *deciſ.* 18. *à num.* 22. *vſque ad numer.* 37. *lib.* 1. Acac. Ant. de Ripol. *var. reſol. cap.* 11. *num.* 357. *& ſeq.* Franc. Ant. Coſta *conſ.* 70. *num.* 9. *&* 11. Cæſar Vrſill. *aliis admiſſis, in addit. ad Afflict. deciſ.* 87. vbi Sacrum Conſilium Regni huius alienationem prædij minoris cum omnibus iuris ſolemnitatibus ſequutam nullam declarauit, ex eo quod creditorum vrgentia non concurrit, nulla de pupilli vtilitate, quæ allegabatur, ratione habita.

2 Hæc ſicut procedunt in alienatione bonorum pupillarium, ita pariter & in obligatione, non enim poterit minor pro dimittendo creditore, qui non vrget, mutuo ab alio accipere pecuniam, illiſque pro reſtitutione bona ſua obligare, imò quod eſt ſatis notandum, nec poterit minor rem, quam emit habita fide de pretio eandem poſt dominium quæſitum venditori obligare, quoad pretium ſolueret; hic eſt tex. *in l.* 1. §. *fin. ff. de rebus eorum.*

3 Circa verò aliud, de quo fuit hîc dubitatum, nimirum, an promittens alterius ratificationem de actu per ipſum promittentem geſto, non ſequuta ratificatione, teneatur ad pœnam conuentam, ſiue ad intereſſe loco penæ? Tu ad maiorem declarationem eorum quæ hîc ſcripſit Dom. Regens, quando caſus acciderit, vide ſcripta per Cæſar. Vrſill. & Carauit. poſt alios quos citant *in additio. ad Afflict. deciſ.* 295. & per D. Præſid. de Franch. qui in hac materia caſus diſtinguit, & bene *deciſ.* 624. de qua memor fuit D. de Pont. *in tract. de par. teſt. Prag. tit.* 9. *n.* 11. vide pariter Doctores quos citat Thor. *in* 1. *part. ſui compendij in verbo promittens curare.*

## *ARGVMENTVM.*

Iudicium inſtitutum à Filio Fam. abſque Patris conſenſu an, & quando per illius ſuperuenientem ratificationem valide inſtitutum dici poſſit. Filius fam. an poſſit bona ſua in quibus Pater vſumfructum non habet, abſque illius conſenſu donare. Pater num poſſit agere, & conuenire pro Filio, vti legitimus illius adminiſtrator; & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCXII.

MAGNIFICVS Nicolaus Maria de Caſtellis ſub patria poteſtate exiſtens vti hæres matris ſuæ egit iudicialiter pro conſequutione Ducatorum centum d. eius matri à Matthæo Piſcicello auo ſuo relictorum, lataque ad ſui fauorem ſententia, aduerſarius illam nullam eſſe allegauit, ex eo quod Iudicium fuerat ab actore inſtitutum, nullo præcedente conſenſu patris, qui de iure legati erat vſufructuarius: *l.* 1. *& toto tit. C. de bonis mater.* & conſequenter dicebatur nullum ad text. *in l. fin.* §. *neceſſitate vbi gloſ. & omnes C. de bonis quæ liber. & in c. ſi annum de iudic. in* 6. ſed comparente patre, ac ratificante omnia acta per filium geſta præuia declaratione, quod vſumfructum, quem in bonis filij habebat, eidem refutauerat, fuit dubitatum an declaratio hæc operaretur, vt de iudicij validitate dubitari non poſſet.

Per Regiam Cameram, iſto Domino Regente referente, fuit deciſum ſtante conſenſu patris, qui ſuperuenit, iudicium prædictum fuiſſe, & eſſe validum. Ratio Deciſionis, quia quando in aliquo actu alterius conſenſus requiritur, ſat eſt pro illius actus validitate, quod ex poſt facto talis conſenſus interueniat, probat latiſſimè Soccin. *conſ.* 15. *lib.* 1. & ita in puncto, vt ſufficiat ſi quocumque tempore patris conſenſus concurrat, dixerunt Bar. *in d.* §. *neceſſitate*, & Alber. *ibidem* poſt Matth. Iacob. de Aren. Iacob. Butr. & Cyn. quos refert idemque Ant. de Butr. *in c. conſuetudinis de conſuet.* & Aret. *in l. ſi quis mihi bona*, §. *iuſſum ff. de acq. hæredit.* & quod in quacumque iudicij parte poſſit patris conſenſus interuenire, decidit Sacrum Concilium penes Affl. *deciſ.* 180. Nec obſtare dictum fuit quod in caſu, de quo agebatur, Patris conſenſus poſt ſententiam ſuperuenit, nam idem eſt, ac ſi in qualibet iudicij parte, vt per Salic. *in d.* §. *neceſſitate* poſt gloſ. *in d. l. ſi quis mihi bona*, §. *iuſſum*, vbi Paul de Caſtr. hoc expreſsè firmans, quia eadem ratio vbique militat, faciunt dicta, & notata per Anchar. *conſ.* 73. *col.* 1. per Alex. *in l. ſi cum dotem*, §. *eo autem tempore ff. ſolut. matrim.* & per Guid. Pap. *deciſ.* 54. quam omnino vide.



Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 PRimam concluſionem hîc tentam ex diſpoſitione tex. *in l.fin.§.neceſſitate C.de bonis qualibet*, nimirum quod nullum ſit Iudicium à filiofam. inſtitutum patris non accedente conſenſu, idémque ſi contra eundem fuerit motum, & ſic tam agendo quàm defendendo, vltra Doctores per D. Regentem citatos amplexi ſunt pariter Guid. Pap. *deciſ.* 54. *&* 410. Ioſeph. Ludouic. *deciſ.Peruſ.* 13. Vant. *de nullit. in tit. de inhibit. ſeu defect. mand.n.*43. Catil. à Cott. *in ſuis memorialibus,in verb.filiusfamilias non poteſt eſſe.* Marcell. Calà *de modo artic.& proban. gl.*3.*§.*1.*n.*77. & D. Præſ. de Franch. cæteris omiſſis, *deciſ.*494.*per totam*; quam quidem concluſionem procedere, ſiue tractetur de iudicio moto circa rem in qua Pater habet vſumfructum, ſiue non, dixerunt Bal. *conſ.*481. *lib.*3. Franc. *in c.ſi annum, §.fin.n.*4. *de iudic. in* 6. Corneu. *in d. §.neceſſitate*, *& alij*: At contrariam ſententiam magis communem eſſe non dubitamus, nimirum vt in ciuilibus, ſi agitur de bonis, in quibus patri quæritur vſusfructus nullo pacto poſſit agere, vel conueniri filiusfamilias ſine licentia patris; at ſi de bonis ageretur in quibus patri non quæritur vſusfructus, benè poſſit filiusfam. agere, vel conueniri ſine conſenſu patris, videantur Corne. *loco cit.* Aret. *in §.actiones num.*25. *Inſtit. de actionibus*, Cappel. Tholoſ. *deciſ.* 307. Affl. *deciſ.*180. *circa finem*, Addentes ad Guid.Pap. *cit.deciſ.*54. & alij, de quibus infra.

2 Idémque dicamus in contractibus lucratiuis, vt ſcilicet poſſit filiusfam. ſine conſenſu patris donare, quando donat rem in qua pater non habet vſumfructum, eſt tex. *in §.res autem* ita relatas, *Auth. vt liceat matri, & auiæ*, vbi Bar. Bal. ſingulariter *in l. ſi dotem in fine C.de falſa cauſa adiect. legato.* Caſtrenſ. *conſ.*41. Iaſ. *in l.ſemnium C.qui teſtar.fac.poſſ.* Roman. *conſ.*502. Crauet. *conſ.*92. Couar. *in* 3.*part.rub.de teſt. num.*9. Anna pater *alleg.*73. Craſſ. *in §. teſtamentum quæſt.*23.*num.*4. & fuit per S.Conſilium deciſum hodie 22. menſis Septembris 1653. in cauſa Dominæ Marchioniſſæ Toralvæ Regni Sardiniæ, cui ſybilla Mareſgal. cum conſenſu viri Don Ioſephi de Spyuos nobilis Hiſpani ex nunc pro tunc ſequuta morte donauerat Ducatos quindecim mille ſuper bonis ſuis omnibus, nam cum demùm ea mortua allegaretur, nullam fuiſſe donationem ex quo eo tempore donans patrem habebat, ſub cuius poteſtate dicebatur conſtituta, quamuis nupta, fuit deciſum pro validitate donationis reſpectu illorum bonorum, in quibus Franc. pater vſumfructum non habebat, referente D. Conſiliario Ioan. Franc. Marciano viro omnibus numeris abſolutiſſimum penès Sclauum Sacri Conſil. actorum Magiſtr.

3 Quantùm verò attinet ad punctum Deciſionis, vt conſenſus patris ſuperueniens adhuc poſt ſententiam iudicium conualidet, aduertendum eſt,quod hoc non procedit ſine controuerſia, non enim deſunt, qui contrarium firmarunt, nimirum ſat non eſſe, vt Pater ratificet, vel conſentiat poſt latam ſententiam; ita Salycet. *in d.§.neceſſitate*, Iaſ. *de l.ſi quis mihi bona §.iuſſum ff. de acq. hered.* & Piſanell. ad Affl. *loco cit.* ſed tu ne recedas à deciſis hîc, cum receptiſſimum ſit, vt quando aliquid eſt nullum ratione conſenſus deficientis, conualidatur quandocunque interuenerit ille conſenſus: ita Bar. *in l.*7.*§. hoc iure ff. de except. rei iudic. & d. l. licet ff. de feriis.* Anchar. *conſ.*336. *num.*5. id quod eò magis procedere dicimus vbi conſenſus non requiritur certo, & limitato tempore; vt per Bal. *conſ.*22. *lib.*2. quem citat Ricc. *deciſ.Archiepiſcop.*6. *num.*3. *lib.*1. expendens pariter ad hoc tex. *in l.quod ergo ff. de his, qui not. infam.* quem exornat Bar. *in l. obligari, §.tutor.ff.de auth. tutor.* & Bal. *in l. quicumque C. de bonis qualibet*, prout etiam dicimus de actis factis per Procuratorem mandato carentem, nam per ſuperuenientiam mandati acta illa nulla conualidantur, vt per DD. omnes, per illum tex. *in l.licet C.de Iudic.* Ricc. *loco cit. circa finem*, & dixi ſuprà *in obſeru. ad deciſ.*200.

Vlteriùs eſt hîc notandum, quod quando quis contendet, veram eſſe concluſionem in principio firmatam, vt filiusfam. neque agendo neque defendendo poſſit in iudicio ſiſtere ſine conſenſu Patris dicat insimul, quod ſi pater eſſet abſens, itavt non facile illius conſenſus haberi poſſit, tunc & eo caſu poſſet filiusfam. in Iudicio eſſe abſque patris conſenſu, ita Bar. *in l. ſi longius* 19. *§.ſi filiusfam. num.* 3.*ff.de iudic.* & ibidem Fulgoſ. *num.*4. Paul. Coſtanſ. *num.*2. *circa finem* & Iacob. *num.*8. idem P.de Caſtr. *conſ.*176.*col.*2. *ad finem.* Tiraquell. *poſt ll. connubial. gl.*8. *n.*9. Aſan. Clem. *tract. de pater.poteſt.effect.*4. *num.*23. quos omnes citat, & ſequitur P.Barboſ. *in dicto §.ſi filiusfam. num.*41. 4

Sed videamus quid dixerint Doctores in Patre, nunquid iſte poſſit agere, & conueniri pro Filio, vti legitimus illius adminiſtrator; pro cuius dubij reſolutione duos caſus à iuris inter precibus conſtitutos fuiſſe comperimus, quorum primus eſt, quando Pater agit, vel conuenitur pro re ad filiumfam. ſpectante, in qua ipſe vſumfructum habet ſiue habiturus eſt, & tunc ſi de proprietate agitur, conueniunt omnes, ne iudicium reddatur eluſorium filij conſenſum omninò eſſe neceſſarium, ſiue Pater agat, ſiue conueniatur, per tex. *cui nullum bonum poteſt dari reſponſum, in l.fin. §.vbi autem*, ibi, *adhibeatur autem etiam filiorum conſenſus, niſi adhuc in prima ætate ſint conſtituti, &c.C. de bonis quæ liberis*; at ſi de re agatur, in qua pater vſumfructum non habet, nec fore ipſum habiturum ſperare poteſt, & eo caſu quia pater non eſt legitimus filij adminiſtrator, vt iudicium validè dicatur inſtitutum, opus eſt, vt filio detur Curator ad litem, ſi eſt minor, nam alias perperam pater ageret, vel defenderet ſin autem Filius eſſet maior quamuis ſub Patris poteſtate, ipſe ageret, vel conueniri poſſet, non autem pater (licet circa hoc in eo dumtaxat diſcrepent Doctores, an Patris conſenſus, ſiue auctoritas requiratur) ita ſane vno ore faſſi ſunt Innocent. *in cap.accedens.n.*2.*de procurat.* Bar. *in l.fin. §.pupillus n.*2. *verſ. ex hoc habes practicam ff. de verb. obligat.* Bal. *in l.fin. §.neceſſitate per tot. num.*1.*C.de bonis quæ liberis.* Ang. *ibidem num.*4. Aret. *in §. actiones n.*25. *verſ. ſed vbi patri non quæritur vſusfructus, Inſtit. de action.* Ioannes de Imol. *in d. §.pupillus intra nu.*3. Paul. de Caſtro *in d.l.fin.§.vbi autem num.*3. *C.de bonis qualibet.* Philippus Corne. *in d. §.vbi autem, intra num.*2. ibi, *& nota quod per hoc vitiabuntur multi proceſſus, in quibus pater agit ſine conſenſu filij &c.* Hieronym. Cagnol. *in l.frater à fratre num.*164.165. 166. *&* 167. *ff. de condict. indebiti*, vbi *num.ſequenti*, addit quod ſi filiofam. fuerit factum legatum, vt ipſi filio tradatur, cenſebitur prohibita acquiſitio vſusfructus patri; Sebaſt. Vant. *de nullit. ex defectu mandati num.*41. *& ſeq.* Arias Pinell. *in l.*1. *part.*2. *C. de bonis mater.* vbi *intra num.* 66. loquens de bonis aduentitiis filij, in quibus pater habet vſumfructum, dicit quod ſi pater ageret ſine conſenſu filij, poſſent irritari plures proceſſus, & demum in verſ. *Placet etiam* ſubdit hæc verba; *Placet etiam quod eleganter conſiderat Imol.vt opinio Innocent. & determinatio illius tex. exigens conſenſum filij procedat tantùm cum agitur de proprietate, quæ filij eſt, vel eſſe poteſt, ſecus* 5

autem

Digitized by Google

*autem ſi agatur de vſufructu, qui patris eſt vel eſſe de-* *bet* &c. Alex.Raudenſ. *conſ.9.n.142.vſque ad* 170. vbi probat patrem nullam habere poteſtatem agendi in iudicio pro filio ſuper re, in qua vſumfructum habere non poteſt: *lib.*1. Aluar. Valaſc. *in prag. part. & collatio.cap.7.n.43.* ſub illis verbis; *Quamuis Bar. diſtinguat, an pater legitimus adminiſtrator ſit habiturus vſumfructum in re, ſuper qua litigatur, vt eo caſu excuſetur Curator, aliàs ſi non ſit habiturus vſumfructum non excuſatur ad litem Curator* &c. Paulus Pariſ. *conſ.*157. *n.*15. *&* 16, *lib.*4. Ruin. *conſ.*102. *num.*2. *lib.*5. Burſat. *conſ.*356.*n.*18. Ferrer.ad Guid.Pap. *deciſ.*54. ibi, *At ſi de bonis ageretur in quibus patri non quaritur vſusfructus, filiusfam. poteſt agere vel conueniri ſine conſenſu patris ſi modò maior ſit* 25. *annis, nam ſi maior ſit ei curator datur &c.* Ioan.Vinc.de Anna *allegat.*73.*à n.*3. Camill.de Medic. *conſ.*98.*n.*51.*&* 53. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib.*1. §.*6.col.penul.* vbi firmans concluſionem, vt pater in bonis aduentitiis in quibus habet vſumfructum non poſſit agere ſine conſenſu filij, ſubdit hæc verba, *Verior eſt prior ſententia negatiua per tex. in d. §. vbi autem, qui apertius loqui non potuit, niſi afflatu quodam diuino velis vt Iuſtinianus renaſcatur, illudque voce viua teſtetur* &c. Stephan.Gratian. *diſcept.forenſ. lib.*2. *cap.*366. vbi loquens de re, in qua pater habet vſumfructum *numer.* 52. dicit hæc verba, *non tamen patri competeret exercitium actionis in agendo, & defendendo, quamuis ſit legitimus adminiſtrator, niſi cum conſenſu filij* &c. Hartim.Piſtor. *quaeſt.iur.lib.*4.*qu.*11. vbi ſatis benè loquitur Ioann. Petrus Fontanell. *de pact. nupt. tom.*1. *clauſ.*4. *gl.*7.*num.*68.*per totum.* Philippus Paſchal. *de viribus patr. poteſt. part.*1. *cap.*2.*n.*84.*& ſeq.* Affl.*deciſ.*180.*circa finem*, vbi addentes, Cappel. Tholoſ. *deciſ.*105. *&* 307. & *in his locis* Aufrer. additionator, Capp. *deciſ.*56. *num.*4.& melius *deciſ.*73. *num.*9.*& ſeq.* Hieronym.Marilia. *deciſ.*49. vbi teſtatur fuiſſe reum ab obſeruatione iudicij abſolutum, & ſententiam in gradu appellationis confirmatam, cum iudicium fuiſſet contra patrem motum, vt legitimum filij adminiſtratorem nullo eiuſdem filij accedente conſenſu: Gabr. Pereira *deciſ.*19. vbi deciſum refert, quod verſantes nos in bonis aduentitiis filio & patrimonio matris quæſitis, poterit pater, & agere, & conueniri abſque filij conſenſu, ſi autem in bonis aduentitiis aliunde filio quæſitis, & tunc non poterit pater in iudicio eſſe, ſine filij conſenſu; Ioſeph. Ludouic. *deciſ.Peruſ.*13. Rouit.*deciſ.*3.*n.*12.*& ſeq.* Capyc. Latro *deciſ.*46. *n.*7. Marc.Ant. de Amat. *deciſ. Marchia* 30. *num.*21. & nouiſſimè, aliis omiſſis, Ant.de Virgil. *in tract. de legit.perſo. cap.*4.*n.*102. & in dote aduentitia pro filia nupta viro aſſignata, quæ demum ſoluto matrimonio per mortem viri, venit reſtituenda, quod actio ad illam recuperandam ad patrem Mulieris, quæ habet in poteſtate, non ſpectet; ſed ad ſolam ipſam filiam; ſunt iura *in l.*2. §.*quod ſi patris, vbi gl. in verbo profecta eſt*, ibi *in aduentitia ſola filia agit*, & *in l. poſt dotem in fine*, ibi, *viua autem filia, ſi agere vult exceptione ſubmouendus erit ff. ſolut. matrim.* & *in Authent. quod locum C. de collatio.* vbi gl. *in verb. conſentiat*, quærens quare ipſe pater non agit, provt *in l. fin.* §.*vbi autem C.de bonis, quæ liber.* reſp. quod dicta Authent. quod locum corrigit diſpoſitionem d.§.vbi *autem*, vel quod diſpoſitio huius §.non negat poteſtatem filio agenti, licèt concedat patri, vel quod in D. Authen. quod locum ſit ſpeciale, vt poſſit agere filia fauore dotis, Bar. *in d.l.*2. §.*quod ſi in patris num.*3. *& in d. l.poſt dotem num.*25. Petr.Barboſ.*in d.*§.*quod ſi in patris, intra num.*18. quo loci dicit, quod quando ſoluto matrimonio dos aduentitia reuertitur ad filiamfam. pater in ea non habet vſumfructum, propter quod ſubdit *num.*19. filium abſque patris conſenſu ad dotem aduentitiam recuperandam agere poſſe, & addit, quia in hac materia recepta eſt concluſio, quod in his, in quibus patris vſusfructus nunquam quæri poterit, poteſt conſtitutus in patris poteſtate agere, & de ea re, ad libitum diſponere ſine patris conſenſu; idemque Alciat. *in conſ.*35. *intra n.*7. *verſ. non obſtat deciſio lib.*5. & Ioan.Campog. *in tract.de dote p.*3. *q.*97. cuius verba ſunt hæc, *An pater poſſit petere dotem aduentitiam? Bar. & DD. communiter in l. Titia ff.ſolu. matr. concludunt, quod non etiam ſi filia ſit in poteſtate vide per ſcribentes in Auth. quod locum C. de collatio.* Hæc ille.

## *ARGVMENTVM.*

Nauis ſi iter ſuum agens ventorum vi ad Littus aliquod ducatur, naufragium paſſa, nùm amiſſæ Nauis damnum illius domino cedat, vel potius Domini mercium, quæ ſic ſaluæ factæ fuerunt pretio naufragatæ nauis contribuere teneantur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCXIII.

CVM Regia Curia ſalario me- 1
diante in quadam Naui onerari
feciſſet certam frumenti, & hor-
dei quantitatem, ventorum vi in
nauigatione, illius Nauis arbor fuit fracta, &
quia ſubuerſionis periculum ſuberat, ſi vela
aliaque arbori affixa non ſcindebantur, ſi-
mulque in mare arbor illa non proijciebatur,
vt Nauis, & merces ſaluarentur de Conſilio
illorum, ad quos ſpectabat, ſic fuit exequu-
tum, vndè inſtabat Nauis Magiſter, vt con-
demnaretur Regius Fiſcus ad contribuen-
dum damno paſſo occaſione conſeruandi
merces in Naui oneratas, ad quod pro ſuæ
intentionis fundamento tria iura præcipua
allegabat, nimirum *l.*2. §.*ſi conſeruatis l.cum
arbor & l.amiſſa Nauis ff.ad l.Rod. de iact.* vbi
probatur, tunc demum Dominos mercium
ad aliquid non teneri ſi ventorum vi, vel alio
caſu arbor Nauis fuit ſciſſa; Cæterum ſi ex
propoſito, & de Conſilio Doctorum, ad effe-
ctum vt merces ſaluarentur, provt præſup-
ponebatur in caſu propoſito, tunc æquitas
ſuadet, vt fiat contributio; ſed contendente
Fiſco iura prædicta potius ſuam fundare iu-
ſtitiam, quam actoris, fuit dubitatum, quid
iuris.

Diſcuſſo articulo in Regia Camera refe- 2
rente Domino Franciſco Antonio Villano
tunc Præſidente, demùm Regiam Cancella-
riam Regente, fuit deciſum Regium Fiſcum
fore ab impetitis per Magiſtrum Nauis ab-
ſoluendum; per tex. *in d.l.*2. §.*ſi conſeruatis*,
etenim

Digitized by Google

etenim dicebatur, quod in caſu propoſito principale propoſitum erat attendendum; non autem id quod conſequutiuè fit, vt eſt tex. *in l. nauis aduerſa* vbi hoc notat in terminis Salyc. *ff. eod tit.* & hoc dicebatur regulare eſſe, vt ſemper principium, & non finis attendi debeat, quia quando finis neceſſariam habet conſequentiam ad principium, attenditur principium, & non finis, Bar. optimè *in l. 3. § ſcio ff. de minor.* in caſu de quo agebatur iam ventorum vi arbor erat ſciſſa, & niſi ſcinderentur anthennæ euelli non poterat, ſicque talis inciſio fuit ex neceſſaria conſequentia ad principium; vnde attento principio, quod arbor ventorum vi ſciſſa fuit, Fiſcus ad nihil tenebatur, per tex. *in d. § ſi conſeruatis*, facit tex. & quod ibi notat Bar. *in l. quod erit lex. § fin. ff. ad leg. Iul. de adulter.* vbi quando principium fuit licitum, ſemper illud attenditur; & tandem prædicta confirmabantur ex notabili deciſ. Bal. *in l. ſi quis non dicam rapere col. 4. C. de Epiſ. & cler.* quo loci dicit quod ſi ſtatuto cautum eſſet, vt quælibet villa vel caſtrum ſuum teneatur cuſtodire territorium, taliter quod ibi furta non fiant, & ſi ſecus, de furto quod fieret Caſtrum illud teneatur, caſu contingente, quod quis ſit in vero territorio captus, & ligatus, in alio verò diſrobatus, illud Caſtrum in pœnam ſtatuti incidet, in cuius territorio fuit quis captus, & ligatus, idque ratione initij, & conſummationis delicti, quia eo ipſo, quod fuit captus, & ligatus animo diſrobandi, delictum dicitur conſummatum, allegat tex. *in l. 1. §. idem Iulianus ff. quod vi, aut clam*; illud enim quod demum geſtum fuit in alio territorio, eſt exequutio delicti iam facti; ita in caſu noſtro, non ſciſſio illa antennarum, & affixorum, vt arbor eiiceretur ad mare, fuit exequutio arboris iam ventorum vi ſciſſæ, ergo principium attendendum, vnde per omnes Dominos de Regia Camera fuit deciſum pro Fiſco, ſicque latum diffinitiuum decretum.

## OBSERVATIO.

1 AD maiorem declarationem eorum, quæ in hac Deciſione habentur, ſciendum eſt nulli dubium eſſe, quod ſi Nauis iter ſuum agens, ventorum vi ad littus aliquod ducitur, naufragium paſſa, & vt dicitur arenatæ amiſſæ nauis damnum domino cedit, nec aliter poſſet iſte prætendere, vt Domini mercium, quæ ſaluæ fuerunt, contribuant pretio naufragatæ Nauis; etenim contributionis huius æquitatem tunc demum admitti placuit, quando nauicularij nauem certo certius naufragandam aſpicientes, conſilio inter eos accepto, vt merces, & nauigantes ſaluarentur, & vulgò dicitur ad communem ſaluationem aliquid fecerint, puta arborem cædentes, antennam aliaque affixa obtruncantes, ex quo merces ſaluæ factæ ſunt; hæc ſunt iura per D. Regentem hîc allegata, *in l. 2. § ſi conſeruat. in l. 3. in l. nauis amiſſa, & in l. nauis aduerſa ff. ad leg. Rodian. de iactu*, quibus quidem iuribus attentis, cum in caſu huius deciſionis, nauis arbor ventorum vi cæſa fuerit, non autem à nauiculariis, ad finem vt merces ſaluarentur, quamuis demum antennæ ſciſſæ eſſent, vt arbor eueileretur, & vt ſic ſubuerſionis periculum euitaretur, Regia Camera determinauit Fiſcum mercium Dominum fore abſoluendum, ea quidem ratione, quia antennarum ſciſſio ordinata extiterat ad expulſionem arboris, quæ non aliter à nauiculariis, vt nauis, & merces ſaluarentur cæſa fuit, quo quidem caſu eſſet locus contributioni, ſed vi ventorum, & magna tempeſtate, vbi nulla ſuadet æquitas contributionis faciendæ, & quamuis nauis Rector non arboris pretium quæreret, ſed antennarum, quas ſeruandi cauſa nauem, & merces, vt ipſe dicebat ſcinderat, attamen quia hoc peregerat conſequutiuè, vt arbor euelleretur, dictum fuit principium eſſe attendendum, non autem finem, quia quando finis habet neceſſariam conſequentiam ad principium, attenditur principium & non finis, & Bar. *in l. 3. §. ſcio etiam ff. de minoribus*; in caſu de quo agebatur iam vi ventorum arbor erat ſciſſa, nec modo aliquo euelli poterat, niſi ſcinderentur antennæ, vnde iſta inciſio euenit ex neceſſaria conſequentia ad principium, & ſic attento principio, quod vi ventorum arbor fuit ſciſſa, Fiſcus ex Iuribus prædictis condemnari non poterat.

## *ARGVMENTVM.*

Officialis ſi in officio ſuo alium nominandi facultatem haberet, & aliquem nominare promiſerit, nùm hæc promiſſio vim habeat nominationis, ita vt alium nominare non poſſit, niſi quem nominare promiſit. Promiſſio de vendendo, an & quando ſit vera venditio, & quid in promiſſione de renunciando futuræ alicuius ſucceſſioni, & de aliis.

## DECISIO CCXIV.

FACTA conceſſione à Carolo 1
Ceſare felicis recordationis Don Troylo de Spes de duobus officiis vulgò dicimus di Montiero Mag. & di Capitanio di Baleſtrieri, cum facultate in illis vnum heredem nominandi, vel filium, vel generũ, ſupponebatur ipſum conceſſionarium promiſiſſe nominare Don Diomedem eius filium, & poſtea nominaſſe Aſcanium Palmerium eius generum, vnde inſtante filio pro declaratione validitatis ſuæ nominationis, & patre contradicente, orta fuit controuerſia in Regia Camera, vtra partium meliora foueret iura.

Hic articulus non fuit deciſus, ex quo 2
Partes, non expectata deciſione, ſe concordarunt, conſiderabatur tamen ex verbis promiſſionis

Digitized by Google

miſſionis factæ à patre, filium nominandi, inductam fuiſſe veram, & realem nominationem; promiſerat enim pater pluribus vicibus ſe officia prædicta refutaturum filio, & quod indubitanter ſua forent, vndè dicebatur nominationem fuiſſe iam factam: nam cum illa à ſola patris dependebat voluntate quæ à filio extitit acceptata, alius actus extrinſecus non requirebatur, ita probat gloſ. *in l. in vendendis C. de contrah. empt.* quæ vult quod ſi ego dico, volo rem hanc tibi vendere pretio ducatorum decem, & tu dicis, ego volo emere dicto pretio, cenſetur contracta emptio, & venditio, quam gloſ. ſententiam *ibidem* Bar. Alber. Bal. Ang. & Salyc. inſequuti fuere, & eſt communis *in l. ſerui electione ff. de lega.* 1. Confirmabatur per tex. & quæ ibi dixerunt DD. præſertim Gugliel. de Cuneo, Bar. & Aret. *in l.* 1. *ff. de pignorat. actio.* quod ſi dico promitto tibi hanc rem in pignus daturam, ſtatim cenſetur pignus contractum, ſecus ſi certa res non fuiſſet expreſſa, & Aret. *ibidem* addit pro regula capiendum, quod quando quis promittit facere aliquem contractum, in quo ſola contrahentium voluntas ſat eſt, & tempore promiſſionis nihil repugnat, quin contractus fieri poſſit, tunc promiſſio contractum inducit; in caſu propoſito dubium non erat promiſſionem deliberatè factam fuiſſe, & ſæpius in diuerſis temporibus in ſcriptis, pluribus litteris mediantibus, ſicque à filio acceptatam, ergo nominatio pro facta habebatur, ſi pro facta, ceſſabat prorſus nominatio, quæ demùm ſequuta fuit in perſonam Aſcanij generi, ſemel enim facta nominatione in perſonam vnius expirat poteſtas iterum nominandi, *l bene §. hoc ſermone ff. de verb. ſignif.* notant omnes *in d. l. ſerui electione, & in l.* 2. *ff. de optio. lega.* nec eſt amplius locus variationi, niſi ex aliqua diſpoſitione legali illa priore loco facta eſſet nulla, vt probant DD. *in locis prædictis.*

2 Præterea fuit conſideratum nominationem factam in perſonam Aſcanij ex alio fuiſſe nullam, quia non fuit facta ſimpliciter, ſed ob cauſam, nimirum ob matrimonium contractum cum filia naturali Don Troyli, quo caſu dicebatur ceſſare facultatem à Cæſarea Maieſtate tributam nominandi hæredem in dictis officiis filium, vel generum *per tex.* & quod ibi notat Bar. *in l.* 1. *ff. de donatio.* vbi appellatione donationis, illa ſolùm venit donatio, quæ eſt mera, & pura, & non illa quæ eſt ob cauſam, vel conditionalis, melior tex. *in l. filiusfam. §. ſed enim meminiſſe ff. eod.* vbi habetur quod ſi à patre filio ſuo tributa eſt licentia, vt poſſit donare non poterit donare donatione cauſa mortis, quia illa facultas intelligitur de donatione pura, vera, & irreuocabili, quæ propriè donatio dicitur, *d. l.* 1. *ff. de donatio.* vndè cum à Carolo Cæſare tributa fuiſſet poteſtas D. Troylo nominandi filium, vel generum dicebatur de natura officiorum eſſe, vt non vendantur, ſicque poteſtatem illam nominandi fore intelligendam ſimpliciter, non autem per contractum venditionis, vel dotis, quod idem eſt *l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit ff. quibus mod. pig. vel hipoth. ſol.* vbi habetur quod ſi debitor à creditore licentiam obtinuerit pignus vendendi, poterit illud in dotem dare, quia vendere dicitur propter onera matrimonij; vnde ſicut ex diſpoſitione Regiarum Pragm. officiorum venditio eſt prohibita, ergo & in dotem datio. Hæc principaliora fuerunt in hac cauſa conſiderata.

## OBSERVATIO.

Ex hac Deciſione concluſionem colligimus, vt 1 promiſſio facta nominandi aliquem in officio, habeatur ac ſi nominatio verè facta eſſet, provt ſi diceretur, volo tibi rem meam vendere pro decem, & tu reſpondes volo emere dicto pretio, vt ſic cenſeatur contracta emptio, & venditio, ita ex iuribus, & Doctoribus hîc citatis exiſtimauit D. Reg. noſter, cuius ſententiæ adhæreo pariter, & ego, ſuppoſito in facto quod qui promittit nominare, ex Regis gratia antecedente, nominandi habet facultatem, itavt alius Regis conſenſus in nominatione facienda non requiratur, provt in caſu huius deciſionis; nam ſecus, ſi quis officium à Regia Curia tenens vellet ex gratia generali, ſoluta certa pecuniarum quantitate, officium ampliare in vnum hæredem, hoc enim caſu quia pro ampliatione obtinenda ad Regem recurrendum eſt, ad hoc vt ampliationi, quæ deſideratur, dignetur aſſentire, dato caſu, vt fieret hæc nominatio ſemper eſſet locus pœnitentiæ pro parte nominantis, antequam Regis aſſenſus ſuper facta nominatione impetraretur, ſicque per Regiam Cameram ſingulariter deciſum, retuli Ego *lib.* 2. *mear. reſolut. cap.* 148. quod vide, quia plura inuenies notabilia.

Ad maiorem autem declarationem firmatæ concluſionis, nimirum vt promiſſio nominandi ſit vera nominatio, & promiſſio de vendendo certo pretio, ſit vera venditio, vide, ſi placet, quæ Egomet ſcripſi *lib.* 1. *reſol. iur. cap.* 298. vbi demonſtraui promiſſionem de aliquem contractum celebrando, interdum operari, ac ſi in ipſo promiſſionis inſtanti contractus ille perficeretur, interdum verò ex tali promiſſione actionem perſonalem tantùm contra promittentem oriri: dixi enim ſine controuerſia procedere, quod vbi quis aliquem permittit facere contractum, in quo ſola ſufficit contrahentium voluntas, & promiſſionis tempore nihil repugnat, quin contractus celebrari poſſit, tunc talis promiſſio, illum contractum inducit, ad quod probandum fuerunt per me allegati Aret. per illum tex. *in l.* 1. *num.* 1. *ff. de pignor. act.* & Ruyn. *in additio. ad l.* 4. *§. caſu ff. de verb. obligat.* Alcia. *conſ.* 18. *num.* 5. *lib.* 8. & D. Card. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 14. Exemplum conſtitui, ſi quis vxori ſuæ antefatum conſtituere promittit, hoc enim caſu cum nihil in huius promiſſionis actu repugnet, quin principaliter conſtitui poſſit, habetur ac ſi illud conſtitutum eſſet, & hoc ad finem vt ſi vir vxori præmoriatur, antefatum illud 2



Digitized by Google

debeatur, ita Sebaſt. de Neap. *in conſuet. quartam autem in tit. de iure quartæ in verb. conſtitutam*, Gram. *deciſ.97.& 103.* Higer. *in c. Reg. mulier, quæ dotarium num.29.* & Vrſill. *in addit. ad Afflict. deciſ.61. poſt numer.1.* idem in promiſſione de dote mulieri conſtituenda, ad circuitum euitandum dixit Afflict. *dicta deciſ.61. in primo dub.* & in promiſſione de donando quod ſit vera & efficax donatio, ſcripſit Iul. Clar. *in §. donatio. quæſt.14. num.6.*

3 Aliud autem dicendum affirmaui in promiſſione de vendendo ſimpliciter facta nam longè diſtat venditio à promiſſione de vendendo, nam cum plura ad venditionem perficiendam concurrere debeant, nempe res, conſenſus, & pretium: *§.1. inſtit. de empt. & vendit.* quando ego dico promitto tibi vendere rem meam, quia pretium deficit, talis promiſſio aliud operari non poteſt, niſi quod perſonali actione me conuenire poſſis ad rem illam certo conſtituto pretio vendendum, dummodo ſit res, in cuius diſtractione non cadat prohibitio, quia ſi alienatio eſſet de genere prohibitorum, prout eſt illa bonorum feudalium, promiſſio de vendendo ſine aſſenſu, nullius erit importantiæ, adeò vt ex ea nullatenus agi poſſit ad intereſſe ob inobſeruantiam, ſicque deciſum contra Afflict. *in conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ*, teſtatur D. de Franch. *deciſ.48.* D. Reg. Salernit. *in voto poſt 31. allegat in calce ſuam deciſionem*, Iacob. Gallus *conſ.112. num.14. & 18.* & Fab. de Anna *conſ.75. numer.17. & 18.* at ſi in tali promiſſione pretium etiam exprimeretur, contractus omni iure ſubſiſteret, & procederet concluſio in hac deciſione firmata; ita Vrſill. *loco cit. num.3.* quo loci citat Rub. Alexand. *in conſ.39.* vbi dicit promiſſionem de vendendo certo expreſſo pretio, certam, veram, & perfectam venditionem eſſe, & ex ea agi poſſe, aliud verò dicendum in promiſſione de fideiubendo, vt hæc non ſit verè fideiuſſio; ita Ant. Hering. *de fideiuſ. cap.3. n.10.* quia eſſe poſſet, quod talis promittens nullo pacto fideiuberet, niſi de indemnitate eſſet ſibi cautum: Molfeſ. *ad conſuet. noſtras, in tit. de renunc. quæſt.10. num.23.*

4 An autem promiſſio de renunciando futuræ filiorum ſucceſſioni, quæ in capitulis matrimonialibus à ſponſis fieri ſolet, ſit vera, & efficax renunciatio, ita vt ſuccedente caſu, ſucceſſio denegetur, vide quæ ſcripſi *citato cap.298. à num.10. ad finem*, vbi ex ſententia noſtræ Magnæ Curiæ, quod ſit locus ſucceſſioni in popularibus huius Ciuitatis affirmaui, promiſſione de renunciando non obſtante, ſed quando caſus acciderit, cogita.

## *ARGVMENTVM.*

Mandatum generale cum libera habens à lege, an & quando dicatur reuocatum per mandatum ſpeciale ſuperueniens hominis. Prælatio an competat Vniuerſitati, quando Dominus iuriſdictionis ciuilis vellet iuriſdictionem ſuam vendere Domino iuriſdictionis criminalis. Caſalia Ciuitatis Neapolitanæ an vendi poſſint, ea contradicente. Neapolitani an poſſint trahere ad forum M. C. Caſalenſes eiuſdem Ciuitatis, ſi Caſalia illa alteri vendita reperirentur. Priuilegium ſpeciale anterius, an & quando cenſeretur reuocatum per aliud poſterius generale, & de aliis.

## DECISIO CCXV.

CVM Magnifica Lucretia de Bucchis emiſſet à Domino Don Petro Toletano Regni huius Prorege vti Cæſareæ Maieſtatis Procuratore iuriſdictionem criminalem ſuorum vaſſallorum Caſalis Afragolæ, Regius Fiſcus inſtitit in Regia Camera declarari venditionem illam fuiſſe, & eſſe nullam, ex defectu mandati in perſonam dicti Domini Proregis, ſed excipiente Lucretia emptrice, omnia ſolemniter proceſſiſſe fuit dubitatum, an verè D. Petrus vendendi poteſtatem habuerit. 1

Diſcuſſis ambarum partium iuribus in collaterali Conſilio ad relationem Regiæ Cameræ, cum interuentu trium Regiorum Conſiliariorum in cauſa adiunctorum, cum votantes eſſent numero ſeptem, tres fuerunt voti pro validitate venditionis, & hi, Dominus iſte Regens, D. Reg. Albertinus, & D. Conſiliarius Nicolaus Franciſcus Conſtantius, quatuor verò pro Fiſco, ſecundum quorum vota lata fuit ſententia, qua mediante fuit declaratum venditionem fuiſſe, & eſſe nullam, Tres illi qui pro contractus validitate votarunt, moti fuerunt, quia eo venditionis tempore Regia Curia maxima opprimebatur neceſſitate, ſicquè cauſam fuiſſe iuſtiſſimam vendendi, pro illius neceſſitatibus ſubueniendis, quo caſu dicebatur mandatarium multa facere poſſe, etiam contra mandantem; ad notata *in l. ſi hominem*, vbi Aret. & Alex. *ff. mand. per* Abb. *in c. fin. de eccleſ. ædific. & per* Iaſ. *in §. item ſeruiana col.17. inſt. de actio.* quo loci multa cumulat, quæ ob neceſſitatem fieri poſſunt; habuerunt etiam mandatum D. Proregis eſſe ſufficientiſſimum, nec aliter defectum aliquem pati; alij verò quatuor, ſecundum quorum vota prodiit ſententia pro Fiſco, nullam declarantes venditionem, conſiderarunt defectum mandati, quod in venditionis inſtrumento fuit inſertum; in illo enim alia non legebatur poteſtas, niſi vendendi annuos ducatos viginti mille ſuper functionibus fiſcalibus Regni huius cum pacto de retrouendendo, vnde cum fuerit facta vẽditio, & liberè tam de alia re, quàm de illa in mandato contenta, conſequenter exceſſerat Procurator fines mandati, qui diligenter ſunt cuſtodiendi; *l. diligenter ff. mand. l. ſi procurator ad vnam C. de procurat. & in cap. cum dilecta de reſcrip. cum concord.* Nec in aliquo 2

quo dicebatur obſtare, quod D. Prorex ampliſſimam habebat poteſtatem Regnum gubernandi, ſicque habuiſſe mandatum generale cum libera, ad tex. *in l.* 1. vbi notat Bar. & Bal. *ff. de offic. procur. cæſar.* & ſucceſſiuè potuiſſe illum omnia facere, ac ſi ſpeciale habuiſſet mandatum, ad tex. *in l. contra §. fin. ff. de pac. & in l. filiusfam. ff. de donatio.* etenim fuit reſponſum quod licet verior, & communior ſit opinio, quod ſi quis habet mandatum generale cum libera à lege, poſſit alienare, ad tex. *in l. præſes.* vbi DD. communiter *c. de tranſact.* dummodo non donet, tamen ſi poſtea illi habenti mandatum à lege alia poteſtas, ſeu mandatum ab homine, mandatum illud, quod habet à lege reuocatum cenſetur, ſoloque illo mandato poſteriore loco ei tributo vti poteſt, eſt caſus *in l. maritus C. de procur.* in caſu propoſito, licet D. Don Petrus habebat à lege mandatum cum libera, ex eo quod fuerat conſtitutus Prorex, & Regis Procurator, hoc tamen generale mandatum, quod habebat virtute ſui Priuilegij, ac aliud ſimiliter generale quod habebat de anno 1540. vendendi omnes, & quaſcumque Ciuitates & Terras Regni, ac functiones fiſcales vbique exiſtentes cum ampliſſima poteſtate, cenſebantur reuocata per aliud ſpeciale mandatũ de anno 1551. quo mediante D. Prorex fuit conſtitutus procurator ad vendendum annuos ducatos viginti mille functionum fiſcalium cum pacto de retrouendendo, cum quo quidem mandato contraxit, cum ad venditionem d. iuriſdictionis proceſſerit; minus etiam obſtare dictum fuit, quod d. Don Petrus in hoc contractu interuenerat tanquam Capitaneus generalis, pretium, quod accepit d. iuriſdictionis pro Regni tuitione expendens contra Turcas, & quod hoc ſat erat, vt Dominus, qui eum propoſuit, teneretur, ad tex. *in l. fin. ff. de exercit. actio.* nam reſpondebatur primò quod conſiderata perſona Dom. Don Petri vti Capitaneo generali, dici non poterat, quod habebat mandatum generale cum libera, vt per Bar. & Iaſ. *in l. conuentionum ff. de pact.* vbi allegant tex. *in l. mandato general. ff. de procur.* & licèt in inſtrumento ſe aſſeruerat Vicerex, & Capitaneus generalis, hic erat titulus quo potiebatur, nec per hoc cenſebatur vti Capitaneus generalis contraxiſſe; ſed potius vti Prorex, iuxta tex. *in l.* 1. *§. nunciatio.* vbi Bar. & cæteri *ff. de noui oper. nunciat.* quo caſu illa poteſtas quam tenebat vti Prorex reuocata extiterat per mandatũ ſpeciale, de quo ſupra; ſecundò, quia in inſtrumento venditionis d. iuriſdictionis de verbo ad verbum fuit incertum mandatum procuratorium ſpeciale ad vendendum functiones fiſcales, & ſic eo procurator conſtitutus vti voluit, vnde ſi neceſſitas ſe offerebat, tot introitus vendi poterant, ſicque mandati fines cuſtodiri, ac proinde non obſtabat *d. l. fin. ff. de exercit. actio.* nam ibi nullo alio modo poterat nauis refici, niſi mediante illa pecunia mutuo accepta, ad illum effectum nauis reficiendæ, bene tamen ab omnibus fatebatur, quod ſi fuiſſet talis neceſſitas ob Regni inuaſionem, vel aliam neceſſariam cauſam, cui aliter prouideri non poterat, tunc dubio procul potuiſſet Prorex, vti Prorex locum tenens & Capitaneus generalis pro Regni tuitione bona Regij Patrimonij vendere, eo modo, quo poterat abſque alio ſpeciali mandato, iuxta tex. *in d. l. ſi hominem. ff. mand.* & quod in ſimili notat Iaſ. *in d. l. conuentionum ff. de pac.* vbi dicit, quod licet Capitaneus generalis treguam facere non poſſit, fallit quando hoc facit pro belli neceſſitate, vt cadauera ſepeliantur; ex quibus omnibus fuit concluſum pro nullitate contractus, reſtituto tamen pretio emptrici, vnà cum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe excõputatis tamen fructibus ſeu prouẽtibus à dicta iuriſdictione criminali perceptis, liquidandis tẽpore exequutionis ſentẽtiæ, per tex. *in l. pen. §. 1. ff. de reb. eor. & in l. ſi prædiũ C. de præd. minor.* quibus quidẽ iuribus cauetur, quod ſi prædiũ pupillare vẽderetur, & de pretio pupilli creditoribus, quibus vſuræ ſoluebãtur fuerit ſatisfactũ, & ſi nulla ſit prædij venditio, ſicque poteſt pupillus ab emptore prædium illud reiuendicare vnà cum fructibus perceptis, attamen competet emptori doli exceptio, donec pretium ſoluatur vnà cum vſuris, & ita per omnes Dominos fuit iudicatum.

Fuit etiam in hac cauſa deciſum, gratiam huic ciuitati conceſſam, vt illius caſalia vendi non poſſint, neque alicui concedi ea à ciuitatis corpore ſegregando, & diuidendo, etiam quoad iuriſdictionem non procedere reſpectu caſalis Afragolæ, cuius ſegregatio facta reperiebatur ſupra annos centum quinquaginta, ex quo quidem longiſſimo tempore hoc caſale dici non poterat de corpore Ciuitatis; ſed omnino diuiſum, & ſeparatum ex titulo nimirum à lege cauſato, de quo *in l. hoc iure, §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſtiua, & in c. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſignif.* vbi gl. concordantes allegat.

Tandem fuit in eadem cauſa communi voto determinatum, excepto D. Præſidente Eſcobar Comm. quod prælatio, quam Vniuerſitas Afragolæ prætendebat, data validitate venditionis factæ d. Lucretiæ, & pro eodem pretio, de iure non procedebat, ex quo illa iuriſdictionem habebat ciuilem, & ſic dicebatur vtilis domina de Caſalis, vt per Capyc. *deciſ. 27. n. 31. cum ſeq.* quo caſu pluries fuit deciſum non eſſe locum prælationi, quando venditur iuriſdictio criminalis.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## OBSERVATIO.

1 COncluſionem illam, quam Dominus Regens deſumit ex tex. *in l. penul. §. 1. ff. de rebus eorum. & in l. ſi prædium. C. de præd. minor.* communiter nos aduocati allegamus in materia reuocationis contractuum bonorum feudalium, ſine Regio aſſenſu celebratorum, nimirum vt reuocato contractu venditionis feudi ob defectum Regij aſſenſus vigore conſtitutionis Regni cōſtitutionē diuæ memoriæ, venditori reſtituitur feudū vnà cum fructibus, & emptori pretiū vnà cum intereſſe; ita D. Conſiliarius Marcia. *conſ. 49. n. 3. lib. 1.* vbi allegat iura concordantia; Ego ipſe *reſol. iur. lib. 1. c. 129. n. 3.* & alij paſſim, hoc tamen quando venditor reuocat, & ſic inſtat pro nullitate contractus, at ſecus reuocante emptore; quando enim emptor reuocat, ſacrum Conſilium paſſim iudicauit, vt fructus cum intereſſe compenſentur, ex rationibus traditis per Me *lib. 2. mear. reſol. cap. 83.* vbi ſic iunctis Dominis duarum aularum in illa cauſa obtinuit, proditque deciſio poſt illius voluminis impreſſionem, referente Domino Conſiliario Antonio Miroballo feudiſta doctiſſimo, idemque D. Reg. de Tap. *ibi* per me allegatus, *deciſ. S. C. 8.*

2 Circa verò ea, quæ hîc deciſa teſtatur D. Regens noſter, vt prælatio, quæ aliàs competit Vniuerſitati, quando aliqua Terra venditur, denegetur quoties duo eſſent domini, alter iuriſdictionis ciuilis, alter verò criminalis, & iſte venderet iuriſdictionem ſuam Domino iuriſdictionis ciuilis, ſcias quod circa hoc contrariæ ſe offerūt Regiæ Cameræ determinationes; etenim D. Regens, & Præſ. de Curt. *in ſuo diuerſ. feudal. par. 1. cap. 3. num. 67.* refert ſæpiùs per Regiam Cameram deciſum dari prælationem Vniuerſitati, etiā quando Dominus Iuriſdictionis criminalis vellet iuriſdictionem illam Domino Iuriſdictionis ciuilis vendere, licèt ipſe de hac deciſione non bene ſentiat, ita vt adhærere videatur ſententiæ Marini Fric. qui *lib. 2. de ſubſ. author. 2.* affirmat in hoc caſu prælationem eſſe omnino denegandam, & hoc, ea potiſſima ratione, cum hîc non poſſit conſiderari fauor libertatis vaſſallorum, ex quo adhuc vaſſalli remanent, nam qui iuriſdictionem habet ciuilem dicitur Baro, vt per Capyc. *deciſ. 27.* idemque pro opinione Fric. deciſum teſtatur Io. Vinc. de Anna *allegat. 27. num. 20. & 21.* vnde ſi caſus contigerit, erit maturius cogitandum, & omnino ponderanda, quæ in hoc eodem articulo ſcripſit D. Reg. Moles *in ſuis deciſionibus manuſcriptis*; illud autem circa hanc materiam pro indubitato affirmaui *lib. 2. mear. reſol. cap. 117. per totum*, nullo pacto Baronem iuriſdictionis ciuilis prælationem prætendere poſſe, quando Dominus iuriſdictionis criminalis iuriſdictionem illam alteri venderet, rationibus vt ibi.

3 Vlterius D. Reg. noſter memor hîc fuit de gratia huic fideliſſimæ ciuitati conceſſa, vt illius caſalia nullo modo vendi, aut alteri concedi poſſint; ſed quod illa ſemper cum ciuitate vnita permaneant; hæc gratia ſcias, quod à magno Capitaneo conceſſa extitit, & in anno 1503. eo tempore in hoc regno Regis vices implente, prout in libro Priuilegiorum, & Capitulorum *fol. 33. art. in cap. 9.* de hoc pariter paucis retroannis, & ſic in anno 1496. ſupplicatum extiterat Regi Frederico, à quo aliud conceſſum non fuit, niſi vt per conceſſiones factas, & faciendas non præiudicetur iuribus, & Priuilegiis Neapolitanorum, & iuriſdictioni M. C. V. aliorumque huius præclariſſimæ Ciuitatis Tribunalium, & hæc gratia reperitur in eodem lib. *f. 26. cap. 54.* cuius verba ſunt hæc. *Item ſi degni V. M. non concedere ad alcuna perſona li caſali di Nap. li quali ſono ſtati antiquamente di ditta città, imò tenerli vniti, & non ſeparati con detta città, coſì circà l'adminiſtratione della giuſtitia, come nel altri ſeruitij ſin come è ſtato ſeruato antiquamente, & hauendoli conceſſi detta Maeſtà ſi degni darli ricompenſa à quelli ſuſſero dati, & reuocare detta conceſſione, & ex nunc quella reuocare, & annullare. Placet Regiæ Maieſtati quod per conceſſiones factas, & faciendas non præiudicetur iuribus, & Priuilegiis Neapolitanorum, & iuriſdictioni M. C. V. & aliorum tribunalium Ciuitatis Neapolitanæ.* Ex tenore huius gratiæ vt cernis conſtat ſereniſſimum illum Regem aliud huic Ciuitati non conceſſiſſe, niſi quod ſi caſus daretur, vt aliquod ex caſalibus alteri concederetur, non per hoc cenſeretur præiudicatum iuribus, & Priuilegiis Neapolitanorum, ac iuriſdictioni M. C. V. aliorumque Tribunalium; Iura, & Priuilegia Neapolitanorum inter alia ea ſunt, quæ per prius à Regina Ioanna huius nominis ſecunda *in ritu M. c. 301.* conceſſa reperiebantur, & demum à Rege Ferdinando primo, de anno 1462. *fol. 13. art. eodem lib.* & de anno 1466. *fol. 14.* & ab eodem Rege Frederico dicto anno 1496. *fol. 24. cap. 23.* quibus quidem gratiis, & Priuilegiis expreſsè ſtatutum habemus, hoc eſt ex largitione Reginæ Ioannæ II. vt ciues huius Ciuitatis, & habitantes in ea, & in eius diſtrictu non poſſint vocari, vel ad iudicium trahi ciuiliter, vel criminaliter, etiam ex delegatione extra Ciuitatem Neapolitanā nec ratione rei, nec ratione contractus, nec ratione delicti; Ex conceſſione Regis Ferdinandi ſemel atque iterum, vt ciues Neapolitani non ſolùm non poſſint vocari ad alienas curias, ſed quod ipſi alios in Tribunali M. C. vel in S. C. conuenire, & trahere valeant; Ex gratia verò Regis Frederici idem conceſſum etiam contra alios Neapolitanos, extra Ciuitatem forſan commorantes, vt *in cap. 23. fol. 24.* & per hæc verba. *Item li detti ſupplicanti ſupplicano, che la M. V. facci miniſtrar giuſtitia alli gentil huomini, cittadini, habitanti in Nap. contro qualſiuoglia perſona tanto Napolitana, come Regnicola, & foraſtiere di qualſiuoglia ragione, è deritto, che detti Gentil huomini pretendeſſero contra quelli, che ad eſſa Vniuerſita Gentil huomini, & cettadini ſia lecito, & permeſſo quelli conuenire, & trahere in la citta di Nap. auante lo conſeglio la G. C. della Vicaria & altri Tribunali di M. V. doue à loro meglio eſpediente parerà non obſtante qualſiuoglia declinatoria, & Priuilegio contrario; ſecundo è d'antiqua conſuetudine, & obſeruanza. Placet Regiæ Maieſtati.*

Cumquè gratia illa Magni Capitanei, vt Caſalia 4
huius Ciuitatis in poſterum aliis nullo pacto concederentur temporibus noſtris magnum acceperit præiudicium, agnoſcimus enim aliqua Caſalia certis perſonis à Domino Rege noſtro fuiſſe vendita, & cum Priuilegio vt homines dictorum Caſalium alienatorum in prima, & ſecunda inſtantia conueniri non poſſint, niſi Coram Iudice loci, eos abdicando à qualibet altera iuriſdictione, & foro, etiam à M. C. V. & aliis ſupremis Regiis Tribunalibus, etiam ſi delicta eſſent talia de quibus ſola M. C. cognoſcit, & cum expreſſa derogatione *l. vnica C. quando Imper. inter pupil. & viduas*: ex hoc Conceſſionarij prætenſionem habuerunt, vt Neapolitani, & habitantes in hac Ciuitate, de cætero nullo pacto frui poſſent gratiis, & priuilegiis prædictis, ſicque vt ſi vellent in M. C. conuenire aliquem Ciuem caſalium alienatorum, hoc nullatenus permittendum; ſed teneri eos in baronali Curia caſalis comparere, ibique petere ius, & iuſtitiam miniſtrari, quibus autem mediis, habes ex allegationibus impreſſis per Thor. *par. 3. ſui compend. ſec. 3. in verb. remiſſio alicuius vaſſalli fol. 134.*

At ego vti vnus ex Aduocatis ciuitatis, de his con- 5
ſultus dicebam, vanam eſſe ſatis iſtorum Baronum præten

Digitized by Google

prætenſionem, quandoquidem nullo pacto, ex Priuilegio eis conceſſo derogatum extiterat gratiis Ciuitati conceſſis vt poſſint eius Ciues, & habitatores in ea trahere,& non trahi, nam ſi in Priuilegio prædicto legitur,vt Caſalenſes illi non poſſint conueniri, niſi coram eorum iudice,ſic illos D. Rex noſter videtur à iuriſdictione M.C.tam in prima quam in ſecunda inſtantia abdicans; hoc pariter Priuilegium conceſſum comperimus ferè omnibus Regni Baronibus, & quamplurimis cum derogatione *l. vnic. C. quando Imper.* & tamen quando caſus contingit, Neapolitanus quemlibet Regnicolam ad forum M.C. vel S.C. trahit,& ſic non eſt cur dubitari poſſit, hos Caſalenſes ad inſtantiam Ciuium Neapolitanorum, ad hæc Regia Tribunalia trahi poſſe, id quod indubitatum redditur, ex illa gratia Regis Frederici, dum verbis nimis claris Rex ille diſpoſuit, vt per conceſſiones iſtorum caſalium factas & faciendas nullatenus præiudicium aliquod inferatur iuribus Neapolitanorum, & iuriſdictioni M.C. qua quidem Regia largitione attenta,omnem ceſſare controuerſiam in terminis terminantibus docet D. R. Merlin. omnino videndus *contro. cent.2. cap.72.* vbi *num.32.* miratur quomodo Regni Prudentes, qui rem hanc toties controuerſam habuerunt, videre omiſerint legem particularem eam decidentem,ſic verba huius gratiæ tranſcribens; nec curandum de vana iſtorum Baronum prætenſione, quod cum Caſalenſes adhuc Neapolitani dicantur, priuilegia conquaſſari debent; etenim ceſſat prorſus oppoſitio hæc, attento tenore alterius gratiæ eiuſdem Regis Frederici ſuperius relatę, qua determinatur, vt ciues Neapolitani ad forum Neapolitanum quaſcumque perſonas tam Regnicolas & ſic exteras, quàm Neapolitanas trahere valeant; vnde dicebam quod ſi Neapolitanus alium vere Neapolitanum ad forum M.C. trahere poteſt, nonnè multò magis trahere poterit Caſalenſem.

6 Dicebam inſuper, quod quando hæ gratiæ, ex quibus omnis ceſſat dubitatio in medium non ſe offerrent, adhuc Ciuitatis iura in tuto erant, ſi conſideramus Priuilegium Neapolitanis conceſſum eſſe ſpeciale, illud verò conceſſum his Baronibus generale, quo fit, vt locus ſit communi omnium ſententiæ affirmanti,priuilegium primum ſpeciale non tolli per ſecundum generale, niſi de eo fiat expreſſa mentio; ita Bal. *in l.1.ff. de conſtit. Princ.* Io. de Plat. *in l.decurionibus C. de ſilentiariis lib. 12.* Felyn. *in cap.1. num.10. de reſcrip.* & D. Reg. noſter omnino videndus ſupra *deciſ.97.* vbi ex Gugliel. de Cun. Dyn. & Bar. *in l.ſed & poſteriores ff. de legibus* addit, quod quando duo ſunt Priuilegia, vnum anterius ſpeciale, & aliud poſterius generale, quæ inter ſe contraria videntur, tunc nunquam Priuilegium primum ſpeciale tollitur per ſecundum generale; in caſu noſtro ſi dicamus, quod Priuilegium conceſſum his Baronibus, & illud conceſſum Ciuitati, ſunt contraria, bene concordari poſſunt, vt illud conceſſum Baronibus intelligatur reſpectu omnium,& quorumcumque exterorum, nimirum vt nemo ex Regnicolis poſſit conuenire in foro Neapolitano homines Caſalium alienatorum; ſed teneri hunc agentem coram Iudice illius Caſalis comparere, vt ſic dicamus inter iſtud genus perſonarum abdicatam eſſe iuriſdictionem M.C.V. non autem reſpectu Neapolitanorum, & habitantium in Ciuitate de quibus ſereniſſimus, & Iuſtiſſimus Rex noſter in Priuilegio dictorum Baronum, nec verbum euomit; quodque priuilegium primum per ſecundum non tollatur, ſi in ſecundo non ſit facta ſpecialis mentio de primo,dixerunt Bal. *in cap.1.in principio de natura feudi, & in l.1.ff.de conſtit. Princ.* D.Reg. noſter *cit.deciſ.97.* & Io.Vinc. de Anna poſt alios,quos refert *all.53. n.25.alleg.56.n.23. alleg.64.n.16.& alleg.69.n.33.& ſeq.* Vnde meritò his attentis, doctus Iureconſultus Iacob. Ant. de Mauro in propria materia noſtra *alleg. ſua* 79.ſubſtinet,quod quamuis Baroni S. Antami conceſſa ſit iuriſdictio in Vaſſallos & homines dicti Caſalis priuatiuè ad Capitaneum Auerſanum, per hoc tamen non intelligebatur abdicata iuriſdictio Capitaneo Auerſano ad inſtantiam Ciuium Auerſanorum, quibus per anterius Priuilegium conceſſa extiterat facultas conueniendi homines Caſalium, coram dicto Capitaneo Auerſano.

## *ARGVMENTVM.*

Inſtitoris Culpa an & quando Domino noceat, ad finem videndi an ſit locus pœnæ commiſſi. Dictio *Dummodò*, quando modum, & quando conditionem importet, & de aliis.

## DECISIO CCXVI.

STANTE prohibitione, quam nos habemus extrahendi à Regno aurum,& argentum,ſiue vt vulgò dicimus laboratum, vel in maſſa, ſiue in pecunia, prætendebat Regius Fiſcus incidiſſe in commiſſum ſummam Ducatorum duorum millium, quam magnificus Lucas Grillus per mare extrahi faciebat, ſed illo contendente,non eſſe locum commiſſo: Primò quia ipſe non extraxit;ſed eius factor,ſeu inſtitor, qui abſque culpa, & dolo publicè, & bona fide extrahebat,Regiis officialibus data notitia; Secundò quia id contigit,ſine ipſius mandato vel ſcientia;Tertiò quia cum Lucas ipſe Regius eſſet Arrendator, ſecum Regia Curia conuenerat fore ei permiſſum ſingulo quoque anno durante arrendamento è Regno extrahere vſque ad ſummam ducatorum quinque millium, banno extractionem prohibente non obſtante, fuit per hoc quid iuris dubitatum. 1

Pro Fiſco dicebatur nullius momenti eſſe hæc,quæ aduerſus Fiſcum allegabantur, nam quod in hac extractione ceſſabat dolus, & culpa,&quod de illa dictus Lucas,qui pecunię erat dominus nullam habebat ſcientiam; ſed id inſtitoris facto contigiſſe; Dictum fuit in iure nouum non eſſe, vt ceſſet dolus,& fraus, & tamen fiat locus pœnæ commiſſi, hîc eſt tex. *in l.fin.§.ſi quis*,vbi Bar.Bal.Paul.de Caſtr. Imol. & Roma. *ff. de public. & vectigal.* & quamuis regulariter in hac cõmiſſorum, ſiue interceptorum materia culpa inſtitoris Domino nocere non poſſit, iuxta tex. *in l. cotem ferro §.dominus.* vbi Bar. *ff. cit. tit.de publica & vectigal.* & per Salyc. *in l. cum proponas C. de naut. fœnor.* tamen in Regia Camera contra- 2



Digitized by Google

ria inoleu't praxiſ,quia aliàs ſemper Domini mercium ſe excuſarant,hoc inſtitoribus, ſiue mulionibus imputantes;vnde meritò inſtantibus Arrendatoribus Regiæ Dohanç huius Ciuitatis, emanantur banna, vt dominus cuius merces intercipitur ob inſtitoris culpam excuſari non poſſit, quod de iure fieri poſſe firmarunt Bal. *in d. l. cum proponas*, Paul. de Caſtr. Imol. & Roma. *in d. §. Dominus*; Reſpectu autem conuentionis initæ cum Regia Curia,vt potuiſſet Lucas vti arrendator quolibet anno extra Regnum extrahere Ducatos quinque mille, dictum fuit hoc verum eſſe;ſed eo expreſſo, dummodò extractionis tempore Domino Proregi de quantitate ſiue ſumma extrahenda daretur notitia,quæ quidem dictio *dummodò*, In hoc caſu dicebatur quod nō modum ſed conditionē importabat, vt ſcilicet antequam extraheretur pecunia, D. Prorex de extractione eſſet conſcius,quod adimpletum non fuit, nam etſi dictum hoc regulariter modum importet, ſicque ſat eſſe, vt ante vel poſt actum expletum fiat diſpoſitionis adimplementum,vt per Bar. *in l. quibus diebus. §. Termilius ff. de condit. & demonſtr.* tamen, quando modus eſt appoſitus cum verbis denotantibus fore illum adimplendum antequam actus conſumetur, vt in caſu de quo agebatur, ſemper dictio illa *dummodò* quæ aliàs de ſui natura modum importat, conditionem importaret vt per eundem Bar. *loco proximè cit. & in l. licèt ff. vt legat. ſeu fideicom. num. caue.* & pro hac opinione dictum fuit eſſe notabilem deciſionem Cardinal. *in Clem. fin. quæſt. 52. de electione.*

## OBSERVATIO.

1 Hoc iure vtimur in Regia Camera,vt culpa inſtitoris circa pœnam commiſſi noceat Domino, nec in hac materia intercepti,bona fides ſuffragatur; paſſim enim videmus nonnullos Regiorum bannorum ignaros in pœnam commiſſi incidere, cum inueniantur banno contraueniſſe adhuc nullo concurrente dolo,aut culpa,& hoc ſumma cum ratione quia aliàs ſemper vnuſquiſque ſe excuſaret, id ſine dolo, & fraude peregiſſe.

2 Quantùm verò attinet ad dictionem *dummodò*, quam in caſu huius deciſionis,dictum fuit,importare conditionem,& non modum,eo quod iungebatur ei, quod implendum veniebat priuſquam actus perficeretur; ad confirmationem huius dicti,videndi ſunt Caſſan. *ad conſuet. Burgund. rubr. 8. §. 5. in verbo Epiſcopi nomine num. 19.* Curt. Sen. *conſ. 78.* Rip. *reſponſ. lib. 2. cap. 9.* Bertr. *conſ. 201. num. 5. lib. 1.* Soc. Iun. *conſ. 148. in fine lib. 1.* Crauett. *conſ. 10. num. 14.* Menoch. *conſ. 918. num. 10.* Surd. *deciſ. 209. num. 4. & conſ. 186. num. 11. & ſeqq.* hi enim omnes vno ore affirmarunt, quod licèt regulariter dictio hæc modum importet, vt per Bar. *in l. quibus diebus. §. vlt. num. 4. verſ. quid de dictione dummodò ff. de condit. & demonſtr.* Tiraquel. *de retract. lignagier. §. 8. gl. 8.* Card. Seraph. *deciſ. 338. num. 5. & deciſ. 347. num. 1.* Amat. *deciſ. Marchia 50. num. 34.* & per alios vbique;attamen, quando iungitur ei, quod venit implendum,antequam actus perficiatur, vt in caſu huius deciſionis, conditionem importat, non autem modum, idemque dictum in omni diſpoſitione ad qualificandum adiecta, vt per Gemini. *conſ. 96. num. 4.* Grat. *de dictio. indict. 48. num. 3.* vbi plures cumulat Rouit. *conſ. 66. num. 6. 7. 8. & 9.* & alios,quos retuli Ego *lib. 1. mear. reſol. cap. 137. num. 15.* Importaret pariter dictio hæc *dummodò*,conditionem, & non modum, ſi actui imperfecto iungeretur, Card. Put. *deciſ. 420. num. 4. lib. 1.* Cened. *ſing. 11.* Molin. *de Primig. hiſpa. lib. 2. cap. 15. num. 29.* vbi dicit communiter receptum eſſe,quod quando dictio *dummodò* adiicitur actui perfecto,importat modum,quando autem adiicitur actui imperfecto, conditionem;ſunt etiam, & alij caſus, in quibus dictio hæc conditionem importat, quos vide penes Auguſt. Barboſ. *de dictio. vſufrequent. dict. 95.*

## *ARGVMENTVM.*

Prohibitio facta à Principe, vt nemini liceat emere frumentum & hordeum, cauſa illud reuendendi, & commercium faciendi; ſed tantùm pro domus ſuæ indigentia, & tempore debito, an de iure ſubſiſtat. Princeps an poſſit ſterilitatis tempore frumenti pretium taxare, & nùm taxa facta ſubditum in Conſcientia obliget & de aliis.

## DECISIO CCXVII.

Dvbitatvm fuit in ſacro Regio Collaterali Conſ. an Pragmatica Sanctione ſtatui poſſit, nulli licere frumentum, & hordeum cauſa illud reuendendi, & commercium faciendi, ſed pro domus ſuæ dumtaxat indigentia, & tempore debito, ſiue dicamus *alla voce.* tempore quo recollectio facta non eſt, ad notata per Bal. *in rubr. C. de vſur.* ſiue facta iam recollectione, attento quod in hac ciuitate, & Regno ſunt tot mercatores, & alij; Barones nimirum,qui mercimonij cauſa omne frumentum emunt, qua de re vt plurimum maxima oritur penuria, qua pauperes opprimuntur. 1

Dictum fuit hoc à Principe ſtatui poſſe, nam cum iſti tales à iure Dardanarij vocentur, poterit eis illicita hæc negotiatio prohiberi;ad tex. cum gl. *in l. annorum ff. de extraordin. crimin.* cum certum ſit teneri eos lege Iulia de annona, *l. 2. ff. ad leg. Iul. de annon. l. 1.* vbi Bal. *C. de epiſcop. audien. §. penul. Inſtit. de publ. iudic.* Bar. *in l. 3. verſ. item ſcimus ff. de crimin. ſtellion.* optime Salic. *in d. l. 1. C. de epiſcop. audient.* vbi in fine dicit, quod licèt regulariter nemo emere prohibetur, quia contra- 2

ctus

Digitized by Google

ctus emptionis non eſt de genere prohibitorum,tamen ex cauſa poteſt prohiberi,ne vltra indigentiam emat,& ne aliis res cariores reddat, vel incommoditatem habendi inducat, idemque Ang. *in §.fin.n.5.Inſt. de donat.* vbi hanc Salic. inſequendo ſententiam, addit hæc verba, *& ſic vides,quod illi qui habent curam fertilitatis poſſunt ſtatuere, vt nullus emat in foro vltra duo ſeſtaria grani, vt ſic omnes commodè habere poſſint quod nota*, &c. & Imol. *in cap.1.ne clerici, vel monac.* dicit quod nemini licèt victualia emere vt carius vendat,& ſic ratione lucri & qui ita facit, peccat, niſi faceret prout fecit Ioſeph, vt futuræ fami prouideret,tam pro ſua neceſſitate quàm pro Republica; ſequitur Io. Fab.*in d. §. penul.n.4. Inſt.de publ. Iudiciis*, vbi hoc limitat,ſi quis id faceret pro reuendendo tempore Careſtiæ propter bonum commune, ſub illis verbis, *Et intellige ſane quia hæc lex obtinet in his, qui emerunt, vt carius vendant, tales enim peccant etiam in foro conſcientiæ, non ſic, ſi prouiſionem faciant pro ſua neceſſitate, vel etiam pro reuendendo tempore Careſtiæ propter bonum commune non intentione cupiditatis lucri, vt notant omnes D. D. extra ne Clerici vel Monac.* cap.1. &c. ſicque compertum fuit Regem Robertum Pragmatica ſanctione ſtatuiſſe ſub die 24. Iunij 1329. qua huiuſmodi commercia expreſsè prohibita fuere ſub pœnis, quibus vſurarij tam de iure ciuili, quàm Canonico puniuntur.

---

## OBSERVATIO.

1 PRagmatica Regis Roberti ſub hoc nomine à D. Reg. noſtro citata impreſſa reperitur inter capitula Regni ſub titulo de non emendo victualia ante tempus meſſium, & vſuris, ſiue de indebitatoribus victualium, & vſuris, & eſt capitulum 238. ſecundum compilationem Io. Ant. de Nigris; etenim hic religioſiſſimus, ſapientiſſimus, & prudentiſſimus olim Rex noſter, qui annis triginta tribus, menſibus quatuor, & diebus viginti quatuor regnauit,ſubditorum ſuorum oppreſſionibus vti pater occurrere cupiens, cum agnoſceret nonnullos auara cupiditate ſeductos, victualia emere intempeſtiuè procurare,vt ſic eorum horreis inde repletis,ea poſtmodum cariora venderent famis tempus anhelanter expectantes,generali lege,verbis aureo caractere dignis decreuit, nè Mercator aliquis, ſeu quouis alio nomine nuncupatus frumentum vel hordeum,ſiue victualia quælibet, nec ante, nec poſt tempus meſſium emere præſumat; contrauenientes pœnis,à legibus, & Sacris Canonibus aduerſus vſurarios præſcriptis ſubiiciens, in hoc tex. Sebaſtia, de Neap. dicit, quod ſancta eſt diſpoſitio hæc, ſi obſeruaretur, & concordat cum iure Canonico apud Hoſtienſ. & Io.Calder. *in c.nauiganti extra de vſuris*, foreque notandam commendat Io. Ant. de Nigr. contra nonnullos dominos, & Barones, ac alios diuites Apulos, qui talia committunt, ſubdens eos omnino puniri poſſe, & debere. Eſt tamen aduertendum, diſpoſitionem hanc in multis caſibus limitari, de quibus per Iacob. Cogliant. *in comment. ad prag. editam in fauorem rei frumentariæ, & agricolarum lib.3.cap.14. num.1. per* Meſſi. *in prag. taxæ panis concl.1. à num.170. & per* D. Reg. Tap. *in commentar. huius text. à numero 5. lib.7. iuris Regni fol.4.*

Solet etiam quandoque in hac materia dubitari, 2 an ſicut poteſt Princeps ſtatuere, nè hæ fiant contractationes, poſſit ſimiliter ſterilitatis tempore pretium frumenti taxare, & an taxa facta obliget in conſcientia,itavt contraueniens teneatur ſub peccato mortali ad reſtituendum exceſſum pretij,qua de re videndi ſunt Io. Salas *in tract. de emptio. & vendit. dub.7.n.3.* Molin.*de iuſt.& iure tom.2.trac.2.diſp.364. num.7.*Nauar. *in ſum.cap.22.num.88.* Rebell. *de obligat. iuſt.par.2.lib.9. quæſt.2.ſec.3. num.14.* P.Leſſius, *de iuſtit.& iure lib.2. cap.21. dub.3. num.14.* Valer. Reginal. *in ſua praxi tom.2. lib.25. cap.16. num.270.* P.Diana *reſol.moral.p.1.in tract. de contract. reſol.70.* poſt alios, quos citat,& nouiſſimè D.Card.de Lugo *tract. de iuſt.& iure in tit.de emptio. & vendit.diſp.26. ſec.5.per totam fol.315.*

## *ARGVMENTVM.*

Prohiberi an poſſit Regnicolis ne acceſſum habeant ad Ciuitatem Neapolitanam, cauſa ibi perpetuò commorandi. Collecta an, & quando à focularibus abſentibus exigi poſſit, & de aliis.

## DECISIO CCXVIII.

OCCASIONE maximi concurſus Regnicolarum ad hanc Ciuitatem cauſa perpetuò commorandi, ob quod aliquando de frumento neceſſario prouideri non poterat, vt tam ingens Populus ſuſtentaretur, fuit dubitatum an bannum emanari poterat quo mediate hic acceſſus prohiberetur,& an hoc fieri eſſet conueniens, & quonam modo prohibitio hæc fieri potuiſſet. 1

Quod hoc mandari, & ſtatui poſſet, conſideratum fuit eſſe textum particularem, *in auth. de quæſtore per totum*,de Conſtantinopolitana Vrbe loquentem, vbi latè Iacob. de Beluis.& Ang.ac Io.de Plate.*in l.1.c.de mendican.valid. lib.11.* Nec dicendum conſtitutionem hanc eſſe iniquam, quia contra caritatem,cum expellantur proximi, qui fortè fame laborant, ob quod perire poſſunt, nam vt ibi dicit Iacob.de Beluis.loca omnia in genere poſſunt omnibus ſeruire ſed in ſpecie non poteſt locus vnus omnibus ſeruire, vt in eo tex. habetur,nec æquitas ſuadet,vt ciues propter extraneos lædantur;facit quod notat Bal. *in cap.1. in princ. de fide inſtrum.* & quod hoc ſit conueniens, imò quaſi neceſſarium conſiderabatur, quod Ciuitas hæc ita creſcere poterat ingentique populo impleri,vt tempore 2

penuriæ,

Digitized by Google

penuriæ, deficiente pane, magnũ ſequi poſſet ſcandalũ, & Populi cõmorio contra ſuperiores, & alios ad quos victualiũ cura ſpectat; etenim quandoq; multa fiunt, quæ fieri non deberent, & non fiunt, quæ fieri deberent, & vt euitetur ſcandalum tolerantur, quæ aliàs non tolerarentur; latè Felin. *in cap. 2. de præſcript.* Imol. *in c. ad aures, & fin. de tempor. ordinat. & in c. latores de cler. excom.* Aret. *in c. licèt* Heli. *in princ. de ſimon.* fuit pariter conſideratum maius ſcandalum quod ſequi poſſet tempore belli, ſi fortè Ciuitas obſideretur, prout contigit in anno 1528. quo tempore Regnum hoc à Gallorum Rege inuaſum fuit, exiſtente Capitaneo generale D. de Lautrech. tunc enim ſi Ciuitas plena populo frumento aliiſque victualibus non abundaret, ob horum deficientiam poſſet de facili ab inimicis inuadi, habitoribus ſic permittentibus, ne fame perirent, hæc enim cauſæ ſatis dicebantur ſufficientes prohibendi, ne Ciuitas extera gente repleretur; quis autem erit modus tenendus ad hunc acceſſum prohibendum: dicebatur honeſtum non eſſe, ſi bannum emanaretur, vt nemo de cætero ad hanc Ciuitatem cum familia, cauſa in ea perpetuò commorandi accedat, ſub pœnis in eo banno contentis; ſed benè per indirectum ſtatui poſſet vt ſic accedentes non eximantur ab oneribus, ad quæ tenentur in propria patria, ac ſi ibi domicilium haberent, & ſi quis eſſet ſub paterno foculari numeratus, quod vt foculare in ſua patria ſoluere deberet, & quod tempore nouæ numerationis ponatur pro foculare in beneficium Regiæ Curiæ, non obſtante incolatu ad hanc Ciuitatem tranſlato; nec Neapolitanorum priuilegiis gaudere poſſit, & quod pariter inuiolabiliter ſeruetur bannum contra vagabundos; hoc enim modo fortè nemo, aut pauci accederent cauſa perpetuò commorandi. Hæc enim fuerunt diſcuſſa, & votata in Regio collaterali Conſ. in quo nedùm Domini Regentes Regiam Cancellariam interuenerunt: ſed omnes alij. Collaterales Conſiliarij. Annuitur hîc vota fuiſſe diuerſa, & quemlibet in ſcriptis votum ſuum dediſſe, ad finem vt D. Prorex illa ad ſuam Catholicam Maieſtatem tranſmitteret, quid demum fuiſſet in Curia reſolutum hîc non habetur.

## OBSERVATIO.

1 Imperator Iuſtinianus agnoſcens ex magno ad vrbem Conſtantinopolitanam populi concurſu, Prouincias, & Ciuitates paulatim habitatoribus ſpoliari, ſicque cogitans mala, quæ exindè euenire poſſent, vt illis occurreret, officium inſtituit Quæſtoris, cuius eſſet onus, perſonas requirere ad illam magnam Ciuitatem venientes, ex quacumque Prouincia, & qui eſſent, aut vnde venirent, & qua occaſione perſcrutari, quibus peractis, eos qui negotij cauſa accedebant, celeriter expediri facere, illos autem, qui gratis venirent, ad Prouincias, & Ciuitates, ex quibus orti erant tranſmittere, cuius exemplo in caſu huius Deciſionis, noſtri tunc de ſupremo Regis Conſilio ita pariter decreuere; ſed de modo tenendo, hoc opus, hic labor, benè exiſtimatum fuit, vt publicaretur, acceſſum ad hanc Ciuitatem accedentibus nullius releuantiæ eſſe, cùm onera cogerentur ſubire, quæ intereſſentibus in propria patria imponebantur, quodque apud nos de iure procederet, teſtis eſt D. Reg. Moles in ſuis deciſionibus manu ſcriptis, in illa quæſtione, *An, & quando ſit verum, quod Ciues in hoc Regno non poſſint diſcedere à propria patria*; Etenim hic vir doctiſſimus teſtatur, per Regiam Cameram in dies prouiſiones expediri, Prouinciarum Perceptoribus directas, vt à focularibus abſentibus iura exigant, per ipſos Vniuerſitatibus, à quibus receſſerunt, debita, ac ſi non receſſiſſent. Confert ad prædicta, diſpoſitio noſtræ Pragmaticæ Sanctionis, quæ eſt tertia *in titul. de vagabundis*, de qua per D. Reg. de Pont. *in trac. de poteſt. Pereg. tit. de regal. impoſit. in princip. num. 56.* & D. Reg. Conſtant. *in tit. C. de mendicantibus validis.*

## ARGVMENTVM.

Iudex an poſſit vt ſuſpectus recuſari, ſi ante cauſæ expeditionem votum ſuum declarauerit.

## DECISIO CCXIX.

Vertente lite in Regia Camera inter Magnificam Catherinam Pellegrinam, & excellentem Alphonſum Sanchez ſeniorem Regium Collateralem Conſiliarium, cauſaque relata in Regio Collaterali Conſilio & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege pro illa decidenda, fuit pro parte Don Alphonſi allegatus ſuſpectus commiſſarius cauſæ, qui erat Præſidens Didacus Eſcobar, ex eo quod in relatione per ipſum facta votum ſuum contra d. Alphonſum propalauerat nonnulla referens, quæ in facto deficiebant, inquiens, quod illius motiua erant infirma, Partiſque aduerſæ iura adeo valida, vt illis congruè reſponderi non poterat, vnde demùm fuit dubitatum, an hæc cauſa eſſet ſufficiens ad dictum Præſidentem recuſandum. 1

Et commiſſa recuſationis cauſa D. Præſidenti Paulo de Magnanis, illaquè relata in Collaterali Conſ. & coram eodem Domino Prorege communi voto, vno excepto, fuit deciſum, quod Dominus Præſidens Commiſſarius ampliùs in cauſa non interueniat, moti fuerunt Domini iudicantes ex illa communi Doctorum concluſione, quæ ſe habet, vt iudex, qui antequam ad cauſam terminandum procedit, animum ſuum declarat, poteſt vt ſuſpectus recuſari, ita Io. Andr. Imol. & Canoniſtæ 2

Digitized by Google

niſtæ communiter *in c. irrefragabili, de offic. ordin.* Philip. Franc. *in c. poſtremo de appel.* & Iaſ. *in l. apertiſſimi col.4.C.de iudic.* faciunt notata per Abb. *in d. c. poſtremò*, vbi dicit, ideo Aduocatum in cauſa in qua patrocinatus eſt iudicem eſſe non poſſe, quia animum ſuum manifeſtauit, nec dictum fuit aliquid contra facere theoricam Bar. *in l. admonendi col.2. ff. de iureiur.* nam Iaſ. *ibi*, eam benè declarat, vt ad caſum allegari non poſſit; & licèt regulariter poſt concluſum in cauſa Iudex vt ſuſpectus allegari non poſſit, vt dicunt Io. Andr. & Imol. *in cap.2. de ordine cognit.* & Felyn. *in c. cum dilectus, de fide inſtrum.* tamen fallit, niſi recuſationis exceptio, ita notoria eſſet, vt nullam requirat probationem, nam tunc benè eſſet admittenda, per notata *in c. quoniam de filiis presbit.* idemque quando orta eſſet poſt concluſum in cauſa, iuxta notata *in c. inſinuante de offic. deleg. in 6.* vbi Philip. Franc. qui dicit ita Imol. firmaſſe; in caſu propoſito dicebatur dubium non eſſe cauſam propoſitæ recuſationis fuiſſe notoriam, ex quo omnia fuerunt dicta, & geſta in collaterali Conſ. & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege, ambarum Partium aduocatis, & Procuratoribus, præſentibus, & audientibus. Vnde

---

## OBSERVATIO.

1 CVm Deciſis hîc per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio conueniunt Rot. *deciſ.38. aliàs 256. de conceſſ. præben. in antiquis.* Gerard. Maynad. *deciſ. Tholoſ.94. per totam.* D. Garſias Maſtrill. *dec.151. num.54.* Maſull. ad Capyc. *deciſ.137. num.8.* Franc. Viuius *deciſ.36. num.6.* Alex. Ambroſ. *deciſ. Peruſ.50. num.7. p.2.* Mar. Giurb. *deciſ.54. num.3.* Aym. Craue. *conſ.134. numer.2.* Tiber. Decia. *conſ.26. num.1. lib.1.* Menoch. *de arbitr. Iudic. caſu 458. num.14. & conſ.94. num.14.* Stepha. Gratia. *diſcep. forenſ. lib.1. cap.100. num.57.* Aluar. Valaſ. *de partitio. cap.9. numer.21.* & alij, qui omnes vno ore affirmant, poſſe Iudicem vti ſuſpectum recuſari, dum ante ſententiæ prolationem animum ſuum declarauit, iſtamque ſententiam, iure communi attento, approbatiſſimam eſſe docet Io. Petr. Fontanell. *deciſ.9. num.2. & 3. par.1.* licèt in illo Senatu aliter ſeruari teſtetur; attenta particulari conſtitutione, quæ eſt 11. *ſub titul. de recuſat. omnium Iudicum*, ſubdens, ſanctè, & iuſtè legiſlatores illos in hoc proceſſiſſe, ac optima quidem ratione ductos, quia de voti integritate nihil mutat propalare, quid ſentiat Iudex, priuſquam ſententiam ferat, niſi probetur id Iudicem peragere ad alterius ex litigantibus iuſtitiam minuendam, provt in caſu huius deciſionis; id quod placuit pariter Mari. Giurb. *loco cit. num.7. & 8.* quem omnino vide. Vndè puto in hac recuſatione proponenda circumſpectè peragendum, provt obſeruamus in his ſupremis Tribunalibus in quibus tempore meo has recuſationes propoſitas non vidi, nec audiui, & tamen non deſunt Iudices, qui in informationibus, quæ ab Aduocatis fiunt, dum de cauſarum expeditionibus tractatur, in motiuando adeò ſe imprudentes gerunt, vt verè eorum declarant animum, ſed malè faciunt, quia Iudex in motiuis faciendis cum cautela procedere debet.

## ARGVMENTVM.

Reclamatio in cauſis criminalibus an ſit admittenda à ſententia ſacri Conſilij, quando illa eſt cõformis ſententiæ magnæ Curiæ, Et quid in ſententia excluſiua ab indultu, ſiue à remiſſione, quæ per inquiſitum ad ſuum Iudicem competentem fuit petita, & de aliis.

## DECISIO CCXX.

LATO decreto per magnam Curiam, quo prouiſum extitit magnificum Camillum Pignatellum filium primogentium Illuſtriſſimi Marchionis Lauri non poſſe gaudere indultu, quem allegabat; fretus, quod propriis manibus quendam inſignem occiderat latronem, appellauit ad ſacrum Conſilium, à quo viſis videndis, cum eſſet decretum prædictum confirmatum, idem Camillus reclamauit ad idem Sacrum Conſilium malè informatum & melius informandum, fuit dubitatum in Collaterali Conſ. An reclamatio hæc eſſet admittenda? Ratio dubitandi in partem negantem ea fuit, quia in Tribunali tam M.C. quam S.C. ſtilus, & conſuetudo viget quod ſi in cauſa criminali lata eſt ſententia in M.C. & ab illa pro parte inquiſiti eſt appellatum ad S. Conſilium, à quo ſententia illa confirmata extitit, volens inquiſitus ab hac ſententia ad idem S. Conſilium reclamare, non auditur, ex quo ideò reclamat vt ſententiæ exequutio impediatur, quod tolerandum non eſt, ad notata in celebri tex. *l. ſi quis fortè ff. de pœnis.* 1

Sed hac dubitandi ratione non obſtante, 2 contrarium in Collaterali Conſ. tam per Dominos Regentes Regiam Cãcellariam, quàm per Dominos Regios Conſiliarios S. Conſilij nemine contradicente iudicatũ extitit. Ratio Deciſionis fuit, quia etſi de ſtilo, & conſuetudine prædicta dubitari non poterat, tamen dictum fuit quod illa vigebat in cauſis criminalibus, in quibus cum duæ ſe offerant ſententiæ conformes, reus condemnatus amplius non auditur, at in caſu propoſito tractabatur de articulo, & cauſa merè ciuili, nimirum an dictus Camillus allegato indultu gaudere deberet, quæ quidem cauſa in S. Conſ. vt ciuilis fuit tractata; quia fuerunt reiecti omnes articuli, illud idem continen-



tes,

Digitized by Google

tes, vel directo contrarium eorum, quæ pro parte d. Camilli in prima inſtantia in M.C. deducta fuere; vnde dicebatur ſi cauſa fuiſſet criminalis articuli reiici non poterant, cum in criminalibus, tam ad offenſam, quàm ad defenſam iidem articuli & etiam contrarij admittantur, & quoad defenſionem notat Bar. *in l. vnius §. reus ff. de quæſtio. & in l. 1. §. ſi quis vltro*, vbi etiam Hypol. *eod. tit.* Aret. & cæteri Canoniſtæ *in c. fraternitatis, extra de teſtibus*, tum etiam quia dictus Camillus in hoc iudicio fuit admiſſus per procuratorem, *l. penul. §. ad crimen.* vbi Bar. *ff. de publ. iudic.* nec modo aliquo de crimine tractatum, neque directè, neque indirectè, neque principaliter, neque incidenter, ergo non erat de quo dubitari poterat, cauſam fuiſſe merè ciuilem, & conſequenter fiebat locus iuris concluſioni, nimirum quod licèt à ſententia Præfecti pretorio appellare non liceat, per tex. *in l. 1. ff. & C. de ſent. Præfec. prætorio*, benè tamen ſemel ſupplicare, *l. ſi quis aduerſus, & Authen.* quæ ſupplicatio *C. precibus imper. offer.* vnde concludebatur, quod cum hæc prima eſſet ſupplicatio, quæ aduerſus S.Conſ. ſententiam afferebatur, veniebat omnino admittenda, in nihilo allegata conſuetudine obſtante; fuit pariter conſideratum, poſt ſententiam S. C. plures pro parte Camilli fuiſſe productas ſcripturas, per quas notoriè, & manifeſtè de illis iuſtitia conſtabat, quo caſu licèt aliàs iudices ordinarij qui contra aliquem ſententiam in cauſa criminali protulerunt, ſub prętextu nouarum, ſcriptur. illam corrigere non poſſint; *l. Imperatores ff. de re Iudic.* cuius diſpoſitionem adhuc in cauſa criminali locum habere, dixit ibi Iaſ. *in princip.* tamen Princeps hoc poteſt facere, vt eſt tex. *in l. diui fratres ff. de pœnis*, & ex miſericordia poteſt reo condemnato in integrum reſtitutionem concedere, notat Bar. *in d. §. ſi quis vltro*; facit tex. *in l. 2. ff. ſi libertus ingen. eſſe dicatur, & in cap. 2. extra de purgat. vulgari*, & quod ibi notant Canoniſtæ, præſertim Abb. *in quinto intellectu.* Confirmabatur hoc ex notatis per DD. præſertim Aret. *in c. de his, de accuſat.* Abb. & Felin. *in c. conſanguinei, de ſent. & re Iudic.* & per eundem Felin. *in c. inter exteras, eod. tit.* qui omnes concludunt, quod ſententia in rem iudicatam tranſacta adhuc per inſtrumenta de nouo reperta retractari poteſt ſi per illa de aperta condemnati innocentia conſtaret, ad tex. *in l. inde Neratius. §. fin. ff. ad leg. Aquil.* & Aret. *in c. quoniam contra col. 8. in fine*, vbi alios allegat, *de probat.* nec eſt nouum, vt licèt quandoque tollatur appellatio, non tamen, iuſta ſe offerente cauſa, tollitur recurſus, ſeu querela: ita Bar. *in l. arbitrio col. 1. ff. qui ſatiſdar. cogant.* Aret. *in c. dilecti in princ. de Iudic.* ſicque aliàs ſeruatum fuiſſe compertum fuit apud Grammat. *deciſ. 35.*

## OBSERVATIO.

ADuocatus Camilli Pignatelli in hac cauſa fuit 1
D.Vinc. de Franchis, vt ipſe fatetur *in deciſ. 470. num. 6.* & dicit illud idem, quod hîc refert D. Reg. noſter nimirum fuiſſe in illo caſu proceſſum, prout in cauſis ciuilibus proceditur, ex quo facta extitit reiectio articulorum illud idem, & de directò contrarium eorum, quæ in prima inſtantia in M. C. deducta fuerunt, continentium, cum in cauſis criminalibus ad defenſionem, etiam poſt publicatum in cauſa, iidem articuli admittantur, & de directo contrarij, ex Bar. *in l. vnic. §. cogniturum, & in l. 1. §. ſi quis vltro ff. de quæſtionibus, & vtrobique.* Hypoll. de Marſ. dicit inſuper, quod fuit proceſſum cum procuratore, id, quod in cauſis criminalibus non admittitur, *l. penul. §. ad crimen, ff. de publ. iudic.* & per DD. *in l. vbi pactum C. de tranſactio.*

De ſtilo autem, ſiue iudicandi conſuetudine, quæ 2
apud nos viget, Iuxta relata *hîc* per D. Regentem noſtrum, nimirum vt in cauſis criminalibus, ſi in Tribunali M.C. prolata eſt ſententia contra inquiſitum, quæ per S. C. in gradu appellationis eſt confirmata, mandatur exequtioni, nec de extero auditur inquiſitus volens à ſententia S. Conſilij confirmante illam M. C. reclamare, vide eundem D. Regentem infra *deciſ. 496.* cum qua concordat D. Præſ. de Franch. tam in ſupra citata *deciſ. 470. num. 5. & ſeq.* & *in deciſ. 139.* vbi etiam de caſu huius deciſionis meminit quam in *deciſ. 510. num. 17.* & latius *in deciſ. 710.* vbi pariter de hoc ſtilo teſtatur, etiam in articulo remiſſionis, nimirum vt ſi inquiſitus petens vti perſona Eccleſiaſtica ſe remitti ad Iudicem competentem, M. C. pronunciaret fore procedendum in ea, petitâ remiſſione non obſtante, quod ſi hæc M.C. determinatio fuerit per S.C. confirmata, ab hac ſententia nullatenus reclamari poſſit, quamuis incidens ſit ciuile, ſubdens in fine, quod licèt hoc aduerſari videatur relatis per ipſum in ſupra citata *deciſ. 470.* vbi contrarium in articulo remiſſionis ſeruatum apparet, quia fuit admiſſa reclamatio à duobus decretis conformibus M.C. & S.C. addit tamen D. Præſes ipſum vidiſſe proceſſum illius cauſæ, nec aliter inueniſſe hoc fuiſſe oppoſitum, & ſic quod non diſcuſſum, non deciſum, imò in ſcriptis reperiiſſe hoc fuiſſe factum ad præces D. Ducis Sueſſæ, ſuoque tempore teſtatur ſemper fuiſſe contrarium ſeruatum.

Circa verò aliam concluſionem hîc tentam, vt 3
prohibita appellatione iuſta ſe offerente cauſa non cenſeatur prohibitus recurſus ad ſuperiorem vltra DD. *hîc* citatos videndi ſunt Boër. *deciſ. 284.* Capyc. *deciſ. 111.* Marant. *in prax. in verb. quandoque appellatur. num. 177.* Andr. Gaill. *pract. obſer. lib. 1. obſer. 135. num. 13.* Petra ad Capyc. *in deciſ. modo cit.* & ad Gram. omnino in hoc articulo videndum *in deciſ. 35.* quam D.Reg. hîc allegauit, & Camill. Borrel. *in ſumm. deciſ. p. 2. tit. 34. n. 22. 23. & 24.*



Digitized by Google

## *ARGVMENTVM.*

Oſculans per vim mulierem, num mortis pœnâ puniri poſſit; & quid in eo, qui tantum mulierem per vim amplexus fuit, nullo ſubſequuto oſculo; & quid in præſtantibus auxilium mulieres oſculantibus, & de aliis ad ornatum *prag. 1. de oſculant. mulier.* Teſtes minus idonei, an, & quando idonei fiant, vbi veritas aliter haberi non poteſt.

## DECISIO CCXXI.

1 CVM Cæſar Bozzutus nobilis ſedilis Capuanæ in Caſale Catoriæ à multis aſſociatus per vim deoſculatus eſſet quandam Virginem filiam cuiuſdam ditiſſimi popularis, vt illam in vxorem duceret, fuit in collaterali Conſ. dubitatum, quanam pœna eſſet ille plectendus.

2 Ex his quæ diſcuſſa fuerunt, videbatur illam ſententiam amplectendam, vt mortis pœna puniri poſſet, idque per ea, quæ in hac materia, iure communi attento, dixerunt Bar. *in l. 1. ff. de extraord. crimin.* gl. per illum tex. *in l. quod ait lex. ff. ad leg. Iul. de Adult.* per quem quidem tex. dicit ibi Bar. quod ſi ſtatuto cauetur, quod liceat viro occidere adulterum cum vxore ſua depræhenſum, certè depræhenſus intelligeretur, ſi quis inueniretur cum alicuius vxore in Camera, hos actus venereos exercens; facit tex. *in l. & ſi amici § fin. ff. eod.* & quod notat Bar. *in l. capite quinto ff. eod.* & Angel *in tract. de maleſic.* in verb. *che mi hai adulterato la mia donna*, latè Andr. *in c. 1. §. turpiter luſerit, quibus mod feud. amitt.* eſt enim oſculum iuxta Ciceronis ſententiam pars adulterij, & licèt ſecundum aliquos crimen hoc regulariter extraordinarium dicatur, ſicque pœna extraordinaria puniendum, tamen conſideratis conſiderandis poſſet eſſe ita atrox iniuria hæc, vt poſſet iudicis arbitrium vſque ad mortis pœnam extendi, *argum. l. quoniam multa facinora C ad legem iul. de vi publ.* gl. quæ ſemper allegatur *in §. in ſumma, inſtit. de iniuriis*; etenim quoties non habemus pœnam à lege præſcriptam, iudicis arbitrio imponenda relinquitur; *lib. 1. vbi Bar. ff. de effractor. l. 1. ff. de extraord. crimin.* latè per Ang. *in d. § ſumma*, qui quidem Iudex delicti, & perſonarum conſiderata qualitate, poteſt præſcribere pœnam, quæ ſibi videtur; Abb. *in c. ex litteris, de reſcrip.* Imol. *in c. inquiſitionis, de accuſat.* & latius D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij. *in l. 2. ff. de publ. iudic.* ſi enim Iudex ex cauſâ atrocitatis delicti poteſt pœnam à lege determinatam augere, vt dixerunt Innocent. *in cap. 1. de conſtit.* & Aret. *in l. & ſi ſeuerior in fine C. de his, qui notat. infam.* quantò magis hoc facere poteſt, quando lex pœnam non determinat; ſed eius determinatio iudicis arbitrio relinquitur ita arguit Aret. *in d. c. inquiſitionis.* Confirmabantur prædicta *in c. Regni*, quod incipit *vt ſine mortalis* ſub tit. *de raptoribus virginum ſub colore matrim.* vbi expreſsè virginum raptus, earumque deoſculationes prohibentur, & licèt mortis pœna aduerſus hæc delicta patrantes expreſsè in eo tex. non legatur, attamen ſemper in Regno edictum illud fuit interpretatum, vt voluerit Rex Robertus, attentis verbis quibus in ea Regia ſanctione vſus fuit, mortis pœnæ tam in raptu, quàm in oſculo fieri locum.

---

## OBSERVATIO.

HÆc principaliora pro articuli Deciſione fuerunt conſiderata, quid autem fuerit deciſum hîc non habetur. Credo ego, & indubitanter, quod hic caſus, qui eo tempore contigit, præbuit cauſam, ad euitandum omne dubium, quod in huius articuli deciſione oriri poterat, vt promulgaretur Pragmatica Sanctio, quæ eſt vnica, *de oſculantibus mulier.* cum voto huius Domini Regentis ac aliorum Dominorum Albertini & Villani, quæ expreſſis verbis mortis naturalis pœna aduerſus hoc magnum facinus patrantes fuit præſcripta, reſtricto foriudicationis tempore ad menſes tres, cum aliàs ex edicto Regis Roberti, quod eſt 262. ſecundum ordinem Io. Ant. de Nigris, non niſi ſex menſibus elapſis à die contractæ contumaciæ, poterat ad foriudicationis ſententiam procedi, cùm antea in omni delicto, non niſi elapſo anno, de quo in Conſtit. *pœnam eorum*; quodque poſt huius legis promulgationem pœna hæc mortis naturalis tàm in hac Ciuitate, quàm in toto Regno fuerit irremiſibiliter obſeruata, teſtis eſt D. Præſ. de Franch. *deciſ. 333. num. 6.* & poſt eum Fran. Viuius *dec. 117.* & Nouar. *deciſ. 33. n. 8.* & merito, cum negari non poſſit delictum hoc atrociſſimum eſſe, vt per Afflict. *deciſ. 276.* Mut. *deciſ. 62.* quem ſequitur Nouar. *in collect. ad dictam pragm. num. 4.* qui tamen *num. 8.* ait huius Pragmaticæ diſpoſitionem ceſſare, ſi quis per vim puellam amplexatus eſſet nullo tamen ſubſequuto oſculo, citat Ludouic. Deguer. *deciſ. 7.* vbi iudicatum refert inquiſitum de hoc crimine fuiſſe extraordinaria pœna mulctatum, & *num. ſeq.* addit Nouar. nec pariter pœnam hanc locum habere poſſe in præſtantibus auxilium oſculantibus mulieres, ſicque iudicatum vt ibi, ſed an pœna hæc practicari poſſit quando præceſſerit tractatus matrimonij, videndi ſunt Grammat. *conſ. crim. 48.* Vrſill. ad Afflict. *d. deciſ. 276.* & Rouit. *in eadem pragmatica prima*, & an ſit credendum mulieri atteſtanti fuiſſe deoſculatam negatiuè reſpondent Muta *citata dec. 62.* & Bertaz. *conſ. 3.* ſed vide Vulpell. *in conſ. 147.* quem refert Rouit. *in d. prag. 1. num. 5.* vbi dicit, quod iudicium vehemens eſſet, ſi audiretur puella exclamare & demum inueniretur flere, fracto vrceo, quem in capite aſportabat: ad mei relationem in Tribunali M. C. quidam de hoc ſcelere inquiſitus fuit in forma li- 1



Digitized by Google

beratus, ex quo delictum non probabatur, niſi ex atteſtatione deoſculatæ puellæ, & depoſitione eius amitæ, quæ tanquàm conſanguinea ad delictum probandum teſtis idonea non dicebatur; conſtat enim affines, & conſanguineos idoneos teſtes non eſſe ad probandum delictum commiſſum in perſonam conſanguinei,& affinis, Cano. ſimiliter 3.9.5.Cano. abſens il. 2.3. *quæſt.9.* Grammat. *conſ.* 88. vbi loquitur de delicto commiſſo de nocte, & licèt quando veritas aliter haberi non poteſt, teſtes alias minus idonei fidem faciant, hoc tamen intelligendum, quando ex natura facti, & negotij alij teſtes veroſimiliter intereſſe non poterant,ſecus ſi alij teſtes idonei ex natura illius facti poterant adeſſe,, & occurrere,licèt caſualiter non interfuerint; ita Aret. *in c.cum à nobis de teſtibus.* Grammat.*conſ.26.45.& 54.* aliique relati ab Ant..Gabr. *commun. concluſ. in tit.de teſtibus concluſ.7.num.5.*quibus addo Farinac.*de teſtibus quæſt.56. num.58.*

2 Et ex hoc aliàs dicebam in Regia Camera, quod non poterat niſi torqueri quidam Scriba eiuſdem Tribunalis inquiſitus de vulnere noctis tempore illato in perſonam cuiuſdam Sacerdotis,dum delictum non probabatur, niſi ex minis præcedentibus, & ex depoſitione duarum mulierum tantùm de viſu deponentium; conſtat enim mulierem in criminalibus teſtem idoneum non eſſe: *c.forus* vbi gloſ.ab omnibus commendata, *de verb.ſignific.* & indiuidualiter, quod duæ feminæ delictum non probent, ad finem reum condemnandi; dixerunt Iaſ.*in l.fin.num.5. & 6. C.de his, quibus vt indignis,* Dec. *in l.femina num.36. ff.de regul.iur.* Farinac. *tract. de teſtibus quæſt.69. numer.*27. Nec obſtare dicebam, quod veritas aliter haberi non poterat, ex quo delictum de nocte erat commiſſum, quo caſu teſtes minus idonei pro idoneis habentur, quia hoc intelligendum eſt, quando ex natura facti, ſeu negotij veroſimiliter habitu, & actu alij interuenire non poterant, aliàs ſecus, quia licèt fortè fortuna contingat quod alij teſtes non adfuerint, tamen veriſimiliter poterant adeſſe, provt in caſu de quo agebatur; etenim commiſſum extiterat delictum in platea publica,quo caſu dici non poteſt per alios non poſſe haberi veritatem; ita ſatis bene Ant.de Butrio *in c.tertio loco de probatio. & in conſ.24.* Alex. *in conſ.64.num.5.lib.1.* quos citat Maſcar. *de probatio. concluſ.762.n.17.* & his addo Grammat. *conſ.crim.44.num.....* vbi ſic loquitur, *Id,quod dicitur quod teſtes inhabiles admittuntur, quando veritas aliter haberi non poteſt, intelligitur habere locum, quando ex natura facti alij teſtes veroſimiliter non potuerunt occurrere, ſecus ſi alij teſtes idonei ex natura illius negotij potuiſſent adeſſe, & occurrere licèt caſualiter non interfuerint, nàm tunc tales teſtes inhabiles, ſeu minus idonei non admittuntur, etiam ſi veritas aliter haberi non poſſet, ita ſingulariter voluit Ant. de Butr. in c.tertio loco extra de probatio.& in conſ.ſuo 24. incipit queſtio hac dubia habet vulgaria,& plus infert,quod aliàs ſequeretur, vt teſtes non integri ſed minus idonei ſufficerent,quia ſemper litigantes allegarent ſe alias probationes non habere, & ideo tales non admittuntur, & idem conſuluit Martig. conſ.ſuo 20. incipiente,cunctis igitur.* Hæc ille; & licèt non ignorem inſignem Iul. Clar. *in ſua praxi crim.§.fin.quæſt.24. n.19.* aliter ſentiiſſe dum dixit,rationem propter quam Doctores mouentur, quæ eſt difficultas probationis, ita locum ſibi vendicare,quando certum eſt alios non adfuiſſe, provt quando adeſſe non potuerunt,attamen negare non potuit probationem,quæ fit per teſtes inhabiles, etſi aliter veritas haberi non poſſit, ſat non eſſe ad reum pœna ordinaria condemnandum, ſed ad infligendum tantum pœnam extraordinariam, vel, & melius, dicebam ego in cauſa prædicta, ad torquendum, ſic enim Iul. Clar. loquitur; *ſed certe apud nos vidi pluries ſeruari contrarium, & iudicio meo melius, nam ratio propter quam Doctores mouentur,quæ eſt difficultas probationis, ita militat quando certum eſt alios non adfuiſſe provt quando adeſſe non potuerunt, & ideo in huiuſmodi caſibus vbi certum eſt, aut etiam veriſimile alios non adfuiſſe, Senatus ſolet fidem adhibere teſtibus inhabilibus, ſi non ad condemnandum pœna ordinaria, ſaltem ad infligendum pœnam extraordinariam vel ad torquendum,& ita teneas.* Hæc Iul.Clar.

Quantùm verò ad minas, quæ erant ſufficienter 4 probatæ,dicebam,quod toto rigore ſecundum vnam opinionem non faciunt niſi indicium ad torturam, vt per DD.quos citat Iul. Clar. *in §.fin. quæſt.21. n.37.* ibi,*nam probatis minis,& cauſa minarum Senatus mandat ſæpenumero reos tormentis ſubiici,* &c. Theſ. *deciſ.24. num.3.* Farinac. *de indic. & tortura quæſt.50.* & alij.

## ARGVMENTVM.

Banna de Principis ordine emanata rerum extractionem extra dominium prohibentia, nùm perſonas comprehendat Immunes, & ſic Principi non ſubiectas. Clerici an teneantùr vendere frumentum iuxta pretium per Principem taxatum, & de aliis.

## DECISIO CCXXII.

HOMO quidam peregrè proficiſcens ad excludendam prætenſionem Regij Fiſci inſtantis in Regia Camera declarari incidiſſe in commiſſum ſummam ducatorum quingentorum, ſub prætextu quod illam extra Regnum extrahebat, duo principaliter opponebat; primò quia non aliter extraxit,nec extrahere volebat,ex quo in ciuitate Caietæ in qua repertus fuit intendebat, vulgò dicitur, *Cambiarla per Roma,* ſecundò quia cum prohibitio extrahendi pecuniam à Regno oriatur ex Banno, quod emanatur, Bannum non poterat ipſum perſona immunem comprehendere, ad tex. *in l. Authen. caſ.* vbi Bar. & omnes *C. de ſacro.eccleſ.& in l.cunctos populos C. de ſum. Trin. & fid. catho.* per Canoniſtas *in c. quæ in eccleſiam & in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtant.* & latè per Io.Andr.per illum tex. *in c. fin. de immun. eccleſ. in 6.* vnde quid iuris dubitari contigit. 1

Per Regiam Cameram facta relatione in 2 Collaterali Conſ. concurrente maiori parte dominorum iudicantium, fuit deciſum pecuniam prædictam in commiſſum incidiſſe. Ratio deciſionis reſpectu primi capitis, illa fuit, quia compertum fuit, ſemper in Regia Camera

Digitized by Google

Camera determinatum extitiſſe ad finem, vt pecunia ſic intercepta, quamuis intra Regnum inueniatur, ſat eſſe conſtare, provt in caſu propoſito conſtabat, quod perſona, quæ illam ſecum conducebat, erat extra Regnum profectura. Reſpectu verò alterius prætenſionis, ideo ſic deciſum, quia Bannum hoc eſt honeſtiſſimum, publicum concernens bonum ne à Regno extrahatur pecunia, cum qua illud defendi, & ſubſtentari poſſit, & ſucceſſiuè cum ſit generale, & ſic in rem, non autem in perſonam emanatum, perſonas comprehendit quaſcumque, quamuis à ſeculari poteſtate ordinatum; ita Bar. *in l.1. in 7. quæſt. princ. verſ. ſed poteſt dubitari C. de ſum. Trin. & fid. Cath.* Lucas de Pen. *in l. ſi diuina domus C. exactor. Tribut. lib.* 10. facit quod notat Salicet. *in d. Authe. caſſa*, & quod conſuluit Alex. *conſ.* 44. *lib.* 5. & poſt eum Sygnorolus *conſ.* 21. Secundò quia prohibitio non eſt ſimpliciter facta, ſed ſub certa forma, nimirum, vt à Regno pecunia abſque D. Proregis licentia non extrahatur, quo caſu dicebatur dubium non eſſe, quin tale Bannum omnes comprehendat; Salic. *loco cit.* Felin. *in c. Eccleſia S. Mariæ num.* 85. *verſ.* 1. *notabile de conſtit.* tùm quia hæc forma cum qua extractio permittitur non eſt difficilis, ſed facilis, ex quo D. Prorex paſſim, & indiſtinctè perſonis cuiuſvis qualitatis hanc licentiam concedit; vnde ſuccedit concluſio quod quando non agitur de graui præiudicio, & ſtatutum laicorum rationalem habet cauſam etiam reſpectu piæ cauſæ ſeruari debet, vt notabiliter voluit Freder. de Senis *conſ.* 78. de quo meminit Dominic. *in d. c. fin. de immun. eccleſ. in* 6. Tertiò confirmabatur hæc opinio, quia quando de communi laicorum, & clericorum vtilitate tractatur, tunc ſub ſtatuto, ſeu diſpoſitione ita comprehenduntur clerici, ſicut laici, ita notabiliter Petr. de Anchar. *in c. non minus de immun. eccleſ.* Barbat. *in rubr. de reb. eccleſ. non alien. num.* 193. ſed hoc Bannum dicebatur omnibus eſſe vtile, ex quo ſi pecunia deficeret in Regno, eodem damno quælibet perſona, etiam immunis afficeretur, ergo. Quartò, quod de hac opinione apud nos dubitari non poſſit, conſideratum fuit ſic in Regno ex immemorabili conſuetudine fuiſſe obſeruatum, vt Banna hæc emanentur, iſtamque prohibitionem extrahendi à Regno pecuniam legimus à tempore Regis Roberti, vt *in c. Regni*, quod incipit *perpenſa deliberatione*, ſub datum Neap. die prima Octobris 1337. quapropter in Tribunali Regiæ Cameræ introducta eſt conſuetudo iudicandi, vt à nemine pecunia à Regno ſine Principis licentia extrahi poſſit, ſub pœna commiſſi, & hæ determinationes in Regno ius faciunt, quia ſententiæ Regiæ Cameræ ſunt ad inſtar Præfecti Pretorio, ad tex. *in l. fin. c. de legib.* ergo. Quintò & tandem dicebatur quod ſi ſub his bannis perſonæ immunes non comprehenderentur ſequeretur, vt poſſent abſque licentia frumentum, vinum, oleum, aliaque comeſtibilia extrahere, quod nunquam practicatum fuit, immò ſummi Pontifices, qui pro tempore fuerunt, pro eorum vſu, nunquam hæc extrahi fecerunt, abſque Dominorum Proregum ſcientia, nam aliàs ſi extractiones iſtæ abſque licentia permitterentur, magnum oriretur inconueniens, propter periculum penuriæ, quæ contingere poſſet, magnaque fraus, quia mercatores ſub nomine aliorum, qui immunes eſſe prætendunt, hæc omnia extraherent, quæ quidem fraus vitanda eſt, ex quibus omnibus fuit deciſum provt ſupra.

Poſt hanc determinationē contingit, quod in anno 1569. ex quo in Regno maxima frumenti penuria exorta fuit, & qui conſeruata habebat frumenta, aliaque victualia, illa exceſſiuo pretio vendebat, ob quod D. Prorex coactus fuit Bannum emanari facere, per quod pretium taxatum fuit, & quod iuxta illud quilibet vendere cogeretur, reſeruata ſibi quantitate pro victu per annum, & pro ſemine; fuit dubitatum in Collaterali Conſ. an ſub hoc Banno clerici comprehenderentur, & per Dominos Regentes Regiam Cancellariam, ac Dominos Io. Andream de Curte, Antonium Orificium, & Vincentium de Franchis Regios Conſiliarios, (hi omnes continuatis temporibus Sacri Conſilij Præſides fuerunt, & viri omnibus numeris abſolutiſſimi) fuit vnanimi conſenſu longa tamen præcedente diſcuſſione deciſum, Bannum prædictum eccleſiaſticas perſonas quoad Principalem illius diſpoſitionem comprehendere, nimirum vt quilibet frumentum ſuum iuxta pretium taxatum vendere cogeretur, ex pluribus rationibus, & ea potiſſimum, quia hoc Bannum publicum concernebat bonum, vt pauperibus & fami ſuccurratur; quo verò ad pœnas in eo banno contentas fuit deciſum, non eſſe comprehenſos Clericos, Eccleſias, aliaſque eccleſiaſticas perſonas. 3

## OBSERVATIO.

QVod Clerici etiam in conſcientia teneantur ſeruare taxam pretij frumenti itavt ſi illam excedunt, teneantur exceſſum reſtituere, perindè ac Laici, ſcripſerunt ex Theologis P. Molin. *de contract. tom.* 1. *tract.* 2. *diſput.* 31. *& tom.* 2. *tract.* 2. *diſput.* 364. *n.* 15. Morla. *in emporio. par.* 1. *tit.* 9. *quæſt.* 1. *num.* 6. P. Salas ſatis benè *de contract. titul. de emptio. & vendit. dub.* 9. Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 3. *de legibus diſput.* 1. *puncto* 24. §. 6. & alij, quos nouiſſimè congerit D. Cardin. de Lugo omnino videndus, *de iuſt. & iure tom.* 2. *tit.* 1

*de emptio. & vendit. diſput.26.ſect.6.num.77.* quo loci poſt firmatam hanc concluſionem, inueſtigans, vndè hæc oriatur obligatio, ait aliquos affirmaſſe, iure tantum naturæ obligari Clericos ad ſeruandum pretium iuſtum, quod reſultat ex taxatione facta; alios verò dixiſſe obligari Eccleſiaſticos lege ciuili indirectè, propter debitum conformandi ſe cum aliis membris Reipublicæ, cuius ipſi etiam ſunt partes; citat Vaſq. *in 1.2.diſput.167.cap.4.* alios verò ſcripſiſſe obligari Clericos directè illis legibus, non quatenus ciuiles ſunt, ſed quatenus ab Eccleſia ſunt canonizatæ, & confirmatæ, quæ vult, vt quatenus libertati Eccleſiaſticæ non repugnant, obſeruentur, etiam ab Eccleſiaſticis; ita Suar. *lib.3.de legibus cap.3.& cap.34.numer.13.* alios & tandem reſoluiſſe obligari Clericos directè iis legibus quatenus ciuiles ſunt, ſic Molin. Salas, & Caſtro Palao *locis citatis*, quia ab huiuſmodi legum genere nunquam inuenitur conceſſa exemptio Eccleſiaſticis perſonis, ſicut neque à legibus circa contractus celebrandos; addit demum D.Cardinal. quod vndecumque ea proueniat obligatio, nullo pacto Clericos ſubiici poſſe pœnis illis, quæ impoſitæ ſunt aduerſus illos, qui vltra taxam frumentum vendunt, provt fuit hîc per Regiam Cameram deciſum.

2 Quò verò ad punctum principalem huius deciſionis, ſi caſus hodie contingeret, vt quis iter agens, repertus eſſet in Ciuitate Caietæ cum pecunia extra Regnum extrahi prohibita, credo quod pecunia illa in commiſſum non incideret, eo ſub pretextu, quod hic iter agens Romam eſſet profecturus, hodie enim attenta diſpoſitione Pragmaticæ Sanctionis promulgatæ in anno 1622. quæ eſt 22. *ſub tit. de extractio.* vt ſit locus pœnæ commiſſi, ſicque vt extractionis delictum conſummatum dicatur, opus eſt, vt pecuniam extrahens inuentus ſit in confinibus Regni, itavt veroſimiliter credendum ſit, vt iter agens extra Regnum eſſet profecturus, ibi, *ed per Terra ſe intenda conſumato il delitto dell'extrattione quando ſia ritrouato l'extrahente con la moneta in luoco vicino alli confini doue veriſimilmente ſi debia credere che detta moneta era per extraherſi &c.* Quæ quidem diſpoſitio non poteſt verificari in eo, qui inuentus eſt cum pecunia extrahi prohibita in ciuitate Caietæ, iſta enim ciuitas nõ eſt ſita in confinibus Regni; ſed ab illis multis milliaribus diſtat, vt notum eſt; nec valet dicere, reperitur quis iter eragens in Ciuitate Caietæ, ergo eſt à Regno diſceſſurus, quia poteſt ſe conferre ad multas Ciuitates & Terras huius Prouinciæ terræ laboris, ac aliarum duarum Aprutinarum; & ad confirmationem facit deciſio per me relata infra *in obſeruat.ad deciſ.* 552. quam vide.

3 Sed hîc placet in dubium reuocare, quia attenta diſpoſitione præcitatæ Pragmaticæ ſanctionis extractio pecuniæ exteræ, & aliorum Principum quàm domini noſtri Regis, nullo pacto prohibetur, immò expreſſis verbis permittitur, ibi. *Verum nella detta prohibitione volemo che non ſi comprendano quelli, che exſtraheno monete dell'altre Zecche foraſtiere compreſe in detta Pramatica da noi edita per la riforma della Regia moneta, mà quelle volemo che ſi poſſano liberamente immettere, & extrahere ſenza impedimento alcuno. &c.* Dubitatur ſi quis iter agens in Regni confinibus reperiretur extrahere pecuniam extrahi prohibitam, & cum illa pecuniam extrahi permiſſam num iſta pariter in commiſſum incidat, ſicut illa prohibita? Diſputant D.D. quæſtionem hanc, dubium proponentes generale, nimirum an ſi quis iter agens in fraganti fuerit repertus licita, & illicita deferre, poſſint cum illicitis, licita confiſcari; etenim Salycet. ſatis notabiliter *in l.cum proponas à numer.3. verſ. verum quia nulla C.nautico fœnore.* Pro huius dubij reſolutione duos principales conſtituit caſus, & ſunt illi, qui magis frequenter apud nos contingere ſolent; aliquando enim extrahuntur res quæ non ſunt omnino extrahi prohibitæ, imò permiſſæ ſolutis tamen Regiis diri ctibus, provt ſunt vinum, ſericum, crocum, ſalamina, ſiccumina, & ſimilia; & in hoc caſu ſi quis obtinuerit licentiam extrahendi puta centum dolia vini, mille libras ſerici, croci &c. ſi demum ſuper Curru, ſiue Naui maior inueniretur quantitas, quàm extrahi permiſſa, illa tantùm quantitas exceſſiua amittitur, nec aliter illicitum trahit ad ſe licitum; allegat Salycetus tex. qui hoc benè probat *in l. ſi publicanus §.1. ff.de public. & veſtigal.* ſicque indiuidualiter alias noſtram Regiam Cameram iudicaſſe teſtatur D.Præſidens de Ganauerra *deciſ. 25. per totam*, quæ omnino videntur. Aliquando verò, & hic erit ſecundus Caſus, è Regno abſque licentia extrahitur res omninò extrahi prohibita, quia nec cum diri ctuum ſolutione extrahi poteſt, provt eſt pecunia, aurum, vel argentum in maſſa, ſiue in verghe, de cuius prohibitione extat Pragmatica ſanctio ſupra relata; & tunc ſi quis fuerit inuentus ſecum aſportare pecuniam Regiam, quæ extrahi omninò prohibetur, & pecuniam exteram, quæ extrahi permittitur, in hoc caſu non ſolùm amittitur pecunia, quæ extrahi prohibetur; ſed etiam illa quæ extrahi permittitur, ſicque illicitum trahit ad ſe licitum & in his terminis alloquutos intelligo Guid. Pap. *deciſ.572.* & Boër. *deciſ.178. à num.24.* & de vtroque caſu latè noſter Mauſon. *in opuſculo de contrabannis quæſt.6.per totam*, & Alex.35. *var. reſol. lib.1. tit.de iure fiſci, reſol.3.*

## *ARGVMENTVM.*

Officium ſi quis à Rege acquiſierit cum facultate illud renunciandi ad beneficium alterius perſonæ ſibi melius viſæ non addito tam in vita, quàm in morte, nùm renunciatio demùm ſequuta in articulo mortis renũciantis de iure valida dicatur; vel potius nulla. Obtinens à Principe facultatem renunciandi officium, quod habet in beneficium alterius, an illud vendere poſſit, & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCXXIII.

CVM Magnificus Aſcanius Arnonus Theſaurarius Prouinciæ Calabriæ, in mortis articulo conſtitutus renunciaſſet officium illud Magnifico Claudio Manteano V.S.D. idque vigore facultatis, quam dicebat obtinuiſſe à Domino tunc noſtro Rege renunciandi perſonæ ſibi benè viſæ, eo tandem defuncto, prætenſionem habuit Regius Fiſcus officium prædictum ſpectare ad Regiam Curiam, nulla habita ratione de renuncia 1

Digitized by Google

nunciatione facta in perſonam dicti Claudij, quo tamen contendente ſuper illius validitate, ex vi Regiæ facultatis præcedentis, fuit dubitatum an de iure renunciatio prædicta ſubſtineri poterat?

2 Diſcuſſiſque ambarum Partium Iuribus in Collaterali Conſ. & coram Illuſtriſſimo D. Prorege, ad relationem Regiæ Cameræ, cum votantes eſſent numero octo, tres nimirum D. locum tenens ac Domini Preſidentes Eſcobar Cōmiſſarius, & Caſtillo fuerunt voti, officium ad d. Claudium renunciatarium pertinere, alij verò quinque nimirum quatuor Domini Regentes Regiam Cancellariam, & D. Præſidens Paulus de Magnanis, ſecundum quorum ſententiam prodiit determinatio; pro Fiſco pronunciarunt, moti fuerunt ex infraſcriptis principaliter, & Primò quia in facto verum erat reſcriptum ſuæ Catholicæ Maieſtatis, quo gratiam fecerat Aſcanio renunciandi officium perſonæ ſibi benè viſæ, nunquam in illius manus peruenerat, ſed ipſe aliter de eo habuit notitiam, quocirca videbatur gratiam ſuum non habuiſſe effectum, iuxta notata *in l. qui abſenti,* vbi gl. *in verb. ſtatim*, & Aret. *in 2. notab. ff. de acquir. poſſeſſ.* idemque Io. de Plat. *in l. ſancimus col. 1. c. de conſul. lib. 12.* Innocent. *in c. ex quæſtione de reſtit. ſpol.* Bal. *in l. falſus num. 17. & ſeq. c. de furt.* & latè Roma. *in l. abſenti col. 1. & 2. ff. de donat.* Secundò quia in Regno legem habemus, vt omnia reſcripta in curia Regis obtenta Illuſtriſſimo Proregi infra annum præſentari debeant, aliàs ſint ipſo iure nulla, vt *in prag. 1. de priuileg. infra annum exhiben.* ſed in caſu propoſito reſcriptum fuit D. Proregi preſentatum poſt mortem d. Aſcanij ergo nullius momenti. Tertiò quia renunciatio fuit per Aſcanium facta tempore quo erat de vita deſperatus, & ſic in articulo mortis, quo caſu dicebatur facta in fraudem, ne per mortem ſuam de proximo ſuperuenientem officium vacaret, ad quod fuit allegatus tex. *in l. filia mea emancipata ff. ſolu. matr. & in l. dubium C. de repud.* ſi enim ſua Catholica Maieſtas, quando gratiam prædicto fuit elargita interrogata extitiſſet, ſuæ intentionis fuiſſe, gratiam Aſcanio concedere, eo caſu, quo ipſe in mortis articulo conſtitutus officium renunciaſſet, cum mox officium Regiæ Curiæ veniebat acquirendum, vtique reſpondiſſet nolle eo caſu gratiam locum habere; ſed dumtaxat quando in vita ſanus renunciaſſet, quia tunc ita longo tempore viuere potuiſſet renuncians, ſicut renunciatarius, ad quod fuit allegatus tex. *in l. tale pactum §. fin. vbi gl. ff. de pac. & in l. ex facto.* vbi Bal. & Aret. *ff. de vulg. & pupil.* Quartò quia renunciatio, ſiue nominatio facienda per d. Aſcanium erat omnino approbanda à Domino Prorege, preuia informatione habenda à Domino generale Viſitatore, ſic enim Rex ordinauerat, vnde cum hæc forma non fuerit ſeruata, actus fuit ipſo iure nullus, ad tex. *in l. eum, qui duobus §. filius ff. de acquir. hæred.* vbi Ang. Paul. Caſtr. & Aret. notant, quod vbicumque in gerendo actum aliquid adiicitur, quod non eſt de natura actus, nec tacitè ineſt, tunc ſemper illud pro forma adiectum videtur, ac proinde ſi omittitur, actus dicitur nullus, idemque Bal. *in l. non dubium C. de legibus,* & melius *in l. neque natales, col. fin. C. de probat.* optima gl. *in Clem 1. de offic. deleg.* Nec obſtare dictum fuit, quæ ex aduerſo ponderabantur, nimirum quod ſtatim, quod ſua Catholica Maieſtas licentiam Aſcanio tribuit renunciandi officium, gratia fuit perfecta, ad notata per Io. Andr. & cæteros Canoniſtas *in proœm. 6.* Etenim dicebatur hoc procedere poſſe, ſi gratia ſimpliciter non per nuncium, nec litteris mediantibus eſſet conceſſa, eo enim caſu cum primum Conceſſionarius de ea habuerit notitiam, illamque acceptauerit, gratia erit proficua; At ſi per nuncium, vel per epiſtolam, vt in caſu de quo agebatur, tunc vt Parti prodeſſe poſſit, neceſſe eſt, vt litteræ ei præſententur, ſiue quod nuncius ad eum peruenerit; ſic enim diſtinguit Roma. *conſ. 295.* vnde meritò concluſum, officium prædictum per mortem dicti Aſcanij fuiſſe ad Regiam Curiam deuolutum.

## OBSERVATIO.

IN articulo propoſito concurro libenter cum deciſione, quæ prodiit, ea potiſſimum attenta ratione, quia perſona, quæ officium renunciauit, renunciationis tempore erat de ſalute deſperatus, nam cum officia hæc, ex Sacris Canonibus de beneficiorum reſignatione loquentibus regulari debeant, vt probat Montan. *de regalibus officiis, num. 64.* vbi ex Rebuff. ait, idem eſſe reſignare, quod cedere, & renunciare, ſicut illa ad alterius fauorem renunciari, ſiue reſignari non poſſunt, cum reſignans ſit in infirmitate conſtitutus, & ante lapſum viginti dierum deceſſit, ita pariter officium à Rege tenens cum facultate illud alteri renunciandi, non dicto tam in vita, quàm in morte, nullo pacto poterit in morte illud ad alterius fauorem renunciare, ita in propria materia officiorum ſcripſit Georg. de Gabado *in deciſ. luſit. 24. num. 8. lib. 2.* vbi in terminis legum illius Regni docet, quod ſi renuncians officium eſt in infirmitate conſtitutus, & ex ea infirmitate deceſſit ante lapſum triginta dierum à die reſignationis, non valebit renunciatio, nec prouiſio ratione illius facta, ſed remanebit officium vacans, ac ſi renunciatum non eſſet, ſubdens in Gallia ſtrictius procedi, quia oportet attentis legibus illorum Regnorum, quod renuncians officium viuat per quadraginta dies; ex Rebuff. *in prax. benef. ad regul. de infir. reſignant. gloſ. 5. ad finem.* 1

Illud autem placet hic aduertere, quod notat Gabad.

Gabad. *loco cit.num.*7. nimirum quod vbicumque quis à Principe facultatem obtinuerit renunciandi officium ad fauorem alterius, per talem facultatem non erit ei permiſſum illud vendere, ſicque propter talem renunciationem pecuniam recipere; citat tex. *in cap.*1. §. *calidis de prohib. feud. alien.* per Freder. Sot. *de iuſt. & iur. lib.*3. *quæſt.*6. *art.*4. *col. penul. ad medium*, & Tell. Fernand. *ad l.Tauri* 26.*n.*13.

## *ARGVMENTVM.*

Citatio prima, an ſit Reo conuento perſonaliter notificanda, vel ſat ſit, ſi ſequatur domi ſolitæ habitationis. Citatio an, & quãdo dicatur circumducta, & eſſe illam circumductam, an ab actore allegari poſſit. Litis pendentia, an per ſolam citationem legitimè factam inducatur, vel requiratur litis conteſtatio. Citatio ſola an ſat ſit ad præſcriptionem interrumpendam. Iudex an poſſit mandare vt procedatur cum procuratore, qui talis non eſt, & de aliis pluribus notabilibus.

## DECISIO CCXXIV.

1 CONVENTO In S. Conſ. Don Ioanne Marullo Comite Condoianni, ſuper relaxatione illius Terræ, ad inſtantiam Don Bernardini Ruffi Baronis Balneariæ, oppoſuit exceptionem Pragmaticæ editæ Thori *in* 2.*cap.* ex quo in facto conſtabat Terram prædictam fuiſſe à Rege Frederico venditam Thomæ Marullo ipſius prædeceſſoris, ſed replicante actore, quod Pragmatica loquebatur de cauſis mouendis, & hæc erat per prius mota, nimirum ante huius Pragmaticæ promulgationem, dubitari contigit in S. Conſ. an exceptio hæc in caſu de quo agebatur, poterat de iure opponi.

2 Et eſſe locum propoſitæ exceptioni, ex infraſcriptis principaliter dicebatur; & Primò, quia etſi verum ſit, Pragmaticã lites ante illius promulgationem motas non comprehendere, ad notata per Bar. *in l.omnes populi ff.de iuſt.& iur.* & per Bal.& Caſt. *in l.leges C. de legibus*, & per Canoniſtas *in c.fin.de conſtit.* Tamen non conſtabat litẽ hanc fuiſſe per prius motam, quia decem illa folia ſcripturarũ producta, quæ dicebantur acta S.C. originalia nullam poterant facere fidem, ex quo reperta fuerunt penès actorem & ſic perſonam ſuſpectam, & non penès actuarium cauſæ, ad notata in fortioribus terminis *in cap.quoniam contra*, vbi Innocent Hoſtienſ. Io. Andr. Ant. de Butr. Abb. Arct. & Imol. *extra de probat.* Secundò, quando vera fuiſſent, & non ſuſpecta, nullius momenti erant ex quo, per illa litis pendentia allegari non poterat, cum citatio per quam litis pendentia inducitur, *clem.*2. *vt lite pend.* nulla apparebat; etenim Nuncius ad citandum non rectè proceſſerat, quia Thomam Marullum reum conuentum perſonaliter non citauit, nec domi ſolitæ habitationis, & de iure prima citatio perſonaliter notificari debet, ſi perſona citanda reperitur, aliàs ſat eſſet domi ſolitæ habitationis, notat Innocent. *in c.ſi aduerſarius de eo qui mittitur in poſſeſ. cauſæ rei ſeruandæ & in c. ſignificauit, de teſtibus.* Nec dicendum comitem citationis habuiſſe notitiam, ex quo poſt emanatam citationem comparuit per procuratorem, ad notata per Roma. *conſ.*410. & per Rot. *deciſ.*11. *de dolo, & contum.in nouis* & per Felin. *in cap.cum contingat col.*5. *de reſcrip.* hic enim, qui comparuit non habebat mandatum, niſi generale, ſicque non poterat principalis de ſcientia motæ litis conuinci. Tertiò quando ad actum citationis fuiſſet ritè proceſſum, dicebatur fuiſſe illam circumductam, & ſic, ac ſi emanata non eſſet, ex quo actor in Iudicio non comparuit ad inſtantiam ſuam proſequendam, provt de iure tenebatur; ita Bal. *in l. & poſt edictum* §. 1. *per illum tex. ff. de iudic.* Alex. optimè *in rubr. de eo per quem fac. eſt.* Petr. de Anchar. *in d. clem.* 2. *vt lite pend.* vbi expreſſis verbis dicit, quod ſi actor, qui reum citare fecit, in termino non comparuit, citatio vt circumducta litis pendentiam non inducit; nec pariter dicendũm comparuiſſe in iudicio actorem per procuratorem, nam hoc verum non erat, quia perſona, quæ comparuit, mandatum non produxit, & ſic dicebatur paria eſſe non comparere, vel comparere per procuratorem non legitimum, vt dicit Bar. *in l.* 1. §. *vſus ff. de procur.* Arct. *in l. properandum* §. 1. *c.de iudic.* & taliter comparens eſt verus contumax: Bar. *in terminis in l. ſi finita* §. *Iulianus col.* 3. *ff. de damno infe.* vbi notanter dicit, quod ſi quis comparet per procuratorem non inſtructum, vel ſpeciale non habens mandatum vbi requiritur, veniſſe non dicitur, *l.*2. §. *non defenſi, ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur.* in caſu propoſito erat fortius quia non apparebat de man dato, quod adhuc per mille annos non præſumitur, vt notat Bal. *in l.* 1. *C.de reb.alien.nõ alien.& in l.*2. *c.ſi ex fal. inſt* & Alex. *in l.ſciendum*, vbi etiam Iaſ. *ff.de verb.obligat.* imò in hac materia, dato, quod Iudex proceſſerit cum procuratore, de cuius mandato non conſtat, & quod plus eſſet, pronunciaſſet illum habere mandatum, nihil releuaret, quia Iudex non poteſt facere

procura

procuratorem illum, qui non eſt, vt per Cyn. *in l.licet, in quarta quæſt. c. de procur.* & poſt eum per Anchar.*conſ.*14. Vnde

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem illius Concluſionis, quam Dominus Regens hîc firmauit, nimirum,quod litis pendentia per ſolam citationem legitimè factam inducatur, vide Mynſing. *ſingul.obſer.cent.*4.*obſer.*26. etenim ſine controuerſia procedit, vt ſola citatio ſat ſit,ad iuriſdictionem iudicis citantis perpetuandum; ſunt iura *in c.propoſuiſti, de foro compet. in c.gratum, & in c.licet, de offic.deleg.* gloſ. *in c.ex parte, il 2. in verb.litis conteſtatio, de verb.ſigni.* vbi dicit ſic eſſe intelligendum tex. *in l.& quia ff.de iuriſd. omnium Iudic.* quamuis Legiſtæ teneant litis conteſtationem eſſe neceſſariam; ſed certè etiam Legiſtæ,in hoc ſequuntur Canoniſtas;ita gloſ. *in l.vbi captum ff.de iudic.* vbi allegat tex. *in l.ſi quis poſt, eodem tit. & in l.penul.ff.de iuriſd.omn.iudic.* Iaſ. *in d.l.& quia*, quem allegant Alciat.*in d.c gratum.&* Mynſing.*cit.obſer.*26. *num.*3. quo loci *num.*5. ex Guid. Pap. *deciſ.*416. *n.*2. aduertit, ad odioſam præſcriptionem 30. vel 40.annorum interrumpendam, ſimplicem citationem ſat eſſe; Gratia. *diſcep. forenſ.lib.*2.*cap.*389. *num.*12. vbi dicit generale eſſe,vt legitimè citatus teneatur apud iudicem, coram quo fuit citatus,cauſam proſequi, quamuis poſt talem citationem forum mutauerit; allegat Abb.& Felin. *in d.c.propoſuiſti.*

2 Verùm, vt notaui *lib.*1.*mear.reſol. cap.*54. *num.*16. in vna facti contingentia dixi, concluſionem modò tentam non procedere quoties citatio eſſet circumducta, vt quia apud nos per menſem in Ciuitate, & per duos extra, actor, ad cuius inſtantiam fuit emanata citatio, inſtitutum iudicium non fuit proſequutus, & hoc ſiue in foro ſeculari ſiue eccleſiaſtico verſemur,ad quod citaui Afflict. *in conſtitut.Baiulorum num.*20.*per totum*, Addentes ad eundem *in rubr. conſtit.de exordiis preparat.iud.* D.de Franch.*dec.*471. vbi alios citat, Ricc. *deciſ.*83.*par.*1. & Matth. Berlich. *deciſ.Germ.*1. vbi habes ſingulare dictum, illudque eſt, vt non niſi à Reo citationem eſſe circumductam allegari poſſit, ſecus ab Actore.

3 Ad confirmationem verò alterius concluſionis,nimirum vt prima Citatio principali notificari debeat, vide D. Reg. Rou. *in rubr. pragm. de citation. num.*5. vbi expreſſis verbis dicit, primam citationem non poſſe incipere à procuratore; ſed debere fieri ipſi principali; citat Paul.de Caſtr. & Iaſ. *d.l.*3.*ff.de procurat.* & Maſtrill. *deciſ.*226. *num.*12. quicquid contra ſibi dixerit Aluar. Valaſc.*conſult.*144.iſtoque iure vtimur in his ſupremis tribunalibus; etenim quoties quis contra alium inſtituat iudicium, & citare facit procuratorem generalem perſonæ, quam conuenit; qui procurator opponit nolle in ea cauſa interuenire, ad vlteriora non proceditur, eſt tamen verum, quod datur ei terminus competens ad denunciandum principali, & fuit hoc anno practicatum in cauſa Regij Fiſci cum Comite Conuerſani, nam citato eius procuratore generali,eoque replicante nolle interuenire in illa cauſa, fuit per Regiam Cameram ac dominos Regentes Regiam Cancellariam datus terminus menſium quatuor ad denunciandum Comiti conuerſo degenti in Curia Domini noſtri Regis;quare ad diſputationes euitandas curet ſemper qui Iudicium contra alium mouere vult, vt prima citatio notificetur principali, nam ſi notificatur procuratori generali, eſto millies, quod non recuſat interuenire,ita vt cum illo ſit compilatus, proceſſus, ſuperueniente poſtea principali conuento,poterit allegare proceſſum fuiſſe malè cum eius procuratore generali compilatum, ſi tamen non poterit conuinci de iudicio moto notitiam habuiſſe,vt per D. Regentem hîc.

Ad aliud verò quod hîc tangit D.Regens,ex Cyn. 4
*in l.licet in 4. quæſt.C. de procurat.* & Anchar.*conſ.*41. nimirum,vt Iudex non poſſit mandare,vt procedatur cum procuratore,qui talis non eſt,adde, quod ſic obtinui hoc anno 1653. in S. C. nam vertente lite in M. C. inter Io. Caputum, & Comitem de Vayla Regium Quæſtorem extraordinariorum redituum ſtatus Mediolani, cum Ioannes actor libellum ſuum notificari feciſſet magnifico Scipioni de Flore, qui Comitis erat procurator in cauſis actiuis tantùm, ſicque eo replicante,non poſſe cum ipſo procedi, magna Curia decretũ interpoſuit aſſertiuum, quod procedatur cum dicto Magnifico Scipione; ſed cauſa in S. C. introducta, me pro Comite patrocinante,de compilatione proceſſus cum dicto Scipione, nulla fuit habita ratio; penes delict. S.C. au. mag.



## ARGVMENTVM.

Releuium cum liquidatur an in illius liquidatione deducẽdæ ſint expenſę, quę pro cuſtodia caſtri in anno mortis feudatarij factæ proponuntur; & quid de oneribus debitis creditoribus feudatarij; & quid de vita & militia, quæ debetur fratribus ſecundogenitis. Hæres defuncti feudatarij in diſcuſſione inuentarij, an poſſit deducere quantitatem pro releuio Regiæ Curiæ ſolutam, & de aliis.

## DECISIO CCXXV.

IN cauſa ſereniſſimæ Reginæ 1
Poloniæ Duciſſæ Ciuitatis Bari, cum Regio Fiſco,fuit dubitatum an in taxatione Adohæ,& liquidatione releuij ex fructibus, & introitibus baronalibus deducendæ eſſent expenſæ quæ pro cuſtodia caſtri fiebant.

Per Regiam Cameram facta relatione 2
in Collaterali Conſ. & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege, nemine diſcrepante, fuit deciſum, de his expenſis nullam eſſe habendam rationem, & quod ita extitit ſemper in hoc ſupremo Tribunali ſeruatum, prout pariter teſtatur Iacobus de Ayello, qui fuit in eo Præſidens *in ſuo tract. de iure adohæ n.*70. *in fine.* Ratio Deciſionis, & communis obſeruantiæ illa eſt, quia huiuſmodi expenſæ,quæ fiunt pro cuſtodia Caſtri,neceſſariò cauſa fructuum colligendorum non fiunt; ſed potius pro neceſſaria cuſtodia rei, vt eſt caſus *in l. cum quæritur §. prædiis*, vbi Bar. *ff. de leg.* 3. Paul. de Caſtr. & cæteri recentiores *in l.diuor-*

tio. §. *fin.* per illum tex. *ff. ſolu. matrim.* etenim tunc de his expenſis eſſet habenda ratio, quando illa Caſtri cuſtodia, ita ad fructuum recollectionem neceſſaria eſſet, vt aliter fructus colligi, aut conſeruari non poſſent, in quibus ſanè terminis dictum fuit alloquutum Bar. *in l. fin. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.* ſecus verò ſi pro fructibus recolligendis talis cuſtodia neceſſaria non eſt, & ita procedunt, quæ dixit Bar. *in d. §. prædiis*; ſic enim diſtinguunt Paul. de Caſtr. & Aret. *in l. fructus ff. ſolu. matrim.* Vnde cum in caſu propoſito, adhuc ſi in ciuitate Bari non eſſet cuſtodia Caſtri, fructus Baronales recolligi, & conſeruari poterant, prout practicatur in tota illa Prouincia in parte maritima, vbi multæ ſitæ ſunt Ciuitates, & Oppida, in quibus fructus recolliguntur, & cuſtodiuntur & tamen in eis nullum eſt caſtrum, ergo. Nec obſtare dicebatur, quod ſi eſſet amiſſum caſtrum, & ciuitas, pariter fructus amitterentur, quia hoc eſt per accidens, & ſic in conſequentiam, nam principaliter, propter ſui ipſius conſeruationem cuſtoditur; & licèt ex eius conſeruatione in conſequentiam veniet cuſtodia fructuum, hoc non attenditur, *l. ſi quis ne cauſam ff. ſi cert. pet.* & in terminis eſt deciſio Bal. *in l. 1. col. fin. C. de fructibus & lit. expenſ.* quo loci dicit, quod expenſæ quæ pro pecudum alimentis fiunt, nullatenus deducuntur de fructibus pecudum, ſcilicet de lana, & caſeo, quia talis impenſa potius fit pro ſubſtantia rei, nimirum pecudum, quàm pro lana, & caſeo, per text. *in l. ſi neceſſarius §. fin.* & melius probatur in principio *ff. de pignor. act.* Vnde.

## OBSERVATIO.

1 DOminus Regens refert hîc per Regiam Cameram deciſum in liquidatione releuij Regiæ Curiæ debiti non eſſe deducendas ex fructibus, & introitibus baronalibus expenſas in anno mortis feudatarij factas pro cuſtodia Caſtri, cum illæ tantùm expenſæ deducantur, quæ pro fructuum recollectione erogatæ ſunt; Tu modò ad confirmationem adde Ganauer. *deciſ. 34. num. 21.* & conſimilem huius ſupremi Tribunalis deciſionem, quam refert Nard. Liparul. *in addit. ad Andr. in cap. 1. §. ſi mulier in hoſtenditiis num. 14. in verb. medietas fructuum col. 2. fol. mihi 199. in tit. de Capitulis Corradi*, vbi teſtatur ipſum audiuiſſe, fuiſſe per Regiam Camerã de menſe Nouembris anni 1527. determinatum in liquidatione releuij debiti Regiæ Curiæ per mortem Comitis Sanctæ Seuerinæ, non eſſe bonificandas hæredi ſucceſſori expenſas factas pro cuſtodia Caſtri Sanctæ Seuerinæ, & aliorum fortilitiorum illius comitatus, & quod omnes Domini illius temporis dicebant fuiſſe ſemper ſic ſeruatum, idemque Capan. qui de hac deciſione meminit, & aliàs refert, *in ſuo tract. de releuio par. 1. quæſt. 13. num. 13.* vbi multa inuenies ad materiam, & ſignanter quod in liquidatione releuij non ſunt deducenda onera quæ debentur creditoribus defuncti feudatarij, nec vitam, & militiam quæ debetur fratribus ſecundo genitis. Quærit demùm an hæres cum B. L, & I. in illius diſcuſſione deducere poſſit quantitatem pro releuio Regiæ Curiæ ſolutam, & relatis allegationibus pro hærede, tandem deciſionem S. C. refert pro creditoribus die 14. Maij 1626.

Item nec deducuntur expenſæ, ſiue ſalarium, quod 2
à Barone ærario ſoluitur propter fructus feudi, quos exigit, & ita Stylum Regiæ Cameræ ſe habere docet Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. author. 3. num. 29.* & nouiſſimè Ganauer *cit. deciſ. 34. num. 23.* vbi *num. ſeq.* poſt Frecc. *loco cit.* addit illas expenſas deducendas eſſe, quæ factæ allegantur in poſſeſſiones colendo, & fructus colligendo, ad tex. *in l. ſi à patre 39. §. fructus ff. de petit. hæredit.* item & expenſas molendini feudalis factas in renouando molam, quæ arbitratur duratura per annos tres, ideoque deducendam eſſe tertiam partem in dies iudicamus; idemque in expenſa facta in reficiendis inſtrumentis ligneis, quæ arbitratur pariter duratura per annos tres, item, & tandem deducuntur expenſæ factæ in reficiendo, & purgando riuo molendini aquam ducente, iſtoque iure in dies vtimur in Regia Camera.

Sed aliàs fuit dubitatum, ſi in meliorando mo- 3
lendino, quod erat in reditu centum, fuerit multùm expenſum, ita vt poſt melioramentum reperitur eſſe in reditu biſcentum, an in liquidatione releuij ſit deducenda rata reditus ex melioramento ſuborti? reperio D. Præſidentem Iulium Cæſarem Minadoum in ſuis notabilibus manu ſcriptis Regiæ Cameræ per hæc verba propoſito dubio reſpondiſſe.

Expenſæ factæ in conſtruendis molendinis, & 4
barcheriis, & carthexiis, & ſimilibus à Barone in ſolo, & aqua feudali, aperto feudo deducuntur, & ſoluuntur hæredibus in burgenſaticis, per *cap. 1. §. ſi vaſſallus, hîc finitur lex*, & ibi Andr. fuit dubitatum in Regia Camera, an ſimiliter in releuio eſſet facienda deductio ab introitibus iſtorum molendinorum pro rata meliorationum? fuit deciſum quod non, nam iure non cauetur hoc in releuio; nec vnquam fuit practicatum; ſed in releuio attenditur conſuetudo, vt *in conſt. poſt mortem*, & ibi. Afflict. Andr. *in cap. 1. §. ſed, & res per quas fiat inueſtit.* Bal. *in c. quæ in eccleſiam de conſtit.* vbi dicit præſtationem iſtam eſſe conſuetudine introductam: Fric. *in 3. author.* imò Andr. dixit, ex improbo more deberi *in c. 1. de capitulis corradi*, ergo.

Si verò expenſæ eſſent factæ in illo anno mortis, 5
tunc ſecus, nam admitteretur deductio ſicuti aliæ expenſæ vt per Afflict. *in d. §. ſed & res. in fine*, & per Fricc. *in d. 3. author.* Alia eſt ratio quando deuoluitur, quia tunc fit diuiſio hæreditatum allodialium, & feudalium; ſed in releuio non datur iſta diuiſio, quia ſoluit Baro pro inueſtitura, ideo dicitur, quod releuium non ſit onus feudi, ſed feudatarij, vt per omnes ſupra adductos. Hæc Minadous.

## *ARGVMENTVM.*

Officialis pecuniarius ſi pecuniam fiſcalem exegit, & penes ſe retinuit, an pœna nonupli, an verò lege Iulia peculatus, ſiue lege Iulia de reſiduis teneatur, vel potius ad intereſſe, quod Fiſcus ex hac cauſa paſſus fuit.

Digitized by Google

fuit Accuſatio criminis peculatus quanto tempore præſcribatur, & de aliis ad materiam *c. Regni Vulgaris famæ proloquium.*

## DECISIO CCXXVI.

1 INQVIREBATVR Don Michaël de Soria, ex quo vti Perceptor Prouinciæ Principatus citra de pecunia Regia in pluribus partitis pœnes ſe retinuerat ducatos biſmille, vnde dubitatum fuit, attenta pœna pecuniaria, qualiter hic plectendus, an pœna nonupli, an lege Iulia peculatus, vel lege Iulia de reſiduis, an verò ad intereſſe, quod Regia Curia paſſa fuit.

2 Pro cuius dubij reſolutione fuit conſideratum in hac materia apud nos in Regno diuerſas ſe offerre diſpoſitiones, & Prima eſt illa de qua *in c. Regni*, quod incipit *vulgaris famæ proloquium*, vbi Officialis Regius ſubripuerit, vel ſubtraxerit pecuniam fiſcalem, pœna nonupli teneatur. Secunda eſt diſpoſitio Ritus Regiæ Cameræ vt in nonuplo teneatur Officialis ille, qui in computis ſuis de aliqua partita pecuniæ Regiæ introitum non fecit, vel minus poſuit, quàm exegit. Tertia ſe offert diſpoſitio Ritus ſequentis, vbi ſi Officialis pecuniam fiſcalem retinuerit, dicendo quod eſt in reſiduo, & verè non eſt, dupli pœna teneatur, eademque pœna, attenta Pragmatica Cæſareæ Maieſtatis poſita in libro rituum, qua diſpoſitum eſt, quod miniſtri pecuniarũ, qui pecunias fiſcales vltra terminum præfixum pœnes ſe retinuerunt duplum ſoluere teneantur. Alia, & tandem fuit in hac materia conſiderata diſpoſitio, nimirum Regis Frederici, à quo ſancitum extitit, vt miniſtri pecuniarum Regiæ Curiæ; qui fiſcales pecunias pœnes ſe retinuerunt, cogantur pœnis, de quibus loquuntur iura, capitula Regni, & Ritus Regiæ Cameræ; quibus iuribus ſic præſuppoſitis, dicebatur in hac cauſa tractari non poſſe de diſpoſitione *d. c. Regni vulgaris famæ proloquium*, quia vel fuit illa correcta per Ritus Regiæ Cameræ, qui ſuperuenerunt, vel quod nunquam fuit in hoc Tribunali practicata; minus etiam tractari poterat de diſpoſitione primi Ritus, ex quo fraus huius Perceptoris in eo conſiderabatur, cum in exitu partitam poſuerat duplicatam, Ritus verò loquitur, quando Officialis in computis ſuis de aliqua partita introitum non fecit, vel minus poſuit, quàm exegit; quare dubitabatur, an ſaltim Don Michaël pœnâ pecuniariâ teneretur, nimirum legis Iuliæ peculatus, ſcilicet, in quadruplum, & quod nec etiam huic pœnæ poterat eſſe locus, duo pro parte inquiſiti afferebantur, & primò quia huic legi erat præſcriptum ob quinquennij lapſum, vt eſt tex. *in l. peculatus crimen. ff. ad leg. Iul. pecul.* ſed fuit ſtatim reſponſum, tempus illud quinquennij à die ſcientiæ currere, ſed in caſu de quo agebatur Fiſcus de hac fraude ſcientiam non habuerat, niſi à ſex menſibus retro, ergo. Secundò dicebat Don Michaël, quod lex Iulia peculatus locum habere non poterat, niſi in eo qui pecuniam ſubtraxit fiſcalem, cum illius adminiſtratio commiſſa non eſſet vt notat Salyc. *in l. 1. C. ad legem iul. pecul.* at vbi commiſſa eſt adminiſtratio, tenetur miniſter lege Iulia de reſiduis, de qua *in l. 2. ff. ad legem iul. pecul.* verum Io. Fab. *in §. item lex Iulia peculatus. inſtit. de publ. iudic.* exiſtimauit, vt ille qui fiſcalis pecuniæ periculum in ſe aſſumpſit lege Iulia peculatus non teneatur; ſed ſolùm lege Iulia de reſiduis, ille verò qui de periculo non tenetur, neque expreſsè periculum in ſe aſſumpſit, benè teneatur lege Iulia peculatus, vnde ſubdit quod Receptores regij, qui propriè dicuntur Perceptores Prouinciarum, hac lege tenentur, non enim iſti pecuniæ fiſcalis ſunt cuſtodes, ſed tantùm exactores, *toto tit. C. de exactor. tribu. lib.* 10. *& de ſuſcept. & archiuar. lib.* 11. & eſt tex. *in l. excellentia C. de erogat. milit. anno. lib.* 12. ac proinde, quando culpa non præcedit caſum, ſæpè fuit in Regia Camera deciſum contra Fiſcum Sed quia in caſu propoſito Fiſci intentio non erat clarè probata, nimirum quod Don Michaël verè, & omninò pecuniam fiſcalem furtiuè ſubtrahere voluerit, propterea 1 per omnes Dominos de Regia Camera fuit deciſũ, quod in partitis in quibus fuit celatus introitus pecuniæ fiſcalis per illum exactæ, condemnetur Don Michaël prout fuit condemnatus in nonuplũ, iuxta diſpoſitionẽ dicti Ritus, pro aliis verò partitis vel duplicatis, vel aliàs retentis, de quibus non fuit introitus celatus, & retentus, fuit condemnatus ad intereſſe, eo modo, quo illud Regia curia paſſa fuit, quæ quidem quantitates nonupli, & intereſſe fuerunt liquidatæ in Ducatis 11200.

### OBSERVATIO.

DOminus Regens agit hîc principaliter de pœna qua venit plectendus Officialis, qui pecuniam fiſcalem exegit, & penès ſe retinuit ad cuius rei pleniſſimam intelligentiam vltra ſcripta hîc, vide, quæ habentur ſupra *in deciſ.* 14. *&* 112. & quæ Ego *in his locis* obſeruaui. 1

De materia autem Capituli regni huius *Vulgaris famæ proloquium*, de cuius diſpoſitione hîc agitur, vide quæ ſcripſit D. Regens de Pont. *deciſ. 7. num. 6. &* 31. vbi illud tangit dubium, nimirum an pœnæ criminis peculatus per ius commune, & Conſtit. Regni indictæ, ſint abolitæ per hoc capitulum *Vulgaris famæ proloquium*, & num ea attenta diſpoſitione, non niſi ciuiliter contra Officialem delinquentem agi poſſit. 2



Digitized by Google

3 Quantùm verò ad illud, quod hîc tangit D.Regens, nimirum, vt accuſatio criminis peculatus quinquennio præſcribatur, vide plenius D. Reg. Moles. *deciſ.8.in tit.de pœnis*, quibus tenentur Officiales qui pecuniam fiſcalem retinent impreſſa per Me *lib.2.reſol.iur.cap.*244. vbi agitur, quando Officialis reperitur mortuus, & Fiſcus vult ab hærede repetere pœnas, quibus defunctus condemnari poterat, & reſoluitur, accuſationem hanc in criminibus peculatus & repetundarum ſuam habere inſtantiam, cum in crimine repetundarum intra annum tantùm proponi debeat, & intra quinquennium in peculatu per iura *in l.2.ff.ad leg. Iul. repet. & in l.peculatus crimen. ff. ad leg.Iul.pecul.* Hoc tamen ſi ad hæredem nihil de malè quæſitis per Officialem peruenit, quia ſi aliquid ipſe conſequutus eſt, perpetuò reſtituere tenetur, maxime in foro conſcientiæ, licet à pœna pecuniaria pro his criminibus impoſita lapſis temporibus prædictis omninò ſit liberatus.

## ARGVMENTVM.

Eccleſia an, & quando pro bonis quæ poſſidet à laicis ei obuentis, ad collectas teneatur Vniuerſitati, in cuius territorio ſita illa ſunt. Collectarum onus an dicatur reale vel potius mixtum & de aliis.

## DECISIO CCXXVII.

1 PRÆTENDEBAT Vniuerſitas Turturellæ teneri Monaſterium Sancti Laurentij propè Padulam ad ipſi contribuendum in collectis vti bonatenẽs pro bonis quæ in territorio dictæ Terræ poſſidebat; ſed contradicente Monaſterio, & ſuam immunitatem allegante, quid iuris dubitari contigit.

2 Pro huius dubij reſolutione duos caſus diſtinguendos eſſe dicebatur, quorum primus eſt, quando tractatur de impoſitione collectarum pro ſoluendis functionibus fiſcalibus ordinariis, quę in Regno dicuntur habere certam, perpetuam, & inuariabilem cauſam, & tunc quia munus hoc dicitur ordinarium, conſequenter omnia bona, quæ in æſtimo poſita reperiuntur ad finem, vt onus hoc perſoluatur, tacitè hypothecata cenſentur, ſicque illa poſſidens ſiue ſit laicus, ſiue Eccleſia Vniuerſitati in cuius territorio ſita ſunt, ad collectas contribuere tenetur, ad quod fuerunt allegati Bal. *in §. nos Romanorum, in tit.de pace conſtan. in l. prædia C.de fidei. & in l.fin.C. ſi ſine cenſ. vel reliqui*, Lucas *in l. fin. C. de exactor. tribut. lib.*10. Paul. Alex. Imol. & Iaſon. *in l. apud Iulianum §. hæredes ff. de leg.*1. idem Iaſ. *in l.placet C. de ſacro. eccleſ.* Ant. de Butr. Abb.Imol.& cæteri Canoniſtæ *in c.fin.de vita, & honeſt. Cleric.* Card. *in clem.*1. *in 2. oppoſit. de immunit. eccleſ.* Aret. *in d.l.placet*, latè Fely. *in c. eccleſia S. Mariæ col.* 20. *de conſtitut.* Paul. de Caſtr. *in l. inter debitorem ff. de pact.* Soc. *conſ.* 243. *lib.* 3. & Neguſan. *tract. de pignor. par.*2. *memb.* .... *verſ. decimus caſus.*

Alter caſus eſt, quando de collectarum 3 impoſitione tractatur, pro ſoluendis oneribus extraordinariis, quæ certam, & perpetuam non habent cauſam, & tunc, cum primum bona, quorum poſſeſſor ad hoc onus tenetur, in Eccleſiam tranſeunt, ab æſtimo tolluntur, vt ad onus illud Eccleſia ipſa non teneatur; ita Bal. & Aret. *in l. neminem.C.de ſacroſ. eccleſ.* non enim iure cautum reperitur, quod pro his oneribus ſint bona tacitè hypothecata, vt omnes Doctores *in locis ſuprà citatis* vno ore concludunt; eſt verum, quod Paul. de Caſtrenſ. *in d. l. inter debitorem.* declarat, hoc procedere, vt non teneatur Eccleſia pro futuris collectis, & ſic nondum impoſitis, ſecus ſi tempore quo res tranſiuit ad Eccleſiam, collecta impoſita reperiebatur, quia tunc putauit etiam in hoc caſu rem eſſe tacitè hypothecatam, quã quidem Paul.Caſtrenſ. declarationem veriſſimè eſſe hic fatebatur, conſiderando huiuſmodi extraordinarias collectas à Rege non imponi, ſed illi à Regno fit donatiuum, generali conuocato parlamento, in quo omnes conſentiunt, ſicque donationis conſideratur contractus, qui verus, & nominatus dicitur: *l.iuriſgentium in princ.* vbi omnes hoc notant *ff. de pactis*, imò ſæpè contractus eſt innominatus nimirum do, vt facias, quia regnum dat Regi, ad hoc vt gratias concedat, prout concedit; vnde ſi contractus eſt inter fiſcum, & priuatum, conſequens eſt, vt tacita oriatur hypotheca: *lib.*1. *& 2. C. quibus cauſ.pign. vel hypoth. tacit. contrah.* notant gl. & omnes *in l.*1. *C. de iure fiſci. lib.*10. vnde concludebatur, quod ſi pro huiuſmodi extraordinario donatiuo omnia ſubditorum bona pro collecta impoſita, ſunt Fiſco tacitè hypothecata, conſequens eſt dicere, quod ſi poſt impoſitionem factam, tranſeunt in Eccleſiam cum illo onere reali tranſire dicuntur.

## OBSERVATIO.

NI fallor D. Reg. citra omne dubium præſuppo- 1 nit hic Collectarum onus dici ordinarium, ex quo imponitur Collecta pro ſoluendis functionibus fiſcalibus ordinariis, quas, ait, in Regno habere certam, perpetuam, & inuariabilem cauſam, ſicque omnia bona, quæ in æſtimo poſita reperiuntur, ad finem vt onus hoc ſoluatur, tacitè hypothecata forè cenſenda, & conſequenter ad quemcumque illa tranſeunt, quantumuis immunem, & priuilegiatum, cum illo onere tranſire dicuntur. Domini, ſi antecedens à D. Regente, præſuppoſitum eſt verum, conſequens eſt omnino concedendum, quandoquidem vt in hac materia probaui *lib.*1. *mear.reſol.cap.*47. *num.*18. communis

Digitized by Google

munis eſt Theologorũ & Iuriſtarum ſententia, quod ſi bona in perſonam exemptam titulo aliquo tranſlata, obnoxia reperiuntur oneri reali, certo, perpetuo, & inuariabili tunc poſſeſſor ſiue ſit laicus, ſiue ſit clericus, vel Eccleſia onus illud ſubire tenetur, ad quod probandum, citaui ex Theologis Molin. *de iuſtit. & iure, diſput.* 456. & Azor. *inſtit. moral. lib.* 5. *c.* 19. ex Canoniſtis Innocent. *in c. non minus, de immunit. eccleſ.* Archid. *in cap.* 1. *eodem tit. in* 6. & ibidem Io. Andr. *num.* 5. & Geminia. *num.* 9. & ex Legiſtis, Gregor. Lopez *in l.* 41. *numero* 4. *titul.* 6. *part.* 1. Foller. *de cenſibus in verb. huiuſmodi cenſus num.* 96. Rou. *in prag.* 2. *numero* 19. *de cler. ſeu diac. ſalua.* & Reg. Conſtant. *in l. ſi quis decurio. numer.* 14. *Cod. de decurio. lib.* 10.

2 Sed certè præſuppoſitum D. Regentis noſtri non eſt ſine maxima controuerſia, nàm & ſi non deſint Doctores, qui dixerint Collectarum munus in hoc Regno dici patrimoniale, & ordinarium, ſicque ſcripſiſſe Barthol. Cæpoll. *conſ.* 46. *inter Conſilia* Felyn. & Andr. Barbat. *conſ.* 1. *lib.* 3. quos Ego allegaui *in cit. cap.* 47. *num.* 4. attamen ſunt & alij qui ſcripſerunt impoſitiones de quibus loquimur, nullatenus dici onera realia, ſed mixta, nimirum impoſita perſonis pro rebus, etenim licèt obligatio bonorum ciuium facta creditoribus pro debito Vniuerſitatis ſit realis, & cum re tranſeat. Verùm impoſitio collectæ quæ ab vniuerſitate per æs, & libram imponitur ad ſoluendum æs alienum, eſt perſonale, & conſequenter cum res illa tranſeat in perſonam immunem, ſine onere tranſire dicitur, quia mutatione perſonæ, mutatur qualitas inhærens perſonæ ratione rei, ita ſanè, relatis antiquis, docent Io. de Amic. *conſ.* 146. *num.* 6. vbi dixit quod cum hodie ab aula receſſerit tributum, & Collectæ ſoluuntur per æs, & libram, non poteſt durare & perſiſtere poſtquam res peruenit ad perſonam priuilegiatam; Marant. *conſ.* 99. Guttier. *pract. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 15. *& in tract. de gabell. quæſt.* 92. *à num.* 62. Flor. de Menauar. *quæſt. lib.* 2. *quæſtion.* 21. *num.* 233. Mart. *tract. de iuriſdic. par.* 4. *cent.* 1. *caſu* 11. *à num.* 28. de Graſſ. *de effect. cleric. effect.* 3. *numer.* 24. *& à num.* 154. Borrell. *conſ.* 74. *& in ſum. deciſ. p.* 3. *tit.* 15. *num.* 83. Franc. de Clapper. *in cent. cauſ. fiſcal. cauſa* 42. *quæſt.* 1. *num.* 22. Suarez *in defenſ. fidei aduerſ. Angl. ſect. error. lib.* 4. *cap.* 20. Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 3. *diſput.* 361. *numer.* 2. *& diſput.* 672. *num.* 3. & alij quos nouiſſimè referunt P. Diana *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 42. & Squillant. *de priuileg. cleric. cap.* 8. *à n.* 42.

3 Hæc, vt referrem DD. pro vtraque parte de his agentes; vt autem hìc breuiter ponamus, quid apud nos Regia Camera ſeruat reſpectu donationum, quæ à laicis, clericis fiunt; ſciendum eſt, quod ſi bona à laico in clericum donationis titulo tranſeunt, & poſt initam donationem verè, & realiter laicus remanet in poſſeſſione illius rei donatæ, & hoc caſu expediuntur ptouiſiones vt cogantur laici donantes ad ſoluendum eo modo, pro vt ante contractum donationis ſoluebant, facta enim dicitur donatio hæc in fraudem, ac proinde de ea nullam haberi poſſe rationem docent Riccius *in prax. eccleſ. par.* 2. *reſol.* 431. & Squill. *loco cit. cap.* 8. *num.* 47. quos retuli Ego *cit. capit.* 47. *num.* 14. quando autem donatio non eſſet fraudulenta, quia fortè fuit à patre filio facta ad titulum patrimonij vt ad ſacros ordines aſcendere poſſit, & eo caſu, ſi verè ad ſacros ordines promouetur, reſque donata virilem non excedit portionẽ, quia ceſſat funditùs præſumptio fraudis, immunis reputabitur hic Clericus donatarius à collectis in poſterum imponendis, idemque ſi bona ex legitima parentum, vel conſanguineorum ſucceſſione ad ipſum Clericum obuenirent.

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius generaliter mulieribus Neapolitanis conceſſus ſuper obligatione bonorum feudalium virorum, pro reſtitutione dotium ab illis receptarum, an ſuffragetur illi mulieri, quæ eo conceſſionis tempore virum habebat rebellem. Aſſenſus Regius ſuper obligatione bonorum feudalium viri, an poſt illius mortem dotis fauore impetrari poſſit.

## DECISIO CCXXVIII.

POSSIDENTE Magnifico Cæſare de Falco Terram Alignani ſibi à Regia Curia venditam ob rebellionem Franciſco de Clauellis olim illius Terræ vtilis Domini, & poſſeſſoris, comparuit in Regia Camera Magnifica Hipolyta Barrilis vidua relicta d. Franciſci Rebellis, quæ exiſtens illius hæreditatis creditrix pro ſumma Ducatorum 750. ex cauſa antefati per eam lucrati, egit ſuper d. Terra pro hac ſumma conſequenda actione hypothecaria; & cum hominis aſſenſum non haberet, prætendebat potiri aſſenſu legis; nimirum gratia mulieribus Neapolitanis conceſſa, vt nedum pro dotis, ſed etiam antefati conſequutione actione hypothecaria agere poſſent ſuper bonis feudalibus maritorum ſibi obligatis; ſed excipientibus tam dicto Cæſare feudi nouo poſſeſſore, quàm Regio Fiſco à quo Cæſar ipſe cauſam habebat, gratiam prædictam actrici ſuffragari non poſſe, ex quo tempore illius conceſſionis feudum Alignani erat iam Regiæ Curiæ quæſitum, ob rebellionem dicti Franciſci viri, dubitatum fuit in Regia Camera, an Hippolyta ritè & rectè egerit contra d. Cæſarem, vel potius actione careret? 1

Per Regiam Cameram, iſto Domino Regente referente, fuit deciſum d. Hipolytam ſuper feudo prædicto, ob defectum aſſenſus actione carere, ſicque d. Cæſarem, & Regium Fiſcum forè, & eſſe abſoluendos ab impetitis per illam. Ratio Deciſionis fundabatur, attento tenore gratiæ conceſſæ, dum loquitur, vt viri bona feudalia obligata cẽſeantur, quæ ab illis eo conceſſionis tempore poſſidebãtur, non autem ea, quæ ad Fiſcum antea reuerſa erant: ad tex. *in l. nec damnoſa C. de precibus imper. offer.* Bal. & Iaſ. tam *ibi* quàm *in præſcriptione C. ſi contra ius, vel vtilit. publ.* qui dicunt quod ſi Princeps alicui gratiam fecerit de condemnationibus factis, gratia hæc lo- 2



Digitized by Google

cum non haberet, ſi condemnatio ſuum ſortita eſt effectum, quia forſan bona virtute huius condemnationis exequuta, Fiſco Incorporata ſunt. Præterea dicebatur gratiam prædictam loqui de mulieribus nuptis, dicta autem Hipolyta tunc temporis vidua reperiebatur, & ſic cum verſemur in materia aſſenſus, extenſio fieri non poterat, ad notata per Andr. Affl. & Capyc. *in cap. imperialem de prohib. feud. alien. per Freder.* Tandem confirmabatur hoc ex alia deciſione Andr. *loco cit. col.* 8. verſ. *Item quod ſi Titius alienauerit*, quo loci dicit quod ſi quis ſuper feudo ſibi obligato aſſenſum poſt obligantis mortem impetrauerit, dicetur ille ipſo iure nullus, adhuc ſi feudum illud obligatum penes hæredem obligantis reperiretur, ex quo Rex, rerum feudalium obligationem confirmare voluit reſpectu illarum, quæ eo tempore penes obligantem reperiebantur, non autem reſpectu illorum feudorum, quæ obligantis hæredi abſque alia obligatione quæſita, & delata reperiuntur, eoque magis ſi Fiſco, qui in feudo vt hæres non venit, ſed iure proprio, & tanquam Dominus; vnde in terminis caſus propoſiti dicebatur, quod ſi Rex tempore conceſſionis huius gratiæ ſciuiſſet, quod aliquis reperiebatur vir, qui bona ſua pro reſtitutione dotis, & antefati obligauerat, & iam è viuis deceſſerat & rebellis, ob quod bona ſua feudalia fuerant Fiſco incorporata, & alij cum euictionis promiſſione vendita, certè gratiam prædictam, non eſt præſumendum, quod conceſſiſſet, ſed quod expreſsè denegaſſet, imò fortius d. Andr. *loco cit.* quod ſi Princeps ſciuiſſet feudum fuiſſe iam ad ſe reuerſum, adhuc per ſolam cõfirmationem non eſt præſumendum, quod feudum dediſſet, quia verba hoc non patiuntur, & ideo ſubdit, quod potuit, noluit.

---

## OBSERVATIO.

1 IVri conſentanea eſt Deciſio hæc, nàm ſi in facto verum erat, quod tempore conceſſionis gratiæ feudum non erat penès virum, nullo pacto gratia illa mulieribus Neapolitanis conceſſa vt cenſeantur bona feudalia maritorum, pro reſtitutione dotium, & antefati obligata, huic mulieri opitulari poterat; quemadmodum nec alicuiùs momenti extitiſſet expreſſus hominis aſſenſus, qui certè cum impetratur, vim aliquam habere non poteſt ſuper feudis obligantis, quæ ante aſſenſus impetrationem de ipſius patrimonio exierant, quamuis obligationis tempore illa poſſediſſet cum indubitatum ſit in hac materia obligationis; nimirum vt feudum dicatur obligatum, non diem contractus attendendum, ſed momentum illud, quo expeditur aſſenſus, quia tunc perficitur contractus, & non ante, vt per Io. Vincent. de Anna *in c.* 1. *num.* 222. *de vaſſal. diſcrep. ætat.* & per alios per Me relatos ſupra *in obſer. ad deciſ.* 3. Vnde ſatis ad propoſitum, & in fortioribus terminis pro caſus deciſione fuit allegatus Andr. *in loco hîc cit.* qui dixerit vt nullius ponderis ſit Regius aſſenſus impetratus à creditore pro conualidatione obligationis bonorum feudalium ſui debitoris, ſi iſte tempore, quo expeditur aſſenſus reperitur mortuus, quamuis feuda illa in eiuſdem hæreditate permaneant, cum opus ſit, vt hæres per publicum inſtrumentum ratum habeat contractum à defuncto feudatario geſtum, ſicque ſuper hac ratificatione, & nouo contractu aſſenſum impetrari, ob quod inoleuit praxis, quod ſi hic hæres ad hoc peragendum renitens eſſet, cogi poſſet, vt ſatis bene ratiocinatur Dom. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proregis tit.* 6. §. 1. *num.* 22. & aliàs nos prolixiùs diximus.

2 Eſt tamen verum, quod dictum Andr. vt non poſſit impetrari aſſenſus poſt mortem feudatarij obligantis abſque nouo hæredis conſenſu, qui diſpoſitus eſſe debet, vt per eundem D. de Ponte *loco cit. num.* 13. communiter à Noſtratibus fuit declaratum, vt non procedat in dote, per tex. *in l. ſi ego* §. *ſi res ff. de iur. dot.* nimirum vt fauore dotis poſſit aſſenſus impetrari ſuper obligatione feudorum pro dotis reſtitutione, etiam poſt mortem obligantis in præiudicium hæredum: ita Loffred. *conſ.* 31. *in princ.* vbi addit hoc fuiſſe originale dictum Bartholomei de Capua; Idem Affl. *deciſ.* 111. *& in c. Imperialem in* 24. *notab. quæſt.* 29. *de prohib. feud. alien.* per Freder. *& ibidem* Camer. *car.* 91. *&* Capyc. *car.* 40. Anna *alleg.* 66. *num.* 5. *& alleg.* 115. *num.* 2. & D. de Franch. aliis omiſſis, *deciſ.* 86. *num.* 1. *& deciſ.* 620. *num.* 7. vbi *num.* 13. ſecus in antefato; & in puncto principali agit, an ſuper venditione feudi facta ſub haſta poſſit aſſenſus impetrari poſt mortem debitoris, hæredis non accedente conſenſu, & negatiuè per S.C. iunctis aulis deciſum refert, ſed de hac deciſione ſatis dubitat D. Reg. de Ponte. *loco cit. n.* 22. & contra deciſionem Domini de Franch. habemus conſilium Pauli Staibani Senioris in illa cauſa ſcriptum, & eſt 60. in ordine, vbi D. Paulus nepos optimè addit.

## *ARGVMENTVM.*

Aſſenſus Regius generaliter conceſſus mulieribus Neapolitanis vt pro recuperatione ſuarum dotium poſſint recurrere ſuper bonis feudalibus ipſis in caſu reſtitutionis illarum obligatis, nùm locum habeat reſpectu bonorum feudalium illorum, qui vti fideiuſſores in promiſſione reſtitutionis interuenerunt, & quid in bonis feudalibus ſoceri, & de aliis.

## DECISIO CCXXIX.

IN cauſa vertente inter Camillam Torrellam vti filiam, & hęredem quondã: Lucretię Litardę, & Reg. Fiſcum vti poſſeſſorem bonorum feudalium Frãciſci de Loria rebellis, dubitari contigit, an ſicut ex gratia mulieribus Neapolitanis conceſſa, de qua in deciſione præcedenti, 1

denti, vt poſſint ſuper bonis feudalibus maritorum pro dotium reſtitutione obligatis agere, quamuis hominis aſſenſum non habeant, ita pariter valeant recurrere ab bona feudalia fideiuſſorum, & ſic illorum, qui pro dotium reſtitutione viros fideiubentes ſe obligarunt.

2 Et pro dubio videbatur affirmandum Primò per tex. notabilem *in l. properandum* §. *fin.* vbi Bal. & Aret. *C. de iudic.* in quo habetur quod ſicut bona curatoris pupilli ad lites dati ſunt tacitè pupillo hypothecata, ita pariter bona illius, qui pro curatore fideiuſſit, ſecundò magis ad rem, per ea, quæ dixerunt Doctores, nimirum vt ſicut ex diſpoſitione tex. *in l. vnica* §. *& vt plenius C. de rei vxor. actio.* bona viri pro dotis reſtitutione ſunt tacitè vxori hypothecata, ita pariter, & bona fideiuſſoris, ſic notabiliter Bal. Nouel. *in ſuo tract. de dot. par.* 5. *ſpec.* 7. & Neguſan. *tract. de pignor. par.* 2..... *verſ. nono amplia prædictam regulam.* Tertiò per ea, quæ aliàs fuerunt deciſa in cauſa Portiæ Cantelmæ, cum Regio Fiſco, & Magnifico Fabritio Maramaldo vt poſſit Nurus cum hoc aſſenſu legis pro dotis recuperatione ſuper bonis feudalibus ſoceri ſibi obligatis agere. Quartò attenta ratione expreſſa in gratiis conceſſis, nimirum ne mulieres indotatæ remaneant, quæ quidem ratio abſque dubio in omni caſu militat, ſiue bona feudalia pro dotis reſtitutione obligata ſint ſoceri, ſiuè fideiuſſoris. Quintò per ea, quæ notauit Andr. *in conſtit. quamplurium. col.* 2. vbi dicit quod ſicut ex diſpoſitione illius legis vaſalli tenentur dominum adiuuare pro maritanda ſorore, ita pariter pro maritanda amita.

3 Sed his in nihilo obſtantibus per Regiam Cameram longa diſcuſſione præcedente, fuit contrarium deciſum, nimirum aſſenſum legis vigore gratiarum mulieribus Neapolitanis conceſſarum ad bona fideiuſſorum non ſe extendere. Ratio deciſionis fuit, quia gratia vt aſſenſus pro præſtito habeatur, loquitur de viro tantùm & eius bonis, & cum ſit aſſenſus ſtrictiſſimi iuris, extenſionem aliquam non patitur, neque de re, ad rem, neque de caſu, ad caſum, neque de tempore ad tempus, neque de perſona, ad perſonam; eſt vulgata theorica Andr. *in c. imperialem col.* 2. *&* 3. quam ſequuti ſunt *ibi* Affl. & Capyc. *de prohib. feud. alien.* per Frederic. etenim dicebatur hoc ſatis conſtare ex mente concedentis; Primò ratione illorum verborum, quæ in gratiis habentur, nimirum ſuper bonis viri ſepius repetitorum, quæ quidem verba ſæpè ſæpius repetita important vt nunquam fiat extenſio, etiam in materia proportionabili vbi aliàs fieret, vt eſt gloſ. *in Clement.* 1. *in verb. diœceſanis de iure patro.* Dominic. *in c. duabus col.* 5. *de reſcrip.* Secundò quia ex verbis clarum eſt, quod ſub verbo mariti fideiuſſor nec comprehenditur, nec comprehendi poteſt, & quod hoc de clara, & aperta mente concedentis conſtet, dicebatur ſatis probari ex tribus capitulis, quæ leguntur, nam cum tam Regi Francorum, quando de huius Regni parte fuit inueſtitus, quàm Regi Catholico, & magno Capitaneo eius vices implenti generaliter ſupplicatum eſſet, vt dotes mulierum Neapolitanarum ſaluæ eſſent ſuper bonis feudalibus obligatis, etiam ſine aſſenſu, nihil conceſſum fuit, quia ſupplicatio erat nimis generalis, ſicque nedum viri bona feudalia comprehendebat; ſed cuiuſcumque, qui bona ſua pro dotis reſtitutione obligauerat, ergo conſtat enixè Regem noſtrum voluiſſe, vt tantùm bona feudalia mariti pro dotis reſtitutione, & non alterius obligata eſſent, ſicque ponderabatur per aliam legem prohibitam cenſeri extenſionem ad caſum ſimilẽ, ad notata per Bar. *in l. illud col.* 1. *C. de ſacroſ. eccleſ.* & per hæc, omnia in contrarium allata ſublata remanebant, quia non procedunt quando per alias leges conſtat expreſsè de mente, & voluntate legem condentis, quod extenſionem fieri voluit, fit enim extenſio ex mente intrinſeca, ſeu comprehenſiua, quæ ex tribus colligitur, primo ex communi vſu loquendi, vt quando ſub caſu expreſſo alius comprehenditur caſus; ſecundò quando ex eadem lege, vel alia, aliquid fuiſſe dictum declaratur; & tertiò quando aliàs abſonus reſultaret intellectus, in his namque caſibus legis fit extinctio, aliàs nunquam, vt optimè declarat Io. de Imol. *in l. ſi verò* §. *de viro col* 6. *ff. ſolu. matr.* Vnde cum in caſu propoſito nullus ex ſupradictis caſibus concurrebat, ergo meritò deciſum, gratiam Neapolitanis conceſſam, quæ loquitur de bonis feudalibus mariti non comprehendere, neque extendi poſſe ad bona feudalia illius, qui maritum fideiubens bona ſua feudalia pro dotis reſtitutione hypothecæ ſubmiſit.

## OBSERVATIO.

Dominus Regens refert hîc per Regiam Cameram deciſum, Regium aſſenſum generaliter conceſſum mulieribus Neapolitanis, vt pro recuperatione ſuarum dotium poſſint recurrere ſuper bonis feudalibus, ipſis, in caſu reſtitutionis illarum obligatis, locum non habere niſi reſpectu bonorum feudalium viri tantùm, non autem reſpectu bonorum feudalium illorum, qui vti fideiuſſores in promiſſione reſtitutionis interuenerunt, ſicque vt per gratiam conceſſam bona feudalia maritorum dumtaxat cenſeantur validè obligata, non autem eorum fideiuſſorum, & hoc ea potiſſima ratione, quia gratiarum verba de bonis feudalibus viri tantum ſonant, non autem aliorum, qui reſtitutionem ſpoponderunt. 1

Obſeruaui

Digitized by Google

Obſeruaui hanc ſententiam fuiſſe pariter inſequutum Marin. Freec. nimis generaliter à me allegatum *lib.2. reſol.iur. cap.28. num.15.* hìc *in ſuo tract. de ſubfeud.lib.2. in 1. author. quæſt.13.* quærens nùm aſſenſus, de quo agimus ſicut locum habet ſuper bonis feudalibus viri, ita etiam ſuper bonis feudalibus ſoceri, qui inſimul cum filio ſponſo pro dotis reſtitutione feuda ſua obligauit, & partem amplectens affirmatiuam, ſecundum quam refert per Regiam Cameram ſub die 24. Decembris 1532. iudicatum, hæc circa finem addit verba. *In alio, quàm in ſocero non procederet hæc æquitas, cum ille habeatur loco voluntarij debitoris in promittendo; in patre autem ineſt legalis quidam nexus, & patris, & filij vna perſona cenſetur, qui in vita quodammodo dominus eſt, & ideo de ſocero non eſt expreſſum, quia conſiderato tempore reſtitutionis dotium, cum ſoleat inter iuuenes matrimonium contrahi, præſumitur patrem filio prædecedere, cum ſit ætate longeuior, vt in l.qui duos §.1. ff. de reb. dub. & filium eſſe patris ſucceſſorem, ac deinde venire patris feudum in generali obligatione bonorum facta per filium.* Hæc Marin. & ſic apertè ſentit, vt hic aſſenſus locum habeat tantùm ſuper bonis ſoceri de cuius perſona agnoſcimus pariter alloquutum Camer. *in c.imperialem fol.53. littera Q,* & Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. tit.6. num.* 14. ſecus verò reſpectu alterius perſonæ extraneæ: eſt tamen verum, quod Minadous loquens de obligatione facta à Socru *in conſ.3.* videtur affirmare contrarium, nimirum, vt gratia mulieribus Neapolitanis conceſſa locum habeat, tam ſi bona feudalia ſunt viri, quàm cuiuſcumque alterius, cui incumbit obligatio dotem conſeruandi, & reſtituendi, cum vt ipſe ait, aſſenſus præſtitus ſit generalis in rem ſine perſonarum, vel rerum differentia, & in hunc modum Rou. *in pragm.8. num.4. de feud.* intellexit Minad. *loco cit.* & nouiſſimè Thor. *in compend. deciſ. par.1. in verbo aſſenſus Regis vigore capituli fol. mihi 54. fol.2. circa finem*, & vt ego dicam, quid in hoc dubio ſentio, dicam libenter, quod huic ſententiæ videtur potius adhærendum non ſolùm fauore dotis, pro qua multa habemus in iure ſpecialia, ſed etiam quia eſt magis proxima menti olim Dominorum noſtrorum Regum, qui has gratias mulieribus conceſſerunt, nam ſi Ratio dubitandi ea eſt, quia capitula per quæ hic aſſenſus eſt conceſſus loquitur de obligatione bonorum feudalium facta à viro prout verè ſonant verba gratiarum Regis Catholici anni 1505. de quibus *in capitulo 20. & 21. inter priuileg. fol.42. art.* eſt pariter veriſſimum quod cauſa harum gratiarum, prout à Rege exprimitur ea ſola, & potiſſima fuit, quia mariti, ſiue conſanguinei mulierum nuptarum negligebant aſſenſus Regios impetrare ſuper obligatione feudorum facta pro reſtitutione dotium receptarum, vnde volens Rex Catholicus earum indemnitati proſpicere ſic miſertus ſexus illarum, placuit Serenitati ſuæ, quod habeatur pro
1 impetrato; hæc ſanè ratio negligentiæ, ſicut militat in obligatione facta à viro de bonis ſuis feudalibus, ita pariter & in obligatione facta à fideiuſſore viri; quodquè hoc dumtaxat fuerit motiuum Regis Catholici, & non aliter, quod voluerit aſſentire obligationi bonorum feudalium viri tantùm, & non aliorum, conſtat ex alia gratia Cæſareæ maieſtatis de anno 1539. prout *in capitulo 7. fol. 128. art. in fine*; vbi volens Imperator Rex noſter, etiam reſpectu antefati noſtris mulieribus proſpicere, ſupplicationi porrectæ aſſentiit, vt intelligatur, & ſic præſtitus aſſenſus Regis mulieribus Neapolitanis, ſiue exteris, Neapolitanis tamen nuptis, ſuper quibuſuis bonis, & iuribus feudalibus etiam titulatis obligatis vel obligandis, pro conſequutione, conſtitutione, & aſſecuratione antefati, iuxta formam, nota, continentiam, & tenorem inſtrumentorum, & cautelarum confectarum, & conficiendarum, non aliter dicto, obligatis, vel obligandis per viros, ſicque verè aſſenſus fuit præſtitus inſtrumento dotali, in quo conſtitutum fuit antefatum, ergo ſi in eo inſtrumento legitur alium quantumuis extraneum, virum pro antefato fideiuſſiſſe, non eſt cur dici poſſit bona feudalia huius fideiuſſoris ob defectum aſſenſus non eſſe obligata.

Non obſtat ponderatio, quæ in contrarium fieri 2
poteſt, nimirum, quod in anno 1536. fuerit Cæſareæ, & Catholicæ Maieſtati tunc in hac ciuitate commoranti ſupplicatum, vt cenſeretur aſſenſus præſtitus obligationibus bonorum feudalium factis per ſocerum, ſiue per quemlibet alium, qui bona ſua feudalia pro reſtitutione dotium, & antefati ſe obligaret, & quod circa hoc nihil fuerit conceſſum; ſed tantùm reſponſum, vt obſeruetur conceſſio, & decretum Regis Catholici, nam reſpondetur, quod hoc non fuit principaliter ſupplicatum pro mulieribus Neapolitanis, ſed pro Regnicolis, nimirum vt capitula per Regem Catholicum expedita ad fauorem mulierum Neapolitanarum iuxta ipſarum formam & continentiam cenſerentur ex gratia ſpeciali expedita, ad fauorem omnium mulierum Regnicolarum, & quod tam mulieribus Neapolitanis, quàm regnicolis aſſenſus præſtitus intelligeretur, & non ſolùm pro dotibus ſolutis; ſed etiam confeſſatis, & pro antefato, ac pariter vt bona feudalia ſoceri, & aliorum, qui pro dotium, & antefati reſtitutione ſpoponderunt obligata eſſent, prout ex tenore illius ſupplicationis *in capitulo 14. f. 105.* cui multiplic. ſupplicationi noluit Imperator aſſentire, non enim eius voluntas erat mulieribus Regnicolis proſpicere, ſic reſpondens, vt obſeruetur conceſſio, & decretum Regis Catholici quod erat iam proditum pro mulieribus Neapolitanis tantùm, vnde cum poſt trium annorum ſpatium eidem Cæſareæ Maieſtati eſſet ſupplicatum pro mulieribus Neapolitanis reſpectu antefati, pro quo eis adhuc non erat conſultum, libenti animo aſſentiit, vt ſupra diximus.

## *ARGVMENTVM.*

Officium an, & quando ad hæredes etiam extraneos tranſeat. Hæredis appellatione, an & quando omnes in infinitum veniant. Legatum annuum, an legatarij morte extinguatur; Et quid ſi fuerit relictum per certum, tempus nùm mortuo legatario antequam tempus illud compleatur, pro reſiduo ad hæredes tranſmittatur; Et quid in donatione annua alicui facta.

DECISIO

Digitized by Google

## DECISIO CCXXX.

1 CVm à Sereniſſimo Ferdinando primo conceſſum fuiſſet officium Magiſtri Portulani ciuitatis Auerſæ Carlutio de Altomare, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, eo defuncto, ſuperſtitibus Thoma, & Michaële filiis, fuit de officio prædicto inueſtitus Ioannes Hortugnus hiſpanus, tùm quia per mortem Carlucij conceſſionarij prætendebatur extinctum, tùm etiam quia dictus Thomas eius filius in læſæ maieſtatis crimen inciderat; ſed excipientibus filiis dicti Michaëlis, qui fuit filius, & hæres inſimul cum Thoma prædicti Carlucij, quod officium illud vti hæreditarium per mortem conceſſionarij extinctum cenſeri non poterat, ac proinde ad ipſos hæredes ſpectare, fuit dubitatum quid iuris.

2 Per Regiam Cameram, iuribus ambarum partium pleniſſimè diſcuſſis, fuit deciſum conceſſionem factam Hortugno intelligi pro medietate, quæ ad Regium Fiſcum ob rebellionem Thomæ ſpectabat, alteram verò medietatem ſpectare ad hæredes d. Michaëlis, ſicque vt inter ipſos commune officium remaneret. Ratio deciſionis fuit quia quamuis officia de ſui natura nedum ad hæredes extraneos; ſed nec etiam ad filios tranſeant, ex quo cum perſona extinguuntur; vt eſt tex. vbi hoc notat Bal. *in l. 1. ff. de fideiuſ. tuto.* idem Bal. Imol. Paul. & Aret. *in l. etiam, aliàs maritum ff. ſolu. matr.* & hoc etiam ſi in conceſſione appoſita eſſet clauſula *in perpetuum* vt eſt gl. *in c. fundamenta* §. *vt autem, de elect. in 6.* & per Aret. *loco cit.* cum vſufructui æqu parentur, ad tex. *in §. finitur, inſt. de vſufr.* tamen in caſu de quo agebatur cum conceſſio facta extiterat Carlucio, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus, dubitandum non erat, Principem, à quo omnes dignitates fluunt, & refluunt, vt notat Bal. *in l. 2. C. de ſerui. & aqua, facere poſſe*, vt officia in quoſcumque hęredes etiam extraneos tranſeant, & in infinitum; ita Io. Andr. *in c. fin. de iudic.* ſicut dicimus de feudo, quod de ſui natura ad hæredes extraneos non tranſit, & tamen Dominus directus hoc poteſt facere, vt tranſeat *cap. 1. de feud. non haben. propriam natur. feudi*; Ideo enim officium cum perſona extinguitur, quia cenſetur electa induſtria perſonę vt per Io. Andr. Hoſtienſ. & Anchar. *in d. c. fin. de iud.* quę quidem ratio ceſſat omninò, quādo conceſſio facta eſt alicui, & hæredibus ſuis, ad notata per Cyn. & Bal. *in l. quiſquis C. de Epiſ. & clericis*, non enim poteſt eligi induſtria perſonę incertę, & quę ignoratur, ergo poſtquam ſemel eſt diſceſſum à natura officij, vt ad hęredem tranſeat, intelligimus hęredem prout ius intelligit, nimirum quod appellatione hęredis omnes in infinitū veniant, & pro hac opinione dicebatur eſſe caſum, *in l. in annalibus C. de legat. & in l. 4. ff. de annuis leg.* vbi habetur quod licèt regulariter legatum annuum legatarij morte extinguatur, cum hęc ſit huius legati natura, vt pro primo anno ſit purum, pro ſecundo conditionale, tamen ſi teſtator de legatarij hæredibus fecit mentionem intelligitur in infinitum, idemque probatur *in l. apud Iulianum* §. *ſi quis alicui ff. de legat. 1.* vnde meritò fuit deciſum quod officium remaneret commune inter dictum Hortugnum fiſci conceſſionarium & hęredes d. Michaëlis, & reſpectu fructuum medio tempore per d. Hortugnum perceptorum, fuit concluſum forè illum cogendum ad illos reſtituendum pro medietate à die litis motę, quamuis D. iſte Regens, & cauſę Commiſſarius fuerint voti à die ſpolij, ex notatis per Bar. *in l. & ex diuerſo. num. 12. ff. de reiuind.* vbi dicit, quod licèt quis titulum habeat, & bonam fidem, tamen ſi ei ſucceſſit, qui malam habebat, fructus ſuos non facit.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## OBSERVATIO.

CONcluſionem hîc pro indubitata ſuppoſitam, vt officium alicui à Principe conceſſum, cum Cōceſſionarij morte extinguatur, ampliat Petr. Barbo. *in l. quia tale num. 78. ff. ſolu. matrim.* vt ea procedat etiamſi officium pro certo, & determinato tempore conceſſum reperiretur, puta per annos decem, nam ſi intra hoc tempus Conceſſionarius moriatur, officium ſic conceſſum ad eius hæredem pro reſiduo temporis non tranſibit, idemque probat Montanus noſter de regalibus officiis, intra *num.* 5. vbi addit officij naturam talem eſſe, vt ſemper illius conceſſio ſit reſtringenda, adeò vt hoc procedat, etiam ſi officium alicui conceſſum eſſet in perpetuum vt pariter hic firmat D. Regens, nam per hanc dictionem *in perpetuum*, officij natura non dicetur alterata, ſicque dictio hæc interpretatur donec Cōceſſionarius viuet, ad quod citat Barboſ. *in d. l. tale pactum num. 10. verſ. exemplum erit* Fran. Marc. *deciſ. 617. in fine, & 626. num. 8. & alios vt ibi*; ſed hæc omnia reſtrictionem recipiunt vbi conceſſio facta eſſet alicui, & hæredibus ſuis, vt fuit deciſum hîc, exemplo annui legati, quod licèt ex ſui natura ad hæredem non tranſeat, *l. ſi in ſingulos ff. de annuis lega.* attamen propter verbum *hæredibus* in legato expreſſum, dicit ibi gl. 2. quod ſit ad hæredes tranſmiſſibile; ſed dubitari ſolet, quando propter conceſſionis tenorem officium ad heredes tranſmittitur, de quo hærede intelligatur, an ſanguineo, & ſic de deſcendentibus, an etiam de extraneo? agit de hoc latè, & ſatis benè Montan. *loco cit. num. 7. & 8.* vbi vide, quia multa ad hoc inuenies notabilia. 1

Diximus paulò antè ex P. Barboſ. *in l. quia tale num. 78. ff. ſolu. matr.* officium de ſui natura adeò cum morte Conceſſionarij extingui, vt procedat etiam ſi alicui conceſſum eſſet, vſque ad tale tempus, nam ſi intra illud tempus Conceſſionarius moriatur, adhuc pro reſiduo temporis extinguitur; ſed notemus, non ſic dicendum in annuo legato; etenim ſi alicui per decennium annua centum legata eſſent, & legatarius intra hoc tempus deceſſerit, non aliter 2

dicetur legatum extinctum; ſed benè ad legatarij hæredes pro reſtanti tempore transmiſſum; ſic enim obſeruaui Ego *lib.1. mear. reſol. cap. 242. num. 6.* reſpondiſſe I. Conſultum *in l. ſi cum præfinitione 20. ff. quando dies legati cedat*, niſi alimentorum cauſa factum legatum proponeretur, vt in eo tex. quem ſingulariter exornat Fab. de Anna *obſer.18. in opuſculo collectan.* quo loci aliter dixit in legato annuo abſque temporis præfinitione relicto, puta, lego Caio annuos ducatos centum, hoc enim legati genus per legatarij mortem extinguitur, nec aliter ad hæredes transmittitur; id quod probat etiam Aniellus Amat. *conſ.81.* & Gaſp. Ant. Theſ. *quæſt. forenſ. lib.1. quæſt.25. n.11.* vbi citat multa iura hoc probantia; idemque in annua donatione deciſum refert *lib.2. quæſt.60. num.15.* vt ſi ea abſque temporis præfinitione facta eſſet, per donatarij mortem extinguitur, nec aliter ad hæredes ipſius donatarij transmittitur.

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius generaliter conceſſus ſuper omnibus pactis, conuentibus, & obligationibus in inſtrumento contentis, an dicatur legitimè impetratus, ita vt Partibus ſit proficuus, ſi in ſupplicatione porrecta nulla fuit facta ſpecifica mentio de vnoquoque pacto in inſtrumento deſcripto. Feudum an, & quanto tempore præſcribatur. *Tex. in l.2. C. de reſcind. vendit.* an in tranſactione locum habeat. Sententia nulla an de Partium conſenſu confirmari poſſit, & de aliis.

## DECISIO CCXXXI.

1 OCcasione prætenſionis, quam habebat Baro Paliſcianelli, quod tenimenta Fraſcanorum, in quibus ſolet pluere manna, eſſent de ipſius territorio, non autem de territorio Paliſciani, provt illius Baro præſupponebat, orta fuit controuerſia inter hos Barones, an defenſa conſtructa à Barone Paliſciani ab annis ſeptuaginta octo, vigore conuentionis initæ inter prædeceſſores ipſorum Baronum, mediante publico inſtrumento, regio aſſenſu vallato, ritè, & rectè conſtructa dici poſſet? Ratio dubitandi deſumebatur ex lectura aſſenſus, in quo nulla fiebat mentio de conſtructione defenſæ, ſed de aliis in inſtrumento contentis; vnde dicebat Baro Paliſcianelli, quod cum aſſenſus, qui eſt ſtricti iuris de defenſa non loquebatur, non poterat extendi vt comprehenderet aliud, quod non erat ſupplicatum, iuxta vulgatiſſimam theoricam Andr. *in cap. imperialem, de prohib. feud. alien.*

Ceterum per Regiam Cameram, nemine contradicente ſub die 9. Septembris 1542. fuit pro Barone Paliſciani pronunciatum, his potiſſimum perpenſis, & Primò quod licèt in ſupplicatione porrecta pro aſſenſu, nulla de defenſa extiterat facta expreſſa mentio, tamen quia Rex aſſentiit omnibus pactis, conuentionibus, & obligationibus in dicto inſtrumento contentis, quorum tenor voluit pro expreſſo haberi, id ſat eſſe dictum fuit, vt cenſeretur præſtitus aſſenſus ſuper quolibet pacto in inſtrumento appoſito, per text. *in l. omnes*, vbi hoc notant Ang. & Bal. *C. de longi temp. præſcrip.* Freder. de Sen. *conſ.46.* Aret. *in c.1. col. 6. de reſcript.* Io. de Anan. *conſ.56.* vbi Bologn. *in addit. ſoc. conſ.266. col. fin.* pleniſſimè per Felyn. *in cap. nonnulli col.6. & 7. de reſcrip.* & ſatis benè Ant. de Butr. *in cap.1. de conſtit.* quorum dictis conſtat enixè hanc eſſe communem opinionem; poteſt enim Princeps, qui in ſuo dominio lex animata dicitur fingere, vt id quod non eſt expreſſum, pro expreſſo habeatur, & hoc ad inſtar legis mutuæ, quæ ſæpè ſæpius fictionem inducit, ad tex. *in l. ſi is qui pro emptore ff. de vſucapi.* iſtamque ſententiam pariter amplexi ſunt Io. Andr. Io. Monach. Archid. & Dominic. *in c. cum aliquibus de reſcriptis in 6.*

Confirmabatur opinio hæc ex deciſione 3 Andr. *in cap.1. qui ſucceſ. tene.* vbi dicit quod ſi petitio, quæ fit Regi eſt generalis, & conceſſio pariter eſt generalis, Rex cenſetur omnibus generaliter conſentire, vnde dicebatur quod cum in caſu propoſito ſupplicatum extiterat Regi, vt ſua maieſtas aſſentire dignaretur omnibus pactis, conuentionibus, & promiſſionibus, ac omnibus aliis in inſtrumento contentis, & Rex omnibus aſſentiit ſe ad inſtrumentum referens, addendo, quod volebat, vt omnia in eo contenta pro expreſſis haberentur, ergo non erat de quo dubitari poterat, vt aſſenſus conſtructioni defenſæ fuiſſet præſtitus, ad tex. *in l. aſſe. toto ff. de hæredibus inſtit. & in l. ſi ita ſcriptum ff. de condit. & demonſtrat.* Bal. *in l.2. C. de error. Aduocat.*

Vlterius conſiderabatur Baronem Paliſ- 4 ciani hanc defenſam vti feudalem poſſediſſe, & per ſpatium annorum 78. adhoam, & releuium ſoluiſſe, ergo ius feudi dicebatur præſcriptum, ad tex. *in cap.1. §. ſi quis per triginta*, vbi Andr. & omnes *ſi de feud. fuer. cōtro.* quibus ſic ſtantibus non poterat tractari de reſciſſione d. Conuentionis, prætextu læſionis, quia de hoc per Partes non fuerat actum, illaque conuentio fuerat potius quædam trāſactio inter illos contrahentes inita, vt ex procemio inſtrumenti conſtabat, quod quidem procemium contrahentium mentem declarat *l. fin.* vbi Bar. & omnes *ff. de hæred. inſtit. lib.* . vbi Bar. *ff. ad macedo.* & cum tranſactionis fuerit contractus

contractus non poterat eſſe locus diſpoſitioni *lib.2. C.de reſcind.vendit. & l.ſi quis cum aliter ff. de verb. obligat.* & licèt articulus iſte valdè ſit dubius, tamen dictum fuit hanc opinionem veriorem eſſe, vt per Alex. Iaſ. & Aret. qui de communi teſtantur *in d. l. ſi quis cum aliter*, optime Alex. *in conſ.* 118. *vol.*7. vbi pariter communem fatetur,pex tex.cui non poteſt reſponderi *in l.Lucius* §.*fi.ff. ad S.C.Trebel.* eoque magis quando iuramentum interuenit, quo caſu ceſſare diſpoſitionem *d. lib.*2. affirmant ibi Doctores, & Alex. *in d. conſ.*118. & ad hoc vt dicatur validè facta tranſactio ſufficit, quod ſit lis, vel oriri poſſit, etiam extraiudicialis, DD. omnes *in l.2. C.de tranſact.* eoque magis in caſu de quo agebatur, cum aliàs pro Barone Paliſciani per Regiam Audientiam Prouincialem prolata fuerat ſententia, quæ licèt nulla dicebatur, ex eo quia non interuenerat citatio ad audiendam ſententiam,iuxta notata per Innocent. & alios *in cap.conſuluit, de offic. delegat.* tamen fuit demùm à Partibus confirmata ; vnde & ſi, vt ſententia valere non poterat, benè tamen in vim pacti, vt notat gl. ſingularis communiter approbata , *in l.2. c. commun. vtriuſque iudic.* & poſt eam Aret *in c. at ſi clerici col.*5. *de iudic.* ſicque pacti exceptione Baro Paliſciani tutus dicebatur ; vnde meritò per Regiam Cameram fuit pro ipſo pronunciatum.

## OBSERVATIO.

1 QVantùm attinet ad Concluſionem in principio firmatam, nimirum vt pro firmitate Regij aſſenſus ſat ſit Regem aſſentiiſſe omnibus pactis, conuentionibus, & obligationibus in inſtrumento contentis, quamuis in ſupplicatione porrecta pro aſſenſu non fuerit facta ſpecifica mentio de vnoquoque pacto in inſtrumento deſcripto ; ſed generaliter de omnibus in inſtrumento contentis, ad Confirmationem vide omnino D. Regentem noſtrum ſupra *deciſ.* 205. & quæ ibi ad maiorem huius rei declarationem obſeruaui.

2 Ad maiorem verò dilucidationem alterius dicti,vt ius feudi cenſeatur præſcriptum, accedente longæua poſſeſſione cum præſtatione ſeruitij, & releuij, ex diſpoſitione tex. *in c.1.* §.*ſi quis per triginta in tit. ſi de feud. defunct. milit. controuer. ſit.* vide quæ ſcripſi *lib. 1. mear. reſolut. cap.* 234. *num.* 12. vbi dixi, in Regno, poſſeſſione per triginta annos continuata, bona fide, & præſtatione ſeruitij directo domino concurrentibus, aduerſario tamen præſente, feudum contra priuatum præſcribi, ita cautum habemus in Conſtit. *conſuetudinem prauam hactenus*, ſub tit. *de rei actio.& except.* ſecus verò contra Regem ; etenim ex communi noſtrorum ſententia probaui tex. *in d.* §.*ſi quis per triginta*, propter Regis abſentiam in Regno non procedere, ex latè deductis per Conſiliar. de Georg. *in ſuis repet. feudal.cap.*25. *num.*4. *&* 9. *& in allegat.*3. *num.*13. poſt Anna.*ſug.* 194. & per Bammacar. *in eodem* §.*ſi quis per triginta. queſt.*9. *&* 10. Ratio nunc aſſignatur, quia cum Proreges noſtri de

*D.De Marinis obſeruat.ad deciſ.D.Reuerterij.*

nouo inueſtire non valeant ; non minus poteſt præſumpta inueſtitura ab ipſis prætendi, ad tradita per Io.Vinc. de Anna loco mox citato,& melius *in rubr. de vaſſal.decrep. ætat.à num.*451.

Ad confirmationem autem alterius Concluſionis; vt diſpoſitio *l.2.C.de reſcind.vendit.*in contractu tranſactionis nullo pacto locum habere poſſit, ſicque læſionis prætextu tranſactionem nullatenus reſcindendam, vide,ſi placet, Doctorum Catalogum per me relatum *lib.2.mear.reſolut.cap.*233.*per totum numer.*6. vbi tamen *num.ſeq.* multorum grauiſſimorum Iuriſconſultorum authoritate aliter dixi, quando enormiſſima ſe offerret læſio, & ſic in magno exceſſu,qui,& qualis eſſe debeat ibi *num.*8. declaraui, tunc enim, quia dolus præſumitur, tranſactio reſcindi poteſt, & *num.*9.demonſtraui,quomodo læſio hæc in contractu tranſactionis dignoſci poſſit. 3

Quod autem ſententia nulliter prolata poſſit de Partium conſenſu confirmari,ſicque vt tunc dicatur valere in vim pacti ex gloſ.& Aret. hìc per D. Reg. relatos,dixi pariter,& ego in pulchro caſu de quo *lib.*1. *mear.reſol.cap.*119.*num.*9. & nunc addo idem alias in vna facti contingentia me reſpondiſſe in prohibitione facta à feudatario filio ſuo de non alienando feudum, quæ licèt nullius roboris erat, dum Regius aſſenſus non interuenerat, ad tex. *in cap.*1. *de ſucceſ. feudi*, attamen quia hæres diſpoſitionem acceptauit, dùm vigore illius teſtamẽti vbi legebatur prohibitio, ſe hæredem per noſtram M. C. declarari fecerat; quando dicebamus diſpoſitum à defuncto Regia facultate carere, ac proinde nullius momenti, remanebat firmum ex acceptatione hæredis, prout in propiris terminis tex.modò relati *in d.cap.*1.*de ſucceſ.feudi*, *reſp.*Bal.*conſ.*356. *lib.*5. quem citat, & ſequitur noſter Frecc. *lib.*3. *de ſubf. in tit. de different. inter feuda ex pacto, & hæredit. in* 6.*differ.* vbi dicit fideicommiſſum ſuper feudo impoſitum nullius roboris eſſe, ex diſpoſitione tex. *in d.cap.*1.*de ſucceſ.feudi*,niſi filius, vel ſucceſſor teſtamentum approbauerit, quia tunc valebit in vim pacti, & in caſu ſatis notabile Curt. Sen. *conſ.*79. & Simon de Pret. *de interp. vlt. volunt.lib.*2.*ſolut.*2.*n.*30.*& ſeq.fol. mihi* 135. quos retuli *dicto c.*119.*n.*9. 4

## *ARGVMENTVM.*

Pragmatica ſanctio edita Thori, an & quando Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas comprehendat. Diſpoſitio *l. benè à Zenone C. de quat. præſcript.* an contra Eccleſiam allegari poſſit. Clericus an ligetur ſtatuto laicorum circa præparatoria, ſiue deciſoria iudiciorum. Pragmatica 6. §.4. *ſub titul. de litteris cambij*, an Clericos comprehendat, & de aliis.



Digitized by Google

## DECISIO CCXXXII.

1 IN Reg. Pragmatica ſanctione, quam vulgò editam Thori appellamus ſtatutum eſt, vt bona, & iura quæcumque poſſidens ſibi obuenta ex conceſſione ſereniſſimorum Regum Alphonſi, Ferdinandi, & Frederici de Aragonia, à nemine ſub quouis prætextu moleſtari poſſit ita vt ſi aliquis ſuper bonis illis habuerit actionem, ea abſque ſpeciali Regis licentia vti non poſſit, ſicque contra poſſeſſorem litem aliquam mouere, qua quidem Regia ſanctione ſit ſtante, dubitari contigit in Collaterali Conſ. vbi Regia Camera interueniebat, an Sanctio hæc Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas comprehenderet, ita vt ſi Eccleſia, vel Eccleſiaſtica perſona litem moueret contra aliquem vti poſſeſſorem bonorum, quæ ex dictorum ſereniſſimorum Regum conceſſione tenentur, poſſit conuentus huius Pragmaticæ ſanctionis exceptione ſe tueri.

2 Pro huius dubij reſolutione priore loco inueſtigatum fuit, an Pragmatica hæc ſit odioſa, vel potius fauorabilis, & per plura fauorabilem eſſe fuit demonſtratum, ſignanter quia pro bono publico fuit illa promulgata ad finem vt nonnullæ in hoc Regno ceſſarent lites, & controuerſiæ, allegatur tex. *in l. properandum C. de iudic. & in c. finem litibus de dolo, & contum.* & licèt diſpoſitio hæc in alicuius priuati, ſeu particularis detrimentum redundet, tamen quia commune omnium reſpicit beneficium, illud & non aliud attenditur, ad tex. *in Auth. res quæ c. commun. de leg.* prout dicimus in ſtatuto fœminarum excluſiuo, quod certè illarum reſpectu dicitur odioſum, fauorabile verò reſpectu maſculorum; ſed quia principaliter emanatum fuit vt bona in agnatione conſeruentur, communiter illud fauorabile appellatur, nec eſt nouum vt propter bonum publicum poſſit res ab vno auferri, & alteri dari, ad tex. *in lib. 2. & in l. benè à Zenone. C. de quatrien. præſcrip.* notat Innocent. *in C. quæ in eccleſiarum de conſtit. & in c. in noſtra de iniur.* vbi dicit poſſe Populum per ſtatutum diſponere, vt damna omnia in bello paſſa mulieribus remittantur facta pace, & hoc propter bonum publicum conſideratis belli periculis, idemque Aret. *in cap. 2. col. 4. de probat.* & Iaſ. *in lib. 2. in fine C. de in ius vocan.* Sed an lex iſta Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas comprehendat? quoad bona allodialia, ſæpe ſæpius negatiuè deciſum fertur; nulla enim poteſtas Regi tributa eſt aduerſus Clericos ſed Papæ dumtaxat, vnde communiter receptum eſt, vt Laicorum ſtatuta illos, qui ſubditi non ſunt, non liget, etiam ſi laici eſſent; ſunt iura ſatis vulgata *in l. fin. ff. de tutor. & curat.* datis ab his, *& in l. etiam ff. de tutor.* notant Bar. *in l. 1. C. de ſum. Trinit. & fide Cathol.* Canoniſtæ communiter *in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit.* & per Ant. optimè *in c. quod Clericis col. fin. de foro compet.* hinc meritò in terminis Salic. *in l. bene à Zenone C. de quatrien. præſcrip.* firmauit, diſpoſitionem illam contra clericos allegari non poſſe, eſt bene verum, quod in præparatoriis iudiciorum magis communiter dixerunt Doctores, vt laicorum ſtatuta clericos comprehendat, ita vt ſi illi coram iudice ſeculari litem habere vellent tali ſtatuto ligentur vt per DD. *in d. c. quod Clericis.* Reſpectu verò bonorum feudalium, & hic erat caſus de quo tractabatur, agebat enim Monaſterium S. Mariæ de Caſaluce pro recuperatione feudi aduerſus perſonam, quæ illud poſſidebat ex conceſſione vnius ex dictis ſereniſſimis Regibus, & per Dominos Regentes Regiam Cancellariam in collaterali Conſilio, & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege fuit deciſum quod amplius de tali cauſa non loquatur, nec in ea procedatur, ſicque tentum, vt in bonis feudalibus etiam reſpectu Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum militet huius Pragmaticæ diſpoſitio, in quam ſententiam concurrerunt pariter omnes Domini Præſidentes de Regia Camera. Deciſionis principalis ratio fuit, quia Clericus ratione feudi Principi laico eſt ſubditus: *c. cæterum de iud. c. ex tranſmiſſa, & c. verum de foro compet.* & in his locis Canoniſtæ communiter. Si igitur dicebatur, Clericus ratione feudi Principi laico eſt ſubditus, ergo Pragmatica reſpectu bonorum feudalium bene illum comprehendit; hinc Hoſtienſ. Abb. & cæteri *in d. c. quod Clericis.* dixerunt, cauſas reales, & feudales ſecundum conſuetudines Terræ, & Regis Curiæ forè terminandas, ex quo ipſius Regis eſt cognitio, allegant tex. *in d. c. ex tranſmiſſa, & in d. c. verum*; ſed ſic eſt, argumentabatur, quod quando Clericus pro feudi recuperatione agere vult, non niſi coram feudi Domino comparere poteſt, ergo ſit locus huius Regiæ Sanctionis diſpoſitioni, quia eſt lex Regis domini directi, & Afflict. *in deciſ. 361.* latè concludit, quod ſi Rex aliquem poſt patratam rebellionem reſtituerit, etiam quoad bona quibuſuis perſonis alienata certè in reſtitutionem venirent, etiam bona in Eccleſiam diſtracta, ſi in feudum illa erant conceſſa, per tex. *in d. c. verum,* ea quidem ratione, quia Eccleſia ratione feudi Regi ſubdita erat, ſicque vt laicus reputabatur, qua quidem attenta ratione idem Affl. poſt Andr. *in conſtit. ea quæ ad decus in 4. notab.* affirmauit, poſſe Regem Prælatis qui Caſtra ab ipſo in feudum tenent percipere, vt ſub pœna priuationis feudi in illis mero imperio non vtantur, Vnde

OBS R

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 Pragmatica Sanctio edita Thori, de qua in hac deciſione eſt 4. *ſub titulo, de poſſeſſor. non turban.* illamque nullo pacto locum ſibi vendicare contra Eccleſiam pro bonorum allodialium recuperatione agentem, fertur hîc ſæpè ſepiùs per Regiam Cameram fuiſſe deciſum; Tu modò ad confirmationem adde, quod concluſio hæc apud Noſtrates omni tempore ſine controuerſia proceſſit, videantur quæſo Fab. de Anna *in conſ.*113. *num.*48. Camill. de Curt. *in ſuo diuerſor. par.*1. *cap.*16. *num.*69. *fol.*72. Scip. Rou. *in dicta prag.*4. *num.*11. & alij, quos retuli ſupra *in obſer. ad deciſ.*95. *num.*3. Ratio à D. Reg. noſtro aſſignatur, quia cum lex iſta municipalis, ſiue ſtatutum hoc ſit Principis ſecularis, Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas ligare non poteſt, nulla enim ei tributa eſt poteſtas aduerſus Eccleſiaſticas perſonas, & vt melius dicebat D. Reg. de Curt. *loco cit.* credibile non eſt, vt Rex ſic Catholicus, & pius voluerit in Pragmatica prædicta iura Eccleſiarum includere. Addit demum D. Reg. noſter, quod licèt verum ſit, vt ſtatutum laicorum Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas non comprehendat, attamen ſecus ait affirmandum, vbi ſtatutum aliquod emanaretur circa præparatoria iudiciorum, quia tunc dum Eccleſia, vel Eccleſiaſtica perſona coram iudice ſeculari litem ageret, tali ſtatuto ligaretur; Tu ad confirmationem dic hanc etiam eſſe communem omnium ſententiam, nimirum vt ſtatutum laicale proceſſus compilationem concernens, ſeu dans ordinem iudicio, ſeu inſtantiæ clericum coram Iudice ſeculari litigantem comprehendat, etenim ſic ſcripſerunt omnes *in l. cunctos populos C. de ſum. Trin. & fide Cathol.* & in Authen. caſſa, & irrita *C. de ſacro. eccl. & in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit.* Gaill. *pract. obſer. lib.*2. *obſer.*32. *num.*10. Mart. *de Iuriſdic. par.*4. *cent.*1. *caſu* 31. *fol.*74. *& cent.*2. *caſu* 160. *fol.*267. Minad. *deciſ.*4. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. lucenſ.*39. *num.*1. Duard. *in Bull. Cana fol.*589. *num.*14. de Graff. aliis omiſſis *de effect. cleric. effect.*2. *num.*145. *&* 147. qui omnes magis communiter, ſecus vno ore dixerunt in deciſoriis, nam cùm ſtatutum cauſæ deciſionem reſpiciat, Eccleſiam, & Eccleſiaſticam perſonam non comprehendit, provt fuit deciſum hic, nam dum Pragmatica Sanctione ſancitum eſſet, vt nemo litem mouere poſſit aduerſus eum, qui poſſidet rem cauſam habens à Sereniſſimis Regibus de Aragonia, cum poſtea dubitatum eſſet, an lex iſta clericos comprehendat negatiuè determinatum extitit in allodialibus tantum, quia ſecus in feudalibus, provt fuit deciſum hic per rationes, de quibus in hac deciſione.

2 Hinc aliàs ego in vna facti contingentia dicebam, Pragmaticam Sanctionem quæ eſt 6. §.4. *de litteris Cambij* clericos non comprehendere, ſicque vt iſti, non obſtante quod infra tempus inibi præſcriptum debitas proteſtationes non fecerint, poſſint habere regreſſum contra ſcribentem, nàm cum iſtæ ex receptiſſima omnium ſententia nunquam cenſeatur liberatus, niſi verè, & cum effectu fuerit ſoluta pecunia ei, cui ſolui per litteras fuit ordinatum vt per D. de Franch. *deciſ.*303. & alios plures, quos refert R. Rouit. *in prag.*1. *num.*2. *de litteris Cambij*, per tex. expreſſum *in l. ſi litterarum C. de ſolutio.* dum Pragmatica Sanctio hanc communem ſententiam reſtrinxit, ſic diſponens, vt acceptatis litteris à mercatore cui dirigebantur, vt poſſit haberi regreſſus contra ſcribentem, teneatur perſona, quæ illas præſentauit, & cui ſolutio erat facienda, infra quatuor dies elapſo termino ſolutionis promiſſæ ſe proteſtare &c. aliàs regreſſum contra ſcribentem, vt ſoluat, de cætero habere non poſſit, hæc ſanè determinatio cùm cauſæ deciſionem reſpiciat, clericos ligare non poteſt.

## ARGVMENTVM.

Succeſſor legitimus, quis dicatur in bonis dotalibus vxoris rebellis, an Filius, an verò Fiſcus, vel potius qui dotem dedit. Et cui in caſu mortis ſine filiis fuit promiſſa dotis reſtitutio. Filij rebellis an dicantur indigni, vel potius incapaces ſucceſſionis parentum. Princeps an poſſit de poteſtate ordinari ius adeundi alteri delatum ſcienter ab illo auferre, & de pluribus notabilibus.

## DECISIO CCXXXIII.

Ad ſucceſſionem bonorum dotalium Eleonoræ Caracciolæ vxoris cuiuſdam nobilis rebellis concurrebant Fiſcus, hæredes illius qui dotem dederat, & filij defunctæ, qui ſuperſtiterant, Fiſcus allegabat pro ſe diſpoſitionem *l. quiſquis* §.1. *C. ad l. iul. maieſt.* qua attenta, cum filij ſuccedere non poterant, ex quo filij rebellis, ipſe, ex eorum perſonis ſuccedere prætendebat, contradicebant hæredes dotantis, & dicebant quod cum in capitulis matrimonialibus extiterat expreſsè conuentum, quod in caſu mortis d. Eleonoræ ſine filiis, dos dotanti, eiuſque hæredibus reſtitui deberet, quia hic caſus euenerat, ſtante inhabilitate filiorum, ipſis omnino dos veniebat reſtituenda, filij autem hoc non negantes, vt defunctæ matri ſuccedere potuiſſent, tuebantur gratia Neapolitanis conceſſa, vt filij eorum, qui in vltima inuaſione fuerunt rebelles, in bonis dotalibus maternis burgenſaticis ſuccedere poſſent, vnde dubitari contigit, quiſnam iſtorum ad præfatam ſucceſſionem cõcurrentium iuſtius induerit arma. 1

Regia Camera omnium collitigantium iuribus pleniſſimè diſcuſſis, ſub die 7. Nouembris 1542. cenſuit, Fiſco, & filiis excluſis, bonorum dotalium ſucceſſionem, de qua agebatur, ad hæredes dotantis ſpectare. Ratio deciſionis reſpectu excluſionis Fiſci, ea fuit, quia filij ex quorum perſonis Fiſcus ſuccedere volebat per patris rebellionem ex diſpoſitione *l. quiſquis* §. 1. fuerunt effecti incapaces bonorum maternorum, ſicque illius hæreditas nunquam eis delata fuit, hæc incapacitas operabatur, vt filiis de medio ſublatis, ac ſi in re- 2

rum natura non fuiſſent, fieret locus ſucceſ-
ſioni ad fauorem aliorum agnatorum, quos
ius vocabat, id quod dicebatur ſatis benè
probari *in d. l. quiſquis* §. *vxores.* vbi Imper.
verba faciens de recuperatione dotis vxoris
rebellis,& donationis propter nuptias, diſpo-
nit,vt per mortem illius,non niſi donatio pro-
pter nuptias quæ veniebat filiis reſtituenda,
Fiſco quæratur, ſi enim dotes etiam Fiſco
erant acquirendæ dixiſſet vtique Imper. nec
ſolum ad donationem propter nuptias ſe re-
ſtrinxiſſet, & hoc procedere conſideratũ fuit,
ſiue rebellium filij in metallum damnatis
æquiparentur, qui ciuitatem, & libertatem
amiſerunt; *l. res C. de donat. inter vir. & vxor.
& l. intercedit ff. de condit. & demonſtr.* ſiue
deportatis, qui ſolam amiſerunt Ciuitatem:
*l. neque* §. 1. *ff. de teſtam. milit.* ſiue,& tandem
fratribus Minorum S. Franciſci, qui in altiſſi-
mâ paupertate conſtituti dicuntur; *clement.
Exiui de paradiſo, de verb. ſignif.* hi enim om-
nes dicuntur omninò incapaces,vt ſuccedere
non poſſint: Bar. *in l. cum pater.* §. *hæredita-
tem ff. de legat. 2. & latè in ſuo tract. minor.
lib. 1. in rubr. de hæredit. in teſtam. cap.* 1. Nec
fuit ratio aliqua habita de oppoſitione quæ
fiebat, nimirum quod cum hæredes dotantis
veniebant ex ſtipulatione inita, vt dos ei re-
ſtitueretur,vbi dotatæ mors ſine filiis contin-
geret, hic caſus non euenerat, quia mortua
erat cum filiis, & licèt incapacibus, ſaltem
eorum mors naturalis expectari debebat, &
quod interim Fiſcus bona illa poſſideret, ad
tex. *in l. ſtatius florus.* §. *cornelio felici ff. de iure
fiſci*; etenim reſponſum fuit quod quamuis
grauiſſima ſit quæſtio an mortis appellatione
veniat ciuilis, qua de re latè per DD. *in l.
gallus* §. *& quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.
in l. deo nobis C. de Epiſ. & cler. in c. reſcriptum
de reſcrip. in 6.* & alibi in *locis vulgatis*, tamen
ab omnibus receptum eſt,quod quando mors
ciuilis in omnibus, & per omnia eundem
habet effectum in hiis de quibus agitur ſicut
mors naturalis, tunc mortis appellatione ve-
nit etiam Ciuilis deportatio ita vt in caſu
propoſito dicebatur, quia reſpectu ſucceſſio-
nis bonorum d. Eleonoræ mors naturalis fi-
liorum expectanda non erat, cum ad illos bo-
na materna nullo pacto peruenire poterant;
per tex. *in d. l. quiſquis* §. 1. ergo neceſſariò
erant illa deferenda, hæredibus dotantis,qui
dotem ſibi reddi ſtipulatus fuit, vbi dotatæ
mors abſque filiis contigeret, aliàs dicere
oportebat, quod interim bona iſta vacantia
remanerent; id quod affirmari non poterat,
nec dicendum quod iſto interim poſſideret
fiſcus, tex. enim *in d.* §. *cornelio felici*, proce-
dit in caſu ſuo,nimirum vbi bona poſt grauati
mortem alicui reſtituenda penès eundem
grauatum reperirentur; ſed in caſu propoſito
dos Eleonoræ nullo tempore penes filios ex-
titerat; ergo.

Reſpectu verò excluſionis filiorum, deci- 5
ſio facta illam habuit rationem,quia quamuis
ex gratia Neapolitanis conceſſa filios rebel-
lium in bonis maternis ſuccedere non prohi-
beatur, tamen in caſu de quo agebatur eo
tempore, quo gratia hæc fuit conceſſa, Eleo-
nora mater defuncta iam reperiebatur;ſicque
dicebatur, quod aut Eleonoræ hæreditas,
priuſquam gratia concederetur, erat iam ab
hæredibus dotantis adita, & omne ceſſabat
dubium,quia cum per hæreditatis aditionem
dominium adeuntibus acquiratur, *l. cum hæ-
redes ff. de acquir. poſſeſ.* ius illud ſic acquiſitum
per gratiam ſuperuenientem ſimpliciter con-
ceſſam tolli non poterat, ad notata per gl. Bar.
Paul. Caſtrenſ. Aret. Alex. Imol. Iaſ. Soc. &
Ruin. *in d.* §. *& quid ſi tantum*, tùm quia re-
ſtitutio ad bona alienata non extenditur, Bar.
*in l. fin. C. de ſenten. paſ.* & omnes *in d.* §. *&
quid ſi tantum*,tùm etiam,quia in dubio Prin-
ceps ius alteri quæſitum tollere non videtur:
*l. 2.* §. *meritò*, *&* §. *quod à Principe ff. ne quid
in loco publ. l. ex facto in princ.* vbi Aret. *ff. de
vulgari, & pupil. ſubſt.* aut verò conſideraba-
tur, hæreditatem tempore ſuperuenientis
gratiæ non fuiſſe additam; ſed tantùm dela-
tam, & in hoc caſu, quamuis diuerſæ repe-
riantur Doctorum opiniones, nec deſunt,qui
dixerint, à Principe reſtitutum ius adeundi
hæreditatem aliis delatam poſſe recuperare,
inter quos Feder. de Sen. *conſ. 26.* tamen fre-
quentius contraria obtinuit ſententia, vt
conſtat ex dictis per Aret. & Imol. *in d.* §. *&
quid ſi tantùm*, per Hoſtien. & Io. Andr. *in c.
per venerabilem, qui filij ſint legit.* quorum ſen-
tentiam maximam rationem habere dictum
fuit; Princeps enim alteri gratiam faciens in
dubio ſine tertij præiudicio illam facere di-
citur. *cap. quamuis de reſcript.* ſicque diceba-
tur, in caſu propoſito præſumendum non
eſſe, quod noluerit Rex ius agnatis quæſi-
tum auferre; quod autem ius hæreditatis de-
latæ ſit ius in eſſe deductum ac formatum,& à
lege approbatum, ſatis dictum fuit dignoſci
poſſe, ex tex. *in l. cum in antiquioribus C. de
iure delib.* vbi eſt illud adeo potens, quod ad
hæredes etiam extraneos, infra annum ta-
men tranſmittitur;ad hoc enim vt ius adeun-
di agnatis delatum ab illis auferatur, & filio
incapaci, ex gratia Principis acquiratur, ne-
ceſſe eſt vt reſtitutione facta filio in ſpecie,
vel ſaltem in genere de agnatis facta ſit men-
tio, aliàs ius illud ab eis non auferretur; vi-
deantur Paul. de Caſtro *col. fin.* & Aret. *col.* 3.
*in d.* §. *& quid ſi tantùm.* Nec prædictis obſtat
tex. qui fortiſſimus dicebatur *in l. 1.* §. *fi-
lio qui mortis tempore ff. ad S.C. Tertullia.* quem
Aret. allegat *in l. ex facto* §. *Iulianus col. 1. ff. de*

*vulgari*

Digitized by Google

*vulgari, & in l. ſi quis mihi bona §. ſi ſeruus ff. de acq. hæred.* vbi habetur, quod ſi hæreditas eſt delata filio, qui antequam illam adiret ſeruus pœnæ fuit effectus, hic ſi reſtituatur, ius illud recuperat, ſicque videtur per illum tex. quod per reſtitutionem ſimpliciter factam ius tertio, quæſitum tollatur, reſpondetur enim in eo tex. ſciuiſſe Principem ius alteri fuiſſe delatum, ac ideo ſi gratia non fuit ſubreptitia, potuit Princeps de poteſtate ordinaria ius delatum non aditum ſcienter ab illo auferre. Secundò reſpondetur in eo tex. ius adeundi filio delatum fuiſſe demum Fiſco quæſitum, iuxta notat. per Aret. *in d. l. ſi quis mihi §. ſeruus ff. de acq. hæred.* ideo ſi Princeps poſtea illum reſtituit, reſtitutus recuperabit bona illa, quæ non alteri, ſed Fiſco fuerant quæſita; in caſu autem de quo agebatur omnis ceſſabat difficultas, quia filiis Eleonoræ, qui ex gratia generali ſuperueniente ſuccedere volebant, ius adeundi nunquam fuit delatum, quia priuſquam mater eorum moreretur, incapaces propter patris rebellionem erant effecti, ergo.

## OBSERVATIO.

1 QVi Fiſci partes in hac cauſa tutatus fuit, fas ſit mihi dicere, quod in ſua vana prætenſione, iuris terminos ignorabat, quandoquidem, vt Fiſco deferri poſſint bona, in quibus filij illius, qui priuilegiatum crimen commiſit, ſuccedere prohibentur, opus eſt demonſtrare quod ſint illi ſucceſſionis indigni, ſecus autem, ſi incapaces provt hic; etenim notum ſatis eſt diſcrimen, quod conſtituitur inter incapacem, & indignum, quando enim quis eſt incapax, & ſic inhabilis ad ſuccedendum, tunc nullo iure cautum eſſe comperimus, vt Fiſcus ſuccedere poſſit, benè tamen quando quis eſt indignus, quia tunc verè hic dicitur ſuccedere; ſed Fiſcus in pœnam delicti aufert ab eo, tanquam ab indigno; videatur Iaſ. qui diſcrimen hoc bene declarat *in l. hæreditas num.* 10. *C. de his quibus vt indig.* poſt Bal. *ibidem*, Salyc. & omnes; quando quis in læſæ Maieſtatis crimen incidit lex ſtatuit vt filij huius delinquentis à materna vel auita ac omnium proximorum hæreditate & ſucceſſione ſint alieni, & ex teſtamentis extraneorum nihil capiant, ſicque ad ſuccedendum ſunt prorſus incapaces, & inhabiles, ſi tales, dùm lex non ſtatuit, vt eo caſu Fiſcus capiat, conſequens eſt dicere, vt hæreditas deferatur cæteris ab inteſtato venientibus qui ſuccederent, quando filij, vel nepotes defunctæ perſonæ non ſuperſtitiſſent, ex quo verè lex vult, vt pro alienis habeantur, & ſic, ac ſi in mundo non extarent, idemque dixerunt Doctores, quando deportatus eſſet ab aliquo hæres inſtitutus, hic enim quia ſucceſſionis dicitur incapax, Fiſcus ſuccedere prohibetur; ſed defertur ſucceſſio venientibus ab inteſtato; in aliis verò criminibus, & propriè quando quis occidit eum, cui ab inteſtato vel ex teſtamento erat ſucceſſurus, tunc quia ſuccedere non impeditur, in pœnam tamen patrati facinoris, ſtatim Fiſcus omnia illa bona in quibus delinquens ille ſucceſſit, aufert ab eo, vt ab indigno, ita poſt antiquos, & recentiores materiam hanc ſatis benè, & eleganter enucleant Domini Regentes de Ponte, & Rouit. ille *in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 8. §. 9. iſte *in conſ.* 11. & 12. *lib.* 2. qui ambo aduertunt hæc omnia, quæ de indigno diximus, bene procedere in ſucceſſione bonorum allodialium; ſecus verò ſi de feudi ſucceſſione ageretur, fac enim vt quis occidat patrem vel fratrem feudatarios, quibus omnino erat in feudo ſucceſſurus, certè hic non dicetur indignus, provt iudicatur ſi eſſet ſucceſſurus in bonis allodialibus; ſed prorſus incapax, quod facit, vt ſequens in gradu ſit ad feudi ſucceſſionem admittendus, non autem Fiſcus, & hic eſt tex. *in c.* 1. *an ille qui interf. fratrem Domini ſui*, & clarius *in c.* 1. §. *denique, quæ fuit prim. cauſ. benef. amittendi.*

Quantùm verò attinet ad concluſionem illam hic tentam, vt poſſit Princeps de poteſtate ordinaria ius adeundi alteri delatum ſcienter ab illo auferre; ad confirmationem vide quæ dixi *lib.* 2. *mear. reſol. cap.* 46. *per totum*, ſignanter *n.* 24. vbi in materia legitimationis demonſtraui, quod quando hæreditas non eſt adita; ſed tantùm ius ſuccedendi delatum, tunc poterit Princeps, etiam in præiudicium venientium ab inteſtato filios naturales legitimare, vt patri eorum naturalia ſuccedere poſſint. Ratio aſſignatur, quia cùm ius illud adeundi ſit merè de iure ciuili, *l. lege obuenire ff. de verb. ſignif.* poteſt Princeps ad ſui libitum illud tollere, ſecus verò ſi venientes ab inteſtato hæreditatem adiuerunt, hoc enim caſu, quia dominium dicitur perfectè in ſucceſſorem tranſlatum; nullo pacto poterit Princeps in præiudicium venientium ab inteſtato defuncti filios naturales legitimare; ſic ſanè ex ſententia Bal. Paul. Caſtrenſ. & Salyc. diſtinguit, & bene Alex. *in l. gallus §. & quid ſi tantum num.* 26. & 27. *ff. de liber. & poſthum.* & ibidem Iaſ. *num.* 122. *verſ. ſi autem hæreditas* Franc. Aret. *caſu num.* 26. *verſ. ſed dubitatur*, Socc. *num.* 23. Crot. *num.* 131. Rip. *in l. ex facto §. ſi quis rogatus num.* 45. *ff. de S.C. Trebell.* Boër. *deciſ.* 122. *num.* 8. Reg. de Ponte. *conſ.* 152. *num.* 6. 7. & 8. *lib.* 2. Marta. *in ſumma ſucceſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 4. *art.* 4. *in appendic, num.* 37. *fol.* 91. & Alphonſ. Midit. cæteris omiſſis, *in §. Principum placita, dubitat.* 223. *num.* 4. *verſ. ſecus in his quæ ſunt.*

## ARGVMENTVM.

Moneta vt bona dicatur, quæ requirantur, quàve pœnâ plectendus tradens pecuniam non iuſti ponderis expendendam. Libris eorum, qui à publico ad collectas, & gabellas exigendas ſunt deputati, an ſit credendum. Depoſitio Clerici coram Iudice ſeculari abſque ſui Superioris licentia, an ſit ipſo iure nulla. Clericus qui vti teſtis coram Iudice ſeculari depoſuit, an ad melius veritatem eruendam torqueri poſſit, & de aliis notabilibus.

DECISIO

Digitized by Google

## DECISIO CCXXXIV.

1 INQVIREBATVR ſpecialis Aloïſius Ram Comes S. Agatę, quod cum eſſet magiſter Regiæ Siclæ pecuniam non iuſti ponderis conſignauerat Coſmo Pinello, qui argentum ſuum ad cudendum tradiderat, fuit dubitatum in Collaterali Conſ. Regia Camera referente, quodnam delictum Comes commiſerat, & quâ pœnâ puniendus; dicebatur enim ſine controuerſia procedere, quod ad hoc vt pecunia ſit bona tria copulatiuè requiruntur, Primò forma; ſcilicèt illius Principis, qui cudendi dat poteſtatem. Secundò materia, ſcilicèt aurum purum, vel argentum, vel æs. Tertiò quod ſit iuſti ponderis; notant Lucas de Pen. *in rubr.* & Io. de Plat. *in l.* 1. *C. de veteris numiſmatis poteſtate lib.* 11. Innocent. & Ant. de Butr. *in cap. quanto de iureiur.* in tantùm dicit Io. de Plat. poſt Andr. in Barulo, quod ſi in vno ex ſupradictis deficeret, in totum eſt reprobata, ſicque dicetur falſa moneta, quæ iuſtum pondus à ſuperiore determinatum non habet; vnde illi, qui ad hoc ſunt deputati debent benè aduertere, & decernere, quæ ſit moneta iuſti ponderis, vt eſt tex. & ibi hoc notat Io. de Plat. *in lib.* 2. *C. de ponderatoribus, & auri illatione lib.* 10. & Bar. *in l.* 1. *eod. tit.*

2 Hoc præſuppoſito fuit conſideratum affirmari non poſſe Comitem falſam fabricaſſe monetam, quia ipſe non fabricauit, nec fabricare fecit, vt mortis pœna puniretur, ad tex. *in l.* 2. *C. de falſa monet.* quare videbatur etiam illâ pœnâ teneri, quâ falſam expendens monetam puniretur, vt ſi perſonam non oſtenderit, à qua falſam monetam habuit ſi ſcienter plumbeam pro argentea expenderit, teneatur lege Cornelia de falſis: *l. lege Cornelia in princ. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* ſi verò alios nummos ære contaminatos, vel in pondere deficientes, extraordinaria; Bar. *in d. l. lege Cornelia*, Hoſtienſ. Io. Andr. Aret. de Butr. Abb. & reliqui *in d. cap. quanto*; ſed hæc dicebatur, ad caſum propoſitum non applicari, quia iura allegata non loquuntur de illis perſonis, quæ ad officium cudendi monetam ſunt deputatæ, quod ſecus erat in Comite, qui magiſter erat Regiæ Siclæ, & vti talis onus habebat, vt moneta argentea expenderetur, quæ iuſti ponderis eſſet; proinde conſiderabatur, an Comes vti Magiſter Siclæ teneretur vt ille, qui falſum commiſit, ad tex. *in d. l. lege Cornelia* §. 1. ibi *cum prohibere tale quid poſſet non prohibuit. &c.* Sed pro illius parte dicebatur, quod de pœna aliqua imponenda tractari non poterat, cum Fiſcus non erat in probatis, quia ex duobus teſtibus examinatis, alter erat ſacerdos Don Antonius nuncupatus, qui in hac cauſa criminali nullam poterat facere fidem, ex quo ſine ſui Prælati licentia depoſuit, nàm quicquid dixerit Abb. *in cap. cum nuncius de teſtibus*, pro indubitato dicebatur, quod in criminalibus depoſitio clerici abſque ſui ſuperioris licentia, eſt ipſo iure nulla, per tex. *in c. teſtimonium vbi gl.* 11. *quaſt.* 1. & quod clericus nullo pacto contra laicum deponere poſſit, quando ſanguinis pœna veniret infligenda, dixerunt Abb. Aret. & Felyn. *in c. de cætero, & extra de teſtibus*: & licèt pro parte Regij Fiſci allegabatur, quod quando depoſitio iſtius teſtis eſſet dubia, quia cõueniebat cum libro, quem tenebat in R. Sicla, debebat ſtari libro ſuo, ad notata per Bar. & Ang. *in l. quædam* §. *nummularios ff. de edendo*, vbi dicunt, credendum eſſe libris eorum, qui à publico ad gabellas, & collectas exigendum ſunt deputati; tamen reſponſum fuit, quid Fran. de Aret. *in c. cum cauſam col.* 4. *&* 5. *de probat.* vbi latè examinat articulum, contrarium, & melius firmauit, per tex. vbi eſt caſus, iuncta gl. *in l.* 2. *C. de conuen. Fiſci debit. lib.* 10. quem ibi benè declarat Io. de Plat. ad idem eſt tex. *in l.* 2. §. *fin. C. de quatrienn. præſcript.* vbi Aret. duos conſiderat caſus, nimirum aut quis à publico eſt deputatus ad ſcribendũ, & tunc licèt non ſit perſona publica, tamen libris ſuis præſtatur fides; & de hoc latè per Io. Andr. *in addit. ad ſpec. in tit. de inſtrum. edit.* §. *nunc videndum, in addit. magna, verſ. ſecundum ſupplementum.* & eſt caſus *in l. argentarius in princ. ff. de edendo*; ſed hîc non erat caſus applicabilis ad cauſam; aut verò quis expreſse ad ſcribendum non eſt deputatus; ſec ſcriptura, ſeu liber venit in conſequentiam, vt puta quis eſt à publico ad aliquam adminiſtrationem deputatus, & tunc quia ex natura adminiſtrationis librum conficere tenetur, & in hoc caſu dicit Aret. quod iſtorum libris fides non præſtatur, hic teſtis, dicebatur, quod non erat deputatus ad ſcribendum; ſed ad ponderandum carolenos, & ſcutos, ergo; & quando quis contenderet, Bar. & Ang. ſententiam *in d.* §. *nummularius* veram eſſe, ea nullo pacto procederet, quando in his libris eſſet aliquid in fauorem ſcribentis, vt eſt caſus *in l. fin.* vbi gl. Io. de Plat. & omnes *c. de conuenien. Fiſci debit. lib.* 10. fuit pariter conſideratum quod ex iſta falſitate nihil commodi inferebatur Comiti, & nullum, aut parum damni aliis, & cum Comes alia Regia officia exercuiſſet, nunquam talia, vel ſimilia eum commiſiſſe compertum fuit, ad tex. *in l. cum omnes* §. *à Barbaris ff. de re milit.*

Nec pariter admittenda alia Fiſci prætenſio nimirum quod Comes aliud commiſerat crimen, quia cum per D. Don Antonium, qui contra eum depoſuit, fuiſſet ei conſignata pecunia in ſacculo, ſuo ſigno ſignata, Comes ipſe ſigillum amouere & monetam expendere fecit 3



Digitized by Google

cit, & per hoc prætendebatur falſi crimen commiſiſſe, ad tradita per Hypol. de Marſig. *in l.1. §. quis à rationibus ff. ad leg. Cornel. de falſ.* facit tex.& quod ibi notat Aret. *in l.1.§.ſi pecunia ff. depo.* vbi ſi pecunia eſt penes aliquem in ſacculo ſigillato depoſita, non poterit ex quacumque cauſa, etiam iuſta per depoſitarium propria authoritate reſignari niſi coram Iudice,vel aliis honeſtis perſonis,idemque Innocent. *in c. fin. de eo quod met. cauſa*, vbi dicit quod dolus præſumitur contra illum, qui ſacculum ſignatum recepit,& apertum reſtituit, ita vt poſſit Dominus contra illum in litem iurare, ſequitur Bar. & Iaſ. *in l. in actionibus ff.de in litem iur.* etenim dictum fuit hæc procedere, quando cum ſacculo ſignato eſt ſubtracta pecunia; ſed in caſu de quo agebatur, indubitatum erat,quod in ſacculo erat tota pecunia; ſed tantùm dicebatur, quod erat reproba, ergo; & licèt motiuabatur, quod contra hunc teſtem ad melius veritatem eruendam poterat ad torturam procedi; tamen dictum fuit quod cum eſſet clericus,torqueri non poterat, adhuc ſi ſufficientia indicia contra eum adeſſent, niſi de aliis delictis eſſet infamatus, Iuxta Abb.antiqui ſententiam, quam ſequitur Io. Andr. *in c. cum in contemplatione ante num.4. extra de regul. iuris*, Io. de Anania *in cap.1. col.8. de clerico percuſ.* & Aret. *in cap. tertio loco, de probat.* quo verò ad alium teſtem contra Comitem productum, dictum fuit, quod ille torqueri non poterat vt principalis, quia inquiſitus non erat vti teſtis, nullo modo, hoc enim in homine libero quantumcumque vili prohibetur, niſi in tribus caſibus, puta quando vacillaret,vel quando per alios teſtes de mendacio eſſet conuictus;puta ſi dixiſſet, quod in negotio, de quo agitur, non interfuit, & tamen per alios teſtes eſt conuictus,quod interfuit; quare cauſa in Collaterali Conſ. relata, & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege, quatuor Præſidentes Regiæ Cameræ inter quos Dominus iſte Regens, D. Hieronymus Albertinus, & D.Franciſcus Ant. Villanus fuerunt voti, quod Comes abſoluatur, D. Bartholomeus, Camerarius conſeruator Patrimonij fuit voti, quod Comes ab officio ſuſpendatur D. Reg.Io.Martialis fuit voti quod abſoluatur, verum ſi Domino Proregi videretur, vt ab officio ſuſpenderetur hoc fieri poſſe; D.Reg.Hieronymus de Colle fuit voti, quod officium vẽdatur in beneficium tamen Comitis,& quod ipſe amplius illud non exerceret, D.Reg.Ciccus Loffredus, fuit voti Comitem condemnari non poſſe, verùm quod pro aliqua demonſtratione per aliquod tempus officium non exerceret; D.autem Prorex maiorem partem Dominorum Iudicantium inſequens quoad abſolutionem, mandauit, quod liberetur Comes ſub fideiuſſoria cautione, ſicque eſſe illum ad officium reſtituendum, verùm quod per dies quindecim non exerceret officium, & quod interim reformaretur Sicla, ſi in aliquo erat reformanda, & ita fuit decretum publicatum.

---

## OBSERVATIO.

1 CVm D. Reg. noſtro in illa Concluſione quod in criminalibus depoſitio Clerici coram iudice ſeculari abſque ſui ſuperioris licentia ſit ipſo iure nulla, per tex. *in c. teſtimonium* vbi gloſ. 11. *q.1.* & quod Clericus contra laicum nullo pacto deponere poſſit, quando ſanguinis pœna veniret infligenda, conueniunt Pariſius *conſ.83.num.35.lib.1.* Maſcar. *de probat. concl.306. num.6.* Mart. *de iuriſdic. par.4.caſu 128. num.1.* Bellet. *diſquiſit.clerical. par.1.in tit.de clerico teſte §.2. in princ.* & Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effect.10. per totum*, quos omnes citat & ſequitur Auguſt. Barboſ. *in collec. ad dictum c.teſtimonium num.1.* vbi ſubdit, quod quando admittuntur clerici ad teſtificandum contra laicum coram Iudice ſeculari, id eſt intelligendum cum licentia Epiſcopi, & ſuperioris, excepto ſi peſtis tempus ſe offerret, quia tunc prælati licentia propter imminens periculum non requireretur ſecundum Rip. *in tract.de peſte,rubr. de priuileg.iudic. cauſ.poſt.num.45.* & Farinac. *in prax. crim.par.2.quæſt.61.num.85.* formam autem dandi licentiam per Epiſcopum Clerico, vt deponat coram Iudice ſeculari, poſt Bellett. *loco cit.ſub num.5.* ponit idem Barboſ. *in d. c. teſtimonium num.3.* vbi *num. ſeq.* notabiliter addit, quod ſi de facto Clericus abſque licentia ſui Prælati teſtimonium perhiberet coram iudice ſeculari in cauſa ciuili,valebit huiuſmodi depoſitio, licèt malè fecerit: citat Abb. *in cap.1. numer.17. de iura calum. & in c.cum nuncius num.3.* vbi etiam Felin. *de teſtibus.* Aret. *conſ.160. verſ.venio ad octauum.* Rola. *conſ.24.num.77.lib.1.* & Bellettus *loco cit. num.3.*

2 Ad aliud autem quod tangit hìc D.Reg. nimirum an credendum ſit libris eorum qui à publico ad collectas, & gabellas exigendas ſunt deputati, quando caſus contigit, vltra DD. hìc citatos, vide Bertach. *de gabellis par.4.princip. num.2.* Socc. *conſ.208.num.2. vol.2.* Dec. *in c.cum cauſam num.7. de probat.* Curt. *in l.admonendi num.113.ff.de iureiur.* Maſcar. *de probatio. concluſ.976. numer.39.* & Nicol. Genua. *in tract. de ſcript. priuat. lib.4. tit. de libris rationum Gabellarij fol. mihi 228.*

3 Circa verò aliud dubium hìc tactum,an Clericus, qui vti teſtis coram Iudice ſeculari depoſuit,poſſit ad melius veritatem eruendam torqueri, ad confirmationem quod torqueri non poſſit, adhuc ſi ſufficientia indicia contra ipſum adeſſent, ſicquè vt conſtaret falſum depoſuiſſe, ſed quod eo caſu ſit ad iudicem Eccleſiaſticum remittendus nec alitèr locum ſibi vendicare tex. *in l. nullum C. de teſtibus*, vide Affl. *deciſ. 230.* vbi Cæſar. Vrſill. *Cappell.Thol.deciſ.179.* Capyc. *deciſ.5.in fine.* Foller. *in conſt.de perſonis num.3.* Ripol. *var.reſol.tit.1.num.137.* Franch. *deciſ.417.* Anna *ſingul.135.* Graſſ. *de effect. cleric. effect.1. num. 1147.* Riccius *deciſ.81.p.4.* Squill. *tract. de Priuileg. Cleric. cap.7.n.110.* & P.Dian. *reſol. moral. tract.2.reſol.109.* quos omnes retuli Ego *lib.1.mear.reſol.cap.50. num.1.* vbi *num.ſeq.* hoc procedere dixi adhuc ſi Clericus vti laicus depoſuerit, ſic in habitu ſeculari incidens cum declaratione tamen de qua ibi.



Digitized by Google

*ARGVMENTVM.*

Iudex qui in aliquo actu, vti Iudex interuenit, an ſibi tanquam priuato in actu illo præiudicauerit. Notarius qui ſtipulatus eſt inſtrumentum venditionis rei ſibi obligatæ, an ſibi in ſua hypotheca præiudicium aliquod attulerit. Creditor, qui ſe ſubſcripſit inſtrumento venditionis rei ſibi hypothecatæ, nùm pignus ſuum remiſiſſe cenſeatur. Puella ſubſcribens capitula matrimonialia an cenſeatur approbare omnia in illis contenta, deſcripta, & declarata, & de aliis.

## DECISIO CCXXXV.

1 FVit dubitatum in Collaterali Conſ. an per decretum interpoſitum ab hoc ſupremo conſiſtorio ſuper venditionibus faciendis per hanc fideliſſimam ciuitatem introituum gabellæ vnius tornienſis pro rotulo, cenſeatur ſublatum & extinctum ius impoſitum ſuper dicta gabella annuorum ducatorum decem & octo millium pro reficiendis mæniis ciuitatis, & pro matunata, vel potius adhuc ſuperexiſtens, ita vt ſi introitus d. gabellæ non ſufficerent, cedat damno illorum qui ſuper dicta gabella introitus emerunt, ſicque vt à dicta matunata, & fortificatione excludantur.

2 Ratio dubitandi fuit, quia ius illud quod ex cauſa fortificationis, & matunatæ ſuper dicta gabella impoſitum erat, videbatur extinctum, quia ſolum fuit impoſitum per annos decem, & non vltra, quibus elapſis, quod ipſo iure, ipſoque facto cenſeretur extinctum, etſi demum per alios decem annos cum eiuſdem qualitatibus prorogatum; fuit pariter hoc tempus elapſum, & licèt tertia ſequuta fuerit prorogatio, hoc euenit non pro ſeruitio fortificationis, & matunatæ, ſed pro alia cauſa Ciuitatis, & Regiæ Curiæ ſeruitium concernente, & ex hoc dicebatur ius illud percipiendi annuos ducatos decem & octo mille ſuper dicta gabella pro fortificatione fuiſſe extinctum, & conſequenter, qui introitus ſuper illa emerant, ſecuri remanebant, quia erant creditores, & in tempore anteriores.

3 Pro huius dubij reſolutione fuit Primò inueſtigatum, an quando fit prorogatio alicuius diſpoſitionis, eadem prima remaneat diſpoſitio, vel potius cenſetur noua, qua in re ex iuribus, & Doctoribus modò citandis ſic materia diſtinguitur, vt ſi prorogatio fit, Prima completa diſpoſitione, & tunc ſine dubio noua erit diſpoſitio, ſi verò ſequeretur prorogatio durante adhuc tempore primæ diſpoſitionis, & ſimpliciter per verbum *prorogamus*, & non erit noua diſpoſitio; ſed prima, niſi verba prorogationis aliud importarent, ad quod fuerunt allegata tria iura, nimirum *in l. ſed ſi manente ff. de precario*, *in l. cum dies ff. de arbitr. & in l.* 4. vbi Bar. Roma. & Alex. *ff. de dam. infec.* Bal. *in l. ſi à te C. de pac. inter empt. & vendit.* & Angel. *in l. quod dicitur §. miles ff. de teſtam. milit.* ſed quia poſtrema hæc prorogatio non fuit producta, nihil ſuper hoc dubio fuit reſolutum; præſuppoſito autem, quod fuiſſet ſimplex prorogatio, & non per verba nouum inducentia contractum fuit dubitatum, an per decretum Interpoſitum ab Illuſtriſſimo Prorege, & Collaterali Conſ. ſuper validitate prorogationis gabellæ cenſeretur remiſſum ius, quod Regiæ Curiæ competebat conſequendi dictos annuos ducatos decem & octo mille pro fortificatione huius Ciuitatis, ſicque vt ex hac decreti interpoſitione diceretur, Regiam Curiam ſibi præiudicaſſe, ad tex. *in l. ſicut. 5. ſi voluntate ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſol.* & per Bar. *in l. quæ dotis ff. ſolu. matrim.* & in hoc dictum fuit nullo pacto D. Proregem Regiæ Curiæ præiudicaſſe, quia cum gabella ab Vniuerſitate abſque Principis ſeu eius locum tenentis permiſſu imponi nõ poſſit, vt ſunt iura *in l. 1. 2. & 3. C. de noua vectigal. Impoſit.* conſequenter D. Prorex vti miniſter D. noſtri Regis interponendo decretum ſuper validitate impoſitionis nouæ gabellæ, vel illius prorogationis non potuit iuribus Regiæ Curiæ, nec etiam ſuis, ſi quæ habebat, præiudicare, cum hoc omne vt Iudex fecerit; ita Innocent. *in c. inter dilectos col. 2. verſ. inter alios de fide inſtr.* eſt bonus tex. *in l. Caius ſeius ff. de pignor. actio.* vbi ſi aliquis vt teſtis teſtamento ſe ſubſcribit, teſtamentum approbare non cenſetur, tex. optimus *in l. Titia §. Lucia Titia ff. de leg. 2.* vbi Bar. *in ſummario, dicit* qui eſt adhibitus actui, vt teſtis, iuri ſuo non præiudicet, & idem Bar. *in d. l. ſicut. § non videtur ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſol.* addit quod ſubſcriptio, quam quis facit, vt Notarius, ſibi non præiudicat, ſi igitur, dicebatur, interuentum Iudicis, teſtis, Notarij, vel alterius officialis in re propria ſibi non præiudicat, quantò minus iuribus alterius; Regis nimirum in caſu propoſito. Nec obſtare dictum fuit tex. *in d. l. ſicut §. voluntate*, quia loquitur, quando creditor rei ſibi obligatæ venditioni conſentit, vel ſe vt principalis, & priuatus ſe ſubſcribit, vt *in d. §. non videtur.* Vnde

OBSER

## OBSERVATIO.

1 DOminus Regens pro reſolutione propoſitæ quęſtionis, illam firmat iuris Concluſionem, nimirum quod quando quis in aliquo actu interuenit vti Iudex vel tanquam teſtis, vel & tandem vti notarius, hic interuentus in re propria nullum affert præiudicium, quod alios inferretur, ſi iſtorum quilibet vti priuata perſona in actu illo interueniſſet; primum exemplum ponitur in hac deciſione quando quis vti Iudex interponit decretum, cum nulli officium ſuum debeat eſſe damnoſum, prout in terminis loquebatur Innocentius hîc à D.Reg. allegatus *in c.inter dilectos intra num.3.verſ.ſed nonnè ſciebat, de fide inſtrum.* cuius dictis motus, aliàs ego reſpondi, quod ſi quis eſſet Iudex ordinarius puta Ciuitatis Capuæ, in qua bona omnia alicuius ciuis eſſent ei obligata, ſi creditor alter communis debitoris coram iudice illo compareret, & actionem exercendo realem ſuper corpore vtrique obligato obtineret, non per hoc Iudici, qui ſententiam protulit, aliquod fuit illatum præiudicium, vt ſic non poſſit ſuper eodem Corpore de iuribus ſuis experiri.

2 Et in Notario qui ſtipulatus eſt inſtrumentum venditionis rei ſibi hypothecatæ, quod non per hoc ſibi in ſua hypotheca præiudicauit, dixerunt Bar. *in l.ſicut §.non videtur, vbi eſt materia ff.quibus mod.pign. vel hypoth. ſolu.* Bal. *in l.ſi pater C.de fideiuſſor.* Corne. *conſ.208.col.2.lib.4.* Gortifred. *in d. §.non videtur*, & Gaſp. Ant. Theſ. *quæſt.forenſ.lib.3. quæſt.31. num.10.* vbi ſic per illum Senatum deciſum refert, & *num. antecedenti* ex Gabr. *comm. concluſ. lib.3. tit.de rer. alien. concl.2.* regulam conſtituit generalem, quod adminiſtrator rerum alienarum, alienationi conſentiens, in re propria ſibi non præiudicat, & faciunt dicta per Surd. *deciſ.302. per totam*, & per Molfeſ. *tom.2. ad conſuet. Neap. par.8.quæſt.3.n.8.& 9.* poſt Neguſ. *tract. de pign.in 3.memb.6. par.princip.n.23.* & D.de Franch. *deciſ.101.num.10.*

3 Hac ſumpta occaſione, volo vt in hac materia omnino aduertatur vnum ſatis neceſſarium, nimirum, quod licèt tex. *in d.§.non videtur*, expreſsè diſponat, creditorem, qui ſe ſubſcripſit inſtrumento venditionis rei ſibi obligatæ, pignus ſuum remiſiſſe videri, hoc tamen intelligendum, vt ipſemet iureconſultus declaret, niſi manifeſtè deceptus ſit, hinc Bal. *in l.fin. C.plus vale.* quod agitur Ang. & Iaſ. *in l.ſi ita ſtipulatus 26. §.chriſogonus ff.de verb.oblig.* Socc. *regul.36. litt.S*, & alij dicebant nullius roboris eſſe ſubſcriptionem illius, qui ſe inſtrumento ſubſcribens non vidit prius, neque legit, quæ in ſcriptura illa continebantur, prout propriè contingere ſolet puellis, quæ à parentibus, vel fratribus in matrimonium collocantur, eas enim, apud timoratæ conſcientiæ viros dubitari non poteſt, quæ ſcripta ſunt in capitulis matrimonialibus, quibus ſe ſubſcripſerunt, haud legiſſe, ſed tantùm illis ſe ſubſcripſiſſe, patribus, vel fratribus ſic mandantibus, & ſi dices contra ſubſcribentes præſumptionem eſſe, vt quæ in inſtrumento ſubſcripto continebantur, legerit, & agnouerit, ita vt ipſi alleganti, quæ ſubſcripſit non legiſſe, onus probandi incumbat, vt Bar. Paul. de Caſtro. Alex. Iaſ. & aliorum authoritate probat Maſcar. *de probat.concluſ. 1347.num.19. cum ſeqq.* reſpondetur præſumptionem hanc ceſſare prorſus, quoties qui ſubſcripſit de illo, cuius mandato fuit facta ſubſcriptio, maxime confidit, prout contingere ſolet inter vnanimes ſocios, aut inter patrem, & filium, tunc enim præcedet præſumptio contraria, nimirum vt ſubſcribens nullatenus viderit, neque legerit ſcripturam illam, quam ſubſcripſit, ita perbelle Andr. Alciat. *in d. §. chryſogonus num.11.* Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt. 66. num.31.verſ.altera eſt coniectura* & Maſcar. *cit.concluſ.1347. num.23.*

Dicebam plus in vna facti contingentia, quid ſi in facto conſtaret, puellam fuiſſe conſciam omnium contentorum in capitulis matrimonialibus, quia ex illis inibi deſcriptis, aliqua pro ſe faciebant, aliqua contra, dum generaliter ſe ſubſcripſit, ſi Bar. & aliis credendū eſt, nullo pacto affirmari poteſt ſubſcripſiſſe ea, quæ ſibi præiudicialia erant; ſed tantùm quæ pro ſe faciebant, videatur Bar. quem notanter citat, & ſequitur Paul. de Caſtro *conſ.12.num.12.lib.3.* quo loci hæc notabilia profert verba. *Et ad prædicta fuit determinatio Bar. in l.diuus §. item ſenatus ff. de falſis, qui dicit, quod generalis ſubſcriptio non nocet ſubſcribenti, quando inſtrumentum continet aliqua pro ſe, aliqua contra ſe, ſed requiritur ſpecialis ſubſcriptio, & mentio de his, quæ faciunt contra ſe &c.* idemque Socc. *in ſuperius allegata regula 36. litt.S*, quo loci regulam firmans, vt qui ſe inſtrumento ſubſcribit, videatur approbare ea omnia, quæ in illa ſcriptura continentur, *in 3. fallentia* ſic loquitur; *Tertiò fallit quando in inſtrumento ſunt plura, quæ partim concernunt fauorem ſubſcribentis, & partim damnum ſuum, quia tunc non videtur approbare ea quæ ſunt damni.* 4

## ARGVMENTVM.

Princeps an publica ſuadente cauſa poſſit delinquentibus abſque Partis remiſſione indulgere, & gratiam facere. Proreges Regni Neapol. an ſtatim, quod Regnum ingrediuntur, iuriſdictionem quâ pollent in ſubditos exercere poſſint. Teſtes, vaſalli, & domeſtici an pro legitimis reputentur, ſi veritas aliunde haberi non poteſt.

## DECISIO CCXXXVI.

CRESCENTE in dies in hoc Regno facinoroſorum hominū copia, ad illos extinguendum Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis della Cuoua tunc Regis vices implens, generali edicto ſanciuit, vt quicumque foriudicatus ſiue pro quocumque patrato facinore contumax, qui alium foriudicatum, ſiue contumacem occideret, delicti ſui plenariam obtineret indulgentiam; hac generali lege fretus Mag. Camillus Pignatellus Illuſtriſſimi Marchionis Lauri filius, de quo ſupra, *in deciſ. 220.* cum inquiſitus, & contumax reperiretur pro homicidio commiſſo in perſonam filij Magnificæ Lauræ Monforte, vt hac potuiſſet gaudere indulgentia, quendam facinoroſum in Prouincia Calabrię occidit bannitum Sfor- 1



Digitized by Google

zium Ferrarama nuncupatum; vnde inſtabat declarari eſſe eum comprehenſum in edicto, ſicque pro ſuo delicto generali gaudere indulgentia; contradicebat prædicta Laura, pro viribus contendens, Camillum nullo pacto allegato indultu gaudere poſſe, ex infraſcriptis; & Primò, quia dictus Sforzia occiſus non erat talis vt occidi potuiſſet; Secũdò quia Camillus non probauit eum d. Sforziam occidiſſe; Tertiò quia D. Cardinalis generalem indulgentiam abſque Partis remiſſione concedere non poterat, & Quartò quia edictum ſiue bannum prædictum extiterat; demùm tempore quo fuit dictus Sforzia occiſus ab Illuſtriſſimo Duca de Alcala Vice-Rege in Ciuitate Caietæ reuocatum, quando ad Regnum gubernandum acceſſit; vnde dubitatum fuit quid iuris.

2 Diſcuſſiſque omnibus, & pleniſſimè in Collaterali Conſ. vbi interuenerunt pariter pro adiunctis Domini Regij Conſiliarij Caſtri Capuanæ, pro maiori parte votantium fuit deciſum d. Magnificũ Camillum poſſe, & debere gaudere indultu per dictum Bannum conceſſo, oppoſitis per dictam Lauram non obſtantibus, & quantùm ad primum fuit habitum pro indubitato d. Sforziam occidi potuiſſe, quia fuerat ille contumax, bannitus, & foriudicatus legitimè declaratus, quare oppoſitio hæc ceſſabat funditùs; ceſſabat, & altera nàm quod poſſit Princeps ex magna cauſa, quæ in edicto prædicto concurrebat criminoſo, abſque Partis remiſſione, quoad pœnam corporalem, quæ Fiſci, & Reipublicæ vindictam concernit indulgere, licèt ſecus quoad pœnam pecuniariam, vnanimi conſenſu dictum fuit firmaſſe And. *in d. cap. 1. in verb. & bona committentium col. 1. 2. & 3.* & ibidem Affl. *num. 122. in tit. quæ ſint regal.* Iaſ. poſt alios, quos allegat *in l. venit col. penul. & fin. C. de in ius voca.* Felyn. *in c. quæ in eccleſiarum col. 2. de conſtit.* quæ quidem concluſio ab omnibus votantibus fuit approbata & amplius dictũ quod licèt in hoc Regno Proreges rarò pœnas corporales delinquentibus abſque Partis remiſſione condonent, tamen ex cauſa magna hoc facere poſſunt, & aliquando fecerunt, & ita intellectam Conſtit. *pœna eorum.*

3 Quò verò ad alteram oppoſitionem, nimirum Camillum non probaſſe bannitum occidiſſe, dicebatur hoc in facto verum non eſſe, imò per plures teſtes contrarium conſtare, & licèt illi domeſtici, & vaſalli eſſent, tamen quia erat caſus, in quo actus ille per alios probari non poterat, ex quo in quodam nemore homicidium ſucceſſerat, dicebantur propterea legitimi, ad tex. *in l. conſent.* vbi DD. *C. de repud. & in l. quoties C. de naufrag. lib. 11.* eoque magis quia in banno diſponebatur vt occidi poſſent banniti quomodocumque, & qualitercumque, & ſic etiamſi per alios fuiſſent occiſi, mandato præcedente; vnde eſto millies nõ fuiſſe per teſtes probatum Camillum propriis manibus occidiſſe, tamen indubitatum erat ipſum banniti caput in Regia Prouinciali Audientia præſentaſſe, nec perſonam aliam comparuiſſe, quæ allegaret illum occidiſſe, ſicque neceſſariò præſumebatur à Camillo occiſus, ad tex. *in l. ciuile, & in l. inciuile C. de furt.* & quæ ibi notant Ang. & Imol. *col. fin.* Bar. *in l. ædiles ff. de via publ.* & Imol. *in l. fin. ff. de hæredibus inſtit.* vel ſaltem de eius mandato, dum de alio occiſo non conſtabat, quod ſat erat ex quo per bannum, vt ſupra fuit dictum, extiterat expreſsè diſpoſitum vt banniti omni meliori modo occidi poſſent, & ſic ſiue per ſe ſiue per alium, cum mandator, & mandatarius eandem inſequantur fortunam, ad tex *in l. non ideo minus* vbi latè Bal. *col. 4. & 5. C de accuſat.* Bar. *in l. ſed ſi vnius §. ſeruus meus ff. de iniur. quod an in ſtatutis procedat,* latè per eundem Bar. *in l. aut, qui aliter col. fin. ff. quod vi, aut clam, in l. hac verba ff. de adulter. & in d. §. ſeruus meus* & per Felyn. *in c. mulieres de ſenten. excom.* verum in propria materia quando ſtatutum loquitur de indulgentia, quod eo caſu, ſiue loquatur in perſonam, ſiue in rem, ſemper mandantem comprehendi, dixerunt Bal. *in l. omnes populi col. 8. ff. de iuſtit. & iur.* Alexand. *conſ. 65. col. 3. lib. 1.* & Iaſ. *in l. ſi quis id, quod ff. de iuriſd. omn. iudic.*

Tandem quoad aliam oppoſitionem, nimirum quod tempore, quo Camillus bannitum interemit, bannum erat à D. Duce de Alcala reuocatum, dictum fuit primo id contigiſſe in Ciuitate Caietæ, priuſquam officij poſſeſſionem adeptus fuiſſet, nam quamuis ex diſpoſitione tex. *in l. meminiſſe, & in l obſeruare §. fin. ff. de offic. proconſul.* videatur ſtatim, quod Officialis ingreſſus eſt Prouinciam, adminiſtrandi poteſtatem habere, tamen, vt ibi aduertit Bal. debeat prius iuramentum præſtare, quod apud nos contingit in hac Ciuitate ergo. Secundo Ducem bannum reuocaſſe mediantibus ſuis litteris priuatis Præſidi Prouinciæ directis, de quibus Camillus nullam poterat habere notitiam, & ſic verſabatur in iuſta facti ignorantia, quæ tolerabilis eſt: *l. fin. ff. pro ſocio,* vnde non fuit neque in dolo, neque in culpa, cum banni reuocatio nullibi appareret, merito &c. 4

OBSER

## OBSERVATIO.

1 CVm deciſis hîc in prima Concluſione, quod poſſit Princeps, magna concurrente cauſa delinquentibus abſque Partis offenſæ remiſſione indulgere, & gratiam facere conueniunt Caſſane. *ad conſuet. Burgund. tit. de iuſtitiis* §.5. *num.* 165. *verſ. in quantum tamen. fol. mihi* 266. & ex Noſtratibus Io. Ant. de Nigr. *in c. Reg.* quod incipit *miſericordiam. num.* 8. Io. Grandis, *de bello exul. in* 38. *ſpec. fol. mihi* 84. *in magnis*, Cara *in prag.* 1. *num.* 121. *de exulibus*, D.D. Sanfel. *deciſ.* 53. *num.* 36. & D. Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Pereg. tit.* 1. §. 4. *num.* 7. vbi tamen aduertit, quod quando iuſta cauſa concurrit, hæc omnia ſunt prohibita ſubdens quod per hoc in ſupremo Italico Senatu, in quo ipſe tunc temporis, vti vnus ex Regentibus interueniebat fuit reuocata quædam gratia à Prorege facta abſque Partis remiſſione, & allegat Io. Vinc. de Anna *in repet. c.* 1. *num.* 252. *de vaſſal. decrep. ætat.* & addit, quod in Regno ſpeciales M. C. habemus ritus, qui compoſitiones, & gratias fieri vetant, Partis remiſſione prius non præcedente, vt *in ritu* 272. 273. *&* 275. & licèt *in rit.* 274. diſponatur compoſitionem fieri poſſe ſaluo iure Partis, tamen dicit D. de Ponte ex ſententia Carauit. hoc eſſe correctum per *d. rit.* 272. vt nullo pacto compoſitio, aut gratia fieri poſſit ſaluo iure Partis, inuehens contra illos noſtros Proreges, qui abſque Partis remiſſione ad gratias faciendas proceſſerunt, nulla cauſa publica ſe offerente, vel fecerunt gratiam, dummodo inquiſitus infra tot annos, Partis remiſſionem procuret; ait enim D. de Pont. quod male fecerunt contra leges, contra ritus & contra publicum bonum, idemquè D. R. Rouit. *in prag.* 2. *num.* 3. *de Compoſitio.*

2 Ad confirmationem autem eorum quæ hîc affirmat D. Reg. vt noſtri Proreges nullam habeant iuriſdictionem in ingreſſu Regni, ſed tunc demùm, cum ad hanc Ciuitatem peruenerint & iuramentum de benè adminiſtrando præſtiterint, vide D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 393. & D. Reg. de Ponte *in cit. tract. de poteſt. Pereg. tit.* 7. §. 6. *num.* 15.

3 Circa verò aliam concluſionem hîc tentam, vt teſtes, pro legitimis habeantur, quamuis domeſtici & vaſſalli, quando aliunde veritas haberi non poteſt, ad Confirmationem pariter videndi ſunt Affl. *deciſ.* 304. *num.* 10. Ant. Gabr. *commun. concluſ. tit. de teſtibus concluſ.* 10. *num.* 34. Mantic. *de tacit. & ambig. tom.* 1. *lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 11. Grammat. *deciſ.* 34. *num.* 37. *in fine*, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 6. *caſu* 503. *num.* 5. Maſcar. *de probatio. concluſ.* 721. *num.* 1. & Ant. Fab. *diff.* 7. *in allegat. C. de teſtibus*, quos omnes ad hanc concluſionem probandam fuerunt à me relati *lib.* 2. *reſol. iuris cap.* 9. *num.* 8.

## *ARGVMENTVM.*

Paupertatis qualitas, quomodo conſideretur inter plures ad legatum conſequendum vocatos. Diſpoſitum in codicillis ſi refertur ad teſtamentum, an cenſeatur facta repetitio cum omnibus qualitatibus in teſtamento contentis. Legatum ſpeciale alicui factum an, & quando ſit prius ſoluendum, quàm generale & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCXXXVII.

DOM. Alphonſus Caracciolus Comes Brienzæ decori dominarum mulierum de familia proſpicere volens, vt illæ condigno nubere poſſent, teſtamento ſuo mandauit, vt ſingulis annis de introitibus ſuæ hæreditatis in arca conſeruanda intus hoſpitale Sanctiſſimæ Annunciatæ reponerentur ducati mille ad finem vt cumulatis demum ducatis tribus mille, hęc ſumma in augmentũ dotis traderetur illi mulieri de linea ipſius teſtatoris deſcendenti à quondam Iacobo Caracciolo Comite Brienzæ, quæ tunc nuptui traderetur, & erit nubilis ætatis, proximior, pauperior, & ætate maior; Verùm quod paupertas ſemper proximitati præferatur, & in defectu illarum de linea, quod eadem ſumma detur vni de familia Caracciola de quarterio ipſius Comitis, quæ ſit proximior, ſubdit demùm in codicillis, & diſpoſuit, quod in maritagio illarum dominarum mulierum lineæ ipſius teſtatoris, includatur vna ex filiabus Magnifici Nicolai de Summa neptis ipſius teſtatoris nubilis ætatis, iuxta formam teſtamenti; Teſtatore iam defuncto ad huius legati conſequutionem concurrebant Iſabella Caracciola, Diana Caracciola, & Cornelia de Summa filia dicti Nicolai; ſed ab omnibus Dominis iudicantibus fuit habitum pro indubitato, Iſabellam non poſſe cum iſtis aliis duabus concurrere, quia non erat de linea, quamuis de quarterio, quæ tunc demum eſt admittenda, ſi illæ de linea deficerent, nam quandiu ſupereſt aliqua de linea, illa quæ eſt de quarterio cenſetur excluſa, hoc enim eſt de iure, vt primo loco, ſiue primo gradu vocatus priore loco admittatur, cæteris 2. & 3. loco vocatis penitus excluſis, hîc eſt tex. *in l. hæredes mei.* §. *fin. ff. ad S.C. Trebel.* vnde cum ſupererant Diana, quæ erat de linea, & Cornelia quæ erat vocata inter illas de linea, ergo per iſtas veniebat omninò excludenda, nec in aliquo obſtabat, quod Iſabella erat pauperior dictis Diana, & Cornelia; quia opportuna eſt contentio hæc, cæteris paribus, nimirum inter illas de linea, vel inter illas de quarterio vt pauperior de linea diuitem, vel minus pauperem de eadem linea excludat, & ſimiliter pauperior de quarterio minus pauperem de eodem quarterio; At concurrentibus muliere de quarterio, & illa de linea, eo caſu paupertatis qualitas nullius erit momenti, quia ſemper illa de linea excludit illam de quarterio, quamuis pauperiorem.



Digitized by Google

2 Excluſa igitur Iſabella communi omnium dominorum iudicantium voto, tota controuerſia remanſit inter Dianam,& Corneliam; dicebat Diana illam vti pauperem forè præferendam, quia cum Cornelia aliud prætendere non poterat niſi hoc benef. gaudere ac ſi eſſet de linea,ex quo à Comite teſtatore ſic vocata erat, nimirum vt de ipſius linea reputaretur, eo caſu ex teſtamentaria diſpoſitione illa debet admitti, quæ pauperior eſt; Comes enim in ſuis codicillis vocans filiam Nicolai de Summa habuit relationem ad teſtamentum, cuius quidem relationis virtute dicebatur, quod omnia quæ erant in teſtamento diſpoſita, cenſebantur, & in codicillis cum omnibus qualitatibus ſuis repetita: *l. ſi ita ſcripſero*, vbi hoc notat Bar. & Soc. *ff. de condit. & demonſtrat.* Ang. & Aret. *in l. Titia.* §.1. *ff. de verb. obligat.*

3 Cæterùm per Sacrum Conſilium facta relatione in collaterali Conſilio interuenientibus ad votandum Dominis Regentibus Regiam Cancellariam, fuit deciſum Corneliam filiam Nicolai de Summa forè præferendam, his potiſſimum perpenſis, & Primò quia relatio illa de qua in codicillis non poterat dici facta omnium contentorum in teſtamento, ſignanter qualitatis paupertatis, verba enim Codicillorum dirigebâtur in perſonam dicti Nicolai, qui erat diues, & hoc teſtator ſciebat, vnde dicebatur quod verba à teſtatore prolata intelligi debebant ſecundum ſubiectam materiam,& ſecundum qualitatem perſonæ ad quam refertur,ad quod fuerunt allegata iura, *in l. plenum* §. *equitij ff. de vſu, & habit. in l. quibus diebus* §. *dominus.* vbi Bar. *ff. de condit. & demonſtrat. & in l. hæredibus* §. *fin.* vbi etiam Bar. *ff. ad S. C. Trebel.* Aret. *in rubr. extra de probat. col.* 2. ſemper enim quod qualitas ſequentis rei, non congruit illi rei nunquam illius qualitatis ſit repetitio, ita Bar. *in l. Seiæ.* §. *Caio. col.* 2. *ff. de fundo inſtruc.* Confirmabatur hoc ex notatis per Bar. & Aret. *in l. talis ſcriptura col.* 5. *ff. de legat.* 1. vbi dixerunt nunquam fieri repetitionem vbi diſpoſitio vitiaretur ad tex. *in l. ſeruo alieno* §. *ſi ab impubere ff. de legat.* 1. & ſatis benè per eundem Bar. *in l. cum ſeruus ff. de condit. inſtit.* in caſu de quo agebatur ſi dabatur repetitio paupertatis in perſonam filiæ dicti Nicolai, legatum vitiabatur, quia cum illa hoc requiſitum non concurrebat, vnde voluit ſolummodo teſtator repetere quantitatem ſiue ſummam legatam ducatorum trium millium & non aliud.

4 Tandem conſideratum fuit legatum factum vni ex filiabus Nicolai de Summa fuiſſe ſpeciale, quia ſemel tantùm debebatur, illud autem relictum mulieribus de familia, tam de linea, quàm de quarterio fuiſſe generale, & perpetuum,& ſucceſſiuè veniebat ſpeciale prius ſoluendum, imò dicebatur cenſeri illud à genere detractum, per regulam generi per ſpeciem *de regul. iur. in* 6. & eſt caſus expreſſus *in l. vxorem* §. *feliciſſimo ff. de leg.* 3. *l. ſeruis vrbanis* §. *fin. eod. tit. in l.* 1. *ff. de auro, & argen. leg. & in l.* 2. *ff. de vino trit. & oleo legat.* Bar. *in l. quæſitum* §. *fin. ff. de feudo inſtruc. & inſtr. legat.* & per hoc iuris fundamento remanebat deſtituta oppoſitio altera, quę fiebat, nimirum debere præferri mulieres de familia, quia in diſpoſitione illæ extiterunt prius vocatæ, ad tex. *in l. ſi quis ſeruum* §. *certam ff. de leg.* 2. hoc enim dictum fuit, non procedere quando vni legatur genus, & alteri ſpecies, quia tunc ſemper generi per ſpeciem derogatur, eſt tex. valde notabilis *in l. ſeruo ff. de pen. legat.* vbi hoc notat Bar. Vnde

---

## OBSERVATIO.

Circa illud dubium hîc tactum, quando, quod diſpoſitum eſt in codicillis refertur ad teſtamentum, an cenſeatur facta repetitio cum omnibus qualitatibus in teſtamento contentis, & an qualitas in vno capite appoſita cenſeatur in alio repetita, vide ſi placet quæ ſcripſit D. Card. Mantica, *de coniect. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 13. *num.* 6. 9. *&* 10. poſt alios quos citat, & pro nunc firmemus concluſionem, vt qualitatis repetitio non niſi ad vltimas voluntates pertineat, in quibus plenior fieri ſolet interpretatio, ſecus verò in contractibus, in quibus ſtricta ſit interpretatio, & quicquid eſt omiſſum, pro omiſſo habeatur, ita Socc. Iun. *conſ.* 143. *num.* 29. *&* 30. *lib.* 3. Bero. *conſ.* 120. *num.* 85. *lib.* 2. Alcia. *reſp.* 96. *num.* 20. 21. *&* 22. *& reſponſ.* 99. *num.* 24. Pariſ. *conſ.* 36. *num.* 25. *lib.* 1. & Iacob. Menoch. cæteris omiſſis *conſ.* 111. *num.* 22. qui omnes, & alij, quos citat Fontanel. *de pactis nuptial. clauſ.* 7. *gl.* 2 *par.* 2. *num.* 28. addunt, quod quando datur repetitio, opus eſt vt nulla diuerſitatis ratio aſſignari poſſit, quare magis debeat ad vnum referri, quàm ad aliud, nam quando poteſt dari ratio diuerſitatis tunc etiam in vltimis voluntatibus qualitas vni capitulo adiecta, nunquam ad aliud porrigitur & extenditur. 1

Cætera ad materiam huius Deciſionis pertinentia vide apud Reg. Lanar. *conſ.* 53. *per totum.* 2

## *ARGVMENTVM.*

Exceptio periurij an contra hæredem agentem opponi poſſit; Et an periurium, in quod defunctus incidit noceat hæredi. Abſolutio à iuramento ad finem agendi an hæredi iurantis neceſſaria ſit. Periurus effectus ex quo egit, non obtenta prius abſolutione à iuramento, ſi demùm abſolutionem obtinuit, nùm valeat de nouo agere. Partis citatio an ſit neceſſaria in obtinenda abſolutione

ſolutione à iuramento, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCXXXVIII.

1 ADVERSVS iudicium inſtitutum à Magnifico Octauio Piſcicello, qui vti filius Magnificæ Portiæ Caracciolę prætenſæ hæredis Illuſtriſſimi Pauli Caraccioli & Magnificæ quondã Andreanæ de Cumano ſuccedere prætendebat in Terra Meſuracæ, per mortem d. Andreanæ, & in aliis bonis feudalibus per mortem d. Pauli, Illuſtriſſima Duciſſa Caſtrouillarum, & Marchio Meſuracæ eius filius, qui erant conuenti ad litis ingreſſum impediendum, inter alias, quas oppoſuerunt exceptiones, illa fuit quod cum aliàs dicta Portia eandem dum viuebat, propoſuiſſet actionem, oppoſita contra eam periurij exceptione, fuit decretum non eſſe ad vlteriora in cauſa procedendum, ſicque dicebatur eſſe iam deciſum cum Portia, ex cuius perſona Octauius agebat, non eſſe in cauſa procedendum; ſed replicante Actore exceptionem illam periurij, quæ matri nocebat, dum contrauenerat renunciationi iuratæ quam fecerat tempore quo in matrimonium fuit tradita ipſi non obſtare, fuit dubitatum quid iuris.

2 Pro Actore conſiderabatur periurij exceptionem tunc demùm locum habere, quando quis promiſſioni à ſe cum iuramento factæ contrauenit, niſi prius abſolutionem obtinuerit, quàm abſque Partis citatione obtineri poſſe, & obtentam prodeſſe apud nos eſt receptiſſimum; at ſecus quando iurantis hæres ageret, cum iuramentum quoad reatum periurij perſonale ſit, & ſucceſſiuè iurantis hæres in foro Eccleſiæ non afficitur; ita Hoſtienſ. Io. Andr. Imol. & Ant. de Butr. *in cap. veritatis de iureiur.* Bal. Card. Imol. & Felyn. *in c. cum ſit generale de foro compet.* Io. Andr. *in cap. fin. de ſepult.* & Ang. *in l. qui ſuperſtitis ff. de acquir. hæredit.* quo loci notabiliter dicit iuramentum duplex parere vinculum, alterum, quod ſolum iurantis animam afficit, cum periuratur, & hoc cum ſit merè perſonale, & perſonæ cohæreat, ad hæredes tranſire non poſſe, aliud eſt vinculum ciuile, quo perſona quæ aliquid cum iuramento promiſit, ad non contraueniendum aſtringitur, & iſtud benè ad hæredes tranſit, ſicut reliquæ perſonales obligationes, pro quo videtur caſus *in §. 1. Auth. de iureiur. à morient. praſt.* ſed quia in caſu propoſito non niſi de primo vinculo agebatur, ſucceſſiuè cum illo actor non eſſet alligatus, non erat cur dici potuiſſet actorem fuiſſe periurum, ex eo quod non obtenta prius abſolutione à iuramento agere cæperat. Nec his obſtare dicebatur, hæc omnia procedere, quando hæres vult contrauenire promiſſioni cum iuramento factæ per defunctum; ſed in caſu propoſito, vltra hoc aliud ſe offerebat, nimirum quia mater actoris iam per prius in periurium inciderat, & per hoc, decreto mediante declaratum, quod ſtante periurio in cauſa non procedatur; vnde per hoc videbatur actorem ipſum penitus actione carere, ad quod fuit allegatus Parpaglia *in repet. l. ſi quis maior in 5. quæſt. num. 93. cum ſeqq. C. de tranſact.* vbi indagando an illius leg. pœnæ ad hæredes tranſeant, & pro reſolutione tres conſtituens caſus, in ſecundo dicit, quod quando Defunctus contrauenit, itavt ipſe fuerit periurus & lis cum eo conteſtata, tunc ipſa exceptio periurij benè in iurantis hæredem tranſit; in caſu autem propoſito nedum lis cum defuncto fuerat conteſtata, ſed extiterat iam ſuper periurij oppoſita exceptione iudicatum, ergo. Etenim fuit reſponſum poſt hæc omnia Portiam Caraccioli actoris matrem, quam pręſupponebatur in periurium incidiſſe, dum illa viuebat abſolutionem à iuramento obtinuiſſe, nam cum primum fuiſſet illi de periurio & ſubrectione primę abſolutionis obtentæ oppoſitum, ſtatim ſecundam petiit, quod fieri potuiſſe docet Abb. *in cap. 1. num. 13. de iureiur.* vbi dicit quod is, qui ſemel contrauenit, poterit non perſiſtendo in peccato petere, & abſolutionem obtinere, & conſequenter de nouo agere. Nec huic cõcluſioni pro eo, quod ad caſum dę quo agebatur, pertinebat, dictum fuit quod obſtant dicta per Felyn *in eodem cap. 1. num. 28.* qui licèt dicat, quod regulariter poſt incurſum periurium abſolutio concedi non debet, fallit tamen in multis caſibus, de quibus ibi per eum, inter quos conſiderabatur iſte, de quo agebatur, quando incertus periurij abſque dolo contigit; vnde his omnibus conſideratis nimirum quod Portia Actoris mater ſecundam obtinuerat abſolutionem; ſecundò quia hæres eius de nouo agebat, & tertiò quia in dubio melius eſt Partes ad probandum admittere, quàm eas excludere, quia eas admittendo vtrique Parti ſubuenitur, & per excluſionem, vni tantùm ſuccurritur, quod eſt contra ea, quę notant Paul. de Caſtro. Alex. & Iaſ. *in l. 1. ff. ſi quis cautio.* vbi dicunt quod ſi controuerteretur an ſit deſerta appellatio, in dubio iudicandum illam non eſſe deſertam fuit pro maiori parte votantium deciſum quod exceptio hęc cum aliis oppoſitis, ad merita reſeruetur, ac proinde terminus aliàs datus currat; quo verò ad aliam exceptionem Regię Pragmaticæ æditæ Thori in ſecundo capite reſpectu petitionis factæ de Terra Meſurachæ, fuit per omnes concluſum illam obſtare.

OBSER

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 IOannes Camillus Biloc. *in tract. de abſolut. à iuram. lib.* 1. *cap.* 7. in illa quæſtione an partis citatio in ſimplici habilitatione à iuramento obtinenda ad finem agendi, neceſſaria ſit, pro affirmatiua viginti duos connumerat Doctores; pro negatiua verò, cui ipſe adhæſit, & iuxta ſententiam D. Regentis noſtri in hac deciſ. alios quadraginta duos refert, & addit, communem praxim obtinuiſſe, quod quando apud nos periurij exceptio opponitur, ad merita cauſæ reſeruatur, idemque ſcripſit *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 7. ſed circa hoc poſtremum dictum latius vide Iul. Cæſ. Gallup. *in prax. p.* 2. *cap.* 12. *à num.* 1. *ad* 10. *in magnis.*

2 Ad confirmationem autem illius Concluſionis hîc tentæ, nimirum vt abſolutio à iuramento ad finem agendi hæredi iurantis neceſſaria non ſit, ea quidem ratione, quia quoad ratum periurij iuramentum eſt perſonale, ſcripſerunt Ant. Gabr. *commun. concluſ. in tit. de iure dot. concluſ.* 1. *num.* 18. Caccher. *deciſ.* 142. *num.* 5. *verſ. tertio quando*, Cagnol. *in l. ſi quis maior. num.* 206. *C. de tranſactio.* Pariſ. *conſ.* 75. *num.* 23. *lib.* 3. & Menoch. aliis omiſſis, *conſ.* 24. *num.* 2. *lib.* 1. quos omnes refert, & ſequitur Riccius *par.* 1. *prax. eccleſ. in prax. abſolutionis à iuramento in fine num.* 3. idemque affirmauit Biloct. *citat. tract. de abſol. à iuram. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 25. poſt Affl. quem allegat, quando principalis inſtaret pro nullitate contractus ab eius procuratore cum iuramento celebrati, adhuc ſi mandatum contineret ad vendendum, ad recipiendum pretium, & ad habendum fidem de pretio, & ad iurandum ſuper toto contractu.

3 Super illo autem dubio de quo hîc nimirum an ſi quis egerit pro annullando contractum iuratum, non obtenta prius habitatione à iuramento ob quod effectus fuit periurus, ſi demum abſolutionem obtinuerit valeat nè de nouo agere? vide Affl. *deciſ.* 220. *n.* 17. vbi dicit, quod quando quis eſt periurus habilitationem à iuramento obtinere non poterit, niſi petita prius abſolutione à periurio, & licèt non deſint Doctores qui dixerint quod ſtante periurio incurſo, habilitatio non eſt concedenda vt per Alex. *conſ.* 66. *num.* 14. *lib.* 6. Cagnol. *in l. ſi quis maior num.* 153. *C. de tranſactio.* Corne. *conſ.* 6. *col. penul. verſic. in caſu autem lib.* 1. Rol. *conſ.* 34. *num.* 2. *lib.* 1. attamen dictum hoc reſtrictionem recipit, quando iurans incurſo iam periurio ob motam litem, in peccato non perſeuerat, ſed ad ſuperiorem recurrit cui narrato iuramento, & eius contrauentione petit tam à iuramento ad finem agendi, quàm ab ipſo incurſo periurio abſolui, quia tunc eſt omnino abſolutio concedenda; ita Cagnol. *loco cit. num.* 154. ſicque paſſim vidiſſe ſeruatum in ſignatura gratiæ, nec vnquam prorſus denegatam teſtatur Vinc. Mancin. *de effect. iuram. par.* 6. *quæſt.* 6. quem refert Ricc. *in cit. par.* 1. *prax. eccleſ. reſol.* 298.

## *ARGVMENTVM.*

Tertius oppoſitor veniens ad cauſam inter alios vertentem, petens pro ſuo intereſſe in ea audiri, an illius expeditionem impediat, vel potius ſunt ei reſeruanda iura, & de aliis ad materiam tex. *in l. is à quo ff. de reiuendicat.*

## DECISIO CCXXXIX.

INSTANTE Magnifica Catharina Pellegrina in Regia Camera, vt condemnaretur excellens Alphonſus Sanchez Regius Collateralis Conſiliarius, & Regni Generalis Theſaurarius ad ſibi reſtituendum Terzarias ferri huius Prouinciæ Terræ laboris, cauſaque relata in Collaterali Conſ. pro ea decidenda, comparuit Regius Fiſcus petens declarari dictas Terzarias ad Regiam Curiam ſpectare, ſicque dictum Alphonſum ad illarum reſtitutionem vnà cum fructibus condemnari, & interim donec de iuſtitia Regij Fiſci cognoſci poſſit, ſuperſederi deciſionem cauſæ, quæ inter dictos litigantes tunc erat terminanda; ſed contendente D. Catharina in illo iudicio actrice Fiſcum ad cauſæ deciſionem impediendam audiri non poſſe, fuit dubitatum quid iuris. 1

Pro Fiſco allegabatur tex. *in l. apud Iulianum ff. de iure fiſci*, vbi videtur eſſe caſus, Fiſci cauſam eſſe prius determinandam, quoties plures ad eandem rem vindicandam concurrunt, & Bal. *in cap.* 1. §. *ſi duo in princ. de pact. tenen.* notat, quod quando vnus petitor infringit iura competitoris, ſe illi obiiciens, pro neutro poteſt ſententia ferri, niſi iuribus vtriuſque Partis diſcuſſis, ſequitur Alex. *in addit. ad Bar. in l.* 15. *à quo ff. de reiuindic.* Cæterum contrarium fuit, per Regiam Cameram deciſum, ſicque, nemine diſcrepante, concluſum, quod procedatur ad dictæ cauſæ expeditionem, iuribus Regij Fiſci illæſis remanentibus, ſicque aliàs iudicatum dictum fuit, in cauſa domanij vertente inter Illuſtr. Marchionem Iulium Carrafa, & Vniuerſitatem Ciuitatis Polignani, in qua facta concluſione comparuit D. Anna Toraldo competitorum iura infringendo, & hoc per tex. *in d. l.* 15. *à quo ff. de reiuindic. & in l. penul. ff. de petit. hæredit.* quæ ſunt indiuiduales, licèt ſecus ſit, quando poſſeſſio rei quæ à pluribus petitur, eſſet vacans, & diuerſitatis rationem ponit Imol. *in c. veniens lib.* 2. *de teſtibus.* Nec obſtare dictum fuit tex. pro Fiſco allegatum *in d. l. apud Iulianum*, quia ibi vt notat Alber. lis erat prius per Fiſcum mota, & conteſtata, & ſic meritò illius cauſa debebat prius terminari, dicta autem per Bal. & Alex. ad caſum propoſitum non faciebant, nec allegari poſſe dicebatur, quando in cauſa eſt concluſum; eo enim caſu nunquam prima cauſa differri poteſt; ſed ad illius deciſionem proceditur, & demùm in illa noua inſtantia, in alio proceſſu ad ea quæ incumbunt, vt eſt deciſio Rotæ 4. *de iudic. in antiquis*, & per Felyn. *in cap. cum* 2

ſpec.

Digitized by Google

*ſuper num.17.de re iudic.* minus autem dictum fuit,quod applicabantur notata per Affl. *deciſ.* 15. vt videri poteſt. Hæc ſunt quæ principaliter in hac cauſa conſiderata fuerunt.

## OBSERVATIO.

1 DE hac cauſa in Regia Camera agitata inter Catherinam Pellegrinam , & Alphonſum Sanchez , in qua ſubintrauit Regius Fiſcus,petens in iudicio illo ſuperſederi , meminit pariter D. P. de Franchis *deciſ.261. circa finem*, vbi deciſionem ſic emanatam vt procederetur ad expeditionem cauſæ contra Partes prædictas , ſaluis iuribus Regio Fiſco, adducit in exemplum pro deciſione conſimilis caſus, qui in facto euenit , nam cum inſtructo proceſſu inter duos litigantes comparuiſſet minor, qui ſuum deducens intereſſe inſtabat in cauſa illa ſuperſederi,primum petens beneficium , quia in hac ſua inſtantia nullum bonum fouebat ius , Sacrum Conſilium ſub die 8. Iulij 1581. iudicauit eſſe procedendum ad expeditionem cauſæ , petito primo beneficio non obſtante , per tex.*in l.15.à quo* hic allegatum, quem dictum fuit, nimis clarè loqui , quod quando plures eandem rem prætendunt non impeditur, quin reſpectu vnius pronuncietur,& mãdetur exequutioni ſententia , præſtita cautione in forma , ſicquè aliàs de anno 1554. ſub die prima Iunij per idem Sacrum Conſilium pronunciatum refert Io. Vinc. de Anna *allegat.76.in fine* , iſtamque ſententiam amplexus pariter fuit Couar.*pract.quæſtio.cap.14.num.4.per totum*, vbi benè loquitur ; ſed quando de his diſputari contigerit , recurre ad Iacob. Cancer. *var. reſol.lib.2.tit. de tertiis oppoſitionibus per tot.* & ad D.Reg. Rouit. qui in hac materia elegantiſſimam ſcripſit deciſionem,& eſt prima in ordine.

2 Ad illud autem quod dictum eſt hìc ; vt aliud ſit affirmandum quando poſſeſſio eſſet vacans,ſicque vt eo caſu,comparente Tertio , ſit in cauſa ſuperſedendum , dic tu hanc communem eſſe omnium ſententiam *in c.veniens il.2. de teſtibus,* & per P. de Franch. *cit.deciſ.261.num.13.*

## ARGVMENTVM.

Aſſecuratio conceſſa mulieri ſuper bonis viri pro tuitione dotium, & iurium dotalium , an & quando impediat eorundem bonorum venditionem , pro qua cæteri creditores inſtant. Ius offerendi,an competat creditori contra mulierem dotis aſſecurationem petentem. Præceptum iudicis , ne quis bona ſua alienet , an dominij tranſlationem, ſequuta alienatione, impediat. Mulier an poſſit petere aſſecurationem ſuper vno corpore bonorum viri magnæ extimationis , dum extat aliud minoris extimationis ſuper

quo poteſt eſſe ſibi cõſultum , & de aliis.

## DECISIO CCXL.

EXPOSITA venali Ciuitate Sanctæ Seuerinæ , illaque empta à Magnifico Saluatore Spinello pretio ducatorũ 51800.inſtabant creditores Comitis ad quorum inſtantiam vendebatur , eandem emptori pro pretio oblato liberari ; ſed contradicente D. Hieronyma Carrafa Comitiſſa,tùm primò quia ſuper Ciuitate illa pro ſuis dotibus , & antefato aſſecurata extiterat, tùm & ſecundò , quia in Capitulis matrimonialibus inter ipſam & Comitem virum initis , Comes pater,filio cõtemplatione matrimonij eandem Ciuitatem donauerat , eo inſerto pacto , vt hęc donatio nullatenus reuocari poſſet nec Ciuitas alienari , niſi cum conſenſu ipſius Comitiſſę , & Illuſtr. Ducis Nucerię eius patris , fuit dubitatum an Oppoſitio hęc de iure ſat eſſet ad impediendam exequutionem venditionis factę.

Et diſcuſſis omnibus in Collaterali Conſ. ad relationem S. C. vbi lis agitabatur, fuit deciſum contra Comitiſſam. Ratio deciſionis fuit , quia , etſi regulariter de venditione rei, ſuper qua vxor pro dotibus ſuis eſt aſſecurata , tractari non poſſit, ad hoc vt ſe, virum , & filios alat , ita vt nec creditoribus poſterioribus viri ius offerendi concedatur;vt per Cyn. & Bar. *in l. cum tibi C. qui potior. in pigno. habe.* & per Soc.*conſ.111. lib.3.* quo loci dicit iudicem,qui ab hac opinione recederet, poſſe de temeritate redargui , idemque Bal. Nouel. *in tract. de dot. in 7. par. princip. priuileg.47.* Campeg. *eod tract.par.1. §. mulier autem , in fine*, Neguſ. *tract. de pignor. in 5. par. princip. memb. 1. num.40. verſ. ſed dubitatur* Affl. *deciſ.199.* & Capyc. *deciſ.41.* Tamen concluſio hęc communiter limitatur, vt non procedat, quando pro parua dote vellet mulier rem,ſuper qua aſſecurationem obtinuit retinere, quę eſſet magni valoris, iuxta gl. *in l. quamdiu C. de diſtract.pignor.* ita ſanè limitatur per Bal. Nouel. *loco cit.* id quod magnam habere ęquitatem conſideratum fuit, ne Creditores fraudentur , nam ſi pro parua dote liceret mulieri rem magni valoris retinere,nec alia viri bona extarent,ex quibus poſſent creditores eorum conſequi creditum,amitterent ipſi ius ſuum, vel ſaltem matrimonij diſſolutionem per mortem alterius ex coniugibus expectare cogerentur , quod ſatis eſſet iniquum , vnde cum in caſu propoſito hęc omnia concurrerent,quia Ciuitas Sanctę Seuerinę iuxta oblationẽ factam per Magnificum Saluatorem Spinellum aſcendat ad valorem ducatorum51800.& dos,ac antefatum D.Hie-



Digitized by Google

ronymę Comitiſſę nō niſi ducatos viginti mille importabant,non erat cur illa eſſet audienda, vt pro hac ſumma feudum tantæ importantiæ in tot creditorum perniciem retinere poſſet;eoque magis cum ex venditione ſoluebatur ipſi mulieri creditum ſuum, quod conuerti poterat in emptionem tot annuorum introïtuum, ad rationem ducatorum nouem, & decem pro centenario, ex quibus poterat ſe, virum, & filios alere, ſicque dictum fuit vt non ſit locus venditioni rei ſuper qua fuit conceſſa dotis,& antefati aſſecuratio,tria concurrere debere, quæ in caſu de quo agebatur ceſſabant prorſus; primò vt vir alios non habeat creditores, quibus fraus aliqua inferri poſſit; ſecundò vt res ſuper qua aſſecuratio contigit non ſit multò maioris pretij, quàm ſit dos; & tertiò quod mulieris incolatus non ſit in terris,& locis, in quibus pecunia ſi vxori daretur in emptionibus implicari non poſſet aliarum rerum, & bonorum, ex quibus fructus percipi poſſit pro ipſius vxoris, viri & filiorum alimonia.

3 Quò verò ad aliam Comitiſſæ prætenſionem, nimirum ex donatione facta ciuitatis prædictæ Comiti verè fuiſſe ipſi mulieri ſuper ea ius quæſitum, taliter vt de illius venditione tractari non poſſet, ex eo principaliter, quia expreſsè conuentum extiterat, vt abſque eius conſenſu Ciuitas illa alienari non poſſet, nec donatio reuocari,dictum fuit, ſimulque demonſtratum, nullatenus per hoc fuiſſe ei ius quæſitum, ſignanter quia ſuper hoc pacto Regius aſſenſus impetratus non legebatur,& quatenus obtentus eſſet,non per hoc alienatio, & dominij tranſlatio impediebatur, quia quando per viam Contractus cautum eſſe proponitur, vt quis rem ſuam alienare non poſſit, tamen ſi alienat, dominium transfert, quia per talem prohibitionem,alienatio dominiique tranſlatio non impeditur, licèt contraueniens in actione perſonali ad intereſſe teneatur, provt eſt tex. *in l. ſi quis ita promiſerit* §. *ea lege.* vbi Bar. Aret. & latiſſimè Iaſ. *ff. de verb. obligat.* Bar. *in l. filiusfam.* §. *diui ff. de leg.* 1. niſi res illa alienari prohibita, pro huius prohibitionis confirmatione ſpecialiter hypothecæ ſubmiſſa eſſet, per tex. *in l. ſi creditor* §. *fin.* vbi Bar. *ff. de diſtrac. pignor.* idem Bar. *in d.* §. *diui,* & Iaſ. *in l. ea lege C. de condic. ob cauſ.* ſecus ſi alienationis fuiſſet facta prohibitio à lege, vel ab homine in vltima voluntate, quia tunc dicebatur alienationem, & dominij tranſlationem impediri, vt per omnes DD. ſupra citatos, & per Aret. *in l. qui abſenti* §. 1. *ff. de acq. poſſeſ.* Vnde.

## OBSERVATIO.

Communis illa Doctorum concluſio, vt de venditione rei ſuper qua vxor ob viri vergentiam ad inopiam pro ſuis dotibus aſſecurata reperitur, tractari non poſſit, ad hoc vt ſe virum, & ſuos alat, hîc limitatur, quoties pro parua dote vellet mulier rem, ſuper qua aſſecurationem obtinuit, retinere, quæ magni eſſet valoris, nec alia viri bona extarent, ex quibus poſſent creditores eorum conſequi creditum, eo enim caſu, vt & mulieri, & cæteris viri creditoribus conſulatur, benè poterit vendi res illa ſuper qua fuit conceſſa aſſecuratio, ſic enim ex pretio percipiet mulier dotis ſuæ quantitatem, ſi eſt anterior, & reliquum viri creditoribus poſterioribus liberatur. 1

Sed aliàs in dubium reuocaui, quid ſi diuerſa bonorum corpora vir poſſideret, vnum tamen altero maioris extimationis, num poſſit mulier, dum bona minoris extimationis, pro dotium, & antefati ſecuritate ſufficiunt, illa reſpuere, & maius corpus petere iuſti pretij ſupplementum viri creditoribus offerens, & hoc mulieri licere, ratione, & authoritate probauî *lib.* 2. *mear. reſolut. cap.* 143. *per totum*, quam quidem ſententiam poſt ibi ſcripta inueni amplexos pariter Hieronym. Gabr. *conſ.* 147. *lib.* 1. Marot. *in quæſtione de iure offerendi in calce ſuorum conſil. num.* 9. Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 9. Io. Guttierez *conſ.* 19. *n.* 13. Gaillum *pract. obſer. lib.* 2. *obſer.* 92. *num.* 13. Maſull. ad Capyc. *deciſ.* 46. *num.* 4. Fab. de Anna *conſ.* 93. *numer.* 2. & 3. Gratia. *diſcep. forenſ. lib.* 3. *cap.* 489. *ex num.* 15. Mar. Giurb. *deciſ.* 16. *num.* 19. & Io. Petr. Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gl.* 2. *par.* 8. *num.* 30. 2

Circa verò aliam concluſionem hîc tentam, nimirum quod quando alienationis reperiretur facta prohibitio à lege vel ab homine in vltima voluntate, hæc prohibitio operetur, vt in caſu alienationis impediatur dominij tranſlatio, dic tu de hoc non eſſe dubitandum ſed quæri ſolet, an hæc concluſio procedat in præcepto iudicij, fac enim, vt Iudex ex aliqua cauſa mandet Sempronio ne bona ſua alienet, num alienando, dominium rèi alienari prohibitæ in emptorem transferatur, Innocentius *in c. Raynaldus de teſtam.* in ea fuit ſententia, vt dominium transferatur; è contra verò ſcripſit Bar. *in l. filius familias* §. *diui num.* 16. *ff. de lega.* 1. quem mihi videtur inſequutos Bologn. *ibidem, num.* 234. & 235. & Socc. Iun. *à numer.* 193. *vſque ad* 198. idemque & Fabium de Anna *pract. obſer. decad.* 1. *obſer.* 9. *per totam*, vbi in fine ait, ſic, in cauſa propria ſubſtinuiſſe, ac aliàs iudicatum meminiſſe, Ego tamen in hoc dubio centies reſpondi cum Innocent. quando iudicis, præceptum ſimplex eſſet, licèt ratione contemptus alienans puniri poſſet, at ſi additum eſſet ſub pœna nullitatis contractus, & tunc dixi ſemper citra omnem dubitationem dominij tranſlationem impediri. 3

## ARGVMENTVM.

Fiſcus an, & quando teneatur de euictione, quando bona à Principe ſubdito ſuo benemerito in ſeruitiorum remunerationem donata ab aliis fuerunt euicta, & de aliis notabilibus.

DECISIO

## DECISIO CCXLI.

1 LATA ſententia per quam fuit ordinatum Illuſtriſſimum ducem Sueſſæ fore, & eſſe cogendum ad reſtituendum Magnifico Baldaſſari Milano Terram S. Georgij in Prouincia Calabriæ vltra, quam Rex Catholicus Magno Capitaneo in ſeruitiorum remunerationem donauerat, dubitari contigit, an Fiſcus dicto Duci de euictione teneretur.

2 Pro huius dubij reſolutione congregatis Tribunalibus Sacri Conſilij, & Regiæ Cameræ in Collaterali Conſ. cum votantes eſſent numero quatuordecim, fuit pro maiori parte deciſum, Fiſcum in hoc caſu de euictione non teneri, nec ad aliud excambium cogi poſſe, ſicque compertum in duabus cauſis inter ipſum Ducem, & Fiſcum vertentibus, ſemel atque iterum iudicatum, ac indiſtinctè in Regia Camera ita pariter deciſum in aliis pluribus cauſis, in quibus Fiſcus ab huiuſmodi petita euictione ſemper abſolutus extitit, idemque in aliis ſupremis Tribunalibus huius fideliſſimæ Ciuitatis, ita vt videatur inducta conſuetudo iudicandi, vt ſequuta euictione rei à Rege ex cauſa remunerationis ſeruitiorum conceſſæ, nunquam Fiſcus de euictione teneatur; & hoc ſumma cum ratione, quia verè conceſſio hæc eſt mera donatio inter viuos ex ſola Principis munificentia procedens, quamuis dictum fuerit in ſeruitiorum remunerationem, & ſucceſſiuè euictio locum non habet ad tex. *in l. 2. C. de euict. in l. ariſto. §. fin. ff. eodem, & in l. ad res donatas ff. de adilit. edicto*, erat enim Magnus Capitaneus Dux generalis exercitus ſuæ Catholicæ Maieſtatis, qui ſtipendio mediante, ei inſeruiebat, & ſic operas ſuas Domino Regi locauerat, vnde ſtipendio ſoluto ad aliud Rex non tenebatur, ad tradita per Innocent. *in c. ſicut. in il. 2. de iuretur.* eoque magis, quia vaſallus erat ligius, & vti talis Principi ſuo inſeruire tenebatur, ad tradita per Salyc. poſt Cyn. & Petr. *in l. quoniam multa facinora C. ad leg. iul. de vi publ.* & per Affl. *deciſ.* 307. & hoc etiam extra Regnum, quando fit pro ſui Regni defenſione, vt per Andr. *in cap. 1. §. ſed nec eſt alia, col. fin. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt.* iuſtè enim inuaſerat Rex Catholicus Regnum hoc, ex quo ad ipſum ex legitima Regis Alphonſi primi ſucceſſione ſpectabat, & ex hoc bello Regnum Siciliæ defendebatur; vndè magnus Capitaneus omni iure inſeruire tenebatur, & ad hoc ſatis faciebat theorica Cyn. & Salyc. *in d. l. quoniam multa facinora*, quos vide; nec obſtare dicebatur aliquorum ſententiam putantium, adhuc in donatione remuneratoria, euictioni locum eſſe, quia procedit aſſeueratio hæc, quando remunerans erat tali obligatione adſtrictus, vt ad remunerandum ſaltem Iudicis officio compelli poterat; ita ſanè loquuntur Gugliel. de Cun. *in l. ſi tibi ff. ſi cert. pet.* Bal. qui eum allegat *in addit. ad ſpec. in tit. de donat. ſub verb. in eo*, Bologne. *in declarat. ad tex. in l. ſi pater §. fin. ff. de donat.* Loffred. optimè *in ſua paraphr. ad cap. 1. §. Titius ſi de feudo defun. milit.* Vnde.



## OBSERVATIO.

DEciſionem hanc, quæ prodiit in cauſa Ducis Sueſſæ cum Regio Fiſco refert pariter D. Reg. de Pont. *conſ.* 59. *num.* 15. quo loci dicit ſumma cum ratione fuiſſe pro Regio Fiſco determinatum, ex quo omnia ſeruitia, quæ à Magno Capitaneo præſtita ptoponebantur, præſtita erant ex debito officij, & ex neceſſitate, & debito, & obligatione ipſius officij ad illa tenebatur, quo caſu quando dicitur donari ex cauſa ſeruitiorum, non dicetur tunc donatio remuneratoria, in qua poſſet conſiderari euictio; ſed mera gratitudo, & liberalitas, ſubdens *num.* 22. quod ad hoc, vt ex donatione remuneratoria detur actio ex cauſa paſſæ euictionis, requiritur, quod ſeruitia fuiſſent talia, quod pro eis fuiſſet alias data actio aduerſus donantem vel ſaltem Iudicis officium, ad quod allegat Dec. *in l. ſi donatione num.* 13. *ff. de collectio.* & Loffred. *in cap. 1. §. Titius col. 2. verſ. tertio poteſt reſtringi, in tit. ſi de feudo. milit. contro. fuer.* quibus addo Cabed. *deciſ.* 36. *num.* 6. *par.* 2. & hoc erit, vt ſemper ego exiſtimaui, quando quis abſque ſtipendio Principi ſuo inſeruiuit nam ſi ex cauſa ſeruitiorum ſic præſtitorum quis aliquid conſequutus fuit, quod poſtea fuit euictum, teneo indubitanter, eo caſu teneri Principem ex cauſa euictionis paſſæ, quia ſeruitia abſque ſtipendio præſtita benè poterant actionem parere, vel officium Iudicis, ad cogendum Principem ad aliquid in ſeruitiorum remunerationem præſtandum, in quibus ſanè terminis loquuti fuere D. Reg. Rouit. *in Prag.* 25. *n.* 38. *verſ. ſecus eſt, ſi hac Regis munificentia in tit. de feudis in nouiſſ.* Pereira *deciſ. luſit.* 4. *per totam* D. Reg. Conſtantius *in l. 1. num.* 65. *verſ. ſed in hac quoquè ſpecie C. de filiis official. milit. lib.* 12. aliique plures per me relati *reſolut. iur. lib. 2. cap.* 45. *num.* 20. Cæterùm ſi ſtipendiatus quis inſeruiuit & demùm pro præſtitis ſeruitiis aliquid à Principe obtinuit, quod poſtea fuit euictum, hoc caſu nullo pacto tueri poteſt, vt in caſu euictionis rei donatæ, Princeps teneatur, quia ante donationem nulla competebat actio ad cogendum Principem ad donandum, eſt tamen verum quod cum iſta, & aliæ Ducis Sueſſæ prætenſiones fuiſſent in ſupremo Italico Conſilio deductæ, fuit lis cum Regio Fiſco trāſactione finita, ſic atteſtante D. Reg. Tap. qui in hoc articulo latè, & bene ſcripſit *deciſ. ſua* 6. *ſupremi Senatus Italiæ, per totam* de quo memor fuit Marius Cutelli *in tract. de donatio. lib. 1. fol.* 394. *num.* 20. & 21. & *fol.* 410. *n.* 64. vbi citat Capyc. noſtrum *in inueſtit. feudal. in verb. feudorum euictiones, & alios*, vt ibi.

## *ARGVMENTVM.*

Pœnâ quânam plectendus ſit ille, qui verba iniurioſa contra Regios Offi-



Digitized by Google

ciales protulerit. Pœna in iudicis arbitrium remiſſa an vſque ad mortem extendi poſſit. Officialis an, & quando poſſit cognoſcere de iniuria in eius perſonam illata, & de aliis.

## DECISIO CCXLII.

1 INQVIREBATVR Magnificus Io. Petrus Mangrella V.I.D. quod de menſe Ianuarij 1562. nonnulla protulerit verba iniurioſa contra duos Officiales, quorum alter erat Regius Conſiliarius, alter verò magnæ Curiæ Fiſci patronus, & hi fratres erant vtrinque coniuncti, vnde dubitatum fuit, quâ pœnâ eſſet ille plectendus.

2 Dicebat inquiſitus nullâ pœnâ ipſum affici poſſe; Primò quia, quod ei imputabatur non erat probatum; Secundò quia libellus accuſatorius contra ipſum porrectus corruebat, ex quo non erat ibi appoſitus locus, & tempus prolatarum iniuriarum, ſicque condemnatio ſequi non poterat, ad tex. *in l. libellorum*, vbi Bar. *ff. de accuſat.* idem Bar. *in l. qui reus ff. de publ. iudic. & in l. denunciaſſe. §. quid tamen ff. ad leg. iul. de adulteriis.* Hippol. de Marſig. *in rubr. de probat. num.* 139. *& in ſing.* 183. Tertiò allegabat quod quando de contrario conſtaret, indubitatum erat verba illa protuliſſe calore iracundiæ, & conſequenter pœnam aliquam non merebatur, ad tex. *in l. quicquid calore ff. de regul. iur.* item ad iniuriam propulſandam, ſicque ei parcendum, ad tex. *in l. qui cum maior. §. ſi libertus ff. de bonis libert.* qui eſt textus optimus, & Bar. ad hoc allegat *in l. quæ omnia §. 1. ff. de procurat.*

3 Sed pro parte Regij Fiſci dicebatur ſatis per teſtes delictum fuiſſe probatum ſicque dubitari non poſſe, quod cum iniuria fuerat in Officiales Regios illata, dicebatur illa atrocior, vt eſt tex. *in l. prætor. §. atrocem. ff. de iniur. & in l. atrocem C. eodem*, nec aliter in proceſſu conſtare, dictos Officiales prius in ipſum Magnificum Io. Petrum iniurioſa verba dixiſſe, vnde reiectis omnibus ab inquiſito ad delictum excludendum allegatis, dictum fuit, videndum eſſe, quâ pœnâ eſſet ille puniendus, ad quod conſiderabatur, quod quando criminaliter in hoc delicto proceditur, iniuriarum pœna eſt arbitraria, vt eſt tex. *in l. fin ff. de iniur. & in §. in ſumma Iuſtit. eadem*, id quod regulare eſt, nam quando à lege certa pœna determinata non eſt, iudicis arbitrio relinquitur; *l. 1. ff. de effractor. & l. 1. ff. de extraordin. crimin.* facit tex. *in l. 1. ff. de iure deliber.* quod arbitrium per iudicem vſque ad pœnam capitalem extendi poteſt, iuxta gl. *in d. §. in ſumma*, quod eſt verum, delicti qualitate attenta, vt ibi per Ang. qui alios refert, & latè per Felyn. *in c. in litteris, extra de conſtit.* vnde facta de his omnibus relatione per Sacrum Conſilium, vbi de his agebatur, in Collaterali Conſilio, conſiderantes Domini Regentes Regiam Cancellariam, & Domini Regij Conſiliarij, quod pœna erat arbitraria, fuit pro maiori parte deciſum, quod dictus Magnificus Io. Petrus decennio relegetur in inſulam per ſuam excellentiam declarandam, & quod amplius (in hoc fuerunt omnes concordes) poſtulandi munere non fungatur; iuxta tex. & ibi gl. *in l fin. ff. de iniur.* D. iſte Regens, & duo alij ex Dominis notantibus reſpectu relegationis, ſequendo mitiorem partem fuerunt voti pro tempore quinque annorum, idque fundari poſſe dicebant, per tex. *in d. l. fin. ff. de iniur.*

---

## OBSERVATIO.

Sine controuerſia procedit Concluſio illa, de qua hîc per D. Regentem vt nullius ſint conſiderationis verba iniurioſa calore iracundiæ prolata, nam vt probat Carrer. *in prax. crim. fol. mihi* 186. *num.* 8. iniurians calore iracundiæ, ac ſe penitens non punitur, & *num.* 1. ait excuſari à pœna ordinaria legis Corneliæ eum, qui iracundiæ calore, vt quia dicto, aut facto prouocatus aliquem occidit, ob quod Afft. noſter *in conſtit. Blaſphemantibus in* 4. *dub.* ſcripſit blaſphemantem calore iracundiæ mitius puniri, pœnamque in dicta Conſt. præſcriptam euitare, ſed circa hanc materiam vide Iul. Clar. *in §. iniuria. num.* 16. 1

Quantùm autem attinet ad dubium principale huius deciſionis, circa iniuriam in Officialem illatam, dubitari ſolet, an contra iniuriantem, Officialis ipſe iniuriatus procedere poſſit, & eum diſtinctione reſpondetur; nimirum, vt ſi notoria ſit iniuria, bene poſſit Officialis iniuriatus iniuriantem cognoſcere, & punire, & hoc ſiue iniuria fuerit facta in eius perſonam, ſiue in familiam. Ratio aſſignatur, quia in notoriis Iudex non dicitur facere, niſi ſolam exequutionem, ſuſpicioniſque ratio ceſſat prorſus, ſecus autem vbi offenſa non eſſet notoria, niſi facta proponatur officio, & dignitati, quia tunc bene Officialis ille poſſet procedere, & punire, quamuis offenſa notoria non eſſet; probant hæc omnia Cyn. & Bal. *in l. 1. C. ne quis in ſua cauſa.* Bar. *in l. ſi quis forte. §. ſi quos ff. de pœnis*, Innocent. *in c. fin. de pœnis.* Ang. *in l. ſi quis obrexerit ff. de falſis*, Carrer. ſatis bene *in prax. fol. mihi* 7. *n.* 30. *&* 31. quando autem dicatur offenſa notoria, explicat Capyc. *deciſ.* 124. *à n.* 7. 2

Sed quæ ſit iniur. pœna vide Io. B. Baiar. *in addit. ad Iul. Clar. in §. iniuria num.* 6. poſt Fab. Montelt. quem allegat, vbi dicit non poſſe certam dari pœnam, cum ex varietate locorum, temporum, perſonarum, & factorum, ipſæ quoque pœnæ variari ſoleant; & quæ dicatur iniuria atrox, vide Iacob. Menoch. *de arbitr. Iudic. caſu* 263. & an actio iniuriarum certo tempore præſcribatur, ſiue ciuilis ea conſideretur, ſiue criminalis, vide Baiar. *loco cit. numer.* 53. *&* 54. 3

ARGV

Digitized by Google

## *ARGVMENTVM.*

Vaſalli Baronum contrauenientes banno M. C. ſic delinquentes in propria patria, & territorio, an ad Barones, ipſis inſtantibus, ſint remittendi, vt condignâ pœnâ afficiantur, vel potius eſt procedendum in Magna Curia. Conſuetudo iudicandi, per quot iudicaturas inducatur, & de aliis.

## DECISIO CCXLIII.

1 CVM in Regia Prouinciali Audientia Calabriæ inquiſitus, & carceratus reperiretur quidam Vaſallus Illuſtriſſimi Principis Biſiniani, ex eo quod contrauenerat pœnali edicto per magnam Curiam promulgato aduerſus receptatores bannitorum, & contumacium tam ipſius M. C. quàm Regiarum Audientiarum, comparuit dictus Illuſtriſſimus Princeps tam in dicta Regia Audientia, quàm demùm in gradu appellationis in M. C. cauſæ remiſſionem ad ſuos officiales petens, & hoc virtute ſuorum ampliſſimorum Priuilegiorum, quibus omnimodam iuriſdictionem ciuilem, & criminalem in ſuos vaſallos conceſſam habebat, & cum mero, & mixto imperio priuatiuè ad omnia alia Tribunalia tam Regia, quàm Baronalia; ſed excipiente Regio Fiſco, magnam Curiam huius delicti eſſe iudicem competentem, quamuis receptatio in territorio, & iuriſdictione Principis contigerat, fuit dubitatum an de iure petitæ remiſſioni locus eſſet.

2 Pro Domino Principe allegabatur, quod cum vigore ſuorum Priuilegiorum iuriſdictionem tam amplam in ſuos vaſallos conceſſam tenebat, ex hac conceſſione cenſebatur pariter conceſſa omnis pœna, quæ dicitur fructus iuriſdictionis, & tenent Bar. *in l. fin. ff. ſol. matr.* Bal. *in l. 1. C. de fruct. & lit. expen. & in l. ſi ſeruus communis ff. de ſtipul. ſer.* Andr. *in cap. 1. §. hereditatem, de pace tenen.* & Aret. *in l. diuortio ff. ſol. matr.* conceſſa enim iuriſdictione, omnia veniunt, quæ ad eam ſpectant; *arg. l. illud ff. de acq. hared. & l. 2. ff. de iuriſdic. omnium iudic.* nec dominus directus in his, quæ ad dominum vtilem ſpectant ſe intromittere poteſt, vt per Andr. *in cap. 1. de controuer. feud. apud par. term.* hinc videmus Principem alterius ius, & dominium nunquam abſtuliſſe, niſi iuſta accedente cauſa, ad tex. *in l. lucius ff. de euictio. in l. item ſi verberatum §. 1. ff. de reiuendic.* notant omnes Canoniſtæ, ſignanter Felyn. *in c. quæ in eccleſiarum de conſtit.* Paul. de Caſtro. & Aret. *in l. gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthu.* Andr. *in cap. 1. §. præterea num. 29. de capit. Corradi,* & ſatis benè per Iaſ. *in l. barbarius ff. de offic. prætor.* vbi dicit quod ſi Princeps rem priuati cum cauſa auferret iuſtum pretium ei ſoluere tenetur, & per hoc dicebatur, ex promulgatione edicti aduerſus receptatores bannitorum, & contumacium, non per hoc Baronum iuriſdictionem in dubio ſublatam cenſeri poſſe, adhuc ſi vigore huius edicti, pœnæ à iure communi vel municipali augerentur, quia in dubio Princeps iuribus tertij derogare non cenſetur: *l. 2. §. ſi quis à Principe ff. ne quod in loco publ. & l. cum auus C. de emancip. liber.* & derogatio quando fit in ſpecie, & non tacitè, neque generaliter fieri debet, vt habetur *in l. decurionibus*, vbi hoc omnes notant *C. de ſilentiar. lib. 12.* & Bal. *in cap. 1. quo tempo. miles.*

At pro parte Regij Fiſci dicebatur negari non poſſe, magnam curiam ratione edicti emanati; & pœnarũ in eo contentarũ iudicem eſſe competentem ad hos receptatores cognoſcendum, quamuis ſint illi vaſalli Baronum, & quod in eorum iuriſdictione deliquerint, & quod alias contra hos vaſallos, ſtantibus priuilegiis Baronum, procedere non poſſet, dicitur enim ſpreta huius Tribunalis iuriſdictio, ac proinde meritò ab eadem M. C. vindicatur, ad tex. *in l. ſi quis id, quod, & melius in l. ſi familia. ff. de iuriſd. omnium iudic. & in l. de ætate §. ſi qui tamen ff. de interrogat. actio,* facit tex. *in l. nullum C. de teſtibus*, & ibi Bar. Bal. Salic. Paul. de Caſtro. & cæteri omnes. Ad quorum confirmationem compertum fuit ſic ſemper, & indiſtinctè in his ſupremis Tribunalibus iudicatum fuiſſe, & productæ fuerunt quinque determinationes indiuiduales, vltra atteſtationes factas per Dominos Io. Andream de Curte & Antonium Orificium, quorum alter per longum tempus fuit Iudex in M. C. alter verò Fiſci patronus, hi enim ſic ſemper in M. C. iudicatum fuiſſe atteſtati fuère, & in Regiis Prouincialibus Audientiis duo alij D. Cõſiliarij, qui in illis Auditores extitêre: vnde dicebatur inductam eſſe cõſuetudinem; ſic iudicandi, ad tradita per Bal. *in rubr. C. quæ ſit longa conſue. in 4. quæſt.* vbi quærens per quot ſententias conſuetudo iudicatur, reſpondit per duas, vel plures, dummodo ea intione ſint promulgatæ vt perpetuò in eiſdem caſibus ſic ſeruetur; nec obſtare dictum fuit pro Principe in cõtrarium adducta, quia procedunt regulariter, & in omnibus aliis caſibus in quibus Barones in vaſallos ſuos generaliter habent iuriſdictionem, ſecus in caſu iſto ſpeciali de quo agebatur; vnde relata cauſa in Collaterali Conſ. in quo votarunt non ſolùm 3

Domini Regentes Regiam Cancellariam, ſed omnes Domini Regij Conſiliarij Caſtri Capuanæ cum votantes eſſent numero quatuordecim, ſex pro Principe votum protulerunt, octo autem pro Regio Fiſco, & hi fuerunt quatuor domini Regentes Regiam Cancellariam, Dominus Præſ. S.C. ac Domini Conſiliarij Io. Andreas de Curte, Antonius Orificius, & Ludouicus Quadra, qui cenſuerunt d. vaſallum nullatenus ad d. Principem eſſe remittendum, ſed quod de hoc delicto magna Curia, vel Regia Prouincialis Audientia cognoſcere deberent, eo potiſſimum perpenſo, nimirum propter obſeruantiam, & conſuetudinem ſic in ſimilibus cauſis iudicandi, & fuit cauſa iſta magni momenti, ratione exempli, ex quo in futurum determinatio hæc in Regno ius faciebat, & quod amplius de hoc articulo dubitati non poterat.

## OBSERVATIO.

1 Dvbium de quo, in hac deciſione inuenio pariter propoſitum à D. Præſ. de Franch. *in deciſ. ſua* 470. quo loci citat D. Regentem noſtrum hîc, quem doctiſſimum appellat virum, ſic eius ſcripta recitans, nec aliquid addit, ſed in omnibus cum dictis hîc ſe conformem reddit, aitque indiſtinctè hodie, tam per M. C. quàm per S. Conſ. iudicari, vt denegetur Baronibus remiſſio vaſallorum qui inquiruntur de receptatione contumacium M. C.V. vel Regiarum Audientiarum, quamuis doceat Baro remiſſionem petens Priuilegia habere ampliſſima, & cum clauſulis abdicatiuis tam in primis, quàm in ſecundis appellationibus, idemque D. Reg. Rouit. *in Prag.* 1. *n.* 14. *de receptator. delinquent.*

2 Sed certè hæc dicta non ſunt ſine controuerſia, quandoquidem aliàs non ſemel contrarium iudicatum comperimus, ſicque de hoc delicto ad Barones conceſſa remiſſione, vt videre eſt penès Petr. Foller. *in ſua prax. in verb. audiantur excuſatores. ſub n.* 134. & apud Horat. Viſcont. *in additio. ad D. Præſid. in ſupra relata deciſ.* 470. vnde non imprudenter D. Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 1. §. 3. *num.* 51. à deciſionibus per D. Regentem noſtrum, & D. Præſid. de Franch. relatis recedere videtur, ait enim valde ipſum dubitare, non poſſe dici adeſſe conſuetudinem iudicandi contra Barones, dum contrarium pro Baronibus pluries iudicatum reperitur, & ſi verum eſt, Barones habere cognitionem delictorum ſuorum vaſſallorum cùm receptare contumaces M. C. & Regiarum Audientiarum ſit delictum, conſequens eſt dicere, quod dum Vaſſallus in Territorio Baronis delinquit, ſic contumaces receptans, poſſit Baro iuxta tenorem ſuorum Priuilegiorum de huiuſmodi delictis cognitionem habere; plus conſiderat D. Reg. de Pont. nam dum cognitio horum delictorum ad Barones non ſpectat, Vaſſallus, qui receptauit impunitus remanet, quia Baro punire non curat, Regnique Tribunalia talium delictorum ſcientiam non habent, ſubdit demùm, & prudentiſſimè propter hoc eſſe cogitandum.

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius an requiratur ſuper obligatione bonorum feudalium facta per patrem promittentem filio in capitulis matrimonialibus certam annuam pro ipſius filij, & vxoris alimentis præſtare quantitatem, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCXLIV.

CVM Marchio S. Luciti hæreditatis paternæ creditor reperiretur pro ſumma ducatorum quatuordecim millium ex cauſa annuorum ducatorum mille, ad quos pater pro alimentis ſe obligauerat in capitulis matrimonialibus ſtipulatis occaſione matrimonij contracti inter ipſum Marchionem, & filiam comitis Arenarum, vt ſummam ſiue quantitatem huius crediti conſequi potuiſſet, egit actione hypothecaria ſuper ciuitate Vici, quæ fuerat in bonis patris ſui, & demùm poſſeſſa per Io. Franciſcum Carrafa fratrem, ſed illo excipiente, quod actor inſtituta actione carebat, tùm primò quia hæc promiſſio directa videbatur Comiti Arenarum, & ſucceſſiuè bona ipſius promittentis filio obligata dici non poterat, tùm ſecundò, quia ſuper hac obligatione regius aſſenſus impetratus non fuerat, dubitari contigit quid iuris. 1

Ad elidendam primam exceptionem dicebatur, quod quamuis in ſtipulatione Capitulorum matrimonialium ex vna parte interuenerat Comes Arenarum, qui filiam nuptui habebat, & ex altera Marchio S. Luciti, eiuſque filius, qui vxorem ducebat, ſicque hi duo vna eademque perſona videbantur; non tamen per hoc ceſſabat, quin in his, quæ inter ipſos patrem, & filium geſta fuére, duæ dicerentur partes, pater nimirum alimenta promittens, & filius recipiens, & cum inter cætera capitula in inſtrumento contenta legebatur illud, quod Marchio pater ſe obligabat ad annuos Ducatos mille pro alimentis præſtandis, ſucceſſiuè eius bona obligata remanebant; hoc enim operatur clauſula illa, *pro quibus omnibus obſeruandis ambæ partes obligarunt ſe, & bona omnia.* vt ad omnia capitula referatur, proinde ac ſi in quolibet eorum ſpecialiter bonorum obligatio poſita & expreſſa eſſet, iuxta ea quæ notant Bal. *in l.* 1. *C. qui accuſ. non poſ. & in l.* 2. *C. de probat.* Aret. & Iaſ. *in l. Titia* §. *fin. ff. de verb. obligat.* & eſt bonus tex. *in c. vt circa*, vbi gl. *in verb. omnia, & ſingula, de election. in* 6. 2

Sed

Digitized by Google

2 Sed maior fuit difficultas in ſecunda exceptione, ad quam elidendam dicebat actor, quod licèt regius aſſenſus impetratus in forma ſolita ſuper contractu capitulorum matrimonialium non legebatur, hoc euenit, quia neceſſe non erat, ex quo Illuſtriſſimus Dominus Prorex in ſtipulatione capitulorum matrimonialium interuenerat ſuum in omnibus ibi contentis præſtans aſſenſum, quem neceſſarium Regis nomine præſtitiſſe cenſendum erat, quia aliter præſtare non poterat, ad notata per Bal. *in l.* 1. *§. nunciatio col.* 2. *ff. de noui oper. nunciat.* Nec huic dicto, dicebatur obſtare Pragmaticas Sanctiones, quibus diſpoſitum eſt, vt omnes aſſenſus per verbum, *fiat*, conceſſi, debeant ſub pœna nullitatis infra certum tempus in forma Regiæ Cancellariæ expediri, nam loquuntur de aſſenſibus conceſſis in calce memorialium; ſicque hæc diſpoſitio ad alios aſſenſus aliter conceſſos, & expeditos extendi non poterat, ad tex. *in l. ſi verò §. de viro ff. ſolu. matrim.* gl. *in l. cum is §.* 1. *ff. de donat. cauſ. mor.* ac ita compertum fuit pluries tam per S. C. quàm per Regiam Cameram iudicatum fuiſſe, Pragmaticis prædictis non obſtantibus.

3 Vlterius dicebatur actorem ſuper obligatione bonum feudalium ſui patris legis aſſenſum habere, quia ipſe vti primogenitus erat bonorum feudalium immediatus ſucceſſor, & ſi verum eſt, quod pater poteſt feudum, quod poſſidet filio ſuo primogenito abſque aſſenſu donare, quia lex eſt illa, quæ præſtat aſſenſum; *cap.* 1. *§. & ſi clientulus de alien. feud. cap.* 1. *§. ſed etiam res, per quos fiat inueſt. & cap.* 1. *de alien. feudi paterni*, ergo & obligare, quod eſt minus iuxta notata per Parid. de Put. *in ſuo tract. de reintegrat. feud. cap.* 236. *num.* 8. *&* 253. *num.* 12. & per Affl. *in c. imperialem num.* 24. *verſ. quinto fallit. de prohib. feud. alien. per Freder.* At opinio hæc viſa fuit valde dubia, nec vnquam in Regno tractata, nec de his actum per Andr. qui in Regno eſt feudorum auriga, ac proinde omnino abolenda, in nihilo obſtantibus iuribus, nuper allegatis, quia cum illa ſe reſtringant ſolùm ad contractus, per quos vtile dominium transfertur, ad alios contractus extendi non poſſunt, adhuc ſi in illis eadem, vel maior conſideretur ratio, eſt enim vulgatum illud axioma, vt in his nulla poſſit fieri extenſio, neque de re, ad rem, neque de contractu ad contractum, neque de perſona in perſonam, neque de tempore ad tempus, vt per Andr. *in locis vulgatis.* Hæc cauſa fuit terminata in Collaterali Conſ. ad relationem S. C. Caſtri Capuanæ; Domini Regentes pro actore eorum protulerunt votum, omnes verò Regij Conſiliarij pro conuento aliiſque creditoribus hæreditatis quondam Marchionis, ſecundum quorum ſententiam determinatio prodiit.

---

## OBSERVATIO.

Memini deciſionem hanc ſemel fuiſſe à me allegatam pro nullitate obligationis bonorum feudalium factæ à patre, qui filio ſuo primogenito in cauſam emancipationis certam donauerat pecuniæ quantitatem, infra certum tempus ſoluendam, cum obligatione bonorum feudalium, quæ poſſidebat, nam cum ceſſiſſet ſolutionis dies, eſſetque pater donans renitens ad ſummam donatam ſoluendam; credebat filius donatarius poſſe eum de iuribus ſuis ſuper bonis feudalibus, ſibi, quamuis ſine aſſenſu obligatis, experiri ad id affirmandum motus, quia, ſi in donatione, vel quauis pura diſtractione feudi à patre filio primogenito facienda nullus hominis requiritur aſſenſus, ex quo lex eſt illa, quæ aſſenſum præſtitit, vt ſunt iura vulgata *in cap.* 1. *§. & ſi libellum de alien. feudi pater. in c.* 1. *de eo, qui finem fecer. agnat. & in cap.* 1. *de vaſſal. decrep. ætat.* in quibus locis Andr. & Feudiſtæ communiter, R. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 8. *§.* 1. *num.* 22. quo loci dicit alienationem, quæ fit immediato ſucceſſuro, ſicut excepta eſt illa à lege prohibitiua alienationis, ſic pariter excepta eſt à modo alienationis, ergo dicebatur pari modo, nullum requiri hominis aſſenſum, dum pater pro aliqua cauſa feuda ſua ad fauorem filij primogeniti hypothecæ ſubmittit. 1

Sed contrarium reſpondi authoritate D. Regentis noſtri hîc, eſt enim aſſenſus, vt hîc probatur, ſtricti iuris, ſicque extenſionem aliquam non recipit, & probant omnes *in c. imperialem de prohib. feud. alien. per Freder.* ſignanter Andr. qui in ſpecie dicit aſſenſu præſtito ſuper alienatione feudi, non cenſeri illum præſtitum ſuper obligatione; idemque Camer. *in d. c. imperialem fol.* 49. *litt. E*, Frecc. *de ſubf. lib.* 2. *in quaſt.* 9. *per totam fol. mihi* 189. & Lanar. cæteris omiſſis *conſ.* 60. *num.* 220. ad id expendentes tex. *in l. ſi pupillorum §. ſi Prætor. ff. de reb. eorum*, vbi diſponitur pupillorum bona obligari non poſſe, licèt Prætor illa vendi conceſſerit; vnde dicebam, quod licèt iure cautum eſſet, vt in tranſlatione vtilis dominij bonorum feudalium, à patre in filium primogenitum nullus requiratur hominis aſſenſus, quia lex eſt illa quæ aſſenſum præſtitit, non per hoc dici poteſt, vt nec etiam requiratur, quando pater filio ſuo immediato ſucceſſuro feudum obligat, quia de obligatione iura prædicta non loquuntur; ſed tantùm de tranſlatione vtilis dominij, ſicque extenſio aliqua facienda non eſt. 2

Ad illud autem quod hîc dicebatur, ſat fuiſſe pro conualidatione bonorum feudalium, D. Proregis præſentiam in capitulis matrimonialibus, vide ſi placet, quæ Ego ſcripſi *lib.* 1. *mearum reſolu. cap.* 122. 3

## *ARGVMENTVM.*

Annuus redditus perpetuus conſtitutus ſuper certa re, an dominij tranſlationē in beneficium Conceſſionarij importet, vel potius hypothecam

cam, ita vt liceat conſtituenti rem illam cui vult locare, vendere, &c. nec aliter requiri conſenſum illorum ad cuius fauorem fuit annuus conſtitutus redditus, & de aliis.

## DECISIO CCXLV.

1 SVPPONEBATVR ſine controuerſia Regem Carolum ſecundum ſuper iuribus Tertiariæ Arzurij, Ferri, & Picis conceſſiſſe venerabilibus Monaſteriis Sanctorum Dominici, Laurentij, & Auguſtini huius Ciuitatis annuas vncias centum quinquaginta, nimirum Monaſterio Sancti Dominici vncias octuaginta, S. Laurentij quadraginta, & S. Auguſtini triginta, cuius conceſſionis vigore prætendebant dicta Monaſteria, quod non poterat Regia Curia iura dictę Tertiariæ locare, ex quo eorundem poſſeſſio, ſeu quaſi, & tota adminiſtratio ad ipſa Monaſteria pertinebant; vnde quid iuris dubitatum extitit.

2 Per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſ. & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege, nemine diſcrepante, fuit pro Fiſco pronunciatum, nimirum, vt iura dictæ Tertiariæ poſſet Regia Curia alteri locare eo præſuppoſito pro indubitato, quod penes ipſam dictorum iurium proprietas, & ius vſusfructus extabant, & Monaſteria ex conceſſione prædicta ſuper iuribus prædictis non niſi hypothecam acquiſiuiſſe, nam quoties annuus redditus alicui ſuper fundo legetur, legatarius, ſtante dictione illa *ſuper* hypothecam tantùm acquirit; *l. Codicillis §. inſtituto*, vbi latè Bar. *ff. de leg.2.* Nec fuit ratio aliqua habita de prætenſione monaſteriorum allegantium, quod vbi non poſſet dici fuiſſe eis proprietatem dictorum iurium conceſſam, ſaltem dicebatur conceſſus vſusfructus ad tex. *in l. cum ita*, vbi gl. *ff. de vſufr. leg.* nam fuit reſponſum, Monaſteriis prædictis non aliter conceſſos fuiſſe omnes fructus Tertiariæ; ſed certam annuam penſionem ſuper illa, ſicque dici non poterat fuiſſe illis ius vſusfructus conceſſus: eſt tex. *in l. defuncta* §. 1. *ff. de vſufr.* notant gl. *in l. ſi quis ita ff. eod.* & Bar. *in l. fundi Trebatiani ff. de vſufr. legat. & in l. cotem ferro. §. qui maximos ff. de publica. & vectigal.* etenim ex verbis conceſſionis clarè apparebat dictas vncias 150. non propria authoritate, ſed à manu Regiæ Curiæ forè capiendas, ſicque ſubintrare diſpoſitionem *d. l. fundi Trebatiani*, vnde fuit concluſum Priores dictorum Monaſteriorum non potuiſſe niſi aſſiſtere cum Regia Curia ad iura prædicta arrendandum, procedere vellet.

## OBSERVATIO.

AD confirmationem, quod dictio *ſuper* hypothecam importet, vltra Bar. hîc allegatum, vide Bal. *conſ.* 182. *num.* 2. *lib.* 5. Paul. de Caſtr. *conſ.* 106. *ſub num.* 3. *verſ. conſtat autem lib.* 1. Roma. *conſ.* 338. *numer.* 2. Crauett. *conſ.* 20. *num.* 10. Natt. *conſ.* 109. *numer.* 10. *& conſ.* 341. *num.* 6. *lib.* 2. Hondedeus *conſ.* 86. *num.* 3. *lib.* 2. Iaſ. *in Authen. Sacramenta puberum numer.* 26. *C. ſi aduerſus vendit.* Afflict. *deciſ.* 162. *num.* 6. Neguſan. *de pign. in* 4. *memb.* 2. *par. princip. n.* 164. *verſ. trigeſimus tertius caſus, & in* 1. *membro* 3. *par. num.* 5. *verſ. item conſtituitur.* Gigas *de penſio. quæſt.* 51. *num.* 17. Pariſius *de reſignat. benef. tom.* 1. *lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 96. Surd. *conſ.* 162. *num.* 10. *conſ.* 243. *num.* 12. *& conſ.* 330. *num.* 29. Gait. *de credito. cap.* 4. *quæſito* 6. *num.* 279. vbi multorum authoritate probat, 1 quod ſi dico, mutuo tibi centum ſuper fundo Tuſculano, tunc fundus ille diceretur hypothecatus; citat vltra Bar. Bal. & Neguſ. *locis ſupra citat.* Caccher. *deciſ.* 59. *num.* 1. Mant. *de tacitis, & ambig. lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 9. & Gratia. *diſcep. forenſ. lib.* 1. *cap.* 256. *num.* 51. vbi tamen *num. præced.* 49. *&* 50. aduertit quod ſi fundus fuit expreſſus cauſa demonſtrandæ, aut deſignandæ ſolutionis, dumtaxat, & eo caſu non inducitur hypotheca, quod dicit apparere, ſi poſt promiſſionē certi redditus in genere adiiciatur, quod capiantur, & ſoluantur de fructibus talis fundi, at ſi fundus fuit expreſſus per modum taxationis, & ſpecialis limitationis, & hoc caſu probat hypothecam induci, vt ſi dicatur promitto decem corbes frumenti annuos ſuper illo fundo vel dè illo, aut ex illo nulla facta diſtinctione, an dicatur ex illo, aut ſuper illo; citat gloſ. *in l. Gaetanus, in verb. ex eo in fine ff. de vſufr.* Alber. *in l. nihil proponi in princ. ff. de leg.* 1. & Buger. Bulant. *in Theſauro iuris emphyt. q.* 32. *num.* 17. *ante finem verſ. dicebam ego olim.*

Ex his communiter dixerunt Noſtrates, ſuper 2 feudo antiquo, vel etiam nouo, in quo per mortem feudatarij filius primogenitus ſucceſſit, hypothecam habere ſecundogenitos pro conſequutione vitæ, & militiæ, non ex alio, niſi quia textus noſter *in c. alienationis actus ſecundum ordinem Nigri* 261. hanc annuam vitalitiam præſtationem ſecundogenitis decernit ſuper feudo, ſicque ſtante dictione iſta *ſuper* aiunt, hypothecam oriri, ita D. de Franch. *deciſ.* 714. Theodor. *alleg.* 7. *num.* 3. & alij penes Gallup. *in method. iuris feud. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 59. Capan. *de vita, & milit. quæſt.* 29. & alij per me relati ſupra *in obſer. ad deciſ.* 91.

Ad materiam autem tex. hîc citati *in l. fundi Trebatiani* 38. *ff. de vſufruct. lega.* vide quæ Ego ſcripſi 3 *lib.* 1. *reſolut. iur. capit.* 189. *num.* 9. *& lib.* 2. *cap.* 81. *numero* 4.

## *ARGVMENTVM.*

Textus *in cap.* 1. *§. his conſequenter, in tit. hic finitur lex*, quo diſpoſitum eſt, vt defuncto feudatario ſine legitimo ſucceſſore ante Kalen. Martij fructus omnes illius anni ad dominum ad quem feudum deuoluitur ſpectent, an procedat in penſionibus

Digitized by Google

ſionibus domorum; Item an tex. iſte locum habeat, quando feudum non deuoluitur ad dominium; ſed ad agnatum qui non eſt hæres in allodialibus, & de aliis.

## DECISIO CCXLVI.

1 DEfvncto Magnifico Iulio Cæſare Varano de menſe Ianuarij 1543. abſque legitimo ſucceſſore, cum in feudum teneret Doganellam Aprutij, fuit in Regia Camera dubitatum, an tex. *in cap.* 1. §. *his conſequenter in tit. hic finitur lex.* locum haberet in penſionibus domorum, & ſimilibus. Ratio dubitandi fuit, quia hæ penſiones videntur eſſe fructus, qui ſingulis anni diebus percipiuntur, & non in fine anni; illa enim habitatio reſpectu inquilini eſt fructus, qui quotidie percipitur, & conſequenter pro rata temporis, quo feudatarius vixit ad eius hæredes ſpectare debent, provt in terminis conſuluit Anchar. *conſ.* 193. Verùm quia in caſu de quo agebatur, penſiones in fine anni, & in principio Maij ſoluebantur, pro Fiſco fuit per Regiam Cameram pronunciatum, ſicque vt fructus omnes ad Regiam Curiam ſpectarent, ex quo ante Kalen. Martij feudatarius deceſſerat, & ita dictũ fuit in eo tex. affirmaſſe Andr. Bál. Iacob. de Beluis. Aluar. & Afflict. & è contra in cauſa hæredum quondam Alphonſi Caraccioli, qui abſque legitimo ſucceſſore in die 13. menſis Martij è viuis deceſſit, fuit deciſum fructus omnes Caſtrorum Valuani, & Recigliani, ad eius hæredes ſpectare, licèt illorum feudorum poſſeſſio vigore *c. ex præſumptione.* penès Regiam Curiam fuiſſet.

## OBSERVATIO.

1 NImis vulgata eſt diſpoſitio tex. *in cap.* 1. §. *His conſequenter in tit. hic finitur lex,* vt defuncto feudatario ſine legitimo ſucceſſore ob quod feudum ad dominium reuertitur, ſi mors contingit, ante Kalen. Martij fructus omnes illius anni ad dominum, ad quem feudum deuoluitur, ſpectent, ſin autem poſt Kalen. Martij ad hæredes feudatarij in allodio, hac diſpoſitione ſic ſtante cum fuiſſet hîc dubitatum, an textus iſte locum haberet in penſionibus domorum, ita vt ad dominium pertineant, ſi mors contigit ante Kalen. Martij affirmatiuè fuit deciſum quia compertum fuit quod hæ penſiones in fine anni ſoluebantur, ſed videbatur dicendum, quod vti fructus Ciuiles pro rata temporis inter dominum, & hæredes vaſalli diuidi deberent, provt diuiduntur inter venditorem, & emptorem, & inter hæredes vſufructuarij, & proprietarij, vt probat D. de Franch. *deciſ.* 160. *num.* 6. & 7. vbi rationem aſſignat quia quis habitando, dicitur fructus percipere ſingulis diebus, & horis; ſed tamen fuit deciſum provt hîc, non alia quidem ratione, niſi quia penſiones ſoluebantur in fine anni, ſicque alias de anno 1563. ſub die 4. Septembris per eandem Regiam Cameram facta relatione in Collaterali Conſilio deciſum fuiſſe, teſtatur D. de Franch. *deciſ.* 572. idque in cauſa vertente inter Regium Fiſcum, & hæredes Marchioniſſæ Padulæ, in qua fuit dictum quod fructus omnes tam naturales, quàm induſtriales, cuiuſuis generis, & penſiones Status totius anni, quo Marchioniſſa mortua fuit, quia poſt Kalen. Martij deceſſit, ſpectare, & pertinere ad hæredes Marchioniſſæ, Fiſco penitùs excluſo, in qua quidem determinatione, ſubdit D. de Franch. *in fine.* quod interuenit D. Reg. Reuerterius, quem ait longo tempore fuiſſe Præſidentem, & locumtenentem Regiæ Cameræ, virumque doctiſſimum & in cauſis feudalibus verſatum, & extat deciſio particularis Dom. Regentis noſtri infra 265.

2 Sed aliàs apud nos dubitatum fuit an diſpoſitio dicti §. his conſequenter locum habeat, quando feudum non deuoluitur ad dominium; ſed ad agnatum, qui non eſt hæres in allodialibus, & affirmatiuè deciſum fuiſſe comperimus apud D. de Franch. *deciſ.* 19. citat aliàs hoc idem firmantes Barbat. *de diuiſione fruct. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 32. provt dicimus de meliorationibus in feudo factis, ad tex. *in cap.* 1. §. *ſi vaſſallus eodem tit. hîc finitur lex,* qua de re ſatis bene D. Reg. de Pont. *conſ.* 52. *à num.* 31. *lib.* 1. aliique plures, quos retuli Ego *lib.* 2. *reſol. iur. cap.* 21. *num.* 25. vbi dixi augmentum omne quod in feudo factum reperitur, ſiue titulo oneroſo ſiue lucratiuo, ad hæredem in allodio ſpectare, ſiue ſeparabile illud ſit, ſiue inſeparabile, & ſic, ſiue extrinſecum, ſiue intrinſecum, idque ſiue feudum aperiatur domino, ſiue in eo ſuccedat legitimus ab inteſtato ſucceſſor, ex lege inueſtituræ vocatus. Vide quæ ibi ſcripſi quia ſunt ſatis notanda.

## *ARGVMENTVM.*

Releuij in liquidatione, an ſicut excomputatur Adhoa, quæ forſan in anno mortis feudatarij imponi contingit, ſic pariter habenda ſit ratio de perſonali ſeruitio, quod in illo anno mortis legitimus in feudo ſucceſſor Domino præſtat; Et quid ſi in anno mortis Baro ſucceſſor non coactè aliquid Regi donauerit, nùm in illa medietate fructuum Regiæ Curiæ debita pro releuio excomputari quoque debeat illud, quod donatum eſt.

## DECISIO CCXLVII.

1 EOdem anno, quo è viuis deceſſit Dominus Annibal de Capua Illuſtriſſimus Dux Termulanorũ eius filius, ab Illuſtriſſimo Domino Regni huius Prorege monitus vocauit pro Domini noſtri Regis ſeruitio in Prouin-

cia Aprutina, cum ibi de Turcharum inuaſione maximus eſſet ſubortus timor; vnde in liquidatione, ſiue ſolutione releuij debiti per mortem dicti quondam eius patris, fuit in Regia Camera dubitatum an de hoc perſonali ſeruitio eodem anno Regi præſtito ratio haberi debebat; dicebatur enim in Regia Camera ſine controuerſia procedere, quod quando in Regno imponitur Adoha, & eodem anno releuium ſolui contigit, Adoha in releuio excomputatur & notat Iacob. de Gello. *in ſuo opuſculo de Adoha & releuio n.*77. ea quidem ratione, ne quis duplici onere grauetur; *l. nauu onuſta ff. ad leg. rodiam de iactu*, & in ſimili per Andr. *in cap.* 1. *§. & plauſtrorum, quæ ſint regal.* hæc ratio quæ eſt in Adoha, vt in releuio excomputetur, dicebatur quod pariformiter militat quando non ſoluitur Adoha; ſed perſonale præſtatur ſeruitium; eodem enim anno grauaretur vaſallus ad ſoluendum releuium, & ad ſeruiendum, ſicque, vnde viueret, non haberet, ac proinde hoc ſeruitium omnino in releuio venit excomputandum; tùm etiam quia Adoha loco perſonalis ſeruitij ſucceſſit, in regiſque electione eſt, quod vult, quare, his conſideratis, fuit per Regiam Cameram pro Domino Duce pronunciatum.

---

## OBSERVATIO.

1 Notabilis eſt Deciſio iſta, nec alibi ſcriptum obſeruaui, vt in ſolutione releuij, idem iudicandum ſit de perſonali ſeruitio, ſicut de Adoha, ſicque, vt quemadmodum, quando in Regno imponitur Adoha, & eodem anno releuium ſolui contingit, Adoha in releuio excomputatur, ſic pariter, quando in vno eodemque anno legitimus in feudo ſucceſſor præſtat domino perſonale ſeruitium; ad confirmationem autem concluſionis hîc tentæ, vt quando in Regno imponitur Adoha, eodemque anno feudatarij mors contingit, alterum tantùm debeatur, nimirum vel Adoha, vel releuium, vltra Iacob. de Agello *hîc citat.* ſcripſerunt Afflict. *in cap.* 1. *num.* 15. *in tit. quo tempo. miles in fine, & in cap.* 1. *§. ſimiliter num.* 7. *de Capitulis Corradi*, Loffredus *in parafra. feudal. in c.* 1. *§. ſed & res per quos fiat inueſtit. verſ. quinto, & vltimo*, Frecc. *de ſubſ. lib.* 2. *in* 3. *author. num.* 26. Niger. *in c. apud Frigiam num.* 43. Paſcal. *de virib. patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 1. *num.* 14. quos omnes citat, & ſequitur Andr. Capan. *in tract. de iure releuij par.* 2. *q.* 16. *num.* 6. vbi *num. ſequenti huius concluſionis*, eadem vtitur ratione, nimirum, ne feudatarij duplici onere grauentur habeantque illo anno vnde viuant.

2 Sed contingit dubitari in Regia Camera in cauſa releuij debiti Regiæ Curiæ, ob mortem Illuſtriſſimi Principis Melfitti, qui è viuis deceſſit de anno 1632. in quo Baronibus Regni huius occaſione imminentis Belli neceſſitatis, fuit Regia ordinatione præcedente iniunctum, vt Domino noſtro Regi auxilium præſtarent cum tot equitibus, conſideratione habita ad eorum vires, & facultates; vnde in liquidatione releuij dubitabatur, an in illa medietate fructuum Regiæ Curiæ debita pro releuio excomputari, ſiue bonificari deberet, quod ſucceſſor in feudo exburſauit pro faciendis equitibus, & per ſupradicta videbatur affirmandum, nam ſi citra controuerſiam procedit apud nos concluſio, nimirum vt quando vno, eodemque anno in Regno imponitur Adoha, & releuium ſolui contingit, Adoha in releuio excomputatur, & hoc ne feudatarius duplici onere grauetur, conſequens eſt dicere vt quod ſucceſſor in feudo per mortem d. Illuſtriſſimi Principis ſoluerat pro ſeruitio equitum, eſſet pariter in releuio excomputandum.

3 Cæterum facta de his omnibus relatione in Regia Camera ſub die 24. currentis menſis Ianuarij 1656. contrarium iudicauimus. Rationes, quæ me mouerunt, ſunt hæc, prima quia concluſio nunc firmata, quæ contradictorem non habet, ad caſum de quo agebatur, non applicatur; etenim cum hæc ſit conſuetudo ſic iudicandi, non quod in Regno circa hoc aliquid particulari lege ſtatutum ſit, certè conſuetudo hæc tantum habet de potentia, quantum habet de vſu; ſicque proprios terminos non excedit, nec ad terminos etiam eiuſdem naturæ extendi poteſt, vt benè ratiocinantur Tobias Honius *conſ.* 48. *num.* 23. Rola. à Valle *conſ.* 35. *ſub num.* 30. *lib.* 3. & Honded. *conſ.* 87. *num.* 49. *lib.* 1. & *conſ.* 75. *num.* 46. *lib.* 2. Vnde ſi hæc excomputatio fuit facta ſemper de ſeruitio Adohæ, & ſic vſus inoleuit, vel perſonali ſecundum deciſionem hîc à Domino Rege relatam, hoc ſeruitium à Baronibus in dicto anno 1632. Domino Regi noſtro tributum, non eſt Adoha, neque perſonale ſeruitium; ſed quoddam ſubſidium ſic per accidens occaſione imminentis neceſſitatis elargitum, fuitque potius voluntarium, quàm coactiuum, nam multi ex Baronibus ſe excuſarunt, & nonnulli equitum ſeruitium in minori numero, eo quod fuit petitum præſtiterunt, nec audiuimus contra aliquem renitentem fuiſſe in perſonam, vel in bonis exequutum, ergo non eſt cur de eo excomputando in releuio tractari poſſit; ſecunda aſſignatur ratio, ideo Adoham in anno mortis cum releuio confundi, quia cum ſit illa onus feudi; æquitas ſuadet, vt excomputetur in releuio, quod etiam hodie ſecundum magis veram opinionem pariter onus feudi eſt, provt de vtroque onere loquitur nouiſſimè Montan. *in repet. cap. imperialem num.* 212. & 215. *fol.* 101. & 103. hoc autem ſubſidium in dicto anno 1632. à Baronibus noſtro Domino Regi præſtitum, nec dici poteſt quod ſit onus feudi, nec feudatarij, quo ergo iure cum releuio excomputandum? Tertia aſſignatur ratio, fac vt vno, eodemque anno imponatur Adoha, & Baronibus aliud extraordinarium expoſcatur pro Domino noſtro Rege ſeruitium, nonnè ridiculum eſſet, ſi aliquis Baro peteret hoc extraordinarium ſeruitium cum Adoha iam impoſita fore excomputandum? Ad rationem autem, quæ in concluſione ſupra poſita aſſignatur, ideo locum eſſe excomputationi, ne Baro duplici onere grauetur, reſpondetur hoc affirmari poſſe, quandò plura feudi onera concurrerent, imò etiam ad onus duplicatum; quando plura onera eodem anno obueniunt, poſſe Baronem abſtringi, ſcripſit Franciſcus de Amic. *in repet. tit. de his qui feudum dare poſſ. verſ. & per iſta pluries conſultus fol.* 126. quem ſemper Ego intellexi alloquutum de alio onere, quàm Adohæ, & infert ad ſubſidia debita ab Vniuerſitatibus eorum Baronibus, ex diſpoſitione conſtit. quampluriùm, vt ſi eodem anno Baro emat terram, & filiam nuptui tradat teneatur Vniuerſitas ad vtrumque.

ARGV

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Releuium an ſit ſoluendum Regiæ Curiæ per mortem illius, cui cum Regio aſſenſu legatum fuerat feudum; & An debeatur per mortem legantis, ſicque vt legatarius, ſicut hæres vniuerſalis ad hoc onus teneatur. Hæres particularis in feudo an releuium ſoluere teneatur.

## DECISIO CCXLVIII.

1 CVM Illuſtriſ. Termulanorum Dux Dominus Andreas cognomento de Capua, filia hærede inſtituta, Terram Gambateſiæ, Regio aſſenſu mediante, Duciſſæ vxori quoad vixerit, legaſſet, ea demùm poſt multos annos defuncta, fuit in Regia Camera dubitatum, an per illius mortem Releuium Regiæ Curiæ ſolui deberet.

2 Principalis ratio dubitandi fuit, quia per mortem Ducis, reſpectu huius feudi releuium ab vxore legataria ſolutum non fuit, provt ſolui debebat, iuxta notata per Afflict. *deciſ.* 248. *num.*9. ac proinde dicebatur Fiſcum habere intentionem fundatam contra D. Duciſſam, quæ Duci Andreæ eius patri, etiam in hoc feudo ſucceſſerat, ex quo Ducilla vxor non niſi eius vita durante illud acquiſiuit, & ſucceſſiuè in hoc feudo hæredem habere non poterat, ſuccedente igitur in hoc feudo Ducilla filia, & titulo vniuerſali, non erat cur dubitari poſſet, vt ad releuium ſoluendum cogeretur, ſicut ſoluit pro aliis feudis in hæreditate eius patris remanſis. Nec his obſtabat oppoſitio facta, nimirum quod in anno mortis Ducis Andreæ fructus feudi Gambateſiæ non fuerunt ab eius filia, & hærede percepti, ſed ab vxore legataria, facto Regis aſſenſum præſtantis, ac proinde videbatur, quod ad releuium ſoluendum Ducilla filia cogi non poterat; etenim fuit reſponſum factam oppoſitionem procedere poſſe, quando Fiſcus voluiſſet releuium exigere ex fructibus illius anni, quo Dux deceſſit; ſed quia ſat eſt, quod ſoluatur ex fructibus vnius anni, vt paſſim, & indiſtinctè ſeratur in Regia Camera, & teſtatur Iacob. de Ayello *in ſuo opuſculo de iure adoha, & releuij numer....* Nullum conſiderabatur inconueniens, quod ſolueretur ex fructibus in anno mortis Ducilla legatariæ perceptis, vt annus ille ſubrogetur in locum illius anni, quo Dux Andreas è viuis deceſſit; non enim in iure eſt nouum, vt fructus vnius anni cum fructibus alterius anni compenſentur; *l. fructus ff. ſolu. matr.* Bar. *in l. diuortio §. fin. ff. eodem* facit tex. *in l. ſi vno ff. locati, & in l. ſi merces §. vis maior. eod. tit.* Hoc dubium non fuit deciſum, ex quo deciſione non expectata, fuit releuium ſolutum, Verùm cum de his in Regia Camera ageretur, omnes Domini Præſidentes in hanc partem inclinabant, quamuis D. Locum tenens certo modo dubitaſſet.



---

### OBSERVATIO.

DOminus Regens in hac deciſione videtur pro indubitato ſupponere, vt is, cui feudum cum Regio aſſenſu legatum eſt, releuium per mortem legantis ſoluere teneatur, dum citat Afflict. *in deciſ.* 248. *num.*9. quo loci dicit vſum Curiæ eſſe, vt legato feudo cum Regio aſſenſu præcedente, ſoluatur releuium; ſed contrarium videtur affirmaſſe infra *deciſ.*419. dum concludit, quod onus ſolutionis releuij ad ſucceſſorem tantùm vniuerſalem ſpectat, non autem particularem, iſtamque ſententiam amplexus fuit Minad. *in repetitio. conſtit. in aliquibus in princ. num.*52. *&* 53. vbi ſic loquitur; *ſecus ſi legando, vno hærede vniuerſali inſtituto, quia hic legatarius ad onera non tenetur, ſicut nec ad releuium Curiæ quod preſtatur ab hærede ſuccedente in feudis, ex conſuetudine Regni, & ideo aduertatur in præſtatione aſſenſus Regij ſuper legato, vt reſeruetur releuium, quod eſſet præſtandum, aliàs legatarius, qui non eſt habiturus inueſtituram, non poteſt moleſtari, nec hæres vniuerſalis, qui non habet feudum, &c.* ſequitur Camill. Borrel. *in ſumm. deciſ. par.*1. *in tit. de releuio num.*34. At primam ſententiam tuetur nouiſſimè Andr. Capan. *in tract. de iure releu. par.*4. *quæſt.*10. *num.*16. *& ſeqq.* 1

Hæc quæſtio eſt dubia, etiam attentis his, quæ ſcripſit Marin. Frecc. *de ſubf. lib.*2. *in* 3. *author. num.*21. vbi in caſu maioris conſiderationis dubitat, an is qui ex forma inueſtituræ eſt hæres particularis in feudo, releuium ſoluere teneatur, & quamuis affirmatiuam ſententiam amplecti videatur; ſubdit demùm in fine poſſe multa dici, attento limitato modo, vt in ſolutione releuij requiratur vtriuſque concurſus, nimirum, & quod ſit quis ſucceſſor vniuerſalis, & quod titulo hæreditario habeat feudum, cogitemus quando caſus contigerit; ſed pro nunc concurro libenter cum Domino Minandro. 2

## ARGVMENTVM.

Nomina debitorum an, & quando veniant appellatione bonorum mobilium, & immobilium; Et quid ſi duo eſſent hæredes inſtituti, alter in bonis mobilibus, alter verò in bonis immobilibus nulla mentione facta de debitorum nominibus, & de aliis.



Digitized by Google

## DECISIO CCXLIX.

1 SVPER bonis mobilibus,& immobilibus Magnifici Caroli Bozzuti, quem in vltima Regni inuaſione fuit declaratum in læſæ Maieſtatis crimen incidiſſe, Illuſtriſſimus Princeps Orangiæ Regis vices implens conceſſit duobus Hiſpanis ſcutos quatuorcentum, quorum ſumma priuſquàm à conceſſionariis exigeretur è viuis deceſſerunt, vnde prætendit Regius Fiſcus ſummam prædictam ad Regiam Curiam ſpectare, in nihilo obſtante quod ſuperuenerat indultus generalis pro rebellibus, ex quo ſua Catholica Maieſtas expreſsè declarauerat vt ad bona alienata, ſiue alteri conceſſa, provt erat ſumma hæc non extenderetur; ſed excipiente Carolo quod Fiſcus pro conſequutione dictorum ſcutorum quatuorcentum agebat ſuper pecuniis obuentis ex quodam nomine ſui debitoris, cum Conceſſio facta eſſet ſuper bonis mobilibus, & immobilibus, quorum appellatione debitorum nomina tanquam tertiam ſpeciem facientia non veniebant, dubitatum fuit quid iuris.

2 Regia Camera, iſto Domino Regente referente, pro Carolo pronunciauit, ſicque illum ab impetitis per Regium Fiſcum forè abſoluendum, cenſuit. Ratio deciſionis, fuit illa ſuper qua conuenti exceptio fundabatur, nimirum quia conceſſio facta reperiebatur ſuper bonis mobilibus, & ſtabilibus, ſicque debitorum nomina includi non poterant, quę cum tertiam ſpeciem faciant, nunquam appellatione bonorum mobilium, vel ſtabilium veniunt: *l. quam Tuberionis* §. *fin. ff. de pecul. l. à diuo pio* §. *in venditione ff. de re iudic.* vbi Alex. latè hoc firmat ſubdens niſi neceſſitas aliud exponeret, vt puta ſi duo inſtituerentur hæredes, alter in bonis mobilibus, alter verò in immobilibus, quia tunc tertiam ſpeciem non faciunt, vt ibi declarat & latè Iaſ. *in l. ſtipulatio hoc modo. concepta in fine. ff. de verb. obligat.* vbi dicit quod ſi quis donauit omnia bona ſua mobilia, & ſtabilia præſentia, & futura, valet donatio, quia ſic teſtandi poteſtas non aufertur, cum remaneant ſibi nomina debitorum, quæ tertiam ſpeciem non faciunt, idemque Guid. Pap. *deciſ.* 291. Vlterius conſiderabatur conceſſionem ſcutorum quatuorcentum factam fuiſſe ſuper bonis mobilibus, & ſtabilibus vbicumque ſitis, Vnde nullo pacto debitorum nomina comprehendi poterant, ex quo illa loco non circunſcribuntur: *l. caius ff. de legat.* 2. *l. vxorem* §. *legauerat ff. de legat.* 3. Soc. *conſ.* 175. *lib.* 4. & Aret. *conſ.* 54. vbi dicit quod licèt alias in donatione omnium bonorum, debitorum nomina veniant, tamen ſi additum eſſet, vbicumque ſita, non aliter veniret. Nec fuit ratio aliqua habita de allegatione Lapi 91. quam D. Fiſci Patronus pro ſe allegauerat, quia vel non eſt vera illius opinio, vel ad caſum non applicabatur.

---

## OBSERVATIO.

QVod nomina debitorum, item iura, & actiones, quia loco non circumſcribuntur, non veniant appellatione mobilium, neque immobilium, ſed tertiam conſtituant ſpeciem, iuxta concluſionem hîc tentam, probat pariter Oldra. *conſ.* 219. vbi reſpondit in legato Regis Franciæ de bonis mobilibus, debitorum nomina non venire, & quod in donatione bonorum mobilium, & immobilium non veniant iura, & actiones, nec debitorum nomina conſuluit Bal. *conſ.* 432. *lib.* 2. appellatione vero bonorum ſimpliciter, iura, & actiones continentur: *l. bonorum,* vbi Andr. Alcia. *ff. de verb. ſignif. l. nomen C. quæ res pign. oblig. poſſ. l. ſi legatus* §. *ſi quis bona ff. ad S.C. Trebell.* hinc dicebat Tiraquel. *in repet. l. ſi vnquam, in verb. bona num.* 8. *C. de reuocan. donatio.* quod ſi quis legat amico, vel conſanguineo vſumfructum bonorum ſuorum intelligitur etiam legatus vſusfructus nominum debitorum. 1

2 Sed controuerſia eſt an appellatione bonorum, mobilium, & immobilium adiecta dictione vniuerſali, veniant iura, & actiones, ac debitorum nomina, vt ſi quis dixerit lego, ſiue dono, omnia bona mea mobilia, & immobilia; negatiuam ſententiam amplexi ſunt Arius Pinell. *in rubr. C. de bonis maternis num.* 31. Emanuel Coſta *in c. ſi pater in verbo bonis ſuis, num.* 4. *de teſtam.* poſt Crauett. *in rubr. ff. de leg.* 1. *num.* 37. quos omnes citat, & ſequitur Michaël Craſſ. *in* §. *legatum quæſt.* 19. *num.* 6. Contrarium verò multorum authoritate probat Ferrer. *in addit. ad Guid. Pap. deciſ.* 291. *hîc citata,* ſubdens pro hac ſententia eſſe tex. *in l. alio* §. *vltim. ff. de aliment. & cibar. legat.* propter verbum *omnibus*, ibi appoſitum, & addit, quod aliquando, etiam ſi diſpoſitio generalis non ſit mobilium, & immobilium appellatione, iura, & actiones venire poſſunt, & hoc erit quando diſpoſitio talis eſſet, quod oporteat collocare iura, & actiones bonis mobilibus, puta quando vnus hæres inſtituitur in bonis mobilibus, alter verò in immobilibus vel ſi ſtatuto vni deferantur mobilia, alij verò immobilia, hoc enim caſu ſi actiones competunt ad immobilia, inter immobilia reputandæ ſunt, ſi verò ad mobilia, inter mobilia: citat gloſ. & DD. *in l.* 1. *C. ſi aduerſus tranſact.* & Crauett. *in l.* 1. *num.* 102. *ff. de lega.* 1.

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius generaliter conceſſus Mulieribus Neapolitanis ſuper obligatione bonorum feudalium pro reſtitutione, vel conſtitutione dotium earum, an opituletur mulieri Neapolitanæ illegitimè natæ. Naturalis, an ſicut eſt incapax ſucceſſionis feudi; ita pariter, & acquiſitionis, & de aliis.

DECISIO

Digitized by Google

## DECISIO CCL.

1 AGEBAT Magnifica Laura Aquauiua iure aſſiſtendi pro ſuarum dotium recuperatione ſuper Terra Loci Rotundi quæ remanſerat in bonis quondam Baronis eius viri, & quamuis Regio aſſenſu carebat, allegabat tamen quod cum eſſet Neapolitana, potiebatur gratiâ mulieribus Neapolitanis conceſſâ, vt in obligationibus bonorum feudalium pro dotium reſtitutione aſſenſus pro præſtito haberetur; ſed oppoſita pro parte Regij Fiſci exceptione, quod hæc gratia actrici opitulari non poterat, quia erat filia naturalis quondã Ducis Neritoni: dubitari cõtigit, An gratia prædicta mulieribus Neapolitanis illegitimis proficua eſſe poſſit. Ratio dubitandi contra actricem fuit; Primò, quod cum illa agebat actione reali, per quam feudum, etiam quoad vtile dominium adiudicationis virtute conſequi poterat, videbatur illa vti naturalis, ſiue ſpuria, nedùm ad feudi ſucceſſionem, quod eſt indubitatum, ſed etiam ad illius acquiſitionem inhabilis, niſi à Principe habilitaretur iuxta notata per Bal. *in conſ.* 207. incipit *ſpurius filius vol.* 2. & per hoc dicebatur gratiam non niſi mulieribus Neapolitanis habilibus ſuffragari poſſe. Secundò quia gratia loqui dicebatur, vt cenſeatur præſtitus aſſenſus inſtrumentis dotalibus in hac Ciuitate ſtipulatis, ſed inſtrumentum dotale dictæ Lauræ ſtipulatum apparebat in ciuitate Neritoni, ſiue in Terra Loci Rotundi; ergo.

2 Sed hac dubitandi ratione nõ obſtante, referente Domino Franciſco Antonio Villano contrarium fuit per Regiam Cameram deciſum, nimirum gratiam prædictam dictæ Lauræ pro ſuarum dotium recuperatione agenti opitulari. Ratio deciſionis fuit, quia Rex dum conceſſit gratiam vſus fuit verbis ampliſſimis, vt ſcilicèt prodeſſet, quibuſcumque mulieribus, quæ quidem verba vt reſtrictionem aliquam non recipiant, intelligi debent tam de legitimis, & naturalibus, quàm de naturalibus tantùm, ſiue ſpuriis, ad quod fuit allegata indiuidualis deciſio Soc. *in l. gallus §. etiam ſi parente ff. de liber. & poſthu.* & quæ notant Gugliel. de Cun. Bal. Salyc. Alex. & Iacob. *in l. ſi filiusfam. ff. ſi cert. pet.* nec ſic indiſtinctè verum eſſe dicebatur vt naturalis vel ſpurius ſit ad feudum acquirendum inhabilis, nam ſi Rex motu proprio feudum baſtardo concederet, hic diceretur legitimè inueſtitus, quia inueſtiendo cenſetur illum habilitare, at ſi aſſenſum ſimpliciter præſtaret ſpurio feudum ementi, dictum fuit, quod niſi conſtet de Principis ſcientia illum talem eſſe ſpurium, aſſenſus nullius momenti eſſet, ad quod fuit allegatus Imol. *in l. quidam conſulebant ff. de re iudic.* Nec fuit ratio aliqua habita quod gratia loquitur de inſtrumentis dotalibus, quæ in hac Ciuitate ſtipulantur, ob quod dicebatur, quod extendi non poterat ad illa quæ extra celebantur, vt in materia aſſenſus notat Andr. *in c. imperialem in princ. col.* 2. *de prohib. feud. alien. per freder.* nam dictum fuit gratiam quæ verba facit de inſtrumentis dotalibus Neapoli ſtipulatis, loqui exemplificatiuè, non autem reſtrictiuè, vt in ſimili notat Andr. *in conſtit. quamplurium*, qua cum cautum eſſet, vt vaſalli burgenſes dominum adiuuare teneantur, dum ſororem nuptui tradit, addit Andr. idem eſſe, ſi amitam in matrimonium collocaret, ea quidem ratione, quia conſtitutio loquitur exemplificatiuè, non autem reſtrictiuè, idemquè in conſtit. *vt de ſucceſſionibus*, quæ licèt verba faciat de ſucceſſione feudi communis patris, eadem erit diſpoſitio, (dicit gloſ. & Andr.) ſi feudum erit communis matris, voluit enim Rex in caſu noſtro aſſenſum præſtare obligationibus factis pro dotium reſtitutione, vel promiſſione, & hæc fuit ſua intentio, ac proinde non eſt inſpiciendum, ſi obligatio bonorum feudalium ſequuta ſit in Ciuitate iſta vel extra, & in hac ſententia Domini Regentes Regiam Cancellariam concurrerunt.

## OBSERVATIO.

HIc concluditur mulierem Neapolitanam quamuis illegitimam ſiue naturalem potiri gratiâ mulieribus Neapolitanis conceſſâ, vt aſſenſus Regius pro præſtito habeatur ſuper obligatione bonorum feudalium facta à patre vel fratre dotem promittentibus, ſiue à viro dotem reſtituere ſe obligante; ſed contrarium fuit deciſum ſupra *in deciſ.* 4. in filia naturali Ducis Grauinæ, ſed non ex eo, quia erat illegitimè nata; ſed quia compertum fuit, fuiſſe illam extra hanc Ciuitatem ortam; idémque D. de Franch. *deciſ.* 452. quem in eadem cauſa, tacitis nominibus, ſcripſit; vt in dicta *deciſ.* 4. obſeruaui, vnde; Ratio dubitandi in caſu huius deciſionis ea fuit, quia hæc mulier vti illegitima incapax erat, nedum ſucceſſionis feudorum; ſed etiam acquiſitionis; poterat enim euenire quod feudum ſuper quo egerat actione hypothecaria ſibi adiudicaretur, ergo; ſed contrarium fuit hîc tentum ex validiſſimis rationibus quæ allegantur. 1

In articulo autem an Baſtardi ſint capaces acquiſitionis feudorum, nimirum, vt valeant feuda emere, reſpondeas ſemper affirmatiuè, provt tentum fuit hîc, ſi tamen dominus, qui contractui præſtat aſſenſum, ſcit emptorem eſſe naturalem, ſiue ſpurium, videantur Bal. *in l. eam quam C. de fideicomm.* Afflict. *in cap.* 1. *§. naturales ſi de feudo def. fuerit contro. inter dominum & agnat. & in c. perſonam, per quos fiat inueſtit.* Schrader. *de feud. par.* 4. *cap.* 3. *num.* 7. & vide omnino Io. Vinc. de Anna *allegat.* 122. vbi probat, & ſatis notanter, naturalem nedum incapacem eſſe acquiſitionis feudi, verùm nec ſuper illo hypothecam acquirere poſſe rationibus vt per eum. 2



Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Feudum ſine titulo poſſidens, ſi illo ſpoliaretur, an eidem competat interdictum recuperandæ. Textus *in c. cum perſonæ de priuileg. in 6.* an locum habeat in poſſeſſorio, dato termino ſummario. Titulus coloratus quis dicatur ad finem, vt qui illo potitur, lite pendente ſit manutenendus in poſſeſſione, in qua reperitur, & de aliis.

## DECISIO CCLI.

1 PRÆTENDENTIBVS Dominis de Conſtantio eſſe in poſſeſſione ſeu quaſi, incidendi ligna in nemore ſeu monte Veſuuij pro vſu eorum ruris, & contrarium allegante Illuſtriſſimo Duce Summæ Don Ferdinando de Cardona, dato termino in poſſeſſorio ſummario, & examinatis pluribus teſtibus deponentibus dictos Dominos de Conſtantio reperiri in poſſeſſione, ſeu quaſi, dicti iuris, vltra annos quadraginta, fuit dubitatum, quis lite pendente eſſet manutenendus.

2 Dicebat Illuſtriſſimus Dux, quod dictis Dominis de Conſtantio obſtabat diſpoſitio tex. *in c. cum perſona, de priuileg. in 6.* ex quo ius prædictum non poterat ſine titulo poſſideri, & poſſeſſio, quæ allegabatur non erat centenaria, nec oſtendebatur titulus ſaltem coloratus in quibus ſanè caſibus diſpoſita in illo tex. *& in cap. 2. & in cap. cum veniſſent de inſtitut.* ſuffragantur. Cæterum contrarium fuit per Regiam Cameram referente D. Hieronymo de Albertinis iudicatum, nimirum Dominos de Conſtantio fore, & eſſe lite pendente, manutenendos in poſſeſſione, ſeu quaſi dicti iuris lignandi; Primò quia tex. *in d. c. cum perſona* non habet locum in poſſeſſorio, dato termino ſummario, iuxta notata per Paul. de Caſtro *in conſ. 3. lib. 2.* eo enim caſu ſi conſtat de poſſeſſione actoris, licèt non conſtet de iure, lite pendente manutenendus eſt, quod ſecus eſt in petitorio vel poſſeſſorio ordinariè intentato: iuxta ea quæ deciſa refert Capyc. *deciſ. 189.* Secundò conſiderabatur quod termini tex. *in d. c. cum perſona* ad cauſam non faciebant, ex quo Summus Pontifex loquitur ibi de regalibus, & de aliis quæ ſine titulo poſſideri non poſſunt, at in caſu propoſito tractabatur de re feudali, quæ ſaltem ratione poſſeſſionis ſine titulo poſſideri poteſt, vt per Andr. latiſſimè *in cap. imperialem §. illud de prohib. feud. alien. per Freder. & in conſtit. violentias*, & latè per Afflict. *ibi, & in deciſ. 324.* vnde ſi feudum abſque titulo poſſidens, illo ſpoliaretur, competeret ſpoliato inter dictum recuperandæ, nec ei obſtaret, ſi tituli ſeu proprietatis defectus allegaretur, excepto ſi conſtaret, quod ad feudum eſſet inhabilis, vt puta ſi eſſet ſurdus, mutus, &c. facit optimè quod notant Andr. & Bal. *in c. imperialem §. Callidis de prohib. feudi alien. per freder.* vbi dicunt quod ſi vaſallus feudum abſque Domini conſenſu alienaret, & poſſeſſionem emptori traderet, licèt ipſo iure in commiſſum incideret, non tamen poſſet Dominus cum poſſeſſione ſua ſpoliare, quia in termino aſſenſus & titulus ad feudum probari poterit, vt addit idem Andr. *in capit. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar.* & poſt eum Afflict. *deciſ. 253.* Vnde

---

## OBSERVATIO.

DOminus Regens in principio huius deciſionis verba facit de Titulo Colorato in terminis tex. 1
*in cap. cum veniſſent, extra de inſtitut.* quo fit, vt explicemus, quis ſit titulus iſte Coloratus: Titulus Coloratus, vt diximus ſupra, *in obſer. ad deciſ. 111.* ille dicitur, qui ex diutina oritur poſſeſſione ſicque aiunt DD. antiquam poſſeſſionem ſat eſſe pro coloratione tituli, & ad effectum, vt quis lite pendente ſit manutenendus, adhuc lege reſiſtente, ita ſatis benè Bellamer. *deciſ. 455. num. 2.* Felyn. *in conſ. 2. num. 27.* Rot. *deciſ. 595. num. 4. p. 1. diuerſ. & 384. num. 1.* penès Card. Caualer. *& 194. num. 12. & collect. per Poſt.* D. Reg. de Pont. omnino videndus *conſ. 97. num. 19. lib. 1.* quo loci dicit, quod quando certum eſt aliquem diu poſſediſſe, vel per informationem captam, vel alio modo, tunc lite pendēte non eſſet ille poſſeſſione priuandus, quamuis verſaremur ſuper his quibus lex reſiſtit, quia tunc præſumeretur titulus, vel quia fuit allegatus, vel quia in iudicio ordinario plenè de eo conſtabit, ſicque fieri locum diſpoſitioni tex. *in d. cap. cum veniſſent*, & demùm *num. 26.* addit quod quando tractatur de poſſeſſione contra ius, ſi de ea conſtat adiuuata titulo, ſaltem Colorato, tunc debet manuteneri qui in poſſeſſione exiſtit; at ſi non conſtaret procederet tex. *in c. cum perſonæ de Priuileg. in 6.* idemque *in conſ. 31. num. 8. lib. 2.* Auguſt. Barboſ. ſatis bene *voto deciſiuo 52. num. 19. lib. 2.* hinc noſter Andr. *in c. imperialem num. 68.* & ibidem Afflict. *in §. illud in fine de prohib. feud. alien. per Freder.* quos citat D. Reg. noſter *hic* ſcitiſſimè ſcripſerunt, quod ſi vaſſallus fuerit à domino feudo ſpoliatus ex eo quod inuentus ſit ſine titulo poſſidere, erit omninò reſtituendus, quamuis de titulo ſpoliati non conſtet, ſi tamen de colorata poſſeſſione fuerit doctum, iſtumque colorem probatum dici, ſi vaſſallus ille ſpoliatus docebit ſe longo tempore poſſediſſe, puta decem, viginti, vel triginta annorum, idemque ſatis bene Pereg. *de fideic. art. 52. num. 142.* quo loci noſtrum inſequendo Afflict. ait, nullo pacto opus eſſe vt feudatarius ſpoliatus doceat de ſuo titulo; ſed docto de colorata poſſeſſione reſtituendus eſt aduerſus ſpolium domini, & Rot. de Regaliis loquens ait, quod quando tractatur de poſſeſſione eorum quæ ſunt de regalibus, ſat eſſe quaſi poſſeſſionem decennalem, *deciſ. 17. num. 18. par. 1. diuerſ.*

uerſ. quibus omnibus adſtipulanter ſcripta per D. Reg. Capyc. Galeo. *contro.lib.*1. *controuerſ.*51. vbi de officiis, & regaliis agens, probat, quod vbi conſtat aliquem eſſe in poſſeſſione alicuius rei, vel iuris, iudex debet illum, qui tempore litis motæ poſſidebat, conſeruare, adhuc ſi ei ius commune reſiſteret, & vehemens iuris communis præſumptio contra eundem poſſidentem ſe offerret, procedere enim in hoc caſu ait tex. *in d.c.cum veniſſent*, cui non obſtaret tex. *in c.cum perſona*, quia diſpoſitio illa procedit in eo cui ius reſiſtit, nec docet in promptu de poſſeſſione, ſecus autem, cum de poſſeſſione conſtaret, ſic poſſidens titulum præſumptum ſiue coloratum deducens, allegat D.de Franch. *deciſ.*210. *num.*4. Menoch. *remed. vlt. retinenda num.*21. *&* 24. D. Reg. Lanar. *conſ.*27. *n.*8. Capyc. *deciſ.*13.55.77.96.189.*&* 209.*&* D.Reg. de Pont. *locis ſuperius citatis.*

## *ARGVMENTVM.*

Annui redditus ſi ſuper fructibus certi fundi vigore ſententiæ fuerint alicui adiudicati, quonam tempore ſolui debeant, nùm in principio anni, an in fine, an & tandem in tempore, quo fructus ſuper quibus ſequuta eſt adiudicatio recolliguntur. Debitor an, & quando facta adiudicatione poſſit creditori ſuo debitum offerre. Cenſus conſtitutus ad rationem decem pro centenario an ſingulis quatuor menſibus exigi poſſit.

## DECISIO CCLII.

1 FACTA adiudicatione Dominæ Comitiſſę Virginiæ Carrafa, cum pacto tamen de retrouendendo annuorum Ducatorum biſcentum quinquaginta, ad rationem ducatorum decem pro centenario, pro ſorte ducatorum biſmille, & quincentum dotalium ſuper introytibus & fructibus Terrarum Suppleſſani, & Parabitæ, dubitari contigit, quonam tempore iſti annui redditus adiudicati ſolui deberent, an inquam in principio anni, an in fine, an & tandem eo tempore quo fructus recolligebantur.

2 Pro cuius dubij reſolutione fuit primò conſideratum D. Comitiſſam fructus feciſſe ſuos ſtatim facta adiudicatione, & ſequuto appretio, iuxta notata per Afflict. *deciſ.*187. *& ſeq.* vbi dicit lata ſententia adiudicationis, & appretio facto rei adiudicatæ dominium in creditorem transferri, licèt hoc non ſit ſimpliciter verum, cum ex ſententia dominium non transferatur, niſi traditio ſequatur, ita gl. communiter approbata *in* §. *final. inſtit. de offic. iudic.* per tex. *in l. traditionibus C. de pact.* ni dicamus in hoc caſu ex clauſula conſtituti, & precarij in inſtrumento dotali appoſita, per quam rerum obligatarũ ſtatim fuit D. Comitiſſæ quæſita poſſeſſio, ad tex. *in l. quod meo*, vbi Bar. Aret. & omnes *ff. de acquir. poſſ.* & Bal. *in l. ab emptione ff. de pactis*, ſequuto demùm legitimo titulo, nimirùm ſententia, & appretio, fuiſſe ſtatim in eam tranſlatum dominium, qua Concluſione ſic ſtante ſequebatur dicendum fructus ſuos Comitiſſam feciſſe à die appretij; ſed in quo tempore annui introytus adiudicati ſolui deberent, dicebabatur eo tempore, quo fructus à dictis feudis recolligebantur, vt eſt caſus *in l. firmio.* §. *patet. iuncta gl. & in l. neque ſemel.* §. *ſi in habitatione ff. quando dies leg. cedat.* Bar. Alex. Caſtrenſ. Iaſ. & omnes *in l. qui hoc anno ff. de verb. obligat.* Bal. Salyc. & cæteri *in l.*1. *C. quando dies legat. ced.* & Aret. *in l. ſi mihi legetur ff. de leg.*1. Verùm in caſu propoſito Regia Camera decreuit ſolutionem forè faciendam in tribus Tertiis provt eſt ſolitum in Regno, quando fit emptio feudalium, ſeu burgenſaticorum introïtuum, ad decem pro centenario; *argumento l. certi condictio* §. *ſi nummos ff. ſi cert. petatur & l. ſufficit. ff. de*....

---

## OBSERVATIO.

HAbetur hìc in prima concluſione, & Afflict. *deciſ.*187. quod lata ſententia adiudicationis, & appretio facto rei adiudicatæ dominium in Creditorem transfertur, idemque, & ſatis benè proſequitur D.Reg. Rouit. *in prag.*1. *num.*37. *ſub tit. de aſſiſtent.* vbi *num. præced.* poſt firmatam concluſionem, vt nunquam creditoris bonorum adiudicatorum cenſeatur tranſlatum dominium, niſi facto prius appretio & confirmato; ſubdit hoc verum eſſe, quando verba ſententiæ adiudicationis taliter ſint concepta, quod adiudicationem importent, & tranſlationem dominij, ex tunc facto appretio, ita quod dominium ſtet in ſuſpenſo, donec ſequatur appretium, nam facto appretio & ſic purificato modo, retrotrahitur dominium ad tempus ſententiæ iuxta tex. *in l.*2. *ff. de in diem adiect. & num.*41. ad maiorem materiæ adiudicationis dilucidationem addit, quod in caſu, in quo adiudicatio ſuum habuit effectum, ita vt per eam ſit iam in creditorem tranſlatum dominium, non poterit deinceps debitor illud, quod debet creditori ſuo offerre, ſicque rem adiudicatam recuperare; ſed hoc tantùm permiſſum priuſquam factum ſit appretium, id quod pariter relato Afflict. *loco cit.* dixerant Capyc. *deciſ.* 41. *&* 202. & D. de Franch. *deciſ.*145. *poſt num.*3. quos retuli Ego *reſol. iur. lib.*1. *cap.*219. *num.*17. vbi tamen addidi ſecus eſſe, ſi debitor, qui offert, eſſet pupillus, vel minor, quibus competere ius offerendi, etiam domino irreuocabiliter per adiudicationem creditori quæſito, ſatis notanter tuetur D. Reg. Merlin. *contro. forenſ. cent.*1. *cap.*93. 1

Ad illud autem quod D.Reg. noſter affirmauit hìc, nimirum ſolitum eſſe in Regno exigi annuos introïtus in tribus Tertiis quando fiunt emptiones annuorum introïtuum feudalium, vel burgenſaticorum, ad rationem decem pro centenario, aduerte, quod non benè 2

Digitized by Google

benè dixit, nam quod ſolitum ſit in Regno fieri emptiones annuorum introïtuum ad rationem decem pro centenario concedo; ſed quod illarum exactio tertiatim fiat, nego prorſus; nuſquam enim in hoc Regno vidi nec à maioribus audiui factas fuiſſe venditiones annuorum introïtuum ad rationem decem pro centenario,& quod exactio poſtea in tribus Tertiis facta ſit, reſiſterent enim Sacræ Conſtitutiones, quibus licèt permittatur poſſe annuos introitus exigi ad rationem decem pro centenario, non tamen niſi in fine anni, quia ſi in tribus Tertiis exigeretur pluſquam decem pro centenario, Rouit. *in Prag.* 1. *numer.* 13. *de cenſibus.* excepto tamen ſi conſtitutus eſſet cenſus ſuper re ex qua dietim fructus percipiuntur, vt ratiocinatur Io. Baptiſta Coſta *in tractatu de rata portio. quæſt.* 147. *per totam, ſignanter à num.* 7. quem in hac materia retuli Ego *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 306. *num.* 9. exactio enim, quæ apud nos fit ſingulo quatrimeſtre vel ſemeſtre ſic ex pacto inter Partes inito, contingit, quando Cenſus eſt conſtitutus ad rationem quinque, ſex, ſeptem, vel octo pro centenario, iſtoque iure vtimur in hac Ciuitate & Regno, & ita intelligendus eſt Maſtrill. *in addit. ad Petr. Gregor. de cenſibus quæſt.* 7. *num.* 42. vbi dixit quod cum per Bullam Nicolai V. non caueatur, quo tempore cenſus ſolui debeat, ideo ſolui eum poſſe, eo tempore, quo per Partes fuerit conuentum, ex Nauar. *conſ.* 9. *de cenſibus in antiquis*, dic hoc verum eſſe, quando cenſus conſtitutus eſt ad minorem rationem, quàm decem pro centenario, quia aliàs non eſſet eius ſententia recipienda, vt per Duard. *tract. de cenſibus* §. 3. *de cenſus ſolutione quæſt.* 5. *n.* 17. *per totum.*

## *ARGVMENTVM.*

Teſtes, qui in Regno ex Pragmaticæ ſanctionis præſcripto non niſi ſeptem ſuper quolibet articulo examinari poſſunt, decem autem in materia confinium, & in antiquis, ſi in primo termino dum lis eſt ſuper confinibus decem fuerint examinati, nùm in termino primi, vel ſecundi beneficij, quod collitiganti priuilegiato fuerit conceſſum, alij decem recipi poſſint. Iura *in l. per hanc C. de tempor. appellat. & in c. fraternitatis, de teſtibus*, nùm locum habeant in probationibus, quæ apud nos fiunt in termino primi, & ſecundi beneficij, & de aliis.

## DECISIO CCLIII.

1 IN cauſa vertente in Regia Camera inter Regium Fiſcum, & Cæſarem de Falco ex vna, & excellentem Comitem Aliphi ex altera, cum pro parte Comitis in termino ordinario decem eſſent examinati teſtes ſuper quolibet articulo, ex quo agebatur de materia confinium, & in antiquis, ſicque fiebat locus limitationi prag. 1. *de teſtium refrenat.* quia Fiſcus nihil probauerat; Primò petiit beneficium, quo impartito, idem Comes alios in hoc termino fecit examinari teſtes; ſed inſtatum pro parte Regij Fiſci quod refrenarentur, iuxta diſpoſita in dicta Regia Pragmatica, nimirum vt ſolùm decem remanerent teſtes ſuper quolibet articulo, tam in primo termino, quàm in beneficio, fuit dubitatum an Fiſci inſtantia iuri eſſet conſentanea, vel potius prætenſio Comitis, vt remanerent decem teſtes ſuper quolibet articulo tam in primo termino, quàm in beneficio; conſiderabatur caſum eſſe nouum, & nondum deciſum, ex quo Pragmatica diſponit ſolùm, quod pro quolibet articulo non examinentur niſi ſeptem teſtes, & in antiquis, & in materia confinium decem; fuit tandem per Regiam Cameram pro Comite deciſum, nimirum potuiſſe illum in primo termino decem teſtes ſuper quolibet articulo examinari facere, alioſque decem in termino primi beneficij, quia ſicut priuilegiatis in primo beneficio, & ſic poſt didicita teſtificata permiſſum eſt alios teſtes examinari facere, & non ſolùm ſuper eiſdem articulis, ſed ſuper aliis directò contrariis, vt notant Bar. Imol. Alex. & Roma. *in l.* 1. §. *nunciatio ff. de noui oper. nunciat.* poſt Innocent. *in cap. auditis, de in integr. reſtit.* latè Aret. *in c. fraternitatis de teſtibus.* ita vt in reſtitutione hac in integrum ad pinguius probandum conceſſa, tex. *in l. per hanc C. de tempor. appel. & in d. c. fraternitatis de teſtibus.* locum non habeat, vt ibi omnes notant, & Bar. *in Authen. at qui ſemel C. de probat.* ita pariter dicebatur in caſu propoſito, quod poterant in primo beneficio examinari alij teſtes vltra ſeptem, nam aliàs poſſet contingere, vt beneficium nihil prodeſſet ei, cui de iure competit, quia ſi in primo termino ad inſtantiam minoris, vel mulieris ſeptem eſſent examinati teſtes, qui ſuper articulo interrogati nihil depoſuiſſent, certè ſi demùm in termino beneficij, alij ſeptem teſtes ſuper quolibet articulo examinari non poſſent, ſine probatione remanerent, & ſic impartitum beneficium nullius momenti eſſet, ſicque dicebatur fuiſſe de mente Bar. *in dicto* §. *nunciatio in fine.*

## OBSERVATIO.

HAbemus hìc deciſum, quod quamuis Pragmatica Sanctione apud nos ſtatutum ſit, vt in cauſis, & litibus agitandis, dum pro faciendis probationibus ad teſtium receptionem proceditur, non niſi ſeptem ſuper quolibet articulo recipiantur teſtes, & in antiquis, ac in materia confinium decem, attamen ſi contigerit litem agitari vbi actor vel Reus perſona eſſet Priuilegiata, cui ad pinguius pro- 1

bandum

Digitized by Google

bandum in integrum reſtitutio competeret, ex diſpoſitione noſtrarum conſtitutionum, & Pragmaticarum, ſi in termino ordinario ſeptem vel decem pro quolibet articulo eſſent examinati teſtes, non per hoc prohiberi quin in termino primi, vel ſecundi beneficij alij ſeptem, vel decem ſuper quolibet articulo poſſent recipi, & examinari teſtes; qua deciſione ſic ſtante, nullo pacto recipienda eſt ſententia Iulij Cæſaris Imbrani, qui *in ſuo tract. de* 1. *&* 2. *beneſ. conſider.* 7. *num.* 10. in terminis pragmaticæ hìc citatæ *de teſtium refrenat.* dixerit beneficia hæc nullo pacto concedenda eſſe, vbi priuilegiatus in termino ordinario taxatum à Pragmatica teſtium numerum examinari curauerit, non enim conſiderauit huius Deciſionis rationem, quæ eſt, quod poſſet dari caſus; vt in termino ordinario ſeptem vel decem ſuper quolibet articulo eſſent examinati teſtes, & tamen quod probatum eſt non releuaret, vndè ſi in hoc Regno leges habemus expreſſas, vt perſonis priuilegiatis poſt completum terminum ordinarium, reſtitutio conceditur ad pinguius probandum, non eſt cur prohiberi poſſit, vt in hac reſtitutione alij ſeptem vel decem ſuper quolibet articulo poſſint examinari teſtes.

2 Collige etiam ex hac deciſione aliud notabile, & eſt quod tex. *in l. per hanc C. de temporibus appellat. & in c. fraternitatis extra de teſtibus*, locum non habeat in probationibus, quæ apud nos fiunt, in termino primi, & ſecundi beneficij, etenim nimis vulgata eſt diſpoſitio iurium prædictorum vt in cauſa appellationis tam appellans, quàm appellatus poſſit probare id, quod in prima inſtantia non probauit, circa tamen ea, quæ iam deducta ſunt & ſic ſuper capitulis veteribus, vel etiam ſuper nouis à veteribus dependentibus; at ſecus ſi deduceretur aliquid nouum à primis penitùs diſtinctum, & ſeparatum, tunc enim Iudex appellationis, nec iuriſdictionem aliquam haberet de his cognoſcere, quia eius poteſtas, & iuriſdictio reſidet tantùm in cognoſcendo illud, quod in prima inſtantia eſt deductum, ita Cyn. & Bal. *in dicta l. per hanc* Afflict. *deciſ.* 155. *num.* 3. & Pract. Papienſ. *in prax. in forma ſententiæ diffinitiuæ num.* 19. In termino autem primi, & ſecundi beneficij attentis his, quæ hìc D. Reg. exarauit, poterit perſona priuilegiata noua deducere à veteribus prorſus ſeparata; ſed hoc intelligo, dummodò de his, quæ de nouo deducuntur, aduerſarius notitiam habeat, ad hoc vt poſſit ſe defendere, quia aliàs fieret locus dictis per Io. Vincent. de Anna *allegat.* 48. *numer.* 14. *& in ſingul.* 312.

## ARGVMENTVM.

Releuium, quod per mortem feudatarij Regiæ Curiæ debetur, nùm ſolui debeat, ſi qui in feudo ſuccedit, non vt hæres vltimi defuncti, ſed per fideicommiſſum Regio aſſenſu vallatum illud adipiſcitur; & quid in ſuccedente in feudo ex pacto, & prouidentia.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## DECISIO. CCLIV.

1 Defuncta Domina Comitiſſa Caſtri Liſa Gattinaria, ſuperſtite Illuſtriſſimo Antonio Gattinario eius filio Regni huius magno Cancellario, hic prætenſionem habuit ad releuij ſolutionem non teneri, cum ipſe in bonis feudalibus per d. Comitiſſam matrem poſſeſſis tanquam eius hæres non ſucceſſerat, ſed vigore fideicommiſſi, quod Regio aſſenſu mediante, eius auus ſuper dictis boni feudalibus ordinauerat, ſicque allegabat, auo fideicommittenti, non autem matri ſucceſſiſſe, quia per fideicommiſſum non hæredi, ſed teſtatori ſucceditur: *l. cohæredi* §. *cum filia.* vbi DD. *ff. de vulg. & pupil.* & cum releuiũ Reg. Curiæ debeatur, quia quis mediante ſucceſſione ad feudum defuncti feudatarij admittitur, & in hoc caſu Comes filius in feudis matris ſuæ non ſuccedebat; ſed potius aui fideicommittentis, ob cuius mortem D. Comitiſſa filia releuium iam ſoluerat, per hoc videbatur ad aliud releuium modernum Comitem non teneri, vnde quid iuris dubitari contigit.

2 Regia Camera cenſuit, per mortem Comitiſſæ matris releuium à Comite filio eſſe ſoluendum. Ratio huius determinationis fuit; quia releuium non ex eo ſolùm ſoluitur, quia quis feudatario vltimo decedenti ſuccedit, ſed etiam quia mediante vniuerſali ſucceſſione, iuncta cum tranſlatione dominij, & fructuum collectione feudi obtinet inueſtituram, quam Dominus vaſſallo ſuo præſtare tenetur, vt colligitur ex notatis per Andr. *in conſtit. poſt mortem & in cap.* 1. §. *ſi mulier, de cap. corradi, & latius in cap.* 1. §. *ſed etiam res, per quos fiat inueſt.* & ſi aliter diceremus, ſequeretur quod ille, qui ſuccedit in feudo ex pacto, & prouidentia, nunquam ſolueret releuium, cum in feudo ex pacto vltimo decedenti non ſuccedatur, ſed primo feudi acquiſitori, vt per Andr. *in tit. an agnat.* & per Loffred. *conſ.* 1. *per totum*, quod, dictum fuit, ſatis eſſe abſurdum, quare meritò omnes Domini Præſidentes, iſto Dono Reg. referente, reſponderunt magnum Cancellarium ad releuij ſolutionem teneri, & ita fuit publicatum decretum, ac demùm litteræ ſignificatoriales expeditæ.

### OBSERVATIO.

Moribus apud nos introductum eſt, vt per mortem feudatarij ſucceſſor in feudo releuium ſoluere teneatur, non quod in hoc Regno lege aliqua cautum ſit, vt feudatarij, per mortem eorum prædeceſſorum ad releuium ſoluendum cogi poſſint, ita Andr. *in cap.* 1. §. *ſed etiam res num.* 7. *&* 8. *per quos fiat inueſtit.* & in eo tantum caſu quando feudatarius moritur, & hoc pro renouatione inueſtituræ in ſignum



Digitized by Google

ſignum deuotionis, & reuerentiæ, ad notata per Bal. *in l.1.num.4. ff.de rer. diuiſ.* illúdque præſtatur, quia ſucceſſor nouam recipiens inueſtituram in feudum habet introitum gloſ. *in conſtit. poſt mortem in verb. recepto*, & Andr. *in cap.1.§.ſi mulier. num.14. de capit.Corradi*, quem D.Regens noſter ad hanc fundandam concluſionem citat hîc.

2 In articulo autem, an ille qui ſuccedit in feudo ex pacto, & prouidentia releuium Domino Regi noſtro ſoluere teneatur, ad confirmationem ſententiæ affirmatiuæ D.Regentis noſtri, vide omnino Marin.Frec. *de ſubf.lib.3.tit.de different.inter feud.ex pacto, & prouid. & hæredit. diff.29.* & Horat. Monta. *in repet. C. imperialem. §. præterea ſi quis infeudatus num.48. per totum de prohib. feud.alienat. per Fredericum*, quos omnes citat Campan.*in tract.de iure rele,par.4.quæſt.26. num.50.*

3 Circa verò aliam concluſionem in principio hîc tentam, vt in fideicommiſſis teſtatori fideicommittenti, non autem hæredi grauato ſuccedatur, vide ex recentioribus quæ ſcripſerunt Peregr. *de fideicom. art.29.* & Theſ. *deciſ.64.*

## ARGVMENTVM.

Vniuerſitas nùm abſque competentis iudicis decreto bona ſua hypothecæ ſubmittere poſſit. Alienatione prohibita, an cenſeatur pariter prohibita obligatio. Bona vniuerſitatis vt licitè alienari poſſint, quæ de iure concurrere debent. Bona Eccleſiæ an generaliter obligari poſſint, & de aliis.

## DECISIO CCLV.

1 DVBITABATVR in Regia Camera an Ciuitas abſque competentis Iudicis decreto bona Vniuerſitatis obligare poſſet.

2 Conſiderabatur caſum eſſe *in l.ſi is, qui.ff. de pignor.* vt ſi ciuitatis adminiſtrator pecuniam acceperit in communitatis beneficium conuertendum, quod poſſit bona ciuitatis obligare, nec aperit tex. in ea obligatione Iudicis decretum fore neceſſarium, id quod obſeruarunt Bar. Paul. Aret. Alex. & Iaſ. *in l. ciuitas ff.ſi cert.pet.* imò fortius ibi addunt Bar. & Aret. poſſe Vniuerſitatem ſtatutum emanare, iuſta tamen concurrente cauſa, per quod ſinguli de Vniuerſitate eorumque bona obligentur, quando communitatis bona deficiunt; confirmabatur hoc ex dictis per Abb. *in c. nulli, de reb. eccleſ. non alienan. & in cap.3. de præcar.* nimirum poſſe Prælatum bona Eccleſiæ generaliter obligare, quamuis non ſpecialiter; tamen ex aduerſo afferebatur tex. *in l.fin. c. de vendendis rebus ciuitatis lib.11.* vbi res ciuitatis Romanæ, & Conſtantinopolitanæ, abſque Imperatoris licentia vendi non poſſunt, aliarum verò ciuitatum abſque Præſidis decreto; ſed cùm certum ſit quod quando res à lege, ab homine, vel ſtatuto alienari prohibentur, nec etiam obligari poſſunt, vt dixit Bar *in l.an quorum ff.de pignor.* quem communiter DD. ibi ſequuntur per tex. *in l.1. §. eam rem* vbi gloſ. *ff. quæ res pignor. oblig.poſſ.* Ergo dicebatur, ſi res ciuitatis non poſſunt ſine decreto vendi, ita pariter nec obligari, niſi forſan neceſſaria concurreret cauſa, quia tunc ſecus, exemplo rerum minoris, quæ licèt ſine decreto vendi, vel obligari non poſſint, vulgatis iuribus, ſecus tamen ſi neceſſaria ſe offerret cauſa, vt firmat Bar. *in l.1. ff. quæ res pignor. oblig.poſſ.* per tex. *in l.fin. §.defenſionem C. de adminiſtr. tuto.* & in his terminis loquitur tex. *in l.ſi is, qui in princ. ff. de pignor.* benè tamen credebatur, quod ſi ſyndicus Vniuerſitatis pro re ad communitatem ſpectante, & illius nomine in caſu licito, & permiſſo contraheret, poſſet ciuitatis bona generaliter obligare, non autem ſpecialiter prout ſupra fuit dictum in Prælato.

## OBSERVATIO.

CEſſat hodie quæſtio, quæ à D.Regente noſtro hîc proponitur, ſtantibus nouiſſimis Regiis Sanctionibus, quibus mediantibus, apud nos ſtatutum eſt, ne Vniuerſitatum bona abſque Regio decreto obligari poſſint, imò nullæ dicerentur obligationes particularium ciuium qui vnà ſimul cum adminiſtratoribus Vniuerſitatum ſe, ſuaque bona obligant, vt *in prag.11. de adminiſtr. vniuerſ.* D. Reg. de Pont. *tract. de poteſt. Proreg. tit.10. rubr. de alienat. fieri ſolita bonor. Vniuerſ.* id quod in puncto iuris dubitari non poteſt, nam ſi legem habemus expreſſam, vt bona Vniuerſitatis abſque decreto vendi non poſſint, vt *in l.3. C. de venden. reb. ciuit. lib.11.* conſequens eſt dicere, vt ſicut prohibita eſt venditio, ita pariter & obligatio; conſtat enim vt prohibita alienatione cenſeatur prohibitus omnis actus, per quem poteſt ad illam deueniri, & ſic obligatio, vt eſt tex. ad litteram *in l. fin. C. de reb. alien. non alien.* cuius D. Reg. noſter hîç memor non fuit; quæ autem ſint neceſſaria in venditione bonorum Vniuerſitatis explicat Capuc. *in ſuo opuſculo de regim. Reipub. cap.7.num.6.* quo loci dicit, quod primò requiritur, vt ſint præſentes omnes de Vniuerſitate, ſiue officialium maior Pars; ſecundò vt iurent alienationem Vniuerſitati eſſe vtilem; tertiò quod interponatur decretum; & quartò quod præcedant ſubhaſtationes, quarum formam ſeruandam tradit idem Capuc. *loco cit. à num.8. vſque, & per totum 12.* 1

Ad Confirmationem autem alterius concluſionis hîc indicatæ, nimirum vt bona Eccleſiæ poſſint generaliter obligari, quamuis non ſpecialiter vide Rot. *in vna Amerina bonorum coram D.Royas.* quàm imprimi Ego curaui *lib.2.mear.reſol.cap.27.* 2

ARGV

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Decretum latum partim ex cauſa vera, partim falſa, nùm cenſeatur illud in totum nullum. Sententia plura continens capita ſi in vno capite cauſa, quæ exprimitur, eſt vera, & in alio capite falſa, an ſuſtineatur reſpectu illius capitis, quod cauſam continet veram. Feudum an pro dotario mulieri conſtituto dicatur validè ſine aſſenſu obligatum; Et quid in paragio à fratre feudatario ſorori debito, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCLVI.

1 LATO decreto ad fauorem Magnifici Donati Antonij de Loffredo in cauſa quam habebat cum Magnifico Commendatore Figueroha, per quod fuit dictum, eſſe illum manutenendum in poſſeſſione Caſtri Loci Rotundi prò Ducatis tribus mille, pro qua rata dicebatur illius dominus ex perſona Lauræ Carrafa filiæ quondam Iuſtinæ de Indello, cui ſupponebatur pro eius credito dotium, & antefati fuiſſe illud adiudicatum, & pro aliis ducatis mille per eum Regiæ Curiæ ſolutis, quia demùm compertum fuit integram ſummam Ducatorum trium mille d. Iuſtinæ non fuiſſe debitam; ſed tantùm 1500. ſicque reſpectu reliquorum Ducatorum 1500. dicebatur decretum ex falſa cauſa prolatum, dubitari contigit, an quando decretum profertur partim ex falſa cauſa & partim vera, ſit illud cenſendum in totum nullum.

2 Ad quod dictum fuit partem affirmatiuam tenuiſſe Bar. & Bal. per illum tex. *in l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de condic. indeb.* idem Bal. & latè Aret. *in l. certi condictio. §. quoniam ff. ſi cert. pet.* Roma. *in l. 1. §. ſed ſi mihi col. 3. ff. de verb. oblig. & in conſ.* 454. Fulg. *conſ.* 137. Alex. & Soc. *in l. iuſte poſſidet ff. de acqui. poſſeſſ.* cauſa falſa in dicto decreto expreſſa, non ſolùm eam fuiſſe, conſiderabatur, quod ſupponebatur d. Iuſtinam fuiſſe creditricem pro ſumma ducatorum 1500. eius antefati, cum talis non extitiſſet; ſed etiam, quia pro ſumma ducatorum 500. dotium d. Lauræ fuiſſet ei dictum caſtrum obligatum; quod verum non erat, ex quo obligatio hæc Regio aſſenſu carebat, & quamuis dicebatur aſſenſum non fuiſſe neceſſarium, quia tractabatur de conſequutione paragij ſuper feudo, tamen reſponſum fuit, hoc verum non eſſe; nam licèt dos ſit onus feudi, non tamen propterea feudum dicitur pro dote hypothecatum, etſi demum hærede condemnato poſſit in ſubſidiũ fieri exequutio contra feudi poſſeſſorem, vt latè per Andr. *in conſtit. in aliquibus*, idemque reſpectu antefati d. Iuſtinæ, pro quo dicebatur dictum Caſtrum Loci Rotundi validè obligatum quamuis ſine aſſenſu, *ex c. Regni, incipit, dotarium*, vbi diſponitur poſſe feudatarium in terra ſua feudali abſque Regis licentia dotarium conſtituere; Afflict. *in conſt. licentiam in fine*, quo loci expreſsè dicit quod ſi quis habet tantùm vnum feudum poterit ſuper illo dotarium in pecunia conſtituere, obligatumque dicetur ſine alio aſſenſu hominis, quia præſtitus cenſetur à lege vigore illius conſtitutionis, etenim reſpondebatur ſępè, & indiſtinctè tam in Regia Camera, quàm in Sacro Conſ. & in audientia commiſſariorum cauſarum rebellium, contrarium fuiſſe iudicatum, nimirum nunquam mulierem pro antefato ſibi in pecunia conſtituto potuiſſe ſuper bonis feudalibus obtinere, dum aſſenſus Regius impetratus non eſſet, imò ſemper declaratum gratiam Mulieribus Neapolitanis conceſſam, vt pro dotibus cenſeantur abſque alio Regis aſſenſu bona feudalia obligata, in antefato locum non habere; quod proinde Ciuitas hæc Neapolis aliam gratiam à ſua Catholica Maieſtate impetrare curauit, vt etiam pro antefato; ſicut pro dote præſtitus cenſeretur aſſenſus, quod ſi aliàs iuxta Afflict. ſententiam conceſſum eſſet, fruſtra fuiſſet hæc noua gratia impetrata quia fruſtra obtinetur, quod iure communi conceditur; *l. vnica C. de Theſau. lib.* 10. vnde ex his dubitari non poterat creditum dictarũ Iuſtinæ, & Lauræ, ex quarum perſonis Loffredus feudi poſſeſſionem aſſequutus fuit, nullo pacto importare ſummam ducatorum trium millium, ſed ſatis minorem, & conſequenter dicebatur decretum prædictum fuiſſe, & eſſe nullum, vti ex falſa cauſa latum; nec obſtare dictum fuit, quod ratiocinantur Aret. *in d. §. quoniam*, & Soc. qui eum ſequitur *in d. §. iuſtè poſſidet*, hi enim voluerunt, quod quando decretum plures continet ſummas pluraque capita, tunc ſi in vna ſumma, ſiue in vno capite cauſa quæ exprimitur eſt vera, & in alio capite eſt falſa, validum erit decretum reſpectu illius capitis, quod cauſam continet veram, nullum autem reſpectu alterius, quod in falſa cauſa fundatum eſt, & hoc ea ratione, quia quot ſunt capita, tot ſunt ſententiæ, vt notat Bar. *in l. ſcire debemus, ff. de verb. obligat.* etenim facilis fuit reſpõſio, cum hæc Aret. aſſeueratio ad caſum, de quo agebatur non faciebat, ex quo in decreto prædicto non niſi vnica ſumma, vnumque caput continebatur, ergo fiebat locus communi concluſioni, de qua ſupra

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*



Digitized by Google

pra, non autem limitationi ab Aret. conſideratæ.

## OBSERVATIO.

1 DOminus Regens in caſu huius deciſionis videtur adhærere ſententiæ Bar. & Bal. *in l. ſi non ſortem. §. ſi centum ff. de condict. indeb.* aliorumque plurium DD. quos ad nauſeam referunt Flam. Chart. *deciſ. Ianuæ 39. num.* 12. & Camill. Borrell. *in ſumm. deciſ. p. 2. titul. de ſent. diffin. numero* 317. qui magis communiter voluerunt, quod ſi ſententia maiorem contineat ſummam eius, quod verè debetur, ſit in totum nulla, quia ſat eſt, quod ſit prolata in parte ex cauſa falſa quamuis in parte ex cauſa vera, idemque Sigiſm. Scacc. *in tract. de ſent. & re iudic. gloſ.* 14. *quæſt.* 13. *numero* 39. *& quæſt.* 32. *num.* 25. in quibus locis pro indubitato affirmat, nullum ipſo iure dici decretum illud, quod interpoſitum reperitur partim ex cauſa vera, & partim falſa; Verùm cum aliàs apud nos de hoc dubitatum fuiſſet, Sacrum Conſilium æquitati prout de more inhærendo, pro decreti validitate reſpondit, ſic atteſtante Ant. Capyc. *deciſ.* 51. quam Ego in vna facti contingentia pro decreti ſubſtentatione allegabam vt videre eſt *lib. 2. mear. reſol. cap.* 163. *n.* 9. 10. *&* 11.

2 Ad confirmationem verò alterius concluſionis, nimirum, quod ſi ſententia plures continet Summas, pluraque Capita, ſi in vna Summa ſiue in vno Capite, cauſa quæ exprimitur ſit vera, & in alio Capite eſt falſa, ſubſtineri eam reſpectu illius Capitis, quod cauſam continet veram; vide noſtrum Reg. Lanar. *conſ.* 33. *num.* 20. vbi dicit, quod quando ſententia plura continet capitula ſeparata, vel vnum diuiſibile, poteſt pro parte acceptari, & pro parte appellari, idemque relato noſtro Lanar. affirmat Iacob. Cancer. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 75. & quamuis noſter P. de Franch. *deciſ.* 173. aliter ſcripſerit in Laudo, vt ſi illud plura contineat Capitula ſeparata, quod non poteſt alter ex compromittentibus Laudum illud pro parte acceptare, & pro parte ab eodem reclamare, rationibus vt per eum, tamen magis arridet mihi ſentẽtia Iacob. Cancer. *loco cit. num.* 28. *& par.* 1. *cap.* 21. *num.* 60. vbi quod in ſententia dixerunt DD. Pariter, & in Laudo plura continente ſeparata Capitula forè obſeruandum, optimis rationibus probat.

3 Quantùm verò attinet ad aliam concluſionem hîc tentam, nimirum quod pro paragio debito à fratre feudatario ſorori, feudum non ſit obligatum, & ſi demùm fratre condemnato poſſit in ſubſidium fieri exequutio contra feudi poſſeſſorem, ex Andr. *in conſtit. in aliquibus*; ad maiorem huius dicti declarationem vide tu D. Reg. Rouit. *in prag.* 24. *in fine, de feud.* D. Reg. Tapia *in deciſ. S.C.* 48. *per totam*, & quæ Ego ſcripſi *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 129. *à num.* 8. *vſque, & per totum num.* 11.

## *ARGVMENTVM.*

Fuga Officialis Pecuniarij dùm inquireretur de barattaria, & aliis criminibus in officio commiſſis, nùm ad delicti probationem ſufficiat; Et quid in aliis delictis ab alio, quàm ab Officiale commiſſis. An fuga plene probat, vel faciat indicium ad torturam, & de aliis.

## DECISIO CCLVII.

DVBITABATVR in Regia Camera, ſi Officialis Regius puta Perceptor alicuius Prouinciæ dùm de barrataria inquireretur, ac de aliis criminibus in officio commiſſis aufugerit, an ex ſola fuga ſit delictum probatum, ad finem vt officio priuari poſſit. 1

Et affirmatiuè per Regiam Cameram facto verbo in Collaterali Conſ. & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege deciſum fuit, dictumque caſum eſſe *in l. Conſiliarios C. de aſſeſſoribus*, vbi Bar. *ad hoc tex.* illum notat & pro ſingulare commendat ad probandum, quod fuga facit, quem haberi pro confeſſo, & quod Officialis aufugiens, dum de aliquo inculpatur, pro confeſſo habeatur, idemque affirmare videtur *in l. lege cornelia §. 1. ff. ad ſyllanian.* & Imol. ac Felyn. *in c. nullus de præſumptio.* Io. de Plat. *in l. quoties C. de exactor. tribut. lib.* 10. eſt pariter bonus tex. *in l. ſi apparitor*, vbi Bar. Lucas, & latius Io. de Plat. *C. de cohartal. lib.* 12. Præterea conſiderabatur, quod hi Prouinciarum Perceptores ſunt propriè tributorum exactores, mandatumque à lege habere dicuntur; ſed quando Procurator, ſiue mandatarius aufugit ſtatim Dominus cenſetur mandatum reuocare, vt in terminis notat Raphaël. Cuma. *conſ.* 146. & Hippoly. de Marſigl. *in prax. crim. in §. diligenter*; ergo, & quod ipſa fuga videatur eſſe delictum, exemplum eſt in milite, qui militiam deſerit, vt puniatur illis pœnis, de quibus *in l. deſertorem ff. de re milit.* quod enim maior poteſt conſiderari delictum, cum Officialis de quo Rex confidit, Prouinciam ſibi commiſſam deſerat? Vnde 2

## OBSERVATIO.

COncurro libenter cum deciſis hîc, in caſu de quo agitur, etenim quando Officialis ab officio ſuo aufugit, ipſa fuga dicitur crimen, probant hoc Io. Anton. de Nigr. *in c. Regni* 132. *num.* 12. Viuius *comm. opin. lib.* 1. *opin.* 343. *num.* 35. & alij: cæterum in articulo generali non mediocris eſt quæſtio inter DD. an fuga delinquentis contra eum plenam faciat probationem, vel ſemiplenam, qua in re Iul. Clar. *in prax. §. fin. quæſt.* 21. *num.* 21. dicit magis communem eſſe DD. ſententiam, fugam delictum illud ſemiplenè probare, citat Rip. *in l. admonendi num.* 168. *ff. de iureiur.* ideoque contra fugientem ſufficiens facit indicium ad torturam, ex Dyno *in l. diuus ff. de cuſtod. reor.* & Iaſ. *in repetitione d. l. admonendi n.* 158. & licèt non deſint Doctores, qui dixerint fugam indicium non facere ad torturam, ita vt Curt. Iun. *in eadem l. admonendi num.* 49. *& ſeqq.* auſus fuerit affirmare hanc eſſe magis communem ſententiam, 1

attamen

Digitized by Google

attamen Iul. Clar. *loco cit. intra num.*22. contendit à Dyni opinione, in practica nullo pacto fore recedendum, cum hac tamen declaratione, vt procedat in ea fuga, quæ ante inquiſitionem formatam ſequitur, hæc enim fuga commiſſi delicti conſcientiam arguit, & ſi quis poſt informationem captam, & ſic formatam inquiſitionem aufugerit, talis fuga non eſt ſufficiens indicium ad torturam, ex Rip. *loco cit. num.*168. Ant.Gomez *in l.*76. Tauri *poſt num.*12. *&* Ant.de Padill. *in l.transigere num.*3. *C.de tranſactio.* quibus addo Viuium *loco cit.num.*6. vbi expreſſis verbis dicit in cauſis capitalibus fuga, quæ fit poſt inquiſitionem nullo pacto indicium facere ad torturam, citat Roma. *in l.lege cornelia ff.ad ſyllania.* Dec. *conſ.*234. Marſig. *ſing.*497. Io.de Amic. *conſ.*7. *num.*11. & Bertran *conſ.*171. *vol.*6. & addit hoc ad amicorum defenſionem eſſe firmiter memoriæ commendandum, iuxta Curt. Iun. ſententiam *in d.l.admonendi numero* 155.

## *ARGVMENTVM.*

Gabella ſuper aliqua re impoſita, eaque demùm alicui vendita, ſi in temporis progreſſu Princeps eiuſdem gabellæ dirictus augeret, hoc augmentum nùm noua dicatur gabella, itavt primus emptor nihil prætendere poſſit.

## DECISIO CCLVIII.

1 PRÆTENDEBAT Illuſtriſſimus Princeps Biſiniani ſuper gabella ſerici, quam ſereniſſimus Rex Ferdinandus I. Domino Hieronymo de ſancto Seuerino, pretio Ducatorum decem, & octo mille vendiderat, non potuiſſe Dominum Regem noſtrum pro fortificatione ciuitatis Cutroni, quam dicebatur clauem eſſe totius Calabriæ alios granos quinque imponere; etenim contendebat, quod cum gabella eſſet ſua, nihilo in venditione facta, Regiæ Curiæ reſeruato, non poterat de nouo aliud ſuper ea imponi, & vbi imponeretur, quod augmentum erat ſuum, ad quod allegabat Bal. & Ang. *in l. at vbi* 27. *ff. de pretio hæredit.*

2 At pro Regio Fiſco conſiderabatur ſuam Maieſtatem in hac impoſitione nullatenus verba feciſſe de gabella Principis Biſiniani, nimirum vt vltra dimidium Caroleni, quod dictus Princeps exigebat, aliud exigeretur dimidium pro qualibet libra ex cauſa prædicta; ſed ſimpliciter mandauit, vt ad muniendam, ſiue fortificandam Ciuitatem Cutroni exigeretur dimidium Caroleni pro qualibet libra ſerici, & ſic noua dicebatur gabella, quam Regem in ſuo Regno imponere poſſe, eſt tex. *in l. in vectigalia ff. de public. & vectigal.* vbi eſt caſus, quod ſiue Cæſar gabellæ antiquæ aliquid augeret, ſiue diminuat, dicatur noua gabella, & hoc in ſpecie notat Salyc. *in l. vectigalia C. noua vectigal. imponi non poſſe*, iuſtâ tamen concurrente cauſa, quia alias mortaliter peccaret, vt per Innocent. *in c. innouamus, de cenſibus*; verùm ſi ex hac noua impoſitione Princeps damnificaretur, quod eo caſu teneretur Regiæ Curiæ omne damnum, & intereſſe reficere, vt per Ang. *in d.l.at vbi*, & Corne. *conſ.*181. *poſt n.*1. *verſ. nam termini lib.*3.

## OBSERVATIO.

1 DOminus Regens concludit hîc, quod ſi Princeps impoſuerit gabellam ſuper aliqua re, illamque demùm venderet, ſi in temporis progreſſu, eiuſdem gabellæ dirictus augeret, hoc augmentum nouam dici gabellam, & conſequenter illud non ad emptorem gabellæ ſpectaret; ſed ad ipſum Principem imponentem, id quod verum putat Dec. *conſ.*4. *intra num.*2. quando gabella cum certa forma fuit vendita, nimirum quia fuit dictum, quod pro qualibet libra ſerici ſoluatur vnum denarium, eo enim caſu, ſi aliud imponatur denarium pro qualibet libra, ad emptorem gabellæ primi denarij hoc nouum denarium non ſpectat, quia verba repugnant, iſtoque iure vtimur in hac Ciuitate, ſecùs verò (inquit Dec.) quoties generaliter eſſet vendita gabella, tunc enim quia emptor gabellæ futurum euentum emere videtur, conſequens eſt dicere, vt qualiſcumque ſequatur euentus, ad emptorem ſpectet, ad tex. *in l.ſi iactum retis ff.de actio.empti, in l.nec emptio.§.aliquando ff.de contrah. emptio & in l.quod ſi in venditione, cum l.ſeq.ff.de hæredit. vel actio vendit.*

## *ARGVMENTVM.*

Officialis in officio delinquens qualiter puniatur. Pœna quanam veniat plectendus, qui equum alienum ſuo proprio ſignat ſigno. Delinquendi conſuetudo an, & quando poſtremum delictum aggrauat, & de aliis.

## DECISIO CCLIX.

CVM Hieronymus Ferraiolus ſubſtitutus à Magnifico Annibale Ruffo in quatuor officiis, de quibus infra, de pluribus criminibus Commiſſis in officiis inquireretur, fuit in Regia Camera dubitatum, quanam pœna veniret plectendus. 1

Etenim inquirebatur primò quod ſua animalia in Regiis defenſis, quas cuſtodiebat, paſculari fecerat; de iure in priuato, qui animalia propria in feudo alieno paſcere facit, ad omnem damni dati æſtimationem tene- 2



Digitized by Google

tur,& actione de paſtu pecoris, vt eſt tex. *in l. qui ſeruandarum §. fin. ff. de præſcrip. verb. & in l. quintus mutius,cum l. ſeq. ff. ad leg. aquil. & in c. ſi læſerit extra de iniur.* in Officiale autem grauius conſideratur delictum, ad notata per Innocent. *in c. præterea, de teſtibus cogen.* hinc meritò Imperator *id §. ſi quis autem, circa medium, Auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffrag.* dixerit,Iudicem contra Officialem in officio delinquentem poſſe per inquiſitionem procedere, & ſpeciale eſt, vt Officialis poſſit ex generali inquiſitione condemnari; Aret *in cap. qualiter, & quando il 2. §. debet, de accuſat.* teneturque non ſolùm pœna corporali: ſed etiam ad intereſſe; Bar. *in l. fin. ff. de variis, & extraord. cog.* vbi pro regula ponit, quod quoties, quis criminaliter accuſari poteſt, ex eodem facto datur actio ciuilis ad intereſſe.

Secundò inquirebatur, quod ſigno ſuo duos equos Regiæ Curiæ ſignauerat,euidens probatio, quod volebat illos furto ſubtrahere; per ſignum enim cognoſcitur cuius res ſit, Bal. *in Authen. dos data C. de donat. ante nup.* Aret. *in l. ſi ita ſtipulatus §. griſogonus ff de verb. obligat.* & quod per ſigni appoſitionem cenſeatur facta rei traditio, eſt tex. *in l. quod ſi neque, in fine ff. de peric. & commodo rei vend.*

Tertiò inquirebatur quod ſuos equos à ſtabilibus Regiæ Curiæ ſubagitare fecerat, & in hoc quando non fit animo iniuriandi, eſt actio in factum ad intereſſe, eſt tex. *in l. ſi quis vxori §. ſi quis annum ff. de furtis*,& in Officiale dicebatur quod pœna grauatur.

Quartò inquirebatur quod nomine Regiæ Curiæ, & de illius pecunia calcem emerat, quâ demùm in fabrica domus propriæ vſus fuerat, & in hoc conſiderabatur furtum, quia fuit contractatio rei alienæ inuito Dom. ac etiam crimen peculatus, ex quo rem fiſcalem ſubtraxerat, ad tex. *in l. 1. & in l. 4. §. fin. ff. ad leg. iul. pecul.* cuius pœna eſt deportatio, & bonorum publicatio, *l. peculatus ff. hoc tit.*

Quintò inquirebatur quod in defenſis Regiæ Curiæ deſtinatis pro paſculo, victualia ſeminari fecerat, dicebatur poſſe puniri pœnâ de qua *in l. 3. §. fin. ff. de offic. præfec. vigil.* & ad intereſſe paſſum.

Sextò inquirebatur quod pro pœna in quam incurrerat quidã, ex eo quod animalia intus Regias defenſas ad paſcendum poſuerat, vt celaretur, certam rem acceperat valoris Ducatorum tot, pro quo delicto dicebatur poſſe peculatus pœnam applicari.

Septimò inquirebatur quod abſtulerat libros, in quibus ſcribebantur quantitates pro pœna exactæ,& de quibus ratio Regiæ Curię erat danda.

Octauò inquirebatur quod pœnas exactas pro animalibus,quæ paſcua in Regiis defenſis ſumpſerunt, in proprios vſus conuerterat, nulla Regiæ Curiæ ratione redditâ.

Vlterius de pluribus aliis delictis inquirebatur, quibus conſideratis vnà ſimul cum conſuetudine delinquendi, ex quo aliàs in ſimilibus quater inquiſitus extiterat, quam quidem delinquendi conſuetudinem delictum aggrauare, & pœnam augere dixerunt DD. præſertim Ang. per illum tex. *in l. vnica C. de ſuperexactoribus lib.* 10. & Bar. *in l. omnes C. de delatoribus eod. libro*, Regia Camera decreuit præfatum Hieronymum vt ſupra inquiſitum, ad Regias triremus per quinquennium fore condemnandum, & ad ducatos mille pro damnis, & intereſſe per Regiam Curiam paſſis; ſed re ad Collaterale Conſ. delata, viſum fuit pœnam eſſe augendam, vnde D. Regens cum quo omnes concurrerunt fuit voti, quod condemnaretur ad perpetuam remigationem, & ad dictos ducatos mille pro damnis paſſis, ſicque exequutum. 2

---

## OBSERVATIO.

QVod Officialis dicatur grauius delinquere,quando delinquit, quàm ſi priuata perſona delinqueret, & conſequenter grauius illum fore puniendum, dixerunt Bar. & omnes, per illum tex. *in l. quædam delicta, & in l. aut facta §. perſona ff. de pænis, & in l. Preſbiteris C. de Epiſc. & Cler.* Gabell. *reſolut. crim. cent. 1. caſu 99. num. 56. & ſeqq. & in tract. de omni genere homicidij num. 376.* 1

Et circa concluſionem hîc tentam, nimirum quod delinquendi conſuetudo delictum aggrauet, ſicquè pœnam augeat, vltra DD. hîc citatos dixit ex noſtratibus Thomas Gram. *conſ. 17. num. 16.* quo loci ſic loquitur, *& ideo dixit pulchrè Bar. in l. 1. C. de ſuperexactor. lib. 10. quod ex frequentia delinquendi quis ad mortem puniri poteſt vbi etiam alias pro illis delictis pœna mortis non veniret inferenda &c.* 2

## ARGVMENTVM.

Officialis pecuniarius exigens à debitoribus fiſcalibus plus debito, aliaſque committens exturſiones, quâ pœnâ eſt puniendus; Et an eo mortuo pœna de iure imponenda ad hæredes tranſeat. Officialis durante officio, an de barattaria conueniri poſſit, & de aliis.

DECISIO

Digitized by Google

## DECISIO CCLX.

1 FVIT dubitatum in Regia Camera, quâ pœnâ eſſet puniendus Bartholuſius de Pertiis perceptor ſubſtitutus in Prouinciis Terræ laboris, & Comitatus Moliſij, ex eo quod ab aliquibus Vniuerſitatibus plus debito exegerat, & inſimul in pluribus vicibus ab aliis communitatibus, vltra ducatos octingentum extorſerat; etenim quoad exactionem vltra debitum, dicebatur forè puniendum pœnâ de qua *in l.1. C.de ſuperexactoribus lib.*10. vbi illi Officiales, qui ſuperexigunt, ad duplum teneantur, & ſi ſæpiùs talia committent, capitali pœnâ plectuntur, quò verò ad exturſionem commiſſam dictum fuit, dubium non eſſe, hunc talem in crimen legis Iuliæ repetundarum incidiſſe, vt eſt tex. *in l.1. ff. ad leg. Iul.repet.* vbi Bar. & Angel. pro regula notant, quod omnis Officialis, qui in ſuo officio exturſionem vel barattariam committit, tenebitur lege Iulia repetundarum, quare his omnibus cõſideratis, & conſuetudine delinquẽdi, quia huiuſmodi delicta ſæpiùs repetita fuère, fuit per Reg. Camerã, nemine contradicente, deciſum præfatũ Bartholucium vt ſupra inquiſitum forè, & eſſe cõdemnandum ad remigandum per ſeptennium & ad ſoluendũ Regiæ Curiæ ducatos quinq; mille, & Vniuerſitatibus omne illud, quod ab eis extorſerat, quod fuit demùm in Collaterali Conſ. confirmatũ, facta relatione Illuſtriſſimo Domino Proregi.

---

### OBSERVATIO.

1 DE Officiali exturſionem, ſiue barattariam committente verba facit Pariſ. de Puteo *in ſuo tract. de ſyndic. in verb. barattaria, & in verb. corruptio*, in quibus locis docet Officialem ſic delinquentem in quadruplum fore condemnandum, ad tex. *in l.1.ff.ad leg. Iul.repet.* illamque pœnam in hæredem tranſire, *ex l.2.ff.eodem*, qui tamen non tenebitur, niſi vſque ad vires hæreditatis, & non vltra, quamuis inuentarium non confecerit, & hoc quia conuenitur ex delicto defuncti contra regulas iuris, ad notata per Bal. *in dicta l.1.ff. de leg. Iul. repet.* Vlterius priuatur ipſo iure officio *l.iudices c.de dignitat. lib.*12. id quod ſpeciale eſt in hoc crimine barattariæ, vt poſſit Officialis durante officio conueniri; Carrer. *in praxi crim. fol.mihi* 21. *num.*7. ſatque eſſe ſolam promiſſionem, ſicut in crimine aſſaſſinij docet Bal. *in l.1. quod quiſque iuris*, ac teneri eum etiam de exturſionibus per famulos, quos ſecum duxit, commiſſis, ſcripſit Menoch. *de arbitr. Iudic. cent.*4. *caſu* 245.*num.*2. Carraba *de ſyndicat.p.*2.*fol.*101.*n.*74. & alij.

## *ARGVMENTVM.*

Filiæ fœminæ nuptæ an proſint patri ad obtinendam immunitatem à muneribus patrimonialibus, ex diſpoſitione tex. *in l.ſi quis decurio C.de decurio lib.*10. Et quid in filiis emancipatis, religionem ingreſſis, & naturalibus, Et de pluribus notabilibus ad ornatum, & declarationem tex. *in l. fin. C. de is qui num. liber. ſe excuſ. lib.*10.

## DECISIO CCLXI.

INSTABAT Pater duodecim filiorum declarari per Regiam Cameram, ipſum à patrimonialibus muneribus forè immunem; ſed oppoſito quod inter hos filios reperiebantur tres fœminæ iam nuptui traditæ, quibus dos ſoluta fuerat, ſicque à patre non alebantur, fuit dubitatum an in hoc caſu fiebat locus diſpoſitioni tex. *in l. ſi quis decurio C. de decur. lib.*10. 1

Et fieri locum huic imperiali largitati, per Regiam Cameram, nemine contradicente, deciſum extitit. Ratio deciſionis fuit, quia non ex eo ſolùm quod pater onus ſubſtinet alendi duodecim filios, hac immunitate gaudere debet, nam adhuc ſi omnes liberi à patre non alantur debet huiuſmodi priuilegio potiri; plures enim ſe offerunt cauſæ ad hanc immunitatem tribuendam, de quibus per Lucam de Pen. *in l. nepotes col. fin. C. de his, qui numer. liber. lib.*10. vnde ex hoc dicebatur, quod ſi plures conſiderantur cauſæ, propter quas hæc immunitas cõceditur, licèt ceſſet vna, nimirũ educatio, tamen quia omnes aliæ remanent, remanet vtiq; eadẽ diſpoſitio §.*affinitatis, Inſtit.de nupt.* hinc cum iure cautum eſſet, quinque filiorum numerum immunitatem à perſonalibus muneribus patri tribuere, *l. fin. C. de his, qui numer. lib.*10. dummodo legitimi ſint, & naturales quia naturales tantùm non proſunt, vt eſt gl. communiter approbata *in l. nepotes C.proximo cit. tit.* ſat eſſe dixerunt communiter ſiue filij ſint mares, ſiue fœminæ, ſiue in patris poteſtate ſiue non, vt eſt tex. *in d. l. fin.* & benè Io. de Plat. *in d. l. nepotes & in l. de perſonalibus eodem tit.* 2

---

### OBSERVATIO.

CVm deciſis per Regiam Cameram hîc conuenit Senatus Pedemontanus apud Antoninum Theſaur. qui *in deciſ.ſua* 267. *num.*5. teſtatur ſemper ſeruatum vidiſſe, vt proſint parentibus filiæ nuptæ, itemque filij emancipati, vel religionem ingreſſi, ad effectum vt pater duodecim liberorum aſſequi poſſit immunitatem, de qua *in l.ſi quis decurio C. de decurio. lib.*10. id quod prius dixerat Rol. à Vall. *conſ.*52. & nouiſſimè ex noſtris D.Reg.Conſtanſ. *in d.l.ſi quis decurio num.*37. 1

Et

2 Et reſpectu excuſationis à muneribus perſonalibus in terminis tex. hîc allegati, *in l.fin.C.de his qui num. liber. ſe excuſ. lib.*10. quod feminæ adhuc nuptæ, ſiue monialis proſint patri quinque filiorum numero onuſto, refert per Sacrum Conſilium deciſum D.P. de Franchis *deciſ.*532. de quo meminit D. Reg. Conſtant. *loco cit.num.*38. verùm Concluſio hæc, vt numerus quinque liberorum proſit patri ad excuſationem obtinendam à muneribus perſonalibus, eſt intelligendum, quoad munera perſonalia, quæ ſunt merè onera, ſecus ſi oneri eſſet annexus honor, ad tex. *in l.*2. §.*numerus ff.de vacat.muner.* per quem tex. ita in S. Conſilio deciſum cum caſus contingeret in perſonam nobilis Sedilis Nidi, qui ad officium decurionatus, ſiue electi à ſedile deputatus fuerat, teſtatur D.de Franch.*deciſ.*65.

3 Intellige inſuper concluſionem præfatam, vt numerus quinque liberorum præſtet vacationem patri à muneribus perſonalibus, nimirum in nondum ſuſceptis, non ſi pater munus aliquod perſonale ſuſcepiſſet, ac demùm liberi ſuperuenêre, non per hoc à ſuſcepto munere liberatur, hic eſt tex. *in l.*2.§.*qui ad munera ff. de vacat. muner. cum ſimilibus ibi per gloſ. allegatis*, Rip. *in l. ex facto num.* 17. *circa finem ff. de vulg. & pupill.* Ratio aſſignatur potiſſima quia quemadmodum numerus liberorum deficiens Patri non nocet quoad immunitatem adeptam, ita & numerus liberorum ſuperueniens non debet ei prodeſſe quoad onera ſuſpecta.

4 Vlterius in hac materia excuſationis à muneribus perſonalibus notandum eſt, quod appellatione liberorum continentur, etiam nepotes; ideoque quinque nepotes excuſant, quemadmodum, & quinque filij, ſi tamen quinque nepotes nati ſunt ex quinque filiis maſculis, alioquin ſi nati eſſent ex vno filio, pro vno reputarentur *l.*2.§.*non ſolùm, verſ. quoſcumque ff. de excuſat. tuto.* D. de Franch. *deciſ.*259. *num.*14. *& ſeq.* vbi ex Salyc. *in l.ſi pater C. quando prouoca.non eſt neceſſ.* ait numerum nepotum, quando filius viuit, patri non prodeſſe; at illo mortuo ſecus; ſed pro vnica tantùm perſona reputandos eſſe contendit; At contrarium affirmauit Theſ. *in cit. deciſ.*267. *num.*6. *& ibi filius in additio.* hi enim extimarunt nepotes inter liberos ad effectum de quo agimus eſſe connumerandos, nec aliter pro vnica perſona reputandos, ita vt ſi in aui ſunt poteſtate ſingulos ad numerum augendum fore connumerandos, id quod placuit Alex.Trentacinq. *var.reſol.lib.*1.*in tit.de iure immunit. num.*4. *verſ.contra hanc declarationem*, iſtamque ſententiam pariter amplexus fuit D. Reg. Conſtant. *loco cit.à num.*31.*vſque ad* 35.

## *ARGVMENTVM.*

Teſtium repulſa an poſſit à minore peti in termino primi beneficij. Actus concluſionis, an reſcindatur per beneficia, quæ perſonis priuilegiatis, facta concluſione in cauſa, conceduntur. Repulſa ſi non fuit petita in prima inſtantia, ân poſſit peti in cauſa appellationis. Teſtes in termino repulſæ citati, ſed non recepti, an poſſint poſt terminum recipi, ſicut practicatur in termino cauſæ principalis.

## DECISIO CCLXII.

FVIT dubitatum in Regia Camera, ſi facta concluſione in cauſa vertente inter maiorem, & minorem, hic primũ petierit beneficium, an in hoc termino poſſit repulſare teſtes, quos in termino ordinario maior pro ſe deponere curauit? Ratio dubitandi fuit quia teſtium repulſa, ſaltem in actu concluſionis cum notificetur, peti debet; in caſu de quo agebatur, non fuit petita, ergo videbatur non eſſe concedendam, iuxta notata per Capyc. *deciſ.*157. vbi hic caſus deciſus videtur ex ſententia Bar. *in l.ab hoſtibus* §. *ſed quod ſimpliciter verſ. nono reſtitutio ff. ex quibus cauſ. maior.* quo loci dicit reſtitutionem minori concedi poſſe, ita tamen vt per eam non præiudicetur alicui actui, aduerſus quem reſtitutio denegatur idemque Abb. poſt Innocent. *in cap. paſtoralis de cauſ. poſſeſ. & propriet.* 1

Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contrarium verum eſſe hîc dicebatur, ea quidem ratione quia quoties, poſt concluſionem nouæ admittuntur probationes, cenſetur reuocata concluſio, Imol. *in cap.auditis de procur.* Aret. *in cap.*1. *de iudic. & in c. quoniam contra. col.*6. *de probat.* Alex. *in l. admonendi col.*5. *de iureiur.* & Rot. *deciſ.*12. *de renunciat. in antiquis*; ſi cenſetur reuocata concluſio, ſequitur certè dicendum nullum ſe offerre impedimentum, quin repulſa peti poſſit, & concedi; ad doctrinam Bar. reſpondebatur, quod non applicabatur, quia cum in caſu propoſito beneficium ad pinguius probandum conceſſum extiterat, hæc reſtitutio nullatenus præiudicabat alicui actui, cui non erat concedendum beneficium; vnde ſi dicamus concluſionem fuiſſe reuocatam, minor ad repulſam deuenit, non ex beneficio ſibi conceſſo; ſed ex legis prouidentia, vt in ſimili dicit tex. *in l.ſi arrogator in fine ff. de adoptio.* hinc ſæpè videmus, quod beneficium aſſequimur ex perſonis priuilegiatis, vt in dilationibus, quæ non poſſunt maioribus concedi, & tamen ſi minoribus concedatur, poterit maior aduerſarius eis vti, adhuc ſi minor dilationi renunciaret, *l.petenda C. de in integ. reſt.* Bar. *in d. l. arrogator*, & hoc quia dilatio hæc non competit maiori cum minore litigante ex illius perſona; ſed ex legis prouidentia, eſt bonus tex. *in l. argumentum in l. ſi poſt mortem* §. *fin. ff. de bonor poſſeſ. contra tabul.* nec aduerſantur dicta per Innocent. *in d. cap. paſtoralis*, ex quibus concludebatur Capyc. deciſionem dubiam fore cenſendam. 2

OBSER

## OBSERVATIO.

1 VT cernis D. Reg. noſter in articulo propoſito non concurrit cum Conſiliario Capycio, qui in *deciſione ſua* 157. hîc relata, per S.Conſilium deciſum refert, minorem qui facta concluſione in cauſa, primum petit beneficium, non poſſe termino beneficij elapſo petere repulſam teſtium aduerſarij in termino ordinario receptorum, & hoc ex Theorica Bar. qui *in l.ab hoſtibus §.ſed quod ſimpliciter*, *intra num.* 8. *verſ.nono reſtitutio ff.ex quibus cauſ.maior.* dixit quod quando alicui reſtitutio conceditur, ita, & taliter concedi debet, vt per hoc non præiudicetur alicui actui, aduerſus quem non datur reſtitutio, ſicque contendit Capycius,quod licèt reſcindatur concluſio per probationes, ex capite reſtitutionis fiendas, remanet tamen effectus denegationis ſuſpenſionis ex concluſione reſultans, id quod pariter ſequi videtur Imbria. *de primo*, *& ſecundo benef. conſid.*9.*num.*109. *fol.*205. & D.Reg. Rou. *in prag.curſu dilationum numer.*22. *de ordine iudicio.* vbi citat Capyc. *loco ſupra allegato*, & in nouiſſima impreſſione meminit etiam de D.Reg. noſtro *hic*; de Capycio pariter memor fuit Muſcatell. *in prax. lib.*1. *par.*6. *gloſ. momentum num.*3.

2 At D.Reg. noſter contrariam amplexus fuit ſententiam cui vti magis tutæ adhæreo pariter, & ego, eo principaliter perpenſo, quod cum per reſtitutionem minori conceſſam ad probandum quod in termino ordinario non probauit, ſit omnino reuocata concluſio conſequens eſt dicere, ac ſi actus ille concluſionis nunquam factus eſſet, ſicque non eſt cur dici poſſit, tempora non largiri ad repulſam petendam; nec dici poteſt concluſionem eſſe reuocatam tantùm quoad probationes de nouo faciendas, ſecus quoad repulſam, quia hoc Doctores non dicunt,nec vlla bona ratione fundatur, & Bar. Theorica *in d.§. ſed quod ſimpliciter*, bene ponderata, ad caſum de quo agimus non applicatur; loquitur enim in terminis à caſu noſtro longè remotis, vt ex eius diſcurſu cerni poteſt.

3 Sed an repulſa in prima inſtantia omiſſa poſſit in cauſa appellationis peti? ſunt videndi ex Noſtratibus Anna pater *ſingul.* 442. Rouit. *in dicta prag. curſu dilationum numero* 10. & Petra *in additio. ad Capyc. loco cit.*

4 Hæc dum ſcribebam, fuit apud me, vti Iudicem M.C. dubitatum, an teſtes in termino repulſæ citati ſed non recepti poſſint poſt terminum recipi? ſicut communiter practicatur in termino cauſæ principalis? dicebatur quod terminus repulſæ currit de momento ad momentum, ac proinde in termino debeat teſtes citari, iurari, & examinari, ita videtur eſſe ritus M. C. 73. vbi Cara. *in* 4.*notab.* licèt *in ritu* 69. *in* 3. *notab.* aliter dixerit, vt bene aduertit Muſcatell. *in d.gloſ. momentum num.*14. ſed facta per me de hoc relatione in Aula, contrarium Magna Curia determinauit exiſtimans communem ſtilum, vt ſat ſit teſtes fuiſſe in termino citatos,ad finem vt illi examinari poſſint, etiam termino elapſo,de quo per Andr. & Afflict. *in conſt. lite*.legitimè adhuc in termino repulſæ procedere, & cum ab hac determinatione eſſet ad S.C.appellatum, facta per me relatione in Aula D. Conſiliarij Iouino, cum interuentu D. Præſidis, fuit decretum M.C.confirmatum, idque ſub die 24. Auguſti 1654.

## ARGVMENTVM.

Intereſſe dotis in tempore nõ reſtitutæ à quonam die mulieri relictæ debetur, quando ob viri rebellionem omnia bona ad Fiſcum peruenerunt. Mulier in Ciuitate Neapolitana ſi elapſis primis ſex menſibus à die mortis viri alimenta ab illius hæredibus conſequuta eſt, an poſſit petere intereſſe dotis ſibi non reſtitutæ. Intereſſe antefati non ſoluti, an à muliere peti poſſit,& de aliis.

## DECISIO CCLXIII.

IN Regno non dubitamus, quod 1 ſi mortuo viro, hæredes eius relictæ vxori dotem reſtituere fuerint in mora, ſubintrat petitio intereſſe ex diſpoſitione tex.*in l.vnica §.exactio C. de rei vxor.actio.* quidquid aliter dixerint Canoniſtæ *in c.ſalubriter de vſur.* & in hac Ciuitate ex conſuetudine in ſcriptis redacta, incipit *hæredes mariti*,expreſsè ſtatutum eſt,quod ſi elapſo anno mortis viri, dos ab illius hæredibus mulieri ſoluta non fuerit, ſoluitur Tarenum vnum pro qualibet vncia, & gl. *ibi* dicit, quod non eſt vſura, hoc præſuppoſito in cauſa vxoris relictæ quõdam Pauli Reſtiliani, cuius rebellionem omnia eius bona fuerunt Fiſco quæſita, dubitabatur à quo tempore hoc intereſſe illi deberetur,à die nimirum petitionis dotium iudicialiter factæ, an verò à tempore,quo per Fiſcum vti ſucceſſorem dicti Pauli rebellis ſolui debebant; Dicebatur, Fiſcum, negari non poſſe, fuiſſe in mora per diei lapſum contracta, iuxta diſpoſitionem *d. §. exactio*, & in Regno indubitatum eſſe quod is, qui habet pecuniam, poteſt illam in emptionem annuorum introïtuum ad rationem octo, nouem,& decem pro centenario inueſtire, ſicque ſæpè per Regiam Cameram dotium vſumfructum liquidatum fuiſſe, non à die petitionis,ſed à die quo mulier à Fiſco vel per alium ab eo cauſam habentem, viri ſui bonis fuit ſpoliata, licèt in antefato contrarium deciſum annuat Afflict. *deciſ.*291.& ita in cauſa prædicta, vt à die moræ debeatur intereſſe vel à die litis conteſtatæ,quando mora non fuit antea cõtracta, tam per Sacrum Conſilium quàm per Regiam Cameram referente Domino Præſidente Franciſco Antonio Villano, deciſum fuiſſe hîc habemus.



Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 HOc iure vtimur in hac Ciuitate, vt ſi elapſo anno mortis viri, illius hæredes ſint in mora dotem ſoluendi, quando demùm ad illius reſtitutionē condēnantur, condemnantur pariter ad ſoluendū intereſſe per cōſuetudinem taxatū, ſed non maius, adhuc ſi mulier ex cauſa dotis ſibi in tempore non reſtitutæ maius paſſa eſſet intereſſe, videantur D. de Franch. *deciſ.* 472. & Molfeſ. *ad conſuet. par.* 2. *quæſt.* 24. *numer.* 26. *& in conſ.* 5. *num.* 19. idemque ſi nullum paſſa eſſet damnum, aut nullum lucrum conſequi potuiſſet, ſi dos in tempore fuiſſet ei reſtituta, quia adhuc ex mora contracta debetur intereſſe à conſuetudine taxatum, videatur Lanar. *conſ.* 26, *in princ.* ſed aduertendum eſt quod ſi mulier, elapſis primis ſex menſibus, ab hæredibus viri alimenta conſequuta eſſet, ſic tacens intereſſe petere, non poſſet demùm aliquid prætendere ratione intereſſe ob retardatam dotis reſtitutionem, quia ex quo elegit viam alimentorum, nulla ei ſupereſt actio conſequutionis intereſſe, ita D. de Franch. *deciſ.* 217. Aloyſ. de Leo, *in l. cum quidam num.* 16. *C. de iure dot.* Molfeſ. *in comment. p.* 6. *quæſt.* 10. *num.* 7. *& ſeq. & n.* 17. *&* 20. vbi alias refert deciſiones, *& par.* 7. *quæſt.* 11.

2 Quantùm verò attinet ad aliud quod D. Reg. noſter hîc annuit, ex Afflict. *deciſ.* 291. vt non debeatur intereſſe antefati, quia ſic exigeretur lucrum lucri, quod eſt à iure prohibitum, aduertendum eſt, quod omnes Noſtrates, qui poſt Afflict. ſcripſerunt, contrarium firmarunt, vt videre eſt apud addentes *ibi*, & Grammatt. *deciſ.* 103. *num.* 97. *verſ. quinimo*, vbi hæc notabilia profert verba. *Quinimo in caſu dictarum deciſionum videlicèt quando matrimonium fuit ſolutum ſuperſtitibus filiis, licèt aſſerat Afflict. in deciſ. præfata temporibus ſuis pluries deciſum fuiſſe vſumfructum non deberi, temporibus verò noſtris tam quando matrimonium fuit ſolutum filiis non ſuperſtitibus, quàm quando filiis ſuperſtitibus, paſſim & indifferenter ſemper quando caſus accidit fuit obſeruatum, & in contradictorio iudicio determinatum vſumfructum deberi, licèt non ad rationem vſusfructus dotis, ſed ad rationem quinque pro centenario*, vt refert Apoſtilla *in deciſ.* 291. *& iam apparent multi proceſſus in quibus ita deciſum fuit, & ideo quicquid aliàs temporibus illis Sacrum Conſilium decreuiſſet, ſufficit nobis quod temporibus noſtris, & de præſenti fuerit deciſum, & obſeruatum contrarium, & ita obſeruatur, quod etiam reſpectu antefati debeatur vſusfructus, quoniam hæc obſeruantia, & ſtilus vltimus Sacri Conſilij attendi debeat, &c.* Idemque Molfeſ. *cit. p.* 7. *quæſt.* 12. *num.* 6. quo loci dicit in hac Ciuitate communiter practicari, vt intereſſe antefati debeatur ad rationem quinque pro centenario, intereſſe verò dotis ad rationem ſeptem, & ſubdit demùm *num.* 9. quod ſi matrimonium eſſet contractum ſecundum morem Proceſſum, & Magnatum, poſſet liquidari intereſſe dotium, & antefati vſque ad rationem octo pro centenario, & quod ita fuerat liquidatum ex decreto S. Conſ. in anno 1588. ſub die 22. Octobris in cauſa Elionoræ de Aquino cum Marchione Lauri.

3 Cætera ad materiam videnda ſunt apud Theſ. *deciſ.* 45. Borgnin. Caual. *deciſ.* 8. *num.* 33. *& ſeq. par.* 3. Peregr. *de iure fiſci lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 33. Theodor. *alleg.* 40. & alios relatos per Thor. *in compend. p.* 1. *in verb. vſusfructus.*

## *ARGVMENTVM.*

Debitor ceſſus, vt creditori cedenti ſoluere non poſſit, an ſat ſit, quod factæ ceſſionis habuerit notitiam, vel ex parte ceſſionatij requiratur, vt ceſſio facta debitori ceſſo denuncietur. Ceſſio quando dicitur facta ad commodum Cedentis, & quando ad commodum Ceſſionarij. Venditor vt teneatur de euictione, an ſat ſit, quod litis motæ contra emptorem habuerit notitiam; & de aliis.

## DECISIO CCLXIV.

IN cauſa vertente in Regia Camera Summariæ inter Magnificum Marcum Alagni, & Magnificum Vincentium Carrafa, de illo iuris articulo dubitatum extitit; nimirum an ceſſo debitoris nomine, ſat ſit ne creditori cedenti ſoluatur, vt debitor ceſſus ceſſionis habuerit notitiam, vel ex parte Ceſſionarij requiratur, vt ceſſio facta debitori ceſſo denuncietur, ad hoc vt aliis non ſoluat. 1

Fuit per Regiam Cameram deciſum communem eſſe Doctorū ſententiam, ſolam ſcientiam non ſufficere, vt debitor ceſſus Creditori cedenti ſoluere non poſſit, ſed requiri denunciationem, per tex. vulgatum, quem dicebatur euitari non poſſe *in l.* 3. *C. de nouatio.* vbi ponitur regula cum tribus limitationibus inter quas illa eſt vt Ceſſionarius debitori ceſſo denunciari faciat, ne cedenti ſoluat, ſicque dictum fuit firmaſſe ibi Salyc. Alber. *in l. nomen C. quæ res pignor. oblig. poſſ.* Paul. & Iacob. *in l. fin. ff. de tranſact.* reiecta aliquorum diſtinctione, an ceſſio ſit facta in commodum, & damnum cædentis, vel in commodum, & damnum Ceſſionarij, ſicut dicimus in emptore, qui ſuper re empta ab aliquo vexaretur, nam vt venditor teneatur de euictione, mota lis erit ei denuncianda, nec ſolam ipſius venditionis ſcientiam, quod lis ſit mota, ſufficere, probat Bar. *in l. non ſolùm* §. *morte num.* 52. *ff. de noui oper. nunciat.* Hæc principaliter fuerunt hîc conſiderata. 2

## OBSERVATIO.

HIc habemus per Regiam Cameram deciſum, ſolam ſcientiam non ſufficere, vt debitor ceſſus Creditori cedenti ſoluere non poſſit; ſed requiri, vt Ceſſionarius crediti ceſſionem ſibi factam debitori ceſſo

ceſſo denunciet, quia tex. *in vulgata l.3. hîc citata.* ſpecificam expoſcit denunciationem, ibi, *vel debitori ſuo denunciauerit*; vnde nunquam bene percipere potui, vt ſat ſit ſimplex factæ ceſſionis ſcientia, licèt in hoc ſatis vrgeant duo iura, nempè *l. fin. vbi gloſ. in verb. ignorabat ff. de tranſactio. & in l.1. §. fin. in fine verſ. hac ita vera ſunt ff. de actio. empti*; eſt tamen verum quod concluſio, de qua in hac deciſione non procedit ſine maxima controuerſia; quandoquidē, vt ſufficiat qualiſcumque ſcientia ad effectum, vt debitor ceſſus malè creditori cedenti ſoluiſſe intelligatur, putauit Senatus Nicenus, teſte Gaep. Ant. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.4. quæſt.12. num.5.* eſt pariter veriſſimum, diſtinctionem illam, quam D. Reg. noſter hîc paruifecit, nimirum, an ceſſio facta ſit ad commodum ſolius cedentis an verò ad commodum, & vtilitatem ceſſionarij, vt primo caſu requiratur expreſſa denunciatio; in ſecundo verò ſolam ſcientiam ſat eſſe quamplurimos magni nominis Doctores amplexos eſſe, quos longa manu ex recentioribus referunt Mercur. Merlin. *in tract. de pignor. lib.2. tit.1. quæſt.32. à num.7.* & Salgad. *in ſuo labyrin. par.1. c.27. num.50. & 51.* vbi *numeris ſeqq.* declarat quando ceſſio dicatur facta ad commodum cedentis, & quando ad commodum, & vtilitatem ceſſionarij, ſunt etiam videndi ex Noſtratibus, qui hanc probant diſtinctionem Cæſar Vrſill. *in additio. ad Afflict. deciſ.335. num.*18. & Fabius de Anna, *in additio. ad patrem ſingul.*486.

2 Ad confirmationem verò alterius concluſionis, vt mota lite ſuper re ab aliquo empta teneatur præciſè emptor litem illam ſibi motam venditori denunciare, nec ſat eſſe pro caſu euictionis vt aliunde venditor motæ litis ſcientiam habeat, vltra Bar. hîc citatum *in l. non ſolùm §. morte num.52. ff. de noui oper. nunciat.* videndi ſunt Paul. de Caſtro *conſ.308. lib.1.* Dec. *conſ.74.* Corne. *conſ.6. num.4. & conſ.231. numer.10. lib.2.* Natt. *conſ.38. num.5.* Curt. Iun. *conſ.104. numer.1.* Socc. Iun. *conſ.4. num.34. lib.2.* Io. de Amicis *conſ.145. num.6.* Bertrand. *conſ.12. lib.4.* Cappell. Tholoſ. *deciſ.408. & ibi* Aufrer. addens. Franc. Marc. *deciſ.581. num.9.* Franc. Viuius *commun. opin. lib.... opin.1027.* Couar. *var. reſol. lib.3. cap.17. num.3.* & alij, quos citat, & ſequitur Mangil. *de euictio. quæſt.4. num.14. & 26.*

## *ARGVMENTVM.*

Textus *in cap.1. §. his conſequenter, in tit. hîc finitur lex*, an procedat in fructibus ciuilibus, provt ſunt penſiones domus, affictus magiſtri actatus, molendiniorum, herbagiorum, & ſimilium, vel potius pro rata temporis inter Dominum, & hæredes vaſalli ſint diuidendi.

## DECISIO CCLXV.

1 DEFVNCTA Illuſtri Marchioniſſa Paduli ſine legitimo ſucceſſore in feudis, ob quod omnia eius bona feudalia fuerunt ad Regiam Curam deuoluta; hæres eius in allodio petiit à Regio Fiſco omnes fructus perceptos poſt Kalend. Martij ex quo in die 5. huius mēſis deceſſerat, iuxta vulgatam diſpoſitionem tex. *in §. his conſequenter, hîc finitur lex*, & ſic nedum naturales, & induſtriales, qui verè dicuntur fructus, ſed etiam ciuiles provt ſunt penſiones; ſed excipiente Regio Fiſco non teneri niſi ad præſtationem fructuum naturalium, & induſtrialium tantùm, non autem Ciuilium, provt ſunt penſiones, fuit dubitatum quid iuris.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

Pro Fiſco allegabantur Andr. & Afflict. *in eo tex.* quos ibi firmaſſe dicebatur, quod ſi penſio in fine anni colligitur, tunc quod diſpoſitum eſt in fructibus, pariter, & in penſionibus affirmare debemus: at ſi penſio quolibet menſe ſoluatur, & eo caſu pro illo tempore, quo venit, & ceſſit dies, licèt exacta non ſit ad hæredem defuncti feudatarij pertinebit; ſi verò cùm moreretur, dies nondum venerat ſoluendi, & tunc talis penſio ad dominum pertinebit, idemque ſi tertiatim ſolueretur, provt affictus introïtuum baronalium fieri ſolent, & cum hac opinione dicebatur pertranſiſſe Petr. de Anchar. *conſ.193.* qui dixit, tex. *in d. §. his conſequenter* à diſpoſitione iuris communis eſſe exorbitantem, ac proinde in penſionibus locum non habere; ſed tantùm in fructibus veris, de quibus tex. loquitur; Cæterum ſub die 9. Septembris 1563 per D. Regentem noſtrum, D. Reg. Patinno, D. Regiæ Cameræ locumtenentem, & D. Conſiliarium Io. Andream de Curte fuit concluſum & deciſum, quod omnes fructus tam naturales quàm induſtriales, omneſque penſiones, quæ poſt Kalen. Martij vſque, & per totum menſem Auguſti percipiūtur, ac etiam omnes alij fructus, qui poſt menſem Auguſti colliguntur, dummodo ſint illius anni, quo moritur vaſallus vt ſunt vindemiæ, & oliuæ, ſint eius hæredis, & non domini. Ratio huius determinationis fuit, quia licèt propriè, & ſtrictiſſimè penſiones non ſint fructus, tamen quia textus dicit quod omnes fructus illius anni, qui percipiuntur ſpectant ad hæredes vaſſalli, conſequens eſt vt veniant, nedum naturales, & induſtriales; ſed etiam Ciuiles, quia qui omne dicit, nihil excludit: *l. Iulianus ff. de legat.3.* dictio enim, *omnis*, facit, vt veniat id, quod aliàs ſine hac dictione non veniret, eſt bonus tex. *in l. ſerui electione §. fin. ff. de legat.1.* hinc videmus communiter receptum eſſe, vt omnia iura, quæ de fructibus loquuntur, in penſionibus procedant, ita per tex. *in l. diuortio §. non ſolùm ff. ſolu. matr.* dixerunt Bar. *in l. fundi trebatiani ff. de vſufru. legat.* Bal. *in l. ſi traditio C. de actio. empti.* Aret. *in d. l. diuortio §. qui in anno*, & Alex. *conſ.81. col. fin. lib.2.* ſi igitur, argumentabatur, penſiones loco fructuum habentur, & ſi in eius locum ſubrogantur, conſequens

ſequens eſt dicere, vt per viam ſubrogationis omnia quæ diſponuntur in fructibus, in penſionibus locum habeant adhuc in exorbitantibus, & correctoriis: *l. libertus §. ſenatus conſulti ff. de rit. nupt.* vnde licèt textus *in d. § hu conſequenter* ſit à iuris communis diſpoſitione exorbitans, iuxta Anchar. ſententiam *in dicto conſ.* 193. tamen quia penſiones loco fructuum ſubrogantur, ideo ille tex. loquens de fructibus, in penſionibus quoque locum habere debet, ſaltem virtute ſubrogacionis.

## OBSERVATIO.

1 DEciſionem hanc Regiæ Cameræ ſic proditam de anno 1563. in cauſa inter Regium Fiſcum, & hæredes Marchioniſſę Paduli refert etiam D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 572. aliamque ſimilem Sacri Conſilij adducens de anno 1595. in cauſa Caſſandræ de Iannellis, vbi pariter fuit dictum tex. *in §. his conſequenter.* adhuc in penſionibus, aliiſque fructibus ciuilibus procedere, rationibus ſolidiſſimis, vt ibi per eum, & in fine meminit de D. Reg. noſtro, quem ait in illa cauſa hæredum Marchioniſſæ Paduli interueniſſe, illumque doctiſſimum virum appellat, & in cauſis feudalibus verſatum; ſed huius ſcriptæ deciſionis notitiam non habuit.

2 Sed contra deciſa hîc obſeruaui aliam eiuſdem Regiæ Cameræ deciſionem, quam refert D. Reg. de Ponte *in deciſ.* 12. *num.* 7. quo loci deciſum teſtatur fructus de quibus in hac deciſione, diuidendos eſſe inter Dominum, & hæredem vaſſalli in allodio pro rata temporis, nimirum vt fructus debiti vſque ad mortem feudatarij ſpectent ad hæredem in allodio, poſt mortem verò ad Fiſcum, ſic loquitur D. de Ponte. *Et pariter deuoluto feudo Caſollæ ad Regiam Curiam, fuit dubitatum in Regia Camera, quomodo fiat diuiſio fructuum inter fiſcum, & hæredes feudatarij in allodialibus, & me referente* 22. *Auguſti anni* 1589. *fuit deciſum, & decretum conſeruabatur penès Mag. Io. Camillum Barba tunc Rationalem Regiæ Cameræ & nunc digniſſimum, & meritiſſimum illius Præſidentem; quod ſi feudatarius deceſſerit poſt Kalen. Martij de mẽſe Iunij; & vindemia percipitur de menſe Auguſti, quod cum intelligatur fructus anni præteriti, ſcilicet ante Septembrem, ſit hæredis, & ita intelligitur tex. in §. his conſequenter, hic finitur lex, vbi Andr. de fructibus verò naturalibus, vt ſunt herbagia, licèt affictus ſolui debeat certo tempore, tamen quia ſunt fructus, qui quotidie percipiuntur, & renaſcuntur abſque impenſa, fuit deciſum quod diuidantur pro rata temporis, videlicet quod vſque ad mortem feudatarij fructus ſint hæredis Baronis, poſt mortem verò fiſci, ex deciſ. Andreæ vbi ſupra, ſic pariter dicimus in penſionibus domorum, in affictu magiſtri actatus, in molendinis, & ſimilibus, ex quibus fructus quotidie percipiuntur &c.* De hac eadem deciſione meminit D. Reg. Conſtant. *in l. 1. num.* 150. *circa finem C. pœnis fiſcal. credit. præfer.* Barbat. *de diuiſione fruct. p. 2. cap. 4. num.* 12. *&* 13. & Thor. *in compend. deciſ. p.* 1. *in verbo fructus pendentes feudi in vltimo anno*, vndè cùm caſus continget, erit maturius cogitandum, ſed ego nunquam recederem à deciſione hîc relata per D. Regentem noſtrum, & à D. Præſidente de Franch. cuius etiam meminit Mareſcott. *var. reſol. lib. 1. c.* 64. *in fine.*

## ARGVMENTVM.

Socius criminis, qui cum iuramento depoſuit contra conſocium, ſi demùm depoſitionem ſic factam ex interuallo reuocauerit, & aufugerit, vocatus à Principe cum ſaluo conducto, nùm fiſco inſtante torqueri poſſit ad finem declarandi, quæ ex duabus depoſitionibus vera ſit. Tortura an, & quando in ciuilibus inferri poſſit, & de aliis.

## DECISIO CCLXVI.

SVPPONEBATVR ſocium crimi- 1
nis cum iuramento depoſuiſſe contra conſocium, & poſtea ex interuallo ſuam reuocaſſe depoſitionem, & aufugiſſe, cui demùm ad finem declarandi, quæ ex duabus depoſitionibus eſſet vera; à Principe conceſſus fuit ſaluus conductus omnique delicti, & falſitatis pœna remiſſa; dubitabatur in Sacro Regio Collaterali Conſilio, Regia Camera referente, an hic torqueri poſſet, vt ſic ſua depoſitio contra ſocium criminis indicium ad torturam facere poſſet, quæ aliàs iuxta Fulg. ſententiam *in conſ.* 173. indicium aliquod non faceret? Ratio dubitandi in partem negantem fuit, cum tortura maxima ſit pœna, & pluſquam manuum amputatio, *§. fin. Auth. vt nulli iudic.* Pariſ. *in tract. de ſyndic. in verb. tortura*, vnde cùm ſit remiſſa ei omnis pœna, ergo & tortura.

Cæterùm contrarium fuit deciſum, nimi- 2
rum hunc talem ad veritatem eruendam torqueri poſſe, ad hoc vt eius depoſitio contra ſocium criminis indicium faceret, per tex. *in l. quiſquis § fin. iuncta l. 3. C. ad leg. Iul. maieſt.* diſponitur *in d. § fin.* quod ſi quis ab initio aliquem læſæ Maieſtatis crimen committere volentem manifeſtauerit, venia, & præmio dignus ſit; At ſi ex poſt facto, licèt præmium, non conſequatur, tamen ei indulgetur, pœnaque delicti aduerſus ſcientem tale delictum committendum impoſita remittitur, tex. verò *in d. l. 3.* dicit eum qui aliquem de læſæ Maieſtatis crimine accuſauerit, poſſe tormentis ſubiici, ſi manifeſta indicia pro accuſatione ſua verificanda non haberet, ex quibus ſanctionibus probari dicebatur, quod licèt ſit vni criminis pœna remiſſa, ex eo quod illud reuelauit, tamen quia delictum non fuit probatum, ad veritatem eruendam torqueri poteſt, ita pariter in caſu propoſito, attento quod, delictum probatũ non erat, poterat dictus ſocius torqueri & ita dictũ fuit expreſsè firmaſſe Pa-

rid.

Digitized by Google

rid. de Put. *in ſuo tract. de ſyndic. in verb. Tortura 3. c. 3. quod incipit, pone quod aliquis.* Nec obſtare dicebatur per indulgentiam conceſſam, omnem pœnam fuiſſe remiſſam, nam in hoc caſu tortura non ad pœnam; ſed ad veritatem eruendam inferebatur, *l. edictum.* vbi Bar. *ff. de quæſtio. l. nullam C. ex quib. cauſ. infam. irrogetur.* ſicque compertum fuit aliàs magnam Curiam determinaſſe. Vnde

## OBSERVATIO.

1 Dictum Paridis de Puteo hîc relatum probat pariter Ludouicus Carrer. *in praxi crim. in quæſt. quæ incipit, Circa ſecundum, fol. mihi* 80. *num.* 25. quo loci expreſſis verbis dicit, quod vbi pro delicto commiſſo Princeps indulgentiam conceſſit, ſaluo intereſſe Partis ciuiliter, ſi Pars petat intereſſe ciuiliter, poſſet delinquens torqueri ad finem probandi delictum, & bona, idemque, relato Carrerio, affirmat Io. B. Baiar. *ad Iul. Clar.* §. *fin. quæſt.* 64. *num.* 14. & Petrus Caball. *addit. reſol. criminal. cent.* 1. *caſu* 28. *numer.* 17. ex generali curiarum conſuetudine, etiam ſi de ſimplici pecuniaria pœna agatur, torturæ locum eſſe poſſe; plus dixit Theſaurus *in deciſ.* 42. vt etiam teſtes pro rei veritate eruenda adhuc in ciuilibus torqueri poſſint, ſi tamen veritas aliter haberi non poſſit, citat gloſ. *in l. ex libero in princ. in verb. non vacillante ff. de quæſtionibus*, per tex. *in l. diuus ff. eodem*, & ſubdit ſatis apertè probari, *in* §. *ſancimus Auth. de teſtibus*, Natt. *conſ.* 349. *numero* 1. *in fine*, & alij.

2 Cætera ad materiam, quando dictum Socij criminis indicium faciat ad torturam, & quando ad inquirendum tantùm, & an delinquens poſſit de ſociis interrogari, videnda ſunt apud Iul. Clar. *in prax.* §. *fin. quæſt.* 21. *à num.* 4. & ibi nouiſſimi Addentes Proſp. Farinac. *in praxi, in tit. de indiciis, & tortura quæſt.* 43. *per totam*, & Petrum Caball. *reſol. crim. cent.* 1. *cauſa* 48.

## *ARGVMENTVM.*

Foriudicatus declaratus per M. C. ſi demùm fuerit carceratus an poſſit allegare foriudicationis ſententiam fuiſſe, & eſſe nullam vti à iudice incompetente latam, ſicque cauſæ remiſſionem ad iudicem competentem petere. Sententia lata à iudice eccleſiaſtico contra laicum, qui vt ad ſuum iudicem remitteretur, non inſtitit, an ſit de iure valida, & de aliis notabilibus.

## DECISIO. CCLXVII.

CVM quidam de Ciuitate Cauſæ cognomento de Sparano pro homicidio ex propoſito commiſſo, à Magna Curia citatus, ac ſeruatis ſeruandis contumax reputatus fuiſſet, quia per annum in contumacia perſiſtit, ſententia mediante extitit foriudicatus declaratus, iuxta conſtit. *pœnam eorum*, demùm captus & ad carceres ductus, quia Fiſcus inſtabat foriudicationis ſententiam fore exequendam, illam nulliter fuiſſe prolatam allegauit, & hoc ſtante Priuilegio Ciuitatis prædictæ, vt nemo ex ciuibus ex officio inquiri & condemnari poſſit, niſi Partis offenſæ accuſatione præcedente, & ſi aliter procederetur, nullus ſit proceſſus, ſententia, & omnia inde ſequuta; vnde dicebat, quod cum magna Curia contra eum ex officio proceſſerat, nulla præcedente querela, omnia inde ſequuta inania ac nulla reddebantur, & ad hoc allegabat Theoricam Bar. *in l. 3. in fine ff. de iudic.* quare dubitatum fuit quid iuris. 1

Cauſa relata in Collaterali Conſ. cum votantes eſſent numero octo, nimirum tres Regentes Regiam Cancellariam, & quinque Regij Conſiliarij, fuit pro maiori parte, pro Fiſco deciſum, ſicque dictum foriudicationis ſententiam fuiſſe ritè, & rectè prolatam, ac proinde exequendam. Ratio deciſionis fuit, quod cum magna Curia iuriſdictionem habeat ordinariam in toto Regno, & in omnibus cauſis, *vt in conſt. ſtatuimus*, dũ aliquẽ de Regno citat, cogitur citatus comparere, & allegare ſi quod habet Priuilegium, aliàs vt contumax reputatur, ſicque legitimè à iudice citante puniri poterit, *l.* 1. *ff. ſi quis ius dicendi non obtemp.* etenim legitimè contracta contumacia, & pro delicto ex quo contumax poteſt foriudicari, quãuis ex Priuilegio d. Ciuitatis non poterat ex officio de patrato crimine cognoſci, hoc tamen ſi ille citatus comparuiſſet, & Priuilegium allegaſſet; vnde quia comparere non curauit, non erat cur dubitari poſſet fuiſſe illum pro contumace legitimè reputatum, & conſequenter, ſeruatis ſeruandis ritè, & rectè foriudicatum declarandũ, non enim ex delicto immediatè fuit foriudicatus; ſed ex cõtumacia legitimè contracta; ad Theoricam Bar. *in d. l.* 3. *ff. de iudic.* fuit reſponſum, quod benè ponderata, pro iſta opinione faciebat. Vnde 2

## OBSERVATIO.

COncurro libenter cum deciſis hîc, quæ ſatis bene in fortioribus terminis confirmantur, ex dictis per Afflict. *in deciſ.* 27. vbi fuit tentum ſententiam latam per Curiam Admiratiæ contra non ſubditum, fore exequutioni demandandum, ex quo citatus ſiue conuentus de incompetentia non oppoſuit, 1

 ad

Digitized by Google

ad quod aliàs ego reſpondi ſententiam latam à Iudice Eccleſiaſtico contra laicum ſimiliter exequendam, ex eo, quod laicus de incompetentia non oppoſuerat, *lib.2.mear.reſol.cap.*203. ſi ergo in caſibus tanta conſideratione dignis ſententia lata ſubſtinetur, & non ex alio, niſi quia non fuit allegata incompetentia, quid dicemus in caſu huius deciſionis, vbi Iudex, cuius ordine citatio relaxata extiterat, erat competens; & quod pro inquiſito dicebatur concernebat Priuilegium, quo mediante intendebat Reus fundare, quod non poterat ex officio contra eum procedi; ſed tantùm Partis offenſæ accuſatione præcedente; etenim opportuna extitiſſet exceptio priuilegij, ſi citatus comparuiſſet, illamque allegaſſet, nam aliàs, ſi quis non comparet ad ſuum allegandum Priuilegium, poteſt vt contumax reputari, & conſequenter ille Iudex, qui citauit, poteſt cognoſcere, an ſua ſit Iuridictio; ita Bar. *in l.3. ff. de iudiciis*, & Felyn. poſt alios *in c.cum ordinem, de reſcript. & in c.ſi duobus, de appellat.* excepto ſi ex actis, ſeu forma citationis appareret, citationem notoriè eſſe nullam, vt puta ſi citetur Clericus coram Iudice ſeculari, ad tex. *in c.ſi Iudex laicus de ſentent. excom.in 6. & in l.fin. ff.de iuriſd. omnium Iudic.* aliàs ſi citatur vti laicus tenetur omnino comparere, quamuis notorium eſſet, quod poſſet declinare forum iudicij citantis, vt eſt tex. *in l. ſi quis ex aliena ff. de iudiciis.*

## *ARGVMENTVM.*

Baro an poſt latam, & lectam ſententiam foriudicationis in Tribunali M. C. contra eius vaſallum, vinculis demùm traditum, poſſit comparere, & cauſæ remiſſionem ad ſuam baronalem Curiam petere; Et quid in cæteris cauſis criminalibus, & ciuilibus. Iudicandi conſuetudo, an iuriſdictionem præbeat, & de aliis.

## DECISIO CCLXVIII.

1 SIMILIS caſus de quo in deciſione præcedenti contigit diſputandus inter Illuſtriſſimũ Ducem Summæ, & Regium Fiſcum, etenim cum quidam de Terra ſummæ pro homicidio per eum commiſſo fuiſſet per M. C. citatus, contumax reputatus, & ſeruatis de iure ſeruandis foriudicatus declaratus, illo tandem capto, & ad carceres M. C. aſportato, comparuit Illuſtriſſimus Dux cauſę ſui vaſſalli remiſſionem petens, quam fore concedendam ſatis ex Priuilegio, quod producebat, iuſtificabatur, contradicebat Fiſcus; vnde dubitatum fuit quid iuris.

2 Magna Curia decreuit cauſam nullatenus eſſe remittendam, à qua determinatione cum pro parte Ducis ad S. Conſ. eſſet appellatum, fuit confirmata M. C. reſolutio, verùm quia Aduocati Illuſtriſſimi Ducis hoc ægrè tulerunt ab Illuſtriſſimo Domino Prorege obtinuerunt, vt Sacrum Conſilium de dicta cauſa in Collaterali Conſ. relationem faceret, qua iam facta, fuit per omnes votatũ, duobus Regiis Conſiliariis exceptis, ſtandum eſſe deciſis, tam per M. C. quàm per S. C. cuius voti pariter fuerunt DD. Regentes Regiam Cancellariam. Ratio deciſionis fuit, quia ſicut illa foriudicationis ſententia, condemnato nocebat, ex ratione de qua in deciſione præcedenti, ita pariter & Baroni poſtea pro ſuo intereſſe comparenti, ſicque compertum Regium Fiſcum, ſemper in poſſeſſione, ſeu quaſi fuiſſe; vt nunquam ad Barones remittantur Vaſſalli, qui à M. C. ſententia mediante fuerunt foriudicati declarati, quam quidem iudicandi conſuetudinem poſſe ei iuriſdictionem præbere, quamuis aliàs illam non haberet, dictum fuit eſſe tex. *in l.teſtamenta.* vbi hoc notat Aret. *in 3. notab. C. de teſtam.* eſt enim ſeruanda diſpoſitio Conſtit. *pœnam eorum*, vt ſententia foriudicationis non niſi ab eo iudice, qui illam protulit exequi poſſit; Præterea pro parte Regij Fiſci dicebatur quod Illuſtr. Duci obſtabat exceptio rei iudicatæ, quia aliàs in anno 1569. de hocmet dubio inter ipſum Ducem, & Regium Fiſcum diſputari contigit, nam cùm prætendiſſet ad eius ducalem Curiam eſſe remittendum quendam Vaſſallum eiuſdem Terræ Summæ foriudicatum declaratum, fuit deciſum ad fauorem Fiſci, vt cauſa in eadem M. C. remaneret; vnde cùm demùm hîc de eodem dubio tractaretur & inter eaſdem perſonas, ergo dicebat Fiſcus, quod obſtabat Illuſtr. Duci exceptio rei iudicatæ *l.cum quæritur cum ſeq. ff. de except. rei iudic.* Etenim conſiderabatur potuiſſe Illuſtr. Ducem in M. C. ante foriudicationis ſententiam comparere, & non curauit, ergo ſibi præiudicauit, iuxta notata per Andr. *in c.Imperialem §. præterea ſi inter duos col.5. & 6. de prohib.feud.alien.per freder.*

## OBSERVATIO.

DEciſionem hîc relatam à Domino Regente noſtro, quæ prodiit in anno 1569. inter tunc Ducem Summæ, & Regiuṁ Fiſcum, refert pariter Io. Vinc. de Anna *ſing.*56. de cuius iuſtitia ego paulìſper dubitaui *reſol. meorum lib.*1. *cap.*34. *num.*5. quo loci, authoritate Andr. *in c. imperialem §. præterea ſi inter duos num.*79. *& in §.nec dominus poſt num.*48. ſubſtinui, poſſe Baronem in Regno noſtro tam in ciuilibus quàm in criminalibus petere remiſſionem pro cauſis vaſſallorum poſt prolatam ſententiam à tribunali ſuperiore; quæ quidem concluſio ſi vera eſt, provt veriſſima adhuc illam exiſtimo, quicquid ſibi dixerit D. Reg. Sanfel. *deciſ.*69. valde dubia redduntur, quæ hîc exarauit D. Reg. noſter, ni dicamus bene ea procedere, ac de iure ſubſtineri poſſe ſuppoſita conſuetudine iudicandi in noſtra M. C. vt in cauſis foriudi 1

foriudi

Digitized by Google

foriudicationum, lata ſententia foriudicationis, & foriudicato carcerato, denegetur Baroni huius cauſæ remiſſio, cuius quidem conſuetudinis iudicandi rationem conſiderat nouiſſime bonus ſenex, & practicus Heliſeus Danza *lib.3. de pugna Doctor. in tit. de ſententia forindicat.cap.15.à num.36.* & ea eſt, quod cum antequam foriudicationis ſententia proferatur, tot præcedant ſolemnia, quæ deſcribit poſt D. de Franchis *deciſ.*470. *num.*1. præſumptio eſt vt Baro de illis notitiam habuerit, ex qua quidem notitia, ait Danza ſcientiam argui, & ex ſcientia patientiam præſumi, & ex patientia tacitum eiuſdem Baronis conſenſum, & ex hoc tacito conſenſu prorogationem reſultare iuriſdictionis Iudicis ſuperioris, ad quod allegat Catalan. *in tract. de indult. cap.*10. *numer.*63. *&* 64.

## *ARGVMENTVM.*

Minor decem, & octo annis, maior verò quatuordecim an ligetur pragmatica ſanctione, qua diſpoſitum eſt, vt omnes Regij aſſenſus per verbum *fiat* in calce memorialium obtenti debeant infra certum tempus in forma Regiæ Cancellariæ expediri, & quatenus ſub hac lege comprehendantur; An maior factus poſſit aduerſus lapſum temporis in integrum reſtitutionem petere, & de aliis.

## DECISIO CCLXIX.

1 FVIT dubitatum in Collaterali Conſ. an minores decem, & octo annis, maiores verò quatuordecim ligentur pragmatica ſanctione, qua diſpoſitum eſt, vt omnes Regij aſſenſus per verbum *fiat* in calce memorialium obtenti debeant infra certum tempus in forma Regiæ Cancellariæ expediri, alias ſint nullius momenti, vel potius ad inſtar pupillorum ſub hac lege non comprehendantur.

2 Dicebatur minores ligari omnino diſpoſitione d. prag. ex theorica Bal. *in l.ſi non videtur C.de in integ. reſt.* vbi dicit, quod ſi cauetur ſtatuto, vt omnes cauſæ conſanguineorum, & affinium debeant compromitti, ſub hoc ſtatuto minores comprehenduntur, iſtamque communẽ eſſe DD. ſententiã, de qua in addit. ad eundem Bal. *in d.l.non videtur,* & per Aret. *in l. more col.*2. *ff. de acquir. hæredit.* quo loci affirmat quod ſub obligatione legali, quæ merè à lege inducitur efficaciter comprehenditur pupillus, ſicut quilibet alius, per tex. *in l.ſine hærede §. lucius ff. de adminiſtr. tuto.* exiſtimatur tamen quoad lapſum temporis ex beneficio minoris ætatis, in integrum reſtitutionem ſubintrare, & hoc præcipuè, quando tempus cum maiore currere incœpit, vt eſt gl. iuncto tex. *in l. ſicut C. de præſcrip.* 30. *vel* 40. *annorum,* vbi præſcriptio incœpta cum maiore currit mero iure contra omnes, excepto pupillo, cuius fauore dormit; quærit ib gl. an aduerſus temporis lapſum detur minori in ingrum reſtitutio, & affirmatiuè concludit, & eſt optimus tex. iuncta gl. *in cap.*1. *§. præterea ſi quis infeudatus, de prohib. feud. alien. per freder.* vbi eſt caſus quod ſi quis 14. annis maior feudi in quo ſucceſſit, infra annum, & diem inueſtituram non petierit, feudum illud amittit; quærit gl. parua *in verſ. anni*, an in illud tempus poſſit reſtitui, & reſpondit quod fortè reſtituitur, & addit Andr. & poſt eum omnes Feudiſtæ, imò ſine, fortè, ad idem eſt tex. *in cap.*1. *quo temp. mil.* & benè Aret. *in l. Pantonius col.*4. *&* 5. *ff. de acquir. hæredit.* confirmatur ex tex. *in c. conſtitutus de reſtit. in integr.* vbi tempus à conſuetudine approbata præſcriptum circa ius retractus, licèt mero iure contra minorem currat, tamen datur illi in integrum reſtitutio, vnde meritò dicebat Bal. *in d. cap.*1. *verſ. niſi iuſta, quo tempo. miles*, regulam eſſe vt minor ſemper reſtituatur, niſi contrarium reperiatur in iure expreſſum.

---

## OBSERVATIO.

ATtentis his, quæ D.Reg. noſter hic ſcripſit in vna facti contingentia, ego dicebam, minorem maiorem effectum bene potuiſſe, intra quadriennium reſtitutionem petere aduerſus lapſum biennij à Regiis Sanctionibus conceſſi ad obtinendum priuilegium in forma Regiæ Cancellariæ, pro firmitate aſſenſus, ad inſtantiam eius Balij per verbum *fiat* expediti, pro conualidanda obligatione bonorum feudalium quam Balius ipſe fecerat apud acta Regiæ Cameræ de bene, & fideliter adminiſtrando; imò plus dicebam, quod poterat hic minor maior factus, etiam quadriennio elapſo in integrum reſtitutionem petere (& hic verè erat caſus, de quo agebatur) ex quo obtenti decreti in calce memorialis per verbum *fiat* non niſi poſt vigeſimum ſeptimum ſuæ ætatis annum ſcientiam habuerat, ſicquè fiebat locus receptiſſimæ, ac communiſſimæ DD. ſententiæ, nimirum quod quadriennium hoc cum tempus vtile ſit à die perfectæ ætatis, ſcienti non autem ignoranti cucurrit, ita ſanè ſcripſerunt omnes *in l.fin. C. de tempor. in integr. reſtit.* Bal. *in l.falſam numer.*3. *C.ſi ex falſis inſtrum. & conſ.*92. *num.*1. *lib.*1. Paulus de Caſtro *in l.fin. C. de dolo, & in conſ.* 299. *num.*3.*lib.*1. vbi notabiliter dicit, quod, ſi diceremus minori maiori facto, etiam ignoranti quadriennium currere, opus eſſet nihilominus eidem reſtitutionem concedere, ex Clauſula generali propter iuſtam ignorantiam, aduerſus lapſum huius quadriennij, & ſic daretur reſtitutio ad reſtitutionem petendam, quod eſſet abſurdum, Tiraquell. latiſſimè *in tract. de retract. conſang. §.*35. *gloſ.*2. *numer.*43. Boër. *deciſ.*39. Hippolyt. de Marſig. *ſug.*572. Iacob. Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed.*15. *num.*115. Octau. Simoncel. *in tract. de decretis lib.*3.*tit.*9.*inſpect.*1.*num.*6. & alij plures,

Digitized by Google

res, quos ad nauſeam refert, & ſequitur Sforza Oddus *in ſuo tract. de reſtitut. in integr. p. 1. quæſt. 20. art. 4. num. 37.*

## ARGVMENTVM.

Aduocatus qui pro augmento, & conſeruatione alicuius patrimonij patrocinium præſtitit, nùm pro eius ſalario, opera, & labore præferri debeat omnibus creditoribus hæreditariis, etiam anteriora iura habentibus ad inſtar illorum, qui ad rem conſeruandam pecuniam expenderint. Medicus à communitate conductus, nùm pro ſalario conuento tacitam habeat hypothecam ſuper bonis communitatis. Bona hæredis grauati, nùm pro mala adminiſtratione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, fideicommiſſario tacitè hypothecata ſint.

## DECISIO CCLXX.

1 IN cauſis dependentibus ex hæreditatibus quondam Illuſtrium Principiſſæ Salerni, & Marchioniſſæ Paduli, cum tres, vel quatuor Aduocati pro illarum hæreditatum augmento, & conſeruatione patrocinium præſtitiſſent, prætenſionem habuerunt, vt pro eorum ſalario, opera, & labore præferri deberent omnibus creditoribus hæreditariis, etiam anteriora iura habentibus, ad inſtar illorum, qui ad rem conſeruandam pecuniam expenderint, iuxta vulgatam diſpoſitionem tex. *in l. interdum cum l. ſeq. ff. qui potio. in pig. habe.* dicebant enim, illud, quod in exemplis poſitis in iuribus modo citatis pecunia expenſa operatur, quod poterant operari labor, opus & ſtudium ipſorum, nam ſi patrocinium non præſtitiſſent fortè bona dictarum hæreditatum ad Regiam Curiam perueniſſent, ſicque eorum induſtria, & labore creditorum hæreditariorum iura conſeruata fuerunt; quare an iuri conſentanea eſſet prætenſio hæc in Collaterali Conſ. dubitari contigit.

2 Per Dominos Regentes Regiam Cancellariam, vnà ſimul cum Domino Regio Conſiliario Io. Andrea de Curte Cõmiſſario deputato in cauſis dictarum hæreditatum, fuit concluſum pariterque deciſum, quod dicti Aduocati nullam habebant hypothecam tacitam ſuper bonis dictarum hæreditatum ratione eorum aduocationis, neque aliud prælationis priuilegium; ſed quod vnà cum aliis creditoribus perſonales actiones habentibus graduari debebant; etenim fuit conſideratum tacitam hypothecam, quam aduocati pro eorum ſtudio, & labore habere prætendebant, non induci niſi in caſibus à iure permiſſis, & expreſſis cum ſolùm ex legis diſpoſitione ea inducatur, vt *in tit. ff. & C. in quibus cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* quos quidem caſus colligit omnes Neguzan. *tract. de pigno. in 4. memb. 2. par. à num. 6.* inter quos caſus iſte non reperitur, ita arguit Bar. *in l. Lucius ff. de alimen. & cibar. legat.* & Bal. *in rubr. C. de priuileg. fiſci in fine*; nulla enim lege cautum eſſe comperimus, quod pro ſalario aduocatorum bona clientis ſint tacitè hypothecata, Vnde ſi tacita hypotheca non datur, pariter nec prælatio aliqua dari poteſt, nec eſt ſimile, quod allegabatur de expenſis cauſa fructuum colligendorum factis, vt prius, & ante omnia ex hæreditate deducantur, nam illa collectio fuit neceſſaria, & fructus dicuntur deductis expenſis: *l. fructus ff. ſolu. matr.* non ſic in aduocatorum patrocinio, ex quo dici non poteſt neceſſariò clientis bona fuiſſe conſeruata, cùm iudices, qui cauſas decidunt, hoc operantur, & non neceſſariò Aduocati, ex quo abſque eorum allegationibus poſſunt cauſæ decidi, & terminari, licet aliquando Aduocati iudices à tot, tantiſque laboribus exonerent, cum ipſi omnibus, quæ pro cauſarum deciſione neceſſaria ſunt, ſtudeant.

## OBSERVATIO.

EX dictis in hac deciſione cernitur apertiſſimè, ridiculam fuiſſe ſatis iſtorum Aduocatorum prætenſionem, quod proinde ad confirmationem eorum, quæ hîc fuerunt exarâta, nihil mihi occurrit, niſi ſolùm aduertere, quod ſi ea vera ſunt, provt veriſſima exiſtimo nullo pacto recipienda eſt ſententia Ang. Rip. Rebuff. & aliorum, quos citat Statil. Pacific. *in ſuo tract. de ſaluia. interd. in ſpect. 3. cap. 4. num. 682. cum ſeqq.* & Mercurial. Merlin. *in tract. de pignor. lib. 3. tit. 1. quæſt. 21. per totam*; hi enim putarunt Aduocatum ſiue Medicum à communitate conductum pro ſalario conuento tacitam habere hypothecam ſuper bonis communitatis, nàm vt bene aduertunt quamplurimi DD. relati à Caſtill. *contro. iur. tom. 4. cap. 61. à num. 60.* tacita hæc hypotheca non inducitur niſi expreſsè à lege ſit conceſſa; Vnde cùm nulla lege caueatur, vt Aduocatus pro ſalario conuento tacitè habeat bona clientis hypothecata, ergo; etenim Doctores nullam habent authoritatem tacitam inducendi hypothecam, vt dixerunt gloſ. *in l. 2. in verb. priuilegio ff. de priuileg. creditor.* Rip. *in l. 4. §. 1. num. 9. ff. eodem tit.* Surd. *deciſ. 30. num. 9. & 221. num. 10.* Viuius *deciſ. 451. num. 6.* Griuell. *deciſ. 27. num. 12. & 13.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 12.* Gait. *de credito. cap. 4. quæſito 5. num. 52. & ſeq.* Noguerol. *allegat. 1. num. 2. cum ſeqq.* quos omnes nouiſſimè citat, & ſequitur Salgad. *in ſuo labyrinto credit. par. 1. cap. 10. num. 38. & 39.* 1

Ex quibus puto cauendum eſſe omnino à Gaſp. 2
Ant.

Digitized by Google

Ant. Theſ. qui *in quæſt.*84. *per totam lib.*2. *quæſt. forenſ.* ſubſtinet bona hæredis grauati pro mala adminiſtratione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum fideicommiſſario tacitè eſſe obligata, ac proinde huic licere cum hac actione de iuribus ſuis experiri, contra tertium poſſeſſorem bonorum hæredis; etenim nulla lege id cautum eſſe comperimus, cum hypotheca tacita, quæ datur legatario vel fideicommiſſario, non niſi ſuper bonis teſtatoris, non autem hæredis à lege inducta eſt, provt eſt tex. apertus *in l.*1. *in fine*, Ibi *& hypothecam eſſe non in rem ipſius heredis. C. commun. de legat.* vnde meritò cùm apud nos de hoc dubitari contigiſſet, Sacrum Conſilium referente d. Ferdinando Brancia viro Doctiſſimo tunc Regio Conſiliario, demùm Regiam Cancellariam Regente meritiſſimo, hoc tantùm perpenſo, contrarium iudicauit cuius determinationis verba ſunt hæc.

Die 28. Ianuarij 1629. Neap. facto verbo in Sacro Regio Conſilio per Regium Conſiliarium Ferdinandum Brancia cauſæ Commiſſarium.

Per S.R.C. declaratum eſt Andreæ Campanile non competere hypothecam in bonis propriis quondã Io. Campanilis pro eius prætenſo credito, ex cauſa conſumptionis bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, & propterea creditores hypothecarios præfati Ioannis eſſe præferendos præfato Andreæ fideicommiſſario petenti emendam conſumptionis prædictæ hoc ſuum Ferdinandus Brancia, in Banca Sarri.

3 Hanc eandem S. C. determinationem, poſt hæc ſcripta obſeruaui relatam à Io. Baptiſta de Thoro *in compendio par.*3. *verb. fideicommiſſarius an agere poſſit fol. mihi* 429. quem vide.

## ARGVMENTVM.

Releuium an ſit Regiæ Curiæ ſoluendum ob mortem feudatarij, qui in vita feuda ſua omnia, regio accedente aſſenſu, certæ perſonæ donauerat, vſufructu tamen ſibi reſeruato; Et quid in refutatione facta à patre filio omnium feudorum, Et quid vbi ſit donatio omnium feudorum contemplatione matrimonij. Ius quod quis habet ſuper feudo an in illius augmentum ſine aſſenſu remitti poſſit, & de aliis.

## DECISIO CCLXXI.

CVM Illuſtr. Andreas ab Auria Melphiæ Princeps legitimam in bonis feudalibus non haberet ſucceſſorem, à Carolo Cæſare felicis recordationis facultatem obtinuit, vt in defectum filiorum ex ſuo corpore legitimè deſcendentium, potuiſſet vel inter viuos, vel in vltima voluntate vnum ſibi nominare hæredem, & cum huius facultatis vigore nominaſſet Illuſtr. Marcum Antonium del Carretto, prætendit Regius Fiſcus ab illo vti nominantis hærede releuium exigere; ſed eo excipiente ad hoc non teneri, ea quidem ratione, quia ad feudorum acquiſitionem, non vt hæres Io. Andreæ; ſed vti à Cęſarea Maieſtate inueſtitus veniebat, quid iuris dubitari contigit.

Per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſ. fuit deciſum, releuium non deberi. Ratio deciſionis fuit, quia poſt nominationem factam compertum fuit, Dominum Io. Andream bona ſua feudalia dicto Domino Marco Antonio donaſſe donatione pura, mera, & irreuocabili, cum clauſula conſtituti, vſufructu dumtaxat ſibi retento, in qua quidem donatione, Cæſareæ Maieſtatis aſſenſus interuenerat, ſicque negari non poterat bonorum donatorum dominium in donatarium tranſiuiſſe, ad tex. *in l. quiſquis C. de donatio.* eoque magis quia poſtea retentio illa vſusfructus fuit remiſſa, quod fieri potuit, quamuis ſine aſſenſu, eo quod in feudi augmentum fiebat, vt tenet Andr. *in c. Imperialem in princip. de prohib. feudi alien. per freder.* vnde dicebatur Illuſtr. Marcum Antonium feuda Io. Andreæ ex contractu habuiſſe, & ſucceſſiuè ad releuij ſolutionem abſtringi non poſſe, vt per Andr. *in c.*1. §. *ſed etiam res per quos fiat inueſtit. & in cap.*1. §. *ſimiliter de capit. Corradi.* Nec obſtare dictum fuit quod Fiſcus allegabat, donationem vti omnium bonorum feudalium præſumi in fraudem factam, vt releuium Regiæ Curiæ non ſolueretur, ad notata per Andr. *in d.* §. *ſed etiam res*; nam fuit reſponſum Andr. loqui quando pater feuda omnia filio ſuo primogenito refutat, quæ quidem refutatio cum abſque aſſenſu valeat ideò poſſet Dominus ſemper in releuij ſolutione fraudari, ſecus dicebatur in caſu propoſito in quo pro aſſenſu fuerat directus Dominus aditus, qui in illius conceſſione poterat Regio Fiſco releuium reſeruare, ſoluendum per mortem Io. Andreæ ſicut hodie practicatur; Vnde cum Cęſarea Maieſtas nullam fecerit reſeruationem, ergo noluit vt ſolueretur; ſciebat hoc vel per ſe, vel per ſuos Conſiliarios, ſcienti neque fraus fit, neque dolus, tum etiam quia, quando fit feudorum refutatio contemplatione matrimonij omnis ceſſat fraus, & dolus, vt firmat Ang. *in l. ſi quis poſt hac col.*2. *C. de bonis damnat.* in caſu propoſito donatio facta proponebatur ex cauſa matrimonij contracti inter Illuſtr. Marcum Antonium, & Illuſtr. Donnam Ioannam de Leyua; ergo ceſſabat prorſus fraudis præſumptio, & ita &c.

## OBSERVATIO.

1 Cvm hac deciſione conuenit altera eiuſdem Domini Regentis, quam inuenies infra, & eſt 403. vbi facta donatione à Principe Francauillæ Marchioni Vaſti de bonis ſuis feudalibus, Regio aſſenſu vallata, mortuo demùm Principe donante prætenſionem habuit Regius Fiſcus à Marchione donatario releuium exigere; ſed excipiente Marchione, quod ipſe feuda non acquiſiuerat, per mortem donantis ſed ex contractu donationis Regio aſſenſu roborata; Regia Camera cenſuit Marchionem ab impetitis per Fiſcum eſſe abſoluendum, nihilo obſtante fraude, quam Fiſcus allegabat, ſic contendens, quod quamuis verum ſit, & indubitatum, quod quando feudum alicui obuenit ex contractu, vt puta ex donatione, releuium non debeatur, attamen ſecus dicendum, quando pater donaret, ſeu refutaret filio omnia bona ſua feudalia, quia tunc præſumeretur factam fuiſſe donationem in fraudem, vt Fiſcus releuio, quod habiturus erat poſt mortem patris defraudaretur; etenim fuit reſponſum, concluſionem hanc bene procedere in donatione, ſiue refutatione nullo hominis aſſenſu impetrato, quod contingit, quando refutatio fit à feudatario in proximè ſucceſſurum; at quando fit donatio cum aſſenſu Regis illi, qui non erat aliàs in feudo ſucceſſurus, & nullatenus poterat in feudo ſuccedere, niſi mediante illa donatione, Regio aſſenſu vallata; & eo caſu releuium non debetur, vnde cum in caſu de quo agebatur Marchio Vaſti non aliter erat in feudo ſucceſſurus, ſicque verè, & realiter feuda ex contractu Regio aſſenſu vallato aſſequutus fuerat, ergo fraudis præſumptio ceſſabat prorſus. Fuit pariter conſideratum quod in caſu huius deciſionis dicebatur, vt adhuc releuium non debeatur, quando donatio facta eſt à patre filio; Regio tamen aſſenſu roborata, nam dum Rex releuium ſibi non reſeruat, præſumptio eſt vt voluerit, quando caſus contingebat, ſibi ſolui releuium.

2 Quantùm verò attinet ad aliam concluſionem hîc tentam, nimirum vt ſemper ceſſet fraus quando donatio ſiue refutatio fit à patre filio contemplatione matrimonij, adhuc ſi facta eſſet omnium feudorum, dic idem fuiſſe tentum infra *in deciſ.*404. id quod ſatis bene comprobat Dominus Reg. Moles *deciſ.7. in tit. de iure releuiorum*, ſub illis verbis, *Sed nos indicauimus in Camera quod ſi refutatio prædicta omnium bonorum eſt facta filio contemplatione alicuius matrimonij, vel ex aliqua alia cauſa, ita quod ceſſet ſuſpicio fraudis releuij, tunc non debetur releuium, quia refutatio omnium bonorum valet de iure communi, l. ſi quis argentum §. ſed & ſi C. de donatio. & de iure feudorũ, c. 1. de vaſſall. decr. ætat. nec ipſa de per ſe cõſiderata poteſt dici in fraudem fiſci, quia non poteſt tunc dici creditor releuij quia poteſt filius præmori in vita patris, & ideo ſi pater ſub aliqua cauſa donauit filio, maximè ſi cauſa matrimonij non debebitur releuium, quia ceſſat omnis præſumptio fraudis Ang. in l. ſi quis poſt hac C. de bonis proſcript. col. 2. maximè quando donatur filio proxime ſucceſſuro, quia cenſetur potius debiti ſolutio, l. 1. C. de imponen. lucrat. bonar. deſcript. lib.... & ita indicauimus cum Comite Sinopolis; extat decretum in libro notamentorum ſub die vltimo Februarij 1569. & aliud ſub die 17. Martij 1570.* Hæc D. Reg. Moles.

3 Cætera in hac materia vide penes Andr. Capanum *in ſuo tract. de iure releuij par. 4. quæſt. 15. per totam.*

4 Ad maiorem autem declarationem alterius concluſionis, quam Dominus Reg. noſter hîc conſtituit, vt in augmentum feudi poſſit quis ius, quod ſuper illo habet ſine aſſenſu remittere, videndi ſunt Afflict. *deciſ.* 232. Camer. *in C. Imperialem fol. 4. litt. L, fol. 5. & 6.* Capyc. *deciſ.* 156. Frecc. *de ſubf. lib. 2. in 10. limitatione ad conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ*, Io. Vinc. de Anna *in repet. eiuſdem conſtit. num. 178. cum ſeqq.* & nouiſſimè ſatis bene Horat. Montan. *in repet. c. Imperialem à num. 135. vſque ad num. 143.*

## *ARGVMENTVM.*

Capellanus Regius Canonicus in aliqua cathedrali, nùm pro tempore quo inſeruit Regiæ Capellæ poſſit ſui canonicatus fructus percipere. Papa an, & quando cenſeatur derogare iuripatronatus laicorum, Et an ſuper illo poſſit ad alicuius fauorem imponere penſionem, & de pluribus notabilibus.

## DECISIO CCLXII.

1 INSTABAT Reuerendus Don Franciſcus Gonſalez Regius Capellanus, & Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Luceriæ, ex quo actu inſeruiebat in Regia Capella declarari ſibi licere fructus dicti Canonicatus percipere, ac ſi perſonaliter in dicta Eccleſia reſideret, conſiderabant Canonici, freti lege illa à Rege Carolo Secundo in illius Eccleſiæ fundatione appoſita, nimirum vt Canonicus qui perſonaliter non reſideret, nullos fructus percipere poſſet, fuit dubitatum quid iuris.

2 Quod iuſta eſſet huius Regij Capellani inſtãtia, cõſiderabatur Reg. Capellanos à Sũmo Pontifice Priuilegium obtinuiſſe, vt quando actu Regię Capellæ inſeruiunt ſuorum beneficiorum, Canonicatuum, & prębendarum fructus, ac ſi perſonaliter in illis intereſſent percipere poſſint, quibuſcumque in contrarium facientibus non obſtantibus, & cum aliis clauſulis derogatoriis, ſatis expreſſis, quibus lex illa appoſita in fundatione, de qua ſupra tollebatur, ad notata per Cyn. *in l. fin. C. ſi contra ius vel vtilit. publ.* & per Bar. *in extrauaganti ad reprimendum, in verbo non obſtantibus, & in l. ſi quis in princ. ff. de leg.* 1. nec de Summi Pontificis poteſtate dubitari poterat, cum ille plenam ac liber habeatã beneficiorum diſpoſitionem; *cap. 2. de præben. in 6. clem. 2. vbi lite pendente*, latè per Felyn. *in c. quæ in eccleſiarum, de conſtit.* Nec obſtare dicebatur quod ſi Canonicatus Cathedralis Eccleſiæ Luceriæ ſunt de iurepatronatus Regis, imò illorum collatio ad Regem ſpectat, cum Papa poteſtatem habeat etiam conferendi beneficia, quæ ſunt de iurepatronatus laicorum, etiam abſ-

que

Digitized by Google

que eorum præſentatione, vt eſt tex. *in c. cum dilectus*, & ibi Abb. *in fine de iurepatr. & in c. dilectus de officio deleg.* gl. *in Clem.* 2. *de præben.* Nec dicendum, quod licèt de Pontificis poteſtate dubitari non poſſit, benè tamen de eius voluntate, quia cum beneficia, quæ ſunt de iurepatronatus laicorum conferre non conſueuerit, ſine dubio ea conferre non cenſetur, niſi de laicorum patronatu expreſſam faciat mentionem, vt eſt gl. *in d. cap.* 2. *de præben. in* 6. *in verbo collatio.* Abb. *in d. c. cum dilectus in fine*; imò fortius ſecundum Felyn. *in trac. quando littera Apoſtolica &c.* adhuc ſi eſſet dictum non obſtante quod tale beneficium ſit de iurepatronatus laicorum, vt adhuc iuripatronatus derogatum non eſſet, quando illud ad Principem ſupremum ſpectaret, niſi expreſsè fieret mentio de iurepatronatus Regum, ſiue aliorum ſupremorum Principum, allegat regulam Cancellariæ 40. etenim dictum fuit, quod licèt hæc omnia vera ſint, procedunt tamen, quando Papa iuſpatronatus quod eſt Regis tollere vult, ſiue pro vna vice illi derogare, at ſi tollere non vult, nec illi derogare; ſed tantùm intendit in aliquo prejudicare Eccleſię patronatę, hoc caſu ſat erit clauſula generalis derogatoria, ad quod fuit allegatus Gomeſ. *in regula Cancel. de infirmis reſignantibus, quæſt.* 17. *n.* 8. *&* 9. vnde cum in caſu propoſito per Priuilegium Regiis Capellanis à Summo Pontifice conceſſum, iura quę Rex habet circa collationem Canonicatuum d. Eccleſię Lucerię non tollebantur, nec illis in aliquo derogabatur; ergo.

## OBSERVATIO.

1 DVbitari non poteſt de concluſione hîc firmata, nimirum vt Summus Pontifex omnium beneficiorum pleniſſimam habeat diſpoſitionem: *c.* 2. *de præb. in* 6. *hic citat.* Gonzal. *in comment. ad regul.* 8. *cancell. in* §. 1. *proœmij*, Viuian. *in prax. iuriſpatro. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 197. & alij. Poteſt ergo Papa, quæcumque beneficia conferre, etiam iuriſpatronatus clericorum abſque eorum conſenſu, item, & laicorum, quia à Summo Pontifice ex gratia, & priuilegio iuſpatronatus laicis conceſſum eſt non priuatiuè; ita D. Card. Tuſch. *pract. concluſ. lit. I. concl.* 596. Vnde talis priuilegiatus ſuo priuilegio contra eum, qui ſibi priuilegium conceſſit, vti non poteſt; Lambert. *de iurepatron. lib.* 2. *p.* 3. *quæſt.* 9. *art.* 1. *&* 2. quamuis verum ſit, vt in dubio Papam Laicis præiudicare non præſumatur: Hodie autem ex regula 41. Cancellariæ relata à Stephan. Quarant. *in ſumm. bullar. in verb. regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ*, & à Viuiano *in cit. prax. de iurepatron. par.* 3. *lib.* 14. *cap.* 1. *num.* 100. cautum habemus, quod in derogatione iuriſpatronatus laicorum non expediantur litteræ niſi expreſsè ponatur, quod tale beneficium tanto tempore vacauerit, quodque eius collatio ad ſedem Apoſtolicam legitimè eſt deuoluta, vel quia tempus laicis patronis à iure ad prætendendum conceſſum, lapſum exiſtat, aut ad id patronorum ipſorum accedat aſſenſus, & ſi per ipſum iuripatronatus huiuſmodi derogari contigerit illiuſmet mentio diſpoſitiuè, ſpecificè, ac determinatè, non autem conditionabiliter fiat, & ſi illud ad aliquem Regem Ducem Marchionem, vel ad alium Principem pertineat, & de hoc in litteris prouiſionis, vel mandati de prouidendo de dicto beneficio ſimilis mentio facta non fuerit, non cenſeatur quomodolibet derogatum, ita Card. Pute. *deciſ.* 404. *lib.* 2. & fuit tentum in Auximana iuriſpatronatus 7. Nouembris 1586. coram Domino Card. Seraphino.

Dicamus inſuper, quod ſicut Papa poteſt derogare iuripatronatus Laicorum ſic etiam ſuper beneficiis, quæ ſunt de iurepatronatus, abſque patronorum conſenſu poteſt penſionem imponere; ita Gigas *tract. de penſion. quæſt.* 23. *num.* 8. 11. *&* 12. P. Leſſius *tract. de iuſt. & iure lib.* 2. *cap.* 34. *dubitat.* 38. ſicque per Rot. deciſum teſtatur Dominus Card. Seraph. *deciſ.* 1268. Viuianus *in cit. prax. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 22. Ricc. *in* 1. *par. prax. Eccleſ. reſol.* 183. & Garzia *de benef. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 361. quos omnes retuli Ego *lib.* 2. *mear. reſolut. cap.* 171. *n.* 12. vbi tamen dixi nunquam me audiuiſſe Summos pro tempore Pontifices hac poteſtate vſos fuiſſe. 2

## *ARGVMENTVM.*

Terminus in cauſa vbi non fuit impartitus, an ſententia inde ſequuta nulla dicatur. Omiſſio citationis ad publicandum ſiue ad concludendum, an vitiet proceſſum, & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO. CCLXXIII.

FVIT dubitatum in Collaterali Conſ. an ſententia per quam Regius Fiſcus abſolutus fuerat ab impetitione Illuſtris Ducis Sueſſæ petentis excambium Status Marchionis Turris maioris, fuerit nulliter prolata; etenim inter alias nullitates ab Illuſtr. Duce propoſitas, prima fuit, quia in illo iudicio nullus fuerat iudiciarius ordo ſeruatus, nam cum terminus pro eius parte fuiſſet petitus, non aliter fuit conceſſus, ergo ſententia inde ſequuta nulla, ad notata per Bal. *in l.* 2. *C. de Epiſc. audie.* Secundò quia cum Regius Fiſcus conuentus ſępè, & ſępiùs cauſam ad Regiam Cameram iudicem ſuum competentem remitti petiiſſet, non aliter fuit remiſſa contra iura *in tit. C. vbi cauſæ fiſcales.* Tertiò quia reſpectu Regij Fiſci nulla proceſſerat citatio, neque ad dicendum, neque ad ſententiam, ergo nulla: *l.* 1. §. *item cum ex edicto ff. quæ ſent. ſine appellat. reſcind.* 1

Sed pro parte Regij Fiſci reſpondebatur, Primò, quod licèt terminus in cauſa impartitus non fuiſſet, tamen dicebatur termini omiſſionem non eſſe de ſubſtantialibus iudicij, 2

cum abſque termino probationes fieri poſſint, vt per Bar. *in l. prolatam C. de ſenten. & interloq. omnium iudic.* Butr. Imol. & Felyn *in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit.* Secundò dicebatur verum non eſſe ſententiam fuiſſe nullam, quia cauſa non fuit remiſſa ad Regiam Cameram, ſic enim per illum tex. notant Butr. & Aret. *in c. exhibita, de iudic.* Tertiò reſpectu propoſitę nullitatis, quod non fuerat emanata citatio, neque ad dicendum neque ad ſententiam, dicebatur quod licèt verum ſit de iure communi, citationem ad ſententiam eſſe de ordine ſubſtantiali iudicij, eiuſque omiſſionem ipſo iure vitiare ſententiam, vt eſt tex. *in d. l.* 1. §. *item cum ex edicto, & in clem. ſæpè.* vbi Abb. Franc. & Imol. *de verb. ſignif.* tamen in Tribunalibus huius Ciuitatis ſtylus viget, quod non fit citatio ad ſententiam, ſed tantùm ad dicendum, quæ habet vim citationis ad ſententiam & hæc fuit emanata, ergò.

3 Verùm quod ſententia prædicta fuiſſet nulla, fuit primò conſideratum, non fuiſſe litem conteſtatam, ſine qua ad ſententiam diffinitiuam procedi non poterat, *l. fin.* §. *illud C. de tempo. appel.* Ant. de Butr. *in d. c. exhibita in* 5. *oppoſit.* Nec ſuffragari, quod cauſa fuerat à Cæſara Maieſtate certis iudicibus commiſſa, ad hoc vt procederent ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, quo caſu non requiritur litis conteſtatio, vt eſt tex. *in d. Clem. ſæpè*, nam eadem Cæſarea Maieſtas in eodem reſcripto dixerat, vt iuris ordine ſeruato procederetur; vnde cum iuris ordo ſit, vt lis conteſtetur, ergo. tùm etiam quia dicebatur, vt ſeruarentur iura, conſtitutiones, Pragmaticæ, & Capitula Regni; ſed nos habemus Prag. in Regno, incipit. *diſpendia litium*, quâ diſponitur vt omnes cauſæ ſint ſummariæ, vt nihilominus in eis fit litis conteſtatio, quæ fit per dationem termini, ergò. Præterea fuit conſideratum verè nullam proceſſiſſe citationem, neque ad ſentẽtiam, neque ad dicendum, nec eſt dubium illam adhuc in iudiciis ſummariis requiri, aliàs diceretur ſententia nulla, vt eſt caſus *in d. Clem. ſæpè, in fine*, vbi Imo. & Philip. Franc. & licèt verum ſit, in his tribunalibus citationem ad dicendum haberi loco citationis ad ſententiam, tamen illa nullatenus facta reperiebatur in cauſa inter Ducem, & Regium Fiſcum, ſed tantùm in cauſa inter Ducem, & Marchionem.

4 Vltimò inſtabat Illuſtr. Dux, quod quatenus Collaterali Conſ. videretur ſententiam prædictam nullam non eſſe declarandam, ſaltem erat concedenda reclamatio; Conſtabat enim in facto fuiſſe à ſententia prædicta reclamatum ante bienñij lapſum, per quinque dies ante, ad tex. *in Authen. quæ ſupplicatio C. de præcibus Imper. offer.* Nec admittendum quod non erat ſententia Præfecti Prætorio, ſed iudicum delegatorum à quorum ſententiis infra decem dies appellari debet, vt *in Authen. hodie C. de appel.* nam reſponſum fuit, quod iudices, quibus fuit hæc cauſa commiſſa, erant ſupremi, nimirum Regentes Regiam Cancellariam, ſicque à talibus iudicibus non appellatur, ſed ſupplicatur, vt per Capyc. *deciſ.* 111. Vnde.

## OBSERVATIO.

Agitur in hac deciſione de nullitate ſententię, ex defectu ordinis; etenim cõſiderabatur principaliter, quod in cauſa terminus impartitus non fuerat, ſiue quod non erat lis conteſtata, & tandem quod non extiterat emanata citatio ad audiendam ſententiam, ſiue relaxata monitio ad dicendum. Quantùm ſpectat ad hanc materiam ſciunt Noſtrates, quod in Regno terminus, qui in cauſa impartitur, ſtat loco litis conteſtationis, & ſic dato termino in cauſa, dicitur lis conteſtata, adhuc ſi in contumaciam procedituR, D.P. de Franchis *deciſ.* 457. D. Reg. Rouit. *in prag.* 3. *num.* 10. *de ord. iudic.* Muſcatel. *in prax. par.* 1. *gloſ. petitur. num.* 43. Gallup. *in prax. p.* 2. *cap.* 16. *numer.* 3. qui addit, quod licèt hic actus de iure communi ſit neceſſarius, non ſic in Regno, vndè ſi apud nos omittatur, proceſſum nullum non reddit, Affl. *deciſ.* 283. *ante num.* 4. *verſ. de iſta nullitate*, vbi dicit Sacrum Conſilium de nullitate, quæ allegabatur omiſſionis dationis termini, nullam habuiſſe rationem; citat Parid. de Puteo, *qui in ſuo tract. de Syndic.* dicebat, quod per *cap. Regni*, quod incipit *deteſtantes*, litis conteſtationis ſolemnitas tollitur, idemque in Regno Cataloniæ, cuius iure attento litis conteſtationem non eſſe de ſubſtantialibus iudicij, affirmat Ludou. à Peguera *in prax. in rubr.* 11. *de litis conteſtat. num.* 2. *fol. mihi* 185. 1

Idemque dicimus de actu publicationis, nimirum vt illius omiſſio proceſſum non irritet, Marant. *in prax. in tit. an iudicium ſit ſuper petitorio, vel poſſeſſor. num.* 22. vnde lata ſententia ſine hoc actu, nulla illa dici non poteſt, Afflict. *in conſtit. pacis cultum num.* 45. *& in conſtit. vniuerſos num.* 5. *& in cap.* 1. §. *item ſi vaſſallus num.* 4. *de controuerſ. inueſtit.* Gallup. *in prax. p.* 2. *cap.* 26. *num.* 2. & vide ad materiam Guid. Pap. *deciſ.* 586. vbi Addentes; idemque, & tandem de actu concluſionis, vt nec etiam eius omiſſio vitiet ſententiam, docet gloſ. *in Clem. ſæpe verſ. de concluſione, de verb. ſignific.* Marant. *in prax. in tit. de concluſ. num.* 9. *par.* 6. Gallup. *loco cit. cap.* 29. *num.* 2. vbi addit hoc procedere, etiam in curia Eccleſiaſtica, in cauſis tamen beneficialibus, & Summariis, ſecus in ordinariis, ſed quid circa hoc ſeruatur in Camera Imperiali, vide Mynſing. *ſingul. obſer. cent.* 3. *obſer.* 17. *per totam.* 2

De citatione verò ad ſententiam, quam nos in Sacro Conſilio monitionem ad dicendum appellamus, ſine controuerſia procedit, vt illius omiſſio ſententiam nullam reddat, Afflict. *deci.* 346. *num.* 6. Vrſill. *ad Afflict. deciſ.* 283. *numer.* 12. D. de Franch. *deciſ.* 457. adhuc ſi eſſet Principis Triuiſa. *deciſ.* 6. *in fine lib.* 1. ſed quid circa hoc ſeruatur in Camera Imperiali, vide Gaillum *pract. obſer. lib.* 1. *obſer.* 109. & quid in laudo promulgando, an arbitri debeant Partes citare ad illud audiendum, vide Camill. Borrell. *de compromiſſ.* §. 3. *gloſ.* 4. *num.* 62. *& ſeqq.* 3

*ARGV*

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius an ſit concedendus feudatario feudum alienare volenti, dum legitimo caret ſucceſſore, ſi in eiuſdem feudi acquiſitione Rex facultatem ei præſtitit vendendi, & alienandi ſaluo Regio aſſenſu, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCLXIV.

1 CVM à Carolo Cæſare felicis recordationis, in ſeruitiorum remunerationem facta fuiſſet conceſſio ſtrenuo militi Hieronymo de Sangro pro ſe, & hæredibus ex corpore annuorum ducatorum quatuorcentum in feudum, ſuper functionibus fiſcalibus huius Regni, quia filios non procreabat, ſupplicauit Domino Noſtro Regi pro aſſenſu, vt dictas functiones fiſcales in feudum ei conceſſas vendere potuiſſet, remiſſoque negotio ad D. Proregem, & ab illo ad Regiam Cameram, fuit dubitatū, An hic aſſenſus præſtari deberet, & Ratio dubitandi fuit, quia in ſupplicatione ſuę Maieſtati porrectæ, Hieronymus non expreſſit, quod filiis carebat, quo caſu per illius mortem dicti annui introitus vti feudales ad Regiam Curiam reuertebantur.

2 Dicebat Hieronymus aſſenſū omnino eſſe ei concedendum, ea quidem ratione, quia in priuilegio conceſſionis dictarum functionum fiſcalium expreſſis verbis conceſſa ei fuerat facultas vendendi, & alienandi cum Regio tamen aſſenſu; vnde conſiderabatur, quod quando feudatario datur poteſtas feudum vendendi, Regio aſſenſu interueniente, eo caſu cum facultate hac vti voluerit, eſto quod filios non habeat, cogitur Rex aſſenſum pręſtare, & ſi non præſtat pro præſtito habetur; ad quod fuerunt allegati Afflict. *in cap.* 1. §. *feudum ea lege in tit. ſi de feud. defunct. fuerit contr.* Loffred. *in cap.* 1. §. *donare qualit. olim pote. feud. alien.* & Camer. *latè in c. imperialem fol.*29. *litt.P.* aliàs diceremus quod facultas hæc ſeruiret de vento, cùm ſine illa cuilibet feudum ſuum vendere licet, Regio interueniente aſſenſu; ſed huic motiuo reſpondebatur, quod hæc facultas poterat aliquid operari, & eo caſu, quo Hieronymus filios haberet, tunc enim præcipuè Rex aſſentire cogeretur, cum aliàs non cogitur, niſi in caſibus de quibus per Andr. & Afflict. *in conſtit. ſi quis poſt litem*, quia aſſenſus gratia eſt, vnde dicebatur, quod in caſu de quo agebatur non ſubintrabat indagatio hæc, quia vel erat tractandum vt D. Prorex præſtaret aſſenſum, & fruſtra de hoc agebatur obſtante Regia Pragmatica, qua prohibitum eſt illuſtriſſimis Proregibus aſſenſum pręſtare illis, qui in feudo ſucceſſoribus carent, vel quod Rex aſſentire teneretur, & de hoc tractari non poterat, niſi in curia ſuæ Catholicæ Maieſtatis; quare de eo tantùm in Regia Camera erat videndum an Hieronymi ſupplicatio ſubreptitia fuiſſet, cum non expreſſerit, quod filios non habebat, quo caſu vel Rex non conceſſiſſet, vel difficilius conceſſiſſet, & gratia dicitur ſubreptitia, nedum quando eſt certum, quod aliquo tacito, concedens non conceſſiſſet, vel difficilius; ſed etiam ſi hoc eſt dubium, vt per Io. Andr. *in addit ad ſpec. in tit. qui filij ſint legit.* quem allegat, & ſequitur Aret. *in l. Gallus* §. *& quid ſi tantùm num.*15. *ff. de liber. & poſth.* Nec obſtabat quod dicebatur, quod non omnia tacita quorum expreſſio Principem ad aliquid denegandum mouere potuiſſet vitiant gratiam, ſed ea ſolùm, de quibus expreſsè iure cautum reperitur, ita Felyn. *in c. propoſuiſti col.* 3. *de reſcrip.* etenim dubitabatur ſatis, an Felyn. ſententia vera eſſet, & quatenus recipienda, non obſtabat, cū in Regno vigeat Pragmatica nuper relata, vt Proreges aſſentire non poſſint, ſi feudatarius legitimo careret ſucceſſore; cum igitur Hieronymus hoc non expreſſerat, dicebatur, quod in ſua ſupplicatione non expreſſit quod iure cautum in Regno reperiebatur; eoque magis cum nec etiam Rex ipſe aſſenſum præſtare ſoleat, vbi feudatarij legitimo ſucceſſore carent, vt compertum fuit obſeruatum in pluribus Baronibus Caſtrorum Aquilæ, quibus facultas conceſſa erat vendendi, & alienandi, ſaluo Regio aſſenſu, & tamen illis, qui ſucceſſores in feudis non habebant, tam à Carolo Cæſare, quàm à Philippo filio Rege noſtro extitit denegatus aſſenſus.

Diſcuſſis igitur omnibus in Regio Collaterali Conſ. ad relationem Regiæ Cameræ vota fuerunt diuerſa, nam cum ſex eſſent Iudices, nimirum duo Præſidentes, locumtenens & tres Regentes illi duo fuerunt voti Hieronymo alienare volenti eſſe pręſtandum aſſenſum, D. locumtenens fore omnino denegandum, Domini verò Regentes cenſuerunt, vt conſuleretur ſua Catholica Maieſtas ſi ſuæ intentionis fuerit aſſenſum dicto Hieronymo concedere, quamuis in feudo ſucceſſore careret, & quod per eius mortem feudum ad Regiam Curiam reuertebatur, & ita prodiit determinatio, attento quod erant tria vota conformia. 3



Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 IN illo dubio quod hîc excitatur, nimirum an Rex teneatur omnino aſſentire alienationi rei feudalis, quę à principio fuit conceſſa cum facultate vendendi, & alienandi Regio tamen accedente aſſenſu, quando caſus continget, conſulere D. Regentem de Ponte, qui *in conſ.* 81. *num.* 24. *&* 54. *cum cæteris ſeqq.* reſpondit teneri Regem in hoc caſu omnino aſſentire, non data iuſta cauſa contradicendi, quam ait, nunquam adeſſe, quando fit alienatio in æquè idoneum, & fidelem, permiſſa, enim alienatione cum aſſenſu, intelligitur aſſenſus ex tunc à Domino promiſſus, & ꝑpter hoc dicebat, quod quando in pactum deducitur id, quod eſt de iure communi diſpoſitum, pactum illud taliter operatur, quod producit actionem, quæ aliàs de iure communi non dabatur, iuxta theoricam Bar. *in l. non impoſſibile ff. de pactis*, etenim de iure communi permittitur feudi alienatio cum aſſenſu domini, ad quem tamen præſtandum lex illum non arctat; at ſi in conceſſione ſit ita conuentum, pactum hoc actionem producere debet, vt Dominus compellatur, & ex hoc ſequitur, vt ſi facta reperiretur alienatio feudi, quod à principio conceſſum extiterat cum facultate alienandi, Regio accedente aſſenſu, habito recurſu ad Regem pro aſſenſu, ſi illum ſine iuſta cauſa denegauerit, aſſenſus pro præſtito habetur; hæc principaliora conſiderabat D. Reg. de Ponte.

2 Ad confirmationem autem alterius Concluſionis, quod taciturnitas facit aſſenſum ſubreptitium, quando non fuit Regi expreſſum, id quod poterat Regem mouere ad denegandum aſsenſum vel ad difficilius concedendum, vide eundem D. Reg. de Ponte, *in repet. feudal. ſect.* 6. *numero* 28. *& conſ.* 72. *numero* 14. *lib.* 2.

## ARGVMENTVM.

Filia à patre dotata minus legitima portione, nùm, eo mortuo, poſſit congruæ dotationis petere ſupplementum, vel potius contenta eſſe debet de dote in vita patris accepta. Frater an, & quando cogatur ſororem nuptui tradere, eique portionem virilem in dotem aſſignare.

## DECISIO CCLXXV.

1 AGEBAT Magnifica Iſabella Bonifacia vxor Magnifici Cæſaris Pignatelli aduerſus Marchionem Oriæ eius fratrem pro ſupplemento paragij ſeu legitimæ ſuper bonis q. Marchionis Roberti Bonifacij eius patris ſibi debitæ; attento, quod cum tres eſſent filij, alter maſculus, & duæ fœminæ, dos ei à patre tradita non niſi ſummam importabat ducatorum quinque millium, & quincentum, patrimonium verò paternum ducatos tercentum mille fuit dubitatum in Collaterali Conſ. an iuſta eſſet petitio hęc.

In articulo generali conſiderabatur, quod ſi moritur pater ſuperſtitibus ſibi filio maſculo, & filia femina, nulli dubium eſſe, teneri fratrem ſororem ſuam nuptui tradere, eique dotem de paragio aſſignare iuxta tex. *in conſt. in aliquibus*, imò portionem virilem, ſi aliter virum, iuxta ſuam conditionem inuenire non poſſet, vt per Andr. & Afflict. *ibi*, & vbi illa cum minori quantitate legitimè fuerit in matrimonium collocata, poterit legitimę ſupplementum petere; dubium tamen remanet, quando minus legitima portione fuerit à patre donata, provt in caſu, de quo hîc agebatur, & in hoc, relatis opinionibus, quę circumferuntur, cum pro vtraque parte non deſint Doctores, & magni nominis, tandem videbatur negatiuę ſententię eſſe adhęrendum, nimirum filię non licere aduerſus paternam dotationem inſurgere, cum pater melius, quàm alius pro filiis ſciat bonum capere conſilium, additur tandem in caſu propoſito compertum fuiſſe, dictam Iſabellam tempore ſuarum nuptiarum & dotis conſtitutę, ampliſſimè bonis paternis bis renunciaſſe, quod proinde ſtantibus his renunciationibus pro paragij ſupplemento, omni carebat actione, iuxta diſpoſita *in c. quamuis de par. in* 6. vbi Canoniſtę communiter, & per Imol. & Aret. *in l. quiſuperſtitis ff. de acquir. hæred.* 2

## OBSERVATIO.

SAtis vulgata eſt quæſtio, de qua in hac deciſione; & quamuis circa illam variè loquuti ſint Doctores, hodie tamen, maximè apud nos receptiſſimum eſt, filiam à patre dotatam, quamuis minus legitima, nullo tempore poſſe congruæ dotationis petere ſupplementum, ſed contentam eſſe debere de dote in vita patris accepta, vt hîc per D. Reg. & vt dicebat Dec. *conſ.* 26. *num.* 2. poſt infinitos ex antiquioribus dotem, quæ patri competens viſa eſt, in dubium reuocari non poſſe, nec modo aliquo quæſtionem referendam, quod incongruè dotauerit, ſic Rot. determinaſſe comperimus, penès D. Card. Seraph. *deciſ.* 940. *num.* 6. *&* 432. *num.* 11. In poſthumis Farinac. Gramma. *deciſ.* 57. *n.* 37. Cæſar. Barz. *deciſ.* 29. *num.* 24. *& ſeq.* Theſ. filius *quæſt. forenſ. lib.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 11. *&* 12. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 21. *numer.* 41. & centies fuiſſe ſic deciſum per noſtrum Sacrum Conſilium refert Camillius Saler. *in additio. ad Napod. in conſuet. ſi moriatur, in additio. quæ incipit, Paragium. fol. mihi* 96. *lit. F*, cuius verba retuli Ego *lib.* 2. *mear. reſolut.* vbi pariter hanc ſubſtinui ſententiam *cap.* 94. *per totum num.* 4. & addidi ſic annis ſuperioribus fuiſſe deciſum in cauſa Iuliæ Zito, cum D. Anacleto Zito eius fratre, & in eadem cauſa in qua ſcripſi, hoc fuiſſe per S. C. habitum pro indubitato, à Dominis iudicantibus accepi, ſicque obtinui, nam cum filia illa naturalis prætenderet pro dote ducatos decem mille, ex quo patrimonium patris ſummam excedebat ducatorum centum millia, Sacrum Conſilium ab hac vana ſua prætenſione illam excluſit, 1

Digitized by Google

cluſit,ſub die 20. Nouembris 1638. quamuis miſerationis cauſa (ſi ϲmihi dixerunt omnes domini Iudicantes) alios ducatos biſcentum ſupra mille & quatuor centum, quæ acceperat, ſoluendos eſſe Sacrum Conſilium ordinaſſet, vt videre eſt apud D. Reg. Capyc. Latro *deciſ.99.* quam allegaui *dicto c.94. in fine.* vbi dixi, & iterum dico, ſecundum per me allegata fuiſſe deciſum.

## ARGVMENTVM.

Torturæ ex proceſſu informatiuo, an locus ſit, non aliis contra inquiſitum concurrentibus Indiciis, niſi confeſſione offenſi, & inquiſiti contumacia, & de aliis ad materiam.

## DECISIO CCLXXVI.

1 CVM eſſet quis inquiſitus, & carceratus pro homicidio, fuit in M. C. dubitatum, an potuiſſet ex proceſſu informatiuo torqueri, cum non niſi duo contra illum ponderarentur indicia, nimirum confeſſio offenſi, & eiuſdem inquiſiti contumacia.

2 Qua in re Iudices Criminales M.C. fuerunt varij, nam duo exiſtimarunt indicia hæc ad torturam fuiſſe ſufficientia, alij verò duo contrarium cenſuerunt, ſed ad paritatem dirimendam, cum eſſet tertius adhibitus, qui erat Iudex in Ciuilibus, hic cum voto pro tortura concurrit; at quia inquiſitus erat Neap. qui abſque Illuſtriſſimi Domini Proregis diſpenſatione ex proceſſu informatiuo torqueri non poterat, fuit proinde in Collaterali Conſ. dubitatum, quid agendum? Domini Regentes fuerunt etiam varij, nam D. Reg. Villanus fuit voti diſpenſationem, vt inquiſitus ex proceſſu informatiuo torqueretur, eſſe cōcedendam; ſed D. Reg. noſter, vnà cum Domino Regente Patinno, omnino diſpenſationem denegandam cenſuerunt, nam ſi verum eſt, vt quis torqueri non poſſit, niſi ſit ei data indiciorum copia, eoque in ſuis defenſionibus audito, vt per Bar. *in l. fin. ff. de quæſtio.* vbi Alex. *in addit.* alios allegat, cum ſit contra regulam iuris, vt quis inauditus, ſiue indefenſus torqueatur, ſequitur proinde dicendum non eſſe paſſim diſpenſationem concedendam, vt quis ex proceſſu informatiuo torqueatur, quare conſiderabatur in caſu propoſito indicia non fuiſſe ſufficientia ad quæſtionem inferendam, nam quod offenſi confeſſio indicium ad torturam non faciat, eſt tex. *in l. ſi quis in graui. §.1. ff. ad S. C. Syllan.* gl. *in l.2. in verb. cauſ. C. de calumnia*; vbi dicit dictum defuncti non probationem, ſed vtilem præſumptionem facere, Vnde infert *ibi* Ang. indicium ad torturam non facere idemque Alex. *conſ.14. lib.3.* & Pariſ. *in trac. de ſyndic. in verb. officialis poſuit ad torturam*; & hæc eſt communis opinio.

3 Quò verò ad aliud indicium contumaciæ, licèt videbatur dicendum ſufficiens eſſe illud ad torturam, prout de Bannito loquitur Bal. *in l.1. col.5. C. de hæredib. inſtit.* idemque Iacob. de Beluis. Brun. Pariſ. & alij; tamen dictum fuit iſtorum ſententiam euitari poſſe, ex quo caſus propoſitus verſabatur in ſimplici contumace, DD. verò modò citati verba faciunt de bannito vno de vno ad alium nō erat inferendum, ad tex. *in l. Papinianus exuli 21. ff. de minor.* etenim in M. C. receptum non eſt ſolam contumaciam ad torturam inferendam indicium eſſe ſufficiens; quare fuit in Collaterali Conſ. meritò deciſum in caſu propoſito, non eſſe diſpenſationem impartiendam, ſed quod inquiſito defenſiones darentur procedendo in cauſa prout Iuris.

## OBSERVATIO.

HÆc quæſtio an confeſſio, ſiue depoſitio vulnerati quod Petrus eum vulnerauit indicium faciat ad torturam contra vulnerantem, non eſt ſine controuerſia; ſed crebrius negatiuam obtinuiſſe ſententiam, prout in hac deciſione, nuſquam dubitaui, ſic enim vltra DD. *hic* à Domino Reg. noſtro relatos ſcripſerunt Ang. *de Malefic. in verb. qui Iudex ad probationem num.6.* & ibi Auguſtin. *additionator. num.12.* Gramma. *conſ.57. num.14. in fine.* Iul. Clar. *in prax. §. fin. quæſt.21. num.14.* & ibi Baiard. *in additio.* Girard. de Petra Sancta *ſing.55.* Foller. *in prax. crimin. in verb. item quod ſororem vulnerauit num.27.* Ant. Gomez *var. reſol. tom.3. cap.13. num.16.* vbi de communi, & veriſſima opinione teſtatur; quodque ab ea, neque conſulendo, neque iudicando recedendum ſit, Ioſeph. Ludouic. *deciſ. lucenſ.62.* vbi dicit multoties ſic iudicaſſe, Menoch. *de præſumpt. lib.1. quæſt.89. num.7.* Petr. à Placha *in epit. delict. lib.1. cap.13. n.15. & ſeq.* Peguer. *deciſ.17. num.5. & 6.* Andr. Facchin. *controu. iur. lib.9. cap.90.* vbi dicit hanc negatiuam opinionem vſu forenſi receptam eſſe, Maſcar. *de probatio. lib.1. concluſ. 144. n.1. & ſeq. & n.9. in fine, & ſeq. & concluſ.1129. lib.3.* aliique plures, quos ad nauſeam refert, & ſequitur Petr. Foller. *in prax. in tit. de indiciis, & tortu. quæſt.46. per totum num.10.* 1

Quantùm ad indicium contumaciæ, quod ſat non ſit ad quæſtionem inferendam, nec etiam dubitari poteſt prout fuit deciſum hic; ſed eſt benè aduertendum, quod ſi apud nos cum contumacia accederet Bannum, certè eſſet locus torturæ; etenim ſciunt Noſtrates in hoc Regno quando reus eſt contumax, poſt certum tempus fit etiam bannitus, & demùm anno elapſo à die banni, contra eum ad condemnationem ſiue foriudicationem deuenitur, in illis tamen caſibus de quibus *in conſtit. pœnam eorum*; at ſi inquiſitus priuſquam foriudicationis ſententia proferretur eſſet captus poterit hic talis vti contumax, & bannitus nullis aliis exiſtentibus indiciis torqueri, & ita in puncto ſcripſit Thom. Grammat. *conſ. crim.57. num.5.* omnino videndus, id quod ex 2

alieni

Digitized by Google

alienigenis obſeruauit pariter Io. B. Baiard. *ad Iul. Clar.§.fin.quæſt.64.num.33.*

## *ARGVMENTVM.*

Ciuitas, ſi poſtquam frumenti gabellam locauit, penuria contigerit, itavt pro vſu ciuium frumentum emere cogatur, nùm Arrendatoribus pro frumento, quod emit gabellam ſoluere teneatur. Venditor hæreditatis ſi poſt venditionem factam reperiretur eiuſdem debitor, nùm ab emptore cogi poſſit ad ſoluendum, quod debet,& de aliis.

## DECISIO CCLXVII.

1 VIGENTE in hac Ciuitate maxima frumenti aliarumque victualium penuria, fuerunt per totam Prouinciam Terræ laboris deſtinati tot Commiſſarij ad frumentum emendum, quod cum eſſet emptum,& ad Ciuitatem transmiſſum, fuit inter Piſtores diſtributum certo pretio taxato, ad finem vt panem facerent, & Ciuibus venderent; ſed quia in ingreſſu non fuit exacta gabella, quæ vulgò dicitur *del quartuccio*,prætenderunt Arrendatores Ciuitatem forè cogendam ad gabellam illam ſoluendam;vnde dubitatum fuit,an iuſta eſſet prætenſio hæc; etenim allegabant fundatam intentionem ipſos habere,ex quo omnes, qui per terram frumentum aliaque victualia ad hanc Ciuitatem immittunt, gabellam prædictam ſoluere tenentur,& licèt ciues ſint immunes, hoc tamen quando pro eorum vſu immittunt; at ſi mercimonij cauſa gabellam ſoluere tenentur; ſed quia Ciuitas non pro vſu frumenta emit;ſed vt Piſtoribus venderet,ergo.

2 Cæterùm cauſa relata per Regiam Cameram in Collaterali Conſ. fuit pro maiori parte dominorum votantium deciſum, Ciuitatem forè, & eſſe abſoluendam ab impetitis per dictos Arrendatores,nec aliter ad dictę gabellæ ſolutionem teneri. Huius Deciſionis principalis ratio fuit, quia frumentum prædictum verè fuit ad hanc Ciuitatem aſportatum pro vſu ciuium, non autem mercimonij cauſa; etenim ciuitas illud emi curauit ex mera, & pura neceſſitate,ſic maxima penuria cogente, & ſi fuit demùm Piſtoribus diſtributum, certo pretio taxato, id factum fuit non vt ciuitas aliquid lucraretur; ſed ſolùm vt non eſſet in damno; nimirum vt pretium exburſatum recuperaret, ſi enim fuiſſet venditio, Piſtores ad ſui libitum illa frumenta vendere potuiſſent, & facere quæ voluiſſent;& tamen nihil facere poterant niſi panem, ad finem illum ciuibus vendendi. Nec pronis auribus audiendum, quod dicebatur, eo pane nedum ciues; ſed etiam exteros vſos fuiſſe, & ſic pro vſu communi, non autem pro ſolo vſu Ciuium, qui conſiderabantur immunes,ob quod allegabatur, quod, quando ſtatutum Ciuibus pro eorum vſu immunitatem concedit, ceſſat, & ſic locum non habet,quando vſus eſt communis, tam Ciuibus, quàm exteris, quibus priuilegium conceſſum non eſt, per tex. *in l.hoc legatum ff. de leg.*3. vbi hoc ad rem noſtram notat Alber. vbi dicit quod lege cauetur,vt portãs res pro vſu ſuo pedagium non ſoluit, *l vniuerſi C. de vectigal. & commiſ.* modò ſi aliquis rem affert ex cauſa promiſcua, nimirum partim pro vſu proprio,partim pro alio, certè tunc gabellam ſoluere tenebitur; etenim ad hoc motiuum fuit reſponſum,quod principalis intentio fuit frumentum ad hanc Ciuitatem immittere, pro vſu eius Ciuium, & licèt demùm ex euentu exteri quoque beneficium aſſequuti fuere,non per hoc ſequitur vt ceſſet priuilegium Ciuium, argumento tex. *in l. ſi quis nec cauſam*,vbi latè Iaſ. *ff.ſi cert.pet.*eſt tex. apertiſſimus, *in l.1. §. vnde quærit Offilius ff. de exercit. actio.* per quem tex. dicunt ibi DD. præſertim Alber.& Bal. quos refert Iaſ. *in d.l. ſi quis nec cauſam num.*4. quod ſi ſtatuto caueretur vt nullus poſſit extrahere frumentum de Comitatu, niſi propter vſum ſuũ, aliàs incidat in pœnã,certè ſi quis extraxerit propter vſum ſuum,licèt poſtea ex aliqua iuſta cauſa propoſitum mutauerit, illudque vendiderit, non per hoc incidet in pœnam, quia attenditur principale propoſitum, & non quod poſtea euenit ita in caſu propoſito &c. Vnde

---

## OBSERVATIO.

CONcurro libenter cum deciſis hîc, nam ſuppoſito, quod hi Arrendatores gabellam à Ciuitate conduxerant, fiebat locus communi omnium ſententiæ, quæ deſumitur ex Theorica Dyni,Bar.Bal.Paul. Caſtrenſ. & aliorum, qui *in l.licitatio. §. fiſcus ff. de publica. & vectigal.* ſcripſerunt, quod ſi communitas locat gabellam frumenti, vel ſalis, & deinde communitas ipſa emit frumentum, vel ſal, quod non teneatur ſoluere gabellam. Ratio aſſignatur, quia non cenſetur locaſſe niſi ius, quod tantùm habebat; ſed exigere à ſe ipſa non poterat, ergo nec cauſam habens ab ea; cui quidem Dyni ſententiæ adhæſerunt pariter Alber.*ibi*,dicens ita Pergami iudicatum fuiſſe, Bal. Salyc. & alij *in l. emptor. C. de hæredit. vel actio. vendit.* Alex. *conſ.*149.*num.*8.*lib.*2. eamque veram,& communem eſſe affirmat Boër. *deciſ.*213. etenim ſatis vulgata eſt iuris regula,vt in generali ſermone loquentis perſona non includatur,*l. inquiſitio, cum ſimilibus C.de ſolutio.* quam quidem regulam, etiam in locatione procedere,videtur eſſe tex. *in l.qui inſulam. §.fin.* vbi *gloſ.fin.ff.loca.* hinc Doctores dixerunt,quod 1

promittens

promittens dominum defendere contra omnes, non intelligitur contra ſe ipſum, gloſ. *in c.petitio. de inreiur.& in cap.*1.§. *contra omnes*, vbi Andr. cæterique Feudiſtæ, *in tit.hîc finitur lex.* & cedens omnia eius iura quod non videatur contra ſe ipſum ceſſiſſe ſed contra alios, eſt tex.*in l.ſi peculium* §.*ſicut ff.de pecul. lega.* Bal. *in l.*2. *C. an ſeruus exten.* Dec. *conſ.*104. *in princip.* locatio enim iuris ceſſionem importat, Alex. *conſ.*107.*n.*13. *vol.*3. facit gloſ. ſingularis *in l.emptor. C. de hæredit. vel actio. vendit.* vbi dixit venditorem hæreditatis transferendo omnia eius iura ad emptorem, ſi ipſe eſſet debitor hæreditatis, ab emptore, in quem iura transtulit, conueniri non poſſe, idemque affirmauit Alex. *cit. conſ.* 149.*n.*7. quæ omnia latius explicaui *lib.*1.*mear.reſol.cap.*158.*per totum.*

## *ARGVMENTVM.*

Vniuerſitas an poſſit ad domanium prouocare, quando venditio fuit facta ſub haſta. Venditis duabus Terris vnico pretio, an ex illis altera poſſit comparere, & ſe ad domanium admitti petere; Et quid ſi eſſent plures Terræ vnitæ, veluti ſub vna baronia. Euicta vna re, ex pluribus venditis vnico pretio, nùm emptor pro re euicta tantùm de euictione agere poſſit; & quid in inſolutum datione plurium rerum. Tertius comparens in iudicio ad infringendum iura competitoris, an, & quando audiri debeat, & de aliis.

## DECISIO CCLXXVIII.

1 IN cauſa domanij petiti per Ciuitatem Polignani, aduerſus Iulium Carrafa emptorem vertente in Regia Camera ſummariæ, referenda, & votanda in Collaterali Conſ. cum facta concluſione, ad competitorum iura infringendum comparuiſſet Illuſtris Anna de Toraldo petens ad iudicium admitti in terminis, in quibus cauſa reperiebatur; fuit habitum pro indubitato non eſſe illam audiendam, ex quo non habebat; neque allegabat aliquod habere probabile intereſſe; conſtat enim, quod quando Tertius in iudicio comparet pro ſuo intereſſe, debet de illo docere, aliàs non auditur, vt per Felyn. *in c. cum ſuper col.*5. *de re iudic.* in caſu de quo agebatur D. Illuſtris Anna aliud non allegabat, niſi quod Ciuitas illa fuerat in vtili dominio ſuorum maiorum, iuxta *l. ſi in emptionem ff. de minor.* quod quidem intereſſe dictum fuit non eſſe ſufficiens; ipſa enim inſtitit in iudicio, vt Ciuitas venderetur, eaque inſtante fuit vendita, quomodo ergo poterat demùm contra factum proprium venire? Præterea dicebatur, quod quando quis comparet poſtquam eſt in cauſa concluſum ad infringendum iura competitorum, non debet audiri ad finem curſum cauſę impediendi, vt fuit aliàs deciſum in cauſa Magnificæ Pellegrinæ cum excellente quondã Alphonſo Sanch. de qua ſupra *dec*... Vnde cum tractaretur de expeditione cauſæ inter dictam Ciuitatẽ actricem domanium petentem, & Iulium Carrafa emptorem conuentum, prætendebat Iulius nullo pacto petitum domanium Ciuitati competere poſſe, Primò quia Ciuitas fuit vendita ſub haſta, Secundò quia empta fuerat ab ipſo Iulio inſimul cum Terra Molæ vnico pretio, & in vno eodemque inſtrumento, ſicque in ſui præiudicium vna ſine alia domanialis fieri non poterat; ſed vel vtraque, vel neutra; contigit ergo dubitari an quando vendita eſt Terra ſub haſta poſſit Vniuerſitas ad domaniũ prouocare. Secũdò quãdo quis plures emerit Terras vnico pretio, an poſſit altera ipſarum petere pro ſe ad domanium admitti, & diſcuſſo benè veroque dubio fuit per Regiam Cameram vnà ſimul cum Dominis Regentibus Regiam Cancellariam ſolemniter deciſum, nemine diſcrepante, fuiſſe, & eſſe locum petito domanio. Ratio deciſionis fuit, nam quod in venditione ſub haſta non ſit locus prælationi, nullo iure probatur imò contrarium cernitur, ex diſpoſitione *l. congruit, & l. fin. C. de locat. prædio ciuil. lib.*11. nam ſi verum eſt prædia omnia, vel fiſcalia, vel Reipublicæ non niſi ſubhaſtationibus præcedentibus locari poſſe, vt eſt tex. *in l. loca omnia C. proximè cit. tit.* diſpoſitum eſt *in d.l.congruit, & in d.l.fin.* vt in locatione, quam certè ſupponimus ſub haſta facta, primus conductor nouiſſimo præferatur, idem pretium offerendo, ergo; quod autem Ciuitas Polignani fuerit vnico pretio à Iulio Carrafa empta cum Terra Molæ, non per hoc ſequebatur, quod Vniuerſitas Polignani non poterat ad domanium prouocare, ex eo quod Terra Molæ ad illud ſe admitti non petierat, cum poterat alterutra iure ſuo proprio vti, ita ferè in terminis terminantibus Bal. *in Conſt. ſancimus num.*20. quem ſequitur Afflict. *ibi* §. 6. *num.* 5. *& 6.de iure prothomis.* in quibus locis dicunt, quod ſi ego vnico pretio vendidi tibi domum exiſtentem in vno loco, & vnicam exiſtentem in alio, poterit ille, qui eſt Collateralis domui, illam retrahere, quia licèt domus, & vinea vnico pretio ſint venditæ, tamen plura ſunt corpora diuiſa; vnde quot ſunt res ſeparatæ, tot ſunt venditiones; factum enim venditoris, plures res vnico pretio alienantis non poteſt præiudicare illi, qui in vna re tantùm eſt collateralis, vt illam retrahere non valeat, priuaretur enim beneficio, ſiue priui-

legio à lege ſibi conceſſo, quod à priuato tolli non poteſt; facit pro hac opinione tex. *in l. ſi duos ſeruos, & in l. ſi plures fundi ff. de euictio.* vbi ſi plures fundi vno pretio venditi fuerint, vno euicto pro illo dumtaxat emptor contra venditorem de euictione agat, ac ſi ſeparatim in diuerſis inſtrumentis cuiuſlibet fundi fuiſſet facta venditio, ita in caſu propoſito dicebatur, quamuis iſtarum Terrarum vnica licitatione, vnico pretio, & in vno eodem inſtrumento fuerit facta venditio, non propria tollebatur, vt non potuiſſet ipſarum alterutra iure ſuo vti, ſicque ad Regium domanium proclamare, quælibet enim iure ſuo vti poterat, vnde ex his meritò pro Ciuitate Polignani deciſum fuit, quod ſecus eſſe dicebatur in alio caſu, nimirum ſi ego vnico pretio domum, & vineam tibi vendidero cum pacto de retrouendendo, certè audiendus non eſſem ſi pactum de retrouendendo exercere vellem pro domo tantùm, allegabatur Bar. in fortiori caſu loquens, *in l. ſi quis aliam in fine ff. de ſolut. & in l. ſi cui vſusfructus ff. de vſufr. legat.* & Io. de Plat. *in l. fin. C. de agricol. & mancipiis dominicis lib.* 11.

## OBSERVATIO.

1 HAnc eandem deciſionem, quæ prodiit pro Vniuerſitate Ciuitatis Polignani, refert pariter D. Vincentius de Franchis, qui exiſtens eo tempore Aduocatus, iura Ciuitatis tutatus fuit, & ſententiam pro cliente reportauit, vt ipſe teſtatur *deciſ. ſua* 17. *in fine*, vbi dicit ipſum allegaſſe particularem deciſionem Bal. & Afflict. in locis *hic* per D. Reg. citatis: ſic etiam firmauit D. Reg. de Curte *in diuerſor. iuris feudalis fol.* 10. *num.* 69. quo loci ait nulli dubium eſſe, quod quando Terræ ſunt penitus ſeparatæ, licèt vnico pretio emptæ, non per hoc quod altera non petit ſe admitti ad domanium, alterius ius Partis caſſabit; ſed bene ad domanium admittitur, pretio per Iudicem conſtituto, & ſeparato, habito reſpectu ad vtrumque valorem; ſecus verò contendit quando plures eſſent Terræ vnitæ, veluti ſub vna baronia vel ſub vno Comitatu exiſtentes, hoc enim caſu non liceret vni ex illis ad domanium prouocare, aliis verò non, ſed quod omnes conueniri debeant, nam aliàs diuiſio affert emptori præiudicium propter diuiſionem rei, quæ non afferret tantam vtilitatem reſpectu partis, quantùm totum reſpectu totius; allegat. tex. *in l. in eiuſdem, & in l. ædilis §. cum autem ff. de ædilit. edict.*

2 Ad confirmationem autem alterius concluſionis, quæ ad iura domanij confirmanda afferebatur; nimirum vt euicta vna re ex pluribus venditis vnico pretio, pro re euicta tantùm agi debeat de euictione iuribus hîc citatis, vide quæ ſcripſi Ego *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 108. vbi addidi ſecus eſſe reſpondendum in datione inſolutum, quia tunc vna re euicta ex pluribus inſolutum datis, datio inſolutum corruit, agiturque ex primæua actione, & obligatione ad totum debitum, provt eſt tex. *in l. ſi quis aliam* 46. *ff. de ſolutio.* quo loci Bar. *poſt num.* 3. *verſ. vltimò oppono inter primum, & ſecundum caſum*, diuerſitatis rationem reddit, idemque Anna filius *in ſuis collect. obſer.* 13. ſic etiam diximus vbi fuerit euicta pars rei venditæ, nàm emptor poterit in totum à contractu recedere, ſi nolit agere de euictione pro illa parte euicta tantùm, provt eſt tex. ad litteram *in l. tutor.* 49. §. 1. *ff. de minoribus*, Anna *loco citato.*

Quod autem in venditionibus ſub haſta locum habeat ius prælationis dubitandum non eſt, vt per Dom. de Franch. *deciſ.* 588. & hoc iure vtimur in Sacro Conſilio. 3

De materia verò Tertij in cauſa pro ſuo intereſſe comparentis, an & quando ſit audiendus, quando caſus occurrit, recurre ad D. Reg. Rouit. *in deciſ.* 1. cui nihil addi poteſt. 4

## *ARGVMENTVM.*

Poſſeſſio an, & quando ex Priuilegio, & inſtrumentis, quæ producuntur probata dicatur. Inueſtitura feudi quæ à vaſſallo producitur an ſat ſit ad iuſtificandam eiuſdem feudi poſſeſſionem. Liber Cataſti nùm probet poſſeſſionem illorum bonorum, pro illo ciue, cuius ſcriptum eſt in Cataſto, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCLXXIX.

IN cauſa vertente in Regia Camera ſummariè inter Vniuerſitatem Ciuitatis Baruli ex vna, & Vniuerſitatem Terræ Canuſij ex altera ſuper communione paſculandi, & aquandi in eorum territoriis, interpoſito decreto, quo mediante fuit prouiſum eſſe dandum terminum iuris, tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, & quod interim lite pendente Vniuerſitas Baruli manuteneretur in poſſeſſione, ſeu quaſi dictæ communionis; Vniuerſitas Canuſij in termino enixa fuit probare, quod hæc communio non erat niſi de die, non autem de nocte, vnde facta publicatione in cauſa inſtabat forè ipſam lite pendente manutenendam in poſſeſſione, ſeu quaſi libertatis ſui territorij de nocte, cum ſeruitus nocturna ſit alia, & diuerſa à ſeruitute diurna, vt eſt tex. *in l. ſi communem §. fin. ff. quemad. ſeruit. amit. & in l. ſi prius ff. de aqua plu. arcen.* fuit dubitatum quid iuris. 1

Diſcuſſis omnibus in Regia Camera, compertum fuit in Priuilegiis Regum Caroli II. & Ladiſlai per Ciuitatem Baruli productis, ſatis ſuperque conſtare communionem inter has Vniuerſitates, vigere tam de die, quàm de nocte, & quod aliàs Vniuerſitas Canuſij ſic atteſtata fuerat, & cùm fuiſſet Partis confeſſio, nihil contra eam opponi poterat, ex quo notorium inducebat, vt per DD. *in c. cum dilectus, de cauſa poſſeſſ. & propriet.* latè Aret. *in* 2

*c. ſi*

Digitized by Google

*c. ſi conſtituerit, extra de accuſ.* & quod iam per decretum vt ſupra latum, deciſum erat per Regiam Cameram, & licèt in illo dictum non fuiſſet, de nocte, cum ſimpliciter prolatum extiterit, vtrumque veniebat, ex quo decretum ad priuilegia ſe retulit, ſicque omnia in priuilegiis contenta, in decreto incluſa cenſebantur *l. aſſe toto ff. de hæredibus inſtit. l. ſi ita ſcriptum ff. de condit. & demonſt.* notat in his terminis Innocent. *in c. quoniam contra col. fin.* vbi etiam Aret. *de probat.* vnde dicebatur non poſſe amplius contractari, quæ ex Vniuerſitatibus lite pendente eſſet manutenenda, quia iam deciſum erat, ac proinde ad vlteriora procedendum.

3 Sed ſubintrauit hîc non modica difficultas, nam cum pro parte Vniuerſitatis Baruli tempore prolationis huius decreti non erant producta, niſi dicta Priuilegia, non aliter conſtito de ſua quaſi poſſeſſione iuris paſcendi, & aquandi videbatur male fuiſſe decretum interpoſitum, ex quo omnes DD. *in c. cum perſona.* per illum tex. *de priuileg. in 6.* dixerunt, quod quando aliquis allegat ſe exemptum, ſi ius commune contra ſe habet, licèt exemptionis producat priuilegium, tamen oportet quod ſit in poſſeſſione exemptionis, aliàs non ipſi, ſed aduerſario eſt concedenda manutentio, priuilegio non obſtante, ita Philip. Frecc. *in d. c. cum perſona verſ. vltimo nota*, & Dominic. *in vlt. quaſt.* Capyc. *deciſ.* 189. ſed huic motiuo fuit dupliciter reſponſum, & primò ſic fuiſſe iam deciſum, nec Pars aduerſa ab hoc decreto appellauit, vnde cum paſſa fuerit fieri trāſitum in rem iudicatā, nō poterat de illis decretis iuſtitia, niſi in expeditione cauſæ petitoris tractari. Secundò quod Regia Camera benè proceſſerit conſideratum fuit, quia in hoc iudicio vtraque Vniuerſitas ſe eſſe in poſſeſſione prætendebat, neutraque petierat, quod caperetur ſummaria informatio ſuper poſſeſſione ad finem determinandi, cui lite pendente eſſet danda manutentio, iuxta conſ. Paul. de Caſtro *in conſ.* 3. *lib.* 2. Vnde cum pro parte Vniuerſitatis Baroli duo eſſent Priuilegia producta non vitiata, neque cancellata, ab Vniuerſitate Canuſij non impugnata, pro illa ſatis dicebatur poſſeſſione fuiſſe probatam, iuxta in terminis notata per Capyc. *cit. deciſ.* 189. conſtabat etiam poſſeſſio per inſtrumentum productum, quo mediante à Syndico Baroli vigore dictorum priuilegiorum huius communionis fuerat capta poſſeſſio, ad notata per Abb. poſt Io. Andr. *in c. cum nobis, de reſcrip.* & per Bal. *in l. fin. in* 8. *quaſt. C. de edic. diui Andr. tol.* conſtabat pariter de poſſeſſione per aliud inſtrumentum antiquiſſimum, in quo Partes de hac communione atteſtabantur, & quod per Partium confeſſionem poſſeſſio probetur, dicit Io. Andr. & Abb. *in d. cap. cum nobis*, Dec. *conſ.* 302. *lib.* 2. & in terminis noſtris quod poſſeſſio probata per inſtrumentum antiquiſſimum dicatur eſſe continuata, & ſit de præſenti, Soc. *conſ.* 187. *col.* 5. *verſ. ex qua concluſione infertur lib.* 4. & Dec. *dicto conſ.* 302. Vnde ex prædictis, iſto Domino Regente referente fuit per Regiam Cameram deciſum ad fauorem Vniuerſitatis prædictæ Ciuitatis Baroli.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuertery.*

## OBSERVATIO.

Poſſeſſionem probari per Priuilegia, & inſtrumenta, quæ producuntur affirmat hîc D. Regens relatis noſtro Capycio *in deciſ.* 189. Abb. Bal. Soc. & aliis; ſed quomodo hæc concluſio procedat, declarat Maſcar. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 1190. *numer.* 13. & 27. qui pluribus concluſionibus præcedentibus, & ſubſequentibus latè agit, de aliis modis, quibus poſſeſſio probatur, vide eum quia materiam benè enucleat, vide etiam Afflict. *in conſtit. circa violentiarum, n.* 23. quo loci dicit probari initium poſſeſſionis per inſtrumentum publicum, in quo dicitur, quod talis recepit poſſeſſionem talis fundi, vel rei ſtabilis, intrando, aperiendo, claudendo, ſtando, morando, ambulando, ramos arborum frangendo, aliaque ſuper re ipſa actus poſſeſſiuos faciendo; allegat tex. *in l.* 1. §. *ſi iuſſerim, & in l.* 3. *in principio, & in l. peregre ff. de acquir. poſſeſ.* 1

Sed quærit demùm idem Afflict. *eodem num.* 23. *verſ. an ſi vaſſallus*, nùm per inueſtituram feudi, quam producit Vaſſallus, dici poteſt eſſe probatum, poſſeſſionem fuiſſe traditam, & negatiuè reſpondit, poſt Bal. *in c. cæterum, de iudiciis*; & *num.* 21. ſingulariter quærit de vno, quod non ſemel in facto habui, nimirum an liber cataſti, qui celebratur hodie in Regno pro collectis Regiæ Curiæ ſoluendis probet poſſeſſionem illorum bonorum pro illo, cuius ſcriptum eſt in cataſto? & nec poſſeſſionem, nec dominium probare affirmat authoritate Bal. *in d. c. cæterum de iudiciis, & in l. quidem in ſuo ff. de condict. inſtitut. & in l. ſi functiones C. de donatio.* 2

## ARGVMENTVM.

Feudum quod longo tempore fuit à poſſeſſoribus tentum pro burgenſatico, nùm per hoc naturam mutaſſe cenſeatur. Feudalis qualitas an ex adohæ, & releuij ſolutione probetur. Diſpoſitio *c. ex præſumptuoſe* an ceſſet, ſi Fiſcus infra annum mortis feudatarij non comparuit; ſed poſtea eo elapſo. Anni tempus conceſſum hæredi defuncti feudatarij ad nouam petendam inueſtituram à quo die currere incipiat & de aliis.



Digitized by Google

## DECISIO CCLXXX.

1 DVo dubia fuerunt hîc diſcuſſa, & deciſa, & primò ſi feudum, quod vulgò dicebatur de Caſarugge verè eſſet feudum, ex quo longo tempore fuit à poſſeſſoribus tentum pro burgenſatico, ſecundò ſi mortua Comitiſſa Burgentiæ illius vtili domina, & poſſeditrice, abſque legitimo ſucceſſore in bonis feudalibus; ſed tantùm aliquibus remotioribus ſuperſtitibus agnatis, qui feudum prædictum poſſidere cæperunt, benè fuiſſet per Regiam Cameram ordinatum capiendam eſſe poſſeſſionem d. feudi loco ſequeſtri, iuxta diſpoſitionem *c. ex præſumptuoſe.*

2 Quoad primum, fuit habitum pro indubitato in Regia Camera feudum prædictum fuiſſe, & eſſe verè feudum, Primò quia aliàs qui antiquitùs illud poſſedit, in teſtamento ſuo diſpoſuit de eo in filium ſuum tanquam de re feudali, quo mortuo filius ſucceſſor patris mortem denunciauit, inueſtituram petiit, & releuium ſoluit; ex hoc dicebatur dubitari, non poſſe feudum fuiſſe quaternatum, vt per Andr. *in conſtit. Iuſtitiarij normam*, vbi etiam Afflict. Secundò quia in ſeptem vel octo antiquis cedulariis conſequutiuè ſcriptum reperiebatur. Tertiò quia in libris Perceptorum compertum fuit feudatarios adoham ſoluiſſe, ſicque ex feudatarij confeſſione probatur eſſe feudum, vt per eundem Andr. *in conſtit. ſi dubitatio*, & in alia, quæ incipit *probationum defectus*, Pariſ. *de reinteg. feud. in c.* quod incipit *quoniam ſæpè*; & cum per 30. annos fuerat ſeruitium præſtitum, inueſtitura præſumebatur: *cap. 1. §. ſi quis per triginta ſi de feudo defun. fuerit contr. &c.* ſuppoſito igitur, quod non poterat dubitari de qualitate feudali, dicebat Fiſcus benè fuiſſe per Regiam Cameram determinatum, capiendam eſſe poſſeſſionem illius loco ſequeſtri; ſed excipiebant poſſeſſores, quod non poterat eſſe locus diſpoſitioni *d. c. ex præſumptuoſe*, ex eo quod loquitur quando mortuo feudi poſſeſſore Fiſcus infra annum mortis feudatarij legitimo ſucceſſore carentis, feudi cæperit poſſeſſionem, at in caſu de quo agebatur Fiſcus comparuit poſt duos annos à die mortis Comitiſſæ feudatariæ, ergo non poterat à poſſeſſoribus auferri poſſeſſio; ſed debebat in iuribus ſuis audiri ſuper proprietate, poſſeſſione apud eos remanente.

3 Cæterùm Reg. Camera pro Fiſco pronũciauit. Ratio deciſionis fuit, quia tempus vnius anni, quod dicimus à die mortis, currit à die ſcientiæ mortis, provt iura, & DD. loquuntur, *ad tex. in auth. hodie C. de appel. in l. genero ff. de his, qui not. infam. & in l. quinquaginta ff. & C. de excuſat. tutor.* Bal. & Ang. *in l. item veniunt §. petita ff. de petit. hæredit.* optimè Aret. *in l. is poteſt col. 2. ff. de acq. hæredit.* & quamuis textus *in d. c. ex præſumptuoſe.* videatur clarè ſentire, quod tempus anni currat à die mortis, & Fiſco ignorante, & habetur per Andr. *in c. imperialem §. illud, verſ. his rationibus, fuit ordinatum, de prohib. feud. alien. per freder.* tamen Regia Camera ſemper obſeruauit, quod ille annus intelligatur à die ſcientiæ mortis, ſicque compertum, aliàs iudicatum in cauſa feudi del Capellano in pertinentiis Nolæ, & hoc eo magis in caſu propoſito, in quo perſona, quæ d. feudum poſſidebat in notorio proprietatis defectu verſabatur, ex quo dubium non erat Comitiſſam Burgentiæ feudi vtilem dominam ſine legitimo hærede in feudis deceſſiſſe; hinc meritò dicebat Andr. quem communiter Feudiſtæ inſequuti fuère *in c. ſancimus il primo*, quo tempore miles, quod Vaſalli, qui rebellionem committit, notoriam facti permanentis poteſt feudo priuari, illiuſque poſſeſſio, etiam eo non citato reuocari, & pro hoc allegatur tex. *in l. fin. C. ad leg. Iul. Maieſt.* vbi ſi quis accuſatus de crimine læſæ Maieſtatis mortuus fuerit propter incertam ſucceſſoris perſonam, bona ſequeſtrantur penes Fiſcum; ad ornatum autem *d. c. ex præſumptuoſe.* videndus eſt omnino Afflict. *deciſ.* 195. 196. & 197.

## OBSERVATIO.

EX dictis per Dominum Regentem hîc notamus qualitatem feudalem multifariam, multiſque modis probari, & primò ac principaliter, ſi res, quæ feudalis allegatur, deſcripta reperiretur in libro, in quo bona feudalia deſcribuntur, quale eſt in libro Cedularium Baronum, id quod pariter dixerat Afflict. *in cap. 1. num. 77. ex quib. cauſ. feud. amitt.* Secundò cenſetur etiam qualitas feudalis probata ex releuij ſolutione, aut adohæ præſtatione, idquè in poſſeſſorio; idemque dicamus ſemper in petitorio, triginta tamen annorum curſu accedente, videantur ex Noſtratibus Io. Vinc. de Anna *allegat.* 144. *num.* 5. & 6. & Octau. Bambac. *in cap. 1. §. ſi quis per triginta num. 6. 7. 8. & 9. in tit. ſi de feud. defunct. controuer. ſit inter dom. & agnat. vaſſall.* Hi enim concluſionem firmarunt, curſum triginta annorum cum releuij ſolutione, ac vniformis adohæ præſtatione, & allegatione inueſtituræ ſat eſſe ad obtinendum in petitorio; quodque releuij ſolutio rem feudalem præſumi faciat, docet ex Germanis Henric. de Roſental. *in ſuo tract. de feud. cap. 6. concluſ. 16. num.* 10. quem citat, & ſequitur Capan. *in tract. de iure releuij par. 3. q. 17. & de adoha præſtatione*, quod ſic demonſtratur rem eſſe feudalem, ſcripſit Franc. de Amic. *in tit. de his qui feud. dare poſſunt, fol. 31. in quæſt.* quæ incipit *altera quæſtio, quæ vertitur in Regia Camera*, de qua memor fuit Capan. *in tract. de iure adohæ quæſt. 12. numer.* 15. Tertiò probatur etiam qualitas feudalis ex propria Partis confeſſione, nempè ſi quis in ſupplicatione expreſſiſſet fundum aliquem tanquam feudum, nam donec de errore non doceat, ſemper fundus ille vti feudum præſumitur; Alex. *conſ. 29. n. 25. lib. 5.* Ruin. *conſ. 108. n. 19. vol. 2.* 1

His

2 His omnibus addo hîc alium modum, quo qualitas hæc feudalis probatur, de quo per Afflict. *deciſ.*277. per teſtes nimirum de auditu, & de fama deponentes, quod talis res ſit feudalis, dummodo cauſæ ſcientiæ reddant, adhuc ſi de ea interrogati non eſſent, prout indiuidualiter firmat Alex. *conſ.* 130. *viſo, & examinato proceſſu lib.* 1. ſic eorum dictis allegantes rationem concludentem, vt quia tempore conceſſæ inueſtituræ de illa re, vt feudali præſentes extiterant; quodque viderint per poſſeſſores illius feudi fuiſſe directo domino præſtitum ſeruitium, vel ſi deponerent eos vidiſſe, & legiſſe regiſtra bonorum feudalium, in quibus ſcriptus erat fundus ille, ad tradita per Andr. *in cap.* 1. *in addit. ex quib. cauſ. feud. amitt.* cæterùm addit noſter Afflict. *loc. cit. num.* 5. *&* 6. per ſolam famam ſine redditione cauſæ ſcientiæ deponentes, qualitas feudalis nunquam probata cenſeretur, maximè vbi res illa poſſeſſa fuiſſet vti burgenſatica per annos octuaginta, & vltra.

3 Hinc ſcitiſſimè D. Reg. de Ponte *conſ.* 30. *&* 95. *lib.* 1. probat, quod vbi, qui qualitatem allegat feudalem, illam clarè, & per ſuos tramites non probat, & ex aduerſo demonſtratur fundum, de quo agitur, per tempus immemorabile tentum, & poſſeſſum per poſſeſſores pro tempore, vti burgenſaticum, ac vti francum, liberum, & exemptum à qualibet ſeruitutis ſpecie, certè fundus ille, vti merè allodialis erit habendus; quodque dicere poſſet poſſeſſor per tanti temporis lapſum, priuilegium ipſum habere fundi vti allodialis, quia hoc importat probatio immemorabilis, ad tex. *in l.* 3. §. *ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſtiu.* & addit quod per tanti temporis ſpatium, licèt aliàs res illa fuerit feudalis, naturam tamen mutaſſe dicitur, ita vt allodialis remanſerit.

4 Quò verò ad deciſionem factam per Regiam Cameram circa ſequeſtrum feudi, iuxta diſpoſita *in c. Reg. ex præſumptuosè*, non obſtante quod allegabatur fiſci inſtantiam pro ſequeſtro, non niſi poſt annum mortis feudatarij fuiſſe emanatam, dicas benè fuiſſe iudicatum, cum tempus hoc vnius anni, nonniſi à die ſcientiæ currere poſſit, ſic enim cenſuit gloſ. & communis ſchola Feudiſtarum in vaſſallo, qui infra annum, & diem ſub pœna amiſſionis feudi prædeceſſoris mortem Domino denunciare tenetur, vt non niſi à die ſcientiæ mortis hoc tempus currat, *in c.* 1. *quo temp. miles, & in cap.* 1. *quæ ſit prima cauſa beneſ. amitt.* Capan. optimè *in tract. de iure releu. p.* 5. *q.* 29. *num.* 16. *& q. ſeq. per tot.* ſicque hodie 17. Iulij 1659. iudicauimus in Regia Camera in cauſa duplicati releuij per Regium Fiſcum petiti per mortem Baroniſſæ Accadiæ infra annum, & diem non denunciatam, erat enim notorium, Carolum Caracciolum filium, & hæredem matris mortis ſcientiam non habuiſſe, niſi poſt duos menſes à die quo deceſſerat.

## *ARGVMENTVM.*

Immunitas ab onere ſolutionis functionum fiſcalium à lege conceſſa patri, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, eo demùm mortuo pluribus ſibi ſuperſtitibus filiis, an ad illorum quemlibet tranſeat inſolidum.

Immunitas conceſſa patri eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus à ſolutione gabellæ pro vino, oleo, ſiue quibuſuis aliis fructibus, qui naſcuntur in tali eius feudo, nùm tranſeat in ſingularem ſucceſſorem illius fundi.

## DECISIO CCLXXXI.

Qvidam Coſentinus obtinuerat à Sereniſſimis Regibus huius Regni domus Aragoniæ priuilegium, confirmatum demùm à Rege Catholico immunitatis ab onere ſolutionis functionum fiſcalium, pro ſe hæredibus ſuis, & ſucceſſoribus in perpetuum; hic cum è viuis diſceſſiſſet, pluribus ſibi ſuperſtitibus filiis hæredibus, contigit in Regia Camera dubitari, an immunitas hæc inſolidum ad filios tranſierit, vt ſcilicet, quilibet ex eis eſſet immunis à ſolutione Carolenorum quindecim, vel potius dicendum, quod dum omnes ſucceſſerunt in locum eorum patris, gaudere illi deberent ſola immunitate, quâ pater potiebatur Carolenorum quindecim tantùm; dicebat Fiſcus, quod cum quatuor, qui erant filij patri eorum pro portione hæreditaria ſucceſſiſſent, *l. pro hæreditariis C. de hæredit. actio. l.* 2. §. *earum ff. de verb. obligat.* non poterant illi immunitate Carolenorum quindecim, niſi inſimul & coniunctim, & non quilibet inſolidum gaudere; cæterùm contrarium Regia Camera iudicauit; nimirum, vt quilibet eorum immunitatem inſolidum conſequeretur, ad quod fuerunt allegati Bar. Ang. & Iaſ. *in l. gallus* §. *quidam rectè ff. de liber. & poſthumis.* vbi quærunt, ſi Imperator patri, & filiis immunitatem conceſſiſſet à muneribus, an filij, patre viuo, immunitatem conſequantur, & affirmatiuè reſpondent, cum immunitas vno, eodemque tempore poſſit ſtare ſimul, & ſemel penes patrem, & filium, ergo ſi conceſſa eſt pluribus, intelligitur inſolidum, & ſucceſſiuè in caſu propoſito dicebatur, quod quilibet hæredum immunitatem pro ſua perſona conſequebatur; conceſſa enim extiterat immunitas ſimpliciter, non aliter expreſſo onere Carolenorum quindecim, & per hoc addit Ang. *ibi*, quod ſi Cæſar patri, & filiis ſpurios legitimandi poteſtatem conceſſerit filiorum quilibet etiam viuo patre legitimare poterit, quia hoc ius ſimul & ſemel penes patrem, & filium inſolidum eſſe poteſt; hæc opinio ſic deciſa comprobatur ex alia Bar. theorica poſt Petr. de Bellapert. *in l.* 4. §. *cato ff. de verb. obligat.* vbi dicit quod ſi aliquis pro ſe, & hæredibus ſuis alicuius fundi vſum ſtipulatus eſt, quilibet hæredum, prout neceſſitas ſuæ perſonæ requirit, vſum inſolidum obtinebit, quia vſus eſt indiuiduus, *l. vſus pars*, vbi idem Bar. *ff. de vſufr.* quam doctrinam dicebatur eſſe in



Digitized by Google

terminis caſus propoſiti, cum hoc immunitatis ius ſit pariter indiuiduum, ergo quilibet habebit illud inſolidum, vnde meritò fuit deciſum per Regiam Cameram provt ſupra ad fauorem filiorum, nec vnquam aliàs de his dubitatum.

## OBSERVATIO.

1 DOminus Regens refert hîc per Regiam Cameram deciſum, immunitatem aliquam conceſſam patri, pro ſe, hæredibus ſuis, & ſucceſſoribus in perpetuum, inſolidum ad quemlibet ex filiis transire, ſicque tentum, immunitatem pluribus ſimpliciter conceſſam inſolidum conceſſam intelligi; ſed aliàs controuerſum audiui, ſi Petro eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus conceſſa eſſet immunitas ſiue exemptio à ſolutione gabellæ pro vino, oleo, ſiue quibuſuis aliis fructibus, qui naſcuntur in tali eius fundo, ſiue rure, nùm immunitas, & exemptio hæc tranſeat in ſingularem ſucceſſionem illius fundi ſiue ruris? affirmat Alex. *conſ.* 193. *num.* 1. *lib.* 2. rationibus vt per eum, negat Iaſ. *in conſ.* 89. *lib.* 3. quo loci ita tenendum eſſet monet, ſi veritatem & ius amamus; mouetur principaliter quia in dubio conceſſio immunitatis cenſetur eſſe perſonalis, ſicque eam in ſingularem ſucceſſorem non tranſire: *l. ſemper* §. *immunitati ff. de iure immunit. l. forma.* §. *quanquam ff. de cenſibus.* gloſ. & DD. *in c. cum veniſſent de inſtitutio. & in l. ſordidorum C. de excuſat. mun. lib.* 10. & quod in dubio conceſſio immunitatis ad ſingularem ſucceſſorem non ſit tranſitoria, ſcripſit Imol. *in l. quia tale ff. ſolu. matrim.* Præterea conſiderabat Iaſ. quod cum conceſſa extiterat exemptio Petro, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, ſucceſſorum appellatione non niſi vniuerſales ſucceſſores compræhendebantur, non autem ſingulares: *l. quedam* §. *his autem*, vbi Bal. Ang. & alij *ff. de edendo*, idem Bal. *in l. emptorem C. locati*, & in hoc nemo diſcrepat, niſi adiecta eſſet dictio vniuerſalis *quibuſcumque*, quia tunc bene ſingularis ſucceſſor comprehenderetur.

## ARGVMENTVM.

Vniuerſitas, ſi ex Regia largitione fuerit immunis à ſolutione functionum fiſcalium, an eidem debeatur illa ſalis quantitas, quam Regia Curia cunctis Ciuitatibus, & Terris Regni ſingulis annis conſignare tenetur. Vniuerſitas immunis à ſolutione fūctionum fiſcalium, an ſit pariter immunis à conſtructione ſiue refectione murorum; Et quid à donatiuis, quæ Regi ſponte fiunt.

## DECISIO CCLXXXII.

SVPPONEBATVR Regiam Curiam per plures annos conſignaſſe Ciuitati Catacenſi vlterioris Calabriæ ſolitam Salis quantitatem, nimirum modij vnius pro quolibet foculare, quam omnibus ciuitatibus, Terris & Caſtris Regni huius præſtare conſueuerat, demùm compertum fuit quod Ciuitas illa erat immunis ab onere ſolutionis functionum fiſcalium, quarum intuitu Sal Vniuerſitatibus conſignabatur; vnde inſtabat Regius Fiſcus cogi d. Ciuitatem ad reſtituendum Sal ei per tot annos indebitè conſignatum, ſiue illius pretium; ſed contendente Vniuerſitate ad id non teneri, imò in futurum forè continuandum ad ei ſolitam Salis quantitatem præſtandam, fuit dubitatum quid Iuris. 1

Aduocatus Vniuerſitatis pro ſe allegabat tex. *in l. ſi conuenerit* 57. *ff. de pac. & in l. ſi tibi habitationem* 5. *ff. locati*, habetur in his iuribus quod ſi facta fundi locatione, mox Dominus conductori conuentam remiſerit penſionem, tamen tenebitur locationi perſiſtere, ſicque vt conductor re conducta fruatur; idem dicebatur in caſu propoſito, quod quamuis Regia Curia ciuitati Catacenſi ſolutionem functionum fiſcalium remiſerit, non tamen propterea ius quod ei pro Salis conſequutione competebat, abrogatum dici poterat. 2

Cæterū contrarium fuit demonſtratū, fuiſſe ſemper in toto Regno per Reg. Cameram obſeruatum in omnibus illis Terris, quæ functionum fiſcalium immunitatem obtinuerunt, ſignanter cum Ciuitate Puteolorū; Ratio aſſignabatur, quia quando à Regia Curia Sal Ciuitatibus & Terris conſignatur, id contingit medio contractu emptionis, & venditionis; cogitur enim quælibet Vniuerſitas Carolenos quinque pro quolibet modio ſalis ſoluere, id quod introductum fuit in fauorem Regiæ Curiæ, & in Vniuerſitatum detrimentum, cum emant Sal maiori pretio, quo valet, remittendo igitur Rex functiones fiſcales, liberat Vniuerſitatem ab hoc onere emendi Sal, quod eſt valde ipſi Vniuerſitati proficuum, cum poſſit illa ab arrendatore emere, & non niſi duobus Carolenis, quodlibet modium; & quando ceſſat immunitas cogitur ſoluere quinque Carolenos, & ex hoc dicebatur, contractum inter Regem, & Vniuerſitates Regni initum non eſſe locationis, & conductionis, ſed emptionis, & venditionis, & ſucceſſiuè re integra, ſi in vna parte eſt à contractu diſceſſum, cenſetur & in alia; *l. cum emptor ff. de reſcin. vendit.* Bar. & alij *in d. l. ſi conuenerit*; in caſu propoſito reſpectu quantitatis ſalis in futurum præſtandæ, tempore quo Ciuitati Catacenſi fuit conceſſa immunitas, res erat integra, 3

Digitized by Google

gra, quia quot ſunt anni, tot ſunt contractus emptionis, & venditionis, *l. ſcire debemus ff. de verb. obligat.* ſicque re integra exiſtente, poſtquam Rex remiſit ſolutionem, ſiue emptionem talis, fuit etiam actum, vt ipſe Rex de cætero Sal conſignare non teneretur, & per hoc tollitur argumentum, ad tex. *in d. l. ſi conuenerit, & in d. l. ſi tibi habitationem*, & ita pro Fiſco fuit pronunciatum.

## OBSERVATIO.

1 IN hoc Regno multæ ſunt Ciuitates, quæ à Sereniſſimis noſtris Proregibus ex ſpeciali gratia immunes ab onere functionum fiſcalium habitę fuerunt, prout inter alias ſunt Ciuitates Catacenſis, & Puteolorum, de quibus D. Regens noſter hîc memor fuit, cuius gratiæ ſiue ſpecialis priuilegij occaſione, diuerſis temporibus, diuerſæ exortæ fuerunt controuerſiæ, & quantùm ad illam, de qua hîc, vt cernis pro indubitato tentum fuit, non teneri Regiam Curiam huiuſmodi Ciuitatibus Salis quantitatem conſignari facere, quam cæteris locis à functionibus fiſcalibus non immunibus conſignari ſolitum erat, rationibus vt hîc.

2 Aliquando etiam controuerſum fuit, an hæ Ciuitates, prout ſunt immunes ab onere ſolutionis functionum fiſcalium debeant pariter reputari immunes à refectione vel noua conſtructione murorum? & negatiuè Regia Camera iudicauit, cum onus hoc refectionis ſiue nouæ conſtructionis murorum ad ſolam Vniuerſitatem ſpectet, non autem ad Regem, niſi Rex mandaret, in Ciuitate, ſiue Terra propugnaculum fieri pro Regni defenſione, quia tunc onus eſt Regis iuxta notata per Andr. *in c. 1. §. vectigalia in 2. addit. num. 15. in tit. quæ ſint regalia*, & conſequenter Vniuerſitas ad nihil tenetur, ita D. R. Moles *deciſ. 7. in tit. de exactio.* iurium fiſcalium, qui *in quæſt. ſequenti* refert pariter iudicatum, immunitatem hanc ſic conceſſam caſum non comprehendere vrgentiſſimæ neceſſitatis, ſicque tentum, conceſſa immunitate ab oneribus quibuſcumque, ſub ea non eſſe comprehenſa onera, quæ ex cauſa belli imponuntur.

3 Nec etiam donatiua, quæ Domino noſtro Regi fiunt; etenim Regia Camera decreuit, quod immunitas conceſſa Vniuerſitatibus, quantumuis ſit ampla ab ordinariis, nullatenus comprehendere has functiones ſponte donatas, niſi ſpecificè, & in indiuiduo de donis fiat mentio. Ratio aſſignatur, quia donatiua voluntariè fiunt, & conſequenter dum ſoluuntur, priuilegiis conceſſis non fit derogatio, nec contrauentio, ad tex. *in l. voluntariè C. de excuſat. tutor.* etenim ſtant ſimul, quod Vniuerſitas ſit ampliſſimis priuilegiis, & immunitatibus decorata, & quod ſponte poſſit onera ſubire, *l. 1. & toto tit. C. de his, qui ſponte onera ſubeunt lib.* 10. videatur idem D. Reg. Moles *deciſ. 3. in tit. de donatiuis.*

## *ARGVMENTVM.*

Pecuniæ quantitas, quæ ab arrendatoribus gabellarum anticipatè ſoluitur, ſi nihil fuerit expreſſum an cenſeri debeat ſoluta in computum primi anni, an verò pro rata temporis totius arrendamenti. Legatum factum alicui de eo, quod ab alio Teſtatori debetur, nùm comprehendat non ſolùm quantitatem debitam purè, ſed etiam in diem, vel ſub conditione.

## DECISIO CCLXXXIII.

QVIDAM Catalanus, Pirotus nomine, cognomēto de Villa, cum à Regia Curia huius Ciuitatis, ac Prouinciarum Principatus citra, & vltra tertiarias ferri, per ſex annos pro certo pretio conuento arrendaſſet, voluit anticipatè ſoluere ducatos mille, fuit dubitatum in Regia Camera an quantitas hæc ſoluta cenſeri deberet in computum primi anni, ſeu primæ ſolutionis, an verò pro rata totius temporis arrendamenti, vt ſcilicèt quolibet anno eſſet ſibi excomputanda certa ſumma dictorum ducatorum mille. 1

Quod excomputari deberet pro rata cuiuſlibet anni, & non in prima ſolutione, allegabatur Nicolaus de Neap. *in l. pœnales §. annua ff. ad leg. Iul.* verùm per Regiam Cameram, nemine diſcrepante, fuit contrarium deciſum, nimirum intelligi ſolutos in computum primi anni, ſeu primæ ſolutionis, & fuit allegatus Alex. *in d. §. annua*, quem benè ibi alloquutum dicebatur, per tex. *in l. 1. in fine cum l. ſeq. ff. de ſolutionibus*, vbi quando ſine cauſæ & debiti expreſſione eſt aliquid ſolutum, intelligitur pro illo debito facta ſolutio, pro quo ſolutionis dies ceſſit; ſed in caſu propoſito dies ſolutionis cedebat in primo anno, ergo pro illo intelligebatur facta ſolutio, & non pro ſequentibus annis, pro quibus dies nondum venerat. 2

## OBSERVATIO.

EX hac deciſione concluſionem colligere poſſumus, vt ſi quis creditori ſuo certam pecuniarum quantitatem deberet, purè, & in diem & partem huius debiti ſimpliciter ſolueret, cedit ſolutio in cauſam debiti, quod purè debetur, quia verè, quod debetur in diem, dici non poteſt, quod ſit debitum de præſenti; vnde ſic ſoluens neceſſariò fatendum eſt, vt ſolutio extinguat debitum purum, non autem dicendum, vt pro parte intelligatur facta ſolutio pro debito purè, & pro parte pro debito in diem; idque adeo verum, quod ſi ego exiſtens creditor Sempronij in mille, quorum quatuorcentum poſſum nunc petere, alia verò ſexcentum, hinc ad annum, ſi in vltimis conſtitutus legatum facerem amico de eo, quod mihi Sempronius debet, non intelligitur factum legatum niſi de ſumma ducatorum quatuorcentum tantùm, quæ purè debentur, non autem de ſexcentum, quæ debentur in diem, ſicque legatarius 1



Digitized by Google

gatarius ſummam purè debitam petere poteſt, non autem, adueniente die reliquum, quod in diem debetur, hic eſt tex. celebris *in l. ſi ita ſcripſiſſet 47. ff. de leg. 2.* vbi gloſ. *in verb. quia,* notabiliter addit, vt diſpoſitio illa adhuc procedat ſi tempore mortis teſtatoris ceſſiſſet dies ſolutionis illius quantitatis, quæ tempore teſtamenti in diem debebatur; cuius quidem l. diſpoſitione attenta Bal. *ibi, num. 2.* notanter ſatis concluſionem firmat, quod ſi ego cedam tibi omnia iura mea, non videor cedere, niſi ea, quorum dies ceſſit, & venit, non autem conditionalia, vel in diem.

## *ARGVMENTVM.*

Hoſpitale an poſſit cogere monaſterium ſibi collaterale ad vendendum viridarium pro ipſius ampliatione. Vendere an quis cogatur prædium ſuum pro ædificanda domo propè Eccleſiã, vt ibi habitare poſſint Clerici Eccleſiæ inſeruientes; Et quid pro ampliatione atrij Eccleſiæ, Et quid pro conſtruendo viridario monaſterij. Vendere pro ampliatione Eccleſiæ, an quis cogatur domum ſuam in familia antiquam, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCLXXXIV.

1 Elegans controuerſia ſuborta fuit, inter Hoſpitale Incurabilium huius Ciuitatis, & Venerabile Monaſterium Sanctæ Mariæ Gratiarum; prætendebat Hoſpitale pro illius ampliatione, ad hoc vt maior Infirmorum numerus recipi poſſet, poſſe cogi d. Moſterium ſiue eius fratres ad vendendam certam partem cuiuſdam viridarij, quod erat de clauſura Monaſterij.

2 Conſiderabatur regulam iuris eſſe, vt nemo inuitus, neque emere, neque vendere cogi poſſit, *l. nec emere C. de iure delib. l. dudum C. de contrah. emptio. cum ſimilibus*; tamen pro cõſtruenda Eccleſia cogitur quis; iuſto pretio mediante, rem ſuam vendere; ita Bal. per illum tex. *in l. 1. in fine C. de commu. ſer. manum.* Aret. *in l. ſi quis ſepulchrum ff. de religio. & ſumpt. funer.* Ang. *in l. 1. in fine*, vbi etiam Bal. *ff. ſol. matr.* Iaſ. *in d. l. nec emere*, & ante iſtos Gugliel. de Cune. *in l. decernimus C. de Epiſc. & Cleric.* Cepol. *in tract. de ſeruit. vrba. pradio. in tit. de ſepulchro*; quod procedere dixerunt Doctores non modò in Eccleſia, ſed etiam in Hoſpitale, Epiſcopi authoritate erecto, prout eſt iſtud Incurabilium, quia tunc dicitur locus pius, omnibuſque potitur priuilegiis, quibus Eccleſia, *l. orphanotrofos. C. de Epiſc. & Cleric.* Bal. *in l. genero ff. de his, qui not. infam.* Abb. *in c. accedentibus, de priuileg. & in c. de quarta*, vbi latiſſimè Felyn. *extra de praeſcrip.* ſed in caſu propoſito tota difficultas fuit, quia hæc limitatio ad regulam procedit, quando Eccleſia, ſeu Hoſpitale pro eius ampliatione, vel conſtructione vult emere à priuato, tunc enim hic pretio mediante rem ſuam vendere cogitur; ſed quid dicendum quando vna Eccleſia vult cogere aliam ad rem ſuam vendendam; etenim videtur priuilegium ceſſare, ex regula vt priuilegiatus priuilegio ſuo contra alium priuilegiatum non vtatur, *Authen. niſi rogato C. ad S.C. Trebel. l. verum §. fin. ff. de minor.* tamen in caſu propoſito dicebatur hanc regulam veram eſſe, quando ambo æquale habent priuilegium, & quod vnum non ſit altero maius; ſed in caſu de quo agebatur magis fauorabile conſiderabatur hoc Hoſpitale ampliare, ad hoc vt maior infirmorum numerus recipiatur, & curetur, quàm vt fratres dicti Monaſterij partem viridarij retinerent, quod non niſi delectationis cauſa deſiderabatur, non autem quod id neceſſitas expoſceret, ſicque negari non poterat fauorabiliorem, & neceſſariam fuiſſe cauſam Hoſpitalis, & ſucceſſiuè præferendum; ita Bar. *in d. l. verum. §. fin* per illum tex. *ff. de minor.* & latè *in Authen. quas actiones,* vbi etiam Cyn. & alij *C. de Sacro. Eccleſ.* hæc principaliora fuerunt hîc conſiderata.

## OBSERVATIO.

Vulgatiſſima, & ſine contradictore eſt concluſio illa, de qua hîc, in principio, deſumpta ex tex. *in l. ſi quis ſepulchrum,* vbi gloſ. *in verb. compellere ff. de religio. & ſumpt. fune.* nimirum vt propter bonum publicum, & Religionis fauore, poſſit quilibet cogi ad vendendum prædium ſuum, ſiue vrbanum, ſiue ruſticum, nedum pro amplianda; ſed etiam pro de nouo conſtruenda Eccleſia; ita poſt Claſſicos hîc citatos, ex Noſtratibus ſcripſerunt Afflict. *in præludiis ad conſtitutiones Regni quæſt. 3. num. 10. verſ. ſecundo fallit.* Gramma. *deciſ. 75. per totam,* Præſ. de Franch. *dec. 223. num. 5.* Gizarell. *deciſ. 37. n. 1.* Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de abundan. ciuitatis §. 4. num. 18.* R. Tap. *in prag. 3. num. 1. & ſeqq. ſub tit. de monialibus*, Epiſcopus Ricc. *deciſ. 138. num. 2. p. 1.* Nouar. *qq. forenſ. lib. 1. quæſt. 32. num. 1.* Camill. Borrell. *conſ. 26. num. 67.* & R. Conſtant. *in l. 1. num. 89. C. de vendit. rer. fiſc. lib. 10.* & ex alienigenis Couar. *var. reſolut. lib. 3. cap. 14. num. 7. & ſeqq.* Ant. Padill. *in l. altius num. 21. C. de ſeruit. & aqua*, Ant. Gomez. *ad l. 46. Theſauri, num. 9.* Giurba *deciſ. 86.* Valaſc. *deciſ. 22.* Gaſp. Theſ. *quæſt. forenſ. lib. 1. q. 64.* & alij. 1

Hæc concluſio ampliatur, primò, vt procedat non ſolùm in ampliatione, ſiue noua conſtructione Eccleſiæ, ſiue Monaſterij; ſed etiam pro ædificanda domo propè Eccleſiam, vt ibi inhabitare poſſint Clerici, ſiue Religioſi, Eccleſiæ inſeruientes, ita Barthol. Cepoll. *in tract. de ſeruit. vrba. pradio. cap. 82. numer. 8.* & per hæc 2

Digitized by Google

hæc verba, *Ego plus dico, quod iſta procedant non ſolùm in Eccleſiis ædificandis; ſed etiam pro clauſtro, & pro domibus de nouo faciendis, aut agendis neceſſariis pro monaſterio virorum, & monialium, eadem ratione, & ita aliàs obtinui in Ciuitate Veronæ, quod ſingulariter, & perpetuò tene. Tuent. &c.* Paul. de Citadinis *in tract. de iure patr. p.3. in tit. ex quibus cauſis acquiratur iuſpatro. num.89. in magnis.* Surd. *conſ.62. num.8. lib.1.* ſub illis verbis, *Ea omnia, quæ circa conſtructionem Eccleſiæ dicta ſunt procedere quoque in conſtruenda domo propè Eccleſiam, in qua habitet, & moretur clericus, qui debet Eccleſiæ ſeruire, quia acceſſorium ſequitur naturam principalis* &c. D. Marta *in tract. de iuriſdict. par.4. cent.2. caſu 171. num.4.* Marcus Ant. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. quæſt.241. circa finem,* ibi *Amplia ſupradictam communem opinionem non ſolùm in ampliatione, & conſtructione Eccleſiæ, ſed etiam pro conſtruenda domo propè Eccleſiam in qua habitet clericus, qui debet Eccleſiæ inſeruire, vt poſſit quis compelli ad vendendum domum ſuam* &c. Gizarell. *in cit. deciſ.37. num.5.* R.Tap. *deciſ. S.C.6. n.8.*

3 Secundò, concluſio poſita ampliatur, vt procedat, etiam pro amplificatione Atrij Eccleſiæ, ſicque S. Conſ. iudicaſſe teſtantur Gizarell. & Tap. *locis cit.*

4 Tertiò ampliatur, vt quis cogi poſſit ſolum ſuum vendere pro conſtruendo viridario Monaſterij; ita perbellè Mar. Antonin. *var. reſol. lib.1. reſol.112. caſu 29.* Io. Baptiſta Coſta *de remediis ſubſidior. remed.76. n.9.* Nouar. *loco cit. n.3. & alij.*

5 Modò limitatur, & primò vt non procedat, quando pro ampliatione vel noua conſtructione Eccleſiæ cogeretur vir nobilis ad vendendum domum antiquam in familia, vt fertur deciſum per Rot. *in vna Romana de Comitibus* allegatam à Nouar. *loco cit. numer.4.* Didac. de Mari. *in addit. ad Gizarell. cit. deciſ.37.*

6 Secundò limitatur vbi quis cogeretur vendere domum ſuam pro conſtructione hoſpitij Religioſorum, Riccius *cit. deciſ.138.* quo loci in fine ait per Curiam Archiepiſcopalem huius Ciuitatis reſolutum, priuilegium conceſſum vicinos cogendi ad vendendum Eccleſiis, ad hoſpitia non extendi.

7 Tertiò, concluſio facta limitatur, quoties pro ampliatione, vel conſtructione Eccleſiæ cogeretur, quis ad vendendum partem rei; etenim, qui vult emere tenetur totam ipſam rem comparare, nam aliàs magno afficeretur vendens incommodo, ſi partem rei tantùm contra voluntatem ſuam vendere cogeretur; Coſta *de remediis ſubſidia. remed.76. numer.1.* Theſ. Fil. *cit. quæſtion. 64. numer.11.* & Giurb. *alleg. deciſ.86. num.13.*

8 Sed quantùm attinet ad punctum principalem huius deciſionis, vt cernis D. Reg. eius eſt ſententiæ, vt adhuc Eccleſia pro ampliatione, vel noua conſtructione alterius Eccleſiæ, poſſit cogi ad rem ſuam vendendam; Tu modò ad huius dicti confirmationem vide Maſtrill. *deciſ.280. num.88. ad finem,* & Giurb. *allegata deciſ. 86. numer.15.* quorum ſententiæ in vna facti contingentia adhæſi pariter & Ego, quiquid in contrarium ſcripſerit Dom. Regens Valenzuela *conſ.18.* & Dom. Epiſcopus Ricc. *deciſ. 59. part.3.*

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.

## *ARGVMENTVM.*

Officium conceſſum patri, & filio inſolidum, ita vt vno defuncto, remaneat penes ſuperuiuentem, ſi patris contemplatione conceſſum eſſet. nùm ab ipſo patre alteri quàm filio renunciari poſſit. Donatio facta filio an, & quando patris contemplatione facta præſumatur. Principi an ſit credendum aliquid in ſuo priuilegio aſſerenti, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCLXXXV.

IN facto ſupponebatur, Regem Catholicum conceſſiſſe officium Perceptoris Prouinciæ Baſilicatæ Paulo Toloſa eiuſque filio inſolidum, ita vt, vno mortuo, penes ſuperuiuentem illud remaneret, demùm eundem Paulum idem officium in manibus Regiæ Curiæ renunciaſſe ad fauorem Pauli Reſtiliani, in cuius perſonam fuit expeditum Priuilegium, in eoque narratum, officium vacaſſe per renunciationem factam, tam per Paulum patrem quàm per eius filium; & quia hic filius, patre mortuo, renunciationem à ſe factam negabat, egit in Regia Camera contra Fiſcum, & officij poſſeſſorem pro illius recuperatione; vnde de viribus huius renunciationis dubitari contigit: etenim dicebat filius patrem non niſi iuri ſuo renunciare potuiſſe, non autem reſpectu iuris ipſius filij, cui officium erat inſolidum conceſſum, iuxta notata per Bal. *in l. qui ſe patris num.30. verſ. Tu ergo ff. vnde liber.* Nec ei obſtare contendebat, quod in Priuilegio expedito in beneficium Pauli Reſtiliani D. Prorex atteſtabatur renunciationem fuiſſe factam, tam per patrem, quàm per filium, quia tex. *in l. Clem.1. de probat.* vbi narratiua Principis in qua ſe fundat, plenè probat, non niſi in ſupremo Principe locum habet vt ibi per Doctores. 1

Cæterùm per Regiam Cameram fuit contrarium deciſum, & Ratio deciſionis fuit prima, quia in facto verum erat officium prædidictum, quamuis patri, & filio, tamen non niſi patris intuitu, & contemplatione fuiſſe conceſſum; nec curandum, quod filij perſona proprio nomine fuerit in Priuilegio expreſſa, quia non per hoc affirmari poteſt, officium fuiſſe conceſſum contemplatione filij; ſed ſolùm patris, ad tex. *in l. annua §. à Titio ff. de annuis legat. l. ciuibus ff. de reb. dub. in l. ſed, &* 2



Digitized by Google

*ſi plures* §. *in arrogato*, vbi Bar. & omnes *ff. de vulg. & pupil. & in l dedit dotem ff. de collat. dot.* Bar. *in l. cum oportet. C. de bonis q. liber.* latè Alex. *conſ.* 179. *lib.* 5. ſicque officium prædictum reſpectu filij peculium profectitium dicebatur, & ſucceſſiuè poterat pater in filij præiudicium, & citra illius conſenſum alteri renunciare, Andr. *in cap.* 1. §. *ſi libellus*, vbi etiam Afflict. *de alien. feud. pater.* optimè Aret. *in l. Africanus* §. *ſi quis alicui ff. de legat.* 1. Secunda ratio fuit, quia ſatis erat credendum Illuſtriſſimo Proregi atteſtandi renunciationem fuiſſe factam ad fauorem d. Reſtiliani, etiam per filium, qui demùm aduerſus factum ſuum venerat; ſubſcriptum enim approbat priuilegium à Prorege, tribus Regiam Cancel. Regentibus, Vice-prothonotario, locumtenente Regiæ Cameræ, generali Theſaurario, & à Regni Secretario, ſicque ſubintrabat theorica Andr. *in cap.* 1. *num.* 15. *qui ſucceſ. tenean. in cap.* 1. §. *ſed nec iuſtior. in addit. num.* 42. *verſ. quaſi non ſolum, quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. & in cap.* 1. *in fine de controuer. feud. par. term.* in quibus locis dicit, quod ſi Rex, vel alius ſuperior aliquid in ſuo priuilegio narrat, ei ſtatur propter ſuam, ſuorumque Conſiliariorum ſubſcriptionem; non enim præſumendum erat, tot ſupremos Conſiliarios in præfato priuilegio manus apposuiſſe, in quo dicebatur quod officium vacabat, per renunciationem factam per Paulum Toloſa, eiuſque filium, niſi renunciationem propriis oculis vidiſſent; nuſquam enim à Regia Cancellaria ſcripturæ expediuntur, niſi ſint iuſtæ, & benè formatæ, vt optimè per Io. de Plat. *in l.* 2. *col.* 2. *C. de petit. bonor. ſubla. lib.* 10. quem omnino vide, vnde meritò ex his fuit per Regiam Cameram, iſto Domino Reg. referente deciſum, facto prius verbo Illuſtriſſimo Domino Proregi, renunciationem fuiſſe validam.

## OBSERVATIO.

1 DVas notabiles concluſiones in hac deciſione obſeruo, quarum prima eſt illa, quæ deſumitur ex tex. *in l. ſed & ſi plures* §. *in arrogato ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & in l. dedit. ff. de collat. bonor.* nimirum, vt quod mea contemplatione datur, mihi dari videatur quæ iura in materia feudi allegat Andr. de quo D. Reg. memor fuit hîc, *in cap.* 1. §. *& ſi libellum n.* 10. *circa finē, de alienat. feudi pater.* quo loci in terminis donationis firmauit quod in dubio videtur facta diſpoſitio, vt cenſeatur datum filiis poſt mortem patris, & quod pater poſſit alienare, quia præſumitur eius contemplatione datum, & *num.* 13. ibidem, addit, quod quando patris contemplatione datur filio, patri quæritur, & totum poteſt alienare, ſiue emancipatus, ſiue in poteſtate ſit filius, & *num.* 17. *verſ. ſed certè*, idem eſſe ait, ſi ab extraneo donatio fieret, vt ſemper extraneus talem donationem patris contemplatione feciſſet præſumitur, niſi contrarium expreſſerit, idemque dixerunt Bar. *in d.* §. *in arrogato num.* 3. Bal. ſimiliter *num.* 3. Paul. de Castro *in d. l. ſed & ſi plures* §. *ad ſubſtitutum num.* 4. *in fine.* Socc. *conſ.* 127. *numer.* 9. *verſ.* 4. *lib.* 3. Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *tit.* 7. *n.* 137. & D. Card. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 23. 24. & 25. vbi dicit quod quando filij patris contemplatione inſtituti ſunt, præſumuntur honorati, vt totum patri quæratur, nec temporis momento penès filios reſideat, ſecundum quorum ſententiam de anno 1653. obtinui in S. Conſ. pro hæredibus quondam Præſ. Iulij Cæſaris Minadoi, contra Monaſterium Monialium S. Sebaſtiani huius Ciuitatis, ex perſona ſororis Euſtochiæ Minadoi, in qua cauſa Sacrum Conſilium, referente Domino Conſiliario Miroballo, habuit pro indubitato donationem factam à Marchioniſſa Capurſij dictæ ſorori Euſtachiæ exiſtenti in puerili ætate ducatorum trium millium in ſubſidium eius maritagij fuiſſe factam intuitu, & contemplatione dicti Iulij Cæſaris patris, ac proinde potuiſſe illum dictam pecuniarum quantitatem ſic donatam in proprios vſus conuertere; inſuper in eadem cauſa S. Conſilium exiſtimauit licentiam ordinarij, quæ à Tridentina Sanctione *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de regular.* omnino requiritur in renunciationibus, quæ à Nouitiis intra duos menſes proximos ante profeſſionem fieri ſolent, longi temporis curſu præſumi, quamuis de ea non conſtet, quicquid ſibi dixerit Barboſ. *in collect. ad dictum cap.* 16. *n.* 23. *circa finem*, proceſſus eſt in Banca Figliolæ.

2 Altera notabilis concluſio eſt vt ſit credendum Principi aliquid in ſuo priuilegio narranti, nimirum quod res ita ſe habet, prout contigit in caſu huius deciſionis vbi Prorex aſſeruerat officium vacaſſe per renunciationem factam à patre, & filio; Tu modò ad huius dicti confirmationem vide omnino Conſiliarium Theodorum *alleg.* 60. *num.* 6. 7. & 8. quo loci notanter ſcripſit, quod licèt memoriale porrectum Principi in quo aliquid petitur, non probet ſupplicantem porrexiſſe, niſi aliundè conſtet, vt per S.C. deciſum teſtatur Marin. Frecc. *lib.* 2. *de ſubfeud. quaſt.* 24. attamen ſi Princeps aliquid in Priuilegio affirmat, hoc fidem facit adeò indubitatam, vt probationem in contrarium non admittat; & vt dixit Freder. *de ſeruis in conſ.* 117. quod Princeps aſſerens aliquid ab aliquo dictum, vel petitum, factum proprium aſſerit, ſic inuehens contra eos, qui de hoc dubitarent, idemque ſi factum aſſereret alienum, dum tamen perſunctoria non ſit aſſertio, & ab eo quod agitur, extranea, de qua *in c. ſi Papa de reſcrip. in* 6. ſed eſt aſſertio principalis propter ſe, quia tunc adhuc plenam fidem faceret, donec contrarium non probetur.

## *ARGVMENTVM.*

Præſcriptio vt non currat maiori tempore belli, cum agere non poſſit, nec in iudicio comparere, an teneatur ſe proteſtari. Rex Catholicus an teneatur habere rata geſta per Reges Alphonſum II. & Fredericum de Aragonia. Præſcriptioni an ſit locus, ſi quis per 30. annos annuam præſtationem ſibi debitam non exegerit.

DECI

Digitized by Google

## DECISIO CCLXXXVI.

1 Concesserant Sereniſſimi Reges Alphonſus Secundus, & Fredericus ab Aragonia Marino Brancario Comiti Noiæ annuos ducatos tercentum triginta ſeptem ſuper functionibus fiſcalibus Terrarum Noiæ, & Trigiani, & in defectum ſuper Terra Laterziæ, ac etiam ſuper Terra Salandræ, cuius conceſſionis vigore Marchio Laterziæ dicti Comitis Marini hæres per intermediam perſonã quondam Berardini de Azzia eius patris agebat contra Regium Fiſcum, ad hoc vt ad præſtandas dictas functiones fiſcales condemnaretur; contradicebat Fiſcus nullum ius actori competens demonſtrans; vnde quid iuris dubitatum extitit.

2 Fuit per Regiam Cameram pro Fiſco deciſum; Ratio deciſionis fuit, nam ſi in facto verum erat functiones fiſcales Comiti Marino à Rege Alphonſo II. & Frederico fuiſſe conceſſas, iſtorum conceſſiones Reges noſtri Auſtriaci obſeruare non tenebantur, cum ex perſona Regis Catholici Sereniſſimo Regi Alphonſo I. legitimo huius Regni Regi ſucceſſerint, non autem cæteris, qui pro tempore fuerunt Reges in hoc Regno domus Aragoniæ, ac proinde eorum contractibus ſtare cogi non poterant; notat Bal. *in l. 1. ff. de conſt. Princ. & in l. digna vox*, vbi etiam Cyn. *C. de legibus*. Præterea dicebat Regius Fiſcus, dato & non conceſſo, quod ius aliquod ſuper dictis functionibus actori competiiſſet, obſtabat ei exceptio præſcriptionis longi, vel longiſſimi temporis, ex quo erant iam elapſi anni quadraginta ſeptem à die mortis dicti Comitis Marini, intra quod tempus dictos eius hæredes functiones fiſcales vt ſupra conceſſas exigiſſe non conſtabat; ſucceſſerat enim Comiti Marino Io. Bernardinus de Azzia eius ex ſorore nepos, qui eo tempore maior erat quatuordecim annis, ſicque notitiam habuit de teſtamento eius auunculi, cum hæres extraneus, qui non niſi ex teſtamento ſuccedere poteſt, teſtamentum legiſſe præſumatur, nota Bar. *in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. obligat. & in l. de his C. de tranſact.* vnde cum nunquam exegerit, obſtabat ei præſcriptio, & abſque nulla reſtitutionis ſpe, notat Bar. *in l. 1. §. ſi quis* vbi. Alex. *in addit. ff. de itiner. actuque priua.* Alex. *in l. 1. col. 9. ff. ſol. matr.* Iaſ. *in §. fuerat inſtit. de actio.* & alij. Nec dicendum tempus annorum quadraginta ſeptem non concurriſſe, propter bellum, quo eo tempore Regnum opprimebatur, nam belli tempore amoto, quia Magnus Capitaneus, Regno parato, Neapolim de menſe Aprilis 1503. ingreſſus fuit, facto cõputo adhuc erant elapſi anni triginta, & vnus; vltra quod dicebatur, ad finem vt maiori non currat præſcriptio tempore belli, proteſtari debet, quod agere non poteſt, quia ius non redditur, aliàs præſcriptionis tempus currit, notant Abb. Imol. & Felyn. *in c. ex tranſmiſſa, extra de præſcriptio.* qui addunt, quod allegans impedimentum, illud probando non excuſatur, niſi inſimul probet diligentiam adhibuiſſe, & actum impedire non potuiſſe; ſed in caſu propoſito dicebatur nullam fuiſſe probatam diligentiam, nullam factam proteſtationem, ergo dubitari non poterat præſcriptionem ſaltem 30. annorum cucurriſſe, vnde ex his merito deciſum fuit nemine diſcrepante pro fiſco.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## OBSERVATIO.

De hac deciſione memor fui Ego *lib. 2. mear. reſol. cap. 173. num. 5.* vbi ad probandum Dominos Reges noſtros Auſtriacos nõ teneri habere rata conceſſa per Reges Ferdinandum I. & II. Alphonſum II. & Fredericum (niſi Conceſſionarij eſſent in poſſeſſione rerum, per hos Reges conceſsarum) retuli D. Regentem noſtrum hîc ſic atteſtantem, D. Reg. Loffred. *conſ. 4. num. 18. conſ. 21. numer. 12. & conſ. 38. num. 18.* & D. Reg. Moles *deciſ. 10. art. 9. in tit. de iure deuolut.* hi enim tres Domini Regentes, & cum illis D. Conſiliarius Marinus Frecc. *lib. 2. de ſubfeud. quæſt. 27. num. 5.* viri equidem, eorum tempeſtate inſignes, ſumma Doctrina, maximaque experientia præditi ſcripſerunt, Regem Catholicum non teneri ad obſeruanda promiſsa per dictos Reges, non quod ipſi illegitimi fuiſsent Reges, qui ſtante legitimatione Ferdinandi I. & inueſtitura ſummorum pro tempore Pontificum, veri, & legitimi Reges interim extitere; ſed quia Rex Catholicus Regnum hoc aſsequutus fuit, vt legitimus ſucceſsor Alphonſi I. non autem dictorum aliorum Regum. 1

Quantùm verò attinet ad illam concluſionem, quam D. Reg. noſter hîc firmare videtur; nimirum, vt ad finem, vt maiori non currat præſcriptio tempore belli, proteſtari debeat, quod agere non poteſt, aduerte, quod aſseueratio hæc non eſt vndiquè tuta, nam quando impedimentum eſt notorium, prout eſt illud, quod oritur tempore belli, tunc proteſtatio de impedimento non requiritur; ita Afflict. poſt alios, quos citat *deciſ. 50.* à quo ſuppoſita hac notorietate, Vrſill. *ibi* diſcedere non videtur, quiquid aliter ſenſerit in impedimento, quod ex facto Iudicis procedit, ait enim, quatenus Afflict. concludat, quod quando impedimentum venit facto Iudicis, non ſit neceſsaria proteſtatio, videri communem opinionem eſse in contrarium, vt ibi per eum. 2

Vltimò notemus hîc aliam concluſionem à Dom. Regente noſtro firmatam & ea eſt, vt ſi quis per triginta annos præſtationem annuam ſibi debitam non exegerit, ſit locus legitimæ præſcriptioni; Tu modò ad huius dicti confirmationem vide eundem Dom. Regentem ſupra *in deciſ. 83.* & quæ Ego ibi obſeruaui. 3



Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Priuilegium in forma communi à Principe confirmatum, cuius ſit importantiæ, Et quando dicatur Priuilegium confirmatum in forma communi, Et quando ex certa ſcientia, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCLXXXVII.

1 POSSIDENTE Illuſtriſſimo Principe Salerni Terram Piſticij in Prouincia Baſilicatæ prętendebat Monaſterium S. Laurentij propè Padulam habere ius paſcendi in territorio dictæ Terræ pro ſuis animalibus, cuiuſuis generis, & numeri eſſent, & hoc ex iuribus Monaſterij S. Mariæ eiuſdem Terræ, quod fuit demùm vnitum Monaſterio S. Laurentij, & ad ſuam in poſſeſſorio fundandam intentionem, produxit primò Priuilegium antiquiſſimum iuris prædicti à Rodulpho Macchabeo tunc domino Piſticij D. Monaſterio S. Mariæ conceſſum; ſecundò aliud produxit Priuilegium Comitis Marſici Thomæ de S. Seuerino, qui fuit fundator Monaſterij S. Laurentij, per quod fuit ei conceſſum ius paſculandi in omnibus Terris ſui ſtatus, quod quidem priuilegium fuit confirmatum à Rege Frederico. Tertiò produxit Priuilegium Roberti de S. Seuerino Principe Salerni, confirmatum per Regem catholicum, per quod confirmabatur illud priuilegium à Comite Marſici conceſſum. Præterea per plures teſtes probaſſe dicebat, quod erat in poſſeſſione ſeu quaſi dicti iuris paſcendi ab annis ſexaginta, & citra cum omnibus animalibus cuiuſuis generis, & numeri vſque ad quinque mille abſque vlla fidæ ſolutione; vnde inſtabat in hac ſua poſſeſſione conſeruari, & manuteneri; ſed contendente Principe conuento nullam de prædictis priuilegiis, & teſtium depoſitionibus haberi poſſe rationem, dubitari contigit quid iuris.

2 Per Sacrum Conſilium, vbi cauſa hæc agitabatur, fuit deciſum poſſe Monaſterium ad paſcendum immittere pecudes ſeptincentum intus territorium Terræ Piſticij, & non vltra, abſq; alicuius fidæ ſolutione. Ratio deciſionis fuit, quia Princeps conuentus benè ſui territorij libertatem probauerat ab omni onere, & ſeruitute, quod de iure ita præſumitur, *l. altius C. de ſeruit. & aqua l loci corpus §. competit ff ſi ſeruit. vendic.* vnde tenebatur Monaſterium benè probare ſeruitutem iuris paſcendi; quia præſumptio libertatis onus probandi tranſfert in aduerſarium vt notat Bar. *in l. ſi prius, verſ. venio ad tertiam partem ff. de noui oper. nunciat.* etenim teſtes Principis numero quindecim deponebant, quod in territorio Domaniali Terræ Piſticij liberè abſque fidæ ſolutione poterant paſci pecudes ſeptincentum Monaſterij, & non vltra; Et quod Ærarius Piſticij ſemper ad dictas pecudes numerandum accedebat, & ſi illas vltra numerum 700. reperiebat à territorio expelli mandabat; Et quoad priuilegia producta, ad primum Rodulphi Maccabæi, dicebatur non fuiſſe illud tranſlatum in Eccleſiam, cum qua fuit facta vnio ex Ang. Bal. Alex. & Aret. *in l. ex pupillari, per illum tex ff. de vulg. & pupil.* & quando tranſlatum diceretur, cum in Monaſterio S. Mariæ non niſi tres, vel quatuor fratres reſidebant, pauciſſima animalia habere poterant, & conſequenter non poterat Monaſterium S. Laurentij ius habere paſcendi pro quinque mille pecudibus, quia totum abſorberent territorium, quod ſatis iniquum æſtimabatur, & contra tex. *in c. ſuggeſtum extra de decimis, & in l. ex facto ff. de vulg. & pupil.* ecque magis, quia Eccleſia S. Mariæ multa poſſidebat bona, ſignāter defenſam S. Baſilij, quæ erat in fructu annuorum ducatorum biſcentum, ſicque ius paſcendi, quod habebat in territorio Piſticij ex animalium paucitate in conſideratione non erat; quò verò ad aliud priuilegium Comitis Marſici, dictum fuit nullius momenti eſſe ex quo non conſtabat, quod Comes Marſici fuerat Piſticij Dominus, ſicque reſpectu iuris paſcendi in illa Terra locum habere non poterat, nec recipiebat robur à confirmatione Regis Frederici, ex quo non fuit niſi ſimplex confirmatio, & in forma communi, vnde non tribuebat plus iuris, quod erat in Priuilegio; notant Canoniſtæ *in cap. 1. & fin. de confirmat. vtili vel inutili, & in c. diuerſitatem, de conceſſ. preben.* optima gl. *in l. ex verbis C. de donat. int. vir. & vxo.* quomodo autem dicatur facta confirmatio in forma communi explicat Abb. *in c. quia diuerſitatem, in c. examinata, & in cap. penul. de confir. vtil. vel inutil.* Aret. *in l. quod ſeruus ff. de acquir. poſ.* & Dec. *in rub. de confir. vtili, vel inutili,* cum igitur Rex Fredericus ſimpliciter Comitis Marſici priuilegium confirmauerit, certè confirmatio hæc locum habere non poterat niſi in illis Terris, quæ fuerunt in Dominio Comitis; ſed illa Piſticij nunquam fuit; ergo. Eodemque modo reſpondebatur ad priuilegium Principis Salerni Roberti de S. Seuerino, qui cum aliud non fuerit niſi confirmare priuilegium Comitis Marſici, nihil de nouo dedit, & ſi diceretur quod Princeps Robertus loquutus fuit, vt Monaſterium ius haberet paſcendi in omnibus Terris ſuis, ſed ipſe erat Piſticij Dominus, ergo; nam reſponſum fuit prout ſupra, quod hoc Priuilegium cum fuiſſet confirmatorium priuilegij Comitis, non poterat

locum

Digitized by Google

locũ habere niſi in illis Terris Principis confirmantis, quæ fuerunt in vtili dominio Comitis;& ſi dicamus voluiſſe de nouo concedere in aliis Terris ſuis, vltra illas quæ fuerunt in dominio Comitis, hoc non releuabat, quia ſuper hac conceſſione Regis non extiterat impetratus aſſenſus; quò verò ad Priuilegium Regis catholici; per quod in genere confirmabantur omnia Priuilegia Monaſterio S. Laurentij propè Padulam conceſſa, reſpondebatur Regem illum non confirmaſſe niſi Priuilegia valida, non autem nulla, vt notat Innocent. *in c. dudum in fine de decimus*, ſequuntur ibi Ant. de Butr.& Felyn. *in c. inter dilectos de fide inſtr.* Præterea Rex catholicus confirmauit hæc priuilegia eo caſu, quo ſtatus Principis Salerni erat ad Regiam Curiam reuerſus vnde confirmando, non cenſebatur aſſenſum præſtare contractibus per Principem Salerni initis, qui aſſenſu carebant, eſt deciſio in terminis Andr. *in c. imperialem. in princ. col.* 8. vbi mirifice loquitur, *de prohibib. feud. alien. per freder.* quo loci dicit hoc procedere ſiue Rex ſciuerit contractum fuiſſe ſine aſſenſu, ſiue ignorauerit. Vnde ex his concluſum fuit Monaſterium neque in petitorio, neque in poſſeſſorio Priuilegium habere.

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem illius concluſionis, de qua in hac deciſione, nimirum, vt quando confirmatio Priuilegij à Principe fit in forma communi, nihil noui iuris tribuat; ſed quod tantùm actui valido robur præſtet, vltra DD. hic per Dom. Reg. citatos, videndi ſunt Canoniſtæ communiter *in c. examinata de confirmat. vtili, vel inutili.* Caſſador. *deciſ. vnica, num.* 2. *hoc tit.* Decius *in cap.* 2. *num.* 5. *hoc tit.* Curt. Iun. *conſ.* 179. *num.* 26. *lib.* 3. Priminal. Iun. *conſ.* 117. *num. fin. lib.* 2. Rebuff. *in c. cum ſuper gloſ.* 1. *verſ. quoniam ad confirmationem, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Gaill. *pract. obſer. lib.* 1. *obſer.* 1. *num.* 3. & alij ſine contradictione; idque adeo verum, vt hæc concluſio procedat, etiamſi in dicta confirmatione adſit noua conceſſio, cum illa adhuc nihil plus tribuat, quàm ipſa confirmatio; cenſetur enim tantùm appoſita pro maiori vtilitate confirmationis; *c. ex parte il* 1. *in fine*, vbi Socc. *num.* 10. *de priuileg.* Caſſador. *loco cit.* Barboſ. *in collect. ad d. c. examinata numer.* 3. quo loci geminatas ad hanc concluſionem ſubnectit limitationes, quas vide.

2 Sed opportuna eſt inueſtigatio, quando confirmatio dicitur fieri in forma communi, & quando ex certa ſcientia. In forma communi dicitur fieri confirmatio, quando Princeps de negotio non benè inſtructus priuilegium confirmat in eo ſtatu, & prout antea erat, hic eſt tex. *in c. quia diuerſitatem de conceſſ. preben. & in d. c. examinata*; dicitur autem fieri ex certa ſcientia, quando fit cum perfecta notitia totius negotij, & omnium eius circumſtantiarum, & quando tenor totius priuilegij, aut inſtrumenti in ipſa confirmatione inſeritur; iuxta tex. *in c. penul. de confir. vtili vel inutil.* Decius *in c. porrecta num.* 15. *cit. tit. de confir. vtili vel inutil.* Roma. *conſ.* 336. *num.* 2. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 7. *numer.* 9. Maſcar. *de probat. concl.* 22. Rot. *deciſ.* 455. *num.* 3. *p.* 2. *diuerſ.* quos omnes citat, & ſequitur Barboſ. *in collect. ad d. c. cum dilecta de confirmat. vtili, vel inutili num.* 13. vbi addit, quod ad hoc vt reſcriptum dicatur ex certa ſcientia, duo copulatiuè requiruntur, vnum vt totus tenor inſeratur, vel clauſula *ex certa ſcientia*, alterum vt cum eo cauſæ cognitio concurrat alioquin vno iſtorum deficiente, gratia in forma communi dicitur obtenta, citat Pariſ. *conſ.* 33. *num.* 51. *lib.* 3. Alex. *conſ.* 128. *num.* 18. *verſ. promitto, & num.* 22. *lib.* 4. Grat. *conſ.* 47. *num.* 5. *lib.* 1. Socc. Iun. *conſ.* 32. *num.* 4. *lib.* 3. & alios vt ibi, in dubio autem nunquam præſumitur confirmationem factam fuiſſe ex certa ſcientia. Dec. *in d. cap.* 2. *à num.* 44. & ibidem Bero. *num.* 10. Molin. *loco cit.* Garz. *de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 225. Seraph. *deciſ.* 981. *num.* 2. & alij, quos refert Barboſ. *loco cit.*

## *ARGVMENTVM.*

Abſens ob cauſam publicam, num poſſit Principi ſupplicare, & de iure obtinere, vt abſentia durante in eius litibus ſuperſedeatur in procedendo. Reſtitutioni in integrum an ſit locus aduerſus ſententiam latam contra abſentem ex cauſa Reipublicæ, Et quid in milite, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCLXXXVIII.

CVM ad Regni huius, vulgò dicimus focularia numeranda, aliqui huius Ciuitatis nobiles ab Excellentiſſimo Prorege electi eſſent, quia munus hoc aſſumebant inuiti, ſuæ Excellentię ſupplicarunt dignaretur mandare, vt in litibus, quas in his ſupremis Tribunalibus habebant, abſentia durante procedi non poſſet; fuit in Collaterali Conſ. dubitatum an iuri conſentanea eſſet petitio iſta. 1

Dicebatur dubium eſſe pulchrum, ſubtile, & nondum in Regno deciſum niſi in milite, qui ex beneficio conſtitutionis, quæ incipit *Hoſtici exceptionem*, ſi conueniatur ab eo, qui non eſt in exercitu, ſiue iam erat conuentus, bello durante, vt in iudicio ſiſtat, cogi non poteſt; ſed quia negari non poterat in caſu propoſito abſentiam ſortiri ex cauſa Reipublicæ, ideo conſiderabatur, quod ſi quis Reipublicæ cauſa abfuerit, relicto procuratore per quem defendi potuit, ſi ſuccubuerit, in integrum reſtitui volens non auditur; hic eſt tex. *in l. fin. ff. de in integr. reſtit. & in l. is, qui Reipublicæ cauſa ff. ex quibus cauſ. maior*; ſi igitur argumentabatur in hoc caſu reſtitutio denegatur, ergo quomodo impediri poteſt iudicium, ad notata per Andr. *in d. conſt. hoſtici exceptionem*, 2

vnde dicebatur diſcrimen eſſe inter exceptionem hoſticam, & illam quæ oritur ob abſentiam, ex cauſa Reipublicæ, nam in prima licèt miles procuratorem conſtituerit, hoſtica tamen exceptione potitur, vt eſt gl. *in d.conſt. hoſtici*, id quod indiſtinctè in his ſupremis Tribunalibus ſeruatur; ſecus verò in abſente ex cauſa Reipublicæ. Eſt & aliud diſcrimen, quia quando vterque tam actor, quàm reus ſunt in bello ſubmoniti, neuter hoſtica exceptione tuetur, per tex. *in eadem conſtit. hoſtici*; ſecus verò in abſentibus ex cauſa Reipublicæ, quia tunc etiam ſi vterque ſit abſens, ille qui eſt læſus in integrum reſtituitur, vt eſt tex. *in l. fin. ff. ex quibus cauſ. maior.* Eſt verum quod ſi quis dùm per ſe ipſum, non autem per procuratorem lis agitabatur; Reipublicæ cauſa abfuerit, ſi cauſa eſt grauis, & abſentia non eſt perpetua, procuratorem relinquere non cogitur, eſt tex. *in c. quarela, de procurat.* qui licèt de infirmitatis impedimento loquatur, idem tamen in omni neceſſaria abſentia, ad tex. *in l. 1. ff. ex quibus cauſ. maior.* Vnde ſi non cogitur per alium ſe defendere, conſequens eſt, vt debeat iudicium differri, & in eo ſuperſederi; & licèt tex. *in l. eundem, verſ. ante legationem.* contrarium decidere videatur, dum in eo habetur, quod ſi quis mota ſibi lite, legationem ſuſceperit, etiam abſens defendi debet, ſecus autem ſi legatione ſuſcepta, quia tunc iuncto munere fungitur, etenim multifariam fuit reſponſum; ſed principaliter, & eſt communis ſolutio, quod tex. iſte loquitur, & intelligi debet, quando impedimentum quod venit poſt litem motam, erat longo tempore duraturum; tunc enim, ſupplemento non obſtante, procurator erit conſtituendus; ſecus ſi abſentia eſt modico tempore duratura, per tex. *in l. 2. §. ſi quis in iudicio ff. ſi quis cautio, & in l. quæſitum cum ſua gl. ff. de re iudic.* quæ iura loquuntur, etiam ſi impedimentum poſt litem motam ſuperuenit; vt notant Cyn. & Ang. *in l. cum antiquitas C. de teſtam.* Bal. *in l. ab eo C. quomodo & quando Iudex*, Ant. de Butr. *in c. cum dilecti de dolo, & contum.* Alex. & Iacobin. *in d. §. ſi quis in iudicio* & aliis; At vbi, quis Reipublicę cauſa abeſſe contigerit, priuſquam lis ei moneatur, tunc ſe defendere non cogitur, nec procuratorem conſtituere, & ſucceſſiuè iudicium differri debet, vt eſt tex. *in d. l. eundem in fine ff. de legat. & in l. 2. vbi gl. ff. eum qui appel.* niſi abſentia eſſet perpetua, vel longo tempore duratura, ſic limitant Doctores tex. *in d. c. quarelam*, vt tenent Bar. & Bal. *in d. §. ſi quis in iudicio.* optimus tex. *in l. idemque ff. pro ſocio*, gl. *in canone ſi ægrotans 5. quæſt. 3.* vbi benè loquitur; in caſu autem propoſito fuit, & tandem conſideratum, quod in Regno dilationes admodum practicantur; Vnde ſi ob litigantium abſentiam adhuc probabilem & neceſſariam in cauſis ſuperſederetur, multum iuſtitiæ adminiſtratio differretur, propterea Domini Regiam Cancellariam regentes aliquid circa hoc decidere noluerunt, neque petitas ſuperſeſſorias concedere.

## OBSERVATIO.

1 Dominus Regens teſtatur hîc in articulo propoſito, Dominos Regiam Cancellariam Regentes nihil decidere voluiſſe, nec pariter petitas concedere ſuperſeſſorias; ſed ſcire vellem dum noluerunt petitis per hos electos numeratores aſſentire, nonnè ſic deciſum fuit, ſuperſeſſoriam petitam eſſe denegandam? prout his diebus audiui fuiſſe eam in curia Domini Regis noſtri denegatam duobus Magnatibus, qui ad duo Regna gubernanda à ſua Catholica Maieſtate electi extitêre, & meritò cum nullibi in iure cautum reperiatur, vt abſentibus cauſa Reipublicæ concedenda ſit hæc ſuperſeſſoria in eorum litibus, niſi apud nos militibus, qui Domino Reg. noſtro inſeruiunt, ex diſpoſitione conſtitutionis hîc citatæ, quæ incipit *Hoſtici exceptionem*, quam aduerſus Eccleſiam agentem, & eccleſiaſticas perſonas opponi non poſſe, demonſtraui *lib. 2. mear. reſolut. cap. 74. per totum.*

2 Circa verò illam concluſionem hîc tentam, vt non ſit locus reſtitutioni in integrum aduerſus ſententiam latam contra abſentem cauſa Reipublicæ, dum eius procurator in omnibus fuit auditus, idque ex diſpoſitione iurium hîc relatorum, & *l. 1.* vbi gloſ. *in verb. indefenſus C. quib. ex cauſ. maior. in integr. reſtit.* Ad confirmationem vide ex noſtratibus Marcell. de Mauro *alleg. 100. num. 6.* quo loci dicit, quod ſi quis Reipublicæ cauſa abfuturus, in cauſa pro, vel contra ſe mota procuratorem reliquerit, per quem defendi poteſt ſi ſuccubuerit, volens demùm reſtitui, in æternum non auditur, allegans tex. *in l. is, qui 39. ff. ex quib. cauſ. maior.* id quod prius Petr. de Bellap. *in d. l. 1.* adeò hoc pro indubitato firmauit, vt dixerit, quod ſi miles, vel aliter pro Republica abſens fuerit indefenſus, quia noluit procurator defenſioni cauſæ vacare, eo caſu licèt ſubintret in integrum reſtitutio, attamen priuſquam concedatur, diſcutienda ſunt bona procuratoris, nàm ſi ſuper illis, poterit miles ſibi conſulere, nullo pacto ſit caſus reſtitutioni in integrum aduerſus ſententiam, & vide, quæ dixi *cit. lib. 2. cap. 249.*

## *ARGVMENTVM.*

Tutor alicuius pupilli, ſi ob cauſam publicam à patria fuerit abſens, ob quod Iudex alium dedit tutorem, an per hoc adminiſtrare prohibeatur, ita vt actorem conſtituere non poſſit, vt bona pupilli, abſentia durante, adminiſtret; Et an ipſo reuerſo, ſecundus datus tutor deficiat.

DECI

Digitized by Google

## DECISIO. CCLXXXIX.

1 CAROLI Cæſaris ordinatione, delato baliatu filiorum Don Antonij ab Aragonia in perſonam Marchionis Vaſti, quia impeditus ille reperiebatur vti ſuæ Cæſareæ Maieſtatis in tota Italia generalis Capitaneus eiuſdem Sereniſſimi Cæſaris mandato fuit iniunctum Regni huius Proregi, ad hoc vt de alio Conbalio,& Contutore prouideret, qui pupillorum bona adminiſtrare deberet, ac ſpeciale onus habere dicti baliatus, & tutelæ, in cuius mandati exequutionem fuit electus Dux Montis Leonis;fuit dubitatum,an per hanc nouam electionem cenſeretur Marchio Vaſti priore loco deputatus ab adminiſtratione remotus, ita vt de cætero adminiſtrare non poſſet.

2 Et diſcuſſis omnibus in Collaterali Conſ. cum interuentu Regiæ Cameræ,iſto Domino Reg. referente fuit deciſum poſſe Marchionem adminiſtrare & eius durante abſentia cum iudicis decreto actorem ad adminiſtrandum conſtituere. Ratio deciſionis fuit quia per deputationem noui Balij & tutoris, dum expreſſè dictum non fuit, vt hîc ſolus adminiſtraret, non cenſetur aliis denegata adminiſtratio; ſed omnes gerere poterunt,ita gl. notabilis *in l.& ſi pluribus ff.de autho. tuto.* idemque Bar. *ibi, & in l. legitimos ff. de legit. tuto.* Paul. de Caſtro omnino videndus *in l. quod ſi fortè §. ſunt quidam ff. de ſolut.* id quod in caſu propoſito indubitatum reddebatur,cum in ſecundis litteris ſuæ Cæſareæ Maieſtatis non dicebatur vt adminiſtraret ille Balius per Proregem de nouo eligendus; ſed ſolùm vt ſpeciale onus tutelæ haberet, ſicque conſiderabatur aliud eſſe ius, & officium tutelæ & aliud eius adminiſtrationem,vt optimè declarat Bal. *in l.1. col.fin. C. de tranſact.* Vnde dum ordinabatur vt haberet onus adminiſtrationis, & ſic iuris ipſius tutelæ,prætendi non poterat, quod erat Marchioni denegata adminiſtratio, eoque magis cum noua tutoris deputatio pupillorum fauorem reſpiciebat, ne propter Marchionis abſentiam pupillaria bona detrimentum paterentur, ſicque dicebatur, quod quando eſt vnus tutor electus & demùm, auctis pupilli facultatibus, alius datur, ille tutor priore loco datus non deſiit eſſe tutor,imò remanet talis, etiam pro illis bonis, quorum reſpectu nouus fuit datus tutor, vt eſt notabilis tex. *in l. quoties §.fin.* vbi Bar.*ff. de adminiſtr. tuto. & in l. fin. C. in quibus cauſ. tutor. haben. tut. dar.pot.* hinc licèt iuris regula ſit, vt generi per ſpeciem derogetur, fallit tamen quoties ſpecies in generis augmentum poſita eſt: ita Bal. *in c.vno delegatorum num.9. extra de officio, & poteſt.Iudic. deleg.* ſed non eſt dubium,quod Dux Montis Leonis tutor de nouo dandus ad coadiuuandum dabatur, vt ex litteris ſuæ Cæſareæ Maieſtatis apparebat, ergo vterque, & ſic tam Marchio, quàm Dux remanebant tutores, & adminiſtrare poterant, & cum Marchio eſſet abſens poterat nominare actorem, qui ſui loco tutelam adminiſtraret, confirmandus tamen Iudicis decreto; ad tex. *in l. decreto in princ.ff.de adminiſtr. tuto. in l. ſolet ff. de tutelis in l. neque tutores.* vbi bona gl. *C.de procur. & in l.1. C.de actore à tuto. & curat. dando*, optimè Bar. *in l. actor ff. rem pupil.* ſaluam forè,vbi per duas columnas materiam examinat,& practicam ponit, dicens quod quando tutor eſt abſens, vel legitimè impeditus actorem nominare, & eligere poteſt,quem Iudex confirmet, vt tutoris periculo adminiſtret, vel poteſt petere à Iudice, vt actorem eligat, vt annuit tex. *in §. fin. de curatoribus*, Iudex verò de per ſe, tutore abſente, actorem eligere non poteſt, hæc eſt practica quàm docet Bar. *in d. l. actor.* Vnde &c.

---

### OBSERVATIO.

IN caſu, de quo in hac deciſione, non video cur dubitari poterat, per deputationem noui Balij, ob abſentiam primi,hunc fuiſſe à baliatu remotum; non enim Carolus Cæſar in ſuo reſcripto dixerat, vt alter deputaretur Balius, ſtante abſentia Balij electi; ſed mandauerat, vt de Conbalio, & Contutore prouideretur, ſicque volebat, vt duo eſſent Balij, & tutores ( hoc namque denotat verbum illud *Conbalius,& Contutor* ) ad hoc, vt dum priore loco electus erat abſens potuiſſet alter nouiſſimè deputatus pupilli perſonam, & bona regere, & gubernare; vnde non erat de quo ambigendum, quod dum primus remanebat Balius, & tutor, poterat durante abſentia actorem nominare, qui ſui loco baliatum, & tutelam adminiſtraret, Iudicis tamen decreto confirmandum iuribus & Doctoribus hic citatis, quibus addo Montan. *de tuto.& curat. cap.31.effectu. 1. num.24.* 1

Dico plus quod ſi in caſu, de quo hic,primus electus ad patriam reuerſus eſſet,certè ſecundus defeciſſet, hic eſt tex. *in l.1. C. in quibus caſibus tutorem vel curat. habenti, tutor vel curat.dari poteſt.*vbi expreſſis verbis habetur, Tutorem vel Curatorem datum loco abſentis Reipublicæ cauſa, deſinere illo reuerſo, ſicque ſcripſerunt Gaſp.Baëc. *de decima tutor. cap.8. numer.17. in princ.verſ. ſi tutor Reipublicæ cauſa*,Guttierez *de tutel.par.1.cap.19.num.46.* & alij, quos refert Barboſ. *in collect. d.l.1.n.2.* 2

Cætera ad materiam pertinentia vide *lib.1. mear. reſol. cap.385.* 3

## *ARGVMENTVM.*

Creditor ſi poſtquam debitorem ſuum in iudicio conuenerit,creditum alteri ceſſerit, an inſtitutum iudicium proſequi poſſit. Inſtantia an, & quando

Digitized by Google

quando in ſucceſſorem vniuerſalem, vel particularem tranſeat. Creditum ſi fuerit alteri ceſſum, an ad inſtantiam creditoris cedentis poſſit inſtrumentum contra debitorem ceſſum incuſari. Aſſenſus Regius conceſſus ſuper obligatione bonorum feudalium pro euictione, & obſeruantia omnium contentorum in inſtrumento obligationis, nùm ſit creditori proficuus, non ſolùm pro conſequutione ſortis, ſed etiam pro conſequutione tertiarum promiſſarum, quamuis in ſupplicatione pro aſſenſu nil de promiſſione facta tertiarum dictum fuerit, & de aliis.

## DECISIO CCXC.

1 ADVERSVS iudicium motum à Magnificis Fabio, & fratribus, de Aprano petentibus pro certa quantitate tertiarum annuorum ducatorum biſcentum viginti, aſſiſtentiam ſibi præſtari ſuper bonis feudalibus quæ fuerant olim Marchionis Montisherculis Rebellis; conuenti duo opponebant, Primũ quod actores actione carebant, ex eo quod illam, quam habebant per publicum inſtrumentum in actis præſentatum ceſſerant Magnifico Domitio Marcheſio; alterum, quatenus iudicium fuiſſet legitimè inſtitutum, dum ſuper bonis feudalibus d. olim Marchionis, de eorum iuribus experiebantur, reſpectu tertiarum, quas cõſequi intendebant, aſſenſu carebant, ex quo in inſtrumento conſtitutionis dictorum ducatorum biſcentum viginti promiſerat Marchio illos tertiatim in hac Ciuitate ſoluere, obligando omnia ſua bona feudalia, & burgenſatica, mediante Regio aſſenſu iam obtento, & impetrato, in quo quidem aſſenſu de hac promiſſione nulla extiterat facta mentio; ſed tantùm in eo dictum, quod præſtabatur aſſenſus obligationi omnium bonorum feudalium pro euictione & obſeruantia omnium continendorum in inſtrumento, quoad expreſſa tantùm, vnde cum non fuerit expreſſum, quod Marchio promittebat dictos ducatos biſcentum viginti tertiatim in hac Ciuitate ſoluere, pro quibus obligabat omnia bona ſua, ad promiſſionem iſtam, aſſenſus non extendebatur ex clauſula illa *quoad expreſſa tantùm*, fuit dubitatum quid iuris.

2 Regia Camera pro actoribus pronunciauit, nulla de oppoſitis exceptionibus ratione habita, & quoad primam, quod actores actione carebant, ex quo illam ceſſerant Domitio Marcheſio, dictum fuit quod licèt ceſſio vera erat, tamen per illam non niſi vtiles actiones in ceſſionarium tranſlatæ erant; directæ autem remanſerant penes cedentes, cum quibus experiri poterant, ex quo nullus ſubintrabat caſus ex illis tribus, de quibus *in l. 3. C. de nouatio.* Præterea ceſſio facta extiterat longo tempore poſt litem per actores mota; ſicque inſtantia in alium transferri non poterat ex cauſa merè voluntaria; licèt enim inſtantia regulariter in ſucceſſorem vniuerſalem tranſeat, per tex. *in l. ſi eum hominem ff. de fideiuſ.* in particularem autem ex cauſa voluntaria nullatenus, vt per Bar. ibi in fine, idemque Alex. & communiter DD. *in l. ſi conſtante* §. *fin. ff. ſolu. matr.* Florian. *in l. in iudicio ff. famil. erciſc.* vbi dicit Bar. ſententiam hanc à legiſtis communiter eſſe receptam.

Quò verò ad aliam exceptionem circa defectum aſſenſus reſpectu annuorum ducatorum biſcentum viginti tertiatim ſolui promiſſorum, Ratio deciſionis fuit, quia ſicut debitoris bona ſunt creditori hypothecata pro ſorte, ita & pro vſuris obligata cenſentur, adhuc ſi de illis nulla fuiſſet facta expreſſio, ex quo ſunt ad ſortem acceſſoria; hic eſt tex. *in l. Lucius ff. qui potio. in pign. habeantur*, Soc. latè, & optimè *in conſ. 141. lib. 2.* Io. de Plat. *in l. 2. col. 2. C. de vſur. fiscal. lib. 10.* Bar. & omnes *in l. ſi cum dotem* §. *ſin autem in ſæuiſſimo ff. ſolu. matr.* Aret. *in l. placet ff. de acq. hæredit.* Bal. Nouel. Neguſanz. & alij, qui omnes communiter concludunt quod ſicut hodie pro dote ex legis diſpoſitione ſunt bona viri tacitè vxori hypothecata, *l. 1.* §. *& vt plenius C. de rei vxor. actio.* ita, & pro alimentis; per quæ iura aliàs per Regiam Cameram in caſu Hypolitæ Carraſa deciſum fuiſſe compertum fuit, nimirum quod ſicut per gratiam mulieribus Neapolitanis conceſſam, aſſenſus ſuper bonis feudalibus viri, pro dotis reſtitutione cenſetur conceſſus, ita pariter pro vſufructu, tanquam ad dotem acceſſorio; id quod in caſu propoſito indubitatum eſſe dicebatur, ex quo aſſenſus ad inſtrumentum ſe referebat, ſicque omne quod erat in inſtrumento expreſſum cenſebatur, & in aſſenſu enarratum; *l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. l. ſi ita ſcripſero ff. de condit. & demonſtr.* notat Bal. *in l. 2. C. de error. aduocat.* Nec obſtabat clauſula illa in aſſenſu appoſita *quoad expreſſa tantùm*; nam cum Regia Camera circa hanc clauſulam regentes Regiam Cancellariam. conſulere voluiſſet, reſponderunt, quod illa vim facit, multumque operatur, quando in inſtrumento pactum aliquod eſſet adiectum à contractus natura inſolitum, vel extraneum, vt puta ſubſtitutio, vel ſimile, tunc ſi de his expreſſa mentio in aſſenſu facta non eſt, licèt aſſenſus ad inſtru-

mentum

mentum ſe referat, in quo illa pacta inſolita leguntur, tamen ob clauſulam, *quoad expreſſa tantùm*, aſſenſus nihil operatur, ac ſi obtentus non eſſet; at quãdo in inſtrumẽto appoſita eſt clauſula apponi ſolita, vt eſt illa conſtituti, & precarij, obligatio omnium bonorum pro tertiis ſoluendis &c. eo caſu, licèt talia in aſſenſu expreſſa non ſint, poſtquam aſſenſus ad inſtrumentum, in quo hæc ſunt expreſſa, ſe refert, illa clauſula *quoad expreſſa tantùm*, nihil operatur, ſicque aſſenſus in ſuo robore remanet; argumento tex. *in l. certi conditio §. ſi nummos ff. ſi cert. pet.* cum ibi plenè per Iaſ. notatis, *in l. vel vniuerſorum ff. de pigno. actio. & in l. certè cum l. ſeq. ff. de precario*; vnde ex his omnibus fuit iudicatum prout ſupra in fauorem actorum.

## OBSERVATIO.

1 DVo fuerunt hîc deciſa, primum, creditorem, qui creditum ſuum alteri ceſſit, potuiſſe ceſſione non obſtante, aduerſus nomen debitoris ceſſum agere, ex eo quod nullus interuenerat ex illis tribus de quibus *in l. 3. C. de nouatio.* dicebatur enim per ceſſionem non niſi vtiles actiones in ceſſionarium fuiſſe translatas, directas autem, cum quibus experiri poterat, penès ipſum creditorem cedentem remanſiſſe. Tu modò ad confirmationem huius dicti vide omninò, quæ ſcripſit Ioſeph. Ludouicus *commun. opin. in tit. de ceſſionario, & ceſſione, concluſ. vnica*, vbi poſthabitis diſtinctionibus, quæ in hac re circumferuntur, dicit communem eſſe DD. ſententiam, quod quando non interuenit vnum ex tribus notatis *in d. l. 3.* cedens eius creditum non impeditur agere contra debitorem ceſſum pro conſequendo eius credito, ſic exercendo directam actionem penès eum remanſam, ipſiuſque oſſibus infixam, allegat Caccher. *deciſ. 61. & 62.* quas vide; idque adeò verum, vt in materia liquidationis inſtrumenti, in qua apud nos ſtrictè, & rigoroſè proceditur, aliàs deciſum comperimus, poſſe ad inſtantiam creditoris cedentis inſtrumentum via ritus M. C. incuſari contra debitorem ceſſum, quamuis allegaretur tunc demùm ad inſtantiam creditoris cedentis poſſe ad inſtrumenti incuſationem procedi, ſi in actu ceſſionis ex pacto cedens ipſe promiſiſſet inſtrumentum incuſare, quoties ad hoc fuiſſet à ceſſionario requiſitus, vt dixerunt Scaglio. *in ritu M.C. 163. numer. 21.* & Rou. *in rubr. de inſtrum. liquidat. n. 11.* videantur notata per Io. Baptiſtam de Thoro. *in compendio deciſ. Regni par. 1. in verb. cedens an poſſit inſtrumentum liquidare.*

2 Alterum, quod fuit deciſum eſt, aſſenſum impetratum ſuper obligatione bonorum feudalium pro euictione, & obſeruantia omnium contentorum, vel continendorum in inſtrumento obligationis, creditori eſſe proficuum, non ſolùm pro conſequutione ſortis ſuper bonis feudalibus ſic obligatis, ſed etiam pro conſequutione tertiarum in inſtrumento tertiatim promiſſarum, quamuis in ſupplicatione pro aſſenſu nihil de promiſſione facta vel facienda tertiarum dictum eſſet, nàm cum aſſenſus ad inſtrumentum ſe referebat, omne quod erat in inſtrumento expreſſum, cenſebatur & in aſſenſu enarratum; in nihilo obſtante clauſula illa in aſſenſu appoſita quoad expreſſa tantùm, nàm dictum fuit illam vim facere, quando in inſtrumento pactum aliquod eſſet adiectum à contractus natura inſolitum, vel extraneum, quod non poterat dici illud, quod continet promiſſionem tertiarum ſingulis quatuor menſibus faciendam; Tu modò ad confirmationem huius notabilis concluſionis vide, quæ Dominus Regens noſter ſcripſit ſupra, *deciſ. 205.* & omnino quæ Ego ibi obſeruaui.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

Quantùm verò attinet ad aliud dictum hîc, vt inſtantia non tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, dic aſſeuerationem hanc eſſe vndique receptiſſimam, vt facilè conſtat ex Doctoribus hîc relatis, quibus ex nouiſſimis addo Peregr. *de fideicom. art. vltim. num. 26.* Papienſ. *in forma exequutionis ſententiæ diffinitiuæ in princip. num. 28.* Rot. *deciſ. 1. de teſtam. in antiq.* vbi fuit dictum legatarium nominis debitoris, inſtantiam à defuncto cæptam pro conſequutione ſummæ debitæ continuare non poſſe, quæ tamen intellige ſi voluntarius eſſet ſucceſſor, non autem neceſſarius: Giurb. *deciſ. 107. num. 2.* Gratia. *diſcept. forenſ. c. 906. num. 19.* Thomat. *deciſ. 65.* Limitatur autem in inſtantia iudicij cæpta pro conſequutione rei ad feudum ſpectantis, nam feudo illo demùm diſtracto, abſque ceſſione in emptorem tranſit, videantur Reg. Rou. *conſ. 82. lib. 1.* Ego ipſe *reſol. iur. lib. 1. cap. 185. per totum.* R. Capyc. Latro *deciſ. 33. n. 24. & ſeq.* & nouiſſimè Conſil. Io. Franc. Marcia. *diſp. iuris lib. 1. diſp. 15.* vbi latè de hac materia. 3

## *ARGVMENTVM.*

Feudi alienatio nùm reuocari poſſit vigore conſtitutionis Regni *conſtitutionem diuæ memoriæ*, vbi facta feudi alienatione fuerit porrectum memoriale pro aſſenſu, nulla tamen decretatione ſequuta, quæ aſſenſus conceſſionem importaret, ſed quid aliud prouiſum prout iuſtum, & expediens concedenti videri ſolet.

## DECISIO CCXCI.

FEVDO vendito, cum emptor pro aſſenſu ſupplicaret, Domini Regiam Cancellariam Regentes, reſponderunt, quod oſtenderentur ſcripturæ ad finẽ prouidendi, demùm antequam expediretur aſſenſus per verbum *fiat*, venditor venditionem reuocauit ex beneficio conſtitutionis *conſtitutionem diuæ memoriæ*, fuit in Collaterali Conſ. ad relationem Regiæ Cameræ dubitatum, an reuocatio hæc de iure fieri poterat. 1

Dicebat emptor venditorem reuocare non potuiſſe, ſtante oblatione memorialis pro aſſenſus impetratione facta, quam ſat eſſe, vt non ſit locus reuocationi probabat, ex tex. *in c. bona il 2. de poſtul. prælat.* Cæterùm contrarium deciſum extitit, referente Domino Hieronymo de Albertinis Regiæ Cameræ Præſi- 2



Digitized by Google

dente, & cauſæ Commiſſario Abellinatum Epiſcopo nimirum,ſtante reuocatione, aſſenſum non eſſe præſtandum; etenim habitum fuit pro vero, aſſenſum per ſolam memorialis oblationem præſtitum cenſeri non poſſe, quia aſſenſus eſt gratia,vt docet Andr. *in Conſt. ſi quis poſt litem*,& Afflict. *deciſ.* 398. quæ gratia licèt ſine ſcriptis fieri poſſit,tamen oportet,vt ſuperior aliquid operetur, dicendo *fiat*, ita Archid. & Io. Andr. *in procem.6.* Innocent. *in c. conſtitutus de reſcrip.* Bal. *in l. falſus C. de furtis*, & Aret. *in l. qui abſenti ff. de acq. poſſ.* nullibi enim legimus Principis reſcriptum ad tempus ſupplicationis trahi; ſed benè à tempore ſignaturæ ſupplicationis, ſicque, vt iſtud tempus, non autem illud ſupplicationis porrectæ inſpiciatur;ita Paul. de Caſtro,per illum tex. *in l.1.C. vt lite pend. & in l.1. C. quando libellus Principi datus*, & facit, quod idem Paul. dixit *in l. ſi quis maior C. de tranſact.* quem refert Alex. *conſ.*34.*lib.*1.vbi notabiliter dicunt, quod ſi aliquis ſub pœna pacto non contrauenire promittat, ſi contra illud pactum ſupplicationem Principi porrexerit, in pœnam non incidit niſi reſcriptum obtinuerit;nec obſtare dictum fuit, tex. *in d. c. bonæ il 2. de poſtul. prælat.* quia loquitur in caſu diuerſo, vt videri poteſt.

---

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem eorum, quæ hîc dicta ſunt plura ſcripſi Ego notabilia *lib.1.mear. reſol. cap.* 124. *per totum.* Vbi deciſionem hanc per extenſum imprimi curaui, ſic inhærendo ſententiæ D.Regentis noſtri, illamque contrariam D. Reg. de Ponte *in deciſ.6. & in tract. de poteſt.Proreg. tit.de refutat.feud.* §.7.*num.*2. confutando; etenim multiplici ratione probaui conſtitutionem Regni, *conſtitutionem diuæ memoriæ*, adhuc procedere, & locum habere, vbi facta feudi alienatione porrigeretur memoriale pro aſſenſu,nulla tamen decretatione ſequuta,quæ aſſenſus conceſſionem importaret; ſed quid aliud prouiſum provt iuſtum, & expediens concedenti videri ſolet, ſicque ſat non eſſe præces fuiſſe porrectas: Putarem modò concluſionem hanc limitari poſſe, vbi ageretur de alienatione rei feudalis, quæ à principio conceſſa reperiretur cum facultate vendendi, & alienandi, Regio tamen accedente aſſenſu, nàm vt probaui ſupra *in obſeruat. ad deciſ.*274. quia Rex in hoc caſu tenetur ex pacto aſſentire, non data iuſta cauſa contradicendi, intelligitur aſſenſus ex tunc à Domino promiſſus, & conſequenter, vt non ſit locus diſpoſitioni præcitatæ conſtitutionis *conſtitutionem diuæ memoriæ*, ſat eſſe vt ſint porrectæ præces pro aſſenſu obtinendo, quamuis non ſit ille conceſſus,nàm ſi verum eſt, quod in hoc caſu habetur pro præſtito, non eſt cur dubitari poſſit non eſſe locum reuocationi alienationis factæ præcibus porrectis.

## ARGVMENTVM.

Ius offerendi, quod denegatur Creditoribus aduerſus mulierem dotis aſſecurationem ſuper bonis viri, ob illius vergentiam ad inopem petentem, an ſit pariter denegandum, quando mulier petit aſſecurationem ob viri rebellionem. Viro effecto rebelle, an ſit locus pro vxore reſtitutioni dotis,vel potius aſſecurationi, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCXCII.

LATO decreto per Regiam Cameram, quo mediante Magnifica Lucretia Caracciola ob rebellionem Io. Baptiſtæ de Abenauolo eius viri, aſſecurata exiterat pro ſuis dotibus, & iuribus dotalibus ſuper Terra S.Laurentij, quæ fuerat in bonis dicti rebellis, inſurrexerunt Fiſcus,ſiue poſſeſſor dictæ Terræ, & alij creditores prętendentes dictam Lucretiam,ab obtenta aſſecuratione excludere, ei offerendo in pecunia dotem, cuius erat creditrix;dicebant enim, quod licèt ex receptiſſima ſcribentium ſententia *in l. ſi conſtante ff. ſol.matr. & in l. vbi adhuc C. de iur. dot.* non ſit locus iuri offerendi contra mulierem pro ſuis dotibus ſuper bonis viri aſſecurationem petentem, cum non ſit vera dotis reſtitutio; ſed in tutum repoſitio, & ita iſto Domino Reg. referente in contradictorio iudicio iudicatum in cauſa Comitiſſæ Murconis, tamen in caſu de quo agebatur dici non poterat fieri locum aſſecurationi; ſed omnino veræ dotis reſtitutioni, ex quo dictus Io. Baptiſta vir vti rebellis condemnatus exiterat, ergo pro mortuo habendus, & ſucceſſiuè dos vxori reſtituenda,ad tex. *in l. ſi marito publico* 32. *ff. ſolu.matr. & in l. ſi quis poſt hac C. de bonis proſcript.* præſertim in Regno in quo foriudicati pro mortuis habentur,vt in conſtit. *pœnam eorum*,ita vt vxor marito ſuo, nec alimenta præſtare debeat, vt eſt tex. in conſtit. *pœna carere*; vnde per hoc dicebatur, quod erat vera dotis reſtitutio, non autem aſſecuratio, quæ tantùm locum habet, quando vir ad inopiam vergit,ad hoc vt ſe, virum, & filios alat: *d.l. vbi adhuc*; ſi igitur erat vera dotis reſtitutio, vtique fiebat locus iuri offerendi, quod poſterioribus creditoribus, & poſſeſſoribus bonorum obligatorum ſemper, & indiſtinctè competit; nec in hoc mulier reperitur in aliquo priuilegiata. 1

At Regia Camera,facta relatione in Collaterali 2

Digitized by Google

terali Conſ. vnanimi dominorum iudicantium conſenſu, contrarium iudicauit, ſicque ordinatum decretum aſſecurationis ad fauorem Lucretiæ prolatum forè exequẽdum, nec aliter dotis oblationem ei factam in pecunia admittendam; ſed prorſus reiiciendam. Ratio deciſionis fuit, quia nuſquam dotis vera, & realis reſtitutio locum habet, niſi matrimonio per mortem naturalem alterius ex coniugibus ſoluto, probat tex. *in l. 1. C. de repud.* vbi habetur, viro deportato, quia adhuc durat matrimonium, dotis exactionem ipſo iure non competere, licèt benè ex æquitate vxori ſubueniatur; ſed illa æquitate de qua *in d. l. ſi conſtante*, & *in d. l. vbi adhuc*, in quibus iuribus DD. Signanter Bar. & Iaſ. expreſsè dixerunt, quod ſi vir eſt bannitus, omniaque eius bona confiſcata, competit vxori dotis exactio; ſed ex diſpoſitione *l. ſi conſtante*, quia ſatis dicitur vir ad inopiam vergere, cum omnia eius bona ſunt publicata, idemque Alba *in d. l. 1. C. de repud.* vbi addit, tex. *in d. l. ſi quis poſt hac*, qua ſancitum eſt, vt bonis viri publicatis, dos repetatur, intelligendum eſſe, virtute *l. vbi adhuc C. de iur. dot.* hoc idem Andr. *in cap. 1. §. diffidamus col. 4. verſ. ſed hodie, in tit. de ſtatut. & conſuet. contra libert.* Bal. Nouel. *in tract. de dot. par. 7. priuileg. 17. circa finem, verſ. vnde poteſt intelligi*; ſed clarius, & notabiliter Afflict. *in conſtit. pœna carere*, vbi in caſu illius conſtit. firmat, ſatis dici virum ſuam deterioraſſe conditionem, propter ſententiam, quam paſſus fuit foriudicationis, & ſic poterit repetere dotes, per *d. l. ſi conſtante*, & antefatum, per *l. vbi adhuc. C. de iur. dot.* quia ad inopiam vergere dicitur.

## OBSERVATIO.

1 NOn ſolùm ob viri vergentiam ad inopiam, vxor pro ſuis dotibus, & iuribus dotalibus poteſt ſuper bonis viri aſſecurationem petere, ſic diſponente tex. *in l. ſi conſtante ff. ſolu. matrim. & in l. vbi adhuc C. de iure dot.* ſed etiam propter alias cauſas quarum vna habetur hic, nimirũ quoties vir læſæ maieſtatis reus efficeretur, ſecunda vbi vir ob aliquod graue crimen deportaretur, *l. 1. C. de repudiis.* Tertia ſi bannitus declararetur, Bar. *in d. l. ſi conſtante num. 20.* Alex. *num. 16.* Iaſ. *num. 168.* Rip. *num. 43.* Campeg. *de dote par. 3. quæſt. 23.* Roma. *conſ. 392. num. 4.* Riminal. *conſ. 599. num. 3. lib. 3.* Socc. Iun. *conſ. 55. num. 2. lib. 2.* quorum tamen ſententiæ non adhæſit Petr. Barboſa *in d. l. ſi conſtante in princ. num. 30. verſ. vlterius quæritur*, vbi pariter *num. 32.* valde dubitat de opinione Crot. qui *in d. l. ſi conſtante in 1. lectura num. 27.* docet poſſe mulierem aſſecurationem petere, viro effecto vagabundo, prout etiam ſcripſit Riminal. *cit. conſ. 599. num. 4. lib. 3.* Hippol. Riminal. *inſtit. quibus alien. licet vel non, in princip. n. 340.* & alij.

2 Suppoſita igitur exiſtentia vnius ex cauſis prædictis, vxori conceditur dotis aſſecuratio, quæ eſt repoſitio in tuto, non autem reſtitutio, vt prætendebant hi creditores viri, ſic vxoris creditum offerentes, nam vbi fit locus aſſecurationi, ceſſat prorſus ius offerendi, ita Bar. & omnes, *in d. l. ſi conſtante, & in d. l. vbi adhuc*, Cyn. *in l. cum tibi C. qui potio. in pigno. habe.* Afflict. *deciſ. 199.* vbi Vrſill. Anna. *ſing. 296.* P. de Franchis *deciſ. 54.* Gaill. *pract. obſer. lib. 2. obſer. 92.* Faber. *diff. 27. C. de iure dot.* Couar. *deciſ. 135.* aliique relati per Fabium de Anna *conſ. 69.* quicquid circa hoc ſibi dixerit Palat. Ruuios, *in repet. c. per veſtras §. 21. num. 13. per totum, de donatio. inter vir. & vxor.* aliàs tamen circa hoc monui, vt ſi aſſecuratio peteretur ſuper bonis viri mobilibus, ſeu mercibus, vel debitorum nominibus, ex quibus vxor non poſſet ſe facilè ſubſtentare, niſi dicta bona in pecuniam redigerentur, poſſe eo caſu viri creditores poſteriores ius offerendi exercere, ita, ex Bal. Nouell. *de dot. par. 7. priuileg. 47.* Morot. *in quæſt. de iure offerendi, poſt conſilia num. 10.* & Muſcatell. *in prax. S.C. lib. 3. p. 3. gloſ. adiudicantur num. 95. & 96.* ſcripſi Ego *lib. 1. mear. reſol. cap. 219. num. 16.*

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.

## ARGVMENTVM.

Euicta re inſolutum data pro dote promiſſa, vel reſtituta, num primæua iura reuiuiſcant, ita vt poſſit mulier actione illa hypothecaria, quæ à principio ei competebat ſuper bonis ſibi per prius obligatis recurrere, & obtinere, & de aliis notabilibus ad materiam permanentibus.

## DECISIO CCXCIII.

ADIVDICATIS Magnificæ Portiæ Filomarinæ, pro credito ſuæ dotis nonnullis bonis feudalibus, & Burgenſaticis Iacobi Tomacelli eius viri, comparuit Antonia Tomacelli ſoror, & creditrix dicti Iacobi, & quia creditum habebat anterius, obtinuit ſuper dictis bonis Portiæ adiudicatis; vnde inſtabat hæc nouum inſtituens iudicium, aſſiſtentiam ſibi præſtari ſuper bonis aliis bonis dicti Iacobi, & ab alio poſſeſſis; contradicebat conuentus cõtendens actricem actione illa hypothecaria carere, ex quo ea, quam habebat, per pignoris adiudicationem ſibi factam extincta erat, nec alia ſibi ſupererat, niſi actio ex empto contra d. Iacobum virum, ſiue mauis eius hæredem, & ad hoc allegabat tex. *in l. eleganter in principio ff. de pignor. actio.* 1

Sed contrarium fuit per Regiam Cameram iſto Domino Reg. Referente deciſum, per tex. qui dicebatur in terminis *in l. qui res 98. ff. de ſolut.* vbi ſi pater pro filia futuro genero dotem permittit, & pro ea fundum aliquem alteri obligatum in ſolutum dederit, euicto fundo, actio prima hypothecaria pro dote non erit extincta, ſicque poterit gener 2



Digitized by Google

illam exercens contra ſocerum ad dotem ſibi promiſſam ſoluendam agere; nec obſtare dictum fuit, tex. *in d.l. eleganter*, quæ de directo contraria videtur, quia fallit illius legis diſpoſitio fauore dotis, per tex. *in d. l. qui res*; ita respondent, & tenent Bar. & Paul. de Caſtro *in l. ſi quis aliam ff. de ſolutio.* & Imol. *in d. l. qui res.*

## OBSERVATIO.

1 QVod euicta re inſolutum data pro dote promiſſa, vel reſtituta, reuiuiſcant iura primæua, ſicque poſſit mulier actione hypothecaria, quæ à principio ei competebat, agere, iuxta deciſa hìc per Regiam Cameram, vltra DD. hic per D. Reg. citatos, ſcripſerunt Boër. *deciſ.* 337. *num.* 2. Hieronym. Gabr. *conſ.* 129. *num.* 10. Reg. de Pont. *conſ.* 92. *num.* 2. *lib.* 2. Fab. de Anna *conſ.* 35. *num.* 30. Mangil. *tract. de euictio. quæſt.* 70. *num.* 16. Aloyſ. de Leo *in l.* 1. *num.* 6. *verſ. tamen hoc fallit, C. ſi aduerſ. tranſact.* Ant. Fab. *diff.* 49. *num.* 17. *&* 18. *C. de ſolutio.* Gaſp. Theſ. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 88. *in fine.* Caſtill. *deciſ.* 2. Milanenſ. *dec.* 9. *num.* 110. *lib.* 2. *& deciſ.* 13. *num.* 22. *lib.* 1. D. Merlinus *contro. iur. cent.* 1. *cap.* 27. *n.* 15. quos omnes retuli Ego *lib.* 2. *mear. reſolut. cap.* 166. *n.* 8. *&* 9. vbi de hac deciſione memor fui; Hæc dotis fauore.

2 Cæterùm in articulo generali, an euicta re in ſolutum data poſſit creditor ad primaua iura redire, negatiuè reſponderunt Doctores; ſed teneri eum actione ex empto de iuribus ſuis experiri, ratio aſſignatur à Paulo Caſtrenſe *in l. eleganter, hic cit.* quia per dationem illam in ſolutum factam à debitore creditori, extinctum fuit pignus per prius acquiſitum, habetur enim ac ſi debitor ſoluiſset creditori ſuo debitum, ac poſtea idem creditor pecuniam acceptam debitori reſtituiſſet pro pretio rei in ſolutum datæ; ita, ex recenſioribus probant Doctores ſupra relati, & Surd. *deciſ.* 266. Iacob. Ant. de Mauro *alleg.* 37. & alij; excepto ſi in contractu dationis in ſolutum cautum eſſet, vt in caſu euictionis liceret creditori ad primæue iura redire, eo namque caſu actio illa hypothecaria conſeruatur, & ſequuta euictione poterit creditor ea vti, videatur Fab. de Anna *cit. conſ.* 35. *num.* 12. *& ſeq.* Item hæc concluſio declaratur vt procedat in datione in ſolutum facta de re, cuius dominium irreuocabiliter eſt quæſitum creditori, ſecus verò ſi reuocabiliter, prout in caſibus poſitis per Afflict. *deciſ.* 335. *num.* 17. *verſ. Tertium dubium fuit* per Camillum de Medic. *cit. conſ.* 86. & per Rot. *deciſ.* 509. *par.* 1. in poſthumis Farinac.

## *ARGVMENTVM.*

Releuium an, & quando ſit ſoluendum Regiæ Curiæ ex refutatione facta à feudatario in proximè ſucceſſurum omnium feudorum; Et quid ſi refutatio facta eſſet à patre filio contemplatione matrimonij; Et quid ſi in refutatione aliquid refutans ſibi reſeruauit, nullo ſuper ea reſeruatione impetrato Regio aſſenſu, & de aliis ad materiam.

## DECISIO CCXCIV.

MAGNIFICVS Ioannes Andreas de Caſtellis Baro Corleti à Regio Fiſco cum eſſet in ius vocatus, ad hoc vt Regiæ Curiæ ſolueret releuium, quod ob mortem eius matris d. Terræ vtilis Dominæ debebat; oppoſuit ad aliquid non teneri, ex quo feudum illud non ex matris ſucceſſione, & ſic ex vltima voluntate; ſed ex donatione inter viuos ſeu refutatione ei facta acquiſiuerat, ad notata per Andr. *in Conſtit. poſt mortem in fine, & in cap.* 1. §. *ſed, & plures, per quos fiat inueſt.* ſed replicabat Fiſcus, quod licèt verum ſit ex ſimplici feudi refutatione in proximè ſucceſſurum, releuium non deberi, tamen ſecus erit, quando pater omnia ſua feuda filio refutaret, tunc enim quia in fraudem cenſetur facta refutatio, releuium omninò debetur; vt per Andr. *in d.* § *ſed & plures*; & quamuis dicebatur hoc procedere, quando refutatio fieret ſine cuſa, ſecus verò ſi cum cauſa, puta contemplatione matrimonij, quo caſu, licèt ſit omnium feudorum excluditur prorſus omnis fraudis præſumptio, & cum huiuſmodi fuerit refutatio in Ioannem Andream facta, ergo; tamen reſpondebat Fiſcus id verum eſſe, quando ſimplex eſt omnium feudorum refutatio, ſecus verò ſi cum aliqua reſeruatione, prout refutatio, de qua agebatur; in ea enim mater refutans, ſiue donans de fructibus feudi annuos ducatos centum ſibi reſeruauit, nullo in hac reſeruatione impetrato aſſenſu, & ſic dicebatur, quod licèt verum ſit poſſe patrem feuda, quæ poſſidet abſque aſſenſu filio refutare, vt eſt tex. *in cap.* 1. §. *& ſi libellus* vbi latè Andr. *de alien. feud. pater. & in conſt. conſtitutionem Diuæ Memoriæ,* non tamen ſine aſſenſu poteſt aliquid ſibi reſeruare; vnde ſicut illa reſeruatio ſine aſſenſu dicitur nulla, ita, & tota refutatio; non enim dicebatur verum eſſe axioma illud, valet refutatio, cætera pacta non, quia verius eſt vt vtrumque corruat, & quod hæc opinio in Regno eſt canonizata, de qua latiſſimè per Sigiſmund. Loffred. *in conſ.* 3. Secundum quem aliàs Sacrum Conſ. iudicaſſe, compertum fuit in cauſa Marchionis Coratę Antonij de Aquino, cui cum pater ſuus Statum donaſſet, ſeu refutaſſet, cum reſeruatione vſusfructus, nullo impetrato aſſenſu, fuit deciſum totam donationem, ſeu refutationem fuiſſe inualidam; vnde cum hæc opinio ſit in Regno approbata, & pro ea iudicatum, vt vitietur vtrumque, non erat de quo dubitari poſſet, quod cum refutatio facta D. Io. Andreæ erat nulla, ob defectum aſſenſus,

Digitized by Google

aſſenſus, in feudo prædicto non poterat, niſi iure ſucceſſionis venire, & ſic ob mortem matris, & conſequenter releuium ſoluere debebat.

## OBSERVATIO.

1 Ex hac deciſione plura poſſumus colligere notabilia, & primò quod licèt verum ſit, vt ex refutatione feudi in proximè ſucceſſurum facta, nullum debeatur releuium, hoc tamen procedit, quando quis plura habens feuda, illorum vnum in proximè ſucceſſurum refutat, ſiue donat, ſecus ſi omnia feuda refutaret, hoc enim caſu, quia in fraudem cenſetur facta refutatio, releuium omnino debetur, cui quidem ſententiæ adhæſerunt pariter Iacob. de Gallo *in tit. de iure adoha num.* 74. Afflict. *in cap.* 1. §. *ſed, & res numer.* 25 *in tit. per quos fiat inueſtit.* Capyc. *in c. imperialem §. præterea ſi quis infeudatus col.* 23. *verſ. & ſi frater refutat, in tit. de prohib. feud. alienat. per freder.* Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *in* 3. *author. num.* 17. *in fine* Rouit. *in prag.* 1. *n.* 10. *de offic. procur.* Cæſ. Capan. *de iure releuij par.* 4. *quaeſt.* 15. *n.* 11. 12. 13. *&* 15. Ego ipſe *reſolut. iuris lib.* 2. *cap.* 139. *num.* 23. & alij.

2 Secundò notamus adhuc ex refutatione vniuerſali feudorum non deberi releuium, ſi refutatio facta proponitur omni fraude ceſſante; nàm ſi verum eſt deberi releuium ex refutatione omnium feudorum, quia præſumitur refutatio fraudulenta, quoties fraus ceſſaret, releuium non debetur, & id continget, quando refutatio fieret ex aliqua iuſta cauſa, puta contemplatione matrimonij, quo caſu vere omnis ceſſat fraudis ſuſpicio, vt fuit deciſum infra *deciſ.* 404. ac iterum apud Reg. Moles *in deciſ.* 7. *tit. de iure releuiorum*, quorum dictis non obſtat diſpoſitio. *prag.* 15. *ſub tit. de feudis*, quæ prodiit ex gratia huic Regno conceſſa de anno 1557. & ſic priuſquam hæ deciſiones eſſent emanatæ, nam procedit vbi in donatione omnium feudorum Rex aſſentiiſſet, expreſſe releuium Regiæ Curiæ reſeruans, nàm aliàs nulla facta releuij reſeruatione, nullum deberetur releuium, vt in caſibus dictarum deciſionum, & melius habetur ſupra *in deciſ.* 271. quam vide omnino.

3 Tertiò notamus concluſionem modò tentam adhuc ceſſare in refutatione, ſiue donatione facta omnium feudorum, quoties in refutatione aliquid refutans ex bonis refutatis ſibi reſeruaret, nullo accedente Regis aſſenſu (quia ſi Rex aſſentiiſſet, nec etiam releuium deberetur, provt fuit deciſum infra in allegata *deciſ.* 404.) eo enim caſu vbi Rex factæ reſeruationi non aſſentiiſſet, nulla diceretur refutatio, nec eſſe locus vulgaro axiomati, *valet refutatio, cætera pacta non*, & conſequenter releuium deberetur; etenim quando fit refutatio cum aliqua reſeruatione ad beneficium refutantis, ſi non valet pactum illud, quo mediante refutans aliquid ſibi reſeruauit, quia caret aſſenſu, ex indiuiduo voluntatis corruit & ipſa refutatio; voluit enim refutans vt in tantum valeret refutatio, in quantum valida eſſet reſeruatio; vnde annullata reſeruatione ob defectum aſſenſus, annullatur etiam & ipſa refutatio, ita ſatis bene hoc declarat Fab. de Anna *conſ.* 41. *num.* 6. ſubdens opinionem hanc inſequutos fuiſſe Goffred. *conſ.* 3. *per totum*, *& in conſ.* 9. *num.* 16. *&* 17. Cannet *in c. volentes fol.* 161. & Camer. *in c. imperialem fol.* 32. *col.* 2. *litt. G*, quibus addo Ego D. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit. de refut. feud.* §. 1. *numer.* 5. vbi latè enucleat. dictum Andr. *valet refutatio, cætera pacta non*, poſt Loffred. *in cit. conſ.* 3. *& cap.* 1. §. *& ſi libellum de alien. feudi pat. fol.* 41. *col.* 2. ſed de hac re vide latius infra *in obſer. ad deciſ.* 550. quo loci materiam ſatis enucleatam inuenies.

## ARGVMENTVM.

Vendens, donans, vel concedens feudum ſuper quo non habet niſi annuum redditum, an tantùm hìc annuus redditus venditus, donatus, vel conceſſus dicatur. Rex vendens alicui Terram, quæ eſt in vtili dominio Eccleſiæ, verum in ea aliqua poſſidet regalia, an cenſeatur regalia hæc conceſſiſſe & de aliis.

## DECISIO CCXCV.

Confiſcatis ob crimen læſæ Maieſtatis bonis omnibus delinquentis, fuerunt à Rege Vaſſallo benemerito conceſſæ viginti domos, quas delinquens ante patratum facinus poſſederat, & cum conceſſionarius, non niſi aliquarum habuiſſet poſſeſſionem, inuenit delinquentem poſſediſſe annuum cenſum ducatorum nonaginta ſuper domo, quæ ab alio poſſidebatur; vnde inſtabat ex vi dictæ gratiæ annuum illum cenſum ſibi conſignari; contradicebat Fiſcus, contendens hunc annuum cẽſum in conceſſione prædicta non venire, ex eo quod conceſſionarius domos habuit in conceſſione, quæ ſunt quid corporale, cenſus autem quid incorporale; ad tex. *in clem. exiui de paradiſo, de verb. ſignif. in c. querelam verſ. penſiones de elect. & in l. hac edictali §. his illud C. de ſecundis nupt.* vnde dubitatum fuit, quid iuris. 1

Regia Camera inſimul cum Dominis Regentibus Regiam Cancellariam decreuit, in conceſſione prædicta fuiſſe comprehenſum dictum annuum cenſum; in hunc enim modum gratia ſuum ſortita fuit effectum, ex quo compertũ extitit, domos illas viginti vt ſupra conceſſas non aliter fuiſſe in pleno delinquentis dominio, & proprietate; ſed in dominio vtile diuerſarum perſonarum, cum ipſe delinquens non niſi directum habuerat dominium, ſicque ſuper illis non niſi annuos cenſus poſſederat, quorum poſſeſſionem Regia Camera conceſſionario virtute dictæ gratiæ conſignauit, nam aliàs gratia illa ſuum non poterat ſortiri effectum, & ad hoc fuit allegatus tex. *in l. ſi domus* 74. §. *fin. ff. de leg.* 1. vbi ſi quis fundum habens inutile dominio, fundum illum ſimpliciter directo domino legauerit, vtile dominium legatum cenſetur, & ſic ius quod teſtator ſuper re habebat, quamuis 2



Digitized by Google

plenum non habuiſſet dominium, vt notant ibi Bar. Imo. Alex. Iaſ. & cæteri, quem tex. non ſolùm in vltimis voluntatibus ſed etiam in contractibus procedere dixerunt DD. *ibi* præſertim Alex. per tex. quem caſum propoſitum decidere dicebatur, *in l. prædia C. de locatio. prædior. fiſcal. lib.*11. vbi ſi Princeps de prædio aliquo donationem fuerit illi, qui eiuſdem prædij vtile habebat dominium, ex quo aliàs illi ſub annuo canone in emphyteuſim conceſſerat, cenſetur donaſſe ius ſuum, & ſic illam penſionem, quam in prædio habebat; ita in caſu propoſito dicebatur nam cum Rex domos viginti delinquentis ſibi ex rebellione quæſitas donauerit, donaſſe cenſebatur ius illud, nimirum cenſus, & penſiones, quas delinquens poſſederat, Vnde &c.

## OBSERVATIO.

1 CVm hac deciſione in illa concluſione, quod vendens, donans, vel cedens alicui rem aliquam, videtur vendere, donare, vel cedere ius tantùm, quod in illa re habet, concordant ſcripta per eundem D. Regentem ſupra *in deciſ.*63. vbi allegat pariter tex. vulgatum hoc probantem *in l. qui tabernas ff. de contrah. emptio.* Hinc noſter Afflict. *in conſtit. ea quæ ad decus num.* 26. *&* 27. dicebat, quod ſi Rex in vna Terra non habet niſi iura regalia, quia fortè Terra illa eſt in vtili dominio Eccleſiæ, ſi Terram illam alteri vendiderit, iura regalia tantùm vendita cenſentur, ſubdens, quod dum de hac quæſtione verba haberet cum Magnifico, litteratiſſimo, ac peritiſſimo compatre ſuo D. Io. Aloyſio Actaldo Regio Conſiliario, dixit ei, quod quidem d. Gallus *in c.*1. *de his, qui feud. dar. poſſ.* tangit iſtum paſſum, & allegat Raphaël. Cuma. *in conſ.*162. incipiente *viſa copia priuilegiorum*, vbi allegat notata *in l. fundus, qui locatus ff. de fundo inſtructo, cum ſimilibus*, vbi dicit, quod ſi Princeps in Terra non habet, niſi regalia, & concedit terram, regalia videtur conceſſiſſe & Io. Ant. Batius *in additio. ad Afflict. loco cit. litt. D*, notat ibi, quod licèt iura regalia in venditione non veniant, niſi expreſsè dicantur, tamen in iſto caſu proculdubio veniunt, quia cum Rex aliud in illa Terra non poſſideat, niſi iura regalia, illa vendita cenſentur.

## *ARGVMENTVM.*

Alimenta, & litis expenſæ, an & quando lite pendente ſint ſubminiſtrandæ à reo diuite, actori pauperi, Et quid ſi fuerint præſtita, & poſtea actor in cauſa ſuccubuerit an ad reſtitutionem eius, quod ex hac cauſa recepit, teneatur, & de aliis &c.

## DECISIO CCXCVI.

INſtituto iudicio reiuindicanis à Domina Ioãna Miroballo ſuper recuperatione Terræ S. Marzani, contra Magnificum Paulum de Tufo poſſeſſorem, cum à principio litis petiiſſet ſibi vti pauperi alimenta præſtari à dicto Paulo reo conuento vti diuite, fuit D. Cameræ decreto excluſa, ex quo fuit habitum pro vero, quod habebat dotes ſuas, ex quibus poterat ſibi alimenta, & litis expenſas ſubminiſtrare; demùm compilato proceſſu iterum inſiſtendo ſuæ pretenſæ paupertati, inſtabat cum effectu ſibi alimenta, & litis expenſas ſubminiſtrari; vnde iterum dubitari contigit, an iuſta eſſet petitio, & per Regiam Cameram cum interuentu duorum Regiorum Conſiliariorum, fuit deciſum actricem non eſſe audiendam. Ratio deciſionis fuit Prima, quia ſi in principio litis fuit excluſa, quo tempore multis indigebat expenſis, quanto magis excludi debebat proceſſu iam compilato, in quo nihil remanebat agendum, niſi ſententiam ferri. Secunda fuit ratio, quia, conſideratis meritis cauſæ, nullum ius fouebat bonum, ſicque nullo pacto expenſarum ſubminiſtratio procedebat; etenim fuit conſideratum tunc demum actori pauperi à reo diuite ſunt litis expenſæ ſubminiſtrandæ, quando clara ſe offert præſumptio, quod ius foueat bonum, hîc eſt tex. *in l. ſi inſtituta* 27. §. *de inofficio.* vbi Paul. de Caſtro *ff. de inofficio. teſtam. & in l. fin. verſ. ita vt eiſdem C. de ordine cognit.* cæterum vbi de bono actoris iure non conſtat, nunquam à reo diuite ſunt actori pauperi alimenta præſtanda; eſt tex. *in l. Imperatores*, vbi optima gl. quæ ad iura prædicta contraria reſp. *ff. de tutel. & ratio diſtrah.* Aret. ad quem dictum fuit ſemper recurrendum, *in cap. ſi qui teſtium*, vbi etiam Felyn. *num.*9. *extra de teſtibus.* Alber. & Bal. *in d. l. fin. C. de ordin. cognit.*

## OBSERVATIO.

QVod cuilibet actori pauperi, à reo diuite lite pendente alimenta ſubminiſtranda, & litis expenſæ, dixerunt Ang. *in conſ.*245. *ſub num.*4. Oldra. *conſ.*22. *num.*3. Pariſ. de Pu. *in tract. de ſyndic. in verb. expenſæ num.*2. Boër. *deciſ.*303. *num.*4. Neuiza. *conſ.*44. *n.*14. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ.*46. *n.*6. Couar. *pract. quæſt. cap.*6. *num.*5. *verſ. ego verò*, Milanenſ. *deciſ.*17. *lib.*1. Surd. *de alimen. tit.*1. *quæſt.*120. Paſcal. *de viribus patriæ poteſt. p.*2. *cap.*2. *num.*85. *& ſeq.* Viſcon. *in ſuis concluſ. in verb. alimenta, ſine expenſæ litis*, nouiſſimè Gallupp. *in prax. Sacri Conſ. p.*2. *cap.*3. *numer.* 54. & alij, qui omnes vnanimi conſenſu concluſionem hanc probant, dummodo cum actoris inopia concurrat præſumptio, quod ius foueat bonum, id, quod ſatis benè animaduertit pariter Aluar. Valaſ. *deciſ.*1. *num.*6. etenim ſola paupertas ſat non eſt, vt cogatur reus prouidere actori de alimentis, ad tex. 1

Digitized by Google

*in l. Imperatoris* vbi Bal. hoc notat *ff. de tutel. & ratio. diſtrahe.* Io. Lup. *in c. per veſtras in* 1. *notab. ampliat.* 18. §. 39. Boſſius *in tit. de aliment. præſtand. vxori*, Boër. *dicta deciſ.* 303. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. Iudic. caſu* 169. *num.* 12. Simon. de Petr. *lib.* 5. *de interp. vlt. volunt. inſpect.* 2. *dubit.* 2. *in princ. num.* 28. ſed copulatiuè requiritur, quod actor ſit pauper, & quod in actione inſtituta bonum foueat ius, nam vbi iſtorum alter deficeret, non cogetur reus alimenta, & litis expenſas actori ſubminiſtrare, vt fuit deciſum per S.C. in cauſa D. Card. Columna actoris, cum D. Principe Boterij eius fratre reo conuento; ibi enim quamuis ex parte D. Cardinalis actoris bonum concurreret ius, deficiebat tamen alterum ſubſtantialiſſimum requiſitum, nimirum paupertatis, ac proinde fuerunt alimenta, lite pendente denegata, teſtis ſum Ego *lib.* 1. *mear. reſolut. cap.* 143. *n.* 9.

2 Sed dubitari ſolet, ſi concurrentibus requiſitis fuerint à reo diuite actori pauperi alimenta præſtita, ac demùm daretur caſus, vt alimentarius ſuccumberet, nùm in eo euentu teneatur actor alimenta ſibi præſtita reſtituere? & quid ſi cautionem præſtiterit de illa reſtituenda? vide ex noſtratibus D. Præſid. de Franch. *deciſ.* 336. *num.* 5. & 614. *per totam*, quibus in locis licèt confuſè loquatur, attamen in effectu concludit talia alimenta ſine cautione fore præſtanda, & vbi cautio fuerit præſtita, de ea nullam haberi rationem, quia ex ea cauſa interceſſit ſatiſdatio, ex qua præſtari non debuit, excepto ſi Iudex mandauerit præſtari cautionem quia forſan agnouit actorem temerè litigare; At Fab. de Anna *in conſ.* 102. relatis opinionibus ad inuicem contrariis, ait in filio, qui alimenta à patre lite pendente, recepit non dari illorum receptionem in caſu ſuccumbentiæ, nec teneri eum cautionem præſtare, ſecus in extraneo, eoque magis ſi præſtita ſunt poſt ſententiam, quæ demùm fuit reuocata, quia tunc citra omne dubium eſſent reſtituenda; id quod etiam probat D. de Franch. *cit. deciſ.* 614. *num.* 5. quam quidem diſtinctionem magnam habere æquitatem, quando illa perſona extranea haberet bona, ex quibus poſſet reſtitutionem facere, dixit Molfeſ. *ad conſuet. noſtras p.* 5. *tit. de alimentis, quæſt.* 3. *num.* 17. verum addit, in hoc maximè verſari officium Iudicis, qui conſiderata cauſa litis, & attento fine, ob quem lis mota fuit, & reperto, quod non fuit per calumniam, poſſet decernere vt nec etiam extranea perſona ad talem reſtitutionem teneatur.

## *ARGVMENTVM.*

Ciuis allectus nùm gaudere poſſit immunitatibus, & exemptionibus, quibus ciues originarij gaudent, ſi in ciuitate illa, in qua allectus fuit non inhabitat. Filius ciuis allecti an gaudere poſſit eiſdem immunitatibus, quibus pater fruitur, & de aliis &c.

## DECISIO CCXCVII.

CVM Illuſtriſſimus Regni huius Prorex Priuilegium conceſſiſſet Magnifico Io. Baptiſtæ Larcario Ciuilitatis Neapolitanæ, itavt omnibus gaudere deberet immunitatibus, provt cæteri ciues, dubitatum fuit, an hoc Priuilegium locum haberet, ſi dictus Io. Baptiſta in ciuitate iſta non habitaret. 1

Fuit per Regiam Cameram facta relatione in Collaterali Conſ. deciſum quod non gaudeat. Ratio deciſionis fuit, quia cum hic eſſet Ianuenſis, & Ianuæ vbi vxorem duxerat, morabatur, & in hac Ciuitate nihil habebat, attenta mente concedentis, quæ ex priuilegij proœmio deſumebatur, ciuilitate iſta gaudere non poterat, ſic enim ſtatutum eſt in ciuibus oriundis, qui ſi in loco originis non habitant, ibique munera non ſubeunt, vti ciues originarij non gaudent, ita Bar. *in l. prouinciales ff. de verb. ſignif.* Bal. *in cap.* 1. *de noua form. fidel.* Alex. *in rubr. ff. ſolu. matr. & ibi* latè Soc. qui hanc opinionem communem eſſe fatetur, & *in conſ.* 229. *lib.* 1. vbi, quod in ciue allecto habitatio requiratur latè probat, idemque attenta Regia Pragmatica Regis Ferdinandi Primi, qua diſpoſitum eſt, vt nullo pacto, qui vxorem habet Neapolitanam, & domum propriam, ciuilitate Neapolitana gaudere poſſit niſi habitet, ſicque millies per Regiam Cameram deciſum; & licèt in contrarium fuerit allegatus Alex. *conſ.* 156. *lib.* 2. vbi affirmare videtur, ciuem ciuilitatis priuilegio gaudere, adhuc ſi non habitat, tamen dictum fuit, quod hoc non probauit, nam Doctores illi, quos citat, non dicunt id, ad quod allegantur, vel dici poteſt quod gaudere poſſit, quamuis non habitet, ſi tamen in Ciuitate, in qua factus eſt Ciuis, munera omnia ſubſtinet, pro qua opinione dicebatur eſſe longam Afflict. deciſ. *in ord.* 384. 2

## OBSERVATIO.

DEciditur hìc, quod ſi quis exterus fuerit allectus in Ciuem Neapolitanum, ad hoc vt immunitatibus conceſſis ciuibus Neapolitanis gaudere poſſit, tenetur domicilium habere in hac Ciuitate, alioquin ſi alibi habitauerit, nullo Neapolitanorum fruetur priuilegio, ſic pariter, adde tu, determinatum eſſe *in prag.* 4. *de immunit. Neap.* vbi D. Reg. Rouit. prudenter aduertit illam non loqui de ciuibus originariis Neapolitanis; ſed de iis, qui Neapolitani ciues effecti ſunt, & ſic per allectionem, quod dicit ſatis probari ex primordio illius Regiæ Sanctionis, ibi, *Molti che ſi fanno Cittadini Neapolitani*, idemque per prius obſeruauerat D. R. Moles *in tit. de iure dohanæ, quæſt.* 15. vbi teſtatur quod cum ab Illuſtriſſimo Regni huius Prorege ordinatum eſſet, vt Neapolitani alibi habitantes non gauderent, illud declaratum extitit non procedere in oriundis; ſed benè reſpectu aliorum, 1

qui

Digitized by Google

qui ſunt ciues per pragmaticam, ſiue per incolatum: Nouar. *in prag.* 1. *num.* 10. *&* 11. *de Immunit. Neap.*

2 Cæterùm vbi Ciues allecti in Ciuitate commorantur, quia dicuntur veri Ciues gaudebunt omnibus priuilegiis, exemptionibus, & immunitatibus quibus cæteri ciues originarij eiuſdem Ciuitatis gaudent, ita D. Reg. Rouit. *in conſ.* 62. *lib.* 2. quo loci ait, hoc probari ex duabus irrefragabilibus concluſionibus, quarum prima, & principalior eſt, quod inter cæteros modos à iure conſideratos ad veram Ciuilitatem conſequendam, eſt allectio, ad tex. *in l. ciues C. de incol. lib.* 10. quæ quidem allectio operatur, vt Ciues aggregati dicantur verè Ciues, & non fictè, allegat Bar. *in l. ſi is, qui pro emptore num.* 34. *ff. de vſucapio.* & ibi Iaſ. *n.* 291. Dec. *conſ.* 282. *alias* 283. *n.* 10. & Ruyn. *conſ.* 227. *num.* 2. *lib.* 1.

3 Sed quæritur vtiliter, an filius ciuis allecti, vel eius, qui eſt ciuis per pragmaticam gaudere debeat, provt eius pater gaudet? D. Reg. Moles *in cit. quæſt.* 15. *art.* 6. per hæc verba reſpondit. *Et Camera decidit, quod ſic in perſonam Sigiſmundi Palagani & decretum reperitur in lib. notament. ſub die* 8. *Iulij* 1553. *& non iniuſta ratione, quia legitimus ciuis eſt, & non ad inſtar ciuium, l. ſed ſi accepto ff. de iure Fiſci, & priuilegia ciuis aſſumpti tranſeunt etiam in filium, Bal. in l. non plures C. de ſacroſanct. eccleſ. poſt. Bar. in l. libertus §. patris ff. ad municip. vbi Alex. & Bal. in l.* 2. *C. de liber. & eor. liberis circa finem verſ. item nota, Ludouic. Rom. ſing..... Idem firmat Alex. conſ.* 16. *num.* 9. *lib.* 5. *poſt Lap. in cap.* 1. *col.* 3. *de tempor. ordin. in* 6. *Boër. deciſ.* 13. *n.* 6. *&* 7. *Bal. in l.* 2. *ad finem C. de liberis, & eor. liber. Alex. in l. & quia n.* 4. *ff. ſolu. matr. Lucas de Pen. in l. ciues C. de incol. lib.* 10. Hæc D. Reg. Moles.

## *ARGVMENTVM.*

Sententia condemnatoria, ſi fuerit lata ſuper ſorte, an & quando actio poſtea inſtitui poſſit pro conſequutione intereſſe. Creditor ſi à debitore ſuo ſortem receperit, ſine proteſtatione reſpectu intereſſe, an & quando illud poſtea petere poſſit.

## DECISIO CCXCVIII.

1 DECLARATO Dominico Campitello debitore Regiæ Curiæ, vigore litterarum ſignificatorialium in certa pecuniarum quantitate; inſtabat Regius Fiſcus condemnari Comitem Seminariæ Dominici fideiuſſorem, non ſolùm ad quantitatem declaratam, quæ erat ſors principalis; ſed etiam ad illius intereſſe; nam licèt illud non fuiſſet expreſsè promiſſum, tamen vti ad ſortem debitam acceſſorium, videtur fideiuſſorem teneri, ſaltem officio iudicis mercenario, id quod indubitatum dicebatur in contractibus bonæ fidei, ſecus in illis ſtricti iuris, in quibus intereſſe nunquam venit, niſi fuerit promiſſum, ita Io. Gloſ. Bar. & communiter DD. *in l. centum Capuæ, & in l. fin. ff. de eo, quod cert. loco*, gl. *in l. quæro ff. loca.* Neguſanz. ſatis benè *tract. de pignor.* 4. *memb.* 2. *par. num.* 55. *verſ. non obſtat. l. quæro*, vnde fuit dubitatum quid Iuris.

Regia Camera facta relatione in Collaterali Conſ. cenſuit, Comitem ob impetitis per Regium Fiſcum eſſe abſoluendum. Ratio huius deciſionis fuit, quia diſcuſſis computis dicti Dominici principalis debitoris, tam ille, quàm Comes eius fideiuſſor fuerunt condemnati ad ſortem principalem; ad intereſſe verò verbum nullum, & ſic dicebatur ſubintrare diſpoſitionem tex. *in l.* 4. vbi latè Bar. Bal. & Salyc. *C. depo.* idem Bar. *in d. l. fin. ff. de eo, quod certo loco.* fuit etiam conſideratum nunquam Comitem à Regio Fiſco fuiſſe in mora conſtitutum, ſicque fiebat locus communi concluſioni, quam DD. deſumunt, *ex l. conſtitutionibus ff. ad Municip.* fuerunt pariter, & alia in facto conſiderata, quæ Fiſci prætenſionem excludebant; Vnde meritò. 2

---

## OBSERVATIO.

NImis vulgata eſt diſpoſitio tex. *in l.* 4. *C. depoſ.* quam hìc citat D. Reg. ad probandum, quod ſi lata eſt ſententia condemnatoria ſuper ſorte tantùm, nulla ſuperſit actio pro conſequutione intereſſe, & concordat tex. *in l.* 3. *§. idem Iulianus*, vbi DD. communiter *ff. de eo, quod cert. loco*, Tu autem pro maiori huius concluſionis declaratione, duos diſtingue caſus, quorum primus erit, quando creditor iudicialiter agendo petierit ſortem cum intereſſe, & Iudex de eo nihil in ſententia dixit; ſed tantùm ſuper ſorte pronunciauit; hoc namque caſu, ſi prætenderet creditor iterum inſtare pro conſequutione intereſſe, nihil ageret, nam vt probaui *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 198. *n.* 8. debebat creditor ipſe ab hac ſententia appellare, ad hoc vt in ſecunda inſtantia ſuper intereſſe etiam pronunciari potuiſſet; vel nouo libello inſtare pro ſorte, & intereſſe, vt ſatis benè probat Surd. *deciſ.* 69. *n.* 1. Alter caſus eſt quando intereſſe nullo pacto fuit petitum, quia creditor pro ſorte tantùm egit, & tunc dicemus poſſe intereſſe peti, cum ſorte tamen niſi forſan ſors fuiſſet ſoluta, quia tunc nulla ſupereſſet actio pro intereſſe, ex eo, quod, per receptionem ſortis cenſetur intereſſe remiſſum, ita Bal. *in d. l.* 4. *C. depoſit. & in conſ.* 166. *n.* 3. *verſ. Tertio quæritur lib.* 1. Flamin. Chartar. *deciſ.* 38. *num.* 17. Ego ipſe *loco cit. num.* 10. hoc tamen ſi intereſſe Iudicis officio deberetur; nam ſi iure actionis, quia conuentum, & eo caſu non obſtante ſortis ſolutione, poſſet intereſſe de nouo peti, ſi tamen creditor recipiendo ſortem proteſtatus ſit, quoad intereſſe, ſecus ſi nulla interuenit proteſtatio, vt ſatis doctè explicat Ant. Faber, *diff.* 5. *C. de vſur. & mor.* quo loci quando ſortis receptio fit citra proteſtationem, nullum conſtituit diſcrimen, an intereſſe Iudicis officio, vel ex conuentione debeatur, dummodo propter moram, in vtroque enim caſu ſolutio abſque proteſtatione accepta morā purgat præcedentem, ſubdens, & eleganter, diſtinctionem illam, quam vulgarem appellat, an vſuræ deberentur ex conuentione, vel Iudicis officio, vt priori caſu, ſublato principali, remaneat acceſſorium, poſteriori verò non, ad eas pertinere vſuras ex conuentione debitas, quæ nulla etiam mora intercedente deberentur, quales illæ ſunt,

Digitized by Google

ſunt, quæ debentur ex pecunia, quæ à principio ſub vſuris accipitur, id quod latius proſequor Ego *cit. cap.198.per totum.*

2 Poſt hæc ſcripta obſeruaui Petr.Barboſ.qui *in rubr. ff. ſol. matr. p.3. num.61. & 62.* illud, quod dicimus non poſſe de nouo iudicium ordinari ſuper intereſſe, quando Iudex in ſententia nihil de eo alloquutus fuit aduertit, & prudenter, hoc benè procedere in rebus particularibus, diuerſum autem in dote, & aliis iuribus vniuerſalibus; vnde in ſpecie docet tex. *in l.4. C. depo. & in l.fin.ff.de eo,quod certo loco,* in dote, vel alio iudicio vniuerſali locum non habere;ad quod allegat Campeg. *de dot. p.3.quæſt.193.* Iaſ. *in l. diuortio §. ob donationes num.4. ff. ſol. matr.* & Matienſ. *tit.2. lib.5. ordinat.in rub.gl.1.n.6.*

## *ARGVMENTVM.*

Iuriſdictionem habens ex Principis priuilegio in certum genus perſonarum, nùm in alias perſonas eandem iuriſdictionem præſcriptione aliqua acquirere poſſit, itavt Priuilegium illud iuſtam poſſit præſcribendi cauſam præbere, in terminis tex. *in cap. cum perſonæ de priuileg. in 6.* Iuriſdictio conceſſa in certis cauſis, & perſonis, an prorogari poſſit, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCXCIX.

1 PRÆTENDENTE Don Ferdinando de Cardona vti Regni huius Magno Admirato iuriſdictionem habere ciuilem, & criminalem in homines Plagæ, Montaneæ Pauſilippi, Planuræ, & Succaui, quamuis illi de arte, & induſtria maritima non viuerent, & hoc ſub prætextu quod omnes ſui prædeceſſores hac iuriſdictione ab annis nonaginta potiti fuerint,Fiſco autem contradicente, dubitari contigit, an lite pendente Admiratus abſtinere deberet.

2 Fuit per Regiam Cameram pro Fiſco pronunciatum, ſicque nemine diſcrepante deciſum, Illuſtr. Admiratum ab exercitio iuriſdictionis in perſonas de quibus ſupra, lite pendente, abſtinere debere. Ratio deciſionis fuit, quia Regni Admiratus limitatam habet iuriſdictionem, nimirum in certum genus perſonarum,puta in omnes maritimos, Officiales, & familiares curiæ, & in alias quinquaginta, qui vulgò *racommandati* appellantur,ità ex inſtitutione huius officij, & priuilegiis conceſſis perſonis, quæ illud pro tempore à Regni huius Regibus obtinuerunt, conſtabat euidenter, nulla vnquam de hominibus dictorum locorum mentione facta;vnde ex hoc dubitari non poterat ceſſare funditùs iuriſdictionem in perſonas in dictis priuilegiis non comprehenſas;idque adeo verum,vt cognitio hæc nec etiam per viam prorogationis iuriſdictionis in præiudicium iuriſdictionis Magnæ Curiæ locum habere poterat, ad notata per Capyc. *deciſ.9. col. fin.* vbi dicit quod quando Princeps iuriſdictionem in certis cauſis,& perſonis limitat, prorogatio ceſſat, adhuc ſi partium accederet conſenſus,allegat tex.& quod ibi notat Bal. *in Authen. habita C. ne filius pro patre*; Nec iuuari poterat Admiratus diſpoſitione tex. quem pro ſe allegabat *in vulgato c. cum perſonæ, de priuilegio in 6.* dum credebat poſſeſſionem habere,& quod priuilegium productum iuſtam præbebat præſcribendi cauſam; etenim dicebatur, hoc impoſſibile eſſe, cum nullo pacto priuilegium hoc iuſtam poterat præſcribendi cauſam præbere, ex eo quod in illo limitatè ad certas perſonas fuit conceſſa iuriſdictio, & ſucceſſiuè quoad alias præſcriptioni locus eſſe non poterat, quia præſcribens fuiſſet in mala fide,quæ in iuribus incorporalibus, quando quis poſſidet contra ius commune, ſemper præſumitur, niſi contrarium probetur;vt docet Bar. *in l.1.§. hoc interdicto col.fin. ff. de itinere actuque priua.* & ſi diceretur in caſu propoſito præſcriptionem conſiderari centenariam, in qua bona fides non requiritur, cum ex tanti temporis curſu titulus præſumatur, *c.ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſignif. l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſtiua c.1.de præſcrip. in 6. cum ſimilibus*, reſponditur poſſeſſionem ex parte Admirati nullatenus fuiſſe probatam, cum in his iuribus incorporalibus nunquam quis in poſſeſſione, ſeu quaſi conſtituitur, niſi aduerſarij ſcientia,& patientia concurrente: *l.2.*vbi latè Bal. *C. de ſeruit.& aqua.* idem Bal. *in l.1.§. denique ff. de aqua plu. arcenda.* ſcientia autem Regis propter eius à Regno abſentiam nunquam concurrit,ergo;imò Magna Curia ſemper quod notitiam habuit,quod Curia Admiratiæ de his perſonis cognoſcebat, expreſsè contradicebat,ipſaque ſæpè in illas iuriſdictionem exercuit, vt ex pluribus proceſſibus productis ab anno 1529. plenè conſtabat; nam de tempore anteriori doceri non poterat, ex quo domus Magnæ Curiæ in anno 1525. cum omnibus ſcripturis ibi exiſtentibus fuit combuſta; vnde ex hoc dicebatur quod in iſtis iudiciis poſſeſſoriis conſuetudo etiam, quod ſit præſcripta, per vnicum actum interrumpitur, vt ſingulariter docet Alex. *in l.2. ff. ſolu. matr.* & ante eum Bal. *in cap.1. de feudi cognit.* ad quod faciebat ſingularis Theorica Innocent. *in cap.2. de Cappel. Monach.* vbi dicit quod ſi quis iuriſdictionem in vnam perſonam exercuerit, alio in poſſeſſione vniuerſalis iuriſdictionis exiſtente, hunc,poſſeſſionem, ſiue iuriſdictionem acquiſiuiſſe dici non poteſt, niſi in



Digitized by Google

in illam perſonam tantùm, & Lucas de Pen. *in l.2.C.de fund. limit. lib.*11. addit quod ſi quis poſſidet regalia, titulum oſtendere cogitur, quomodo poſſidet, aliàs ſua poſſeſſione deſtituitur; Præterea fuit conſideratum hîc tractari de præſcriptione meri, & mixti imperij; quod ſi dicamus contra Principem præſcribi poſſe, non tamen minori tempore centum annorum, vt latè per Alex. *in ſua diſputat. Sigiſmundus*, *& in conſ.*16. *lib.*5. Iaſ. *in l. imperium ff. de iuriſd. omn. Iudicum.* & alios; quod quidem tempus in caſu de quo agebatur, fuiſſe lapſum non probabatur; Vnde &c.

---

## OBSERVATIO.

1 IN huius deciſionis initio agit D.Reg. de iuriſdictione Magni Admirati, & dicit habere illum iuriſdictionem limitatam in Regno, nimirum in omnes, qui de arte viuunt maritima, officiales, & familiares Curiæ, & in alios quinquaginta, qui vulgò *racommandati* appellantur; de hac iuriſdictione ſcripſerunt pariter Ant. Capyc. *deciſ.*9. Marin. Frecc. *lib.*1. *de ſubfeudis tit. de offic. Magni Admirati*, D.Præſ. de Franch. *deciſ.*142. 417. *&* 722. Gizzarell. *deciſ.*73. *in nouis*, Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. tit.*10. *in rubr. de portu. num.*4. *&* 5. Reg. Tap. *in rub. de offic. Magni Admir. & in deciſ.*13. Fab. de Anna *conſ.*107. *per totum.* Io. Dom. Taſſa. *ad prag. de anteſato verſ.*3. *obſer.*3. *fol.*150. vbi de hac deciſ. meminit, & D.Reg. Conſtant. *in l. vnica à num.*72. *C. de Claſſicis*, vbi dicit Magnum Regni Admiratum, hodie merum, & mixtum imperium habere in Nautas omnes, exceptis Regiarũ triremium miniſterio deputatis, ac in omnes de arte maris viuentes, ſic etiam cognitionem habere naufragiorum, & ius omne ad Regiam Curiam ſpectans in bonis naufragatis.

2 Quantùm verò attinet ad illam concluſionem hîc tentam, ex Ant. Capyc. qui *in allegata deciſ.*9. *num.*16. authoritate Bal. & Ang. *in l. teſtamenta C. de teſtam.* firmauit, quod quando Princeps limitat iuriſdictionem in certis cauſis, ſeu perſonis, illius prorogatio locum non obtineat, etiam de voluntate Partium, notandum eſt, quod ſi dictum hoc verum eſt, dubia admodum redditur Afflict. *deciſ.*27. de qua memor fui Ego *lib.*2. *mear. reſol. cap.*203. Dum Sacrum Conſilium non habuit pro nulla, ſententia lata per Curiam Admiratiæ contra non ſubditum, ex eo, quod citatus ad inſtantiam ſubditi, illum reconuenit, ſicque tacitè eum Curiæ Admiratiæ iuriſdictionem prorogaſſe.

3 Ad illud autem, quod D. Reg. ſcripſit hîc, nimirum, vt ſi dicamus merum, & mixtum imperium præſcribi poſſe, non tamen minori tempore centum annorum, notandum eſt, quod non deſunt, qui dixerunt, merum, & mixtum imperium præſcriptione acquiri non poſſe, & hi ſunt Bal. *in l.*1. *num.*7. *circa medium C. de emancipat. liber.* latè Ign. *in l. neceſſarios* §. *non aliàs in* 4. *par. à num.*90. *ad ſyllan.* & Gregor. Lopez *in l.*6. *tit.*20. *in gl. iuſtitia par.*3. ſed à contraria ſententia, quæ præſcriptionem admittit, vti magis communiter recepta, recedendum non eſſe probat Petr. Barboſ. *in comment. ad l.*6. *à num.*118. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum.* immemorabili tamen tempore concurrente, ex Paul. de Caſtro *in l. Imperium numer.*7. *ff. de iuriſdic. omnium iudic.* Curt. Iun. *conſ.* 174. *num.*26. Couar. *in cap. poſſeſſor.*2.*p.*§.3.*n.*3. *de reg. iur. in* 6. & Balbo *de præſcript.*2. *par.*5. *principalis quæſt.*3. *num.*4.

## ARGVMENTVM.

Adoha, quæ à feudatario pro feudo quod poſſidet, Regiæ Curiæ ſoluere teneatur, quomodo taxatur. Et an in ea taxanda ſit habenda ratio de Adoha, quæ ipſi feudatario à ſuo ſubfeudatario ſoluitur. Adoha, quæ hodie in Regno exigitur in donatiuo, ſi per multum temporis ſpatium non fuerit à feudatario ſoluta, an vt illa ſoluatur, Fiſcus petere poſſit. Baro an poſſit ſuum feudatarium cogere ad cum ipſo contribuendum in donatiuis, & ſubuentionibus,
1. quas Barones ex neceſſitate D. Regi præſtare coguntur. Adoha an ſit taxanda abſque deductione expenſarum.

## DECISIO CCC.

ADVERSVS inſtantiam factam 1
per Illuſtr. Principem Sulmonis contra Vniuerſitatem illius Ciuitatis, vt condemnaretur ad ei ſoluendum Adoham, pro baiulatione, quam illa immediatè, & in capite in feudum ab ipſo Principe, ſiue eius Baronali Curia tenebat, duo opponebat Regius Fiſcus, & Primò quod Cæſarea Maieſtas conceſſerat Auo huius moderni Principis Statum Sulmonæ cum annuo redditu ducatorum quindecim millium; vnde ſi Vniuerſitas Adoham ſoluere tenebatur, ad Regiam Curiam ſpectabat, quia erat vltra conceſſionem; Secundò quatenus eſſet Principi ſoluenda, aggregari debebat Adohæ quam ſingulis annis Princeps ipſe Regiæ Curiæ ſoluebat, nimirum vt ſi Princeps pro Adoha ſolueret quolibet anno quincentum, & vniuerſitas teneretur ei ſoluere centum, quod Adoha per Principem ſoluenda eſſet ducatorum ſexcentum.

Cæterùm per Regiam Cameram facta re- 2
latione in Collaterali Conſ. coram Illuſtr. Domino Prorege, accedente voto Dominorum Regentium Regiam Cancellariam, nemine contradicente fuit deciſum contra Fiſcum; Ratio deciſionis fuit, quia in inueſtitura Status Sulmonis, vltra expreſſionem dicti annui redditus ducatorum quindecim millium, conceſſa pariter erant omnia feuda quaternata, & non quaternata, Adohæ, & releuia, ita vt ſi

in

Digitized by Google

in inquinternionibus Regiæ Cameræ ſcripta reperirentur, quod ab illis delerentur,& vbi contingeret,illorum feudorũ deuolutio, quod ad Principem, non autem ad Regiam Curiam ea deuoluerentur,& ſic ex hoc facto ceſſabat funditus hæc prima oppoſitio; eoque magis cum adoha in Regno quolibet anno non imponatur; ſed tunc demùm, quando Bellum in Regno imminet, vel alibi pro Regni tuitione, vt ſæpè fuit in Regia Camera deciſum, vltra quod hodie non amplius de adohæ ſolutione tractatur, cum ferè annuatim fiat Regibus noſtris donatiuum;vnde non amplius quæritur, an ſit bellum in Regno,vel extra Regnum;reſpectu verò pretenſæ aggregationis fuit dictum,hanc Fiſci prætenſionem omni fundamento carere, cum ex particulari lege in hoc Regno taxa Adohæ neque alterari, neque minui poteſt, non ſolùm quando feudum remanet penes acquirentem,vel eius hæredes,ſed etiam cum in alterum mediante Regio aſſenſu transfertur, & hoc ſiue feudi fructus augerentur, ſiue minuerentur; tum etiam quia Adoha per Regiam Cameram taxatur de fructibus feudi, cuius vtile dominium eſt penes illum,qui Adoham ſoluere tenetur, facta coaceruatione fructuum trium annorum, quorum capitur tertia pars, vnde dicebatur, quod ſi Adoha, quæ Principi ſolui deberet, poneretur in taxa, in augmentum Adohæ, quam Princeps ſoluit Regiæ Curiæ, ſequeretur taxam fieri pro fructibus & introitibus rei non ſuæ, & cuius vtile dominium eſſet alterius, nimirum Vniuerſitatis quod ſatis erat abſonum.

3 Vltimò confirmabantur hæc omnia ex aliàs obſeruatis in Regia Camera, nam quod in taxatione Adohæ per Baronem Regi ſoluendæ nulla ſit habenda ratio de Adoha, quæ erit pręſtanda à ſuo ſubfeudatario, fuit practicatum in venditionibus à Regia Curia factis Terrarum ad ipſam ob Principis Salerni rebellionem deuolutarum, nam cùm poſtea venditæ ſiue conceſſę fuiſſent,cum feudis quaternatis & non quaternatis, nulla fuit ratio habita de Adoha per ſubfeudatarios emptoribus, ſiue conceſſionariis ſoluenda, idemque obſeruatum in venditionibus aliarum Terrarum ſimiliter per Rebellionem multorum Baronum ad Regiam Curiam deuolutarum, ex cauſa belli cum Gallis habiti tempore *Monſur Lautrech*.ille enim cum pluribus,ac diuerſis perſonis venditę eſſent, nec etiam in taxatione Adohę, fuit ratio habita de Adoha, quę Baronibus illis ab eorum ſubfeudatariis erat ſoluenda.Vnde &c.

## OBSERVATIO.

1 NOtamus ex hac deciſione, quæ per extenſum impreſſa eſt, poſt tract. *de iure Adoha Andr. D.De Marinis obſeruat.ad deciſ.D.Reuerterij.* *Capani fol.*357. quod hodie in Regno Adoha à feudatariis non ſoluitur, provt per prius exigebatur, ſed exactio fit in donatiuo, quod ſingulis duobus annis à toto Regno D. Regi noſtro fit, idemque notat D. Reg. & Præſ. de Curte *in diuerſ.iur.feud.par.*1.*c.*13. *num.*53.54.*&* 63. *fol.*41. quo loci propter hoc ſubſtinet,quod ſi daretur caſus vt Baro aliquis, per multum temporis Adoham,ſiue donatiuum non ſoluiſſet, nulla Regio Fiſco ſupereſt actio illum cogendi ad ſoluendum, quod in præteritum ſoluere debebat; ſed ſi quæ actio prætendi poteſt,illa ad Regni Combarones ſpectat; non enim in hoc caſu Regis intereſſe conſideratur, quia Regnum donauerat iam certam ſummam Regi, ſicque illam repartitam inter Vniuerſitates, & Barones, ita vt certa pars à Baronibus, & feudatariis ſolueretur; id quod cùm factum fuerit, Rex integram ſummam ſibi à Baronibus donatam aſſequutus fuit, ſicque non eſt cur Fiſcus poſſit demùm moleſtiam inferre illi Baroni, qui donatiuum non ſoluit.

Quod autem in Regno Adoha non exigatur,provt per prius exigebatur; ſed exactionem fieri ſub donatiuo ordinario, quod ſingulo biennio à toto Regno fit, ſcripſit pariter D. Reg. Capyc. Goleo. *contro.iur. lib.*2. *contro.*18. *num.*44. quo loci in puncto principali tuetur, Regni Barones poſſe eorum ſubfeudatarios cogere ad cum ipſis contribuendum in donatiuis, & ſubuentionibus, quos Barones ipſi ex neceſſitate D.Regi noſtro præſtare coguntur. 2

Sed quia D. Reg. noſter hìc firmat, Regiam Cameram ad Adohæ taxationem procedere facta coaceruatione fructuum trium annorum, quorum capitur tertia pars, quod dixerat pariter Loffred. *in paraph. ad c. imperialem* §. *firmiter, & prohib. feud. alienat. per Freder.* opportunè dubitatur,nùm in hac fructuum coaceruatione ſint prius deducendæ impenſæ, quæ erogantur in cultura, & collectione fructuum?& eſſe deducendas teneo indubitanter, cum excepta ſolutione decimarum,ad tex. *in c.tua nobis, & in c.paſtoralis, de decimis*, nullus caſus in iure noſtro reperiatur,qui huiuſmodi deductionem valeat impedire; hìc eſt tex. *in l.fundus* 52. *in fine*, ibi *Sed & impenſarum ratio haberi debet, quia nullus caſus interuenire poteſt, qui hoc genus deductionis impediat. ff.faml. erciſc. & in l. ſi à patre vel à domino* 39. §.*fin.ff. de petitio. hæredit.* cuius verba ſunt; *fructus intelliguntur deductis impenſis,quæ quærendorum, cogendorum, conſeruandorumque eorum gratia fiunt,quod non ſolùm in bonæ fidei poſſeſſoribus naturalis ratio expoſtulat,verùm etiam in prædonibus, ſicut Sabino quoque placuit.* Quibus ſanè iuribus attentis Doctores regulam firmarunt, quod vbi verbum fructus à lege,vel ab homine profertur, ſemper intelligitur deductis expenſis; videatur Roma. qui *in ſingul.* 336. loquitur de malæ fidei poſſeſſore, & miratur de Bar. qui *in l.cum quæreretur.*§.*prædiis ff.de lega.*3.dixit malæ fidei poſſeſſorem non deducere impenſam factam pro cuſtodia fundi; ait enim Romanus Bar. vehementiſſimè erraſſe, quia loquutus fuit contra caſum ſingularem *in d.l.ſi à patre vel à domino* §.*fin.ff.de petit. hæredit.* hinc Bal. *in l.*1.*num....* *C.de fructibus,& litium expenſis*, ſcripſit, quod ſi ego à Papa beneficium impetraui vacaturum, quod eſſet valoris florenorum centum, vacante demùm beneficio florenorum tercentum, in cuius tamen gubernio erogantur impenſæ ducatorum biſcentum, in hoc ſanè beneficio gratiam ſuum debere ſortiri effectum, quia in rei veritate non dicitur illud habere niſi centum florenos in reditu, quod quidem Bal. dictum pro ſingulare refert Roder. Suarez *in l.*1. *num.*7. *in tit.de arris*, vbi ex eodem Bal. addit,quod ſi aliquis donaret vltra legitimam ſummam cum tali onere, quæ emolumen-



Digitized by Google

tum ad legitimam reduceret ſummam, teneret vtique hæc donatio ſine inſinuatione, idemque ſi donares mihi vltra quingentos aureos, ſed detracta gabella, non reſtant mihi quingenti, valeret quoque donatio ſine inſinuatione, idemque ſubdit Suar. tanti ſemper prouentus Eccleſiæ vel Caſtri æſtimari debere, quanti valent, deductis oneribus, ſic allegans eundem Bal. *in l. ſed ſi hoc §. cuidam ff. de condit. & demonſtrat.* idemque in redditibus, qui, vt ipſe ait, ſemper intelliguntur, & æſtimantur, deductis impenſis, allegat tex. in caſu ſuo ſingularem, *in l. fundi Treb. 38. ff. de vſufr. legat.* hanc eandem regulam, nimirum vt fructus ſemper intelligantur deductis impenſis: firmat ex recentioribus Petr. Barboſ. *in l. fructus 7. n. 20. ff. ſol. matr.* vbi loquitur in tributo Principi debito, & ait quod ſi tributum præſtaretur, ratione vniuerſalis dominij quod in toto Regno Rex habet affirmandum eſt, ex fructibus præſtitis huius tributi nomine, impenſas deducendas eſſe, idemque Io. Garzia *de expenſ. & meliorat. cap. 1. à num. 20.* Iacob. Menoch. *de recuper. poſſeſ. remedio 15. num. 5.* Io. Petr. Surd. *de alimentis tit. 9. quæſt. 12. num. 15.* Mexia *in tract. taxa panis concl. 2. num. 88. cum ſeqq.* Viuius *commun. opin. lib. 3. opin. 798.* vbi alios citat, & iſtis addo magis ad propoſitum Io. Ant. de Nigr. *in c. Regni porrecta num. 20.* vbi ait in appretio, quod ſingulis annis vel vnoquoque biennio, aut triennio fit ab Vniuerſitatibus Regni huius bonorum ſtabilium ciuium, pro functionibus fiſcalibus ſoluendis, & ſic pro vero tributo impenſas, quæ in cultura, & fructuum collectione fiunt, deducendas eſſe, rationem aſſignat, quia nullus caſus eſt, qui huiuſmodi deductionem impedire valeat, ſic allegans tex. *in d. l. fundus ff. famil. erciſc.* idemque Maſtrill. poſt alios quos citat *deciſ. 112. num. 28.* ſub illis verbis, *Ideo, quando quis ratione fructuum perceptorum tenetur ſoluere collectas, & tributa, intelligi debet deductis oneribus, & impenſis.*

4 Quibus ſic ſtantibus non obſtant dicta per Afflict. *in deciſ. 252. num. 7. & in cap. 1. §. ſed & res n. 26. per quos fiat inueſtit.* vbi indiuidualiter dicit, in ſolutione adohæ, & releuij Domino noſtro Regi à feudatariis Regni huius facienda, nullam faciendam eſſe expenſarum deductionem, quodquè ita votando dixerat in Regia Camera ſummariè, licèt laici (qui ſunt Præſidentes breuioris togæ, quos idiotas vulgò appellamus) contrarium dicebant; etenim noſtro Afflict. duplici modo reſponditur, & primo, quia reſpectu releuij praxis ſeruat contrarium, nam cum releuij ſolutio moribus ſit in Regno introducta non niſi cum expenſarum deductione extitit ſemper facta, & ita ſemper obſeruamus, ſicque affirmare non erubuimus, Afflict. noſtrum alloquutum contra ſtilum Regiæ Cameræ, praxim inueteratiſſimam huius ſupremi Tribunalis, imò contra dicta per ipſum *in cap. 1. num. 56. in fine, ex quibus cauſis feudum amittatur*, quo loci, vt benè obſeruauit Maſtrill. *in ſup. cit. deciſ. 112. n. 48.* expreſsè firmauit, in releuij ſolutione expenſas deducendas fore, vnde modò cum de his egerit noſter Afflict. *in comment. per ipſum elaboratis ſuper vſibus feudorum,* benè poſſemus ad propoſitum allegare Camer. *in c. imperialem fol. 91. litt. D. de prohib. feudi alienat. per Freder.* Secundò reſpondeo quod cum Afflict. expreſsè in Adoha alloquutus fuerit, *in cit. deciſ. 257. num. 7.* forſan ſua tempeſtate eius opinio erat ſuſtentabilis; etenim eo tempore, & antea ſemper onus hoc Adohæ à Regni huius feudatariis Regi non ſoluebatur, niſi tempore, quo bellum erat in Regno, vnde feudorum ceſſiones fiebant ſub contingenti feudali ſeruitio, ſeu Adoha &c. hoc eſt cum bellum indiceretur, id quod expreſsè notant Andr. *in cap. 1. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio in c. 1. §. ſimiliter, de Capit. Corradi in c. 1. de contro. feudi apud pares terminanda, & in c. imperialem §. firmiter*, vbi etiam Loffred. *de prohib. feud. alien. per Freder.* Iacob. de Agello *de iure adohæ num. 16.* Frecc. *de ſubfe. lib. 2. in quinta author.* Camill. de Curt. *p. 1. de feud. cap. 13. num. 45.* & alij paſſim; ſicque non erat quid magnum, vt belli tempore feudatarij adoham præſtarent iuxta illam taxam, quæ fiebat abſque expenſarum deductione, tractabatur enim de conſeruatione Regni, deque eorum formato intereſſe; At cum hodie ab anno 1504. quo fuit facta taxa generalis omnium feudorum huius Regni, vt per Camill. de Cur. *loco cit. num. 55.* onus hoc effectum ſit ordinarium, quia ſingulis annis exigitur, etſi in donatiuo, non eſt cur dici poſſit, quod ſi reperiatur facta venditio feudi pro certo pretio ſub contingenti feudali ſeruitio, ſeu Adoha taxanda, citatio demùm feudatario ſuper taxa facienda cum ex feudi redditibus fiat, ſint hi redditus ſiue fructus conſiderandi abſque deductione expenſarum, quæ in illorum cultura, collectione, & conſeruatione erogantur; abſit in æternum, & vltra; vnde votando in Regia Camera dicebam inſtantiam fiſcalem, vt fieret taxa abſque deductione expenſarum benè procedere in venditionibus futuris feudorum certiorato de hoc emptore, cui ſi ita emere placuerit, non erit de quo diſputandum; ſecus verò in venditionibus iam factis, in quibus ex incuria fiſcalium pro tempore, vel emptorum eo tempore, quo proceſſum fuit ad ſtipulationem contractuum non fuit taxata Adoha; ſed ſolùm dictum *ſub contingenti feudali ſeruitio ſeu adoha taxanda*, rationibus de quibus ſupra, & ita indiuidualiter, quod in taxanda Adoa ſit facienda deductio expenſarum ſcripſit nouiſſimè Capan. *in tract. de iure adohæ quæſt. 54. n. 10.*

## *ARGVMENTVM.*

Officialis an, & quando propter delictum in officio commiſſum veniat inquiſitione pendente ab illius adminiſtratione ſuſpendendus &c.

## DECISIO CCCI.

CVM inquireretur ſpectabilis Don Hieronymus Pignatellus ſcriba portionis in hoc Regno, quod cuidam militi ſtipendium octo menſium ſolui fecerat, quod non deberi Regius Fiſcus præſupponebat, & quatenus eſſet debitum, quod ſolutio erat prius ab Illuſtriſſimo Domino Prorege ordinanda, fuit dubitatum, an inquiſitione pendente, poſſet ab officio ſuſpendi. 1

Pro cuius dubij reſolutione, fuit primò conſideratum, quod licèt non deſint Doctores, qui in articulo generali dixerint, Officialem, etiam ſi in officio deliquerit, inquiſitione pendente, non poſſe ab officij adminiſtratione ſuſpendi, vt per Alber. *in l. reus delatus ff. de muner. & honor.* Bertran. *conſ. 83.* Aufrer. *ad Cappel. Toloſ. deciſ. 371.* & per alios; tamen in Regia Camera contraria ſententia recepta videtur 2

Digitized by Google

videtur, quando delicta ſunt grauia, ita vt compilato proceſſu veniret officio priuandus; ſecus verò ſi leuia, vel eſſent extra officium commiſſa, iuxta Bar. ſententiam *in l. libertus §. in quæſtionibus ff. ad municip. & in l. tutor. ff. de ſuſpect. tutor.* Lucas de Pen. *in l. iudices C. de dignit. lib.* 12. Io. de Anania *in c. fin. de accuſat. & in tutore pupilli bona dilapidante*, eſt tex. *in l. eum qui C. de ſuſpect. tutor.* in caſu autem dubio, quia ex deductis in inquiſitione non poteſt clarè colligi, an Officialis delinquens compilato proceſſu veniat officio priuandus, eſt maior difficultas, quia Doctores hoc non declarant; ſed hìc conſideratum fuit veriorem eſſe ſententiam, vt in caſu dubio non poſſit officialis inquiſitione pendente ſuſpendi, vnde cum in inquiſitione contra d. Don Hieronymũ formata, conſideratũ fuiſſet, quod compilato proceſſu, pœna aliqua puniri non poterat, ex quo ex eius parte nullus poterat conſiderari dolus; ideo facta per Regiam Cameram relatione in Collaterali Conſ. fuit deciſum præfatum Don Hieronymũ non eſſe ab officio, ſiue eius adminiſtratione ſuſpendendum; ſed quod darentur ei defenſiones, mutato Carcere, arbitrio Illuſtriſſimi D. Proregis, & cum demùm eſſet compilatus proceſſus, fuit dictum eſſe illum abſoluendum.

---

## OBSERVATIO.

1 QVæ hìc ſcripſit D. Reg. noſter exarauerat prius ſupra *in deciſ.* 2. vbi geminatas Regiæ Cameræ deciſiones refert ad fundandum vt tunc demùm officialis inquiſitione pendente poſſit ab officio ſuſpendi, ſi tale ſit delictum, vt compilato proceſſu probabiliter veniret officio priuandus; cæterùm ſi delictum non ſit ita graue, vt ex tali inquiſitione priuatio ſequi poſſet, vel verſaremur ſuper re dubia, aut delictum eſſet extra officium commiſſum, & in his caſibus ait non eſſe locum ſuſpenſioni, lite pendente, ad cuius concluſionis confirmationem, nonnullos *ibi in obſeruat.* adduxi Doctores hanc eandem facientes diſtinctionem, qui præ cæteris ſunt D. Preſ. de Franch. *deciſ.* 8. D. Reg. Moles *deciſ.* 6. *tit. de pœnis, quibus tenent. officiales*, D. Reg. de Pont. *deciſ.* 7. & 25. D. Reg. Sanfel. *deciſ.* 61. D. Reg. Merlin. *contr. conſ.* 2. *cap.* 28. D. Reg. Rou. *in prag. fin. numer.* 12. *tit. de official. & q.* & Dom. Reg. Capyc. Galeo. *reſp. fiſcal.* 15. *num.* 48. quibus nunc addo, D. Reg. Tap. *in conſtit. ſtatuimus num.* 38. *fol.* 256. Io. Vinc. de Anna *ſingul.* 370. vbi meminit de inquiſitione Domini Bartholomei Camerarij magni Camerarij locum tenentis, Gram. *conſ. ciuili* 162. *num.* 22. *& ſeq.* Conſiliar. de Georg. *alleg.* 42. *num.* 21. Pett. ad Capp. *deciſ.* 121. Intrigl. *ſing.* 45. Petr. Gaball. *reſol. crim. caſu* 76. & Griuell. *deciſ. dola.* 60. *num.* 7. vbi tamen *num.* 13. monet in hac materia ſuſpenſionis ab officio, prudenter, & temperate procedendum eſſe, cum ſuſpenſio apud probos viros famam ſugillet, & dedecus quoddam afferat.

## *ARGVMENTVM.*

Falſificans litteras Regias, an pœna mortis puniri poſſit. Statutum loquens de pœna capitali, an de morte naturali vel potius ciuili intelligendum ſit. Delicti reiteratio an, & quando pœnam aggrauet, & de aliis.

## DECISIO CCCII.

FVIT dubitatum in Collaterali Conſ. ad relationem Regiæ Cameræ, an pœna mortis puniri poſſet quidam Decius Penna inquiſitus, & confeſſus, quod multocies prouiſiones Regiæ Cameræ falſificauerat. 1

Pro inquiſito dicebatur nullibi in homine libero iure cautum reperiri, quod falſum committens mortis pœna puniri poſſit; ſed ſolùm deportationis, & bonorum publicationis, eſt tex. *in l. fin. §. fin. ff. ad leg. Corn de falſ. & in §. item lex Cornelia, Inſtit. de public. iudic.* latè per Afflict. *deciſ.* 21. ſed quod eſſet locus pœnę mortis in caſu propoſito, pro maiori parte votantium deciſum fuit; tria enim maximi momenti concurrebant, Primò quia falſitas in litteris Regiis commiſſa erat; Secundò quia ex hac falſitate furtum commiſſum extiterat, vigore enim illarum prouiſionum ab Arrendatore maioris fundaci huius Ciuitatis extorquerat hic falſarius rem valoris ducatorum triginta; Tertiò huius delicti frequentia, ex quo multoties has falſas litteras ſcripſerat, quibus tribus concurrentibus dicebatur, quod omnino capitalis pœna practicari poterat, nec verum eſſe, iure cautum non reperiri, vt pro crimine falſi mortis pœna imponi non poſſit, nam ſic cautũ eſt *in l. vbi falſi, circa finem*, ibi *poſt probationem ſupplicio capitali ſi id exigat magnitudo commiſſi &c. C. ad legem Cornel. de falſ.* & ibi gl. *in verb. commiſſi gl. in c. ad falſariorum, in verb. legitimas verſ. & ibi vltimo ſupplicio, extra de crim. fal.* Angel. *in d. l. vbi falſi*, quo loci dicit (nota hic) quod pro falſo imponitur pœna mortis, & in hoc Regno pro deciſione caſus noſtri habemus conſtit. exordientem, *qui litteras*, qua ſancitum eſt, vt litteras Regias falſificans, capitali ſententia feriatur, & licèt aliquorum fuerit ſententia, quod quando lex, vel ſtatutum loquitur de pœna capitali, intelligenda ſit de minori pœna, nimirum deportationis, ad quod allegant gl. quam ſingularem appellant *in l. 1. C. ne Chriſtianum mancipium, & in l. fin. C. quæ res vendi non poſſ.* tamen noſtrates communiter conſti- 2



Digitized by Google

tutionem illam de vltimo ſupplicio intellexerunt, vt per Andr. *ibi* Afflict. *cit. deciſ.* 21. & Gram. *deciſ.* 27. Nec fuit admiſſum, quod pro parte inquiſiti dicebatur, conſtitutionem loqui de falſificante litteras Regias, & ſic illas quæ de Regia Cancellaria emanantur, nam dictum fuit, quod prouiſiones Regiæ Cameræ adhuc litteræ Regiæ appellantur, omnia enim, quæ ab hoc ſupremo Tribunali ordinantur, à Domino noſtro Rege ordinata dicuntur.

3 Præterea conſideratum fuit præfatum Decium vt ſupra inquiſitum cum litteris Regiis, quas falsò ſcripſerat, furtum commiſiſſe, ex quo ab arrendatore Regiæ Dohanæ rem extorſerat valoris ducatorum triginta, hoc dicebatur eſſe furtum, quod eſt contractatio rei alienæ, *l.* 1. *ff. de furt.* §. *furtum inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* Conſiderabatur & tandem delicti reiteratio, quæ caſum multum aggrauat, & pœnam auget: *l.* 3. *C. de ep. audient. l. ſeruos C. ad leg. Iul. de vi publ. l. capitalium* §. *ſolent. ff. de pœnis l.* 1. *C. de ſuperexactoribus lib.* 10. & apud nos eſt conſtitutio *Magiſtros Meccanicarum*, & altera, quæ incipit *ad legitima pondera.* Afflict. *in Conſt. aſperitatem col.* 4. vbi plura allegat iura, quę probant, quod delicti reiteratio delictum aggrauat, & pœnam auget, vnde ex his pro maiori parte votantium deciſum & concluſum fuit, d. inquiſitum forè pœna mortis naturalis condemnandum, licèt duo vota fuiſſent, quod perpetuò ad Regias Triremes condemnaretur, & cum ab hac ſententia reclamatum fuiſſet, iterum relata cauſa, fuit ſententia confirmata, & exequutioni demandata.

## OBSERVATIO.

1 INter plures falſitatis ſpecies, quas latè proſequitur Ægidius Roſſ. *in prax. crim. in tit. de falſis*, ea grauior videtur Ioanni Vela *in tract. de pæn. delict. cap.* 10. quæ ab his committi ſolet, qui Pontificis, Regis, aut alterius Iudicis litteras vitiant, addendo aliquid, vel detrahendo, ſiue componendo, & licèt vt falſum committatur, ſemper dolus exigatur: *l.* 1. *ff. ad leg. Cornel. de falſ. l. neque exemplum C. eodem, c. homines, & ſeq.* 22. *quæſt.* 2. tamen ſi falſis litteris, quis etiam ignoranter vtatur, quia tenetur eas antea examinare, falſum committit, *c. ſuper litteris, de reſcrip. c. ad falſariorum iuncta gloſ. in verb. examinat. de crimine falſi.*

2 Quæ autem ſit pœna falſi tractant Doctores in locis vulgaribus, & in effectu concludunt, eam eſſe arbitrariam, & ſic quandoque maior, quandoque minor, iuxta caſuum diuerſitatem, ita vt ſi falſitas grauis ſit, adhuc mortis pœna practicari poſſit, videantur Iul. Clar. *in prax. in* §. *falſum num.* 40. vbi addentes *num.* 261. poſt Hippoly. de Marſig. quem allegant *in rub. de falſ. num.* 2. Boër. *deciſ.* 81. *num.* 40. Menoch. latè *de arbitr. Iudic. caſu* 306. Petr. Caball. *reſol. crim. caſu* 165. *num.* 19. 20. *&* 21. & Proſp. Farinac. cæteris omiſſis, *in tit. de falſit. & ſimulat. q.* 150. *p.* 2. *num.* 21.

Ad confirmationem autem illius concluſionis hîc tentæ, vt delicti reiteratio multum aggrauet, vide Bar. *in l.* 1. *num.* 2. *C. de ſuperexactoribus lib.* 10. vbi dicit, quòd licèt aliàs crimina non eſſent capitalia, poterit tamen reus propter delinquendi conſuetudinem mortis pœna puniri, & ſecundum hanc opinionem fuiſſe aliquando apud nos practicatum atteſtatur Grammat. *conſ. crim.* 17. *num.* 16. *& vota* 17. *per totum*, quamuis *in deciſ.* 16. *num.* 7. affirmet, quod, quicquid ſit in puncto iuris, hoc in practica non recipitur, vt ſcilicet propter delinquendi conſuetudinem pœna augeatur ordinaria, iſtamque ſententiam mitiorem eſſe ait Iul. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 84. *num.* 6. ſubdens illam ſequi ſolere Senatum Mediolanenſem, quem atteſtatur, nunquam in delictis non capitalibus, propter quamcumque reiterationem, mortis pœnam imponere, & ibi Baiard. *num.* 29. addendo aduertit, reiterationem pœnam augere, quando delinquendi conſuetudo eſt in eodem genere, ſiue ſpecie mali, & quod delicta verè ſint probata, quodque de illis delictis fuerit delinquens punitus, citat Anguſſola *in conſ.* 18. *lib.* 1. 3

## ARGVMENTVM.

Feudum Titulo aliquo decoratum, ſi à feudatario, Regio accedente aſſenſu, fuerit alicui legatum, nulla tamen nec in legato, nec in ſupplicatione pro aſſenſu de Titulo facta mentione, an in legatarium feudum hoc tranſeat cum Titulo; Et de prærogatiuis, quas feudatarij Titulati retinent poſt refutationem feudorum Titulo decoratorum filiis primogenitis factam.

## DECISIO CCCIII.

VT venditio Terrarum Montis Caueoſij, & Pomarici facta ab Illuſtr. Marchioniſſa Vaſti Illuſtr. Duciſſæ Grauinæ ſuum non poſſet ſortiri effectum, comparuit Illuſtris Marchio filius primogenitus, opponens principaliter, quod reſpectu Terræ Montis Caueoſij Illuſtriſſimus Dominus Prorex non poterat aſſenſum præſtare, ex eo, quod erat illa comitatus Titulo decorata, & per Pragmat. Cæſareæ Maieſtatis de anno 1531. expreſsè Dominis huius Regni Proregibus prohibitum erat aſſentiendi venditionibus feudorum Titulatorum; ſed contendente Illuſtr. Marchioniſſa matre, quod hanc Terram abſque Titulo poſſidebat, fuit in Collaterali Conſ. dubitatum, an petitus aſſenſus de iure concedi poterat. 1

Pro cuius dubij reſolutione dictum fuit, videndum eſſe neceſſariò, an hæc Terra penes Dominam Marchioniſſam cum Titulo Comitatus 2

mitatus, vel ſine reperiretur, quia ſi abſque Titulo, certum erat quod D. Prorex aſſenſum præſtare poterat; ſin autem cum Titulo, ſecus, obſtante Regia Pragmatica modò relata; quod hoc feudum in perſona Marchioniſſæ non dicebatur Titulatum, allegabat, quondam Marchionem eius virum, dum viueret, teſtamento ſuo, Cæſareæ Maieſtatis aſſenſu pręcedente, Terram pręd*ictam* ipſi Marchioniſſæ coniugi ſimpliciter legaſſe, nulla de Titulo, nec in legato, nec in aſſenſu facta mentione, ſicque dici non poterat feudum fuiſſe Titulatum; & licèt aliquorum authoritate, ſignanter Andr. *in cap.*1. *de feudo Marchiæ*, diceretur Tituli dignitatem feudo annexam eſſe, & ſucceſſiuè, vt ad quemcumque illud tranſeat, dicatur pariter Titulum & dignitatem tranſire, tamen in Regno ſemper fuit contrarium practicatum, nimirum, vt vendito feudo Titulato cum aſſenſu, nulla de Titulo facta mentione, in emptorem Titulus non tranſeat; ſed penes venditorem, dum viuit, remaneat, & ad illud, quod Andr. & alij dicunt, nimirum Tituli dignitatem eſſe feudo annexã reſpondetur, ideo ſic dictum, quia Titulus, & dignitas non poſſunt, niſi cum feudis concedi; non enim poteſt quis Ducatus, vel Comitatus dignitatem aſſequi, ſi feudum non poſſidet; propterea ex hoc dicitur, quod hæc dignitas titularis eſt rei annexa; ſed verè Titulus, & dignitas inhęrent perſonę, itavt ex poſt facto, benè poteſt quis remanere Dux, etiam quod feudum dignitate illa Ducatus decoratum poſſidere deſierit; vnde in caſu propoſito dicebat Illuſtris Marchioniſſa, quod quando Illuſtris eius vir Terram Montis Caueoſij abſque Tituli expreſſione, præcedente aſſenſu Ceſareę Maieſtatis, ei legauit, Titulus Comitatus, quo feudum illud erat decoratum remanſit penès ipſum Marchionem legantem, & ſucceſſiuè eius filium primogenitum, nec aliter in ipſam Marchioniſſam tranſiuit, & conſequenter non poterat dici, quod in perſona ipſius legatarię Terra illa eſſet Titulo decorata, ad finem vt per D. Proregem venditioni vt ſupra factę aſſenſus præſtari non poſſet, etenim ratio quę mouit Imperatorem Carolum ad reſtringendam poteſtatem Dominorum Regni huius Proregum aſſentiendi alienationibus feudorum titulo aliquo decoratorum, ea fuit, ne in perſonas immeritas Titulus, ſeu dignitas illa tranſiret; huiuſmodi enim dignitates ſolùm à ſupremis Principibus concedi poſſunt, vt *in tit. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio*; vnde cum Proreges titularem dignitatem, vel feudũ cum Titulo alicui concedere non poſſint, conſequenter nec aſſenſum pręſtare poſſunt, vt Titulus in alium transferatur, quia aliàs ſequeretur per indirectum, vt Proreges poſſent, quem Ducem, Marchionem, Comitem creare, ſic pręſtando aſſenſum Baroni Terram Titulo decoratam vendenti, id quod in caſu propoſito conſiderari non poterat, ex eo, quod feudum, de quo agebatur erat iam abſque Titulo in perſonam dictę Marchioniſſę tranſlatum; ſed quia tractabatur de interpretatione Pragmaticę Cęſareę Maieſtatis, fuit deciſum; quod conſuletur Cęſarea Maieſtas.

---

## OBSERVATIO.

Hoc iure vtimur in Regno, vt vendito feudo 1
Titulato cum aſſenſu, nulla de Titulo facta mentione, in emptorem Titulus non tranſeat; ſed remanet penès venditorem, dùm viuit, cum retentione omnium bonorum, & prærogatiuarum quibus gaudebat priuſquam feudum illud titulatum alienaret; aſſiſtit enim in aula Titulatorum cum aliis proceribus, & Regni Magnatibus, & ſedet in Palatio coram Domino Prorege, vt notat D. Reg. & P. de Curte *in diuerſ. iuris feudalis par.*1. *cap.*4. incipit, *ſed vnde digreſſi ſumus num.*6.*&* 7.*fol.*11. idemque in illis Titulatis, qui feuda cum Titulis filiis eorum primogenitis refutant, nam adhuc Titulati remanent, verùm in præcedentiis erunt omnibus aliis in actu Titulum poſſidentibus poſteriores, vt de obſeruantia teſtantur Domini Regentes de Ponte, & Conſtantius, ille *in tract. de poteſt. Proreg. tit.*3. *de elect. official.*§.8. *num.* 19. *& in tit.*10. *de diuerſ. prouiſionibus* §.1. *numero* 28. iſte *in l.*1. *numero* 40. *C. de conſulibus lib.*12.

## *ARGVMENTVM.*

Feudo vendito ſi aliquod corpus feudale fuerit euictum, nùm contractus in totum corruat, vel potius agat emptor pro euictione corporis euicti. Aſſenſus Regius, qui à Dominis Regni Proregibus concedi non poteſt ſuper venditione Terræ Titulo decoratę, an ab illis pręſtari poſſit ſi venditur abſque titulo.

## DECISIO CCCIV.

INSTABAT in Sacro Conſ. Mag. 1
Vincentius Carrafa contra Illuſtr. Cęſarem Gonzaga declarari nullum contractum emptionis Terrę Mariliani: Primò quia corpora, quę cum dicta Terra emerat, fuerant ei euicta, ob quod pręſupponebat contractum in totum corruere, Secundò quia deficiebat aſſenſus Catholicę Maieſtatis; nam cùm Terra Mariliani eſſet comitatus titulo decorata, non poterat Illuſtr. Dominus Prorex ſuper illo contractu aſſentire, prout aſſentiit, obſtante Regia Pragmatica,

tica, de qua in deciſione præcedenti, vnde fuit quid iuris dubitatum.

2 Relata cauſa in collaterali Conſ. cum votantes eſſent numero decem, nimirum ſeptem Regij Conſiliarij, & tres Regentes Regiam Cancellariam, diſcuſſis omnibus, reſpectu euictionis paſſæ illorum corporum cum dicta Terra venditorum, omnes fuerunt concordes, Vincentium actorem nullum bonum fouere ius; reſpectu verò nullitatis contractus ob defectum aſſenſus remanſerunt in paritate votorum, quinque enim exiſtimarunt contractum fuiſſe nullum, quia deficiebat aſſenſus Catholicæ Maieſtatis, quinque autem validum ob aſſenſum præſtitum ab Illuſtr. Domino Prorege, & cum ad paritatem dirimendam ordinatione Domini Cardinalis de Granuela Regni generalis locumtenentis fuiſſent dati tres adiuncti, iterum relata cauſa, prodiit deciſio ad fauorem Cæſaris venditoris, & Ratio deciſionis fuit, quia Pragmatica loquitur, quando venditur Terra vna cum Titulo, quia tunc ſine dubio Regni Prorex non poteſt huiuſmodi alienationibus aſſentire; at ſecus ſi Terra abſque Titulo venderetur; fuitque dictum quod ita ſemper extitit practicatum ſicque omni tempore intellecta gratia huic fideliſſimæ Ciuitati à Domino Rege noſtro conceſſa in Ciuitate Toleti de anno 1561. menſe Octobris, & quod ſi verum amamus, non poteſt aliter gratia prædicta interpretari.

## OBSERVATIO.

1 Deciſio facta, vt vendita Terra, cum ſuis corporibus, quorum vnum fuit euictum, non ſit locus reſciſſioni contractus; ſed tantùm agi poſſe pro euictione corporis euicti, fundatur in expreſſis iuribus, nimirum *in l. ſi duos*, & melius *in l. cum plures ff. de euictio.* & fuit dictum ſupra *in deciſ.* 278. vbi Ego *in obſeruat. num.* 2. aliter dixi in datione in ſolutum, vt ibi, ex tex. *in l. ſi quis aliam* 46. *ff. de ſolutio.* & latius ſcripſi *lib.* 1. *reſol. iur. cap.* 108.

2 Quantùm verò ad aliud, quod pariter fuit hîc deciſum, vt poſſint noſtri Domini pro tempore Proreges aſſentire alienationi feudorum Titulo aliquo decoratorum, non obſtante Pragmatica Sanctione, quæ eſt 4. *in* 9. *cap. de feudis*, quam D. Reg. noſter teſtatur illam fuiſſe ſemper interpretatam, vt procedat quando venditur Terra cum Titulo, vt tunc neceſſarium ſit, ad Dominum Regem noſtrum pro aſſenſu recurrere; ſecùs verò ſi venderetur Terra adhuc Titulata; ſed ſine Titulo: aduertendum eſt, quod opinio hæc forſan ſubſtineri poterat vſque ad illud tempus, quo D. Reg. noſter hæc ſcribebat, provt pariter in prima inſtantia fuit deciſum pro Marchione Caſealboris, contra Marchionem Vaſti ſuper venditione Terræ Montis Herculis Principatus Titulo decoratæ, de qua D. Reg. de Curte *in diuerſ. iur. feud. cap.* 4. *numer.* 20. *fol.* 11. *art.* ſed poſtea in anno 1579. & 1586. ordinatione Sereniſſimi Domini Regis noſtri prouiſum fuit, vt ſemper ſit recurrendum ad ſuam Catholicam Maieſtatem pro aſsenſu, quando venditur Terra Titulata, ſiue illa vendatur in ſimul cum titulo, ſiue abſque titulo, vt videre eſt *in prag.* 21. *&* 26. *de feudis*, & obſeruauit D. Reg. Rouit. *in prag.* 4. *num.* 3. *&* 4. *eodem tit.* & D. Reg. de Curte *loco cit. num.* 21. & ſic diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas; ſolùm enim hodie poſſunt Domini Proreges aſsentire obligationibus feudorum titulo aliquo decoratorum, vt *in d. prag.* 26.

## *ARGVMENTVM.*

Feudum ſi fuerit à patre filio ſuo primogenito donatum, ea tamen lege, vt donatario abſque filiis maſculis moriente, ſuccedere deberent alij deſcendentes maſculi ipſius patris donantis, fœminis ſemper excluſis, nùm deficientibus maſculis omnibus fœminæ ſuccedere poſſint. Nepos ex ſorore, an in feudi ſucceſſione patruum defuncti feudatarij excludat. Clauſula in aſſenſu appoſita, quoad expreſſa tantùm, quid importet, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCV.

AD ſucceſſionem Ducatus Magdaloni, & comitatus Cerreti per mortem Illuſtr. Ducis abſque filiis concurrebant, Primò Regius Fiſcus, qui ſuppoſita linea finita ex diſpoſitione *c. ex præſumptuoſè*, ſequeſtri nomine feudorum omnium poſſeſſionem adeptus fuit; Secundò Martius Carrafa defuncti Ducis ex germana ſorore nepos; Tertiò Don Cæſar Carrafa eiuſdem Ducis patruus; & Quartò Ioanna Carrafa Comitiſſa S. Agathæ amita d. Don Cæſaris ſoror; hi omnes conueniebant, quod ſucceſſio de iure ad Martinum nepotem ſpectabat, quia nepos excludit patruum, vt per Andr. *in cap.* 1. *Imper. Lothar.* dicebat tamen Fiſcus, quod ex qualitate horum feudorum Martius nepos non poterat in illis ſuccedere, ex quo deſcendebat ex fœmina, quæ ſuccedere prohibebatur, & dum excludebatur fœmina, ergo & maſculus ex ea deſcendẽs, ad tex. *in cap.* 1. *§. hoc autem notandum*, *de his qui feud. dare poſ.* Andr. *in cap.* 1. *in* 2. *addit. de natura ſucceſ. feudi*, quia infecta primitiua, inficitur deriuatiua; quod autem in dictis Ducatu, & Comitatu fœminæ ſuccedere non poſſent, probabatur ex contractu donationis horum feudorum factæ à Comite Diomede, Comiti Io. Thomæ filio ſuo primogenito, ſub die 19. Februarij 1518. in qua expreſsè dictum fuit, vt caſu contingente, quod dictus Io. Thomas donatarius, eiuſque deſcendentes abſque 1

que filiis maſculis decederent, quod in dictis feudis ſuccedere debuiſſent alij deſcendentes maſculi ipſius Comitis patris donātis procreati ex matrimonio ſecundo loco contracto cum Illuſtr. Portia Caietana Ducis Traettæ filia, excluſis ſemper, quibuſcumque fœminis, cum onere tamen dotandi eas de paragio, per hanc enim donationem dicebatur enixè conſtare, quod in dictis feudis fœminas ſuccedere erat prohibitum, & dum fœminæ ſuccedere non poterant, ſucceſſiuè veniebat pariter excluſa Comitiſſa S. Agathæ defuncti Ducis Amita; item nec ſuccedere poterat D. Cæſar patruus, ex quo incapax, propter rebellionem ab ipſo in Dominum Regem noſtrum commiſſam, ob quod ad perpetuos carceres damnatus reperiebatur; vnde his omnibus agnatis, & cognatis excluſis, fiebat locus reuerſioni ad directum dominum, fuit igitur dubitatum quid iuris.

2 Per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſ. ſub die 24. Maij 1567. accedente voto dominorū Regentium Regiam Cancell. & Regij Conſiliarij Io. Andreæ de Curte adiuncti, fuit nemine diſcrepante deciſum, inueſtituram eſſe concedendam Illuſtr. Martio defuncti feudatarij ex promortua ſorore nepoti, cum reſtitutione fructuum ſoluto releuio; Rat. deciſ. fuit, quia hic aperto iure, tam attenta Conſtit. Regni, quàm tenore inueſtituræ ad ſucceſſionem veniebat, in nihilo obſtante donatione prædicta, per quam videbantur fœminæ excluſæ, Primò quia contractus ille donationis aſſenſu carebat; & licèt produceretur aſſenſus ſuper dicta donatione præſtitus in anno 1520. ab Illuſtr. huius Regni Prorege præſtitus, tamen nullius momenti erat, ex quo in memoriali porrecto nulla de fœminarum excluſione fuerat facta mentio, nec obſtabat, quod extiterat facta relatio ad dictam donationem cum clauſula quod omnia in illo contractu contenta pro expreſſis haberentur, quia in Regno tales relationes nō admittuntur, ex quo de ſtylo Regiæ Cancellariæ additur ſemper clauſula *quoad expreſſa tantùm*, ſicque neceſſariò, vt aſſenſus ſuffragetur, neceſſe eſt vt in memoriali omnia in contractu appoſita exprimantur. Nec pariter fuit habita ratio de alia Fiſci prætenſione, nimirum quod in dicto contractu aſſenſus neceſſarius non erat, quia diſpoſitio illa excluſionis fœminarum tendebat in augmentum feudi, cum citius hæc feuda poterant ad Regem reuerti, ad notata per Andr. *in cap. 1. §. à contrario, de inueſtit. de re alien. fac.* Afflict. *deciſ. 231.* etenim dictum fuit, hoc procedere, quando verè conſideratur feudi augmentum, vt puta, ſi ego ſuper aliquo feudo ſeruitutem, ſiue hypothecam haberem, certè poſſem ſine aſſenſu ius hoc feudum poſſidenti remittere; at dicere, quod quando feudum poteſt citius ad dominum reuerti, poteſt fieri illius alienatio abſque aſſenſu, eſſet vtique ſatis abſurdum, quia omnis commutatio feudi ſiue rei, ſiue perſonæ, etiam, quod non fiat in diminutionem feudi, eſt à iure prohibita, vt per Andr. *in Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ, & in c. 1. an ille, qui interf. fratrem domini ſui.* Secundò in memoriali porrecto expreſsè facta eſſet mentio excluſionis fœminarum, nec hoc obſtare dicebatur, quia non per hoc feuda illa erant effecta maſculina, ita vt fœminæ eſſent perpetuo excluſæ; ſed tantùm vbi deficerent deſcendentes maſculi Comitis donatarij, & ſupereſſent maſculi deſcendentes à Comite donante; ſed vbi nullus ſupereſſet maſculus, nec ex donante, nec ex donatario deſcendens, quod etiam eo caſu fœminæ eſſent excluſæ, nullibi in donatione legebatur, nec hoc præſumi poterat ex mente donantis vt voluiſſet ille filias excludere, eiſque extraneum præferri, ad tex. *in l. cum auus ff. de condit. & demonſtr. & in l. cum acutiſſimi C. de fideicom.* Minus etiam obſtare dictum fuit, gratiam à Rege Ferdinando Primo Comiti Magdaloni cōceſſam, vt de feudis ſuis potuiſſet tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, quomodocumque diſponere vendēdo, & alienando, donando, permutando, pignorando &c. nulla à dicto Sereniſſ. Rege ſiue ſucceſſoribus ſuis expectata licentia, ob quod dicebatur feudi naturā fuiſſe mutatā, ſicque fœminas alias ad horum feudorum ſucceſſionem admiſſas, demum per hanc gratiam fuiſſe excluſas; etenim reſponſum fuit Primò, quod gratia hæc fœminarum excluſionem non importabat; ſed tantùm vt abſque alio Regis aſſenſu potuiſſet Comes feuda ſua vendere, donare, pignorare &c. & ſic dicebatur voluiſſe Regem illum aſſentire omni generi alienationis, ad tex. *in l. fin. C. de reb. alien. non alien.* non autem feudi naturam mutare, nimirum vt ab illius ſucceſſione excluderentur fœminæ aliàs per Regni Conſtitutiones admiſſæ; hoc enim non legebatur in d. gratia, & cum aſſenſus ſit ſtricti iuris, extenſionem aliquam non recipiebat, vt latè per Andr. *in c. imperialem de prohib. feud. alien. per freder.* imò dicebatur expreſsè in ea addita clauſula *feudi natura in aliquo non mutata*; Secundò dictum fuit, quod quando hæc gratia fœminarum excluſionem induxiſſet, illa effectum ſuum in vita dicti Regis ſortita non fuit; ſed longe poſt eius mortem, & ſic in anno 1518. quo tempore Regnum hoc ſub dominio Imperatoris Caroli reperiebatur, ſicque gratia illa iam euanuerat; conſtat enim vt aliàs fuit dictum ſup. *in deciſ. 286.* Regem Catholicum fœlicis memoriæ, cui ſucceſſit Imperator Carolus mediante perſona Sereniſſimæ Reginæ Ioannæ eius matris, non aliter in hoc Regno Regi Ferdinando ſucceſſiſſe; ſed Regi Alphonſo primo, & ſic omnia



Digitized by Google

nia diſpoſita per alios Reges, quæ in eorum vita effectum ſuum non habuerunt, nullius momenti erant, ad tex. *in cap.* 1. *qui ſucceſ. tene.* Vnde &c.

## OBSERVATIO.

1 De hac deciſione, quæ prodiit circa ſucceſſionem Ducatus Magdaloni & Comitatus Cerreti meminit Io. Vinc. de Anna *ſing.* 356. vbi ad probandum, quod nepos ex ſorore in ſucceſſione feudi excludat defuncti feudatarij patruum, & amitam, citatis Præpoſ. *in cap.* 1. *de natura ſucceſſ. feudi*, Nicol. de Neap. *in cap.* 1. §. *penul. qui feud. dare poſſ.* Ardizzo. *in ſumma in tit. de ſucceſſ. feudi*, & Cumia. *in c. ſi aliquem in verb. proximior. num.* 26. ſubdit ſic per Regiam Cameram in collaterali Conſilio, ſub die 24. Maij 1567. fuiſſe deciſum in cauſa ſtatus Magdaloni, quodque nepos ex ſorore primogenita, in ſucceſſione feudi ab auunculo acquiſiti, nedùm defuncti feudatarij patruum, ſed etiam propriam ſororem, ipſiuſque nepotis materteram excludat, Sacrum Conſilium, noſtris temporibus determinaſſe, atteſtatur D. Reg. Rouit. *deciſ.* 32. & D. Reg. Vrſinus *in tract. de ſucceſ. feudi par.* 2. *quæſt.* 4. *art.* 3. *n.* 26. quos retuli *lib.* 1. *mear. reſolut. c.* 126. *n.* 56. *per totum.*

2 Quantùm verò ad illud, quod hìc dictum fuit, nimirum, vt aſſenſus ſuffragetur neceſſe eſſe, vt in memoriali omnia exprimantur, quæ in contractu appoſita fuerunt, nec aliter aliquid operari relationes ad contractum, ex quo de ſtilo Regiæ Cancellariæ additur ſemper clauſula, *quoad expreſſa tantùm*; Tu pro huius concluſionis maiori declaratione, vide quæ dicta ſunt ſupra *deciſ.* 205. *&* 290. & quæ ibi Ego obſeruaui.

## *ARGVMENTVM.*

Reſcriptum Principis alicui tribunali directum, vt ſuper ſupplicatis fiat iuſtitia, cuiuſnam ſit importantiæ. Procurator generalis nùm poſſit trãſigere, vel in eo contractu mandatum requiratur ſpeciale. Septuagenarius ære alieno grauatus, vt non poſſit capi de perſona, an ſat ſit, vt ingreſſus ſit ſeptuageſimum annum, vel potius requiratur, vt ſit egreſſus, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCVI.

1 Declarato Illuſtr. Antonio ab Auria debitore Regij Fiſci in ducatis triginta duobus mille, vigore litterarum ſignificatorialium relaxatarum à Commendatore Giron Regiarum Triremium Viſore, eaque ſumma redacta demùm in ducatis nouem mille, vigore tranſactionis, & concordiæ initæ cum Magnifico Io. Baptiſta Rauaſcherio Procuratore dicti Illuſtr. Antonij; idem Illuſtr. Antonius ſentiens ſe in prædictis grauatum; ad Sereniſſimum, & Catholicum Regem noſtrum recurſum habuit, obtinuitque geminata reſcripta, vt in iuribus ſuis audiretur, & quod ei iuſtitiæ complementum adminiſtraretur; fuit in Regia Camera dubitatum, an ex vi horum reſcriptorum poterat Illuſtr. Antonius aduerſus dictam tranſactionem audiri; negabat Fiſcus, contendens, per hæc reſcripta concordiam inter partes initam nullatenus fuiſſe ademptã, dum Rex de trãſactione mentionem non fecerat, vt ſcilicèt, ea non obſtante Regia Camera iuſtitiam faceret ad tex. *in l. cauſas, vel lites*, & quod ibi notant gl. & DD. *C. de tranſact. & in l. fin. C. ſenten. reſcindi non poſſe*, vnde dubitatum fuit, quid iuris.

Pro Antonio fuit allegatus Bal. *in c. ſtuduiſti, extra de officio delegat.* vbi quærit, ſi eſt ſupplicatum Principi, vt dignaretur ſententiam à ſuo Iudice latam reuocare, & Princeps reſponderit, quod fiat iuſtitia, an ſententia illa corrigi poſſit; reſp. Bal. quod ſic, ſi Princeps Iudices dederit, aliàs iſta Iudicum electio nihil operaretur, idemque ſcripſerunt Barbat. ibi *col. penul.* & Ang. *in* §. *exhæredatos*, Auth. *de hæredibus, & ſelendic.* & licèt Iaſ. contrarium ſcripſerit *in d. l. cauſas, vel lites*, tamen cum Bal. authoritas magna ſit, & cui in hoc Doctores modò citat adhæſère, dictum fuit pro opinione Iaſ. contra Bal. iudicari non poſſe, tum etiam quia in caſu de quo agebatur, geminata ſe offerebant Regis reſcripta dictantia, & ſuper ſupplicatis in memorialibus pro parte Illuſtr. Antonij porrectis Illuſtr. Prorex iuſtitiam faceret, quam quidem geminationem dicebatur habere vim clauſulæ non obſtante, ex Felyn. *in c. nonnulli num.* 14. *verſ. fallit ſextò, extra de reſcriptis*, per ea, quæ in ſimilibus clauſulis nimirum, *ex certa ſcientia, & motu proprio* notat Io. Andr. *in c. porrecta, de confir. vtili, vel inutil.* & Alex. *in l.* 3. *ff. quod quiſque iuris.* 2

Confirmabatur hoc ex aliis notatis per Bal. *in d. l. fin. c. ſententiam reſcindi non poſſ.* vbi dicit quod ſi Principi factum integrum narratur, & ſimpliciter reſpondit, non eſt neceſſaria clauſula *non obſtante*, quia conſtat de mente Principis, qui nulla forma ſtringitur, nec ab eo eſt exquirenda ratio, quia ſufficit pro ratione voluntas, *l.* 1. *ff. de conſtit. Princip.* vnde ex his Regia Camera erat in voto, quod vigore præfatorum reſcriptorum poterat cognoſci, an litteræ ſignificatoriales expeditæ per commendatorem Giron contra Illuſtr. Antonium pro dicta ſumma ducatorum triginta duorum millium ritè, & rectè proceſſerint, tranſactione vtſupra facta non obſtante; ſed quia ſuperuenerat Illuſtr. Marchio Orioli Regiam Cancellariam Regens à curia reuerſus, qui atteſtatus fuit Catholicam Maieſtatem ſolùm 3

mandaſſe

mandaſſe, vt fieret iuſtitia ſuper dicta tranſactione, an eſſet illa valida, ideo ex atteſtatione huius Domini Regentis, qui reſcripta ſubſcripſerat ſolus, fuit pro maiori parte concluſum & votatum, quod conſulatur ſua Catholica Maieſtas, an ſuæ fuerit intentionis vt cognoſcatur de viribus d. tranſactionis tantùm, non autem de iuſtitia cauſæ principalis, nimirum an benè, vel malè prima declaratio facta fuerit.

4 Deinde aliud fuit ſubnatum dubium circa nullitatem d. tranſactionis ex defectu poteſtatis tam Magnifici Commendatoris, qui ſolùm Viſoris generalis Triremium officio fungebatur, quàm dicti Io. Baptiſtæ procuratoris D. Illuſtr. Antonij; Etenim conſiderabatur in tranſactione facienda mandatum generale ſat non eſſe, ad tex. *in l. mandato generali ff. de procur.* quia opus eſt mandato ſpeciali, vel ſaltem generale cum libera: *l. procurator cui ff. eadem* & Innocent. *in c. per tuas col. 1. extra de arbitris*, ſed pro parte Regij Fiſci, qui tranſactionis validitati inſiſtebat; dicebatur, quod cum tranſactio illa fiſco erat vtilis, valida erat, nam licèt procurator Cæſaris tranſigere, vel aliud contractum in Fiſci præiudicium facere prohibeatur; benè tamen poteſt in eius vtilitatem, vt eſt gl. *in l. 1. in verſ. quid agat ff. de offic. procurat. Cæſaris*, vbi etiam Iaſ. *in 5. notab.* dicens, quod procurator Cæſaris, & omnis alius publicus adminiſtrator mandatum habet generale cum libera; vnde cum Commendator Giron quoad viſitationem Regiarum Triremium publicus dicebatur adminiſtrator, ergo &c. In qua diſcuſſione cum eſſet de meritis cauſæ tractatum, an ſcilicet, Prima declaratio ritè, & rectè proceſſerit, compertum fuit Regium Fiſcum, ex tranſactione ſequuta fuiſſe potius grauatum; vnde Regia Camera decreuit tranſactionem fuiſſe validam, & ita prodiit conſultatio; quæ cum fuiſſet ad curiam Regis tranſmiſſa: reſpondit ſua Catholica Maieſtas, vt ad ſe omnium iudicum vota cum rationibus & allegationibus tranſmitterentur, & ita fuit exequutum; ſed quid demùm Rex mandauerit, hîc non habemus.

---

## OBSERVATIO.

1 NOs habemus Pragmaticam quintam, quæ prodiit de anno 1591. *ſub tit. de fide memorialium*, qua prouiſum eſt quod quando ad partium petitionẽ emanantur Regiæ decretationes quod M. C. de iuſtitia prouideat, non per hoc, quod prius ordinatum extiterat reuocatum cenſetur, ſed potius quod ſeruetur; vndè practicamus quod ſi quis à decreto M. C. ſentiens ſe grauatum Regium obtinuerit reſcriptum, quod M. C. ſuper ſupplicatis Iuſtitiam faciat, hæc decretatio nullius erit momenti, ad finem vt eadem M. C. reuocare poſſit, quod prius decreuerat; ſed dum non fuit admiſſa appellatio, cogimur nos Iudices reſpondere, quod M. C. ſtat in deciſis, verum quod attenta concluſione hîc per D. Regentem firmata, hæc omnia poſſent limitari, quoties reſcriptum produceretur, quod fiat iuſtitia, aliis Iudicibus datis adiunctis quia tunc benè Tribunal illud cui reſcriptum dirigetur, poſſet cognoſcere de iuſtitia lati decreti, & hoc eſt, quod pariter dixerat D. Reg. Rouit. *in d. pragmat. 5. num. 2. in fine*; vnde praxis inoleuit, quod quando nos Iudices M. C. domi aliquid ordinamus quod nobis iuſtum videtur, habito à parte quæ à tali ordinatione ſe grauatum ſentiit, recurſu ad D. Præſ. S. C. regia emanatur decretatio, quod M. C. cum interuentu aliorum Iudicum iuſtitiam faciat, quo reſcripto ſic ſtante de iuſtitia lati decreti M. C. cognoſcit, ſic illud confirmans vel reuocans, provt ſibi de iure videtur.

Et quod per reſcriptum impetratum, quod M. C. vel S. Conſiliũ ſuper ſupplicatis de iuſtitia prouideat non cenſeantur reuocatæ aliæ iuſſiones, & obſtacula impedientia, etiam quod de his in corpore ſupplicationis per ſupplicantem ſit facta mentio, niſi decretatio haberet clauſulam *non obſtante vel ex certa ſcientia*, de qua hîc probat pariter D. Reg. Rouit. *loco cit. num. 2.* qui *num. ſeq.* hæc omnia obſeruanda aduertit, non ſolùm quando emanatur reſcriptum ſuper ordinatione iam facta; ſed etiam vbi ordo requireretur iudiciarius, dat exemplum, ſi ſeptuagenarius ære alieno grauatus recurrit ad Collaterale Conſilium à quo petit ſaluaguardiam expediri ad ſui beneficium, ne capiatur de perſona tantùm, & regia exoritur decretatio, quod M. C. de iuſtitia prouideat, tunc enim, ait Rouitus, quod non debet M. C. ſtatim abſque cauſæ cognitione iuxta petita ſaluaguardiam concedere, quia reſcriptum emanatum non continet, quod M. C. ita faciat; ſed quod iuſtitiam faciat; vnde iuſtitia erit, quod detur terminus in cauſa, auditis creditoribus, & conſtita demùm de ætate non minore 70. annorum interponitur ſolitum decretum, quod non capiatur de perſona, verum &c. 2

Illud autem quod circa hoc aduertit D. Rouit. non admitto, dum voluit quod ad hoc vt ſenex poſſit hac immunitate gaudere, ſat non eſſe vt ingreſſus ſit annum ſeptuageſimum; ſed requiritur vt ſit egreſſus per tex. *in l. maiores ff. de iure immunit.* vbi maior annis 70. non dicitur qui ingreſſus eſt annum 70. etenim vt aduerſit gloſ. ibi hic tex. procedit in muneribus vitandis provt loquitur; ſecus in honoribus adipiſcendis, & ſic in materia fauorabili, provt in hoc caſu, ad tradita per Gratia. *diſcept. forenſ. lib. 4. cap. 607. num. 7.* & per me *lib. 1. reſol. iur. cap. 247.* Item tex. *in d. l. maiores* verba facit de maiore 70. annorum, vt hic excuſetur à tutelis, & muneribus; vnde, qui non eſt egreſſus 70. annum, non videtur eſſe maior annis 70. at in caſu noſtro nulla lege cauetur, vt qui eſt maior 70. annis ad inſtantiam creditorum non poſſit capi de perſona, vt aduertit idem Rouit. *loco cit.* ſed eſt opinio Doctorum, qui dixerunt, vt ſeptuagenarius non poſſit pro debito capi de perſona, quo fit vt dicamus, vt verſantes nos in materia fauorabili, provt eſt conſeruatio libertatis ſatis dicatur ſeptuagenarius, qui annum 70. eſt ingreſſus, & ita ſemel contra opinionem D. Rouiti, vti Iudex M. C. domi determinaui. 3

## ARGVMENTVM.

Sententia lata ad fauorem vnius, an & quando exequi poſſit contra Tertium in illo iudicio non auditum. Sententia lata contra venditorem conuentum actione reiuendicationis, an poſſit exequutioni demandari contra emptorem poſſidentem, & ſcientem cauſam agi. Sententia lata contra vſufructuarium, an noceat proprietario, & de aliis.

## DECISIO CCCVII.

1 LATA ſententia in curia Romana contra Epiſcopum Turritanum, qua mediante declaratum extiterat, incidiſſe illum in pœnam ducatorum trium millium, & confiſcationis ſuorum bonorum, ex eo quod ſub iſtis pœnis citatus, vt Romam ſe conferret, parere non curauerat, factaque exequutione ducatorum biſmille, quos pro dicto Epiſcopo in hac Ciuitate conſeruabat Angelus Biffoli, de ordine Sanctiſſimi fuit pecunia hæc à Nuncio Apoſtolico numerata Magnifico Ferdinando de Sangro, cui ſummus Pontifex eam donauerat; ſed comparente demùm Epiſcopo, ſuaque demonſtrata innocentia, omnium prętenſorum criminum plenariam obtinuit abſolutionem, cum declaratione, quod omnia acta contra ipſum facta remanerẽt nulla, quocirca comparuit in hac Ciuitate, petens condemnari dictum Ferdinandum ad reſtitutionem dictorum ducatorum biſmillium; ſed excipiente Ferdinando ad petitam reſtitutionem non teneri, fuit dubitatum in Collaterali Conſ. vbi de his agebatur quid iuris.

2 Pro cuius dubij reſolutione fuit primò conſideratum, quod ſi Epiſcopus agebat contra Ferdinandum pro exequutione ſententiæ abſolutoriæ ad ſui fauorem Romæ latæ, & inanis erat inſtantia, ex quo in illa ſententia dictus Ferdinandus citatus non extiterat, ſicque ei obſtare non poterat, ad tex. *in l.1. §.1. ff. quæ ſent. ſine appel. reſcind. & in l. fin. C. ſi per vim vel alio mod.* & hoc etiam ſi eſſet lata à Principe, qui in non citatum ſupremam haberet poteſtatem *cap.1.* vbi Io. Andr. & alij *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* eſt caſus, & ibi Bal *in l. fin. C. de legib.* & ita latè conſuluit Aret. *in conſ.62.* poſt Bar. *in l. cum filiusfam. ff. de verb. obligat. & in quaſt. diſp.3. in ordine*, vbi quærit, an ſententia lata contra vnum ad quem principaliter ſpectant cauſæ defenſio, exequi poſſit contra illum, ad quem in conſequentiam ſpectat defenſio; & diſtinguit, an hoc reſpiciat priuatam vtilitatem, vel potius publicam, vt in prima, ſententia ſic lata non citato nullatenus præiudicet; ſecus in ſecunda, idemque Alex. omnino videndus *conſ.84. per totum lib.3.* vnde cum in caſu propoſito, ſententia non niſi priuatam, & ſic Epiſcopi concernebat vtilitatem, ergo Ferdinando nunc conuento non audito, neque citato præiudicare non poterat; nec obſtare dictum fuit, potuiſſe Epiſcopum ſaltem contra Ferdinandum agere condictione *l. ſi me, & Titium ff. ſi cert. pet.* vbi eſt deciſio, & communis omnium ſententia, quod ſi res mea vel mihi debita, ad alium ex cauſa lucratiua peruenerit, poſſum ego in ſubſidium ex illius l. æquitate agere contra illum, ad quem res peruenit, etiam actione perſonali, quamuis inter nos nihil contractum fuerit; etenim fuit reſponſum attenta illius legis diſpoſitione, iuxta intelligentiam Bar. & omnium ibi, quod prius erat facienda diſcuſſio cum hærede Pontificis, qui vt priuatus donauerat, quo quidem hærede forſan non exiſtente, vel de bonis hæreditariis nihil poſſidente, tunc opportuna fuiſſet inſtantia contra Ferdinandum, ad quem Epiſcopi bona ex cauſa lucratiua peruenerant; vnde non facta prius diſcuſſione intempeſtiuè agebat Epiſcopus contra Ferdinandum; cauſa hæc cum eſſet decidenda in Collaterali Conſ. fuit remiſſa ad Conſilium Caſtri Capuanæ, vt ibi decideretur.

## OBSERVATIO.

Agitur hîc an ſententia lata ad fauorem vnius poſſit exequi contra Tertium in illo Iudicio nõ citatum; in hac quæſtione videnda ſunt, quæ ſcripſerunt Bar. *in l. admonendi ff. de iureiur. & in l. ſi quis libertatem ff. de petitio. hæredit.* Felyn. *in c. penul. de ſent. & re iudic.* Aymo. *conſ.65.* Couar. *pract. quæſt. cap.13. 14.15. & 16.* regula eſt, vt res inter alios acta Tertio non preiudicet, *toto tit. C. res inter alios acta c. penul. de ſent. & re iud.* Tiraquell. *in tract. res inter alios acta*, dummodo non verſemur in connexis, quia tunc etiam non citato præiudicat, Tiraquell. *loco cit. in 23. limit.* Aymo. *de antiquit. temp. par.2. numer.48.* hinc ſententia lata contra locatorem, nocet etiam conductori non citato, Alex. *in l. ſæpè num.152. verſ. an ſententia lata ff. de re iudic.* & è contra ſententia lata ad fauorem locatoris prodeſt etiam conductori, ſeu alteri intereſſe habenti; lata enim ſententia ad fauorem vnius, prodeſt omnibus, quorum intereſt, quamuis in iudicio non fuerint citati, D. Card. Pute. *deciſ.22. num.3. lib.1.* Couar. *locis citatis.* vbi ſatis bene de hac materia. 1

Sed an ſententia lata contra venditorem conuentum actione reiuendicationis poſſit exequutioni demandari, contra emptorem poſſidentem, & ſcientem cauſam agi? vide Bal. *in l. ſæpè in 2. quæſt. in fine ff. de re iudic.* vbi affirmatiuè reſpondit, quem ſequuntur & alij, quos citat Alex. *ibidem num.105.* quo loci *numer. ſeq.* quærit an ſententia lata contra vſufructuarium noceat domino, & cum diſtinctione reſpondit. 2

3 Et an ſententia lata contra Tutorem poſſit exequi contra eius fideiuſſorem in computorum redditione non citatum, vide ſcripta per me *lib.1. reſol. iur.cap.334. num.4.*

4 Et quid ſi fuerit confectum inuentarium, & plures ſunt citati, & aliqui non, an illud ſit hæredi proficuum, etiam reſpectu non citatorum, vide D. de Franch. *deciſ.229. num.5.* quem Ego retuli *lib.2. mear. reſol. cap.111. num.7.* vbi in fine inueſtigaui an inuentarium diſcuſſum cum vno ex creditoribus, proſit, vel noceat etiam reſpectu non citatorum.

5 Cætera ad hanc materiam vide apud Farina. *in repert. iudicib. quæſt.46.*

## *ARGVMENTVM.*

Stipendia ſiue ſalaria duo, an Miles qui duas tenet militias conſequi poſſit; Et quid in Maieſtatibus, an ſi quis duplex exerceret officium, duplex pariter conſequi debeat ſalarium.

## DECISIO CCCVIII.

1 DON Ioannes Seruegli cum in anno 1517. à tunc Rege noſtro fuiſſet Capitaneus peditum hiſpanorum creatus cum ſolito ſalario tempore belli, & quod tempore pacis non niſi annuos ducatos centum conſequi potuiſſet, quos verè exegit, vſque ad annum 1531. quia hoc tempore vnus ex continuis aſſiſtentibus apud perſonam Illuſtr. Domini Proregis electus fuit cum ſolito ſalario annuorum ducatorum biſcentum, quia primum ducatorum centum nunquam aſſequutus fuerat in anno 1560. quo è viuis deceſſit, comparuerunt hæredes eius, Salarium illud ducatorum centum ſpatio annorum viginti nouem non ſolutum petentes, contradicebat Fiſcus; vnde fuit dubitatum quid iuris.

2 Per Regiam Cameram facta relatione in Collaterali Conſ. fuit pro maiori parte dominorum votantium deciſum, Regium Fiſcum fore, & eſſe abſoluendum ab impetitis per dictos hæredes. Ratio deciſionis fuit, quia nunquam apud nos vno eodemque tempore, quis duo ſtipendia ſeu Salaria aſſequutus fuit, niſi à Rege hoc expreſsè reperiatur conceſſum, & ita tam tempore Regis Catholici, quàm Cæſareæ Maieſtatis pluries Regiam Cameram iudicaſſe compertum fuit, id quod ex iuris diſpoſitione fundabatur, nam quod quis vno, eodemque tempore duas militias habere non poſſit, imò quod vbi quis vnam petierit, de alia, quam tenet mentionem non faciens, vtramque amittat, eſt tex. *in l. fin. C. de cohartal. lib.12.* quem in hac materia allegat Afet. *in cap.3. de probatio.* & eſt melior textus *in l. ſi quidem C. qui milit. poſſ. vel non lib.12.* Io. de Plat. *in l.3. C. de dignit. eodem lib.* vbi pro regula poſſit, quem non poſſe vno eodemque tempore duo tenere officia, dignitates, & militias; eoque magis in caſu propoſito, in quo officium Capitaneatus, illudque continui incompatibilia conſiderabatur, cum vtrumque eodem tempore adminiſtrationem requirebat, ſicque eo ipſo, quod dictus Don Ioannes officium continui acceptauit, illud primum Capitaneatus vacauit, ad quod faciunt, quæ notantur ab Innocent. *in c. fin. de cleric. non reſidentibus*; Vnde

## OBSERVATIO.

1 CEſſat hodie quæſtio, de qua in hac deciſione ſtantibus geminatis Domini Regis noſtri ordinationibus, diuerſis temporibus proditis, ſignanter de anno 1602. 1611. 1619. & 1625. quibus expreſsè Dominis Proregibus vetitum agnoſcimus, ne permittant duplicata à militibus exigi ſtipendia, vt teſtatur nouiſſimè D. Reg. Capyc. Galeota *in diſſertat. vnica, poſt primum reſp. fiſcale à num.71. vſque, & per totum 91.* quibus in locis ſatis benè demonſtrat, ſupradictas Regias iuſſiones prohibentes duobus inſimul frui ſtipendiis, non niſi militaria ſtipendia reſpicere, & comprehendere, non autem ea, quæ Magiſtratibus Togatis deberi contingeret; etenim ſi quis in Magiſtratu conſtitutus duplex exerceret officium, hic duplex conſequeretur ſalarium, provt conſtat ex innumeris exemplis per eundem D. Reg. Capyc. Galeo. ibi relatis; nam cum duplex ſit onus, duplex ſollcitudo, cōſequens eſt dicere, vt duplex vtriuſque officij debeatur emolumentum, ſic benè reſpondens Regiis literis de anno 1625. & 1626. quas imprimi curauit D. Reg. Sanfel. *deciſ.328.* ſicque pariter per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio aliàs determinatum retuli Ego *lib.1. mear. reſolut. cap.312. per totum*; Tho. *in compend. deciſ. par.1. in verbo ſalarium duplex; & in ſupplemento eodem verbo.* quorum dictis addo nunc D. Reg. Camill. de Curte poſt hæc ſcripta viſum, *in 2. par. ſui operis feudalis cap.1. à num.156. vſque & per totum 159.* quo loci, hanc concluſionem, nimirum, quod quando quis plura exercet officia, & ſic loco plurium officialium vices ſuſtinet, plura debeat habere ſalaria, cùm labor, & præmium diuiſionem recipiant, pro indubitata tuetur, ſic ipſe atteſtans ſeruatum in perſonam recolendæ memoriæ ſui genitoris, qui priuſquam ad officium Præſidis Sacri Conſilij eſſet promotus, Regius exiſtens Conſiliarius, & vti huius ſupremi ſui Tribunalis Decanus exercens inſimul officium pro-Præſidis, per Regiam Cameram, D. Fiſci patrono audito, iudicatum extitit vtrumque ſalarium ei deberi, & addit id pariter determinatum ad fauorem Dominorum Regiæ Cameræ Præſidentium, qui cum abſente, vel mortuo Domino Locumtenente, hoc officium alternatim per hebdomadam exerceant, idque ex Regiæ Sanctionis præſcripto, quæ eſt 8. *ſub tit. de offic. procur. Cæſaris* ſalarium illud D. Locumtenenti conſtitutum, inter ipſos Dominos Præſidentes fore diuidendum mandatum extitit; ſic enim loquitur D. de Curte. Et hæc quæſtio dum de facto eueniſſet in perſona recolendæ memoriæ genitoris mei, qui multo tempore fuit & Conſiliarius, & tanquam Decanus pro-Præſidens Sacri Conſilij, & cauſa cognita fuit, ipſo inſtante in Regia Camera audito Fiſci patrono, iudicatum vtrumque ſalarium ei deberi, & illud obti-

nuit per multos annos, vſque dum ex munificentia inuictiſſimi, & immortalis ſemper memoriæ Regis Philippi II. fuit ad idem officium Præſidentis aſſumptus, quorum ego memor, quia in noſtro Tribunali contrarium obſeruatur, vt ſi vacet officium locumtenentis, non Decanus ad illud exercendum conſtituitur; ſed per hebdomadas per ordinem per omnes Præſidentes Regiæ Cameræ illud exercetur, ſupplicauimus Proregi, quia diuerſitatis ratio aſſignari nullo iure poterat, vt prouiſio, & ſalarium inter omnes Præſidentes diuideretur, quod ſic factum fuit &c.

## *ARGVMENTVM.*

Immunitas non ſoluendi vectigal an & quando præſcriptione acquiri poſſit. Præſcriptione ſublata an illa centenaria ſimiliter ſublata cenſeatur. Bona Fiſci, an, & quando præſcribi poſſint, & quanto tempore. Prouiſiones ab aliquo Tribunali expeditæ, an ius aliquod Patri tribuant; Et an ordinatio illa dicatur perſonalis, vel potius realis, & de aliis ad materiam tex. *in c. cum perſonæ de priuileg. in 6.*

## DECISIO CCCIX.

1 PRÆSIDENTE Caſtellano Caſtri noui huius ciuitatis, vt Taberna, quam tenebat in Burgo ſancti Spiritus eſſet immunis à gabella tertiariæ vini, quæ in hac ciuitate antiquiſſima eſt, & ab illis antiquis Regibus impoſita. Regius Fiſcus inſimul cum Arrendatore inſtiterunt in Regia Camera mandari, vt in dicta Taberna exigeretur gabella prędicta, provt in cæteris exigebatur, ex quo ſat erat immunitas, qua Caſtellanus potiebatur in Taberna, quam intus Caſtrum tenebat. Fuit dubitatum, quis lite pendente manutenendus, an Regius Fiſcus in exactione, an verò Caſtellanus in immunitate.

2 Dicebat Fiſcus, ipſum lite pendente forè manutenendũ, cum fundatam haberet intentionem in tota Ciuitate, & territorio, vt nemo vinum ad minutum vendere poſſit, niſi tertiaria ſoluta; nec poſſe Caſtellanũ præſcriptione aliqua ſe tueri, quia etſi immunitatem non ſoluendi vectigalia poſſit quis contra Fiſcum præſcribere, vt eſt tex. *in l. licitatio §. earum rerum ff. de publica. & vectigal.* tamen in Regno *ex conſtit. quadr.* nulla currit præſcriptio contra Fiſcum, niſi centenaria, quæ in caſu, de quo agebatur ceſſabat prorſus; facit, quod notat Andr. *in tit. quæ ſint regalia, in verb. vectigalia*, vbi dicit, quod ſi ſemel eſt ſolutum Fiſco, ita vt ſit illi ius quæſitum, ſi demùm non ſoluitur, centinaria exigitur præſcriptio, ſicut in cæteris acquiſitis, ad tex. *in l. fin. C. de ſacro. Eccleſia, & in dicta Conſtit. quadr.* & cum nullum poterat Caſtellanus allegare titulum, allegando præſcriptionem, donec illa probaretur, lite pendente abſtinere debebat, vt eſt tex. *in vulgato c. cum perſonæ in fine, de priuileg. in 6.* Capyc. *deciſ.* 189. ſicut dicimus in ſpoliato, qui ſi petat ſe reſtitui, licèt probet, ſe fuiſſe ſpoliatum; tamen ſi poſſeſſio ſua eſt contra ius commune, & titulo aliquo non colorata, reſtitui non debet, vt eſt tex. *in c. fin.* vbi Canoniſtæ: communiter, *de reſtit. ſpoliat. in 6. gloſ. notab. in cap. 1. de præſcrip. eodem lib.* Nec in aliquo Regio Fiſco obſtabant prouiſiones Regiæ per Caſtellanum præſentatæ à ſuo prædeceſſore obtentæ, per quas apparebat ordinatum, non eſſe illum, à ſua poſſeſſione amouendum; ſed quod Fiſcus ſi aliquid contra prætenderet, ageret via ordinaria, ob quod dicebatur quod licèt hæ prouiſiones ius Caſtellano reſpectu proprietatis immunitatis non tribuebant, bene tamen reſpectu poſſeſſionis, ad notata per Abb. *in c. conſtitutus col. 3. de electio.* Nec dici poſſe per mortem Caſtellani, ad cuius inſtantiam fuerunt expeditæ, fuiſſe illas expiratas, ex quo forſan illius perſonam reſpiciebant, ad tex. *in l. quod perſonale, & in l. maritum ff. ſolut. matr. l. apud Iulianum §. ſi quis alicui ff. de leg. 1. & l. priuilegia ff. de regul. iur.* nam realis dicebatur ordinatio hæc, & ita in dubio iudicandum, primò quia Principis beneficium continebat, Bar. *in l. penul. ff. de ſeruit. lega.* gloſ. & Io. de Plat. *in l. ſordidorum C. de excuſ. mune. lib. 10.* Secundò quia proceſſit ſub nomine dignitatis, quia Caſtellanus Caſtri noui, *l. maximarum*, vbi Io. de Plat. *in 3. notab. C. proximo cit. tit.* etenim reſpondebatur, in dictis prouiſionibus nullam fuiſſe factam mentionem de iuribus tertiariæ; ſed ſolùm de taberna, vt ſcilicet in illius poſſeſſione Caſtellanus manuteneretur; vndè cum Taberna nihil aliud ſit, niſi locus vbi venditur vinum, cum omnibus ſtileis intus eam pro vſu exiſtentibus, vt eſt tex. *in l. taberna, cum l. ſeq. & in l. cum quæritur de fundo inſtruct. & inſtrum. lega.* aliud prætendere Caſtellanus non poterat, niſi poſſeſſionem illius loci, non autem immunitatem à ſolutione Gabellæ; ex quibus omnibus, relata cauſa in Collaterali Conſ. fuit deciſum, quod Caſtellanus, pendente lite abſtineret ab vſu, & quaſi poſſeſſione d. Tabernæ, ſeu ab immunitate iuris tertiariæ vini in d. Taberna, & quod Reg. Fiſcus manuteneretur in poſſeſſione ſeu quaſi exigendi, provt, in aliis Tabernis Ciuitatis exigebat.

OBSER

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 CONcluſio illa, de qua hîc in principio, vt vectigalia iure permittente, ſaltem immemorabili tempore præſcribi poſſint, pluribus mediis comprobatur à Franciſco de Alfaro *in ſuo tract. de offic. fiſcal. gloſ.*20. §.3. *à num.*29. & primo, nàm, quicquid priuilegio acquiri poteſt, ita pariter & præſcriptione, cùm præſcriptio, & priuilegium æquiparentur, ad tex. *in l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſtiua*; at cum ſine controuerſia procedat, vt iura hæc regalia poſſint regali priuilegio acquiri, *l.*1. *ff. de offic. procur. Cæſar.* Ergo præſcriptione ſaltem immemorabili huiuſmodi iura acquiri poterunt.

2 Secundò, nam cùm Fiſcus, & Eccleſia pari paſſu ambulent, *l. fin. C. de Sacro. Eccleſ. § ſancimus* vbi gl. Anch. *de non alien. aut permut. c. auditis*, vbi Abb. *de in integrum reſtit.* contra Eccleſiam Romanam currit centenaria præſcriptio, *Authen. quas actiones C. de Sacroſ. Eccl.* ergo & contra Fiſcum.

3 Tertiò, quia ſi dicamus nullo tempore poſſe rem aliquam præſcribi, illa tamen, quæ dicitur centenaria, nunquam excluſa cenſetur, *l. fin. C. de fundis limitrophis lib.*11. Boer. *deciſ.*39. *num.*11. *&* 12. ergo huiuſmodi præſcriptio bene in huiuſmodi iuribus procedit, facit autem tex. expreſſus *in c. ſuper quibuſdam, de verb. ſignific.*

4 Et licèt Alfar. *loco cit. à num.*35. in contrariam ſententiam deſcendere videatur, maximè in terminis illarum legum Hiſpaniæ, ſic ſentiens, vt vectigalia vllo tempore contra Fiſcum præſcribi poſſint, attamen apud nos non eſt recedendum à concluſione, quam Dominus Regens firmat hîc, cùm legem habeamus expreſſam in Regno, vt iura ad Fiſcum ſpectantia centum annorum ſpatio præſcribi poſſint, hîc eſt tex. vulgatus, quam hîc citat D. Regens *in Conſt. quadragenalem*, cuius verba ſunt *Quadragenalem præſcriptionem, & ſexagenariam, quæ contra fiſcum in publicis, hactenus competebat, vſque ad centum annos prorogamus, minoribus præſcriptionibus aduerſus Fiſcum inductis, quadriennij ſcilicet in rebus donatis à nobis, & triennij in ſententiis contra nos latis in ſuo robore duraturis*; ad cuius quidem Conſtit. ornatum videnda ſunt omninò, quæ ſcripſit Camill. de Curt. *in ſuo diuerſ. fund. part.*1. *in cap.* quod incipit *declarata igitur materia, num.*97. vbi dicit in Regno noſtro circa hanc materiam diſtinctionem adhibendam eſſe, vt ſcilicet in rebus fiſco incorporatis, & iam quæſitis, nulla penitus concedatur præſcriptio, niſi tantùm immemoralis; in rebus verò fiſco quærendis, & adhuc non incorporatis, ſat ſit quadragenalis præſcriptio & minor etiam in caſibus à iure ſtatutis, in quibus minorem præſcriptionem introduxerunt; alia ad materiam pertinentia videnda ſunt penès Peregr. *in tract. de iure fiſci lib.*6. *tit.*8. *per totum*, vbi plura *inuenies notabilia.*

## *ARGVMENTVM.*

Actor à tutore propter eius abſentiam, vel infirmitatem conſtitutus, nùm priuſquam adminiſtrare incipiat, teneatur adimplere, quæ à tutore adimplenda ſunt. Curator hæreditati iacenti datus, an inuentarium conficere teneatur, & de aliis.

## DECISIO CCCX.

DICTVM fuit ſupra *in deciſ.*289. Regiam Cameram in Collaterali Conſilio determinaſſe, quod Illuſtr. Marchio Vaſti electus Balius Filiorum, quondam Illuſtr. D. Antonij de Aragonia, poterat propter eius legitimam à Regno abſentiam actorem conſtituere, qui loco ſui adminiſtraret, iuxta tex. *in l. ſolet ff. de tutor. in l. decreto, ff. de adminiſtr. tut. in l. neque tutores C. de procuratoribus, in l. actor.* vbi Bar. plenè *ff. rem rat. haber. & in §. fin.* vbi Io. Fab. & Ang. *Inſtit. de curat.* & cum iam deputaſſet perſonam Comitis Montiſcalui, contigit dubitari, an Actor iſte ad inſtar tutoris teneretur adimplere adimplenda, de quibus per Bar. *in l. legitimos ff. de legit. tutor.* 1

Et per Regiam Cameram fuit deciſum, quod non. Ratio deciſionis, quia cum tutor poſſit per alium tutelam gerere, perinde eſt, ac ſi ipſe gereret, vt eſt tex. *in l. ita autem §. geſſiſſe*, vbi Bar. *ff. de adminiſtr. tut.* diciturque actor tutoris periculo gerere, *d. l. ſolet, d. l. decreto, & d. §. fin.* vndè ſi tutoris nomine, & periculo gerit, iam cautum eſt pupillo, ex quo tutor adimpleuit adimplenda; hinc Bal. *in l. properandum §. fin. C. de iudic.* & Ang. *in d. § fin. Inſtit. de curat.* dixerunt, quod quando actor eſt electus à tutore, & confirmatus à Iudice, illius bona pupillo tacitè obligata non ſunt; ſed benè erunt obligata tutori, cuius periculo adminiſtrat; ſecus verò ſi eſſet à Iudice electus, tutore petente, quia tunc eius bona benè erunt tacitè obligata pupillo; vndè cum in caſu, de quo agebatur Comes Montiſcalui conſtitutus erat actor à Marchione, & per decretum Cameræ confirmatus, ſat erat pro pupillorum cautela Marchionem adimplenda adimpleuiſſe. 2

## OBSERVATIO.

CVm Domino Regente hîc, vt actor à tutore, propter eius abſentiam, vel infirmitatem conſtitutus nullo pacto teneatur adimplere, quæ à tutore adimplenda ſunt, conueniunt ſcripta per Montan. *in tract. de tutor. & curat. c.*32. *n.*91. quo loci addit, actorem qui tutoris nomine, & non ſuo gerit, illiuſque periculo conſtituitur, *l. ſolet ff. de tutelis*, nullatenus ad inuentarium conficiendum teneri; ſed ſat eſſe à tutore eſſe confectum; in litibus pariter pupillorum, non procuratorem, ſed actorem tutor conſtituit, prout eſt tex. *in l. neque tutores C. de procur.* vbi Bal. qui *num.*4. huius dicti rationem aſſignat; Curato autem hæreditati iacenti datus, an inuentarium conficere teneatur, affirmatiue reſoluit Ant. Queſad. *diuerſ. quæſt. iur. cap.*3. ſed an idem ſit in patre bona filij aduentitia adminiſtrante, vide Tiraquel. *ad l. ſi vnquam* 1

*in*

Digitized by Google

*in princ. num.29. de reuocandis donation. & de retract. lignag.* §.1.*gl.*1.*num.*25. & Ceuall. *comm. contra commun.quæſt.*330.

## ARGVMENTVM.

Immunitas, qua potitur Taberna à ſolutione Gabellæ vini, an ſicut locum habet, quando venditur vinum comedentibus, & bibentibus in illa, ſic pariter ſi venderetur aliis qui accedunt ad vinum emendum, vt illud ad proprias domos transferrent, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCXI.

1 IN hac Ciuitate ex peculiari priuilegio, quatuor reperiuntur Tabernæ quæ à ſolutione Gabellæ tertiariæ vini immunes ſunt; illa nimirùm, quæ dicitur de Florio in Burgo Plagæ, alia quæ dicitur del Criſpano in Burgo Sancti Antonij, alia quæ dicitur Sancti Iuliani; altera & tandem in Caſali Sancti Ioannis ad Toduuium; ex hoc orta fuit controuerſia inter Regium Fiſcum, & arrendatorem huius Gabellæ ex vna, & Dominos dictarum tabernarum ex altera, an immunitas hæc quemadmodum habebat locum, quando venditur vinum comedentibus, & bibentibus in dictis tabernis, ita pariter ſi venderetur aliis, qui accederent ad emendum, vt illud ad proprias domos transferrent. Reſpectu tabernæ Sancti Iuliani fuit tentum pro indubitato, quod hæc immunitas, quæ erat à Rege Frederico conceſſa intelligebatur pro illis tantùm, qui in ea comedebant, & bibebant; vnde dubium remanſit in aliis tribus.

2 Et diſcuſſis omnibus de iure diſcutiendis, Regia Camera contra Fiſcum, & arrendatorem pronunciauit. Ratio deciſionis fuit, quia priuilegia, quæ producta fuère, ſimpliciter loquebantur, vt abſque gabellæ ſolutione vinum in dictis tabernis vendi poſſit, ſicque fiebat locus immunitati, ſiue venderetur vinum comedentibus, & bibentibus, ſiue aliis non comedentibus, nec bibentibus; nimis enim generale erant priuilegia, & ſucceſſiuè acta vtrumque comprehendere, ad tex. *in l. de pretio ff. de public. in rem actio & in l.*1. §. *generaliter ff. de legat. præſtan.* fuit pariter conſideratum quod ſemper & indiſtinctè in prædictis tabernis fuit venditum vinum francum, & immune à ſolutione gabellæ, quamuis ibi non comedentibus; vnde dicebatur priuilegia prædicta ex vſu etiam in his regalibus declarationem aſſumpſiſſe, optimè Roma. *conſ.*271. *uis tota.* quod in dies ab Aduocatis ad hunc effectum allegatur. Tandem comprobabatur, cum hic ſit propriè vſus tabernarum omnium huius Ciuitatis, vt indiſtinctè vinum ad minutum vendatur, tam comedentibus, & bibentibus in Taberna, quàm aliis alibi aſportantibus; quare fuit interpoſitum decretum licere in dictis tabernis vendi vinum ad minutum omnibus immune à gabella, excepta Taberna Sancti Iuliani, propter priuilegium, quod fuerat productum limitatum, nimirum pro illis, qui in ea comedunt, & bibunt.

## OBSERVATIO.

QVod priuilegium ex vſu, & conſuetudine interpretationem recipiat iuxta concluſionem hîc tentam, ex Roma. *conſ.*276. ſcripſit pariter Freder. de Senis *conſ.*61. *num.*2. *verſ. præterea conſuetudo,* vbi expreſsè dicit, priuilegium ſtrictum ab vſu, & conſuetudine latam recipere extenſionẽ, & interpretationem, allegans tex. *in c. cum dilectus de conſuetudin.* vbi generaliter probatur, conſuetudinem optimam eſſe legum interpretẽ, idemque D.Card.Tuſch. *pract. concl. litt. P, concluſ.*732. vbi principaliter ſatis ad rem noſtram firmat priuilegium quatenus ius concedentis tangat, latè in ipſius concedentis præiudicium interpretari debere, allegat tex. *in l. fin. C. de conſtit. Princip.* Fred. de Sen. *cit. conſ.*61. *num.*2. *verſ. non obſtat.* Abb. *in conſ.*70. *in fin. lib.*2. & Alex. *conſ.*110. *num.*10. *verſ. quia priuilegium lib.*6. ſubdens, quod quando verba priuilegij ſunt indefinite prolata, & agitur de ſolo præiudicio concedentis, priuilegium etiam ad futura extenditur, ex Calder. *conſ.*527. *circa finem aliàs* 12. *de priuileg.* & quod ita procedit tex. *in c. quia circa, de priuileg.* vbi decimarum remiſſio interpretatur de præſentibus, & futuris, & ob hoc infert ad priuilegiũ exemptionis conceſſæ ab omnibus gabellis in omnibus Terris concedentis vt extendatur adhuc ad Terras poſt conceſſionem acquiſitas ex Guid. Pap. *deciſ.* 489. vbi Addentes &c.

## ARGVMENTVM.

Decretum Iudicis, & Partis citatio, an requirantur in tranſumpto faciendo à Notario, qui originalis non fuit author, Et quid ſi produceretur tranſumptum poſt longiſſimi temporis lapſum, an præſumendum ſit, illud ritè, & rectè fuiſſe factum. Decretum Iudicis, ſiue ſolemnitas extrinſeca, an, & quanto tempore interueniſſe præſumatur. Aſſenſus Apoſtolicus in alienatione bonorum Eccleſiæ an curſu temporis præſumatur, adhuc ſi de illo in contractu nulla mentio facta ſit.

DECI

Digitized by Google

## DECISIO CCCXII.

1 PRÆSENTAVERAT Magnificus Marinus de Forma quoddam tranſumptum priuilegij Regis Roberti, quo fundabatur vnio Caſtri Paglietæ cum Ciuitate Langiani; ſed quia in actu tràſumptionis ſupponebatur debitam ſolemnitatem, nimirum Iudicis decretum, & Partis citationem ſeruatam non fuiſſe, dubitatum fuit in Regia Camera, an fidem faceret.

2 Dicebatur regulariter tranſumptũ factum à Notario, qui originalis non fuit author, adhuc ſi exemplaretur ab originale alterius notarij cum Iudice ad contract. & teſt. fidem aliquam non facere, niſi Iudicis interueneritdecretum, & Partis, cuius intereſt citatio, ita DD. communiter *in authen. ſi quis in aliquo C. de edendo*, & Canoniſtæ *in c. fin. extra de fide inſtrum. & in c. Albertus extra de teſtibus*; ſed dubitabatur, quid ſi produceretur hoc tranſumptum poſt longiſſimi temporis lapſum, an præſumendum ſit, ſolemnitatem illam extrinſecam, nimirum decretum Iudicis, & citationem Partis interueniſſe, adhuc ſi in eo enunciata non ſit, pars affirmatiua hîc ſubſtinetur, authoritate Hoſt. Io. Andr. Bal. Ant. de Butr. Imol. & Felyn. *in dicto c. Albertus* & Iaſ. *in d. Authen. ſi quis in aliquo*, & melius *in l. 2. C. de teſtibus*, ſicque tentum, vt in omnibus caſibus, in quibus Iudicis decretum requiritur, adhuc ſi illud in inſtrumento non enunciatur, ex longiſſimo tempore interueniſſe præſumitur, ratio eſt, quia licèt ſolemnitas extrinſeca non præſumatur, maximè ſi inſtrumento enunciata non reperitur, gl. & DD. *in l. ſciendum ff. de verb. oblig.* fallit tamen ſi longiſſimum lapſum fuit tempus, quo omnis ſolemnitas extrinſeca præſumitur, notant Ang. Imo. & Alex. *in d. l. ſciendum*, & quod hæc ſit communis opinio teſtatur ibi Iaſ. & latius Felyn. *in c. ſicut num. 29. extra de ſentent. & re iudicata*, vbi ex Ang. dicit eſſe caſum *in l. ſi filius C. de petit. hæred.* & licèt variæ ſint DD. opiniones, quæ in hac materia temporis longinquitas dicatur, qua de re Aret. *in conſ. 36.* & Felyn. *in d. c. Albericus, & in d. c. ſicut*, tamen conueniunt omnes, quod etiam ſi de magno tertij præiudicio tractatur, temporis diuturnitas dicitur, ſi annorum triginta tempus lapſum eſt, quia aliter huius ſolemnitatis impoſſibilis eſſet probatio, vt dixerunt Hoſt. & alij *in d. c. Albericus*, ſed in caſu de quo agebatur ad fundandum, quod tranſumptum productum nullam faciebat fidem, quamuis longiſſimum tempus fuiſſet elapſum, ponderabatur, quod in eo non apparebat ſubſcriptio Regis Roberti, cuius erat priuilegium, conſtabat enim huius Regis ordinatione, vt in ſuarum litterarum exemplo eius propriæ manus ſignum exigeretur, aliàs, quod non probaret exemplum, quamuis Iudice authorante; verùm dictum fuit, quod licèt verum ſit, vt quando ſumptum Principis eius requirit ſubſcriptionem, exemplum non probet, licèt Iudicis authoritate exempletur, tamen Lucas de Penna, qui dicit hoc ſatis eſſe notandum pro exemplo litterarum Regis Roberti, atteſtatur *in l. probatorias in fine C. de diuerſ. offic. lib. 12.* contrarium ſeruari vidiſſe, duobus concurrentibus, & primò quando priuilegium originale erat præſentanti pro eius cautela reſtituendum; Secundò ſi tabellio, teſtes, & Iudex, qui auctoratur exemplo, ſubſcriptionem propriæ manus Regis notam habebant, idemque Affl. *in conſtit.....*

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## OBSERVATIO.

1 CIrca primam concluſionem hîc tentam, quamuis regulariter exemplo non credatur, niſi originale exhibeatur, vt nouiſſimè iuribus, & DD. authoritatibus probat Regens Sanfelic. *deciſ.* 182. attamen quando exemplum fit Iudicis authoritate, & Parte citata, quod probet, & ſi originale non exhibeatur, ait deciſum noſter Vrſill. *in addit. ad Afflict. dec.* 273. *num.* 2. idemque ſi exemplum factum ſit ab eodem notario, qui originale confecit inſtrumentum, vt per eundem D. Regentem Sanfelic. *deciſ.* 183.

2 Quantùm verò attinet ad illud dubium, vt ſi exemplum producatur poſt longiſſimum tempus, an præſumendum ſit, ſolemnitatem illam extrinſecam, nimirum Iudicis decretum, & Partis citationem interueniſſe; partem affirmatiuam, quam D. Regens noſter hîc ſubſtinet, ſemper putaui veriorem, adhuc ſi hæc ſolemnitas enunciata non ſit, vt à ſimili dixerunt DD. *in materia alienationis bonorum Eccleſiæ*, quæ ſi facta proponatur triennali elapſo tempore, præſumitur omnes præceſſiſſe ſolemnitates, quæ à Sacris Canonibus in his diſtractionibus requiruntur, & ſignanter Summi Pontificis conſenſum, quamuis in contractu de illo mentio facta non reperiatur, vt pluries deciſum per Rot. teſtantur Seraph. *dec.* 1042. *num.* 4. Riuius *deciſ.* 114. *part.* 2. Muriſc. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 11. vbi de communi teſtatur, Anna *conſ.* 113. *num.* 41. Reg. de Pont. *de feud. ſect.* 5. *num.* 42. quo loci teſtatur ſic pluries in S. C. iudicatum, Regens Capyc. Galeot. *contr. lib.* 1. *contro.* 58. *num.* 19. etenim eſt vndique receptiſſimum, ad præſumendam ſolemnitatem extrinſecam, adhuc in graue tertij præiudicium, ſat eſſe triginta annorum lapſum, vt Butr. ac Imol. authoritate *in c. peruenit, de emptio. & venditio.* probat Author damnatæ memoriæ in ſua gloſ. §. 5. *num.* 22. vbi *num.* 62. diſtinguit, quod aut agitur de magno tertij præiudicio, & requiritur triginta annorum ſpatium, aut de modico, & ſat ſunt decem; quando tamen de his diſputari continget, recurre ad Iacob. Menoch. qui materiam deguſtauit, *de præſcriptio. lib.* 3. *præſump.* 132. *à num.* 54. *vſque ad finem*, & ad Ioſeph. Maſcard. *de probatio. concluſ.* 1321. *cum ſequent.* in quibus locis omnia digeſta inuenies.



Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Manutentio poſſeſſionis, ſeu quaſi an lite pendente ſit concedenda illi cui ius reſiſtit, ſi immemorabilem alleget; Et quid ſi inſimul priuilegium produceret, quamuis dubium. Iuriſdictionem habens in toto Regno ſi illa in vno loco, non vtatur, an per hoc ſibi præiudicauerit, vt demùm in eodem loco ea vti non poſſit, & de aliis ad materiam *c. cum perſonæ de priuileg. in 6.*

## DECISIO CCCXIII.

1 CVM ab anno 1453. Regia Curia reperiretur in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi continuatis temporibus in toto Regno ius fundaci pro Croco, & Lana, & hoc ex diſpoſitione ritus Regiæ Cameræ; quia exactio. hæc denegabatur in fundaco, ſeu dohana Ciuitatis Aquilæ per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtr. Domino Prorege, fuit deciſum nemine diſcrepante, quod Regia Curia manuteneretur in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi de Croco, & Lana ius fundaci in Regia Dohana Ciuitatis Aquilæ, etenim licèt prætermiſſa eſſet exactio, ſatis tamen fundabatur iuſtitia Regij Fiſci ex exactione, quæ fiebat in omnibus Regiis fundaciis totius Regni, & ſignanter in conuicinis, quo caſu dicebatur fundatam eſſe Regij Fiſci intentionem in fundaco Ciuitatis Aquilæ, ad quod allegabatur indiuidualis deciſio Andr. *in tit. quæ ſint regalia, in verb. vectigalia,* & cum pro exequutione huius determinationis fuiſſent per Regiam Cameram expeditæ prouiſiones, comparuit Vniuerſitas dictæ Ciuitatis præſentando priuilegium quoddam Regis Alphonſi primi de anno 1457. quo dicebatur fundari immunitatem hanc tam pro Aquilanis, quàm pro aliis quibuſcumque Crocum ab illa Ciuitate, eiuſque diſtrictu, & toto Comitatu extrahere volentibus abſq; alicuius datij, ſiue gabellæ ſolutione, & quod in hac poſſeſſione, ſeu quaſi longiſſima in illa Dohana viuebatur, qua ſtante inſimul cum priuilegio, dicebatur dubium non eſſe, quod ſaltem lite pendente debebat Ciuitas manuteneri in ſua poſſeſſione, ſeu quaſi huius immunitatis, ad tex. *in c. cum perſonæ, verſ. quod ſi talis,* vbi Canoniſtæ communiter, *de priuileg. in 6.* Ant. de Butr. Abb. & Imol. per illum tex. *in c. cum veniſſent, de inſtitut.* & licèt priuilegium, quod producebatur non erat ita clarum; ſed potius dubium, attamen declarabatur per conſuetudinem, *c. cum dilectus de conſuet.* Aret. benè *conſ.* 11. Roma *conſ.* 271. & ita in terminis terminantibus Domin. *in dicto c. cum perſonæ col. 2. verſ. quod ſi talis, de priuileg. in 6.* quare facta iterum relatione in Collaterali Conſilio, fuit deciſum Ciuitatem Aquilæ lite pendente forè manutenendam in poſſeſſione, ſeu quaſi immunitatis d. iuris fundaci; ſed compilato proceſſu, quia Vniuerſitas defecit in ſalutare, fuit per Regiam Cameram deciſum eſſe omnino exigendum ius fundaci de Croco in Ciuitate Aquilæ; etenim nixa fuit Ciuitas probare centenariam, quam tamen formiter non probauit, ex quo teſtes deponebant de negatiua non cohortata, neque loco, neque tẽpore; tum etiam quia præſcriptio illa fuit ſæpe interrupta mediantibus prouiſionibus Regiæ Cameræ, conſtititque diuerſis temporibus bis fuiſſe in illa Dohana ius fundaci pro Croco ſolutum; tandem dictum fuit, quod in caſu, de quo agebatur nulla poterat ſuffragari præſcriptio etiam immemorabilis, quia ſi ego in toto Regno vniuerſalem poſſideo iuriſdictionem; quia in vno loco non vtor, videor tamen poſſidere in illo loco per poſſeſſionem, & exercitium vniuerſale in toto Regno, ad quod fuit in terminis allegatus Innocent. *in cap. dilectus col. 2. de Cappell. Monachor.*

## OBSERVATIO.

IN hac deciſione in prima parte fuit determinatus tertius caſus, qui deciditur *in c. cum perſonæ, de priuileg. in 6.* vt nimirum lite pendente ſit ſemper manutenendus is, qui allegat præſcriptionem; ſi cum illa inſimul produceret titulum adhuc dubium, quamuis aduerſarius fundatam habeat intentionem de iure communi; in quibus ſanè terminis procedunt pariter, quæ ſcripſerunt Io. Vinc. de Anna *allegat.* 84. & ante eum Ant. Capyc. *deciſ.* 189. licèt de ea non bene ſentiat Ioſeph. de Seſſe *in ſuo tract. de inhibit. c.* 5. §. 10. *n.* 19. Cæterùm ſi in ſola præſcriptione quis ſe fundat, determinatur expreſsè in eo tex. vt lite pendente ſit conſeruandus ille, contra quem allegatur præſcriptio, ex eo quod, ius commune pro ſe habet, & aduerſario ius reſiſtit, vt bene ibi hæc omnia declarant Philipp. Franc. Geminia. Anchar. & omnes, Abb. *in cap. 1. vt lite pendente & in c. cum veniſſent, de inſtitutio.* & ex Noſtratibus Io. Franc. de Ponte. *conſ.* 97. *per totum,* præſertim *à num.* 20. *vſque ad* 27. *& in deciſ.* 18. *num.* 12. Regens Rouit. ſatis notanter *in prag. 1. à num. 29. de iuriſdic. inuic. non turban.* vbi inter plura notatu digna dicit, eum, qui in proprio territorio turbat fundatam habere intentionem de iure communi, ſicque iuris aſſiſtentia inniti; eum verò qui turbatur iuris reſiſtentiam contra ſe habere, idemque Regens Capyc. Galeot. *controu. iuris lib. 1. controuerſ.* 5 *1. num.* 6. & his addendus eſt Io. Franc. Capobl. *in tract. de author. Baron. lib.* 2. *cap.* 76. vbi prætendente Archiepiſcopo Conſano vti Barone in Ciuilibus Terræ Sanctæ Mennæ conſeruari 1

ſeruari, & amplius à Vaſſallis non turbari in ſua quaſi poſſeſſione, pro fiducia paſcuorum, quam ille exteris animalibus in territoriis domanialibus vniuerſitatis faciebat, fuit per S.C. referente tunc Regio Conſiliario Ferdinando Biancia, demum Regente meritiſſimo, datus terminus ſimpliciter, de præſcriptione per Archiepiſcopum allegata, nulla habita ratione.

## *ARGVMENTVM.*

Ius fundaci, an ſit ſoluendum de mercibus, ſemel fundicatis, Et an ſolui debeat in Ciuitate Neapolis de mercibus, ad illius territorium introductis, vt tamen ad aliam partem Regni ad vendendum transferrentur. Emens à Fiſco, vel ab Eccleſia, an pro re, quam emit gabellam ſoluere teneatur, & de aliis.

## DECISIO CCCXIV.

1 CVM quidam mercator Meſſanenſis merces ſuas ad hanc Ciuitatem conducere deſtinaſſet, acceſſit ad fundacum Ciuitatis Coſentiæ, & cum illo Dohanerio ſe concordauit fundaci partem ſoluens, aduenit demùm ad hanc Ciuitatem, & prætenſionem habuit, ius fundaci non ſoluere, tùm primò, quia ex ritu Regiæ Cameræ, incipit, *nemo inuitus* ſub tit. *de iure fundaci*, ſemel mercibus fundicatis, amplius ius fundaci non ſoluitur, tùm etiam, quia ipſe vti ciuis Meſſanenſis erat immunis, fuit dubitatum an iuſta eſſet prætenſio hæc.

2 Per Regiam Cameram fuit deciſum, teneri præfatum mercatorem Meſſanenſem ius fundaci hic Neapoli ſoluere. Ratio deciſionis fuit, quia ius fundaci ſoluitur ſemper in loco vbi mercium venditio, & traditio fit; ſed traditio mercium fuit facta in hac Ciuitate ergo; nec obſtare dicebatur, quod hic mercator erat immunis tanquam ciuis Meſſanenſis, nam fuit reſponſum, quod licèt hoc verum ſit, procedit tamen, quando Meſſanenſes emunt; ſed quando ipſi vendunt, eo caſu, ius fundaci ab emptore ſoluitur, ſicut dicimus Fiſcum eſſe à vectigalis ſolutione immunem, ſecus verò illum, qui à Fiſco emit: *l. licitatio §. fin.* vbi DD. communiter *ff. de public. & vectigal.* & pro hac deciſione demùm compertum fuit, ſic aliàs Regiam Cameram iudicaſſe ſub die 20. auguſti 1476. prout conſtare dicebatur ex decreto regiſtrato in ritibus Regiæ Cameræ per quod dictum fuit ius fundaci non ſolui, niſi in illo fundaco, vbi fit venditio, & vbi ſunt deſtinatæ merces; quamuis hoc limitetur in fundaco huius Ciuitatis Neapolis, propter eius præeminentiam; etenim ſi mercator merces ſuas applicauerit ad huius Ciuitatis territorium, licèt vt venderetur ad aliam Regni partem deſtinatæ ſint, tamen pro illis debet fundacum hic ſolui, Et hoc ſiue hic vendat, ſiue non, id, quod dictum fuit ſemper fuiſſe in Regia Dohana ſeruatum, & conſtitit per fidem antiquam factam ſub die 18. Iulij 1505. regiſtratam in ritibus Regiæ Cameræ incipiente *Magnifici Signori*, ac demùm fuit deciſum per Regiam Cameram ſub die 17. Octobris 1545. in cauſa Mandi Cappelli.

### OBSERVATIO.

AD confirmationem illius concluſionis, quam Dominus Regens noſter hîc annuit, nimirum, quod quamuis Fiſcus à vectigalis ſolutione ſit immunis, ſecus verò, qui à Fiſco emit, ad tex. *in l. licitatio. §. fin. ff. de public. & vectigal.* vide ſcripta per Me *lib. 1. mearum reſol. cap. 169. num. 5.* vbi fuerunt relati, hoc idem firmantes, Bertaz. *de clauſ. inſtrum. clauſ. 21. gl. 24. num. 1.* Bertacchinus *de gabellis par. 10. ſub n. 23.* & Capyc. *in ſua inueſtit. feudali, in verb. feudatariorum immunitas, verſ. ementes fol. 246.* qui loquitur de emente intratas Regis, Clerici, vel Baronis, & allegat Lucam *in l. ementes C. de iure reipubl. lib. 11.* idemque Io. de Amic. *conſ. 18. numero 4.* Peregr. *de iure fiſci lib. 6. titul. 4. numero 46. verſ. nota quia quæſtio iſta.* 1

Dixi pariter *num. 6.* hoc idem firmaſſe DD. in Eccleſia, quæ licèt à ſolutione gabellæ pro fructibus ſuorum prædiorum immunis reputetur, tamen ſi fructus illos vendat laico, non poteſt laicus ille ſe tueri immunitate Eccleſiaſtica; ſed ad ſolutionem gabellæ tenetur; ita Specul. *in tit. de immunitat. Eccleſ. in fine,* Guid. Papa *ſingul. 273. num. 2.* Bal. *conſ. 31. n. 1. lib. 1. & conſ. 496. lib. 4.* Archid. *in c. quamquam de cenſibus in 6.* Tiraquel. qui de communi teſtatur de vtroque retract. *lib. 1. gloſ. 13. n. 12.* Boër. *deciſ. 203. num. 19.* Rolan. à Valle *conſ. 6. lib. 4.* Bertach. *de gabel. par. 7. in princ. n. 19.* Laſſar. *de decim. vendit. cap. 19. num. 27.* Guttier. *de gabellis quæſt. 44. n. 5.* Parlador. *rer. quotid. cap. 3. §. 1. n. 14.* & Genuenſ. *in pract. Eccleſ. quæſt. 212.* quem vide. 2

## *ARGVMENTVM.*

Feudatario ſine legitimo ſucceſſore decedente, an fiat locus diſpoſitioni *c. ex præſumptuoſè*, etiam reſpectu illorum feudorum, quæ defunctus in vita, quamuis nulliter alienauit. Frater patruelis, an in feudo antiquo ſuccedat ſorori patrueli, & de aliis.



Digitized by Google

## DECISIO CCCXV.

1 CVM per mortem Illuſtr. Duciſſæ Ferandinæ ſine legitimo ſucceſſore in feudis, Regia Curia vigore cap. *ex præſumptuosè* feudorum omnium in illius hæreditate remanſorum cæpiſſet poſſeſſionem, dictum fuit reſpectu Terrarum Laueranæ, & V lię diſpoſitionem d. cap. non procedere, ex uo Illuſtr. Duciſſa antequam moreretur, feuda illa cum pacto de retrouendendo vendiderat, ſicque penès tertios poſſeſſores repериebantur; & licèt Fiſcus forſan ius fouebat bonum quia malè alienata, tamen de facto procedi non poterat; ſed iuris ordine ſeruato; quò verò ad alia feuda, quæ in die mortis per Duciſſam poſſidebantur, fuit dubitatum, an eſſet locus diſpoſitioni d. cap. ex quo ſupereſtat Illuſtr. Dux maritus, qui erat Duciſſæ vxoris ſuæ Frater patruelis; dicebat Fiſcus, quod ille ſuccedere non poterat, tam attento iure communi feudorum, *cap. 1. de ſucceſ. fratr. c. 1. de fratribus de nouo beneſ. inueſt. & cap. 1. de duobus fratribus*, quàm Conſtitutionis Regni huius, *vt de ſucceſſionibus*, & hoc ſiue ſit feudum nouum, ſiue antiquum, ſiue inueſtitura cauet pro ſe, & hæredibus ex corpore, ſiue pro ſe, & hæredibus ſimpliciter; ſed replicabat Illuſtr. Dux, quod licèt hoc verum erat, tam de iure communi feudorum, quàm Conſtit. Regni, ſecus tamen attenta gratia per Ceſaream Maieſtatem huic Regno conceſſa ſub die 22. Martij 1536. per quam frater patruelis ad feudi antiqui ſucceſſionem fuit admiſſus, quoties tam ſuperſtes, quàm feudatarius defunctus per lineam maſculinam deſcendunt, à primo Domino, qui feudum acquiſiuit; At Regius Fiſcus dicebat hoc, in caſu propoſito, eſſe dubium, quia tractabatur de ſucceſſione maſculi in bonis feudalibus fœminæ, gratia verò loquitur, & velle videtur, at tam ille, qui ſuccedit, quàm cui ſucceditur debeant eſſe maſculi, ob quod dicebatur Ducem claro, & aperto iure non ſuccedere, quare facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, fuit deciſum capiendam eſſe poſſeſſionem vigore diſpoſitionis *d. c. ex præſumptuosè*, quia hæc eſt Regiæ Cameræ præeminentia, vt ſtatim quod Baro ſine legitimo ſucceſſore moriatur, qui claro, & aperto iure ſuccedat, apprehenditur poſſeſſio per Curiam penès quam maneat loco ſequeſtri, donec aliter, Partibus auditis, fuerit de iuſtitia prouiſum.

---

## OBSERVATIO.

1 EXitus huius cauſæ habetur infra *in deciſ. 351.* in qua Illuſtr. Dux Ferandinæ inſtitit per Regiam Cameram declarari ſucceſſionem bonorum feudalium remanſorum in hæreditate Illuſtr. Duciſſæ ad ipſum ſpectare, & pertinere, vti fratrem patruelem defunctæ vxoris, vide, quæ ibi differuntur, & quæ Ego ibidem obſeruaui.

Hic autem notandum eſt, tex. *in c. ex præſumptuosè* nullo pacto procedere, quando feudum in die obitus feudatarij non reperitur in eius hæreditate, ex quo in vita alienatum, quamuis nulliter, quia forſan eo venditionis tempore alienans legitimo carebat ſucceſſore; tunc enim Fiſcus neceſſe habet, vt iuris ordine ſeruato ad feudum nulliter diſtractum recuperandum compareat, iſtoque iure vtimur in Regno, videantur quæſo ad huius dicti confirmationem ſcripta per Io. Vinc. de Anna, qui materiam deguſtauit, *in allegat. 1. per totam, & 144.* in quibus geminitas Regiæ Cameræ refert deciſiones, quarum memores fuerunt Regens de Pont. *conſ. 15. num. 4.* Octa. Bamma. *in tit. ſi de feud. defun. milit. in princ. n. 51. fol. 12.* & Ricc. *collect. 367.* 2

Nec his obſtare dicebat Anna *in cit. alleg. 1. à numer. 28. vſque, & per totum 33.* id, quod ſcripſerat Afflict. *deciſ. 197.* vbi per Dominos Regiæ Cameræ, & aliquos Sacri Conſilij deciſum refert, eſſe locum diſpoſitioni tex. *in d. c. ex præſumptuosè*, quamuis feudi alienatio facta eſſet in vita feudatarij, qui abſque legitimo ſucceſſore deceſſit; etenim reſpondit in caſu per Afflict. relato, feudi poſſeſſor interrogatus, an ſuper illo contractu Regis aſſenſus fuerit impetratus, negatiuè reſpondit, ac propterea ex hac confeſſione apparebat hunc poſſeſſorem nullum ius habere in petitorio, & conſequenter fieri locum ſequeſtro, non ſic in caſibus relatis per Annā, in quibus fuit reſponſum, quod aſſenſus fuerat impetratus, quodque ſuo loco, & tempore in petitorio produceretur; ſed hæc reſponſio mihi non placet, ſicque melius diceret Afflict. deciſionem de iure non fundari, quia vt benè notat ibi Io. Ang. Piſanell. capitulum *ex præſumptuosè*, loquitur in feudatario decedente, qui corporaliter poſſidet, ergo extendi non poteſt, quando alij poſſiderent, & quod ita iſtud capitulum limitauerat *in conſ. ſuo 26. manu ſcripto*, niſi forſan, adde Tu, conſtaret de euidenti fraude, puta, quia feudatarius exiſtens in infirmitate, cum qua deceſſit, alienauit, eo enim caſu habetur ac ſi ipſe decedens poſſideret, & hoc, vt omni fraudi locus præcludatur. 3

## ARGVMENTVM.

Nepos ex fratre, an de iure ſuccedere poſſit in feudo per amitam acquiſito, Et quid attentis gratiis Regno conceſſis. Feudum à Rege vni conceſſum, cum primum Feudatarius abſque legitimo ſucceſſore moreretur, ſi illud ante mortem huius feudatarij, ex iuſta cauſa peruenerit in poſſe alterius, qui demùm abſque filiis decederet, an conceſſionario vigore illius Regiæ largitionis ſit tradendum.



Digitized by Google

## DECISIO CCCXVI.

1 INstabat ſimiliter Regius Fiſcus vigore diſpoſitionis *c. ex præſumptuosè*, apprehendi poſſeſſionem Comitatus Mignani, ſtante morte ſequuta ſpectabilis Comitiſſæ abſque legitimo in feudis ſucceſſore, cui pro ſuis dotibus, & antefato Comitatus prædictus adiudicatus extiterat; ſed opponens ſe Illuſtr. Dux Ferandinæ dicebat, ipſum in feudo prædicto eſſe legitimum ſucceſſorem, tum primò quia ipſe erat nepos ex fratre, tum, & ſecundò quia pater ſuus Marchio Tripaldæ fuerat à Ceſarea Maieſtate de Comitatu prædicto inueſtitus, cum primò fuiſſet ad Regiam Curiam reuerſurus; id, quod fieri potuiſſe dicebatur, ex tex. *in c.1. qui ſucceſ. ten. in c.1. §. moribus, ſi de feud. fuer. contro.* & in his locis Andr. & Feudiſtæ communiter.

2 Cæterùm Regia Camera decreuit eſſe locum ſequeſtro vigore d. cap. *ex præſumptuosè*, & ad prætenſa per Illuſtr. Ducem fuit reſponſum, quoad primum, quia feudum in perſonam Comitiſſæ erat nouum, Dux nepos ſuccedere non poterat, vt eſt tex. *in conſt. vt de ſucceſſionibus*, quæ ſolùm admittit nepotes ex fratre in feudo antiquo; & quoad ſecundum ex lectura priuilegij compertum fuit conceſſionem factam fuiſſe Marchioni Tripaldæ, ſuccedente morte Comitis Mignani; & ſic tanquam feudum illud ad Regiam Curiam ſpectans per mortem Comitis; cùmque demùm ſententia mediante adiudicatum fuiſſet Comitiſſæ pro ſuis dotibus, & antefato in illam feudi dominium tranſiit, & ſucceſſiuè dicebatur, quod erat conceſſum ex vna cauſa, ſeu ex vacatione vnius perſonæ, non cenſeri conceſſum, ſi poſtea vacabat per mortem alterius, niſi aliter in conceſſione diceretur, ad quod fuit allegatus tex. *in c. ſuſpectum*, vbi hoc notant omnes, *de reſcrip. in 6.* & Andr. *in d. §. moribus.* Vnde

## OBSERVATIO.

1 IMpertinens ſatis erat eo tempore prætenſio Illuſtr. Ducis, credebat enim legitimum eſſe ſucceſſorem in feudo Amitæ, per ipſam quæſito, cum ex diſputatione Conſtit. *vt de ſucceſſionibus.* expreſſis verbis ſancitum extiterat, vt filij fratrum in feudo nouo patrui, ſiue amitæ ſuccedere non poſſent, ibi in tex. *in acquiſitis autem patruo ex largitione noſtra, vel quolibet titulo iure ſuo nepotes ex fratribus non ſuccedunt, &c.* At non longè poſt hanc cauſam ſic deciſam, ex Regia largitione ſtatutum fuit, vt ſucceſſio in feudis nouis, & ſic à patruis acquiſitis, etiam ad nepotes, ſiue neptes, tam ex Fratribus, quàm ex ſororibus deſcendentes extendatur, ſexus tamen, & ætatis prærogatiua ſeruata, vt videre eſt *in prag. 25. ſub tit. de feudis*, cuius meminerunt Scip. Theodor. *alleg. 100. num. 35. verſ. ſed cum in hoc benignitas Regia* Scipio Rouit. *deciſ. 32.* Ego ipſe *reſolut. iur. lib. 1. cap. 126. num. 55. & ſequent.* & nouiſſimè P. Vrſinus *de ſucceſſ. feud. par. 2. quæſt. 4. art. 10.* in quibus locis, hac Reg. attenta largitione inuenies per S. C. deciſum, vt in feudo nouo patrui, filius ex ſorore primogenita præferretur defuncti feudatarij ſorori ſecundogenitæ.

## *ARGVMENTVM.*

Gratia, quæ diuerſa continet capitula, an, & quando ex ſubreptione reſpectu vnius capituli, in totum vitietur, vel pro parte tantùm.

## DECISIO CCCXVII.

CVm per Illuſtr. Principem Orangiæ Regni huius Proregem, tunc Principi Salerni ad vitam conceſſio facta eſſet gubernij iuriſdictionis ciuilis, & criminalis Terræ Olibani, eoque in ſua quaſi poſſeſſione exiſtente, quia prętendebat vniuerſitas dictę Terræ, Principem abſque titulo poſſidere, ex eo, quod, omnia per Principem Orangię conceſſa à ſua catholica Maieſtate reuocata extiterant, pręſentauit Princeps Litteras Regias de anno 1537. Ratisbonę expeditas, quibus conſtabat, ipſum Regi ſupplicaſſe pro confirmatione conceſſionis prędictę, etiam reſpectu Terrę Montis Corbini, ob quod mandabatur tunc Viceregi, vt ſuam Maieſtatem de negotio certiorem faceret, & quod interim nihil contra Principem circa ſuam poſſeſſionem innouaretur; ſed replicante vniuerſitate de litteris prędictis tanquam ſubreptitiis nullam haberi poſſe rationem, tum primò, quia Princeps in ſua ſupplicatione non expreſſerat, quod omnia conceſſa per Principem Orangię erant à ſua Catholica Maieſtate reuocata, tum & ſecundò, quia cum tempore, quo fuerant expeditę, inter Principem, & Vniuerſitatem Montiſcorbini lis vertebatur, nulla de litis pendentia mentio facta extitit, fuit quid iuris dubitatum. 1

Regia Camera, diſcuſſis omnibus de iure diſcutiendis, cenſuit Illuſtr. Principem conceſſionarium forè, & eſſe manutenendum in ſua poſſeſſione, ſeu quaſi gubernij d. Terrę donec aliter conſulta ſua Catholica Maieſtate prouideretur. Ratio deciſionis fuit, quia licèt in facto verum erat, nullam à Principe fuiſſe factam mentionem reuocationis gratiarum à Principe Orangię factarum, & in gratioſis quęlibet ſubreptio ipſo iure gratiam vitiat, *c. ſuper litteris*, vbi Ant. de Butr. Felin. & omnes extra *de reſcrip.* & hoc etiam ſi conſiſteret in tacendo factum alienum, quod impetrans 2

petrans probabiliter ignorabat, ex quo in conſideranda gratiæ validitate, ad impetrantis culpam non aduertimus; ſed potius ad intentionem concedentis, *c. poſtulaſti, eod tit. de reſcrip.* attamen quia reuocatio illa fuit nimis generalis, & in Curia notoria, de ea mentionem fieri non erat neceſſarium. Felyn. *in d. c. ſuper litteris, & alibi*, quoties enim litterę precedunt generales, de eis in ſecundis litteris ſpecialiter mentio facienda non eſt, *cap.* 1. vbi omnes Canoniſtæ, *& c. paſtoralis* §. 1. *extra de reſcript.* Felyn. *in c. cæterum, eodem tit.* quò verò ad alteram ſubreptionem, quod in dictarum litterarum impetratione litis mentio facta non erat, dictum fuit eo impetrationis tempore, nullam inter Principem Salerni, & vniuerſitatem Olibani fuiſſe litem; ſed tantùm cum vniuerſitate Montiſcorbini, vndè ſi impetrati reſcripti nullitas conſiderari poterat, id contingebat reſpectu vniuerſitatis Montiſcorbini, non autem vniuerſitatis Olibani, cum qua nulla vertebatur lis, vndè ex hoc duæ fuerunt conſtitutæ concluſiones, prima quando ſubreptio conſideratur, ſiue in exprimendo falſum, ſiue in omittendo verum; ſed cum dolo, & tunc gratia non ſolùm vitiatur reſpectu illius capituli, in quo conſideratur ſubreptio; ſed etiam quoad alia capitula, in quibus nulla adeſt ſubreptio: *d. c. ſuper litteris, & c. ſedes de reſcrip.* ſecunda conſtituebatur concluſio, quando ſubreptio contingit ſine dolo, ſiue in tacendo verum, ſiue in exprimendo falſum, & tunc reſcriptum non vitiatur in totum, ſed ſolùm quoad illud capitulum, in quo fuit commiſſa ſubreptio, ita loquuntur omnes DD. *in d. c. ſuper litteris, & in d. c. ſedes*, & cum dolus nunquam præſumatur, neceſſe eſt, vt probetur; Nec pariter obſtare dicebatur, quod Princeps Salerni dictas litteras in iudicio productas intra annum non præſentauerat, ob quod ex diſpoſitione Regiæ Prag. nullitatis vitio laborabant, nam fuit reſponſum Principem prius ſupplicaſſe Illuſtr. Proregi, à quo fuit ordinatum, vt Regia Camera, litteris prædictis viſis de iuſtitia prouideret, ſicque D. Prorex habuit illas pro exequutoriatis; Vndè.

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem illius concluſionis, nimirum, quod quando ſubreptio conſideratur, ſiue in exprimendo falſum, ſiue in omittendo verum; ſed cum dolo, gratia non ſolùm vitietur reſpectu illius partis, in qua conſideratur ſubreptio; ſed etiam quoad alia capitula adhuc diſtincta, & prorſus ſeparata, in quibus nulla adeſt ſubreptio, quod ſecus eſt, ſi ſubreptio, ſine dolo contingeret, ſiue in tacendo verum, ſiue in exprimendo falſum, vt tunc reſcriptum non vitietur in totum; ſed ſolùm quoad illud capitulum, in quo fuit commiſſa ſubreptio, videndi ſunt Abb. *in c. ſuper litteris hîc citato in* 1. *notab.* Zabarell. *num.* 4. Dec. *in princ.* Bero. *ſect.* 1. *num.* 4. *& ſect.* 2. *à num.* 13. idem Abb. & omnes ſignanter Felin. *in c. ſedes, eodem tit. de reſcrip. & in c. ſi eo tempore*, vbi Franch. *eodem tit. in* 6. Rebuff. *tom.* 2. *ad ll. gallicas, in tit. de reſcrip. in præfatio. num.* 110. Perez *in l.* 1. *quæſt.* 13. *verſ. tamen ſecundum quos tit.* 12. *lib.* 3. *ordinat.* Tiraquel. *de pænis temp. cap.* 44. *num.* 41. quos omnes refert Auguſt. Barboſ. *in collect. ad d. c. ſuper litteris per totum num.* 4. quem vide; ex quo multa notatu digna colligit.

## *ARGVMENTVM.*

Pactum de futura ſucceſſione in certa parte bonorum, an de iure ſubſiſtat, vel potius improbetur. Donatio facta filiis naſcituris, Notario pro illis ſtipulante, eiſdem demùm natis, nùm abſque alia acceptatione illis perfectè acquiratur. Aſſenſus Regius generaliter præſtitus capitulis matrimonialibus, an, & quando ſit proficuus, etiam reſpectu donationis, contemplatione matrimonij in eodem contractu factæ & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCXVIII.

INSTABAT Regius Fiſcus ex perſona Marci Faſcitelli rebellis condemnati Magnificum Io. Baptiſtam de Afflicto Baronem Rodoni, & Marcij, ad ipſi ſoluendum annuos ducatos centum triginta, quos dictus Marcus emerat à quondam Ludouico de Afflicto patre dicti Ioannis Baptiſtæ, ſuper Taberna, & Caſtris prædictis; ſed excipiente Ioanne Baptiſta conuento de inualiditate dictæ obligationis (ex quo Ludouicus priuſquam hoc debitum contraheret, cùm vxorem duceret, Caſtra prædicta in capitulis matrimonialibus Regio aſſenſu vallatis donauerat Filio primogenito naſcituro ex illo matrimonio) de tribus dubitari contigit, & Primò an pactum illud, vt primogenitus ſuccedere deberet in Caſtris prędictis eſſet de iure validum. Secundò an per ſtipulationem Notarij, Io. Baptiſtę demùm nato; dictorum Caſtrorum acquiſitum fuerit dominium, cùm nulla ratificatio, ſiue acceptatio per ipſum facta appareret. Tertiò, & tandem ſi aſſenſus Regius impetratus referens ſe ad capitula matrimonialia comprehendebat donationem, quę in illis facta erat, cum in aſſenſu nulla de donatione mentio facta apparebat. 1

Quoad primum, dictum fuit, pactum prędictum 2

Digitized by Google

dictum fuiſſe de iure validum, cùm non ſuper tota hæreditate; ſed ſuper illius parte initum fuerit; ſicque ceſſabat prorſus ratio *l. fin. C. de pac. & l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verbor. oblig.* cum aliis relatis per Guid. Pap. *deciſ.* 267. eoque magis fauore matrimonij, vt per Dec. *conſ.* 225. & Guid. Pap. *deciſ.* 145: ſtante igitur huius pacti validitate, non poterat demùm Ludouicus in præiudicium filij naſcituri bona illa donata obligare, vt per Dec. *conſ.* 578. & melius *in conſ.* 239.

3 Quò verò ad ſecundum, dictum fuit, nato Io. Bapta filio, ipſi fuiſſe dictorum Caſtrorum acquiſitum dominium, imò tradita poſſeſſio per reſeruationem, quam Ludouicus pater fecerat de vſufructu, *l. quiſquis* 28. *l. ſi quis argentum* 35. §. *ſed ſiquidem C. de donat.* Item per clauſulam conſtituti, & præcarij, quæ licèt aliquid operari non videatur, quando eſt poſita in contractu, abſente parte facto, niſi illius ſequatur ratificatio per tex. *in l. ſi ego ff. de neg. geſt. & in l. communis ſeruus* §. *procurator ff. de acquirend. poſſ.* Ant. de Butr. *in c. cum veniſſent, in fine, de reſtit. ſpoliat.* Bal. *in cap.* 1. *quo temp. miles*, & Alex. *in l. quo meo ff. de acquir. poſſ.* tamen concluſio hæc in infante locum non habet, quia lex pro illo ſupplet; ita Bal. *in l. ſi quis, in emancipatum C. de donatio.* Afflict. *in conſtit. Baiulos omnes num*... hinc videmus hæreditatem infanti delatam poſſe tutorē acquirere eamq; infanti quæri abſque aliqua ratihabitione: *l. tutor. ff. de bonor. poſſeſ.* Aret. *in l. Pantonius ff. de acquir. hæredit.* & eſt melior tex. *in l. ſi infanti C. de iur. delib.* imò ſi infans tutorem non haberet, poſſet pro eo ſupplere, vt illi delata hæreditas decernatur, conſanguineis tamen petentibus; Paul. de Caſtr. & Aret. *in d. l. Pantonius.*

4 Quò verò ad tertium, dictum fuit, quod aſſenſus expeditus ſuper capitulis matrimonialibus benè donationem illam comprehendebat, & quod ita aliàs Regia Camera iſto Domino Regente referente decreuerat, in cauſa Baronis Palagiani, cum Barone Palagianelli, quia quoties aſſenſus ſe refert ad capitula matrimonialia, in quibus continetur donatio, nec appoſita reperitur clauſula illa, quæ hodie communiter apponitur, nimirum, *quoad expreſſa tantùm*, cenſetur conceſſus aſſenſus etiam donationi in eo contractu factæ, ſcriptura enim relata cenſetur ineſſe in referente; vnde dicebat Bal. quod quando vna ſcriptura ſe refert ad aliam, vtraque eſt edenda *in l. in ciuile ff. de legibus*, & Aret. *in l. Titia* §. *finali, ex illo tex. in primo notab.* notat paria eſſe aliquid ſpecialiter exprimi per ſe in aliqua diſpoſitione, vel per relationem ad aliud; quare his omnibus attentis, Regia Camera pro Io. Baptiſta pronunciauit, referente Domino Franciſco Ant. Villano tunc eiuſdem Tribunalis Præſidente, demùm Regia Cancellaria Regente &c.

---

## OBSERVATIO.

Circa reſolutionem primi dubij, vt validum ſit pactum, quod in capitulis matrimonialibus apponi ſolet, vt filius qui matrimonium contrahit, ſiue filij ex eo naſcituri ſuccedere habeant in certa re, ad confirmationem dic Tu, communem eſſe DD. ſententiam patrem promittentem filio contemplatione matrimonij illum inſtituere hæredem, tali promiſſione non ligari, ex quo impeditur libera teſtandi facultas; hic eſt tex. vulgatus *in l. pactum quod dotali C. de pact.* hæc tamen concluſio limitatur, quando fuerit facta promiſſio de inſtituendo filium hæredem in certis bonis, quia tunc remanet libera teſtandi facultas in aliis, ita Bar. & omnes *in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. in d. l. pactum quod dotali, & in l. fin. C. de pactis.* Curt. Iun. *conſ.* 1. *num.* 16. Caccher. *deciſ.* 100. *numer.* 26. Craſſ. *in* §. *ſucceſſio ab inteſtato, quæſt.* 9. *num.* 10. *per totum*; Theſ. *deciſ.* 225. *num.* 11. Honde. *conſ.* 40. *num.* 38. *lib.* 1. Peregr. *conſ.* 76. *num.* 3. Viuius *commun. opin. lib.* 2. *opin.* 578. *num.* 7. Cancer. *var. reſol. tit. de pact. num.* 151. *& ſeqq.* Barzius *deciſ.* 14. & alij infiniti, quibus in caſu fortiori eſt addendus Ant. Fab. *diff.* 6. *C. de pact. conu. ſuper dote*, & de pluribus limitationibus *ad d. l. fin. C. de pact. vidend.* Franc. Marc. *deciſ.* 128. *lib.* 2. & nouiſſimè Sſtaiba. *conſ.* 82. 1

Quoad ſecundum, quod per ſtipulationem Notarij acquiratur actio filiis naſcituris, cum primum naſcatur; ad confirmationem dic Tu, quod quamuis regulariter donatio facta filiis naſcituris non valeat, ex eo, quod, alterum ex duobus extraneis deficit, de quibus ſupra *in obſer. ad deciſ.* 3. *num.* 3. attamen benè ſubſtinetur, Notarij ſtipulatione intercedente, quem poſſe pro naſcituris ſtipulari, ita vt eis demùm natis actio ad donationem conſequendam perfectè quæratur; dixerunt Guid. Pap. *deciſ.* 167. & 505. Decia. *conſ.* 1. *num.* 23. *lib.* 3. & alij plures, quos refert, & ſequitur D. Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. to.* 2. *lib.* 13. *tit.* 6. *num.* 7. *& tit.* 8. *num.* 14. & quod per reſeruationem vſusfructus dominium rei donatæ in donatarium transferatur; ac etiam eidem acquiratur poſſeſſio, idemque per clauſulam conſtituti, vt Dominus Regens noſter hic probat, ex tex. *in l. quiſquis C. de donatio.* ad confirmationem videndi ſunt Guid. Pap. *deciſ.* 46. & 112. Anna *ſing.* 156. Cancer. *var. reſol. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 31. Ego ipſe *reſol. iur. lib.* 2. *cap.* 70. *num.* 8. 2

Quantùm verò attinet ad reſolutionem tertij, & poſtremi dubij, vt aſſenſus præſtitus ſuper capitulis matrimonialibus, ſit actus comprehendere etiam donationem matrimonij contemplatione in eiſdem à patre filio factam, concurro libenter cum deciſis hìc, ex rationibus à D. Regente ponderatis, quæ benè procedunt in aſſenſu expreſſo, de quo agebatur, nam quoties petitio eſt generalis, prout fuit hìc, & aſſenſus pariter præſtatur generaliter, nullatenus, quoad expreſſa tantùm reſtricto, eſt ille actus omnem caſum, omnemque euentum comprehendere, vt ratiocinatur Andr. *in cap.* 1. *qui ſucceſſ. teneantur*; ſecus verò aliàs Ego dicebam ex deciſione eius Regiæ Cameræ in aſſenſu tacito, *lib.* 2. *mear. reſolut. cap.* 28. *numero* 18. 3

ARGV

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Priuilegium, ſeu gratia Principis, quæ plura capitula diuerſa, & non connexa continet, ſi fuerit expreſſum falſum reſpectu vnius capituli tantùm, an in totum vitietur, vel reſpectu illius capituli tantùm. Clauſula *motu proprio & ex certa ſcientia*, cuius ſit importantiæ, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCXIX.

1 CVM controuerteretur in Regia Camera ſummariæ, ad quemnam ſpectaret tertia pars Gabellæ, quæ dicitur anditum Maris Ciuitatis Manfredoniæ, an ad Baſileum de Parzis, qui illam de facto poſſidebat, an verò ad Iacobum Siluagium, orta fuit inter eos tranſactio ſub die 12. Aprilis 1524. qua mediante dictus Iacobus ceſſit dicto Baſileo, ius, quod habebat ſuper dicta tertia parte gabellæ, & è contra Baſileus in huius ceſſionis recognitionem ceſſit Iacobo officium Protontini, quod tenebat dictæ Ciuitatis, demùm cupiens Baſileus huius gabellæ Regiam obtinere confirmationem, in anno 1536. Ceſareæ Maieſtati expoſuit, qualiter poſſidebat dictam gabellam vigore priuilegij magni Capitanei, ac etiam virtute ceſſionis ſibi factæ à dicto Iacobo Siluagio ceſſionario Gaſparis de Granito, ſupplicabat proinde, vt dictam tertiam partem gabellæ iuxta formam ſuorum priuilegiorum ſibi confirmare dignaretur, cui quidem ſupplicationi inhærens Ceſarea Maieſtas reſpondit, quod illam ei confirmabat, & quatenus opus erat, de nouo concedebat, ſeruata forma ſuorum priuilegiorum; ex hoc orta fuit difficultas, an ex iſta confirmatione cenſebatur præſtitus aſſenſus ceſſioni à dicto Iacobo dicto Baſileo factæ; erat enim gabella hæc feudalis, aliàs per retroReges huius Regni prædeceſſoribus Gaſpari de Granito in feudum conceſſa.

2 Et per Regiam Cameram nemine diſcrepante, fuit deciſum, nullo pacto ceſſioni prędictę cenſeri poſſe fuiſſe pręſtitum aſſenſum, ſicque ſub die 14. Nouembris 1545. condemnatus extitit Hęctor de Parzis filius, & hęres Baſilei ad reſtituendum dictam tertiam partem Gabellę, vnà cum fructibus medio tempore perceptis; Ratio deciſionis fuit, quia confirmatio à Ceſarea Maieſtate obtenta, fuit ſubreptitia; expreſſerat enim Baſileus in ſua ſupplicatione, quod ipſe poſſedit per multos annos dictam tertiam partem ex priuilegio Magni Capitanei, ac etiam ex ceſſione Iacobi Siluagij, hoc erat falſum, quia nunquam Baſileus, nec eius pater huius Gabellę conceſſionem à Magno Capitaneo obtinuerat; ſed tantùm officij Protontini Ciuitatis prędictę, ergo confirmationis gratia dicebatur ipſo iure nulla, vitio ſubreptionis: *c. ſuper litteris, & c. poſtulaſti de reſcrip.* Innocent. & Felyn. *in c. ad audientiam, eod. tit.* nec dici poterat, quod ſi erat ſubreptitia reſpectu priuilegij Magni Capitanei, non poterat cenſeri talis reſpectu ceſſionis factę per Siluagium, ad tex. *in c. ſi eo tempore, de reſcrip. in 6.* & ad notata per Abb. & Felyn. *in d. c. ſuper litteris, & in c. ſedes de reſcrip.* ex quibus concluſio deſumitur, quod quando priuilegium, ſeu gratia Principis plura capitula diuerſa, & non connexa continet, ſi ſubreptio vnum reſpicit capitulum, ſubreptio vnius, aliud non vitiat, quia reſpond. tex. illum nullatenus locum habere, quando gratia eſt ſubreptitia per falſi expreſſionem doloſam, quę in caſu propoſito, pro indubitata pręſupponebatur, quia tunc totum priuilegium ſiue gratia, corruit, ita Abb. & Felyn. *locis cit.* minus etiam obſtare dictum fuit, quod in priuilegio confirmationis appoſita erat clauſula *motu proprio*, per quam ſubreptio tollitur, *c. ſi motu proprio de præben. in 6.* quia hoc verum eſt, quando conſideratur ſubreptio ex taciturnitate veri; ſecus verò quando fuit expreſſum falſum, & doloſè: minus etiam faciebat clauſula *ex certa ſcientia*, quę confirmationem non in forma communi; ſed cauſa cognita inducere ſolet, vt notant omnes *in c. inter dilectos de fide inſtrum.* nam fuit reſponſum ſatis de contrario conſtare, nimirum huiuſmodi confirmationem abſque cauſæ cognitione fuiſſe factam, nec aliter voluiſſe Carolum Cæſarem de nouo concedere; ſed tantùm confirmare, quod ſatis conſtabat ex illis verbis ibi *prout tenuiſtis, & poſſediſtis*, ſicque dicebatur confirmationem fuiſſe factam in forma communi, quæ nullum ius tribuit, nec inualidum, confirmat; & quod priuilegij confirmatio non præſtet aſſenſum, qui aliàs in contractu requirebatur, eſt tex. vbi Innocent. *in c. dubium de decim.* ſequitur ibi Ant. de Butr. qui dicit hoc dictum alibi non reperiri, & optimè Alex. *conſ. 59. col. 3. lib. 1.*

Præterea conſiderabatur, Ceſaream Maieſtatem aditam fuiſſe principaliter vt confir- 3
maret priuilegium Magni Capitanei, ergo nō poteſt dici fuiſſe præſtitum aſſenſum ceſſioni factæ per Siluagium, ad quod fuit allegatus Aret. *in l. ſi tibi pecuniam, in fine, ff. ſi cert. pet.* ſi enim voluiſſet Baſileus ſuper ceſſione impetrare aſſenſum, ad Cæſarem accedere non erat neceſſe, cum Illuſtr. Prorex poterat hunc aſſenſum præſtare; licèt ſecus priuilegium confirmare. Tandem nec obſtare dicebatur clauſulam



Digitized by Google

lam aliam in priuilegio poſitam, nimirum vt omnia,& ſingula in eo contenta ſeruari deberent, per quam videbantur confirmata omnia in inſtrumento narrata, tam principaliter, quàm acceſſoriè,& incidenter, ad tradita per Alex. *conſ.* 17. *in* 3. *vol.* etenim reſponſum fuit clauſulam iſtam fuiſſe, in exequutiuis poſitam, ſicque principalem diſpoſitionem alterare, ſiue ampliare non poterat, vt eſt tex. *in clem.* 1. *de præben.* Dec. benè *conſ.* 2. *in fine* Vnde &c.

## OBSERVATIO.

1 Concluſio hîc firmatur, quod quamuis per clauſulam *motu prop.* omnis tollatur ſubreptio, *c. ſi motu proprio, de præben. in* 6. *& Clement. ſi Romanus eodem tit.* Milleus *in repert. in verb. certa ſcientia,* Pariſ. *conſ.* 3. *num.* 71. *& ſeq. lib.* 4. Ant. Gabr. *comm. concluſ. in tit. de clauſul. concluſ.* 1. *numero* 21. *& concl.* 2. *numer.* 24. Curt. Sen. *conſ.* 66. *numero* 6. *verſ. confirmatur*, Lanar. *conſ.* 21. *numer.* 8. Menoch. *conſ.* 1. *numero* 429. *& conſ.* 328. *numero* 22. *& de arbitr. Iudic. caſu* 201. *num.* 8. *& de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 15. *num.* 11. Suar. *de legibus lib.* 8. *cap.* 12. *num.* 11. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *cap.* 21. *num.* 47. *cum ſeq.* Monet. *de commut vltim. volunt. cap.* 6. *n.* 157. Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 1. *tit. de reſcrip. reſol.* 5. *num.* 30. & alij, quos refert Auguſt. Barboſ. *in tract. de clauſ. vſufrequent. clauſ.* 79. *num.* 16. attamen eſt hoc intelligendum, vt bene aduertit D. Regens, quando conſideratur ſubreptio ex taciturnitate veri; ſecus verò quoties ſubreptio contingit in falſæ cauſæ expreſſione, quæ obreptio dicitur, eam enim non ſuppleri per clauſulam *motu proprio*, ſcripſerunt Abb. *in c. quia circa numer.* 7. *de conſang. & affinit.* & ibi Alex. de Neuo *num.* 8. Præpoſ. *num.* 4. Felyn. *in c. aures num.* 9. Dec. *num.* 32. & Bero *numer.* 39. *de reſcrip.* Suar. *loco cit.* Sanchez *citata diſput.* 21. *num.* 52. Monet. *d. cap.* 6. *numer.* 166. qui omnes diuerſitatis rationem aſſignant inter taciturnitatem veri, & expreſſionem falſi, & ea eſt, quia quando veritas tacetur, ignoratur, an Princeps, bene, vel malè informatus gratiam motu proprio conceſſerit, & ideò non poteſt dici conceſſa contra eius intentionem, & mentem, at cum falſa cauſa exprimitur, animus cognoſcitur concedentis, quia vltra eius intentionem gratia obtinetur, bene proſequitur Barboſ. *loco cit. num.* 23.

2 De vi autem, & effectibus clauſulæ *ex lata ſcientia*, videndi ſunt DD. quos refert idem Auguſtin. Barboſ. *clauſ.* 59. *per totam*, vbi quamplurima inuenies notabilia.

## *ARGVMENTVM.*

Inſtrumento in proceſſu præſentato, ſi aduerſarius illud de falſo redarguere velit, quod proinde petit, vt originale exhibeatur, an ad id, qui exemplum præſentauit, teneatur. Protocollo exhibito, ſi præſentati inſtrumenti matrix, ſiue originale non reperitur, an per hoc exemplum præſentatum falſum cenſeatur.

## DECISIO CCCXX.

IN cauſa vertente in Regia Camera inter vniuerſitatem Canuſij, eiuſque vtilem Dominum ex vna, & vniuerſitatem Ciuitatis Baruli ex altera ſuper communione territorij, de qua ſupra *in deciſ.*.... facta publicatione, Dominus Canuſij tria priuilegiorum exempla præſentauit, quorum originalia allegabatur extare penes Illuſtr. Ducem Grauinæ; inſtabat autem vniuerſitas Baruli, pro exhibitione originalium, ſed quia non reperiebantur penès exempla producentem, mandauit Regia Camera, vt comprobarentur per quendam Doctorem Commiſſarium Magnæ Curiæ, in partibus exiſtentem, à quo vocata prius vniuerſitate Baruli, originalia cum exemplis comprobauit; At vniuerſitas Baruli, quæ forſan cupiebat cauſam ad longum protrahi, inſtitit iterum ordinari, quod producerentur originalia, ex quo illa de falſo redarguere volebat; ſed replicante aduerſario non teneri, & iurante penès eum non reperiri, iuxta terminos *l. fin. C. de fide inſtrum.* & notata per Capyc. *deciſ.* 40. fuit dubitatum quid agendum. 1

2 Quod Dominus Canuſij teneretur originalia producere, conſiderabatur ſat non eſſe iuramentum Partis aſſerentis non habere originalia, dum aduerſarius inſtrumentum de falſo redarguere vult, ad quod fuit allegatus Cepol. *in cautela* 148. qui tex. *in d. l. fin. C. de fid. inſtrum.* ita limitat; tamen Domini de Camera hanc Cepol. ſententiam non approbarunt, quia nihil allegat, imò quod aduerſabatur diſpoſitioni *d. l. fin.* quæ ſimpliciter, & indiſtinctè loquitur; ſed aliud pro Barulo conſiderabatur, vt Dominus Canuſij originalia exhibere teneretur; dicebatur enim, tex. *in d. l. fin.* aliud non diſpoſuiſſe, niſi, vt tunc demùm, quis originale in iudicio producere non cogatur, ſi tamen ſemel fuerit productum, & exemplum in actis remanſit, citata Parte collationatum, nam ſi iterum exhiberi peteretur, illiuſque exhibitio redderetur impoſſibilis, quia eſſet originale illud amiſſum, vel combuſtum, certè de noua exhibitione, non eſt tractandum, & in caſu, de quo agebatur, Domino Canuſij impoſſibile non erat originalia priuilegia habere, quia extabant, & penès Ducem Grauinæ, cuius non intererat illa conſeruare, ita vt poterat ille cogi ad ea conſignanda Domino Canuſij, ad quem pertinebant; verùm quia vniuerſitas Baruli, non iurauit petitionem ſuam non eſſe calumnioſam, nec ſe inſcripſit ad pœnam talionis, iuxta tex.



Digitized by Google

*in d. l. fin.* vbi Salyc. item quia inſtantia hæc, quam volebat de falſo redarguere, facta extiterat poſt concluſum in cauſa, quo caſu non poteſt cauſæ expeditio impediri, vt per Capyc. *deciſ.*25. decreuit Regia Camera eſſe ad vlteriora, ſcilicet ad cauſæ expeditionem procedendum, oppoſitis non obſtantibus &c.

---

## OBSERVATIO.

1 TExtus *in l. fin. C. de fid. inſtr.* qui afferebatur pro deciſione huius deciſionis, iuxta noſtri Capyc. ſententiam *in deciſ.*40. determinat, quod quando, quis pro ſe inſtrumentum in iudicio produxerit, & in actis copiam reliquerit authenticam, licèt exemplum illud fidem faciat, ſi tamen aduerſarius velit inſtrumentum illud ſic productum de falſo redarguere, Pars, quæ ſemel produxit, tenetur iterum præſentare, ſeruatis his, de quibus in tex. prædicto, qui poſt Capyc. *loco cit.* & Suar. *alleg.*14. ad hoc allegatur ab Auguſt. Barboſ. *in collect. ad l. iſtam.* vndè ex ea notant omnes, quod ſi quis in iudicio originale præſentauerit inſtrumentum, & Pars aduerſa petat, vt iterum illud producatur, cum quis, contra quem productum eſt, intendat illud de falſo redarguere, ſi illud iterum non producat, inſtrumentum tanquam falſum nullius eſt momenti.

2 Hoc tamen intelligendum, quando originalis ſcriptura eſſet penès Partem; cæterùm ſi penès Notarium, nullatenus, qui exemplum produxit authenticum, cogitur originale producere inſtrumentum, dum in ſui poſſe non eſt, ſicque deciſum ait D. de Franch. *deciſ.*194. vbi Addentes, qui conſimilem referunt deciſionem, poſt Caccher. *deciſ.*16. Fontanell. *in ſuo tract. de pact. nupt. tom.*2. *clauſ.*13. *gloſ. vnica*, *à num.*13. & Carol. de Tap. *in Conſt. Reg. inſtrumentum robur*, qui tamen aſſerunt, Notarium è cuius prothocollo ſumptum fuit inſtrumentum, ad Partis inſtantiam illud de falſo redarguere volentis, ad exhibitionem prothocolli teneri, & cogi poſſe, idemque Ant. Fab. *diff.*27. *C. de fide inſtrum.* Ego ipſe *reſol. iur. lib.*1. *cap.*186. *num.*4. *&* 5. *vbi num. ſeq.* illam ſubingreſſus fui quæſtionem, quid ſi prothocollis productis, præſentati inſtrumenti matrix, ſiue originale non reperiatur, an per hoc falſum cenſeatur inſtrumentum præſentatum, vide quæ ibi ſcripſi poſt Couar. *pract.*99. *cap.*19. *num.*3. Honded. *conſ.*66. *numer.*36. *lib.*1. Crauett. *conſ.*121. *num.*11. Pariſ. *conſ.*104. *num.*62. *lib.*1. Fontanell. *loco cit.* Farinac. *de falſit. & ſimil. quæſt.*153. *num.*144. & Gratian. *diſcep. foreſ. lib.*3. *cap.*468. *num.*41. Alia notatu digna ad materiam *d. l. fin.* ſcripſerunt Afflict. *deciſ.*330. vbi Cæſ. Vrſill. *in additio.* *Minad. deciſ.*40. vbi Flam. Monat. addens, poſt alios, quos citat Menoch. *de præſumpt. lib.*6. *præſumpt.*61. *num.*14.

## *ARGVMENTVM.*

Metus, an & quando per teſtes conſanguineos, domeſticos, & familiares probari poſſit; Et an, & quando per Iudicis, & conſanguineorum præſentiam ceſſet. Minæ ſolæ abſque corporis cruciatu, an ſat ſint ad inducendum iuſtum metum in mulierem, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCXXI.

INSTITVTO iudicio in actione hypothecaria per Virginiam Regalem, pro recuperatione dotium maternarum ſuper quodam Rure in pertinentiis Antignani, quod fuerat in bonis, & de bonis Ioannis Thomæ Regalis eius patris, & demùm poſſeſſo à Petro Nauclerio cauſam habente à Dyoniſio Nauclerio, qui illud ſub haſta emerat, cum venderetur ad inſtantiam Regij Fiſci creditoris d. Ioannis Thomæ, hic curauit, vt d. Virginia eius filia coram iſto Domino Regente cauſæ Commiſſario venditionem ad inſtantiam Regij Fiſci factam approbaret, ac inſimul renunciaret iuri hypothecæ, quod vti filia, & hæres matris ſuæ ſuper dicto Rure tenebat; ſed quia renunciatio hæc per vim, & metum ab ipſo Io. Thoma patre illatum facta proponebatur, egit de nouo Virginia, obtenta prius abſolutione à iuramento pro reſciſſione inſtrumenti renunciationis iuris hypothecæ, & approbationis d. venditionis, inſtructoque proceſſu, fuit dubitatum, an pro ipſa eſſet iudicandum. 1

Et affirmatiuè Domini de Regia Camera reſponderunt; etenim in termino impartito per ſex teſtes fuit benè doctum, metum fuiſſe illatum, etiam verberibus intercedentibus, & licèt aliqui ex dictis teſtibus virginiæ actricis eſſent conſanguinei, tamen dicebatur adhuc eſſe legitimos, quia cum vis, non niſi domi illata fuerit, non poterat, niſi per Domeſticos, familiares, & conſanguineos probari, ad tex. *in l. conſenſu C. de repud. & in l. quoties*, vbi Io. de Plat. & Lucas de Pen. *C. de naufrag. lib.* 11. quod autem metus cruciatus corporis ſit ſufficiens ad contractum reſcindendum, eſt tex. *in l. interpoſitas*, vbi Bal. Salyc. & Iaſ. *C. de tranſact.* & quod in muliere ſat ſit minor metus, quàm in viro dixerunt gl. *in c. cum hoc, extra de ſponſal.* Bar. & Iaſ. *in d. l. interpoſitas*; non enim deſunt, qui dixerint, ſolas minas abſque verberibus ſatis eſſe ad inducendum iuſtum metum in muliere, videatur Bar. *in l. famoſi* §. 1. *ff. de leg. Iul. Maieſt. & in l.* 3. *ff. de eo, quod met. cauſa*, & per hoc ceſſabat oppoſitio, quæ fiebat, quod inſtrumentum, de quo agebatur, ſtipulatum extiterat coram Iudice, quo caſu metus præſumptio ceſſare videtur, Bar. & Io. de Plat. per illum tex. *in l.* 1. *C. de prædiis curialium lib.* 10. idemque, & conſanguineorum præſentia, *l. tranſactionem C. de tranſact.* hæc enim iuris tantùm præſumptio eſt, & non niſi reuerentialem metũ ceſſare facit, 2

vt

Digitized by Google

vt latè per Iaſ. *in d. l. tranſactionem*, vnde cum *in caſu* propoſito efficaciſſimè erat probatus metus cum corporis cruciatu, fundata remanebat actricis intentio; eoque magis cum metus ex coniecturis, & præſumptionibus probetur, Innocent. *in c. relatum in fine, de eo, quod met. ca.* & Ang. *in l.1. §. qui oneranda, ff. quar. rer. actio non detur*, & plus creditur duobus teſtibus de metu deponentibus, quàm mille de ſpontanea voluntate atteſtantibus, Innoc. *in c. ſuper de renunc.* Ang. *in l.1. & in fin. ff. de eo, quod met. cauſ.* & Iaſ. *in d. l. interpoſitas.*

3 Nec prædictis obſtare dictum fuit, in quantum opponebatur quod tenebatur filia contractum prædictum facere, vt patrem à vinculis liberaret, ad tex. *in l. quamuis* vbi DD. omnes *ff. ſolut. matrim.* nam reſponſum fuit, illius legis diſpoſitionem benè procedere, quando fit contractus de voluntate mulieris, ſiue ea non contradicente, ſecus ſi fieret ea inuita, vt ibi notant Bar. Paul. Imol. & Alex. per tex. *in l. fin. C. de neg. geſt.* Item conſiderabatur, caſum d. l. eſſe ſatis diuerſum ab illo de quo agebatur, & tandem tentum metum in perſonam virginiæ filiæ toto tempore, quo eius pater vixit, duraſſe, ex quo cum illo in eadem domo, & menſa degebat, ad notata per Innocent. Abb. & omnes *in d. c. relatum, de eo, quod met. ca.* Vnde &c.

---

## OBSERVATIO.

1 QVandò veritas aliter haberi non poteſt, quod familiares, domeſtici, & conſanguinei legitimi ſint teſtes ad aliquid probandum, maximè ſi ageretur de his, quæ domi facta ſunt, iuxta concluſionem hic in princ. firmatam, ex tex. *in l. conſenſu C. de repud. & in l. quoties*, vbi Io. de Plat. & Lucas de Pen. *C. de naufr. lib.*11. ſcripſerunt pariter Afflict. *deciſ.*304. *num.*10. Ant. Gabr. *commun. concluſ. tit. de teſtibus concluſ.*10. *num.*34. Gram. *deciſ.*34. *num.*37. *in fine.* Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.*2. *cent.*6. *caſu* 503. *num.*5. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. tom.*1. *lib.*8. *tit.*14. *num.*11. Maſcar. *de probat. concl.*721. *num.*1. & Antonius Fab. *diffin.*7. *in alleg. C. de teſtibus*, vbi principaliter deciſum fuiſſe teſtatur, teſtem inſtrumentarium, etſi tempore teſtimonij domeſticus ille ſit, poſſet tamen audiri ſuper his, quæ non niſi per teſtes inſtrumentarios probari poſſunt, Ego ipſe *lib.*2. *reſol. iur. cap.*9. *num.*8. ſed pro maiori huius concluſionis declaclaratione vide omninò, quæ Ego ſcripſi infra *in obſeruatio. ad deciſ.*348.

2 Circa aliam Concluſionem, quam D. Regens hìc firmat ex Bar. *in l. famoſi §.1. ff. ad leg. Iul. Maieſt. & in l.*3. *ff. de eo, quod met. cauſ.* quod ſolæ minæ abſque verberibus ad inducendum iuſtum metum in muliere ſat ſint, ad confirmationem, vide quæ ſcripſerunt Innocent. *in c. cauſam matrimonij de offic. deleg.* Bal. *in l.*1. *num.*16. *C. ſi quis aliquem teſta. prohib.* poſt Bar. *in l.*1. *§. quæ oneranda in fine ff. quar. rer. act. non det.* hi enim dixerunt, minas à marito vxori ante teſtamentum illatas, teſtamentum vitiare ſequitur Baltaſ. Mongoll. *in tract. de metu cap.*2. *§.*6. *numer.*39. *circa finem.*

3 Quodque Iudicis, vel amicorum, aut conſanguineorum præſentia metum tollat, ex tex. *in l. tranſactionem C. de tranſact.* dixerunt pariter Bar. *in l. frater, à fratre num.*51. *ff. de condic. indeb.* Bal. *in l.*1. *num.*8. *C. ſi quis aliquem teſt. prohib.* Ang. *in d. l. tranſactionem n.*1. *& in §. quadrupli n.*14. *Inſtit. de actio.* & ibi Iaſ. *n.*63. idem Angel. *in conſ.*215. *num.*1. Aret. *in conſ.*24. *numer.*8. Cepol. *in caut.*221. *numer.*4. & 8. Hippol. de Marſil. *ſingul.*417. *num.*1. Menoch. *conſ.*1. *num.*290. *lib.*1. Crauetta *conſ.*114. *num.*3. *lib.*1. quos citat, & ſequitur Mongoll. *cit. cap.*2. *§.*7. *num.*15.

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.

## *ARGVMENTVM.*

Creditor ad cuius inſtantiam debitoris res venditur, dum prætium ab emptore recipit, quæ promittere cogitur; Et ſi res illa demùm ad inſtantiam creditoris anterioris euincatur, ad quid teneatur. Poſſeſſor hypothecaria conuentus volens vti iure offerendi an totum creditum, vel rei æſtimationem tantùm offerre tenetur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCXXII.

RESCISSO inſtrumento, de quo in Deciſione præcedenti, cum de expeditione inſtituti iudicij per Virginiam in actione reali tractaretur, cupiens Petrus Nauclerius ruris poſſeſſor illud liberare ab onere hypothecæ, cui erat obnoxium, ſicque vti iure offerendi, quod cuilibet poſſeſſori hypothecaria actione conuento competit, fuit per Regiam Cameram in ſententia lata ad fauorem Virginiæ reſeruatum ius dicto Petro offerendi ad ſui electionem, vel totum creditum, quod Virginia conſequi debebat, ad tex. *in l. ſi fundus §. in vendicatione ff. de pignor. in l. mulier ff. qui potio. in pig. hab. & in l. Paulus §.1. ff. quibus mod pig. vel hypot. ſol.* Neguſanz. *tract. de pignor.*3. *memb.*5. *par.* vel æſtimationem ruris, habito reſpectu ad tempus venditionis, deductis melicrationibus, quas ipſe fecerat, iuxta ſingularem Bar. theoricam *in l.*2. *C. de præd. & omnibus rebus, nau. lib.*11. quam inſequuti fuere Io. de Plat. ibi, Paul. Caſtr. *in l. ſi conuenerit §. ſi fundus ff. de pignor. actio.* Alex. *in d. §. in vindicatione*, & Neguſ. *cit. tract. de pignor. memb.*4.5. *part. num.*21. 1

Sed fuit dubitatum, an dictus Petrus qui cauſam habebat à Regia Curia, poterat contra illam pro ſumma & quantitate ei ſoluta regreſſum habere, & fuit deciſum, quod ſic, tribus in hac materia conſtitutis caſibus, quorum primus eſt, quando, quis vti Dominus 2

rem non ſuam, vel alteri obligatam vendiderit, & tunc re vendita euicta, venditor de euictione tenebitur, & hoc ſiue fuerit promiſſa euictio, ſiue non, *toto tit. ff. & C. de euict.* ſecundus caſus eſt, quando quis rem non vt ſuam, ſed vt creditor, & ſic iure creditoris vendiderit, & tunc de euictione non tenebitur; verùm quatuor promittere tenetur, primò, quod ſit creditor, ſecundò quod ſit cæteris anterior, tertiò quod credat rem illam, quam vendit eſſe debitoris, & quartò quod ex pacto, vel lege liceat ei vendere, vt eſt gloſ. finalis Salic. & omnes *in l. 1. C. credit. euict. pign. non deb.* vndè ſi erit creditor poſterior, etiam ſi Fiſcus fuerit, de euictione tenebitur, vt per DD. *in d. l. 1.* verum habebit ille regreſſum contra ſuum debitorem, vt eſt tex. *in l. ſi pignore § fin.* vbi Bar. & alij *ff. de pignor. action.* hic erat caſus de quo agebatur, Fiſcus enim, qui rus prædictum iure creditoris vendidit, erat creditor poſterior Virginia, quæ euincit, ac proindè meritò Regia Camera decreuit forè illum condemnandum ad ſoluendum dicto Petro ſummam, quam receperat. Tertius caſus eſt, quando eſt actum actione perſonali contra aliquem, & lata ſententia, fuit facta exequutio iuris forma ſeruata, iuxta tex. *in l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic.* ita vt pignora Iudicis authoritate vendita fuerint; modò ſi pignus ab emptore euincerentur, creditor ad cuius inſtantiam fuit facta venditio, de euictione non tenebitur; ſed bene debitor, qui fuit liberatus, ſunt iura *in l. ſi plus, vel minus antepenul. ff. de euictio. & in l. ſi ob cauſam C. eodem.* Bar. & Alex. *in d. l. à Diuo Pio §. ſi poſt adiectum ff. de re iudic.* vbi dicit Alex. quod nec Iudex vendens, nec exequutor, neque creditor de euictione tenebitur; ſed tantùm debitor, qui fuit liberatus.

## OBSERVATIO.

1 IN huius deciſionis initio agitur de iure offerendi, quod competit cuilibet tertio poſſeſſori hypothecaria conuento, ad tex. *in l. Paulus §. 1. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſol.* aitque Dominus Regens, quia in fundo ſuper quo actio realis fuit inſtituta, factæ reperiebantur meliorationes, potuiſſe poſſeſſorem, qui melioramēta fecerat, illis deductis, æſtimationem tantum rei offerre, iuxta ſingularem Bar. Theoricam *in l. 2. C. de prædiis nauicul. lib. 11.* quod ſecus eſſet dicendum, quando fundus melioratus non eſſet, quia tunc poſſeſſor cupiens rem retinere, totum creditum offerre teneretur, adhuc, ſi res minoris valeret: Tu modò ad huius dicti confirmationem vide omninò Dominus Præſid. de Franch. poſt plures, quos allegat, hoc idem firmantes *in deciſ. 38. num. 1. & 2.* vbi *n. 5.* iudicatum fuiſſe teſtatur, hanc rei æſtimationem habito reſpectu ad præſens tempus faciendam eſſe, id eſt tempus oblationis, non autem ad tempus præteritum, vel quo iſte poſſeſſor emit rem; & ideo ſi fortè res aucta fuerit de pretio, ex beneficio temporis, illud augmentum cedit in beneficium creditoris, & poſſeſſor tenetur ſoluere valorem præſentis temporis, deducto pretio meliorationum; ſecus autem ſi augmentum proceſſiſſet ex facto, & diligentia poſſeſſoris; tandem in fine iudicatum fuiſſe teſtatur, quod poſſeſſor poteſt deducere totum valorem meliorationum quando rem potius dimittere quàm retinere vult, etiam ſi minus impenderit, & ad tex. *in l. in fundo ff. de reiuendic.* quo cauetur, id totum reficiendum eſſe poſſeſſori, quod impenſum eſt, non id, in quo res melior effecta eſt; reſpondit, tex. illum procedere, quando fundus à Domino vindicatur, non autem quando ad inſtantiam creditoris agitur iure hypothecæ, nàm contra creditorem fit deductio totius valoris meliorationum, qua de re latè etiam per me *lib. 1. mear. reſol. cap. 219. n. 18.*

Quò verò ad aliud, de quo hîc fuit diſceptatum, an, & quando creditor, qui pignus vendit, de euictione teneatur vltra gloſ. ab omnibus canonizatam, & DD. *in l. 1. C. credit. euict. pignor. non deber.* ex recentioribus videndi ſunt Io. Ant. Mangilius *in ſuo tract. de euictio. quæſt. 44.* & Mercurial. Merlin. *de pign. lib. 4. tit. 3. quæſt. 101.* 2

## ARGVMENTVM.

Tertius veniens ad cauſam, proceſſu iam concluſo, ſi eſt perſona priuilegiata, an, & quando poſſit primum & ſecundum beneficium petere.

## DECISIO CCCXXIII.

FActa concluſione in cauſa vertente in Regia Camera inter Regium Fiſcum ex vna, & nobiles fratres de Manſella Beneuentanos ex altera, ſuper prætenſa deuolutione feudi, quod dicebatur de Terra Riuia, comparuit in iudicio ſoror dictorum fratrum, & pro ſuo intereſſe audiri petens, inſtabat terminum primi beneficij ſibi impartiri, ad hoc, vt iura ſua, & quæ ſibi incumbebant deducere potuiſſet, fuit dubitatum an iuſta eſſet petitio hæc. 1

Et per Regiam Cameram fuit negatiuè deciſum. Ratio deciſionis, quia, cum ſoror hæc iudicium differri procurabat, ius reſiſtebat, vt cauſa concluſa, expeditio differretur, probat hoc, & in terminis Felyn. *in c. cum ſuper, de re iudic.* etenim poſt concluſionis actum, nihil, neque in iure, neque in facto allegari poteſt, quod cauſæ expeditionem impedire poſſit, Innocent. *in c. paſtoralis, in princ. de re iudic.* & Felyn. *in c. cum dilectus, de fide inſtrument.* habetur enim, cauſa concluſa, ac ſi ſententia lata eſſet. Bar. *in l. ſi mater. §. eandem cauſam in fine ff. de excep. rei iudic.* Aret. *in l. ſi Titius, & in l. decem ff. de verborum oblig.* latè Iaſ. *in l. admonendi ff. de iureiurando*; & quamuis verum ſit, vt quis poſſit in alieno iudicio 2

pro ſuo intereſſe ſubintrare, dicit tamen vt de hoc intereſſe ſaltem ſummariè conſtare faciat, vt per Felyn. *in d.c.cum ſuper*; hoc tamen ad finem, vt audiatur in eo ſtatu, in quo cauſa reperitur, *c.fin.§.fin.vt lit.pend. in* 6. Innocent. *in d.c.cum ſuper*, Bal. *in l.ſi eo tempore C.de remiſſ.pign.* aliàs nunquam eſſe litium finis, contra tex. *in l.properandum, C. de iudic. & in c.finem litibus, de dolo, & contum.* gloſ. notabilis hanc ponderans rationem *in d.c.fin.vt lite pend. in* 6. Nec his obſtant dicta per Affl. *deciſ.* 15. vbi mulier poſt concluſum in cauſa inter alios vertente potuit primum petere beneficium, nam reſponditur in caſu illius deciſ. mulierem fuiſſe in actricem laudatam, & ſic à principio, à reo conuento in ius vocatam, & quia nihil deduxerat, cauſa concluſa, primum petebat beneficium, ſicque aliàs in terminis illius deciſionis per Regiam Cameram deciſum fuiſſe compertum fuit iſto Domino Regente referente, in cauſa vertente inter Regium Fiſcum, & Annibalem Galeota ex vna, & Aureliam Arpalicem ex altera; vndè merito in caſu propoſito fuit per omnes Dominos de Regia Camera votatum, quod mulier prædicta ſuum proſequeretur iudicium, non tamen, vt impediretur aliud concluſum, verùm quod ſententia indè ferenda nullum ei inferret præiudicium.

## OBSERVATIO.

1 AD pleniorem intelligentiam eorum, quæ in hac deciſione diſſeruntur, videndi ſunt ex noſtratibus Dominus Præſes de Franch. *deciſ.* 261. Vrſill. *in addit. ad Afflict.deciſ.* 15. *hîc citata.* Imbrin. *de primo, & ſecundo beneficio conſiderat.* 9. *à num.* 100. & Fab. de Anna *conſ.* 97. vbi ſatis benè loquitur, diſtinguendo, quando tertius, qui in iudicio comparet, eſt perſona priuilegiata, ſicque habilis ad petendum primum & ſecundum beneficium; & venit pro ſuo intereſſe ad coadiuuandum iura alterius ex litigantibus, vel ad infringendum iura competitorum: pro nunc ſcias, quod praxis ſeruat in his ſupremis Tribunalibus, quando tertius venit ad cauſam inter alios vertentem; & petit in ea audiri, vel ex integro, vel in terminis, in quibus cauſa reperitur; primò enim agnoſcitur; ſi in perſona huius tertij comparentis aliquo modo emergat præſumptio calumniæ, nimirum, quia ideo comparuit, ad hoc, vt iudicium illud ad longum protrahatur, provt ſæpè ſæpius contingere ſolet, & in hoc caſu ſemper audientia denegatur, vt videre eſt apud Dominum Regentem Rouitum *deciſ.* 1. *num.* 34. at ſi nulla poteſt conſiderari calumnia, & doceo de intereſſe comparentis, decernitur vt audiatur ille in terminis, in quibus cauſa reperitur, modò, ſi hic, qui comparuit, eſt perſona habilis ad petenda hæc beneficia, & cum effectu illa petit, conceduntur, ſi tamen tempora largiuntur, ad illa petenda, nimirum, vt non ſit elapſum tempus à Regiis Sanctionibus præſcriptum perſonis priuilegiatis litigantibus, ad hanc reſtitutionem expoſcendam, quia ſi iam elapſum eſt tempus, nullo pacto beneficia hæc conceduntur; ſed ſeruatur quod diſpoſitum eſt *in prag. fin. de ordine iudiciorum*, in nouiſſima compilatione, & ita in effectu concludit Fab. de Anna *cit.conſ.*97. *per totum num.* 11. alia ad propoſitum vidè apud D. de Franch. *deciſ.*649.

## ARGVMENTVM.

Releuium an ſit Regiæ Curiæ ſoluendum ex donatione facta de feudo à patre filio ex nunc pro tunc, ſequuta morte ſuper qua Regius fuit impetratus aſſenſus, Et de clauſula conſtituti, ac aliis notabilibus &c.

## DECISIO CCCXXIV.

SVPPONEBATVR, quendam feudatarium ſuper donatione facienda filio contemplatione matrimonij de feudo, quod poſſidebat Regium obtinuiſſe conſenſum, ac demùm ad donationis actum deueniſſe, ex nunc, provt ex tunc ſequuta ipſius donantis morte, quo tandem defuncto, inſtabat Fiſcus cogi hunc filium, quem dicebatur in feudo ſucceſſiſſe, ad releuium ſoluendum; ſed eo excipiente, ad id non teneri, ex quo ad feudum non vt hæres veniebat, itavt inueſtitura indiguiſſet, ſed ex contractu donationis inter viuos, quo caſu releuium non debetur, iuxta vulgatam Andr. theoricam, fuit dubitatum quid iuris. 1

Dicebat Fiſcus obtentum aſſenſum nullius fuiſſe momenti, quia fuit ille præſtitus ſuper donatione facienda, quæ intelligebatur, de mera, pura, & ſimplici, non autem cauſa mortis; Cæterùm Regia Camera contrarium iudicauit, ea quidem ratione, quia donatio prædicta fuit merè inter viuos, ſimplex, & irreuocabilis, & licèt poſt mortem ſortiebatur effectum, non tamen per hoc dicebatur cauſa mortis, ex quo ſubſtantia donationis non conferebatur poſt mortem; ſed tantùm illius exequutio, & effectus, vt latè per Alex. *conſ.* 14. *lib.* 1. Aret. *in l.ſi poteſt ff.de acq. hæredit.* & ſucceſſiuè aſſenſus ſuper illa impetratus in ſuo robore permanebat. Vnde &c. 2

## OBSERVATIO.

IVri conſentanea eſt deciſio hæc; nam ſi verum eſt, in Regno moribus fuiſſe introductum, vt per mortem feudatarij ſoluatur releuium, & ſic, vt ille hoc debitum ſoluat, qui iure ſucceſſionis, & titulo hæreditario in feudo ſuccedit, non autem, quando immediatus ſucceſſor per contractum inter viuos ſuccedit, vt ſcripſit Andr. *in cap.* 1. *§.ſed & res num.* 7. *verſ. vndè ſemper in tit.per quos fiat inueſt. & in c.* 1. *§.ſimiliter, de capit. Corradi, & in c.imperialem §. præterea ſi* 1

*quis infeudatus, de prohib. feud. alienat. per Freder.* idemque Marin. Freccia, *de ſubfeud. lib.2. auth.3.* Ioannes Vinc. de Anna *alleg.95.n.1.* Præſ. de Franch. *deciſ.171. num.4.* Reg. de Pont. *in repet. feudal. ſect.2. num.50.* & Regens Rou. *in prag.1. num.9. & 15. de offic. procur. Caſ.* ſequitur certè dicendum, quod dum hic filius feudum acquiſierat mediante contractu donationis, Regio aſſenſu vallato, nullo pacto ad releuium ſoluendum cogi poterat.

2 Nec his obſtat Fiſci oppoſitio, quod hæc omnia procedunt in ſimplici donatione pura, ſecus verò in hac de qua agebatur, facta ex nunc pro tunc ſequuta morte, quo caſu propter poſſeſſionis retentionem videtur fieri locum fraudi, nàm reſpondetur hoc non facere, vt non dicatur donatio inter viuos, ex qua releuium non ſoluitur, præcipuè accedente clauſula *conſtituti*, per quam feudi dominium in illo inſtanti initæ donationis fuit translatum, licèt effectus, & exequutio dilatetur poſt mortem, vt latè, & bene probat Fab. de Anna *conſ.1. num.1. & in conſ. 39.* in primo puncto, poſt D. de Franch. qui in S. C. hoc pro indubitato habitum fuiſſe teſtatur, *deciſ. ſua 213.* & D. de Ponte *in dicta ſect.2. n.53.*

3 Minus facit poſſeſſionis retentio penès donantem, nam per hoc non poteſt præſumi fraus, quia ex conſtituto poſſeſſio probatur in conſtituentis præiudicium, nempe fuiſſe penès eum de tempore, quo ſe conſtituit poſſidere, non autem in ſui fauorem, vt ſatis bene probat Mauratenſ. *var. reſol. lib.3. reſol.40. num.10. & 11.* & latè Giurb. *6. in conſ.54. numer.33. & 34.* vbi ex ſola poſſeſſionis continuatione fraudem non præſumi affirmat, ſubdens, quod cum donator non donauit ex nunc; ſed ex nunc pro tunc, ſequuta morte, videtur poſſeſſionem continuaſſe cauſa percipiendi fructus, non autem animo fraudandi, ad quod plures allegat Doctores, quibus ex Noſtratibus addo Ant. de Alex. inter conſ. Loffre. *conſ.52. num.38.* Reg. de Pont. *d. ſect.2. numer.54. & 55.* & Reg. Galeot. *contr. lib.2. contro.6.* vbi plus voluit, nimirum huiuſmodi donationem adeo eſſe puram, vt neque aſſenſu indigere videatur, ſic inſequendo Fab. de Anna *conſ.41.* & ita aliàs Regiam Cameram determinaſſe in donatione contemplatione matrimonij facta immediato ſucceſſori, ex nunc pro tunc ſequuta morte donantis, Regio accedente aſſenſu, teſtis eſt D. iſte Reg. provt ipſe refert infra *in deciſ.403. & 404.* quas vide.

4 Eſt tamen verum, quod ſi in aſſenſu ſuper huiuſmodi donatione impetrato appoſita eſſet clauſula, *ſaluis iuribus Regiæ Curiæ exigendi releuium, ſequuta morte donantis*, provt diſpoſitum eſt *in prag.15. de feudis*, tunc, & eo caſu releuium à donatario erit omnimò ſoluendum; ſed hac clauſula non appoſita, à ſuperius firmatis recedendum non eſt.

## *ARGVMENTVM.*

Officialis in ſuo officio alium ſubſtituens, an & quando teneatur de culpis, & defectibus ſubſtituti; Et an quando illum exhibendo liberetur; Et quatenus teneatur, An eadem pœna qua ſubſtitutus delinquens puniri poſſit, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCXXV.

FVIT dubitatum in Regia Camera, ſi Mag. Auguſtinus de Franciſco poterat lite pendente ſuſpendi ab adminiſtratione officij Portulani Fortor. & hoc propter delicta, & extorſiones ab eius in illo officio ſubſtituto commiſſas, non obſtante, quod ſubſtitutum illum in iudicio exhibuiſſet; etenim conſiderabatur aliàs in cauſa Criſtophori del Caſtello dictum fuiſſe, quod licèt ſubſtituens de culpis, & defectibus ſui ſubſtituti teneatur, tamen ſi eum exhibuerit, liberabitur; ſic enim dicebatur firmaſſe Bar. *in l.1. §. fin. & in l. cum ſi exhibuiſſent, per illum tex.* vbi etiam Imol. Paul. de Caſtr. & Roma. *ff. de public. & vectig.* Idemque Abb. *in cap. 1. de reſtit. ſpoliat.* idque procedere adhuc ſi in officij conceſſione dictum eſſet, vt conceſſionarius de culpis, & defectibus ſui ſubſtituti teneretur, vt per Bar. *in d. l.1. §. fin.* Io. de Plat. *in l. nemo carcerem col.6. C. de exact. tribut. lib.10.* Pariſ. *in ſuo tract. de ſyndic. in c.* quod incipit *Rectores*; & à ſimili idem firmauit Roma. *in conſ. 55. & in l. ſed, & ij ff. de publica. & vectig.* in quibus locis dicit, quod ſi ſtatuto cauetur, vt pro delicto familiæ poteſtas teneatur, certè liberabitur, delinquentem exhibendo, & in propriis terminis ſubſtituti, idem Roma. *conſ.338.* & Pariſ. *loco cit. in c.* quod incipit *an ſubſtitutus*, & licet Magnificus Fiſci patronus aſſeuerabat non reperiri, quod in ſubſtituto locum habeat diſpoſitio *d. l. cum ſi exhibuiſſent*, quia tex. ille ſequitur ſolùm in familia publicani, vel in familia officialis, tamen reſpondebatur, quod ita expreſsè dixerunt Roma. & Pariſ. *locus cit.* quod tamen ſecus eſſet, ſi ſubſtitutus de ſubſtituentis mandato deliquiſſet, vel ſubſtituens delictum commiſſum ratum habuiſſet, vel committendum ſciuiſſet, & prohibere potuiſſet, & non prohibuit, tunc enim abſque dubio teneretur ſubſtituens de culpis, & defectibus ſubſtituti, nec aliter reum præſentando liberaretur, ita Paul. de Caſtr. *in l.1. §. familiæ, & §. fin. ff. de public. & vectigal.* verum quia in caſu propoſito compertum fuit prædictum Auguſtinum ſubſtituentem in anno 1528. compotem ſuæ adminiſtrationis non præſentaſſe, ob quod ex Regiarum ſanctionum diſputatione veniebat ille ab officio ſuſpendendus; quocirca omnes Domini de Regia Camera fuerunt voti, dictum Magnificum Auguſtinum poſſe ſuſpendi ab adminiſtratione officij prædicti; ſed quia Regias præſentauerat litteras, quibus mediantibus ſua Maieſtas mandabat forè ſibi faciendam relationem de meritis cauſæ, ſicque relatione pendente Iudicis officium conquieſcebat, vt eſt tex. *in l. fin.* vbi Bal. qui ita illum ſummat *C. de relatio.* & Salyc. *in l.1. eodem tit.* in quibus locis dicunt,

Digitized by Google

dicunt, quod ad ſuſpendendam Iudicis iuriſdictionem recuſatio, appellatio, & relatio, æquiparantur, & Lucas de Pen. *in l. 2. C. de naufrag. lib. 11.* dicit, quod ſi cauſa eſt Principi referenda, ſua commiſſione præcedente, interim inſtantia non currit, de qua *in l. properandum C. de iudic.* quia relatione pendente intacta debent omnia remanere, meritò fuit deciſum, quod interim, donec ſuæ Maieſtati fieret relatio ad ſuſpenſionem non procederetur, &c.

## OBSERVATIO.

1 PRoſper Farinac. *in prax. criminali, in tit. de carceribus, & carcer. quæſt. 31. num. 49. 50. & 51.* in cuſtode carceris aliter ſentiit, nimirum carceris cuſtodem adeo de dolo ſui ſubſtituti teneri, ex diſpoſitione tex. *in l. fin. in princ. ff. de Cuſto. reor.* vt nullo pacto illum exhibendo liberetur, allegat tex. *in l. ad commentarienſem*, vbi hoc notant Bar. Bal. Salyc. Ang. & communiter omnes *C. de cuſto. reor.* Boer. *deciſ. 215. n. 8. verſ. nec liberatur exhibendo, & deciſ. 216. num. 1. in fine*, Claud. Battand. *in ſua prax. crim. regul. 143. num. 5.* & noſtrum Grammat. *voto crim. 29. num. 10. & ſeq. & num. 16. verſ. ſecundum ſpeciale eſt*; verum idem Farinac. *loco cit. num. 55.* hoc limitat, quando cuſtos ſubſtitutus à principali commentarienſe ſubſtitutionis tempore erat ab omnibus tentus, & reputatus fidelis, allegat Pariſ. de Put. *in tract. de ſindic. in verb. carcer. & carceratus cap. 5. num. 40. & cap. 7.* Addit demum *num. 58.* quod quando dicimus commentarienſem teneri de culpa ſui ſubſtituti, nec aliter eum exhibendo liberari, non tamen ille tenetur eadem pœna, vt puta mortis, vel corporali, qua tenetur ipſe ſubſtitutus, ſed ſolùm mitiori, vt puta priuationis officij, ad quod allegat Gram. *cit. voto 29. in fine*, quo loci, ſic deciſum teſtatur, ſequitur Iul. Clar. *in prax. crim. §. fin. quæſt. 68. n. 8.* circa finem.

## ARGVMENTVM.

Emphyteuta, an poſſit cogere dominum directum ad ſuum præſtandum conſenſum ſubconceſſioni partis rei emphyteuticæ, ita vt pars, quæ penès ipſum emphyteutam remanet, non ſit pro cenſu obligata. Emphyteuta vendens partem rei ſibi in emphyteuſim conceſſæ, Domino irrequiſito, vel ſoluens partem canonis, an cadat à toto, & de aliis.

## DECISIO CCCXXVI.

CVM quis à Sacro Hoſpitale Sanctæ Mariæ de Populo huius Ciuitatis in emphyteuſim teneret quoddã Viridarium, in quo multa fecerat melioramenta, illiuſque partem alteri ſubconcedere vellet, cum hoc tamen, vt pars illa, quę penès ipſum primum emphyteutam remanebat, non eſſet obligata pro canone, cui pars, quæ ſubconcedebatur obnoxia erat, fuit dubitatum, an Hoſpitale vti Dominus directus huic ſubconceſſioni conſenſum præſtare teneretur. 1

Et negatiuè fuit reſponſum, quia licèt valeat emphyteuta cum directi Domini aſſenſu rem emphyteuticam alteri vendere, vel in emphyteuſim ſubconcedere, itavt directus Dominus non conſenſerit, bimeſtro expectato à die requiſitionis conſenſus, poſſit emphyteuta ad ſui libitum contractum perficere, vt eſt tex. *in vulgata l. fin. C. de iur. emphyt.* tamen vbi vellet emphyteuſis partem alteri vendere, ſiue ſubconcedere, ſic canonem diuidendo, vtique non poſſet, probatur hoc ex his, quæ dixerunt gl. & Bal. per illum tex. *in l. communi diuidundo 7. ff. comm. diuid.* Bar. *in l. fraudati ff. de public. & vectigal.* Gugl. de Cuneo, Iacob. Butric. & Bal. *in l. communis ff. de in ius vocant.* Imol. *in c. potuit. locati*, & Alex. *in l. 4. §. Cato. num. 29. & ſequent. ff. de verb. obligat.* hinc communiter receptum eſt, quod ſi principalis emphyteuta canonis partem ſoluerit, non per hoc commiſſi pœnam reſpectu totius euitabit; ac ſimiliter, ſi partem rei ſibi conceſſæ Domino directo ignorante, vendiderit, à tota cadet videantur ſpecul, & ibi Io. Andr. *in tit. de emphyt. §. nunc aliqua.* Bald. *in rubr. de contrah. empt. in 10. quæſt.* Innocent. *in d. c. potuit*, & Iaſ. *in l. 2. & 3. C. de iur. emphyt.* 2

## OBSERVATIO.

VT cernis Dominus Regens in eam deſcendit ſententiam, vt emphyteuta cadat à iure ſuo, non ſolùm ſi directo Domino Canonem intra tempus à iure præſcriptum ex integro non ſoluerit; ſed etiam ſi in parte ſolutionis ceſſauerit; Tu modo adde, quod non deſunt Doctores, & grauiſſimi, qui contrarium firmarunt, & inter alios hi ſunt, Paul. de Monte Poco *in Authent. preterea num. 12. C. vnde vir, & vxor*, Iaſ. *in l. in exequutionẽ 85. §. item ſi ita ff. de verb. obligat.* Guid. Papa. *deciſ. 174.* Petrus de Benintend. *deciſ. 6.* Flor. Peaz de Mena *in addit. ad Ant. Gama. deciſ. 41.* & Andr. Facchin. *lib. 1. controu. iur. cap. 96.* ſed cum opinione D. Regentis noſtri conueniunt noſter Afflict. *deciſ. 153. numer. 4.* Iul. Clar. *in §. emphyteuſis quæſt. 8. num. 4.* vbi Addentes Ant. Gam. *in ſupra cit. deciſ. 41. num. 2.* Ann. *alleg. 3. num. 4.* Petra *in addition. ad Gram. deciſ. 49. & alij*, plures ad nauſeam relati ab Aurelio Corbola, qui opinionem hanc, quod emphyteuta 1

phyteuta à toto iure cadat, acerrimè defendit *in ſuo tract. de iure emphyteut. in tit. de cauſa priu. ob non ſolut. cano. in 5. ampliat. fol. mihi* 333.

2 Quantùm verò attinet ad aliam concluſionem hîc à Domino Regente firmatam, vt emphyteuta vendens irrequiſito Domino partem rei ſibi in emphyteuſim conceſſæ cadat à tota, eſt pariter aduertendum quod hæc quæſtio non eſt ſine controuerſia; quandoquidem, quod incidat in commiſſum reſpectu partis alienatæ tantum deciſum per S.C. refert noſter Grammat. *deciſ.* 49. *per totam*, cui adhæſit Iul. Clar. *in* §. *emphyteuſis, quæſt.* 13. *num.* 10. vbi dicit hactenus ipſum non inueniſſe Doctorem aliquem atteſtantem in hac quæſtione, quæ ſit magis communis opinio, verùm addit, quod authoritates enumerando, proculdubio putat communiorem, & æquiorem eſſe, quod cadat tantùm à parte alienata, idemque exiſtimauit Aurel. Corbul. poſt alios plures, quos citat *in cit. tract. de iure emphyt. in titul. de cauſa priuatio. ob alienat. irrequiſito Domino factam, ampliat.* 42. *per totam fol. mihi* 229.

## *ARGVMENTVM.*

Legatum, an, & quãdo dicatur in quantitate, vel in ſpecie conſiſtere, & an ſemper ſit locus diminutioni legatorum, quando hæreditas non eſt ſoluendo, ſiue legatum conſiſtat in quantitate, ſiue in ſpecie; Et quid ſi legatum factum eſſet Eccleſiæ, vel pro dote.

## DECISIO CCCXXVII.

1 IN teſtamento condito per quandam mulierem nonnulla reperiebantur legata ordinata, & inter cætera vnum his verbis, *Mando vt omnia bona mea mobilia, aurum, & argentum vendi debeant, quorum prætium lego Monti Charitatis ad hoc, vt ex illa pecunia tot Puellæ orphanæ nuptui tradantur*; contigit hæreditatis valorem ſat non eſſe pro legatis omnibus perſoluendis, quocirca diminutionem legatorum pro rata fieri oportebat, iuxta tex. valde notabilem *in l. ſi quis teſtamento* 82. §. *apud Iulianum ff. de legat.* 1. quem tex. ſine dubio dictum fuit procedere, quando legata omnia in quantitate conſiſtunt; ſed quando vnum legatum in quantitate, aliud verò in ſpecie conſiſtit, quid dicendum? Doctores variarunt, fuit autem dubitatum an legatum de quo ſupra in quantitate conſiſteret, an verò in ſpecie, & exiſtimabatur, vt potius in ſpecie, quàm in quantitate conſiſtat, quia quantitas legata cenſebatur non vt quantitas; ſed vt ſpecies; dixit enim teſtatrix, vt pecunia ex ſuorum bonorum venditione prouenienda ſolueretur Monti, & ſic in ſpecie, itavt ſi ex illis rebus mobilibus decem prouenirent, hæc ſumma contineretur in legato, ſi quatuor, quatuor, ſi nihil, nihil, ſicque dici non poterat legatum quantitatis, id eſt legatum in genere, quo caſu debetur etiam ſi nulla pecunia in hæreditate reperta eſſet, dummodo in ea alia extarent bona, ita Bar. Aret. Alex. & Iaſ. *in l. talis ſcriptura ff. de legat.* 1. ſed an fiat locus diminutioni, ſuppoſito, quod legatum ſit ſpeciei, ſubintrat difficultas; etenim Bal. *in l. ſi verò compoſita ff. de milit. teſtam.* in ea fuit opinione, vt de legato ſpeciei diminutio aliqua fieri non poſſit, adhuc ſi alia non extarent bona pro ſatisfaciendo cæteris legatariis, allegat tex. *in l. ſi fideicommiſſorum ff. vt in poſſeſſ. legat.* idemque Paul. de Caſtr. & Iaſ. *in d. l. ſi quis teſtamento* §. *apud Iulianum.*

Cæterùm contraria fuit recepta ſententia, 2 nimirum vt legata ſiue conſiſtant in ſpecie, ſiue in quantitate, quando hæreditas non eſt ſufficiens, pro rata diminuenda ſint, quodque hæc verior ſit opinio, cum pro illa plura reperiantur iura, & ex Doctoribus allegat Ang. qui hoc firmat per illum tex. *in l. quærebatur ff. ad leg. falcid.* Paul. de Caſtr. *ibidem & in l. fin. in fine C. comm. de legat.* vbi dixit hoc eſſe perpetuò notandum, per tex. *in d. l. quærebatur.* Bal. *in l.* 2. *& in l. licet C. ad leg. falcid. & in l.* 2. §. *ſi quid ex teſtamento*, vbi etiam Alex. *ff. de condit. indeb.* Raph. Cum. *in l. filiusfamilias* §. *apud Marcellum ff. de legat.* 1. & alios, iniquum enim eſſet ſatis, ſi hæc denegaretur diminutio, quia contingere poſſet, vt teſtator non niſi feudum in bonis haberet, modo ſi illum alicui legaret, & alteri mille, dicebatur iniquum eſſe vt legatarius fundi, illum abſque diminutione haberet, & cui ſunt legata mille, nihil, vnde &c.

---

## OBSERVATIO.

CVm Domino Regente hîc, quod quando hæreditas non eſt ſufficiens, ſit locus diminutioni legatorum, ſiue in quantitate, ſiue in ſpecie illa conſiſtant, conueniunt D. Præſ. de Franc. *deciſ.* 236. vbi teſtatur in hanc partem inclinaſſe Sacrum Conſilium, quamuis ob particularem rationem, nimirum quia defuncti voluntas repugnabat, in caſu illo non fuerit habita ratio diminutionis, Epiſcopus Hiſernienſ. *in practicab. Eccleſ. q.* 329. *per totam*, Ant. Gomez *var. reſol. tom.* 1. *tit. de lega. num.* 34. Parlador. *par.* 1. *rerum quotid. cap.* 18. *per totum*, Gregor. Lopez *in l.* 26. *verbo obligados, tit.* 13. *part.* 5. Sanchez *in præcept. decal. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 40. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 646. *num.* 12. de quo meminit Reg. Capyc. Latro *dec.* 12. *num.* 5. Ceuall. *commun. contra comm. quæſt.* 133. *n.* 33. *& ſeqq.* Reg. Rouit. *deciſ.* 87. *num.* 3. qui omnes ex magis communi ſententia affirmant, vbi hæreditas non eſt ſufficiens pro ſatisfactione omnium legatorum, fieri locum diminutioni pro rata, tàm reſpectu legatorum quantitatis, de quibus loquitur tex. *in l. ſi quis teſtamento* 83. §. *apud Iulianum, & in l. ſi poſt miſſionem* 17. *ff. ad leg. falcid.* quàm ſi legatum eſſet ſpeciei. 1

Sed

Digitized by Google

2 Sed, an hæc concluſió procedat, quando vnus ex legatariis eſſet Eccleſia, ſiue alter locus pius, vt adhuc, hæreditate pro ſatisfactione omnium legatorum non exiſtente ſoluendo, fiet locus diminutioni; & eſſe locum diminutioni ſcripſerunt Bar. *in Authen. ſimiliter C. ad leg. falcid.* Iaſ. *in d. l. ſi quis teſtamento §. apud Iulianum ff. de legat.* 1. Andreas Tiraquel. *de priuileg. piæ cauſæ, priuileg.* 72. Epiſcopus Ricc. *ibi in addit. & in deciſ. Archiep.* 221. *p.* 1. vbi meminit de deciſ. noſtra S.C. lata in cauſa hæreditatis Comiti Morconi, quam refert Molfeſ. *conſ.* 13. *num.* 5. nec diſſentiunt Rouit. *cit. deciſ.* 87. *num.* 3. & Anell. Amat. *conſ.* 37. *num.* 5. ſed pro contraria parte, cui eſt omnimò adhærendum, vt non ſit locus diminutioni ſcripſerunt Feder. de Sen. *conſ.* 244. *aliàs* 250. Paul. de Caſtr. *in d. §. apud Iulianum in fine*, Barbat. *in tract. de Epiſc. lib.* 4. *par.* 4. *num.* 84. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 30. Molfeſ. latè, & bene *conſ.* 13. *per totum*, Epiſc. Hiſernienſ. *cit. quæſt.* 329. Laratta *conſ.* 70. *num.* 48. Nouar. *de priuil. miſerab. perſon. priuil.* 22.

3 Idemque in legato dotis, vt illud pariter diminutioni non ſubiaceat, dixerunt Bar. *in l.* 2. *§.* 1. *ff. de priuileg. credit.* Paul. de Caſtr. *in d. §. apud Iulianum numer.* 4. *in fine*, Barbat. *loco cit.* Alex. *in l. ſi cum dotem §. ſi pater. num.* 7. *ff. ſolut. matrim.* Bal. Honell. *in l.* 1. *num.* 471. *ff. ſolut. matrim.* Natt. *conſ.* 455. *num.* 8. Rol. à Valle *conſ.* 25. *num.* 21. quos citat, & ſequitur Surd. *loco cit.* idemque Molfeſ. & Epiſc. Hiſern. *locis ſupra relatis.*

## *ARGVMENTVM.*

Dominium, an, & quando ex ſola Principis conceſſione, abſque alia traditione in conceſſionarium transferatur; Et an per inſtrumentum probetur. Bona, & iura Eccleſiæ quanto tempore præſcribantur; & an eidem aduerſus quamlibet præſcriptionem in integrum reſtitutio concedatur. Quadriennium ad in integrum reſtitutionem petendum, à quo tempore currere incipiat. Teſtes quomodo deponere debeant in probanda præſcriptione centenaria; Et quomodo præſcriptio hæc centenaria dicatur legitimè probata, & de aliis.

## DECISIO CCCXXVIII.

1 IN iudicio reiuendicationis inſtituto per Monaſterium Sancti Bartholomei in Galdo, cõtra Magnificum Marcellum Caracciolum ſuper territorio, de quo agebatur, fuit in expeditione cauſæ dubitatum, an Monaſterium prædictum eſſet in probatis reſpectu dominij, quod in hoc iudicio probari neceſſe eſt, vt actor obtinere poſſit.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

Et eſſe in probatis Domini de Regia Camera reſponderunt; etenim Monaſterium produxerat priuilegium donationis in anno 1141. à quondam Riuardo, tunc vtili Domino Riuari ſibi factæ de dicto territorio, confirmatum primo in anno 1181. à Rege Guglielmo, & iterum in anno 1307. à Rege Roberto, per quæ quidem priuilegia territorij donati tranſlatũ exciterat dominium in Eccleſiam *d. l. fin.* vbi hoc omnes notant *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* gl. & DD. *in l. traditionibus*, vbi Iaſ. *col.* 4. *C. de pact.* Imò ex ſola donatione Principis facta etiam non piæ cauſæ transferri dominium in donatarium, abſque alia traditione dixerunt Io. Andr. *in c. olim. de verb. ſignif.* Bal. *in c. licèt cauſam de probat.* & Iaſ. *in d. l. traditionibus*; eoque magis cum verſemur in antiquis ad notata per Aret. *in conſ.* 42. & per Alex. *conſ.* 4. *col.* 6. *lib.* 2. qui addit adhuc per famam in antiquis dominium probari, illudque continuatum præſumi, quæ omnia adeo vera dicebantur, quod licèt per non vſum, vel per contrarium vſum priuilegium amittatur, *l.* 1. vbi Bar. *ff. de nundinis c. cum acceſſiſſent, de conſt.* hoc tamen non habet locum, quando per priuilegium transfertur dominium. Innocent. *in c. accedentibus, quod legit. ſub c. cum olim. de priuileg.* Bal. *in ſua Margarita, in verb. ſtatutum*, quia cum rerum dominia certis amittantur modis, *l.* 2. *C. de iur. dom. impetr.* niſi ſit legitimè præſcriptum non cenſetur amiſſum dominium, ſecus quando priuilegium aliud contineret, vt puta, vt dignitas ſit, vel non ſit in Eccleſia, vt quis poſſit aliquid facere, vel non cogatur facere &c. imò quod tex. *in d. c. cum acceſſiſſent, & in d. l.* 1. *ff. de nundinis*, in priuilegio conceſſo loco religioſo non procedat; ſed quod ita demùm amittitur, ſi contra illud fuerit legitimè præſcriptum, dixit Innoc. *loco cit.* non enim poſſunt adminiſtratores Eccleſiæ, nec tacitè, nec expreſsè, nec per non vſum, neque per contrarium vſum priuilegio Eccleſiæ conceſſo præiudicare, latè Felyn. *in d. c. cum acceſſiſſent*, nec fuit ratio aliqua habita de quadragenaria præſcriptione, quam primo allegabat Marcellus conuentus, ſatis ſufficientem contra Eccleſiam, *c. de quarta.* vbi Canoniſtæ communiter, *extra de præſcrip.* præterquam contra Eccleſiam Romanam, vbi centum annorum præſcriptio requiritur, *Authen. quas actiones C. de Sacro. Eccleſ.* nam quod prætendebatur præſcriptum, territorij dominium non reſpiciebat, ſed ius ſeruitutis, ſcilicet lignandi, fidandi, & glandandi in eo territorio, at cum in præſcriptionibus tantùm præſcriptum, quantum poſſeſſum, *l.* 1. *§. ſi quis hoc interdicto ff. de inſtit. actio.* hæc ſeruitus vti cauſam habens diſcontinuam, non niſi centum annorum ſpatio præſcribi poterat, *l. ſeruitutes la grande*, vbi omnes DD. *ff. de ſeruit.* non enim in ea cadit continuata poſſeſſio, quia factum



Digitized by Google

hominis requiritur, quod continuo exerceri non poteſt, vt optimè poſt alios ibi declarat Paul. de Caſtr. præterea, in caſu, de quo agebatur, de ſcientia,& patientia Monaſterij,ſiue eius Prælatorum non conſtabat, ſine qua in his iuribus incorporalibus quaſi poſſeſſio non cadit,cum in eis poſſeſſio non detur; ſed vſus, qui cum ſcientia, & patientia domini habetur pro traditione, & quaſi poſſeſſione; *l.2.* vbi Bal. Salic. & alij *C. de ſeruit. & aqua*, *l. quoties*, vbi Bar. & reliqui *ff. de ſeruit.* Innocent. *in c. bonæ,de poſtul.Prælat.*Ioan.Fab. & Iaſ. *in §. aquæ Inſtit.de actio.*

3 Vlterius replicabatur pro parte Monaſterij, quod adhuc ſi ageretur de præſcriptione dominij, & proprietatis dicti territorij, quæ ſat eſt annorum quadraginta, tamen aduerſus talem præſcriptionem competeret Eccleſiæ in integrum reſtitutio, vt eſt tex. & ibi gl. fin. *in cap.1. de in integ. reſtit.* Bar. & ad eum Alex. *in additio.in l.1.§.ſi quis autem ff. de itin. actuque priuato*; & licèt hoc non ſit ſine controuerſia, provt videre eſt apud Aret. *conſ.*104. tamen communis opinio ſe habet, vt etiam in hac quadragenaria præſcriptione:detur in integrum reſtitutio,vt per Aret.& Alex. *locis cit.* latè Abb. *in cap.1.* & Felyn. *in c. vigilanti, de præſcrip.*& hoc ſtante probabili Eccleſiæ ignorantia, propter Prælatorum mutationes; & quod præſcriptione completa, concedatur Eccleſiæ quadriennium ad reſtitutionẽ in integrum petendum, eſt tex. *in cap.1. & 2. de in integr. reſtit. in 6. & in Clem.1.eodem tit.* quod quidem quadriennium dictum fuit, eſſe à principio vtile, nec vnquam illud currere incipit niſi à die ſcientiæ, id eſt, ab eo die, quo Eccleſia notitiam habuit, præſcriptionem contra eam fuiſſe completam, probat hoc tex. *in cap.1. de in integr. reſtit.in 6.* Abb. *in d. cap.1. de præſcrip.* Bal. *in l. falſam C. ſi ex falſ. inſtr.* fortius dicebat Afflict. *in conſtit. quadragenalem*, nimirum dari quadriennium Eccleſiæ ad in integrum reſtitutionem petendam aduerſus præſcriptionem centenariam, quod tamen hîc non fuit admiſſum.

4 Minus etiam habita fuit ratio de allegata ſecundo loco præſcriptione centenaria, quæ omne ius tollit, ac vim tituli habet, *c. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſignif. l. hoc iure §.ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſtiu.* Ang. Paul. & alij *in l. ſi certis annis C. de pactis*, qui dicunt ex centenaria præſcriptione titulum præſumi, dato, quod non allegetur, idem Paul. de Caſtr. *in d. l. ſeruitutes*, vbi ait, quod centum annorum curſus præſcriptionem propriè non inducit, nec per eam dicitur aliquid ex tempore acquiri; ſed potius ex præſumpta conceſſione, quæ ex tanti temporis lapſu reſultat, quod proinde aduertit in libello non eſſe præſcriptionem deducendam;ſed potius conceſſionem, ad quam probandam,tanti temporis vſum afferre; quodque in integrum reſtitutionem in præſcriptione centenaria locum non habeat, dixerunt Gozad. *conſ.*8. *in fine*, Iaſ. *conſ.*209. *lib.*2. etenim fuit reſponſum Marcellum conuentum in hac allegata præſcriptione non fuiſſe in probatis, etenim ad hanc præſcriptionem probandam,neceſſe eſt,quod teſtes, qui ſuper illa deponunt, ætatis ſint quinquaginta quatuor annorum, & quod deponant de viſu temporis quadraginta annorum, vt per Florian. *in d. l. ſeruitutes*, & Philip.Franc. *in cap.1. de præſcrip. in 6.* & cum aliis requiſitis, de quibus per gl. *in cap.1. de præſcrip. in 6.* quæ in caſu propoſito ceſſabant, quare relata cauſa in Regia Camera fuit deciſum provt ſupra ad fauorem Monaſterij &c.

---

## OBSERVATIO.

CVm dictis per D.Regentem hîc in prima concluſione, quod ex ſola Principis donatione dominium abſque alia traditione in donatarium transferatur, illudque per exhibitionem inſtrumenti donationis probetur,conueniunt,vltra DD. hîc citatos, Ang. *in l. officium numer.2. ff. de rei vindicat.* Barbat. *conſ.*41.*num.*22.*lib.*1.*& conſ.*8.*lib.*2. Afflict. *deciſ.*14. *num.*8. vbi ait, quod licèt regulam per inſtrumentum donationis dominium non probetur, hoc tamen limitat in donatione Principis, idemque Grammat. *deciſ.*59. *num.*19. *& ſeq.* quos omnes citat, & ſequitur Maſcar. *de probatio. concl.* 541.*tom.*1. vbi poſt firmatam concluſionem, vt per inſtrumentum dominium non probetur, hoc reſtringit *num.*9. in inſtrumento donationis, quæ fit à Principe, vel ſi verſaremur in antiquis, vt tunc etiam dominium per inſtrumentum probetur. 1

Quantùm ad aliam concluſionem hîc tentam, vt Eccleſia reſtituatur aduerſus quadragenalem præſcriptionem, ex capite ignorantiæ, vltra DD. hîc relatos, videndi ſunt, & alij ad nauſeam citati à Sforza Odd. *de reſtitut. in integrum quæſtion.* 90. *art.*7. *per totum.* 2

Requiſita autem, vt immemorabilis dicatur legitimè probata, iuxta communem omnium ſententiam ſunt hæc, nimirum,vt teſtes de illa deponentes ætatem habeant ſaltem quinquaginta quatuor annorum; quod deponant de viſu per 40. annos, & de auditu à ſuis maioribus, qui teſtabantur à maioribus eorum illud idem audiuiſſe; & quod ipſe,nec maiores eorum neque viderint,neque audierint contrarium; videantur gloſ.Magiſtralis ab omnibus canonizata *in cap.1.* quam ibi ſequuntur Canoniſtæ communiter, *de præſcrip.in 6.* Afflict. *in conſtitut. quadragenalem numer.*7. Couar. *in regul. poſſeſſor. §.3. part.2.ſub num.*7. Molin. *de primogen. lib.2.cap.6.n.3.* Ant. Gabr. *commun.concluſ. tit. de præſcrip. concluſ.1.* Honde. *conſ.*79.*num.*36. *lib.*1. Auend. *in l.*41. Taur. *gloſ.*12.*& 13. & de exequend. mandat. p.1. cap.6. n.6.* Reg. de Curt. *in diuerſ. iur. feud. part.1. fol.*78. *à t.* Rebuff. *de decimis, quæſt.*13. *num.*94. *& ſeq.* Seraph. *deciſ.*1102. *num.*2. *&* 1450. *num.*2. Garzia *de expenſ. & melior.cap.9.num.9.* D.Ludouiſ. *deciſ.*196.vbi Beltram. *in addition. littera A*, citans Seraph. *locis cit.* (& addit illud requiſitum, quod maiores non viderint, 3

Digitized by Google

rint nec audierint contrarium, non eſſe neceſſarium, ex Rot. ibidem allegata idem D. Ludouiſ. *deciſ.* 298. Valenz. *conſ.* 93. *num.* 33. Io. Andr. de Georgio, *de feud. capit.* 27. *& ſeq.* Monet. *de decim. capit.* 5. *numero* 77. Caſtill. *controu. tom.* 7. *de tertiis capit.* 27. *numero* 5. Maſcar. *de probat. concluſ.* 1038. Flor. de Mena, *variar. lib.* 1. *quaſtion.* 10. *numero* 44. Mariſc. *lib.* 2. *variar. cap.* 100. *numer.* 10. & alij penès Barboſ. *in collect. ad cit. cap.* 1. *de preſcrip. in* 6. quibus addo Io. Franc. del Caſtill. *deciſ. Siciliæ* 12. *per totam, & in additio.* quo loci aduertit, quod licèt Molin. *cit. cap.* 6. *numero* 34. ſcripſerit neceſſarium non eſſe, quod teſtes omnes deponant de omnibus requiſitis immemorabilis, ſed ſufficere, quod vnus deponat de vno, & alter de alio, attamen ſubdit Caſtillus contrarium firmaſſe Rotam, nimirum eſſe neceſſe, quod quilibet teſtis deponat de omnibus requiſitis, & quod non fiat coniunctio, ſi vnus deponat de vno, & alter de alio, allegat Mantic. *deciſ.* 289. *num.* 4. vbi in ſpecie Molin. reprobat, & eo ipſo, quod teſtis in vno ex requiſitis immemorabilis deficiat, immemorabilem non probat.

## *ARGVMENTVM.*

Nepotes ex filio præmortuo, an proſint auo ad obtinendam immunitatem à iure tributam patri duodecim filios habenti; Et quid ſi filius viuit; Et quid in muneribus perſonalibus. Ætas, quæ requiratur, vt quis à muneribus perſonalibus ſe excuſet, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCXXIX.

1 FVIT dubitatum in Regia Camera, an pater, qui nouem habebat filios, & ex alio filio præmortuo tres nepotes poſſit declarari immunis à muneribus patrimonialibus, ſeu realibus, ac ſi duodecim haberet filios, iuxta diſpoſita *in l. ſi quis decurio pater. C. de decur. lib.* 10. Ratio dubitandi in partem negantem deſumebatur ex tex. *& in l.* 2. §. 1. *verſ. non ſolùm ff. de excuſ. tuto.* vbi Iureconſultus per hæc verba loquitur, ***quotcumque autem nepotes fuerint ex vno filio, pro vno filio numerantur***; ſed hac dubitandi ratione non obſtante, Regia Camera contrarium iudicauit, nimirum hos nepotes ex filio præmortuo, Auo pro hac immunitate obtinenda in capita, non autem in ſtirpes prodeſſe, per tex. *in d. l. ſi quis decurio*, vbi Imperator de liberis verba fecit, & ſic tam de nepotibus, quàm de filiis, quia liberorum appellatione veniunt, nedum filij, ſed etiam nepotes: *l. liberorum ff. de verb. ſignif.* dicebatur enim, quod omnes rationes, quæ conſiderantur, vt pater duodecim filios habens à muneribus excuſetur patrimonialibus, militant pariter in nepotibus, & ad tex. *in d. l.* 2. §. 1. *verſ. non ſolùm,* fuit reſponſum, quod loquitur de immunitate munerum perſonalium, nimirum, quando quis à tutela propter numerum liberorum ſe excuſare vult; ſic etiam dictum fuit procedere iura *in l.* 3. *& in l. fin. C. de his, qui num. liber. lib.* 10. diuerſitatis ratio aſſignatur, quia in excuſatione à muneribus perſonalibus minor numer. filiorum prodeſt, ſicque mirum non eſt, vt plures nepotes ex vero filio habeantur pro vno filio tantùm, at in muneribus realibus, ſeu patrimonialibus, de quibus agebatur, requiruntur ad minus duodecim: *d. l. ſi quis decurio,* qui quidem numerus magnus eſt, raroque contingit, vt quis vno, eodemque tempore duodecim habeat filios viuos, meritò igitur concluſum fuit, nepotes omnes ex vno filio genitos in capita, non autem in ſtirpes auo prodeſſe.

## OBSERVATIO.

DOminus Præſes de Franchis de his agens *in deciſ.* 259. *num.* 14. authoritate Salyc. *in l. ſi pater in fine C. quando prouoca. non eſt neceſſe*, & Ioann. de Imol. *in conſ.* 77. *col.* 2. *verſ. ſupppoſito autem,* concluſionem firmat, vt filio viuente, nepotes non proſint auo ad excuſationem munerum patrimonialium; eo autem mortuo, ſic; verùm quod quamuis plures ſint, loco tamen vnius habeantur. At Anton. Theſ. *in deciſ.* 267. *numer.* 6. quem ſequitur Alexand. Trentacinque *var. reſolut. lib.* 1. *titul. de iure immun. col.* 2. *verſ. contra hanc declarationem*, nulla adhibita diſtinctione dicit, per illum Senatum deciſum, vt inter liberos, nepotes, in numero duodecim liberorum computentur, Gaſpar verò Theſ. ibi *in additio.* pertranſit cum opinione Dom. de Franch. quandò filius viuit, vt nullatenus nepotes auo proſint, eo autem defuncto, tenet indubitanter, vt ſinguli nepotes auo proſint, vt fuit deciſum hîc, non autem, quod pro vno reputentur, iuxta opinionem Dom. de Franch. ſubdens ita ipſum intelligere deciſionem ſui genitoris; ſed Dominus Reg. Conſtant. *in l. ſi quis decurio numero* 32. *cum pluribus ſeqq.* reprobata opinione Dom. de Franch. inhæret Theſauro, & indiſtinctè, ſiue filius viuat, ſiue defunctus ſit, vt ſemper nepotes inter liberos computentur, ad finem, vt auo proſint ad immunitatem à muneribus patrimonialibus obtinendam, rationibus, vt per eum. Hæc circa immunitatem à muneribus patrimonialibus. 1

Quò verò ad immunitatem à muneribus perſonalibus, Sacratiſſimis Legibus ſtatutum eſt, vt numerus quinque liberorum ſat ſit patri ad illam obtinendam, hæc ſunt iura *in l.* 1. *& in l.* 5. *&* 6. *C. de his qui num. lib. ſe excuſ. lib.* 10. *in l.* 2. §. *numerus, & in l. in honoribus ff. de vacat. muner.* ſic pariter quinque nepotes, nati ex quinque filiis: *l.* 3. *C. de iis qui num. liber. ſe excuſat.* ſi autem eſſent quinque nepotes nati ex vno filio non excuſabitur, quia in muneribus perſonalibus pro vno reputantur: *l.* 2. §. *non ſolùm ff. de excuſ. tutor.* quam hîc citat Dominus Regens. 2





Digitized by Google

3 Item à muneribus perſonalibus excuſat ætas quinquaginta quinque annorum; *l. 3. C. qui ætate, vel profeſſ. ſe excuſ.* excepto munere tutelæ, à quo, vt quis excuſari poſſit ætas requiritur ſeptuaginta annorum completorum, hîc eſt tex. *in §. item maior, in verbo ſeptuaginta annis Inſtit. de excuſat. tutor.*

4 Illud autem quod diximus, vt numerus quinque liberorum excuſet à muneribus perſonalibus intelligendum eſt, quandò ſunt merè onera, ſecus ſi eſſent onera, quibus eſt annexus honor, quo caſu excuſationem non prodeſſe per tex. *in l. 2. §. numerus ff. de vacat. & excuſ. muner.* per Sacr. Conſ. deciſum teſtatur Dominus de Franch. *in ſua vulgatiſſima deciſ. 65.*

## ARGVMENTVM.

Criminis læſæ Maieſtatis, an fiat reus, qui ad Terram rebellatam acceſſum habet; Et an indultus declaratio poſſit fieri in præiudicium illius, cui fuit ius quæſitum, eo prius non citato. Dictio *tantùm* an includat expreſſum, & reliqua excludat. Conceſſio facta à Domino de aliqua re in ſeruitiorum remunerationem, an reuocari poſſit; Et an, & quandò dicatur, in vim contractus tranſire, & de aliis.

## DECISIO CCCXXX.

1 IN cauſa inquiſitionis firmatæ contra magnificum Io. Fabritium Saracenum Baronem Terrarum Turellæ, Guardiæ, Rocchettæ, & aliarum, fuit habitum pro indubitato, ipſum in Campo Gallorum, in quo per plures dies commoratus fuit, fidelitatis iuramentum in manibus Ducis exercitus præſtitiſſe, ob quod dicebatur læſæ maieſtatis criminis fuiſſe reum, iuxta notata per Lucam de Pen. *in l. deuotum C. de metat. & epidemeticis lib. 12.* cuius quidem criminis pœna eſt omnium bonorum publicatio, & capitis amputatio, *toto tit. ff. & C. ad leg. Iul. Maieſt.* vt aduertunt Lucas de Pen. *loco modò cit.* & Bar. *in extrauag. qui ſint rebelles, in verb. machinantur.* Præterea imputabatur ei, quod acceſſerat ad Terram Turellæ locum rebellatum, ob quod pariter dicebatur in produellionis crimen incidiſſe, ad tex. *in l. 3.* vbi eſt caſus *ff. ad leg. Iul. Maieſt.* ſed cùm demùm Regiæ Curiæ ducatos ſoluiſſet biſmille, & quincentum, huius tanti criminis ab Illuſtr. Principe Orangiæ Regni Prorege obtinuit indultum, & vt ſibi bona omnia feudalia, & burgenſatica reſtituerentur, excepta tamen conceſſione facta Commendatori della Roſa, de ſtatu, & Terris ipſius Io. Fabritij, & quod in nihilo illi præiudicaretur circa conceſſionem annuorũ ducatorum mille ſuper dictis Terris Turellæ, Guardiæ, & Rocchettæ eidem factam, Ex his verbis fuit dubitatum an cenſeretur Io. Fabritius ad dictas Terras reſtitutus. Et per Iudices cauſarum Rebellium fuit deciſum, quod non, præcedente declaratione Collateralis Conſilij, quod intentio Principis Orangiæ in conceſſione dicti indultus fuerat, vt in nihilo derogaretur conceſſioni factę dicto Commendatori, nedum pro annuis ducatis mille, ſed nec etiam pro dominio, & iure vaſſallorum earundem Terrarum.

At cum Io. Fabritius ab hac ſententia appellaſſet, dicebat primò declarationem factam per Collaterale Conſilium in ſui præiudicium, & ipſo non citato fieri non potuiſſe, & per conſequens nullius momenti, ex quo per illam corrigebatur, vel ſaltem modificabatur indultus, qui, ſtante pecunia Regiæ Curiæ ſoluta, tranſiuit in vim contractus, & ſucceſſiuè reuocari non poterat, vt notat Bal. *in l. qui ſe patris C. vnde liberi.* Innocent. Aret. & cæteri Canoniſtę *in c. nouit, de iudic.* idem Aret. *in c. 1. de conſtit.* eoque magis, quia nec etiam Papa hoc facere poteſt; Parte non citata, Innocent. *in c. olim tibi, de verb. ſignif.* Abb. *in c. inter venerabilem in 3. notab. de elect.* Felyn. *in c. cum olim, de re iudic.* & alij; & quod hæc declaratio, ius alteri quęſitum tollere non poterat, notat Paul. de Caſtr. *conſ. 338. lib. 1.* Dec. *in l. 1. C. de impub. & aliis ſubſt. & in c. fin. de conſtit.* etenim prętendebat Io. Fabritius Commendatori della Roſa, verè, & realiter non fuiſſe reſeruatam niſi conceſſionem annuorum ducatorum mille ſuper Terris prędictis, quod ſatis demonſtrabãt verba illa in priuilegio indultus appoſita, *ita tamen, quod ſententia inde ferenda feratur tantùm ſuper dictis annuis ducatis mille dictarum Terrarum contentis in d. conceſſione.* 2

Sed pro parte Commendatoris replicabatur, quod licèt dictio hęc *tantùm*, ſit excluſiua, vt notat Bar. *in l. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.* Alber. *in ſuo dictionario*, in verbo *tantùm*, tamen excludere non poteſt, ea quę expreſsè diſpoſitioni connexa ſunt, imò includit, vt notat Bal. *in l. 1. C. de bonis poſseſſ. contra tabul.* Iaſ. *in d. l. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.* vbi dicit, quod per hęc verba ſolus Epiſcopus, non excludit capitulum, imò includit. 3

In caſu propoſito, Princeps Orangię fecerat conceſſionem Commendatori annuorum ducatorum mille, & vt effectualiter illos conſequi potuiſſet, conceſſit ei Terras prędictas Torellę, Guardię, & Rocchettę, cum iure vaſſallorum, ſicque dicebatur Terrarum conceſſionem fuiſſe connexam conceſſioni ſcutorum mille; vlterius commẽdator ad ſuam demonſtrandam iuſtitiam multa alia in facto 4

allegabat,

Digitized by Google

allegabat, per quę verè prętentio Io. Fabritij valdè dubia reddebatur, quod proinde Partes cauſam compromiſerunt in perſonam Illuſtr. Domini Proregis, à quo vt tot litibus, quę inter Partes ipſas vertebantur, finis imponeretur, fuit laudum prolatum, quod Terrę prędictę Io. Fabritio reſtituerentur cum omnibus oneribus, ſignanter ſoluendi dicto Commendatori annuos ducatos mille, cum pacto de retrouendendo ad rationem ducatorum decem pro quolibet centenario, & quod etiam ſolueret dicto Commendatori omnem illam pecuniarum quantitatem, quam pro exoneratione ſtatus eiuſque introituum ſoluerat, & quod ſi fortè ex cauſa prędicta dictus Commendator, eiuſque filij obligati reperirentur teneri d. Io. Fabritio illos indemnes extrahere &c.

## OBSERVATIO.

1 BAl. *in l. qui, ſe patris, poſt num.* 10. *verſ. ſed Nicolaus C. vndè liberi*, quem hîc citat Dominus Regens noſter, communiter ab Aduocatis, allegatur ad probandum, quod quando Rex, pecunia mediante, ſubdito ſuo aliquid elargitur, conceſſio illa tranſit in vim contractus, & ſucceſſiuè reuocari non poteſt, idemque probant, & alij, quos refert Lancellott. *in templo Iud.* §. 3. *lib.* 1. *cap.* 1. *de Imperatore, tit. priuilegia poteſt reuocare verſ. octauo è conuerſo num.* 4. de quod meminit Dom. Regens Capyc. Galeot. *reſponſ. fiſcal.* 23. *numer.* 14. vbi *num. ſeq.* dicit nonnullos auſos fuiſſe Bal. theoricam extendere ad quodlibet priuilegium, ſiue conceſſionem, in ſeruitiorum remunerationem à Principe factam: ſed quicquid ſit de hoc, idem Dominus Regens Galeota ſubdit *num.* 23. *verſ. quinimò* quod quando priuilegium ſtat in terminis conceſſionis, etiam quod conceſſio fuerit facta, meritis præcedentibus, & quod plus eſt, etiam mediante pecunia; quæ tamen factæ conceſſioni non æquiualet, priuilegium illud non dicitur in contractum tranſire, & ſic remanet reuocabile, allegat Felyn. *in c. nouit. num.* 5. *verſ. nunc tranſeo, de indic.* Socc. *conſ.* 4. *num.* 6. *vol.* 3. Nart. *in conſ.* 511. 512. *&* 652. Grammat. *deciſ.* 46. *num.* 5. Boſſ. de Principe *num.* 152. & alios, vt ibi; Addit demùm *numer.* 25. priuilegium remuneratorium poſſe, ex iuſta cauſa ſuperueniente reuocari, etiam quod tranſierit in contractum, aſſignat rationem, quia ſi Princeps in bonum Reipublicæ, ſubditorum rebus vti poteſt, à fortiori poterit limitare, & caſſare contractum cum ſubdito geſtum, ſicque conceſſa reuocare, allegat Afflict. *deciſ.* 361. *num.* 6. & Gabr. Pereyra, poſt plures alios, quos citat *in tract. de manu Reg. tom.* 1. *cap.* 6. *num.* 7. *&* 8.

2 Quod autem dictio *tantùm* includat expreſſum, & reliqua excludat, vltra Bar. hîc citatum *in l.* 1. *num.* 1. *ff. ſi quis ius dicenti non obtemper.* dixerunt, & alij ad nauſeam relati ab Auguſtin. Barboſ. *de dictionibus vſufrequent. dictione* 402. *num.* 2. & præ cæteris ex recentioribus Cartar. *deciſ.* 70. *num.* 14. Surd. *dec.* 291. *num.* 19. *& de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 2. Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 13. *quæſt.* 5. *num.* 47. Cald. Pereyr. *de renouat. emphyteuſ. quæſt.* 11. *num.* 15. Franc. Leo *in Theſ. fori Eccleſ. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 33. Cened. *ſingul.* 21. *numer.* 1. Ricciul. *de iure perſon. lib.* 2. *capit.* 15. *numero* 22. & Anell. Amat. *conſ.* 74. *num.* 26. ſubdit demùm Barboſ. *numero* 8. plurimorum DD. authoritate, quod licèt dictio hæc *tantùm* ſit taxatiua, reſtrictiua, & limitatiua, non per hoc caſus excludit ſimiles.

## ARGVMENTVM.

Conſuetudo Ciuitatis Neapolis, quæ incipit, *ſi quis*, *vel ſi qua*, an ſicut non habet locum patre, vel matre in medio exiſtentibus ita pariter his præmortuis, non procedat, Auo, vel Auia ſuperuiuentibus; Et quid vbi matrimonium eſſet contractum ad vſum nobilium platearum Capuanæ, & Nidi.

## DECISIO CCCXXXI.

VIGET in hac Ciuitate conſuetudo, quæ incipit, *ſi quis vel ſi qua*, & hæc diſponit, quod ſi quis ab inteſtato abſque liberis deceſſerit, in bonis omnibus defuncti proximiores ex parte patris ſuccedunt, in maternis verò, ſiue ex materna linea obuentis proximiores ex parte matris; hæc conſuetudo iuxta vulgatum noſtratum axioma ceſſat prorſus, patre, vel matre in medio exiſtentibus, & ſeruatur ius commune, ita vt ſi quis ab inteſtato deceſſerit cum bonis maternis, patre, & auunculo ſibi ſuperſtitibus, quamuis, attenta littera conſuetudinis, videretur auunculum vti proximiorem ex parte matris legitimum eſſe ſucceſſorem, tamen quia propter patris ſuperexiſtentiam ceſſat conſuetudo pater ſolus ſuccedit. Sed in cauſa vertente inter Illuſtr. Ducem Montiſ-alti, D. Antonium de Aragonia ex vna, Et Comitem Burrelli ex altera, fuit ſatis in Sacr. Conſ. dubitatum, an hoc procedat auo, vel auia ſimiliter in medio exiſtentibus, ſuppoſito, quod pater, vel mater præmortui ſint; deceſſerat enim Illuſtr. D. Petrus de Aragonia Dux Montiſ-alti ſuperſtitibus ſibi Don Antonio fratre vtrinque coniuncto, & D. Suſanna Gonzaga, eorum auia materna, dubitabatur, an iſta in bonis obuentis dicto Illuſtr. Domino Petro ex parte ſui patris potuiſſet de iure ſuccedere inſimul cum D. Antonio defuncti fratre. 1

Pro Comite Burrelli, qui per mortem demùm ſequutam D. Suſannæ eius ſimiliter auiæ maternæ ad ſucceſſionem dictorum bonorum concurrebat, fuerunt allegati Stephanus de Gaëta, & Antonius Capyc. *dec.* 210. hi enim tenuerunt, quod præfata conſuetudo ſicut non habet locum, patre, vel matre in 2



Digitized by Google

medio exiſtentibus, ita pariter auo, vel auia ſuperſtitibus.

3 Cæterùm facta relatione per S.C.in Collarali Conſilio, cum votantes eſſent num. vndecim, quatuor votum pro Comite protulerunt, ſeptem verò pro Duce, ſicque deciſum, ponderatis dictis per Napod. Conſuetudinem prædictam *ſi quis, vel ſi qua*, locum habere adhuc auo, & auia in medio exiſtentibus, ita vt ſi quis in hac Ciuitate ab inteſtato, ſine filiis decederet cum bonis paternis, & per ipſum quæſitis, ſuperſtitibus ſibi fratre vtrinque coniuncto, & auo materno, hic à nepote vti proximiore defuncto ex parte patris in ſucceſſione dictorum bonorum excluderetur, ſic enim fuit tentum in cauſa prædicta, vt in bonis paternis Illuſtr. Ducis D. Petri non potuiſſet ſuccedere, niſi Illuſtr. D. Antonius eius frater vtrinque coniunctus, & ſic vti proximior ex parte patris, excluſa prorſus D. Suſanna eorum auia materna, & de authoritate Stephani de Gaëta, & Capyc. nulla fuit habita ratio, ex quo ſine legibus loquebantur.

## OBSERVATIO.

1 VVlgatum eſt noſtratum axioma, vt conſuetudines noſtræ, tam de ſucceſſione ex teſtamento, quàm ab inteſtato loquentes ceſſent prorſus, patre, & matre in medio exiſtentibus, itavt ſi quis ab inteſtato deceſſerit cum bonis antiquis paternis, matre, & proximioribus, ex parte patris ſuperſtitibus, mater ad integram filij ſucceſſionem admittitur, & agnati proximiores excluduntur, ſicque non eſſe locum conſuetudini, quæ incipit, *ſi quis, vel ſi qua*, vt bene declarat Napod. ibi *num.* 132. *&* 180. Capyc. Minad. de Franch. & alij per me relati *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 70. *num.* 5. *&* 6. *& cap.* 142. *in princ.* & ſi cum teſtamento filij deceſſerint, tenentur parentibus legitimam ſuper bonis antiquis relinquere, vt *in conſuet. filiusfamilias*, vbi Napod. *in verſ. ſi nolit. num.* 18. *& in conſuet. & ſi teſtator, in verb. proximiores*, vbi Antonius Capyc. *in additione*, quæ incipit *ſi ergò habet patrem*, Io. Ang. Piſanell. in additione exordiente, *vide in proxima conſuetudine*, & Præſ. de Franch. *deciſ.* 606. *num.* 9. quos retuli *lib.* 2. *mear. reſol. cap.* 129. *num.* 7.

2 Sed fuit diſputatum, in hac deciſ. an concluſio modò firmata pariter procedat, auo, vel auia, cæteriſque aſcendentibus in medio exiſtentibus; vt cernis, fuit deciſum non ſic dicendum in auo, & auia, ſicque vt conſuetudines noſtræ benè procedant, his perſonis ſuperſtitibus; certè hæc eſt ardua quæſtio, & de difficilioribus, quæ habeatur in materia noſtrarum conſuetudinum, quandoquidem, Dominus Regens Rouit. latè eam tractans in quæſt. poſita poſt commentarium ad Regias Pragmaticas, vbi pariter deciſionem Domini Regentis noſtri, de verbo ad verbum imprimi curauit, exiſtimauit, vulgatum iſtud axioma locum etiam habere, auo, & auia ſuperſtitibus, idemque ante ipſum Capyc. *deciſ.* 210. & P. Molfeſ. *par.* 4. *quæſt.* 45. *per totum* aliique plures per iſtos relati, qui omnes aduerſus Regentem noſtrum inſurrexerunt, vt obſeruaui Ego *cit. cap.* 70. *num.* 14. vbi *num. ſeq.* notaui, conſuetudines iſtas ſine dubio procedere, adhuc patre, vel matre ſuperſtitibus, quando matrimonium eſſet contractum ad vſum nobilium Capuanæ & Nidi; nouiſſimè verò Dominus Conſiliarius Andr. Prouenzalis de his agens *in obſeru. ad conſuet. Neapolis ſi quis, vel ſi qua obſer.* 74. *fol.* 142. quamplurimis mediis probare nixus fuit, deciſionem D. Regentis noſtri veram eſſe, iurique conſentaneam, ſicque tuetur, conſuetudines noſtras de ſucceſſione, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato loquentes, licèt illæ non procedant patre, vel matre in medio exiſtentibus, benè tamen locum habere auo, vel auia, cæteriſque aſcendentibus vlterioris gradus in medio exiſtentibus, quo fit vt dicamus, quando caſus occurrit forè omnia delicatè tractanda.

## *ARGVMENTVM.*

Tranſactio, ſiue quietatio cum ampliſſimis clauſulis ſuper vna re facta, an, & quando extendatur ad omnia etiam ſpecialiter in eo contractu non expreſſa, ad ornatum, & declarationem tex. *in l. ſi de certa C. de tranſactionibus.*

## DECISIO CCCXXXII.

POST multa geſta negotia inter 1
Aſcanium Arnonem citerioris Calabriæ Theſaurarium ex vna; & Laurentium Vandrai Belgicum, ac Antonium, & Criſtofarum Fucari ex altera, tandem facto inter eos finale computo, omnibuſque diſcuſſis partitis, publico mediante inſtrumento, generalis, ac generaliſſima adinuicem ſuborta fuit quietatio, demùm dictus Laurentius partitam quandam Banci in computo facto non deductam comperiit pro ſumma ducatorum mille, & tercentum, quorum dictus Aſcanius debitor remanebat; fuit dubitatum, an poterat dictus Laurentius Aſcanium debitorem ad ſoluendum cogere, vel potius obſtabat ei quietatio facta, ita, & taliter, vt cenſeretur quantitas illa remiſſa, ſicque ſub generali quietatione comprehenſa.

Pro cuius dubij reſolutione conſideratum 2
fuit, quod cum pro parte Aſcanij conuenti, quietationis inſtrumentum productum fuiſſet, in eo clauſulæ legebantur multum generales, & generaliſſimæ, per quas ſatis videbatur omnia inter Partes ipſas geſta ſub hac generali quietatione fuiſſe remiſſa, & comprehenſa, ad tex. *in l. pluribus ff. de acceptilatio.* vbi habetur, generalem acceptilationem ad omnia referri, ad idem tex. eſt *in l. ſub prætextu C. de tranſact.* vbi ſub prætextu ſcripturarum de nouo repertarum generalis tranſactio non reſcinditur, & quamuis Bar. *in l. ſi de certa C. de tranſact. in l. emptor. §. lucius ff. de pactis*, &

& optimè *in l. Aurelia §. Caius ff. de liber. legat.* Aret. Alex. & Iaſ. *in d. l. ſi de certa.* Ang. *in l. tres fratres ff. de pact.* Abb. & Imol. *in cap. 1. de tranſactio.* dixerunt generalem liberationem incognita ſiue incogitata non comprehendere, ſed eam intelligi vt ſolùm referatur ad ea, quæ ſpecialiter ſunt expreſſa, & ad ea, quæ inter Partes ſpecialiter, & particulariter ſunt diſcuſſa, per tex. *in d. l. emptor §. Lucius, in dicta l. ſi de certa, & in l. ſi ex pluribus ff. de ſolut.* hoc tamen iimet Doctores intelligunt, quãdo verba generalia ad ſpecificata referri poſsũt, ſalua ratione recti ſermonis, aliàs ſi referri non poſſunt, tunc prolata intelliguntur ſic generalitèr, provt generaliter prolata fuerunt, ſicque dictum fuit intelligi iura *in d. l. pluribus ff. de acceptil. in l. cum aquiliana ſtipulatio, ff. de tranſact. & in d. l. ſub prætextu,* quomodo autem intelligi poſſit, quando verba generalia poſſunt referri, ſeu reſtringi ad ſpecificata, ſalua ratione recti ſermonis, declarat Aret. *in d. l. ſi de certa,* v. g. libero te à centum, quæ ex cauſa tutelæ, vel adminiſtratione negotiorum mihi debes, & generaliter ex quacumque obligatione, vel contractu; hæc enim verba generalia reſtringuntur ad obligationem expreſſam, & ad obligationes ei acceſſorias, ad tex. *in l. ſi cum tibi C. de iudic.* quia benè poſſunt ad ſpecificata referri, ſalua ratione recti ſermonis, at quando referri non poſſunt, puta dicit Bar. *in d. §. Lucius,* libero te ab omni eo, quod mihi debes ex cauſa depoſiti, & ex quacumque alia ratione, vel cauſa, modò per illud verbum, *alia*, patet, quod volui ego ad alium contractum tranſire, quàm ad ſpecificatum, ſicque verba generalia ad ſpecificata modo aliquo referri poſſunt, ſalua ratione recti ſermonis, in caſu propoſito facta apparebat pleniſſima; legebantur enim in inſtrumento verba hæc, *quod ſi omni futuro tempore finalis, efficax, perpetua, & realis, omnique tempore valitura generalis, & generaliſſima, & quod extendatur, & vires ſuas porrigat tam ad cognita, quàm ad incognita, etiam ſi talia eſſet, quæ ſpecialiter exprimi oporteret,* & alibi *contra ipſas Partes ad inuicem præmiſſorum occaſione, ſeu alia quauis cauſa cognita, vel incognita* &c. & alia latiſſima verba, per quæ apparere dicebatur, quod voluerint Partes omnia ad inuicem ſibi remittere; quare cauſa relata, & diſcuſſa in Collaterali Conſilio, vbi erat decidenda, omnes Domini Regiam Cancellariam Regentes inclinabant votum proferre pro Aſcanio conuento, ſiue eius hæredibus; ſed quia demùm fuit ad S. C. remiſſa, ibi fuit pro Laurentio actore iudicatum contra ea, quæ hìc conſiderata fuerunt, conqueritur de hoc Dominus Regens, hæc verba prorumpens, nimirum, *non dico aliud, niſi, quod habent ſua ſydera cauſæ* &c.

## OBSERVATIO.

IN materia huius deciſionis, hæc eſt communis omnium ſententia, vt inſtrumento tranſactionis, ſiue quietationis ſuper vna re ſtipulato, cum ampliſſimis clauſulis circa liberationem, & quietationem alterius cuiuſcumque negotiationis, has clauſulas referri tantùm ad ea, quæ ſpecialiter ſunt expreſſa, non autem ad incognita, & quæ ſpecialiter expreſſa non fuerunt, hoc tamen, quando verba generalia, ſalua ratione recti ſermonis poſſunt ad ea, de quibus actum eſt, reſtringi, ſecus verò ſi reſtringi non poſſunt, niſi offenſa ratione recti ſermonis, quia tunc etiam ad incognita, & non expreſſa, generales clauſulæ referentur, vt in exemplis in hac deciſ. poſitis, ita vno ore, poſt antiquos in locis vulgaribus faxi ſunt Dominus Regens noſter *hìc*, Dominus Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 26. tit. 12.* Menoch. *conſ. 335. num. 12. & 496. num. 54.* Flaminius Pariſ. *de reſigna. benef. lib. 11. quæſt. 11. num. 7. & 43.* Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 4.* Marc. Ant. Eugen. *conſ. 13. lib. 1.* Surd. *conſ. 246. & 431. & deciſ. 218. per totam, & deciſ. 187.* Honded. *conſ. 49. lib. 1.* Alex. Trentacinque *var. reſol. lib. 3. tit. de tranſact. reſol. 2.* Ant. Fab. *diffin. 5. 6. & 12. C. de tranſact.* Caſtill. *controu. iur. lib. 4. cap. 41. à num. 71. & cap. 42. in princ.* & nouiſſimè Dominus Reg. Capyc. Galeota *contro. lib. 1. controu. 42.* 1

## ARGVMENTVM.

Monetæ valor, ſi fuerit immutatus, an & quando mutationis augmentum, vel detrimentum ſit creditoris, vel debitoris.

## DECISIO CCCXXXIII.

CVM Regnum hoc, Regi ſuo Alphonſo primo tributi nomine pro quolibet foculare annuos obtuliſſet Carolenos decem, dummodo modij vnius Salis quantitas ſimiliter pro quolibet foculare, annis ſingulis præſtaretur, ſua Maieſtas oblationem ſic factã acceptauit, ita quod cum effectu decẽ Libiati pro quolibet foculare ei ſoluerentur, hæc moneta erat vnius Caroleni Regis Roberti, quæ eo tempore valoris granorum decem currebat; ſed quia in valore & ſic in ſua bonitate intrinſeca maioris ponderis erat, quàm Carolenus, qui currebat tempore, quo de infra dicendis agebatur, inſtabat Regius Fiſcus, vt moneta, quæ demùm currebat, ad valorem Caroleni Libiati reducerentur, ſicque vt in poſterum pro quolibet foculare ſolui deberent Caroleni decem nunc currentes; ſed cum illo pluris, quo Libiatus valebat tempore Regis Alphonſi, quo conuentio prædicta facta extitit; fuit dubitatum quid iuris. 1

Pro

Digitized by Google

2 Pro Fiſco conſiderabatur, communem eſſe omnium ſententiam, quod quando pecunia in ſua bonitate intrinſeca, vt puta in liga, vel pondere eſt deteriorata, quæ tamen currit, quia non reprobata, tunc debitor illam creditori ſuo ſoluere tenetur, cum refectione tamen illius pluris, quo valebat tempore contractus, cùm ad illud tempus contrahentes intentionem habuiſſe credendum ſit, non autem ad futurum, quod erat incertum, idemque ſi reprobata eſſet, vt eo caſu ſolui debeat extimatio, provt valebat tempore contractus, ita ſanè ratiocinati ſunt Bar. Paul. & Imol. *in l. paulus ff. de ſolut*. Petr. de Bellaper. & Cyn. *in l. in minorum C. in quibus cauſ. reſtit. non eſt neceſſ.* Alber. Bar. Salic. & Paul. *in l. cum quid ff. ſi cert. pet.* Alex. & Aret. *in l. quod te ff. eod.* Andr. *in tit. quæ ſint regal. in verb. moneta*, Abb. & Canoniſtæ communiter *in c. quanto de iureiur. in c. olim cauſam, & in c. cum Canonicis, de cenſibus*, Io. de Plat. *in l. 1. & 2. C. de veteris numiſmatis poteſtate lib.* 11. Roma. *conſ.* 123. Cuma. *conſ.* 181. *lib.* 2. & alij, qui magis communiter, quando pecunia non eſt reprobata, neque deteriorata in ſua bonitate intrinſeca, puta in materia, vel in pondere, neque eius curſus eſt reprobatus, verùm eſt deteriorata in ſua bonitate extrinſeca, nimirùm in valore, vt puta ſi Carolenus tempore contractus decem valebat granis, hodie verò ſuperioris mandato, valeret nouem, diſtinguunt, quod aut debitor tempore, quo mutatus extitit valor, non fuit in mora ſoluendi, & eo caſu creditoris erit detrimentum, debitoris verò, mora concurrente; ex his in caſu propoſito dicebatur, quod cum Libiati moneta reprobata non fuerat, nec facta aliqua mutatio in bonitate extrinſeca, puta in valore, ſed Carolenus, qui hodie currit, eſt ſolùm minoris ponderis, quàm erat tempore conuentionis cum Rege Alphonſo initæ, attendi debebat tempus contractus, ita vt omnes vniuerſitates pro quolibet foculare ſoluere deberent Carolenos decem eiuſdem ponderis, & valoris, provt erant tempore dicti Regis Alphonſi, & non in pondere minori, provt currit Carolenus hodie, taliter, quod licèt non poſſit recuſari Carolenus nunc currens, quamuis minoris ponderis, debet tamen ſuppleri illud, quod deficit in pondere Caroleni Libiati, qui currebat tempore factæ conuentionis.

3 Sed pro Regno excipiebatur, nouiter hæc inuenta nullo pacto procedere, eo in primis præſuppoſito, Regnum nunquam Regi Alphonſo decem Libiatos pro quolibet foculare obtuliſſe; ſed tantùm Carolenos, & licèt ſua Maieſtas acceptans dixerit, *ita quod Regia Curia exinde exigere poſſit, & habere ex quolibet foculare Libiatos decem prædictos*, appareret clariſſimè ad oblationē factam Carolenorum decem ſe retuliſſe, ſicque voluit pro libiatis intelligere Carolenos iuxta oblationis formam, *argum. tex. in §. præterea*; Iul. *de inutil. ſtip. & in c. inter delictos §. cæterum de fide inſtrum.* Secundò, quod conuentio proceſſerit, vt ſolutio fieri deberet de moneta currenti, & provt illa valebat tempore, quo ſoluebatur, nullo habito reſpectu ad tempus contractus, fuit conſideratus vſus ſolutionis ſemper factę in Carolonis currentibus à tempore dicti Regis Alphonſi, vſque in præſentiarum; iſte vſus continuatus ſemper vltra centum, & viginti annos declarabat, quod contrahentium mens fuerit, vt fieret ſemper ſolutio in pecunia currenti, nec aliter contractus tempus attenderetur, ita in terminis fuit allegatus Martin. Laudenſ. *in tract. de monet. cap. fin.* imò ſolum ſi per decem annos continuatos fuiſſet facta ſolutio in vna moneta, cenſeretur facta promiſſio in illa ſpecie monetę, quia ſolutio continuata per decennium monetæ dubiæ qualitatem declarat, ad tex. *in l. cum de in rem verſo ff. de vſur.* ita Franc. Curt. *in tract. de moneta in fine*, Alber. Brun. *eodem tract. in 4. limit.*

Præterea hęc omnia confirmabantur ex curſu tanti temporis, nimirum centum, & 4 tot annorum, ob quem præſcriptio inducta erat, ad tex. *in c. olim cauſam, de cenſib.* optimè Aret. *conſ.* 112. Alber. Brun. *loco cit.* & quod contra fiſcum in Regno pręſcribi poſſit, viget conſtitutio *quadragenalis*.

Tandem conſideratum fuit, quod in Tributis Principibus pręſtandis, cuiuſlibet ſolutionis tempus attenditur, ita Alber. Brun. 5 *loco cit. in 7. limit.* eoque magis in caſu propoſito, cum diminutio Caroleni in pondere non fuit facta, niſi reſpectu argenti pluris valentis; quia libra argenti valebat pluris tempore, quo de his agebatur, quàm valebat tempore Regum Alphonſi primi, Ferdinandi primi & aliorum, quia tunc argenti libra ſolùm valebat ducatis octo, & Carolenis tribus cum dimidio; tempore autem, quo hæc ſcribebantur ducatis decem cum dimidio, adeò quod illud, quod in pondere Caroleni deficiebat, totum in argenti valore deficiebatur, ita, & taliter, quod tanti valet hodiè Carolenus in materia, quanti valebat tempore Regis Alphonſi, & ſic in bonitate extrinſeca, quia moneta iſta hodie expenditur decem granis, ſicut tunc expendebatur, quapropter dubia ſatis videbatur Fiſci prętentio.

OBSER

## OBSERVATIO.

1 HÆc eſt communis omnium ſententia, quam Dominus Regens noſter hîc probat, nimirum, vt monetæ valor inſpiciendus ſit de tempore contractus, ſiue valor accreuerit, vel decreuerit; vnde ſi ego anno præterito promiſi tibi in præſenti die, in qua annus completur, ſoluere aureos centum, infra quod tempus aurei valor accreuit, teneor certè ſoluere aureos centum, quos promiſi, deducto tamen illo incremento, quod veteri æſtimationi intra tempus ſolutionis acceſſit, & ſic è contra ſi auri æſtimatio intra hoc tempus decreuit, ſicque valor diminutus eſt, cogor omninò illa centum, quæ pollicitus fui ſoluere, ſupplendo tamen valorem currentem tempore contractus, ſiue obligationis, idemque ſi moneta aurei prorſus reprobata eſſet, ſolutio enim eo caſu fieri debet de moneta currente, & vſuali; ſed iuxta æſtimationem aurei anno præterito currentis; ita ſanè vltra DD. à Domino Regente hîc in principio citatos, ratiocinati ſunt And. de Iſern. *in tit. quæ ſint regalia, in verbo moneta.* Guid. Pap. *deciſ.*493.*col.*2. *verſ. non tamen neg.* Afflict. *deciſ.*194.*per totam*, vbi addentes, Boër. *deciſ.*327.*num.*9. Card. Put. *deciſ.*145.*lib.*1. Theſ. *deciſ.*174.*num.*1. Cephal. *conſ.*31. *n.*8. Corn. *conſ.*287. *num.*18. *& ſeq. lib.*1. Rub. *conſ.*17. *num.*1. *&* 2. Menoch. *conſ.*49. *num.*16. Surd. *conſ.*368. *num.*6. *&* 10. *&* 392. *num.*14. *lib.*3. Minſig. *ſingul. obſer. cent.*4. *obſ.*1. aliique, quos refert Gaſp. Theſ. qui materiam benè enucleat, *in ſuo tract. de augmento monetæ à num.*54. Cætera videas penès Matthiam Berlich. *in ſuis concluſ. p.*2. *concluſ.*36. *num.*5. *& in deciſ.*152. *&* 156. vide etiam D. Reg. noſtrum infra *deciſ.*366.

## *ARGVMENTVM.*

Exceptio Regiæ Pragmaticę æditę Thori, an inſimul cum exceptione notorij defectus iuris agendi opponi poſſit, ita vt impediat litis ingreſſum. Reſcriptum Principis an tranſeat in ſingularem ſucceſſorem illius, ad cuius beneficium fuit emanatum. Succeſſio feudi in linea collaterali vſque ad quem gradum extendatur, tam attento iure communi feudorum, quàm Conſtitut. Regni *vt de ſucceſſionibus*, & de aliis &c.

## DECISIO CCCXXXIV.

1 ILLVSTRIS Princeps Biſignani cum eſſet conuentus in Sacro Regio Conſilio à Magnifico Cæſare Capycio Zurulo ad illi relaxandum gabellam ſereci totius Prouinciæ Calabriæ, oppoſuit exceptiones notorij defectus iuris, ac Regiæ Pragmaticæ æditæ Thori; reſpectu primæ exceptionis dicebatur, quod dum dictus Cæſar tanquam deſcendens à Ioanne Zurulo, cui in feudum à Rege Ladiſlao in anno 1390. gabella prædicta conceſſa fuerat, ſuccedere volebat Saluatori Zurulo vltimo poſſeſſori collaterali, cui vndecimo coniungebatur gradu, directò obſtabat ei notorius defectus iuris, qui impedit litis ingreſſum, vt probat Alex. *in addit. ad Bar. in l. vir bonus ff. iudic. ſol.* prohibetur enim tam iure communi feudorum, quàm Regni huius attento vt quis poſſit agnato ſuo collaterali in feudis ſuccedere, cui coniungitur in vndecimo gradu, nam de iure communi ſucceſſio in feudis in linea collaterali, vltra ſeptimum gradum non extenditur, *cap.*1. *hoc quoque ſciendum, de his, qui feud. dar. poſ.* & vltra tertium de iure Regni ex nimis vulgata Conſtitutione, *vt de ſucceſſionibus*, eoque magis in caſu propoſito, in quo ex tenore inueſtituræ, quam dictus Ioannes de Zurulo prædictæ gabellæ acquiſitor à dicto Rege Ladiſlao obtinuerat, dicebatur expreſsè, vt ſuccedatur ſeruata forma Conſtit. prædictæ *vt de ſucceſſionibus*, qua attenta, vt dictum eſt, collaterales vſque ad tertium tantùm gradum ſuccedunt, ſicque aliàs in cauſa ſimili inter iſtos nobiles de Zurulo, & Comitem Vrgenti determinatum; quibus ſic ſtantibus allegabat Princeps, quod ſatis notoriè de non iure agentis conſtabat, & ſucceſſiuè in cauſa procedi non poterat, peremptoria enim dicitur exceptio, & litis finitæ quando de ea notoriè conſtat, ſicque impedit prorſus litis ingreſſum, vt per Alex. *loco cit.*

2 Reſpectu autem alterius exceptionis Pragmaticæ æditę Thori, non dubitabatur, quod militabat, ex quo dictus Dominus, Princeps cauſam habebat à Rege Ferdinando, & prætendebat actor ex Regis Catholici diſpenſatione potuiſſe in iudicio comparere; ſed compertum fuit hoc verum non eſſe, ex quo diſpoſitio, quæ allegabatur facta apparebat ad fauorem Saluatoris Zuruli, & ad eius ſupplicationem; vnde dicebatur, quod non poterat reſcriptum illud locum habere quoad alias perſonas in illo non expreſſas, notant Bar. *in l.*1. *col. fin. ff. à quibus appell. non licet*, vbi allegat tex. *in l.*1. *in fine ff. de conſtit. Princip. & in c. ex parte tua, il* 2. vbi gl. *extra de offic. de leg.* Innocent. Abb. & alij *in c. quia v. de iudic.* idem Abb. & Card. *in c. ſignificauit, de reſcrip.* niſi, qui eo reſcripto vti vellet, vniuerſalis eſſet ſucceſſor illius, ad cuius fauorem fuit conceſſum, vt per DD. modò citatos qui addunt expreſsè, vt ad ſingularem ſucceſſorem non extendatur, niſi conceſſum eſſet dignitati, quia tunc ad quem tranſiret dignitas, ita pariter, & reſcriptum, Abb. *in dicto c. ſignificauit*, & facit tex. *in c. quoniam* Abb. *& in c.*1. *&* 9. *de offic. delegati.*

Vndè cauſa relata per Sacrum Conſilium in Collaterali Conſilio, fuit deciſum, obſtare actori propoſitam exceptionem Regiæ Pragmaticæ

maticæ edictę Thori, & cum ab hac determinatione fuiſſet reclamatum pro parte dicti Cæſaris actoris, facta iterum relatione per Dominum Antonium Orificium tunc Regium Conſiliarium, quod iam deciſum extiterat, & cum impoſitione perpetui ſilentij, fuit, nemine contradicente confirmatum.

## OBSERVATIO.

1 IN prima parte huius deciſionis notamus, quod quando Reus in iudicio conuentus opponit actori exceptionem notorij defectus iuris, litis ingreſſus impeditur, vt ad vlteriora procedi non poſſit, hic fuit caſus, in quo, quis ſuccedere volebat in feudo ob mortem illius poſſeſſoris, cui vndecimo coniungebatur gradu, obſtabat enim actori notorius defectus iuris communis Romanorum, quo ſucceſſio in linea collaterali non extenditur, niſi vſque ad decimum gradum *§. fin. Inſtit. de ſucceſſ. cognat. Iuris communis feudorum*, quod quidem ius agnatum à primo feudi acquiſitore deſcendente non admittit, niſi vltimo poſſeſſori collaterali ſeptimo coniungatur gradu, *c. 1. §. hoc quoque ſciendum, de his, qui feud. dar. poſſ.* item & iuris Regni, quo attento, ſucceſſio in linea collaterali vltrà tertium gradum non porrigitur, vt *in conſtit. vt de ſucceſſionibus*, vndè meritò in caſu huius deciſionis dicebatur, obſtare huic actori exceptionem notorij defectus iuris.

2 Etenim regulariter loquendo, quælibet exceptio peremptoria litis ingreſſum impedit, adhuc ſi notoria non eſſet, dummodò, qui eam opponit, offerat ſe incontinenti probaturum, Archid. *in c. vt circa, de elect. in 6.* Abb. *in c. ſuper litteris, ante num. 9. de reſcript.* vbi dicit hoc eſſe ſingulare dictum, idemque Alex. *in addit. ad Bar. in l. vir bonus ff. iudic. ſolui.* quo loci omnes exceptiones peremptorias litis ingreſſum impedientes enumerat; eſt tamen verum, quod, ſi exceptio peremptoria, quę opponitur, altiorem requirit indaginē, ad merita cauſæ reſeruatur Muſcatel. *in prax. S. C. par. 5. gloſ. reſeruatis, num. 20.* vbi tamen *num. ſeq.* addit, quod hodiè dici poteſt, regulam eſſe, vt omnes exceptiones peremptoriæ, etiam ſi fuerint litis finitæ, ad merita reſeruantur, niſi exceptio eſſet clara, & liquida, & in promptu per inſtrumentum, vel aliter probata; eo enim caſu ad merita non reſeruatur, allegat Afflict. *deciſ. 63.* & Capyc. *deciſ. 77. num. 5. & 6.* & ſubdit *num. 22.* eam dici exceptionem altiorem requirentem indaginem, quæ in facto, & in iure ambiguitatem, diſceptationem, & dubitationem habent, eamque liquidam, quæ ambiguitatibus non eſt innodata; ſed hoc opus, hic labor.

3 Sum in ſecunda parte huius deciſionis, in qua firmatur concluſio, vt Principis reſcriptum non tranſeat niſi ad ſucceſſorem vniuerſalem illius, ad cuius fauorem fuit emanatum, non autem ad ſucceſſorem ſingularem, niſi dirigeretur dignitati, quia tunc, ad quem tranſiret dignitas, ita pariter, & reſcriptum, ex tex. *in c. quoniam* Abbas 14. *de offic. & poteſt. iudic. deleg.* Tu ad confirmationem vide Petr. Barboſ. *in l. quia tale num. 41. 78. & 80. ff. ſolut. matr.* Gonzal. *in reg. 8. cancell. gloſ. 12. in princip. num. 73.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 1. quæſt. 68.* Nicol. Garz. *de benefic. par. 6. cap. 2. num. 29. & ſeq.* Sanchez *de matrim. lib. 8. diſput. 27. numer. 6.* Gratia. *diſcept. forenſ. lib. 1. cap. 93.* Bellett. *diſquiſit. clerical. par. 1. tit. de clerico debit. §. 4. num. 8.* quo loci poſt Dec. *in d. c. quoniam Abbas, numer. 15.* addit poſſe ſucceſſorem exequi commiſſionem dignitati factam, adhuc, ſi reſcriptum prædeceſſori non fuiſſet præſentatum; videndi ſunt, & alij, quos refert Auguſt. Barboſ. *in collect. ad dictum c. quoniam Abbas. num. 2.* vbi *num. 4.* ait, quod quando eſſet quid delegatum perſonæ eius nomine proprio expreſſo, tunc reſcriptum perſonale eſſet, & cum perſona extingueretur, allegat Petr. Barboſ. *in d. l. quia tale num. 5.* ſubdens perſonam cenſeri contemplatam, & non officium, quando diſponens primò perſonam expreſſiſſet, num aliæ expreſſiones, quæ poſtea ſequuntur, demonſtrationis gratia additæ cenſentur.

## ARGVMENTVM.

Tutor legitimus an, & quando datiuo præferatur. Miles an aliorum tutelam ſuſcipere poſſit. Epiſcopus àn à teſtamentaria tutela repellatur. Matrimonium de iure ciuili an poſſit contrahi inter pupillam, & tutoris filium, & de aliis.

## DECISIO CCCXXXV.

DEFVNCTO Illuſtre Duce Amalfiæ, eiuſque teſtamento in vrbe condito, lecto, in quo compertum fuit, quod in Balios, & Tutores D. Conſtantiæ filiæ ſuæ pupillæ, quam hæredem inſtituerat vniuerſalem, elegerat Dominum Cardinalem de Aragonia, D. Marchionem Vaſti, & D. D. Ludouicū de Requeſenes apud Sanctiſſimū Regis Noſtri tunc Oratorem, quia hic ſe excuſauit, cæteri duo in Collaterali Conſilio comparuerunt, tales ſe confirmari petentes; ſed huic petitæ confirmationi opponens ſe Illuſtr. Duciſſa D. Siluia de Piccolominibus pupillæ hæredis mater, inſtabat remotis prædictis D. Cardinale, & Marchione, legitimam tutelam, & baliatum in ſui perſonam decerni, ad tex. *in authen. matri, & auia, C. quando mulier tute. offic. fung. pot.* Dicebat enim quod licèt de iure teſtamentarius tutor legitimo, & datiuo præferatur, vt eſt gl. optima *in l. 1. C. de teſtament. tutel.* & ſatis benè probatur *in d. authen. matri, & auia*, tamen concluſio hæc præſupponebat, quod in caſu de quo agebatur, ceſſabat prorſus, tam reſpectu perſonæ Domini Marchionis, quàm Domini Cardinalis; Reſpectu Marchionis, quia erat ille miles, nimirum Capitaneus militū grauis armaturæ, qui ſiue vellet, ſiue nollet, nec tutor teſtamentarius, nec legitimus eſſe poterat; *l. militia C. qui dare tutor. vel curat. poſſ. l. ab adminiſtratione C. de legatis §. idem, & in milite, Inſtit. de excuſ. tutor. vel curat.* pro parte Illuſtris Marchionis replicabatur iura prædicta ad caſum de quo agebatur non applicari, cum tantùm procedant, prout loquuntur, quando quis actu eſt 1

miles

Digitized by Google

miles, & ſic in acie, & belli expeditione conſtitutus, ita declarant gl. Ang. Io. de Plat. & Io. Fab. *in d. §. idem, & in milite*, facit tex. *in l. fin. c. de reſtit. milit. in l. fin. C. quibus non obicit. long. temp. præſcrip. in l. & qui originem ff. de muner. & honor. & in l. milites C. de locato, & conducto*; vndè cum dictus Marchio actu non militaret, non erat cur dici poſſet baliatum ſibi tanquam militi confirmari non poſſe.

2 Sed his omnibus vti valdè dubiis poſtpoſitis, quia aliqua in iudicio deducta erant, aliaque per votantes conſiderata, ex quibus poterat Marchioni confirmatio denegari, fuit proinde deciſum, nullo pacto præfatum Dominum Marchionem eſſe in tutorem, & balium dictę pupillæ confirmandum, ſed potius baliatum Illuſtri Duciſſę matri decernendum, debet enim Iudex in confirmando tutore pupilli vtilitatem inſpicere: *l. vtilitatem ff. de confir. tutor.* In caſu, de quo agebatur vtilius erat pupillæ, vt eligeretur mater, quæ erat ſemper pręſens, & per ſe ipſam, filiam vnicam, ſtatum, vaſallos, & introytus gubernare poterat, eoque magis, quia de benè adminiſtrando, tanquam legitima tutrix fideiubere tenebatur: *l. legitima ff. de legit. tutor.* ad quod teſtamentarij non tenentur, *l. teſtamento datos ff. de teſtament. tut.* fuit etiam conſideratum, quia poſt mortem d. Illuſtr. Ducis inter d. Dominum Marchionem, & Dominam Duciſſam inimicitia ſuborta erat, vel ſaltem graue odium, ex eo, quod noluit ipſa, vt inter dictam pupillam, & Marchionis filium matrimonium contraheretur, ad tex. *in l. 3. §. ſi tutor. ff. de ſuſpect. tutor.*

3 Reſpectu verò Domini Cardinalis allegabat Duciſſa nullo pacto tutelam, & baliatum in ſui perſonam confirmari poſſe, ex eo, quod Epiſcopali potiebatur dignitate; repellitur enim Epiſcopus à teſtamentaria tutela, *Authen. præsbiteros C. de Epiſcop. & Clericis, canone Cyprianus 21. q. 2. & cano. peruenit 86. diſt.* nec dicebatur ſuffragari poſſe ſummi Pontificis obtentam diſpenſationem, quia ſubreptitia erat, cum in illius impetratione facta non extiterat mentio de lite, quæ in Collaterali Conſilio ſuper dicto baliatu pendebat, ad tex. *in c. inter Monaſterium*, & ibi Abb. *de re iudic.* minus etiam ſuffragari poſſe allegabatur, quod dictus D. Cardinalis tempore quo extiterat in tutorem electus conſecratus non erat, cum per electionem, & confirmationem, quis creatur Epiſcopus ad tex. *in c. inter corporalia, de tranſlat. Epiſ.* & ita docet Bal. *in l. humanum in fine C. de legibus*, quamuis fatebatur, quod aliquando poteſt Epiſcopus legitimus eſſe tutor, vt eſt gl. *in d. canone peruenit 86. diſt.* quocirca cauſa delata in Collaterali Conſilio per Magnificum Antonium Orificium Regium Conſiliarium, fuit pro maiori parte deciſum, quod cum effectu tutela, & baliatus dictę Illuſtris pupillæ decerneretur in perſonam Illuſtris Duciſſæ matris, excluſis prorſus dictis Dominis Cardinale, & Marchione.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## OBSERVATIO.

1 Meritò quidem Illuſtris Marchio à munere baliatus de quo in hac deciſione fuit remotus, omnique iure Dominus Cardinalis: nàm reſpectu Marchionis, ſi verum eſt, quod prætenſionem habebat, vt eius filius in vxorem duceret defuncti Ducis filiam, ſuſpectus reddebatur, etenim notiſſimi iuris eſt, inter pupillam, & tutoris filium prohibitum eſſe matrimonium, niſi tutela ſit finita, & rationibus redditis, hîc eſt tex. *in l. 1. & in l. ſi patris C. de interd. matrim.* quamuis ſi fuerit de facto contractum, de iure canonico firmum remanet, vt aduertit gloſ. *in d. l. 1.* ius enim ciuile inter tutorem, & matrem pupillæ tantum matrimonium contrahi permittit, prout eſt tex. *in l. 2. C. eodem*, & ſi dices de iure canonico, cui ſtandum eſt, nec etiam inter filium tutoris, & pupillam matrimonium eſſe prohibitum, gloſ. communiter recepta *in cap. 1. in verb. quandoquidem 30. quæſt. 3.* Iaſ. poſt alios, quos citat *in l. filius à patre ff. de liber. & poſthum.* optimè Guttier. *de tutelis, & cur. par. 2. cap. 12. num. 8.* reſpondetur, quod non per hoc, ſequitur vt tutor ſuſpectus non ſit, nam dum ſuper perſona pupillæ ad inſtar patris poteſtatem habeat, ſatis indecorum eſt, vt illam proprio filio in matrimonium tradat, quando forſan cum perſona maioris ponderis illa contrahere poſſet; hinc pragmatica ſanctione apud nos ſtatutum eſt, vt educantes puellas nullo pacto, ſub certa pœna, abſque ſuperioris authoritate, & Iudicis decreto præſumant, eo educationis durante tempore, illas propriis filiis in matrimonium tradere, idque non alia ratione, niſi quia id omne in ipſorum puellarum perniciem reddere poſſet, quod tolerandum non eſt; ita cautum habemus in Pragmatica vnica *de educat. pueror. & puellar.* cuius verba ſunt aureo carathere digna.

Reſpectu Cardinalis fuit pariter bene iudicatum, 2 vt ab iniuncto baliatus munere remoueretur, quandoquidem Clerici aliorum tutelam, vel curam, ſiue teſtamentariam, ſiue datiuam ſuſcipere prohibentur, *canon. 1. & fin. 88. diſtinct. Cano. Cyprianus 22. q. 3.* Monta *de tutelis cap. 35. regul. 1. num. 195.* Azor. *inſtit. moral. par. 1. lib. 12. c. 11. q. 3.* Sanchez *in præcep. decal. tom. 2. lib. 6. cap. 14. n. 22.* Craſſ. *de effect. clerico. effect. 16.* legitimam verò tutelam ſi clerici volunt, benè ſuſcipere poterunt, gloſ. *in cano. irreligioſum, in verb. religioſum 87. diſtinct.* Gregor. Lopez *in l. 14. tit. 8. par. 6.* Caualcan. *de tutoribus cap. 283.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 35. regul. 1. num. 195.* Molin. *de iuſtit. & iure diſput. 221.* Mart. *de iurid. par. 4. caſu 110. n. 1.* Thom. Valen. *alleg. 47. num. 29.* Gratia. *diſcep. forenſ. cap. 57. num. 32.* & alij penès Barboſ. *in tract. de iure Eccleſ. lib. 1. tit. de vita, & honeſt. clericor. cap. 40. numer. 113.* & in Epiſcopo idem inueni firmaſſe D. Camill. de Medic. in quadam notula eius propria manu ſcripta, & ſubſcripta, cuius formalia verba ſunt hæc.

Caſus eſt apertus quod Epiſcopus non poteſt exercere tutelam *in §. Deo autem amabiles, in Authen. de ſanctiſſ. Epiſcop.* vbi Bar. & ſcribentes bene dicunt, quod clerici, & præsbiteri poſſunt exercere legitimam tutelam ſi volunt; ſed Epiſcopi nequaquam, & in

in hoc eſt correctum ius codicis, *in l. generaliter C. de Epiſcop. & Cler.* quæ volebat, quod Epiſcopus, ſi volebat, poterat ſuſcipere, quod per ius Authenticorum eſt correctum: plus dicit Bar. *in d.* §. quod Clerici, & Præsbiteri ſi volunt, poſſunt ſuſcipere tutelam legitimam; ſed non teſtamentariam, indè Epiſcopi omninò prohibentur quamcunque tutelam ſuſcipere, vt *in d.* §. traditur, & quod Epiſcopi etiam teſtamentariam non poſſint exercere, Specul. *in tit. de tutor. num.* 10. qui generaliter loquitur, quod nec teſtamentariam, nec datiuam etiam volens, non poteſt, nec etiam legitimam, licèt de legitima dicat, quod ſi vult, potèſt; ſed de teſtamentaria, & datiua nequaquam.

C. de Medicis.

## *ARGVMENTVM.*

Bona feudalia ex pacto, & prouidentia ſiue alia fideicommiſſo ſubiecta, an propter poſſeſſoris delictum confiſcari poſſint. Fiſcus, an ex perſona delinquentis, quando bona hæc confiſcari non poſſunt, quartam valeat detrahere trebellianicam, eiſdemque bonis frui, delinquentis vita durante, & de aliis.

## DECISIO CCCXXXVI.

1 CONFISCATIS bonis cuiuſdam rei criminis læſę maieſtatis diuinę, iuxta tex. *in c. vergentis extra de haret. in cap. cum ſecundum, eod. tit. in 6. & in Authen. gazaros, C. eodem*, eoque vt par erat morti, ignique tradito, inſtabant in Regia Camera eiuſdem fratres bona ſic confiſcata vti paterno fideicommiſſo obnoxia ipſi forè reſtituenda, contradicebat Fiſcus, quo factum fuit, vt quid iuris dubitaretur.

2 Et per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio nemine contradicente deciſum fuit, bona prædicta vti fideicommiſſi vinculo obnoxia forè actoribus, vnà cum fructibus medio tempore perceptis reſtituenda; Ratio deciſionis fuit, quia cum bona, de quibus agebatur ex communis patris ordinatione alienari non poterant, ſicut in hæredem extraneum tranſire erat vetitum, ita pariter dicendum per publicationem in Regium Fiſcum, *l. Imperator*, vbi Bar. & Ang. *ff. de fideicommiſ. libert.* Bar. Alex. & reliqui *in l. ſi finita* §. *ſi de vectigalibus ff. de damno infecto*, idem Bar. *in l. ſi quis in tantam C. vnde vi*, Aret. *conſ.* 14. *col.* 4. Alex. *conſ.* 23. *lib.* 1. *& in addit. ad Bar. in l. quoties C. de nouat.* Hypol. de Marſig. *ſingul.* 314. & Iaſ. *in l. filiusfamilias* §. *diui in* 2. *lectura col.* 4. *ff. de leg.* 1. confirmabatur hoc ex his, quę notantur per gl. Andr. Afflict. Loffre d. & alios *in cap.* 1. *ſi vaſal. feud. priu. cui defer.* hi enim dixerunt, quod ſi vaſallus feudum poſſidens antiquum ex pacto, & prouidentia, in dominium delinqueret (quo caſu non eſt dubium, quod regulariter feudo venit priuandus: *d. cap.* 1. *ſi vaſſal. feud. priuat. & cap.* 1. §. *denique, qua ſit prim. cauſ. benef. amitt.*) eo mortuo quamuis nullo ſuperſtite deſcendente; ſed tantùm agnato, huic feudum illud, non autem Domino defertur, ea quidē ratione, quia culpa feudatarij, agnatis, qui ab vltimo vaſſallo delinquente cauſam non habent, nocere non debet; ſunt enim feuda ex pacto, & prouidentia reſtitutioni ſubiecta, quod proinde adhuc Domino aſſentiente alienari prohibentur, niſi agnati, quibus feudum eſt acquirendum, conſentient: *C. S.* vbi Andr. *de alien. feud. pater.* etenim dicebantur fratres iſti ab eorum patre per fideicommiſſariam ſubſtitutionem vocati, quo caſu non niſi teſtatori ſucceditur, vt per Iaſ. *in l. cohæredi* §. *cum filia in* 6. *notab. ff. de vulg. & pupil.* & licèt prędictus tanti criminis reus cum filiis mortuus eſſet, tamen, quia erant omnino incapaces, ſicque neque ex teſtamento, neque ab inteſtato ſuccedere poterant, conditionem illam *ſi ſine filiis* deficere non faciebant, eſt gl. *in d. l. filiusfam.* §. *cum quis*; habentur enim filij in hoc caſu pro mortuis, prout ſunt deportati, & in metallum damnati: *l. ſi quis in metallum ff. de his, qui pro non ſcrip. habe.* & de his loquitur tex. *in d. authen. gazaros, & in d. c. vergentis.* quamuis huic motiuo ſatis repugnabat tex. *in l. ex facto* §. *ex facto ff. ad S. C. Trebel.* vbi ſi quis eſt inſtitutus, & grauatus de reſtituendo hęreditatem Titio vbi contigerit ſine liberis mori, natis demùm filiis, vel conceptis, antequam hęres ſit deportatus, deficit conditio *ſine filiis*; ſecus ſi illi nati, vel concepti eſſent poſt hęredis deportationem.

Quibus ſic ſtantibus fuit ſubortum dubium, an Fiſcus, vti hęres extraneus huius Rei, ad notata per gl. fin. *in l.* 1. *C. de bon. libert.* poſſint duas detrahere quartas, ſicut potuiſſet filius ſub conditione per fideicommiſſum grauatus, nimirum legitimam, & Trebellianicam, qua de re latè per gl. Abb. & cęteros *in c. Raynutius, de teſtam.* & deciſum fuit, quod non ex eo, quod vtraque quarta à communi patre in teſtamento prohibita reperiebatur, quod quidem teſtamentum ab omnibus filiis fuit demùm, iuramento mediante, approbatum, quamuis enim de iure portio legitimę à patre prohiberi non poſſit: *l. quoniam in prioribus, l. ſcimus C. de inoffic. teſtam.* licèt benè trebellianica, vt per Bar. & Ang. *in* §. *ſi verò expreſſim*, Auth. *de hæred. & fi.* tamen vbi filij teſtamentum paternum, in quo prohibito hęc facta reperitur, approbarunt, promit- 3

rentes

tentes omnia, & ſingula in eo contenta obſeruare, eo quidem caſu ſicut filij non poſſunt contra teſtamentum venire, itavt Fiſcus, qui in bonis filij delinquentis ſuccedere vult; & ſi dices legitimę renunciationem ſpecificam, & expreſſam eſſe debere, ad hoc vt filius eam detrahere non poſſit; *l. ſi quando §. & generaliter C. de inofficio. teſtam.* reſpondetur ſatis dici ſpecificam renunciationem, quando filius cum iuramento, quod habet vim expreſſi, paternum teſtamentum, in quo huius quartę detractio prohibita eſt, approbat; vnde &c.

---

## OBSERVATIO.

1 HÆc deciſio, provt fuit ſcripta à Domino Regente noſtro, habetur de verbo ad verbum inter nouiſſimè impreſſas Reg. Salernitani, & ſub eius nomine, 50. in ordine, quomodo id contigerit penitus ignoro, quos ego verſiculos feci &c. hîc habemus deciſionem indiuidualem, vt confiſcatis bonis Rei criminis læſæ Maieſtatis, illa quæ tanti ſceleris Reus poſſidebat fideicommiſſo ſuppoſita ſint agnatis reſtituenda à fideicommittente vocatis; etenim hæc eſt communis omnium ſententia, vt publicatis bonis cuiuſuis delinquentis, & propter quoduis priuilegiatum delictum, quæ fideicommiſſo ſubiecta ſunt, Fiſco excluſo, ſequentibus in gradu reſtituenda ſunt; ita Bar. *in l. Imperator ff. de fideicom. libertat. & in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus ff. de damno infect.* cuius ſententiam per totum orbem receptiſſimam, ab illaque ad fiſci excluſionem nullo pacto recedendum, vno ore ſcripſerunt Ang. Alex. & cæteri *in d. §. ſi de vectigalibus.* idem Alex. *conſ.* 22. *lib.* 1. Iaſ. *in l. filiusfam. §. diui ff. de leg.* 2. *& in l. fin. §. ſed quia noſtra C. commun. de lega.* Hyppol. de Marſig. *ſing.* 314. Soc. Iun. *conſ.* 34. *num.* 7. *&* 8. *& conſ.* 49. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 447. *n.* 27. 28. *&* 32. Hieronym. Gabr. *conſ.* 184. *lib.* 1. aliique plures, quos refert, & ſequitur Peregr. *tract. de iur. fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 98. quibus addo Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 4. *cap. fin. num.* 5. *&* 6. Gigaſ. *in tract. de crim. læſæ maieſtatis tit. de pœnis committent. crim. læſæ maieſt. q.* 3. Camill. de Medic. *conſ.* 3. *num.* 19. *&* 20. Camill. de Curt. *in ſuo diuerſ. iur. feud. fol.* 59. *num.* 46. *& ſeq.* Couar. *in c. poſſeſſor.* 3. *par. quæſt.* 1. *num.* 6. Ant. Gomez *in l.* 40. *Taur. num.* 91. P. Sanchez *in ſum. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 36. Farinac. *in prax. p.* 1. *tom.* 1. *tit. de delict. & pœnis, quæſt.* 25. *num.* 22. Boër. *deciſ.* 278. *numer.* 6. Gram. *deciſ.* 6. *num.* 14. *& deciſ.* 105. *num.* 29. *&* 31. Ant. Gam. *deciſ. Luſit.* 352. *num.* 4. & cæteris omiſſis, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 529. ſicque annis non longe decurſis per Regiam Cameram deciſum teſtis ſum ego *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 18. *num.* 3.

2 Hæc autem omnia velim intelligas, vt procedant, mortuo Reo criminis læſæ maieſtatis bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum poſſeſſore, provt hæ deciſiones loquuntur, nam eo viuo, ſicque illius vita durante, Fiſcus illis fruetur, provt in proximo ſuperiori ſeculo per Regiam Cameram, & Sacrum Conſilium, facta relatione in Collaterali Conſilio deciſum extitit in cauſa Comitatus Mureoni, & ſtatus Caëtanorum, qui inſtabant Comitatum illum eis decerni ob rebellionem Comitis Iacobi Mariæ, vigore fideicommiſſi, præſupponentes factum eſſe caſum, ſtante rebellione prædicta, ex quo notoriè dicebatur ciuiliter mortuus; ſed his non obſtantibus, opponente Fiſco, quod viuebat Comes, & reſtitutio erat facienda per mortem naturalem, fuit ſolemniter determinatum, quod expectetur exitus mortis naturalis, provt notaui Ego *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 166. *num.* 11. eſt tamen verum, quod non deſunt Doctores, & grauiſſimi, qui hanc declarationem intellexerunt in ſimplici fideicommiſſo pro conſeruatione bonorum in familia ordinato; ſecus verò vbi vltra prohibitionem legis, concurreret pariter prohibitio hominis, qui fideicommiſſum pro ſua familia ordinando, expreſsè prohibuit bona extra familiam alienari; tunc enim dixerunt, vt ſuccedente caſu confiſcationis bonorum, ſtatim ius competat vocatis, non aliter delinquentis, expectata morte naturali, vindicandi bona illa fideicommiſſo ſubiecta; ſed quod etiam in hoc caſu ſit expectanda mors naturalis delinquentis, tuetur Peregr. *loco cit. num.* 101. verum addit *num.* 103. *&* 104. quod ſi vltra prohibitionem de non alienando, teſtator pariter expreſſis verbis ordinaſſet, vt in caſu prohibitionis bonorum, ob aliquod delictum, bona ſtatim trãſirent in proximiorem de familia, & quod Fiſcus nil prætendere poſſet, tunc vocati bonum fouerent ius, eiſque non expectata morte delinquentis vindicandi facultas competeret.

Quantùm verò attinet ad deciſionem alterius dubij, vt Fiſcus non poſſit non ſolùm quartam trebellianicam; ſed nec etiam legitimam iure naturæ huic filio Reo criminis læſæ maieſtatis debitam, vti illius hæres ex bonis fideicommiſſo ſubiectis præcapere, & hoc ſtante prohibitione patris fideicommittentis, vt non potuiſſent filij, quos inſtituebat hæredes has facere detractiones, accedente poſtea paterni teſtamenti approbatione. Tu ad confirmationem huius reſolutionis vide Laderch. *conſ.* 101. *ad finem*, Peregr. *conſ.* 67. *num.* 9. *& ſeq. lib.* 1. Io. Baptiſtam Coſta *de ratio. rat. quæſt.* 233. *num.* 12. & Mercurial. Merlin. *tract. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 32. *n.* 3. 3

## *ARGVMENTVM.*

Feudum ſi fuerit alicui conceſſum, non addito, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, an ad vitam conceſſum cenſeatur. Confirmatio priuilegij, an, & quando ex certa Principis ſcientia, vel potius in forma communi facta dicatur; Legatum annum alicui relictum, ſiue conceſſio annua alicui facta, an ad hæredes legatarij, ſiue conceſſionarij tranſeat, vbi de illis mentio facta non fuit.

## DECISIO CCCXXXVII.

CVM inſtaret Regius Fiſcus, vt vniuerſitas Nuceriæ Paganorum exhiberet titulum ſuæ quaſi poſſeſſionis prouentuum iuriſdictionis ciuilis, & criminalis eiuſdemmet Ciuitatis, dato termino ſubintrauit in iudicio Illuſtr. Dux, & ad Fiſci iura infringendum, allegauit omnes prouentus ad ſe ſpectare; ex eo, quod dum emerat Ciuitatem illam à Regia Curia; 1



Digitized by Google

eam emit cum omnimoda iuriſdictione, ac cum omnibus prouentibus ex dicta iuriſdictione prouenientibus, vndè inſtructo proceſſu dubitari contigit vtra Partium iuſtius induerit arma.

2 Et diſcuſſis omnibus de iure diſcutiendis, facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio fuit pro vniuerſitate, nemine contradicente, pronunciatum, ſicque ab impetitis per Fiſcum & Ducem abſoluta. Ratio deciſionis fuit, quia pro parte vniuerſitatis, primò producta fuit conceſſio de dictis prouētibus ſibi facta à Sereniſſima Regina Ioanna vxore Regis Ferdinandi primi, cum eſſet illa vtilis Domina dictæ Ciuitatis vigore conceſſionis ſibi factæ cum mero, & mixto imperio, primis, & ſecundis cauſis &c. nec fuit ratio aliqua habita de eo, quod præfatæ conceſſioni vniuerſitati factæ opponebatur, nimirum non potuiſſe Reginam prouentus prædictos, niſi ſua vita durante concèdere, ex eo, quod Ciuitas illa ſibi conceſſa extiterat pro eius Camera, & ſic ad vitam, non autem pro ſe, & hæredibus in perpetuum, nam contrarium de iure verius eſſe fuit demonſtratum; quia in dubio ſemper quis præſumitur, pro hæredibus ſuis acquirere, adhuc ſi non dicatur: *l. ſi pactum ff. de probat l. ſi neceſſarias, §. penul. ff. de pignor. actio. cap. 1. de duobus fratribus à Capit. inueſt.* Andr. *in c. 1. qui ſucceſ. tene. in cap. 1. §. huius autem generis, ex quibus cauſ. feud. amit. in cap. 1. an agnat. & in cap. 1. §. ſed nec eſt alia, quæ ſit prima cauſ. benef. admittendi.* vbi in puncto, dicit, quod de natura acquiſitionis feudi eſt, vt illud detur pro ſe, & hæredibus ſuis.

3 Secundò fuit producta confirmatio de omnibus gratiis, & priuilegiis, quibus vniuerſitas ipſa potiebatur, ſibi facta ab Illuſtr. Duce Tiberio Carrafa, auo Illuſtris Ducis, qui in hoc iudicio ſubintrauerat, nam cum eſſet dicto Illuſtri Duci Tiberio ſupplicatum, vt confirmare dignaretur omnia priuilegia, gratias, capitula, iuriſdictiones, immunitates officia &c. reſpondit *placet*, ſicque dicebatur confirmationem ex certa ſcientia proceſſiſſe, ad tex. *in c. penul. de confir. vtil. vel inutil.* vbi habetur, quod quando in ſcriptura confirmante eſt inſertus tenor ſcripturæ confirmatæ, confirmatio ex certa ſcientia facta cenſetur, non autem in forma communi. Tertiò, & tandem pro parte vniuerſitatis fuit producta ſententia diffinitiua Sacri Regij Conſilij lata ſub die 10. Iunij 1533. per quam declaratum fuerat, quod pœnæ contumaciæ pro delictis, pro quibus, mortis pœna veniebat imponenda, eſſent, ac eſſe deberent Curiæ Ducalis, pœnæ verò contumaciæ, contrauentionum fideiuſſorum pro dictis delictis, eſſent vniuerſitatis iuxta formam ſuorum priuilegiorum, ſicque dicebatur fieri locum exceptioni rei iudicatæ, ex quo agebatur de eadem re, eadem actione, & inter eaſdem perſonas, ad tèx. *in l. cum quæritur cum l. ſeq. & l. ſi quis cum totum, verſ. & quidem ff. de excep. rei iudic.* Vnde &c.

## OBSERVATIO.

HÆc deciſio ſimiliter ſicut præcedens, provt fuit ſcripta à Domino Regente noſtro, habetur inter nouiſſimè impreſſas D. Reg. Salernitani 51. in ordine ab impreſſore furto certè ſubtracta, provt & aliquæ infra; ſed deueniendo ad rem, dico, quod nimis vulgara eſt, regula, quæ deſumitur ex tex. hìc citato *in l. ſi pactum 9. ff. de probat.* vt in dubio ſtipulando quis ſibi aliquam rem, cenſeatur pariter pro hæredibus ſuis acquirere, quamuis de illis mentio facta non ſit, hac iuris regula ſic ſtante, benè fuit deciſum hìc, vt conceſſo feudo alicui, quamuis dictum non eſſet, *& hæredibus ſuis*, cenſeatur pariter, & hæredibus facta conceſſio, latè Iacob. Menoch. *de præſump. lib. 3. præſ. 47. & 103.* Hìc volo, vt aduertamus firmatam concluſionem, quando acquiſitio ſit titulo lucratiuo bene procedere in conceſſione, ſiue donatione abſoluta alicuius rei, ſecus verò in conceſſione annua; nimirum, ſi eſſet facta mihi conceſſio, ſiue donatio tot annuorum redditaum, nàm hoc caſu ſi expreſsè dictum non eſſet, & hæredibus meis, hæc conceſſio, ſiue donatio ad hæredes meos non tranſiret, ſicquè me defuncto euaneſcere donationem, ita ſatis notabiliter Gaſpar. Ant. Theſ. *quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 60. à num. 6. ad finem*, de quo memor fui *lib. 1. mear. reſol. cap. 239. num. 4.* vbi idem dixi in legato annuo, vt per legatarij mortem illud pariter extinguatur, ex *l. ſi in ſingulos & l. in ſingulos ff. de annuis legat.* 1

Ad confirmationem autem alterius concluſionis, quam Dominus Regens noſter hìc conſtituit, ex tex. *in c. penul. de confirmat. vtili, vel inutili*; nimirum, vt quando in ſcriptura confirmante eſt inſertus tenor ſcripturæ confirmatæ, confirmatio ex certa ſententia facta dicatur, non autem in forma communi, videndi ſunt Abb. *in cap. 1. num. 7. in cap. examinata num. 5. & in cap. porrecta num. 6. & in d. cap. penul. num. 2. de confirm. vtili, vel vnutili.* Bar. *in conſ. 193. num. 3. lib. 1.* Anchar. *conſ. 293. num. 3.* Roma. *conſ. 327. num. 7.* Bellon. *conſ. 36. num. 1.* Gabr. *conſ. 200. num. 7. lib. 1. & conſ. 183. num. 13. & ſeq. lib. 2.* Felyn. *in cap. cum inter num. 2. verſ. ſed contrarium, & num. 3. de exceptio.* Imol. *in Cler. 2. in fine de reſcrip.* Rot. *deciſ. 339. numero 2. in collectis per Farin. to. 3.* Gabed. *deciſ. luſit. 2. num. 3. par. 2.* Mancin. *de effect. iuram. par. 4. effect. 1. quæſt. 4. num. 20.* Decia. *in tract. crim. to. 1. lib. 2. cap. 37. num. 4.* Carol. de Graff. *de effect. Cleric. effect. 2. num. 158.* & alij penès Auguſt. Barboſ. *in collect. ad dictum c. penul. num. 2. de confir. vtili, vel inutili.* 2

## ARGVMENTVM.

Releuium, quod ab hærede feudatarij ob illius mortem Regiæ Curiæ eſt præſtandum, an ſolui debeat, ab hærede illius, qui feudū emerat cum pacto de retrouendendo, ſi vendi-

tor

Digitized by Google

tor intra annū mortis emptoris feudum illud ex vi pacti reacquiſiuit; Et quid in venditoris hærede, qui intra annum mortis feudatarij feudum cum pacto de retrouendendo diſtractum reemit, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCXXXVIII.

1 EMERAT Pirotus Villagut quoſdam annuos introïtus feudales cum pacto de retrouendendo, eoque defuncto poſt menſes ſex, venditor luitionis pacto vſus fuit, ſicque annuos illos introïtus feudales reacquiſiuit; fuit dubitatum in Regia Camera, an hæres huius Piroti, ad releuij ſolutionem teneretur.

2 Exiſtimabatur caſum eſſe nouum, & à nemine ex noſtratibus tactum, & pro ratione dubitandi videbatur negandum, nam cùm feudatarij hæres ad inueſtituram petendum annum habeat, & diem, vt eſt tex. *in cap. 1. §. 1. de cap. Corrad. in cap. 1. §. præterea de probib. feud. aliē. per Fred. in c. 1. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. & in cap. 1. quo temp. mil.* ſicque cum ante hoc tempus releuium ſoluere hæres cogi non poſſit, conſequens eſt dicere, vt dum eo tempore feudum reperitur reemptum, ita quod nulla ſubintrat inueſtituræ petitio, ad nihilū hæres ipſe teneatur, vel ad ſummum pro rata temporis, quo fructus percepit, provt dicitur de illo, qui feudum emit cum pacto de retrouendendo, & venditor pacto vtitur eo tempore, quo fundus eſt fructibus plenus, vt eo caſu fieri debeat fructuum diuiſio pro rata temporis, vt per Fulgoſ. & Iaſ. poſt alios *in l. qui Romæ ff. de verb. obligat.*

3 Cæterùm contrarium Domini de Regia Camera, Dominique Regiam Cancellariam Regentes reſponderunt, ea quidem ratione, quia eo tempore, quo mortuus eſt feudatarius, feudi dominium, & poſſeſſio in eius legitimum hæredem tranſiuit, & ſucceſſiuè ſtatim fuit Fiſco releuium quæſitum; etenim tempus illud vnius anni, & diei, quod ad releuium ſoluendum hæredi feudatarij conceditur, potius miſerationis cauſa tribuitur, ad notata per Bar. *in l. ita ſtipulatus l. grande ff. de verb. oblig.* ita vt quoad iuris effectus, præterquam quoad exactionem, perinde eſt, ac ſi eſſet pura obligatio, cum dies non obligationi, ſed exactioni dumtaxat detur, ad quod allegabatur notata per Paul. de Caſtr. & Aret. *in l. apud Iulianum §. hæres ff. de leg. 1.* vbi dixerunt, quod ſi certi prædij factum eſt Titio legatum, & teſtamenti tempore impoſita fuit collecta, cuius tamen exactio ad aliud tempus protracta extitit, quo quidem tempore prædium illud legatario traditum reperitur, certè eo caſu onus collectam ſoluendi ad hæredem, non autem ad legatarium ſpectabit, ex eo quod impoſitionis, non autem exactionis tempus eſt inſpiciendum; ſic in caſu propoſito dicebatur, nam cùm per mortem feudatarij acquiſitum ſit Fiſco releuium, licèt hæres eius ſolutionis tempore feudum non poſſideat, tamen tempus attenditur quo fuit ius Fiſco quæſitum, vndè meritò per hæc, pro Fiſco prodiit deciſio.

---

## OBSERVATIO.

1 HIc habemus determinatum, vt hæres defuncti feudatarij, qui feudum emerat cum pacto de retrouendendo, ad releuij ſolutionem Fiſco teneatur, quamuis intra annum mortis, qui feudum vendiderat, illud ex lege contractus reemerat, & hoc non alia principaliori ratione, niſi, quia eo tempore, quo mortuus eſt feudatarius, feudi dominium, & poſſeſſio in eius legitimum hæredem tranſiuit: Idemque adde tu ſcripſiſſe Dominum Regentem Moles in ſuis deciſionibus manuſcriptis *deciſ. 3. tit. de iure releuij in 2. dubio*, vbi ſimiliter dicit quæſtionem hanc non fuiſſe à noſtris Regnicolis tactam, & in caſu de quo agebatur, fuiſſe productum quoddam antiquum decretum Regiæ Cameræ, ſub die 4. Nouembris 1547. facta relatione in Collaterali Conſilio, vbi per viam legis condendæ fuit prouiſum deberi in hoc caſu releuium; Addit demùm fuiſſe dubitatum, an hic hæres ad integrum releuium ſoluendum teneatur, vel pro rata temporis; Ratio dubitandi fuit, quia quando retrouenditio non eſt facta in fraudem; ſed ex neceſſitate virtute pacti, quod contractum reſoluit, minus tenetur ad releuium, & poſtquam releuium eſt medietas fructuum, vt *in conſt. poſt mortem*, hæres non tenetur, niſi pro rata temporis, quo fructus percepit; ſed his, & aliis, quæ fuerunt ponderata, non obſtantibus, Dominus Regens Moles teſtatur contrarium fuiſſe iudicatum, nimirum deberi integrum releuium, quia illud debetur ab hærede, & ſucceſſore, vt per Andr. *in c. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſt.* quare ſat eſt ipſum fuiſſe hæredem, & quod Baro mortuus fuerit cum dominio, & quod ſemel hæres ipſe illius feudi dominium, & poſſeſſionem, vt ſucceſſor, & hæres nactus fuerit, licèt poſtea illud ex neceſſitate alienauerit.

2 At non ſic dicendum in hærede venditoris; is enim ſi infra annum mortis feudatarij feudum olim cum pacto de retrouendendo diſtractum, reemerit, ad releuium Fiſco præſtandum cogi non poſſet; Ratio aſſignatur, quia tempore mortis, dominium non erat penès defunctum, qui cum pacto de retrouendendo alienauit; & quamuis in hæreditate ius remanſerit reemendi, quod eſt feudale, tamen ius illud erat ſine fructu, ita poſt Iacob. de Ayello *de iure adohæ num. 86.* deciſum refert Dominus Regens Moles *in cit. deciſ. 3. in 1. dubio*, quæ omnia fuerunt à me adducta *lib. 2. reſol. iuris, cap. 182. n. 4. & 5.*

3 Ad Confirmationem autem illius concluſionis, quam in principio huius deciſionis Dominus Regens noſter indicat, vt fructus pendentes, tempore, quo venditor virtute pacti de retrouendendo, rem à ſe venditam ab emptore recuperare intendit, pro rata temporis inter venditorem ipſum, & emptorem ſint diuidendi, vide DD. penès Tiraqu. *de retract. conuent. §. 5. gl. 4. n. 5. & 6.* quibus ex recentioribus adde Theſ.

qui

Digitized by Google

qui ſic per illum Senatum deciſum teſtatur *deciſ.56. per totum.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.79.* & Burgn. Caualca. *de vſufr. mul. relict. num.244.* vbi *num. ſeq.* regulam tradit, quomodo hæc rata fructuum diuidenda ſit, vide etiam quæ ſcripſi Ego *lib.1. reſol. iur. cap.152.n.7.& cap.154.n.1.& 2.*

## ARGVMENTVM.

Mandatum factum in perſonam procuratoris ſubſtituti, an, & quando per mortem Procuratoris ſubſtituentis, re integra expiret. Poteſtas Procuratoris ſubſtituentis, an per mortem Procuratoris ſubſtituti extincta cenſeatur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCXXXIX.

1 CVM Illuſtris Comitiſſa Magnani vti generalis procuratrix Illuſtris Ducis Ferandinæ eius nepotis cum poteſtate ſubſtituendi ad lites, Iacobum Surrentinum huius poteſtatis vigore ſubſtituiſſet, ea demùm defuncta, dubitari contigit, an ſubſtitutio facta, dum res erat integra, euanuerat?

Et pro ratione dubitandi videbatur affirmandum, cum nimis vulgatum ſit per mortem mandantis, re integra, mandatum extingui: *l. mandatum C. mand. Clement. fin. de procurator.* Aret. & cæteri *in l. eius, qui in Prouincia ff. ſi cert. pet. & in l. fundi ff. de acq. poſſ.* latè Roma. *in l.2. §. ſed ſi quis, ff. de donatio.* provt dicimus, per mortem delegantis expiret delegatio, *l. ei quia ff. de iuriſd. omnium iudic. c. relatum.* vbi Canoniſtæ extra *de offic. deleg.* & Abb. *in c. licèt vndique eod. tit.* Oldr. in terminis *conſ.130.* omiſſa prolixitate facti.

2 Cæterùm in caſu propoſito, per Regiam Cameram contrarium deciſum fuit; nimirum per mortem Comitiſſæ ſubſtituentis, mandatum procuratoris ſubſtituti, dum Dominus, & principalis viuebat, non fuiſſe extinctum; Ratio deciſionis fuit, quia ſubſtitutus in hoc caſu non à ſubſtituente; ſed à Domino, qui viuit, mandatum habere dicitur, ita gl. *in cap.1. de procur. in 6.* ſicque dictum fuit firmaſſe Feder. de Senis *conſ.257.* Philip. Franc. *in c. is, qui de procur. in 6.* Card. poſt Lapum *in Clem. fin. quæſt.15. eod. tit.* Addentes ad Cappell. Toloſ. *deciſ.370.* Roma. *in d. l.2. §. ſed ſi quis ff. de donat.* Ad allegata in contrarium fuit reſponſum, quod benè procedebant, quando procuratori à Domino ſubſtituendi poteſtas tributa non fuit; ſed tantùm à lege, id quod contigit, quando lis eſt conteſtata, tunc enim quia procurator conſtitutus litis dominus eſt effectus, poterit vtique alium loco ſui ſubſtituere: *l. nulla C. de procurat. cap.1. de procur. in 6.* hoc enim caſu, ſi re integra ſubſtituens moreretur, certè ſubſtituti mandatum expiraret, quia non à Domino mandatum habere dicitur; vnde illo D. Regente referente per omnes Dominos de Regia Camera, ſub die 17. Iulij 1545. fuit in caſu propoſito deciſum mandatum non fuiſſe extinctum.

## OBSERVATIO.

CVm Domino Regente noſtro hìc conuenit Stefanus Aufrerius *in addit. ad Cappell. Tholoſ. deciſ.370.* qui pro intelligentia illius deciſionis, quæ voluit, vt per mortem Procuratoris ſubſtituentis, re integra expiret ſubſtituti poteſtas, ait, & notabiliter hoc verum eſſe, ſi Procurator ſubſtituens nullam à Domino habuiſſet ſubſtituendi poteſtatem; ſed tantùm à lege, puta, quia poſt litem per eum conteſtatam, ſubſtitutionem feciſſet, iſto enim caſu, ipſo ſubſtituente mortuo, re integrá mãdatum huiuſmodi ſubſtituti diceretur extinctum, & hoc, ad ſimilitudinem Iudicis delegati ſubdelegandi poteſtatem habentis à lege, ad tex. *in cap. quamuis, de offic. deleg. in 6. & in c. paſtoralis eodem tit.* at ſecus ſi Procurator ſubſtituens ſubſtituendi poteſtatem à Domino haberet, cuius vigore ſubſtituiſſet, provt erat caſus huius deciſionis, nam tunc ſubſtituti poteſtas, etſi priuſquam mandatum acceptauerit, Procurator ſubſtituens deceſſerit, nullo pacto mandatum diceretur extinctum: aſſignat rationem, quia hæc ſubſtitutio eſt quædam conſtitutio, & cenſetur à Domino facta, miniſterio tamen ſubſtituentis; idque adeo verum addit Aufrer. quod lite conteſtata, hìc ſubſtitutus vigore poteſtatis à Domino tributæ, poſſet vlterius alium ſubſtituere, quia factus eſt Dominus litis; allegat tex. *in cap.1. & in c. ſi duo 1. reſp. de procurat. in 6. & in l. procuratoribus, & in l. nulla C. eodem tit.* 1

2 Sed hìc poſſet dubitari, an per mortem Procuratoris ſubſtituti cenſeatur extincta poteſtas primi Procuratoris ſubſtituentis, & negatiuè eſt reſpondendum, quando Procurator ille fuit conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi vnum vel plures Procuratores, ita Bar. *in l. quod ſi fortè §. quid ergo, num.3. ff. de ſolutio.* quoties enim ſubſtitutus moritur, ad ſubſtituentem deuoluitur poteſtas, non autem ad principalem, & ſic reaſſumit ille ſubſtituens in ſe litem in terminis, in quibus cauſa reperitur in morte ſubſtituti, ſicque Dominus Præſ. de Franc. iudicaſſe ipſe teſtatur *dec.465.* Ego ipſe *lib.1. mear. reſol. cap.261. num.5. & 6.* quo loci in pũcto principali probaui, quod licèt regula ſit, vt per mortem mandantis mandatum dicatur extinctum, re tamen integra, ſecus tamen ſi ex mandato illo Procurator conſtitutus commodum eſt conſequuturus, quia tunc per mortem mandantis adhuc re integra, mandatum non dicitur extinctum.

## ARGVMENTVM.

Articuli, an & quando, & in quibus caſibus vti impertinentes ſunt reiiciendi, vel potius admittendi. Teſtes

Digitized by Google

ſtes qui producuntur in termino cōceſſo ad concomitandum aliquam ſcripturam poſt actum publicationis, ſiue concluſionis præſentatam an poſſint deponere aliud, quod in ſcriptura præſentata non continetur, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCXL.

1 IN cauſa illorum Fratrū de Manzella cum Regio Fiſco ſuper cōfinibus feudi de Terraruggio, facta publicatione in cauſa, dicti fratres produxerunt quoddā inſtrumentum, per quod probare intendebāt illius feudi maiorē partem ſpectare ad quandam Eccleſiam, cui cenſus ſoluebatur, & cum ad huius inſtrumenti comprobationem articulare prætendiſſent illud idem quod in primo termino articulatum extiterat, fuit in Regia Camera dubitatum, an hoc eis liceret.

2 Conſiderabatur, quod licèt ſit regula negatiua *in c. fraternitatis, & in c. cum clamor, de teſtibus*, *& in clement. 2. eodem tit. & in Authen. At qui ſemel C. de probat.* tamen dicebatur, quod hoc fallit, quando teſtes ad coadiuuandum, & comprobandum inſtrumentum producuntur, ad tex. *ſecundùm vnum intellectum in cap. ſeries de teſtibus*; tunc enim subornationis timor, & præſumptio ceſſare videtur; Cæterùm per Regiam Cameram concluſum, & deciſum extitit, productos articulos tanquam impertinentes eſſe reiiciendos; etenim dicebatur, tex. paulò ante citatum *in c. ſeries de teſtibus*, & DD. tam ibi, quàm *in d. c. fraternitatis.* loqui quando teſtes, quod, quis facta publicatione producere vult cum inſtrumento concordant, ad illiuſque venirent comprobationem, provt eſt exemplum in eo tex. vbi ad matrimonium diſſoluendum pro vna parte probatum extiterat, quod Ioannes, & Berta erant frater, & ſoror, demùm facta publicatione, alia Pars contrarium aſſerens ad ſuam aſſertionem comprobandam producebat, tam teſtes, quàm publicum inſtrumentum, & cum de hoc, an fieri poſſet dubitaretur, conſultus ſummus Pontifex id licere reſpondit. Ratio à DD. allegatur, quia tunc ratione inſtrumenti producti, omnis ſuſpicio tollitur ſubornationis; in caſu propoſito contrarium dicebatur, quia dicti fratres teſtes non producebant ad præſentatum inſtrumentum, coadiuuandum; ſed aliud probare intendebant, quod in inſtrumento non continebatur, ſicque ceſſabat prorſus diſpoſitio *d. cap. ſeries*; Vnde

### OBSERVATIO.

PAſſim, quæ in hac deciſione habentur, in his ſupremis Tribunalibus ſeruamus; nimirum, vt ſi facta publicatione in cauſa, actor, ſiue Reus aliquam publicam præſentauerit ſcripturam, & ad illam coadiuuandam, ſiue comprobandam, terminum petierit, vulgò ad concomitandum appellamus, Iudex illud concedit; ſed teſtes, qui in hoc termino producuntur non poſſunt deponere niſi veritatem eorum, quæ in ſcriptura præſentata continentur, non autem alia extra ſcripturam; vndè in caſu huius deciſionis, quia articuli producti in termino ad concomitandum conceſſo, aliud reſpiciebant, quod in ſcriptura priuata continebatur; meritò vti impertinentes fuerunt reiecti. Dixi ſi actor, vel Reus poſt publicatum, vel concluſum in cauſa præſentauerit ſcripturas publicas, quia ſi priuatas, hic terminus ad concomitandum denegatur, vt per Afflict. *deciſ.* 272. vbi Vrſill. addit, ſecus, ſi ſcriptura priuata eſſet trino teſte notata, ad tex. *in l. ſcripturas C. qui potior. in pignor. habeant.* Dominus de Franch. *dec.* 631. 1

Sed an articuli in cauſa liquidationis præſentati, illud idem continentes, quod in primo termino in cauſa principali poſitum fuit, vti impertinentes reiici debeant? fuit per S. C. deciſum, quod reiiciantur, ſi ſpecificè illud idem continere videantur, ſecus ſi genericè, quod tamen non procedit in termino beneficij, in quo illud idem deduci poteſt, quod fuit deductum in cauſa principali, vt per Dominum de Franch. *deciſ.* 683. 2

Sunt pariter vti impertinentes reiiciendi articuli in termino repulſæ præſentati, illud idem continentes, quod poſitum fuit in primis articulis, vel de directo contrarij articulis Partis aduerſæ. Afflict. *deciſ.* 216. *num.* 1. & 2. vbi addit licere articulos contrarios ponere, quando perempta eſt inſtantia, & noua incohatur, idem Anna *ſing.* 423. Muſcatell. *in prax. S. C. lib.* 1. *p.* 6. *gloſ. aduerſ. num.* 3. 3

Quid autem dicendum, ſi in termino dato in iudicio ſummariiſſimo, lite pendente fuerint præſentati articuli, & teſtes producti ſuper eis, iuxta diſpoſita *in pragm.* 50. *de offic. Sacri Regij Conſ.* an poſtea in cauſa principali poterunt produci articuli illud idem continentes, vel de directo contrarium? Vide Dominum Regentem Rou. qui pro parte affirmatiua deciſum teſtatur *in pragm.* 12. *n.* 2. & 3. *de ordine iudic.* vbi *numer.* 12. notabiliter ait, quod ſi quis in prima inſtantia ſe eſſe filium legitimum probauerit, & in ſecunda aduerſarius articulauerit illum eſſe ſpurium, hi articuli non dicentur de directò contrarij, ac propterea illos eſſe admittendos concludit ex Suarez *alleg.* 5. 4

Cætera in hac materia articulorum impertinentium, quando vti impertinentes ſint reiiciendi, vel potiùs admittendi, vide penès Afflict. *deciſ.* 7. & *in d. deciſ.* 216. Capyc. *deciſ.* 62. Gram. *deciſ.* 45. Io. Vinc. de Anna *alleg.* 77. & *ſingul.* 425. Dominum de Franch. *deciſ.* 220. & Muſcatell. *in prax. par.* 5. *gl. impertinentem.* 5

### *ARGVMENTVM.*

Fiſcus nùm ex iure ſpeciali poſſit in ſecunda inſtantia cauſæ criminalis illud idem



Digitized by Google

idem deducere, & articulare, quod in prima inſtantia deduxit. Reſtitutio in integrum ad pinguius probandum, quæ in Regno primum, & ſecundum beneficium appellatur, an in cauſa criminali fiſco illam petenti concedenda ſit, & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCXLI.

1 VT in prima inſtantia atteſtationibus publicatis, ac pariter in ſecunda ſuper eiſdem, vel directò contrariis articulis teſtes produci non poſſint, & hoc propter ſubornationis timorem, cautum eſt verbis expreſſis, *in Clem. 2. de teſtibus*; ſed in cauſa Illuſtris Ducis Hadriæ cum ſpectab. Comite Sanctæ Agathæ Gotorum, fuit dubitatum, an Regius Fiſcus ex iure ſpeciali, & ſic ex beneficio reſtitutionis in integrum poſſit in cauſa reclamationis illud idem deducere, & articulare, quod in prima inſtantia deduxit. Ratio dubitandi fuit, quia præſupponebatur cauſam eſſe criminalem, in qua reſtitutionis beneficium ceſſat, ex nimis vulgata diſpoſitione tex. *in l. auxilium ff. de minor, & in l. 1. C. ſi aduerſ. delic.* Andr. *in Conſtit. obſcuritatem.*

2 Affirmatiua ſententia hîc ſubſtinetur, negando prorſus iudicium ſuper quo, de hoc dubitari contigit, fuiſſe criminale, cum delinquens mortuus reperiebatur, & ſic delictum quoad pœnam dicebatur extinctum, *l. defuncto ff. de publ. iudic. & l. 3. C. ſi pend. appell. mors interuen.* quod enim fiſcus prætendebat, erat, vt bona delinquentis iam defuncti, quæ poſſidebat, ſibi conſeruarentur, ac proinde cauſam pecuniariam eſſe allegabat, ad tex. *in l. grauis ff. ad S. C. Syllan. in d. l. defuncto, in d. l. 3. & in l. 1. & 2.* vbi Paul. de Caſtr. *C. vbi cauſæ fiſcales.* Bal. Ang. & Imol. *in l. qui à latronibus §. ſi quis incapax ff. de teſtibus*, Afflict. *deciſ.* 390. Confirmabatur hoc, ex notatis per Bar. *in l. 1. §. ſciendum & in §. damus ff. de ſuſp. toto.* & per Aret. *in rubr. de iud. in fine*, & latè *in cap. ſuper his col. 3. & 4. extra de accuſat.* in quibus locis dicunt, quod quando agitur contra aliquem tutorem, officialem, vel beneficiatum, vt ſolùm priuetur officio, vel beneficio, iudicium illud erit ciuile, non autem criminale, id quod in caſu, de quo agebatur, eo magis procedere dicebatur, cum attento rei initio Fiſco in ſua exceptione ex contractu potius, quàm ex delicto agebat; etenim excipiendo inſtabat ſibi conſeruari feudum propter feudatarij rebellionem, ad Regiam Curiam deuolutum, quod quidem feudum ſub expreſſa fidelitatis promiſſione conceſſum extiterat, & ſub hac conditione, & ſic iure optimo ad reſtitutionis in integrum beneficium recurrebat; Et quamuis aliquis ex votantibus contenderent, vt ſemper quod in penalibus verſamur, ſiue Parti, ſiue fiſco pœna quæratur, dummodo ſit pœna, non autem rei propriæ perſequutio, nullo pacto beneficio locus ſit, per tex. *in d. l. auxilium*; id quod benè declarat Andr. *in d. Conſt. obſcuritatem*, tamen reſpondebatur hoc verum eſſe, quando talis pœna ex delicto deſcendit; At ſi ex contractu adhuc ſi eſſet mera pœna, non autem rei proſequutio, contrarium de iure, verius eſſe dicebatur, aduertendo, quod, in caſu propoſito non agebatur de pœna fiſco acquirenda, quo caſu priuſquam acquiratur, de lucro tractatur, vt eſt tex. *in l. 1. C. pœnis fiſcal. vendit præferri*; ſed de pœna iam incorporata, quo caſu tractatur de damno, vt notat Bal. *in l. nec damnoſa C. de precib. Imper. offer.* & Io. de Plat. *in d. l. 1. C. pœnis fiſcal. credit. præfer.* in caſu propoſito Dux Hadriæ reiuindicabat Ciuitatem Sanctæ Agathæ, quæ cum eſſet fiſco incorporata, cum euictionis promiſſione alienata extiterat Aloyſio Rato, ſicque de Magno fiſci intereſſe tractabatur; Vnde ex hoc dicebatur iudicium eſſe ciuile, & non de lucro, ſed de damno tractari, ac de propriæ rei proſequutione, ex contractu cauſata; nimirum ex inueſtitura; & delictum commiſſum ad probandum contractum non ſeruatum adducebatur, iuxta fidelitatem in inueſtitura contentam; Vndè &c.

---

## OBSERVATIO.

AD confirmationem illius concluſionis, quam Dominus Regens noſter in principio huius deciſionis firmauit, vt in criminalibus, & pænalibus fiſcus reſtitutionis in integrum beneficio potiri non poſſit, videndi ſunt hoc idem tenentes, nimirum Bal. *in additio. ad ſpecul. in tit. de accuſat. verſ. quid ſi Iudex* Ang. *in l. fin. ff. ſi quis teſtam. liber. eſſe iuſſ. fuer. verſ. nec credo*, Cremenſ. *ſing.* 23. Boſſ. *in praxi in tit. ſi aduerſ. rem iudic. num.* 13. *& ſeq.* Ant. Gabr. *commun. concl. lib. 7. tit. de criminal. concluſ.* 13. Alfar. *de offic. fiſcal. gloſ.* 17. *num.* 45. *& 46.* vbi addit, quod licèt contra fiſcum longiſſimo tempore præſcribatur; tamen in criminalibus minori tempore præſcribitur; item licèt ex contractu fiſco vſuræ debeantur, ad tex. *in l. eum quidem 17. §. ex locato verſ. fiſcus, de vſur.* Tamen ex delicto vſuras non petit; quodque in penarum proſequutionibus, ex cauſa criminali, non autem ciuili denegetur fiſco reſtitutio, ſatis bene ſcripſit Sforz. Oddus *de reſtit. in integrum par. 1. quæſt. 3. art. 13. numer. 85. 86. & 87.* vbi tamen hanc concluſionem declarat quoad reſtitutionem ex iure minorum, quia ſecus ex clauſula generali, delicti enormitate detecta, tunc enim putat reſtitutionem fiſco fore concedendam, & hoc proter delicti atrocitatem in aliorum exemplum, ex Boſſ. *loco cit.* 1

Denegatur etiam fiſco in criminalibus reſtitutio illa in integrum ad pinguius probandum, quam nos primum, & ſecundum beneficium appellamus, latè Imbria. 2

Digitized by Google

Imbria *de 1. & 2. benefic.conſid.*8. *à numer.*162. *ad finem*, & non ſolùm fiſco; ſed etiam mulieri, provt in caſu notabili Dominus de Franch. *deciſ.*439. vbi cum caſus accidiſſet in cauſa criminali, in qua vidua quærelam expoſuerat, & per Baronem peteretur remiſſio; in hoc iudicio remiſſionis, quod certè eſt more ciuili petito per viduam primo beneficio, fuit illi denegatum.

3 Hæc autem omnia bene declarantur per Dominum Regentem noſtrum hîc, vt procedant, quando fiſcus agit pro conſequutione pœnæ ex delicto deſcendente; ſecus ſi ex contractu, quia tunc, quamuis eſſet merè pœna poſſet fiſcus, ſi in hoc iudicio læderetur, ad in integrum reſtitutionis beneficium recurrere; id quod pariter ſentiit Sforza Odd. *loco cit.* quod eſt ſummè notandum.

## *ARGVMENTVM.*

Functiones fiſcales alicuius Terræ Baronalis, ſi à Rege Baroni conceſſæ fuerint, augmentum prouenieus ex futura numeratione, an ad Regem concedentem, vel potiùs ad Baronem conceſſionarium ſpectet. Legatum earum rerum, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtunt, an comprehendat augmentum ſuper eiſdem rebus legatis factum poſt teſtamentum à teſtatore conditum.

## DECISIO CCCXLII.

1 CVM multi reperiantur Barones in hoc Regno, qui iuſto titulo propriarum Terrarum fiſcales functiones poſſident, contigit dubitari in Regia Camera, ſi in noua Regni numeratione illarum Terrarum focularia aucta reperirentur, cuius erit augmentum, an Baronis, an Regiæ Curiæ?

2 Sigiſmundus de Loffred. *in ſua paraphr. ad cap.* 1. §. *quæritur, de controuerſ. inueſt.* arguit ad partes, & tandem pro Baronibus concludit; at hîc pro dubij propoſiti reſolutione tres principales fuerunt conſiderati caſus, quorum Primus eſt, quando à Rege immunitas functionum fiſcalium aliquibus Ciuitatibus conceſſa reperiretur, provt ſunt in Regno Ciuitates Amanteæ, Gaëtæ, Tarenti, & aliæ; & in hoc caſu concluditur augmentum foculariorum, ad Ciuitates prædictas, non autem ad Regiam Curiam ſpectare, allegatur tex. *in c.quia circa, de priuileg.* ſicque aliàs compertum fuit, obſeruatum in Ciuitate prædicta Amanteæ, & in aliis pariter eadē immunitate fruentibus. Alter caſus eſt, quando Rex alicui Baroni functiones fiſcales ſuarum Terrarum concedit, vtens verbis futuri temporis, puta ſi fuerit facta conceſſio functionum fiſcalium, quæ ad Regiam Curiam ſpectabunt; & in hoc augmentum foculariorum nouæ numerationis erit pariter Baronis; argumento tex. *in l. filiam ff. de auro, & aug. legat. in l. ex hoc edicto* .1. *ff. de alien. iudic. mutan. cauſ. fact.* Bar. *in l. ſi ita ff. de auro, & argen. legat.* eſt caſus *in l. ſi ſtipulatus fuero* §.1. *in fine, & in l. ſi à colono, in fine ff. de verb. obligat.* & ita per Regiam Cameram indiſtinctè obſeruatum, & iudicatum, ſignanter pro Marchione de Marcon Domino ſtatus Readæ, pro Duce Soræ, ac pro Duce Caſtrouillaris. Tertius caſus ſi conceſſio facta fuerit per verba præſentis temporis, vt puta, quia Rex conceſſit functiones fiſcales, quas Regia Curia habet, & tenet in tali Terra, & in hoc caſu quicquid in contrarium ſcripſerit Loffred. *loco cit.* Regia Camera indiſtinctè iudicauit pro Regia Curia, per tex. *in l. ſi ita ff. de auro, & argento legat. & in l. ſi ita ſcripſiſſet ff. de legat.*2. quæ iura expreſsè diſponunt, quod ſi lego Titio argentum meum, intelligitur legatum factum de argento, quod erat meum teſtamenti tempore, non autem quod poſtea acquiſiui, ad idem Paul. de Caſtr. *in l. cum ſtipulamur ff. de verb.oblig.* & alij, quos ſequitur Iaſ. *in l.* 3. §. *illud quoque ff. quod quiſque iuris*, in quibus locis dicunt, quod ſi teſtator teſtamento ſuo ordinaſſet, vt creditoribus ſatiſfiet de pecunia exiſtente ſuper monte Florentiæ, & ſi quid remaneret, eſſet Hoſpitalis; ſi teſtamenti tempore, ære alieno ſoluto in monte remanebant mille, & tempore mortis remanſerunt decem mille, in legato non niſi mille venirent, quia per verba præſentis temporis conceptum extiterat legatum.

## OBSERVATIO.

QVæſtio de qua in hac deciſione maximam in 1 proximo ſuperiori ſæculo in Tribunali Regiæ Cameræ accepit controuerſiam, diuerſaſque agnouimus ſubortas fuiſſe deciſiones, eam enim latè, & ingenioſè tractarunt, iura Ducum Neritoni, & Andriæ tuentes contra Regium Fiſcum, inſignes illius temporis cauſarum patroni, nimirum Dom. Io.Franc. de Ponte in quibuſdam allegationibus, quas habeo ad pennam, & pro Marchione Vallis Siculæ *in conſ.* 30. *lib.*2. Dominus Camill. de Medicis *conſ.*51. in cuius calce deciſionem iſtam licèt indiminutam impreſſam inuenies, Dominus Fab. de Anna *conſ.*61. & Dominus ſcipio Rou. latiſſimè *in allegationibus impreſſis in prag.*1. *ſub tit. de iurib. & exactio. fiſcal.* quo loci meminit de Domino Regente noſtro hîc, aliqua etiam ſcripſit Dominus Io.Vinc. de Anna feudiſta maximus *in cap.*1. *num.*265. *de Vaſſal. decrep. ætat.* & D. Io.Andr. de Georg. *alleg.* 43. hi præſtantiſſimi Iureconſulti audacter firmarunt, facta conceſſione alicuius Terræ cum functionibus fiſcalibus, augmentum ex futura numeratione poſtea prouenieus, non ad Regiam Curiam; ſed ad conceſſionarium ſpectare;



Digitized by Google

At pro Fiſco ſcripſit Dominus Camill. de Curte *in ſuo diuerſ. iuris feud. par. 1. cap. 19.* incipit *licet autem à num. 34. ad finem*, quo loci inhærendo ſententiæ Domini Regentis noſtri quem doctiſſimum virum appellat, dicit primò caſum eſſe indubitatum, quod quando Rex aliquam Terram Regni huius feciſſet immunem ab onere functionum fiſcalium, ſi Terra illa per nouas numerationes augeretur, immunis, & excepta diceretur, non ſolùm à functionibus fiſcalibus tunc exiſtentibus; ſed etiam ab aliis, ad quas per nouam numerationem teneretur, ſi immunitatis priuilegium aſſequuta non eſſet. Dicit ſecundò, caſum ſimiliter eſſe indubitatum, quod ſi Rex alicui conceſſiſset functiones fiſcales in aliqua Terra, etiam ſi per nouas numerationes augeri contingeret, hoc expreſsò, vel ſi conceſſiſſet functiones fiſcales, debitas, & debendas, ſiue impoſitas, & imponendas, auctis demùm focularibus, augmentum ad conceſſionarium ſpectare, provt è conuerſo, ſi Rex dixiſſet; concedo functiones fiſcales nunc exiſtentes, & non futuras; in vtroque enim caſu, quia de certa Regis intentione conſtat, ſuccedit regula, vt quilibet de re ſua ſit moderator, & arbiter. Tertium, & tandem ſubnectit caſum, quando nullatenus de Regis concedentis intentione, apparet, quid voluerit, puta quia ſimpliciter dixit, concedo Petro functiones fiſcales in tali Terra, & ſic per verbum præſentis temporis, & in hoc caſu putauit Dominus de Curte in puncto iuris per ea, quæ ibi ponderauit, focularioruni augmentum nullo pacto ad conceſſionarium ſpectare; ſed ad Regiam Curiam; quodque conceſſio illa de iure reſpicere non poſſit niſi functiones fiſcales conceſſionis tempore exiſtentes, non autem futuras; ſubnectit, & tandem articulum eo tempore adeò fuiſſe dubium, quod primo loco pro fiſco iudicatum extiterit, & de hac deciſione meminit Dominus Carol. Tap. *in repet. l. fin. cap. 4. par. 1. num. 8. ff. de conſtit. Princip.* & demùm in fauorem conceſſionarij contra fiſcum, quodque expectabatur vltima proferenda ſententia, quæ ius faciebat, & perpetuum ab vtraque Parte imponebat ſilentium; ſed nunquam vſque adhuc prodiiſſe ſcimus; idem ſcripſit Dominus Fabius de Anna *loco cit. num. 72. & ſeq.* ſed Dominus Scipio Rou. *in d. pragm. 1. num. 8. verſ. & hodie tractatur*, dicit, quod in prima inſtantia fuit deciſum contra Fiſcum, & *num. 62. verſ. his taliter exaratis*, in nouiſſima impreſſione atteſtatur ſecundùm eius allegationes, quas ſcripſerat in gradu reclamationis fuiſſe demùm pro Duce Neritoni cliente iudicatum; ſed certè errauit, quia deciſiones prodierunt, provt à DD. Fabio de Anna & Camillo de Curte, *in locis citatis* referuntur.

2 Ad confirmationem autem alterius dicti, vt legatum earum rerum, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtunt, nullatenus comprehendat augmentum ſuper eiſdem rebus legatis factum poſt teſtamentum à teſtatore conditum, vide, quæ Ego ſcripſi *lib. 2. mearum reſolut. cap. 122. per totum.*

## *ARGVMENTVM.*

Releuium, an debeatur per mortem illius, qui Domino aſſentiente, feudum pro ſe emerat, vita ſua durante, & poſt mortem ſuam, pro aliquo eius conſanguineo, qui in feudo illo ex lege contractus ſucceſſit, cum aliàs de iure ſuccedere non poterat.

## DECISIO CCCXLIII.

DVBITABATVR in Regia Camera, ſi Magnificus Aloyſius Galeota cogi poterat ad ſoluendum Regiæ Curiæ releuium ob mortẽ ſequutam Epiſcopi Squillacentis, qui à Principe Biſiniani feudum emerat pro ſe, vita ſua durante, & poſt mortem pro dicto Magnifico Aloyſio eius nepote? Ratio dubitandi fuit, quia videbatur quod Dominus Aloyſius ad dictum feudum veniebat, non ex ſucceſſione, ſed potius ex contractu, tanquam proprio nomine vocatus, & inueſtiturus poſt mortem ſui patrui, & in Regno tunc demùm per feudatarij mortem releuium ſoluitur, quando quis in eo feudo, vti defuncti hæres ſuccedit, non autem ſi contractu mediante; eſt vulgata theorica Andr. tam *in conſtit. poſt mortem*; quàm *in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſt. & in cap. 1. §. ſimiliter, de cap. Corr.* in quibus locis habetur releuij ſolutionem moribus in Regno fuiſſe introductam, non autem ex iuris feudalis diſpoſitione, ſicque ſtricto iure procedendum; vnde dicebat Aloyſius, quod cum, nomine proprio inueſtitus erat, quamuis inueſtituræ exequutio fuerit ad Epiſcopi mortem delata, non dicebatur in feudo ſuccedere vti hæres, ſed nomine proprio, & conſequenter ad releuium ſoluendum cogi non poterat, allegabatur Andr. qui *in cap. 1. de ſucceſſione feudi, in cap. 1. §. niſi, ſi vaſſal. feud. priu. & in c. 1. §. & ſi libellum de alien. feudi pater.* dixit quod, quando feudum patri, & filio propriis nominibus nominatis, conceſſum eſt, in dubio filio, propria contemplatione, non autem patris conceſſum cenſetur. 1

2 Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contrarium fuit per Regiam Cameram deciſum; nimirum per mortem Epiſcopi, teneri Aloyſium nepotem releuium ſoluere. Ratio deciſionis fuit, quia Aloyſius verè, & realiter Epiſcopo patruo in feudo ſucceſſit; dicebatur enim feudum illud in perſonam ipſius Aloyſij ex pacto, & prouidentia; ex pacto nimirum Epiſcopi, qui pro ſe, & nepote acquirere voluit; vndè non niſi mediante ſucceſſione ad illud venire poterat, & ſucceſſiuè fiebat ſolutioni releuij; nec obſtare dictum fuit, quod fuerat eius nomen expreſſum, ita vt iuxta Andr. ſententiam *in locis modò citatis*, videbatur ſui contemplatione feudum conceſſum; nam reſp. Andr. alloquutum in dubio, quo caſu, etiam in vita patris, filius pro medietate habebit feudum; at in caſu de quo agebatur, feudum

Digitized by Google

feudum Aloyſio conceſſum non extiterat ſui contemplatione; ſed Epiſcopi dumtaxat, nam aliàs habuiſſet feudum pro medietate adhuc Epiſcopo viuente; etenim voluit Epiſcopus ſic acquirere, quia ipſe legitimum hæredem non habebat; nam cum feudum eſſet nouum, nepos ex fratre ſuccedere prohibebatur, idque quomodocumque inueſtitura caneret, ſiue pro ſe, & hæredibus ex corpore, ſiue pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, vt nimis clare habetur in Conſtit. *vt de ſucceſſionibus*, qua attenta frater tantùm in feudo nouo ſuccedit; voluit ergo Epiſcopus ſic acquirere, vt Aloyſius nepos eſſet habilitatus, vt poſt eius mortem ſuccedere potuiſſet, & ſic tanquam hæres non autem mediante illo contractu; vndè meritò per Regiam Cameram, nemine contradicente fuit pro fiſco pronunciatum.

---

## OBSERVATIO.

1 SAtis rationabilis, iurique conſentanea eſt Deciſio iſta, ſi verè conſideremus, ideò Epiſcopum in feudi acquiſitione voluiſſe comprehendere perſonam Aloyſij nepotis iſtiuſque nomine expreſſo, quia aliàs, ipſo acquirente mortuo, Aloyſius in feudo illo ſuccedere prohibebatur, idque tam iure communi feudorum, quàm Regni huius attento, licèt hodie ſtantibus nouiſſimis gratiis ſecus diſpoſitum ſit, vt latè per me *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 126. *num.* 55. quare cupiens Epiſcopus in feudo, quod acquirebat, habere ſucceſſorem, voluit hac lege illud acquirere, vt poſt eius mortem feudum ad Aloyſium ex fratre nepotem perueniret; hoc ſuppoſito neceſſario dicendum eſt, eundem Aloyſium, mortuo demùm Epiſcopo eius patruo, feudi acquiſitore, non alio titulo, quàm ſucceſſionis ad feudum conſequendũ venire, & ſucceſſiue ad ſoluendum releuium, quod in Regno per mortem feudatarij à ſucceſſore in feudo ſolui conſuetum eſt, eundem teneri, & quod dicebatur ex Andr. *in c.* 1. §. *& ſi libellum de alien. feudi pater.* non erat ad caſum de quo agebatur applicabile, loquitur enim Andr. quando acquiſitio ex lucratiuo titulo prouenit; tunc enim opportuna eſt inſpectio, cuius contemplatione datum eſt, ſed in caſu huius deciſionis Epiſcopus pecunia ſua, & ſic titulo oneroſo feudum acquiſierat, cum hoc, vt in illo, poſt eius mortem ſuccederet nepos, qui aliàs ſuccedere non poterat, ſicque non eſt cur diſputari poſſit, cuius contemplatione fuerit feudum acquiſitum.

2 De pluribus autem notabilibus ad ornatum theoricæ Andr. *in d.* §. *& ſi libellum.* egimus *cit. lib.* 1. *noſtr. reſolut. cap.* 89.

## *ARGVMENTVM.*

Feudo à Rege alicui conceſſo, cum mero, & mixto imperio, & cum iuribus, & pertinentiis ſuis, & prout tenebat prædeceſſor feudatarius, per cuius mortem fuit feudum illud ad Regiam Curiam deuolutum, an ſi hic regalia aliqua in eo feudo poſſideret; ea in hac feudi conceſſione comprehendantur. Priuilegium magno Domino, vti alicuius feudi poſſeſſori à Rege conceſſum, nùm tranſeat in ſingularem illius feudi ſucceſſorem inferioris tamen conditionis.

## DECISIO CCCXLIV.

PRÆTENDEBAT Regius Fiſcus, ſpectabilem Comitem Policaſtri in ſua iuriſdictione, abſque titulo poſſidere tertiariam, quæ dicitur del ferro, acciaio, & pere, & proinde lite pendente illum abſtinere debere, iuxta diſpoſitionem tex. *in c. cum perſona de priuileg. in* 6. *in c. cum veniſſent, extra de inſtit. & in cap.* 1. *vt lite pend.* ſunt enim iura hæc de regalibus *c.* 1. *quæ ſint regalia*, & ſucceſſiuè abſque titulo poſſideri non poſſunt, nec ſub conceſſione veniunt generali; ſed ſpecialis requiritur, vt probatur in Conſtit. *ea, quæ ad decus*, Andr. *in c.* 1. §. *ſi quis alium de pace tenend.* Afflict. *dec.* 122. & ita paſſim in Regia Camera iudicatur; ſed excipiente Comite de titulo ſui prædeceſſoris in d. Ciuitate, nimirũ Antonelli de Petruciis, cui Rex Ferdinandus primus, Ciuitatem prædictam Policaſtri cum dicta tertiaria conceſſerat, fuit quid iuris dubitatum. 1

Per Regiam Cameram fuit contra Comitem pronunciatum. Ratio deciſionis, quia licèt verum eſſet, Ciuitatem Policaſtri à Rege Ferdinando primo, cum dicta tertiaria fuiſſe conceſſam Antonello de Petruciis, ac demùm eandem Ciuitatem à Rege Ferdinando ſecundo Comiti auo huius Comitis in hoc iudicio conuenti, eo expreſſo, vt Ciuitatem illam teneret cum mero, & mixto imperio, cum iuribus, & pertinentiis, prout tenebat dictus Antonellus, ob quod prætendebat Comes omnia contenta in priuilegio Antonelli ex relationis natura, in eius priuilegio expreſſa cenſeri, vt per Bar. *in l. ſi quis ſeruum* §. *fin. ff. de legat.* 2. & Dec. *conſ.* 27. *&* 63. attamen dicebatur hoc eſſe intelligendum, de illis iuribus, quæ Regi vti illius Ciuitatis particulari Domino competebãt; ſecus verò de iuribus, quæ ad Regem vti Dominum vniuerſalem Regni ſpectabant, & ſpectant, quia tunc, neque vendita, neque conceſſa intelliguntur, iuxta notata per Alber. *in l.* 1. *ff. de offic. eius, & in l. fin. in fine ff. de iuriſdic. omnium iudic.* vndè cum ius hoc tertiariæ vti de regalibus non poterat ad Regem ſpectare, niſi vti Dominum vniuerſalem Regni, non autem vti Dominum particularem d. Ciuitatis, conſequens erat dicere, in conceſſione facta Comiti 2



Digitized by Google

miti ius illud non veniſſe; nec obſtare dicebatur relationem habitam ad priuilegium Antonelli de Petruciis, quia illa facta non apparebat ad omnia in dicto priuilegio contenta, & per illa verba, de quibus per Alex. *conſ.... lib.*1. etenim in priuilegio Comitis aliud expreſſum non extiterat, niſi quod concedebatur dicta Ciuitas cum iuribus, & Caſalibus ſuis, cum mero, & mixto imperio, cum iuribus, ac pertinentiis, provt illam tenebat, & poſſidebat Antonellus de Petruciis, ſicque dicebatur relationem factam non niſi quoad expreſſa tantùm procedere, non autem quoad alia, de quibus Rex ille alloquutus non fuit, ſicque aliàs compertum fuit in propria cauſa ipſius Comitis Regiam Cameram iudicaſſe, non ſolùm quoad ius tertiariæ; ſed etiam functionum fiſcalium, & tractarum, quæ per d. Antonellum poſſeſſa fuerunt; ad hoc enim vt illa regalia poſſeſſa per Antonellum in Comitem nouiſſimum cõceſſionarium tranſire potuiſſent, dicebatur neceſſe eſſe, vt Rex dixiſſet, concedo tibi omnia ſupradicta, & omnia alia contenta in priuilegio Antonelli de Petruciis, provt melius, & plenius per eum tenta, & poſſeſſa fuiſſent, hinc meritò dicebat Aret. *in l. pluribus in princ. ff. de verb. obligat.* quod licèt ſcriptura relata, in referente eſſe cenſeatur, hoc tamen verum eſſe, in genere, non autem ſpecialiter. Nec pariter fuit habita ratio de centenaria præſcriptione allegata, quia non fuit probata, imò inſpecto initio priuilegij Antonelli, non erant elapſi, niſi anni octuaginta, ſicque dicebatur fieri locum diſpoſitioni tex. *in c. cum dudum, extra de decimis*, nec poterat Comes ſuæ poſſeſſionis tempus coniungere cum tempore poſſeſſionis Antonelli, quia illi non ſucceſſerat, ad tex. *in l. pomponius §. ſi liber homo ff. de acq. poſſ.* habebat enim Comes cauſam à Rege; vndè meritò fuit per Regiam Cameram deciſum Comiti nullum ius competere, quoad dictam tertiariam ferri &c. in dicta ſua Ciuitate Policaſtri, nec pariter quoad ius menſuræ ſalis, cum nullum produxerat priuilegium, nec centenariam præſcriptionem allegatam probaſſet &c.

---

## OBSERVATIO.

1 STat concluſio in præſenti deciſ. quod quando alicuius rei ſpecialis requiritur conceſſio, provt ſunt regalia, quæ ex receptiſſima noſtratum ſententia ſub generali conceſſione non veniunt, ad tradita per Dominum de Franch. & Dominum Rou. *in locis infra allegandis*, ſat non eſt, ſi conceſſio fiat per relationem ad aliud, vt in exemplo, quod hîc ponitur, & probat Iaſ. *in l. certum ff. ſi cert. pet.* & ex noſtris in propria materia Monta. *de regalib.* in verb. *bona vacantia num.*4. *fol.*84. etenim quàmuis vulgatum ſit axioma, vt ſcriptura relata in referente eſſe cenſeatur hoc tamen non procedit, quando verſamur in iis, quæ ſpecificationem expreſſam & formalem requirit provt in caſu huius deciſ. quia tunc non ſufficit per relationem ad aliud, ita Ang. *in l.*1. *ff. de liber. & poſth.* Alexand. *conſ.*72. *lib.*1. *& conſ.*71. *lib.*3. Crauet. *conſ.*668. *num.*6. *& ſeqq.* Socc. *conſ.*99. *numer.*2. *lib.*3. Curt. Iun. *conſ.*269. *num.*13. *&* 14. *& conſ.*320. *num.*13. *lib.*3.

Quantùm verò attinet ad punctum principalem 2
huius deciſ. obſeruari D. Regent. Rou. *qui in deciſ.*6. in articulo, an priuilegium magno Domino vti alicuius feudi poſſeſſori à Rege conceſſum tranſeat in ſingularem illius feudi ſucceſſorem inferioris tamen conditionis, vti Rex aliàs non fuiſſet conceſſurus, affirmatiuè inhærendo ſententiæ, quam etaim tueri videtur *in prag.* 1. *n.*43. vbi *de delic. quis conue. deb.* contra Minad. *in conſt. in aliquibus, in verb. textus conſtitutionis à num.*39. Dom. de Franch. *dec.*125. 275. *&* 505. *circa finem*, Dom. de Pont. *de poteſt. Proreg. tit.*3. §. 1. *num.* 34. & Monta. *loco cit.* ſubiungit *num.*13. ea, quæ DD. modò citati dixerunt, bene procedere, vbi feudum cum aliquibus ex iuribus regalibus à Rege alicui conceſſum, fuiſſet ad eundem directum Dominum deuolutum ex linea finita vel alia de cauſa, & poſt illius deuolutionem, & incorporationem ad regale patrimonium, illud idem feudum alteri de nouo concederetur, provt in caſu huius deciſ. nulla mentione facta de illis iuribus regalibus primo loco conceſſis, ſed ſolùm cum clauſula generali, *provt alij prædeceſſores tui tenuerunt, & poſſederunt*, hoc enim caſu putauit Rouit. iura illa regalia in alio priuilegio conceſſa, tanquam Principi reſeruata non venire, ex eo, quod per deuolutionem ad Regem omnia iura ſunt deuoluta, & qualitas feudalis reſoluta, ad tradita per Andr. Afflict. & Frecc. *in locis per eum citatis*, & ſucceſſiuè illud primum priuilegium non eſt amplius in conſideratione; ſed hoc ſecundum priuilegium tantùm eſt attendendum, in quo cum nihil de iuribus regalibus ſit expreſſum, non eſt præſumendum, quod Rex voluerit concedere ea, quæ non ſunt ſolita paſſim concedi, & quæ ſunt Principi reſeruata, nec curandum de illa clauſula *provt melius, & plenius prædeceſſores tui poſſederunt*, dum de iuribus illis nulla fiebat mentio, ad tex. quem dicit D. Rou. à nemine, quem viderit, ponderatum, *in l. cum lanionis §. fin. ff. de fundo inſtr. & inſtr. legat.* niſi illa clauſula ſpecificam haberet relationem ad priuilegium illius, qui primo loco feudum cum illis iuribus tenuit, & poſſedit, provt Dominus Regens noſter hîc exemplificat.

## *ARGVMENTVM.*

Immunitas ab aliquo onere, ſi fuerit à Principe ſubdito ſuo conceſſa pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis, vtriuſque ſexus in perpetuum, nùm tranſeat ad maſculos ex fœminis deſcendentes. Immunitas ſi fuerit conceſſa alicui, vt pro fructibus ſui prædij gabellam ſoluere non teneatur, nùm ad ſingularem illius fundi ſucceſſorem tranſeat. Maſculi deſcendentes ex fæminis, an comprehendantur, quando in aliqua diſpo

Digitized by Google

diſpoſitione vocantur filij, ſeu deſcendentes maſculi.

## DECISIO CCCXLV.

1 FVIT dubitatum in Regia Camera, an immunitas functionum fiſcalium alicui conceſſa pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis vtriuſque ſexus in perpetuum tranſeat ad maſculos ex filiabus deſcendentes.

2 Pro cuius dubij reſolutione fuit allegatus tex. *in l. 1. in fine, ff. de iure immun.* Dyn. *in l. cognoſcere ff. de verb. ſignific.* Bar. *in l. quod tale ff. ſolut. matrim.* Petr. & Felyn. *in l. fin. ff. de conſtit. Princip.* Io. de Plat. *in l. 1. in fine C. de Sacro. Eccl.* Paul. de Caſtr. *in l. maritum ff. ſolut. matrim.* Alex. *in d. l. quod tale & conſ. 160. lib. 2.* Dec. *conſ. 32. & 223.* Roma. *in l. 1. ff. ad ſenat. conſ. ſyllan.* & Franc. Curt. *conſ. 73. in primo dubio*, ex quorum dictis infraſcriptæ fuerunt ſelectæ concluſiones, quarum prima eſt, quod in priuilegio immunitatis alicui conceſſo pro ſe, & poſteris ſuis nunquam maſculi ex fœminis deſcendentes includuntur, ſi de immunitate tractatur ab oneribus realibus publicis, non quidem ex verbi *poſterum* ſignificatione; ſed ex natura rei propter præiudicium, quod Reipublicæ infertur, & ita procedit tex. *in d. l. 1. in fine ff. de iure immun.* ſecunda concluſio, dic venire ſemper maſculos ex fœminis deſcendentes, quoties de beneficio alicui conceſſo agatur, quod latiſſimè eſt interpretandum *l. fin. ff. de conſtit. Princ.* & ita loquitur Imol. *in l. ſi ita ſcriptum ſit filiabus ff. de legat. 2.* & Dec. *conſ. 223. in fine.* Tertia concluſio, dic in omni materia, præter illam, de qua *in d. l. 1. ff. de iur. immun.* poſterorum appellatione venire tam deſcendentes ex maſculis, quàm ex fœminis, eſt tex. *in l. cum acutiſſimi C. de fideicomm. & in l. generaliter C. de inſtit. & ſubſtit.* Dec. poſt alios *d. conſ. 223.* quibus ſic ſtantibus, ad caſum propoſitum dicebatur, quod poſtquam attenta diſpoſitione *d. l. 1. ff. de iure immun.* deſcendentes ex linea fœminina, nō ideo ab illius legis beneficio excluduntur, vt quia poſterorum ſignificatione non comprehenduntur; ſed potius ex natura rei, vt ſupra eſt declaratum; propterea etiã, quod in conceſſione ſit dictum *pro hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum*, immunitate prædicta ab oneribus publicis potiri non poſſunt, & ita in terminis conſuluit Dec. *d. conſ. 223.* attenditur enim in hac materia natura rei, ſcilicèt immunitatis onerum publicorũ, non autem verba, & hoc ſiue conceſſio dicat *pro ſe, & poſteris*, ſiue *pro genere ſuo*, ſiue *pro deſcendentibus*, ſiue *pro hæredibus, & ſucceſſoribus*, vt tantùm ex maſculis deſcendentes veniant. Nec obſtare dicebatur conceſſionem in caſu propoſito fuiſſe factam pro ſe, & hæredibus vtriuſque ſexus, etenim non negabatur, quod benè poterant fœminæ venire; ſed filiæ tantùm illius, cui fuit facta conceſſio, ſi tamen virgines ſunt, vel viduæ, nuptæ verò nullatenus, vt eſt tex. *in l. quoties C. de priuileg. ſcholar.* vbi hoc notant Bar. Ang. & Io. de Plat. idemque Roma. *in l. 1. ff. ad ſyllan.* quo loci dicit, ita obtinuiſſe, *& in l. cum quadam puella ff. de iuriſd. omnium iudic.* Alex. *in addit. ad Bar. in d. l. 1. ff. de iur. immun.* & Felyn. *in c. nouit extra de iudic.* & licèt idem Alex. *in d. l. cum quadam puella*, & Dec. *d. conſ. 223.* affirmare videantur, quod communis opinio eſt contra Bar. nimirum vt fœminæ ſub dicta conceſſione comprehendantur quamuis nuptæ, tamen expreſsè dicunt, quod deſcendentes ex fœminis non includuntur, vndè per Regiam Cameram, referente Domino Franciſco Ant. Villano fuit, nemine contradicente, deciſum, quod in conceſſione, de qua agebatur, maſculi ex fœminis deſcendentes, non comprehendebantur.

## OBSERVATIO.

HIc habemus deciſionem indiuidualem, vt conceſſa alicui immunitate ab aliquo onere pro ſe, 1
& hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis vtrique ſexus in perpetuum, ad maſculos ex filiabus deſcendentes, immunitas illa non tranſeat, idemque adde Tu ſcripſiſſe Dec. *in l. femina num. 100. de regul. iur.* vbi tamen hoc reſtringit, ſi immunitatis priuilegium ab aliqua fœmina, nimirum Regina concederetur, id; quod pariter ſentit Iaſ. *in conſ. 117. col. 2. lib. 4.* per rationes, vt per eos; ſed de veritate huius dicti vide Aurel. Corbul. *in tract. de iure emphyt. in tit. de cauſ. priuat. ob lineam finitam, cauſa 12. à num. 22.* vbi latè de hac materia; ſunt etiam, qui putarunt priuilegium exemptionis alicui conceſſum pro omnibus eius deſcendentibus tam maſculis, quàm fœminis, reſpectu fœminarum, illis tantùm ſuffragari, quæ nuptæ non ſunt, ſecùs ſi ſunt maritatæ, ita DD. hìc à Domino Regente citati; ſed contrarium tenet Alex. *conſ. 125. numer. 10. verſ. prædictis etiam non obſtantibus. lib. 7.* ſubdens tex. *in l. quoties C. de priuileg. ſcholar. lib. 12.* vbi hoc dixit Bar. hoc non probare, & quod illa non eſt lectura Bar. ſed cuiuſdam de Peruſio, & addit id ex ſtylo bene probari, quia Bar. illum ſcribendi ſtylum non habuit, & quod à maioribus ita audiuit, quodque nullus grauis authoritatis dictum hoc tenuerit.

Sed an conceſſo alicui priuilegio, vt pro fructibus 2
ſui prædij, quoad ſolutionem gabellarum immunis reputetur, & exemptus, ſi prædium illud in alium fuerit diſtractum, hic ſingularis ſucceſſor eadem gaudeat immunitate; negatiuam partem, contra Alex. tutatur Iaſ. *in conſ. 89. per totum*, vbi ſatis bene loquitur, Ego ipſe *lib. 1. reſol. iur. cap. 169. & 159. lib. 2.* vbi probaui, vt hæc immunitas, nec ad conductores illorum fructuum tranſeat.

Sed memini non ſemel dubitatum; an ſi res ali- 3
qua mihi, & deſcendentibus meis maſculis fuerit conceſſa, nepotes maſculi, ex filiabus meis procreati, in defectum filiorum meorum maſculorum, in re illa ſuccedere poſſint? pro reſolutione huius dubij videndi

Digitized by Google

di ſunt Mandell. de Alba. *conſ.* 86. Iul. Clar. *in §. emphiteuſis quæſt.* 36. & Caldas de Pereyr. *in tract. de iure emphyt. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 30. *verſ. verum eſt enim,* qui negatiuam ſententiam amplexi fuêre, idemque in fideicommiſſis, & maioratibus ſcripſerunt Molin. *de Hiſpan. promag. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 45. 46. & 47. Anton. Gomez *in l.* 40. *Tauri num.* 61. Michaël ab Aguirre *de ſucceſſ. Regni Portugal. par.* 3. *num.* 32. *fol. mihi* 78. & Iacob. Menoch. poſt alios, quos citat *conſ.* 1229. *numer.* 70. hi omnes concluſionem firmarunt, quod quando in aliqua diſpoſitione vocantur filij, ſeu deſcendentes maſculi, diſpoſitio illa de maſculis deſcendentibus ex maſculis, non autem de maſculis, deſcendentibus ex fœminis intelligenda eſt, nam eo ipſo, quod vocantur deſcendentes, cum expreſſione maſculinitatis, agnatio contemplata cenſetur, & cum maſculi deſcendentes ex fœmina non agnati, ſed cognati appellentur, ergo &c. qua de re latius per me *lib.* 2. *reſol. iur. cap.* 126. *à num.* 28.

## *ARGVMENTVM.*

Ius patronatus, ſi allegatur ad feudum ſpectare, nùm Dominus directus feudi poſſit de iure illo cognoſcere. Iudex ſecularis, an, & quando, & in quibus caſibus ſit competens ad cognoſcendum de iure patronatus.

## DECISIO CCCXLVI.

1 VACANTIBVS beneficiis in Terris Griptæ Minardæ, & Mileti, de iurepatronatus, vt præſupponebatur Baronis, fuit in illis, quidam Clericus ab eodem Barone coram loci ordinario præſentatus, eoque inſtituto, & capta poſſeſſione, alter clericus eadem beneficia à ſummo Pontifice impetrauit, ad cuius inſtantiam cum à Curia Romana emanata fuiſſet citatio contra Clericum à Barone præſentatum, hic ſe oppoſuit prætendens nullo pacto fore ab Eccleſiaſtico Prorege licentiam impartiendam, vt citatio prædicta ſuum ſortiretur effectum, ex eo quod tractabatur de præiudicio feudi, nam in conceſſione de Terris prædictis à Sereniſſimo Rege noſtro facta, in ſpecie dicebatur cum iure patronatus; vndè per hoc præſupponebat, quod cum de cauſis feudalibus etiam inter Clericos, non niſi Dominus feudi cognoſcat, & hoc tam de iure canonico, per tex. *in c. cæterum, in cap. verum, & in c. ex tranſmiſſa, de foro compet.* quàm de iure Regni *per c.* quod incipit, *tamen ſtatuimus ſecundum ordinem Nigri* 94. ita pariter idem Dominus feudi de hoc iure patronatus vti feudale cognoſcere debebat.

2 Cæterùm Dominus Regens noſter in hac cauſa electus in conſultorem Reuerendi Cappellani maioris in contrariam deſcendebat ſententiam per tex. *in c. quanto,* vbi Canoniſtæ communiter, *de iudic.* vbi de cauſa iuriſpatronatus non niſi à iudice Eccleſiaſtico cognoſci poteſt; etenim licèt ſacrorum Canonum permiſſu iuſpatronatus, quamuis ſpiritualitati annexum ſit laicis communicatum, nullatenus tamen illius cognitio, imò expreſsè ſtatutum, vt non niſi iudex Eccleſiaſticus cognoſcat; *dicto c. quanto,* cui reſponderi non poteſt, & ſi dices in caſu noſtro tractari de iure patronatus feudale, non per hoc ſequitur, ergo poteſt à Domino feudi cognoſci, quia ius illud ſpirituale, cui eſt iuſpatronatus annexum, *c. de iure, de iurepatr.* non potuit in feudum tranſirè, ad finem, vt de eo poſſit ab alio, quàm à Iudice Eccleſiaſtico cognoſci, nō enim ſemper acceſſorium regulatur, ac de eo iudicatur, provt de principali, notat Aret. *in l. aliquando, & in l. ſi mulier l.* 1. *ff. ad S. C. Velleia.* Vnde

## OBSERVATIO.

EX textu vulgato à Domino Regente noſtro hîc citato, *in c. quanto de iudic.* Doctores omnes concluſionem deſumunt, vt cognitio cauſæ iuriſpatronatus, vti ſpiritualitati annexæ priuatiuè ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectet, ita enim vno ore ibi Canoniſtæ communiter ſaxi ſunt, idemque Lambert. *de iurepatro. lib.* 2. *par.* 2. *art.* 7. *quæſt.* 3. *in princ. num.* 4. & 5. vbi addit, quod nec in laicos cauſa iuriſpatronatus compromitti poteſt, R. de Curt. *eod. tract. in verb. ius in princ.* Couar. *pract. quæſt. cap.* 36. Gaill. *obſer. lib.* 1. *obſer.* 38. *num.* 6. Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.* 462. & 897. aliiſque plures relati ab Auguſt. Barb. *in collect. ad tex. prædictum n.* 1. 2. & 3. 1

Hac concluſione, quæ à nemine controuertitur, ſic ſtante, Iulianus Viuia *in ſua recentiſſima prax. iuriſpatro. par.* 2. *lib.* 11. *cap.* 10. hoc idem firmans, aliquos tamen conſiderauit caſus, in quibus Iudex laicus in hac materia iuriſpatronatus ſe intromittere poteſt, quorum Primus eſt, quoties ageretur de priuando patronum eius iure patronatus, & iure præſentandi; citat tex. *in c. ſignificauit,* vbi Felyn. *de teſtib.* Bal. *in d. c. quanto,* & Lambert. *cit. tract. de iurepatro. lib.* 3. *quæſt.* 9. *art.* 3. Secundus caſus, vbi Iudex laicus cognoſcet de iurepatronatus acceſſoriè cum vniuerſitate temporali, ſub qua ius ipſum includitur, nam tunc benè erit Iudex competens, dummodò neque in libello, neque in ſententia fiat mentio de iure patronatus, citat Card. & Abb. *in d. c. quanto,* & Io. de Anania *in cap.* 1. *de iurepatr. in* 6. vndè feudo ob aliquod feudatarij crimen publicato, iuſpatronatus cum ipſa vniuerſitate pariter dicetur publicatum. Tertius caſus in quo Iudex laicus certo modo cognoſcit de iure patronatus, nimirum, ſi quis promiſerit amico ſuo iuſpatronatus donare, nam actione perſonali poſſet Iudex laicus promiſſorem condemnare ad promiſſionis obſeruantiam, & ſic ad donandum, ita Ant. de Butr. & Abb. *in d. c. quanto in fine,* Feder. de Sen. *conſ.* 192. Aufrer. *de poteſt. ſecul. in Eccleſ. regul.* 4. *Fallent.* 21. & Lambert. *cit. lib.* 3. *quæſt.* 8. *princip. art.* 8. *num.* 6. Quartus caſus conſideratur, nam licèt vt in principio diximus, cauſa iuriſpatronatus, nec etiam in laicos compromitti poteſt, in caſibus tamen prædictis poſſet fieri compromiſſum in laicos, & per illos poſſet fieri tranſactio. Felyn. *in d. c. quanto.*

*ARGV*

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Poſſeſſorium, & petitorium, an, & quando inſimul cumulari poſſint. Iudex præparatorij, an poſſit eſſe Iudex præparati. Cauſa poſſeſſionis, & proprietatis an neceſſario ab vno, eodemque Iudice diffiniri debeat, & de aliis.

## DECISIO CCCXLVII.

1 IN cauſa in Regia Camera vertente inter Illuſtrem Principem Melphiæ vtilem Dominum Lacus Penſuli, & Vniuerſitatem Terræ Atellæ, lato decreto per Regiam Cameram, per quod prouiſum extitit, dictam vniuerſitatem, lite pendente fore, & eſſe manutenendum in poſſeſſione, ſeu quaſi paſcendi, aquandi, lignandi, & trabes incidendi in territorio lacus prædicti; Illuſtris Princeps in iudicio proprietatis petiit declarari nullum ius in prædictis dictæ vniuerſitati competere; fuit dubitatum, an iudicium hoc inſtitui de iure poterat, cum ſimul, & ſemel petitorium, & poſſeſſorium cumulabantur.

2 Pro parte vniuerſitatis dicebatur intempeſtiuè Illuſtrem Principem egiſſe, cum prius erat terminanda lis ſuper interdicto retinendæ intentato, & poſtea ſuper petitorio agendum; obſtabat enim regula ordinis, quæ impedit ſuper vtroque procedere, vt dixit Bar. *in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acq. poſſ.* per iura *in l. incerti C. de interd. in l. ordinarij C. de reiuindic. in l. ſi de vi ff. de vindic. & in l. extitus controuerſiæ ff. de acquir. poſſ.* vbi Bar. *in ſumm.* ait poſſeſſorium retinendæ prius eſſe terminandum, vt poſtea petitorium terminetur; etenim quatuor hæc iura expreſsè diſponunt, vt tam interdictum recuperandæ, quàm aliud retinẽdæ cum petitorio ad inuicẽ concurrere, nõ poſſint, quia regula iuris eſt, vt prius cognoſcatur de poſſeſſorio, & demùm de petitorio, quodque iura prædicta adhuc in poſſeſſorio retinendæ locum habeant, dixit gl. *in d. l. incerti, in d. l. ſi de vi, & in d. l. ordinarij*, & Bar. *ibidem*, quicquid contrarium ſentire videantur Petr. & Paul. de Caſtro *in d. l. ſi de vi*; ſed pro parte Illuſtris Principis replicabantur prædicta omnia vera eſſe, quando vnus prius intentaret iudicium retinendæ, & alius poſtea, hoc iudicio poſſeſſorio pendente, vellet agere petitorio, obſtaret enim regula ordinis, idque ſiue verſaremur in corporalibus, ſiue in incorporalibus, vt dicit Bar. *in d. §. nihil commune*, & Afflict. *deciſ.* 155. in tantùm, quod prædicta omnia benè procederent, ſi per Regiam Cameram non fuiſſet interpoſitum decretum, quod vniuerſitas Atellæ, lite pendente manuteneretur in poſſeſſione, ſeu quaſi dictorum iurium; ſed quia hoc erat iam deciſum, nulla ſe offerebat contrarietas, nullaque repugnabat ordinis regula, quæ ad alium finem introducta non eſt, niſi vt ſciatur, quis actoris, & quis rei partes ſubſtinere habeat; vndè meritò per Regiam Cameram fuit prouiſum licuiſſe Illuſtri Principi de iuribus ſuis in iudicio proprietatis experiri; ſicque compertum aliàs Regiam Cameram in caſu ferè ſimili iudicaſſe in cauſa nobilis Leonardi de Zocchis, aliàs Terracina, cui Dominus Prorex officium in Regia Sicla conceſſerat, hic enim cum egiſſet interdicto retinendæ contra Magiſtros Rationales, & obtinuiſſet, vt lite pendente, manuteneretur in poſſeſſione, ſeu quaſi dicti officij, termino in cauſa impartito, ſtatim ipſemet cumulando petitorium petiit declarari, nullum ius dictis magiſtris Rationalibus competere, & cum illi de iſtorum iudiciorum incompatibilitate excepiſſent, facta relatione in Regia Camera per Dominum Regentem fuit deciſum potuiſſe dictum Leonardum vtrumque iudicium cumulare, quia nulla regula obſtabat, vt notat Bar. *in d. §. nihil commune*, ſicque latum fuit decretum, quod terminus aliàs datus curreret in vtraque cauſa ab hodie.



---

## OBSERVATIO.

1 HAbemus hìc ex tex. vulgato *in l. ordinarij* 13. *C. de rei vindicat. cum concord. allegatis*, poſſeſſorij retinendæ, & petitorij cumulationem omnino eſſe prohibitam, vndè prius examinandum, & excutiendum poſſeſſorium retinendæ, quàm de rei proprietate agi poſſit, ſcripſerunt ex recentioribus DD. nouiſſimè relati à Ludouico Puſtio *in ſuo tract. de manutenendo obſer.* 7. *num.* 15. *&* 74. Rot. *deciſ.* 368. *num.* 9. *par.* 1. *recentio.* rationem aſſignat Io. Garz. *in ſuo tract. de nobilit. gl.* 11. *num.* 6. *in initio.* vbi ex Bar. docet in poſſeſſorij retinendæ, & petitorij cumulatione apertam ſubintrare repugnantiam, quia, qui venditionem intentat, facit reum conuentum poſſeſſorem; at verò contra, qui poſſeſſorium retinendæ inſtituit, tunc enim ſe poſſeſſorem conſtituit, addit textus cauſam hanc poſſeſſionis, & proprietatis, vt vnum continens, fore, & eſſe ab eodem Iudice diffiniendam; ex hoc inſignis Menoch. *in ſuo tract. de arbitr. iudic. caſu* 371. *num.* 7. *&* 8. ad confirmandam illam receptam omnium ſententiam, quod Iudex præparatorij ſit etiam Iudex præparati, diſpoſitionem tex. *in d. l. ordinarij*, ſic conſiderabat; cauſam nimirum poſſeſſionis eſſe præparatoriam ad cauſam proprietatis, cum petitorio agi non poſſit, ſi non conſtat, quis poſſideat: *§. retinendæ Inſtit. de interd.* & ob id illa prius diſcuti debet, vt *in hac l. ordinarij, & in l. incerti C. de interdictis. in l.* 1. *C. de appellat.* & clarius *in l. liberis §. vlt. ff. de liberal. cauſa*, Bal. *in cap.* 1. *in* 4. *oppoſit. extra de ordine cognit.* ſiue ergo, ratiocinatur Menoch. præparatorij vi hoc eſſe dicamus, ſiue alia ratione, illud



Digitized by Google

vnum ſemper ſequitur, nimirum cauſam poſſeſſionis eſſe vnum continens cum cauſa proprietatis,& ob id diuidi non poſſe; ſed eſſe ab eodem Iudice terminandam, quod clarius ſubdit probari *in cap.1. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* idemque reſpondiſſe Socc. *conſ.38. in princ. lib.1.* Aret. *conſ.29.num.24. in fine*, Afflict. *deciſ.354. num.13. verſ. ſecundo*, & Rebuff. *in arbore exceptionum,num.16.in fine*, & quamuis Iacob.Cuiac. *obſer. lib.2. cap.35.* in eam deſcenderit ſententiam, nimirum cauſam poſſeſſionis, & proprietatis poſſe quidem ab eodem Iudice diffiniri; ſed neceſſariò omnino id non contingere, & ob id ſcripſerit, Iudices, ſi volunt, cognoſcere poſſunt; ſed cogi nullatenus; attamen Menoch. cum communi melius arbitratur, Iudicem ad id cogi poſſe, quia ſicut competens cognouit iam ſuper poſſeſſione, ſatis declarauit velle etiam ſuper proprietate poſſeſſioni connexæ cognoſcere; augetur ratio, hoc in Iudicis facultate eſſe non poſſe, poſtquam non ratione commodi ipſius id contingit;ſed fauore publico, vt quanto citius lites finiantur, nec non, & fauore litigantium, ne nouis fruſtrarentur expenſis, nouoque labore ad nouum Iudicem inſtruendum.

2 . Hæc in poſſeſſorio retinendæ; ſed quid in poſſeſſorio adipiſcendæ, ſiue recuperandæ, an etiam ordinis ratio repugnet, vt illud ſimul cum petitorio cumulari non poſſit; vide gl. Magiſtralem *in c. cum delectus, in verbo poſſeſſorio, de cauſa poſſeſſ. & propriet.* vbi dicit, quod ſimul poteſt agi de poſſeſſione recuperanda, & de proprietate ab eadem perſona, nec eſt iſtud contra ordinem iuris, nec contrarietas, vel repugnantia hîc inuenitur, idemque ſcripſit Bar. *in l.naturaliter §.nihil commune num.17. ff. de acquir. poſſeſſ.* optimè Menoch. *de adipiſcenda poſſeſſ. remed.4. num.521. & ſequent.*

## *ARGVMENTVM.*

Pater an, & quando poſſit vendere, vel donare, quod ſui contemplatione filio eſt donatum. Teſtes conſanguinei, & domeſtici, an ad metum probandum admitti poſſint. Iuramentum an ſuppleat defectum minoris ætatis, ſi minor, vti maior contraxerit, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCXLVIII.

1 POSSIDENTE Camillo de Dado officium Magiſtri actorum M.C.V. ex renunciatione ſibi facta à Cæſare de Dado eius patruo,illud inſimul cum Alexandro patre renunciauit in manibus Regiæ Curię in beneficium Viti Antonij vicedomini,quo defuncto,fuit inueſtitus Scipio de Martino, & cum hic in poſſeſſione exiſteret, fuit à dicto Camillo conuentus ad dictum officium dimittendum, allegando renunciationem per ipſum factam ad beneficium dicti Viti Antonij fuiſſe vi, & metu paterno extortam & tempore, quo erat in minori ætate conſtitutus,vndè inſtabat,annullata dicta renuntiatione, forè reponendum in poſſeſſionem, ſeu quaſi dicti officij; contradicebant Scipio conuentus, & Regius Fiſcus quocirca fuit dubitatum in Regia Camera, an dictus Camillus in ſua inſtantia bonum foueret ius.

Fuit per Regiam Cameram deciſum, conuentum, ac Regium Fiſcum forè ab impetitis per Camillam abſoluendos. Ratio deciſionis fuit prima ( quicquid de minori ætate dicebatur,quæ ex vi iuramenti allegari non poterat)quia metus allegatus probatus non fuit, teſtes enim de metu deponentes vltra eorum varietatem, erant mulieres; nimirum mater actoris, amita, ac duæ materteræ, quæ licèt aliàs admitti ſoleant, præſertim ſuper his,quæ domi fiunt, ad tex. *in leg. conſenſu C. de repud. & in l. quoties C. de naufra. lib.11.* tamen minor fides ſemper eis adhibetur, notant DD. *in l. parentes C. de teſtibus*; vndè ſubintrabat diſpoſitio tex. *in vulgata leg.3. §.1. ff. de teſtib.* ibi *tu magis ſcire potes quanta fides* &c. Secunda fuit ratio, quia hoc officium renunciatum extiterat dicto Camillo à Ceſare da Dado fratre vtrinque coniuncto Alexandri eius patris, ſicque dicebatur illius contemplatione donatum, & conſequenter cenſebatur officium illud profectitium, per tex. & ibi Bar. & omnes *in l. ſed ſi plures §. in arrogato ff. de vulg.& pupil.in l.dedit dotem ff.de collatio.bonor.* Bar. *in l. cum oportet C. de bonis quæ lib. & in l.1. §. nec caſtrenſe ff.de collat.bonor.* ſi profectitium tam reſpectu vſufructus, quàm proprietatis fuit patri, & non filio quæſitum; in hoc enim peculio ius nouum nihil eſt immutatum, notant Bar. & cæteri *in d. l. cum oportet, & in l. placet ff. de acquir. hæredit.* Alex. *conſ.179. lib.5.* & ſucceſſiuè poterat ſolus Alexander de illo diſponere, ad notata per Andr. *in cap.1. §. & ſi libellum de alien. feudi. pater.* & per Bal. *in l.1. in fine C. per quas perſonas nobis acquir.* ſemper enim, quod à conſanguineis patris aliquid filio datur, patris contemplatione donatum cenſetur, adhuc ſi in tali donatione dictum non fuerit, quod ſit donatio ratione conſanguinitatis,vt benè per Aret. *in d. §. in arrogato*, quicquid Ang. ibi contrarium firmare videatur; Nec obſtare dictum fuit per renuntiationem factam à Cæſare in manibus Regiæ Curiæ ad fauorem Camilli, cenſeri à Rege eundem Camillum inueſtitum, ad inſtar Caſtrenſis peculij,vt patri, neque proprietas, neque vſusfructus acquiratur, ad tex. *in l. cum multa C. de bonis quæ liber.* etenim reſpondebatur tex. illum loqui, quando Princeps ex ſua mera, & pura liberalitate donat, quod non erat in caſu, de quo agebatur, in quo Cæſar Camillo nepoti, renuntiatione

Digitized by Google

tiatione mediante, officium dederat, & certè contemplatione fratris ſui Alexandri, provt dicitur de feudo, quod quæritur filiofamilias, vt patri, nec etiam quoad vſufructuum acquiratur iuxta notata per Bal. *in l. ſi vxorem C. de condit. inſer.* & melius *in d. l. cum oportet in princ. C. de bon. quæ liber. & in cap. 1. §. fin. de duobus fratribus de nouo benefic. inueſtit.* & tamen ſi eſſet datum patri, & filio eius nomine proprio à conſanguineo patris, non præcedentibus filij meritis, cenſetur totùm feudum patri quæſitum, vt notat Andr. *in d. §. & ſi libellum, & in cap. 1. de feud. quar.* fuit etiam conſideratum, quod dictus Alex. Camilli actoris pater pauperrimus erat, & quod nihil penitus poſſidebat, ſicque in maxima erat conſtitutus ægeſtate, quo caſu ſi licitum eſt patri filium vendere, *l. 2. C. de Patribus, qui filios diſtract.* ergo & multo magis eius bona, ex quibus omnibus meritò Regia Camera, iſto Domino Regente referente, decreuit Scipionem conuentum, qui lite pendente poſtremùm ſuum clauſit diem, ac Regium Fiſcum eſſe abſoluendos.

## OBSERVATIO.

1 HÆc eſt altera deciſio Domini Regentis noſtri, quæ de verbo ad verbum impreſſa reperitur, inter deciſiones Domini Regentis Salernitati, & ſub eius nomine 53. in ordine, quod quomodò contigerit, dico denuo, quod aliàs dixi, me penitus ignorare, ſed deueniendo ad rem, vt cernis, tres concluſiones principales ex hac deciſione deſumuntur, quarum prima eſt, quod licèt teſtes aliàs inhabiles idonei reputentur, præſertim circa ea, quæ domi fiunt, attamen ſemper eiſdem minor fides eſt habenda; quocirca, in caſu huius deciſ. Regia Camera non habuit pro vera depoſitionem illorum teſtium domeſticorum, ſiue conſanguineorum de metu à patre filio illato deponentium. Hic animaduertendum eſt ad commune illud axioma, nimirum, vt quando veritas aliter haberi non poteſt, teſtes aliàs minus idoneos fidem facere, vt per DD. à me citatos *lib. 2. mearum reſolut. cap. 9. num. 8.* hoc ſanè in cauſis criminalibus intelligendum, quando ex natura facti, & negotij alij teſtes veriſimiliter non poterant intereſſe, provt in exemplis poſitis per Farinac. *in tract. de teſtib. quæſt. 56. num. 52.* & per Marſig. *ſingul. 73.* ſecus verò affirmandum, ſi ex natura illius facti, alij teſtes idonei poterant adeſſe, & occurrere, licèt caſualiter non interfuerint, tunc enim teſtibus aliàs inhabilibus nulla adhibetur fides, quamuis ab aliis habilibus veritas haberi non poſſit; ita ſanè ſcripſerunt Aret. *in cap. cum à nobis de teſtibus* Cappell. Tholos. *deciſ. 4. num. 7.* Hippolyt. de Marſigl. ſatis benè *citato ſingul. 73. per totum,* Grammat. *conſ. 26. 45. & 59.* aliique plures relati ab Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib. 1. tit. de teſtib. concl. 7. num. 5.* quibus ex recentioribus addo Proſp. Farinac. *cit. quæſt. 56. numer. 58.* & Maſcar. *de probat. concl. 762. num. 17.*

2 Altera, quæ ex hac deciſione deſumitur concluſio, ea eſt, vt ſemper quod à conſanguineis patris aliquid filio datur, patris contemplatione illud datum cenſeri, tu ad huius concluſionis pleniorem declarationem, & intelligentiam, vide quæſo, & omninò *D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuertterij.* quæ Ego ſcripſi ſupra *in obſeru. ad deciſ. 285.*

Ad confirmationem autem alterius concluſionis, 3 vt licitum ſit patri, in caſu neceſſitatis famis proprium vendere filium, vide, quæ nouiſſimè ſcripſit Philip. Paſcal. *de viribus patr. poteſt. par. 1. cap. 1.* quo loci *n. 12.* affirmat, facultatem hanc patri tributam filium vendendi ob famis neceſſitatem, matri nullatenus eſſe communicatam.

Vltimo placet hìc aduertere, circa illud quod Dominus Regens noſter hìc euomit, nimirum de minori ætate filiis renunciantis nullam fuiſſe habitam rationem, ex quo renunciatio cum iuramento contigit, ad tex. *in Authen. Sacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit.* vt hoc procedat quando minor vti talis iurauit, certioratus de eius minori ætate, quia ſi vti maior contraheret, quod contingeret, ſi in inſtrumento, in quo ſe obligauit, nulla de minori ætate fuiſſet facta mentio, tunc enim licèt ipſe verè ſit minor, attamen iuramento non obligatur, ita ſanè ſcripſerunt Ang. *in d. Authen. Sacramenta puberum,* ſub illis verbis, *ad omne tamen dubium tollendum facias ſemper inſeri in teſtamento ratione minoris ætatis, item facias inſeri, quod minor ſufficienter fuit certioratus de beneficio minoris ætatis, aliàs non teneret iuramentum ſecundum Dyn. qui ita conſuluit* &c. idemque Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg. 83. num. 59.* Simoncell. optimè *de decreto lib. 3. tit. 8. num. 204.* Ego ipſe *reſol. iur. lib. 2. cap. 136. n. 8.* 4

## *ARGVMENTVM.*

Hæres, teſtatore defuncto, ſi reiuindicationis iudicio, vt quilibet poſſeſſor fuerit in ius vocatus, an poſſit opponere de tempore confectionis inuentarij; Et quid ſi iudicium eſſet cum defuncto inceptum; Et quid ſi conueniretur actione hypothecaria.

## DECISIO CCCXLIX.

DEFVNCTO Marchione Vaſti, inſtabat Io. Vincentius Coſſo pro expeditione cauſæ, quam cum illo habebat; ſed opponentibus hæredibus de tempore confectionis inuentarij, fuit dubitatum, an ſuperſedendum eſſet. 1

Pro hærede allegabatur tex. *in l. fin. §. donec C. de iure deliber.* vbi eſt caſus expreſſus, quod inuentarij confectione pendente, hæres moleſtari non poteſt, ſed pro parte Io. Vincentij replicabatur, textum illum locum non habere, quando hæres reiuindicationis actione, provt in caſu de quo agebatur, conuenitur, tunc enim non vt hæres, ſed vt quilibet poſſeſſor, in ius vocatur ita in eo tex. ſcripſerunt Odofre. Gugliel. de Cuneo, Bal. Salyc. Ang. Paul. de Caſtr. Alex. Iacob. & Iaſ. Cæterùm tam per Regiam Cameram, quàm per Sacrum Conſilium, iſto Domino Regente 2

referente, fuit iudicatum, eſſe in cauſa ſuperſedendum, donec conficiendi inuentarium tempus duraret. Ratio deciſionis fuit, quia tex. *in d. §. donec.* loquitur in actione hypotecaria, quæ eſt realis, ergo eodem modo in iudicio reiuendicationis locum habere debet, eſt enim eadem decidendi ratio, & ita in eodem tex. Cyn. & Alber. reſponderunt; etenim tunc demum poſſet contraria opinio procedere, quando iudicium de nouo inſtitueretur contra hæredem, non vt hæredem, ſed vt rei poſſeſſorem; quia tunc, vt quilibet extraneus diceretur ad iudicium vocatus, ſecus verò ſi lis proſequeretur cœpta, & conteſtata cum defuncto, prout erat caſus, de quo in hac deciſione; & hoc adeò, verum eſſe dictum fuit, quod ſi ex pluribus hæredibus vnus tantum rem totam, ſuper qua mota eſt quæſtio, poſſideret, non poterit ex inſtantia illa cum defuncto cœpta, & conteſtata condemnari, niſi pro portione hæreditaria, ea quidem ſupra allegata ratione, quia non vt poſſeſſor, ſed vt hæres conuenitur; ſecus verò ſi lis cum defuncto adhuc conteſtata non eſſet, quia tunc benè hæres ille, qui totam rem poſſidet inſolidum condemnari poſſet, ita ex tex. *in l. 2. §. fin. ff. de prætor. ſtipul.* docent ibi gl. Bar. Imol. & cæteri; ob quod Bar. *ibi*, quem communiter ſequuntur, addit, quod ſi actor nollet litem illam cum defuncto cœptam, & conteſtatam proſequi; ſed vellet de nouo illius hæredem, qui totum feudum poſſidet, conuenire, vtique poſſet, quia tunc non vt hæres, ſed vt poſſeſſor conueniretur.

## OBSERVATIO.

1 Deciſio hæc eſt ſimiliter de verbo ad verbum impreſſa ſub nomine Domini Regentis Salernitani, & eſt 54. in ordine, inter illius deciſiones nouiſſimè impreſſas, quonam modo fuerit ſic furto ſubtracta, prout & præcedens, & aliquæ vt infra notabimus, eſt prorſus mihi ignotum; ſed hoc tantùm ſcio, quod cum Dominus Præſ. de Franch. hanc eandem quæſtionem proponeret *in deciſ. ſua 352.* in qua refert, tam per S. C. quàm per Regiam Cameram, duobus tamen ex dominis votantibus exceptis, fuiſſe deciſum, quod procedatur in cauſa, nulla habita ratione de oppoſitione facta per hæredem, vt non poſſet moleſtari, durante termino confectionis inuentarij, ex quo in hoc caſu conueniebatur hæres, vt quilibet poſſeſſor, & non tanquam hæres, ſubdit demùm poſt prædictam cauſam deciſam, ipſum inueniſſe, quod dùm aliàs de hoc in eiſdem Tribunalibus dubitaretur in cauſa Io. Vincentij Coſſe, cum Illuſtre Marchione Vaſti, vt atteſtabatur Dominus Regens Reuerterius, in doctiſſimis ſuis ſcriptis (hæc eſt noſtra deciſio) fuit tentum communem opinionem, quæ ſe habet, vt poſſit hæres, vt quilibet poſſeſſor actione reali conueniri, adhuc durante tempore confectionis inuentarij, bene procedere, quando mortuo conuento, iudicium reiuendicationis inciperet cum hærede, eo enim caſu, quia hæres conueniretur, vt quilibet poſſeſſor, benè cogeretur, vt quilibet poſſeſſor reſpondere; At quando actor iudicium cum defuncto intentatum proſequi vellet cum hærede, in quem etiam iudicio particulari tranſit inſtantia, vtique hæres ſic conuentus dilatione, ad inuentarium conficiendum à iure conceſſa gaudere deberet, refert, & tandem Dominus Præſes, quod cum poſteà de hoc eodem articulo dubitaretur, in cauſa Illuſtris Ducis Boiani mortui, dum à Reuerendiſſimo Cardinale Carrafa eſset conuentus actione reiuindicationis ad feudum quoddam dimittendum, oppoſito per hæredem de tempore dato ad conficiendum inuentarium, factaque per actorem replicatione, quod diſpoſitio *l. fin. §. donec C. de iure deliber.* non procedebat, quia agebatur reiuendicatione, fuit deciſum, quod dicta exceptio obſtabat, ex eo quod continuabatur iudicium cum defuncto cœptum, non autem conueniebatur hæres, vt quilibet poſseſsor, & ſic deciſio Domini Regentis noſtri, vndique firma remanet, vt hæres etiam in actione reiuendicationis contra defunctum inſtituta, durante trimeſtre ad conficiendum inuentarium moleſtari non poſſit; ſic pariter ſcripſerunt Gizzarell. *deciſ. 76. num. 7.* & Iacob. Cancer. *var. reſol. lib. 3. cap. 2. num. 158.* vbi ſequitur diſtinctionem Domini Præſidentis noſtri de Franch. *in citata deciſ. 352.*

Et demùm *num. 161.* quærit, an hæres durante 2 tempore confectionis inuentarij poſſit hypothecaria actione conueniri, & negatiuè reſpondit, quia etſi hypothecaria ſit actio in rem, verum cum deſcendat ex contractu defuncti, ſicque acceſsoria ſit ad actionem perſonalem, ſequitur certè eius naturam, & ſicut actione perſonali conueniri non poteſt, dum durat de tempore confectionis inuentarij, ſic pariter nec hypothecaria, quæ eſt perſonalis acceſsoria, & ex hoc *num. ſeq.* infert, quod vbi hypothecaria ex defuncti obligatione non deſcenderet, ſed qui ageret haberet rem aliquam hæreditariam aliunde obligatam, certè hoc caſu cum actio intentaretur realis per ſe, ait Cancer. ſequendam eſse diſtinctionem, de qua ſupra.

## ARGVMENTVM.

Fœminæ an comprehendantur ſub diſpoſitione tex. *in l. quiſquis §. filiis C. ad leg. Iul. Maieſtat.* Maſculinum in pœnalibus, an fœmininum concipiat? & de aliis &c.

## DECISIO CCCL.

Cvm Antonia de Raucio, vti 1 hæres quondam Comitiſſæ Sanctæ Seuerinæ eius amitæ egiſſet actione hypothecaria ſuper Ciuitate Vgenti pro conſequutione ducatorum 1570. quorum dicta Comitiſſa erat creditrix Ferdinandus Pandonus illius Ciuitatis, poſſeſſor oppoſuit actricem, actione carere, ex quo erat filia quondam Comitis Raymundi de Raucio Rebellis, & vti talis, nedum paterna, & materna ſucceſſione dicebatur incapax, ſed etiam agnatorum, imò, & extraneorum, ex nimis vulgata diſpoſitione tex. *in l. quiſquis*

§. filiis

Digitized by Google

*§. filiis C. ad leg. Iul. Maieſt.* ſed replicante Antonia actrice, textum modo citatum in fœminis non procedere; ſed tantùm in maſculis, fuit dubitatum quid iuris.

2 Diſcuſſo articulo in Regia Camera, iſto Domino Regente referente, pro Antonia actrice pronunciatum extitit, ſicque tentum tex. *in d. §. filiis*, in fœminis non procedere, idque ratione, & authoritate; ratione, & primò, quia vbicumque agitur de odio irrationabili, adhuc legis diſpoſitione attenta, maſculinum non concipit fœmineum, probat Bar. *in l. 1. ff. de verb. ſignific.* fœminæ enim ſemper minus puniuntur, tanquam propter ſexus fragilitatem minus audaces, ita Archid. *in conſ. ſi quis 6. quæſt. 1.* & in terminis ſtatuti ob crimen læſæ Maieſtatis punientis patrem, & ſuos, quod appellatione ſuorum fœminæ non veniant, dixit Aret. *conſ. 39.* conſiderabatur ſecundò; quod ſi ſub diſpoſitione *d. §. filiis*, vbi filij rebellis ab omni ſucceſſione paterna, materna, agnatorum, & extraneorum excluduntur, pariter, & fœminæ comprehenderentur, hoc eſſet contra tex. *in §. ſeq.* quod incipit *ad filias*, vbi filia in bonis maternis legitimam conſequitur, ergo dicere oportet, quod tex. *in §. filiis* loquitur tantùm de maſculis, non autem de fœminis, nec aſſeuerandum tex. *in §. filiis* limitari per tex. ſeq. *in §. ad filias*, quia eſt hæc principalis diſpoſitio, vt ex littera conſtat. Authoritate, etiam probatur ſententia hæc, etenim ſic indiuidualiter reſponderunt. Franc. Aret. *dicto conſ. 39.* Ang. *in tract. de malef. in verb. & hai tradito la tua patria num. 12.* Iaſ. *in l. ſi quis id quod num. 16. ff. de iuriſd. omnium iudicum*, & alij, Vnde &c.

---

## OBSERVATIO.

1 ET hæc quoque Deciſio reperitur inter nouiſſimè impreſſas Domini Regentis Salernitani, & ſub eius nomine, & eſt 52. in ordine furto ab Impreſſore ſubtracta, provt, & aliquæ ex præcedentibus, & ſubſequentibus, quas in ſuis propriis locis obſeruauimus. Hîc habemus determinatum, tex. *in l. quiſquis §. filiis C. ad l. Iul. Maieſt.* in filiabus non procedere, ea quidem principaliori ratione, quia Maſculinum, in odioſis odio irrationabili fœmininum non concipit, iſtamque communiorem, vt veriorem eſſe ſententiam, vltra Doctores à Domino Regente noſtro citatos, probarunt Gigas *de crim. læſæ maieſt. quæſt. 14.* Rola. *conſ. 93. in fine lib. 2.* Iul. Clar. *in §. crimen læſæ maieſtatis num. 10.* Decia. *in tract. crim. lib. 7. cap. 41. num. 13.* Alfarus *de officio fiſcal. gl. 20. num. 189.* Peregr. *de iure fiſci lib. 3. tit. 9. num. 8.* Farinac. *de crim. læſæ maieſtatis quæſt. 115. §. 3. num. 94. 95. & 96.* & ex Noſtratibus ſingulariſſime Dominus Regens de Pont. *conſ. 50. num. 16. & 17. lib. 2.* vbi *n. 18.* addit, tex. *in d. §. filiis.* non habere locum, niſi in filiis in poteſtate exiſtentibus, & quod hoc ſatis probatur *in §. ſeq.* incipit *emancipationes quoque*, qui præſupponit pœnas filiis impoſitas ob patris delictum, in filiis emancipatis locum non habere, id quod pariter notat expreſſè gl. *ibi in verb. non valeant, & in cano. ſi quis, in verb. filij vero 6. quæſt. 1.* Afflict. *in conſtitut. Pactarenorum, in fine*, Baiar. *ad Iul. Clar. loco cit. num. 20:* vbi *num. præced.* nec tex. illum in filiis Clericis locum habere probat, ex Camillo Borrello *in tract. de compromiſſ. §. 1. gl. 3. num. 50.* vndè Dominus de Pont. infert. *num. ſeq.* quod cum ex noſtra conſuetudine, incipit, *ſed & mulier*, filiafam. eo ipſo, quod virum ducit, à patriæ poteſtatis nexu liberatur, textum *in d. l. quiſquis §. filiis* in illa locum non habet.

## *ARGVMENTVM.*

Frater patruelis, an legitimus ſit ſucceſſor ſorori ſuæ patrueli in feudo à communi ſtipite prouento. Priuilegij verba quando ſunt dubia, an à Iudice inferiore interpretari poſſint, & de aliis ad ornatum *prag. 11. ſub tit. de feudis* &c.

## DECISIO CCCLI.

INSTABAT Illuſtris Dux Ferandinæ forè declarandum ſucceſſionem bonorum feudalium Illuſtris Duciſſæ eius vxoris abſque deſcendentibus defunctæ, ad ipſum vti fratrem patruelem ſpectare, & pertinere, idque attenta gratia à Carolo Cæſare tunc Rege noſtro Regni huius Baronibus conceſſa, vt ſucceſſio bonorum feudalium extenderetur ad fratres patrueles maſculos prouenientes, & deſcendentes per lineam maſculinam à primo Domino, ac ſtipite feudi; ſed excipiente Regio Fiſco gratiam præfatam caſum hunc non comprehendere, ex eo quod per illam non erat ampliata ſucceſſio niſi inter fratres patrueles maſculos, nimirum quando feudatarius, qui moritur, & perſona, quæ ſuccedere vult, eſſent maſculi, non autem quando eorum alter eſſet fœmina dubitatum fuit, quid iuris. 1

Conſiderabatur, huius gratiæ dubia eſſe, 2 & conſequenter ad Principem conditorem pro interpretatione recurrendum, cum eius ſit interpretari, cuius eſt condere: *l. ex facto ff. de vulg. & pupil. c. cum veniſſent extra de iudic. c. inter alia, de ſenten. excom. l. leges l. cum de nouo, & l. fin. C. de legibus cap. 1.* vbi Abb. & cæteri, *de poſtul. Prælat.* & licèt non deſint Doctores, qui dixerint poſſe Iudicem inferiorem priuilegium interpretari, quando illius verba ſunt dubia, dummodo tanta non ſe offerat obſcuritas, vt de facili ſenſus percipi non poſſit, tamen poterit ſi vult interpretationem ad conditorem remittere, ita notabiliter Innocentius *in dicto capitulo cum veniſſent.* & Angelus *conſ. 274.* verùm quando de Principis mente interpretanda tractaretur, itavt ex ſui diffi-

cultate nullo modo res decidi poſſet, tunc omnino ad Principem eſt recurrendum, vt per Abbatem *in d. c. cum veniſſent*, *& in cap. 1. de iuram. calumn.* idemque vbi tractatur de interpretatione Priuilegij per viam correctionis, vt quia dicitur, non potuiſſe Principem ita ſtatuere, vel de Priuilegij validitate ageretur; his etiam caſibus ſolus Conditor interpretatur, vt per Io. Andr. Ant. de Butr. Abb. Dec. & alios *in d. c. cum veniſſent.* Bald. & Paul. de Caſtr. *in l. hi, qui ad ciuilia C. de appellat.* at vbi de viribus Priuilegij non tractatur, ſed de priuilegiato; vt puta ſi opponeretur Priuilegiatum non eſſe Priuilegij capacem, vel priuilegium eſſe ſubreptitium, & eo caſu poteſt Iudex incidenter cognoſcere, vt per Abb. *locis citatis.* Quando autem Princeps eſt præſens, tunc abſurdum eſt, per Iudicem inferiorem legem interpretari; eo autem abſente hoc Iudici permitti non dubitatur, ſi tamen verba priuilegij ſunt clara, & aperta, ita DD. tam *in d. l. cum de nouo*, quàm *in d. c. cum veniſſent*, at ſecus ſi obſcura, & dubia, quia tunc ad Principem eſt recurrendum, vt per gloſ. Innocent. Hoſtienſ. Io. Andr. & Card. *in d. c. cùm veniſſent*, quicquid aliter ibi Aretin. ſentire videatur, nec nouum eſſe dicebatur ſuperiorem pro ſuæ legis, reſcripti, vel priuilegij interpretatione conſulere, ſunt Iura *in l. Diui fratres ff. de pœn. in c. ſi quando extra de reſcript.* & eſt melior tex. *in l. non ſine ratione C. de bonis, quæ liber.* & aliàs compertum fuit in cauſa Baronis Sulmonis fuiſſe dictum, fore Principem conſulendum ſi Amita nepoti ſuccedere poterat, provt Patruus item in cauſa tractarum Illuſtris Principis Salerni, item per Commiſſarios cauſarum Rebellium, an in Indultu generali bona alienata venirent.

## OBSERVATIO.

1 IN Parlamento generali in hoc Regno conuocato de anno 1536. inter alias gratias, quas ciuitas hæc fideliſſima ac Regni Proceres, & Barones à Carolo Cæſare felicis recordationis expoſcere, ea fuit, vt ſucceſſio in bonis antiquis feudalibus, in linea Collaterali à Conſtitutione *vt de ſucceſſionibus* vſquè ad tertium gradum reſtricta prorogari, ampliari, & extendi dignaretur, vſque ad quartum gradum incluſiuè cui ſupplici libello Cæſarea illa Maieſtas, per hæc verba reſpondit. *Placet præterea, vt extendatur ad fratres patrueles maſculos prouenientes, & deſcendentes per lineam maſculinam à primo Domino, ac ſtipite feudi.* Sic legitur *in cap. 1. in libro priuilegiorum, & gratiarum huic Regno, & Ciuitati conceſſarum fol. 102.*

Cuius quidem gratiæ vigore, cùm demùm contigiſſet, vt è viuis decederet D. Maria Caſtriota Ferandinæ Duciſſa, nullo ſibi ſuperſtite filio, prætenſionem habuit D. Ant. Granai Caſtriota eius vir, ad ipſum vti fratrem patruelem, bonorum feudalium ſucceſſionem ſpectare, & pertinere; ambo enim à primo feudorum acquiſitore per lineam maſculinam deſcendebant; ſed excipiente Reg. Fiſco, qui eorundem bonorum poſſeſſionem vigore cap. *ex præſumptuosè*, acceperat, vt dictum eſt ſupra *deciſ. 215.* gratiam præfatam caſum hunc non comprehendere; fuit in Reg. Camera dubitatum, quid Iuris, vt in hac deciſione.

Sed quia verba gratiæ prædictæ nimis dubia viſa fuêre, reſolutum fuit, eundem Carolum Cæſarem eſſe adeundum, ad hoc vt declarare dignaretur, an attenta gratia prædicta, potuiſſet Don Antonius Duciſſæ vxori, & ſorori in feudis antiquis in illius hæreditate remanſis aperto iure ſuccedere; vndè credens ipſe ius fouere bonum, ad Cæſarem Regem noſtrum recurrit, ſic pro huiuſmodi declaratione humiliter ſupplicando, cui per hæc verba fuit reſponſum. *Tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia deliberatè, & conſulto dicimus, promulgamus, decernimus, & declaramus in quantum opus eſt, non fuiſſe noſtræ mentis, neque intentionis comprehendere præſentem caſum in d. cap. ſed tantummodo extendere ſucceſſionem in bonis feudalibus in linea Collaterali, vſque ad quartum gradum ad fratres Patrueles maſculos prouenientes, & deſcendentes per lineam maſculinam à primo ſtipite, ita quod inter eos maſculos ſuccedatur, & proindè inueſtituram præfatam petitam pro parte dicti D. Antonij Granai Caſtrioti actoris non eſſe eidem concedendam ſed feuda præfata fore aperta, & deuoluta dictæ noſtræ Regiæ Curiæ per lineam finitam, obſequutam mortem D. Mariæ Caſtriotæ Duciſſæ Ferardinæ, ſine hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, taliter per præſentes dictum capitulum interpretantes, & declarantes, &c.* ſic legitur *in pragm. 11. ſub tit. de feudis*, ad cuius ornatum videnda ſunt, quæ ſcripſerunt Vrſill. ad Afflict. *deciſ. 292.* Reg. Lanar. *in repet. cap. 1. num. 90. de ſucceſſ. feud.* Ego ipſe *reſol. iuris, lib. 1. cap. 126. num. 63.* & omnium ſingulariſſimè, Reg. Vrſinus *de ſucceſſ. feud. par. 2. quæſt. 10. per totam*, quo loci ex tenore dictæ declarationis tres articulos fuiſſe deciſos probat, quorum Primus, vt frater patruelis quantumuis maſculus, & per maſculum à ſtipite deſcendens ſorori patrueli ſimiliter per lineam maſculinam ab eodem ſtipite deſcendenti non ſuccedat; ſecundus vt frater patruelis maſculus multò minus ſuccedere poſſit ſorori patrueli per fœminam à ſtipite deſcendenti; Tertius vt ita demum frater patruelis fratri patrueli ſuccedat, ſi Auus ſtirpes vtriuſque maſculus ſit, non etiam ſi fœmina, ſicquè per Regiam Cameram deciſum ex Io. Vinc. de Anna *in repet. cap. 1. n. 94. de vaſſall. decrep. ætat. & in allegat. 34. num. 20.* vbi ſe id à Domino Regente noſtro tunc Regiæ Cameræ Præſidente accepiſſe teſtatur. 2

Ad confirmationem autem principalis concluſionis in hac deciſione à Domino Regente noſtro firmatæ, vt pro interpretatione reſcripti, ſiue Priuilegij, quando verba ſunt dubia, ſit ſemper ad Principem recurrendum, cum eius ſit actum interpretari, cuius eſt condere, ſiue actum facere, vltra DD. hîc citatos videndi ſunt Greg. Lopez *in l. 2. in verb. & quando auaſciere tit. 1. par. 2. & in l. 27. gloſ. 1. num. 18. par. 2.* Ruin. *conſ. 38. num. 8. lib. 1.* Cotta *in ſuis memorial. in verb. priuilegium* Io. Garz. *de nobil. gloſ. 1. §. 1. n. 1. & 2.* Guttier. *pract. lib. 2. quæſt. 28. num. 2.* Gaill. *pract. obſer. lib. 1. obſer. 1. num. 7.* Caccher. *de iuriſdict. ordinar. in exemptos lib. 2. quæſt. 13.* Surd. *conſ. 558. num. 6.* Mant. *de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 1. num. 55. & ſeq.* Palat. Ruu. *in repetit. c. per veſtras notab. 2. §. 1. num. 49.* Sylu. *in ſum. in verb. interpretatio quæſt. 2. & in verb. Iudex 2. in fin.* Henriq. *in ſum. par. 1. lib. 7. de indulg. cap. 29. num. 3.* & alij relati per Auguſt. Barboſ. *in collect. ad c. cum veniſſent de Iudic.* 3

ARGV

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius an ſit concedendus ſuper contractu alienationis feudi faciendæ à feudatario legitimo carente ſucceſſore, eo ſub prætextu, quod in illius acquiſitione Rex acquirenti poteſtatem tribuit feudum illud alienandi, donandi, dequè eo libere diſponendi, ſaluo tamen Regio Aſſenſu. Rex an, & quando feudi alienationi conſentire teneatur, & quæ ſit iuſta cauſa denegandi aſſenſum.

## DECISIO CCCLII.

1 IN eadem cauſa, de qua in Deciſione præcedenti, cum compertum eſſet, Illuſtrem Duciſſam dum viueret duo feuda ab Illuſtri Duce Patre ſuo pro ſe, eiuſque filiis ex corpore legitimè deſcendentibus acquiſita, præuio tunc Domini Proregis aſſenſu alienaſſe, quia Dux eius vir, & frater patruelis ſuccedere nullo modo poterat, cum quarto coniungeretur gradu, ſicque in his feudis ceſſabat prorſus prætenſio, quam ſuper aliis feudis antiquis, vigore gratiæ, de qua ſuprà, habebat, inſtabat Regius Fiſcus nullam declarari alienationem illam, ex eo quod Domini Proreges nullam habent aſſentiendi poteſtatem alienationibus bonorum feudalium, dum alienantes legitimo carent ſucceſſore; ſed excipientibus dictorum feudorum emptoribus de inueſtitura Ducis Patris primi illorum feudorum acquiſitoris, in qua legebatur facultas vendendi, & alienandi Regio Aſſenſu interueniente, fuit dubitatum, quid iuris.

2 Pro emptoribus, & poſſeſſoribus allegabatur Loffred. qui *in c.1. §. donare verſ. vidi aliquando dubitari, qual. olim pote. feud. alien.* plenè examinato articulo, deciſum teſtatur, quod quoties in inueſtitura habetur, vt inueſtitus poſſit feudum vendere, tenetur ſupremus Dominus alienationi conſentire; vndè ex hoc inferebatur benè potuiſſe Proregem aſſentire, nec aliter hunc caſum comprehendi ſub diſpoſitione Pragmaticæ Sanctionis prohibentis Illuſtriſſimis Proregibus aſſenſum præſtare feudatariis feuda alienantibus, dum legitimo carent ſucceſſore; ſed contraria ſententia hîc ſubſtinetur, ſicque tenetur alienationem prædictam à Duciſſa factam, prorſus fuiſſe nullam, cum nec etiam ipſe Rex, ſi ad illum fuiſſet habitus recurſus, aſſentire tenebatur, Primò quia clauſula illa, quod potuiſſet Dux inueſtitus alienare, appoſita erat de Stylo Cancellariæ, & vti acceſſoria ad principalem diſpoſitionem, non niſi ſecundum illius naturam regulabatur, ad tex. *in Clem.1. de præben.* & notata per Aret. *in l.fin. col.fin. & in l.qui Romæ §.duo fratres ff. de verb. oblig.* & per Soc. *in conſ.40. & 65. lib.1.* imò dato, quod clauſula illa per viam principalis diſpoſitionis poſita eſſet, adhuc caſum propoſitum comprehendere non poterat, ſed illam intelligendam fore eo caſu, quo feudatarius legitimo non careret ſucceſſore; etenim tunc Rex conſentire tenetur, quando feudum liberè, & perpetuò eſt penès feudatarium permanſurum, quo caſu aſſentiendo, non niſi obſtaculum tantùm tollit, provt eſt tex. iuxta gloſ. & ibi Bal. optimè hoc declarans *in l.ſi vt proponis C. de Seruo pignori dato manumiſſo*; At vbi feudum ob lineam finitam venit Regi aperiendum, conſentiendo Rex ipſe alienationi, diceretur rem ſuam futuram dare, vt per Andr. *in c.1.qui ſucceſſ. tene.* vbi dicit, quod ſi Rex concedit mihi feudum ſibi poſt mortem vaſſalli legitimo carentis ſucceſſore aperiendum, valet quidem conceſſio, itavt non poſſit Rex de cætero illam reuocare, eſt enim aſſenſus gratia, ac proindè Rex aſſentire non tenetur, niſi in caſibus, de quibus per eundem Andr. *in conſtit. ſi quis poſt litem*; in caſu de quo agebatur benè Rex aſſentire tenebatur, vbi Dux primus acquiſitor, ſiue Duciſſa eius filia legitimum habuiſſet ſucceſſorem, & his omnibus Dominus Præſidens Franciſcus Antonius Villanus cauſæ Commiſſarius addebat, quod in inueſtitura prædicta legebantur verba magis præciſa, quam in caſibus, de quibus per Loffr. *in d.§.donare*, cum diceretur, *noſtro aſſenſu interueniente penitus reſeruato*, quod verbum *penitus* importat ipſo iure: *c.ordinarij in fin. de offic. ordin. in 6.l.ſolutum §.ſi in ſortem ff.de pignor.action.l. ſi non ſortem in princ.ff.de condit. & demonſtr.* Aret. *in c.de cauſis in fin. de teſtibus*; Præterea dicebatur aſſenſum fuiſſe reſeruatum per ablatiuum abſolutum, qui conditionem importat: *l.à teſtatore ff. de condit. & demonſtr.* Vndè &c.

---

## OBSERVATIO.

NOſtrates omnes, neminè excepto, in ea ſunt ſententia, facta conceſſione à Rege de aliquo feudo, cum clauſula illa, quæ in inueſtituris paſſim apponi ſolet; nimirum *ad habendum, donandum, vendendum, alienandum, obligandum, in dotem dandum, noſtro tamen aſſenſu interueniente*, teneri ſemper Regem in caſu, quo feudatarius, qui cum hac lege feudum acquiſiuit, illud alienare vellet, huiuſmodi alienationi aſſentire ſuumque conſenſum præſtare, itavt 1

ſi

Digitized by Google

ſi requiſitus denegaret, habetur eo caſu aſſenſus pro præſtito, nam dum Rex ipſe conſentire promiſit, ſe obligauit obſtaculum ſuum tollere, quod ſi non facit, iudicetur factum, idque in omni alio caſu, in quo Dominus aſſentire tenetur ex neceſſitate, vt pro oneribus feudi, de quibus per Andr. *in conſtit. ſi quis poſt litem, & in cap. 1. §. quid ergo de alienat. de re alien. fact.* ita vno ore faxi ſunt Afflict. *in d. conſtit. ſi quis poſt litem num.* 12. *& in cap. 1. §. feudum ea lege, ſi de feud. defun. fuerit contr.* Loffred. *in cap. 1. §. donare verſ. vidi aliquando dubitari, qual. olim pot. feudum alien.* Capyc. *in c. Imperialem fol.* 22. *col.* 1. Camer. ibidem *fol.* 30. *litt. A,* Marin. Frec. *lib.* 2. *de ſubf. in* 29. *auth. num.* 7. *verſ. teneretur etiam aſsentire.* Marcell. de Maur. *alleg.* 18. *num.* 4. Reg. Lanar. *conſ.* 6. *numer.* 5. *& ſeq. conſ.* 30. *num.* 12. *& conſ.* 92. *num.* 10. Reg. de Pont. *de poteſt. Proreg. tit.* 7. §. 3. *num.* 13. *conſ.* 2. *à num.* 6. *ad* 10. *& conſ.* 81. *num.* 54. *lib.* 1. *& conſ.* 42. *lib.* 2. in quibus locis addit, quod quando deducetur in pactum id, quod erat de iure cōmuni diſpoſitum, alterat taliter, quod producit actionem, quæ aliàs de iure communi non præſtabatur, ad tradita per Bar. *in l. non impoſſibile ff. de pac.* & ex hoc dicendum, quod licèt de iure communi feudi alienatio cum Domini aſſenſu permiſſa ſit, non tamen lex Dominum, ad illum præſtandum; at ſi in conceſſione hoc deduceretur, habet conceſſionarius actionem, vt Dominus compellatur, idemque ſcripſerunt Oct. Bammac. *in d. §. feudum ea lege in* 5. *quæſt. num.* 51. poſt alios, quos citat, & nouiſſimè Horat. Mont. *in repet. d. c. Imperialem num.* 159. *fol.* 78. verum hæc omnia vnanimiter intellexerunt, dummodo Dominus iuſtam contradicendi cauſam non habeat, quia ſecus conſentire, ſuumque conſenſum præſtare non cogeretur.

2 Vndè hîc fuit dubitatum, an iuſta ſe offerat cauſa contradicendi, quando feudatarius legitimo careret ſucceſſore; & affirmatiuè Dom. Reg. noſter hîc reſpondit, nimirum, vt in hoc caſu Dominus aſſentire non teneatur, quamuis in inueſtitura legatur clauſula prædicta *ad habendum, vendendum, &c.* quia intelligitur, eo caſu quo feudatarius legitimo non careat ſucceſſore, ſicque feudum liberè, & in perpetuum ſit penès ipſum permanſurum, quæ opinio ſatis mihi placet, quicquid contrarium videatur voluiſſe Camer. *in d. c. Imperialem fol.* 30. *litt. I,* de quo meminit de Pont. *cit. conſ.* 42. *num.* 15. *lib.* 2. etenim nemo ſani capitis vllo vnquam tempore putabit Regem feudum concedentem cum poteſtate alienandi, ſaluo ſemper, & reſeruato eius aſſenſu, eius intentionis fuiſſe, vt ſi feudatarius voluiſſet demùm feudum illud vendere tempore quo legitimo careret ſucceſſore, quem tamen tempore feudi acquiſitionis habebat, eius inquam mentis fuiſſe, velle ſuper huiuſmodi alienatione aſſenſum præſtare, excepto ſi tempore conceſſionis hic conceſſionarius ad hoc legitimum in feudis hæredem non habebat, provt erat caſus *d. conſ.* 42. Dom. Reg. de Pont. qui *num.* 16. benè dicit, quod tunc Rex ſciebat, vel ſcire debebat conceſſionarij conditionem, vide illum, quia in hoc caſu benè loquitur.

## *ARGVMENTVM.*

Debitoris Electio, quæ in alternatiuis conſideratur, an locum habeat in gratiis, ſeu Principum beneficiis alternatiue alicui conceſſis, itavt concedentis debitoris pariter ſit electio, quam gratiam velit concedere, Et an regula hæc, vt *in alternatiuis electio ſit debitoris*, procedat quando, vnum tantum eſt in obligatione, & ſolutione, & de aliis.

## DECISIO CCCLIII.

INSTABAT Illuſtris Ioannes Andreas ab Auria, vt pro exequutione gratiæ ſuæ Catholicæ Maieſtatis ſibi ſoluerentur ducati ſeptem mille ſuper tractis peruentis, aut perueniendis, vel ſuper iure tot tractarum huius Regni, & cum per Regiam Cameram prouiſum eſſet, quod cum effectu quantitatis prædictæ fieret ſolutio, vel ex pecunia, ex tractis peruenienda, vel in tot tractis ad dictam Summam aſcendentibus ad rationem ducatorum quindecim pro quolibet curru, Illuſtriſſimus Dominus Prorex mandauit licere dicto Illuſtri Ioanni Andreæ extrahere currus quatrincentum ſeptuaginta octo, & duos Tertios frumenti, ſicque fuerunt expeditæ prouiſiones directæ magiſtris Portulanis Apuleæ, & Aprutij, vt extractionem prędictam permitterent, illiſque Partibus conſignatis, inſtitit Regius Fiſcus eas ſibi reſtitui, ſub prętextu, quod inſurrexerat rumor ius tractarum fuiſſe in maiori prętio ducatorum quindecim pro quolibet curru, prętendens per hoc aliter ſatisfacere dicto Illuſtri Ioanni Andreę, ſed illo excipiente, quod non poterat Fiſcus hoc prętendere, ſic variando, ex quo per conſignationem prouiſionum Regię Camerę ius erat ei quęſitum, fuit quid iuris dubitatum. 1

Regia Camera, facta relatione in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege ſub die 10. Decembris 1568. pro Illuſtri Ioanne Andrea pronunciauit, his principaliter perpenſis, & Primò quod licèt regulariter quando aliquid alicui ex contractu debetur alternatiuè, debitoris ſit electio, *l. plerumque, ff. de iure dot.* hoc tamen in gratiis, ſeu Principum Priuilegiis alicui alternatiue conceſſis locum non habet, cum eo caſu electio ſit illius, cui gratia elargita fuit, ita Bal. & Aret. *in l. qui duos ff. de leg.* 1. *in l. fin ff. de conſt. Princ. & in l. ſi ſis ſtipulatus, ff. de verb. obligat.* Secundò quia gratia Principis potius vltimę voluntati, quàm contractui ęquiparatur vt per Bald. *in l.* 2. *§. ſed etſi quis C. commun. de legat.* Roma. *conſ.* 348. *&* 383. & Dec. *conſ.* 405. ſed in vltimis voluntatibus, quando aliquid eſt legatum incertum de certis, electio eſt legatarij, vt *in d. l. qui duos*, ergo idem in gratia Principis dicendum, quę cum in Ioannem 2

Digitized by Google

nem Andream elargita eſſet, eiuſdem erat electio, vel ſuper iure tractarum, vel ſuper pecunia peruenienda ex tractis. Tertiò quia per conſignationem prouiſionum Regiæ Cameræ ſtatim fuit ius reale quæſitum Ioanni Andreæ, imò tractarum dominium in illum tranſlatum, ad notata per Andr. & Bal. *in c.1. de noua forma fidelit.* & per Iaſ. *in l. traditionibus C. de pactis, & in l. quoties C. de rei vindic.* & licèt in iuribus corporalibus dominium non transferatur, niſi traditione ſequuta, vt per Bar. & omnes *in l. Pompeius §. ſi iuſſu ff. de acquir. poſſeſſ.* tamen ſecus eſt in Iuribus incorporalibus, vt per Felin. *in cap. penul. de iudic.*

2 Nec obſtare dictum fuit, quod aduerſus electionem factam poterat Fiſcus ad reſtitutionis in integrum auxilium recurrere, ad notata *in l. excessiue §. quæſitum ff. de minor.* nam dictum fuit, quod ſolutionis tempore cum dictis tractis nulla poterat conſiderari læſio, ex quo eo tempore, pro omni iure tractarum reperiebantur ſolummodo ducati quindecim pro quolibet curru, vt Regia Camera atteſtata fuit, vndè ſi non poterat conſiderari læſio, ceſſabat reſtitutio, *l. non omnia ff. de minor.* eoque magis in his iuribus tractarum, quæ in dies creſcunt, & decreſcunt, ad not. per Alber. *in d. §. quæſitum*, vbi dicit, quod minor non eſſet contrarium poſtulaturus, ſi res minoris pretij effecta eſſet, etenim ſi tractę, de quibus agebatur, decreuiſſent, certe Fiſcus non variaſſet, ſunt enim verba principis ſeruanda, vt per Innocent. *in cap. ad Apoſtolica, de re iudic. in 6.* vbi addit per iurium in omnibus eſſe graue crimen, in Principibus tamen, & Prælatis grauiſſimum, quorum verbum etiam abſque iuramento firmiſſimum eſſe debet, Vndè.

## OBSERVATIO.

1 NOtabilis limitatio obſeruatur in hac deciſione, ad regulam *in alternatiuis*, quæ deſumitur ex tex. *in l. plerumque 8. ff. de iur. dot. in l. ſi in emptione 34. §. ſi emptio, & in l. ſi ita 25. ff. de contrah. empt. in l. ſi quis, penul. C. de condic. indeb. & in §. hinc autem inſtit. de action.* etenim in his iuribus habetur, quod ſi ego tibi promitto tali die dare certam rem, vel decem, die cedente mei debitoris erit electio, vel tradere rem, vel ſoluere decem, & propterea vulgo circumfertur regula, vt *in alternatiuis electio ſit debitoris.* hæc regula modo limitatur à Domino Regẽte noſtro hîc, authoritate Bal. & Aret. *in loc. cit.* vt non procedat in gratiis, ſeu Principum beneficiis alternatiuè alicui conceſſis, in quibus non concedentis debitoris electionem eſſe, quam gratiam velit concedere, ſed potius recipientis arbitrium, quam velit eligere, notant Doctores ſignanter gloſ. Io. de Plat. & Rebuff. *in l. 2. C. de Caſtrenſianis, & miniſterianis lib. 12.* Bal. Alber. & alij *in l. beneficium ff. de conſtit. Princ.* Alex. *in l. qui duos 20. num. 4.* & ibidem Imol. *num. 2. ff. de legat. 1.* Felin. *in c. inter cæteras num. 4. verſ. fallit quarto de reſcript.* Euerard. *in loco à natura alternatiua, limit. 5.* aliique plures, quos referunt, & ſequuntur P. Peral. *in l. Lucio num. 10. ff. de leg. 2.* & Cald. Per. *de nominat. emphyt. quæſt. 10. num. 61.* quibus adde Tu Auguſt. Barboſ. *in collect. ad c. in alternatiuis n. 16. de reg. iur. in 6.* vbi *num. ſequent.* aduertit notabiliter, quod licèt aliqui, quos citat, in ea fuerint ſententia, vt hæc limitatio procedat tantùm in gratiis motu proprio à Principe factis, non ita in iis, quæ ad partis petitionem conceduntur, in quibus aiunt non recipientis ſed potius concedentis electionem eſſe; attamen ex pluribus firmat contrariam ſententiam veriorem eſſe; nimirum vt indiſtinctè in vtraque Gratia tam motu proprio, quàm ad Partis petitionem conceſſa, electio ad recipientem pertineat; ex Alex. qui expreſsè hanc differentiam reprobat *loco cit.* & poſt eum Petr. Peral. ex Pereyr. *locis relatis.*

Alias limitationes ad regulam paſſim habemus 2 apud DD. *in locis vulgatis*, præſertim apud Felin. *in d. c. inter cæteras num. 4. de reſcript.* Euerar. *in loc. 49.* Iacob. de S. Georg. *in d. l. plerumque §. ſi res.* Catil. Cott. *in ſuis memorial. in verb. alternatiuarum electio*, & Auguſt. Barboſ. *loco proximè citato*; placet tamen hîc notare declarationem ad regulam, vt ita demùm in alternatiuis electio ſit debitoris, quando alternatiua cadit inter duo, quorum vtrumque eſt in obligatione, & in ſolutione, provt in exemplo *l. plerumque*, & per gloſ. *in d. c. in alternatiuis*, at ſi nullo pacto affirmari poteſt, quod vnumquodque ex promiſſis ſit in obligatione, & ſolutione, ſed vnum tantùm, vt quia promiſi ego Creditori meo tali die ſoluere centum, quæ ei debeo, vel dare pignus, ſiue fideiuſſorem præſtare, tunc Creditoris erit electio, ex quo aliud, quod alternatiua fuit appoſitum pro maiori Creditoris ſecuritate appoſitum dicitur, ſicque nullatenus cogi poteſt Creditor ad pignus recipiendum; ſic ſanè ſcripſerunt Gugliel. de Cuneo *in l. quamuis, ff. de pignor. action.* Bar. *ibidem numer. 2. & ſeq.* Paul. de Caſtr. *in l. 4. §. ſi ex conuentione n. 5. ff. de re iud.* Alex. *in l. 1. notab. ff. qui ſatiſdar. cog. & in d. §. ſi ex conuentione n. 5.* Felyn. *loc. cit.* Iaſ. *in §. ſi quis agens num. 10. verſ. hunc autem, inſtit. de actionibus* Rip. *in d. §. ſi ex conuentione num. 3. & in d. c. inter cæteras numer. 69. & 70.* Decius *conſ. 12. col. 2. verſ. 2.* probatur Caſſan. *in conſuet. Burg. Rub. 9. num. 21.* Neguſ. *tract. de pignor. 1. membr. 5. par. num. 5. & ſeq.* Catil. Cott. *loc. cit.* Marant. *in l. ſi actor. num. 34. ff. de procurat.* Euerard. *in loco à natura alternatiuorum in 3. fallent.* Burſ. *conſ. 457. n. 5. vol. 4.* Bellon. *conſ. 45. num. 1.* Ann. *ſing. 238.* Stracc. *de aſſecur. in præfat. num. 63.* & Cancer. *var. reſol. lib. 2. cap. 6. num. 55. & ſeqq.* quos omnes citaui Ego *lib. 2. mear. reſolut. cap. 65.* vbi latè de his egi &c.

## *ARGVMENTVM.*

Mater, vel potius Auus Paternus præferatur in baliatu Pupilli feudatarij. Filiusfamilias ſi feudum acquiſiuerit, ſiue per decem annos ſeorſum à patre vixerit, an à patria poteſtate liberatus cenſeatur, & de aliis.



Digitized by Google

## DECISIO CCCLIV.

1 AD baliatum, & tutelam filiarum quondam Ioannis Andrææ Caraccioli Baronis Tocchi, concurrentibus Magnifico Fabio Auo paterno, & Magnifica Diana Lambertina Matre, fuit habitum pro indubitato, ex deciſione Afflict. 281. matrem forè præferendam, ſed dubium fuit, an tractari poterat de prouidendo tutore, ſiue balio prædictis filiabus, dũ ſub Aui poteſtate reperiebãtur, iuris enim notiſſimi eſt, tutorem dari non poſſe in alterius poteſtate exiſtenti, *l. 1. cum gloſ. ff. de tutor. l. fin. C. de curat. furio.* §. 1. vbi glo. *inſtit. de tutel.* itemque, & balium, vt ex Andr. de Barul. docet Afflict. *in conſtit. minoribus.*

2 At pro Diana Matre dicebatur, quod Ioannes Andreas eius vir à Fabio patre ſuo per annos decẽ ſeorſum vixerat propria vti Pater familias peragens negotia, ſicque eum vti emancipatum habendum, ad tex. *in l. 1. C. de patr. pot.* ſed replicatum fuit, hoc benè procedere, quando filius allegat ſe à patre fuiſſe emancipatum, & ad hanc probandam emancipationem tempus deducit annorum decem, hoc enim caſu bene probatur emancipatio, ad notata per DD. *in l. cum de in rem verſo ff. de vſur. & in l. ſi certis annis C. de pact. & in l. ſciendum, ff. de verb. oblig.* Cœterum ſi filius tẽpore dumtaxat, inniteretur, mancipationem non allegans, ſed tantùm concedens, quod per decem annos ſeorſum à patre vixit, omnia vti Pater familias gerens, tunc ad conſtituendum filium à patria poteſtate liberum, ſpatium requiritur viginti annorum ita gloſ. ab omnibus commendata, *in d. l. 1. in verb. cum diu. C. de patr. poteſt. & in l. 2. C. de long. temp. præſcript.* Bar. *in l. 2. ff. ſi aduerſus rem iud.* Bald. *in l. poſt mortem in 1. lect. ff. de adapt.* Afflict. *deciſ.* 183. Iaſ. *in l. vt vim ff. de iuſt. & iur.* Maria. Socin. *conſ.* 93. *num.* 16. *lib.* 2. & alij; vndè dicebatur quod cum ex ſolo temporis curſu prætendebatur Ioannem Andręam fuiſſe emancipatum, hoc de iure non procedebat, niſi viginti eſſent elapſi anni. Inſuper allegabat Diana Mater Ioannem Andream virum ſuum militem fuiſſe; milites enim feudatarij nuncupantur, vt *in rubr. quo temp. miles, & de milit. Vaſſall.* Vndè ſicut in bonis Caſtrenſibus filius vti Paterfamilias habetur, ergo, & eodem iure dicendum in his bonis feudalibus, ſed de hoc motiuo, nulla pariter ratio aliqua habita fuit, eo habito pro abſoluto filiumfamilias per feudi acquiſitionem, vel ſucceſſione mediante, vel ex Principis conceſſione à patria poteſtate non liberari, ad quod fuerunt allegata dicta per Andr. *in conſtit. in aliquibus,* & per Afflict. *in conſtit. minor. n.* 4.

3 Verùm his omnibus reiectis adhuc per Collaterale Conſilium, referente Domino Vinc. de Franchis Reg. Conſiliario, & Commiſſario per D. Proregem deputato, fuit deciſum baliatum dictarum pupillarum prædictæ Dianæ matri forè deferendum, ea quidem ſola ratione, quia prædictus Fabius auus paternus habitus fuit non bonæ qualitatis, nimirum bonorum dilapidator; ſicque fiebat locus diſpoſitioni tex. *in l. fin.* §. *minores C. de ſenten. paſſis,* vbi habetur, quod ſi pater deportatus fuiſſet, ob quod filio ſuo pupillo de tutore prouiſum fuit; eo demùm reſtituto, tutoris officium ceſſabit, & bonorũ filij adminiſtrationẽ reaſſumet, niſi vir eſſet prauę conditionis, per quem tex. in caſu ſimili ſic determinat Bar. *in l. ſi conſtante, in 4. quæſt. 2. quæſt. princ. ff. ſolut. matrim.* multum enim in hac re Iudicis arbitrium verſatur, etenim lege cautum comperimus, vt poſſit Iudex tutorem à tutela remouere, quando Tutor ille parentum pupilli extitit inimicus, vel ex quacunque alia iuſta cauſa *l. 3.* §. *ſi tutor ff. de ſuſp. tuto.* imò aliquando Iudex à patris voluntate recedit *l. 1. & Authen. ſi pater C. diuor. fac. apud quem;* & quod etiam ſi filius in patris poteſtate reperitur, poſſit ex cauſa Iudex determinare, vt penes matrem educetur, eſt tex. *in l. 3.* §. *etiam ff. de lib. exhib.*

## OBSERVATIO.

HÆc deciſio D. Regentis noſtri reperitur ſimiliter impreſſa de verbo ad verbũ inter deciſiones D. Reg. Salernitani 55. in ordine, & ſub eius nomine, provt & aliquæ de præcedentibus, quas notauimus, vbi diximus nos penitus ignorare quomodò id contigerit; hoc tamen nunc ſcio, in hac eadem cauſa D. Vincentium de Franchis tunc Reg. Conſiliarium, & illius Commiſſarium, tacitis nominibus doctiſſimam pariter ſcripſiſſe deciſionem, & eſt 10. in ordine, vbi in fine teſtatur Iudices fuiſſe, nota, Dominum Regentem Reuerterium, D. Regentem Bermudes, & ipſum de Franchis Commiſſarium, cum D. Reg. Villanus eſſet infirmus, de D. Salernitano verbum nullum; plus obſeruaui, deciſionem hanc prodiiſſe de anno 1568. in eaque hæc verba legi; *tamen per illam rationem nos omnes Regentes Regiam Cancellariam, & D. Vinc. de Franchis Reg. Conſiliarius, & Commiſſarius deputatus per S. E. diximus &c.* in anno 1568. D. Salernitanus adhuc ad officium Reg. non erat promotus, eius enim promotio contigit in anno 1571. & in dicto anno 1568. 1569. & 1570. erat Præſes S. C. vt conſtat *ex deciſ. ſua 3. quæſt.* 10. 13. 21. 26. 28. 29. 30. 35. & 42. quomodo ergo dicere potuit, *nos omnes Regentes Regiam Cancellariam;* hucuſque habemus ſex deciſiones D. Reg. noſtri impreſſas inter deciſiones, & ſub nomine D. Regentis Salernitani. 1

Sed deueniendo ad rem, hic habemus deciſum, in concurſu matris, & aui ad baliatum pupilli feudatarij, matrem fuiſſe prælatam, ea quidem vnica ratione, quia auus fuit habitus pro perſona non bonæ conditionis, & famæ, ſicque fuiſſe locum diſpoſitioni tex. *in l. fin.* §. *minores C. de ſenten. paſſis,* nàm alias quando Auus ſub cuius poteſtate hic pupillus viuere dicebatur bonæ opinionis, & famæ extitiſſet, de prouiſione balij tractari non poterat, iuxta ea, quæ 2

ſcripſerunt

Digitized by Google

ſcripſerunt gloſ. & Afflict. *in conſtit. minoribus*, & melius Andr. *in conſtit. in aliquibus col. 2. verſ. ſi vero minores*, quorum meminit D. de Franc. *cit. deciſ.* 10. *num.* 2. Marant. optimè *conſ.* 51. *num.* 3. *&* 4. D. Reg. de Ponte *conſ.* 15. *num.* 31. *lib.* 1. etenim tunc fit locus indagationi, quiſnam ſit præferendus in tutela pupilli, an auus paternus, an verò mater, quando huius pupilli pater è viuis deceſſit, ſolutus iam patriæ poteſtatis vinculo, in quibus ſanè terminis loquutus fuit Afflict. *deciſ.* 183. & poſt eum Peregr. *deciſ.* 28. *num.* 6. *verſ. ſed vbi filius fuiſſet à patre emancipatus*, & alij.

3 Ad illud autem, quod hîc dubitabatur, an pro emancipato habendus ſit filius, qui per ſpatium decem annorum ſeorſum à patre vixit, propria vti paterfam. peragens negotia, vide, quæ nouiſſimè ſcripſit Ioſeph. Maſcar. *de probat. lib.* 1. *concl.* 599. quo loco dicit emancipationem præſumi, ſi filius longo tempore, id eſt per decem annos ſeorſum à patre habitauerit, & per ſe negotia geſſerit, ſimulque aſſerit ſe emancipatum eſſe, allegat Bald. *in l. poſt mortem ff. de adoptio.* Iaſ. *in l. ſi certis annis num.* 12. *C. de pact.* Tiraquell. *in tract. de præſcript. in verb. per decem annos verſ. ſecundo, & alios*, rationem aſſignat ex Roman. *conſ.* 402. *num.* 3. *verſ. quoad ſecundum*; nam cum pater permiſerit filium permanere in tali quaſi poſſeſſione emancipationis per decem annos, licèt tali tempore filius nondum præſcripſerit liberationem à patria poteſtate, quia regulariter ad præſcribendam talem liberationem annorum viginti requiritur lapſus, vt per gloſ. hîc à D. Regente citatam, *in l.* 1. *in verbo cum diu. C. de patr. poteſt.* & ſentit Salyc. *in l.* 2. *C. de præſcript. longi temporis*; attamen acquiſiuit filius quaſi poſſeſſionem patriæ poteſtatis, citat Afflict. *in citat. deciſ.* 183. *num.* 3. & addit Maſcar. notabiliter, hanc filij habitationem ſeorſum à patre importare etiam, vt illud quod inter hoc tempus filius acquirit, ſibi ipſi vt peculium quaſi caſtrenſe acquirat, non autem patri, nec etiam quoad vſumfructum, allegat Alex. *conſ.* 48. *num.* 4. *verſ. & ita eſt lib.* 1.

4 Quo verò ad aliud, quod hîc fuit tentum, nimirum filiumfam. per feudi acquiſitionē, ſiue ex ſucceſſione, ſiue mediante contractu, à patria poteſtate non liberari, ex Andr. & Afflict. hîc citatis, adde Tu, dictum hoc limitari poſſe, ſi filiusfam. feudum acquireret, titulo aliquo decoratum, tunc enim non deſunt Doctores, qui dixerint vt filiusfam. ob regalem dignitatem quam aſſequitur, à patria poteſtate liberetur, videantur Maſtrill. *lib.* 4. *cap.* 13. *n.* 219. Ricc. *collect. deciſ. par.* 9. *collect.* 3898. *in fin.* Thor. *in ſupplem. comp. deciſ. in verb. filiusfam.* Io. Mar. *Nouar. dec.* 244. Ego ipſe *reſolut. iuris l.* 2. *cap.* 233. *n.* 16.

## *ARGVMENTVM.*

Pater filium inſtituens hæredem eique ſine liberis decedenti alium ſubſtituens, an poſſit eidem quartæ Trebellianicæ detractionem expreſſè, & tacitè prohibere. Filius hæres à patre inſtitutus, ſi inuentarium non confecerit, an quartam Trebellianicam amittat, & de aliis.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## DECISIO CCCLV.

IN cauſa vertente in Sacro Reg. Conſ. reſidente in caſtro Capuanæ referenda, & votanda in Collaterali Conſ. inter Magnificos Decium, & fratres de Gagliardo ex vna, & venerabile Collegium Sanctiſſimi nominis Ieſu ex altera, fuit ſatis dubitatum de illo iuris articulo, an pater filios ſuos inſtituens hæredes, eoſque in caſu mortis, ſine liberis extraneum ſubſtituens, poſſit prohibere, ne, vbi contigerit fieri locum ſubſtitutioni, valeant ipſi filij quartam detrahere Trebellianicam. 1

Conſideratum fuit, diuerſimodè Doctores tam Legiſtas, quàm Canoniſtas hac in re alloquutos, adeo vt in quocumque alio iuris articulo non inueniantur Doctores ita varij, prout in hac de quo agebatur, & quod non deerant Doctores, qui dixerint, opinionem affirmatiuam eſſe communem, itemque, & negatiuam; verum nonnullis pro vtraque parte ponderatis, tandem pro opinione affirmatiua cernitur deciſum, nimirum poſſe hodie patrem Trebellianicæ detractionem prohibere, nedum quando ab eo eſt inſtitutus hæres extraneus, & de reſtituendo per fideicommiſſum grauatus ſub ea conditione ſi ſine liberis moreretur, ſed etiam ſi filij primi gradus ſic fuiſſent inſtituti, & grauati, ſicque tex. *in §. ſi verò expreſſim, Auth. de hæred. & falcidia*, tam in extraneo, quàm in filio hærede indiſtinctè procedere, & hoc vt defuncti voluntas omnino vti lex ſit ſeruanda, nec tex. qui pro contraria parte allegatur *in l. iubemus C. ad S. C. Trebel.* in hoc caſu locum habere poſſe cum illius Imperialis ſanctionis cōditor, neque directè, neque indirectè, nec expreſſè, nec tacitè dixerit, quod pater non poſſit filiis Trebellianicæ detractionem prohibere; ſed ſolum in eo tex. diſpoſuiſſe quod fructus in filiis primi gradus non computentur in quartam, de qua ibi, adhuc ſi teſtator hoc iuſſerit, vt imputentur, dicebatur enim ſatis eſſe diuerſum, quod prohibeatur Trebellianica, & quod fructus non imputentur; vndè facta relatione in Collaterali Conſ. fuit per Dominos Regiam Cancellariam Regentes, Præſidentem Sacri Conſilij, ac per Regios Conſiliarios duarū Aularum duobus ex illis exceptis, concluſum, & deciſum prout ſuprà, nimirum poſſe patrem, etiam in filiis primi gradus quartam Trebellianicam prohibere, per tex. *in d. §. ſi verò expreſſim*, & tex. *in d. l. iubemus in hoc caſu* locum non habere, neque aliud diſponere ſuper prohibitione Trebellianicæ. 2



Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 DEciſio hæc D. Reg. noſtri prout præcedens, & aliæ, quas notauimus, reperitur ſimiliter impreſſa de verbo ad verbum inter deciſiones D. Reg. Salernitani, & ſub eius nomine 48. in ordine; ſcripſit pariter in hac eadem cauſa deciſionem ſatis copioſam D. de Franchis *deciſ.*11. Ad confirmationem autem eorum, quæ hîc dicta ſunt, illud pro indubitato ſuppono, tam in Sacro Conſilio Regni huius, quam in Sacro Romano Auditorio, crebrius obtinuiſſe ſententiam, poſse Trebellianicam filiis primi gradus prohibere, & non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè, & per coniecturas; ita ex noſtratibus D. P. de Franchis *in cit. deciſ.*11. *&* 612. Viuius *in deciſ.*3. *& commun. opin. lib.*3. *opinione* 1605. *ſub num.*2. Ruſtic. *in tractat. an, & quando lib.*1. *cap.*2. *num.*12. Anell. Amat. *conſ.*1. *num.*140. *& conſ.*91. *num.*33. Paſcal. *de viribus patr. poteſt. par.*2. *cap.*4. *numer.*144. & ex Rotalibus Caſsad. *deciſ.*4. *de teſtam.* D. Creſcent. *deciſ.*2. *eodem titulo* D. Seraph. *deciſ.*553. *num.*8. *&* 570. *num.*1. D. Mantica *deciſ.*348. *num.*2. D. Ludouiſ. *deciſ.*421. *numer.*10. D. Caualer. *deciſ.*441. *numer.*1. & Buratt. *deciſ.*480. *numer.*2. *p.*1. quicquid in contrarium nouiſſimè ſcripſit Mart. *in ſumm. ſucceſſ. p.*4. *quæſtion.* 28. *artic.*5.

2 Illa autem tacita, ſiue coniecturalis diceretur huius quartæ prohibitio, quæ deſumitur, vel ex prohibitione alienationis bonorum ſubſtitutioni ſubiectorum, vel ex ordinatione defuncti, vt hæreditas tota, ſiue integra, aut ſine diminutione ſubſtituto reſtituatur vel & tandem ſi ſcriptum eſset, vt poſſit hæres de certa quantitate diſponere, eo addito, & quod plus diſponere, & detrahere non poſſit; in his enim caſibus, vt tacitè cenſeatur Trebellianica prohibita, dixerunt Bal. per illum tex. *in Auth. ſed in ea C. ad legem Falcid.* Ang. *in §. ſi verò expreſſim, Auth. de hæredibus*, & Fab. Greg. Lopez, Petr. Petral. Ant. Gabriel. & alij, quos citant Molin. *de hiſpan. primog. lib.*1. *cap.*17. *num.*18. Menoch. *de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.* 198. *à numer.* 11. *ad* 22. & Dominus de Franch. *locis cit.*

3 Sed an tacitè dicatur facta huius quartæ prohibitio, ſi pater, inſtituto hærede filio, eique ſine liberis decedenti ſubſtituto Caio mandauerit, vt poſſit hic filius ſic grauatus de legitima ſibi iure debita liberè diſponere, videatur Rot. *deciſ.* 203. *p.*2. *in poſthum. Farin.* vbi duobus à patre inſtitutis filiis, eiſdemque inuicem ſubſtitutis, & decedentibus ambobus ſine filiis, ſubſtitutis proximioribus de domo, verùm quod filij ipſi potuiſsent de legitima portione diſponere, facto caſu ſubſtitutionis, ortaque controuerſia ſuper detractione quartæ Trebellianicæ inter hæredes filiorum, & ſubſtitutos decreuit Sacra Rota, eſse locum detractioni prædictæ, idque ex duobus potiſſimum: Primò quia quando agitur de inducenda tacita prohibitione Trebellianicæ, verba teſtamenti ex quibus illa elicitur, debent eſse talia, quæ dictam prohibitionem neceſsariò, & concludenter inferant, aliudque importare non poſſint, aliàs nunquam trebellianica cenſeretur prohibita, ad quod fuerunt citati Caſtr. *conſ.*28. *num.*2. *lib.*2. Decia. *conſ.*89. *num.*44. *lib.*5. Bellon. *conſ.*65. *num.*3. Clar. *in §. teſtamentum quæſt.*62. *num.*3. Molin. *de hiſpan. primog. lib.*1. *cap.*12. *numer.*16. Hond. *conſ.* 45. *numero* 22. *& ſeq. lib.* 2. & alij.

4 Sed hic quæri poſset, quando Trebellianica non fuit prohibita, an filius grauatus illam amittat, ſi inuentarium non confecit, fideicommiſsario ſic inſtante; D. de Franchis *in cit. deciſ.*11. *in fine*, refert per S. Conſilium deciſum eſse non amitti, prout adde Tu, nec legitimam, idemque Vrſill. *in addition. ad Afflict. deciſ.*364. *num.*11. Guid. Papa *deciſ.*53. Minſing. *ſingul. obſeru. cent.*3. *obſer.*60. Gaill. *practic. obſeruat. l.*2. *obſer.*138. *num.*8. Aufrer. *ad Cappel. Tholoſ. deciſ.*314. *in fin.* Caccheranus *deciſ.*147. Mich. Craſſ. *in §. trebellianica. quæſt.*7. *& in §. legitima quæſt.*45. Fab. de Anna *conſ.*25. *num.*19. *cum ſeqq. & conſ.*116. *numer.*11. Ant. Fab. *diff.*23. *C. de iur. deliber.* Mariſcotta *var. reſol. lib.*1. *cap.*23. *n.*9. Merlin. *de legit. lib.*3. *tit.*2. *q.*24. *num.*6. *per totum.*

## *ARGVMENTVM.*

Officialium Regiæ Cancellariæ electio an D. Regem noſtrum, vel potius ad Regni Secretarium ſpectet. Inſtrumenta ſtipulata à Notario ſic communiter reputato, cum talis non eſſet, an probent, fidemque faciant.

## DECISIO CCCLVI.

SERENISSIMI Domini noſtri Regis 1
iuſſu cum fuiſſet dubitatum, ad quemnam ſpectaret collatio officialium Regiæ Cancellariæ, an ad ſuam Catholicam Maieſtatẽ, an verò ad ſpectabilem Ioannem de Soto tunc Regni ſecretarium, relata cauſa in ſupremo Collaterali Conſ. à Reg. Conſ. Vincentio de Franchis, quem Dominus Prorex in Commiſſarium elegerat, fuit pro maiori parte votantium pro Secretario deciſum; cernitur tamen ex diſcurſu huius deciſionis D. Regentem noſtrum in voto, ex titiſſe contrario, illud principaliter pro Fiſco conſiderantem, nimirum officialium creationem eſſe de regalibus, ſicque à nemine niſi à Rege, vel ab eo poteſtatem trahente illos creari poſſe *cap.*1. vbi Bal. *in verbo ad iuſtitiam expediendam, in tit. quæ ſint regalia*, & quamuis hæc officia abſque iuriſdictionis adminiſtratione conſiderentur, tamen officia dicuntur, dictandi, conficiendi, & ſcribendi, vt de Notario ratiocinantur gl. *in l. ſi quis de curio. C. de falſ.* Andr. *in d. cap.*1. *in verbo ad iuſtitiam*, hinc videmus Notarium non niſi à ſupremo Principe creari poſſe: *c. cum P. Tabellio* vbi Imol. & Can. *extra de fide inſtrum.* in tantùm quod ſi quis Tabellionatus officium abſque priuilegio exerceret, quamtis pro notario fuiſſet communiter reputatus, ſicque eſſet in quaſi poſſeſſione notariatus, tamen inſtrumenta ab illo confecta non probarent, nec aliter eſſet locus diſpoſitioni *l. Barbarius ff. de officio Præſidis*, vt ibi poſt antiquos docent Alber. & Iaſ. qui hanc cõmunem eſſe

Digitized by Google

eſſe opinionem atteſtantur. Inſuper conſiderabatur compertum fuiſſe hos officiales ſemper à Regni huius Regibus electos, & creatos fuiſſe, & hoc tam tempore Sereniſſimorum Regum Domus Aragoniæ,quam Andegauiæ, ac & tandem tempore magi Capitanei; fuit pariter ponderata Reg. Pragmatica Regis Ferdinandi primi, qua mediante ſancitum extiterat, quo modo Regia Cancellaria regi, & gubernari deberet, & ex ea cernebatur quod eo tempore Rex Ferdinandus hos officiales eligebat; vnde concludebatur, quod tam de iure, quàm ex longæua conſuetudine officiales prædictos per retro-Reges huius Regni fuiſſe creatos. Ad rationes ſequutæ deciſionis reſpondebatur, & ad primum, quod in decreto reformationis factæ per D. tunc Regni Proregem in anno 1559. annuebatur iſtorum officialium electionem ad Regni Secretarium ſpectare; enumeratiua erant verba hæc,non aliter principaliter prolata, ſicque quando demum de virtute enunciati tractari contingit, nihil probant, vt eſt gloſ. *in l. optimam C. de contrah. & committ. ſtipul.* facit tex. *in c. illud*, & quod ibi notat Ant. Butr. *ext. præſumpt.* Alex. *in addit. ad Bart. in l. ex hac ſcriptura ff. de donatio.* Bar. *in l. cum teſtamentum in princ. C. de iuris, & fact. ignorant.* eoque magis quando de tertij præiudicio tractatur, provt in hoc caſu de præiudicio Regij Fiſci abſentis, & non auditi, ita Bar. *in dicta l. ex hac ſcriptura.* Ad rationem alteram quod officium Reg. Secretarij dicto de Soto conceſſum reperiebatur eo modo, & forma, provt per ſuos prædeceſſores tentum, & poſſeſſum fuerat, & cum per prædeceſſores compertum fuiſſet, eos hos officiales elegiſſe, ergo; reſpondebatur enim quod hæc ratio fortè militare poterat ſi de mero poſſeſſorio ageretur; ſed quia tunc iudicium erat merè petitorium, ideo ratio hæc nullius momenti erat.

## OBSERVATIO.

1 Deciſio hæc D. Reg. noſtri eſt ſimiliter impreſſa inter deciſiones D. Reg. Salernitani & ſub illius nomine, & eſt 56. in ordine, de eaque memor fuit olim D. Reg. Tapia *in ſuo opuſculo de præſtant. Regiæ Cancellari. in tit. de prerogat. Reg. Cancell. num.* 35. vbi teſtatur poſt mortem Secretarij Soto prouiſionem officialium Regiæ Cancellariæ ad D. Regem noſtrum ſpectare, & ſpectauiſse, iſtoque iure hodie vtimur.

2 Quantùm verò attinet ad concluſionem, hîc tentam, vt nullam fidem faciant inſtrumenta confecta per Notarium putatiuum, & ſic per illum, qui publicè pro Notario ſe gerebat, cum talis nunquã creatus extitiſset; dic tu, concluſionem hanc non carere maxima controuerſia; quandoquidem non deſunt Doctores, & grauiſſimi qui contrariam firmant ſententiam, & hoc propter communem errorem, & ex hac communi reputatione; ita enim ſcripſerunt Innocent. *in cap. 1. de fide inſtrum.* Hoſt. *in ſum. eodem tit. verſ. quid ſi tabellio*; Bar. Alber. & Fulgoſ. omnino videndi *in l. barbarius ff. de offic. præſid.* Bald. *in c. 2. de fide inſtrum. & in l. 1. C. ad S. C. Maced.* Ant. de Butr. *in c. ſignificauit, de teſtibus.* Salicet. *in l. 1. C. de teſtibus.* Dec. *in cap. 1. num. 17.* & ibi Felin. *num. 18. de fide inſtrum.* Io. Fab. *in §. ſed cum aliquib. inſtit. de teſtam.* & alij quos refert Ant. Gabr. *com. concl. lib. 1. in tit. de probat. concluſ. 8. num. 23. verſ. contrarium*, & Maſcar. *de probat. tom. 3. concluſ. 1098. n. 24.*

3 Sed cum D. Reg. noſtro (quod imò ex communi hac opinione inſtrumenta hæc non ſuſtineantur, nec fidem aliquam faciant) conueniunt Ant. de Piſ. Ray. & Oldra. quos refert Guliel. de Cune. *in d. l. barbarius.* Azo. *in ſum. Auth. de fide inſtrumen.* Specul. *in tit. de inſtrum. editio.* Imol. & Caſtr. *in l. ad teſtium. §. 1. ff. de teſtibus*, Alex. *in l. 1. C. de teſtibus, & in conſ. 138. lib. 1.* Iaſ. *in dicta l. barbarius n. 48.* Addentes ad Felin. *in cap. 1. num. 18. de fide inſtrum.* Socc. *conſ. 95. lib. 3.* Anchar. *conſ. 313.* Ruin. *conſ. 15. lib. 2.* Maſcar. *loco cit. n. 25.* vbi dicit opinionem hanc plurium conſenſu receptam & veriorem, & alij relati ab Antonio Gabr. *loco cit. n. 22.* & à Tiraquello *ad l. 8. ll. Connub. n. 145. fol. mihi 388.*

## *ARGVMENTVM.*

Legatum pium ſi ab hærede non ſoluitur, vt ad ſoluendum ille cogatur, ad quemnam Iudicem ſpectat cognitio. Legatum factum conſanguineo pauperi, ſiue pro maritandis virginibus, aut pro alimentis an, & quando pium dicatur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCLVII.

CVM Sereniſſima Regina Poloniæ Duciſſa Bari pro Virginibus illius Ciuitatis maritandis ducatos quinque mille pro vna vice tantùm legaſſet, quia exequutores teſtamentarij iniunctum onus recuſarunt, Archiepiſcopus Barcaris voluit ſuper exequutione dicti legati tanquam pij manus apponere, vndè fuit in Regia Camera dubitatum, an hoc de iure à præfato Archiepiſcopo prætendi poterat; pro cuius dubij reſolutione dicebatur videndum eſſe, an hoc legatum diceretur pium, ad quod fuit allegatus Bal. affirmatiuè per illum tex. reſpondens *in l. cum is §. ſi mulier ff. de condit. indeb.* idemque affirmans *in l. 1. C. de Sacr. Eccleſ.* Alex. *in l. ſi cum dotem §. eo autem tempore ff. ſolu. matr. & in d. §. ſi mulier*, vbi concordantes allegat, addens hoc de plano procedere, quando dotis legatum eſt factum pauperibus, ſecus ſi propter debitum, vel amicitiam; ex hoc dicebatur, quod cum in caſu propoſito dubitari non poterat, legatum propter debitum, ſiue amicitiam non fuiſſe factum, ergo pium, provt, & illud alimento- 1



Digitized by Google

ad notata per Bar. *in l. alio ff. de alimen. & cibar. leg. ſi pium*, ergo illius exequutio ad loci ordinarium ſpectabat, *l. nulli, & l. ſi quis ad declinandam C. de Epiſ. & clericis, & §. ſi quis adificat. ad Auth. de Eccleſ. titulis*, hoc tamen ſi anni ſpatium à die aperti teſtamenti lapſum fuerit, idque propter negligentiam exequutorum in exequendo; ſunt pariter ad hoc Iura *in cap. nos quidem in cap. ſi hæredes, in cap. tua nobis, & in cap. Ioannes, extra de teſtam.* vbi hoc clarè probatur, eſt benè verum, quod Bar. *in l. ſolent ff. de aliment. & cibar. legat.* de alimentorum legato pauperi facto verba faciens, dixit, quod non ſolùm Epiſcopus; ſed etiam Iudex laicus poteſt de hoc legato cognoſcere, allegat tex. *in cap. ſignificantibus de offic. deleg.* idemque Abb. *in d. cap. ſi hæredes*, ex quorum dictis cernitur apertiſſimè legati pij exequutionem mixti fori eſſe, ſicque præuentioni inter hoc Iudices fieri locum, Barbat. *in d. cap. tua nobis, de teſtamentis*, & ita fuit per Regiam Cameram in cauſa prædicta iudicatum.

## OBSERVATIO.

1 Hic notamus deciſionem indiuidualem non aliter diſcedendo ab his, quæ diximus *lib. 1. reſol. iur. cap. 204. num. 9. in nouiſſimis*, vt legati pij exequutio ſit mixti fori, ita vt inter Iudicem ſecularem, & loci Ordinarium, apud nos Tribunal Reuerendæ Fabricæ præuentioni ſit locus, iſtoque iure vtimur in Regno, paſſim enim videmus, pro conſequutione legatorum Piorum, intereſſe habentes comparere, & in Tribunali Reuerendæ Fabricæ, & coram Iudice laico competente, dummodò indubitatum ſit, agi de cauſa pia, nam aliàs Iudex ſecularis tantum eſſet competens, ex ſententia Bar. quem hic citat Dom. Reg. *in l. ſolent. numero 13. ff. de alimen. & cibar. leg.* vbi quærens, pro conſequutione alimentorum relictorum coram quo iudice ſit comparendum, reſpondit, quod ſi alimenta relicta ſunt, non ob piam cauſam, vt vxori ſuæ, & ſic non pauperi, & tunc coram iudicicibus ſecularibus legatarius camparere tenetur allegat Specul. *in titul. de inſtrum. adit. §. nunc verò aliqui, verſ. ſed nunquid Iudex*; At ſi alimenta eſſent pauperibus relicta, & tunc non ſolùm Iudex laicus, ſed etiam Epiſcopus poterit cognoſcere; ſed quid circa hoc ſeruetur in ſupremis Tribunalibus Regnorum Hiſpan. vide Ludouic. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 2. capit. 15. numer. 76.* & ibi nouiſſimos Addentes, & P. Molin. *de iuſtit. & iur. tract. 2. diſput. 616. num. 11.*

2 Quod autem Legatum factum pro Virginibus maritandis, iuxta opinionem D. Regentis noſtri hîc firmatam, Pium dicatur, vltra Doctores in hac deciſ. citatos, ex recentioribus firmarunt Ioann. Petrus Fontanell. *in ſuo tractat. de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 21. par. 2. numero 12. & 16. & tom. 2. clauſ. 6. gloſ. 3. p. 6. numero 41.* Ricc. *p. 2. prax. Eccleſ. reſolut. 370.* quo loci probat, ideò Tribunal Reuerendæ Fabricæ apud nos poſſe de legato dotis pauperi Puellæ facto cognoſcere, quia pium illud dicitur, adhuc ſi amico, vel conſanguineo pauperi relictum eſſet, quod ſecus addit, ſi mulieri diuiti relinqueretur, idemque ſcripſit *in addit. ad Tiraquell. in præfation. fol. 11.* poſt Nouar. quem allegat *quæſtion. forenſ. p. 1. quæſtion. 96. numero 5.* vbi meminit de Molfeſ. hoc pariter firmante *in ſumma titul. de vltimis voluntatibus cap. 5. num. 154. tom. 2.*

3 Pium autem nunquam diceretur legatum dotis, quando fit ab illis, qui dotem præſtare tenentur, prout ſunt Parentes, nàm tunc cum potius pretij debiti dicatur ſolutio, certè pietas excluditur, vt poſt Molfeſ. *loco proximè cit. numero 160.* probat Nouar. *in praxi elect. & var. fori, quæſtion. 51. numero 18.* ſubdens *numer. ſequenti*, propter hoc Reuerendam Fabricam Sancti Petri quæ aliàs Iudex dicitur competens pro adimplemento legatorum pro dotibus pauperum Puellarum factorum, in hoc legato ſe intromittere non poſſe, & ob id non deſunt, qui dixerunt relictum conſanguin. pauperi cenſeri potius relictum conſanguinitatis intuitu quàm pietatis, videantur ex recentioribus Surdus *deciſ. 322. numero 16.* & Franc. Molin. *de rit. nupt. lib. 3. quæſtion. 15. numero 32. & 33.* qui addunt ſic in legato Epiſcopo à conſanguineo ſuo relicto, vt cenſeretur illud relictum ſuæ perſonæ contemplatione, & non Eccleſiæ, vel illius dignitatis; quinimò & amico Epiſcopo, amicitiæ intuitu relictum cenſeri, quando maximus erat amicus, reſoluit Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. titul. 6. numer. 17.* quem in locis modò relatis Surd. & Molin. allegant &c.

## *ARGVMENTVM.*

Conſtitutio Regni *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, qua contrahentibus permittitur alienationem rei feudalis, ſine Regio aſſenſu factam reuocare, num locum habeat, quando in Baronem, & eius vniuerſitatem inita eſſet conuentio, vt ſoluto pretio, reducatur vniuerſitas ipſa ad domanium. Creditor an poſſit ſine Regio Aſſenſu, hypothecam, quam ſuper feudo habet, feudatario remittere, Et quid in vſufructuario vſumfructum remittere volente. Memoriale porrecto pro impetratione regij aſſenſus, an ſit locus reuocationi vigore conſtitutionis prædictæ.

## DECISIO CCCLVIII.

Cvm vniuerſitas Ciuitatis Troiæ ſe conueniſſet cum Comite Altauillæ, eius vtili domino, vt ſolutis ducatis quadraginta octo mille ad Regium domanium reduceretur, idem Comes, priuſquam ad huius conuentionis

uentionis ſtipulationem deueniret, conuentionem iſtam reuocauit vigore conſtit. regni, *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, fuit dubitatum an conſtitutio iſta in hoc caſu locum haberet. Ratio dubitandi in partem negantem ea eſt, nam quoties Terra aliqua, Ciuitas, ſiue Caſtrum, alicui cum Regio aſſenſu venditur, poteſt illius Ciuitatis, Terræ, vel Caſtri vniuerſitas ad domanium prouocare; illudque obtinere, pretium per emptorem exburſatum offerens, nec aliter in hoc caſu Regius requiritur aſſenſus, ea quidem ratione, quia contractus iſte Regij domanij cum Rege fit, conſolidatur enim per prouocationem ad domanium vtile cum directo dominio, ac proinde eiuſdem ſupremi domini aſſenſus neceſſarius non eſt; etenim vbi vaſſallus cum domino contrahit, feudum eidem vendendo, pignorando vel refutando; aſſenſus non requiritur docet poſt Iacob. de Artizo. Bald. Curt. & Iacob. de Sancto Georg. Camer. *in cap. imper. car. 12. litt. P*, idemque quando quis hypothecam ſuper feudo haberet, quam abſque alio aſſenſu poterit domino vtili feudi remittere, licèt ſecus in beneficium tertij, vt poſt Barthol. de Capua *in l. 4. §. fin. de manum. vind.* benè per Afflict. *deciſ. 232.* vbi Vrſill. licet contrarium, ſed male firmaſſet *in d. conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ*, & in vſufructu, quem ſuper feudo quis habet, vt poſſit illum in feudatarij beneficium abſque aſſenſu remittere, docet Loffred. *in d. c. imperialem*, *col. 4.* & faciunt dicta per Capyc. *deciſ. 156.* Confirmabantur hæc omnia ex notabili Theorica Ludouici Rom. *in l. vſufructu ff. ſolu. matrim.* vbi dicit, quod ſi mulier viro ſuo dotis nomine cum Regio aſſenſu feudum dat, ſoluto demùm matrimonio per mortem viri, in illius feudi reſtitutione aſſenſus non requiritur.

2 Cæterùm hac dubitandi ratione non obſtante contrarium in caſu propoſito, tam per Regiam Cameram, quàm per Collaterale Conſilium pro maiori parte Iudicantium deciſum fuit, nimirum potuiſſe Comitem de iure conuentionem cum vniuerſitate prædicta initam reuocare, ex eo; quod ſuper illa Regius Aſſenſus erat omnino neceſſarius, cum nihil cum Rege Comes geſſerit, fueratque expreſſe conuentum, quod introitus omnes feudales penes vniuerſitatem remanerent, id quod ſine aſſenſu fieri non poterat, qui quidem aſſenſus, nec etiam à domino Prorege præſtari poterat, obſtante Regia Pragmatica, qua prohibetur aſſenſum præſtari alienationibus bonorum feudalium vniuerſitatibus faciendis tanquam ad manus mortuas; & licèt aliàs, quando domania hæc ſuum ſortiuntur effectum, introitus omnes feudales ad vniuerſitates perueniant, tamen hoc facit Rex, ita vt videatur introitus illos ſemper vniuerſitatum fuiſſe, quod ſecus erat in caſu, de quo agebatur. Ad contraria ſupradicta pro parte vniuerſitatis ponderata facilis fuit reſponſio, quia illa bene procedunt, quando feudatarius cum domino contrahit eidem feudum vendens, pignorans, vel refutans, ipſo volente, & acceptante, quia aliàs eo inuito non poſſet vaſſallus à ſeruitio ſe liberare, ita Andr. *in cap. 1. §. ſi mulier, de Capit. qui curiam vend. & in cap. 1. verſ. & ideo. numero 4. de vaſal. qui contra Conſtit. Lottarij, & in cap. Imperialem §. Callidis.* vbi reliqui Feudiſtæ, *de prohib. feud. alien. per Freder.* & ibidem Capyc. *in verſ. 2. Concluſio.* Afflict. *deciſ. 265. numero 53.* alia verò, quæ dicebantur de remiſſione hypothecæ ſeruitutis, & litis motæ, vt abſque aſſenſu fieri poſſit cum tendat in augmentum, & vtilitatem feudi, reſponſum fuit, ad caſum non applicari, Vnde &c.

## OBSERVATIO.

IN hac eadem cauſa deciſionem pariter ſcripſit Dominus Regens Moles, tunc temporis Regiæ Cameræ Præſidens, & Commiſſarius, vt videre eſt inter eius deciſiones manuſcriptas, circa finem fol. mihi 200. vbi dicit illam maiorem difficultatem in caſu de quo agebatur, fuiſſe ſibi viſam, nimirum, quia per Vniuerſitatem Ciuitatis Troiæ Illuſtr. Domini Proregi memoriale porrectum extiterat pro aſſenſu obtinendo, quod per S.E. Regiæ Cameræ remiſſum fuerat, vt ſe informaret, & referret, quo caſu certo modo, quædam Regis acceptatio conſiderabatur, & quod licèt actus ſui natura eſset reuocabilis, tamen quia dominus ſuper negotio manus iam appoſuerat, reuocatio amplius licita non erat, ne futurum domini iudicium eluſorium redderetur, iuxta notabilem Innocentij Theoricam *in cap. bonæ il 2. de poſtulat. Prælat.* 1

Cæterùm facta relatione per Regiam Cameram, in Collaterali Conſilio ſub die 7. Iulij 1570. pro reuocatione deciſum extitit, per rationes hîc adductas, dictumque fuit Innocent. Theoricam *in d. c. bonæ*, non applicari, nec in materia feudali adaptari poſse, ſicque notabiliter in hac cauſa iudicatum, reuocationem eſse admittendam, etiam memoriale porrecto, & pendente iudicio donec & quouſque fuerit illud expeditum per verbum *fiat*, quam dixit Dominus Regens Moles, notabilem, magnamque fuiſse ampliationem, ad Conſt. *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, id quod pariter pro viribus ſuſtinui Ego, *lib. 1. mear. reſol. cap. 124.* contra Dominum Regentem de Ponte *in deciſ. 6. & in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de refut. feud. §. 7. num. 2.* ſic inhærendo ſententiæ Domini Regentis noſtri, in deciſ. ibi impreſſa, quæ ſecundum noſtram nouiſſimam compilationem eſt 291. 2

Ad confirmationem autem illius concluſionis, de qua hîc per Dominum Regentem noſtrum, vt poſſit creditor, nullo Regis interueniente aſsenſu remittere hypothecam, quam ſuper feudo habet, ad beneficium tamen illius poſſeſsoris, ex eo, quod per hanc remiſſionem liberetur feudum, id quod in vtilitatem domini redundat ſuccedente deuolutionis caſu, vltra Barthol. de Capua. & Afflict. hîc citatos, videndi 3

Digitized by Google

videndi ſunt Camer. *in c. Imperialem fol. 5. col. 3.* Loffred. *ibidem col. 4.* Capyc. *ibidem, & in deciſ.* 156. Frecc. *e ſubfe. lib. 2. in quæſtione,* quæ incipit, *pluribus autem modis, in* 10. *limit.* & Mant. *in repet. d. c. imperialem num.* 135. quicquid ſibi dixerit Io. Vincentius de Anna *in repet. conſtitut. Conſtitutionem diuæ Memoriæ n.* 183. *verſ. ſic etiam in hypotheca formata,* cuius ſententiam bene procedere dico, quando quis ſuper feudo ab aliquo poſſeſſo membrum aliquod haberet, puta baiulationem, officium magiſtri actorum, & ſimilia tunc enim remittendo, donando, ſiue vendendo ad beneficium poſſeſſoris illius feudi, certè Regius requiritur aſſenſus, per rationes, quas aliàs ſcripſimus.

## ARGVMENTVM.

Feudo legato ſine Regio aſſenſu, an debeatur æſtimatio. Sententia, ſi plura continet capita, vnum liquidum, aliud verò illiquidum, nùm reſpectu capitis liquidi exequi poſſit, alterius illiquidi non expectata liquidatione. Retenſio an ſit permiſſa non ſolùm reſpectu rei, quæ petitur pro eodem debito; ſed etiam pro alio, pro quo res illa non eſt hypothecata, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCLIX.

1 CVM Regia Camera Summariæ decreuiſſet, deberi Io. Antonio de Tufo filio tertio genito Marchionis Lauielli æſtimationem feudi Sancti Geruaſij ſibi à Marchioniſſa matre abſque regio aſſenſu legati, Illuſtr. Marchio frater primogenitus, quem, eadem ſententia dictum fuit, forè de dicto feudo inueſtiendum, verùm quod d. Io. Antonio eiuſdem æſtimationem ſolueret, retenta legitima ſibi in bonis dictæ Marchioniſſæ communis matris competente, inſtabat ſententiam prędictam ad ſui fauorem prius eſſe exequendam, & quod poſtea liquidari poterat legitima, & feudum æſtimari, cum iſtorum vtrumque erat illiquidam, vnde debebat ſententia illa reſpectu capitis liquidi prius, & ante omnia exequi, *l. ſi ſe obtulit.* §. *ſi ex conuentione ff. de re iudic.* nam licèt eadem ſententia vtrumque deciſum extiterat, tamen quia reſpectu vnius capitis erat liquida, & reſpectu alterius illiquida, debebat omnino exequi caput liquidũ; nam vbi in ſententia plura ſunt capitula ſeparata, tot ſunt ſententiæ, quot capitula: *l. ſcire debemus, ff. de verb. oblig.* Specul. *in tit. de reconuent.* §. *nunc videndum, verſ. quod ſi primo. num.* 6. vbi dicit, quod quando vna ſententia eſt ſuper ſpecie, & alia ſuper quantitate, vna non impeditur per aliam, vel quando in vna eſt aliquod impedimentum, quod non eſt in alia, tunc exequitur vna, & non alia, idemque Antonius de Butr. *in cap.* 5. *col. penul. de mut. petit.* vndè dicebatur quod cum ſententia reſpectu Io. Antonij altiorem requirebat indaginem, propter feudi æſtimationem faciendam, conſequens erat, vt illius feudi poſſeſſio Marchioni primogenito traderetur, ſicque ſententiã reſpectu liquiditatis exequi; ſed contendente Io. Antonio legatario, hoc nullo pacto fore permittendum, cum quid iuris in collaterale conſilio ad relationem Regiæ Cameræ dubitatum eſſet, prodiit deciſio pro Io. Antonio, nimirum ſententiam reſpectu vtriuſque capitis ſimul, & ſemel eſſe exequendam, nam cum articulus iuris erat, nempe in qua quantitate legitima taxari debebat, poterat ſtatim expediri, ex quo aliàs fuit per Sacrum Conſilium deciſum, legitimam primogeniti in feudo non eſſe tertiam totius; ſed tertiam, ſiue medietatem illius partis, quam, quis ab inteſtato iuxta filiorum numerum haberet, ad tex. *in Authen. nouiſſima, C. de inoſficio. teſtam.* & quoad liquidationem æſtimationis feudi dicebatur, quod adhuc breuiſſimo tempore fieri poterat, nam notum erat pretium, quo fuit emptum, & bis æſtimatum reperiebatur; ſatis namque dicebatur eſſe durum Marchioni feudi poſſeſſionem conſignare, cum poterat demùm pretij ſolutionem multo tempore differre.

Inſuper conſiderabatur, quod Io. Antonius ex alio ſe tueri poterat, nimirum ex iure retentionis, ad tex. *in l. ſi non ſortem* §. *ſi centum.* vbi Bar. Iaſ. & omnes *ff. de condic. indeb. & in l. fin.* vbi Cyn. Bal. & Salycet. *C. de Commodat.* Paul. de Caſtro *in l. petenti ff. de pignor. actio.* Neguſanz. *in tract. de pignor. in* 4. *membr.* 5. *par.* vbi latiſſimè per totum, qui omnes affirmant, dari retentionem nedum reſpectu rei, quæ petitur pro eodem debito; ſed etiam pro alio debito; idque ſemper verum, quando illa res penès me exiſtens, eſt mihi hypothecata pro alio debito, pro quo retinere volo, ita loquitur tex. *in l.* 1. *C. etiam ob chirograph. pecu.* vbi DD. omnes, idemque ſi eſt mihi quaſi debita, *l. Iulianus* §. *offerri,* & ibi gloſ. *ff. de action. empt. & in l. hæreditas ff. de hæredit. vel act. vendit.* idque procedere adhuc ſi res, quam volo retinere non ſit mihi hypothecata; ſed ad me ſine vitio peruenit, nimirum ex voluntate domini illius rei, vt eſt tex. *in cap.* 1. §. *ſi vaſſallus hic finitur lex.* idem pro expenſis factis in re, pro quibus adhuc rem illam retinere poſſum, *l. in rebus* §. *poſſunt ff. commodat. l. Paulus ff. de doli mali, metuſque except. & l. ſi in area ff. de condit. indebit.* latè Neguſanz. *loco cit.* 2

Nec obſtare dictum fuit Io. Antonium vitioſe feudi legati adeptum fuiſſe poſſeſſionem, quo caſu dicebatur nunquam dari retentionem, 3

Digitized by Google

nem, nedum pro alio debito; ſed nec etiam pro eodem, vt per Bal. *in d. l. fin. c. commod.* Alex. *in l. filium tribus, ff. ad S.C. Trebel.* Dec. *conſ.* 424. *col. fin.* vitioſa enim dicitur poſſeſſio, quando legatarius rei legatæ propria authoritate capit poſſeſſionem, gl. *in l.* 1. §. *rediguntur ff. quorum bonor.* etenim hoc penitus negabatur, ex quo Io. Antonius fuit à matre in hoc feudo inſtitutus, ideo potuit poſſeſſionem propria authoritate apprehendere; ita Bar. *in l. ex facto la* 3. *ff. de hæred. inſtit.* Alex. *in l. nemo poteſt num.* 14. *ff. de leg.* 1. hinc ſi fœmina eſt hæres in feudo inſtituta, quamuis de iure communi feudorum, illius ſucceſſionis ſit incapax *cap.* 1. §. *hoc autem, de his qui feud. dare poſſ.* tamen eſt in poſſeſſione immittenda, ex remedio *l. fin. C. de edict. diui n Adrian. toll.* non obſtante contradictione agnatorum, ad quos feudi ſucceſſio ſpectabat, probat ſatis benè poſt antiquos Curt. Iun. *conſ.* 30.

## OBSERVATIO.

1 SCripſit in hac cauſa pro Io. Anton. de Tufo non minus doctè, quàm ſubtiliter, & eleganter inſignis Io. Antonius Lanar. prout videre eſt *in eius conſ.* 80. quatenus autem hìc in principio annuat D. Reg. noſter, fuiſſe per Regiam Cameram deciſum, legato feudo ſine aſſenſu deberi æſtimationem, aduertendum, eſt non aliter Regiam Cameram in hac cauſa decreuiſſe, deberi æſtimationem, eo forſan præſuppoſito veram eſſe illorum opinionem, qui in articulo generali dixerunt, legato feudo ſine Regis aſſenſu, dum non valet legatum, deberi legatario æſtimationem; ſed quia feudum, de quo agebatur à matre Io. Ant. ſecundogeniti, & Marchionis primogeniti emptum fuerat de propria pecunia Io. Antonij, videatur quæſo Io. Vinc. de Anna, qui de hoc, ex dicto dominorum iudicantium teſtatur *in ſua allegat.* 140. *num.* 4. etenim in articulo generali quicquid Camerar. & alij aliter dixerint, crebriùs apud nos obtinuit contraria ſententia, nimirum, vt legato, ſiue donato feudo, ſine aſſenſu, nullo pacto, dum legatum, ſiue donatio non valet reſpectu feudi, poſſit legatarius, ſiue donatarius illius æſtimationem prætendere, videantur Io. Vinc. de Anna tam *in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, à num.* 139. quàm *in allegationibus* 125. 126. 127. *&* 140. Fabius filius *in conſ.* 87. *&* 113. *num.* 17. Camill. de Curt. *in* 1. *par. ſui diuerſ. in quæſt.* quæ incipit *multoties, à num.* 83. *fol.* 51. *à t.* 8. Bammac. *in cap.* 1. §. *omnes filij numer.* 66. *in tit. ſi de feud. defunct.* Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſibus ſup. dot.* §. 2. *num.* 9. *&* 16. quicquid in contrarium ſcripſiſſet *in conſ.* 88. *lib.* 1. Nicol. Ant. Gizzarell. *dec.* 35. & nouiſſimè D. Reg. Rou. *in prag.* 1. *à num.* 136. *de titul. abuſu in ſcrib. ſubla.* & his addo D. Præſ. Fulu. Lanar. *in additio. D. Reg. patruum in repet. cap.* 1. *num.* 40. *de ſucceſſ. feudi fol.* 266. quo loci *num.* 42. addit, aliter dicendum in donatione facta de feudo, contemplatione matrimonij, ex Gizzarel. *deciſ.* 22. & Reg. Tap. *deciſ.* 5. *c.* 5. quidquid aliqui aliter dixerint.

2 Ad illud autem, quod hìc annuit D. Reg. noſter, nimirum, fuiſſe aliàs per S. C. deciſum legitimam primogeniti in feudo non eſſe, tertiam totius; ſed tertiam, ſiue medietatem illius partis, quam quis ab inteſtato iuxta filiorum numerum eſſet conſequuturus, vide pro veritate, quæ ſcripſi Ego *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 250.

Quantùm verò attinet ad illam concluſionem hìc tentam, vt detur retentio rei pro aliquo debito quamuis illa non ſit mihi hypothecata, ſi tamen ad me ſine vitio peruenit, ad confirmationem videas omnino Io. Petr. Molin. *in ſuo tract. de retent. quæſt.* 301. In articulo autem generali circa retentionem rei mihi hypothecatæ, quæ ex aliqua cauſa ad me peruenit, dic cum Io. Vinc. de Anna *in alleg.* 80. *num.* 9. hypothetæ vim tantam eſſe, quod licèt quis ex inordinato, aut nullo proceſſu fuerit in alicuius rei poſſeſſionem immiſſus, poterit tamen illam retinere, donec, & quouſque creditum, pro quo rem illam obligatam habet, fuerit ſibi ſolutum; non enim poteſt dici in hoc caſu rem illam, cum vitio ad creditorem perueniſſe, vt eſſet locus dictis per Addentes ad Franc. Cremenſ. *ſingul.* 93. cætera ad hanc retentionis materiam pertinentia videnda ſunt apud Mercur. Merlin. *in tract. de Pignor. lib.* 4. *tit.* 5. *quæſt.* 188. *per totam*, vbi plura inuenies notabilia. 3

Ad ornatum autem poſtremæ concluſionis hìc firmatæ, vt fœmina in feudo hæres inſtituta, quamuis illius ſucceſſionis incapax, in poſſeſſionem ſit immittenda, adhuc agnato, ad quem feudum illud ſpectat, contradicente, videnda ſunt, quæ ſc ipſit D. Reg. Capyc. Galeot. *contr. lib.* 1. *contr.* 26. *à numer.* 30. *vſque ad* 34. quo loci ex Andr. *in c. imperialem* §. *illud à num.* 68. *ad* 71. docet, quod quando non agimus de dominio feudi ſed de ſimplici tenuta, ſiue poſſeſſione, poteſt feudum poſſideri etiam per illum qui eſt incapax ſucceſſionis, & dominij, Ego ipſe *lib.* 2. *reſol. iur. cap.* 38. *num.* 25. 4

## *ARGVMENTVM.*

Onera, quibus res legata, vel donata obnoxia reperitur, vt ſoluantur ad quem ſpectat, an ad legatarium, ſiue donatarium, vel potius ad hæredem vniuerſalem. Legato fundo, cuius vſusfructus eſt alterius, an cenſeretur ſolum legata proprietas, & de aliis.

## DECISIO CCCLX.

ILLVSTRIS Don Innicus de Piccolominibus Amelphię dux teſtamento ſuo, inſtituta ſibi hærede vniuerſali Donna Conſtantia eius vnica filia, legatum ad beneficium Don Io. eius fratris his verbis ordinauit, *Item laſcio al ſig. d. Gio. mio fratello la Terra mia di Scafati, con tutte ſue ragioni, attioni, & peſi, che dà me ſi è poſſeduta, con il Palazzo mio di Napoli in la ſtrada di Nido &c.* mortuo Duce teſtatore, compertum fuit maiorem quantitatem introituum dictæ Terræ imò & domùm fuiſſe cum pacto de retrouendendo alienatam; vndè fuit dubitatum in Collaterali



Digitized by Google

Conſilio, ad quem dictorum onerum ſolutio ſpectaret, an ad hæredem vniuerſalem, vel potius ad dictum Don Ioannem legatarium.

2 Et diſcuſſis omnibus de iure diſcutiendis, cum votantes eſſent numero nouem; nimirum tres Regentes Regiam Cancellariam, Dominus Thomas Anellus Salernitanus Sacri Conſilij Præſes, ac domini Regij Conſiliarij Ioannes Andreas de Curte, Antonius Orific. Doctor Quat. Ioannes Felix Scalala, & Vincentius Franchis, nemine diſcrepante prodiit deciſio pro Don Ioanne legatario, ſicque determinatum, tertias currentes donec, & quouſque retrouenditio contingeret, eſſe ſoluendas ab hærede vniuerſali, & cum ab hac ſententia eſſet reclamatum, facta item relatione in Collaterali Conſilio fuit confirmata. Ratio deciſionis in facto, ea fuit, quia ex parte legatarij probatum extiterat, Illuſtrem Ducem Terram,& domum prædictas abſque oneribus legare voluiſſe, & ad hoc fuit allegatus Alex. *in conſ.9. lib.2.* vbi expreſsè dicit, quod ſi ex Teſtatoris mente conſtaret voluiſſe legatum valere quod aliàs nullius eſſet momenti,erit illud omnino proficuum,ſiue id ex teſtatoris mente tacita, ſiue expreſſa colligatur; etenim inutile prorſus conſiderabatur legatum prædictum; ſi ad onera perſoluenda Don Ioannes legatarius cogi poterat; nec obſtare dicebatur,quod teſtator dixerat,*con tutte ſue raggioni*, *attioni*, *& peſi*, nam hoc de intrinſecis oneribus intelligebatur, ab initio exiſtentibus, nimirum à tempore quo terra prædicta fuit conceſſa,non autem de illis oneribus extrinſecis, & ſic de annuis introitibus cum pacto de retrouendendo alimentis, per tex.*in l.ſi à ſubſtituto* §.1.*ff.de leg.2.*vbi ſi ſeruus alicui legetur, illumque vitium, aliquod intrinſecum habere inueniatur, ad nihilum tenetur hæres,ſecus ſi alteri obligatus reperiretur, & ſic extrinſeco oneri obnoxius, quia tunc hæres onus illud redimere tenetur, iuxta tex. *in l.ſi res obligata ff. de leg.1.* Conſiderabatur etiam quod quando teſtator rem ſuam alteri obligatam coniunctæ perſonæ legauerit, tenetur hæres etiam luere, per tex.& ibi gl. & Doctores communiter, *in d.l. ſi res obligata*, *& in l. prædia vbi glo.C.de fideicomm.* imò etiam quando res legata eſt aliena, §. *non ſolum*, *inſtit.de leg.* Nec dicendum, quod quis non cenſetur legare, niſi ius, quodlibet in re, quia hoc eſt verum in dubio, & ita procedunt omnia iura, & dicta per Doctores, quæ per hæredem allegabantur quod ſecus erat in caſu propoſito, in quo ex his quæ fuerunt pendent, teſtatoris voluntas erat, vt legatum eſſet proficuum, ſicque omne ius rei tam ipſius teſtatoris, quàm alienum cenſeri relictum, *l. Meuius* §.*fundo ff. de leg.2.* vbi legato fundo,cuius erat vſusfructus alienus,& ſolum proprietas teſtatoris, cenſeri nedum proprietatem; ſed & vſumfructum legatum,ita vt teneatur hæres eum redimere, vel eius æſtimationem dare, vnde caſus eſt ibi, quod non ſolum cenſetur teſtator legare ius, quod habet in re,ſed imò & alienum; & licèt aliqui dixerint,quod ille tex. loquitur quando totus fundus erat alienus,quo caſu ſine dubio cenſetur teſtator ſciens rem alienam, velle illam legare, iuxta tex. *in l. cum rem alienam C. de legat.* *& d.* §.*non ſolum*. tamen dictum fuit hunc intellectum non eſſe verum,cum ſit contra verba illius tex. Vndè &c.

---

## OBSERVATIO.

AD confirmationem eorum, quæ in hac deciſ. habentur, videnda ſunt quæ ſcripſi Ego *lib.1. mear.reſolut. cap.12.* vbi quærens, cuiuſnam ſit onus ſoluendi annuum cenſum redimibilem ſuper re certis finibus deſignata conſtitutum, ſi res illa tali oneri obnoxia fuerit demùm à domino, & poſſeſſore alteri legata, vel donata, legatarij forſan, ſiue donatarij, vel potius hæredis teſtatoris legantis, ſiue donantis; reſpondi quoad legatum propoſiti dubij reſolutionem facilem eſſe ſatis, quandoquidem iura ſunt aperta pro legatario, vt ad hoc onus hæres teneatur, dum teſtator onus ſciebat, *in l.ſi res obligata* 60.*ff.de leg.1. in l.licet de dot. prælega. in l.prædia C.de fideicom. & in* §.*ſed & rem inſtitut. de legat.* ſecus verò ſi teſtator huiuſmodi oneris fuiſſet inſcius, quia tunc legatarij eſſet onus, niſi forſan res tanto onere affecta eſſet,vt illius valorem tranſcenderet, eo enim caſu, ne legatum inutile, & eluſorium redderetur, ſiue teſtator ſciebat, ſiue ignorabat indiſtinctè cogitur hæres luere, & redimere; ita gloſ. & cæteri omnes *in d. l. prædia.* Ant.Gomez. *var.reſol.tom.1.tit. de legat. n.39.* Craſſus *in* §.*legatum*, *quæſt.15.* & Franc. Viuius, aliis omiſſis, *commun.opin.lib.2.opin.*448.vbi hanc ſententiam communiorem appellat, eamque in praxi ſequendam fore ſuadet, idemque Ceuall. *commun.contra commun. quæſt.*747. *numer.*25. quo loci expreſſis verbis dicit, quòd ſi legatur domus,ſuper qua cenſus redimibilis eſt impoſitus,ſolutio, ſiue redemptio illius cenſus,ad legantis hæredes ſpectabit, non autem ad legatarium domus cenſui obnoxiæ. 1

2 Quantùm verò attinet ad donationem, idem pariter dicendum fore ſcripſit Gratian. *diſcept.forenſ.to.5. cap.955. à num.23.* rationibus vt per eum; ſed contrarium iudicauit Rot.*in vna Romana cenſus,ſub die 7. Februarij* 1628. quam d.cap.12. imprimi curaui, & eſt 143. *tom.1. 5.par. recent.* vbi reuocata ſententia Auditoris Cameræ ad fauorem donatarij lata, deciſum extitit, onus cenſum ſoluendi, ſiue illum redimendi ad donatarium,nō autem ad hæredē donatoris ſpectare,ea diuerſitatis ratio aſſignetur;quia pro legato cōpetit euictio, ad tex. *in l.ſi domus* §.*de euictione ff. de leg.1.*& ſic non mirum,vt cenſus ſolutio, ſiue illius redemptio ad hæredem legantis ſpectet; quod ſecus eſt in donatione; cenſetur enim res donatā, prout erat apud donantem, *l.Ariſto* §.*fin.ff.de donat. l.vxor. patrui C.de leg.* Iaſ. *conſ.73. in 3. dub. lib.1.* Riminal. Sen. *conſ.409. num. 21. lib.3.* Ruin. *conſ.184. num.8. lib.1.* Curt. Iun. *conſ.174. numer.34.* Boër. *deciſ.64. num.1.* Rot. *deciſ.621.num.1.par.1. diuerſ.*& alij plures, quos refert Mangil. *in ſuo tract.de euict.quæſt.68.* vbi tamen ex magis communi ſententia diſtinguit inter donationem, quæ incipit *à traditione*, & illam,

quæ

Digitized by Google

quæ incipit *à promiſſione*, vt in prima non detur euictionis actio, &. ſucceſſiuè dic tu bene procedere ea quæ Rota *in d. Romana cenſus* diffiniuit. In ſecunda verò ſic, & per conſequens affirmandum, vt in hac donatione, quæ *à promiſſione* incœpit, vindicent ſibi locum, ea omnia, quæ de legato ſcripſimus cum eadem militet ratio.

## ARGVMENTVM.

Laudum ſuper re feudali per arbitros à Partibus electos prolatum, nùm dicatur nullum, ſi ſuper compromiſſo Regius aſſenſus non fuit impetratus, quamuis demùm ſuper ipſo laudo conceſſus appareat. Laudum nullum, nùm de Partium conſenſu ſubſtineri poſſit.

## DECISIO CCCLXI.

1 DIFFINITIVO prolato laudo ſuper controuerſiis ortis inter vniuerſitatem Sulmonis, & Illuſtrem eius Principem, ac vtilem dominum, cum de illius exequutione tractaretur, inſtabat vniuerſitas nullum declarari, ex quo in compromiſſo inter Partes ipſas ſtipulato, cum de rebus feudalibus tractaretur, Regius non interuenerat aſſenſus, quamuis demùm ſuper laudo impetratus appareret, vndè dubitatum fuit quid iuris.

2 Per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio fuit deciſum pro vniuerſitate, nimirum laudum fuiſſe nullum, ex quo in compromiſſo prædicto ſuper re feudali facto, Regius aſſenſus impetratus non fuerat, ſicque tentum ſat non eſſe aſſenſum, qui ſuper laudo impetratur, dum in compromiſſo impartitus non fuit; eſt verum, quod deciſio hæc non fuit ſine magna controuerſia, nam cum votantes eſſent numero octo, quinque ſolùm, inter quos Dominus iſte Regens laudum prædictum nullum cenſuère, tres autem pro laudi validitate pronunciarunt. Ratio deciſionis fuit, nam quicquid in hoc articulo, in terminis iuris communis feudorum ſcripſerint Doctores, in Regno attenta conſtitutione, *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, verior eſt opinio, vt ſuper compromiſſo Regius aſſenſus omnino ſit neceſſarius; ponderabantur verba tex. ibi, *arbitraria etiam ex compromiſſo ſuper præmiſſis facta, nulla eſſe cenſemus*, ex quibus quidem verbis arbitrium dicebatur, quod de laudo intelligi non poteſt, ſed ſolùm de poteſtate arbitris tributa ex compromiſſo, ad quod allegabatur Rubrica *ff. de recep. arb.* & qui arbitrium recipiunt, vt ſententiam dicant, & ſic arbitri ſententia, ſeu eius laudum non eſt arbitrium, ſed poteſtas quædam data arbitrio ex compromiſſo, ad idem fuerunt pariter allegata iura *in l. 3. §. 1. in l. ſed & ſi §. ſi quis & in l. idem Pomponius § recepiſſe cum aliis concord. eod. tit.* hinc Hoſtien. *in ſum. tit. de arbit.* arbitrium diffinire volens dicit, quod arbitrium eſt poteſtas voluntariæ iuriſdictionis alicui data, & recepta ad pronunciandum in lite prout arbitro viſum fuerit; ex hoc igitur dicebatur, quod cum in conſtit. diſponatur arbitria ex compromiſſo nulla eſſe ſine aſſenſu, intelligitur de arbitrio, ideſt de poteſtate per compromiſſum data, & non de ſententia, ſeu laudo, huiuſque opinionis, ſecundum quam fuit concluſum, & votatum, dictum fuit fuiſſe gl. *in d. Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, in verb. cum de eis*, dum dicit quod ſuper feudis, & rebus feudalibus ſine Regio aſſenſu compromitti non poteſt, idemque. Andr. *in cap. 1. §. ſi autem inter pares, de leg. corrad.* & Afflict. *in eadem conſtit. in 10. notab. & in deciſ.* 285. vndè concludebatur ab hac opinione in Regno recedi non poſſe, nam quando in materia feudali eiuſdem opinionis ſunt gl. Andr. & Afflict. in iudicando ab illa recedi non poteſt, ſicque benè deciſum vt compromiſſum abſque aſſenſu factum non teneat, dato quod in laudo præſtitus fuiſſet &c.

## OBSERVATIO.

1 DE hac deciſione, quæ prodiit in cauſa vertẽte inter vniuerſitatẽ Sulmonis, ac Illuſtrem tunc eius Principem, & vtilem dominum meminit Dominus Regens Moles *in tit. de iure releuiorum deciſ.* 8. vbi pariter opinionem quam hic ſuſtinet Dominus Regens noſter defendit, ſicque ab omni dubio procul firmat, nullius momenti eſſe laudum, quamuis Regio aſſenſu vallatum, dùm in compromiſſo domini conſenſus obtentus non extiterat, contra ea, quæ ſcripſi Ego *lib. 1. mear. reſol. cap.* 67. vbi etiam *à num.* 8. *vſque ad finem*, in ea ſententia extiti, nimirum, ſat eſſe Regium aſſenſum ſuper Compromiſſo, ſiue ſuper Laudo à domino noſtro Prorege impetrari, adhuc ſi compromittentes ſuper controuerſiis feudalibus eſſent alienigenæ, nec aliter in hoc caſu fieri locum diſpoſitioni pragmaticæ ſanctionis quæ eſt 17. *ſub tit. de feudis.*

Siuè autem vnam, ſiue alteram attendamus opinionem, illud certo certius eſt, quod quando deficit aſſenſus omninò, adeò Laudum dicitur nullum, vt nec etiam in vim pacti valere poſſit, quamuis aliàs ſententia nulla de Partium conſenſu ſuſtineatur, vt ex Bal. *in conſ.* 356. *lib.* 5. *in meis*, ſcripſi *citato lib. 1. mear. reſol. cap.* 119. *num.* 9. Ratio aſſignatur, quia hîc agimus de defectu iuriſdictionis cum certis perſonis tantùm, vndè ſubintrante iuriſdictionis defectu, Partes ſupplere non poſſunt, circumueniretur enim lex, vt Laudum non valeret; quia caret aſſenſu, & tanquam pactum valeret, ità ſatis benè Io: 2

Vinc. de Anna *in repetitio. Conſtitutionis, Conſtitutionem diuæ memoriæ. num.* 286. vbi pariter de hac cauſa Vniuerſitatis Sulmonis memor fuit.

## *ARGVMENTVM.*

Poſſeſſor ſingularis rei certo annuo redditui obnoxiæ, nùm à domino redditus ad illum ſoluendum in actione perſonali cogi poſſit; Et quid in domino directo pro conſequutione canonis contra emptorem rei emphyteuticæ. Feudo ad Regiam Curiam deuoluto, an, & quando fiſcus debita per feudatarium contracta ſoluere teneatur, & de aliis. &c.

## DECISIO CCCLXII.

1 CVM Magnificus V.I.D. Leo Follerius ab Illuſtre tunc vtili domino Ciuitatis Sanctæ Agathæ, Regio aſſenſu mediante, annuos tot, pro certa ſorte ſoluta emiſſet ſuper primis fructibus, & introitibus d. Ciuitatis, illa demùm ob Baronis rebellionem ad Regiam Curiam reuerſa, ac & tandem vendita Comiti Aloyſio Baro, inſtabat dictus Leo cogi hunc nouum poſſeſſorem ad ſibi ſoluendum, & correſpondendum hic in Ciuitate Neap. annuos illos introitus vt ſupra emptos, ſeruata forma inſtrumenti conſtitutionis dicti annui cenſus, ſiue redditus; ſed contradicente d. Comite nouo poſſeſſore, & ad id non teneri contendente, dubitatum fuit quid iuris.

2 Conſideratum fuit, nulli dubium eſſe, quod ſi hic nouus poſſeſſor fuiſſet hæres venditoris annui cenſus, ad ſoluendum cogi eum poſſe, ex quo adhuc ſi actio illa ad cenſus conſequendos eſſet perſonalis, cõtra ipſum trãſiuiſſet, *l. vnica C. vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes*; imò ius etiam exequutiuum, vt notat Bar. *in l. poſtulante in princ. ff. ad S. C. Trebel.* ſed in caſu propoſito dubium faciebat, quia fiſcus ob Baronis rebellionem Ciuitatem prædictam in pleno dominio acquiſierat, & iure proprio, *cap.* 1. *§. quid ergo de inueſt. de re alien. fac.* vndè dubitabatur an ius creditoris eſſet extinctum, & circa hoc dicebatur, quod non, ex quo creditum Leonis Regio aſſenſu munitum extiterat, & ſucceſſiue dominus, qui conſenſum obligationi præſtiterat ſtare tenebatur; ſed illud per certo habitum fuit, nullo pacto potuiſſe dictum Leonem creditorem contra dictum Comitem actione perſonali agere, vt annuos redditus vt ſupra vẽditos hîc Neapoli ſolueret, ex quo ius illud perſonale contra ſingularem ſucceſſorem tranſire non poterat: *l. fin. ff. de contrah. empt.* & eſt gl. notabilis *in l. fin. C. de iure emphyt.* vbi dicit quod ſi emphyteuta, qui ad Canonem directo domino ſoluendum actione perſonali abſtinetur, rem illam emphyteuticariã alteri, ſeruatis de iure ſeruandis, venderet, emptor non teneretur actione perſonali canonem directo domino ſoluere, niſi expreſsè ſic ſe obligauerit, idemque Bal. *in Authen. quas actiones C. de Sacr. Eccleſ.* & Aret. *in l. quæ neptis la* 1. *ff. de acq. hæred.* & faciunt dicta per Paul. de Caſtr. *in l. Imperatores ff. de public. & veſtig.* per Io. de Platea *in l. in his, C. de præd. & omnib. rebus nauicul. lib.* 11. & per Afflict. *deciſ.* 95. vndè benè reſolutum fuit, nullatenus licuiſſe dicto Leoni de iuribus ſuis experiri contra Comitem Aloyſium actione perſonali, vt fructus, ſeu penſiones ſolueret in hac Ciuitate Neap. nec pro tertiis præteritis venditionis tempore debitis, nec pro tempore quo poſſedit, niſi eo tẽpore fructus percepiſſet, quia tunc dicebatur, quod teneretur Comes actione perſonali, ad tex. *in l. ſi me, & Titium ff. ſi cert. pet.* dictum etiam fuit potuiſſe Leonem Creditorem annui redditus, pro ſui Crediti conſequutione hypothecaria agere ſuper rebus obligatis cum aſſenſu, quo caſu ad euitandam rei obligatæ adiudicationem, poterat Comes ad annuas penſiones ſoluendum ſe paratum offerre, & ita fuit per omnes dominos de Regia Camera concluſum, referente Domino Præſidente Franciſco Antonio Villano &c.

---

## OBSERVATIO.

DOminus Regens in calce huius deciſionis in ſuis manuſcriptis teſtatur hanc fuiſſe primam deciſionem, quæ prodiit, poſtquam à Carolo Ceſare immortalis memoriæ aſſumptus fuit ad officium locumtenentis Magni Camerarij, cuius poſſeſſionem ait ipſum aſſequutum fuiſſe ſub die vltimo Octobris 1547. modò, demptis verbis huius atteſtationis, inuenies deciſionem hanc de verbo ad verbum impreſſam inter deciſiones D. Regentis Salernitani, & ſub eius nomine, & eſt vltima in ordine. 1

Hîc primò notamus, quod quando creditum eſt radicatum ſuper feudo cum aſſenſu Domini, ius creditoris ſemper ſaluum eſſe, quamuis feudum illud ad dominum ex aliqua cauſa, rebellionis nimirum, vel lineæ finitæ reuertatur, concluſio hæc deſumitur ex Andr. *in cap.* 1. *§. quid ergo num.* 5. *in fine* vbi Afflict. *num.* 3. & Balzar. *num.* 21. *de inueſt. de re alien. fac. & in c. Imperialem num.* 11. *de prohib. feud. alien. per Freder.* eamque pariter firmarunt Pariſ. de Put. *de reintegr. feud. cap.* 257. *num.* 12. Capyc. *in ſua inueſt. feud. in verb. feudorum deuolutio, verſ. hypotheca fol.* 159. *& in verb. feudorum executio, verſ. dominus mortuo fol.* 197. Boër. *deciſ.* 181. *num.* 4. *&* 5. Camer. *in d. c. Imperialem fol.* 50. *litt. L.* Marin. Frec. *lib.* 2. *de ſubfeud. author.* 29. *num.* 6. Hartem. Piſtor. *quæſt. iuris lib.* 2. *quæſt.* 48. *à num.* 14. Scrader. *de feudis par.* 8. *cap.* 4. *n.* 34. *verſ. ſecundo* 2

Digitized by Google

*cundo hæc concluſio*, & Facchin. aliis omiſſis *contr. iur. lib.7. cap.56.* iſtoque iure vtimur in Regno, abſque vlla controuerſia, quicquid contra attentare præſumpſerit; ſed ſatis inutiliter Dominus Conſiliarius Carleual. *in ſuo tract. de iudic. tom.2. diſput. 23. per totam*, quam reprobat Salgad. *in ſuo labyr. par.3. cap.3. num.94.*

2 Quantùm verò attinet ad punctum principalem huius deciſionis, vt cernis Dominus Regens in ea fuit ſententia, nimirum domino cenſus non licere actione perſonali, pro cenſus conſequutione agere contra tertium poſſeſſorem rei, ſuper qua cenſus conſtitutus eſt, nec pro tertiis præteritis, venditionis tempore debitis; nec pro tempore, quo poſſedit, niſi eo tempore fructus percepiſſet, quia tunc teneretur poſſeſſor actione perſonali, ad tex. *in l. ſi me & Titium ff. ſi cert. pet.* Tu modò ad maiorem huius concluſionis declarationem, quicquid in terminis noſtræ Pragmaticæ Sanctionis, quæ eſt prima *in tit. de cenſib.* ſcripſerint Foller. *ibi in comment. fol. mihi 146.* & incertus Author. *in addit. ad Franc. Ant. de Iudic.* Rober. *de liquidat. inſtrum. fol. 414. in fine, verſ. ſed quæro an quæ dicta ſunt*, dicas ſemper licere, & licitum eſſe Domino cenſus pro annui redditus conſequutione recta via agere contra poſſeſſorem rei cenſui ſubiugatæ, non ſolùm actione hypotecaria, ſed etiam perſonali in rem ſcripta, via tamen ordinaria, videatur Ludouic. Cenc. poſt alios, quos refert *in ſuo tract. de cenſib. par.2. cap.2. quæſt.3. art.6. & in quæſt.5. art.8.* vbi tamen *num.5.* aduertit, quod quando actio inſtituitur perſonalis in rem ſcripta, hic tertius poſſeſſor non poſſet conueniri, niſi pro cenſibus decurſis, & non ſolutis, poſtquam ipſe illius rei cenſui obnoxiæ nactus fuit poſſeſſionem, & decurrendis in futurum, eo poſſidente, prout his diebus Magna Curia, me referente, iudicauit in cauſa quorundam ſtatus Amelphiæ, ſecus autem pro decurſis antequam ipſe inceperat dicta bona poſſidere, tunc enim opus eſſet, vt creditor cenſus actione hypothecaria de iuribus ſuis experiretur, idemque; & ſatis benè in vtroque caſu D. Reg. Rouit. *in d. prag. 1. num. 21. de cenſibus*; dixi paulò ante, via ordinaria; ad demonſtrandum, quod nullatenus permitteretur via exequutiua agi pro cenſus conſequutione aduerſus tertium poſſeſſorem illius rei cenſui ſubiugatæ, ita animaduertit Roder. *de annuis reddit. lib.2. quæſt.9. num.53. verſ. quæ prædiximus* Felic. *de cenſibus lib.3. cap.4. num.6. verſ. quarto infero*, & alij, quos refert & ſequitur Cencius *cit. tract. de cenſibus par.2. cap.2. quæſtion. 5. articul.6. numero 21.*

3 Circa autem illam concluſionem, vt dominus directus non poſſit agere contra emptorem rei emphyteuticæ actione perſonali ad ſibi Canonem ſoluendum ex gloſ. & Doctoribus hîc citatis, quibus addendus eſt Roma. *conſ.311. in princip.* videatur omnino Franc. Cald. *de iure emphyt. lib.4. cap.3. à numer.17.* vbi hoc idem firmans, addit & tandem *num.37.* & cum Rom. *loco cit. num.6.* concludit, aduerſus emptorem penſionem ſoluere negantem, poſſe dominum directum actionem vndè vi quaſi ſpoliatum agere, rationibus vt per eum, quod ait latè comprobaſſe Guid. Pap. *deciſ.619.* Caſſan. *ad conſuet. Burg. rubr.11. §.2. num.28.* Gigas *de penſio. quæſt.47. num.10.* Menoch. *de recup. poſſeſ. remed.1. num. 89.* & Foller. *de Cenſibus fol.384. num.117.* quicquid dubitet Rip. *in l.1. §. ſi hæres num. 18. ff. ad S. Conſ. Trebell.* & contradicat Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. quæſtion. 32. numero 24.*

4 Sed ego ſemper in ea perſeuerauí ſententia, vt dominus directus, ſicut dominus cenſus conſignatiui, adhuc poſſit pro annui canonis conſequutione contra emptorem rei emphyteuticæ agere actione illa perſonali, quæ dicitur in rem ſcripta, ſic inſequendo noſtrum Vrſill. *in additio. ad Afflict. in cit. deciſ.95. num.7.* actio enim illa perſonalis quæ dicitur in rem ſcripta quemlibet concomitatur poſſeſſorem, *l.3. §. ſi autem ff. ad exhiben.* & hoc maxime ſubdit Vrſill. *numer.8.* ſi in inſtrumento adeſſet pactum, prout hodie, ait communiter ſeruari, quod pro reditu poſſit exequi contra quemlibet poſſeſſorem &c.

## *ARGVMENTVM.*

Regiſtrum, an, & quando fidem faciat, ſicut originale. Tranſumptum vt probet, & fidem faciat, quæ requirantur. Regiſtrum ſi eſt diuerſum ab originale, cui ſtandum eſt. Originalis ſcriptura ſi fuerit deperdita, & ab vna Parte præſentetur liber, in quo ſcriptura illa fuit regiſtrata, & ab aduerſario Tráſumptum eiuſdem ſcripturæ, ſi in aliquo diſcordant, cui ſtandum eſt, an Regiſtro, an verò Tranſumpto, & de aliis. &c.

## DECISIO CCCLXIII.

INSTABAT Regius Fiſcus, vt Regia Camera declararet, Magnificum Troianum Bozzutum vſurpaſſe Iuriſdictionem criminalem Afragolæ Caſalis huius fideliſſimæ Ciuitatis, & ad hoc probandum producebat quoddam Priuilegium Regis Ferdinandi primi, in quo legebatur quondam Cæſarem Bozzutũ aſſeruiſſe, Sereniſſ. Reg. Ioannam conceſſiſſe officium Capitanei iuriſdictionis criminalis dicti Caſalis Io. Mariæ, & Antonello Bozzutis patri, & filio, ad eorum, & cuiuſlibet illorum vitæ decurſum; ob quod dicebatur, quod cum illi è viuis deceſſiſſent, iuriſdictio illa criminalis remanſit extincta, & cum hoc priuilegium in Regia Camera Regiſtratum reperiretur, de eius fide dubitari non poterat Regiſtra enim, quæ in publicis Archiuiis ſub cuſtodia officialium ad hoc deputatorum ſeruantur, vti originalia fidem faciunt, ita Innocent. *in cap.1. de procurat.* Bal. *in Authen. ſi quis in aliquo C. de eden.* vbi dicitur regiſtrum loco originalis haberi, idemque Paul. de Caſtr. *in l.1. §. editiones ff. de edendo*, facit tex. *in Authen. ad hoc, in fine*, vbi Bar. & DD. *C. de fide inſtr.* ſcriptura namque ex Archiuio ſumpta fidem facit, ac ſi eſſet publica, Bal. *in rubr. C. de fide inſtr. col. fin.* Paul. de Caſtro *in d. Authen. ſi quis in* 1



*aliquo*

Digitized by Google

*aliquo*, & Alex. *conſ.* 138. *lib.* 1. ex quibus Fiſcus dicebat fundatam habere intentionem; ſed ex aduerſo contendente conceſſionem illam Reginæ Ioannæ fuiſſe in perpetuum emanatam, idque expreſsè conſtare per præſumptum Magnæ Curiæ Vicariæ, dubitatum fuit, quid iuris; etenim dicebat Troianus quod quando Tranſumptũ fit Curia pro Tribunali ſedente, plenã facit fidem, ita vt loco originalis haberetur, adhuc ſi in exemplatione Pars, cuius intereſt, citata non ſit; iſta enim eſt præeminentia, & authoritas M. C. licèt aliàs ſemper Partis citatio requiratur, vt omnes affirmant *in c. Alberius, extra de teſtibus*, & ex hoc dicebatur, non eſſe amplius quærendum de priuilegio originali, eoque magis, cum conceſſio illa Reginæ Ioannæ reperiebatur per ſuam Catholicam Maieſtatem confirmata, ad notata per gl. in propriis terminis *in c. penul. de confir. vtili, vel inutili.* Ex his igitur apparet originale priuilegium Reginæ Ioannæ non fuiſſe prædictum, ſed tantùm Fiſcum produxiſſe librum regiſtri Regiæ Cameræ, in quo priuilegium illud erat regiſtratum, Troianum autem præſentaſſe Tranſumptum eiuſdem Priuilegij penès ipſum exiſtens, in quo clauſula legebatur *in perpetuũ*; vndè domini iudicantes materiam reaſſumentes dixerunt, nulli dubium eſſe, quod ſi originale in carta pergamena eſſet repertum, non vitioſum, neque corruptum, omnino forè illi ſtandum, adhuc ſi à regiſtro eſſet diuerſum, nam licèt regiſtrum ſit authenticum, plenamque faciat fidem tanquam ob originale ſumptum, tamen in dubio ſemper ſtandum originali, ſicut quando exemplum à Protocollo diſcordat, adhuc ſi ab eodem Notario exemplatum eſſet, vt ſtandũ ſic Protocollo, ita gl. & DD. poſt Bar. *in l. Sempronius Proculo ff. de leg.* 2. *gl. in l. publicatis ff. de teſtam.* Bar. *in l. ſi quis ex argentariis* §. *prætor ait ff. de edendo*; ſi verò originale non reperiretur, ſed benè regiſtrum, vt in caſu, de quo agebatur, & tum omnino regiſtro eſt ſtandum, cùm habeatur loco originalis, ex quo conſeruatur penès Regios officiales in quibus ſuſpicio aliqua non præſumitur; Nec ratio aliqua haberi poteſt de exemplo penès Partem exiſtente, ex quo in eo cadit ſuſpicio, nam ſicut inſtrumentorum exempla cuſtodiuit, ita & originalia cuſtodire poterat; vnde relata cauſa in Collaterali Conſilio, & coram domino Prorege, prodiit deciſio pro Fiſco, nemine penitus diſcrepante. &c.

## OBSERVATIO.

1 HIc habemus deciſionem indiuidualem, quam alibi non obſeruaui, & ea eſt vt ſi originalis ſcriptura fuerit deperdita, & ab vna Parte præſentaretur liber, in quo ſcriptura illa fuit regiſtrata, & ab aduerſario tranſumptum eiuſdem ſcripturæ, iudicis authoritate emanatum, ſi in aliquo diſcordant, ſtandum ſit regiſtro, non autem tranſumpto; etenim liber regiſtri, qui in publico arbitrio ſub cuſtodia officialium ad hoc deputatorum ſeruatur, vt originalis habetur, illique eadem præſtatur fides, quæ originali daretur, ſi illud exhiberetur, vt per Doctores hìc à D. Regente noſtro citatos, quibus addendi ſunt & alij, quos refert Ioſeph. Maſcar. *de probat. concluſ.* 1267. vbi addit idem dicendum eſſe de probatione ex regiſtro proueniente quæ, de ea, quæ ex protocollo prouenit, & quemadmodum ſi de inſtrumento dubitatur, ad Protocollum recurritur, ita pariter ſi dubitatur de Bulla, recurritur ad Regiſtrum, quod probare, & fidem facere ſicut Notarij Protocollum, ſcripſerunt Anton. de Butr. Ludouic. Gomez Sarnienſis Epiſcopus, Rebuff. & alij per Maſcar. relati, *in concluſ. modo citata numero* 8. & 9. hæc quoad fidem Regiſtri.

2 Quò verò ad tranſumptum, vt illud probet, requiritur primo vt ſit exemplatum parte, citata ſecundo vt Iudicis decretum interueniat, tertio vt quinque Notarij teſtificentur fuiſſe ſcripturam illam, quæ exemplatur, ab originali extractam, videatur Cardinalis Pute. *deciſ.* 327. *lib.* 2. ex ſententia Salic. *in Authen. ſi quis in aliquo C. de edendo*, & Lanfranc. *in c. quoniam contra in verſiculo inſtrumentorum productiones, de probat.* Maſcar. *de probat. concluſ.* 1394. *numer.* 27. ſed an in antiquis citationis ſolemnitas præſumatur ſi non producitur, explicat idem Card. Pute. *loco citato & in deciſ.* 205. *eodem lib.* Maſcar. *loco modo alleg.* vbi *num.* 12. ſingulariter addit, citationem non eſſe neceſſariam quoties parte præſente exemplum illud factum eſſet, quia tunc tranſumptum probabit, licèt citatio non interuenerit, allegat Felin. *in c. fin. num.* 11. *verſiculo fallit ſexto de fide inſtrum.* Ratio aſſignatur quia citatio fit ad finem, vt qui citandus eſt, compareat, ergo ſi preſens reperitur, non eſt vlterius citandus, nam regulariter data partis præſentia in iudicio, alia non requiritur citatio, provt eſt tex. *in l. etiam* §. *fin. ff. de minor. & in l. cauſa* §. *cauſa cognita, eodem tit.* Iaſ. *in l. fin. ff. de in ius vocando.*

3 Cætera ad materiam tranſumpti videnda ſunt apud Gratia. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 268. vbi *num.* 34. notabiliter aduertit, tranſumpto facto à Notario ſcripturarum ab ipſo non confectarum, ſiue quæ ab ipſo non cuſtodiuntur, nullam eſſe fidem adhibendam, maximè quando ſcriptura à qua fit tranſumptum, ſtatim exibenti reſtituitur, idemque Rouit. *in prag.* 3. *num.* 8. *de Notariis.*

## *ARGVMENTVM.*

Officium ſi fuerit acquiſitum pro ſe, & hæredibus maſculis, poſſeſſore defuncto, ſuperſtite ſibi perſona à primo acquirente deſcendente; an iſte in illo ſuccedere poſſit. Hæredum appellatione an, & quando omnes in infinitum veniant. Officio conceſſo pro hæredibus, an fœmina in illo ſuccedere poſſit, & de aliis notabilibus.

DECI

Digitized by Google

## DECISIO CCCLXIV.

1 DEFVNCTO abſque liberis Magnifico Petro Moccia Magiſtro Portulano huius Ciuitatis, Fiſcus vigore c. *ex præſumptuosè*, huius officij cœpit poſſeſſionem, ſeu quaſi; ſed comparẽte Magnifico Iacobo Moccia defuncti fratre vtrinque coniuncto, eoque inſtante, vt de eodem officio inueſtiretur; vti nepos ex filio quondam Petri Moccia ſenioris, qui dictum officium pro ſe, & hæredibus maſculis acquiſierat, fuit in Regia Camera dubitatum quid iuris? Ratio dubitandi contra Petrum iuniorem dicti officij inueſtituram petentem ea fuit, quia cum officium de ſui natura ſit perſonale, nedum ad hæredes ſanguinis, ideſt filios, non tranſit, ſed cum perſona; extinguitur, *l. tutela ff. de tutel. l. cuius bonis ff. de curat. furio. l. 1.* vbi Bal. *ff. de fideiuſ. tutor.* & hoc etiam ſi eſſet dictum concedo tibi officium in perpetuum, quia intelligitur quoad viuos, gl. notab. *in c. fundamenta in verſ. in perpetuum, de elect. in 6.* per tex. *in l. 1. ff. pro ſoc.* Aret. *in l. maritum ff. ſolu. matr.* quoties enim ſumus in materia non tranſmiſſibili ad hæredes, tunc hæredum appellatione ſolum de primo hærede intelligitur, ita per tex. *in l. antiquitas C. de vſufr.* notat Bar. *in l. Gallus §. ſi à parent ff. de liber. & poſth.* Ang. ſatis benè *conſ. 110.*

2 Sed hac dubitandi ratione non obſtante conſiderabatur contrarium de iure eſſe verius, cum regula ſit, quod quando de hæredibus eſt facta mentio, hæredum appellatione omnes veniunt in infinitum: *l. ſciendum, l. alienantis appellatione, l. hæredis appellatione. ff. de verb. ſignif. l. in annalibus C. de legat.* cum mille concordantibus hîc allegatis; & licèt pro huius regulæ limitatione tex. allegaretur *in l. antiquitas C. de vſufruct.* per quod diſpoſitum videtur, vt in his, quæ de ſui natura ad hæredes non tranſeunt, hæredis appellatione, ſolum de primo hærede, & non vlterioribus intelligatur, tamen contra allegabatur text. *in d. l. in annalibus C. de legat.* vbi ſi quid annuum pro ſe, & hæredibus eſt alicui legatum, omnes hæredes venient in infinitum, & ad tex. *in d. l. antiquitas* reſpondebatur ex gl. *in d. l. in annalibus*, ideo ibi diſpoſitionem factam de vſufructu ab beneficium Caij, ſuorumque hæredum intelligi de primo hærede, ne aliàs proprietas perpetuo inutilis remaneret; hinc ſi Ciuitati alicuius rei legetur vſusfructus, intelligitur illum durare per annos centum, eadem nimirum ratione, ne proprietas inutilis redderetur, & hoc eò magis in caſu, de quo agebatur indubitatum erat, quia in conceſſione facta à Rege Ferdinando primo Petro Moccia Seniori, & hæredibus ſuis legabatur, *ita quod vnus poſt obitum alterius alteri ſuccedat*; ſique videbatur Sereniſſimum Regem illud nedum de primo hærede, ſed de vlterioribus intellexiſſe, & ita compertum fuit, aliàs in hac cauſa Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſ. determinaſſe, vnde meritò concludebatur, iterum ſic fore iudicandum.

## OBSERVATIO.

DE hac deciſione memor fuit Horat. Monta, *in ſuo tract. de regalib. fol. 173. col. 2. ante num. 10.* vbi ad probandum quod frater à primo acquirente deſcendens fratri ſine prole decedenti, in Officio conceſſo pro ſe, & hæredibus ſuccedat, citat D. Regentem noſtrum hîc, & *num. 19. & 25.* probat in Officiis per hæredum expreſſionem alteratis, omnes hæredes; nedum ſanguinis ſed etiam extraneos ſuccedere; allegat gloſ. *in l. vnica C. ſi liberalit. Imperialis Socius ſine hæred. deceſſ. lib. 10.* ibique Bar. Io. de Plat. & Valenz. Piſc. *num. 20.* Cyn. Salic. Alex. & Iaſ. *in l. 1. C. vnde vir. & vxor.* Socc. Iun. *conſ. 73. num. 9. vol. 1.* & Peregr. *de Iure Fiſci lib. 1. tit. 2. n. 102.* Ratio aſſignatur, quia verſantes nos in materia indifferenti, cum nec à iure communi nec Regni noſtri in officiis ſit expreſſum, quod in feudis eſt diſpoſitum; verbum, *hæres*, in conceſſione expreſſum, ſecundum propriam ſui naturam interpetrari debet ad tex. *in l. ſciendum, & in l. hæredis ff. de verb. ſignific.* ſicque de omnibus hæredibus in infinitum, etiam, quod verbum *hæres* expreſſum ſit in re de ſui natura ad hæredes non tranſitoria, vt eſt annuum legatum, ad tex. *in l. in annalibus C. de legat. & n. 16. & 17.* addit Mont. conceſſo officio pro hæredibus, ſiue conceſſo officio cum poteſtate nominandi hæredem, fœminam tam ex teſtamento, quam ab inteſtato ſuccedere; quicquid ſibi dixerit Matin. *lib. 2. de ſubfeud. q. 51.* iſtoque iure vtimur in Regno. Verùm cum non poſſit ipſa propter ſexus impedimentum deſeruire, cogitur ad D. Reg. recurſum habere pro facultate obtinenda, vt per ſubſtitutum deſeruire poſſit, nam abſque Regia diſpenſatione hoc ei non liceret, obſtantibus nouiſſimis Regis ordinationibus, de quibus infra *in obſeruat. ad deciſ. 382. in fin. & 390.*

## ARGVMENTVM.

Fama publica contra inquiſitum exorta, & probata, an & quando ſufficiens ſit iudicium ad torturam ei inferendam. Iudex, qui ſine probabilibus indiciis reum torturæ ſubijcit, qua pœna puniatur. Confeſſio facta in tortura, nullis legitimis præcedentibus indiciis, ſi à torto fuerit demum ratificata, an pro valida ſit habenda, & de aliis ad materiam pertinentibus.

DECI

Digitized by Google

## DECISIO CCCLXV.

1 De pluribus inquirebatur ſpectabilis Don Franciſcus de Iouar Caſtellanus cuiuſdam Caſtri in Partibus Tuneſi, & ſignanter primò quod cuidam Mauro torturam inferri iuſſerat, nullis præcedentibus indiciis, nulloque iuris ordine ſeruato, itavt ex ea illata tortura Tortus è viuis deceſſerat; vndè fuit dubitatum quâ pœnâ veniret puniendus.

2 Conſiderabatur graue fuiſſe delictum, ex quo ius vetat toturam inferri alicui, quem deliquiſſe proponitur, niſi ſufficientia præcedant indicia, *l.* 1. *cum* §.§. *ſeqq. ff. de quæſt. l. maritus, & l. fin.* vbi latè Bar. *eodem tit. l. ſimiliter, & l. cum cognitio, C. eodem,* & hoc adeo verum, quod ſi Iudex vidiſſet à Titio occidi Sempronium, & alia non haberet indicia, certè non poſſet contra illum torturam ordinare, cum Iudex non ex propria conſcientia, ſed ſecundum allegata, & probata iudicare teneatur, *l. Illicitaſ.* §. *veritas ff. de offic. Præſidis,* imò tortura nunquam eſt inferenda, donec alia ſuperſtiterit via veritatem probandi, hîc eſt tex. *in l. edictum.* vbi Bar. *ff. de quæſtion. l. diuus, & l. quoties, eodem tit.* & ex hoc dicebatur reum eſſe mortis naturalis Iudicem illum, qui ad quæſtionē inferendam ſine cauſa deuenerit, Bar. *in l. lege Cornelia ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Bal. *in l. milites C. de qu.* Cyn. optimè *in l. gracchus C. ad l. Iul. de adult.* idemque Ang. *in l.* 3. *C. eod. tit.*

3 Sed pro parte inquiſiti reſpondebatur, benè Maurum fuiſſe tortum propter indicia, quæ præcedebant ſufficientia, ex quo publica erat fama illum certioraſſe Regis noſtri inimicos de omnibus, quæ ſecretò fiebant, & licèt fama publica ſola regulariter abſque aliis indiciis non ſit ad torturam ſufficiens, tamen quando eſt fama vehemens, bene ſufficit, ita ſingulariter Bar. *conſ.* 191. & cum hoc, conſiderabatur qualitas perſonæ huius Caſtellani, qui in loco commorabatur valde periculoſo, peritiſque carebat, vnde cùm eſſet miles, licebat ei iura ignorare, iuriſque ignorantia eum excuſabat, *l.* 1. *C. de iur. & fact. ignor.* attenta igitur qualitate perſonæ in prima dolus non præſumebatur, fuit per iudices delegatos deciſum, nulla pœna corporali eſſe illum puniendum, neque officio priuandum; ſed pœna aliqua pecuniaria mulctandum.

4 Secundò inquirebatur D. Franciſcus ex quo torturam inferri iuſſerat cuidam ſuo famulo, ſub prætextu, quod ei furto ſubtraxerat ducatos quatrincentum; vnde Fiſcus dicebat eſſe grauiter puniendum, ex quo fuit Iudex in cauſa propria contra Rubr. & tex. *C. ne quis in ſua cauſ. & in l. qui Iuriſdictioni præeſt.* vbi Bar. Iaſ. Alex. & omnes *ff. de iuriſdic. omn. Iudic.* Innocent. optime *in c. de elect. & in c. olim cauſa de reſtit. ſpoliat.* quare dictum fuit pœna ſatis graui per iudices delegatos arbitranda fore Caſtellanum illum puniendum.

Tertiò, & principaliter inquirebatur, quod Captiuos fecerat quoſdam Mauros, qui Regis noſtri non erant inimici, & de aliis pariter delictis per quod certa pœna à lege impoſita non reperiebatur, vnde pro omnibus, tam pro cauſa criminali, quàm ciuili redditionis computorum ſuæ adminiſtrationis fuit mulctatus in ducatis octo mille noningentis auri ſicque certiorata fuit ſua Catholica Maieſtas, iuxta ordinem Iudicibus datum. 5

---

## OBSERVATIO.

Dominus Regens, ex ſententia Bar. *in conſ.* 191. concluſionem hîc firmat, vt ſola fama publica abſque aliis indiciis ad quæſtionem inferendam non ſit ſufficiens, ſecus verò ſi fama eſſet vehemens, quia tunc illa ſat eſſet, vt reus torqueri poſſit: Tu modò ad huius dicti confirmationem vide quæ ſcripſit Iul. Clar. *in pract. crim.* §. *fin. quæſt.* 21. *num.* 1. quo loci docet, quod licèt ſatis ſit inter DD. controuerſum, an ſola fama faciat indicium ad torturam fatetur tamen, ipſum communem negatiuam ſemper inſequutum fuiſſe ſententiam, eamque à iuſtis iudicibus ſemper pariter ſeruatam fuiſſe teſtatur, idemque poſt Clar. ſcripſerunt Bertazz. *conſ.* 162. *num.* 4. vbi Addentes *& in conſ.* 234. *n.* 6. *verſ. & quatenus lib.* 1. *& conſ.* 548. *num.* 4. *lib.* 2. Tob. Non. *conſ.* 99. *num.* 28. Burſatt. *conſ.* 20. *num.* 32. *& conſ.* 35. *num.* 16. *lib.* 1. *& conſ.* 166. *num.* 27. *&* 216. *num.* 75. *lib.* 2. *& conſ.* 315. *num.* 8. *lib.* 3. *& conſ.* 430. *num.* 15. *lib.* 4. *& alibi,* Maſca. *de probat. concluſ.* 754. *n.* 5. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 29. Peguer. *deciſ.* 17. *num.* 12. & alij quos ad nauſeam refert & ſeq. Proſp. Farinac. *de indit. & tort. quæſt.* 47. *num.* 4. vbi *num.* 10. concluſionem hanc adeo veram eſſe fatetur, vt ſi quis ex ſola fama fuerit à Iudice tortus, & in tortura delictum faſſus fuerit, & poſt torturam debito tempore confeſſionem ratificauerit, talis confeſſio, etiam ratificata reo confitenti minime noceret, cuius dicti laudat in Authores Hippol. de Marſig. *in ſuo ſing.* 97. incipit *fama ſola,* vbi citat Bald. *conſ.* 235. *lib.* 1. & Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 28. *in fine,* quando autem fama eſſet vehemens, ſecus dicendum idem Farinac. affirmat *loco cit. num.* 27. *&* 28. vbi *numer. ſeq.* docet in Iudicis arbitrium remitti, quando fama dicatur vehemens, ad quod citat inter alios noſter Grammat. *deciſ.* 34. *num.* 53. Menoch. *de arbitr. iudic. caſu* 261. *n.* 3. *lib.* 2. *& in tract. de præſumpt. q.* 89. *num.* 35. *lib.* 1. & Ludouic. à Peguer. *cit. deciſ.* 17. *numer.* 17. verum putat Farinac. *num.* 30. hoc Iudicis arbitrium à iure regulatum eſſe debere, & vt Iudex bene cognoſceret regulas, quibus eis arbitrium moderare oporteat, quatuor in propoſito ſubnectit concluſiones, quas vide. 1

Sed quia famæ probatio ſatis difficilis à Doctoribus reputatur, adeo vt noſter Grammat. auſus fuerit affirmare, quod toto tempore vitæ ſuæ nunquam vidit proceſſum, in quo reperierit famam publicam legi ſinè fuiſſe probatam *conſ. ſuo* 42. *num.* 8. eſſet hic locus de his inueſtigare, at cum bene, & copioſè de hoc egerint Iul. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 6. & nouiſſime Proſper Farinac. *cit. quæſt.* 47. *à num.* 207. vbi ſeptem requiſita cum ampliationibus, & limitationibus ad famam 2

famam bene probandam collegit, ideo ad dicta per hos Doctores beneuolum ſtudioſum remitto, ſunt pariter videnda quæ ſcripſit Petr. Caballus *reſol. crim. cent. 2. caſu* 200. *à n.* 131. *cum pluribus ſeqq.*

3 Illud autem eſt hîc omnino aduertendum, quod quamuis certa regula dari non poſſit ad dignoſcendum quæ indicia ad quæſtionem inferendam ſint ſufficientia, quod perinde iudicis arbitrio relinquitur, vt per D. Regentem noſtrum *ſupra deciſ.* 43. attamen illud in hac re certum eſt, quod quando Iudex arbitratur hoc, vel aliud indicium ad reum torquendum eſſe ſufficiens, debet illud eſſe benè probatum, adeo vt luce meridiana ſit clarius; videantur Hyppol. de Marſig. poſt Bald. & alios, quos citat *in l. vnius* §. *teſtes num.* 1. *ff. de quæſtionibus & in ſingul.* 585. Grammat. *voto* 22. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 2. *caſu* 270. Ego ipſe *ſup. in obſeru. ad citatam deciſ.* 43. & alij communiter.

## ARGVMENTVM.

Legatum an, & quando cenſeatur à teſtatore factum animo compenſandi cum eo, quod legatario debetur. Monetæ valor ſi fuerit mutatus, an in debito ſatisfaciendo tempus contractus, vel potius ſolutionis ſit inſpiciendum. Qualitas appoſita in vno legato, an cenſeatur in alio ſequenti repetita. Paragium an debeatur ſororibus cum fructibus, ſi frater alimenta eis præſtitit. Vita, & militia quomodo taxetur. Filia ſi antequam nubat, decedat, ac tranſmittat ad eius hæredes legatum dotis à Patre ei factum, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCLXVI.

1 ORTIS nonnullis controuerſiis, inter Illuſtr. Duciſſam Caſtrouillani, & Illuſtr. Ducem eius priuignum, illiuſque demùm, vt par erat, amicabiliter compromiſſis; plura coram compromiſſariis fuerunt excitata dubia, & primò an antefatum ducatorum auri quinque millia à Duce viro conſtitutum, & per illius mortem Duciſſæ vxori pleno iure quæſitum, compenſandum eſſet cum quibuſdam legatis per D. Ducem eidem vxori in teſtamento relictis? Et pro ratione dubitandi videbatur affirmandum, pet tex *in l. ſi cum dotem* §. *ſi Pater ff. ſolu. matr.* vbi legatum à Patre filiæ factum cenſetur animo compenſandi cum dote relictum; & licèt contrarium decidere videatur tex. *in l. vnica* §. *primum itaque*, *in fin. C. de rei vxor. actio.* vbi legatum factum à viro vxori non videtur animo cum dote compenſandi relictum, & ad idem tex. *in l. creditores ff. de leg.* 2. *& in l. creditorum C. eodem* tamen Bar. pro concordia, tam *in d.* §. *ſi pater*, quàm *in authen. præterea C. vnde vir. & vxor.* diſtinguit, quod ſi debitum eſt merè legale, & neceſſarium ex legis diſpoſitione proueniens, & tunc cenſetur factum animo compenſandi, & procedit tex. *in d.* §. *ſi pater*; ſi verò debitum eſſet voluntarium, & tunc ſecus, & procedit tex. *in d.* §. *primum itaque*; vnde cum in caſu propoſito, diceretur Ducem Caſtrouillani virum debitorem eſſe ex cauſa neceſſaria, nimirum donationis propter nuptias, quæ ex legis diſpoſitione ipſo iure abſque hominis facto inducta eſt, *authen. dos data C. de donat. ante nup.* Ergo legatū factum à Duce vxori cenſebatur factum, vt cum antefato compenſaretur; Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contrarium fuit deciſum, nimirum non eſſe locum compenſationi, ſicque modernus Dux ad Nouercæ ſoluendum ducatos auri quinque mille pro antefato condemnatus extitit; Ratio deciſionis, quia fuit habitum pro indubitato, debitum prædictum antefati nullo pacto neceſſarium; ſed omnino voluntarium fuiſſe, vti ex contractu ortum, & initium habens, & ita in terminis dictum fuit conſuluiſſe. Bald. *conſ.* 58. *in reſtit lib.* 2. Lup. *in rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 22. & Ial. *conſ.* 124. *lib.* 4.

Secundò fuit dubitatum, quia tempore, quo fuit antefatum conſtitutum, ducatum auri valebat Carolenis vndecim cum dimidio, & tempore ſoluti matrimonij Carolenis duodecim cum dimidio, an ſolutio dictorū ducatorum quinque millia auri fieri deberet inſpecto tempore contractus, an verò ſolutionis; & fuit deciſum tempus contractus, non autem ſolutionis attendendum. Ratio deciſionis fuit, quia quando moneta non eſt neque in materia, neque in forma mutata, ſed tantùm in valore verior eſt opinio, vt attendatur tempus contractus, ad quod fuerunt allegati Bal. *in l. cum quid ff. ſi cert. pet.* Franc. Curt. *in tract. de monet. quæſt.* 3. & Afflict. *deciſ.* 194. 2

Tertiò fuit dubitatum quia Illuſtr. Dux vltra legatum factum vxori de Terra Roccæ Pimontis, eius vita durante, inſimul eidem legauerat ducatos quincentum ſuper fructibus totius ſtatus, orta fuit controuerſia, an hoc legatum annuum cēſeri deberet, vel vnicum, & ſic pro vna vice, & ſuppoſito, quod eſſet annuum, vt cenſeretur repetita qualitas illa, ſua vita durante, ad tex. *in l. legatum ita ff. de annuis legat.* & per Bar. *in l. qui concubinam* §. *vxori ff. de leg.* 3. Alex. *in l. eum qui* §. *ita ff. de verb. oblig.* Difficultas fuit, an illud ſubſtineri poſſet ſuper fructibus feudi, ſiue aſſenſu? & fuit deciſum validum fuiſſe vt in 3

actione perſonali cogi poſſet hæres ad ſoluendum; nam cum pro legato conſequendo tres competant actiones, *l. 1. & 2. C. com. de legat.* §. *in noſtra inſtit. de leg.* licèt dicatur actionem realem, ſiue hypothecariam competere non potuiſſe, propter defectum aſſenſus benè tamen perſonalem.

4 Quartò fuit in hac cauſa dubitatum quia Illuſtr. Dux defunctus in dotem acceperat Terram Meſurachæ cum onere dotandi ſorores Ducisſæ vxoris de paragio, hæ petebant cum paragiis illorum fructus, vnde indagabatur an bene dicerent, & deciſum fuit Ducem hæredem eſſe abſoluendum quia antequam ſoror nubat, non niſi alimenta petere poteſt, iuxta tex. valde notabilem *in l. qui filium* vbi Bal. *ff. vbi pupil. educ. deb.* latè Soc. *conſ.* 53. *col.* 5. *&* 8. *lib.* 4. vndè cum hæ ſorores à Duce eorum cognato alimenta recepiſſent, vt benè probatum extiterat, ergo.

5 Quintò fuit dubitatum, quia ex hoc ſecundo matrimonio nati extiterant filij, quibus ſuper bonis feudalibus principalis vita, & militia competebat, & actione hypothecaria, ex diſpoſitione *c. alienationis actus* prout pluries fuit per Regiam Cameram deciſum, quonam modo illa taxari deberet; & fuit deciſum eſſe taxandam ad inſtar legitimæ, ex deciſione Andr. *in conſt. comitibus*, vbi dicit quod debet taxari vita, & militia, ſicut paragium, iuxta diſpoſita *in auth. nouiſſ. C. de inoffic. teſtam.* vndè cum nouem eſſent filij tam maſculi, quàm fœminæ, dictum fuit quod vita, & militia cuiuſlibet ex filiis maſculis erat medietas illius partis in qua ab inteſtato ſucceſſiſſet, inter quos filios fuit connumerata filia nupta, quæ licèt non admittatur ad partem, facit tamen partem in computatione legitimæ ex dictis per Bar. Alex. Iaſ. & omnes *in l. planè* §. *ſi duobus ff. de leg.* 1.

6 Vltimò in hac cauſa fuit dubitatum, quia Illuſtr. Dux Adrianæ filiæ ex ſecundo matrimonio, pro eius dote ducatos legauerat octò mille, quæ antequam nuberet diem ſuum clauſit extremum, an legatum hoc ad eius hæredes, & ſic ad matrem, & fratres tranſmiſerit, iuxta tex. *in l. Authen. defuncto C. ad S.C. Tertul.* dictum fuit quod ſiue attendamus terminos iuris communis, ſiue ſtatuti excludentis fœminas propter maſculos, & ſiue Dos ſit ſoluenda ſuper bonis allodialibus, ſiue feudalibus legatum dotis quatenus eſt intra legitimam erit purum, ita vt ſtatim peti poſſit, & ſucceſſiue ad hæredes tranſmiſſibile, vnde in caſu, de quo agebatur, quia legatum dotis tranſcendebat paragium, ſiue legitimam, deciſum fuit tranſmiſiſſe ſororem non integrum, ſed pro concurrenti quantitate paragij, quod fuit liquidatum in ducatis quinque mille, & ad hoc fuerunt allegati Andr. *in conſtit. in aliquibus*, & Loffred. *conſ.* 26. in extraneo autem, qui alicui mulieri certam quantitatem pro dote legauerit, non eſt dubitandum, hoc legatum eſſe conditionale, & ſucceſſiue prius quàm matrimonium ſequatur, non deberi, nec aliter eſſe tranſmiſſibile ex Bar. *in l. Titio centum* §. *Titio ff. de leg.* 2.

## OBSERVATIO.

Est vndique receptiſſima concluſio, quam Dominus Regens noſter *in primo dubio huius deciſ.* conſtituit, vt tunc demum legatum à debitore Creditori factum cenſeatur animo compenſandi relictum, quando debitum eſt merè legale, & ſic neceſſarium ex legis diſpoſitione proueniens idemque ex recentioribus dixerunt Iacob. Menoch. *in tract. de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 10. *num.* 13. *& præſ.* 109. *numer.* 60. *lib.* 4. Sebaſt. Medic. *in tract. de compenſat. part.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 4. & *ſeqq.* P. Molfeſ. *ad conſuet. Neap. part.* 6. *quæſt.* 11. *num.* 18. hinc dicimus quod ſi fieret legatum alicui, cui debetur legitima, cenſetur illud factum animo compenſandi cum legitima, Theſ. *deciſ.* 58. *vbi fil. in addition.* Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 34. P. Molfeſ. *loco cit. num.* 16. vbi *num. ſeq.* ex ſent. Io. de Imol. Didaci Couar. & aliorum addit, idem dicendum ſi pater aliquid filio ſuo naturali reliquerit, vt cenſeatur illud reliquiſſe animo compenſandi cum alimentis, ſiue cum vncia illi ex iuris diſpoſitione debita; cœterùm ſi debitum ex cauſa dependet voluntaria, prout eſt illud, quod prouenit ex contractu, tunc nunquam legatum à Teſtatore factum creditori præſumitur animo compenſandi relictum: ita DD. communiter *in l. ſi cum Dotem* §. *ſi Pater ff. ſolut. matr. & in Authent. præterea C. vnde vir, & vxor.* 1

Sed cum apud nos ex lege municipali, quæ incipit *& ſi Teſtator*, teneatur ciuis de bonis antiquis medietatem agnato proximiori relinquere, quæri ſolet, an ſi Teſtator aliquid huic agnato proximiori legauerit, cenſeatur legatum illud factum animo compenſandi cum illa medietate, videatur Scip. Bocin. *in d. conſuet. & ſi Teſtator fol.* 174. verſ. *ſed nota quod vidi dubitari de facto*, & melius *caput. ad conſuet. ſi moriatur p.* 2. §. 11. *num.* 45. *& ſeq. fol.* 168. 2

Circa ſecundum dubium, in quo fuit tentum, vt in valorem monetæ contractus dies ſit ſemper attendenda, non autem ſolutionis, ad huius dicti confirmationem videnda ſunt quæ ſcripſit idem D. Regens *ſup. in deciſ.* 333. & quæ ibi obſeruaui. 3

Circa tertium dubium, an qualitas appoſita in vero legato cenſeatur in alio ſequenti repetita, quia hoc pendet à coniecturata, & præſumpta mente diſponentis, vt multorũ auctoritate probat Iacob. Menoch. *conſ.* 111. *num.* 8. crederem quod in caſu, de quo agebatur mens Ducis Teſtatoris ea fuerit, vt cenſeatur repetita; In articulo verò generali ſecus dicendum eſſe puto ex ſententia Bar. *in conſ.* 39. quem ſequitur noſter Afflict. *deciſ.* 248. *num.* 12. dicit enim quod ſi Teſtator dixerit, *relinquo vxori meæ habitationem Domus meæ, ſi caſtè, & honeſtè vixerit*, & demum dixerit *Item lego ei omnes pannos meos*, non intelligeretur repetita illa qualitas, *ſi caſtè, & honeſtè vixerit*, quia ſi voluiſſet, dixiſſet; & Vrſill. *ibi in addition.* poſt Crauet. *conſ.* 151. *num.* 5. addit repetitionem nunquam permitti, quando ſunt res diuerſæ naturæ & conditionis, id, quod in contractibus ſine controuerſia procedit, iuxta dicta per Abb. *in conſ.* 75. *à num.* 2. vbi voluit quo ſi inſtrumentum obligationis plura continet debita, & in vno capitulo debiti ponatur, quod teneatur debitor fideiuſſorem dare, in aliis verò nihil dicitur 4

Digitized by Google

dicitur, tunc non tenetur niſi fideiuſſorem dare pro contentis in illo capitulo, non autem pro aliis, quia omiſſum habetur pro omiſſo, & ad aliud capitulum non refertur, idemque D. Card. Tuſch. *pract. concl. litt. C, concl.* 240. *num.* 8.

5 Ad confirmationem verò deciſionis quæ in quarto dubio habetur, vt ſoror cùm primùm nubat, non poſſit niſi paragium à fratre petere, non autem illius intereſſe, dum alimenta habuit, videndi ſunt Io. Vinc. de Anna *alleg.* 70. *num.* 27. Io. Andr. de Georg. *alleg.* 11. *num.* 6. & Lælius *caput. ad conſuet. ſi moriatur part.* 2. §. 2. *num.* 26.

6 Quò verò ad quintum dubium, in quo fuit dictum vt vita, & militia taxanda ſit ad inſtar legitimæ iuxta filiorum numerum, inter quos ſit connumeranda filia nupta, ad confirmationem vide omnino quæ Ego ſcripſi *lib.* 2. *reſol. iur. cap.* 93. *&* 245. quo loci de hac deciſione memor fui, dixique pariter quod dicitur de filia nupta, adhuc procedere in filia Moniali dotata, ſecus verò in filio Monacho, qui nihilo recepto patri renunciauit.

7 Circa verò vltimum dubium, ad confirmationem adhibitæ diſtinctionis, nimirum, vt quando dotis legatum ſit à Patre, mortua demùm filia, antequam nubat, illud ad ſuos hæredes tranſmittat, ſecus verò ſi ab extraneo factum proponeretur, vide quæ ex recentioribus ſcripſerunt Ant. Fab. *diffin.* 9. *C. de condit. inſer.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloſ.* 3. *par.* 1. D. de Franch. *deciſ.* 618. Ego ipſe *reſol. iuris lib.* 1. *c.* 246. *num.* 8. 9. 14. *&* 15.

## *ARGVMENTVM.*

Fiſcus, Banco decocto, an & quando pro ſui crediti conſequutione cœteris Banci creditoribus actionem tantùm perſonalem habentibus pręferatur. Banco, ſiue Campſore decocto, ſi aliquis eſſet creditor in actione hypothecaria, ex aliis tamen cauſis quàm ex rationibus Banci, an ſuper pecuniis in menſa nummularia repertis cœteris præferatur, qui tantùm ſunt creditores ex rationibus Banci. Dominium pecuniæ depoſitæ, an, & quando in Depoſitarium transferatur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCLXVII.

1 DECOCTO Banco Bernardi de Summa, pluribuſque concurrentibus Creditoribus, ac eodem loco, & gradu pro rata crediti graduari petentibus, nulla habita ratione, quis eſſet tempore anterior, quiſve poſterior, iuxta notabilem Bal. Theoricā *in l. pro debito C. de bonis auth. Iudicis poſſid.* Paul de Caſtro *in l. ſi Hominem* §. *quoties ff. dep.* & Io. de Plat. *in l.* 1, *C. pæn. fiſcal. cred. præf. lib.* 10. ſubintrauit Regius Fiſcus omnibus præferri petens pro ſumma ducatorum mille, & tercentum, quos in Banco depoſuerat Thomas Toloſa regens Officium Perceptoris Prouinciæ Bari, & licèt proprio eius nomine, tamen in facto dubitari non poterat quin pecunia eſſet Regij Fiſci in Prouincia illa exacta; contradicebant Creditores; vndè dubitatum fuit quid Iuris.

Pro Creditoribus conſiderabatur, quod licèt pecunia per dictum Thomam depoſita fiſcalis fuiſſet, depoſitum tamen non fuit factum vt ſpecies in ſacculo ſignato, quo caſu fiſcus tanquam eiuſdem pecuniæ dominus præferatur, vt eſt text. *in l. ſi ventri* §. *in bonis ff. de priuileg. Credit. & in l. Procuratoris* §. *ſi plures verſ. planè, & verſ. ſed ſi dedi ff. de Trib. actio.* Sed fuit factum depoſitum in pecunia numerata, quo caſu illius dominium in Campſorem, ſeu Depoſitarium tranſiuit; ſunt iura *in l. Lucius, & in d.* §. *quoties, & vtrobique* Paul. de Caſtr. *ff. depoſ.* ſtatim enim dicebatur quod pecunia illa Regij Fiſci cum alia Banci fuit commixta, amplius dici non poterat quod erat fiſcalis, *l. ſi alieni ff. de ſolut. l. ſi à furioſo & l. nam, & ſi ſur. ff. ſi cert. pet.* 2

Cœterùm, his non obſtantibus contrarium per Regiam Cameram fuit deciſum, nimirum pro ſumma prædicta ducatorum mille & tercentum forè fiſcum cœteris Creditoribus Banci actionem perſonalem tantùm habentibus præferendum. Ratio deciſionis fuit quia præſuppoſito, quod pecunia illa erat fiſcalis, licèt fuiſſet in Banco depoſita à Toloſa nomine proprio, & non fiſci, tamen ipſo iure fuit acquiſita Fiſco vtilis actio, ex ſpeciali illius priuilegio, ad quod fuit allegatus notabilis tex. *in l. non intelligitur* §. *multa* vbi gloſ. Bar. & Alber. *ff. de iure fiſci*, quem tex. dicebatur pro dubij deciſione ſatis ſufficere; vndè argumentabatur ſi ex tali contractu Fiſcus habebat actionem perſonalem ipſo iure acquiſitam; ſequebatur dicendum, quod ex ea priuilegium habebat prælationis, vt cœteris Chirografariis Creditoribus etiam tempore anterioribus præferretur; provt ſunt iura *in l. quod quis, in l. penul.* §. *Reſpublica & in l. priuilegia* iuxta gl. *ibi ff. de priuileg. Credit. & in l. ſicum pecunia C. de priuileg. fiſc.* & ita optimè dictum fuit declaraſſe Io. de Plat. *in l. vnica C. pœnes fiſcalibus credit. præfer.* &c. 3

## OBSERVATIO.

ET hæc etiam eſt altera deciſio D. Regentis noſtri de verbo ad verbum impreſſa inter deciſiones D. Regentis Salernitani, & ſub eius nomine 60. in ordine, provt & aliæ, quas ſupra in ſuis locis notauimus. Hîc habemus deciſionem indiuidualem, vt decocto publico Campſore, quamuis ſuper bonis decocti, 1



Digitized by Google

coƈti, nulla inter creditores, qui eorum pecuniam depoſuerunt detur prælatio, nullaque inter eos conſideratur temporis prioritas, ex quo omnes ſunt in actione perſonali; attamen ſi pecunia fiſcalis penès Campſorem illum fuerit repoſita, fiſcus pro ſui crediti conſequutione, cœteris præfertur creditoribus, iuribus hic per D. Regentem allegatis; Idemque adde tu ex recentioribus ſcripſiſſe Don Franc. de Alfaro *in tract. de offic. fiſcal. gloſſ. 16. priuil. 42.* Peregrin. *de iure fiſci lib. 6. tit. 6. num. 56.* (ad quod citat gloſ. & Alber. *& l. priuilegia ff. de priuileg. credit.* ſubdens hanc veriorem eſſe ſententiam, quicquid aliud ſenſerit Rip. *in eadem l. priuilegia num. 5.*) Gait. de Credito *cap. 4. quæſt. 11. numer. 2050.* Rodriq. *de concurſ. credit. par. 1. art. 2. à numer. 8.* vbi tamen *num. ſeq.* hoc limitat, quoties fiſcus in priuati ius ſuccederet, quia tunc nullum haberet priuilegium; ſed vtetur iure priuati per text. *in l. non intelligitur §. ſi poſteriori. & in l. fiſcus ff. de iure fiſci in l. cum quædam §. ſi fiſcus ff. de vſur. in l. hæres abſens ff. de Iudic. & in lib. 1. Cod. credit. euict. pignor. non debere.*

2 Hic pariter notamus, decocto Banco; ſiue publico Campſore, inter creditores, qui pecuniam penès illum depoſuerunt, nullam dari proprietatem, ſiue temporis anterioritatem, cum omnes dicantur creditores in actione perſonali, ſicque omnes pro rata crediti concurrere; ſed quæri ſolet, quid ſi hic Campſor decoctus creditorem aliquem haberet hypothecarium, ex aliis tamen cauſis, & reſpectibus, quàm ex rationibus Banci, an ſuper pecuniis in menſa nummularia repertis præferatur cœteris, qui tantum ſunt creditores ex rationibus Banci, ſuper hoc dubio elegantem ſcripſit deciſionem Ludouic. à Peguera & eſt 38. in ordine vbi in terminis iuris communis, quicquid aliter in illo Cataloniæ Principatu dicendum ſit, pro creditore hypothecam habente concludit; nimirum vt in ea pecunia præferatur iſte cœteris perſonalem tantùm actionem, quamuis priuilegiatam habentibus; ad iura *in l. ſi ventri §. ſi tamen nummi extant ff. de priuileg. credit. & in l. ſi is qui pecuniam C. depoſiti.* reſpondens, vt bene procedant, quando pecunia in ſacculo obſignata deponitur, & cuius dominium in Depoſitarium non transfertur, ſecus vero, & hic eſt caſus propoſitus, quando pecunia deponitur in Banco ad numerum, ratione cuius dominium in Depoſitarium tranſlatum fuit, hoc enim caſu, licèt pecunia illa reperiatur in menſa nummularia, idem tamen de ea putandum, quod de aliis ſuis bonis; vndè cum in aliis bonis nummularij creditores habentes actionem realem præferantur perſonalem tantùm habentibus, etiam priuilegiatam. Ergo idem pariter affirmandum in pecuniis in menſa nummularia repertis; has enim propter dominij tranſlationem in perſonam Bancherij dicendum eſt confuſas eſſe cum aliis bonis eiuſdem, qui propterea ad eas reſtituendas quocumque modo caſu fortuito pereant, tenetur, cùm genus perire non poſſit, hoc eſt peculiare Ludouic. de Peguera fundament.

3 Ex his videmus vndique receptam diſtinctionem ad dignoſcendum an dominium pecuniæ in Depoſitarium ſit tranſlatum, vt ſemper affirmatiuè reſpondeamus, ſi pecunia fuit numerata; ſecus autem ſi vt ſpecies in ſacculo fuiſſet tradita, quia tunc Dominium non eſſet tranſlatum, iſtud, iuxta Bald. ſententiam *in l. incendium numer. 9. C. ſi cert. pet.* eſt neceſſarium ſcire, quia non tranſlato Dominio ſi Depoſitarius cum pecunia aufugeret, furtum committit, ſecus autem eo tranſlato; item addit Bal. expedit vt hoc ſciatur per alios creditores, quia non tranſlato Dominio, ille, qui pecuniam depoſuit totum recuperat, ſi habet vnde recuperare poſſit; ſed eo tranſlato non recuperat niſi pro rata, hoc eſt, voluit dicere Bal. vt tranſlato dominio, ſi depoſitarius, qui aufugit, vel decoctus euaſit non habet tantùm in bonis, vt omnibus creditoribus ſatisfieri poſſit, creditor, qui pecuniam depoſuit aliorum creditorum actionem perſonalem tantum habentium ſequitur fortunam, vt par ſit omnium conditio; Item addo Ego hoc expedit ſcire, quia tranſlato Dominio, ſi pecunia à poſſe illius, qui eam recepit ſurriperetur, adhuc ad illam reſtituendam obligatus remanet, ex quo caſus aduerſæ fortunæ generis debitorem non liberat, vt eſt text. *in d. l. Incendium.* quam in propriis terminis allegat Peguer. *cit. deciſ. 38. num. 7.* Item adde, in hoc expedit ſcire pro eo, qui pecuniam dedit amico, vel ſeruo vt illam ſuo creditori deferat, nam ſi fuerit data non numerata; ſed in ſacculo, vt ſpecies, tunc, quia in deferentem non fuit tranſlatum dominium, ſi illam non defert, furtum committit; at ſi fuerit tradita numerata, ſecus, quia eo caſu pecunia fuit tranſlata in Dominium deferentis, videatur Proſp. Farinac. poſt DD. quos citat *in tract. de furt. quæſt. 168. numer. 124. & 125.* vbi *num. ſeq.* addit quod quando non apparet, an pecunia fuerit conſignata numerata, vel non numerata, præſumitur in dubio quod fuerit numerata, quia ſic conſuetum eſt pecuniam numerari, & conſequenter tranſlato eiuſdem pecuniæ dominio in accipientem, furtum non committit, etiam quod accipiens eam non deferat, cui deferenda erat; ſed in vſum proprium conuerterit, ad quod allegat Bal *in d. l. incendium. num. 4.*

## *ARGVMENTVM.*

Aſſenſus Regius ſuper bonis feudalibus viri, pro conſeruatione, & reſtitutione dotis, & antefato conſtituto obligatis, an poſt feudatarij mortem impetrari poſſit. Aſſenſus Regius ſuper contractu alienationis feudi, an mortuo emptore, abſque nouo illius hæredis conſenſu à creditore impetrari poſſit, & de aliis.

## DECISIO CCCLXVIII.

VITA functo Illuſtr. Marchione Arenarum, inſtabat Illuſtr. Iſabella de S. Seuerino eius relicta vxor, Regium ſibi præſtari aſſenſum ſuper bonis feudalibus quondam eius viri ſibi obligatis pro conſeruatione, & reſtitutione Dotis iam ſolutæ, & antefato conſtituto; contradicebant hæredes Marchionis, freti authoritate Andr. *in c. Imperialem, de prohib. feudi alien. per Feder.* vbi expreſsè dicit, quod ſi Titius feudum, quod poſſidet vendiderit ſaluo Regio aſſenſu, ſi illo non impetrato mortuus ſit, quia feudi Dominium liberè in hæredes eſt tranſlatum, abſque nouo hæredis conſenſu de cœtero impetrari non poteſt. eoque magis dicebant hæredes in hoc caſu, in quo obligationem à Marchione factam reuocauerant 1

caueratt

cauerant, iuxta conſtit. *conſtitut. diuæ memoriæ*; vnde quid iuris dubitatum fuit.

2 Diſcuſſo articulo in Regia Camera, Marchioniſſæ iuſtitia reſpectu dotis pro indubitata habita fuit; etenim dicebatur, licèt ex Andr. Theorica *loco cit.* dubitari non poſſit, vt poſt mortem venditoris feudi, Regius Aſſenſus in vita venditoris non præſtitus, de cœtero abſque nouo illius hæredis conſenſu impetrari non poſſit, tamen dictum fuit hoc limitari fauore dotis, per tex. ſingularem *in l. ſi ego* §. *ſi res ff. de iur. dot.* per quem ita materiam declararunt Bart. de Capua, qui ſummus doctor hîc appellatur. Afflict. *deciſ.* 111. Capic. *in d. c. imperialem*, & latius Loffred. *conſ.* 31. idque procedere, vt nedum hæres, ſed nec etiam maritus poſſit bonorum feudalium obligationem pro dotis reſtitutione factam reuocare cum conſtitutio prædicta *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, in dote locum non habeat, lex enim generaliter loquens, provt Conſtitutio hæc, dotis cauſam non comprehendit, ad tex. & ibi notata per Salic. *in l. fin. C. de iur. dot.* Vnde dubium remanſit, reſpectu antefati, ſicque dubitatum, an diſpoſitio illa fauorabilis, de qua *in d. l. ſi ego* §. *ſi res*, in donatione propter nuptias, & ſic in antefato locum habeat? & per Regiam Cameram nemine contradicente, fuit deciſum, quod non, primò per tex. *in l. aſſiduis* §. *ſi. C qui pot. in pig. hab.* vbi eſt caſus quod licèt mulier pro dote tacitam habeat hypothecam, vt cœteris Creditoribus tacitam ſimiliter habentibus, & anteriorem præferatur, tamen hoc priuilegio vti non poteſt reſpectu antefati, & ſic donationis propter nuptias, ea quidem ratione, quia in dote mulier tractat de damno euitando, in antefato vero de lucro captando; vnde dicebatur parem non eſſe rationem damni, & lucri: *in l. fin.* §. *fin. C de codicil.* Secundò dictum fuit, hoc in ſimili ſæpè fuiſſe in Regno deciſum, in terminis gratiarum per Regem Catholicum mulieribus huius Ciuitatis conceſſarum, vt in bonis feudalibus viri pro dotis reſtitutione obligatis cenſeatur aſſenſus conceſſus; hæc enim gratia ſemper tam in S.C. quàm in Regia Camera fuit deciſum, vt locum non habeat in antefato. Vnde

## OBSERVATIO.

1 CVm Domino Regente noſtro in puncto principali huius deciſionis; nimirum, quod dotis fauore Regius aſſenſus, poſt mortem viri, qui bona ſua feudalia pro dotis reſtitutione vxori obligauerat, impetrari poſſit per text. *in l. ſi ego* §. *ſi res ff. de iur. dot.* licèt ſecus reſpectu antefati, vltra Doctores hîc relatos conueniunt pariter Marin. Frecc. *lib. 2. de ſubfeud. in 9. limit. ad conſtit. conſtitut. diuæ memoriæ fol. mihi* 157. Dom. de Franchis *deciſ.* 86. *in princ.* 126. *numer.* 6. 7. & 8. & 620. Io. Vinc. de Anna licèt in ſubſidium hoc affirmet, quando aliter mulieri non poteſt eſſe conſultum, *allegat.* 66. & 115. Ioan. Franc. de Ponte *de poteſt. Proreg. titul.* 6. §. 1. *numer.* 5. 6. 7. vbi dicit ſic hodie practicari, quamuis contendat praxim hanc erroneam ſibi ſemper fuiſſe viſam, & Montan. *in repet. d. c. imperialem num.* 206. *in princ. & in littera V, verſ. declaranda eſt tamen hæc concluſio &c.* nec eſt nouum, vt dotis fauore multa permittantur; ſcitum eſt enim in generali bonorum obligatione feuda non cōprehendi, provt eſt tex. *in c.* 1. §. *in generali ſi de feud. defunct. milit.* ſed fauore dotis, vt à rigoroſa huius tex. diſpoſitione ſit recedendum, dixerunt Barthol. de Capua, & Marin. Frecc. quos citat, & ſequitur P. Molfel. *conſ.* 3. *n.* 33. *& ſeq.* Ego ipſe *reſol. iur. lib.* 2. *c.* 139. *n.* 29.

Sed hic dubitari poteſt, an, quæ Andreas dixit *in c. Imperialem de prohib. feud. alien. per Freder.* vt poſt mortem feudatarij qui feudum vendidit, non poſſit ab emptore aſſenſus impetrari, ab que nouo hæredis conſenſu, procedant pariter mortuo emptore, vt ſcilicet nec poſſit venditor aſſenſum obtinere abſque nouo hæredis emptoris conſenſu? & indubitanter idem fore dicendum affirmo, ſicque vt ſuſtineatur venditio, neceſſe eſſe, vt accedat expreſſus hæredis emptoris conſenſus, vel diſpoſitiuus per nouum contractum ſecundum receptiorem, & veriorem ſententiam, vel ſaltem approbatiuum; nimirum vt ſi ipſe emptoris hæres ad Dominum pro aſſenſu recurreret, & ſupplicaret, hocque propter eandem principalem rationem tranſlationis Dominij, quæ conſideratur, quando mortuus eſt venditor, nam ſi requiritur nouus conſenſus hæredis, penès quem feudi Dominium reſidet ad finem vt Dominium illud, accedente aſſenſu Domini, ab ipſo hærede in emptorem transferatur, ita etiam quando moritur emptor, requiritur illius hæredis conſenſus, ad hoc vt mediante illo conſenſu ſuper quo impetrari poſſit aſſenſus, feudi dominium acquirat; nullibi namque legimus, vt dominium alicuius rei, quod eſt penès Sempronium poſſit in me transferri ſine facto, & conſenſu meo; illud autem bene legimus, vt titulus habilis ſemper neceſſarius ſit pro Dominij acquiſitione, ſic Paulus I. C. *in l. nunquam* 31. *ff. de aquir. rer. domin.* quam in materia noſtra allegat Andr. *in d. c. Imperialem poſt n.* 16. *ante addit. verſ. debent enim verba*, ita per hæc & alia media ſententiam hanc defendit Reg. Rouit. *prag.* 1. *à n.* 15 *de fide memorial.* vbi ſuſtinet expreſſum requiri hæredis emptoris conſenſum, per nouum contractum, & inuehit contra Afflict. qui *in citato c. Imperialem n.* 21. poſt Paridem, quem non allegat, *in tract. de reintegrat. cap.* 271. *n.* 4. affirmat non eſſe neceſſarium nouum conſenſum hæredis emptoris per contractum; ſed ſat eſſe quod hæres conſentiat, ſupplicando pro aſſenſu, ſicque non requiri conſenſum diſpoſitiuum ſed approbatiuum tantùm, & cum hac opinione Paridis, & Affl. reſidet Gizzarel *deciſ.* 2. *numer.* 14. illam tamen Reg. Rou. amplexus eſt Præſ. Lanar. *in addit. ad Reg. Patruum in repet. c.* 1. *num.* 8. *in tit. ſi vaſſal. feudo priuet.* & ambo ſuſtinent, vt hæc omnia procedant non ſolùm quando emptoris mors interuenit ante aſſenſus impetrationem, per verbum *fiat*; ſed etiam vbi interuenerit poſtquam verè fuit obtentus aſſenſus, qui tamen demùm corruit, ex clauſulis, & conditionibus in illo appoſitis, vt hoc etiam caſu dum emptor reperitur mortuus abſque nouo illius hæredis conſenſu diſpoſitiuo, nullatenus impetrari poſſit diſpenſatio adimplendi conditiones, & ſolemnitates in aſſenſu pro forma requiſitas. 2

3 Vltimò eſt omnino aduertendum ad illud, quod D. Reg. noſter hîc in fine notat, nimirum gratiam Regis Catholici mulieribus huius Ciuitatis conceſſam, vt in bonis feudalibus viri pro dotis reſtitutione obligatis cenſeatur aſſenſus conceſſus, non procedere

Qqq 3 reſpectu

Digitized by Google

reſpectu antefati, vt hoc bene procedat, attento tenore gratiæ prædictæ, ſecus verò attenta gratia ſuæ Cæſareæ Maieſtatis, de qua verba fecimus ſupra *in obſer. ad deciſ.*229. & notauit Camer. *in repet. c. Imperialem fol.*53.*litt.Q.* ibi,*loquor hac pro cauſis de præterito, quia hodie etiam pro antefato Cæſar conceſſit, vt cenſeatur præſtitus aſſenſus.*

## *ARGVMENTVM.*

Adiutorium quod ex diſpoſitione Cōſtitutionis Regni *Quamplurium*, à vaſſallis Burgenſibus Baronibus pro eorum filiabus maritādis debetur, an ſit pariter debitū Domino noſtro Regi pro filia ſua nubēda. Et quid in ſorore, vel amita Baronis, Et an pro natiuitate filij primogeniti, & de aliis &c.

## DECISIO CCCLXIX.

1 OCcasione matrimonij contracti inter Sereniſſimam Infantem Caroli Cæſaris tunc Regis noſtri filiam, & Sereniſſimum Principē Maximilianum Sereniſſimi Romanorum Regis filium; dubitatum fuit in Regia Camera, an ab hoc Regno ſuæ Cæſareæ Maieſtati eſſet Adiutorium præſtandum, & reſponſum fuit quod ſic, ex nimis clara diſpoſitione Conſtitutionis exordientis *Quamplurium*, vbi inter alios caſus, in quibus vaſſallus tenetur Dominum adiuuare, ille connumeratur, quādo Dominus filiam, vel ſororem nuptui tradit, quam quidem Conſtitutionem dictum fuit, ne dùm in vaſſallis Burgenſibus locū habere; ſed etiam in vaſallis ſubditis ratione feudi, quod à Domino tenent, vt ibi per Andr. & Affl. qui poſt gl. *ibi*, quod lex illa procedat in Rege affirmarunt, & quod hoc ſæpè in Regno fuerit ſeruatum; etenim ſatis eſſet abſonum licere Domino inferiori, & ſic Baroni à vaſallis exigere adiutorium; ſupræmo autem Domino & ſic Regi non permitti: hoc præſuppoſito dubitabatur quomodo Adiutorium hoc eſſet taxandum, cum nihil de hoc in ea Cōſtitutione habeatur, ſed tantùm diſpoſitum, vt moderatè hoc exigatur Adiutorium, Affl *in deciſ.*265. dicit Adiutorium debitum Regi pro filia maritanda aſcendere ad ſummam vnciarum quindecim millia, citat cap. Papæ Honorij, & cap. Regis Caroli II. quod incipit *Comites & Barones*; Iacobus verò de Agello, qui fuit Præſidens in Regia Camera dicit quod taxatio fieri ſolet in quinque Carolenis pro quolibet foculari, & ita ſemper in Regia Camera ſeruatum, idque in filia Baronis; quò verò ad maritagium filiarum Regis noſtri compertum fuit diuerſimode in Regia Camera iudicatum.

## OBSERVATIO.

DOminus Regens in hac deciſione authoritate Andr. Affl. & aliorum in ea eſt ſententia, vt Regnum hoc teneatur Domino noſtro Regi Adiutorium præſtare pro maritanda filia, ad quod vaſſalli Burgenſes ex diſpoſitione conſtit. *Quamplurium*, eorum Baronibus tenentur, ſicque legē hanc interpretatam, vt comprehendat non ſolùm Barones, de quibus loquitur; ſed etiam ipſum Regem, & hoc iuxta dicta per Andr. *ex diſpoſitione c. Papæ Honorii*, idemque adde tu, ſcripſiſſe Petr. de Greg. *in ſuo tract. de conceſſ. feudi par.*7. *q.*8.*n.*34. Ponte *de poteſt. proregis tit.*4. *num.*46. & D. Reg. Tap. *in d. Conſt. Quamplurium, verſ. & an iure communi inſpecto*; hi enim dixerunt in omnibus caſibus, in quibus poteſt Baro à ſuis ſubditis Adiutorium petere, poſſe etiam & Dominum Regem noſtrum. 1

Et nedùm in vna filia, ſorore, nepte, vel amita ipſius Baronis, vel Regis; ſed etiam in omnibus filiabus, ſororibus, amitis, & neptibus affirmant gloſ. *in d. Conſtit. Quamplurium*, Iacob. de Agello, *de iure adoha n.*30. vbi ſic per S.C. deciſum, & per quamplurimos præclaros iuriſperitos Neapolitanos Conſulum teſtatur; Idemque D. de Franch. *dec.*215.*n.*13. *& deciſ.*300. vbi deciſum eſt, etiam ſi plures filiæ vno, eodemque tempore eſſent nuptæ, Capibl. *in prag.*1.*n.*84. *de Baronibus*, & Mauſon. *de cauſis exequut. lib.*1. *ampliat.*29.*n.*101. vbi *n. ſeq.* adhuc in filia naturali ſiue ſpuria maritanda conſtitutionem prædictam procedere dicit, authoritate Cæſar. de Vrſill. *in addit. ad Affl. deciſ.*265.*n.*56. Boër. *dec.*127. & Capibl. *loco cit. n.*103. qui omnes idem affirmant in filia monachanda pro qua tamen aiunt non deberi illud idem Adiutorium, quod præſtatur pro maritanda; ſed medietatem tantùm; dantur enim pro filia maritanda Caroleni quinq; pro quolibet foculare, pro monachanda verò medietas, & ſic Caroleni duo cum dimidio, vt per DD. modò citatos, quibus adde Tu Io. Vinc. de Anna *ſingula.*13. vbi *ſing. præced.* negat deberi Adiutorium pro filia naturali, Idemque Tap. *loco cit.* 2

Sed dubitari ſolet an pro natiuitate filij maximè primogeniti aliquod debeatur Adiutoriū, vulgò *faſcia* appellatur, & communiter Noſtrates negatiuè reſpondent, excepto ſi conſuetudo eſſet in contrarium, quia aliàs non deberetur, niſi ex vaſſallorum liberalitate id contingeret; videantur D. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. rubr. de diuerſ. prouiſionibus fieri ſolitis, in tit. de donis, & expen. vniuerſ. n.*12. Taſſon. *ad prag. de antefato verſ.*3.*obſer.*4.*n.*222. Tap. *loco citato verſ. limita huius Conſtitutionis diſpoſitionem.* Mauſon. *loco cit. n.*82. & Nouar. *de grauam. vaſſallor. lib.*1. *grau.*8.*fol.*35. vbi tamen in princip. ſecùs ſeruari ait in natiuitate filiorum Sereniſ. noſtrorum Regum.

An autem Baronibus aliquod debeatur Adiutorium pro creatione militum melitenſium, affirmant Capoblanc. *loco cit. num.*77. Mauſon. *d. ampliat.*29.*num.*83. ſed dubitat. R. Reg. Tap. *loco citato verſ. pro faciendo filio milite in fine.* 3

Poſt hæc ſcripta ſciant poſteri, quod Dom. Rex noſter ob fœliciſſimas nuptias his diebus contractas inter ſereniſſimam Infantem eius filiam, & ſereniſſimum Gallorum Regem, mandauit exigi adiutorium ab hoc Regno pro ſumma ducatorum centum millia tantùm. 4

## *ARGVMENTVM.*

Exceptio non numeratæ dotis an poſſit opponi

opponi à creditoribus viri aduerſus mulierem pro dotis aſſecuratione, vel reſtitutione agentem, ſi vir in inſtrumento, in quo dotem recepiſſe confeſſus fuit huic exceptioni renunciauit. Confeſſio mariti dotem recepiſſe, an, & quando, & in quibus caſibus eius creditoribus præiudicium inferat.

## DECISIO CCCLXX.

1 INſtante Beatrice Barone, forè ipſam pro eius dotibus aſſecurandam ſuper bonis viri, quæ per Regium Fiſcum poſſidebantur, fuit aduerſus illam appoſita exceptio non numeratæ Dotis, ex eo, quod in inſtrumento dotali producto de vera, & reali numeratione non conſtabat; ſed tantùm vir dotem recepiſſe confeſſus fuerat; ſed replicante muliere exceptioni non numeratæ dotis fuiſſe per virum renunciatum, contendebat exceptionem hanc nec à fiſco nec ab aliis viri creditoribus de cœtero opponi poſſe, iuxta ea, quæ ſcripſerunt Iacob Butr. Rayner. Salic. & Ang. *in l. aſſiduis C. qui pot. in pign. hab.* Bal. *in l. pecuniæ C. de ſolut. & in rubr. C. de priuileg. dot.* Butr. & Imol. *in c. ex litteris, extra de pignor.* eoque magis quando tempora exceptionem hanc opponendi ſunt elapſa, iuxta text. *in l. fin. & in Auth. quod locum C. de dot. cau non numer.* prius tamen quod maritus æs contraxiſſet alienũ, vt tenet Salyc. *in l. ſi quis poſt hac C. proximè cit. tit.* & licèt tex. *in auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ant. nupt.* diſponat, Dotis confeſſionem non niſi confitenti præiudicare, non autẽ viri creditoribus, hoc tamen intelligitur de creditoribus confeſſionis tempore exiſtentibus; ſecus de futuris, niſi fraudis ſuſpicio ſubintraret, quod vir per confeſſionem creditores etiam futuros fraudare voluiſſet; vndè cùm in caſu, de quo agebatur confeſſio dotis receptæ fuerat à viro emanata quadraginta annis priuſquam vir cum Regia Curia contraxiſſet, nulla poterat præſumi fraus, iuxta ea, quæ in terminis conſuluit Anchar. *conſ.* 307. vbi expreſsè vult quod ſi conſtante matrimonio decennium fuerit elapſum, omnis querela exceptionis dotis non numeratæ ceſſabit, ac ſi de vera conſtaret numeratione, ſubdens quod viro vergente ad inopiam mulier pro dotibus ſuis cœteris viri creditoribus poſterioribus veniret præferenda, & ita in fauorem dictæ Beatricis per omnes Dominos de Regia Camera fuit deciſum.

## OBSERVATIO.

IN hac deciſione habemus confeſſionẽ mariti dotem recepiſſe eiuſdem confitentis creditoribus confeſſionis tempore exiſtentibus nullo pacto præiudicare, quin ipſi non numeratæ dotis exceptionem opponere valeant, futuris autem ſecus, niſi fraudis ſuſpicio ſubintraret, habemus pariter quod quando maritus dotem recepiſſe confitetur, ſi tempus eſt elapſum opponendi exceptionem non numeratæ Dotis, & demùm idem maritus æs contraxerit alienum, hi creditores nullatenus dotis non numeratæ exceptionem opponere poterunt, credo quod hæc omnia fuerunt in dubium reuocata quia non conſtabat de dotis promiſſione facta in capitulis matrimonialibus, ſicque mulier iſta, quæ pro aſſecuratione agebat capitula nuptialia, in quibus ſit dotis promiſſio non præſentauerat; Etenim quando per capitula matrimonialia de dotis promiſſionẽ conſtat, Et demùm Vir conſtante matrimonio dotem ſibi promiſſam eidem numeratam fuiſſe confitetur, hæc exceptio Dotis non numeratæ ceſſat prorſus, itavt nec à marito, nec ab aliis creditoribus, qui poſtea contraxerunt allegari poſſit, ita vno ore faxi ſunt Afflict. *deciſ.* 402. *à num.* 9. *verſ. ſed in contrarium ad finem*, Magon. *deciſ. florent.* 68. *num.* 10. de Laurent. *deciſ. Auenion.* 25. Valaſc. *deciſ.* 5. *num.* 12. Mareſc. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. Seraphin. *deciſ.* 795. vbi non ſolùm in marito ſe dotem promiſſam recepiſſe confitente hoc procedere dicit, ſed etiam in quocumque alio, qui confitetur ſe recepiſſe, quod ſibi antea promiſſum fuit, Molfeſ. *par.* 6. *ad conſuet. Neap. quæſt.* 9. *num.* 14. & 15. Fontanella, qui plures Sac. Rotæ deciſiones colligit *in ſuo tract. de pact. nuptial. clauſ.* 14. *gloſ. vnic. num.* 31. *par.* 1. vbi *num.* 34. hoc ſimiliter procedere affirmat, nedum quando maritus confitetur in dicto caſu ſe totam pecuniam recepiſſe; ſed etiam quando confitetur ſe recepiſſe certã quantitatem reſtantem ex dote, vel pro reſiduo dotis; parificantur enim confeſſio de toto, & confeſſio de reſiduo, ad tradita per Rotam Genuen. *deciſ.* 60. *num.* 6. & per Gratian. *diſcept. for. cap.* 581. *num.* 1. vbi poſt Guid. Pap. *deciſ.* 177. & alios, quos allegat, ait quod, vbi quis certam petiit quantitatem pro reſiduo, ſibi præiudicat, vt non poſſit aliud prætendere, quamuis plus ſibi deberetur, quaſi tacite videatur fateri ſolutionem reſidui non petiti; eſt tamen verum, quod Cæſar. Vrſill. *in addit. ad citatam deciſionem.* Afflict. 402. *num.* 6. & 7. de concluſione ſupra per me firmata aliquantulum dubitat; ſed quia ab illa recedere non potuit vti magis communiter ab omnibus recepta, eam reſtrinxit, quoties de fraude conſtaret, vt quia declaratio hæc ſiue Confeſſio à Marito facta proponeretur tempore, quo ſtatutũ iam mutauerat, ſicque decoctus eſſet euaſus, vide illum, ſi caſus occurreret. 1

Dubium igitur reſtat maius, quando de dotis promiſſione non conſtaret, & maritus dotem recepiſſe confiteretur, & in hoc dicimus, quod ſi ante debita contracta longum tempus præceſſerit, in quo fuit emanata dotis receptæ confeſſio, & tunc nedum vir; ſed nec eius creditores aliquid contra mulierem prætendere poſſent, vt fuit deciſum hîc, & aliàs per Collaterale Conſilium in cauſa nobilis Elionoræ Maſſanæ Vxoris Io. Iacobi Scarpelli, quæ ſolùm inſtrumentum habebat confeſſionis dotium per eius virum factum, & hoc diu (nota) antequam vir eiuſdem læſæ maieſtatis crimine fuiſſet reus; vndè vigore huius inſtrumenti, non obſtante quod fiſcus obiiceret exceptionem non numeratæ pecuniæ, etiam ex capite ignorantiæ dotis aſſecurationem, vxor hæc ſuper bo- 2



Digitized by Google

nis viri obtinuit,ſic atteſtante Cæſare Vrſill. *loco cit. num.*4.

3 Idem pariter aſſeuerandum magis communiter voluerunt, & ſi longum tempus non eſſet elapſum; ſed ſat eſſe ſi poſt factam confeſſionem per maritum conſtante matrimonio dotem recepiſſe, elapſum eſſet tempus biennij à iure præſcriptum ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis; nam adhuc confeſſio illa non ſolùm viro ſed & eius creditoribus præiudicabit, ita ſanè ſcripſerunt noſter Andr.*in conſtit. cauſas per magiſtros, in verſ. ſed quod ipſi circa medium.* vbi etiam Afflict. *& in dicta deciſ.* 402. *num.*11. vbi Vrſill. *n.*1.Surd. *deciſ.*283.Theſ.Filius *in addit.ad Patrem deciſ.* 112. Viuius *deciſ.* 148. Verall. *deciſ.*196. *par.*1.Gratian.*deciſ.*103.*n.*18.*& diſcept.foren. cap.*362. *num.*16. Rota *deciſ.*48.*&* 145. *in collect.per* Statil.Pacific.*poſt eius tract. de ſaluian. interd.* Molfeſ. *cit.q.*9. *n.*16. & Fontanell.*loco ſup.relato n.*80.*&* 81.

4 Sed aduertendum eſt, concluſionem hanc non ſic de plano procedere; quandoquidem non deſunt Doctores,& grauiſſimi qui dubium hoc aliter examinârunt,putantes, veram reſolutionem dependere ab inueſtigando, an dicta confeſſio dicatur in dubio facta ſolùm ſub ſpe futuræ numerationis, an verò facta dicatur in fraudem legis; nimirum animo donandi, vel creditores fallendi, nam ſi ſub ſpe futuræ numerationis, dicendum eſt elapſo tempore à lege conſtituto ad opponendum dotem non fuiſſe numeratam, exceptionem hanc amplius proponi non poſſe, ſicque indubitanter procedere concluſionem paulò ante firmatam; at ſi animo donandi, & tunc nullatenus dubitari poteſt donationis nullitatem ſemper proponi poſſe; Chriſtophor. Martius *in ſuo examine* 51.*num.*4. *inter eius deciſiones Senenſes* dicit difficillimam eſſe inueſtigationem hanc, ex quo Doctores adeo inter ſe diuiſi ſunt, vt quæ ſit verior,aut communior opinio diſcerni non poſſit, ſic putantibus Hieronym. Gabr. *conſ.*162. *num.*8. *&* 20.*lib.*2. & D.Card. Mant. *de tacit.& ambig.conuent.lib.*11.*tit.*20. *num.*12. Ipſe autem exiſtimauit ab opinione illorum, qui dixerunt in dubia confeſſionem hanc fuiſſe à marito factam, animo donandi vxori quantitatem illam, quam confitetur recepiſſe,nullo modo fore recedendum,& conſequenter de nullitate donationis ſemper opponi poſſe, & ſi tempora eſſent elapſa ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, ad quod laudat in Authores Aret.*conſ.*86. *num.*1.*verſ.*2.*oſtenditur*, Alex. *conſ.*142. *num.*4. *l.b.*5. Iacob. Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*12. *ſub num.* 66. Rota *deciſ.* 16. *in collectis per* Statilium Pacific.*&* 683. *tom.*4.*recent.& in deciſ.*2. *de confeſſ.* apud Creſcent. *&* 67. *ſub num.*7. apud D.Ludouiſ. & Mariſc. *var.reſol. lib.*1. *cap.*8. *num.*3. Addit demùm Martius *n.*42. ipſum non credere quod poſſit dari caſus tam dubius, in quo præſumptiones non cadant, aut coniecturæ aliquæ, vel pro vna, vel pro altera parte, nimirum,vel ſub ſpe futuræ numerationis factam fuiſſe confeſſionem, vel animo donandi, ac proinde concludit ſecurius eſſe omnia in Iudicis arbitrium remittere,qui conſideratis perſonarum qualitate & verbis confeſſionis, totiuſque diſpoſitionis, conſideratis pariter aliis tùm intrinſecis, tùm extrinſecis adminiculis, ſi videbit, poſſe præſumi vt donatio facta ſit in fraudem legis,vel creditorum, pro creditoribus pronunciet ſin autem, pro confitentis vxore.

Coniecturæ autem, ex quibus dignoſci poteſt 5 confeſſionem dotis receptionis potius animo donandi, quàm ſub ſpe futuræ numerationis, referuntur à Hieronym. Gabr.*cit.conſ.*163.*num.*20. *& ſeq.* eamque potiſſimam exiſtimauit Martius *loco cit. num.* 43. *& ſeq.* vbi maritus dotem recepiſſe confitetur, dum in vltimis exiſteret, nam certe tunc dici non poteſt ſub ſpe futuræ numerationis ſic declaraſſe,vel quoties vir exceptioni non numeratæ dotis renumeraſſet, tunc enim eo fortius magis arguitur donatio, ex quo nullo pacto in hoc caſu præſumi poteſt donationem factam præſumi ſub ſpe futuræ numerationis ex Mart. & Menoch. *locis cit.* coniecturæ autem, quæ arguant, vt confeſſio dicatur facta ſub ſpe futuræ numerationis,ponuntur à Ioſepho Ludouic. *deciſ.Peruſ.* 66.*num.*12. & à Paulo Æmilio Gallo *de except.par.*2. *except.*10.*ſe.*4. *num.*10.

ARGV

Digitized by Google

# DECISIONVM
## REGIÆ CAMERÆ SVMMARIÆ NEAP.

*Pars altera.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# ARGVMENTVM.

*Releuium, an, & quando veniat compenſandum cum adoha, ſi contigerit feudatarium mori eodem anno, quo hoc Adohæ onus imponitur. Releuij in liquidatione, quæ, & qualia onera deducenda ſint; Et an ſit pariter deducenda vita, & militia ſecundogenitis debita. Tempus anni, & diei ad mortem feudatarij directo Domino denunciandam, à quo die ſucceſſori in feudo currat, & de aliis.*

## DECISIO CCCLXXI.

1 DEFVNCTO ſub die 4. menſis Septembris 1521. Michaële de Afflicto Comite Triuenti, Regiæ Cameræ Locumtenente, cum hæres eius releuium Regiæ Curiæ ſoluere voluiſſet, inſtabat ſibi bonificandam Adoham, quam de menſe Ianuarij præcedentis defunctus ſoluerat, & hoc, ne vno, eodemque anno duplici onere grauaretur, ad tex. *in l. nauis onuſtæ ff. ad leg. Rod. de iact.* cuius attenta diſpoſitione dicit Andr. *in tit. quæ ſint regal. in verb. & plauſtorum.* feudatarios in Regno collectas ſoluere cogi non poſſe, quia pro feudis ſoluunt Adohas; vndè dubitabatur an iuri conſentanea eſſet prætenſio hæc.

2 Per Regiam Cameram fuit deciſum modernum Comitem ad integrum ſoluendum releuium eſſe cogendum, nec aliter Adoham à defuncto eodem anno mortis ſolutam forè ei bonificandam, etenim dicebatur, hæredis prætenſionem tunc demùm procedere poſſe, ſi mortuo feudatario intra annum à die mortis computandum, Adoha impoſita eſſet; hoc enim caſu vnum cum altero veniret compenſandum, & hoc, vt feudatarius habeat vndè viuat, quia ſi vno, eodemque anno Adoham, & releuium ſolueret, omnes ferè fructus illius annui fiſcus conſequeretur, quod tolerandum non eſt; non ſic in caſu, de quo agebatur, in quo Adoha impoſita erat tempore, quo Comes Michaël viuebat, à quo fuerat iam Regiæ Curię ſoluta, & licèt eodem anno mortis, tamen cum de releuij ſolutione tractaretur, annus computabatur à die, quo feudatarius deceſſit, *cap. 1. quæ ſit 1. cauſ. benef. amit.* vt nimirũ teneatur hęres pro releuio ad medietatem fructuum, quos intra annum illum percipiet, iuxta Andr. Theoricam *in conſtit. poſt mortem col. fin.* annus enim duplex eſt; quidam eſt annus naturalis, qui conſtat 365. diebus, & hic incipit ab illo die, quo actus, de quo agitur, geritur, ad tex. *in l. ita vulneratus ff ad l. Aquil. & in l. cum hæres § ſtichus ff de ſtat. hom.* Alius verò eſt annus artificialis, & iſte computatur à natiuitate, vel Incarnatione Domini, provt bene declarat Aret. *in l. Diuortio §. Item ſi meſſes ff. ſol matr.* Ex hoc dicebatur hęredem in caſu propoſito duplici onere non grauari, quia defunctus octo menſibus antequam moreretur Adoham ſoluerat integram, quę eo tempore impoſita erat; demùm hęres in anno ſuo ſoluebat releuium, & de fructibus, quos intra annum computandum à die mortis defuncti Feudatarij percepit, non autem dę illis, qui ante feudatarij mortem percepti extiterant, Vnde



## OBSERVATIO.

Satis impertinens extitit prætenſio huius hæredis, 1
dum putabat in releuio ſibi excomputandam Adoham à defuncto Feudatario per octo menſes ante illius mortem ſolutam; ſcitum eſt enim, quod diſpoſcitum eſt de iure communi Feudorum circa tempus vnius anni, & diei, quo hæres in feudo tenetur feudatarij mortem Domino denunciare, ad tex. *in cap. 1. quo tempore miles, in c. 1. quæ ſit prima cauſa benefic. amittendi, in c. fin. de prohibita feudi alienatione per Lothar. & in c. Imperialem §. præterea ſi quis infeudatus, de prohibit. feudi alienat. per Frederic.* Pariter ſtatutum eſſe de iure Regni, per text. *in c. apud foggiam* Qui quidem annus, & dies, attentis iuribus prædictis, numeratur à die mortis vltimi poſſeſſoris feudi, vt aduertit Rouit. *in pragm. 1. num. 6. de offic. procurat. Cæſaris,* & intra hoc tempus moribus introductum eſt, vt Regiæ Curiæ ſoluatur releuium, quod eſt medietas fructuum, qui in illo, anno à feudo percipiuntur: Eſt tamen verum, quod ſi infra hoc tempus Adoha imponeretur in calculo releuij illa deduceretur, ne Baro duplici onere grauetur, nam ſic ſolueret omnes fructus, qui ex feudo in illo anno perciperentur, ita probat D. Regens noſter hîc, idemque Loffred. *in c. 1. §. ſed & res per quos fiet inueſtitura,* Iacob. de Agello *de iure adohæ num. 77. & 95.* Campagna *in d. c. apud Foggiam num. 43.* Freccia *de ſubfeudi lib. 2. in 3. auctoritate n. 26.* vbi teſtatur genitorem ſuum ita in Regia Camera pro D. Principe Biſiniani obtinuiſſe D. Regens Moles *deciſ. 5. de iure releuij,* & alij, quos refert



Digitized by Google

Capan. de iure releuij *par.* 2. *quæſtion.* 16. *à numer.* 6.

2 Diximus, releuium importare medietatem fructuum, qui in anno mortis feudatarij à feudo percipiuntur, hoc ſane intellige, deductis oneribus feudi, & expenſis, quæ in collectione fructuum erogantur, ita D. Regens de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 8. *de refut. feud.* §. 4. *num.* 15. vbi ait releuia, deductis oneribus, ad nihilum reduci ſolere, & Capan. *loco cit. par.* 1. *quæſt.* 13. vbi *à num.* 24. deciſiones refert, & *quæſt.* 14. *par.* 2. probat vitam, & militiam fratribus ſecundogenitis debitam, quamuis dicamus feudi onus eſſe, in liquidatione tamen releuiorum non eſſe deducendam, nec releuium illam minuere, rationibus vt per eam.

3 Diximus pariter, ſucceſſorem in feudo tàm de iure communi feudorum, quàm Regni huius teneri pro inueſtitura obtinenda infra annum, & diem feudatarij mortem Domino denunciare, & hoc ſub pœna amiſſionis feudi, iure communi feudorum attento; de iure verò Regni ſub pœna duplicati releuij, hoc tamen tempus intellige, vt nullatenus ſucceſſori currat, niſi à die ſcientiæ mortis feudatarij, nam ſi is probabilem haberet ignorantiam, non curret ſibi tempus, ſed eſſet excuſatus, Campag. *in d. c. apud Foggiam numer.* 13. & DD. communiter *in d. c.* 1. *quo tempore miles, & in d. c.* 1. *quæ ſit prim. cauſa benef. amitten.* & ita alias obtinui in Regia Camera.

4 Sed an tẽpus hoc vnius anni ſit vtile, vel continuũ; & quæ ſint iuſtæ cauſæ, quæ vaſallo excuſationẽ præſtant à petendo inueſtituram infra annum, & diem, & quid ſi intra annum ceſſet cauſa excuſationis, an vaſallus habebit adhuc integrum annum & diem, vel ſolùm illud quod ſupereſt; & an detur moræ purgatio, videndi ſunt Aluarat. & Martin. Laud. *in c.* 1. *quo tempore miles*, Henricus Boceri *in tract. de feudis, in tit. de modis amittendi feudum à numer.* 21. & ex Noſtratibus, Campag. *in d. c. apud Faggiam.*

## *ARGVMENTVM.*

Mandatum an, & quando per mutationem ſtatus Procuratoris reuocatum cenſeatur. Soluens adiecto poſt illius ſtatus mutationem, an rectè ſoluere dicatur. Eligendi poteſtatem habens ſiue aliquid declarandi, an poſt ſtatus mutationem eligere, ſiue declarare poſſit. Pecunia an, & quando in generali bonorum obligatione veniat. &c.

## DECISIO CCCLXXII.

1 IN facto ſupponebatur Illuſtr. Hieronymum Carrafa conſtituiſſe procuratorem Stephanum Grimaldum ad vendendum ſuper introitibus ſuorum Caſtrorum annuos ducatos ſexcentum, pro pretio ducatorum ſex millium, eo addito in mandato, quod de pecunia illa conſequenda potuiſſet hic Procurator ſecundum voluntatem Anelli Gutierrez diſponere, & cum ſequuta fuiſſet venditio, dictus Stephanus Procurator de voluntate dicti Anelli, vt dicebat, ſibi ipſi ſoluit ducatos quatuor mille, & reliqua biſmille retinere voluit tanquam creditor dicti D. Hieronymi; contradicebat Regius Fiſcus, & præſuppoſito Anellum declaraſſe, quod Stephanus totam illam quantitatem ſolueret Regiæ Curiæ, cuius Anellus ipſe erat debitor, ſicque non potuiſſe Stephanum ſummam prædictam retinere; ſed eo replicãte declarationem ab Anello factam nullius fuiſſe momenti, ex quo ſic ille declarauerat tempore, quo conditionem ſuam propter ſequutam eius decoctionem mutauerat, dubitatum fuit quid iuris.

Conſiderabatur pro parte Regij Fiſci, quod nihil ad rem pertinebat, declarationem ab Anello fuiſſe factam poſt ſequutam eius decoctionem, quia non fuerat ille conſtitutus Procurator à Hieronymo, itavt per mutationem conditionis, mandatum reuocatum fuiſſet, ad tex. *in l. ſi cum Cornelius* vbi Bar. *& in l. cum quis ff. de ſolut.* Etenim Stephanus erat ille, quia à Hieronymo conſtitutus fuerat procurator, neque dicebatur Anellus ſolutioni adiectus, quo caſu mutata illius conditione, non poteſt eidem fieri ſolutio, vt *in d. l. cum quis in princ.* nulla enim dumtaxat voluntas fuerat in Anellum collata; nimirum, vt Stephanus procurator ſolueret illi, quem Anellus deſignaſſet, quo fit, vt nil referat, adhuc ſi verè conditionem ſuam mutaſſet, quia non per hoc declarare impediebatur, vt in ſimili ratiocinatur Bar. *in l. inſtitutio, in fine ff. de condit. inſtit.* eſt bonus text. *in l. cum Pater* §. *Hereditatem ff. de legat.* 2. *& in l. ex facto* §. *ſi quis rogatus, il* 2. *ff. ad S. C. Trebell.* vbi ſi Pater in ſuo teſtamento dederit alicui filio poteſtatem eligendi, cui ex filiis ſuis eſſet danda hæreditas, hic filius, etiam ſi eſſet deportatus poſſet eligere; ſic in caſu propoſito dicebatur, quod licèt Anellus conditionem mutaſſet, non per hoc poteſtas illa Hieronymo ei tributa eligendi, cui erat ſoluenda pecunia, euanuerat; At dum ſic Regius Fiſcus, & Stephanus contenderent, ad cauſam venit Magnificus Ioannes Baptiſta Rauaſcherius, qui dictos annuos ducatos ſexcentum emerat, & vti creditor Hieronymi credens Stephanum vti nomen debitoris Hieronymi eſſe ſibi obligatum, ſiue pecuniam illam adhuc fuiſſe in Hieronymi dominio, ſuper ea ſibi ſatisfieri petebat; nam quod pecunia poſſit eſſe hypothecæ obnoxia, eſt text. *in l. cum tabernam* §. *fin. ff. de pignor. & in l. idemque* §. *fin. ff. qui pot. in pign. hab.* verùm Fiſcus excipiebat, quod licèt verum ſit ſub obligatione omnium bonorum generali ad fauorem Titij facta, adhuc pecunia ab alio mutuo habita veniat, attamen ſecus eſt, quando illa pecunia debitor recipit ab eodem creditore, cui bona obligantur, quia tunc nullatenus in obligatione, & hypotheca venire

poteſt

poteſt, vt eſt text. à contrario ſenſu, *in d. l. cum taberna* §. *fin.* ita Alber. Guid. *in ſua margarita in tit. de pignor. verſ. ſed pone accepi.* Fulgoſ. *in dicta l. cum Tabernam*, Ludouic. Roma. *in ſng.* 605. & Neguſ. *tract. de pignor. in* 3. *membr.* 2. *par. verſ. ſed nunc*; quare cauſa per Regiam Cameram relata in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtr. Prorege prodiit deciſio pro Fiſco, qui ab impetitis per d. Io. Baptiſtam fuit abſolutus &c.

---

## OBSERVATIO.

1 TRes concluſiones principales in hac deciſione obſeruo, primam vt nullatenus ſolui poſſit adiecto, ſi conditionem, & ſtatum in deterius mutauerit; ſcitum eſt enim, quod quamuis adiectus ſolutioni agere prohibeatur, bene tamen ſolutionem recipere, ad text. *in l. quod ſtipulatus* 10. *ff. de ſolut.* ſed nec etiam ei ſolui poſſe, quando ſtatum, & conditionem mutaſſet probat D. Regens noſter hîc, idemque ex recentioribus D. P. de Franchis *deciſ.* 55. *n.* 15. Io. B. Coſta *de ratio. rat. quæſt.* 20. *num.* 2. *& de re integr. quæſt.* 82. *num.* 1. D. Card. Tuſchus *pract. concluſ. litt. A, concl.* 178. *num.* 2. *&* 180. *num.* 5. & ante iſtos Beneu. Strac. *de adiect. par.* 3. *num.* 112. vbi expreſſis verbis dicit ſoluentem non liberari, dum ſoluit adiecto, qui conditionem ſuam deteriorem fecit, & *numer.* 120. idem affirmat ſi adiectus Religionem aliquam ingreſſus eſſet.

2 Obſeruo ſecundam, vt qui eligendi poteſtatem habet, ſiue aliquid declarandi, ab aliquo ei tributa, valeat hic eligere, & declarare; quamuis conditionem mutauerit, nam etſi alias decoctus pro mortuo habeatur; ſicque agere non poſſit, quaſi à commercio excluſus; hoc tamen procedit quoad ea tantùm, quæ ageret in præiudicium creditorum, ſeu tertij: Scaccia *de commerc. & camb.* §. 2. *gloſ.* 5. *num.* 329. *& ſeq.* & ita intelligo Rot. *Ianuen. deciſ.* 2. *num.* 3. dum dicit mercatore decocto omne mandatum, omnemque commiſſionem dici reuocatam; Nam hoc intelligitur reſpectu negotij; ſecus verò ſi ageretur de re, quæ creditoribus nullum inferret præiudicium; hinc alias dicebam teſtamenti exequutorem, quamuis poſt mortem Teſtatoris conditionem mutaſſet, potuiſſe tamen coram Iudice comparere, ſicque pro adimplemento voluntatis defuncti inſtare.

3 Ad confirmationem verò alterius concluſionis, quæ deſumitur ex tex. *in l. cum Tabernam* 34. §. *fin. ff. de pignor.* vt in generali bonorum obligatione per debitorem ad ſui creditoris fauorem contracta veniat pariter pecunia, videndi ſunt Roma *ſing.* 611. Afflict. *deciſ.* 190. *num.* 4. Stracc. *de mercat. in tit. mandati* §. *reliquum num.* 5. Neguſ. *de pignor. par.* 2. *membr.* 2. *num.* 11. Bertazol. *de clauſ. inſtr. clauſ.* 12. *gloſ.* 2. *num.* 4. *verſ. præterea venit pecunia*, Rota, *deciſ.* 49. *n.* 3. penès Coccin. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 4. *numer.* 95. Theſ. Fil. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 16. Gait. *de credit. cap.* 4. *num.* 12. & alij, quos refert Mercur. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 48. *num.* 1. vbi *num.* 10. indiuidualiter confirmat limitationem traditam à D. Regente noſtro hîc, vt concluſio hæc non procedat quoad perſonam mutuantem pecuniam alteri; nimirum vt illa pecunia mutuo data in generali obligatione, & hypotheca contracta per mutuatarium ad fauorem mutuantis non veniat, rationem aſſignat ex Riccar. da Malumbri. *in l. obligatione ff. de pignor.* nimirum quia debitor ex intentione pecuniam accepit, vt poſſet negotia ſua explicare, deque ea libere diſponere, ſicque veriſimile non eſt quod eam obligare voluerit mutuo danti.

## ARGVMENTVM.

Gabella núm ſit ſoluenda à Conductoribus bonorum feudalium pro fructibus, qui ex bonis illis colliguntur, Et quid in emente fructus ex feudo collectos. Immunitas conceſſa alicui, vt pro fructibus ſui prædij gabellam non ſoluat, an cenſeatur realis, vel potius perſonalis & de aliis.

## DECISIO CCCLXXIII.

IN Ciuitate Manfredoniæ exigitur quædam Gabella, quæ nominatur Anditus maris, certis particularib⁹ illius Ciuitatis in feudum conceſſa; fuit aliàs in Regia Camera dubitatum ſi Gabella illa ab vtilibus Dominis locaretur, an cõductores pro fructibus, ſiue redditibus, quos ex illa percipiunt, iura Dohanæ, & datiorum ſoluere teneantur. 1

Pro conductoribus dicebatur, quod cùm Feudalis eſſet Gabella iſta pro qua Regiæ Curiæ Ius Adohæ ſoluitur, aliud ius ſolui non debet, ne feudatarius duplici onere grauetur, *l. nauis onuſtæ ff. ad leg. Rod. de iact.* Andr. *in terminis, in cap.* 1. *quæ ſint regul. in verb. & plauſtrorum*; ſed replicabat Fiſcus iſtud benè procedere, quando à Gabella feudatario poſſidetur, ſecus ſi per eum fuerit alteri locata, quia tunc conductor tenetur, per tex. *in l. licitatio* §. *fin.* vbi Bar. *ff. de publicat. & vectig.* At vlterius conſiderabatur, quæſtionem iſtam omni dubio carere; nam ſi verum eſt; quod, qui pro feudo quod poſſidet Adoham ſoluit, ad Gabellarium, & datiorum ſolutionem non tenetur, Ergo & eodem modo erit in ſuo conductore, cùm adhuc idem Feudatarius remaneat Dominus, & poſſeſſor. Is enim poſſidere dicitur, cuius nomine poſſidetur: *l. quod meo ff. de acquir. poſſeſſ.* nec conductor poſſidere cenſetur, ſed tantùm detinere, *l. quamuis* §. *conductor ff. cit. tit. de acq. poſſeſſ.* Etenim ſi aliter diceremus, ſequeretur, quod per indirectum feudatarius ſolueret, & Adoham, & Gabellam, nam ſi ad hæc duo teneretur conductor, tanto minus feudatarius fructus feudales locaret; id, quod in dies in Regni Baronibus practicatur, illi enim ferè annis ſingulis ſuorum feudorum fructus in affictum dant, & tamen conductores de fructibus illis datia non ſoluũt, & ita in terminis dicit Alex. *conſ.* 41. *lib.* 5. Nec obſta- 2



Digitized by Google

re dicebatur, tex. *in d.l. licitatio §. fin.* quia loquitur in emptore, qui non eſt neque Dominus, neque poſſeſſor; & ita per Regiam Cameram in cauſa prædicta pro conductoribus deciſum fuit.

---

## OBSERVATIO.

1 DEciſio hæc D. Regentis noſtri reperitur de verbo ad verbum impreſſa inter deciſiones D. Regentis Salernitani, & ſub eius nomine, prout & aliæ decem, quas ſupra notauimus, hîc habemus indiuidualiter determinatum conductorem bonorum feudalium pro fructibus, quos ex bonis illis collegit, gabellam ſoluere non teneri, licèt ſecus ſit in emente fructus ex feudo perceptos; Tu modò ad huius deciſionis confirmationem vide quæ in terminis terminantibus conſuluit Paul. Staiba. *conſ.28. per tot.* quo loci partes Marchionis Salicis tuens, ait, quod ſicut Baro pro fructibus feudi vniuerſitati collectas ſoluere non tenetur, ita pariter, & eius conductor bonorum feudalium, ſic probans immunitatem rebus ſeu fructibus feudalibus conceſſam non perſonalem; ſed prorſus realem eſſe, per tex. expreſſum *in c. Regni*, quod incipit *Porrecta*. Secundum ordinem Io. Anton. de Nigr. 199. ibi *excluſis ab ipſo appretio omnibus feudalibus omnium, & ſingulorum Comitum, Baronum &c.* ſi igitur realis eſt conceſſio hæc, ſicque non Baronibus, ſed ipſis bonis feudalibus conceſſa, conſequens eſt dicere, vt nedum Baro, qui vtilis dicitur Dominus feudi, ſed, & eius conductor nullo pacto abſtringi poſſit ad ſoluendum collectas, ſiue ius Dohanæ pro fructibus, quos ex Territoriis feudalibus conductis collegit; idemque de immunitate reali loquentes, ſcripſerunt Bertach. *de Gabell. par.7. num.1. circa fin.* Bertaz. *de clauſ. inſtrum. clauſ.21. gloſ.24. num.1. in fine.* Ego ipſe *reſolut. iur. lib.1. cap.169. num.7.* vbi in puncto principali, ſecus dicendum probaui, quando immunitas eſt perſonalis; quocirca ſubſtinui immunitatem alicui conceſſam, vt pro fructibus ſui prædij gabellam non ſoluat, nullo pacto comprehendere fructus illos ementes, ſiue conducentes, quia perſonalis dicitur immunitas; & ob id pariter dixi, quod licèt Eccleſia à ſolutione Gabellæ pro fructibus ſuorum prædiorum immunis reputetur, & exempta, tamen ſi fructus illos laico vendit; non poteſt laicus ille ſe tueri immunitate Eccleſiaſtica; ſed ad Gabellæ ſolutionem eum teneri, ad quod allegaui Specul. *in tit. de immunit. Eccleſ. in fin.* Bald. *conſ.31. num.1. lib.1. & conſ.496. lib.4.* Archid. *in c. quamquam de Cenſib. in 6.* Guid. Pap. *ſingul.273. num.2.* Tiraquel. *de vtroque retract. lib.1. gloſ.13. num. 12.* Boër. *deciſ. 203. num.19.* Rola à Vall. *conſ.6. lib.4.* Bertach. *loco ſuperius relato num.19.* Laſſart. *de decim. vendit. cap.19. num.27.* Guttier. *de Gabell. quæſt.4. num.5.* Parlador. *rer. quot. c.3. §.1. num.14.* & Genuenſ. *in pract. Eccleſ. quæſt.212.* quibus nunc addo D. Reg. Rouit. *deciſ.71.* & vide, quæ dixi ſupra *in obſeru. ad deciſ.37.*

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius ſi fuerit conceſſus feudatario legitimo carenti ſucceſſore, feudum alienandi, ſequuta demùm alienatione cum pacto tamen de retrouendendo, nùm cum eodem aſſenſu poſſit feudatarius ipſe de iure illo luendi diſponere. Feudi alienatione permiſſa, an cenſeatur pariter permiſſa pignoratio, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCLXXIV.

DEFVNCTO Ioanne de Iuagna 1
abſque legitimo ſucceſſore in bonis feudalibus, inſtabat Regius Fiſcus declarari ius, quod in defuncti hæreditate remanſerat luendi & redimendi, quædam Caſtra cum pacto de retrouendendo, ab illo alienata, vti feudale ad Regiam Curiam ob lineam finitam fuiſſe deuolutum; contradicebat quidam defuncti nepos, aſſerens Ioannem prius quàm moreretur de caſtris prædictis in ipſius nepotis beneficium diſpoſuiſſe, & hoc vigore poteſtatis, quam Cæſarea Maieſtas ei tribuerat vendendi, diſponendi, & pignorandi Caſtra prædicta in perſonam ſibi beneuiſam; ſed replicante Regio Fiſco de inualiditate diſpoſitionis per d. Ioannem ad fauorem, dicti eius nepotis factæ, fuit quid iuris dubitatum.

Per Regiam Cameram fuit pro Fiſco pro- 2
nunciatum, ſicque declaratum ius illud feudale redimendi, ob lineam Ioannis finitam, fuiſſe ad Regiam Curiam deuolutum. Ratio deciſionis fuit, quia conſenſus à Cæſarea Maieſtate præſtitus, vt potuiſſet Ioannes de dictis ſuis Caſtris diſponere, hoc ius redimendi hæc Caſtra comprehendere non poterat; Eſt enim aſſenſus ſtricti iuris, ac proinde extenſionem aliquam non recipit, neque de re ad rem, neque de contractu ad contractum, neque de perſona ad perſonam, neque de tempore ad tempus, iuxta vulg. Andr. Theoricam *in c. Imperialem de prohib. feud. alien. per Frederic.* in caſu propoſito ſi diceremus Cæſaris aſſenſum adhuc ius hoc redimendi comprehendiſſe, fieret extenſio de re ad rem, quia aliud eſt habere Caſtra, aliud habere actionem ad Caſtra, vt expreſsè dicit Aretin. *in l.1. C. ſi aduerſ. vendit.* vbi notabiliter notat quod licèt actio iudicetur mobilis, vel immobilis reſpectu rei ſuper qua interponitur, tamen in ſubſtantia diuerſa eſt actio à re, & ſpeciem facit de per ſe diuerſam vt eſt text. *in l. quam Tuberonis §. penul. ff. de pecul.* Et licèt dicamus quod qui habet actionem ad rem recuperandam, ipſam rem habere videatur *l. qui actionem ff. de reg. iur. & l. ſi quis rei ff. de acq. poſſeſſ.* tamen hoc eſt verum per viam fictionis, non autem verè, vt in locis modo citatis declarant Imol. & Aret.

hinc

Digitized by Google

hinc Bar. *in l. Gallus §. videndum in fin. ff. de liber. & poſth.* notabiliter dixit, quod ſi ſtatuto caueatur, vt quis rem ſuam vendere non poſſit nec vendenti conſentire, non habet locum in eo, qui vendidit actionem, quam ad rem conſequendam habet, ea quidem ratione, quia licèt qui habet actionem ad rem videatur rem illam habere, hoc tamen eſt perfectionem, quæ in ſtatutis locum non habet, *l. 3. §. hæc verba*, vbi benè Bal. *ff. de neg. geſt.* & in fortioribus terminis Andr. *in dicto c. Imperialem col. 2. & 5.* dum dixit quod ſi quis à Domino aſſenſum obtinuerit vendendi feudum, quod poſſidet, non poterit cum hoc aſſenſu illud pignorare; quia fieret locus extenſioni de contractu ad contractum, quæ in aſſenſu prohibetur, Vndè

## OBSERVATIO.

1 IVri conſentanea eſt deciſio hæc, nam & ſi ſingulo quoque die canamus, idem iudicari de actione ad feudum, quod de feudo ipſo, vt per Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 12.* Io. Vinc. de Anna *alleg. 122.* & D. de Franch. *deciſ. 475. & 593.* quos inſecutus fui ego *lib. 1. reſol. iur. cap. 126. n. 89.* Attamen concluſio hæc ad caſum, de quo in hac deciſione applicari non poterat; conceſſerat enim Cæſarea Maieſtas huic feudatario poteſtatem vendendi, diſponendi & pignorandi Caſtra per ipſum poſſeſſa, quæ cum demùm alteri cum pacto de retrouendendo vendidiſſet, gratia iam ſuum habuit effectum; vnde ſi dicamus remanſiſſe penès venditorem ius, & poteſtatem feuda illa reemendi, hoc nil commune habere poterat, cum Gratia à Carolo Cæſare conceſſa, quæ certè non niſi venditionem, diſpoſitionem, & pignorationem illorum Caſtrorũ tantùm reſpiciebat, nullatenus verò diſpoſitionem iuris luendi, quod illi competere potuiſſet, quando feuda illa cum pacto de retrouendendo diſtraxiſſet, fieret enim extenſio, vt aduertit D. Regens noſter, de re ad rem, quod eſt omnino prohibitum.

2 Placet tamen hìc aduertere quod licèt in dies in his ſupremis Tribunalibus, nos pariter canamus regulam illam, vt aſſenſus ſit ſtricti iuris, ac proinde extenſionem aliquam non recipiat, nec de re ad rem, nec de perſona ad perſonam, nec de tempore ad tempus, nec de contractu ad contractum, vt probant omnes *in c. Imperialem de prohib. feud. alienat. per Freder.* ſignanter Andr. qui indiuidualiter docet, aſſenſu præſtito ſuper alienatione feudi non cenſeri illum præſtitum ſuper obligatione, idemque Marin. Frecc. *de ſubf. lib. 2. quæſt. 9. per totam*, Lanar. *conſ. 80. n. 120.* poſt Camer. *in d. C. Imperialem. fol. 49. litt. E*, ad id expendentes text. *in l. ſi pupillorum §. ſi prætor. ff. de reb. eorum.* vbi ſi Prætor tutoribus rem minorum vendere permiſerit, & illi obligauerint, & ſic fecerunt minus, quod ſit eis permiſſum, deciditur nil valere, attamen memini dum de his agerem, *lib. 1. meæ reſol. cap. 28. à num. 10. ad finem*, his me reſpondiſſe, hæc omnia veriſſima eſſe recipiendo partem extenſiuam aſſenſus, ſecus verò comprehenſiuam, auctoritate Afflict. & aliorum *in d. cap. Imperialem*, & præcipue Camer. *fol. 52. litt. S, verſ. Octaua concluſio & fol. ſeq. à litt. K, vſque ad P.* vbi ex tex. *in l. ſicut §. ſed & ſi permiſerit. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolu.* docet, quod vbi cauſa locum habet, habet etiam locum aſſenſus comprehenſiuè, & vbi deeſt cauſa, reſtringitur Bar. inſequens Theoricam *in eo tex.* vbi ſingulariter docuit, quod ſi Epiſcopus permiſit cuidam Eccleſiæ pro ære alieno ſatisfaciendo, bona alienare immobilia, ſi Eccleſia huius permiſſionis vigore de facto vnum fundum cum alio permutauerit, hæc permutatio non ſubſiſtet, quia non ſatisfit cauſæ, propter quam fuit permiſſa alienatio; non enim ex fundo permutato ſatisfit creditoribus, quibus eſt ſoluenda pecunia, niſi poneres, addit Bar. quod ille fundus, qui fuit permutatus vendi non poterat, ſed bene vendi poteſt iſte, quem Eccleſia ex permutatione accepit, & ſic ex hac theorica Bar. concludit Camer. aſſenſum præſtitum in vna re, quæ ad aliam non extenditur conſtito de mente, extenſionem pati de re ad rem, ex mente comprehenſiuam.

3 Et ad illud, quod dicitur feudi alienatione permiſſa, illius pignorationem, ſiue hypothecam permiſſam non intelligi, aduerti pariter id non eſſe ſine controuerſia, quandoquidem D. Regens de Ponte *in ſuo tract. de poteſt. Proreg. tit. 8. §. 6.* contrariam ſubſtinuit ſententiam, nimirum quod vbi Rex alienandi feudum licentiam concedit, conceſſiſſe intelligatur eiuſdem feudi hypothecam, ſiue pignorationem; Et in aſſenſu Apoſtolico, qui adhuc ſtricti iuris eſt, vt per Ricc. *deciſ. 230. lib. 4.* tutatus ſum pariter & Ego *d. cap. 28.* vt illo ſuper bonorum Eccleſiaſticorum alienatione facienda impetrato, extendi poſſit ad conſtitutionem annui cenſus ſuper bonis Eccleſiaſticis.

## ARGVMENTVM.

Nominatus ſi fuerit fiſcus à Patre in aliquo officio, idque vigore poteſtatis ſibi à Rege tributæ, patre demùm in officio delinquente, nùm iſtius delictum filio iam per prius nominato noceat, itavt officio priuari poſſit. Nominatus in officio an teneatur ad onera hæreditaria nominantis, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCLXXV.

CVM Ioannes Baptiſta Gazella 1 Prouinciarum Aprutij Magiſter Portulanus exiſteret, ex facultate ſibi tributa nominandi in hoc officio filium, generum, vel alium quemuis hæredem, nominauit Marcum Antonium filium, demùm ob eius culpas in officio commiſſas fuit eo priuatus, deniquè illo à Carolo Cęſare tunc Rege noſtro Martino Segura inueſtito, tandem ipſo Io. Baptiſta vita functo egit Marcus Antonius filius contra Martinum nouum conceſſionarium petens declarari officium prædictum ad ſe ſpectare vti à Patre nominatum priuſquam in officio delinqueret; ſed opponente Martino rei iudicatæ exceptionem, dubitatum fuit quid Iuris.



Digitized by Google

2 Dicebatur, quæſtionem hanc in terminis officij non fuiſſe ab aliquo Doctore tactam, nimirum, an delictum à Patre in officio commiſſum, ob quod fuit eo priuatus, noceat filio, cui in vita Patris ante facinus commiſſum, ius quæſitum extiterat; vndè pro deciſione annuitur opus fuiſſe, ad ſimilia recurrere, etenim ratiocinabatur ſi officium feudo æquiparemus, & ſatis dicitur quæſtionem fuiſſe contra filium determinatam ab Andr. *in c.1.§.1.col.1. & 2. ſi vaſſall. fuer. priu. cui defe. in cap.1.§. ſi libellus de alien. feud. Pater. in cap.1. §. denique quæ ſit prima cauſ. beneſ. amitt. & in c.1. de nat. ſucceſſ. feud.* adhuc ſi feudum eſſet ex pacto, & prouidentia, cum filius illud niſi ſit Patris hæres habere non poſſit: *cap.1.* vbi Andr. *in tit. an agna.* & conſequenter ſententia contra Patrem lata filio obeſt omnino; ſi verò officium emphyteuſi æquiparare velimus, & tunc licèt diuerſæ ſint Doctorum ſententiæ, tamen verior eſt opinio contra filium, vt videre eſt apud Bar. *in l.3. ff. de interd. & releg. & in l. vt Iuſiurandi §. ſi liberti, ff. de oper. libert.* Bald. *in l.1. C. per quas perſo. nob. acquir.* Alex. *in l. apud Iulianum §. ſi quis alicui ff. de legat.1. & in conſ.105. & 106. lib.4.* Aret. *in d. §. ſi quis alicui* Iaſ. *in l.2. in fin. C. de iur. imphyt.* & Curt. *in ſuo tract. feud. in 5. par. princ. verſ. ſextus principalis ſit tractatus*; ſin autem officium vſufructui æquiparemus, potius quàm feudo, vel emphyteuſi, vt eſt de mente Bar. *in l. ſi vſuſfructus mihi in biennium ff. de vſufr. legat.* Aret. *in c. fin in 6. notab. extra de feud.* & Ang. *conſ.110. col.2.* & tunc licèt dicendum videtur delictum Patris filio non obeſſe, tamen contrarium probatur hîc, quod imò hoc patris delictum filio noceat ſiue vt filio, ſiue vt hæredi vocato; nam inſpecto tenore inueſtituræ, ad quam ſemper eſt recurrendum *cap.1. de duob. fratrib. de nouo benef. inueſtit.* non eſſe inconueniens dicebatur Marcum Antonium in caſu propoſito vti hæredem vocatum eſſe; data enim erat nominandi poteſtas Io. Baptiſtæ pro vno filio, genero, vel alio quocumque hærede; dictio, *alius*, ſimilitudinem importat, gloſ. *in l. ſi fugitiui C. de ſeruis fugit.* & ſic ac ſi dictum eſſet pro filio hærede, vel genero hærede; Tum etiam quia in eodem priuilegio dicebatur quod ſi Io. Baptiſta non nominaſſet, ille electus, & nominatus cenſeretur, qui ab inteſtato ei ſucceſſiſſet, ſicque vera Regis intentio fuit, vt nominandus officium cum qualitate hæreditaria haberet; & ſi dicamus Marcum Antonium vocatum fuiſſe vti filium, adhuc attenta. Bar. ſententia *in d. l.3. ff. de interd. & releg. & in l. vt Iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de oper. libert.* quam communem fatetur Alex. *in conſ.19. lib.5.* Patris delictum ei nocebat; Præterea & tandem conſiderabatur, hoc officium fuiſſe profectitium reſpectu filij, quia mediante pecunia Patris erat ei acquirendum, *l. ſed & ſi plures §. in arrogato* vbi Bar. Bal. & omnes *ff. de vulg. & pupill. & in l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. in l.1. §. nec Caſtrenſe ff. de collat. bonor. & in l. profectitia ff. de iur. dot.* ſi profectitium, ergo in mera Patris diſpoſitione remanebat, tam reſpectu proprietatis, quàm vſusfructus, notant Bar. & omnes *in l. cum oportet C. de bonis quæ liber. & in l. fin. ff. de acq. hæred.* latè Alex. *conſ.179. lib.5.* & in feudo quod à Patre pro ſe, & liberis ſuis, pecunia mediante acquiritur quod ſit illud profectitium tenent expreſsè Andr. *in cap.1. §. præterea ducatus, in 2. addit. de prohib. feud. alien. per frederic.* & latius *in d. §. & ſi libellus.* Bal. *in l.1. in fin. C. per quas perſon. nob. acq.* & Aret. *in d. l. apud Iulianum §. ſi quis alicui ff. de legat.1.* imò himet DD. affirmant ſemper quod feudum, vel emphyteuſis patris contemplatione acquiratur, poterit Pater ipſe filio præiudicare, tam contrahendo, quàm delinquendo, & in hoc omnes concordant; quare facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, fuit communi voto, tam per Dominos, Regiam Cancellariam Regentes, quàm per Dominos Regiæ Cameræ Præſidentes pro dicto Martino pronunciatum, eum ab impetitis perdictum Marcum Antonium abſoluentes, excepto D. Præſidente Marcello Pignono, qui ſolus fuit in voto contrario, pro qua deciſione in officio additur ſe offerre Capic. determinationem *in deciſ. ſua 121. col. fin.*

---

## OBSERVATIO.

Deciſionem hîc habemus indiuidualem, vt habens Officium à Rege cum facultate nominandi vnum hæredem, quod ſi poſt nominationem factam deliquerit, adeo vt ſit officio priuatus deque illo alius à Rege inueſtitus, nulla ſuperſit nominato actio aliqua officium illud acquirendi; ſicque decretum, delictum nominantis, quamuis patratum poſt nominationem nominato nocere; cum hac deciſione concordat altera, licèt in caſu minoris ponderis, quæ prodiit in anno 1629. ſub die 31. Menſis Martij in cauſa Regij fiſci cum Dominico Guadagno; hic cum eſſet filius notarij Iulij Cæſaris, qui officium Notarij Reg. Curiæ tenebat cum facultate nominandi vnum hæredem, ſequuta demùm eiuſdem Officij priuationis ſententia, ob delictum in officio à parente commiſſum, prætenſionem habuit vti ab ipſo Patre in officio nominatus, quamuis nedum poſt delictum, ſed etiam poſt priuationis ſententiam, nullo pacto ad venditionem officij prædicti procedi poſſe; ſed declarari debere, ſtante nominatione prædicta, ad ipſum filium officium prædictum ſpectare, & pertinere; ſed à Dominis Iudicibus delegatis ſententiam contra reportauit, Regij Fiſci iura tuens D. Scipio Rouitus tunc Præſidens Regiæ Cameræ, demùm Regiam Cancellariam Regens meritiſſimus, prout videre eſt *in eius Conſiliis 104. & 106.* in calce quorum pro confirmatione emanatæ determinationis imprimi curauit deciſionem iſtam prout fuit ſcripta à D. Regente noſtro; principale D. Rou. fundamentum eſt illud idem, quod hîc habetur, nam ſi officij conceſſio facta 1

Digitized by Google

ɛ̃ta proponitur pro ſe, & hærede, hoc operatur, vt ſucceſſor nominatus non poſſit illud habere niſi cum qualitate hæreditaria, & ſucceſſiuè tanquam hæres tenetur ad omnia onera hæreditaria, provt de feudo docet Andr. *in c.*1. §. *hoc quoque col.*1. *de ſucceſſ. feudi & in c.*1. *an Agnat. & in c.*1. §. *huius autem generis, ex quib. cauſ. feud. amitt.* Camer. *in d. cap.*1. *q.*1. *n.*22. *verſ. Et ſi queris. eod. tit. an Agnat.* Calder. de emphytheuſi verba faciens *in ſuo tract. de iure emphyt. lib.*2. *quæſt.*22. Frecc. indiuidualiter de officio loquẽs *lib.*2. *de ſubfeud. author.*1. *q.*53. *num.*4. quo loci expreſſis verbis dicit, quod nominatus in Officio, ratione huius qualitatis hæreditariæ, ſi officium aſſequi vult, ad onera per defunctum impoſita tenebitur, idemque D. Regens de Tap. *in conſtit. officia quæ perſonis num.* 10. & nouiſſimè Monta. *in repetitio. l. Imperialem §. præterea Ducatus num.* 1. *& ſeq. de prohib. feud. alienat. per Frederic.* addit D. Rouit. quod imò ipſemet vſusfructus, qui de per ſe perſonaliſſimus eſt, ſi tamen pro ſe, & hærede quæſitus fuerit, hæreditarius efficitur, itavt ad hæredem cum hac hæreditaria qualitate tranſeat, quamuis nouus dicatur vſusfructus penès hæredem, ad text. *in l. ſtipulatio iſta* 38. §. *ſed ſi quis ff. de verb. oblig.* id, quod notanter aduertit Frecc. *de ſubfeud. lib.*2. *author.*13. *poſt numer.*9. *verſ. ſi tamen conceditur*, vbi docet, quod licèt in hæredis perſona nouus conſideretur vſusfructus; & quia ab initio fuit ſic conceſſus, habebit hæres ipſe vſumfructum ex defuncti ſtipulatione, provt rem hæreditariam, quam quidem ſententiam latè comprobat Phan. *in tract. de Inuent. diuerſor. quæſt.*243. *n.*48. *& ſeq.* qui proinde concludit, quod ſit in Inuentario deſcribendus provt, & alia bona hæreditaria, & nouiſſimè Conſiliarius Arias *var. reſol. lib.*3. *cap.*49. *num.*22.

2 Suppoſito hoc, idem D. Rouit. ad ea, quæ pro filio nominato contra fiſcum ponderabantur reſpondebat, vt benè procederent, quando officij conceſſio patri facta eſſet pro ſe, & vno ex filiis nominando, aut pro perſona nominanda, nulla mentione facta de hærede, quæ qualitatem operatur hæreditariam, iuxta tradita per Maſtr. *de magiſtr. lib.*1. *c.*28. *poſt n.*28. *verſ. non obſtant. contraria*; hinc DD. communiter *in quæſtione illa, an pater non ſoluens Canonem filio in emphyteuſi præiudicet*, nullatenus præiudicare reſponderunt, ſi conceſſio facta fuit Patri pro ſe, & filiis vti filiis, ſecus verò ſi pro ſe, & filiis hæredibus, videantur Alex. *in additio. ad Bar. in l.*3. *in verb. non tranſeunt ff. de interd. & relegat.* Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.*49. *num.*3. Cald. *eodem tract. lib.*2. *quæſt.*15. *num.*21. *&* 22. Andr. noſter *de feudo loquens in cap.*1. §. *hoc quoque, de ſucceſſ. feud. & in c.*1. *de alienat. feud. pater.* Afflict. *deciſ.*112. vbi Vrſil. & alij.

## *ARGVMENTVM.*

Præſcriptio centenaria, vt illam allegantí ſit proficua, an ſcientia requiratur illius, contra quem dicitur præſcriptum. Priuilegium quando dicatur in forma communi, & quando ex certa ſcientia confirmatum. Diſpoſitio tex. *in c.*1. §. *ſi quis per triginta, in tit. ſi de feudo defunct. &c.* An in Regno contra fiſcum allegari poſſit. Aſſenſus Regius, an temporis cauſa interueniſſe præſumatur. Diſcriptio facta in marmore an, & quando probet, quæ ibi aſſeruatur. Clauſula *Ex certa ſcientia*, quid importet.

## DECISIO CCCLXXVI.

CVM inſtaret Regius Fiſcus condemnari Baronem Pulſanæ Hydruntinæ Prouinciæ ad iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, ac ius vaſallagij illius Caſtri relaxandum, ex quo abſque titulo poſſidebat, idem Baro ad Fiſcum excludendum centenariam allegauit præſcriptionem, quæ vim tituli habet, ad text. *in l. hoc iure* §. *ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſtiua, & in cap. ſuper quibuſdam* §. *præterea de verb. ſignif.* tutus enim centenaria præſcriptione alia probatione non indiget, neque reſpectu tituli, neque ſcientiæ illius, contra quem dicitur præſcriptum, vt per Alex. *conſ.*6. *lib.*1. Dec. *conſ.*85. & Affl. *dec.*268. & cum illam per Teſtes probaſſet, ad corroborationem produxit priuilegium Caroli Cæſaris, quod iuriſdictio illa confirmata apparebat ad ſupplicationẽ Patris huius Baronis conuenti, qui ſuæ Cæſareę maieſtati narrauerat dictam iuriſdictionẽ tanto poſſediſſe tempore, quod in contrarium hominum memoria non extabat; vndè ſua Maieſtas illam confirmauit, & quatenus opus erat, eandem de nouo ex certa ſcientia dabat; nec admittendam fiſci prętenſionem, huiuſmodi confirmationem nil noui tribuiſſe, eo prę̨ſuppoſito, quod eſſet illa in forma communi, iuxta gloſ. notabilem *in l. ex verbis C. de donat. inter vir. & vxor.* Abbas, poſt Inn. *in c. inter dilectos de fid. inſtr.* Bar. *in l. more maiorum ff. de iuriſ. omn. iudic.* Nam dicebatur, quod imò erat ex certa ſcientia id, quod ex priuilegij tenore apparebat, cum in eo priuilegio legebatur, quod ſua Cęſarea Maieſtas ex certa ſcientia confirmabat, & quatenus opus erat de nouo concedebat, quo caſu licèt aliàs confirmatio in forma communi, tamen per illam clauſulam, ex certa ſcientia ſic facta cenſebatur, non autem in forma communi. Abb. *in cap. examinata in fin. & in c. venerabilis in vltimo notab. de confir. vtil. vel inutil.* Alex. *conſ.*16. *col. penult. lib.*5. 1

Præterea in proceſſu probatum apparebat, 2 Barones pro tempore Adoham Regię Curię & ſic ſeruitium Domino præſtitiſſe, illo ſciente, & patiente nedum ſpatio annorum triginta, iuxta tex. *in cap.*1. §. *ſi quis per triginta, ſi de feud. defun. contr. ſit.* &c. ſed etiam vltra annos octuaginta; quo caſu cenſebatur Baro inueſtitus, vt eſt tex. *ibi* Confirmabantur, vlterius

hæ

hæc omnia per inſcriptionem lapidis de anno 1430. poſiti ſuper Porta Caſtri, in quo legebatur Caſtrum illud à Marino de Falconibus ſeniore conſtructum, & ædificatum fuiſſe, & licèt deſcriptiones in marmore non probent, *vt in l. monumentorum C. de relig. & ſumpt. funer.* dicebatur tamen quod quando ſunt in loco publico poſitæ, benæ probant, vt eſt tex. *in l. 2. §. exactis verſ. pro roſtris ff. de orig. iur.* Aret. per illum tex. *in c. cum cauſam*, vbi gloſ. *de probat.* idemque quando de Partium voluntate ſcripta apparet, Bar. *in l. 1. in prin. ff. de bonor. poſſeſſ.* ſecundum tabul. & Aret. *in d. c. cum cauſam.* ac & tandem vbi verſaremur in antiquis, prout in caſu, de quo agebatur. Bal. *conſ.* 310. *An Patronus lib.* 5. Dec. *conſ.* 130. Imol. *conſ.* 60. Calcan. *conſ.* 89. Aym. Crau. *in ſuo tract. de antiq. temp.* dum tractat de ſcriptura priuata verſ. *ergo datur limitatio.* Ex quibus facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio coram D. Prorege, fuit pro Barone pronunciatum, eo à Regij Fiſci impetitione penitus abſoluto.

---

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem eorum, quæ in hac deciſ. habentur, dicamus ſemper, quod quando lapſus ſe offert annorum centum, ſiue de feudo, ſiue de iuriſdictione agatur, fit locus legitimę preſcriptioni, quę priuilegio æquiparatur, ſiue mauis præſumptæ inueſtituræ, quæ ex iſta immemorabili poſſeſſione ſeu quaſi exoritur, Domini Noſtri Regis abſentia, ſiue ignorantia non obſtante; nam quod dicitur tex. *in c. 1. §. ſi quis per triginta* hìc à D. Regente noſtro allegatum, propter Regis abſentiam in Regno contra fiſcum allegari non poſſe, vt dicamus per hoc tempus præſumptam induci inueſtituram ſine contradictore Noſtrates declarant, ſecus eſſe quoties immemorabilis temporis lapſus concurreret, iuxta conſtit. *quadragenalem*, ita ſanè ex recentioribus ratiocinati ſunt Camill. de Cur. *in diuerſ. iur. feud. 1. par. fol.* 73. *n.* 94. *& ſeq. & fol.* 76. *à num.* 135. verſ. *& propterea infertur ad notabilem quæſtionem vſque ad finem.* Io. Franc. de Ponte *conſ.* 32. *num.* 18. *&* 19. *lib.* 2. Octau. Bamm. *in d. §. ſi quis per triginta, quæſt.* 10. *per tot.* præſertim *num.* 70. Io. Andr. de Georg. *in repet. feud. cap.* 24. 25. 26. 27. *&* 28. Io. Baptiſta Valenz. *conſ.* 93. *n.* 44. vbi notabiliter probat, inter alias prærogatiuas conſuetudinis immemorabilis, eam eſſe, quod non requiritur ſcientia illius, contra quem introducitur, & *num. ſeq.* Bar. Imol. & aliorum auctoritate pro indubitato affirmat, Officialium ſcientiam in præſcriptione contra Principem ſufficere, Iul. Cæſ. Gallup. *in method. iuris feud. par. 1. cap.* 4. *num.* 25.

2 Et à ſimili in terminis Regij aſſenſus pro firmitate contractuum bonorum feudalium requiſiti, qui in Regno ſucceſſit in locum inueſtituræ, vt per Andr. *in c. 1. quib. mod. feud. conſtit. pot.* & alios relatos per Octauium Bamm. *in c. 1. §. ſi minori num.* 37. *in tit. ſi de feud. def.* ſi non producitur impetratus in forma ſolita, quod præſumatur conceſſus ex longiſſima poſſeſſione feudi dixerunt Pariſ. de Puteo *in tract. de reintegr. feud. c.* 40. *num.* 23. *& cap.* 133. *num.* 30. Marin. Frecc. *lib.* 2. *de ſubfeud. q.* 28. *num.* 4. *&* 5. Io. Ant. Lanar. *conſ.* 94. *in fin.* Io. Franc. de Ponte *conſ.* 155. *num.* 12. *lib.* 2. Scipio Rou. *in pragm.* 1. *ante num.* 20. *de priuileg. vniuerſit.* vbi tuetur validam fuiſſe capitulationem initam inter Baronem & vniuerſitatem, quamuis Regius aſſenſus ſuper illa non produceretur quia iam erant elapſi anni centum, vnde Capitulatio illa vallata cenſebatur aſſenſu Regio præſumpto, ex diſpoſitione legis, quem vniuerſitas allegauit, ſicque opus non habebat illum exhibere in forma ſolita, Ego ipſe *reſolut. iur. lib.* 1. *capit.* 234. *num.* 15. & alij.

De vi autem, & effectibus clauſulæ *ex certa ſcientia*, de qua hìc per D. Regentem noſtrum videndi ſunt DD. quos refert Barboſ. tam *in c. in dilecta n.* 10. *de confir. vtil. vel inutil.* quàm *in tract. de clauſ. vſufr. præſtit. clauſ.* 59. vbi viginti quatuor huius clauſulæ connumerat effectus, & inter alios *num.* 19. *&* 20. vt ea poſita in confirmatione priuilegij, vim habeat nouæ conceſſionis, dummodo conſtet concedentem plenam rei habuiſſe notitiam, citat Rota *deciſ.* 191. *num.* 3. *&* 666. *num.* 7. *par.* 1. *recen.* poſt Ruin. *conſ.* 31. *num.* 5. *lib.* 1. & Gozadin. *conſ.* 62. *n.* 15. 3

Quantùm verò attinet ad aliam concluſionem hìc tentam, vt probationem faciat, deſcriptio facta in lapide poſito in loco publico, & maximè ſi in antiquis verſaremur, ad confirmationem, vltra DD. hìc à D. Regente relatos, videndi ſunt, & alij quos nouiſſimè recenſent Epiſc. Ricc. *in praxi probationis iuriſpatr. reſol.* 34. & Viuia. *de iure patr. par.* 2. *lib.* 11. *c.* 5. *numer.* 63. *& cap.* 7. *num.* 25. qui dixerunt per ſcripturam in lapidibus, & marmoribus ſculptam maximè in antiquis ius patronatus probari. 4

## *ARGVMENTVM.*

Aſſenſus Regius generaliter conceſſus mulieribus Neapolitanis ſuper obligatione bonorum feudalium virorum pro dotium conſeruatione, & reſtitutione, nùm poſſit patri nuptæ mulieris, ad quem dotis reſtitutio ſpectat; itavt poſſit ille hypothecaria actione de iuribus ſuis ſuper feudo obligato experiri. Priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione mulieri competens, an ad eius hæredes tranſeat, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCLXXVII.

IN Cauſa vertente in Regia Camera Summarię inter Magnificum Gaſparem Fumat actorem ex vna, & Regium Fiſcum conuentum ex altera, fuit dubitatum ſi gratia à Rege Catholico mulieribus Neapolitanis conceſſa, vt ſuper obligatione facta bonorum feudalium eorum virorum, pro conſeruatione, & reſtitutione Dotium, Regius aſſenſus pro præſtito habeatur, poſſit ne patri nuptæ mulieris ad quem dotis reſtitutio ſpectat. 1

Et per Regiam Cameram nemine contradicente fuit deciſum, gratiam prædictam Patri 2

Digitized by Google

tri non prodeſſe,ſicque Regius Fiſcus,qui bona feudalia viri ſic abſque hominis aſſenſu obligata poſſidebat, ab impetitis per Gaſparē abſolutus extitit. Ratio deciſionis fuit;quia verbis dictæ gratiæ,ac mente Regis illam concedentis benè ponderatis, non niſi ad perſonas mulierum referuntur; vndè cum priuilegium ſit perſonale, & non reale, ad mulieris hæredes non ſuos tranſmitti non poteſt, ad text. *in l.dabimus ff.de priuileg.cred.* Bald. Paul. de Caſtr. Alex.Iaſ & reliqui *in l. 1 ff.ſol.matrim.* hinc priuilegium tacitæ hypothecæ,vt mulier omnibus viri creditoribus tacitam hypothecam habentibus, etiam anteriorem præferatur, ex diſpoſitione text. *in l. aſſiduis C.qui potior in pign.hab.* ad ipſius mulieris hæredes non tranſit; ſed tantùm ad filios,*l. 1. C.de priuil.dot.* & in materia eſt text. notabilis *in l. §. fin.* ibi *aliis enim omnibus præter mulierem huiuſmodi priuilegia, nec ex antiquo dedimus neque nunc damus,* Auth. *vt immobil.ante nuptial. donationis.* &c. quæ omnia bene declarat Bar. *in l.1. ff. ſolu. matr.* vbi dicit quoddam conſiderari priuilegium, quod dicitur perſonale, vt mulier aliis præferatur, & iſtud datur mulieri, & ad hæredes non tranſit,*d.l.dabimus ff. de priuil. credit.* quoddam verò eſt priuilegium, quod datur meræ actioni, fauore mulieris,& quod illa tacita hypotheca ſit priuilegiata, & tunc non tranſit, niſi ad ſuum hæredem, vt *in d. l. aſſiduis, & in §. fuerat inſtit. de actio.* & ſic dicebatur expreſſe ſe offerre. Bar. deciſionem communiter approbatam, quod ſiue lex dirigat verba ad ipſam mulierem, ſiue ad actionem de dote, fauore tamen mulieris nunquam tale priuilegium competit niſi mulieri; facit etiam bonus text *in auth.vt exact.inſtan. dot.in princ.* vbi priuilegium dotis filiis datum cenſeatur, non autem creditoribus, aut hęredibus mariti, & Bar. *in l. poſt dotem col. penult. ff. ſol. matr.* addit quod ſi Pater mortua filia, pro dote recuperanda egerit, licèt actionem habeat ex ſtipulata, & tacitam hypothecam, non tamen facit locum priuilegio, quia ceſſante perſona, ceſſat priuilegium: *l. in omnibus, & l. priuilegia ff. de reg. iur.* vndè cum in caſu de quo agebatur,mulier faciebat cauſam priuilegio ne indotata remaneret, ergo ceſſante perſona mulieris, ceſſabat inſimul priuilegium, idemque ſcripſerunt Bal. *in l. vnic. §. & vt plenius C. de rei vxor. act.* Io. Fab.Ang. & Iaſ. *in d.§.fuerat,* idem Ang. *in Auth.vt exact. iur.dot.* Vltimo comprobatur deciſio ex aliàs deciſis in terminis Antefati; nam ſi verum eſſet quod aſſenſus eſſet pręſtitus ſimpliciter inſtrumento dotali, ſequeretur vt pręſtitus pariter cenſeretur pro conſecutione antefati, & tamen ſemper in his ſupremis Tribunalibus fuit deciſum gratiam prędictam mulieribus Neapolitanis pro dotium recuperatione conceſſam pro conſequutione antefati non prodeſſe Vndè.

---

## OBSERVATIO.

1 Deciſio hæc, attentis gratiis Regis Catholici, & Caroli Cæſaris felicis recordationis iuri conſentanea eſt; & certè aliter decidi non poterat; Non enim in hoc caſu defunctæ mulieris pater vti eius hæres veniebat, quo quidem caſu forſan in medium ſe offerre poterant ea, quæ ponderantur per Frecc. *de ſubfeud.lib.2. in 1.author. quæſt.12.* ſed veniebat iure proprio; illa enim erat facta permiſſio reſtituendi dotem ſoluto matrimonio per mortem ſponſi;vnde cum verba gratiarum, circa dotis reſtitutionem non niſi mulieris perſonam reſpiciebant, conſequens erat dicere, vt perperam patri,cui fuerat permiſſa reſtitutio, largitio hæc opitulari potuiſſet.

2 Sed aduertendum eſt, quod poſt hanc deciſionem, D.Regente noſtro iam defuncto;altera de anno 1586. ſuperuenit gratia à Sereniſſimo tunc Rege noſtro Philippo II. elargita, qua mediante diſpoſitum eſt, vt aſſenſus obligationibus bonorum feudalium viri pro præſtito habeatur, ad beneficium illorum omnium quibus in caſu ſoluti matrimonij fuerit permiſſa dotis reſtitutio,ſeruata forma inſtrumenti dotalis;quo ſic ſtante, deciſio iſta hodie eſt nullius ponderis, & momenti,prorſuſque ceſſat quæſtio de qua per Frecc. *loco cit.* nimirum an gratia Regis Catholici,quæ prodeſt mulieri, & eius hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, proſit pariter; & hæredibus extraneis;nam attenta gratia iſta nouiſſimè conceſſa iura hæredum, ſiue ex corpore, ſiue extraneorum in tuto ſunt,provt docent Regens de Ponte *de poteſt. Proreg. tit.de aſſenſibus Regiis ſuper dotibus in princ.* Theodor. *alleg.67.num.5.* nec diſſentit Rouit. *in prag.8. num.3. de feud.* Ego ipſe *reſol.iur. lib.2. cap.28. num.* 1. vb. & *n.ſeq.vſque ad* 10. pariter probaui aſſenſum Regium generaliter conceſſum obligationibus bonorum feudalium pro reſtitutione dotium mulierum Neapolitanarum,illorum hæredibus prodeſſe,etiam ſuper bonis feudalibus ſoluto matrimonio per virum quæſitis; tenor vero gratiæ prædictæ eſt vt ſequitur.

3 *Item eſſi fideliſſimi Citta, Baronaggio, è Regno eſponeno à V. M. como la Sereniſſima Maeſta del Rè Catolico, è dopo la Maeſta Ceſarea di glorioſo ricordo hanno conceduto aſſenſo ſopra l'obligatione de Beni feudali coſì à beneficio del Marito, per la conſecutione delle doti, ed mutui da eſſe dependenti con l'Interuſurij nelli Caſamenti, liquali ſi faceuano tra perſone delle quali vna al meno ſia Napolitana habitante in Napoli,iuſtà la continentia, forma, e tenore di eſſi Inſtromenti; e perche Catolica Maeſta detto aſſenſo cōceduto* per modum legis *in remunera de ſeruitij ſenza clauſula,* quoad expreſſa tantū,*relatiue alla forma ed clauſula di eſſi Inſtromēti,deue intenderſi preſtito à beneficio di tutti quelli,à quali ſi permette la reſtitutione di eſſe doti nelli Inſtromenti dotali, alli quali eſſo aſſenſo ſe referiſce generalmente; deſiderando però eſſi ſupplicanti di recognoſcere dalla mano liberaliſſima di V. M. per gratia, tutto quello che per raggione ad eſſi ſupplicanti ſi doueſſe; la ſupplicano ſi degni ordinare che detto aſſēſo s'intēda preſtito in detta hypoteca de Beni feudali a beneficio di tutti quelli, alli quali ſi deue fare il pagamento, ò reſtitutione di dette doti,mutuo, ed interuſurio, ſecondo la forma di eſſi Inſtromenti.* Placet Regiæ, & Catholicæ Maieſtati, citra tamen præiudicium Regiæ Curię quandocumque,& quomodocumque dicta feuda ei deuoluentur.

4 Ceſſat pariter hodie alia animaduerſio facta hîc à



Digitized by Google

D. Regente noſtro, dum teſtatur ſemper in his ſupremis Tribunalibus fuiſſe deciſum, gratiam Regis Catholici mulieribus Neapolitanis pro dotium recuperatione conceſſam, pro conſecutione antefati non procedere; Etenim vt aduertimus nos ſupra in obſeruationibus ad deciſiones 229. & 368. hoc benè procedit, attenta gratia prædicta, ſecus verò, attenta altera Caroli Cæſaris Madriti ſub die 5. menſis Septembris 1539. exequutoriata in hac Ciuitate ſub die vltima menſis Februarij 1540. *fol.* 128. *à t. cap.* 7. inter capitula, & gratias huius Ciuitatis, cuius verba ſunt.

5 *Item ſi ſupplica V. M. ſi degni declarando ampliare, & quatenus opus eſt æquè principaliter, & de nouo cócedere, che alle Donne Napolitane ò Cittadine, ò vero maritate con Napolitani, ed habitanti in Napoli intelligatur, & ſic præſtitus aſſenſus Regius ſuper quibuſuis bonis, & iuribus feudalibus, etiam titulatis, obligatis, vel obligandis, per la conſecutione, conſtitutione ed aſſecuratione dell' antefati, e loro vſufrutti iuſta la forma, continentia, e tenore delli Inſtromēti, e cautele confette, e conficiende per la conſtitutione, reſtitutione, e aſſecuratione delli predetti antefati, & vſufrutti*; Placet Cæſareæ &c.

6 Quantùm verò attinet ad aliam concluſionem hìc à D. Regente noſtro firmatam, nimirum vt priuilegium tacitæ hypothecæ cum prelatione mulieri competens ad ipſius hæredes non tranſeat, ſed tantùm ad filios & quod, ſiue lex dirigat verba ad ipſam mulierem, ſiue ad actionem de dote, fauore tamen mulieris nunquam tale priuilegium competat, niſi ipſi mulieri; ad pleniorem intelligentiam videnda ſunt omnino quæ Ego ſcripſi *cit. lib.* 2. *mear. reſolut. cap.* 19. *à num.* 11. *vſque ad* 17. vbi de ceſſionario mulieris principaliter agēs probaui magis communiter affirmaſſe Doctores, vt ceſſionarius eodem mulieris priuilegio vtatur, ſi ceſſio mulieris cedentis commodum, & vtilitatem reſpiceret, ſecus verò ſi de ceſſionarij tantùm commodo, & vtilitate ageretur, prout in exemplis tam primi, quàm ſecundi caſus ibi poſitis, idemque Mercur. Merlin. *in ſuo tract. de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 47. *num.* 41.

7 Et quid in hærede mulieris, an priuilegium doti conceſſum ad eiuſdem mulieris extraneum hæredem tranſeat; & in hoc diſtinguendi ſunt duo caſus principales, quorum primus, ſi loquamur de ſimplici priuilegio tacitæ hypothecæ quam mulier à lege ex priuilegio acquirit, & in hoc communis eſt omnium concluſio, vt ad hæredes ſiue ſuos, ſiue extraneos tranſeat, pariterque, & in ſucceſſorem particularem, & ceſſionarium; ita ſanè ſcripſerunt Doctores, quos refert Merlin. *loco proximè cit. num.* 18. ſicque intelligenda ſunt ſcripta per me *cit. cap.* 28. *num.* 8. & 9. Alter caſus eſt ſi diſputari contingit de priuilegio tacitæ hypothecæ cum iure prælationis aduerſus alios creditores, iuxta diſpoſitionem text. *in l. aſſiduis C. qui potior. in pignor. hab.* & priuilegium hoc ad hæredes extraneos tranſire non poſſe ſcripſerunt ex recentioribus Barboſ. *in l.* 1. *par.* 6. *à num.* 13. *ff. ſol. matr.* Rodriq. *de concur. credit. par.* 1. *art.* 1. *num.* 16. & 17. Theſ. fil. *quæſt. forenſ. lib.* 1. §. 5. *per totam.* Gallup. noſter *in praxi S. C. in tit. de concur. credit. cap.* 3. *num.* 12. & alij plures, quos refert, & ſequitur Merlin. *loco citat. numer.* 23.

## *ARGVMENTVM.*

Fiſcus pro iure Gabellæ an ſuper Vegetibus vino plenis ſit præferendus, Domino Domus pro facienda taberna conductæ, vti creditori ex cauſa penſionis. Merces pro domus penſione an, & quando tacitè hypothecatæ cenſeantur. Inſtrumenta ſi vno, eodemque die ſtipulata reperiuntur, vnum pro fiſco, alterum pro priuato; ſiue pro dote, quodnam prius ſtipulatum cenſeatur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCLXXVIII.

QVIDAM Caupo pro viro in Tabernam immiſſo debitor erat Regiæ Curiæ in certa pecuniarum quantitate pro iuribus Gabellæ Tertiariæ, erat ſimiliter debitor Domino Domus, pro facienda Taberna, conductæ; vndè ſuper Vegetibus vino plenis concurrentibus Regio Fiſco, pro iure Gabellæ, & Domino Domus pro penſione, fuit dubitatum in Regia Camera vter præferendus. 1

Conſiderabatur negari non poſſe, vinum in Taberna repoſitum tacitè eſſe hypothecatum tam Regio Fiſco pro iuribus Gabellæ (ſtatim enim, quod cum fiſco contrahitur, vel quaſi, tacita hypotheca ad ſui beneficium oritur, *l. aufertur* §. *fiſcus ff. de iure fiſci.*) quàm Domino Domūs pro penſione, *l.* 2. *ff. in quibus cauſis pig. vel hypoth. tacitè contrah.* & licèt quando domus eſt ad habitandum, conducta, merces illæ venales illatæ pro domus penſione tacitè hypothecatæ non cenſeantur, tamen vbi in Domo conducta, aliæ res, quàm illæ venales non reperiantur, benè merces illæ pro penſione obligatæ erunt, ita Gomeſ. & benè *in* §. *item Seruiana inſtit. de actionib.* At in caſu propoſito dicebatur potiorem eſſe fiſci cauſam; Etenim ſi aſſeueramus, ſtatim quod vinum in Tabernam immittitur eſſe illud pro penſione tacitè obligatum, ſimiliter aſſeuerandum eſt in eodem inſtanti eſſe hypothecam fiſco pro Gabella, ratione gabellationis, & ex hoc loquitur vt fiſcus veniat præferendus, probatur hoc ex dictis per gloſ. Bar. Andr. de Barul. & Io. de Plat. *in l.* 1. *C. de iure fiſci lib.* 10. vbi affirmant, quod ſi vno; eodemque die duo, reperirentur ſtipulata inſtrumenta, vnum pro Fiſco, alterum pro priuato, nec de temporis prioritate conſtat, ſemper illud fiſci prius ſtipulatum præſumendum, & licèt Bar. *in l. non puto ff. de iure fiſci* contrarium ſentire videatur, tamen opinionem pro fiſco magis communem fatetur Soc. poſt Alex. & Iaſ. *in l.* 1. *ff. ſolut. matr.* Idemque Neguſ. *in tract. de pignor. in* 4. *membr.* 2. *par.* vbi tenet quod quoties fiſcus cauſam tractat lucratiuam, & priuatus oneroſam, priuatus fiſco præfertur, & quod ita procedit text. 2

*in*

*in d.l.non puto*, At ſi vterque tractarent de cauſa, oneroſa, tunc fiſcus in rebus dubiis priuato præfertur, & hæc eſt pura veritas; præterea, & tandem conſiderabatur, fiſcum in caſu propoſito duo habere priuilegia, primũ actionis perſonalis, *l. quod quid ff. de priuileg. credit.* alterum tacitæ hypothecæ, Dominum verò Tabernæ illud tantùm tacitæ hypothecæ; vndè poſtquam vno, eodemque die vtraque hypotheca habuerit ortum, & Fiſcus duobus inuenitur munitus priuilegiis, ergo præferendus.

## OBSERVATIO.

1 DVas notabiles concluſiones in hac deciſione obſeruo, primam vt merces introductæ ad domum ad habitandum conductam, pro penſione nullatenus tacitè obligatæ ſint, niſi in ſubſidium; nimirum ſi aliæ res, quam illæ venales non reperiantur, tunc enim bene merces illę, pro penſione obligatæ erunt; Tu modo ad huius concluſionis confirmationem vide Bal. *in l.certi iuris num.* 12. *C.loc.* & Io.Crot. *in l.ſi conſtante num.*95. *ff. ſolut.matrim.* vbi dixerunt quod licèt ex legis diſpoſitione inuecta, & illata ad domum conductam ſint tacitè locatori pro penſione obligata, non tamen venalia, neque pecunia, rationem aſſignant; quia illa in eſſe non videntur, propter celerem motum, allegant iura, *in l.debitor.ff. de pignor.in l.Caius ff. de vſufruct.* Idemque ſcripſerunt Angel. Aret. *in §. item Seruiana, inſtit.de actio.* ibique Iaſ. *num.*48. Neguſ. *de pignor.par.*2.*membr.*4.*num.*153. Couar. *var.reſol.lib.*2. *cap.*5. *num.*2. Menoch. *de adipiſc.poſſeſſ. remed.*3. *numer.*127. Mareſc. *var. reſol.lib.*2. *cap.*118. *num.*28. 30. & 35. Statil. Pacif. *de Salu. interd. inſp. cap.*5.*n.*93. & Mercur. Merlin. *de pignor. lib.*2.*tit.*1. *quaſt.* 46.*n.*5. & 18. qui ferè omnes concluſionem limitant, quando alia non extarent bona, & hoc ne hypotheca tunc vana reddatur.

2 Altera concluſio, quam hîc obſeruamus ea eſt, vt ſi vno, eodemque die duo reperirentur ſtipulata inſtrumenta, vnum pro fiſco, alterum pro priuato, ſemper illud fiſci prius ſtipulatum fore præſumendum. Tu modo ad huius concluſionis maiorem declarationem vide omnino Neguſ. qui *in ſuo tract. de pignor.*4.*membr.* 2. *par.num.*117.& *ſeq.* putauit magis veram, & communem opinionem eſſe vt diſtinguamus inter cauſam fiſci oneroſam, & lucratiuam, vt in prima, in dubio ſit ſemper fiſcus priuato præferendus, in ſecunda verò nimirum lucratiua, priuatus, in dubio ſemper fiſco præferatur, ſubdens ſic affirmaſſe, Iacob. de Beluiſ. *in l.*1.*in fin. C.de caduc. tollen.* Raphael Cuma *in l.ſciendum ff.de appellat. recip.* Angel. Aret. *in §. fin. ad fin. inſtit.quib. mod. teſtam.infirm.* & Iaſ. *in l.*1. *ff.ſol.matr.* ſicque procedere addit Neguſ. diſpoſita *in l. non puto. ff.de iure fiſci*; vt nimirum reſponſum illud loquatur in cauſa lucratiua, ac iura, quæ in contrarium alleg antur, in cauſa oneroſa procedere, cui quidem diſtinctioni adhæſit pariter, & nouiſſimè Mercur. Merlin. *de pignor.lib.*3.*tit.*3.*quaſt.*92.

3 Sed videamus breuiter, an idem dicendum ſit quando cum fiſco concurreret mulier pro eius dote recuperanda; ſi enim duo inſtrumenta vno, eodemque die ſtipulata apparerent, vnum pro fiſco, alterum pro muliere, vter iſtorum concurrentium præferatur, in hoc dubio eſt pariter videndus Neguſ. *cit. membr.*4.2. *par.ante n.*110. *verſ. quarto quando*, vbi pro muliere, reſpondit ſic allegans Bald. hoc tenentem *in l. dotis C. de iur. dot.* idemque & Nicol. de Neap. *in l.*1.*ff.ſolut. matr.* & Bald.Nouell. *in tract. de dot.p.*9. *priuil.*1. qui omnes illam principalem afferunt rationem; quia quando duæ perſonæ priuilegiatæ ad inuicem contendunt, tunc magis priuilegiata præfertur; id quod ſcripſit Cyn. *in authen. quas actiones C.de Sacr.Eccleſ.* ſed mulier eſt magis priuilegiata, quàm fiſcus, quia illa præfertur habentibus ſaltem priorem tacitam, ad tex. *in l.aſſiduis C. qui pot.in pign. hab.* quibus tamen fiſcus non præfertur, *l.*1.*C.rem alien. gerent.* ergo; Cætera ad hanc materiam pertinentia, vide penès me *lib.*1.*reſolut. iur. capit.* 72. vbi multa inuenies notabilia.

*D.De Marinis obſeruat.ad deciſ.D.Reuerterij.*

## ARGVMENTVM.

Hypotheca quam habet mulier ſuper Bonis viri ſui ex diſpoſitione text. *in l. vnic § & vt plenius C. de rei vxor. act.* à quonam die currere incipiat, à die forſan dotis promiſſæ, vel potius à die, qua dos viro ſoluta fuit, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCLXXIX.

IN cauſa Thomaſinæ de Giorno vti filię, & hęredis Paſcarellę de Bitonto, cum Regio Fiſco, fuit in Regia Camera dubitatum, à quonam die incipiat currere hypotheca, quàm pro dote habet vxor ſuper bonis viri, ex diſpoſitione text. *in l. vnic.* §. & *vt plenius C. de rei vxor. act.* à die inquam dotis promiſſionis, an verò à die, qua dos viro ſoluta fuit; poteſt enim contingere, vt facta dotis promiſſione vir alteri bona ſua obligaret, & demum fiat dotis ſolutio, ſicque dubitari, quis ſuper bonis obligatis dicatur anterior; etenim ſi tempus promiſſę dotis attendimus, & erit mulier prior; at ſi ſolutę dotis, & erit poſterior. 1

Dictum fuit dotis promiſſę tẽpus attendendum, & conſequenter in concurſu cum altero creditore, qui poſtea contraxit, licet ante dotem ſolutam priorem eſſe mulieris cauſam per tex. *in l.*1. vbi Bar. *ff. qui pot. in pign. hab.* latè Alex. *in l. ſi conſtante* §.1. *ff. ſol. matr.* & hoc etiam ſi conſtante matrimonio dos ſoluta non fuiſſet ſed poſtea eo ſoluto per mortem vxoris, quia ſicut actio datur viro conſtante matrimonio ad conſequendam dotem ſibi promiſſam, vt eſt text. *in l.ſi pro te Pater C. de Dot.promiſſ.* ita pariter & illo ſoluto, vt per Bar. *ibi*, Alex. Imol. Paul. de Caſtr. & cœteri, *in l.ſi ſocer.§.Lutius ff. ſol. matr.* Guid. Pap. *deciſ.*375. ſed quia in caſu, de quo agebatur, dos conſtituta fuerat in bonis ſtabilibus, & licet æſtimatis, non tamen ęſtimatio emptionem fa- 2

Sſſ 2 ciebat

ciebat, ad not. per Paul. de Caſtr. *in l. ſi æſtimatis. ff. ſol. matr.* proinde dictum fuit actionem ad dicta bona recurrere debere, quamuis in tertium male alienata.

---

## OBSERVATIO.

1 QVod attendatur dies initorum capitulorum matrimonialium, vt dicamus omni iure eſſe conſtitutam hypothecam ſiue tacitam ſiue expreſſam, ad beneficium mulieris ſuper bonis viri pro dote promiſſa & poſtea ſoluta, iuxta ſententiam D. Regentis noſtri hîc per tex. *in l. 1. ff. qui pot. in pign. hab.* affirmarunt pariter verbis expreſſis, contraria reiecta opinione, D.P. de Franch. *deciſ. 677. per tot.* Io. Griuel. *deciſ. 133.* Gaſp. Anton. Theſ. *quæſt. for. lib. 2. quæſt. 34. circa fin.* Alex. Trentacinq. *conſ. 53. ſub numer. 11. & 12. lib. 1.* Io. Petr. Fontanell. *de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 2. par. 1. per tot. ſignanter numer. 35.* Andr. Molfeſ. *ad conſuet. noſtras par. 6. tit. de iur. dot. quæſt. 2. à num. 16. & par. 7. quæſt. 15. num. 18.* & Chriſtoph. Martius; aliis quamplurimis omiſſis, *deciſ. Senen. 76.* vbi *num. 5. verſ. attamen.* dicit, de hoc eſſe tex. clarum; & expreſſum *in d. l. 1.* ſub illis verbis *non vtique ſolutionum obſeruanda ſunt tempora; ſed dies contractæ obligationis;* ſubdens *num. 11. verſ. ſed in caſu noſtro, & num. ſeq.* huius tex. diſpoſitionem eſſe intelligendam non ſolùm de hypotheca mulieris ſuper bonis viri, de qua affirmat Iuriſconſultum Papinianum alloquutum; ſed etiam de hypotheca conſtituta ad fauorem mariti ſuper bonis ſoceri, ſiue cuiuſlibet dotem promittentis.

2 Quibus ſic ſtatibus, fas ſit mihi affirmare nullo pacto recipiendam eſſe ſententiam D. Regentis Rouit. qui *in conſ. 57. lib. 2.* in hac retrotractionis materia diſtinguere voluit, inter hypothecam mariti, ſuper bonis ſoceri; & illam mulieris ſuper bonis viri, vt in prima procedat concluſio ſupra firmata, ſubdens de hac hypotheca fuiſſe alloquutum D. de Franch. & P. Molfeſ. *locis cit.* ſecus in ſecunda, in qua non niſi à die contracti matrimonij hypothecam ad mulieris fauorem oriri contendit, non autem à die initorum capitulorum; ſed certe D. Rou. provt & D. Reg. Sanfel. *deciſ. 129.* loquutus fuit contra magis veram, & receptam opinionem Doctorum, qui indiſcriminatim dixerunt, vt dicatur hypotheca legitimè contracta ad fauorem mulieris ſuper bonis viri, & ad fauorem viri ſuper bonis ſoceri, diem initorum capitulorum matrimonialium eſſe attendendam; & D. de Franch. *loco cit.* aperte loquutus fuit de hypotheca mulieris ſuper bonis viri, legatur quæſo *num. 4.* dum dicit quæſtionem hanc de facili in hac noſtra Ciuitate accedere poſſe, *Quia vt plurimum* (ſic loquitur) *fiunt capitula matrimonialia, & ſemper aliquo, & aliquando longo tempore ſubſequitur matrimonium, & viri, ſeu ſponſi pro honorando matrimonio vendunt eorum introitus cum promiſſione ſoluendi ſub expreſſa hypotheca bonorum,* quomodo ergo Dom. Rouit. affirmare potuit Dom. de Franch. loqui de hypotheca mariti ſuper bonis ſoceri?

3 Nec pronis auribus eſt audiendum, quod D. Rou. dicit, nimirum ideo eſſe attendendum diem matrimonij non autem initorum capitulorum, quia in poteſtate viri eſt matrimonium non contrahere, ſicque conditionem de matrimonio contrahendo eſſe merè poteſtatiuam; ſcitum eſt enim, quod quando in debitoris poteſtate eſt poſt celebratũ contractum ſe non obligari, & ſic pecuniam non recipere, vt tunc numerationis tempus ſit inſpiciendum, hic eſt tex. *in l. Potior. ff. qui pot. in pign. hab. & in l. penult. ff. quæ res pign. oblig. poſſ.* quæ quidem iura expendi Ego, hanc materiam declarans *lib. 2. mear. reſol. cap. 60. per totum.* Etenim reſpondetur primò cum D. de Franch. qui *in cit. deciſ. 677. num. 7.* expreſsè negat hoc ſponſo licere; nam etſi initis capitulis, poſſet ſponſus recedere à matrimonio iam concluſo, non tamen commodè, nec ſine verecundia; neque abſque futuri ſcandali timore; ſicque quando quis affirmare vult poſt inita, & firmata capitula matrimonialia poſſe ſponſum à ſponſalibus factis recedere, dic Tu hoc de facto ſequi poſſe, non autem de iure. Reſpondetur 2. in caſu *d. l. 1.* Iuriſconſultum ſupponere matrimonium eſſe ſequutum, cum expreſsè dicat non eſſe in poteſtate viri reſiduum pecuniæ pro dote ſibi promiſſa non recipere, rationem aſſignat ne mulier minus dotata remaneat; ſicque ſupponit Papinian. matrimonium fuiſſe iam contractum, cum dos ſine matrimonio eſſe non poſſit; ſi contractum, impertinens eſt indagatio, an ſit in poteſtate viri matrimonium non perficere.

Poſt hæc ſcripta prodiit tractatus de pignor. D. Mercur. Merlin. qui poſt multa ab opinione tantorum Doctorum, quos in principio allegauimus recedere non potuit, *lib. 3. tit. 2. quæſt. 47.* vbi *à num. 23.* ratione, & auctoritate ſiue de expreſſa, ſiue de tacita hypotheca agamus, affirmat hanc ſententiam pro muliere veriorem, & magis communem eſſe, quam tamen *num. 26. & ſeq.* limitat primò quoties non conſtaret verè de antecedenti, & primaria promiſſione, adhuc ſi inſtrumentum exhiberetur, in quo enuntiaretur præceſſiſſe vſque de tali die, & tempore; huiuſmodi enim Partium atteſtatio in creditorum præiudicium nullatenus eſſet attendenda, provt à ſimili quãdo vir dotem confitetur recepiſſe, non docto de præcedenti eiuſdem dotis conſtitutione, qua de re latè ſup. *in obſeru. ad deciſ. 370.* Limitat ſecundò Merlin. concluſionem noſtram in dotis augmento, pro quo, vt dicetur, hypotheca legitimè ad mulieris fauorem conſtituta, ſolutionis dies erit attendenda, citat Bald. & Salic. *in l. ſi conſtante ff. ſolut. matr.* & D. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 26. num. 14.* 4

## *ARGVMENTVM.*

Fiſcus an, & quando poſſit auocare pecuniam à debitore creditori ſuo ſolutam, & iam conſumptam, principali illo debitore prius non diſcuſſo, Et de caſibus, in quibus auocationi eſt locus. Fiſcus an, & quando in bonis poſt eius obligationem quæſitis, cœteris creditoribus anterioribus ſit præferendus. Hypotheca, à quonam die currere incipit ad beneficium Fiſci ſuper bonis eius adminiſtratoris à die forſan incœpti officicij, vel potius à die commiſſæ fraudis, & de aliis notabilibus.

DECI

Digitized by Google

# DECISIO CCCLXXX.

1 CVM Magnificus Michaël Villagut Regius Perceptor Prouinciæ Baſilicatæ pecuniam fiſcalem ad hanc Ciuitatem tranſmiſiſſet directam Gaſpari de Baſalu, ad hoc vt illam ſtatim Regio generali Regni huius Theſaurario conſignaret, dictus Gaſpar, ſibi vtilius exiſtimauit, creditores ſuos ea pecunia dimittere, & demùm fugam arripere; vndè Regius Fiſcus pecuniam ſuam recuperare volens, creditores Gaſparis, quibus ſoluta fuit, in ius vocauit; fuit in Regia Camera dubitatum Camera dubitatum, an iuri conſentanea eſſet petitio hæc, dicto Gaſpare principali debitore prius non diſcuſſo?

2 Pro cuius dubij reſolutione duo caſus fuerunt diſtincti, quorum primus, quando Debitor Fiſci, propria pecunia creditorem ſuum dimiſit; ſecundus quando pecuniam fiſcalem creditori ſuo ſoluit; quoad primum, dictum fuit poſſe Fiſcum pecuniam auocare, & actione hypothecaria ſi illa extat, ſin autem condictione, ex l. vt eſt text. *in l. pecunia C. de priuileg. fiſci, & in l. deferre §. fin. cum duob. ſeqq. ff. de iure fiſci*, duobus tamen concurrentibus & primò vt ſit prior ratione hypothecæ vel expreſſæ, vel tacitæ, ſiue ſit potior, ratione actionis ſuæ perſonalis priuilegiatæ, de qua *in l. quod quis, & in l. penult. §. Reſpublica ff. de priuileg. credit.* & benè per Io. de Plat. quem vide *in l. 1. C. pœnis fiſcalibus credit. præfer. lib.* 10. Secundò, vt debitor principalis fiſci non ſit ſoluendo, nam ſi eſſet ſoluendo certe agere non poſſet, *l. non prius C. quando fiſc. vel priuat.* notant Alber. & Cuman. *in l. deferre §. Papinianus ff. de iure fiſci* & Angel. *in l. Pupillus ff. quæ in fraud. credit.*

3 Quo verò ad alium caſum, de quo propriè agebatur, nimirum, quando debitor fiſci creditorem ſuum pecunia fiſcali dimiſit; & in hoc dictum fuit, nulli dubium eſſe, quod ſi illa pecunia fiſcalis extaret, poſſet fiſcus illam vindicare, per text. *in l. ex facto §. planè ff. de pecul.* at ſi conſumpta, fiet locus conditioni ex lege, nec aliter alia principalis debitoris diſcuſſio requiritur, ita ex text. *in l. non intelligitur §. multa ff. de iure fiſci*; docent ibi Bar. Alber. & Salic. Idemque gloſ. & Bal. *in l. ſi debitum C. quando fiſcus, vel priuat.* Conſiderabatur etiam, opus nõ eſſe hanc diſcuſſionis materiam ſubintrare, cum notoriè conſtaret Gaſparem non eſſe ſoluendo, quo caſu fit locus communi concluſioni, de qua per Bar. Bal. & alias vt nulla requiratur excuſſio *in l. fin. ff. ſi cert. pet.* vnde de his omnibus facta relatione in Regia Camera pro fiſco pronunciatum extititit, ſicque illi, quibus ſoluta fuit fiſcalis pecunia, ad illam Fiſco reſtituendam condemnati fuerunt.

Idem pariter pro Fiſco deciſum contra creditores Anelli Gutterij Perceptoris Prouinciæ Capitinatæ; nam, & ſi liquidò non conſtaret hunc officialem de pecunia fiſcali creditoribus ſuis ſoluiſſe, tamen hoc tentum fuit pro indubitato, ex quo in facto probatum extitit prædictum Anellum tempore, quo officij adminiſtrationem abſumpſit, nihil in bonis habuiſſe ſicque præſumendũ pecuniam illam Creditoribus ſolutam fiſcalem fuiſſe; ſicut dicimus de officiali pecuniario, qui adminiſtratione pendente diues eſt effectus, vt pręſumatur de bonis Domini ditatus, ita gloſ. Io. de Plat. & Lucas de Peñ. *in l. defenſionis facultas C. de iure fiſci lib.* 10. Bal. *in l. cum oportet C. de bonis quæ liber. & alij*; & quando diceretur pecuniam ab Anello Creditoribus ſuis ſolutam propriam fuiſſe, & iuſto titulo queſitam, adhuc fiſci iura in tuto erant, vt potuiſſet pecuniam illam à poſſe creditorum auocare; ſiue anteriores, ſiue poſteriores illi fuiſſent, nam etiamſi ſupponimus, poſt ſuſceptam adminiſtrationem quæſitam, licet iuſto titulo, fit locus nimis clarę diſpoſitioni text. *in l. ſi is, qui ff. de iure fiſci*, vt ſemper fiſcus in bonis poſt eius obligationem quęſitis cœteris Creditoribus, quamuis anteriorem hypothecam habentibus pręferatur; & ex hoc dicebatur, quod ſi tempus erat attendendum, quo dictus Anellus adminiſtrare incœperat, non autem illud, quo male adminiſtrauerat, & erat fiſcus multis Creditoribus, qui poſtea contraxerunt, anterior, vt eſt text. *in l. cum oportet §. fin. C. de bonis quæ liber. & in l. pro officio*, iuncta gloſ. *ibi C. de adminiſtr. tutor.* & ſi aliud erat attendendum tempus, quo Anellus officium aſſecutus fuerat cum obligatione bonorum de benè adminiſtrando; ſed eo tempore adminiſtrare non cœpit, ſed poſtea, & tunc, adhuc fiſcus dicebatur anterior, quamuis creditores antequam Anellus adminiſtrare cœpiſſet, contraxiſſent, per text. *in l. 1. in l. qui Bal. reum, & in l. Potior. ff. qui potior. in pign. habean.* vbi ſunt iura expreſſa, quod quando non eſt in poteſtate contrahentis ſe non obligare, provt in caſu propoſito, tunc ſemper tempus contractus, non autem numerationis attenditur; ſecus verò ſi eſſet in poteſtate contrahentis, vt puta quando quis ſub ſpe futuræ numerationis ſe obligat, eo enim caſu quia à principio nulla eſt orta obligatio, antequam pecunia numeraretur, & in mera ipſorum facultate eſt pecuniam non accipere ideo tunc contractus tempus non attenditur, ſed numerationis. Vnde &c.

SSſ 3 OBSER

## OBSERVATIO.

1 QVamuis ſine controuerſia procedat, vt creditor anterior non poſſit auocare pecuniam à communi debitore, creditori poſteriori ſolutam, ſi tamen ea ſit bona fide conſumpta, iuxta ea, quæ ſcripſerunt Afflict. *in vulg. deciſ.* 190. vbi Addentes Capyc. *dec.* 78. Gram. *quæſt.* 1. poſt deciſiones, Cartar. *deciſ. Genua.* 19. Franc. Stephan. *deciſ.* 31. Ant. Fab. *deciſ.* 33. *C. de diſtract. pignor.* & alij per me relati *lib.* 1. *reſol. iur. c.* 71. *num.* 2. attamen in primo caſu huius deciſionis concluſio hæc limitatur in fiſco, dummodo ſit ille prior ratione hypothecæ, ſiue expreſsæ, ſiue tacitæ, & quod principalis debitor non ſit ſoluendo, ex quo dicimus vt fiſcus cum ſua hypotheca agere poſſit contra poſteriorem creditorem, requiri omnino diſcuſſionem bonorum principalis debitoris quo non ſoluendo reperto, conceditur auocatio, id quod pro indubitato in hac auocationis materia affirmat Anton. de Amat. poſt plures, quos citat Doctores *reſol.* 51. *num.* 22. & per me, *in cit. cap.* 71. *num.* 14. vbi vide omnino; at ſi hic creditor ſiue eſſet poſterior, ſiue anterior fiſcali pecunia eſſet dimiſſus nulla requireretur principalis debitoris excuſſio; ſed directò contra illum ad pecuniam ſibi ſolutam condicendam agi poteſt, & ſumus in ſecundo caſu huius deciſionis; Idemque ſi verſaremur in dubio, quia forſan liquido non conſtaret fiſcalem pecuniam fuiſſe huic creditori poſteriori ſolutam, provt in exemplo, quod hîc ponitur.

2 De hac deciſione D. Regentis noſtri memor fui ego *cit. cap.* 71. *num.* 5. vbi pariter aliam deciſionem Regiæ Cameræ cumulaui, & Doctores hoc eidem firmantes: alias etiam limitationes ad communem concluſionem ibidem collegi, vt ſit locus auocationi, nimirum, ſi poſterior cui fuit facta ſolutio, creditor eſſet ex cauſa lucratiua, ex Grammat. *loco cit. num.* 7. Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *gloſ.* 8. *clauſ.* 5. *par.* 7. *num.* 54. & Anto. de Amat. *relata reſolut.* 51. *num.* 9. vel ſi creditor anterior eſſet mulier pro dotis recuperatione agens, vt per Couar. *pract. quæſt. cap.* 29. *per tot.* Guttierez. *pract. quæſt. ciuil. lib.* 3. *quæſt.* 101. Barboſ. *in l.* 1. *par.* 6. *num.* 24. *ff. ſolut. matr.* & Amat. *loco cit. num.* 24. ſiue & tandem ſi creditor anterior eſſet fabrica Sancti Petri de vrbe, quæ ad inſtar fiſci poſſet etiam pecuniam bona fide conſumptam à poſteriori creditore auocare. Mart. *vot.* 42. Ricc. *par.* 2. *prax. eccleſ. reſol.* 375. & Genuen. *in practicab. eccleſ. quæſtion.* 602.

3 Sed an in caſibus, in quibus auocationi ſit locus teneatur creditor poſterior pecuniam, quam habuit reſtituere, vnà cum intereſſe; negatiuam partem amplexus fuit D. Regens de Pont. *conſ.* 19. *num.* 3. *lib.* 2. vbi loquitur in fiſco; videatur etiam D. Regens Sanfelic. *deciſ.* 124. *num.* 14. & Thor. *in* 2. *par. ſui compendij, in verb. pecunia liberata.*

4 Quantùm ad illam concluſionem hîc pariter firmatam ex tex. *in l. ſi is qui* 13. *ff. de iure fiſci*, vt ſemper fiſcus in bonis poſt eius obligationem quæſitis cœteris creditoribus, quamuis anteriorem hypothecam habentibus præferatur; aduertendum eſt, vt procedat, quando creditor anterior eſſet perſona priuata nullo iuris priuilegio munita, quia ſi eſſet perſona priuilegiata, vt eſt creditor ex cauſa Tutelæ, ex cauſa dotis, ex pecunia mutuo data ad rei refectionem, vel ad rem emendam cum eodem ſpeciali pacto, tunc fiſcus in bonis poſt eius obligationem quæſitis non eſſet iſtis creditoribus præferendus, vt poſt gloſ. Bar. Card. Mantic. & alios probat noſter Gait. *de credit. cap.* 4. *quæſit.* 11. *num.* 158. *cum ſeqq.* in muliere autem pro dote agente, quod non procedat text. *in d. l. ſi is, qui*, nimirum, vt præferatur creditoribus anterioribus in bonis poſt eius obligationem quæſitis, ſicque vt text. ille tantùm procedat in fiſco, cum priuatis creditoribus concurrente, habemus ſingularem deciſ. Gizzarell. in ordine primam, & nouiſſimè ſcripta per Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 68. *per totam.*

Vlterius tangit hîc D. Regens noſter quæſtionem illam, nimirum quod nam tempus ſit attendendum ad inducendam hypothecam ad fiſci beneficium in bonis eius adminiſtratoris, illud forſan incœpti officij, & adminiſtrationis, vel potius aliud commiſſæ fraudis, & quod vnà ſimul cum adminiſtratione hæc hypotheca incipiat, nec aliter neceſſarium ſit, vt illa contrahatur diem malæ adminiſtrationis expectari, dixerunt ex recentioribus Peregr. *de iure fiſci lib.* 6. *tit. de pignor. & hypoth. n.* 1. Alex. Turam. *in l. non puto cap.* 3. *à num.* 4. *ff. de iure fiſci*, Alfar. *de offic. fiſcal. gloſ.* 34. §. 1. *num.* 117. & D. Regens Conſt. *in l.* 1. *à numer.* 22. *C. de iure fiſci lib.* 10. quo loci eidem dicendum affirmat in hypotheca, quam habet pupillus in bonis eius Tutoris, & in illa, quam habet fiſcus in bonis eius Patris adminiſtratoris, ac, & tandem in adminiſtratione procuratorum, eorumque fideiuſſorum, Ego ipſe *reſol. iur. lib.* 1. *cap.* 148. *num.* 1. & 2. 5

Ad confirmationem verò alterius concluſionis, 6 quàm hîc firmauit D. Regens, vt quando non eſt in poteſtate contrahentis ſe non obligare, ſit ſemper initi contractus tempus attendendum, non autem aliud pecuniæ numerationis, ſecus verò quando eſt in ipſius contrahentis poteſtate, videnda ſunt ſcripta per me *lib.* 2. *reſol. iur. cap.* 60. *per totum.* vt ſuperius *in obſeruat. ad deciſ. præcedentem.*

## *ARGVMENTVM.*

Hæres extraneus, an, & quando poſſit in officio ſuccedere vbi primus acquirens ſtipulatus fuit pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, Et an mulier poſſit in hoc officio ſuccedere. Hæredes extranei an poſſint in emphyteuſi ſuccedere & de aliis.

## DECISIO CCCLXXXI.

MOLESTABATVR à Regio Fiſco Iacobus Cicala ſuper officio, quod tenebat Viceſcereti ciuitatis Hieracis in Prouincia Calabriæ; Nam cum illud conceſſum reperiretur à Rege Frederico cuidam Perrono pro ſe, & hæredibus ſuis in perpetuum ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, compertum fuit dictum Iacobum non eſſe ex deſcendentibus dicti Perroni primi conceſſionarij, ſicque dicebatur male ab illo hoc officium teneri: vnde quid iuris dubitarum extitit? 1

Pro fiſco conſiderabatur, in hac materia 2

inueſtiture

Digitized by Google

Inueſtituræ formam eſſe ſemper attendendam, *cap.* 1. *de feud. non haben. prop. naturam feud. & cap.* 1. *de duob. fratribus de nouo beneſ. inueſt.* notat Bal. *in l. liberti, libertæque C. de oper. liber.* quem ſequitur Alex. *in l. gallus §. & cum ſi à parente ff. de liber. & poſt.* hinc licèt aliàs in emphyteuſi hæredes ſuccedant extranei, tamen ſi Inueſtitura caneret pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis tunc illi non venirent, quantò magis dicebatur in caſu propoſito in quo hæredes ex corpore vocati extiterant, & licèt ponderabatur, quod illa clauſula operetur ſi aliter non eſſet per conceſſionarium diſpoſitum, itavt ſi ille, qui habet officium in hac forma, in vita aliter diſpoſuerit, teneat diſpoſitio, etiam in filiorum præiudicium, vt probat Imol. *in l. ſi domus §. fin. in fin. ff. de legat.* 1. tamen reſponſum fuit hoc bene procedere, quando fit alienatio cum Regis aſſenſu, cum officia abſque ſupremi Domini aſſenſu alienari non poſſint, vndè cum in caſu, de quo agebatur hæc ſolemnitas deficeret, ergo; nec admittendum illud, quod motiuabatur, quod reſpectu officij prædicti erant mutata natura, quoad tranſmiſſionem ad hæredes, ex quo vidimus officia cum perſona extingui, nec ad hæredes etiam filios tranſmitti, *l. cuius bonis ff. de curat. furio. & l. tutela ff. de tutel. c. fin. de teſtam. in* 6. adhuc ſi diceremus factam eſſe conceſſionem Titio in perpetuum, vt per Aret. *in l. maritum ff. ſolu. matrim.* & tamen ſecus eſt, vbi dictum eſſet, *pro hæredibus in perpetuum*, vt notant Andr. *in cap.* 1. *quis dica. dux.* & Bal. *in l.* 1. *ff. de fideiuſſ. tut.* etenim ad hoc motiuum reſponſum fuit, quod natura dicti officij reſpectu hæredum ex ſuo corpore deſcendentium mutata non erat ac ideo hæredes extranei venire non poterant.

3 Fuit etiam in hac cauſa dubitatũ, an mulier in hoc officio ſic vt ſupra conceſſo ſuccedere potuiſſet, & dictum fuit, quod non, *l. fœmina ff. de reg. iur.* etenim vbi officium pro hæredibus in perpetuum conceſſum reperiretur, debet ſecundum ſubiectam materiam pro hæredibus maſculis intelligi, gloſ. *in l. ex facto §. fin. ff. ad S.C. Trebell.* hinc ſi feudum conceſſum eſt pro Titio, & hæredibus ſuis, ſecundum ſubiectam materiam pro hæredibus in corpore conceſſum intelligitur, ad tex. *in c.* 1. *de ſucceſſ. feud.* notat Bar. Aret. & omnes *in dicto §. etiam ſi à parente.* Angel. *conſ.* 182. & Alex. *conſ.* 49. *lib.* 6. adhuc ſi dictum eſſet pro ſe, & ſucceſſoribus in infinitum Bal. *in l.* 1. *ff. de rer. diuiſ.* & Aret. vbi ſupra, niſi addita eſſent verba illa, *quibuſcumque*, vt per Alex. & Iaſ. *in d. §. etiam ſi à parente.* & Dec. *in c. in præſentia extr. de prob.* licèt quoad fœminas ſucceſſio denegaretur, cum ſint illæ omnino feudalis ſucceſſionis incapaces; nunquam enim fœminæ ad feudi ſucceſſionem habilitatæ cenſentur, niſi expreſsè dicatur, *cap.* 1. *de feud. fem.* prout in Regno in defectum maſculorum, vt in Conſtit. *vt de ſucceſſionibus*; ſemper namque, quod verbum iſtud *in perpetuum* in priuilegio ſcriptum inuenies, dic officij naturam reſpectu temporis teneri mutatam, non autem reſpectu qualitatis ſucceſſionis, adeo quod, licet officia ex propria natura ad hæredes etiam ſanguinis non tranſeant, tamen vt tranſmiſſio concedatur, additur *pro hæredibus*; & quia dubitari poterat an tantùm primus hæres veniret, vt venient omnes, additur *in perpetuum*, ſed hoc intelligitur de maſculis tantùm in infinitum, non autem de fœminis, cùm verbum hoc *in perpetuum* qualitatem ſucceſſionis mutare non poſſit; ita de emphyteuſi eccleſiaſtica loquebatur Bal. *in l. etiam ff. ſolu. matr.* & Loffred. *conſ.* 1. *n.* 188.

## OBSERVATIO.

Bene hìc dicit D. Regens noſter, vt ſemper inueſtituræ formæ ſit attendenda. Hæc enim dicitur eſſe tenor gratiæ conceſſionis feudi, quam facit ſupremus Princeps, quando feudum alicui concedit, *c.* 1. *de natura ſucceſſ. feud. & c.* 1. *de gradib. ſucced. in feudo.* Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 3. *in tit. de formul. inueſtit. in pr. nc. num.* 2. vbi *cap. ſeq. num.* 3. addit inueſtituræ formulam illam eſſe quæ dat eſſe feudo, illudque qualificat, iuxta ſeriem, & tenorem ipſius; verbaque in ipſa appoſita loco eſſe conditionis, & formæ; hinc quando apud nos dubitari contingit, an feudum ſit ex pacto, vel potius hæreditarium ad illius inueſtituræ formulam ſemper recurrimus; nam ſi in illa inueniamus hæredis nomen expreſſum, vel ſimpliciter hæreditarium, vel ex pacto cum qualitate hæreditaria feudum illud diiudicamus, & ſi verba quæcumque addita ſint; quicquid circa hoc ſibi dixerit Afflict. tàm *in conſtit. vt de ſucceſſionibus num.* 69. quam *in c.* 1. *in tit. an agnat.* At ſi hoc hæredis nomen in ea formula non legatur quia ſimpliciter fuit facta conceſſio Petro, & filiis, & ex pacto feudum illud putamus, videantur, quæ Ego nouiſſimè ſcripſi *lib.* 2. *reſol. iur. cap.* 86. *per tot.* poſt Frecc. *loco cit. in* 3. *formula num.* 3. vbi ait quod licèt hæc verba *heres*, & *filius* in diſpoſitione feudali Synonima ſint, ſicque vnum pro alio exponantur, ſuntque ſecundum aliquos eiuſdem naturæ, attamen data hac formula, dicetur feudum hoc hæreditarium, non autem ex pacto, eſt tamen vtile hoc ſcire, quia, vt hìc aduertit D. Regens ſi inueſtitura caneret, *concedo Petro, & hæredibus ſuis in perpetuum*; conceſſio hæc ſecundum ſubiectam materiam intelligitur facta pro hæredibus ex corpore, & ſic pro filiis ſed cum qualitate hæreditaria. 1

Ad illud autem, quod hìc dicitur, vt fœmina officij ſucceſſionis ſit incapax, dic Tu hoc bene procedere, ſi incapacitas hæc à natura concederetur, ſecus verò vbi à conſuetudine fieret capax, ſic loquitur Montan. *de regalib. fol.* 20. *num.* 21. quodque ſuccedat in officiis alteratis pro hæredibus affirmat *fol.* 183. *numer.* 16. & 17. iſtoque iure vtimur in hac Ciuitate, quicquid ſibi dixerit. Marin. Frecc. *lib.* 2. *de ſubfeud. quæſt.* 51. 2

ARGV

Digitized by Google

## *ARGVMENTVM.*

Officium ſi fuerit ab aliquo acquiſitum pro ſe, & vno hærede, primo conceſſionario mortuo, an poſſit in illo hæres extraneus ſuccedere. Officium an Feudo æquiparatur. Succedens in Officio ex nominatione à defuncto facta, an teneatur ad onera nominantis. Fœmina, an poſſit hæres inſtitui in officio. Hæredis appellatione an, & quando veniat tantùm hæres ſanguinis, & de aliis.

## DECISIO CCCLXXXII.

1 DVBITABATVR in Regia Camera, ſi in Officio Guardianiæ Maioris fundaci huius Ciuitatis, quod à Rege Frederico, Titio pro ſe, & vno hærede conceſſum reperiebatur, poterat, Titio mortuo, nepos ex fratre ſuccedere. Dicebat enim Regius fiſcus, quod nullo pacto hic nepos erat admittendus, ex quo conceſſio illa pro vno hærede intelligi debet de hærede ſanguinis, ſicque quidam Aduocatus in Regia Camera affirmabat.

2 Sed reſponſum fuit hoc probari non poſſe, ex quo nullo iure cauetur, vt quando officiũ conceſſum eſt pro vno hærede, intelligatur de hærede ſanguinis, vt in præcedenti deciſione dictũ eſt, bene tamen credebatur quod ſi fœmina in officio prædicto fuiſſet hæres inſtituta ſuccedere non potuiſſet; & ſi dicas hoc probari poſſe, officium feudo æquiparando, vt ſicut in feudo hæredis appellatione intelligitur de hærede ex ſanguine, ita & in officio, reſpondetur hoc nec etiam iure probari, nimirum, vt officium feudo æquiparetur nam mille reperiuntur differentiæ inter feudum, & officium; & ſi dicamus officium vſufructui æquiparari, iuxta notata per Bar. *in l. ſi vſusfructus mihi ff. de vſufr.* & quod poſſit in eo ſuccedere primus hæres, quando in conceſſione hæredis eſt facta mentio, *l. antiquitas C. de vſufr.* tamen nec in hoc tex. nec alibi probatur, quod hic hęres de ſanguine eſſe debeat, non autem hęres extraneus, ſolùm enim in feudo, & emphyteuſi Eccleſiaſt. hoc iure probatur, vt bene per Ang. *conſ.* 182. & Alex. *conſ.* 49. *lib.* 6. Etenim nulla abſurditas, nulla impoſſibilitas, nullaque iniquitas reſultat, vt in officio ſuccedere non poſſit hęres extraneus; Vnde cum regula ſit quod hęredis appellatione veniat hęres tam ſuus, quam extraneus, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, tam veniens de iure ciuili, quàm de iure prętorio, *l. hæredis appellatione ff. de verb. ſignif. l. fin. l. de hæred. inſtit.* Ergo in caſu propoſito ſtandum eſt regulę vt veniat hæres licèt non ſit de ſanguine per lineam deſcendentem, quamuis talis erat per lineam collateralem.

---

## OBSERVATIO.

1 QVæſtio, quam D. Regens noſter hic proponit, apud nos hodie nullam patitur difficultatem; paſſim enim, quando officij conceſſio facta eſt Petro pro ſe, & vno hærede nominando, ſi Petrus ab inteſtato moreretur, in hoc officio legitimus eius hæres à lege vocatus ſuccedet, quamuis non ſit de deſcendentibus, ſed ex linea tranſuerſali, & ſi ex teſtamento, poterit in eo officio, quem velit nominare hæredem, ita Io. Vinc. de Anna *ſing.* 391. D. Regens de Ponte *conſ.* 136. *num.* 7. *lib.* 2. D. Regens Rouit. *in conſ.* 106. *num.* 4. & melius *num.* 11. vbi obſeruantiam, & deciſionem refert *lib.* 2. Montan. *de regalibus fol.* 187. *num.* 19.

2 Illud autem eſt de quo nouiſſimis temporibus fuit in hac materia apud nos controuerſum, an qui in hoc officio ſuccedit ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato teneatur ad onera hæreditaria defuncti qui officij cõceſſionem ſic obtinuerat, & affirmatiuè fuit reſolutum, ſic atteſtante eodem D. Regente Rouito *conſ.* 104. *num.* 9. *lib.* 2. vbi ait omnia, quæ ex aduerſo ponderabantur, locum ſibi vendicare in conceſſione facta pro filio nominato, aut nominando, ſeu pro ſe, & vno ex filiis, aut pro perſona nominanda, abſque expreſſione, & mentione hæredis, quæ qualitatem operatur hæreditariam idemque D. Regens Capycius Latro ſcripſit *deciſ.* 6. *à num.* 20. *& deciſ.* 26. *à n.* 15. & nos diximus ſuperius *in obſeru. ad deciſ.*...

3 Et quod hîc dicit D. Regens noſter, nimirum quod ſi fœmina in officio, de quo agebatur, fuiſſet hæres inſtituta, ſuccedere non potuiſſet, nec etiam apud nos hodie procedit, quia quotieſcumque conceſſum eſſet officium cum facultate nominandi hæredem, poterit hic conceſſionarius inſtituere hæredem fœminam, eamque verbis expreſſis in officio nominare, quæ tamen ob ſexus impotentiam per ſubſtitutum deſeruiet, ita ſatis bene Montan. *de regalibus fol.* 184. *num.* 17. vbi teſtatur ſic ſeruatum fuiſſe in officio actorum Magiſtri Sacri Regij Conſ. Palot de Ciuitella, & ſucceſſiue de Mondellis, & in alio Aſcanij longo, qui propriam coniugem in hæredem nominauerat; Idemque his diebus practicatum in perſonam Annæ dell'Acqua, quæ vti hæres quondam Franciſci dell'Acqua eius fratris præuio decreto Regiæ Cameræ fuit admiſſa ad officium Portulani Furſoris, quicquid dixerit Dom. Regens de Ponte, *de poteſt. Proreg. titul.* 10. *rubr. de poteſt. ſubſtitut. in offic. numero* 4. *fol. mihi* 329. alia ad materiam vide infra *deciſ.* 411.

4 Ad confirmationem autem illius concluſionis hîc tentæ, vt tantùm in emphyteuſi Eccleſiaſtica verbum *hæres*, intelligatur de ſanguine, ſicque vt quando Eccleſia rem ſuam in emphyteuſim concedit Petro, & hæredibus ſuis, quod hæredes debeant eſſe deſcendentes, nec aliter extranei admittantur, vide DD. hoc idem firmantes, quos ad nauſeam refert Iul. Clar. *in §. Emphyteuſis quæſt.* 28. *per totum num.* 6. vbi inter alios meminit de noſtro Afflict. *deciſ.* 100. Eſt etiam videndus Aurel. Corbula *de iure emphyteut. in tit. de cauſ. priuat. ob lineam finitam num.* 51. vbi auctoritate Beroi *conſ.* 102. *num.* 8. *lib.* 1. ait quod licèt quando in conceſſione

Digitized by Google

ceſſione rei Eccleſiæ indefinitè ponitur verbum, *pro hæredibus* ſolùm deſcendentes, & non hæredes extranei comprehendantur, attamen hoc limitandum monet quoties verbo *hæredis* ſignum eſſet appoſitum vniuerſale, dicendo ſic Petro, & omnibus eius hæredibus, quia tunc etiam extranei hæredes comprehenderentur: citat Bald. *in c.in præſentia num.* 20. *de probat.* Gozadin. *d.conſ.*27.*num.*22. Alex. *in conſ.*195. *num.*4.*lib.*6.Curt.Iun. *conſ.*1.*num.*4. & Rolan. à Valle *conſ.*79. *num.*35. *lib.*2. *& in conſ.* 96. *numer.*29. *lib.*1. Illud namque ſignum vniuerſale *omnibus* mentem declarat concedentis, eam ſcilicet fuiſſe vt omnes hæredes etiam extranei admittantur.

5 Diximus ſuperius, quod quando fœmina, vel vt hæres in officio nominata, vel ab inteſtato in eo ſuccedens eſt ad illud admittenda, quia ob ſexus impotentiam exercere non poteſt, per ſubſtitutum deſeruiet; nunc addo hoc intelligendum Regis accedente permiſſu, nam abſque Regia facultate, vt per ſubſtitutum deſeruire poſſit, nullatenus per ſubſtitutum deſeruire ei liceret, obſtantibus nouiſſimis Regiis ordinationibus, de quibus infra *in obſeruat. ad deciſ.*390. vbi dubitauimus, An minor in officio nominatus poſſit per ſubſtitutum deſeruire.

## *ARGVMENTVM.*

Eximens è manu Officialium intercepta, qua pœna veniat puniendus; Et quid in eximente carceratum à poſſe familiæ. Eximens aliquem à carceribus pro debito ciuili detentum, ſi demùm illum exhibuerit, an ad aliquid creditoribus teneatur, & de aliis &c.

## DECISIO CCCLXXXIII.

1 INTERCEPTIS duobus Equis, qui à Regno contra Banna, & prohibitiones Domini Proregis extrahebantur, fuerunt illi à quodam Illuſtri viro ſiue à ſuis famulis de eius mandato, vi, & violentia erepti, cum in manibus Regiorum officialium intercipientium reperirentur; vnde fuit dubitatum in Regia Camera, qua pœna eſſet hic plectendus, illa forſan à Regiis bannis præſcripta.

2 Conſiderabatur Banni pœna in hoc caſu non ſubintrare, cùm illa locum habeat contra extrahentes à Regno, hic non extraxerat, ergo; Vnde dicebatur, teneri poſſe pœna, qua tenentur auxilium præſtantes, quia dubitari non poteſt, quod hic auxilium præſtiterat, cum è manibus Officialium Curiæ Equos eripere fecerit, ad text. *in l.is qui opem. ff.de furt. & in* §. *Ope. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi delic. naſcuntur*, Felin. *in c.ſicut dignum, de homicidio.* & latiſſimè Hippolit. de Marſigl. *in praxi cauſ. crim.* §. *conſtante*, vbi tractat, quando quis dicatur opem præſtare, & qua pœna puniantur opem præſtantes; Etenim pœna perpetuæ remigationis cum hoc viro Illuſtri practicari non poterat, quamuis bene illa ducatorum mille, & amiſſionis Equorum, ſiue vt teneretur illa pœna, qua puniuntur illi, qui à manibus Curiæ carceratum eximunt, de qua eſt text. & ibi Bar. *in l.*4. *ff. ad leg. Iul. Maieſt.* Bald. *in l.addictos C. de Epiſcop. audient.* Alex. *in addit.ad Bar. in l.eiuſdem* §. *transfugas ff.ad leg. Cornel. de ſicar.* & Iaſ. poſt alios *in l.*1. §. *is videtur ff.ſi quis ius dicenti non obtemper.* & Latius *in l.* 3. §. *quod prætor. col.penult. & fin. ff. ne quis eum, qui in ius voc.eſt vi exim.*

## OBSERVATIO.

DOminus Regens noſter hîc non aperit quænam pœna veniat imponenda illis, qui carceratum de manu familiæ per vim eximunt; ſed remittit ſe ad iura, & DD. quos hîc allegat; Tu modò ſi cupis pœnam hanc aperire, diſtinguas, an captus, & demùm exemptus à manibus Birruariorum carceratus extiterat pro debito ciuili, an verò pro cauſa criminali; vt in primo caſu pœna ſit arbitraria ſecundum Cagnol. *in l.*1.§. *is videtur num.*27. *ff.ſi quis ius dicen. non obtemper.* de quo meminit Menoch. *de arbitr. Iudic.caſ.* 583. *num.*2. relegationis verò in nobile; triremium autem in plebeio, & ad intereſſe Partis ſuo tempore per S.C.deciſum teſtatur DD. de Franch. *deciſ.* 442. *per tot.* de qua memor fuit Cabal.*reſol.crim. cap.*8.*numer.*22. *&* 27. ſemel autem in hac Ciuitate ſeruatum comperimus (ſed iniuſtè dicit Baiard.ad Clar.*in quæſt.* 68.*num.*33.) vt illi qui eximerant carceratum pro debito ciuili morti traderentur, ſicque exequutum, ſolo tamen mandato Domini tunc Proregis, videatur Carau. *in Rit.*160.*num.*2. *in fine*, quem citant Iul. Clar. *loco modo relato.* Viuius *deciſ.*92. & D. Riccius *in collect.* 586. eſt etiam videndus Foller. *in c.Regni item caueant Iuſtitiarij num.*14. *fol. mihi* 126. & Farinac. *de carceribus, & carcer. q.*32. *n.*6. vbi teſtatur in principio Pontificatus Sixti Quinti ipſum vidiſſe quendam famulũ furcis ſuſpenſum, ex quo aſellum in executione ciuili captum à Birruariorum manibus eximerat.

In ſecundo verò caſu, & ſic in eximente carceratum pro cauſa criminali, Iacob. Menoch. *citat. caſu* 583. *num.*1. multorum authoritate probat, hunc eximentem teneri pœna criminis læſæ Maieſtatis, ſi qui è manibus familiæ exemptus fuit, capitali pœna conuictus, & condemnatus extiterat, idemque dixerat.Plat. *in Epito. delict. lib.*1. *cap.*38. *num.*7. Vbi teſtatur ſententiam hanc frequentiori Doctorum calculo fuiſſe receptam, Iul. Clar. *cit. quæſt.*68. *à num.*10. At ſi ille, qui fuit exemptus capitali pœna, neque conuictus, neque condemnatus eſt, poſſet certè puniri eximens ea quidem pœna, qua exemptus puniretur, ſi in fortiis exiſteret, ad tradita per DD. quos congerit Mangon. *deciſ.Lucenſi* 90. *num.* 3. vbi *num. ſeq.* addit notabile dictum, nimirum, vt eximens aliquem à carceribus pro debito ciuili detentum, teneatur creditoribus, etiam quod exemptus debitor poſtea ad carceres reducatur, quia non per hoc eripiens cenſetur liberatus ab obligatione, in quam eripiendo incidit, id, quod poſt Angel.Salyc. Iaſ.Roma. & alios probant pariter Farinac. *cit.quæſt.*32.*num.*14. & ex Noſtratibus Io. Arcamonus *inter comment. Io. Anton. de Nigris in c. Regni item ſtatuimus* 132. *n.*14. ſed tu quando caſus acciderit ſequere ſententiam no-

ſtri Foller. *in dicto c. Regni, Item caueant à num.* 8. nimirum vt proſit exhibitio erepti debitoris pro eo, quod tangit intereſſe creditoris, per text. *in l. penult.* §. *Docere ff. ne quis eum, qui in ius vocat. eſt vi eximat.* niſi ( addo Ego ) inter tempus exemptionis, & exhibitionis ſtatus mutatio reſpectu perſonæ ereptæ conſideretur; pro eo verò, quod tangit intereſſe fiſci, vt exemptionis delictum puniatur, ſecus affirmandum, & ita teneo, quicquid Foller. ipſe demùm *numer.* 13. concludere videatur, per text. *in l. quoties C. de exactoribus tribut. lib.* 10. Cœtera ad materiam pertinentia vide apud me *lib.* 1. *reſol. iuris cap.* 115.

## *ARGUMENTUM.*

Teſtes, qui ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ 50. *de officio S. R. Conſ.* in qualibet cauſa non poſſunt recipi vltra numerum quadragenarium, ſi tot in termino ordinario fuerunt recepti, nùm alij ad inſtantiam perſonarum priuilegiatarum recipi poſſint in termino beneficiorum, & de aliis &c.

## DECISIO CCCLXXXIV.

1 IN cauſa vertente in Regia Camera Sũmariæ ſuper Terra Ceppaluni, in qua pro parte vxoris Magnifici Ioannis Baptiſtæ Carrafa, tam in termino ordinario, quàm in primo beneficio examinati reperiebantur teſtes vſque ad numerum quadraginta, cum mulier iſta ſecundum petiiſſet beneficium, ad finem, vt alios potuiſſet producere teſtes, ſe oppoſuerunt Regius fiſcus, & Magnificus Rodericus de Aualos vtilis Dominus, & poſſeſſor dictæ Terræ, contendentes non poſſe amplius in cauſa produci teſtes, idque attenta Pragmatica Sanctione, qua ſtatutum eſt, vt in omni cauſa, non niſi quadraginta teſtes examinari poſſint, adhuc ſi alter ex litigantibus eſſet vniuerſitas vel minor; vnde dubitatum fuit, an petitum ſecundum beneficium, eſſet concedendum?

2 Et per Regiam Cameram, tam in prima inſtantia quàm in gradu reclamationis in Collaterali Conſilio fuit deciſum ſecundum beneficium non eſſe concedendum. Ratio deciſionis fundabatur in dicta Pragmatica Sanctione, quæ tam enixè mandat, vt quadragenarius teſtium numerus non excedatur, id, quod de iure communi comprobabatur; Etenim dicebatur poſſe Iudicem in cauſa teſtium numerum, ſiue multitudinem refrenare: *l.* 1. §. *fin. ff. de teſtib. c. cum cauſam lo grande, ext. eodem*, & hoc ob ſubornationis timorem etiam in cauſa minoris, cui nulla conceditur reſtitutio, niſi præuia cauſæ cognitione, quod ſit læſus, optimè Aret. *in l. nam & poſtea* §. *ſi minor ff de iur. iur.* & in terminis Bar. *in l.* 1. §. *numeratio ff. de noui oper. nunciat.* vbi format quæſtionem, an minor poſt didicita teſtificata, poſſit de nouo per beneficium reſtitutionis in integrum teſtes producere, & poſt Innocent. & alios, quos refert concludit, quod ſi in primo termino nullos produxit teſtes, poterit poſtea illos producere, & ſi produxit, ſed fortè non bene ſuam intentionem probauit, tunc dicit Bar. quod non poteſt abſque cauſę cognitione alios producere, in muliere autem, & ruſtico indiſtinctè decidit illos non eſſe audiendos; idemque Aret. *in dicto c. fraternitatis, extra de teſtibus*, Nec dici poterat Pragmaticam de mulieribus non loqui, nam eius tenore attento, habet locum diſpoſitio illa in quacumque priuilegiata perſona, etiam priuilegio in corpore iuris clauſo, ergo loquitur expreſsè de minoribus, mulieribus, & aliis, quibus in integrum reſtitutio competit, aliàs verba illa eſſent ſuperflua, contra text. *in l. quoniam C. de inoffic. teſtam.* quod dicebatur conſonum eſſe legi, ad text. *in l. ſine hærede* §. *Lucius ff. de adminiſtr. tut.* vbi conſuetudo, ſiue ſtatutum, quod rem reſpicit, tam minores, quàm maiores comprehendit, & per hunc text. dicit Bal. *in l. non videtur C. de in integr. reſtit.* quod ſi ſtatuto cauetur, quod cauſæ conſanguineorum compromittantur, hoc ſtatutum, etiam minores comprehendit; ideoque ſi minor compromittit, & eſt læſus reſtitui non poteſt, quia vſus fuit lege communi, ſiue ſtatuto eum compromittere cogente, idemque dixit Imol. & clarius Aret. *in l. poſſeſſionem pupillus ff. de acquir. poſſeſ.*

## OBSERVATIO.

PRagmatica Sanctio, de qua in hac deciſione, eſt decretum Sacri Regij Conſilij promulgatum ſub die 18. Iulij 1524. quo tempore ſupremum hoc Tribunal reſidebat apud Monaſterium Sanctimonialium Sanctæ Claræ huius Ciuitatis, illudque regiſtratum habemus in volumine Regiarum Pragmaticarum, & eſt 50. in ordine ſub tit. *de officio Sacri Regij Conſilij*, inibi enim expreſſis verbis ſancitum comperimus, vt in qualibet cauſa non recipiantur teſtes vltra numerum quadragenarium, aut ex cauſa quinquagenarium adhuc ſi alter ex litigantibus perſona eſſet quouis priuilegio in iure expreſſo munita; vnde cùm hîc dubitari contigiſſet, an mulier, quæ in termino ordinario, & in primo beneficio examinari curauit teſtes quadraginta, potuiſſet in ſecundo beneficio alios examinari facere, negatiuè per Regiam Cameram deciſum extitit, ſicque tentum, ſecundum beneficium nullo pacto impartiendum; Tu modò adde ita pariter alias tam per Regiam Cameram, quàm per Sacrum Conſilium in plurimis factorum contingentiis deciſum fuiſſe, prout atteſtatur D. Regens Rouit. *in comment. ad dictam Pragmaticam* 50. cuius diſpoſitio 1

Digitized by Google

diſpoſitionem dicit concordari cum tex. *in c.cum cauſam in fine, extra de teſtibus*; Idemque Iul.Cæſ. Imbr. *in ſuo opuſculo de primo, & ſecundo beneficio conſiderat.7.n.16.*& Ioannes Maria Nouar. *in collect.ad eandem pragm.50.de offic.Sac.Reg.Conſ.*

## ARGVMENTVM.

Indemnitatis promiſſio an per teſtes probari poſſit. Promiſſor Indemnitatis, an priuſquàm principalis debitor diſcutiatur conueniri poſſit. Domeſtici, & Familiares, an & quando legitimi, & idonei dicantur teſtes.

## DECISIO CCCLXXXV.

1 CVM Illuſtr. Marchioniſſa Padulæ fideiuſſiſſet pro bona adminiſtratione Anelli Gutterij Perceptoris Prouinciæ Capitanatæ, eique indemnitatem promiſiſſet Stephanus Grimaldus, quia demùm contigit fuga d.Anelli debitoris Regiæ Curiæ vltra ſummam ducatorum duodecim millium, ob quod Marchioniſſa ſoluit quantitatem, pro qua fideiuſſerat, fuit dubitatum in Regia Camera, an promiſſio illa indemnitatis à ſtephano facta, quia non apparebat in ſcriptis, potuiſſet per teſtes familiares, & domeſticos probari.

2 Per Regiam Cameram fuit pro Marchioniſſa pronunciatum, etenim conſiderabatur nulli dubium eſſe indemnitatis promiſſionem de iure ſubſtineri, illamque in eſſe produci, cum quis dixerit, promitto tibi, quod ex tua obligatione ad Caij beneficium facta, nullum damnum ſenties, ita Aret. *in l.quamuis §.1.ff.ad Senatus Conſultum Velleianum*; notat Bar. *in l.quæro ff.locat. & in l.1. C.de conuen. fiſci debit. lib.10.* Vbi etiam Io. de Plat. *& in l.1. & 2. C.de decu. lib.10.* Eſt bene verum quod qui indemnitatem promittit, nunquam cõueniri poteſt, niſi principali debitore prius diſcuſſo, vt per DD. modò relatos, quam tamen diſcuſſionem in caſu propoſito dicebatur nullatenus eſſe neceſſariam, ex quo notoriè conſtabat Anellum in fugam poſitum non eſſe ſoluendo; notat Alex. *in l.decem ff.de verb. oblig.* Nec obſtare dictum fuit, teſtes qui ad promiſſam indemnitatem probandam depoſuerunt Matchioniſſę fuiſſe familiares, & Domeſticos, qui regulariter à teſtificando pro Dominis repelluntur; *l.etiam.* vbi Bal.Salyc. & reliqui *C.de teſtib.* Innocent. & Canoniſtæ *in c. in litteris, extra eodem*; Nam reſponſum fuit concluſionem hanc, etſi verum, limitari in familiaribus Prælatorum, Abbatum, & aliorum nobilium Dominorum; præſumitur enim hæ perſonæ bonę famæ, vitę & conditionis; Vnde bene pro eorum Dominis legitimi teſtes eſſe poſſunt, ita Innocent. Ant. de Butr. Imol. & Felin. *in d.c. in litteris* Bald. & Salyc. optimè *in d.l.etiam*, licèt Bar. *ibidem* hoc Iudicis arbitrio relinquat perſonæ domeſticæ qualitatem,& conditionem conſiderantis; Vnde cùm in caſu,de quo agebatur,teſtes productos quamuis Marchioniſſę familiares, nobiles eſſe conſtaret, optimęque famę, & conditionis, deciſum fuit ſatis illos eſſe ſufficientes,ad dictam indemnitatis promiſſionem probandum.

## OBSERVATIO.

QVia indemnitatis promiſſio importat promiſſionem ſolutionis eius, quod ſoluet ille,cui indemnitas promiſſa fuit, *l.2.C.de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt*, Bar. *in l.quæro in princ.ff.locat.* Paul.de Caſtr. *conſ.297.* Soccin. *conſ.29. lib.3.* notemus hìc quod qui indemnitatem alicui promittit nunquam conueniri poteſt, niſi principali debitore prius diſcuſſo;hoc enim eſt de iure, vt promittens releuare aliquem indemnem,ita demùm teneatur, ſi aliunde is, cui indemnitas promiſſa eſt, releuari non poteſt,ac proinde prius non agat ſi aliunde indemnis conſeruari poteſt; probat hoc pariter Alex. *conſ.114.* incipit *ſuper eo. num.2.& in aliis codicibus 118. lib.3.* Vinc. Caroc. *in tract. de excuſſ. bonor. par.2. quæſt.14.num.37.*D.Card. Tuſch. *pract. concl. lit. I, concluſ.88. num.1.* Petr. de Benintend. ſatis bene *deciſ.81.num.12.13.& 14.* vbi dicit quod aliud eſt fideiubere,aliud promittere,quem indemnem conſeruare,quia intelligitur in ſubſidium, ſi principalis non eſt ſoluendo, allegat Felin. *in c.ex reſcripto poſt num. 19. verſ. extra gloſ. de Iureiurando*; idque adeo verum affirmat, vt adhuc procedat concluſio hæc,ſi qui indemnitatem promittit, beneficio de fideiuſſoribus renunciauerit. 1

Ad confirmationem autem illius Concluſionis hìc firmatæ; nimirum, vt legitimi ſint teſtes domeſtici, & familiares Abbatum, Prælatorum, cœterorumque Nobilium Dominorum, ex eo quod hæ perſonæ vt plurimum ſunt bonæ, laudabilis, & honeſtæ vitæ, vltra DD.quos D.Regens noſter hìc allegat, videndi ſunt, alij quos ad nauſeam referunt Ant. Gabr. *commun. concluſ. tit.de teſtibus,concluſ.10.num.20.* Ioſeph. Maſcar. *de probat.534.num.28.& 757.n.2.* & Proſp. Farinac. *tract.de teſtib.quæſt.55.num.23.82.& 127.*vbi *num.36.* Idem dixit quando ſumus in facto, de quo veriſimiliter domeſtici ſunt magis informati, quàm extranei, & *num.38.* ſi verſaremur in factis, & delictis domi patratis de nocte, quæ cum de ſe difficilis ſint probationis, propter temporis nocturni qualitatem, ideo eò magis ad illorum probationem domeſtici teſtes admitti debeant. 2

## ARGVMENTVM.

Vaſalli Burgenſes an, & quando pro eorum Barone validè fideiubere poſſint. Inſtrumentum, quod nullum eſt



Digitized by Google

eſt, quia ſtipulatum per Notarium Vaſſallum an per teſtes probari poſſit; Et quid de obligationibus penès acta ſtipulatis à Vaſſallo non vti Notario, ſed vti Baronalis Curiæ actuario; Et quid, ſi Notarius eſſet tantùm habitatione ſubditus; Et quid de inſtrumento ſtipulato pro conductore Iuriſdictionis illius loci, in quo Notarius eſt ſubditus, & de aliis ad ornatum cap. Regni *Ladiſlaus*.

## DECISIO CCCLXXXVI.

1 INSTABANT quidam mercatores de Criuellis fore cogẽdos quoſdam particulares Terræ Ferrandinæ ad ſibi ſoluendam ſummam, quam debebant ex cauſa fideiuſſionis præſtitæ, pro Illuſtr. Duce dictæ Terræ; ſed excipientibus conuentis de nullitate huius fideiuſſionis, tum primò, quia inſtitutæ actioni directo obſtabat Regia Pragmatica de anno 1536. qua prohibetur vaſſallos pro Dominis fideiubere; tum, & ſecundò, quia fideiuſſio per Notarium vaſſallum ſcripta erat contra id, quod *per cap. Regni* diſpoſitum habemus; dubitatum fuit quid iuris.

2 Per Regiam Cameram fuit pro dictis particularibus pronunciatum, illos ab impetitis per actores abſoluendo. Ratio deciſionis principaliter fundabatur quia fideiuſſionis inſtrumentum per Notarium vaſſallum extiterat ſtipulatum, contra id, quod *per Regni cap.* ſancitum eſt; in nihilo obſtante quod Actores per Teſtes fideiuſſionem probauerant, ideoque illam valuiſſe, quamuis non vt inſtrumentum, ex quo nullum vigore *cap. Regni*, benè tamen vti ſcripturam priuatam; nam reſponſum fuit hoc nullius momenti eſſe; ea quidem ratione quia *cap. Regni* non ſolùm inſtrumentum; ſed etiam contractum annullat, iubens legiſlator talem ſcripturam nullatenus in iudicio recipiendam, ſicque neque vti inſtrumentum publicum, neque vti ſcripturam priuatam valere; vndè dicebatur, quod Teſtes nihil probabant, quia de ſtipulatione ſolemniter facta per interrogationem præcedentem, & reſponſionem ſubſequentem, provt requirit text. *in vulg. l. blanditus C. de fideiuſſor.* non atteſtabantur, ſed tantùm ad inſtrumentum, & ſic ad actum nullum & in actis non recipiendum ſe referebant; reſpectu verò nullitatis, quæ allegabatur, quia fideiuſſio à vaſſallis præſtita erat contra diſpoſitionem Regiæ Pragmaticæ, licèt per Actores replicaretur Pragmaticam loqui vt vaſſalli inuiti ad fideiubendum non cogantur, tamen ponderabatur, quod quando quis ſuperioris iuſſu actum aliquem facit, in dubio coactus, non autem ſponte actum illum facere cenſetur, ad quod fuit allegatus text. & ibi gloſ. & Aret. *in l. qui putat §. qui bona fide. ff. de acq. hæred. & in l. liber homo ff. de acq. rer. domin.* & comprobat idem Aret. *conſ.* 24. vbi dicit, quod ſolus ſuperioris iuſſus iuſtum metum inducit; verùm circa hoc, põderatis probationibus, cõpertum fuit particulares conuentos, nedum ex eorum parte metum probatum non fuiſſe imò ab Actoribus per plures teſtes benè doctum de iſtorum particularium ſpontanea voluntate ad fideiubendum cum aſſignatione cauſæ eorum dicti, quo caſu dicebatur, quod ſpontanea voluntas benè probatur, vt per Imol. *in c. ſuper hoc de renunciat.* nec aduerſabatur text. cum gloſ. *in dicto §. qui bona fide*, quia loquitur in eo, qui iuſtè poterat iubere, ſicut Dominus ſeruo; ſecus in aliis, provt in caſu, de quo agebatur; tunc enim ſi non poſſunt iuſtè iubere; ſed iniuſtè, vltra metum reuerentialem requiritur timor cum minis, & quod ille, qui iubet ſolutus ſit iuſſus vel præces ſuas ad effectum ducere, vt tenet Bar. *in l. ad inuidiam, & in l. procul. C. de his qui vi, metuſve cauſ. fiunt*, eſt text. & ibi gloſ. *in c. inſinuante, qui clerici vel vouentes*, Aret. *cit. conſ.* 24. & alij.

---

## OBSERVATIO.

PRagmatica, quæ in hac Deciſione allegatur, mandans, vt Vaſſalli cogi non poſſint pro Baronibus fideiubere, eſt 10. ſub tit. *de Baronibus*, ad cuius ornatum ſunt omnino obſeruanda, quæ hîc exarat D. Regens noſter, ait enim, vt locus ſit huic Regiæ Sanctioni probandum fore Baronis violentiam, quia ſi vaſſalli eorum ſpontanea voluntate, ab omnique metu procul pro ſuo Barone fideiuberent valida dicetur hæc obligatio, cui ſententiæ mihi videtur pariter adhæſiſſe D. Reg. Rouit. *in eadem pragmat. num.* 3. dum dicit quatenus prætenderetur, vt fideiuſſionis contractus à Vaſſallis pro Barone celebratus annulletur, ſat non eſſe ad metum præſumendum, quod celebratus ſit in Caſtro; ſiue in Domo Baronali; ſed aliunde metus illatus erit omninò probandus. 1

Sed an Pragmatica hæc, quæ loquitur de Barone, procedat in Affictatore, videndus eſt Io. Maria Nouar. *quæſt. foren. lib.* 2. *quæſt.* 45. *num.* 8. vbi affirmatiuè reſpondit, & addit quod ſicut, per Regni iura prohibitum eſt Baronibus ſuarum vniuerſitatum Gabellas, defenſas &c. conducere, ita & Affictatoribus. 2

Vlterius allegatur in hac deciſione *cap. Regni*, per quod annullantur omnia, & ſingula inſtrumenta, ſcripturæ, & contractus publici, qui per Notarios Vaſſallos, tam pro, quàm contra Baronem celebrantur, hoc cap. incipit *Ladiſlaus*, ſiue *non ſine prudentis*, ſub tit. *de non conficiendo inſtrumento per Tabelliones ſubditos dominorum, ſecundum ordinem Nigri* 289. Hîc deciſum habemus nullam fuiſſe habitam rationem, de fideiuſſione præſtita per vaſſallos ad beneficium Baronis, non certè ex eo quod obſtabat diſpoſitio Pragmaticæ Sanctionis ſupra relatæ, quia iam conſtabat non per vim vaſſallos, imò de eorum 3

ſpontanea

Digitized by Google

ſpontaneà voluntate ſe obligaſſe, ſed ex eo, quia hic fideiuſſionis contractus ſtipulatus erat per Notarium Vaſſallum, cui directò obſtabat diſpoſitio præcitati cap. quod incipit *Ladiſlaus*, ſiue *non ſine prudentis*, & quamuis intereſſe habentes conati eſſent contrarium probare per teſtes, attamen de eorum dictis Regia Camera non curauit, quia nihil probabant, ex eo quod ad inſtrumentum fideiuſſionis, & ſic ad actum nullum ſe referebant, quod certè contrarium fuiſſet iudicatum, vbi teſtes ſimpliciter depoſuiſſent ſe fuiſſe præſentes quando hi Vaſſalli interrogati, an pro eorum Barone ſe obligarent, affirmatiuè reſpondiſſent, nulla habita relatione ad inſtrumentum per Notarium ſtipulatum. Conſtat enim Regem Ladiſlaum illud tantùm ordinaſſe, nimirum vt inſtrumenta ſtipulata per Notarios Vaſſallos, nullam fidem facerent; quare ſi contrahentes per teſtes, qui huic inſtrumento per Notarium Vaſſallum ſtipulato interfuerunt, contrarium probare vellent, nulla relatione habita ad inſtrumentum iam celebratum, certè hoc prohibere nullibi in text. prædicto legimus, ſicque in terminis ſcripſerunt Capiblanc. *in prag. 1. n. 348. & 349. de Baronibus*, & Gait. *in tract. de credit. cap. 3. num. 835. & in appendic. ad cap. num. 5.*

4 Multa ad ornatum, & pleniorem intelligentiam dicti capituli *non ſine prudentis* videnda ſunt penes D. Præſidentem de Franch. *in deciſ.* 118. vbi diſpoſitionem illam locum non habere deciſum refert in eo notario vaſſallo, qui non vti notarius, ſed vti Baronalis Curiæ Actuarius obligationes penès acta ad Baronis fauorem recepit; ſecus verò ſi vti notarius, prout in exemplo poſito per me *lib. 2. reſolut. iuris cap.* 149. eſt etiam videndus Mart. *voto* 186. vbi dicit ſtatutum mandans inſtrumenta fieri non poſſe per notarium ſubditum ſi in eo habet intereſſe Dominus comprehendere Notarium non modò natalibus; ſed etiam habitatione ſubditum; & Horat. Viſconte *in addit. ad D. Præſidem cit. dec.* 118. affirmat diſpoſitionem dicti capituli, adhuc procedere in Conductore Iuriſdictionis illius loci in quo Notarius eſt ſubditus, quod tamen ego non admiſi *cit. lib. 1. mear. reſol. cap.* 280. *num. 3.* ſed an diſpoſitio dicti c. procedat ſi Baro manu Notarij Vaſſalli vellet teſtamentum condere, vide ſcripta per me, tam *in dicto cap. 280. lib. 1.* quàm *in c. 230. lib. 2.* vbi affirmatiuam tutatus fui ſententiam.

## *ARGVMENTVM.*

Collecta nùm ſit à Ciue eius communitati ſoluenda pro bonis, quæ poſſidet extra territorium ſi vbi ſita ſunt, non collectantur. Collecta ſi pro bonis in alieno territorio ſitis fuerit ſoluta in loco, vbi hic bona poſſidens eſt originarius, quia in loco vbi ſita ſunt viuebatur per Gabellas, nùm ſi hic locus vult viuere per cataſta, poſſit inibi bona illa collectari. Collecta vbi eſt ſoluenda ſi quis in vno loco eſt natus, & in alio habitat.

## DECISIO CCCLXXXVII.

FVIT dubitatum in Regia Camera, ſi particulares Caſalis, Camerinæ poterant ab illa vniuerſitate collectari pro bonis, quæ in Territorio alterius loci poſſidebant, & ſic in feudo inhabitato de Malodugno, in quo bona illa non collectabantur; ſed tantùm Baroni certos reditus, ſiue cenſum ſoluebant. 1

Per Regiam Cameram fuit deciſum teneri hos particulares in dicto Caſale vbi inhabitabāt pro dictis bonis Collectas ſoluere, dum in loco, vbi ſita erant non collectabantur, vti tamen bona tenentes, & deductis illis reditibus qui Domino illius feudi ſoluebantur, & ita in puncto dictum fuit firmaſſe Bart. & Io. de Plat. *in l. 1. C. de mulier.* & in quo loco *lib. 10.* Idem Io. de Plat. *in l. in dictiones C. de annon. & trib lib. 10.* Salic. *in l. cunctos populos col 3.* verſ. *Confirmatur ſecundò C. de ſum. trin. & fide cathol.* Socc. *conſ. 302. lib. 2.* Lucas de Pen. *in l. 1. col. 8. C. de imponen. lucrat deſcrip. lib. 10.* Io. Andr. Dominic. & Franch. *in cap. 1. de immun. eccleſ. in 6.* ſed hoc fore intelligendum dicebatur pro functionibus fiſcalibus ordinariis, & extraordinariis non autem pro oneribus quæ ab eiſdem Ciuibus imponebantur ex cauſa aliarum neceſſitatum, quas patiebantur, ea quidem ratione, quia ciues illi bona illa in alieno Territorio ſita obligare non poterant, vt dixit Bar. *loco cit.* etenim in Regia Camera res eſt deciſa, & indubitata, quod Bonatenens pro bonis in alieno Territorio ſitis, in quo ipſe non eſt foculare ibi non contribuit, niſi pro functionibus fiſcalibus ordinariis, & extraordinariis, ergo dicebatur eodem modo debebant particulares prædicti in eorum patria contribuere; nimirum ſolùm, vt Bonatenentes, prout contribuerant cum illa vniuerſitate, in cuius Territorio ſita ſunt, quando ibi collectantur.

## OBSERVATIO.

PRincipalem concluſionem hîc tentam, vt teneatur Ciuis ſoluere eius vniuerſitati Collectas etiam pro bonis, quæ extra Territorium poſſidet, ſi tamen bona illa in loco vbi ſita ſunt non collectantur, quia forſan ibi viuitur per Gabellas, vltra Doctores hîc citatos probarunt pariter Paul. de Eleaz. & Card. *in Clem. 1. §. ſanè, de iurepatr.* Federic. de Senis *conſ. 146.* Alex. *conſ. 128. lib. 1. & 78. lib. 6.* Ruin. *conſ. 195. lib. 2.* Petr. de Vbaldis *in tit. de collect. num. 78.* Curt. Iun. *conſ. 106.* Anton. Capyc. *in inueſtit. feud. in verbo feudorum clauſula verſ. quod autem forenſis fol. 120. col. 2.* vbi dicit hanc eſſe Regni obſeruantiam Alexand. Trenca cinq. *conſ. 23. numero 4. lib. 1.* Ego ipſe *reſol. iur. lib. 1. cap. 63. num. 1.* 1

Sed quid dicendum ſi hic, qui bona poſſidet in alieno Territorio, pro illis, per tempus immemorabile collectas ſuæ Ciuitati ſoluat, ex eo, quod, in loco, 2



Digitized by Google

vbi ea ſita ſunt, viuebatur per gabellas, nam ſi poſtea hic locus intendit viuere, vt nos dicimus *per cataſta*, poſſit bona illa collectare in præiudicium illius loci, in quo fuit in præteritum collecta ſoluta, affirmatiuam ſententiam amplexus fui Ego *cit.cap.63.numer.*3.4.& 5. per rationes, vt ibi; quo loci *num.ſeq.* pariter dubitaui onus focularij, in quonam loco ſoluere teneatur ille, qui in vno Caſtro natus eſt, & in alio habet domicilium; & quod ſit ſoluendum in loco originis dixerunt gloſ. & Rebuff. *in l.*1. *C.de municip. & or ginar.lib.*10. ſed apud nos veritas eſt quod contribuere debet in illo loco, vbi eius foculare numeratum reperitur, rationibus, vt ibi.

3 Et pro coronide vide D.Regentẽ Salernit.*deciſ.*38. vbi per Regiam Cameram deciſum refert, quod ſi quis bona poſſideret in feudo aliquo inhabitato, teneretur hic Collectas ſoluere in loco, in quo eſt numeratus, quod pariter affirmaui Ego *cit.cap.*63. in nouiſſimis.

## ARGVMENTVM.

Vniuerſitas, an pro ſuis neceſſitatibus abſque Principis licentia nouas poſſit imponere Gabellas. Vniuerſitatis maior pars, vt minori præiudicet, quæ requirantur; Et an poſſit reuocare, quæ tota vniuerſitas, nemine diſcrepante, ſtatuit. Confirmatio Officialis facta per vniuerſitatem, vno reluctante, an de iure ſubſiſtat, & de aliis.

## DECISIO CCCLXXXVIII.

1 IN cauſa Vniuerſitatis Seminariæ, cum octuaginta particularibus Ciuibus eiuſdem, fuit dubitatum, an Vniuerſitas pro ſuis neceſſitatibus, abſque Principis licentia nouas poſſit imponere Gabellas.

2 Et per Regiam Cameram fuit deciſum, quod non, per text. *cum rubr. in l.*1. *C. noua vectigalia inſtitui non poſſe*, vbi forma traditur, quando Ciuitas aliqua ære alieno grauata inuenitur, quid agendum; nimirum, vt Præſes Prouinciæ ſe informet, & poſtea Principi omnia referat, ad finem, vt ſi ipſi videbitur nouæ impoſitioni præſtet conſenſum, ad idem eſt text. *in l.*2. *eodem tit. & in l. vectigalia ff. de public. & vectigal.* vbi expreſsè deciditur abſque Imperatoris licentia nullo pacto nouum vectigal imponi poſſe; idemque probant Iacob. Butr. & Bal. *in l.*2. *C. de iure aureorum annulorum*, Salic. *in l.*2. *C. cit. tit. noua vectigal. inſtit. non poſſ.* Bertach. *in ſuo tract. de Gabell. par.*1. *quæſt.*4. Capyc. *deciſ.*148. vbi ad ea, quæ pro contraria parte allegantur benè reſpondet; nimirum vt procedant in collectis, quas vniuerſitates ad inuicem pro eorũ neceſſitatibus ſine ſuperiorum licentia imponere poſſunt, quo caſu maior pars minori nocet; ita enim loquitur text. *in l.*1.*§. quibus autem ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine*; etenim Gabellarum impoſitio dicitur eſſe de regalibus ſolo Principi reſeruata, vt *in tit. quæ ſint regal. & in c. ſuper quibuſdam §. Præterea, extra de verb. ſignif.* & ita inter Gabellæ & Collectæ impoſitionem diſtinguebatur cum Io. de Imol. *in dicta l. vectigalia*; benè tamen exiſtimabatur, quod ſi omnes de vniuerſitate in imponenda Gabella conſentirent, valeret quidem impoſitio illa in vim pacti, ſed nunquam maior pars abſentibus, vel diſſentientibus præiudicium aliquod inferre poſſet. Hinc Regia Camera paſſim mandat, vt ille, qui nouæ Gabellæ abſque ſuperioris licentia impoſitæ non conſenſerat, ad eius ſolutionem nullatenus cogatur.

## OBSERVATIO.

HOc iure vtimur in Regno, vt Vniuerſitates abſque Regio aſſenſu, & beneplacito gabellas imponere non poſſint; obtenta autem licentia imponuntur, & in impoſitione maior pars minori præiudicat, ita D. Regens noſter hîc & ſupra *deciſ.*53. D. Regens Rouit. *in rubr. pragmat. de vectigal. num.*22. poſt Capyc. *deciſ.*148. quam hîc allegat D.Regens, Camillus Borrell. *in ſumma deciſ. par.*3. *tit.*15. *num.*44. & 45. poſt plures, quos refert; vbi autem vellet Vniuerſitas Gabellam cum Principis permiſſu impoſitam tollere, hoc ei permittitur, nullo ſuper hoc nouo Regis conſenſu accedente; poſſunt enim ſtatuentes tollere ſtatutum à Principe confirmatum, quando id fieri eſſet eis vtile, & expediens, Io. Anton. de Nigr. *in c. Regni*, quod incipit *cum nihil primo*, in ordine *n.*14. Petra ad Capyc. *in tit. deciſ.*148. 1

Diximus in Gabellæ impoſitione, quando Princeps ſuum præſtat conſenſum maiorem partem vniuerſitatis minori præiudicare, quia in hiṡ, quæ communia ſunt pluribus vt vniuerſis, quod à maiori parte fit, attenditur; *vulg. l. quod maior ff. ad mancip. & l. nulli ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nom.* hinc aggregare nobilem ad hos ſediles, quod à maiori parte fit, præfertur, licèt minor contradicat, D.de Franch. *deciſ.*2. quamuis ſecus dicendum in confirmatione Officialiṡ facta per vniuerſitatem, quia tunc vno reluctante, confirmatio cenſeretur nulla, vt per eundem D.de Franch. *deciſ.*609. & per Viuium *dec.*129. verùm hæc vnius contradictio, vt confirmato noceat, neceſſe eſt, vt in illo confirmationis actu fiat, ſecus autem ſi poſt, vt per eundem de Franch. *loco mox cit.* poſt Io.Vinc. de Anna *alleg.*15. *in fin.* 2

Vt autem maior Vniuerſitatis pars poſſit minori præiudicare, duo præciſè requiruntur, & primò quod omnes ſint vocati, citati, & rectè congregati, aliàs nihil agitur: *l.*1. vbi Bar. & *l. nominationum C. de decurio. lib.*10. idem Bar. *in dicta l. nulli, in fine.* Secundò quod ſaltem duæ partes vniuerſitatis ex tribus ſint congregatæ, gloſ. *in dicta l. quod maior.* per text. *in dicta l. nulli*, intelligendo tamen vt per Iaſ. *in l. & ſuum hæredem §. hodie n.*9. *ff. de pactis.* 3

Sed quæritur eleganter, nùm maior Vniuerſitatis pars poſſit reuocare geſta per totam vniuerſitatem nemine 4

Digitized by Google

nemine diſcrepante? Alphonſus Moditius *in* §.*plebiſcitum*, *dubitat*.99. cenſuit negatiuè reſpondendum, ſicque ſcripſit maiorē Vniuerſitatis partem geſta per Vniuerſitatem totam, nemine diſcrepante, reuocare non poſſe, rationem aſſignat, quia maior pars in iſto caſu non videtur ſufficere; ſed eadem ſolemnitas videtur neceſſaria in reuocando, quæ adhibita eſt in conſtituendo; *l.nihil tàm naturale ff.de reg.iur.* DD. *in l.omnes populi ff.de iuſt.& iur.& in c.omnes de conſtit. Roma. conſ*.352. Crauet.*conſ*.132.*num*.1.*lib*.1.

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius, lite pendente impetratus ſuper ceſſione, nulla de mota lite facta mentione, an Ceſſionario, qui iudicium pro conſequutione crediti ſuper feudo inſtituerat, proficuus dicatur, ad finem, vt obtinere poſſit. Taciturnitas, an, & quando aſſenſum faciat ſubreptitium, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCLXXXIX.

1 CVM Magnificus Cæſar de Ianuario creditum, quod cum obligatione Bonorum feudalium habebat contra olim Marchionem Montisherculis, ceſſiſſet Magnifico Domino Marcheſio; hic pro eiuſdem crediti conſequutione vigore ceſſionis ſibi factę Iudicium Reale in Regia Camera inſtituit, ſed aduertens demùm, quod ſuper hac ceſſione, Regius aſſenſus impetratus non erat, prout requirebatur, illum cauſa iam concluſa, impetrauit, nulla tamen de lite mota facta mentione; vnde fiſcus, de cuius intereſſe agebatur aſſenſum fuiſſe nullum vti lite pendente impetratum, allegabat, quo factum fuit, vt quid iuris dubitaretur.

2 Per Regiam Cameram fuit deciſum, conuentos eſſe abſoluendos ab obſeruatione Iudicij, ſicque tentum aſſenſum fuiſſe nulliter impetratum, dum de lite mota nulla extiterit facta mentio, & ad hoc primò fuit allegatus text. *in c.fin.* vbi optimè Imol. *vt lit.pend.* per quem probatur, ſubreptitium dici priuilegium quod à communi Domino lite pendente impetratur, dum de mota lite non fuit facta mentio, imò quod nedum de lite eſt facienda mentio; ſed etiam de ſtatu litis, & proceſſu, vt eſt text. *in c.inter Monaſterium de re Iudic.* Felin. latè *in c.cæterùm, de reſcrip.* & Aret. *in c.cauſam qua*, poſt gloſ. *ibi*, *extra de teſtibus*, bonus text. *in Auth. in medio litis non fieri nouas iuſſiones*; Etenim dicebatur priuilegium lite pendente impetratum duplici morbo laborare, quod impetratum lite pendente, & quod ſubreptitium, non facta mentione de lite; ita Aret. *in dicto c.cauſam,quæ*; hęc opinio alio ineuitabili fundamento comprobatur; nimirum quia nemo in Iudicio ſine actione experitur; *l.ſi pupilli* §.*videamus ff.de neg.geſt.l.ſi Titius* vbi omnes notant *ff.de verb. oblig.* vnde quando iurium feudalium in perſonam Magnifici Domitij fuit facta ceſſio, quia defecit aſſenſus, nullū in eum fuit ius translatum, per text. *in Conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ*; ſicque Iudicium hoc abſque actione intentatum proceſſit, & ſi diceretur, quod quando lite pendente ius ſuperuenit ex cauſa de præterito, iudicium conualidatur, itavt ſententia ſequi poſſit; *l.ſi rem* §.*fin.* vbi Bar. *ff.de pignor. act.* Aret. *in d.l.ſi Titius ff. de verb. oblig.* reſpondetur hoc non procedere, quando ius poſt in cauſa concluſum ſuperuenit, ita declarat Bar. *in l.ſi mater* §. *& eandem*, *in fin. ff. de except. rei iudic.* quæ opinio communiter recipitur, vt notat Aret. poſt Roma. *in dicta l.ſi Titius, & in l.hæres quandoque ff.de acquir. hæred.* paria enim ſunt eſſe in cauſa concluſum; & eſſe latam ſententiam, vt latiſſimè per Iaſ. *in l.admonendi ff. de iur. iur.* & Felin. *in c. cum dilectus, de fide inſtrum.* poſt Innoc. quem non allegant *in c.paſtoralis, de cauſ. poſſeſſ.& propriet.* vnde concludebatur quod cum aſſenſus in caſu propoſito, poſt in cauſa concluſum extiterat impetratus, nihil operabatur; ac ideo per omnes Dominos de Regia Camera fuit deciſum prout ſupra, nimirum conuentos ab obſeruatione Iudicij fore abſoluendos, & ita decretum diffinitiuum prolatum fuit.

## OBSERVATIO.

DOminus Regens, in facto quod proponebatur, refert hîc deciſum, conuentum eſſe abſoluendum ab obſeruatione Iudicij, ex quo facta ceſſione crediti quod bonorum feudalium habebat hypothecam, ceſſionarius pro ceſſi crediti conſequutione egerat, nullo ſuper ceſſione prout requirebatur, obtento Regio aſſenſu, & quamuis demùm poſt litem motam impetratus appareret, de illo nulla fuit habita ratio; primò quia fuit ſubreptitius, ex quo de lite mota non extiterat facta mentio, ſecundò quia licèt quando ius lite pendente ſuperuenit, ex cauſa de præterito, poſſit ſequi condemnatio, hoc tamen non procedit, quando ius illud ſuperuenit poſt concluſum in cauſa, idque ex ſententia Bar. & aliorum hîc relatorum, quorum memini Ego *lib.*1.*mear. reſolut. capit.* 217. 1

Hæc deciſio in puncto iuris mihi tuta non videtur; Nam quod attinet ad motiuum de aſſenſu ſubreptitio, ex quo impetratus extiterat lite pendente, imò poſt concluſum, nulla de litigio facta mentione, hoc, iudicio meo nullius eſt ponderis; ſcio enim tunc demum taciturnitatem aſſenſum facere ſubreptitium, quando illud, quod omiſſum eſt exprimi, ſi eſſet expreſſum Princeps non conſentiret, vel difficilius, ita eſt text. *in c.ſuper litteris, extra de reſcript. firmat.* D. Regens de Ponte *in repet. feudal. ſect.*6. *num.*28. *& conſ.* 2

*conſ.*72. *num.*14. *lib.*2. hoc poſito quæro ego, ſi ceſſionarius poſt litem motam ad Principem recurreret, vt dignaretur ſuper ceſſione, quam obtinuit ſuum præſtare conſenſum, ex quo in lite mota pro conſequutione crediti ceſſi opponitur quod ceſſio caret aſſenſu, hæc expreſſio litis motæ eſt forſan alterius conſiderationis, vt Principem obligaret ad denegandum aſſenſum, certè non, quia in illius conceſſione nulla conſideratur collitigantis iniuria, minuſque intereſſe ipſius Domini; nam ſi creditum, quod ceſſum eſt, feudum, ſuper quo fuit mota lis validè habet obligatum, & ſic cum aſſenſu, nullius momenti eſt, quod præſtetur aſſenſus ſuper ceſſione; vnde vt deueniamus ad authoritates Doctorum, quod aſſenſus impetratus poſt litem motam, imò poſt concluſionem in cauſa, ſit omni iure validus, nec aliter ſubreptionis nota dignus, ex eo, quod fuit impetratus, nulla de mota lite mentione facta, in fortioribus terminis reſpondit Capyc. *in ſua inueſtit. in verb. feudorum executiones*, & per hæc verba, *Et quid ſi actum eſt in Iudicio hypothecaria ſuper feudo, ſiue quod aſſenſus impetratus fuerit, & deindè lite pendente & cauſa fortè concluſa, aſſenſus impetraretur, an poſſit ferri ſententia, ex illo proceſſu, cogita Sacrum Concilium in cauſa Antoniæ Valuiſanæ cum Duce Ariani, & Comite Potentiæ habuit aſſenſum pro valido.* Hæc ille, D. Regens Lanar. qui in hoc articulo nihil reliquit intactum *in conſ.*17. *per totum*, Octauius Bammacar. *in c.*1.*§.moribus*, *num.*14. *in tit. ſi de feudo def.* & Io.Andr. de Georg. *in repet. feudal. cap.*43. *num.*47.*&* 48.

## ARGVMENTVM.

Nominandi poteſtatem habens in officio à Rege ſibi conceſſo filium, generum, vel alium quemuis hæredem, an poſſit ſibi nominare hæredem extraneum, & particularem in eo Officio. Dictio *quibuſcumque*, ſiue *quibus dederit*, cuius ſit importantiæ. Minor in officio hæres nominatus an poſſit minori ætate durante per ſubſtitutum deſeruire.

## DECISIO CCCXC.

1 HIERONYMVS Furratus Perceptor Prouinciarum Terræ laboris, & Comitatus Moliſij cum ampliſſimam obtinuiſſet facultatem nominandi ſibi in officio prædicto vnum hæredem, nimirum filium, vel generum, vel alium quemuis hæredem; in vltimis conſtitutus filiis carens vxorem ſuam vniuerſalem ſibi inſtituit hęredem, particularem verò in officio prædicto, Chriſtophorum Grimaldum cum onere tamen ſoluendi Regiæ Curiæ omnem illam pecunię quantitatem, quam deberi appareret, & ducatos mille venerabili Hoſpitali Sanctæ Mariæ Annunciatæ huius Ciuitatis; demùm cum hic nominatus officij poſſeſſionem ſeu quaſi aſſequi voluiſſet, de tribus dubitatum extitit; & Primò ſi hæc nominandi poteſtas hæredem extraneum comprehendere poterat; Secundò ſi nominatio hæc ſapiebat potius contractū emptionis, & venditionis officij prædicti, ex eo, quod grauatus extiterat Chriſtophorus nominatus ad ſoluendum quantitates ſupra deſcriptas; Tertiò & tandem ſi nominatio prædicta pura eſſe debebat, mera, & ſimplex, abſque alio onere, ſeu grauamine.

Quoad primum, non dubitabatur nomi- 2
nandi facultatem fuiſſe aptam comprehendere hęredem extraneum, per illa verba, *vel alium quemuis hæredem*, iuxta text. *in cap.*1. *de feud. non haben. propr. nat. feud.* Bald. *in l.*1. *in* 34. *quæſt. ff. de rer. diuiſ. & in c. imperialem de prohib. feudi alien. per Freder.* Abb. *in conſ.*3. *lib.*1. Alex. *in l. Gallus §. etiamſi à Parente ff. de liber. & Poſth.* & alij; & licèt dubitari poterat, an veniret hæres particularis, ad text. *in l. quoties C. de hæred. inſtit.* vbi inſtitutus particularis non eſt neque proprius hæres, neque proprius legatarius, vt ibi tenent Bar. & DD. communiter, tamen quando eſt appoſita dictio illa geminata, *quibuſcumque*, prout in caſu propoſito non eſt dubium quod venit hæres particularis in re certa inſtitutus; ita Imol. *in l. quod dicitur ff. de verb. oblig.* Alex. Soccin. & Aret. *in dicto §. etiamſi à parente*, & Dec. *in c. in præſentia de probat.* tum etiam, quia quando ſumus in re ad hæredes extraneos non tranſitoria, tunc hæredis appellatione veniet hæres in re certa inſtitutus, ita Paul. de Caſtr. *in dicta l. quoties*, & Alex. qui plura allegat *in conſ.*8. *lib.*3.

Quoad ſecundum, ſimiliter non fuit du- 3
bitatum nominationem prędictam, nullo pacto contractum emptionis, & venditionis ſapere, quia actus agentium vltra eorum intentionem non operantur; *l. non omnis ff. ſi cert. pet.* contractus enim emptionis, & venditionis non niſi duorum conſenſu perficitur, in caſu propoſito hoc non conſiderabatur, quia Chriſtophorus expreſſe in officio hæres inſtitutus extiterat, cum eo onere, de quo ſupra, Ergo.

Quo verò ad tertium, dictum fuit nullum 4
conſiderari inconueniens, vt inſtitueretur hæres particularis Chriſtophorus, & cum oneribus, de quibus ſupra; nam verum eſt quod non modò hæres vniuerſalis poteſt legatis, & fideicommiſſis grauari, ſed etiam legatarius; *l. ab eo grauari C. de fideicomm. l. plane la* 2. *§. fin. cum l. ſeq. ff. de lega.* 1. *& l. quibus diebus §. Termilius*, vbi Bar. & DD. *ff. de conditio. & demonſtr.* notant Salicet. & Aret. *in l. omnia ff. ſi cert. pet.* Vnde dicebatur quod dum conceſſa extiterat poteſtas nominandi vnum hęredem in officio, intelligi illa debebat prout ius intelligit: *l. hæredes mei §. cum ita ff. ad trebell.*

Digitized by Google

*bell. l. ex facto.* vbi hoc notant Bal. & Aret. *ff. de vulgar. & pupill.* vbi priuilegium intelligi, & interpretari debet ſecundum mentem concedentis, quæ in dubio præſumitur, provt debet eſſe de iure; ſed de iure omnes illi, qui in teſtamento honorantur poſſunt grauari; ergo in caſu propoſito bene poterat Chriſtophorus grauari; quibus omnibus ſic ſtantibus facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtr. D. Prorege, fuit pro maiori parte votantium pro Chriſtophoro pronunciatum.

## OBSERVATIO.

1 Hic notamus, quod ſi quis officium à Rege aſſequutus fuerit cum facultate ſibi in hoc officio nominandi vnum hæredem, nimirum filium, vel quemlibet, poſſe nominari hæredem extraneum, & particularem in eo officio, idemque Io. Vinc. de Anna *alleg.* 32. quam allegat Horatius Monta. *de regalib. fol.* 215. & hoc propter dictionem, ſiue clauſulam illam, *quemlibet*, quæ eſt apta comprehendere hæredem extraneum, & particularem, provt, adde Tu, Doctores dixerunt de clauſula, *& quibus dederit*, quæ à pari procedit; Etenim idem eſt dicere, Concedo tibi hoc feudum pro te, & hæredibus tuis quibuſcumque vel pro te, & hæredibus, quibus dederis; ita Rolan. à Valle, *de lucro dotis quæſt.* 54. Magon. *deciſ. lucen.* 12. Menoch. *conſ.* 378. Coſta de Clauſ. *conuen. clauſ.* 106. *num.* 1. & alij; plus dixerunt Doctores, nimirum quod ſi res aliqua fuerit conceſſa mihi, meiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, venient certe hæredes extranei; etſi addita non eſſet dictio illa, *quibuſcumque*; ita Bal. *conſ.* 442. *n.* 5. *lib.* 5. Alex. *conſ.* 193. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 171. *num.* 5. Crauett. *in reſponſo pro genero num.* 308. Curt. Iun. *conſ.* 4. 9. & 10. Menoch. *conſ.* 61. *n.* 24. & *conſ.* 378. *numer.* 1. D. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 18. & Corbul. *de iure emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob mortem ciuilem num.* 51. Diſcrimen autem, & non leue conſtituitur, quando conceſſa eſt res *pro ſe, & ſuis &c.* & quando eſt quid cōceſſum *pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcumque*; nam in primo caſu ſi reperitur ſic conceſſa Emphyteuſis Eccleſiaſtica, ſub hac conceſſione, ſoli deſcendentes continerentur, ſecundo verò etiam extranei; ita Bero. *quæſt.* 17. & 18. Borg. Caualca. *deciſ.* 30. *num.* 370. 374. & 400. *par.* 2. Rolan. à Valle *de lucro dot. quæſt.* 54. Iul. Clar. *in* §. *emphyteuſis quæſt.* 28. *num.* 9. & Io. B. Coſta *de clauſ. conuent. clauſ.* 79. *n.* 2.

2 In puncto autem, quod quando facta eſt acquiſitio pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, ſiue vocati ſunt hæredes quicumque, vt poſſit venire hæres in re certa, ſiue ſingularis ſucceſſor, dixerunt Bald. *in c. Imperialem, in princ. col. penult. de prohib. feud. alien. per freder. in cap.* 1. §. *donare, col.* 2. *qualit. olim pot. feud. alien. & in l.* 1. *quæſt.* 48. *ff. de rer. diuiſ.* Roman. *in l. Id tempus* §. *ff. de vſucap.* Alex. *in l. quadam* §. *nihil intereſt ff. de edendo, & in l. ſi Patroni ff. ad Trebell. & in l. Gallus* §. *etiam ſi à parente ff. de liber. & poſth. & in l. quod dicitur ff. de verb. oblig.* Curt. Iun. *conſ.* 62. Alciat. *in l. hæredis appellatione ff. de verb. ſignific.* Peregr. *de fideicom. art.* 32. *in fine.* & alij, quos refert Ant. Gabr. *com. concluſ. in tit. de verb. ſignific. concluſ.* 4. *num.* 5. quibus ex nouiſſimis addo Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 341. *num.* 7. & Auguſt. Barboſ. *de appell. verb. vtr iuſque iuris appellat.* 113. *n.* 29.

Sed aliàs dubitari contigit, ſi Officialis, qui poteſtatem habet nominandi, ſibi in officio, quemuis hæredem, provt in caſu huius deciſionis aliquem nominauerit, qui eſſet in minori ætate conſtitutus, nùm hic minor ſic nominatus ex quo inhabilis ad officium illud exercendum, valeat, minori ætate durante, per ſubſtitutum deſeruire? & pro ratione dubitandi videbatur affirmandum. Nam etſi tam iure communi quàm Regni huius attento, cuilibet Officiali prohibitum ſit per ſubſtitutum deſeruire, provt de iure communi eſt text. *in l. nullus qui nexu C. de decur. lib.* 10. vbi Bar. illum ſummando, ſic loquitur *Non poteſt quis ſeruire per ſubſtitutū niſi habeat de hoc priuilegiū, &c.* aut verò illuſtris perſona ſit, & de iure Regni ſunt Regiæ ordinationes *in cap.* 276. ſecundum ordinem Io. Ant. de Nigr. *in ritu M. C.* 2. & 309. ſecundum ordinem Carau. & *in prag.* 1. *ſub tit. de Actuariis & ſcribis, in prag.* 1. & 2. *ſub tit. de adminiſtratoribus & quod ipſimet ſeruiant, & non per ſubſtit. & in prag.* 2. §. 12. *de offic. iudic.* Andr. *in cap.* 1. *de feudo March.* Capyc. *deciſ.* 151. D. Regens de Ponte *deciſ.* 28. *num.* 45. & *ſeq.* & D. Regens Conſtant. *in d. l. nullus qui nexu. num.* 6. & *ſeqq.* attamen iuris hæc concluſio à Doctoribus multifariam limitatur vt per D. Regentem Conſtant. *loco cit. num.* 10. ſignanter quando neceſſitas expoſtularet, vt quis per ſubſtitutum deſeruiat, provt in caſu propoſito, minor enim cum ſit inhabilis, neceſſitas expoſcit, vt per ſubſtitutum deſeruiat, vel vbi infirmitatis impedimentum ſe offerret; in his enim caſibus licere officiali per ſubſtitutum deſeruire; ſcripſerunt Bal. *in cap.* 1. §. *ſi quis deceſſerit, num.* 2. *in tit. ſi de feud. defun. cont. fuerit inter Dominum, & agnat. vaſſal. & in l. fin. ff. de excuſat. Tutor.* Felin. *in cap.* 1. *num.* 5. *verſ. hæc autem concluſio, limitatur, de ſumm. Trinit. & fide Catholic.* Carauit. *in dicto ritu* 2. *poſt num.* 20. *verſ. Tertio limita.* & faciunt dicta pèr gloſ. *in c. Paſtoralis, in verbo exonerare, de offic. & poteſt. iudic. deleg.* & magis ad caſum, de quo agimus per Montan. *in repet. cap. Imperialem* §. *Præterea Ducatus n.* 43. *de prohib. feudi alien. per Freder.* 3

Cœterùm, his non obſtantibus, quamuis veriſſimis, contrarium, attentis nouiſſimis regiis Ordinationibus, eſt affirmandum; nimirum, nullo pacto abſque expreſſa Regia facultate licere minori in officio aliquo hærede nominato, eius minori ætate durante per ſubſtitutum deſeruire; Ni dicamus melioris conditionis eſſe nominatum, quàm nominantem; Etenim Sereniſſimus D. Rex noſter ſuis Regiis litteris mediantibus ſub datum Madriti die 18. Iulij 1622. expreſſis verbis mādauit non licere Officiali per ſubſtitutum deſeruire, niſi in caſu abſentiæ per vnum, vel duos menſes cuiuſlibet anni, vel in caſu infirmitatis per menſes ſex; & vbi maior deſideraretur dilatio, quod ad ſuam Catholicam Maieſtatem ſit recurrendum, itavt ſi infra menſes ſex in Tribunali Regiæ Cameræ Regia hæc facultas non præſentaretur, eiuſdem ſupremi Tribunalis ſit onus vſum, & exercitium officij, officialis impediti vita durante, perſonæ habili, & idoneæ vendere, illiuſque pretium eidem officiali ſolui. & vbi emptor non inueniretur, quod eligatur perſona habilis ad officium illud exercendum, cui ex emolumentis officij, certa mercede ſoluta reliquum eidem officiali ſoluatur; harum Regiarum litterarum tenore attento, conſtat apertiſſimè officiali, quamuis infirmo, & ſic impedito nullatenus abſque Regis permiſſu licere per ſubſtitutum deſeruire; Ergo & idem omnino affirmandum, quando 4





Digitized by Google

minor eſſet in officio hæres nominatus; illa enim Regis voluntas vt per ſubſtitutum non deſeruiatur quæ conſideratur in officiali infirmo, & impedito, conſideratur pariter in minore, qui minori ætate durante exercere non poteſt, id, quod indubitatum redditur attento tenore aliarum Regiarum litterarum, in quibus D. Rex noſter ægrè ferens, quod multoties contingit, officia vendi, emptoreſque declarare emere velle pro perſona nominanda, quodque poſtea nominatur minor, cui facultas tribuitur per ſubſtitutum deſeruire, id, quod ait (nota) ipſi ſolum eſſe reſeruatum, mandat verbis expreſſis, vt quando quis vellet officium emere pro perſona nominanda, declaretur prius perſona, pro qua emitur. & vbi exiſtimaretur conueniens declarationem non eſſe prius faciendam, ad minus, ſi perſona, quæ poſtea nominatur, ad officium exercendum non eſt habilis, quod abſque expreſſa Regis diſpenſatione non admittatur; quid clarius D. Rex loqui poterat ad demonſtrandum, vt nemini liceat abſque expreſſa Regia facultate per ſubſtitutum deſeruire, adhuc ſi hic talis minor eſſet?

## *ARGVMENTVM.*

Iuriſdictio an comprehendatur ſub conceſſione Caſtri ſimpliciter facta; Et quid ſi dictum eſſet cum pertinentiis; Et quid ſi fuiſſet conceſſum Caſtrum cum deſignatione Territorij. Eccleſia feudum ſiue iuriſdictionem aliquam poſſidente, ſi nulla appareret inueſtitura, an præſumatur facta conceſſio in feudum, vel potius in allodium. Iuriſdictio an præſcribi poſſit, & quanto tempore; & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCXCI.

1 PRÆTENDEBAT Illuſtris Princeps Squillatij ſub conceſſione facta à Comite Rogerio Venerabili Certuſiæ Sancti Stephani del Boſco, duorum Caſtrorum, quæ nominantur Montaurum, & Gaſparinum, confirmata demùm ab Imperatore Frederico Barbaroſſa tunc Regni huius Rege, nullo pacto eorundem Caſtrorum iuriſdictionem ciuilem, & criminalem fuiſſe comprehenſam; vndè re in iudicium delata; de vulgata illa quæſtione dubitatum extitit, an conceſſo Caſtro, veniat iuriſdictio, ſi de illa ſpecialis mentio facta non eſt.

2 Et per Reg. Camerã in cauſa iſta, tam in prima, quàm in ſecunda inſtantia, facta relatione in Collaterali Cõſilio, pro Monaſtrio pronunciatum extitit, ſicque tentum, magis communem eſſe DD. ſententiam vt conceſſo Caſtro, maxime gratioſè veniat iuriſdictio, ita per tex. *in l. 1. ff. de off. præfect. vrb.* docent ibi Bar. *& in l. 2. ff. de verb. ſig.* Innoc. *in c. ex litteris de iure patro.* Bal. latè & optimè *in cap. 1. §. 1. de capit. qui cur. vend.* Luc. de Pen. *in l. 1. C. de priuileg. ſcol. lib. 12.* Alex. & Iaſ. *in l. 1. & in l. Imperium ff. de iuriſd. omn. iud.* Pariſ. de Put. *in tract. de reintegr. feud. in cap.* quod incipit *Baro habens feudum* & melius *in cap. ſeq.*

Nec obſtare dictum fuit, communem hanc 3
Doctorum ſententiam benè procedere, quando Caſtrum, quod conceditur de per ſe habet iuriſdictionem, & Territorium; at ſecus, vbi reperiretur ſub alicuius Ciuitatis iuriſdictione, provt in caſu, de quo agebatur, in quo duo illa Caſtra erant de Territorio, & ſub iuriſdictione Ciuitatis Squillacij; vndè illis conceſſis, iuriſdictionem inſimul conceſſam affirmari non poteſt, niſi Princeps, qui concedendi poteſtatem habet expreſsè iuriſdictionem concedat, vt probant Innocent. *in d. c. ex litteris*, Bar. *in dic. l. imperium* Bal. *in cap. 1. de allodio*, & Caſtrenſ. *conſ. 4. verſ. 4. quæritur*; Etenim reſponſum fuit, ex tenore Priuilegij conceſſionis Monaſterij iuſtitiam in tuto eſſe; quandoquidem dictorum Caſtrorum conceſſio facta apparebat cum pertinentiis, quæ quidem verba iuriſdictionis conceſſionem importabant. Alex. *in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud.* vlterius, cum territorio limitato, & confinato Bar. *in l. 1. §. cum Vrbem ff. de off. Præfect. vrb.* Alex. *conſ. 88. lib. 5.* Inſuper omne ius, quod concedens in dictis Caſtris habebat, Bal. *in cap. 1. de capit. qui cur. vend.*

Præterea nec obſtare dicebatur, Ciuitatem 4
prædictam Squillacij cum dictis Caſtris expreſsè mentionatis fuiſſe à Rege Frederico Aragoneo Loffredo Regiæ conceſſum; ſicque fieri locum diſpoſitioni Regiæ Pragmaticæ editæ Thori *in 2. capite*; nam reſponſum fuit, quod ſi caſus verſaretur in alio, quàm in Eccleſia, vel clerico, res dubium non haberet; ſed quia in Eccleſia, dicebatur, quod diſpoſitio dic. Pragm. locum habere non poterat, eo præſuppoſito, quod Caſtra prædicta penes Monaſterium bona allodialia dicebatur; ex quo Comes Rogerius illa conceſſerat, nulla de feudo facta mentione, ſicque libera remanſerunt; *l. altius C. de ſeruit.* ſemper enim quod Rex rem aliquam alicui ſimpliciter concedit, non exprimendo in feudum, libere dat; ita Andr. *in cap. 1. §. huius autem generis, ex quibus cauſ. feud. amitt.* Bal. *conſ. 351. lib. 1.* Oldra. *conſ. 159.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam in 19. quæſt. num. 263.* Afflict. *in l. præludiis Conſtit. in 25. quæſt.* Et licèt hodie in Regno eo ipſo quod eſt Caſtrum, dicitur eſſe feudum quaternatum, vt *in conſtit. Iuſtitiarij nomen*, vbi Andr. *& in conſtit. Poſt*

*mortem*

mortem; tamen non habet locum in Eccleſia, quæ ſi feudum aliquod poſſidet, quod ei ſimpliciter fuit conceſſum, erit burgenſaticum, non autem feudum, vt per Andr. *in d. conſtit. Iuſtitiarij nomen.* eoque magis in caſu propoſito, in quo tempore conceſſionis, Regni Conſtitutiones emanatæ non erant, cum illarum fuerit Conditor Imperator Fredericus, qui longè poſt Comitem Rogerium regnauit, & ſic conceſſio illa duorum Caſtrorum in feudum facta dici non poterat, cum de iure Conſtitutionum, conceſſiones in feudum ſint introductæ.

2 Vltimò nec obſtabat præſcriptio per Principem allegata, dum præſupponebat ille iuriſdictionem in dictis Caſtris ſpatio ſexaginta annorum exercuiſſe, & quod quamuis merum imperium non niſi centum annorum ſpatio præſcribatur, hoc procedit contra Principem, notant omnes, ſignanter Iaſ. *in d. l. imperium*: ſecus verò contra Priuatum, quia tunc minori tempore præſcribitur, Bar. *in l. publicanus §. fin. ff. de public. & vectigal.* late Alex. *conſ. 6. lib.* 1. & in Eccleſia requiritur ſpatium quadraginta annorum; *c. de quarta de præſcript. c. peruenit de cenſibus.* Etenim reſponſum fuit, & primò præſcriptionem fuiſſe interruptam; ſecundò quatenus diceretur completa, fiebat locus reſtitutioni in integrum, *ex capite ignorantiæ*, quæ bene fuit in proceſſu probata; nimirum per mutationem Abbatum, quorum maior pars ſemper fuerat abſens. DD. *in c. vigilanti de præſcrip.* Afflict. *dec.* 37. *&* 329. Capyc. *deciſ.* 4. quare meritò fuit per Regiam Cameram ſemel atque iterum deciſum, Monaſterium prædictum forè, & eſſe in merum, & mixtum imperium, & cum omnimoda dictorum Caſtrorum ciuili, & criminali iuriſdictione reintegrandum.

---

## OBSERVATIO.

1 HIc habemus per Regiam Cameram deciſum, ſub generali caſtri conceſſione iuriſdictionem comprehendi; idemque ſcripſit Dom. Reg. de Pont. *deciſ. 2. num.* 12. vbi expreſſis verbis dicit, quod conceſſo Caſtro, vel villa à Principe, iuriſdictio pariter conceſſa cenſetur, ac etiam merum, & mixtum imperium, maximè in Eccleſia; eoque magis ſi ſolitum erat merum, & mixtum imperium concedi; ſed Marinus Frec. *lib. 2. de ſubfeud. authorit.* 13. *numer.* 8. *&* 9. & clarius, Octauius Bammacar. *in cap.* 1. *§. in generali à numero* 105. *in titul. ſi de feud. defunct. conten. ſit inter dominium, & agnat.* Vaſſalli diſtinguunt inter iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, vt in prima dubitandum non ſit, vt conceſſo Caſtro cum territorio, iuriſdictio ciuilis in conceſſione compræhendatur, criminalis verò nullatenus, niſi ſpecialiter nominetur, præſertim in Regno noſtro, cùm ſit illa de regalibus, vt *in Conſtit. Ea quæ ad decus.* & quod ita intelligendus eſt Cuiacius, qui contrarium ſcripſit *lib. 4. de feud. titul.* 19. niſi (addit Bammac. *numero* 120.) ſub Caſtri conceſſione aliàs facta iuriſdictio criminalis fuerit compræhenſa; quia ſi poſtea Caſtrum illud genericè & ſimpliciter concederetur, adhuc iuriſdictio criminalis ſub hac conceſſione veniret; ſicque concludit tunc demum Caſtro ſimpliciter conceſſo cum territorio, iuriſdictionem non includi criminalem, nec merum imperium, ſi feudum de nouo à Domino erigeretur, formaretur, atque concederetur.

Quantùm verò attinet ad aliam concluſionem hîc tentam, vt in dubio, nulla apparente inueſtitura, Eccleſia feudum, ſiue iuriſdictionem poſſidente, præſumatur facta conceſſio in allodium, non autem in feudum, quamuis omne Caſtrum in Regno in dubio dicatur feudum quaternatum, ad confirmationem vide Dom. Reg. Lanar. *in repet. §. huius autem generis numero* 137. *in tit. ex quib. cauſ. feud. amitt.* Montan. *in ſuo tract. de regal. fol.* 139. *numero* 20. *&* 21. poſt Dom. Reg. de Pont. *in deciſ. 2. per totam*, vbi hoc idem pro indubitato affirmat in Eccleſia, tam iure communi, quàm Regni huius attento, verùm quod à ſententia proferenda ab Officiali, quem Eccleſia eligit, appelletur ad D. Regem noſtrum, non autem ad Iudicem ſuperiorem Eccleſiaſticum. Ratio aſſignatur, quia cùm omnis iuriſdictio in Principe reſideat, ab eoque conceſſa præſumatur, quamuis omnem iuriſdictionem concedat; non tamen per hoc intelligitur à ſe ſuperioritatem, & cauſas appellationis abdicaſſe; & ob id dicamus, quod quando contingeret, iuriſdictionem illam vendi, ad venditionis contractum validandum, aſſenſum Dom. Regis noſtri omnino requiri, vt per eundem Dom Reg. de Pont. *conſ.* 30. *numero* 1. *lib.* 1. & D. Reg. Rouit. *in pragm.* 3. *num.* 20. *de ord. iudicior. & in conſ.* 77. *num.* 8. *lib.* 2. 2

In articulo autem, an iuriſdictio, ſiue merum, & mixtum imperium præſcribi poſſit, & per quantum tempus vltra D. Regentem noſtrum hîc, videndi ſunt Camill. de Curt. *in diuerſ. iur. feud.* 1. *par. fol.* 73. *n.* 94. *& ſeq. & fol.* 76. *à numero* 135. *verſ. & propterea infertur ad notabilem quæſtionem, vſque ad finem*, Reg. de Pont. *conſ.* 32. *num.* 18. *&* 19. *lib.* 2. Octau. Bammac. *in cap.* 1. *§. ſi quis per triginta, quæſt.* 10. *per totam* præſertim *numer.* 70. Io. Andr. de Georg. *in repet. feudal. cap.* 24. 25. 26. 27. *&* 28. Reg. Valenzuela *conſ.* 93. *num.* 44. Iul. Cæſar. Gallup. *in Methodo iuris feudalis par.* 1. *cap.* 4. *num.* 25. Ego ipſe *reſol. iur. lib.* 2. *cap.* 115. 3

## ARGVMENTVM.

Exceptio rei iudicatæ in iudicio inſtituto in actione perſonali, an & quando opponi poſſit aduerſus agentem actione reali. Exceptio rei iudicatæ, vt legitimè opponi poſſit, quæ copulatiue requirantur. Fiſcus, an vt hæres, vel potius iure dominico in feudo ſuccedat feudatarij linea finita, vel illo in dominum delinquente, & de aliis.

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.



Digitized by Google

## DECISIO CCCXCII.

1 CVM ob rebellionem Franciſci de Loria bona ſua feudalia ad Regiam Curiam iure directi dominij reuerſa eſſent; Magnificus Ioannes Villanus in actione perſonali inſtabat, Regium Fiſcum fore, & eſſe condemnandum ad ipſi ſoluendum id, quod dictus Franciſcus ei debebat; & cum abſolutoria ſententia ſuborta eſſet; iterùm Ioannes in actione reali Regium Fiſcum, aliosque bonorum feudalium dicti Franciſci poſſeſſores in ius vocauit; ſed oppoſita ei exceptione rei iudicatæ, fuit dubitatum, an illa de iure obſtaret? Ratio dubitandi fuit quia prima ſententia dicebatur lata in actione perſonali, vndè videbatur diuerſum eſſe iudicium.

2 Per Regiam Cameram deciſum fuit exceptionem hanc oppoſitã rei iudicatæ adhuc in hoc ſecundo iudicio in actione reali moto obſtare, per tex. *in l. ſi deferente ff. quib. mod. pignus, vel hypot. ſol.* Etenim dicebatur quod ſententia illa abſolutoria, non niſi actionem realem reſpiciebat, ex quo inſtantia Io. extitit, vt condemnaretur Regius Fiſcus ad ſibi ſoluendum tot annuos, quos tenebat ſuper bonis feudalibus dicti Franciſci; vndè cùm nulla poterat competere actio dicto Ioanni contra fiſcum, niſi illa realis; ergo ſententia lata cenſebatur, vel quia Creditum non erat verum, vel quia non probatum, ſicque locum habere tex. *in d. l. ſi differente*; & hæc fuit prima deciſionis ratio. Altera, quia videbatur à pignore, & hypotheca diſceſſum per ſatiſdationem à Regia Curia ad fauorem dicti Ioannis præſtitam, ad tex. *in l. ſoluitur* §. 1. *& in l. cum colono ff. quibus mod. pig. vel hypot. ſoluitur, & in l. ſi rem* §. *omnis ff. de pignorat. action.* Etenim ſolutionis loco contentus fuit Ioannes ſatiſdationem recipere, quam Collaterale Conſilium præſtari à Regio Fiſco mandauit de ſoluẽdo quicquid fuiſſet iudicatum; ſicque ſublata fuit hypotheca, quam ſuper bonis Franciſci habebat: *l. item liberatur* §. 1. *& ibi gloſ. in verb. inducta, ff. eod. cit. tit. quibus mod. pig. vel hypot. ſol.* & conſequenter dum lata fuit ſententia abſolutoria, cognitum extitit creditum non deberi, ſicque exceptioni propoſitæ rei iudicatæ fieri locum.

---

### OBSERVATIO.

1 VT obſtet exceptio rei iudicatæ communiter dixerunt DD. ex text. *in l. cum quæritur cum ſeqq. ff. de except. rei iudic.* tria copulatiuè requiri; nimirum quod ſit eadem res, idem modus agendi, & inter eaſdem perſonas, videantur ex Noſtratibus D. Reg. de Pont. qui hanc materiam bene declarat *conſ.* 49. 62. *&* 90. *lib.* 1. *& in deciſ.* 32. *n.* 6. Io. Vinc. de Ann. *alleg.* 8. & 48. Iul. Cæſar. Gallup. *in ſua prax. p.* 2. *cap.* 13. *per totum*, & cæteri practici; hoc poſito in caſu huius deciſionis neceſſarium eſt ſupponere in primo iudicio inſtituto in actione perſonali fuiſſe bene cognitum, debitum non fuiſſe verum; vel ſaltem non probatum, vt Dominus Reg. noſter hîc annuit, cum nullo pacto affirmandum ſit, actionem realem fuiſſe ab Actore contra fiſcum inſtitutam, vt ſupponitur, *in hac deciſ.* nam ſi Actor petiit condemnari fiſcum ad ſoluendum, hoc iudicium eſt in actione perſonali, quod certe contra fiſcum inſtitui non poterat, cum bona, quæ poſſidebat feudalia principalis debitoris rebellis, non vti illius hæres; ſed iure proprio reacquiſierat; At ſi ſupponere vellemus, creditum Actoris fuiſſe verum, & probatum, non video, cur agenti contra fiſcum, vti poſſeſſorem bonorum obligatorum actione reali, rei iudicatæ exceptio obſtare potuiſſet; quandoquidem nullatenus concurrebant omnia illa tria cumulatiue, & coniunctim, de quibus ſupra; etenim non idem; ſed diuerſus, ac penitus ſeparatus modus agendi conſideratur in hoc ſecundo iudicio moto, arg. tex. *in l. fin. ff. de except. rei iudic.* quem bene expendit Io. Vinc. de Ann. *cit. alleg.* 48. *num.* 10. Ac proinde non eſt cur dici poſſit, fieri locum exceptioni rei iudicatæ; & ita in puncto aduertit Gallup. *loc. cit. num.* 15.

Dixi paulò ante, quod non poterat Regius fiſcus actione perſonali conueniri, quia non erat debitoris Rebellis hæres; ſed iure Dominico poſſidebat; ſcitum eſt enim feudatarij in Dominum delinquente, ſiue abſque legitimo ſucceſſore decedente, fiſcum omnia bona feudalia præcapere, illaque poſtea tenere, & poſſidere ex lege contractus, proprio ſiquidem iure, non autem vti rebellis hæredem, vt ſatis bene ratiocinatur Marcell. de Maur. *allegat.* 1. *num.* 20. & Reg. de Pont. *conſ.* 82. *in* 3. *dub. lib.* 1. & licèt poſſit actione reali conueniri, quando creditum, quod petitur Regio aſſenſu vallatum eſt, attamen ſoluendo ſiue bona dimittendo, obtinet à Creditore iurium ceſſionem contra hæredem in allodio, qui propterea tenebitur fiſco ad omne totum &c. 2

---

## ARGVMENTVM.

Termino conceſſo in Repulſa Repulſæ, an in eo poſſit de directo contrarium articulari eius, quod fuit articulatum in termino Repulſæ. Caſus enumerantur, in quibus Repulſa denegatur, & de aliis.

## DECISIO CCCXCIII.

IN cauſa vitæ & militæ, quam à Comite Turellæ petebat Archiepiſcopus Materæ, fuit dubitatum, ſi in termino conceſſo ad repulſandum teſtes, quos collitigantes in termino Repulſæ produxerant; & ſic in Repulſa Repulſæ poterat de directo contrarium articulari eius, quod fuit articulatum in termino Repulſæ. 1

Et per Regiam Cameram cum aliquibus adiunctis de Sac. Conſ. inter quos fuit Dom. Marin. Friccia, fuit deciſum, quod non obſtante 2

Digitized by Google

ſtante regula, quæ ſe habet, vt facta publicatione non poſſit articulari idem de directo contrarium eius, quod in primis articulis à Collitigante deductum fuit, & hoc propter ſubornationis timorem, *Authen. at qui ſemel.* vbi Bar. Bal. Angel. Alber. Salicet. & Paul. de Caſtr. *C. de probat.* Canoniſtæ per illa iura *in c. fraternitatis, extra de teſtibus & in clem.2. eod. tit.* id quod in Regno procedit etiam in cauſa appellationis, per Conſtit. *Iuriſperitorum*; & per Prag. *Diſpendia litium*, vt puta ſi ego articulaui, Titiam eſſe Virginem, Tu demùm in termino Repulſæ vel in ſecunda inſtantia vis articulare eſſe corruptam, certè prohiberis, quia directò eſſet contrarium eius, quod ego articulaui, benè tamen admittunt aliqui, vt per indirectum hoc fieri poſſit: ponitur exemplum. Tu articulaſti, quod Romæ mutuo dediſti centum tali die; non potero ego poſtea in termino Repulſæ articulare, & per teſtes probare, quod eo tempore Neapoli commorabar ſed demùm in termino Repulſæ Repulſæ poteris Tu articulare, quod imò dicto tempore Romæ ego commorabar; ſicq; deciſum ait Capyc. *dec.62. in primo dubio.*

## OBSERVATIO.

1 AGitur hîc an in termino Repulſæ Repulſæ poſſit de directo contrarium articulari eius, quod fuit articulatum in termino Repulſæ; habemus igitur Repulſam, & Repulſam repulſæ, de quibus Iulius Cæſar. Imbrian. elegans ſcripſit opuſculum. Repulſa illa dicitur, quando facta publicatione in cauſa, alter ex litigantibus intendit repulſare teſtes contra ſe productos, ſicque inſtat impartiri ſibi terminum ad illos repulſandum, & dum conceditur dilatio, erit medietas primi termini, vt in Prag. *curſu dilationum*, quicquid Ritus M. C. 73. in hoc diſpoſuerit, vt benè aduertit practicus Muſcatell. *in prax. par.6. gloſ. momentum num.13.* eſt tamen verum quod in hoc termino Repulſę nullatenus teſtium audientia committitur etiam quoad imp[illegible]litos, ſic diſponente ritu. M.C.146. vbi Carauita & Afflict. *in conſtit. in pecuniariis n.70.* & ibi gloſ. *in verbo quo quidem caſu*, idemque Dom. Reg. Rouit. *in pragm. 1. n.19. de ordin. iudic.* & Dom. Reg. Sanfelic. *in praxi iudic. ſe[illegible].57. num. 11.* vbi *num. ſeq.* aliquos connumerat caſus; in quibus Repulſa denegatur, & primò quando ante publicationem proceſſus, non fuit proteſtatum de Repulſa. Afflict. *deciſ.351. num.8.* licèt Grammat. *ibi in additio.* hoc limitet in tribus caſibus, vt ibi. Secundò denegatur Repulſa in cauſis ſummariis, quando tamen Iudici videtur, quod per calumniam petitur, vt per Afflict. *loc. cit.* & Rouit. *in dic. Pragm.11. num.11.12. & 13.* Tertiò denegatur fiſco, qui tamen loco Repulſæ habet interrogatoria, vt per Carauit. *in rit.258.* Quartò denegatur Repulſa, quando teſtes ad mei inſtantiam examinati, vellem ego repulſare, quia inueni pariter examinatos ad inſtantiam Aduerſarij mei; hoc tamen quoad perſonas, ſecus quoad dicta, Salyc. *in l. ſi quis teſtibus C. de teſtibus.* Capyc. *deciſ.62. num.5.* idque procedere, etiam ſi ad mei inſtantiam fuerint citati, licèt non examinati, Alex. *conſ.191. num.3. lib.7.*

Repulſa repulſæ dicitur illa, quando facta publicatione in cauſa Repulſæ, alter ex litigantibus intendit repulſare teſtes ad inſtantiam aduerſarij in termino repulſæ examinatos; & dum conceditur, dilatio erit medietas termini primæ Repulſæ, vt puta dicit Muſcat. *loc. cit. in gloſ. Repulſa*; ſi in prima Repulſa fuerit datus terminus dierum ſex, in iſta dabitur terminus dierum trium, & in Regno circa hoc habemus *rit.74.* & Pragm. *curſu dilationum. ſupracitatam.* 2

## ARGVMENTVM.

Gabella impoſita ſuper pretio alicuius rei, vt exigatur ad rationem tot pro centenario, ſi noua ſuper pretio eiuſdem rei imponeretur, ſimiliter ad rationẽ tot pro centenario, nùm in æſtimatione pretij illius rei debeat deduci Gabella, quæ per prius ſoluebatur, itavt emptor rei ad nouum vectigal ſoluendum non teneatur, niſi habito reſpectu ad verum pretium rei, deducto eo, quod pro antiqua Gabella ſoluitur; vel potius habito reſpectu, etiam ad id, quod pro antiqua gabella ſoluitur, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCXCIV.

VT ſolui poſſet ea pecuniæ quantitas, quæ in tunc Regem noſtrum occaſione ſui aduentus ad hanc ciuitatẽ elargita fuit, nouum impoſitum fuit vectigal exigendum in Regia Dohana huius Ciuitatis, nimirũ vt de omnibus mercibus ibi vendendis emptor ſoluere deberet quinque pro quolibet centenario; ſed quia pro ferro, quod ibi vendebatur, per prius gabella ſoluebatur, dubitatum fuit in Regia Camera an emptor ferri nouum vectigal ſoluere cogatur, habito reſpectu ad verum pretium ferri, deducto eo, quod pro antiqua gabella ſoluitur, an verò habito reſpectu etiam ad id, quod pro antiqua gabella ſoluit. v. g. pretium ferri, quod Ego emo aſcendit ad valorem Ducatorum centum; pro prima antiqua gabella teneor ſoluere puta decem, & ſic centum, & decem; cùmque nouum pariter cogar ſoluere vectigal, an illud ſit à me ſoluendum habito reſpectu ad integra centum, & decem, quæ exburſaui; an verò habito reſpectu ad verum pretium ferri; quod eſt Ducatorum centum. 1

Dicebatur nouum vectigal eſſe ſoluendum, habito reſpectu ad verum pretium ferri, ni- 2

mirum Ducatorum centum, & ſic ad pretium, quod in poſſe venditoris peruenit, quia aliàs ſi exigeretur, habito reſpectu ad integra centum & decem, quæ ab emptore exburſantur, ſolueretur gabella de gabella, ad quod fuerunt allegata dicta per Bar. *in l. ſed ſi hoc* 61. §. 1. *ff. de conditio. & demonſtratio.* & per Bal. Raphaël. Cum. Paul. de Caſtr. Aret. Alex. & Iaſ. *in l. non amplius ff. de legat.* 1. & per Ang. *in l. Ciuitatibus* §. *fin. eod. tit.* ad idem faciunt notata per eundem Bar. *in l. quoties ff. ad l. falcid.* vbi dicit, quod licèt de iure communi Donatio, quæ ſummam excedit Ducatorum quincentum inſinuatione indigeat, ſecus ſi vſque ad quincentum: *l. ſancimus C. de Donat.* tamen ſi ex hac Donatione, quæ fit vltra quincentos aureos ſoluitur gabella, itavt non remaneant quincenti aurei, certe tunc nulla requireretur inſinuatio, quia inſpiciendum eſt illud, quod remanet deducta gabella.

---

## OBSERVATIO.

1 IGnatius Laſſarte in ſuo eleganti tract. *de decim. venditio. & permutatio. cap.* 16. in terminis illius *l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 9. *recopillat.* qua ſtatutum eſt, vt vendens rem aliquam pro gabella ſoluat Decimam totius pretij, quo vendiderit, in dubium reuocat, an ex toto pretio hæc decima ſolui debeat, vel ex reſiduo pretij, deductis prius expenſis, aut propter itinera, vel in proxenetis, vel alio modo erogatis; Et pro vera, vt ipſe dicit, huius quæſtionis reſolutione, putat fore obſeruandam elegantem Bar. diſtinctionem in loco per Dom. Reg. noſtrum hîc allegato, *in l. ſed ſi hoc* §. 1. *ff. de condit. & demonſtrat.* qua vtitur pariter Alexand. ſimiliter hîc relatus *in l. non amplius ff. de leg.* 1. & ex recentioribus Roderic. Suarez *in l.* 1. *fori tit. de agris num.* 5. *fol. mihi* 259. dicit enim Bar. l. quod ſi ſtatutum diſponeret, vt de pretio rei venditæ ſoluatur gabella ſex Denariorum pro qualibet libra; quod ſi aliquis vendidiſſet rem pro centum, & in proxenetis, & in faciendis ſubhaſtationibus expendit viginti ſolùm, pro octuaginta debet ſolui gabella, quia pretium rei dicitur, deductis expenſis, & labore, vt per gloſ. & Bar. *in l. per diuerſas. C. mandati.* & iuxta hunc caſum, ait Laſſart. procedere ea, quæ tradit Anton. Gomez. *var. reſolut. lib.* 1. *capit.* 12. *numero* 25.

2 At ſi ſtatutum diſponeret, vt ex pretio, quo res venierit, gabella ſoluatur, & tunc aliter dicendum, nimirum vt abſque vlla impenſarum deductione ex toto pretio conuento, & per contrahentes in venditionem deducto ſoluenda ſit gabella, quia verum eſt, rem tanti venditam eſſe, quamuis non tantum propter expenſas factas ad venditorem peruenerit, ſicque ſcripſit Ioan. Parlador. *rer. quot. capit.* 3. §. 7. *numero* 46.

## *ARGVMENTVM.*

Filij Præſidentium, ac Rationalium Regiæ Cameræ an ſint immunes à iure ſigilli, ſicut ipſi Præſidentes, & Rationales exempti ſunt. Immunitatis priuilegium patri conceſſum, an & quando ad filios tranſeat. Nobilitas à fiſco acquiſita an ad patrem porrigatur; itavt in genere pœnæ vti nobilis ſit puniendus, & de aliis.

## DECISIO CCCXCV.

CVM Præſidentes, & Rationales Regiæ Cameræ à iure ſigilli ſint immunes, & exempti, dubitatum fuit an pariter & eorum filij hac immunitate potiantur. Dictum fuit, ſemper in Regia Camera fuiſſe obſeruatum vt Filij Dominorum Præſidentium, & Magnificorum Rationalium eadem exemptione gaudeant, qua & eorum patres potiuntur; Ratio aſſignatur, quia de iure, filius, Patris priuilegio gaudet, ſaltem illo viuente, *l. ſenatoris filius cum l. ſeq. ff de ſenator. l. Moris* §. *parentes ff. de pœnis l. diuo Marco C. de quæſtio. l. medicos, & l fin. C. de Profeſſ. & Medic. lib.* 10. & ibi optime Io. de Plat. vbi dicit immunitatis priuilegium patri conceſſum, ratione profeſſionis, & artis, vt quia legit, ad filium tranſire, patre tamen viuente, at ſi ratione dignitatis, etiam patre mortuo; idemque Aret. *conſ.* 130. ex hoc non dubitabatur Dominos Præſidentes Regiæ Cameræ officium cum dignitate habere, quia iuriſdictionem exercent; ad notata per Innoc. *in c. de multa, in fine de præben.* & conſequenter priuilegium patri conceſſum, etiam, eo mortuo, ad filium tranſire, ad idem Bar. *in l. filiis* §. *ſenatores ff. de muner. & honor.* & Cyn. *in l.* 2. *C. de epiſ. & cler.* vbi tres diſtinguit caſus; quorum primus eſt quando priuilegium conceditur ratione dignitatis innatæ: ſecundus, quando conceditur ratione officij, ſiue profeſſionis: tertius quando conceditur ratione neceſſitatis, vt in primo caſu tranſeat priuilegium ad filios, etiam poſt mortem Patris, ad text. *in l. eum qui ff. de excuſat. muner. & in l. fœminæ ff. de ſenator.* Secundo verò caſu, vt dum pater viuit, filij eodem potiantur priuilegio: ſecus verò eo mortuo, ad tex. *in l. medicos C. de profeſſor. & medic. lib.* 10. In tertio autem caſu, vt nec in vita, in morte priuilegium patri conceſſum ad filios tranſeat. 1

---

## OBSERVATIO.

DOminus Regens atteſtatur hîc ſemper in Regia Camera fuiſſe obſeruatum, vt filij Dominorum Præſidentium eodem gaudeant priuilegio, quo & eorum Parentes potiuntur, quia de iure filius patris priuilegio gaudet; ſed videamus breuiter an è conuerſo idem dicendum ſit; nimirum, vt priuilegium filio conceſſum ad patrem tranſeat? Tiraquell. *in ſuo* 1

*tract.*

Digitized by Google

*tract.de nobilit. cap.7. & 16.* videtur ſequi negatiuam partem, ea ratione, quia dignitas non aſcendit, ſed deſcendit, & quod de hoc eſt tex. *in l.1. ff. de ſenat.* idemque dixerat prius Io. de Plat. *in l.in ſacris la 3.C. de proxim. ſacr. ſcrinior. lib.12.* vbi *num.1.* pro regula firmat, priuilegium dignitatis ad inferiores deſcendere, non autem ad ſuperiores aſcendere; iſtamque partem pariter amplecti videtur noſter Paſchal. *de virib. patr. poteſt. par.4. cap.2. num.28.* ſed Lucas de Pen. *in l.mulieres num.5. C. de dignitatibus lib.12.* videtur contrarium firmare, dum dicit nobilitatem progredi etiam ad Aſcendentes, ac proinde Patrem noſtrem nobilitari ex dignitate filij, per tex. *in §.generaliter Auth. Conſtitutio quæ de dignitatibus*; idemque Anton.Gamma *deciſ.luſit.112.*vbi deciſum refert, Patrem, qui arte viuebat mechanica in carcere publico pro debito ciuili non eſſe incarcerandum; ſed propriam domum loco carceris aſſignandam, ex quo filium habebat in Epiſcopali dignitate poſitum; noſter verò Gizzarell. de his agens *in deciſ.10.* poſt alios, quos allegat, diſtinguit ſic; aut enim agimus, & tractamus de honoribus, prærogatiuis, & immunitatibus ex dignitate, & accidentali nobilitate filio superuenienti, naſcentibus, & ad patrem non porriguntur, neque extenduntur, quodque in hoc caſu vera ſit regula negatiua; aut verò agimus quoad odioſa euitanda, vt tormenta,& viles pœnas; & tunc vt nobilitas, ſiue immunitas, aut priuilegium vni ſuperueniens,ſiue patri, ſiue filio, proſit alteri; vnde in caſu de quo agebatur Sacrum Conſilium erat in voto, vt pater, qui artem ſutoriam exercebat in genere pœnæ iudicaretur nobilis, quia filium habebat in Doctoratus dignitate conſtitutum.

## *ARGVMENTVM.*

Inſtantia iudicij cæpta cum priuato feudatario ſuper feudo, eo demùm effecto reo criminis læſæ Maieſtatis, nùm tranſeat in fiſcum. Inſtantia iudicij cæpta pro conſequutione rei ad feudum ſpectantis, feudo illo demùm diſtracto, nùm abſque ceſſione in emptorem tranſeat; Et de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCXCVI.

1 DVM pendebat lis in Sacro Conſilio inter Baronem Mirabellæ, & Baronem Gryptæ Minardæ ſuper quodam Nemore feudali, quod nominatur *la Maſſaria*, contigit Baronem Gryptæ in perduellionis, ſeu felloniæ crimen incidiſſe, ob quod omnia eius bona feudalia ad Regiam Curiam reuerſa fuère, verum proſequente Barone Mirabellæ inſtantiam ſuam in S.C. ſententiam ad ſui fauorem reportauit, quod cum ad Regij Fiſci notitiam perueniſſet, comparuit, ſententiam illam nullam allegans, ex eo quod tenebatur Baro Mirabellæ, ſi quid prætendebat nouum contra fiſcum inſtituere iudicium cum inſtantia illa ad fiſcum non tranſierat, quo factum fuit vt dubitaretur an inſtantia cæpta cum priuato feudatario ſuper feudo, eo demùm effecto reo crimine læſæ Maieſtatis, tranſeat in fiſcum? Ratio dubitandi contra fiſcum deſumebatur ex tex. *in l. fiſcus la prima ff. de iure fiſci*, vbi ſi fiſcus priuato ſuccedit, vtitur pro tempore præterito omnibus iuribus, quibus vtebatur priuatus ille, cui fiſcus ſucceſſit; ſed hac dubitandi ratione non obſtante, in contrarium ſe offert communis DD. ſententia, ſiue actor, ſiue reus fuerit ille, cui fiſcus ſucceſſit, ita per illum tex. *in l. ſi obſtante § fin. ff. ſol. matr.* firmarunt Iacob. de Aret.Bar. Bal. Ang. Caſtrenſ. Imol. Roma. & DD. communiter, Bar. *in l. ſi cum hoc modo ff. de fideiuſſ.* Ang.Fulgoſ. Curt. & Iaſ. *in l.cum quadam puella ff. de iuriſd. omn. iudic.* Ant de Butr. Abb. Imol. & Felin. *in c. quia v. extra de iudic.* vbi Aretin. addit, hanc opinionem propter tantorum Virorum authoritatem in practica ſeruari, idemque Bal. *in l.1. C. de hæred. vel act. vendit.* Io. de Plat. *in l fin. in fine C. de conuen. fiſc. debit. lib.10.* Florian. *in l. in iudicio ff famil. erciſc.* & alij. Nec obſtare dicebatur tex. *in d. l. filius*, vbi fiſcus ſuccedens priuato vtitur iure priuati, quia dupliciter reſpondetur; vel & Primò quod hoc procedit regulariter, ſed fallit in inſtantia, quæ in fiſcum non tranſit; cum ſuos habeat iudices, vel & Secundò quod concluſio illa quæ deſumitur ex tex. *in l. filius procedit*, quando fiſcus à priuato eſt hæres inſtitutus; tunc enim dici poteſt, vt inſtantia cæpta cum priuato in fiſcum ſucceſſorem tranſeat, at vbi ex legis diſpoſitione ſuceeſſerit, vtputa propter delictum alterius ex collitigantibus, vt in caſu propoſito, tunc licèt largo modo fiſcus ſucceſſor dicatur, tamen quia perſonæ non ſuccedit, ſed ſolùm bonis, inſtantia in ipſum non tranſit; etenim perſonam, non autem bona inſtantia reſpicit, notat Floria. *in d.l.in iudicio*, & ſentiunt Bal.& Ang. *in d.§.fin.* Præterea nec obſtare dictũ fuit, quod cum feudum ius ſit vniuerſale vt notat gl. & Andr. *in conſt. conſuetudinem prauam*, ſicut inſtantia tranſit de defuncto in hæredem, ita pariter quando in feudo ſucceditur; nam reſpondetur primò, quod licèt feudum ſit vniuerſitas facti, vt eſt grex; non tamen eſt vniuerſitas iuris, vt eſt hæreditas, optimè Andr. *in conſt.proſequentes*; vndè cum non ſit vniuerſitas iuris, ſucceſſio cadere non poteſt, & conſequenter fiſcus, neque vt hæres, neque vt ſucceſſor vniuerſalis, neque vt particularis dicitur venire; ſed benè ſuo proprio iure, vt dominus directus. Secundò reſpondet Afflict. *in conſtit.poſt mortem col.10.* quod tunc feudum dicitur ad dominum vniuerſali titulo punire, quando vaſſallus dominum inſtituit hæredẽ; at quando vaſſallus ſine liberis decedit, tunc feudum

Digitized by Google

feudum dicitur ad dominum peruenire ex pacto, idemque ſatis benè Ang. *conſ.* 110. qui loquitur in terminis Conſt. *vt de ſucceſſionibus*; & *num.6.* quando feudatarius ſine legitimo ſucceſſore decedit, ſubdit, quod fiſcus non ſucceſſionis vi, ſed proprietatis natura feuda repoſcit; ſicq; dicitur potius reuerſio ad ſuum directum dominum, quàm noua acquiſitio ex aliqua diſpoſitione feudatarij; vndè ex his dicebatur, clarè in caſu propoſito de iure conſtare, iudicium fuiſſe extinctum; nec aliter inſtantiam in fiſcum tranſiuiſſe; nulla tamen prodiit deciſio, quia Partes concordes fuerunt, vt cauſa ad Regiam Cameram reuideretur; ibique ex eiſdem Actis decideretur, an bene fuerit per Sacrum Conſilium iudicatum.

---

## OBSERVATIO.

1 HAnc eandem ſententiam, quam hîc tuetur Dom. Reg. noſter amplexus pariter fuit Franciſc. de Alfar. *in ſuo trac. de offic. fiſcali gloſ.16.num.23.& 24.* vbi authoritate Alex. per illum tex. hîc allegatum, *in l.ſi conſtante* §. *bona num.3. ff. ſol. matrim.* affirmat fiſcum per confiſcationem in bonis delinquentis ſuccedentem non ligari inſtantia cæpta per alium ſuper bonis illis confiſcatis; ſed ad ſuum tribunal cauſam eſſe remittendam.

2 Quantùm autem attinet ad illud dictum, nimirum vt cum feudum ſit ius vniuerſale, ſicut inſtantia tranſit de defuncto in hæredem, ita pariter quando quis in feudo ſuccedit; pro maiori declaratione aduertendum eſt, quod licèt regulariter cauſæ inſtantia in ſingularem ſucceſſorem voluntarium non tranſeat, ad tex. *in l.2.§.non ſolum ff.famil. erciſc.* Bar. *in l.ſi cum hominem ff.de fideiuſſ.* & in notabili caſu Rot. *deciſ.1. de teſtam. in antiquis*; attamen quando feudatarius iudicium aliquod inſtituit de re feudali ad feudum ipſum pertinente, vt in exemplo per me poſito *lib.1. reſol.iur. cap.129.* ſi demùm idem, qui feudum poſſidet, & qui iudicium ſic inſtituit feudum illud alteri vendiderit, inſtantia hæc ad emptorem, ſingularemque ſucceſſorem bene tranſibit; Ratio aſſignatur, quia cum agatur de petitione rei feudalis ratione ipſius feudi, feudatarius non dicitur agere ex propria perſona, ſed nomine feudi; itavt feudum illud agere dicatur, ad tradita per gloſ. magnam in Conſtit. Regni *Conſuetudinem prauam*, ita ſatis bene Dom. Reg. Rouit. *conſ.*82. *lib.*1. Dom.Reg. Capyc. Lat. *dec.*33. *num.*24. *& ſeq.* & fuſiſſimè Dom.Reg. Marcian. *diſput.iur.lib.1. diſput.15. per totam*, Ego ipſe *cit. lib.1. reſol. iur. cap.*185. vbi plures Sacri Conſilij Deciſiones pro hac parte allegaui & dixi ſupra *in obſer. ad deciſ.* 290.

---

## *ARGVMENTVM.*

Exceptio hoſtica, de qua in conſtitutione Regni *Hoſtici exceptionem* an poſſit opponi poſt concluſum in cauſa; Et an Conſtitutio hæc procedat, quando conuentus, qui Exceptionem opponit hoſticam procuratorem in cauſa conſtituerat; Et an opponi poſſit contra mulierem pro dote agentem; Item contra Eccleſiam. Miles qui hoſticam oppoſuit exceptionem nùm alios in ius vocare poſſit. Author laudatus ſi fuerit Miles, an poſſit hoſticam opponere exceptionem; & de aliis.

## DECISIO CCCXCVII.

EX duobus potiſſimum prætendebat Magnificus Ioannes Vincentius Coſſus fore reiiciendam hoſticam exceptionem, aduerſus ipſum oppoſitam pro parte Illuſtris Marchionis Vaſti in cauſa inter eos vertente ſuper Inſula Procitæ. Primò quia exceptio iſta poſt in cauſa concluſum oppoſita erat, imò ab vtraque Parte pro cauſæ expeditione, iuris allegationibus Dominis iudicantibus traditis. Secundò quia Regni huius Conſtitutio, quæ incipit *Hoſtici exceptionem.* non niſi inter illas perſonas locum habet, quæ cauſas per ſe ipſos, non autem per Procuratores facere ſolent; vndè fuit dubitatum, quid iuris. 1

Hæc cauſa fuit relata in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege, iſto Domino Regente referente, & cum votantes eſſent numero duodecim, eſſe locum exceptioni Hoſticæ, nemine diſcrepante, deciſum extitit; ſic enim illius Conſtitutionis Diſpoſitione attenta, dictum fuit And. & Afflict. ibi firmaſſe, ea quidem ratione, quia fauorabilis eſt diſpoſitio, & ſimpliciter loquitur; ſicque dicebatur in quacunque parte iudicij poſſe exceptionem illam opponi, & quod ita indiſtinctè tam in Sacro Conſilio, quàm in Regia Camera ſeruatur; imò aliàs in cauſa Commendatoris della Roſa determinatum vt etiam poſt ſententiam opponi poſſit; nec aliter fuit admiſſum Conſtitutionem prædictam non niſi inter perſonas, quæ per ſeipſas lites agunt locum habere; non autem ſi per Procuratores, quia dictũ fuit, hoc falſum eſſe, vt nimis clarè ex littera eiuſdem Conſtitutionis deſumitur, & notant Andr. & Afflict. *ibidem*, dum dixerunt, quod etiam ſi ſummonitus per ſubſtitutum deſeruiret exceptio Hoſtica locum haberet; imò fortius dicebat Bartol. de Capua, quod etiam ſi loco militaris ſeruitij feudatarius Adoham ſolueret, exceptione illa potiri poſſet, quod tamen Afflictus ibidem non admittit. Vndè &c. 2



Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 DEciſio eſt indiuidualis, vt Hoſtica Exceptio, de qua *in conſtit. Regni hoſtici exceptionem* poſſit opponi, etiam cauſa concluſa; Tu modò adde ſic pariter vltra Andr. & Afflict. hic citatos affirmaſſe Ant. Capyc. *in ſua inueſtit. feudali in verbo feudatariorum exceptiones* verſ. *hoſtici exceptione.* in finalibus verbis, Dom. Reg. Tap. *in ead. conſtit. num.* 4. Io. Baptiſta de Thor. *in ſuo compend. deciſ. par.* 1. *in verbo exceptio hoſtica*, licèt ſecus dicendum, quando lata iam ſententia, exceptio hæc opponeretur; nam tunc illius exequutio non impediretur, ita Dom. Reg. Tap. *loc. cit. num.* 14.

2 Hæc exceptio eſt adeò fauorabilis, vt adhuc illa opponi poſſit contra Mulierem pro dotis recuperatione agentem; ſicque pluriès in S. C. deciſum teſtatur Capyc. *loc. cit.* poſt Afflict. *in dic. conſtit. n.* 18. Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 1. *in tit. de offic. Admirati ſub num.* 18. D. de Franchis *deciſ.* 206. vbi tamen de hoc fuit valde dubitatum Maſull. ad Capyc. *deciſ.* 76. *intra num.* 1. Dom. Reg. Tap. *loc. cit. num.* 3. *&* 9. Iul. Cæſ. Imbrian. *de* 1. *&* 2. *beneficio conſider.* 5. *num.* 38. Camill. Borrell. *in ſum. deciſ. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 483. *cum pluribus ſeqq.* D. Epiſcop. Ricc. *loco cit. verſ. & an iſta exceptio*, & alij.

3 Contra Eccleſiam verò hanc exceptionem opponi non poſſe, pluribus mediis probaui Ego *lib.* 2. *mear. reſol. cap.* 74. ſic etiam quando huic exceptioni eſſet renunciatum; ita Dom. de Franch. *deciſ.* 164. *num.* 9. Maſull. ad Capyc. *cit. deciſ.* 76. *in fine.* Giurb. *deciſ.* 118. *num.* 4. Ricc. *loc. cit. verſ. & quid ſi fuerit renunciatum* Thor. *in comp. deciſ. p.* 1. *in verbo, Exceptio hoſtica an poſſit opponi.*

4 Sed an allegans exceptionem hanc contra ſuos creditores poſſit alios in ius vocare, vel ſeruandus eſt tit. *quod quiſque iuris* &c. vide Io. Vinc. de Ann. *alleg.* 75. vbi per S. C. deciſum teſtatur, eſſe ad vlteriora procedendum, oppoſitis per conuentum non obſtantibus Dom. Reg. Tap. *loco cit. num.* 10. *&* 11. D. Epiſc. Ricc. *vbi ſupra, verſ. An autem*, Thor. *in comp. deciſ. par.* 1. *in verbo Exceptionem hoſticam*; An autem Author laudatus hanc poſſit opponere exceptionem, vide Io. Vinc. de Anna *ſingul.* 177. & Dom. Reg. noſtrum *infra deciſ.* 406.

## *ARGVMENTVM.*

Baro an poſſit reuocare vaſſallum, qui cum vxore, & familia ad alium locum domicilium ſuum tranſtulit; ſicque vt redeat ad propriam, & originariam patriam. Epiſcopus num poſſit ſuæ diœceſis Præsbiteros in aliena commorantes vocare illoſque ad reſidendum, & ſeruiendum propriis Eccleſiis, in quibus adſcripti ſunt, cogere, ac de aliis.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## DECISIO CCCXCVIII.

DVBITABATVR in Regia Camera, an Magnificus Ioannes Tomacellus vtilis Dominus Terræ Roccæ Rainolæ poterat de iure cogere Ioannem Baptiſtam Gargarium ſuum originarium vaſſallum, qui domicilium cum vxore, & familia ad Ciuitate Nolæ transtulerat, vt ad habitandum rediret in dicta Terra Roccæ, non obſtante, quod in dicta Ciuitate habitauerat, & ibi vti focularis numeratus exciterat. 1

Et per Regiam Cameram, iſto Domino Regente referente, fuit pro Ioanne Baptiſta pronunciatum, illum ab impetitis per dictum Ioannem abſoluendo; Ratio deciſionis fuit, quia ad hoc vt Baro poſſit vaſſallum, qui ad Terram domanialem tranſtulit domicilium, reuocare, requiritur quod ſit parangarius; nam ſi Angarius tantùm, nullo pacto permitteretur, niſi à Terra alterius Baronis; ſicque dicebatur quotidie in Regia Camera ſeruari; etenim ille dicitur Angarius vaſſallus, qui expenſis Domini eidem perſonaliter ſeruire cogitur; ille verò qui ſumptibus propriis Parangarius appellatur; ita gl. Andr. & Afflict. *in Conſtitut. proſequentes.* idem Afflict. *in Conſtit. omnes officiales*; vndè cum dictus Io. Baptiſta Parangarius non dicebatur vaſſallus, ab eius Barone nullo pacto repeti poterat; nemo enim abſque titulo, & priuilegio Angarios, & Parangarios poteſt poſſidere vaſſallos, quia cum iſta regalia ſint *c.* 1. *quæ ſint regalia in verbo Angarius & Parangarius*, certe ſine titulo poſſideri non poſſunt, vt ibi latè per Affl. Baro enim in caſu propoſito nullo Angariorũ, & Parãgariorũ potiebatur priuilegio, ergo; & licèt contenderet ille Angarium, & Parangarium ex centenaria præſumptione ſibi competere, idque per quatuor teſtes probaſſe; tamen dictum fuit, quod de illorum Depoſitionibus nulla poterat haberi ratio, quia vaſſalli. Afflict. *deciſ.* 304. 2

## OBSERVATIO.

AD materiam huius Deciſionis, quam de verbo ad verbum, prout fuit ſcripta à Domino Regente noſtro imprimi curaui Ego *lib.* 1. *mear. reſol. quot. cap.* 107. *num.* 16. vltra DD. hic citatos, videndi ſunt Pariſ. de Put. *in tract. de ſyndic. in t.t. de exceſſibus Baronum erga ſubditos n.* 41. *fol.* 35. *in impreſſis Francofurti*, Afflict. *deciſ.* 265. *num.* 81. & ibi Addentes Capyc. *deciſ.* 118. *&* 168. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *in* 151 *author. per totam*, Anna *alleg.* 64. *num.* 14. Capibl. *de authorit. Baron. prag.* 10. *à n.* 60. *in nouiſſ.* Ricc. *deciſ.* 346. *num.* 5. *par.* 4. & alij per me relati *citat. cap.* 107. *num.* 14. *&* 15. vbi in puncto principali ſubſtinui, Epiſcopum nullatenus poſſe ſimplices ſuæ diœceſis Præſbiteros in aliena commorantes vocare, illoſque ad reſidendum, & ſeruiendum propriis Eccleſiis, in quibus adſcripti ſunt cogere; imò addidi ex ſententia Sacræ 1



Digitized by Google

Congregationis ad interpretationem Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ.22.cap.*16.*de reformat.* nec poſſe Epiſcopum Sacerdotibus, & Clericis ſibi ſubditis è propria patria diſcedentibus beneficia reſidentiam requirentia non habentibus litteras commendatitias denegare.

2 Dixi tamen quod ſi Eccleſia, in qua ſunt hi Sacerdotes adſcripti, propter eorum abſentiam eſſet taliter deſtituta, quod verè ſeruitium in ea deficeret, poſſe eo caſu practicari, quæ dixerunt Innoc. & Ant. de Butr. *in cap. fin. de cleric. non reſident.* Abb. *in c. ex tua deuotionis, num.*14. *eodem tit.* Felyn. *in c. quoniam frequenter num.*23. *vt lite non conteſt.* & omnium latiſſimè Io. de Imol. *in dic. c. fin. num.*8. *verſ. & ex prædictis, extr. de cleric. non reſidentibus*; hi enim Doctores concluſionem firmarunt, poſſe Epiſcopum Clericos beneficiatos abſentes reuocare, non obſtante quod Eccleſia reſidentiam non requirat, ſi tamen de facto in ea Eccleſia Clericorum ſuperuenitet penuria, itavt ſeruitium in ea deficeret, niſi abſentes Beneficiati reuerterentur, vel etiam in caſu quo Clerici eſſent vagabundi; idemque & ſatis benè ſcripſit noſter Afflict. *deciſ.*289.*n.*2.*&* 3.

## ARGVMENTVM.

Feudum in Regno an in dubio dicatur quaternatum, quamuis in Quinternionibus Regiæ Cameræ deſcriptum non reperiatur; nec pro eo Adoha Regiæ Curiæ ſoluta dum conſtat non teneri à Barone, vt dici poſſit Planum, & de Tabula. Rem eſſe feudalem an & quando ex feudatarij Confeſſione probetur, & de aliis.

## DECISIO CCCXCIX.

1 IN cauſa Magnifici Ioannis Baptiſtæ Gargani, cum Regio Fiſco ſuper feudo *delli ſchiaui*, in pertinentiis Capuæ, fuit dubitatum, cuius qualitatis eſſet feudum illud, an Quaternatum, an verò Planum, & de Tabula, ad finem videndi, an dictus Ioannes Baptiſta potuiſſet in illo ſuccedere; nam ſi Quaternatum, quia cum defuncto feudatario tertio non cōiungebatur gradu; ſed vlteriori, ex diſpoſitione Conſtit. *Vt ſucceſſionibus.* ſuccedere prohibebatur, ſecus ſi Planum, & de Tabula, in quo Conſtitutio hæc locum non habet, ſed benè ius commune feudorum, quo attento, Collaterales vſque ad ſeptimum gradum ſuccedunt, vt ibi tenent gl. Andr. & Afflict. Lucas de Pen. *in l.*1. *C. de imponend. lucrat. deſcript. lib...* idem Afflict. *in cap.*1. *de feudo Marchię.* Ratio dubitandi contra fiſcum illa fuit, quia hoc feudum in Quinternionibus Regiæ Cameræ deſcriptum non reperiebatur, neque apparebat illud à Rege teneri; ergo dicebat Ioannes Baptiſta, eſſe Planum, & de Tabula, & conſequenter legitimum eſſe ſucceſſorem.

Cæterùm contrarium fuit per Regiam Cameram deciſum; nimirum feudum illud ob lineam finitam fuiſſe Regiæ Curiæ apertum. 2 Ratio Deciſionis fuit, quia quando non dubitatur, quod ſit feudum; nec conſtat, quod à Barone immediatè, & in capite tenetur, dum reperitur ſitum, & confinatum in territorio domaniali, dicitur omnino feudum Quaternatum, quamuis in Quaternionibus Regiæ Cameræ deſcriptum non reperiatur; neque aliàs Adoham fuiſſe ſolutam appareat; non enim ſequitur, hoc feudum in Quinternionibus deſcriptum non reperitur, nec pro eo Adoha fuit vnquam ſoluta; ergo dicitur Planum, & de Tabula, ad finem, vt Conſtitutio *vt de ſucceſſionibus* locum non habeat; ſatis namque eſt, vt conſtet quod ſit feudum, & quod à Barone, vel Comite non teneatur, vt Diſpoſitioni huius Conſtitutionis fiat locus, cum eo caſu ſemper dicendum ſit à Rege teneri, ex quo ſitum reperitur in ſuo Regno, & in Territorio Terræ Domanialis, vt ſatis probatur in alia Conſtitutione *ſi dubitatio* vbi gl. Andr. & Afflict. hinc compertum fuit ſæpè ſæpius in Regia Camera ſeruatum, quod quādo feuda nunquam in quinternionibus Regiæ Cameræ deſcripta, neque in Cedulariis Adoharum annotata fuerunt, ordinatum extitit, vt taxentur, & deſcribantur.

Quod autem feudum prædictū *delli ſchiaui* 3 eſſet verè feudum dictum fuit ſatis conſtare per aſſenſum, quem aliàs Prædeceſſores feudatarij à Rege impetrarunt, in quo impetrans aſſeruit, dictum feudū *delli ſchiani* eſſe feudū, ac proinde in illius diſtractione Regio aſſenſu indigere, vt in ſimili loquebatur Ardizo *in ſua ſumma*, vbi firmat quod per breue teſtatum, in quo feudi poſſeſſiones ſcribuntur, rem eſſe feudalem probatur, eoque magis in caſu propoſito, cum ſemper feudum prædictum, pro tale fuerit communiter habitum, & denominatum.

## OBSERVATIO.

SCripſit in hac cauſa pro Io. Baptiſta Gargano Iacobus Ant. de Maur. prout videre eſt *in ſuis allegationibus* 20. *&* 21. ſed ſententiam contra clientem reportauit, vt in hac deciſione, in qua habemus feudum in Regno ſemper dici Quaternatum, quamuis in Quinternionibus Regiæ Cameræ deſcriptum non reperiatur, dummodo conſtet, non teneri à Barone, & ſucceſſiuè in eo ſuccedi, ſecundum Conſtit. Regni *vt de ſucceſſionibus.* quæ bonorum feudalium ſucceſſionem ad tertium gradum reſtrinxit, qua de re latè per Me *reſol. iuris lib.*1.*cap.*126. 1

Suppoſito igitur, quod feudum hoc *delli ſchiaui* 2 Quaternatum dicebatur, non autem Planum, & de Tabula, iuri conſentanea fuit Deciſio, quæ prodiit, declarando ob lineam finitam fuiſſe Regiæ Curiæ apertum



Digitized by Google

apertum, ex quo Ioan. Baptiſta Actor, qui in eo ſuccedere volebat, quarto coniungebatur gradu cum Pyrro Aloyſio Gargano feudatario vltimo decedente, cui certe bene ſuccedere poterat, ſi feudum illud exiſtimatum fuiſſet, eſſe planum, & de tabula, in quo, vt centies diximus, ſucceditur ſecundum ius commune feudorum, vt per DD. quos retuli *cit.cap.*126. *num.*67.

Notamus pariter in hac deciſione, pro indubitato
3 fuiſſe tentum ex confeſſione feudatarij probari, rem eſſe feudalem, quod non negabat Iacob. Anton. de Maur. *in cit. alleg.*21. vbi *num.*12. hoc expreſsè affirmauit, authoritate Andr. *in cap.*1. *verſ. quidam tamen, de controuerſ. inter maſcul. & fœmin. & in c. Imperialem* §. *præterea ſi inter duos de prohib. feud. alienat. per Frederic.* ſed circa hoc ſunt omnino videnda, quæ ſcripſit Dom. Reg. de Pont. *conſ.*30. *num.*12. & 13. *lib.*1. dum addidit, niſi ex errore facta fuiſſet confeſſio; nam ſi confitens poſt emanatam Confeſſionem ſe corrigeret, velletque contrarium probare, eſſet audiendus, quodque Andr. Par. de Put. & cæteri, qui voluerunt ex Confeſſione probari rem eſſe feudalem, intelligendi ſint, provt loquuntur, nimirum, vt hæc Confeſſio cum cauſa, & formiter facta ſit, Domino præſente, aliàs ſi fieret, Domino abſente, confitenti non præiudicaret, & ita ſubdit de Ponte hoc declaraſſe Andr. *in rubr. ex quibus cauſ. feud. amitt. & in Conſtitut. Regni, probationum defectum. & in cap.*1. §. *item ſacramenta puberum, poſt num.*42. *verſ. in Confeſſione oportet, de pace iuram. firman.*

## *ARGVMENTVM.*

Peculatus crimen, quodnam ſit; quodve legis Iuliæ repetundarum; ac legis Iuliæ de reſiduis; Et quæ pœna pro his criminibus ſit à iure impoſita, Et vbi crimen hoc non fuerit probatum, quænam indicia ſat ſint, vt Reus torqueri poſſit.

## DECISIO CCCC.

1 IN cauſa inquiſitionis formatæ ad inſtantiam Regij Fiſci, contra Nicolaum de Montellis Dohaneriū ſalis huius Ciuitatis, compilato proceſſu, fuit in Regia Camera dubitatum quanam pœna eſſet ille plectendus, ex eo quod diuerſis vicibus certam ſalis quantitatem extra dohanam vendiderat, & cum prætium Regiæ Curiæ ſoluere teneretur, in proprios vſus conuertit, nec aliter illud in computis adſcripſerat.

2 Conſiderabatur quod attenta Io. Fabri ſententia *in* §. *item lex Iulia peculatus inſtit. de publ. iudic.* tenebatur illa pœna de qua *in l.*1. *& 3. ff. ad l. Iul. pecul.* nimirum deportationis & bonorum publicationis; attenta verò opinione gl. & Salycet. *in l.*1. *C. ad l. Iul. pecul.* tenebatur lege Iulia de reſiduis; eoque magis, quia delicta erant ſæpius repetita, quo caſu pœna pecuniaria in corporalem conuerti ſolet, imò vſque ad mortem, ſaltem ciuilem extendi, iuxta tex. *in l.*1. vbi Bar. Ang. & Ioan. de Plat. *C. de ſuperexactoribus lib.* 10. *& in l. omnes C. de delator. eod. lib.* Sed quia delictū ſufficienter probatum non apparebat, dubitabatur, an prædictus Nicolaus poſſet quæſtionibus ſubiici, etiam attentis Regni Capitulis vt quis torqueri non poſſit niſi in criminibus, in quibus pœna maior relegatione imponi poſſit; & quia viſum fuit, indicia ad torquendum fuiſſe ſufficientia, fuit per Regiam Cameram ordinatum, quod torqueretur, & cum ſemel atque iterum fuiſſet tortus, nunquam confiteri voluit; ſed ſemper in negatiua perſiſtit; quare, cauſa relata in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege, vt decideretur, qua pœna eſſet afficiendus; Diſcuſſis omnibus de iure diſcutiendis, fuit præfatus inquiſitus officio priuatus, & ad fiſco Sal per eum venditum reſtituendum condemnatus, &c.

## OBSERVATIO.

PEculiatus pœna tenetur ille, qui pecuniam ſacram, religioſam, publicam, & ſic fiſcalem in rem ſuam conuertit, aufert, vel intercipit, quæ licèt ſit deportationis ex *l.*1. *& 3. ff. ad l. Iul. pecul.* aliquando tamen, qui in hoc graue crimen incidit mortis naturalis reus efficitur, & hoc continget primò quando is, qui de hoc graui crimine inquiritur, eſt Iudex; is enim ſi ſuæ adminiſtrationis tempore deliquit, pœna mortis naturalis punitur; ita tex. *in l.*1. *C. de crim. Peculat.* quicquid gl. ibi dixerit interpretati ſunt Petr. de Gregor. *ſintagm. iur. lib.*33. *cap.*19. *num.*14. *in rubr. de l. Iul. pecul.* Decia. *tract. criminal. lib.*8. *cap.*28. *n.*29. *& cap.*30. *num.*6. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.*2. *caſ.*586. Iul. Clar. *in prax. crim.* §. *fin. quæſt.*68. *num.*31. Caball. *reſol. crimin. caſu* 99. *num.*2. quos omnes retuli Ego *lib.*1. *mear. reſol. cap.*291. *num.*2. vbi addidi, eſſe de hoc text. indiuidualem *in* §. *item lex Iulia peculatus. Inſtit. de publ. iudic.* per quem ita in puncto affirmatunt Farinac. *de furt. quæſt.*171. *num.*14. *& ſeqq.* & Reg. Sanfelic. *deciſ.*166. *num.*4. 1

Practicari etiam poſſet pœna mortis naturalis, & ab illa deportationis recedi, quando peculatus crimen pluries extitit reiteratum; ſicque ſeruatum Florentiæ teſtatur Caball. *cit. caſ.*99. *num.*4. quamuis rigoroſe fuiſſe proceſſum exiſtimauit Farinac. *cit. tract. de furt. quæſt.*172. *num.*48. itemque quando cum peculatu concurreret falſitas, provt eſt text. *in l.*2. *C. de his qui ex publ. ratio.* & ibi gl. *in verb. omnibus*, Pappon. *lib.*22. *arreſt. tit.*2. Ego ipſe *loco citato*. 2

Pœna verò leg. Iul. de reſiduis, quæ eſt etiam capitalis ille tenetur, qui publicam pecuniam penes ſe retinet, nec aliter in vſum deſtinatum erogat & expendit; ita habetur *in l.*2. *& in l.*4. §. *lege Iulia ff. ad leg. Iul. peculat.* optime Dom. Reg. de Pont. *deciſ.*7. *num.*79. *verſ. aut tandem & num.*30. & Dom. Reg. Sanfel. *deciſ.*285. *per totam; præſertim numero* 64. *& ſeqq.* 3

Habemus pariter pœnam l. Iul. repetundar. in quam incidit Officialis ad ius dicendum deputatus, qui in iuſtitia adminiſtranda pecunia patitur corrumpi, & de hoc ſunt iura *ff. & C. ad l. Iul. repet.* & plura fue- 4



Digitized by Google

runt adducta ſupra *in deciſ.46.* & multa per me dicta ibi, *in obſeruat. & lib.1. reſol. iur. cap.244.*

## ARGVMENTVM.

Appellatio, ſeu reclamatio, vbi à ſententia fuerit interpoſita, ac inſimul de nullitate dictum, ſi reſpectu appellationis, ſeu reclamationis fatalia lapſa ſunt, an de nullitatibus allegatis agi poſſit. Ius in iudicio deductum per viam exceptionis, ſi fuerit reiectum, an poſſit poſtea per viam actionis proponi. Nullitates aduerſus ſententiam diffinitiuam ſiue Decretum interloquutorium intra quãtum tempus in Regno proponi poſſunt. Vita & militia an debeatur Clericis in ſacris conſtitutis; Et de aliis Notabilibus.

## DECISIO CCCCI.

1 PRÆTENDENTE Comite Turellæ proſequi reclamationem per ipſum interpoſitam à ſententia Regiæ Cameræ, qua mediante declaratum extiterat deberi Domino Ioanni Michaeli Saraceno Archiepiſcopo Materæ vitam, & militiam ſuper bonis feudalibus quondam Patris ſui ad Regiam Curiam deuolutis per rebellionem Io. Fabritij fratris, ac demùm à Domino tunc Rege noſtro dicto Comiti conceſſis, dictus Archiepiſcopus allegauit, appellationem, ſeu reclamationem eſſe deſertam, ex quo nedum annus, ſiue bienniũm; ſed fere quinquennij ſpatium à die reclamationis interpoſitæ erat elapſum; quo factum fuit, vt dubitaretur vtra partium meliora foueret iura.

2 Dicebatur, nullo pacto eſſe dubitandum fatalia fuiſſe delapſa, quamuis Comes allegaret ex facto tertij reclamationem ab eo non eſſe proſequutam; ſed quia cum reclamatione fuerat de nullitate ſententiæ dictum, contendebat, quod etſi dicebatur fatalia fuiſſe decurſa, non tamen impediebatur quin de allegata nullitate tractari poſſet, ad notata per Bar. & Imol. *in l. ſi expreßim ff. de appellat.* per Ant. de Butr. Abb. Philipp. Franc. & eundem Imol. *in c. ſi ex ratione, extra eodem.* Ratio aſſignatur, quia quando alicui duo competunt remedia ſi vni renunciat alteri renunciari non cenſetur, *l. ſi domus*, vbi Bar. & Floria. *ff. ad S. C. Trebellian.* licèt enim per biennij lapſum, ſit tacitè appellationi, ſeu reclamationi renunciatum, non tamen nullitati renunciatum cenſetur, cum hoc remedium vſque ad annos triginta duret, vt per DD. *in dict. l. ſi expreßim, & in d. c. ſi ex ratione.* Nec in aliquo obſtabat aliàs per Regiam Cameram de huiuſmodi nullitate fuiſſe cognitum, dum deciſum apparebat fore procedendum ad ſententiæ exequutionem, allegatis nullitatibus non obſtantibus; nam fuit reſponſum, quod licèt nullitas per viam exceptionis ad vnum effectum, nimirum vt ſententiæ exequutio impediretur deducta extiterat, non tamen hoc impediebat, quin poſtea per viam principalis petitionis potuiſſet ſententiæ nullitas proponi, notat Philip. Franc. *in c. dilecto in 16. quæſt. de appell.* ea quidem ratione, quia quando vnum ius in iudicio eſt deductum per viam exceptionis, quamuis de eo ſit plene cognitum, non tamen impeditur, quin poſtea per viam principalis petitionis proponi poſſit, ita Bar. *in l. qui Romæ §. duo fratres in 5. oppoſit.* quem omnes ibi ſequuntur *ff. de verb. obligat.* eoque magis hoc procedere dicebatur, quando Pars appellata paſſa fuit, vt appellans admitteretur, tametſi appellatio eſſet deſerta, eſt text. ſingul. *in d. c. dilecto de appell.* Innoc. *in c. cum Bertoldus col.3. verſ. vel dic, de re iudic.* vbi probat quod licèt à principio poſſit quis ab appellatione repelli, tamen ſi de facto ad appellandum admitteretur, poſſet Iudex ſententiam non benè latam reuocare; cuius ſententiæ adhæſerunt Ant. de Butr. Abb. Imol. & communiter Canoniſtæ *ibidem*, & Iaſ. *in l. 1. ff. de noui oper. nunciat.* vndè facta de his omnibus relatione in Regia Camera cum interuentu aliquorum Regiorum Conſiliariorum, inter quos D. Marius Freccia, fuit deciſũ fore procedendum ad expeditionem cauſæ, & quod de reclamatione ſententiæ, ac nullitatibus allegatis habeatur ea ratio, quæ in deciſione cauſæ de iure habenda erat.

Et cùm de illius meritis tractaretur, nulla 3 fuit habita ratio de allegata rebellione, quàm dicebatur ab Archiepiſcopo fuiſſe etiã commiſſam, ſtante pleniſſimo ſuæ Catholicæ Maieſtatis indultu, per quem omnes illi, qui non fuerunt exceptuati cenſebantur pleniſſime ad omnia bona reſtituti: *l. 1. & fin. C. ſent. paſſ.* & in terminis dixit Afflict. *in Conſt. Comitibus*, vbi dicit quod ſi vita, & militia per ſecundogeniti rebellionem ad beneficium primogeniti eſſet extincta, ſuperueniente demùm Principis reſtitutione, reuiuiſcit; eoque magis quia Archiepiſcopus tempore prætenſæ rebellionis erat clericus beneficiatus, & ſic Regi non ſubditus 4 quod proinde dici non poterat illum læſæ Maieſtatis crimen commiſiſſe, vt eſt text. *in extrauag. ad reprimendum, in verbo ſubditus,* & ibi Bar. & Canoniſtæ *in clementina paſtoralis*, per illum tex. *de re iudic.* Et ſi forte diceretur, hic ſumus in feudo, pro quo

Digitized by Google

quo etiam clericus eſt Domino temporali ſubditus, *cap. cæterum de iudic. c. ex transmiſſa de foro compet.* reſpondetur minime tractari de feudo, ſed de vita, & militia, quæ non eſt feudum, neque pars feudi, neque ius feudale, cum vita, & militia etiam Clerico in ſacris cõſtituto debeatur, vt per Afflict. *in dict. Conſtit. Comitibus*, & ſæpè fuit in Regia Camera iudicatum. Vlterius dicebatur dato quod tractaretur de feudo, tamen quia Clericus dicitur Papæ ſubditus, non poteſt dici, quod committat læſæ Maieſtatis Crimen contra Principem temporalem, adhuc ſi aliàs fuiſſet vaſſallus vt per Oldra. *conſ.* 43. Et licèt Andr. *in conſt. de perſonis* ſentire videatur, Clericum pro feudo poſſe de crimine læſæ Maieſtatis coram Iudice laico conueniri; idemque Affl. *in cap.* 1. §. *ſi clericus, ſi de feud. defunct. &c.* Hoc tamen verum non eſt, & contrarium tenet Pariſ. *in tract. de reintegrat. feud. cap.* 198. *à numer.* 8. vbi dicit hoc verum, quando agitur ciuiliter pro feudo, ſecus vbi criminaliter ageretur, vel etiam ciuiliter, ex cauſa tamen ex delicto proueniente; idemque Luc. de Pen. *in l. nullus num.* 4. *C. de veteran. lib.* 12. tamen in Regno videtur And. & Afflict. ſententiam veriorem eſſe, quando tractatur de feudo, quod Clericus tenet à Rege, cui fidelitatis iuramentum præſtitit, & ita annuitur hic, maiorem Dominorum Votantium Partem in hac cauſa inclinaſſe; ſed quia delictum, de quo Archiepiſcopus imputabatur, bene probatum non extiterat, provt eidem maiori Votantium Parti viſum fuit, dicebatur, opus non eſſe alias ſubingredi difficultates; & dato, ſed non conceſſo, quod fiſcus fuiſſet in probatis; tamen verum eſt, Clericum dici non poſſe læſæ Maieſtatis committere crimen, adhuc ſi feudum à Domino temporali teneat; ſed tantùm culpam, & felloniam, quo caſu feudatarius ipſo iure feudo priuari non poteſt, cùm ſententia requiratur; *c.* 1. *de feudo ſine culp. non amitten.* gloſ. *in c.* 1. §. 1. *in verbo amittere, quibus mo. feud. amittat.* cùm qua ibi tranſeunt Andr. & Aluar. Bald. *in c. imperialem §. callidis de prohibit. feud. alien. per Freder. & in c. quæ in Eccleſiarum de conſt.* Alex. *in conſ.* 40. *lib.* 7. Angel. *in l. eorum ff. de damn. infecto* Curt. qui hanc communem opinionem teſtatur *in tract. de feud. num.* 4. *par.* 12. 2. *quæſt.* imò & fortius dicebatur, quod etiam eo caſu, quo ipſo iure feudum amittitur, intelligeretur Domino volente, & petente, notant omnes per illum text. *in l.* 2. *C. de iure emphyt.* Imol. *in c. ex parte, de feudis.* Bal. optimè *in l. fin. C. de reuoc. donat.* vbi Regulam conſtituit, nimirum ſemper quod ex legis diſpoſitione Dominium in aliquem ipſo iure transfertur, intelligitur, eo volente, & petente, ſequitur Abb. *conſ.* 67. *lib.* 2. Vnde cum in caſu propoſito de læſæ Maieſtatis Crimine non tractaretur; ſed de fellonia dominium transferri non poterat, niſi Rege volente, & petente; ſed ſic eſt quod Rex non modo contra Archiepiſcopum non egit, ſed imò ei indulſit, ergo vita, & militia non erat extincta, neque in alium tranſlata; ad iura autem *in c. nuper apud Tranum. in c. bona damnatorum & in c. die mercurij* reſponſum fuit, ea in manifeſto proditore locum habere; at caſus verſabatur neque in manifeſta, neque in occulta proditione; ſed in mera culpa ſeu fellonia; meritò igitur, iſto Domino Regente referente, pro Archiepiſcopo pronunciatum extitit.

---

## OBSERVATIO.

HÆc deciſio multa continet notabilia, & ſi eam quis legere cupit, provt à Domino Regente noſtro ſcripta extitit, adeat tract. *de vita, & militia,* ſcriptum ab Andr. Capa. nam ibi impreſſam inueniet *fol.* 225. Eſt tamen aduertendum ad illud, quod hîc dicitur, vt remedium nullitatis, quando ad appellandum, ſiue reclamandum tempora non largiuntur, proponi poſſit vſque ad annos triginta, hoc procedere de iure communi, quo attento, poteſt quis aduerſus ſententiam per viam actionis intra annos triginta nullitates proponere; nam cum pro huiuſmodi remedio officium competat Iudicis Nobile, facultas tale officium implorandi eatenus durabit, quatenus reliquæ perſonales actiones durant; nimirum triginta annorum; ita gloſ. Spec. Bal. & alij, quos citat Vantius *de nullitat. rubr. quoties & intra quod tempus. numer.* 8. in Regno autem attenta nouiſſima Sanctione longe poſt hanc Deciſionem promulgata, hoc tempus annorum triginta reſtrictum eſt vſque ad decem, quo elapſo, vt reuideatur ſententia, nullum ſupereſt remedium, ita cautum eſt *in pragm.* 4. §. 21. *ſub tit. de dilatio.* Reſpectu verò Decretorum, quæ interloquutoria appellantur, eadem Pragmatica Sanctione §. 18. prouiſum eſt, vt elapſis ſex diebus à die notificationis decurrendis, amplius de nullitate dici non poſſit, ad quod Dom. Reg. Rouit. aduertit *ibi num.* 10. actualem intimationem, & notificationem, requiri nec ſat eſſe ſcientiam aliunde habitam, ſicque ſubdit de anno 1615. per S.C. determinatum, qua quidem Pragmatica ſanctione ſic ſtante, ſemper ego exiſtimaui vt de exequutione Decreti interloquutorij tractari non poſſit, niſi elapſis iam ſex diebus, quamuis antea nulla ſit præſentata Regia Decretatio, quæ mandaret cauſæ Commiſſario, vt iterum cauſam referat; nam dum ſupereſt hoc nullitatis remedium, partes iudicis conquieſcere debent. 1

Quantùm verò attinet ad illud dictum hîc, vt Clericus ratione feudi Domino temporali ſubditus, *ex c. cæterum de iudic. & c. ex transmiſſa & c. verum de foro compet.* Ad confirmationem dicito, ſemper hoc procedere ſine controuerſia; nam quod Clerici feudatarij cum Domino feudi, & Paribus æquè vt cæteri vaſſalli conueniri, & in ius vocari poſſint attentis iuribus prædictis, *& cap.* 1. vbi Bal. & feudiſtæ communiter *de contro. inter. Vaſſall. & Epiſc.* nemo dubitauit; Etenim tenentur Domino directo feudi fidelitatis præſtare iuramentum, Abb. & cæteri *in c. veniens num.* 4. *de accuſat.* omniaque eos obſeruare teneri, ad quæ aliàs vaſſalli adſtricti ſunt, ſcripſerunt Bal. *in l. fin. C. ſine cenſ. vel. reliq.* Afflict. *in cap.* 1. §. *item ſi clericus de Capit. Corradi.* Curt. *in tract. feud. par.* 4. *quæſt.* 2. & ex 2



Digitized by Google

ex quibus cauſis laicos vaſſallos ex eiſdem quoque Clericos feudo priuari cautum eſt, *in cap.* 1. §. *item ſi clericus, de cap. Corradi.*

3 Sed an feudi priuatio ciuilis, vel potius criminalis pœna ſit; dico audacter ciuilem eſſe; quia illa actio, quæ intentatur contra aliquem ad priuationem officij, vel beneficij dicitur Ciuilis; non autem Criminalis: *c. per tuas*, & ibi gl. & DD. *de ſimon. c. quoniam & c. tam litteris de teſtibus* gloſ. *in c. conſtitutum* 16. *quæſtion.* 1. Abb. *in c. illa propoſitorum num.* 4. Bar. *num.* 6. *de accuſat.* & in ſpecie de feudo loquentes, Bal. *in c.* 1. §. *ſi qua controuerſia num.* 2. *de pace conſtantiæ,* Alex. *in l. ſi finita* §. *ſi de vectigal. num.* 25. *de damn. infecto.* Iacobin. *in tract. feudor. in verbo dictique vaſſalli num.* 53. Siluan. *in tract. de feud. cognit. quæſt.* 29. *limit.* 5. idem Abb. *in cap.* 1. *num.* 20. & ibi Præpoſ. *in* §. *item ſi fidelis num.* 3. *quibus mod. feud. amitt. & in cap.* 1. *an ille, qui interf. fratrem domini ſui,* ibique Aluar. & Afflict. *numer.* 40.

4 Quod autem Clericis ſecundogenitis, adhuc in ſacris conſtitutis, cæteriſque Prælatis vita, & militia debeatur, vltra Afflict. hîc citatum, dixerunt pariter ex noſtratibus Pariſ. de Put. *de reintegr. feud. cap.* 40. *num.* 25. Anton. Capyc. *deciſ. vltim.* Petr. de Gregor. *tract. de dote de paragio quæſt.* 22. *numer.* 6. Io. Thom. Minad. *in conſtit. in aliquibus in verbo filius. num.* 7. Io. Ant. de Nigr. *in c. Regni Alienationis actus. numer.* 16. Fab. de Ann. *conſ.* 170. *in princ.* Io. Aloyſ. Mormil. *in conſtit. Comitibus.* Carol. de Craſſ. *de effectibus Clericat. effect.* 4. *num.* 257. Nicol. Intrigliol. *de feudis cent.* 1. *quæſt.* 57. *num.* 22. D. Marta *de iuriſd. par.* 4. *caſ.* 23. Maſtril. *deciſ.* 165. *num.* 3. Paul. Staiban. *conſ.* 2. *num.* 3. Reg. de Pont. *tract. de poteſt. Proreg. tit.* 7. §. 4. *à num.* 28. vbi dicit ſic communiter in Regno practicari Bammacarium reprehendens, qui ſolus contra communem contrariam auſus fuit firmare ſententiam *in comment. ad tit. ſi de feud. defun. milit. quæſt.* 10. *num.* 162. Theodor. *allegat.* 20. *numer.* 23. *& alleg.* 25. & alij per me relati, *lib.* 2. *reſol. iur. cap.* 45. *num.* 7. *&* 8. vbi in fine ſic per S. C. facta relatione in Collat. Conſilio, me patrocinante deciſum retuli.

## *ARGVMENTVM.*

Creditor an & quando ex ſola ſcientia, quod Debitor rem ſibi obligatam alienat, cenſeatur hypothecam remittere. Creditor ſi conſenſerit alienationi rei ſibi obligatæ, ob quod cenſetur pignori renunciaſſe, nùm re illa denuo à Debitore ex noua cauſa reacquiſita in primam reincidat obligationem. Mulier an & quãdo poſſit renunciare hypothecæ, quam habet ſuper bonis viri. Vendere rem ſuam cum quis ob bonum publicum cogatur, appretio mediante, eo facto, an ſit locus deductioni ſextæ, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCII.

CVm Ioannes Paulus Marzanus per quinquennium à Regia Curia arrendaſſet Dohanam Fortorij, cum nundinis Luceriæ, contigit demùm, hoc quinquennij tempore pendente, arrendari Dohanam huius ciuitatis, cum ſuis aliis Dohanis connexis, & cum has etiam arrendare voluiſſet, ſuam præſentauit oblationem in qua dicebatur, quod per annos quatuor arrendare intendebat, nedum Dohanam huius ciuitatis, cum aliis connexis; verùm etiam illam, quam tenebat Furtorij; ſed quod reſpectu iſtius, tempus currere inciperet, completo tempore ſui Arrendamenti; demùm in caſu oblationis dicebatur, quod non poſſet dictum Arrendamentum incantari, *& incantandoſi, che hui habbi guadagnati mille Ducati*, dubitabatur, ſi per hæc verba *che incantandoſi &c.* ipſe Io. Paulus renunciare voluiſſet ſuo arrendamento Dohanæ Fortorij, & Nundinarum Luceriæ. Ratio dubitandi fuit, quia dum Dohanæ prædictæ licitarentur, comparuit Carolus Monilis, & meliorem obtulit oblationem, ideoque prætendebat, etiam includi Dohanam Furtorij, & Nundinas Luceriæ, non obſtante quod Arrendatæ tenerentur à dicto Ioanne Paulo, qui ſuum arrendamentum continuare contendebat. 1

In diſcuſſione huius cauſæ multa fuerunt 2 hinc inde ponderata; D. Præſidens Villanus cauſæ Commiſſarius audacter dicebat, per illa verba vt ſupra fuiſſe renunciatum Arrendamento Fortorij, & huiuſmodi ſententiæ pariter erat Dominus Locumtenens, ea quidem ratione, quia Ioannes Paulus de omnibus prædictis Dohanis fecit vnum Arrendamentum, eas inſimul vniens poſteaque permittens quod potuiſſet incantari; ſicque videbatur quod tacitè iuri ſuo renunciauerat, per text. *in l. ſicut* §. *ſi voluntate ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.* vbi ſi pignus à Debitore venditur de voluntate Creditoris, ius hypothecæ tollitur; imò fauore fiſci ex ſola ſcientia Creditoris pignus tollitur, provt eſt text. & ibi Bal. Alber. & Salicet *in l. ſi hypothecas C. de remiſſ. pignor.* Quod ſecus eſt in priuato, cuius ſcientia venditionis rei ſibi obligatæ, non facit, vt pignus tollatur, *d. l. ſi voluntate* §. *non videtur.* At Dominus iſte Regens videbatur eſſe voti, quod quando diceretur fuiſſe Arendamento prædicto renunciatum; ſicque Ioan. Paulum in re ſibi præiudicaſſe, non tamen quoad intereſſe, quod petebatur, ex renunciatione ſui Arrendamenti Dohanæ Furtorij, ad notata *in l. ſi fundum per fideicommiſſum ff. de legat.* 1. hinc licèt aliquando fauore Reipublicæ priuatorum bona capi poſſint; tamen pretium Domino ſolui debet: *l. item ſi verberatum*

*tum*

Digitized by Google

*tum §. Republica ff. de rei vindic. l. Lucius ff. de euictio.* Bar. *in l. fin. ff. de pignorat. action.* Dominus autem Regens Martialis optimi ingenij vir,& ſummæ doctrinę exiſtimabat, Ioann. Paulũ, neque in re, neque in pretio præiudicium aliquod ſibi attuliſſe; ſed facta relatione in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege prodiit deciſio, quod remaneat oblatio facta per Ioannem Paulum, nulla habita ratione de incantu facto per Carolum Monile.

## OBSERVATIO.

1 AD illam Concluſionem, quæ hic habetur, nimirum vt remiſſa cenſeatur hypotecha, quàm creditor acquiſiuit ſuper re debitoris ſui, quoties debitor ille, creditore conſentiente, rem hypotechatam diſtraxerit, ex tex. indiuiduali *in l. ſicut §. ſi voluntate ff. quibus mod. pig. vel hipot. ſolu.* cum quo concordant iura *in l. 2. & in l. 4. C. de remiſſ. pignor.* Adde Tu, dictum hoc adeo verum eſſe; vt ſi poſt rem illam alienatam, ſicque à nexu pignoris liberatam debitor ex aliqua cauſa eandem rem reacquiſierit, nullo pacto affirmandum, vt veniat in generali obligatione, etiam futurorum quam creditor à Principio ſuper bonis ſui debitoris præſentibus, & futuris acquiſiuit, hic eſt tex. ſingularis *in l. fin. C. cit. tit. de remiſſio. pignor.* quæ his verbis à Salyc. ſummatur. *Res hypothecata à debitore alienata, creditore conſentiente, & poſtmodum reacquiſita non reincidit in generalem obligationem, etiam futurorum, hoc dicit; & multi hunc caſum ſingularem ignorantes, contrarium reſponderent, vnde obliuioni non eſt tradendum.* Eſt tamen aduertendum quod hæc diſpoſitio procedit, quando reacquiſitio illius rei contingit ex aliquo nouo titulo, quia ſi forte alienatio facta nulla fuiſſet, vel quia ex Partium conſenſu ſequeretur diſtractus, habetur ac ſi vnquam præſtitus fuiſſet; hæc ſunt iura indiuidualia *in l. 4. §. 1. verſ. quaritur ſi forte & in l. voluntate* 10. *ff. quib. mod. pignor. vel hipot. ſol.* & in his locis Bar. & DD. communiter Neguſ. *de pignor. in 3. memb. 6. par. n.* 27. D. Præſ. de Franch. *deciſ. 64. num. 7. & 8.*

2 Eſt pariter hic aduertendum, quæ iura, & Doctores dixerunt de remiſſione hypothecæ vbi debitor, creditore conſentiente, rem obligatam alienauerit, non procedere in muliere, quoties ex conſenſu, ſiue expreſſa renunciatione per ipſam facta de hypotheca, quam habet ſuper bonis pro dotis reſtitutione ſibi obligatis, indotata remaneret; etenim notiſſimi iuris eſt remiſſionem hanc hypothecæ in muliere tunc iure factam dici poſſe, vbi mulier ſuper aliis bonis viri, ſiue acquiſitis, ſiue acquirendis cauta remaneret; at ſecus ſi indotata, conſiderato tam tempore contractus, quàm reſtitutionis dotis; eo enim caſu quilibet actus à muliere geſtus hypothecæ remiſſionem importans nullus diceretur; hic eſt tex. vulgatus *in authen. ſiue à me C. ad ſen. Conſ. Velle.* gloſ. *in l. etiam in addit. ad finem C. eodem.* Bar. *in l. Menia §. fundus ff. ſol. matrim. & in l. iubemus C. ad Velle.* Bal. Salyc. & communiter omnes *in authen. ſiqua mulier. C. ad Velle.* Gallarat. *in ſuo tract. de renunciat. lib. 5. cap. 9. num.* 10. & Afflict. ſatis bene *deciſ. 313.* vbi reprobat Paul. de Caſtr. *in dicto §. fundus, ante num. 4.* dum imprudenter dixerat, ſat eſſe, quod tempore renunciationis hypothecæ ſupererant alia viri bona, ſuper quibus potuiſſet mulier ſibi ſatisfacere, licèt poſtea tempore reſtitutionis non exiſtant.

3 Ad confirmationem verò alterius concluſionis hic firmatæ, nimirum vt quando ob bonum publicum priuatorum bona capiuntur, & venduntur, ſit pretium Domino ſoluendum, iuribus hic citatis, dic Tu vt in pecunia numerata ſit illud ſoluendum, nec aliter venditor ad finem de pretio habendam cogi poteſt, quamuis ad vendendum iure cogatur, gloſ. ſingularis *in l. 1. in verbo neceſſitatem C. de com. ſer. manumiſſ.* Aluar. Valaſc. omnino videndus *deciſ. 21. per totam*, vbi pariter dicit, iuſtum pretium in hoc caſu eſſe ſoluendum, quod apud nos dicetur, quando Experti, quos Tabularios in hac Ciuitate appellamus, procedunt ad æſtimationem illius rei, quæ diſtrahi mandatur, ſine vlla deductione ſextæ, quæ deduci ſolet in omnibus alienationibus bonorum, quæ ad inſtantiam creditorum ſub haſta fiunt; & ita iudicauimus in Regia Camera ſub die Sabbati 13. Menſis Nouembris 1655. in qua officij Præſidentis poſſeſſionem adeptus fui; nam cùm ex appretio facto per tabularios cuiuſdam Domus in foro magno huius Ciuitatis, ad quam vendendam ob bonum publicum priuatus cogebatur, prætenderet fiſcus ſextam deducere, omnes nos Præſidentes de Regia Camera cenſuimus, in hoc caſu non eſſe locum ſextæ deductioni.

## ARGVMENTVM.

Releuium, quod ſucceſſor in feudo ob mortem feudatarij fiſco ſoluere tenetur, an ſit pariter ſoluendum, quando quis ſuccedit ex contractu inter viuos, puta ex Donatione Regio aſſenſu vallata. Releuium an ſit ſoluendum ob ingreſſum feudatarij in aliquam religionem, & profeſſionem inde ſequutam; ſiue vbi quis in feudo ſuccedit ob Agnati feudatarij foriudicationem. Eccleſia, quæ feudum tenet à Rege, Prælato mortuo, an ad Releuium teneatur. Pater an ſuccedat filio in feudo eidem cum Regio aſſenſu donato, & de ſucceſſione quindennij, quando res emphyteutica, vel feudalis à poſſe laici ad manus mortuas peruenit.

## DECISIO CCCCIII.

PRæsupposito, quod per mortem Illuſtris Principis Francauillæ bona feudalia ad Illuſt. Marchionẽ Vaſti peruenerant, inſtabat Regius fiſcus Marchionem fore cogendum ad ſibi Releuium ſoluendum; ſed excipiente Marchione ad feuda prædicta non ex vltimæ voluntatis titulo; ſed ex contractu, nimirum Donationis Regio aſſenſu vallato fuiſſe ad- 1

miſſum

miſſum, dubitatum fuit quid iuris.

2 Per Regiam Cameram diffinitiue pronunciatum extitit, Marchionem nullo pacto ad releuium ſoluendum cogi poſſe; Ratio Deciſionis, quia verè compertum fuit, non aliter ex vltima voluntate; ſed ex contractu Donationis Regio aſſenſu roboratæ Marchionem feuda prædicta obtinuiſſe, in nihilo obſtante, quod à fiſco replicabatur, hoc verum eſſe, quando feudum alicui obuenit ex contractu de re particulari, ſecus vbi Pater bona omnia ſua feudalia filio donaret, ſeu refutaret, quia tunc cum fraus præſumatur, ne fiſcus poſt patris refutantis mortem releuium eſſet habiturus, illud omnino debetur; etenim reſponſum fuit, fiſci prætenſionem bene, ac de plano procedere, quando feudatarius in proxime ſucceſſurum, nullo hominis impetrato aſſenſu; ſed ex ſolo aſſenſu legis feudalis feuda omnia refutaret; ad text. *in cap.* 1. vbi latiſſime Andr. *de alienat. feud. pater.* eo enim caſu teneretur omnino refutatarius ad releuiũ præſtandum, & vera eſt opinio, refutationem in fraudem, domini, vt releuio fraudaretur præſumi, at quando fit donatio cum aſſenſu Regis illi, qui non erat aliàs in feudo ſucceſſurus, & nullatenus poterat in feudo ſuccedere, provt in caſu, de quo agebatur, niſi mediante illa donatione Regio aſſenſu vallata, tunc Releuium nullo pacto debetur, nõ enim Marchio Principis donantis legitimus ab inteſtato dicebatur ſucceſſor; imò plus, & fortius annuebat excellens Dominus Bartholomeus Camerarius locumtenens, & Dom. Franc. Ant. Villan. Præſidens, & Cauſæ Commiſſarius viri doctiſſimi, quod etiam ſi Marchio in feudis prædictis fuiſſet proxime ſucceſſurus, verum Dom. Princeps non ſimpliciter ei feuda refutaſſet; ſed illa, mediante Regio aſſenſu, donaſſet, & Rex in aſſenſu, quẽ præſtitit releuium ſibi non reſeruaſſet; nec etiam illud deberetur; Ratio eſt in promptu, quia iſte Donatarius non niſi ex Donationis contractu, non autem ex ſimplici refutatione veniret; etenim dicebatur diſcrimen maximum conſiderari, quando pater feudum filio refutat, & quando in eundem Donationis titulo illud transfert, quando enim refutat, tunc temporis præuentio conſideratur, ita vt nulla requiratur inſinuatio, vt dicit Bal. *conſ.* 168. *lib.* 1. & ſi filius feudatarius, viuo patre moreretur, in feudo illo refutato idem pater ſuccederet, vt per Andr. *in dicto cap.* 1. *de alien. feud. pater.* At quando feudum cum Regio aſſenſu filio donatur, quia tunc in perſona filij eſſet nouum feudum, pater filio non ſuccederet, vt tenet Roma. *in c. imperialem*, quem tamen dicit Dominus Regens ipſum non inueniſſe, ſed, quod à Domino locumtenente allegatus extiterat, & ſi diceretur in caſu propoſito, quod adhuc præſumebatur fraus, reſponſio eſſet, hoc verum non eſſe, quia ſcienti nunquam fit fraus, neque dolus, *l. venditor*, vbi Bal. *C. de reſcind. vendit. l. cum donatione.* vbi Bar. *C. de tranſact. l. in ſumma* §. 1. vbi gl. *ff. de condit. indeb.* Rex enim, qui aſſenſum donationi præſtitit, benè ſciebat, illud, quod Princeps Marchioni dabat, ergo remittere cenſebatur releuium; nam eius ſcientia omnem fraudem, & dolum excluſit. Vndè.

---

## OBSERVATIO.

Plura ad hanc deciſionem pertinentia ſcripſimus ſupra *in obſeruationibus ad deciſ.* 271. quæ conuenit cum iſta & 294. quas omnino vide. Vt cernis hic determinatum habemus, non eſſe locum præſtationi Releuij ad beneficium Regiæ Curiæ, quando quis in feudo ſuccedit, non vt proximior agnatus; ſed vigore donationis inter viuos eidem à feudatario factæ, Regio mediante aſſenſu, rationibus, vt hic, & aliis in allegatis Obſeruationibus relatis, quibus nunc aliam placet ſubnectere nimirum, quod cum nulla lege, nec communi nec municipali cautum ſit in hoc Regno, vt feudatarij, qui in feudo ſuccedunt ad Releuium ſoluẽdum cogi poſſint; ſed moribus, ſic loquuntur noſtrates, ſiue conſuetudine fuiſſe releuij ſolutionem introductam, vt per Andr. *in cap.* 1. §. *ſed & res n.* 7. *&* 8. *per quos fiat inueſtit. & in conſt. poſt mortem*, & per alios vbique, Dico Ego apud nos in illo tantum caſu, conſuetudine ſiue moribus fuiſſe introductum, vt ſoluatur Releuium, nimirum quando feudatarius moritur, vt ad hoc onus præſtandum filius, vel agnatus, qui ex lege inueſtituræ in feudo ſuccedit, teneatur; non autem quando quis non exiſtens in feudo legitimus ſucceſſor, illud acquirit, mediante contractu Donationis, Regio aſſenſu vallatæ. 1

2 Hinc cum dubitaretur an ſucceſſor in feudo ob ingreſſum feudatarij in Religionem, & profeſſionem ſolemnem inde ſequutam, teneatur ſoluere Releuium, negatiuè fuit reſponſum, quia conſuetudo, quæ Releuij ſolutionem introduxit, loquitur de morte feudatarij, & licèt ob Religionis ingreſſum, profeſſione ſequuta, hic qui profeſſus eſt, pro mortuo habeatur, *authen. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ.* ob quod feudum perdit, quia Domino ſeruire non poteſt, tamen verè non poteſt dici mortuus; & cum mos ſoluendi Releuium intelligatur in eo, qui propter veram mortem ad feudum admittitur, non autem in eo, qui propter fictam; ergo; ita Marin. Frec. *de ſubfeud. lib.* 2. *in* 3. *author. à num.* 22. *vſque & per totum num.* 26. vbi addit, hac eadem ratione attenta, idem eſſe dicendum de eo, qui propter foriudicationem agnati feudatarij in feudo ſuccedit; quibus ſanè repetitis concluſionibus, inſignis Camill. de Medic. *conſ.* 55. conſuluit, & prudenter, nullo pacto poſſe Reg. Fiſcum Releuium prætendere per mortem defuncti feudatarij, quando filius, vel Agnatus videns æs alienum feudi valorem excedere, hæreditatem repudiat, quia cum conſuetudo introduxerit, vt ab hærede tantùm; & ſucceſſore in feudo ſoluatur Releuium, & pro renouatione inueſtituræ, vt per gl. *in conſt. poſt mortem*, *in verbo recepto*, & per Andr. *in cap.* 1. §. *ſi mulier num.* 14. *de Capitulis Corradi*, quia hic filius non vult eſſe hæres, nec ad feudum habet introitum, conſequens eſt vt ab hoc onere releuij ſit ille exemptus.

3 Vlterius cum pariter fuiſſet dubitatum, an Eccleſia, quæ feudum tenet à Rege, Prælato defuncto, ad Releuij ſolutionem teneatur, communiter Noſtrates negatiuè

Digitized by Google

negatiuè reſponderunt, & primus omnium Andr. *in d.cap.1.§.ſi mulier. num.15. & ſeq. de capit. Corrad.* vbi Afflict. & cæteri ſine contradictore, niſi in conceſſione (ſic ratiocinantur Andr. & Afflict.) fuerit expreſsè à concedente feudum Eccleſiæ, reſeruatum Releuium; idemque ſatis bene Marin. Frec. *loc. cit. num.39.* vbi diſertis verbis docet, Eccleſiam in Regno, per mortem Prælati non ſoluere Releuium, quia de Prælato non introduxit conſuetudo, neque fuit cum eo vſitatum; item quia Prælatus in feudo iure hæreditario non ſuccedit; ſed tanquam Adminiſtrator *cap.1. qui ſucceſſ. tene.* niſi aliud actum ſit tempore dationis feudi; vel Curia eſſet in poſſeſſione illud exigendi; qua quidem ratione attenta, ſubdit Marin. idem dicendum de Vniuerſitate, feudum à Rege tenēte, quæ cùm nunquam moriatur, prout Eccleſia, quamuis mutentur Adminiſtratores, ad Releuium non tenetur, prout nec etiam hæres in iuriſdictione criminali in feudum conceſſa ſuccedente, vt de prouentibus huius iuriſdictionis Releuium ſoluere non teneatur, eadem nimirum ſupra ſæpius repetita ratione, quia nunquam fuit conſuetum ab iſtis hæredibus præſtari Releuium, quod fuit introductum ex vſu, & conſuetudine; quæ quidem conſuetudo, inquit Frec. optima eſt interpres eorum, quæ in facto occurrunt; idemque ſatis notanter Marcus Ant. Gemenſ. *in practic. Eccleſ. tri.1. quæſt.21.* vbi relata communi concluſione; nimirum vt Eccleſia in Regno non ſoluat Releuium, ex Andr. & Afflict. illam limitat; & primò quando fiſcus releuij exactionem contra Eccleſiam quadraginta annorum ſpatio præſcripſiſſet, ad text. *in c. de quarta. de præſcriptio.* ſatque eſſe ait, ſi ſemel Prælatus ſoluiſſet, & 40. annis vixiſſet ſecundò vbi expreſsè Rex inueſtiens in conceſſione, ſiue inueſtitura dixiſſet, vt Eccleſia Releuium ſoluere deberet, & tertiò, quoties fiſcus per ſua regeſta probaret, quod Eccleſia Releuium ſoluit, quia tunc creditur regeſtis, ad text. *in l. cenſu ff. de probatio.*

3 Et ſi dices noſtris temporibus praxim ſeruare, vt quando feudum, ſiue emphyteuſis perueniunt ad manus mortuas, ſic loquitur vulgus, ſingulis quindecim annis Releuium, ſiue laudemium directo Domino ſoluatur, memini me aliàs reſpondiſſe pro Monaſterio Montis Olіueti huius Ciuitatis vtili Domino Caſa'is Aprani pertinentiarum Ciuitatis Auerſæ, à Regio fiſco ad hoc onus præſtandum conuento, hoc verum eſſe; ſed id contingere, quando laicus feudum, vel emphyteuſim poſſidens, illud, vel illam in Eccleſiam transferre vult, quo caſu, quia directi Domini Conſenſus in tali conceſſione, ſiue alienatione neceſſarius eſt, ſi tractatur de venditione feudi, fiſcales curant, vt volens Dominus Rex noſter aſſentire, addat, vt Eccleſia illa, in quam feudum transfertur, ſingulis quindecim annis Releuium Regiæ Curiæ ſoluat, quod vulgo quindennium appellamus, ſic loquuntur recentiores de his tractantes; At vbi de hoc onere verbum aliquod in aſſenſu, ſiue conceſſione non profertur, Rex ſic aſſentiens, ſaltem videtur Releuium remittere; ſciebat enim feudum ad Eccleſiam deuenire, quæ nunquam moritur; ſicque obſtabat fiſco regula, in contractibus omiſſum haberi pro omiſſo, in damnum ſtipulantis, cùm in poſſe ipſius erat verba latius concipere, & ſibi prouidere, ad tex. *in l. quicquid adſtringendæ ff. de verb. obligat. in l. ſi extraneus ff. de condit. ob cauſ. & in l. ſi cum dotem, in principio*, vbi Alexānd. *numer.14. ff. ſol. matr.* Bar. *in l. ſi conſtante num.53. ff. hoc tit.* & alij penès Surd. *dec.202. num.9. & 10.*

4 Ad confirmationem verò illius Concluſionis hìc tentæ, vt in feudo à patre filio refutato, decedente poſtea filio refutatario abſque liberis, idem Pater, qui refutauit, ſuccedat, videndi ſunt Io. Vinc. de Ann. *in rubr. de vaſſal. decrep. ætat. à num.367. vſque ad n.405.* vbi ita bis per S.C. iudicatum refert, Georg. *alleg.17. num.48.* & Rouit. *in Pragm.1. à num.57. vſque ad 71. in titulo de titulorum abuſu*, vbi pro patre contra ſororem obtentum refert; & in illo caſu ſucceſſit frater non ſolum in feudo refutato; ſed etiam in titulo, & Marchionatus dignitate, quam defunctus filius acquiſiuerat, idemque Dom. Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. tit.8. in princ. num.14.* vbi pariter voluit, feudatarium ſuccedentem ei cui refutauit vti hæredem ad releuium teneri; & *poſt num.20.* citat Andr. *in d.cap.1. de natur. ſucceſſ. feud. in additio. verſ. quid ergo*, quem dicit formare quæſtionem in feudo filio refutato decedenti ſuperſtitibus Patre, & fratre, vt pater præferatur, quia proximior agnatus. Ego ipſe *reſol. iuris lib.1. cap.126. num.5. & 6.*

Quatenus autem Dom. Reg. noſter addat, ſecus 5 dicendum, quando Pater feudum cum Regio aſſenſu filio donaret, vt tunc pater filio non ſuccedat, cogita an bene dixerit; & pro nunc vide Dom. de Franch. *deciſ.3.* vbi agit de donatione feudi facta à Patre contemplatione matrimonij filio, qui erat immediatus ſucceſſor, quo mortuo abſque liberis, idem pater in feudo donato ſucceſſit, licèt ad æs alienum interim per filium contractum perſoluendum condemnatus extitiſſet.

## ARGVMENTVM.

Releuium an ſit fiſco ſoluendum ex donatione bonorum feudalium facta à Patre filio primogenito contemplatione matrimonij ex nunc pro tunc ſequuta morte, defuncto demùm donante ac ſi donatarius per mortem donantis in feudo ſucceſſiſſet. Donatio facta à Patre filio in Capitulis matrimonialibus, ex nunc pro tunc ſequuta morte, & è contra cum clauſula conſtituti, an dicatur Donatio inter viuos, vel potius cauſa mortis.

## DECISIO CCCCIV.

FERE ſimilis caſus, de quo in 1 Deciſione præcedenti contigit in perſonam Illuſtris Principiſſæ Melfitti contra quam inſtabat Regius fiſcus, vt cogeretur ad ſoluendum Releuium ob mortem ſequutam Illuſtris Dominæ Antoniæ de Baucio Comitiſſæ Alexani eius matris; ſed excipiente Principiſſa, bona feudalia Comitiſſæ matris ad ipſam ex titulo donationis contemplatione matrimonij perueniſſe, fuit ſimiliter dubitatum, an Releuium eſſet ſoluendum.

Pro cuius quæſtionis reſolutione dicebatur à primò



Digitized by Google

primò, dubium non eſſe, contrarium initum inter Comitiſſam matrem, & Principiſſam filiam non fuiſſe ſimplicis refutationis, quæ pura, & ſimplex eſſe debet, vt late per Loffred. *in ſuo conſ.*3. ſed facta apparebat Donatio contemplatione matrimonij ad fauorem Principiſſæ, eiuſque filiorum ex eodem matrimonio naſcendorum, quamuis ſequuta morte donantis, & cum reſeruatione ducatorum biſmillium, quam quidem Donationem fuit habitum pro abſoluto fuiſſe irreuocabiliter inter viuos, licèt illius effectus poſt Donantis mortem fuiſſet collatus, ad text. ***in l. vbi ita donatur.*** vbi Bar. ***ff. de donatio. cauſa mortis*** idem Bar. ***in l. Seia eod. tit.*** Alex. ***in l. qua dotis ff. ſolut. matrim.*** Iaſ. ***in l. non omnis ff. ſi cert. pet.*** Aret. *conſ.*41. Dec. *conſ.*305. & alij. Hoc præſuppoſito, dicebat Principiſſa feuda materna non ex vniuerſali ſucceſſione; ſed mediante contractu Donationis ad ipſam perueniſſe, quo caſu ex dictis *in praced. Deciſione.* releuium non debetur; in nihilo obſtante Andr. ſententia quod in refutatione omnium bonorum debetur Regio Fiſco releuium, ratione præſumptæ fraudis, ne aliàs patri liceret, refutando omnia bona feudalia filio, fiſcum Releuio fraudare; etenim ceſſabat in caſu propoſito omnis fraus, cum caſus non aliter verſabatur in contractu refutationis; ſed in donatione facta ob cauſam legitimam, nimirum ob matrimonium contractum cum Illuſtriſſimo Domino Don Ferdinando de Gonzaga, & in augmentum dotis; quo caſu licèt aliàs fraus præſumatur; tamen in Donatione de qua agebatur, ceſſabat prorſus, vt in terminis dicit Ang. ***in l. ſi quis poſt hac C. de bonis proſcript.***

3 Præterea nec obſtare dictum fuit, quod ſub illis verbis, quæ in aſſenſu ſuper dicta Donatione præſtito legebantur, videlicet *Iuribus noſtris ſemper ſaluis*, cenſebatur releuium reſeruatum, quia hoc verum non eſt, cum illa tantùm cenſebantur reſeruata iura, quæ Regiæ Curiæ competebant; ſed ex contractu Donationis nullum habet ius Regius fiſcus ad releuium conſequendum, ergo; Vndè facta de his omnibus relatione in Regia Camera, omnes Præſidentes excepto Domino Ioanne Baptiſta Ogeda, fuerunt voti, releuium non deberi; ſed quia demùm compertum fuit, quod aſſenſus per ſuam Catholicam Maieſtatem ſuper dicto contractu Donationis præſtitus infra annum in Regno præſentatus non extiterat, ob quod ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ nullus reddebatur; propterea tres ex Dominis Præſidentibus fuerunt voti, quod ſtante nullitate aſſenſus, ſoluatur releuium, ex quo Donatio ipſo iure erat nulla, & ſucceſſiue Principiſſa, non niſi mediante vniuerſali ſucceſſione veniebat, quo caſu releuium erat omnino ſoluendum; at Dom. Præſidens Paulus de Magnanis, ac Dominus iſte Regens fuerunt in voto contrario, ea quidem ratione, quia Pragmatica non erat in iudicio producta, nec aliàs allegata, nec obſeruata; nam ſi fuiſſet in obſeruantia, dubium non erat, quin eſſet benè dictum per DD. Præſidentes; tamen quia illi erant in maiori numero, ideo fuit decretum, & prouiſum quod ſoluatur releuium.

Contigit demùm caſus ſimilis in perſonam D. Pauli de Tuſo, cui mater ſua omnia bona feudalia cum Regio aſſenſu donauerat, & referente Domino Franciſco Antonio Villano, fuit deciſum, non deberi releuium; idemque in illa cauſa pronunciatum ad fauorem Magnifici Annibalis de Ianuario, cui Magnificus Alexander de Ianuario eius Patruus Ciuitatē Nicoteræ cùm Regio aſſenſu donauerat; & fuit dictum, releuium non deberi, Tum primò quia ex contractu fuerat feudum acquiſitum Domino Annibali; non autem ex vltima voluntate, Tum ſecundò, quia non erat Donatio omnium bonorum feudalium, licèt maioris partis, Tum & tandem, quia Donatio ex legitima cauſa facta extiterat, quia principalis efficiebatur Epiſcopus; & feudum iam emptum defendere non poterat. 4

## OBSERVATIO.

De his, quæ ad hanc Deciſionem pertinent ſatis dicta ſunt *in deciſione pracedenti, & in aliis* 271. & 294. quare ad ibi ſcripta, & obſeruata me remitto; eſt tamen omninò hæc deciſio commendanda, dum probat, releuium non eſſe ſoluendum, quando quis in feudo ſuccedit ex donatione contemplatione matrimonij Regio aſſenſu vallata, quamuis poſt mortem feudatarij donantis: ceſſat enim in hoc caſu omnis fraudis ſuſpicio, quæ conſideratur in refutatione omnium feudorum ſine cauſa in legitimum ſucceſſorem immediatum facta; ſicque aliàs pariter deciſum teſtatur D. Reg. de Pont. *tract. de poteſt. Proreg. tit.*8. *in principio num.*7. Thor. *in prim. part. compend. in verbo refutatio.* 1

Quod autem donatio facta ex nunc pro tunc, ſequuta morte donantis, dicatur inter viuos, & irreuocabilis ex tex. hic allegato *in l. vbi ita donatur ff. de donatio. cauſa mort.* vltra DD. hìc citatos, pro indubitato ſcripſerunt Crauett. *conſ.*617.*n.*1. Natt. *conſ.*123. Rolan. à Valle *conſ.*61. *num.*13. *vol.*2. Bero. *conſ.*60. *num.*15. *lib.*1. Hippol. Riminal. *in tit. inſt. de donatio. in princ.* Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.*1. *tit.*13. *num.*12. & 21. Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.* 35. *num.*4. Iacob. Thominc. *deciſ.*10. *num.*12. Hartem. Piſtor. *quaſt. iur. lib.*3. *quaſt.*8. *num.*2. & 3. quos omnes congerit Io. Baptiſta Baiard. *in additio. ad Iul. Clar. in §. donatio. quaſt.*4. *num.*5. & his addo D. Præſid. de Franchis *deciſ.*213. vbi fuit tentum, donationem factam à Patre filio in capitulis matrimonialibus ex nunc pro tunc ſequuta morte, & è contra, & in præambula hora mortis, cum clauſula conſtituti, dominij translationem in donatarium à principio operari; ſicque inter viuos iudicari; eo habito pro indubitato quod non dicatur Donatio cauſa mortis, quando apponitur hoc verbum pro demonſtratione temporis, 2

quo

Digitized by Google

quo donatio eſt effectum habitura, ad tradità per Gugliel. de Benedic. *in repet. c. Rainutius in verb. teſtamentum il 4. de teſtam.* & per Gram. *deciſ.* 103.

3 Pragmatica autem hìc relata, quà diſpoſitum eſt, vt omnia priuilegia, quæ in Curia à Domino Rege noſtro obtinentur, ſint ſub pœna nullitatis infra annum Excellentiſſimo Domino Proregi præſentanda, eſt vnica ſub tit. *de priuileg. infra annum exhiben.* quæ eſt in viridi obſeruantia, vbi Dom. Reg. Rouit. *numer.* 4. prudenter aduertit, huiuſmodi priuilegia ius aliquod non tribuere, niſi à die exequutionis, ſeu interinationis, & interinatà, ſeu exequutoriata non præiudicare tertio, cui interim fuiſſet ius quæſitum; Aduertit pariter illa verba, quod elapſo anno, nullius efficaciæ, valoris, & momenti exiſtat, latam importare ſententiam, ipſoque iure nullitatem inducere, ex dictis per Gratia. *diſcep. forenſ. lib.* 4. *cap.* 691. *numer.* 2. *&* 3.

## *ARGVMENTVM.*

Filius naturalis ad feudorum ſucceſſionem à Principe legitimatus, an capax ſit ſucceſſionis feudi à patre acquiſiti pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus; Et quid in filio legitimato per ſubſequens matrimonium. Legitimatus an & quando pro legitimato habeatur. Subſtitutus in caſu, quo, quis deceſſerit ſine liberis de legitimo matrimonio natis an excludat legitimatum per ſubſequens matrimonium; & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCCV.

1 VITA functo Magnifico Aluaro de Grado Capitaneo equitum leuis armaturæ, ac duorum caſtrorum in prouincia Aprutina, & vnius feudi inhabitati in pertinentiis Terræ Auellę ex Regia largitione vtili Domino, duabus ſibi ſuperſtitibus filiabus naturalibus; ſed à ſua Catholica Maieſtate etiam ad bonorum feudalium ſucceſſionem legitimatis, dubitabatur in Regia Camera an Regius Fiſcus dictorum feudorum poſſeſſionem vigore *cap. ex præſumptuosè*, capere poterat, legitimatione ampliſſima non obſtante, attento, quod feuda prædicta dicto Aluaro conceſſa apparebant pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, quo caſu licèt filius legitimatus ſit vere legitimus, vt per Bar. & Iaſ. *in l. ſi is, qui pro emptore ff. de vſucapio.* & per Aret. *in l. gallus* §. *ſi eius ff. de liber. & poſthum.* tamen nullo pacto dici poteſt, quod ſit legitime natus, nec quod attenta eius natiuitate, ex ſuo corpore legitimè deſcendat, vt per Bal. & Aret. *in d.* §. *ſi eius*, & per Ang. *in ſua diſput. Nobilis quidem genere*, & per Afflict. *deciſ.* 195 *ante num* 5. *verſ. nec obſtat*; hæc enim fuit dubitandi ratio.

Verùm hac dubitandi ratione non obſtante, Regia Camera cenſuit, nullo pacto in caſu 2 propoſito fieri locum diſpoſitioni *cap. ex præſumptuosè*; ſicque filiam primogenitam dicti feudatarij, claro, apertoque iure in feudis prædictis ſucceſſiſſe; Ratio deciſionis fuit Primò, quia nullatenus de agnatorum præiudicio hìc tractabatur, ex quo feuda omnia in perſona dicti Aluari erant noua, in ſtrictaque forma conceſſa, nimirùm pro hæredibus ex ſuo corpore, ſicque ſolum filij ſuccedere poterant, ergo; Secundò quia in priuilegio expreſsè derogatum extiterat diſpoſitioni *c.* 1. §. *naturales in tit. ſi de feud. defun. fue. contro.* Tertiò quia hæc eſt forma communis inueſtituræ in Regno; vndè Afflict. *in d.* §. *naturales.* tenet, quod quandò filius eſt ad feuda legitimatus; legitimatio eidem facta cenſetur pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore legitime deſcendentibus; legitimando enim Rex naturalem ad feudum cenſetur omnimodò illum legitimare, habito reſpectu ad communem formam inueſtituræ, quæ viget in Regno; expreſſa namque dicuntur, quæ conſueta ſunt: *l. quid ſi nolit* §. *aſſueta ff. de edendo*, & facit text. *in l. certi* §. *ſi nummos ff. ſi cert. pet.* & quod ibi DD. notant, *& in c. ex pacto de conſuet*, hinc Andr. Afflict. & communiter feudiſtæ *in d.* §. *naturales*, & Canoniſtæ *in c. per venerabilem, qui filij ſint legit.* dixerunt filium per ſubſequens matrimonium legitimatum in feudo patri conceſſo pro hæredibus ex corpore benè ſuccedere, & tamen inſpecto iuris rigore, filius ille tempore ſuæ natiuitatis legitimè natus non dicebatur, neque ex corpore legitimè deſcendens; ſed quia legitimatio per ſubſequens matrimonium ad tempus conceptionis retrotrahitur, merito feudorum ſucceſſionis capax efficitur; idem in caſu propoſito in legitimatione à Principe facta dicebatur, quia cum de alterius præiudicio non tractabatur, legitimatio ad natiuitatis, & Conceptionis tempus retrotrahebatur, adeo quod lex fingit filium legitimè natum, & conceptum, notant gl. Bar. Bal. Ang. Aret. Alex. Soc. Iaſ. & Ruin. *in l. gallus* §. *& quid ſi tantum*; Vndè &c.

## OBSERVATIO.

SVppoſito quod feuda, de quorum ſucceſſione agebatur à defuncto feudatario ex Regia largitione 1 acquiſita erant; ſicque de Agnatorum præiudicio tractari non poterat, attenta forma inueſtituræ, quæ producebatur; iure quidem per Regiam Cameram deciſum extitit, non eſſe locum in hoc caſu diſpoſitioni *c. ex præſumptuosè*, & ſucceſſiuè has filias natu



Digitized by Google

rales à Rege legitimatas, etiam ad bonorum feudalium ſucceſſionem ad fiſci excluſionem in ſucceſſione horum feudorum aperto iure veniſſe, rationibus de quibus hîc. Dicebam, quod non tractabatur de præiudicio Agnatorum, ſtante quod conceſſio facta extiterat in forma ſtricta pro hæredibus, nimirum ex corpore, feudaque pecunia quæſita non erant, ſed ex Regia largitione conceſſa, quo quidem caſu vendicant ſibi locum ſcripta per me *lib. 2. mear. reſol. cap. 102.* imò etiam ſi fuiſſet pecunia quæſita. Nec etiam ſubintrabat intereſſe agnatorum; eo enim tempore, adhuc Regno cōceſſæ non erant gratiæ, de quibus per me *lib. 1. mear. reſol. cap. 126. à numero 44. vſque ad 51.*

2 Sed fingamus, vt hic caſus noſtris eueniret temporibus, eſſetque ſuperſtes cum filiabus ſic legitimatis defuncti feudatarij frater, ſiue vtrinque coniunctus, ſiue ex altero tantùm latere, feudaque eſſent pecunia quæſita, vter eorum in his feudis ab inteſtato ſuccederet? dic nullum in hoc dubio poſſe dari de iure reſponſum, cum, vt illud ſolui poſſet, neceſſe eſſet, vt tenor priuilegij legitimationis inſpiceretur, an ſcilicèt aliquo ſubreptionis, vel obreptionis vitio laboraret; nàm ſi priuilegium nullum pateretur defectum, fieret locus dictis per Afflict. *deciſ. 195.* hìc à Domino Regente allegata.

3 Quantùm verò attinet ad rationem, quæ fuit in hoc caſu dubitandi, placet hic generaliter aduertere, legitimatum haberi pro legitimo in his tantùm, quæ à lege, non autem in iis, quæ teſtatoris iudicio deferuntur, quia tunc eius eſt ſpectanda voluntas, vt ſatis bene dicebat D. Card. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 12. num. 21.* Hinc Ego dum de his agerem *cit. lib. 1. reſol. iur. cap. 226.* probaui legitimatum per ſubſequens matrimonium nullo pacto præſentari poſſe in iure patronatus, quod fundatum reperiebatur, ea expreſſa conditione vt in eo præſentari non poſſet, niſi ille, qui eſſet de legitimo matrimonio natus, idque addidi in ſubſtitutionibus, & fideicommiſſis receptiſſimum eſſe; nimirum vt ſubſtitutus in caſu, quo quis deceſſerit ſine liberis de legitimo matrimonio natis excludat prorſus legitimatum per ſubſequens matrimonium, ad quam firmandam concluſionem plures, & ad nauſeam allegaui DD. eam probantes. Dixi præterea legitimatum per ſubſequens matrimonium haud potuiſſe gaudere beneficio Montis à quodam Epiſcopo erecti pro maritandis filiabus de ſua familia legitimè procreandis, ac etiam pro pauperum maſculorum ſubuentione, cum ille ſeu illi licèt per ſubſequens matrimonium legitimati dicerentur; non tamen legitimè procreati iuxta fundatoris voluntatem, quæ potiſſimum in conditionibus primum occupat locum *l. in conditionibus, in principio ff. de condit. & demonſtrat.*

## *ARGVMENTVM.*

Exceptio hoſtica oppoſita ab authore laudato, an ſicut differt iudicium inter ipſum, & rei emptorem; ita pariter differre debeat iudicium à Tertio contra Emptorem motum. Statuto exiſtente, vt inter coniunctos bis compromittatur, ſi inter Authorem laudatum à Reo conuento, & actorem adſit ſanguinis coniunctio, nùm poſſit Author ipſe laudatus petere, vt ſuper lite mota per Actorem eius conſanguineum fiat compromiſſum. Dilatio quinquennalis à Principe Debitori conceſſa nùm eius fideiuſſori proſit.

## DECISIO CCCCVI.

CVM Magnificus Ioannes Baptiſta Manſus à Fabio de Aprano reiuindicationis iudicio eſſet conuentus ad relaxandum Ciuitatem Biſaciarum, in authorem ſuum laudauit Illuſtrem Marchionem Vaſti, à quo cauſam habebat, ad hoc vt ad iudicij onus ſuſcipiendum veniret, & cum Marchio, ſiue eius Procurator comparuiſſet, hoſticam allegauit exceptionem, quam eidem competere aliàs fuerat per Regiam Cameram deciſum, in cauſa Inſulæ Procitæ, prout ſupra *deciſ. 397.* Ex hoc dubitari contigit, cùm exceptio illa pro parte Marchionis oppoſita iudicium contra illum à Ioanne Baptiſta inſtitutum differre faciebat, an ita pariter & aliud à Fabio contra Ioannem Baptiſtam motum. 1

Dicebatur rem claram eſſe, quod ſic, primò ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ *diſpendia litium*, qua ſancitum eſt, vt quando quis in ius vocatus cauſam habet ab alio, qui eſt abſens, datur ei dilatio ad denunciandum, & interim lis ſuſpenditur, adhoc vt demùm denunciatione facta, poſſit in vtraque cauſa procedi, & inde vnica ſententia iudicium terminari, in caſu propoſito ſi in iudicio à Fabio contra Ioannem Baptiſtam moto ad vlteriora procederetur, & reſpectu Marchionis ſuſpenderetur, certè vnica ſententia terminari non poterat, ergo; Etenim conſiderabatur exceptionem, quæ competit venditori ſemper & emptori competere adhuc ſi perſonalis eſſet exceptio, *l. Mater filij. §. item Iulianus ff. de except. rei iudic.* ſiue actiuè ſiue paſſiuè *l. ſi à te §. fin.* vbi Paul. de Caſtr. *eod. tit.* Bar. *in l. cum vir ff. de vſucapio* optimus text. *in l. emptori C. de euictio* & ibi Bal. & Salycet. *& in l. procurator ad exhibendum §. 1. ff. rem rat. haberi*, vbi Bar. in terminis ſtatuti cauſas inter conſanguineos compromitti mandantis, per illum text. dicit quod ſi ſuper fundo, quem à Titio emi lis à Caio moueretur, quod proinde Titium in Authorem laudo, hic ſi eſt conſanguineus Caij litem mouentis, poterit petere, vt cauſa illa compromittatur; idemque Ioan. de Plat. *in l. ſi minori C. de iure fiſci lib. 10.* & Soc. *conſ. 91. lib. 3.* Confirmabantur hæc ex notatis per Bal. *in l. tam mandatori col. 2. C. de non numer. pecun.* vbi dicit quod ſi ex beneficio Principis dilatio

tio

tio quinquennalis concederetur omnibus debitoribus cruce ſignatis, certè hoc beneficium non prodeſſet illorum fideiuſſoribus, quia illi non ſunt cruce ſignati; tamen fideiuſſor contra principalem regreſſum habere poſſet; verùm eo caſu poſſet principalis debitor comparere, & pro ſuo intereſſe opponere contra Creditorem de beneficio ſuo, ne à fideiuſſore conueniatur; idemque notant Cin. idem Bal. & Salicet. *in l. quoties C. de precib. imper. offer.* id quod ſpeciale eſt in defenſore neceſſario, vt principalem conuentum ex iure proprio iuuare poſſit; in caſu propoſito dubitari non poterat Marchionem ratione promiſſionis euictionis defenſorem eſſe neceſſarium; ergo benè ex ſua perſona poterat opponi exceptio hoſtica, ad finem vt non modo iudicium contra ipſum à Ioanne Baptiſta motum differretur, ſed etiam & illud à Fabio contra Ioannem Baptiſtam inſtitutum.

## OBSERVATIO.

1 DOminus Regens in hac deciſione in ea eſt ſententia, vt exceptio hoſtica per authorem laudatum oppoſita impediat proſequutionem iudicij ab actore contra reum laudantem inſtituti; Tu modo vide Ioan. Vinc. de Ann. qui *in ſing.* 177. hanc eandem ſequitur ſententiam, ſi author laudatus in ſe ſuſcepit iudicium; nam tunc videtur quod ipſe ſit loco rei; addit poſtea quod de hoc fuit dubitatum in Regia Camera in anno 1555. quodque Dom. Præſidens Paulus de Magnanis, quem doctum Præſidentem appellat, ei dixerat propter varietatem votorum Dominorum Præſidentium, deciſionem non prodiiſſe ſed quod ipſe Dominus de Magnanis in partem inclinabat negatiuam; ſed ego non recedo ab opinione hic firmata per rationes à Domino Regente noſtro conſideratas.

2 Vlterius hic notamus dilationem quinquennalem à Principe debitori meo conceſſam, eius fideiuſſori prodeſſe, quia ſi agerem contra iſtum, poſſet ipſemet contra principalem debitorem, pro quo fideiuſſit, habere recurſum; ſicque ille comparens opponere poſſet mihi de beneficio ſuo. Tu ad huius concluſionis confirmationem vltra Bal. Salyc. & Cyn. hîc relatos, vide hoc idem firmantes Iaſ. *in l. ſi cum Procuratore col.* 1. *ff. de re iudic.* Felyn. *in cap.* 2. *num.* 34. *extra de ſponſal.* Franc. Burſa. *conſ.* 274. *num.* 29. *lib.* 2. Marc. Anton. Bard. *in tract. de tempore vtili, & continuo num.* 10. *verſ. in ſupradicto.* Cæſ. Vrſill. omninò legendus *in additio. ad Afflict. deciſ.* 288. *ſub num.* 1. & Ant. Hering. ſatis bene *in ſuo tract. de fideiuſſ. cap.* 27. *numer.* 69. *& ſeq. par.* 4. quorum quidem ſententiam amplexus fui pariter & Ego *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 134. *numer.* 20. *circa finem*, vbi addidi nec diſſentire Carauit. *in rit.* 287. *num.* 16. *in fine* & Apicell. *de dilatio. quinquen. tit.* 1. *n.* 81. *in fine.*

3 Ad confirmationem autem alterius concluſionis hic firmatæ, nimirum, vt ſtante ſtatuto, quod inter coniunctos fiat compromiſſum, ſi inter authorem laudatum à Reo conuento, & actorem adſit ſanguinis coniunctio, ſuſcepto iudicij onere, poſſit author ipſe laudatus petere, vt ſuper lite mota per Actorem eius Conſanguineum fiat compromiſſum, vltra Bar. *in loco hic citato & in quæſt.* 2. *per totum.* videndi ſunt Lanfranc. Oriā *in tract. de arbitr. parte vltim. quæſt.* 47. Rober. Maran. *in ſua praxi par.* 6. *actu* 1. *n.* 7. & Camill. Borrell. *in tract. de compromiſſ.* §. 5. *gloſ.* 3. *n.* 313. *fol.* 37.

## *ARGVMENTVM.*

Feudatarius ſi legitimum habens in feudo ſucceſſorem gratiam à Principe obtinuerit de feudo diſponendi in certam perſonam, quæ aliàs de iure ſuccedere non poſſet, ſi priuſquam facultate illa vteretur, legitimus ſucceſſor è viuis deceſſerit, nùm valeat poſtea ea vti. Legitimatio facta à patre in perſonam filij naturalis, an per ſuperuenientiam filiorum legitimorum, & naturalium reuocetur, & de aliis.

## DECISIO CCCCVII.

PRÆTENDENTE Regio Fiſco, ob mortem Comitis Burgenziæ Alfonſi Caraccioli ſine filiis, vigore *cap. ex præſumptuosè* poſſeſſionem Terrarum Valuani, & Recigliani, ac alterius feudi inhabitati apprehendere, ſe oppoſuit Iacobus Caracciolus defuncti feudatarij ex fratre Barnabo præmortuo nepos, dicens eſſe ipſum in dictis feudis legitimum ſucceſſorem, ex quo Comes patruus in ſuis Codicillis vigore poteſtatis, quàm obtinuit à Domino Regni huius Prorege diſponendi, tam per contractum, quàm per vltimam voluntatem in vnum ex filiis dict. Barnabo ſui fratris vtrinque coniuncti, diſpoſuerat ad beneficium ipſius Iacobi; ſed replicante fiſco, poteſtatem Comiti à Domino Prorege tributam, ex pluribus nullius momenti eſſe dubitatum fuit quid iuris. 1

Quod Regius Fiſcus principaliter aduerſus diſpoſitionem per Comitem factam dicebat, illud erat potiſſimum; nimirum, quod tempore, quo Dominus Prorex aſſenſum præſtiterat Comiti diſponendi de dictis feudis, habebat ille fratres vtrinque coniunctos, iuxta Conſtitutionem *vt de ſucceſſionibus*, qui legitimi dicebantur ſucceſſores; ſicque poterat Prorex, cuilibet diſpoſitioni aſſenſum præſtare; ſed quia tempore diſpoſitionis fratres omnes mortui reperiebantur, quo caſu cùm Iacobus nepos non poterat legitimus ſucceſſor nominari, directò obſtabat Pragmatica ſanctio prohibens Proregibus aſſenſum pręſtare, quoties feudatarius legitimum in feudo non haberet ſucceſſorem; ex hoc dicebat Regius 2



Digitized by Google

Fiſcus, fieri locum regulæ, quod quando res deuenit ad eum caſum, à quo incipere non poteſt, actus reuocatur, Bar. & omnes *in l. pluribus §. & ſi placeat .ff. de verb. oblig.* & licèt dici potuiſſet gratiam fuiſſe perfectam, non tamen vltima conſummatione conſummatam, cum non diſpoſuerat Comes, dum eius fratres viuebant; etenim ſi Dominus Prorex poſſet aſſenſum præſtare feudatario ſucceſſorem in feudo non habenti, quod quidem feudum venit recaſurum ad Dominum directum, non diceretur ſimpliciter aſſentire; ſed vtile dominium omnino donare, id, quod Procurator quamuis cum libera, niſi habeat ſpeciale mandatum ad donandum, peragere non poteſt, hic eſt text. *in l. filiusfamilias* vbi Bar. *ff. de donatio. gl. in l. procurator, cui generaliter ff. de procurator*; ideo enim in caſu propoſito Prorex aſſentiit, quia Comes fratres habebat, qui poterant in feudis ſuccedere; nam aliàs aſſentire non potuiſſet; vndè ceſſante hac cauſa, quia præmortui fuerunt, antequam diſpoſuiſſet Comes, reuocatur aſſenſus; hoc autem erat principale Regij fiſci fundamentum.

3 Sed pro parte Iacobi ponderabatur quod cum aſſenſus tempore habili fuerit præſtitus, gratia ſtatim ſupplicatione ſignata, vel ſaltem egreſſa à Cancellaria fuit perfecta, ea quidem ratione, quia ex parte Proregis aſſenſum præſtantis nihil vltra erat agendum. Nec obſtat regula, quod quando res deuenit ad eum caſum à quo incipere non poteſt, actus vitiatur; nam pro eo, quod ad caſum propoſitum attinebat, habito reſpectu ad Proregem, qui aſſenſum conceſſerat, res erat perfecta, & conſummata, quia ex parte Regis Domini directi nihil vltra erat faciendum, ad quod fuit allegatus text. in argumentum *in l. qui in poteſtate §. mutus, & ſurdus ff. de teſtam.* vbi eſt caſus, quod ſi quis tempore habili teſtamentum condiderit, licèt demùm ſurdus, vel mutus efficiatur, teſtamentum quidem non irritatur, & tamen deuenit ad eum caſum, à quo inchoari non poterat, quia Mutus, & ſurdus teſtamentū facere non poſſunt, id, quod benè ibi Paul. de Caſtr. & Aret declarant; idemque dixerunt DD. *in materia legitimationis*; ſi quis enim filios non habet legitimos, naturalem ſibi legitimauerit, & demùm vxorem duxerit, filioſque legitimos, & naturales procreauerit; non tamen reuocatur legitimatio, quamuis deuenerit res ad caſum, à quo incipere non poterat, quia dicit Bar. *in l. ex facto ff. de vulg. & pupill.* regulam illam nullatenus procedere, quando res à principio eſt perfecta, bonus tex. *in l. ſicut §. ſi debitor ff. quib. mod. pign. vel hipot. ſoluit.* vbi diſponitur, quod ſi debitor pignus vendiderit de creditoris conſenſu, licèt traditio ſequuta non ſit, pignus tamen liberatur, quia perfecta fuit venditio.

Hæc cauſa fuit per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio relata, & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege; & cùm votãtes eſſent numero ſeptem, nimirum tres Regiam Cancellariam Regentes, & quatuor Regiæ Cameræ Præſidentes, quatuor vota fuerunt pro Fiſco, ſecundum quorum ſententiam prodiit deciſio, & hi fuerunt Domini Regentes Hyeronimus de Colle, & Ioannes Martialis, ac Domini Præſidentes Franciſcus Antonius Villanus, & Doctor Guerrera; Pro Iacobo autem fuerunt Dom. Reg. Ciccus Loffred. Dom. Præſid. Hyeron. Albert. & D. iſte Regens, tunc Regiæ Cameræ Præſidens, & cauſæ Commiſſarius; ſed quia Dominus Prorex votantium rationem perpendens fundamenta illorum trium, qui pro Iacobo reſponderunt, fortaſſe de iure veriora fuiſſe ſibi perſuaſerat, mandauit vt Iacobus de dictis Caſtris inueſtiretur, ſolutis Regiæ Curiæ Ducatis duodecim mille, quamuis maioris fuiſſent æſtimationis, nimirum Ducatorum viginti quatuor millia. 4

## OBSERVATIO.

Tempore quo hæc Deciſio prodiit, adhuc gratiæ de quibus modo, Regni Baronibus conceſſæ non extiterant; vigebat enim ius Conſtit. *Vt de ſucceſſionibus*, quo attento, in feudo nouo frater tantum fratri ſuccedit, nepos autem excluditur, ibi *In acquiſitis autem patruo ex largitione noſtra, vel quolibet titulo iure ſuo Nepotes ex fratribus non ſuccedunt*; ſuperuenit demùm ius nouarum gratiarum quibus mediantibus, nepos ex fratre, vel ſorore, ſiue ex vtroque latere, ſiue ex altero tantùm, in feudo nouo patrui, ſiue Auunculi bene ſuccedit, quamuis inueſtitura, canat *pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, vt in Pragm. 25. & 29. ſub tit. *de feud.* ad cuius ornatum ſunt videndi Theodor. *allegat. vltim. num. 35. verſ. ſed cum in hoc benignitas Regia*, Dom. Reg. Rouit. *deciſ. 32.* Dom. Reg. Vrſin. *in tract. de ſucceſſ feudi par. 2. quæſt. 4. art. 3. num. 26.* Ego ipſe *reſol. iur. lib. 1. c. 126. num. 55.* & alij recentiores; vndè in caſu huius Deciſionis merito dubitatum fuit, an hic nepos potuiſſet Comiti Patruo ſuo ſuccedere, ob facultatem à Domino Regni huius Prorege illi tributam diſponendi, tam per contractum, quam per vltimam voluntatem in vnum ex filiis fratris tunc viuentis; nam ſine facultate illa, nullo iure ſucceſſionem prætendere poterat, obſtante diſpoſitione præcitatæ Conſtit. *vt de ſucceſſionibus*; & vt cernis, deciſum fuit pro fiſco contra Nepotem, ea ſiquidem principali ratione, quia tempore quo Patruus feudatarius facultate ſibi à Domino Prorege conceſſa vſus fuit, erat iam præmortuus frater, qui legitimus dicebatur ſucceſſor; ſicque eo diſpoſitionis tempore feudatarius legitimo carebat ſucceſſore, quo caſu Proreges aſſentire non poſſunt ex Pragm. *hic cit quæſt. 4. in 2. cap. ſub tit. de feud.* quod certè ſecus fuiſſet, ſi tempore obtentæ facultatis per contractum feuda illa in nepotem trãſtuliſſet, quamuis demum frater, iſtiuſque Nepotis Pater mortuus eſſet, vt in terminis loquebatur Marcell. de Maur. *alleg. 17. n. 2.* dum dixit, ſat eſſe quod tempore aſſenſus præſtiti, & ſic alienationis adſit ſucceſſor, licèt poſtea moriatur; non enim, inquit ipſe, conſiderandum

Digitized by Google

dum nobis eſt, ſi ſucceſſor mori poſſit; nam vbi lex requirit aliquid fieri, vel adeſſe certo, & determinato tempore, punctualiter illud tempus exequendum eſt, vt alia tempora non curentur, allegat tex. *in l. eum qui §. publiciana ff. de public. in rem actio.* Ang. *in l. ſciendum §. fin. ff. qui ſatiſd. cogantur* & Dec. *conſ.* 24.

## *ARGVMENTVM.*

Reſtitutio in integrum an Eccleſiæ eam petenti concedenda ſit aduerſus præſcriptionem centenariam. Debitor, qui per decem annos continuos alicui certam pecuniæ quantitatem ſoluit, ſi deindè ſolitam continuare præſtationem renitens fuerit, nùm poſſit compelli ad in futurum correſpondendum, provt in præteritum ſoluit, ad ornatum tex. *in l. cùm de in rem verſ. ff. de vſuris.*

## DECISIO CCCCVIII.

1 POSSIDENTE Sacro Hoſpitale Sanctiſſimæ Annuntiatæ de Neapoli Ciuitatem Læſenæ, ex conceſſione ſibi facta in anno 1411. à Sereniſſima Regina Margarita Regis Ladiſlai Matre Æconomi, & Procuratores illius in Regia Camera comparuerunt, reintegrationem petentes territorij, quo Regia Curia pro vſu herbagiorum pecudum Regiæ Dohanæ vtebatur; ſed excipiente Regio Fiſco, quod Regia Curia dicto territorio, pro paſcuo, & vſu prædicto vltra centum annos vſa erat, annuo cenſu Æconomis pro tempore ſoluto, ſicque centenariam allegante præſcriptionem, quæ vim tituli habet, *l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqu. quotid. & æſt. & c. ſuper quibuſdam §. præterea, de verb. ſig.* principaliter dubitatum fuit, an Sacrum Hoſpitale aduerſus allegatam centenariam præſcriptionem in integrum reſtitutionem petere poterat.

2 Etenim pro parte Regij Fiſci dicebatur, quod cum in facto verum eſſet, ſic territorio prædicto Regiam Curiam vltra annos centum vſam fuiſſe, nulla interruptione concurrente, amplius tractari, ſiue quæri de titulo non poterat, neque pariter de bona fide, provt eſt caſus expreſſus *in c. 1. de præſcript. in 6.* Innocent. *in c. ſi diligenti eod. tit.* quia tantùm tempus pro titulo habetur, vt ſupra dictum eſt; & licèt iuxta Aimon. Crauett. ſententiam quem Aduocatus Æconomorum allegabat, *in tract. de antiq. temp. in 3. par. num.* 237. dixerit quod poſſit eo caſu Eccleſia in integrum reſtitutionem petere; tamen dictum fuit quod in contrarium eſt veritas, provt firmarunt Petr. de Anchar. *conſ.* 130. Dec. *in conſ.* 19. *col. fin.* vbi dicit abſurdum eſſe ſatis, quod poſt 60. & 100. annos reſtitutio in integrum peti poſſit, quia aliàs nunquam litium eſſet finis, *l. fin. ff. pro ſuo*, & ſemper rerum dominia eſſent ſub incerto, contra tex. *in l. 1. ff. de vſucapio.* idemque tenet Iaſ. *conſ.* 209. *lib.* 2. vbi dicit, ideo aduerſus centenariam præſcriptionem in integrum reſtitutionem non competere, ex quo illa habet vim tituli & expreſſæ conceſſionis, ac ſpecialis priuilegij, ſubdens, ipſum credere neminem ſani capitis contrarium attentare; non enim dicitur propriè præſcriptio, cum quis tanto tempore poſſederit, cuius initij non eſt memoria in contrarium; ſed potius ex tanto tempore præſumptionem reſultare conceſſionis; Vndè Doctores dixerunt, in libello præſcriptionem non eſſe allegandam, ſed narrare rem fuiſſe ſibi conceſſam; & ad conceſſionem probandam tanti temporis vſum afferre, quia aliàs poſſet ſuccumbere, tanquàm ineptè agens, vt in ſimili notatur *in l. ſi certis annis C. de pactis & in l. cum de in rem verſo ff. de vſuris*; ita hæc omnia notabiliter declarat Paul. de Caſtro *in l. ſeruitutes la grande col. penul. ff. de ſeruit.* poſt Innocent. quem omninò vide *in dicto c. ſi diligenti in fine*, licèt aduerſus præſcriptionem tituli, quæ oritur ex diſpoſitione *d. l. cùm de in rem verſo* admittatur probatio in contrarium, vt per Cyn. Aret. & Iaſ. *in d. l. ſi certis annis* ſecus tamen aduerſus præſcriptionem centenariam.

## OBSERVATIO.

CONcurro libenter cum Domino Regente hìc, vt aduerſus centenariam præſcriptionem in integrum reſtitutio peti non poſſit: Sed quod Eccleſia ex capite iuſtæ ignorantiæ aduerſus præſcriptionem 40. 60. & 100. annorum in integrum reſtitui poſſit, quamplurimorum Doctorũ authoritate probat Sforzadd. *in ſuo tract. de reſtit. in integr. par. 2. quæſt. 90. art. 7.* idemque dixerat *par. 1. quæſt. 16. num.* 51. ſic putans, aduerſus præſcriptionem immemorabilem, quæ dicitur, inquit ipſe, facere veritatem, & poſſeſſioni titulum præbere, ex capite iuſtæ ignorantiæ reſtitutionem ex clauſula generali rectè concedi; quodque aduerſus præſcriptionem quadragenariam intra quadriennium poſſit Eccleſia in integrum reſtitutionem petere, affirmare videtur Couar. *in regula poſſeſſor, par. 3. §. 3. num.* 4. Mencha *contro. vſufreq. cap. 9. numer.* 3. Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alienand. quæſt.* 23. Sforzadd. *cit. quæſt. 90. art.* 3. & alij relati à Barboſ. *in collect. ad authen. quas actiones numero* 10. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* 1

2 Notamus hìc quando quis immemorabili præſcriptione tutus eſt, ſi in iudicio conueniretur præſcriptionem eum allegare non debere, ſed opponere rem ſibi fuiſſe conceſſam, & ad conceſſionem probandam tanti temporis vſum afferre, concordant Ioan. Vinc. de Anna *alleg....* & Camill. de Curt. *in ſuo diuerſ. fol. 75. num. 130. p. 1.* vbi dicit, quod cauti Aduocati debent allegare titulum, & probare poſſeſſionem; iſtudque

que dictum, adde Tu, indubitanter procedere, etiam in terminis *l.cùm de in rem verſo. ff. de vſur.* quam hic citat Dom. Regens; ſi quis enim per decem annos continuos mihi certum quid ſoluerit, ſi poſtea continuare fuerit renitens, poſſum Ego, huius legis diſpoſitione attenta, illum cogere ad correſpondendum in futurum, provt ſoluit in præteritum, allegando tamen titulum, ſeu cauſam, propter quam per decem annos continuos mihi ſoluit, licèt eam non probem; etenim licèt alias quando quis in ſolo temporis curſu ſe fundat, obtinere non poſſit ad tex. *in l.ſi certis annis C.de pact.& in l.Creditor C.de vſur.* tamen quando fundat ſe ſuper titulo, diuturnamque probat præſtationem, obtinet allegando ſolum titulum, licèt aliàs illum non probet; ſic omnes intelligunt *in d.l.cum de in rem verſo*, quicquid ſibi dixerit Salyc. *in d.l.ſi certis annis*, vbi voluit, ſat non eſſe allegare titulum, ſeu cauſam, niſi probetur, quod ſolutio diuturna fuerit facta ex illa cauſa allegata; nam contra Salyc. ſtat communis omnium ſententia; & ſi aliter diceremus, eſſet penitus deſtructa diſpoſitio dict. l. *cum de in rem verſo*; & nunquàm locum haberet, ita ſatis bene ratiocinatur Robert. Maranta *conſ.*40. *num.*10. cætera ad materiam dict. l.*cum de in rem verſo*, pertinentia videnda ſunt apud Diaz de Mena, *quæſtion. iur. l.b.*2. *quæſtion.* 2. & apud Me *lib.* 1. *reſolut. iur. capit.* 78. *per totum.*

## ARGVMENTVM.

Priuilegium in ſeruitiorum remunerationem à Principe ſubdito ſuo conceſſum, nùm reuocari poſſit. Priuilegium domanij pretio, vel mediantibus meritis conceſſum, an & quando poſſit à Principe reuocari. Vaſſalli an & quando inuiti alienari poſſint. Princeps an & quando poſſit filium naturalem in agnatorum præiudicium legitimare. Donatio propter benemerita facta, vt valida iudicetur, quæ concurrere debent. Promiſſio facta ſub verbo, & fide Regis, quid importet; Et de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCIX.

1 CVM Terra Seminariæ à Rege Ferdinando ſecundo quondam D.Carolo ſpinello alienata repereriretur, quia Vniuerſitas illa ob priuilegium, quo potiebatur Regij domanij, alienationem fuiſſe nullam prætendebat; non tamen valens de iuribùs ſuis experiri, ex quo aliàs iudicatum extiterat, obſtare ei exceptionem Regiæ Pragmaticæ editæ Thor. *in* 2. *cap.* ad Collaterale Conſilium recurſum habuit, pro conſultatione facienda ſuæ Catholicæ Maieſtati, ad finem diſpenſationem obtinendi, vt dicta Regia Sanctione non obſtante, potuiſſet Vniuerſitas ipſa in iudicio comparere, & contra nouum Dominum ſuper inualiditate dictæ venditionis agere, quo facto fuit, vt dubitaretur ſi Vniuerſitas, obtenta diſpoſitione, ius bonum foueret, vt ad Regium domanium reintegraretur.

Etenim dicebat Vniuerſitas, dubitari non 2 poſſe, quod alienatio prædicta fuerit nulla, idque ſatis conſtare ex tenore priuilegiorum ab omnibus Sereniſſimis Regibus domus Aragoniæ in ſeruitiorum remunerationem conceſſorum; nimirum vt Terra prædicta vllo vnquam tempore alienari potuiſſet; ſed quod ſemper in Regio domanio remaneret, & caſu quo alienaretur quod Vaſſalli nouo domino obedire nullatenus tenerentur; imò quod armata manu reſiſtere potuiſſent; vndè dicebatur, indubitatum eſſe, ſequutam alienationem fuiſſe nullam, & contra priuilegia prædicta, non in meram gratiam; ſed in ſeruitiorum remunerationem elargita; ſicque in contractum transfuſa, & conſequenter irreuocabilis, quamuis ſubditis conceſſa; Princeps enim vt priuatus ex ſuo contractu obligatur, etiam ſi cum ſubdito contrahat Bal. *in l.qui ſe patris intra numer.*34. & ibi addentes *C. vnde liberi*, Aret. *in cap.*1. *de conſtit.* & alij paſſim *in locis vulgaribus.* Secundò, quia hæc priuilegia ſunt de iure communi introducta, vt Vaſſalli, ipſis inuitis, alienari non poſſint, gloſ. *in l. inuitus ff. de fideicom. libert. & in c.dilecti*, vbi etiam Bal. *de maior. & obed.* Andr. *in c.imperialem* §. *preterea Ducatus, verſ. nec Dux. num.*41. *de prohib.feud. alien. per Freder.* & Neuiza. *in conſ.* 12. *inter conſ. feudal. Alber. Brun.*

Cæterùm per Dominos Regiam Cancellariam Regentes, Sacri Conſilij Præſidem, & 3 Regiæ Cameræ locumtenentem, diſcuſſis omnibus in Collaterali Conſilio, contrarium iudicatum extitit, eo primò perpenſo, Regem Ferdinandum Terram prædictam tempore, quo maxima comprimebatur neceſſitate alienaſſe, pariterque attentis quamplurimis clauſulis in contractu venditionis appoſitis, quibus Ducis ſeminariæ iuſtitia detegebatur. Secundò quia verum erat domanij priuilegium non aliter in ſeruitiorum remunerationem; ſed ex mera gratia conceſſa fuiſſe, & ſucceſſiuè eundem Regem potuiſſe illa de poteſtate ordinaria etiam ſine cauſa reuocare, quia ſola Principis voluntas pro cauſa habetur gloſ. *in l.relegati ff de pœnis*; ſunt enim hæc iuris poſitiui, ſupra quod Princeps eſt *c.propoſuit, de conceſſ. preben.* Innocent. *in c.cùm ad Monaſterium de ſtat. Monach* Paul. de Caſtr. *in l.gallus* §. *& quid ſi tantum in fine ff. de liber. & poſth.* vbi dicit Principem filium naturalem legitimare non poſſe in præiudicium Agnatorum, à quibus defuncti hæreditas eſt adita,



Digitized by Google

ex quo dominium, quod eſt de iure gentium, eſt illis perfectè quæſitum, niſi de poteſtatis plenitudine, & ex cauſa Reipublicæ; ſecus verò ſi hæreditas adita non eſſet, ſed ſolùm ius ſuccedendi delatum, quia cum illud ſit de iure ciuili, poteſt à Principe, etiam ſine cauſa tolli, idemque ibi Ruin. poſt Bal. *in dict. l. qui ſe patris* & Soc. *conſ.* 87. *num.* 12. 13. *&* 19. *lib.* 3. qui *in conſ.* 4. *eodem libro*, plus dicit, nimirum quod ſi priuilegium pecunia mediante, fuiſſet conceſſam, ſi tamen gratia præponderet pecuniæ, cenſeretur illud merè gratuitum, optimus tex. *in l. Titius puerum ff. de obſeq. paren. & patr. præſtan.* Nec in aliquo obſtabat, quod dicebatur domanij priuilegia meritorum intuitu fuiſſe conceſſa, nam cùm de illis, non niſi in genere fuerit facta mentio; non autem ſpecialiter, nullo pacto dici poterat, merita fuiſſe probata, illorumque enunciatio ad colorem potiùs facta cenſebatur, ita Oldra. *conſ.* 5. Bal. *in c. ſuſcitatus de reſcript.* Alex. *in l. ſi donatione C. de Collatio.* vbi expreſsè dicit, ſat non eſſe ſeruitiorum expreſſionem, etiam in ſpecie, niſi aliunde ſeruitia probentur; hinc Iaſ. *in d. l. Titius puerum.* dicebat, quod adhoc vt donatio propter benemerita facta valida iudicetur, tria requiruntur. Primò quod de benemeritis conſtet: Secundò quod rei donatæ ſint illa æquiualentia; & Tertiò quod talia benemerita obſequialia non ſint; vnde reſoluendo materiam, dum priuilegia domanij Vniuerſitati ex mera gratia conceſſa extiterant, poterat indiſtinctè, & abſolutè eis derogari, prout expreſſe fuit derogatum per priuilegium, ſiue venditionis contractum initum cùm dicto quondam Carolo dictæ Terræ Emptore, ad notata per Canoniſtas *in c.* 1. *de reſcript.* & latiſſimè per Luc. de Pen. *in l. fin. C. de locatio. prædior. ciuil. lib.* 11. Et ſi diceretur domanij priuilegia, mediantibus meritis, & ſeruitiis verè fuiſſe Vniuerſitati conceſſa, adeo quod contractus vim haberent, & conſequenter reuocari non poſſent, iuxta ea quæ notant Canoniſtæ *in c. qua in Eccleſiarum, de conſtitutio. & in cap.* 1. *de probat.* Paul. de Caſtr. & Aret. *in l. gallus* §. *& quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.* & alij infiniti. Reſponſio eſt, quod hæc communis concluſio limitatur, niſi Princeps ex cauſa legitima, publicæ nimirum vtilitatis contrarium diſponeret, quia tunc contractum à ſeipſe cum ſubdito initum bene tollere poſſet, ita Paul. de Caſtr. *in l. digna vox. C. de legib.* Aret. & Felin. *in cap. nouit de iudic.* optimè Socc. ad quem omnino recurrendum *d. conſ.* 87. *numer.* 13. *&* 14. *lib.* 3. vbi tres conſtituit caſus.

4 Vlterius ponderabantur cauſæ in contractu venditionis expreſſæ, quæ Regem Ferdinandum ad Terram prædictam vendendam mouerant, nimirum neceſſariæ, & vrgentiſſimæ, & quamuis per teſtes probatæ non extiterant, tamen Principi ſic aſſerenti erat credendum, præſertim cum in priuilegio ſubſcripti erant ſupremi Regij Conſiliarij, ad notata per Andr. *in cap.* 1. *qui ſucceſ. tene.* & per Iaſ. in terminis noſtris *in conſ.* 227. *lib.* 2. Nec aliquid faciebat, quod in priuilegio Regis Alphonſi legebatur, domanium ſub verbo, & fide Regis, Regem illum promiſiſſe, quæ verba dicebatur, iuramentum importare; ſicque priuilegium vltimum in dubio contractum iuratum non tollere, ſecundum Cin. Paul. de Caſtr. & Iaſ. *in l. fin. C. ſi contr. ius, vel vtilit. public.* & eſt gloſ. ſingularis *in c. cùm non deceat, de elect. in* 6. *& in c. conſtitutus de reſcrip.* ſatis enim ad hoc motiuum reſpondet Socc. quem vide *conſ.* 58. *vol.* 3. etenim verba hæc potius ex quadam conſuetudine apponuntur, quàm quod Rex iurare voluerit. Præterea & tandem nec obſtare dicebatur prætenſionem alteram Vniuerſitatis, quod Vſſalli inuiti alienari non poſſint, quia hæc concluſio procedit, quando directum alienaretur dominium, vt eſt gloſ. in *dict.* § *præterea Ducatus*; Secundò venit limitanda, vbi in contrarium vigeret conſuetudo, prout in hoc Regno, in quo fuit ſemper Terrarum domanialium obſeruata venditio, prout *eſt Deciſ. Capic.* 166. & alias pluries ſeruatum hîc refertur. Tertiò limitatur Concluſio, quoties Rex, ſeu directus dominus Terram domanialem cum Vaſſallis ex iuſta cauſa alienare vult, itavt magnum damnum, & detrimentum Regiæ Coronæ non inferatur, iuxta *c. intellect. de iureiur.* quia tunc bene poteſt fieri alienatio, etiam Vaſſallis inuitis; Ex quibus principaliter fuit concluſum, quod Dux notoriam, clariſſimam, & indubitatam in cauſa principali fouebat iuſtitiam, ac proinde eſſe faciendam conſultationem ſuæ Catholicæ Maieſtati, diſpenſationem ad d. Regiam Pragmaticam nullo pacto eſſe concedendam, cùm nunquam fuerit conceſſa; nam ſi diſpenſaretur, nunquam eſſet litium finis; eoque magis quia Terra illa non erat fortis; & quæ ſtatum conſeruaret, cum non haberet Caſtrum, neque mœnia, niſi debiliſſima, nec portum maritimum, adeo quod reſpectu ſtatus Regni nullius penitus momenti erat, neque homines illius Terræ multùm fideles & è contra Illuſtris Dux ſemper fidelis, qui continuo ſuæ Cæſareæ Maieſtati inſeruiuit, cæterique de eius nobili, & Illuſtri familia omnibus huius Regni Regibus Domus Aragoniæ.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*



Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 QVatuor principales Concluſiones in hac notabili Deciſ. obſeruo, quarum prima eſt, vt Princeps, vti priuatus ex ſuo contractu obligetur, etiam ſi cùm ſubdito contrahat. Secunda, vt Princeps filium naturalem in præiudicium Agnatorum, à quibus defuncti hæreditas eſt adita, legitimare non poſſit; ſecus verò ſi hæreditas non eſſet adita, ſed tantùm ius ſuccedendi delatum. Tertia vt poſſit Sereniſſimus Rex noſter ex cauſa publicæ vtilitatis domanij priuilegium, quamuis mediantibus meritis, & ſeruitiis conceſſum reuocare. Quarta, & tandem vt Principi aliquid in ſuis litteris aſſerenti ſit omninò credendum, præſertim ſi in illis Regij Conſiliarij ſint ſubſcripti. Circa primam concluſionem dic Tu, quod licet regulariter Princeps cùm ſubdito contrahens ciuiliter non obligetur, bene tamen naturaliter, quæ quidem naturalis obligatio eſt tam efficax ad ipſum obligandum, quàm ciuilis; ita ſatis bene Ferdin. Vaſq. *quæſt. illuſtr. cap.*51. *num.*29. imò quod etiam ciuiliter obligetur, dixerunt Ant. Gomez *var. reſol. cap.*1. *num.*1. & Molin. omninò legendus *de contract. diſput.*261. *num.*9. quare DD. communiter voluerunt Principem non poſſe contractum, etiam cum ſubdito celebratum reuocare, & præ cæteris noſter Foller. *in prax. cenſ. in verb. & ſubmiſſionis n.*6. *&* 8. Burgn. Caualc. *deciſ.*35. *numer.* 100. *verſ. quarto non poteſt.* Surd. *deciſ.*234. *num.*10. aliique plures per me relati ſupra *in obſer. ad deciſ.*54.

2 Circa ſecundam Concluſionem, quæ ſe habet, vt Princeps in præiudicium Agnatorum, à quibus defuncti hæreditas obuenit filium naturalem legitimare non poſſit; ſecus verò quando hæreditas non eſſet adita; ſed tum ius ſuccedendi delatum; dic Tu cum hac diſtinctione omnes conuenire, nimirum vt Princeps non poſſit poſt Patris mortem filium naturalem legitimare in venientium ab inteſtato præiudicium, ſi iam illi defuncti hæreditatem adiuerunt; ſecus verò ſi hæreditas non eſt adita; ſed tantùm ius ſuccedendi delatum, quia tunc bene Princeps poſſet, proceditque legitimatio in agnatorum præiudicium. Ratio aſſignatur quia cum ius illud adeundi ſit merè de iure ciuili, *l. lege obuenire ff. de verb. ſign.* poteſt Princeps ad ſui libitum illud tollere; ſic ſane ex ſententia Bal. Paul. Caſtrenſ. & Salic. diſtinguit Alex. quem omnino vide, *in l. gallus* §. *quid ſi tantum numer.*26. *&* 27. vbi de comm. teſtatur *ff. de liber. & poſthum.* ſequitur Iaſ. *ibid. num.*122. *verſ. ſi autem hæreditas nondum eſt adita.* Franc. Aret. ſimiliter omnino videndus *intra num.*26. *verſ. ſed dubitatur.* Socc. *num.* 23. Crot. *num.*131. Rip. *in l. ex facto* §. *ſi quis rogatus num.*25. *ff. ad S.C. Trebell.* Boër. *deciſ.*122. *num.*8. & alij paſſim, quibus addo Noſtrum Reg. de Pont. omnino videndum *in conſ.*152. *num.*6.7. *&* 8. & Mart. *in ſumm. ſucceſ. lega. par.*4. *quæſt.*4. *art.*4. *in appendic. num.*37. *fol. mihi* 91. quos omnes retuli Ego *lib.*2. *reſol. iur. cap.*46. *num.*24. *& ſeq.* vbi in puncto principali ſuſtinui clericum feudorum ſucceſſionis incapacem poſſe à Principe tuta conſcientia habilitari, ſeu in integrum reſtitui, vt in feudis per patrem relictis ſuccedere valeat, non obſtante, quod tempore mortis feudatarij, ob eiuſdem filij incapacitatem, ſequenti in gradu ſucceſſio delata fuerit.

3 Circa tertiam Concluſionem, nimirum vt valeat Sereniſſimus Rex noſter ex cauſa publicæ vtilitatis Domanij priuilegium, quamuis mediantibus meritis, & ſeruitiis conceſſum reuocare, ad confirmationem vide omnino ex recentioribus poſt alios, quos citat Dom. Reg. Capic. Galeot. *reſpon. fiſcal.*23. *num.*25. quo loci de priuilegio remuneratorio agens, pluribus rationibus probat, & prudenter, poſſe Principem ex iuſta cauſa ſuperuenienti illud reuocare, etiam quod tranſierit in contractum, & *num.*31. citat Arium Pinell. qui *l.*1. *par.*3. *poſt num.*59. *verſ. extra hunc caſum,* dixit, conceſſionem ob benemerita non ideo effici irreuocabilem, vt priuilegia, & conceſſiones Principum non alterentur, adhuc ſi de meritis conſtaret; citat & tandem Cabed. qui *in deciſ.*75. *p.*2. *num.*10. *& ſeq.* plures recenſet reuocationes factas per illos Reges Luſitanos Alphonſum, & Ioannem conceſſionum ob merita factarum; addit demùm ad hoc vt conceſſio facta dicatur in remunerationem ſeruitiorum ex cauſa præcedentis obligationis, opus eſſe, quod ſeruitia illa, quæ remunerantur non ſint præſtita à ſubdito, qui ratione ſtipendij, vel debito officij ad ea tenebatur, quia ſi à ſubdito, ſeruitia hæc nullius erunt ponderis ad aliquam producendam obligationem, etiam antidoralem, ac proinde fiſcum ad aliquam emendam non teneri, ex Afflict. *deciſ.*3.7. *numer.*13. Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verbo donatione largitus num.*106. Ant. Gam. *deciſ.*29. *poſt numer.*1. D. Reg. de Pont. qui ſic deciſum teſtatur *conſ.*59. *numer.*17. *lib.*1. *& de poteſt. Proreg. tit.*5. *num.*24. Dom. Reg. Rouit. *in ſua conſultat. impreſſa poſt eius conſ. lib.*1. *num.*9. *&* 10. Io. Baptiſt. Coſt. *de remediis ſubſib. remed.*114. *num.*3. & D. Reg. Conſtant. *in l.*2. *&* 2. *à numer.* 38. *vſque & per totum* 42. *C. de filiis offic. mel. lib.*12. vbi geminatas refert Deciſiones.

Hæc autem omnia Ego ſemper intellexi, quando 4
domanij priuilegium gratuito, vel etiam in ſeruitiorum remunerationem Dom. Rex. noſter conceſſiſſet; nimirum, vt poſſit in hoc caſu, publica ſuperueniente neceſſitate, illud reuocare; ſecus verò ſi pretio, & ſic quando Ciuitas, pecunia mediante, libertatem acquiſiuit; tunc enim procedere dico, quæ ſcripſerunt Lucas de Pen. *in l.*1. *numer.*40. *C. de capit. Ciuit. cenſ. eximen. lib.*11. Soc. iun. *conſ.*78. *lib.*1. Iacobus Rebuff. *conſ.*146. *col.*3. *verſ. quartò.* & longè Afflict. *in cap.*1. §. *ex eodem, de lege Corradi*, Sola *ad conſuet. Sabaud. in tit. de pact. inter empt. & vendit. num.*62. *verſ. & maxime*, Aimon. Crauet. *conſ.*141. *num.*9. *in fine, verſ. rurſus ipſa communitas*, Ioann. Neuiz. *conſ.*12. *per totum, inter conſ. feudalia.* Alber. Brun. Ferdin. Vaſq. *quæſt. Illuſtr. cap.*1. *num.*14. *in fine. verſ. decimo apparet.* Octau. Caccher. *conſ.*26. *per totum.* Amede. de Ponte, *in tit. qui feud. dar. poſ. num.*117. & Cancer. *var. reſol. lib.*3. *cap.*3. *de priu leg. num.*368. & Iacob. Anton. de Maur. *alleg.*48. *&* 78.

Non obſtant, quæ in contrarium ſcripſerunt Socc. 5
*conſ.*4. *lib.*3. Iaſ. *conſ.*227. & Raphaël Fulgoſ. *conſ.*20. etenim in illa cauſa, in qua conſilium præſtiterunt, contrarium fuit deciſum, & Deciſio ter approbata fuit, ſic atteſtante Octau. Caccher. *in alleg. conſ.*26. *numer.*35. Minus etiam obſtat Deciſio Capyc. 166. Primò quia ibi non fuerunt ponderata, quæ ponderari debebant. Secundò quia Deciſio fundatur in relatione Domini Hieronymi de Colle, & Ludouici Montalti Regiam Cancellariam Regentium, qui atteſtati fuère, quod non poterat abſque illarum Ciuitatum venditione belli neceſſitatibus ſubueniri, vt legitur *num.*8. *in fin.* Nec ſimiliter obſtant dicta per Ferdin. Loazes *in quodam reſponſo Cappidi Mula*, quia loquitur in terminis gratioſi priuilegij domanij; & vti veritatis amator contrarium docuit *in repet. l. filius familias* §. *diui*, *numer.*105. *ff. de legat. primo.*

Ad confirmationem autem alterius concluſionis, 6
nimirum vt Principi aliquid in ſuis litteris atteſtanti

ſit

ſit omnino credendum, præſertim ſi adeſt ſui Conſilij ſubſcriptio, videndi ſunt DD. quos recenſent Dom. Reg. Capyc. Galeo. *cit. reſp.* 23. *n.* 85. & D. Reg. Sanfelic. *in diſcept. vnica, de donatiuo tempore belli n.* 4. & 5. *poſt* 1. *par. deciſionum.*

## *ARGVMENTVM.*

Procurator conſtitutus ad vendendum, & ad pretium recipiendum, ſi confitetur pecuniam recepiſſe, quam forſan non recepit, quia de illius numeratione non conſtat, an Domino præiudicet, itavt emptor ob illam confeſſionem liberatus remaneat; Et quid in Tutore, Curatore, Sindico, Vniuerſitatis Exequutore, & in Patre legitimo filiorum Adminiſtratore.

## DECISIO CCCCX.

1 PRETENDENTE Regio Fiſco in hæreditate filiorum quondam Magnifici Ioannis Franciſci de Maſtroiudice abſque legitimo ſucceſſore defunctorum, remanſiſſe annuos Ducatos tercentum feudales, quos dictus Ioannes Franciſcus tenebat emptos cum pacto de retrouendendo à Comitiſſa Ciuitatis Nuſci, & ſucceſſiuè ad Regiam Curiam fuiſſe deuolutos, comparuerunt Creditores hæreditatis prædictæ, excipientes, dictos annuos introitus fuiſſe iam à dicta Comitiſſa reemptos, & in aliam emptionem conuerſos; nam cùm Magnificus Mattheus de Maſtroiudice Auus, & legitimus Adminiſtrator dictorum Ioan. Franciſci filiorum, Marinum filium ad faciendam dictam retrouenditionem procuratorem conſtituiſſet, hic vigore mandati ſibi iniuncti cum effectu dictos annuos Ducatos tercentum retrouendidit, ſortem ducatorum triummillium recepiſſe confitendo, ſed replicante fiſco, ſimulatam fuiſſe confeſſionem, cum verè Comitiſſa nullatenus ſummam prædictam exburſauerat ducatorum trium millium; ſed tantùm illos bonos fecerat in pretio venditionis de dicta Ciuitate in perſonam dicti Marini Procuratoris factæ, dubitari contigit ſi confeſſio illa de recepto à Procuratore facta extinxerat Creditum dictorum pupillorum, itavt Comitiſſa liberata remanſerat ad finem videndi, an fiſci pretenſio ceſſaret, vel potius ſubſiſteret? Ratio dubitandi fuit quia videbatur Procuratorem in retrouenditione facta mandati fines exceſſiſſe, ſicque illam fuiſſe nulliter peractam ex defectu mandati, & conſequenter dominium illorum feudalium introituum nunquam à dictis pupillis diſceſſiſſe.

Sed hac dubitandi ratione non obſtante, 2 contrarium in Collaterali Conſilio per omnes Dominos Regiam Cancellariam Regentes, & per Regiam Cameram Summariæ, nemine diſcrepante, iudicatum extitit; Ratio deciſionis fundabatur ex tenore mandati procurationis, in quo data apparebat poteſtas Marino Procuratori retrouenditionem faciendi, pretium recipiendi, vel illud recepiſſe confitendi; quo caſu dicebatur communem eſſe Doctorum ſententiam, quod quando Procurator hanc callens facultatem pretium à debitore recepiſſe cõfiteatur, licèt verè & manualiter non receperit, ſat eſſe vt ille cum quo contraxit, & à quo pecuniam recepiſſe confeſſus fuit, liberatus remaneat; & licèt huic Cõcluſioni obſtare videatur Theorica Bar. *in l. à diuo Pio* §. *ſed ſi emptor ff. de re iudic.* & *in l.* 2. §. *fin. ff. ſi cert. pet.* provt per Alex. *in d.* §. *ſed ſi emptor*, & per Canoniſtas, *in c. ſi cautio de fid. inſtrum.* tamen dictum fuit, Bar. ſententiam bene procedere, quando in mandato data eſt poteſtas recipiendi pretium tantum, abſque quod additum ſit, *& ad illud recepiſſe confitendum*; tunc enim communis opinio eſt cum Bar. vt Procuratoris confeſſio domino non noceat, vt per Alex. *in d.* §. *ſed ſi emptor*, & Iaſ. *in l.* 2. §. *fin. à num.* 20. *ad finem ff. ſi cert. pet.* At vbi in mandato vtrumque contineretur, nimirum ad pretium recipiendum, & ad illud recepiſſe confitendum, tunc talis confeſſio omnino Domino præiudicat; eoque magis in caſu propoſito, in quo dici poterat, verè pretium à Procuratore fuiſſe receptum, poſtquam ille ad pupillorum beneficium annuorum introituum venditionem fecerat ad rationem Ducatorum decem pro centenario quos per plures annos punctualiter ſoluerat; etenim dicebatur, quod ſi pecunia realiter ad procuratoris manus perueniſſet, & in proprios vſus conuertiſſet, nulli dubium eſſe, quod ſoluens eſſet liberatus, ita probat tex. *in l. diligenter* §. *item ſi mandauero ff. mandati*, ex eo quod ſoluit debitor procuratori ad pretium recipiendum mandatum habenti, licèt Procurator ipſe Domino mandanti obligatus remaneat; Vnde &c.

## OBSERVATIO.

DOminus Reg. teſtatur hic deciſum, Procuratoris confeſſionem de recepto Domino præiudicare, ſi in mandato iniuncto data appa et poteſtas hæc confitendi pecuniam recepiſſe, & Bar. ſententiam *in l.* 2. §. *fin. ff. ſi cert. pet.* procedere indubitanter, quando Procurator poteſtatem tantùm haberet pecuniam 3

recipiendi; non aliter addito, *& ad illam recepiſſe confitendum*; Eſt tamen verum adde Tu, quod Bar. loquutus fuit expreſſe, etiam in caſu, quo Procuratori data eſt poteſtas confitendi recepiſſe, *in d. §. fin. n. 7.* ſed quod verior ſit ſententia hic tenta, contra Bar. licèt frequentius ea ſit recepta, ſcripſerunt Alcia. *in l. ſolutionis num. 3. ff. de verb. ſig.* Stracca *de adiect. par. 3. num. 125.* Grat. *conſ. 12. num. 72. lib. 1.* Pract. Papienſ. *de form. libell. in act. hypot. in verbo mortuo n. 23.* quos citat Hercul. Moriſc. *var. reſol. lib. 2. cap. 93. num. 3.* vbi in hac materia confeſſionis factæ per Procuratorem de recepto, pro pleniori intelligentia quatuor conſtituit caſus; quorum Primus eſt, quando Procurator nullum habet mandatum ſpeciale ad exigendum vt tunc nulli ſit dubium, eius confeſſionem Domino non nocere, adhuc ſi de numeratione conſtaret ad tex. *in l. hoc iure ff. de ſolutio.* Secundus caſus, quando Procurator mandatum tantùm haberet ad exigendum, vt tunc eius confeſſio ſimiliter Domino non præiudicet, niſi de numeratione conſtaret, ex Bar. *loc. cit. num. 6.* Cephal. *conſ. 101. num. 18. & ſeq. lib. 1.* & Sermien. qui de communi teſtatur *ſelect. interpetr. lib. 3. cap. 11. num. 1.* licèt ibidem contrarium defendat. Tertius caſus, de quo in hac Deciſione. Quartus eſt caſus quando de Procuratoris confitentis fraude conſtaret, vt tunc nullatenus Domino eius confeſſio noceat, adhuc ſi poteſtatem confitendi recepiſſe haberet, ex Sermien. *loc. cit. num. 6. & 11.*

2 In Tutore autem, Curatore, Exequutore, Syndico Vniuerſitatis, & in Patre legitimo filij Adminiſtratore, quod eorum confeſſio de recepto principalibus non noceat, quando de vera numeratione non conſtaret, dixerunt gloſ. per illum tex. *in l. certum §. ſed an & ipſos ff. de confeſſ.* Bar. *ibidem*, & alij, quos referunt Geor. Natt. *conſ. 543. num. 13. 14. & 16. lib. 3.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 4. gloſ. 6. num. 12.* & Moriſc. *loc. cit. num. 7.*

## *ARGVMENTVM.*

Feudum ſi quis à Domino emerit, eo pacto, vt ſi abſque liberis mori contigerit poſſet in feudo illo, verbo, vel in ſcriptis ſibi nominare hæredem; mortuo demùm feudatario, abſque liberis, & ab inteſtato, nulla nec in vita, nec in morte nominatione facta, an in feudo prædicto legitimus bonorum allodialium ab inteſtato hæres ſuccedere poſſit. Poteſtas nominandi hæredem in feudo, vel in officio, an ad hæredem tranſeat & de aliis &c.

## DECISIO CCCCXI.

1 CVm Magnificus Cornelius Caracciolus à Regia Curia emiſſet Terram Lauriani in pertinentiis Cilenti, quia filios non habebat, & ex tenore inueſtituræ, quæ canebat pro ſe, & hæredibus ex corpore, nemo ex Agnatis in feudo illo ſuccedere poterat; in emptionis inſtrumento expreſſe ſe conuenit, vt ſi abſque liberis mori contingeret, potuiſſet in dicto feudo, verbo, vel in ſcriptis ſibi nominare hæredem; euenit poſtea vt diem ſuum clauderet poſtremum, nullo ſibi nominato hærede, ex quo ab inteſtato deceſſit, quo factum fuit, vt Regius Fiſcus feudi prædicti propter legitimi ſucceſſoris defectum caperet poſſeſſionem; ſed comparente demùm Lucretia Caracciola defuncti feudatarij ſorore vtrinque coniuncta, & ſe legitimam eſſe ſucceditricem in dicto feudo prætendente, dubitatum fuit quid iuris.

Etenim non dubitabatur, attento tenore inueſtituræ, Lucretiam non potuiſſe in feudo illo ſuccedere; nam etſi ex Conſtit. Regni huius *vt de ſucceſſionibus*, frater in feudo nouo fratris ſuccedere poſſit, hoc tamen vbi inueſtitura caneret pro ſe, & hæredibus ſimpliciter ſecus ſi addita eſſet Clauſula *ex corpore*, quia tunc cùm frater non poſſit dici ex corpore fratris, nullo pacto ſuccedere poteſt vt per Andr. *in ead. Conſtit. in verbo fratres*, & per alios Noſtrates paſſim; quod autem allegabat Lucretia illud erat, nimirum, quod cum negari non poterat, Cornelium ab inteſtato eſſe defunctum, tacito eiuſdem iudicio bona eius omnia ad ipſam ſororem ſpectabant, & pertinebant, & conſequenter eandem cenſeri ad ſucceſſionem dicti feudi nominatam per iura vulgata *in l. conficiuntur, in princ. & in l. ſi quis cum nullum ff. de iur. Codicill.* vbi dicit Bar. Nota quod quando quis decedit inteſtatus videtur inſtituere illum, qui ab inteſtato ſuccederet; & Bal. addit, illum qui ab inteſtato ſuccedit grauari poſſe, quia à teſtatore inſtitutus videtur; ſi inſtitutus, ergo (dicebat Lucretia) quod cùm Cornelius nulla facta nominatione deceſſerit, habebatur ac ſi ſoror ipſa nominata eſſet; hoc erat vnicum ſororis fundamentum. 1

Sed pro parte Regij Fiſci dicebatur quod cùm attento tenore inueſtituræ, Lucretia quamuis ſoror in hoc feudo ſuccedere non poterat, nec eius iura in alio fundabantur niſi in pacto quod Cornelius in emptionis inſtrumento apponi curauit, vt potuiſſet in feudo prædicto ſuum nominare hæredem; conſiderabatur, quod altero ex duobus modis poterat Lucretia ad ſucceſſionem huius feudi venire, vel & primò, vt hæres vniuerſalis ab inteſtato bonorum allodialium, & incapax erat omnino ſucceſſionis huius feudi, quia attento tenore inueſtituræ, vti extranea habebatur; aut & ſecundò ſuccedere intendebat, vti nominata à Cornelio vigore poteſtatis ei tributæ; & nullatenus quia nominata à Cornelio non extiterat, cum expreſsè eſſet nominanda iux. tex. *in l. 1. & 2. ff. de liber. & poſthum. in l. nominatim ff. de lega. 3.* & 3

Digitized by Google

& in l. nominatim ff. de condit. & demonſtrat.

4 Vlterius conuentum extiterat, vt nominare potuiſſet, quem voluiſſet tam verbo, quàm in ſcriptis; ſi verbo, oportebat quod verè nominaſſet, quia aliter ſine verbis non diceretur facta nominatio, vt in *l. 1. in princ.* vbi Bal. Alexand. Iaſ. & omnes *ff. de verb. obligat.* bonus tex. *in l. obligamur. §. verbis ff. eodem*; ſi autem in ſcriptis, neceſſe erat, vt de ſcriptura conſtaret, cum illud dicatur ſcriptum, quod legi poteſt, *l. 1. in princ. ff. de his, qui teſtam. delen.* Vndè cum vtrumque deficeret, non poterat cenſeri vocata Lucretia ab inteſtato veniens; quia, qui ab inteſtato ſuccedit, venit ex tacita, non autem expreſſa voluntate defuncti, ita gloſ. *in l. ſed cum patrono §. bonorum poſſeſſionis beneficio in verb. habentibus*, & ibi etiam Alber. *ff. de bonor. poſſ. & in l. 1. §. quoties in verb. meruit ff. de collat. bonor.*

5 Præterea conſiderabatur nominandi facultatem Cornelio tributam, non niſi meram diſpenſationem continere; quæ quidem diſpenſatio odioſa dicitur, ac proinde reſtringenda, Abb. *in c. fin. de ſimon.* & Iaſ. *in l. ſi ita ſcriptum ff. de liber. & poſthum.* ſtrictéque interpetrari debet, Felin. *in c. cauſam, quæ, & in c. poſtulaſti de reſcriptis*, vbi dicit regulam eſſe vt in diſpenſationibus, etiam ad caſum minorem, & maiorem habentem rationem non fiat extenſio; idemque Hoſt. *ibidem*; quibus quidem principaliter conſideratis, relata cauſa per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, pro maiori, & ſaniori parte Dominorum Votantium fuit pro fiſco pronunciatum, eo ab impetitis per dictam Lucretiam penitus abſoluto; & cum ab hac determinatione fuiſſet reclamatum iterum diſcuſſo articulo, fuit tam per Dominos Regiam Cancellariam regentes, quàm per Dominos Regiæ Cameræ Præſidentes, vno excepto, prima ſententia confirmata.

## OBSERVATIO.

1 DVbium de quo in hac Deciſione hodie ceſſat prorſus, cum attentis gratiis huic Regno conceſſis, de quibus ſupra *in Obſer. ad deciſ.* 407. frater, ſoror, & Nepos legitimi ſint ſucceſſores in feudo nouo, quamuis inueſtitura caneret, pro ſe, & hæredibus ex corpore; poſſet tamen adhuc hodie dubitari, ſi quis nullum habens legitimum in feudo ſucceſſorem à Regia Curia feudum emerit, ea conditione, & pacto vt ſi abſque liberis mori contingeret, poſſet in eo feudo nominare ſibi hæredem, quantumuis extraneum; an, ſuccedente caſu mortis abſque liberis, nulla facta nominatione, poſſet in feudo illo ſuccedere legitimus ab inteſtato ſucceſſor, quamuis non in gradu ſucceſſibili in feudis? & ſecundum ea quæ hîc deciſa fuerunt, ſi caſus contingeret negatiue eſt reſpondendum; ad cuius quidem Deciſionis confirmationem vide omnino Marin. Frecc. *in ſuo tract. de ſubfeudis lib. 2. quæſt.* 44. vbi quærit an poteſtas nominandi hæredem in feudo, vel in officio tranſeat ad hæredem, qui poſſit nominare ſucceſſorem, quem defunctus non nominauit, & negatiuè reſpondet primò, quia verba gratiæ, quæ de tali feudatario loquuntur perſonalia eſſe cenſentur; Secundò quia Rex confidit de eo feudatario, vt nominationem faciat; non autem de hærede eius, quem Rex ipſe ignorat; Tertiò quia nominatus ab hærede vere & realiter non eſt nominatus à defuncto; Quartò quia nominandi facultas, quæ cohærebat perſonæ feudatarij erat poteſtatiua, nimirum ſi voluiſſet in feudo, vel in officio nominare ſucceſſorem; ſicque conditionalis videbatur, quæ ad hæredem non tranſmittitur; Quintò quia gratia loquitur de feudatario, qui Dominus erat feudi, de hærede feudatarij non loquitur, cum ipſe non habeat feudum; Et cum in illo ſucceſſerit Curia, defuncto feudatario, non nominante, res non dicitur integra, ſicque gratiæ effectus euaneſcit; Sextò quia ea nominandi poteſtas collata videtur feudatario ſecundùm naturam rei, vt eatenus capiat hæres, quatenus à moriente erat nominatus; ſicque interpretationem recipit à perſona, in quam confertur; Vndè antequam ipſe nominet, non conſideratur aliquis hæres formatus, nec in re, nec in ſpe, nec in iure; ergo. Iſtamque ſententiam amplexus pariter fuit Montan. *de regalibus fol.* 213. *num.* 44. vbi bene loquitur.

Pergit vlterius Marin. Frecc. *in quæſt. ſeq.* ſic quærens quid dicendum ſi hic feudatarius condiderit teſtamentum, ſibique inſtituerit hæredem vniuerſalem Petrum, nulla tamen facta expreſſione, quod eum nominabat hæredem in feudo, vigore poteſtatis, quam habebat, an ſic inſtituendo eum hæredem vniuerſalem, intelligatur etiam eum nominaſſe in eo feudo ſucceſſorem; & in hoc caſu affirmatiuè reſpondet; nam cum hic, qui eſt hæres vniuerſalis inſtitutus, hæres dicatur totius patrimonij, quod tempore mortis reperitur; conſequens eſt dicere, vt in eum omne morientis iudicium collatum ſit, non quidem ab inteſtato; ſed ex teſtamento; non enim (inquit Frec.) cogitauit Rex hæredem in feudo nominare ſpecialiter, ſed tantùm an ſua voluntate, ſuoque iudicio expreſſo morienti hæres ſit, & ſucceſſor; vnde expreſſum eſt, quod in genere dicitur; ſicque ſiue moriens hæredem in feudo faciat, vel generaliter ſucceſſorem nominet, in tota hæreditate hæres eſt; ergo; idemque ſcripſit Montan. *loc. cit. fol.* 216. *num.* 50. vbi addit, idem eſſe in officio, vt nimirum hæres inſtitutus vniuerſalis in eo ſuccedat, quamuis nulla fuerit facta nominatio; imò etſi ab inteſtato decederet, adhuc venientes ab inteſtato in officio ſuccedere poſſe, putauit Ioan. Vinc. de Ann. *ſing.* 391. cui tamen non ſe ſubſcripſit Montan. *loco propriè cit. n.* 51. ſed circa hanc materiam nominationis in officio vide quæ dixi ſupra *in obſer. ad deciſ.* 382. & quæ ſcripſit Iacob. Ant. de Mauro *allegat.* 43. 2

## *ARGVMENTVM.*

Verba enunciatiua inſtrumentorum, an & quando probent. Tempus antiquum quodnam dicatur. Rex ſi ſcienter Clericum de feudo inueſtiet, an ei videatur gratiam facere, vt feudum tenere poſſit. Diſpenſare



Digitized by Google

an cenſeatur Epiſcopus ſuper aliquo defectu, quod promouendus patitur, ſi ſcienter illi ordines confert, & de aliis.

## DECISIO CCCCXII.

1 IN cauſa Magnifici Balthaſaris Milani cum Illuſtri Duce Sueſſano, lata ſententia per Regiam Cameram, qua mediante, declaratum extitit, Baroniam Sancti Georgij cum pertinentiis ſuis ad dictum Magnificum Balthaſarem ſpectare,& pertinere, provt ſupra *deciſ*.... dubitari contigit, ſi duo illa Caſalia Melicuſſi, & pars iuriſdictionis criminalis Galaſij,aliudque feudum inhabitatum de *Prataria* dicerentur de pertinentiis dictæ Baroniæ, ad finem videndi, an ſententia prædicta ad fauorem d. Balthaſaris, etiam reſpectu dictorum feudorum veniret exequenda.

2 Quod dicerentur de pertinentiis Baroniæ, producebat Balthaſar aliqua inſtrumenta antiqua, inter diuerſas perſonas ſtipulata, in quibus annuebatur feuda prædicta eſſe de pertinentiis eiuſdem Baroniæ; vndè dicebatur, quod cùm plura eſſent, in antiquis probabant, vt per Canoniſtas, præcipuè Aret. *in c. cauſam, extra de probat.* Secundò plures teſtes producebantur illud idem deponentes, & cum illis quatuor numerationes Regiæ Cameræ, ex quibus conſtabat, dicta duo Caſalia fuiſſe numerata, vti de pertinentiis dictæ Baroniæ; Tertiò & tandem producebatur priuilegium Regis Ferdinandi primi in perſonam Comitis Terræ Nouæ vtilis Domini dictæ Baroniæ confirmatorium alterius Regis Alphonſi, in quo hæc feuda de pertinentiis prædictis fuiſſe legebatur; & ex his præſupponebat Balthaſar eſſe in probatis, vt ſententia prædicta etiam reſpectu dictorum feudorum eſſet exequenda. Pro parte autem Illuſtris Ducis, quod feuda prædicta de pertinentiis dictæ Baroniæ cenſeri non poſſent, producebatur prima, & originalis inueſtitura dictorum feudorum vti de pertinentiis Terræ & Baroniæ Quinquefrondium, quæ omnino erat attendenda *cap. 1. § fin. de eo, quem ſibi vel ſuis hæredibus*, latè Dec. *conſ. 93.* & alij ſtatim enim quod Rex diſponendo non enunciando nominauit Baroniam, & Terram Quinquefrondium cenſebatur eam in Baroniam erigere, vt per Andr. *in c. 1. §. ſimiliter in 2. addit. de capit. qui cur. vendit.* & Bar. *in extrauag. qui ſint rebelles, in verbo Lombardiæ*, vbi dicit, quod quando Rex ſcribit, vel nominat aliquam Terram, vel Ciuitatem, cenſetur eam in talem erigere; idemque Innoc. *in c. cum ab Eccleſiarum, de officio ordina.* Et licèt obſtare videatur tex. *in clem. fin. de ſent. excomm.* tamen tex. ille intelligitur, quando verba enunciatiuè & propter aliud prolata ſunt, vt ibi Card. & Ioan. de Imol. bene declarant; in caſu propoſito principaliter & diſpoſitiuè Rex conceſſerat Comiti Terrenouæ Baroniam Quinquefrondium cum dictis Caſalibus; & ſic de certa ſcientia fuerat facta conceſſio; tractabatur enim de facto proprio Principis; & ſucceſſiuè ignorantia præſumi non poterat, neque error, ad notata per Andr. *in cap. 1. in fin. de benef.* vbi ſi Rex ſcienter Clericum de feudo inueſtit, videtur ei gratiam facere, vt poſſit feudum tenere, & per ſubſtitutum inſeruire, & ſic cenſetur eum habilitare, cùm aliàs eſſet incapax, *cap. 1. de milit. qui arm. bellic. depoſ.* Nec obſtare dicebantur inſtrumenta vt ſupra producta, quia enunciatiuè annuebatur, feuda prædicta eſſe de pertinentiis Sancti Georgij & ſic fidem non faciebant, niſi in antiquiſſimis, nimirum vt annuorum centum ſpatium ſit elapſum, vt per Innoc. *in c. veniens de verb. ſign.* Bal. & Iaſ. *in l. cùm aliquis C. de iur. deliber.* quod quidem tempus in caſu propoſito deficiebat, & ad priuilegium Regis Ferdinandi dicebatur, quod non erat, niſi confirmatorium, & relatiuum ad aliud priuilegium Regis Alphonſi, in quo aliter habebatur; ſicque relatum, non autem referens erat attendendum, Dec. *in c. ex parte, de reſcrip. & conſ. 63.* vbi latè; Vnde ex his principaliter fuit pro Illuſtri Duce pronunciatum; Sed cum demùm eſſet ab hac determinatione reclamatum, melius diſcuſſo articulo, compertum fuit, quod feudum prædictum inhabitatum de *Prataria* verè erat de pertinentiis Sancti Georgij; ac proinde reſpectu huius feudi, fuit hæc vltima ſententia reformata; ſicque ordinatum, vt ſententia lata ad fauorem dicti Balthaſaris exequeretur, etiam reſpectu huius feudi de *Prataria*; In hac cauſa reclamationis interuenit totum Sac. Conſilium Caſtri Capuanæ, tota Regia Camera, & duo Regiam Cancellariam Regentes; nimirum Salernitanus, & Iſte &c.

---

## OBSERVATIO.

DOminus Reg. noſter inter alia, quæ hìc ſcripſit illam firmat Concluſionem, vt verba enunciatiua inſtrumentorum non probent, niſi in antiquiſſimis; nimirum vt annorum centum ſpatium ſit elapſum, ex Innocent. Bal. & Iaſ. hìc relatis; Tu modò adde quod circa hoc Doctores noſtri varie loquuti fuêre; ſunt enim qui dixerunt, tempus antiquum dici, quando elapſi ſunt centum anni, alij quando elapſi ſunt octuaginta, alij quinquaginta, alij alia dixerunt, provt videre eſt apud Crauett. *de antiquit. temp. par. 1. cap. 1. in princ.* Iacob. Menoch. *de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 1. caſu 3.* vbi ſeptem recitat DD. opiniones, Maſcar. *de probat. concl. 103.* Lader. *conſ. 10. num. 1.* Honde. *conſ. 57. n. 56. lib. 1.* Peregr. *de fideicom. art. 4*... 1

art.43. num.83. Polid. Rip. obſer. 69. & Cæſ. Barz. deciſ.2. num. 32. quos omnes citat Nicol. Genua de verbis enunciat. lib.2. quæſt.1. num. 42. vbi num. ſeq. addit, communem eſſe ſententiam, & fere ab omnibus receptum, vt centum annorum ſpatium requiratur, ex Maſcar. loc.cit. à num.1. ad 7. Maluaſ. qui etiam de communi teſtatur conſ.91. numer.46. Dec. conſ.21. num.28. lib.1. Barz. & Peregr. locis modò relatis; ſubdit demùm num.44. hac in re ſemper ſibi placuiſſe ſententiam illorum, qui dixerint id omne Iudicis arbitrio deferendum, nimirum vt ſecundum qualitates difficultatum occurrentium iudicare debeat quot anni ad tempus antiquum conſtituendum requirantur; vidimus enim Sacrum Romanum Auditorium tempus antiquum aliquando arbitratum quinquaginta, aliquando ſeptuaginta; aliquando nonaginta nouem, aliquando centum annorum, ſic atteſtantibus Bartholo Romul. in l. ſciendum num.124. in fine ff. de verb. oblig. Card. Put. deciſ.21 . num.1. lib.1. & 209. lib.2. & Verallo. deciſ.28. num.4. lib.1. & in Senatu Mantuano tempus annorum ſexaginta pro antiquiſſimo fuiſſe iudicatum, teſtatur Burſat. conſ. 151. num.34. lib.2.

2 Quod autem verba enunciatiua inſtrumentorum probent, ſcripſerunt Mandell. de Alba. conſ.83. n.6. lib.1. Barbat. conſ.65. num.14. & 15. lib.2. Riminal. Senior. conſ.93. num.5. lib.1. Ferrett. conſ.61. num.7. lib.1. Cephal. conſ.608. num.17. lib.4. Purpur. conſ.319. num.10. lib.1. & conſ.542. num.15. lib.2. Burſa. conſ.410. num.66. & 67. lib.4. Honded. conſ.31. num.8. lib.2. Maſcar. concl.106. & alij, quos citat, & ſequitur Genua loco cit. num.38.

3 Ad confirmationem autem illius Concluſionis hîc tentæ, vt ſi Rex ſcienter Clericum de feudo inueſtit videatur ei gratiam facere, vt poſſit feudum tenere, cuius, tam iure communi, quàm Regni huius attento, eſt incapax, videndi ſunt hoc idem probantes Andr. in cap.1. verſ. de nouo, de vaſſall. milit. qui arm. bellic. depoſ. Aluaror. in cap.1. in fine verſ. quod intellige, de feudo femina. Roſentall. de feud. cap.7. concl.73. Beretta conſ.82. Riminal. iun. conſ.786. lib.7. Pancirol. conſ. 111. num.13. & Octau. Bammac. qui hoc citat in comment. ad cap.1. §. qui clericus numer.5. ſi de feud. defun. conten. ſit &c. idemque DD. dixerunt in eo, qui ex aliquo defectu ad ordines promoueri non poſt: nam ſi Papa, vel Epiſcopus ex certa ſcientia illum ad ordines promouerent, tunc promouendo, diſpenſant; ita ſane ſcripſerunt DD. quos allegat Grammat. deciſ.81. n.8. & 9. Rebuff. in prax. beneficial. de diſpenſat. ſuper defect. natal. num.9. Viuian. tract. de iur. patron. par.2. lib.6. cap.4. n.37. Ego ipſe reſol. iur. lib.1. cap.168. num.16.

## ARGVMENTVM.

Proceſſus an dicatur legitimè compilatus cum Procuratore, de cuius mandato non conſtat, ſi principalis ſcientiam iudicij moti habuerit. Terminus datus tam ſuper conuentione, ſuper qua erat iam concluſum, quàm ſuper reconuentione, an dicatur legitimè impartitus. Clericus actor coram Iudice ſæculari an poſt in cauſa concluſum reconueniri poſſit. Et de aliis &c.

## DECISIO CCCCXIII.

DVAS proponebat nullitates Illuſtris Princeps Sulmonis aduerſùs ſententiam contra ſe latam ad fauorem Illuſtris Ducis Boiani primam, quia termino in cauſa dato nondum elapſo, lata extiterat ſententia prædicta, contra tex. in l. ſiue pars., vbi hoc notant gloſ. Bal. Salicet. & DD. communiter C. de dilatio. qui addunt, hoc verum eſſe, adhuc ſi Iudex videat de termino tam modicum remanere tempus, vt ſit pluſquam certum, nil poſſe vlterius Partes probare; alteram, quia proceſſum fuerat cum Magnifico Ioanne Antonio Toruo, vti ipſius Principis Procuratore, cum talis non eſſet; nam & ſi aliàs in cauſis ipſius Principis vti Procurator interuenerat; fuerat tamen conſtitutus ab Illuſtri Principiſſa Matre, vti Balia, & Tutrice, cuius baliatum longo tempore antequam lis moueretur expirauerat; vnde baliatu extincto, dicebatur inſimul extincta procurationis conſtitutio, re integra, ideſt in negotiis non incœptis, per tex. in l. ſi per epiſtolam. vbi DD. omnes ff. de acquir. hæred. Bal. in l. mandatum C. mand. & Alex. conſ.128. lib.6. 1

Diſcuſſis his duabus nullitatibus, in Regia Camera, fuit deciſum illas non obſtare, ac proinde ſententiam ad fauorem Illuſtris Ducis latam eſſe exequendam. Ratio Deciſionis reſpectu primæ propoſitæ nullitatis, ea fuit, quia verum eſt, quod pendente curſu termini, Iudicis officium conquieſcit; hoc tamen quando terminus ritè ac rectè impartitus eſt; ſecus ſi nulliter, provt in caſu, de quo agebatur, vbi facta concluſione in cauſa, Princeps conuentus Ducem Actorem reconuenerat, fueratque impartitus terminus, vt ab eo tempore curreret, tam in cauſa conuentionis, quàm reconuentionis; id enim peragi non poterat, ad notata per Bar. in Authen. & conſequenter C. de ſentent. & interloquut. omn. Iudic. quocirca decretum prædictum fuit ipſo iure nullum, quia ſecunda fuit data dilatio, quæ dari non poterat, maximè in cauſis ſummariis, provt ſunt omnes in Regno ex Prag. Diſpendia litium, vt per gloſ. in clem. ſæpè in verbo amputet. de verb. ſign. Dando igitur Iudex ſecundam dilationem in caſibus, in quibus illa dari non poteſt, nulliter procedit, & conſequenter probationes inde receptæ nullæ dicuntur, notat. Paul. de Caſtr in l. fin. numer.6. vbi dicit ita Bar. conſuluiſſe, ff. de feriis; Vnde cum in caſu propoſito ad cauſæ terminationem fuerit proceſſum, cenſebatur decretum illud impartitionis termini fuiſſe reuocatum

Digitized by Google

uocatum, ad tex. *in l. à procedente C. de dilatio. & in l. 1. C. de ord. cognit.* Hæc reſpectu primæ nullitatis. Reſpectu verò alterius dicebatur, quod in facto non procedebat, quia verum erat, Principem conuentum plenam habuiſſe notitiam, quod procedebatur in cauſa cum dicto Ioanne Antonio, vti eius Procuratore, qui eum defendebat in præſentia Procuratoris generalis ipſius Principis, ſicque fiebat locus dictis per Innoc. *in c. ex parte Decani, de reſcrip.* vbi voluit quod ſi Dominus aliquem in iudicio ſuo nomine agere ſciuerit, videtur eum ſuum procuratorem conſtituere; & licèt hoc dictum ab aliquibus impugnetur, vt videre eſt apud Alex. *in l. ſæpè num. 87. ff. de re iudic.* & Aret. *in l. 2. §. voluntate ff. ſolut. matr.* tamen alij plures Innocent. ſententiam ſequuntur, vt per Felin. *in c. fraternitatis col. 4. de teſtibus*; & cùm tantæ ſit auctoritatis eius opinionem in iudicando ſequi non eſt erroneum, imò dicebatur Iudicem in conſcientia tutum eſſe; Vnde &c.

---

## OBSERVATIO.

1 QVod attinet ad primam partem huius Deciſionis, dicamus omni ſemota controuerſia, vt terminus cauſæ reconuentionis inſimul ac ſimultaneo proceſſu cum illo reconuentionis currere poſſit, neceſſarium eſſe, vt reus actorem reconueniat antequam ſuper negotio in iudicium deducto lis ſit conteſtata; ſic enim reus ipſe releuabitur; nam Iudex terminum in vtraque cauſa, conuentionis nimirum, & reconuentionis dare tenetur, & proceſſu poſtea compilato, vtrumque iudicium ſimul, & ſemel expediet, ita poſt Specul. Marian. Soccin. Addentes ad Marant. Muſcatell. & alios, quos citat, aduertit noſter Gallupp. *in ſua recentiſſ. praxi par. 2. cap. 14. num. 1.* vndè cum in caſu huius Deciſionis, facta concluſione in cauſa reus Actorem reconuenerit, malè fuit terminus impartitus tam ſuper conuentione; ſuper qua erat iam concluſum, quàm ſuper reconuentione; ac proindè merito de hoc actu, nulla hic extitit habita ratio.

2 Eſt tamen verum, quod ſi reus ante litis conteſtationem, vel in ipſo actu, ſiue illico poſt litem conteſtatam actorem non reconuenerit, non per hoc erit ei præcluſa via, in quacunque parte iudicij ſuam inſtituere reconuentionem, ad tradita per gloſ. *in cap. 1. in verbo reſpondere de mut. petit. & in c. diſpendia §. reus quoque, de reſcrip. in 6.* & per Carauit. *in rit. 67. n. 7.* at eo caſu conuentio, & reconuentio pari paſſu non ambulabunt, ſicque expeditio cauſæ conuentionis per reconuentionem non retardabitur, ita Marant. *in praxi par. 4. diſtinct. 6.* poſt Dec. & Lanfranc. quos citat.

3 Et licèt aliquando fuerit controuerſum, an ſi actor eſſet clericus poſſit ille poſt concluſum in cauſa reconueniri; attamen quod ritè & rectè procedat reconuentio, nec aliter fiet locus remiſſioni ad Iudicem Eccleſiaſticum, deciſum teſtatur D. Præſ. de Franch. *deciſ. 376.* ſicque tentum, veram eſſe concluſionem, reconuentionem fieri poſſe vſque ad concluſum in cauſa, imò vſque ad ſententiam, non tamen ad finem vt pari paſſu procedatur, quia hoc caſu eſſet neceſſe, quod fieret renunciatio ante litis conteſtationem, vel ſtatim poſt; ſed ad finem, vt teneatur ſtare iuri coram illo Iudice, quem elegit; & ita annis non longe decurſis per S. C. iunctis aulis deciſum fuiſſe ſcio, in cauſa in S. C. vertente inter Abbatem Ludouicum Ridolfi & Marchionem Baſelicis, vt videre eſt penès Thor. *in compen. deciſ. par. 3. in verbo reconuentio.*

Quò verò ad alteram huius Deciſionis partem, in 4 qua fuit tentum proceſſum fuiſſe legitimè compilatum cum Procuratore, quamuis de mandato non conſtitiſſet, ex eo quod principalis plenam habuerit ſcientiam, quod lis agitabatur ſuo nomine, cùm illo procuratore, nec in iudicio comparuit ante ſententiam, ſe proteſtando, illum non eſſe eius Procuratorem; dic Tu, quod licèt circa hoc dictum adſit aliqua inter DD. controuerſia; tamen cum deciſis hîc conuenit Afflict. quem miror ab oculatiſſimo D. Regente noſtro non fuiſſe allegatum, *in deciſ. 308. n. 8.* quo loci expreſſis verbis dicit, quod ſi aliquis agat tanquàm procurator meus, me ſciente, & patiente, videor ſibi mandatum dediſſe, & ſic ſententia lata contra illam mihi nocebit, licèt de alio mandato non appareat, allegat Innocent. *in loco cit.* idemque ſcripſerunt Balb. *de præſcript. in 3. par. verſ. tertio principaliter limita*, Brunus *conſ. 95.* Gozad. *conſ. 93.* Ruin. *conſ. 161 lib. 1.* & Anton. Gabr. qui hos refert *commun. concluſ. lib. 2. tit. de procurator. concluſ. 1. num. 12.* vbi dicit ſemper mandatum præſumi, quando ſcientia, & patientia principalis interuenit.

## ARGVMENTVM.

Exceptio diſcuſſionis inuentarij an poſt ſententiam condemnatoriam ab hærede opponi poſſit ad finem, vt illa exequi non poſſit. Exceptiones modificatiuæ, quæ ſententiam non impugnant infra quantum tempus in Regno opponi poſſunt. Nullitates propoſitæ per modum exceptionis, an proponi poſſint, elapſo tempore, intra quod exceptiones modificatiuæ opponi poſſunt. Et de aliis &c.

## DECISIO CCCCXIV.

DVbitabatur in Sacro Regio 1 Collaterali Conſilio, ad relationem Regiæ Cameræ, ſi exceptio diſcuſſionis Inuentarij poſt ſententiam condemnatoriam ad illius exequutionem impediendam opponi poterat; & affirmatiuè fuit deciſum, ſicque ordinatum, vt donec inuentarium diſcuteretur, ſententia exequi non poſſet. Ratio deciſionis fuit, quia regula eſt, quod omnis exceptio, quæ in iudicio oppoſita non fuit poteſt poſt ſententiam opponi, ſi illam non impugnaret, ad quod fuerunt allegata iura *in l. Neſennius §. fin. ff. de re iudic. in l. ex diuerſo §. fin. ff. ſol. matr. & in l. penul. ff. de confeſſis*, notant Bar. Bal. & alij *in l. 1. ff. de iuris & facti ignor.* & in iuribus modò

modo allegatis; idemque Aret. *in l. more & in l. neceſſariis ff. de acquir. hæredit.* & melius *in l. ſi ſoror. C. de collat.* vbi autem ante ſententiam fuerit oppoſita, & diſcuſſa, ampliùs in exequutione ſententiæ opponi non poteſt: *l. duobus*, vbi caſus *ff. de except. rei iudic.* notat gloſ. *in d. l. Neſennius §. fin. in verb. non tenetur.* & Bar. *in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. obligat.*

## OBSERVATIO.

1 Deciſionem habemus indiuidualem, vt exceptio diſcuſſionis Inuentarij poſt ſententiam condemnatoriam opponi poſſit ad finem vt illa exequi non poſſit, donec, & quocunque inuentarium non diſcutiatur. Ratio aſſignatur, quia huiuſmodi exceptio ſententiam ipſam non impugnat, nec illi contradicit; ſed illam tantùm modificat; cum hac deciſione conuenit longa Doctorum ſeries, quam refert Rola. à Valle *in ſuo tract. de inuent. quæſt. 212. per totam, in tract. diuerſ.* vbi contrariis reſpondet, & aliquas ad hoc dictum accommodat limitationes, quas vide; idemque etiam determinatum in M. R. C. Regni Siciliæ teſtatur Maſtrill. *deciſ. 24.* qui licèt concluſionem hanc procedere dicat, quando hæres fuit condemnatus ad inſtantiam legatariorum, & fideicommiſſariorum; ſecus verò ſi inſtantibus creditoribus; attamen aduerte quia hæc eius aſſeueratio eſt contra magis communem DD. ſententiam, qui indiſtinctè ſcripſerunt, ſiue condemnatio ſequuta ſit ad inſtantiam legatariorum, ſiue creditorum, ſemper poſt ſententiam exceptionem hanc diſcuſſionis inuentarij opponi poſſe; & adhuc ſi Inuentarium ante ſententiæ prolationem fuiſſet in actis preſentatum; nam vt idem Maſtrill. aduertit *num. 8.* requireretur eo caſu, quod ſuper ea exceptione fuiſſet diſcuſſum quodque Iudex illam expreſsè reprobaſſet, idemque Dom. Reg. Capyc. Galeo. *contro. lib.... contr. 62. num. 58.*

2 Eſt tamen apud nos aduertendum, quod exceptio hæc, & quælibet alia modificatiua eſt opponenda intra triginta dies, poſt latam ſententiam, ſiue poſt illam notificatam; nam ſi poſt hoc elapſum tempus opponeretur, ſententiæ exequutio non impediretur, ſic diſponente Regia Sanctione, quæ eſt 4. §. 25. *de dilatio.* quam tamen non procedere, nec locum habere ſi nullitates aduersùs ſententiam per viam exceptionis eſſent oppoſitæ, adhuc elapſis triginta diebus dixit & prudenter Dom. Conſiliar. Carleual. *tom. 2. de iudic. diſput. 16. num. 19.* vbi expreſſis verbis voluit ſub hac diſpoſitione nullatenus comprehendi nullitatem propoſitam per modum exceptionis adhuc ſi illa opponeretur poſt terminum triginta dierum, quia nihilominus exequutionem impediret; etenim exceptio nullitatis non eſt propriè exceptio, ac proinde non eſt cur dici poſſit vt ſub termino à ſtatuto præſcripto ad exceptiones proponendas comprehendatur exceptio nullitatis, ita ſatis notanter Bal. *in l. 1. num. 6. C. de iur. & fact. ignor.* vbi ſic loquitur. *Ex prædictis collige quod exceptio nullitatis non eſt propriè exceptio; ergo terminus ſtatutus à ſtatuto municipali ad excipiendum non comprehendit exceptionem nullitatis, quod eſt notatu dignum, & ideo non excludit venientes poſt terminum, quod tene menti.* Hæc Bal. & ita ne rerum iudicatarum authoritate careamus per S. C. referente Dom. Regio Conſiliario Ioan. Baptiſta Iouino, fuit deciſum ſub die 13. menſis Aprilis currentis anni 1654. in cauſa hæredum quondam Ioannis Camilli Greci cum D. Iſabella Vrries quæ longe poſt terminum in dicta Pragm. Sanctione præſcriptum, per viam exceptionis nullitates propoſuerat aduersùs ſententiam contra ſe latam ad fauorem dictorum hæredum; & cum ſub die 27. menſis Iunij 1648. per S. C. ordinatum extitiſſet, nullitates eſſe recipiendas, hæredes prædicti à Decreto ſic interpoſito reclamarunt, contendentes, nullitates per D. Iſabellam tanquàm propoſitas poſt elapſum tempus in d. Regia Pragmatica ſtatutum, recipi non poſſe, ad finem impediendi exequutionem ſententiæ ad eius fauorem latæ; & cum ita fuiſſet per S. C. decretum ſub die 9. menſis Iulij 1650. & per hæc verba *Suſpenſo decreto S. C. Lato ſub die 27. Iunij 1648. non recipiantur nullitates propoſitæ pro parte D. Iſabellæ Vrries.* Hæc ab ordinatione ſic precipitanter facta reclamauit; demumque diſcuſſis pleniſſimè, & per longum tempus quæ in re tam graui diſcuti debebant, fuit per S. C. interpoſitum decretum pro D. Iſabella tenoris ſequentis, *Suſpenſo Decreto lato ſub die 9. Iunij 1650. per S. C. declaratum eſt bene fuiſſe prouiſum per idem S. C. ſub die 27. Iulij 1648.*

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## *ARGVMENTVM.*

Tortura an & quando in Regno ex proceſſu informatiuo inferri poſſit. Falſi crimen committi mandans, an ex proceſſu informatiuo torqueri poſſit. Ætas an ex aſpectu probatur. Socius criminis an & quando, & in quibus caſibus indicium faciat ad torturam. Tortus ſi reus fuerit ex proceſſu informatiuo, nùm datis defenſionibus, iterum torqueri poſſit; & de aliis ad ornatum, *c. Regni ſi quis cum ſceleratis.*

## DECISIO CCCCXV.

Dvbitatvm fuit in Sacro Regio Collaterali Conſilio, an ab Illuſtriſſimo Domino Prorege eſſet concedenda diſpenſatio, vt ex proceſſu informatiuo torqueretur, quidam Nobilis huius Ciuitatis, quem pro liberando patrem à Carceribus Magnæ Curiæ, in quibus reperiebatur, falſum commiſiſſe præſupponebatur, teſtes nimirum ſuadendo vt aliter deponeret, quam res ſe habebat; quî enim mandat falſum fieri, falſi crimine tenetur, ſicut qui falſum committit Bar. *in l. transſigere, in fine C. de transact. & in l. vnica §. ne autem C. de caduc. tollen.* ſuppoſito hoc crimine, quia falſi pœna eſt deportatio, attentis capp. Regni, quibus diſponitur tormenta adhiberi poſſe in criminibus, quorum pœna eſt vltra relegationem, ſequebatur, quod diſpenſatio concedi poterat; ſed pro inquiſito conſiderabatur hanc diſpenſationem 1



Digitized by Google

non niſi in grauiſſimis delictis, & aduerſus perſonas valdè diffamatas concedi; ſed in caſu, de quo agebatur vtrumque ceſſabat, ergo. Præterea erat hic nobilis minor decem, & octo annis, quem tormentis ſubiici de iure prohibetur, Hippoly. de Marſig. *in l. edictum ff. de quæſtio.* & teſtes contra eum examinati ſocij erant criminis, qui regulariter initium ad torturam non faciunt, niſi quatuor interuenientibus, de quibus per Bal. Salic. & omnes *in l. fin. C. de accuſat.* & Hippolyt. *in pract. crim. in* §. *diligenter.* Tandem conſiderabatur quod quando tractatur de pœna ætate minori infligenda, Iudex poteſt ex arbitrio illam minorare; *l. auxilium.* §. *in delictis ff. de minor.* & quod ita in S.C. Caſtri Capuanæ ſeruatur. Si igitur erat in arbitrio Iudicis, & pœna patrati facinoris erat deportatio, dum poterat minui, fiebat locus relegationi, qua attenta, ex diſpoſitione cap. Regni, tortura inferri non poterat; quibus ſic præſuppoſitis Regius fiſcus difficultatem agnoſcens noluit Deciſioni inſiſtere, ſed paſſus fuit ad vlteriora procedi, & tandem datis defenſionibus, ac proceſſu compilato, denuò inſtabat pro tortura, cauſaque relata in Collaterali Conſilio, fuit deciſum, prædictum Nobilem eſſe liberandum; & Ratio deciſionis fuit, primò, quia hic inquiſitus fuit habitus pro minori; & licèt de eius ætate non conſtaret, tamen ex aſpectu talis præſumebatur; nam quod ex aſpectu poſſit minor ætas probari eſt tex. & ibi Bar. *in l. minor 25. annis addito, & in l. de ætate ff. de minor.* Secundò quia inquiſitus iuſtam habebat cauſam teſtes ſuadendi, nimirum pro patris ſui, honoris, famæ & bonorum defenſione, optimè in terminis Paul. de Caſtr. *in conſ.* 331. *lib.* 1. omninò videndus. Tertiò quia teſtes examinati cùm eſſent ſocij criminis, ſi indicium ad torturam facere non poterant, quantò minus probationem ad condemnandum; nam licèt in aliquibus caſibus ſocius criminis indicium ad torturam facere ſoleat, nunquàm tamen probationem ad condemnandum, vt tenet Salic. *in l. fin. col. fin. C. de accuſat.* Angel. *in l. ſi certus ff. ad Syllan.* Alex. *conſ.* 90. *lib.* 3. Corne. *conſ.* 58. *in fine lib.* 1. Dec. *conſ.* 189. & Hippolyt. *in dic.* §. *diligenter num.* 68. Præterea Aret. *in c. cum l.* 10. *extr. de accuſat.* dicebat vt in criminibus exceptis ſocio criminis credatur, vltra adminicula, & coniecturas requiri, vt Iudex perpenſis numero teſtium, eorumque qualitate, & perſona eius, contra quam depoſuit, veroſimile ſit eum non mentiri, allegat tex. *in c. fidei fauorem de hæret. in* 6.

## OBSERVATIO.

Qvamuis Bar. *in l. ſi quis adulterium in princ. ff. ad l. Iul. de adult. & in l.* 1. *in l. vnius & in l. fin. ff. de quæſtio.* dixerit ad quæſtionem inferendam de iure deueniri non poſſe niſi facta prius litis conteſtatione, ac teſtibus, citata Parte, repetitis, imò & proceſſu publicato; in Regno autem noſtro in delictis atrocibus hæc Bar. theorica non ſeruatur, *per c. quod incipit, ſi cùm ſceleratis, quod eſt* 272. *ſecundum ordinem Ioan. Ant. de Nigr.* hac enim attenta diſpoſitione concurrentibus delicti atrocitate, qualitate Perſonæ, & inditiorum ſufficientia, poſſe reum ex proceſſu informatiuo quæſtionibus ſubiici, ſcripſerunt Affl. *deciſ.* 391. *num.* 10. Dom. de Franc. *deciſ.* 143. & Dom. Reg. Tap. *in annotat. ad d. c. ſi cùm ſceleratis num.* 1. eſt tamen verum quod contra Neapolitanos, ac omnes Caſalenſes etiam Turris Octauæ, & Mileti ex peculiari priuilegio Regis Catholici, & Imperatoris Caroli immortalis memoriæ, abſque Regia diſpenſatione non poteſt Reus ex proceſſu informatiuo torqueri, quantumùis de atrociſſimo crimine inquiratur, vt paſſim DD. noſtri aduertunt, & inter cæteros Dom. de Franch. *dec.* 316. *in fine*, & aliquando hæc diſpenſatio denegatur ex cauſis, quas iuſtas, & conuenientes Collaterale Conſilium exiſtimabit, prout fuit ſeruatum hìc; quando autem ex proceſſu informatiuo quis torquetur, datis demùm defenſionibus non poteſt iterùm torqueri, vt aduertit Io. Ant. de Nigr. *in d. c. ſi cùm ſceleratis num.* 20. licèt Dom. Reg. de Tap. *loc. cit. num.* 8. Contrarium practicatum teſtetur; ſed malè vt ipſe dicit; ſubdit demùm in fine hæc verba. *Hæc tamèn omnia iuſto iudicantium arbitrio relinquuntur, cùm delicta ſint tàm grauia, & tàm frequentia, vt vix ordo ſeruari poſſit.* 1

Quantùm verò attinet ad illam concluſionem hìc tentam, vt dictum ſocij criminis initium non faciat ad torturam, niſi quatuor concurrentibus, ex Doctoribus hìc citatis, pro pleniori huius dicti intelligentia ex recentioribus videndi ſunt Iul. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 21. *num.* 7. poſt noſtrum Carrer. & alios, quos citat Maſcar. *de probatio concl.* 1311. *per totam*, Farinac. *in ſua praxi in tit. de indic. & tort. quæſt.* 43. Petrus Caball. *reſol. crim. cent.* 1. *caſu* 84. In crimine verò Sodomiæ memini ſemel vidiſſe in M. C. ſeruatum ſodomitam eſſe torquendum ex proceſſu informatiuo, cùm nullum contra ipſum adeſſet inditium, niſi dictum criminis paſſi, qui hoc etiam in tortura aſſeuerauerat, qua de re eſt videndus Triuiſ. *deciſ. cum.* 14. & Farinac. *cit. quæſt.* 43. *à num.* 89. *vſque & per totum num.* 99. poſt Boſſ. quem allegat *in tit. de indit. & conſiderat. ante tortur. num.* 106. 2

## ARGVMENTVM.

Banniti, qui in Regno aliquando more militari depredantur, aliaque atrociſſima ſic patrantres, nùm vti rebelles exiſtimandi ſint, ita vt puniri poſſint ea pæna, qua plectuntur, qui in crimen læſæ Maieſtatis incidunt. Offendentes Conſiliarios Principis an læſæ Maieſtatis Rei efficiantur, & de aliis.

DECI

Digitized by Google

## DECISIO CCCCXVI.

1 CONTIGIT dubitari in Sacro Regio Collaterali Conſilio, ſi vti rebelles ſuæ Catholicæ Maieſtatis puniri poterant contumaces illi, banniti, foriudicati, cæterique delinquentes vulgò *foraſciti* appellantur, qui in Regno, præſertim in Prouinciis Calabriæ in maximo exiſtentes numero, more militari cùm omni armorum genere deprædabantur, homines, etiam officiales Regios occidebant, Virgines rapiebant, aliaque ſimilia enormia patrantes.

2 Conſideratum fuit quod omnes Doctores, qui materiam criminis læſæ Maieſtatis tractarunt, tam *in l.1.2. & tot. tit. ff. ad leg. Iul. Maieſt. in l. quiſquis C. eod. & in c. fælicis, de pœnis in 6.* quàm ex noſtratibus Andr. & Afflict. *in tit. quæ ſint regal. in verb. & bona committentium*, & Capyc. *deciſ.* 130. dixerint, illum propriè dici, & cenſeri læſæ Maieſtatis crimen committere, qui principaliter, & non ſecundariò Regiam offendit Maieſtatem; ideóque ſiquis Regium Officialem offenderet ex particulari inimicitia, vel odio, & non principaliter ſiue intentionaliter, vt Regem offenderet, licèt ſecundariò Rex offendatur, non tamen dicitur læſæ Maieſtatis crimen committere; Ex hoc dicebatur quod ſi contra prædictos facinoroſos homines pro patratis criminibus, vti de læſa Maieſtate erat procedendum; & oportebat vt per edictum citarentur, & contra eos procederetur iuxta formam, & tenorem Extrauag. *Ad reprimendum.* At ſi potius exiſtimabatur conueniens, & neceſſarium Pragmaticam Sanctionem emanare, qua declararetur, vt huiuſmodi crimina de cætero committentes in perduellionis crimen inciderent, & vt contra eos procederetur, ac ſi aduersùs committentes crimen læſæ Maieſtatis; & per omnes Dominos votantes fuit concluſum, legem hanc promulgari poſſe, adhuc ſi verè crimina prædicta non eſſent læſæ Maieſtatis, ſuaque Regia Maieſtas principaliter non offenderetur, quia ita pro Dei, Regis, ac Regni ſeruitio expediebat; nec hoc nouum erat, cùm aliàs ſic in ſimilibus fuerat per Summum Pontificem ſancitum *in d. c. fælicis de pæn. in 6. & in extrauag. eiuſdem tit.* quæ incipit *dierum creſcente*; idemque aliàs per Carolum Cæſarem Regem noſtrum prouiſum contra Magnum illum feudiſtam Bartholomeum Camerarium, cui extra Regnum exiſtenti mandauit, vt cenſeretur rebellis, ſi infra certum tempus ad hanc Ciuitatem Neapolis non ſe conferret, quamuis nunquam huius criminis fuiſſet reus. Fuit tamen maxima contentio inter Votantes an de his eſſet prius conſulenda ſua Catholica Maieſtas, huius voti erant Domini Regiam Cancellariam Regentes; alij verò Collaterales Conſiliarij dicebant, quod abſque alia conſultatione ſuæ Catholicæ Maieſtati facienda, conueniens, & neceſſarium erat, vt Illuſtriſſ. D. Prorex legem hanc ſtatim promulgaret; ſed ille voto Dominorum Regentium adhæſit, vt priuſquàm dicta Pragmatica emanaretur, ſuper ea ſua Catholica Maieſtas eſſet conſulenda.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

---

## OBSERVATIO.

SI credendum eſt, hunc D. Proregem ſic adhærentem voto Dominorum Regiam Cancellariam Regentium, ſuam Catholicam Maieſtatem de his omnibus certiorem feciſſe eſt pariter credendum D. Regem denegaſſe legem promulgare, vt hi exules pro reis criminis læſæ Maieſtatis haberentur; cùm vſque ad huc Regiam aliquam ordinationem hoc diſponentem nullatenus legamus; eſt tamen verum quod Io. Grandis *in ſuo opuſculo de bello exulum ſpeciali 65.* dicit exules noſtri temporis effectos eſſe verè foriudicatos Regiæ Curiæ diffidatos, & rebelles vigore Regiorum Bannorum, quæ tamen in volumine Regiarum Pragmaticarum non habemus impreſſa; vndè ſequitur, dicit ipſe, omnia ſpecialia inducta in odium foriudicatorum rebellum, & reorum læſæ Maieſtatis contra exules iſtos repeti poſſe. 1

Quantùm verò attinet ad illam concluſionem, quam hîc firmat Dom. Reg. noſter, vt ſi quis Regium officialem offenderit, nullatenus fiat criminis læſæ Maieſtatis reus, dic Tu, hoc bene procedere in Regio Officiali inferiore, qui non ſtat circa latus Principis, quodque ſupremus non ſit, vt per Bar. *in l. hoſtes num. 15. ff. de capt. & poſthum. reuerſ.* Andr. *in tit. quæ ſint regal. in verb. & bona committentium.* Dec. *conſ.* 410. Gigans *in tract. de crim. læſ. Maieſt. l. b. 3. cap. 23. num. 7.* Alcia. *conſ.* 19. *lib.* 7. & per Vulpell. *conſ.* 21. *num.* 5. vbi teſtatur de communi ſententia, & hos citat, & ſequitur Io. Bapt. Barard. *ad Iul. Clar. in loco inferius citando*; ſecus verò dices ſi offendatur Officialis, qui dicitur Conſiliarius reſidens apud perſonam Principis, provt fuit deciſum contra Occiſores noſtri D. Andreæ de Iſernia Conſiliarij intimi Reginæ Ioannæ primæ, vt teſtatur Afflict. *in conſtit. vt participatio num. 9.* quo loci per hæc verba loquitur. *Ego vidi edictum Reginæ Ioannæ primæ factum die 15. Octobris 12. indict. M. CCC. LIII. vbi condemnauit occiſores D. Andreæ de Iſernia Conſiliarij dictæ Reginæ crimine læſæ Maieſtatis; & ſtatuit quod tale edictum habeat locum, etiam in occurrentibus fortaſſis in ſimilibus caſibus, & perſonis, nec ibi fit aliqua mentio, vtrum illa occiſio fuit ex particulari odio, vel inimicitia, vel vt Rex careat illo Conſiliario; & ſic patet quod illa Conſtitutio eos, quæ diſtinguit vt ſupra ceſſat, quando Occideretur Regius Conſiliarius; tunc enim committitur crimen læſæ Maieſtatis, ſiue odio particulari, ſiue vt Rex careat dicto Conſiliario ſit occiſus* &c. hanc eandem ſententiam Afflict. inſequens amplexus fuit Iul. Clar. *in ſua praxi crim. in §. crimen læſæ Maieſtatis num. 5.* ſignanter ſub illis verbis. *Et licèt aliqui diſtinguant, an id fiat in odium Principis, vt ſcilicèt priuetur illo Conſiliario, an ob priuatum odium ipſius Conſiliarij. Ego tamen indiſtinctè teneo, quod committatur crimen læſæ Maieſtatis, nam Conſiliarij ſunt Pars corporis ipſius Principis, & ideo illos offendens indiſtinctè cenſendus eſt Principem offendere, ſemper tamen intelligo de Conſiliariis reſidentibus, apud perſonam principis, & ſe-* 2

*dentibus in eius ſupremo Conſiſtorio & non aliter.* Hæc Clar.

3 An autem occidens Conſiliarium Principis indignus ſit immunitate Eccleſiaſtica, prout quilibet læſæ Maieſtatis reus, Vide quæ dixi *lib.* 1. *mear. reſolut. cap.* 172.

## *ARGVMENTVM.*

Paragium, quod filiæ debetur ſuper bonis paternis, & maternis feudalibus, & allodialibus, an ab illa peti poſſit, vnà cum fructibus à die mortis parentum. Soror in Ciuitate Neapolis nùm in bonis per fratrem quæſitis intra diſtrictum exiſtentibus cum aliis fratribus, & aſcendentibus ſuccedere poſſit, Et de aliis ad ornatum, & declarationem Conſuet. Neapol. *ſi moriatur*, & alterius, *ſed ſi morienti.*

## DECISIO CCCCXVII.

1 TRia expoſcebat Illuſtris Domina D. Iſabella de Aragonia ab Illuſtri Duce Montis-alti Don Antonio fratre ſuo, per mortē Illuſtr. Ducis Don Petri communis fratris, cui Dux D. Antonius ſucceſſerat, paragium nimirum ſuper bonis paternis, & maternis vnà cum fructibus, ſiue intereſſe decurſo, à die mortis eorundem, ſucceſſionem ſuper bonis quondam Illuſtris Donnæ Suſannæ de Gonſaga Auiæ maternæ, & ſucceſſionem, vel ſaltem paragium ſuper bonis dicti Illuſtris Ducis Don Petri, tam eidem obuenti ex ſucceſſione communium parentum, quàm per ipſum Don Petrum acquiſitorum; fuit dubitatum in Collaterali Conſilio ad relationem Sacri Conſilij, an iuri conſentanea eſſet petitio hæc.

2 Quò ad primum dicebatur, nulli dubium eſſe, deberi D. Iſabellæ paragium ſuper bonis paternis, & maternis, tam burgenſaticis, quàm feudalibus, & hoc attentis Conſtitutionibus *in aliquibus*, & *Vt de ſucceſſionibus*, quæ iuxta Afflict. ſententiam ibidem ſemper à Regni peritis fuerunt interpretatæ, vt locum habeant, tam in ſucceſſione patris, quàm Matris; & hoc propter verbum illud *parentum*, in d. Conſt. in aliquibus poſitum, quod omnes Aſcendentes vſque ad Tritauum includit, vt eſt tex. *in l. iuriſconſultus* §. *parentes ff. de gradib. Affinit.* idemque attenta conſuetudine huius Ciuitatis quæ incipit *ſi moriatur*; reſpectu verò fructuum, ſiue intereſſe eiuſdem paragij à die mortis communium parentum petiti, cùm D. Iſabella adhuc nupta non erat, deciſum fuit non niſi alimenta deberi, non autem fructus, ſiue intereſſe per tex. *in l. qui filiam* vbi Bal. *ff. vbi pupill. educ. deb.* vbi eſt caſus, quod ſi cautum eſt ſtatuto, vt ſoror in bonis parentum non ſuccedat; ſed quod frater teneatur tantùm eam dotare, donec nubat, non niſi alimenta petere poteſt; idemque Soc. *conſ.* 57. *lib.* 4. Nec obſtare dictum fuit, quod dos de paragio, non vt merum paragium, ſed vt legitima debetur; & vti talis fructus parit, iuxta tex. *in l. ſcimus.* §. *repletionem C. de inoffic. teſtam.* gloſ. Bar. & Ang. *in l. Papinianus* §. *inde ſi quis ff. eod.* Nam reſponſum fuit, hoc bene procedere, quando filiæ deberetur legitima; ſed in Regno non niſi dos de paragio debetur, vt in terminis huius ſtatuti ratiocinatur Paul. de Caſtr. *in l. Titio centum* §. *Titio genero. ff de condit. & demonſtrat.* poſt Bar. *in l. fin. ff. ad S. C. Tertull.* vbi dicit, quod ſi filia in locis, in quibus hoc viget ſtatutum excluſiuum fœminarum, fuerit à Patre præterita, teſtamentum non erit nullum, quia poſtquàm non poteſt ab inteſtato ſuccedere, nec pariter poterit teſtamentum nullum allegare; & ex hoc ſequitur, quod cum dos non niſi, matrimonio contracto, debeatur, quia dos ſine matrimonio eſſe non poteſt: *l.* 3. *ff. de iur. dot.* dum ſoror non habet actionem pro dote, minus etiam pro fructibus, ſiue intereſſe illius; & ita per omnes Dominos Votantes reſpectu huius primæ petitionis fuit concluſum.

Reſpectu verò alterius, nimirum ſucceſſionis in bonis Auiæ maternæ, fuit pariter communi Dominorum Iudicantium voto deciſum, non poſſe Dom. Iſabellam in bonis Auiæ ſuccedere, ſed tantum eidem paragium deberi; nam ſi ex ſuperius dictis Conſtit. in aliquibus filium, ſtantibus Maſculis excludit, & nedum à ſucceſſione patris, ſed etiam matris; ita pariter à ſucceſſione Auiæ; & quod ſtatutum, quod loquitur de Matre in Auia locum habeat, dixit Bal. *in l. Neſennius la prima ff. de nego. geſtis.* 3

Quò verò ad ſucceſſionem bonorum acquiſitorum per Ducem D. Petrum, ac aliorum eidem per ſucceſſionem maiorum obuentorum intra diſtrictum exiſtentium; dicebat D. Iſabella ſoror quod de eius iuſtitia dubitari non poterat; nam etſi, attenta Conſuetudine huius Ciuitatis, *ſed ſi morienti*, ſoror à fratris ſucceſſione propter aliorum fratrum exiſtentiam excludatur; tamen ceſſat prorſus diſpoſitio illa, quando aliquis ex Aſcendentibus in medio exiſteret, prout ſupponebatur in hoc caſu, ad quod allegabatur Napoda. *in Conſuet. ſi quis vel ſi qua, in verb. præterquam verſ. ſed quid in patre*; ſed hoc verum non eſſe ex aduerſo dicebatur, ex indiuidualiter dictis per eundem Napod. *in d. Conſuet. ſed ſi morienti. in verb. Neptis n.* 272. vbi dicit quod ſi quis deceſſerit 4

deceſſerit, ſuperſtitibus ſibi Matre ac nepote, & nepte ex fratre vtrinque coniuncto, ad illius ſucceſſionem non niſi Mater, & Nepos admittuntur, Nepte prorſus excluſa; illud enim, quod dicit Napod. *in d.conſuet.ſi quis vel ſi qua*, nimirum quod patre, vel matre in medio exiſtentibus, conſuetudo locum non habeat, procedit quoad eorum fauorem, ne à filiorum ſucceſſione excludantur, cùm in Conſuetudinibus noſtris eorum excluſio non legatur; Vndè plenè diſcuſſo hoc articulo, ab omnibus tentum fuit, ſororem hanc ſuccedere non poſſe, nec in bonis D. Petro obuentis ex ſucceſſione communium Parentum, nec in aliis per ipſum in vita acquiſitis, ſed bene fuit controuerſum, an ſaltem D. Iſabellæ ſuper bonis per Ducem fratrem acquiſitis debeatur paragium; & in hoc fuerunt vota contraria, ſed maior pars in affirmatiuam deſcendit ſententiam, nimirum ſuper bonis prædictis deberi D. Iſabellæ paragium, quamuis omnes tres Regiam Cancellariam Regentes, inter quos fuit iſte, in contrario fuiſſent voto, pro indubitato tenentes Conſuetudinem *ſed ſi morienti*, ſororem à fratris ſui ſucceſſione abſque aliquo paragio ſimpliciter & indiſtinctè excludere; ſed circa hoc non prodiit determinatio aliqua, quia illi qui eorum protulerant vota pro Illuſtri D.Iſabella, cum eſſent numero maiores, auditis à Domino iſto Regente rationibus maximi ponderis, quæ faciebant contra D.Iſabellam, punctum declarare noluerunt, meliorem ſibi reſeruantes deliberationem, cum procederetur ad liquidationem paragij in bonis paternis debiti, fuerunt tamen omnes concordes, vt in bonis burgenſaticis, extra Ciuitatem, & diſtrictum exiſtentibus deberetur D.Iſabellæ portio virilis in bonis dicti D. Ducis fratris.

## OBSERVATIO.

1 SCripſit in hac cauſa pro D. Iſabella ſorore latè, præter ſuum inſtitutum, & doctè ſatis inſignis Ioan. Vinc. de Ann. provt videre eſt *in eius alleg.*70. vbi in fine deciſionem notat ſed non bene declaratam, & *in alleg.*117. Vndè attento tenore Deciſionis ſcriptæ à Dom. Reg. noſtro, qui fuit vnus ex Votantibus, dicamus fuiſſe primò deciſum ad D. Iſabellam ſpectauiſſe, & ſpectare paragium ſuper bonis paternis, maternis, & auitis, abſque tamen fructibus, ſiue intereſſe, ſed illorum loco ſat fuiſſe alimentorum præſtationem. Hæc Deciſio, quæ ſumma cum ratione proceſſit eſt bene intelligenda, provt eam declarauit D. Felix de Rubeis qui huius cauſæ fuit Commiſſarius, vt *in ſua Apoſtill. ad Napod.* quam refert Dom. de Franch. *deciſ.*559. *in fine*, dicit enim hoc fuiſſe deciſum pro tempore, quo D. Iſabella ſoror alimenta in domo fratris receperat, vt pro eo duntaxat tempore, aliquid vltra prætendere non potuiſſet, ac pro tempore, quo ſeorſum à fratre vixerat, potuiſſet alimenta petere pro portione paragij ſaltem quouſque dos de paragio fuiſſet liquidata, & ita ſubdit Dom.de Franch. concordari poſſe Deciſionem in hac cauſa factam, cùm deciſionibus relatis à Minad. *in conſtit. in aliquibus in* 7. *notab.* nimirum vt deciſio iſta procedat pro tempore, quo domi cum fratribus ſoror alimenta percepit; at pro tempore, quo ſoror permanſit extra domum, debeantur alimenta proportionata paragio, & ſic fructus ſaltem ad rationem quinque pro centenario; idemque Dom.Reg. Capic. Galeo. *contro. lib.*2.*contro.*9. *num.*4.*&* 5. & Conſiliar. Prouenzalis *in ſuis obſeruat.ad conſuet. Neap.obſer.*16. *fol.* 34.

2 Secundò fuit deciſum, D. Iſabellam nullo pacto ſuccedere potuiſſe in bonis D.Petri Fratris intra diſtrictum exiſtentibus, tam illi obuentis ex ſucceſſione communium parentum, quàm nouiter per eundem fratrem acquiſitis, licèt reſpectu bonorum nouiter acquiſitorum intra diſtrictum fuerit reſeruata deliberatio, an ſuper illis D.Iſabellæ deberetur paragium; etenim ſuper bonis antiquis ſucceſſionem prætendere non poterat, quia conſuetudo *ſed ſi morienti*, ſororem excludit ob exiſtentiam fratris, nec eam, hac conſuetudine attenta, ſuper illis paragium prætendere, quia ſat erat fuiſſe declaratum deberi eidem paragium ſuper bonis paternis, & maternis, & in hoc omnes fuerunt concordes, dicit Dom.Reg.Noſter, vt vnicum debeatur paragium, & non duo; & licèt addita hæreditate à fratre non amplius dicantur bona paterna, ſed fraterna, tamen quoad hunc effectum eadem dicuntur bona, vt dicebat Napod. *in conſuet. ſi quis, vel ſi qua. in verb. materna, & in verbo à Matre.* Vndè ſatis videbatur abſurdum, vt hæc ſoror de eiſdemmet bonis duas haberet dotes, ſiue duo paragia; repugnat enim mens conſuetudinis, quæ ideo filiam à parentum ſucceſſione excludit, & ſororem à ſucceſſione fratris, aliis ſuperexiſtentibus fratribus, ſiue filiis maſculis, vt bona in familia conſeruentur; idemque bene dicebat Dom. Reg. noſt. vt nec etiam ſoror poſſit prætendere paragium ſuper bonis per fratrem defunctum quæſitis, dum habet paragium ſuper bonis paternis, & maternis, cum quo ſi non eſt nupta, nubere poſſit; etenim, attendamus quæſo, nullibi cauetur in conſuetudine, *ſed ſi morienti.* per quam ſoror à ſucceſſione fratris fuit excluſa, vt ſuper bonis illis à quibus excluditur frater, qui ſuccedit fratri, teneatur ſorori paragium præſtare; ſed illud tantùm in ea conſuetudine diſponitur, vt fœminæ à fratrum ſucceſſione excludantur, cum fratres ipſas habeant maritare, vt ſuperius dictum eſt; quæ quidem verba referuntur ad Conſuet. *ſi moriatur* ſupra poſitam; vbi fratres à parentum ſucceſſione ſorores excludunt, cum hoc vt eas nuptui tradant, ſecundum paragium, & facultates; ſicque attento tenore iſtarum Conſuetudinum; per quas feminæ propter Maſculorum exiſtentiam à parentum, & fratrum ſucceſſione excluduntur, datur paragium feminis, vt nupere poſſint ſuper bonis paternis, & maternis tantùm; & ita intelligenda ſunt quæ dixi: *lib.*2. *mear. reſol.cap.*208. *num.*3. quodque hoc verum ſit, cùm caſus contigiſſet, vt ſoror, quæ reperiebatur maritata; ſed non apparebat, an fuiſſet dotata, ſuccedere prætendiſſet in bonis prædefuncti fratris, vna ſimul cum alio fratre ſuperſtite, fuit per S.C.iudicatum, vt frater tantùm ſuccederet; tamen dictum fuit quod poterat ipſa petere paragium ſuper bonis patris; non dixit Sacrum Conſilium quod deberetur paragium ſuper bonis fratris, videatur Io. Ang. Piſanell. qui deciſionem hanc refert *in Apoſtilla ad Napodan. in dic. conſuet. ſed ſi morienti, verſ. quod autem dictum eſt, incipit pone quod ſoror. fol.*156. Agnouimus igitur ab omni dubio procul, in Ciuitate fratrem in linea collaterali ſororem excludere à ſucceſſione alterius fratris prædefuncti, abſque quod per

hoc cogatur eidem paragium ſuper bonis illis præſtare, & vide quæ ſcripſi ſupra *in obſer. ad deciſ.52.& in d.cap.*208. *num.*5.*&* 6. & vide pariter caſum in terminis *in deciſ.ſequenti*, *in fine.*

3 Tertiò fuit deciſum deberi D. Iſabellæ ſorori portionem virilem ſuper bonis burgenſaticis remanſis in hæreditate prædefuncti fratris, extra diſtrictum exiſtentibus;& hoc quia conſuetudines noſtræ extra territorium huius Ciuitatis locum non habent, quamuis bona ſint noſtrorum ciuium, vt poſt Napod. *in proœmio.* omnes noſtri vno ore ſcripſerunt.

4 Ad confirmationem autem illius dicti, nimirum vt attento iure noſtro municipali, defuncto fratri,ſuperſtitibus ſibi fratribus, ſororibus, & Aſcendentibus, fratres tantùm & Aſcendentes ſuccedant ſororibus prorſus excluſis, quamuis contrarium ſit de iure communi, ex Napoda quem hic allegat Dom. Reg. *in d.conſuet.ſed ſi morienti*, *in verb. neptis num.*272. videndi ſunt hoc idem firmantes Conſiliar. de Beotiſ. ibidem *in Apoſtill. quæ incipit*, *in cauſa Illuſtriſſima D. Iſabellæ*, vbi de hac deciſ. meminit, Dom.Regentem noſtrum allegans,D.de Franch.*deciſ.*486.*&* 543. *num.*4. P.Molfeſ.*par.*4. *quæſt.*46. *num.*3. *&* *ſeq.*Dom. Reg. Capyc. Galeo *in addit. ad D.Camill. de Medic. conſ.*11. *numer.*20. Ego ipſe *reſol. iur. lib.*2. *cap.*208. *numer.*8.

## ARGVMENTVM.

Nepos ex fratre præmortuo, qui in bonis patrui ſui defuncti, cum alio patruo, & Aſcendentibus legitimus eſt ſucceſſor, an pariter ſuccedere poſſit, ſi defuncto ſolùm ſupereſſent aſcendentes, ſicque cùm illis ad ſuccedendum concurrere. Concurrentibus ad ſucceſſionem defuncti, Nepote ex ſorore, & filio Neptis, quæ ſoror extitit vtrinque coniuncta huius Nepotis, an ambo ad ſuccedendum admitti poſſint. Filia à Patre dotata,an mortuo demum fratre, ſuper illius bonis in Ciuitate Neapolis paragium prætendere poſſit. Et de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCXVIII.

1 AB inteſtato defuncto Epiſcopo Policaſtrenſi, dubitari contigit in Sacro Conſilio, an ad illius ſucceſſionem, ad quam aperto iure veniebant duo Nepotes de Venato ex ſorore præmortua potuiſſet inſimul concurrere filius alterius Neptis ſimiliter præmortuæ,quæ fuerat ſoror vtrinque coniuncta dictorum duorum Nepotum.

2 Dicebat hic Pronepos Annibal Macedonius vocatus, quod omninò poterat concurrere cum ſuis Auunculis Matris gradum ſubingrediens, quæ ſi viuebat, omninò de iure admittebatur, *authen. ceſſante C. de legit. hæred.* vbi in Collateralium ſucceſſione, Maſculi, & fœminæ æqualiter admittuntur. Nec ei obſtabat conſuetudo huius Ciuitatis *ſed ſi morienti*; cum illius diſpoſitio in caſu propoſito locum habere non poterat; loquitur enim conſuetudo illa quando frater ſine liberis ab inteſtato decedit, ſuperſtitibus fratribus, & ſororibus, vt tunc fratres ſolùm ſuccedant, ſororibus prorsùs excluſis, at in caſu propoſito, qui mortuus fuit, erat Auunculus, ſuperſtitibus ſibi ex ſorore præmortua Nepotibus, & ſic dicebatur, caſum eſſe diuerſum;& cum conſuetado ſit ſtricti iuris, & correctoria iuris communis, extenſionem aliquam non recipiebat, ad tex. *in clem.*2.*de ætat. & qualit. & in l. ſi verò* §. *de viro*, vbi Imola, & Roma. *ff.ſolut. matr.*

Cæterum diſcuſſo articulo in Collaterali 5 Conſilio ad relationem Sacri Conſ.Caſtri Capuanæ, ſub die 5. Iulij 1565. cum votantes eſſent numero vndecim, fuit contrarium deciſum, nimirum ad ſucceſſionem prædictam nullo pacto cum Nepotibus concurrere potuiſſe pronepotem ex Nepte præmortua, quæ erat ſoror dictorum Nepotum; ſicque indiuidualiter tentum, fieri locum in caſu propoſito diſpoſitioni dictæ conſuetudinis, *ſed ſi morienti*,& hoc ex dictis per Napod. *ibidem in verb. in infinitum*, vbi dicit, conſuetudinem illam loqui in linea tranſuerſali; nullam inter illos de hac linea diſtinctionem aliquam faciens; id quod expreſſe decidere videtur tex. *in verſ.quod autem*; & clarius dixit idem Napod. *in verb.ſoror.num.* 298. vbi dicit quod ſi aliquis deceſſerit, ſuperſtitibus ſibi fratre Conſobrino, & filio ſororis Conſobrinæ quod ſolus frater Conſobrinus ſuccedit, excluſo prorſùs filio ſororis Conſobrinæ.Vndè ſi in caſu, de quo agebatur,ſuperſtes fuiſſet Neptis præmortua, quæ erat nupta,certe cum fratribus concurrere non poterat, ergo & eius filius, ad text. *in cap.*1. §. *hoc autem notandum,de his qui in feud. dar.poſſ.* & per Andr. *in cap.*1.*in addit. in princ. de natur.ſucceſ.feud.* Nec pariter dictum fuit, potuiſſe hunc pronepotem ſuper bonis dicti Epiſcopi ex perſona eius præmortuæ Matris paragium prætendere, ex eo quod fuerat illa à patre ſuo dotata. Minus etiam obſtare dictum fuit quod tractabatur de ſucceſſione bonorum Clerici, qui conſuetudinibus noſtris non ligatur, vt per Napod. *in proœm. conſuet. in verb. terrorem*, quia hoc procedit, quando Clericus teſtatus decedit; ſecus ſi inteſtatus,ita loquitur Capyc. *deciſ.*98. Idemque demùm fuit deciſum in alia cauſa vertente inter Hieronymam de Venato, & Magnificum Camillum Villanum

Digitized by Google

num ac litis conſortes; nimirum vt ſoror, vel alia fœmina lineæ Collateralis, quæ aliàs à Patre ſuo, vel à Matre, vel à Patruo fuerit dotata, ſi contigerit fratrem ab inteſtato ſine liberis mori, aliis fratribus relictis, nullo pacto ſuper illis bonis, quamuis à defuncto quæſitis paragium prætendere poſſit.

---

## OBSERVATIO.

1 Deciſionem hanc, provt & aliam præcedentem commendat Iacobus Anellus de Bottis *in apoſtilla ad Napod. in conſuet. ſed ſi morienti*, incipit *in cauſa Illuſtriſſima D. Iſabella fol.* 151. Deciditur hìc quod ſi quis ab inteſtato deceſſerit, ſuperſtitibus ſibi duobus Nepotibus, ex ſorore, & filio alterius Neptis, quæ ſoror extiterat vtrinque coniuncta dictorum Nepotum, iſtos tantùm ad inteſtatam Auunculi ſucceſſionem eſſe admittendos. Deciſio hæc ſumma cum ratione prodiit, ſiue ius commune, ſiue noſtrum Municipale attendamus; etenim iure communi attento, hic filius præmortuæ Neptis ad Auunculi magni ſucceſſionem, non niſi per viam repræſentationis venire poterat, nimirum repræſentando perſonam Matris ſuæ, quæ ſi viuebat certè ab omni dubio procul poterat cum fratribus ſuis concurrere, quia omnes in pari gradu reperiebantur, *Authen. Ceſſante hìc cit.* ſed de iure communi, in linea Collaterali repræſentatio non datur, niſi in vno tantùm caſu, nimirùm quando tractatur de ſuccedendo patruo, provt eſt tex. apertus *in §. reliquam* ibi. *Nulli alij omninò perſonæ ex hoc ordine venienti hoc ius largimur, Authen. de hæredibus ab inteſtato venien.* hic autem tractabatur de ſuccedendo Auunculo magno, ergo; hinc Cyn. *in dicta Authen. Ceſſante in fin. C. de legit. hæred.* dicebat, quod ſi quis deceſſerit, ſuperſtitibus ſibi patruo, & filio alterius patrui, patruus tantùm ſuccedet, alterius patrui præmortui filio prorſus excluſo, idemque Marant. *conſ.* 19. *num.* 2. Petrus Caball. *conſ.* 107. *per totum lib.* 2. Georg. *alleg.* 12. *n.* 47. & Parlador. *rerum quotid. lib.* 2. *cap.* 15. qui omnes fuerunt per me relati *lib.* 2. *mear. reſol. cap.* 216. *num.* 4. *&* 5. vbi addidi, idem in feudorum ſucceſſione procedere; quo quidem iure attento, dixi quod ſi Titius feudatarius decederet, ſuperſtitibus ſibi Seio patruo, qui eſt in tertio gradu, & Caio fratre patruele, qui eſt in quarto, Seius defuncti patruus in tertio gradu excludet Caium defuncti fratrem patruelem in quarto, quamuis filiũ fratris, qui Seio maior natu erat.

2 Minus etiam poterat hic filius prædefunctæ Neptis, iure noſtro municipali attento, cum Auunculis ſuis concurrere, quia adhuc ſi Mater ſua eſſet viua, cum fratribus ad communis Auunculi ſucceſſionem concurrere non poterat; etenim nimis vulgatum eſt, vt in hac Ciuitate frater ſororem excludat, etiam in linea Collaterali, per text. apertum, *in conſuet. ſed ſi morienti hìc relata*, & notauit Montan. *contro.* 10. *n.* 18. Ego ipſe *reſol. iuris lib.* 2. *c.* 208. *n.* 11. *& ſeq.*

3 Dixi paulò ante, iure communi attento, quando tractatur de ſuccedendo patruo defuncto, ſuperſtitibus ſibi fratre, & nepotibus ex altero fratre præmortuo, poſſe iſtos Patris perſonam repræſentantes, cum altero patruo ſuperſtite cõcurrere, & ſic etiam, ſi adhuc ſupereſſent Aſcendentes, iuxta text. vulgatum *in Authen. Defuncto*; ſed quæritur vtiliter an idem dicendum eſſet, ſi Defuncto ſolum ſupereſſent pater, vel mater, & nepos ex fratre præmortuo, an hic pariter ad ſuccedendum patruo concurrere poſſit cum eius Auo, vel Auia defuncti parentibus, non obſtante quod non ſuperſit nemo ex Defuncti fratribus; id quod Doctoribus dubitandi rationem præbuit, vt infra, & poſſe iſtos eorum patruo inſimul cum Auo, vel Auia ſuccedere teneo indubitanter; nam quamuis de primæuo Auth. iure ſtatutum fuerit, vt aliquo moriente, ſuperſtitibus ſibi Aſcendentibus, fratribus vtrinque coniunctis, & aliorum præmortuorum fratrum filiis, ad illius inteſtatam ſucceſſionem; non niſi Aſcendentes, & fratres vtrinque coniuncti concurrere poſſint; non autem fratrum præmortuorum filij, provt eſt text. nimis clarus *in §. ſi autem cum fratribus, Auth. de hæredibus ab inteſt. venien.* Attamen poſt legem hanc conditam eundem Conditorem Iuſtinianum illam emendare non piguit, dum abolita prorſus diſpoſitione hac, expreſſis verbis decreuit, *in §. 1. Auth. vt fratrum filij, vt ſi quis moriens* (Hæc ſunt verba text.) *relinquat Aſcendentium aliquem, & fratres, qui poſſunt cum parentibus vocari, & alterius præmortui fratris filios cum Aſcendentibus, & fratribus vocantur, etiam præmortui fratris filij, & tantam accipient portionem, quantum eorum futurus erat pater accipere, ſi vixiſſet.*

Nec dices cum Alber. *in d. Authen. Defuncto n.* 2. 4
*verſ. ſed in hoc caſu C. ad S.C. Tertul.* huius text. diſpoſitionem tunc demùm procedere, quando cum Aſcendentibus ſuperſunt defuncti fratres vtrinque coniuncti, vt eo caſu poſſint inſimul concurrere fratris præmortui filij; at ſecus, ſi nullus ſupereſſet frater, ſed tantum Aſcendens aliquis, provt in caſu, de quo noſter eſt ſermo, quia tunc fratris præmortui filij ad ſuccedendum cum Aſcendente concurrere non poſſent; etenim reſpondetur Alber. illiuſque ſi qui ſunt, aſſeclas ſatis à Iuſtiniani mente deuiaſſe; nam ſi legem per ipſum conditam emendans, habiles fecerit præmortui fratris filios, vt vnà ſimul cum Aſcendentibus, vt patruis, Defuncto patruo ſuccedere poſſint; quæro ego, quænam diuerſitatis ratio eſſe poſſit, vt voluerit Iuſtinianus filios præmortui fratris admittere, cum in medio extiterint defuncti fratres vtrinque coniuncti, ſecus verò ſi illi non ſupereſſent, certè nulla poteſt diuerſitatis ratio conſiderari. Ratio enim quæ mouit Imperatorem ad diſponendum, vt fratris præmortui filij defuncto ſuccedere poſſint inſimul cum Aſcendentibus, & patribus ea fuit, vt dum defuncti fratres vtrinque coniuncti cum Aſcendentibus concurrere poterant; exiſtentibus pariter alterius præmortui fratris filiis, qui illum repræſentabant, conueniens erat, vt iſti portionem illam eſſent conſecuturi, quam eorum Pater, ſi vixiſſet habiturus fuiſſet. Hæc ſanè ratio, dico Ego, ſicut procedit quando defuncto ſuperſunt fratres vtrinque coniuncti; ita quoqué cum nullus ſupereſſet; de quo enim Pater, ſiue Mater conquæri poſſunt, vt defuncto filio, Nepotes ex filio præmortuo cum eis ad ſuccedendum concurrant, adhuc aliis filiis defuncti fratribus vtrinque coniunctis non exiſtentibus, ſi iam illis ſuperſtitibus, ſancitum eſt, vt admittantur; opportuna certè eſſet in hoc caſu aſcendentium quærela, bonumque iſti fouerent ius, ſi Imperator primæuam corrigens diſpoſitionem, in hac ſecunda fratris præmortui filios vocaſſet, ea quidem ratione, & cauſa, quia ſuperſunt fratres vtrinque coniuncti, qui cum aſcendentibus ad ſuccedendum concurrunt, ſicque cauſa vocationis fuiſſet ſuperexiſtentia patruorum; ſed hoc nullibi in eo tex. legitur; nam quamuis ibi fratrum ſuperexiſtentiam legamus, hoc, ex eo, quia volens Imperator emendare diſpoſitionem tex. *in d. §. ſi autem cum fratribus, authen. de hæred. ab inteſt. venien.* vbi ſancitum erat, quod ſi aliquis decederet, ſuperſtitibus Aſcendentibus, fratribus vtrinque coniunctis, & aliorum præmortuorum fratrum filiis, vt iſti cum Aſcendentibus,

dentibus, & fratribus defuncti ad ſuccedendum concurrere non poſſent, opus erat, vt idem caſus, qui corrigebatur, in emendatione exemplificaretur, vt nimis clare conſtat ex littera tex. primæuium ius corrigentis.

5 Quodque verè Imperator voluerit vocare fratris præmortui filios, ſiue in medio exiſtant defuncti fratres vtrinque coniuncti, ſiue non, ſatis conſtat ex rubro, per hæc verba inſcripto. *Vt fratrum filij ſuccedant pariter ad imitationem fratrum, etiam Aſcendentibus extantibus*; ſicque ſatis clare loquutus fuit Imperator nimirum, vt fratris præmortui filius poſſit cum Aſcendentibus concurrere, ſicut cum illis concurrunt defuncti fratres vtrinque coniuncti, quo fit, vt dicamus, factam fuiſſe æquiparationem inter patruos, & Nepotes, vt ſicut cum Aſcendentibus concurrit defuncti frater vtrinque coniunctus, ſic pariter alterius fratris prædefuncti filius; & ex hoc, aiunt Doctores infra allegandi, quod cum rubrica hæc perfectam contineat orationem, decidit caſum, & pro tex. allegari poteſt.

6 Nec quæſo opponat quis fratris præmortui filium ad ſuccedendum cum Aſcendentibus nullo pacto concurrere poſſe, niſi cum in medio exiſtat defuncti frater vtrinque coniunctus, ex eo quod cum fratris præmortui filius venire non poſſit, niſi ex priuilegio repræſentationis, nimirum repræſentando perſonam patris ſui, qui ſi viueret ad ſucceſſionis concurſum nullum haberet obicem; hoc inquam, priuilegium præmortui fratris filiis conceſſum inuenimus, quando cum patruis concurrunt, vt nimis clare habetur *in* §. *ſed & ipſis Auth. de hæredib. ab inteſt. venient.* vbi Imperator ſic loquitur. *Sed ex ipſis fratrum filiis, tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis vocantur Theiois Maſculis, & feminis*; &c. ergo argumentatur ex aduerſo, vbi non ſuperſunt defuncti fratres vtrinque coniuncti, quia ceſſat repræſentatio, præmortui fratris filius cum Aſcendentibus concurrere non poteſt. Etenim huic factæ oppoſitioni facili quidem modo reſpondetur, ſi attentè perpendamus verba Nouellæ 118. *ex* §. *ſi igitur defunctus, neque deſcendentes verſ. ſi autem defuncto vſque ad* §. *ſi vero neque fratres cit. tit. de hæredibus ab inteſt. venient.* inueniemus enim repræſentationis beneficium generaliter & indefinitæ fratrum præmortuorum filiis fuiſſe ab Imperatore conceſſum, nec aliter reſtrictum, vt eo iure vti non poſſent, niſi in caſu, quo cum patruis, ad ſuccedendum. concurrant, ſed in illo tantùm caſu, nimirum quando inſimul cum patruis ſuperſunt pariter Aſcendentes, vt tunc fratrum præmortuorum filij ſuccedere non valeant; ſed tantùm defuncti Aſcendentes, & fratres vtrinque coniuncti, id quod poſtea idem Iuſtinianus reuocauit *in Nouella* 127. vt ſuperius dictum eſt, Attendamus quæſo quid diſpoſitum eſt, *in d.* §. *ſi igitur defunctus*; *verſ. ſi autem defuncto*; etenim inibi ſancitum comperimus, vt ſi quis abſque deſcendentibus deceſſerit, ſuperſtitibus ſibi fratre vtrinque coniuncto, & alterius fratris, ſiue ſororis præmortuorum filiis, iſti cum patruo ad ſucceſſionem admittuntur, itavt tantam accipiant portionem quantam eorum Pater, ſi eſſet ſuperſtes, conſequuturus eſſet; Proſequitur demùm Imperatur *in verſ. huiuſmodi*, vt hoc repræſentationis priuilegium filiis tantùm præmortuorum fratrum cenſeatur collatum, nimirum vt in eorum parentum iure ſuccedant, addit poſtea *in verſ. ſed & ipſis*, vt hoc repræſentationis ius tunc dicatur fratris præmortui filiis conceſſum, quando cum propriis vocatur patruis; ſed ſubiungit immediatè *in* §. *ſeq.* quod ſi defuncto ſupereſſent Aſcendentes, fratres vtrinque coniuncti, & alterius fratris præmortui filij, iſti ad ſucceſſionem non admittuntur; ſicque Imperator dicere voluit vt hoc repræſentationis beneficium detur filiis fratrum, quando concurrunt cum patruis; non autem quando defuncto ſuperſunt, etiam Aſcendentes, & fratres vtrinque coniuncti; ſed cum demum *in Nouella* 127. adhuc fratrum præmortuorum filij ad patruo ſuccedendum cum Aſcendentibus ſint vocati, remanet firmum eorum priuilegium in omnibus caſibus, vt patrum præmortuorum perſonas repræſentare poſſint; ita ſane iura prædicta interpetrati ſunt noſter Napodan. omnino videndus *in conſuet. ſed ſi morienti in verb. in ſtirpem. num.* 176. *verſ. ſed pro Azone videtur facere.* Anton. Fab. *in ſua vnica diſputat. forenſ. fol.* 359. *poſt tract. de varijs nummariorũ debitorum ſolutionibus.* Robles *de repræſentat. lib.* 2. *cap.* 26. *numer.* 68. *cum plurimis ſeqq.* Dom. Reg. Vrſin. *de ſucceſſ. feud. par.* 2. *q.* 6. *art. vnic. ſub numer.* 24. *verſ. rurſus*, & nouiſſimè ſubtiliter & eleganter Dom. Conſiliar. Marcian. *diſputat. iur. lib.* 1. *diſput.* 1. vbi *à num.* 24. *ad finem.* materiam ſatis bene enucleauit, & his addo Gabriel. Pereira poſt hæc ſcripta viſum *deciſ.* 3. *num.* 12. ſub illis verbis, *Deinde quia in dict.* §. *ſi igitur repræſentatio inducta fuit ſimpliciter, & ſine vlla reſtrictione, & durum nimis videtur illam deciſionem reſtringere ad caſum, quo cum patruo datur concurſus, & non alias &c.* num. ſeq. ſic loquitur. *Dubitabatur ergo an ſicut frater ex vtroque latere cum Aſcendentibus admittebatur ita & eius filius deberet admitti cum aſcendentibus ex beneficio repræſentationis, & occurrit Imperator dicens, quod repræſentatio habet locum, quando cum Theiois ſuccedunt, non verò quando cum Aſcendentibus, quia eo caſu, licèt pater ſuccedere poſſet, nulla tamen reperitur filiis conceſſa repræſentatio, licèt etiam hoc caſu poſtea conceſſa fuerit in Authen. vt fratrum filij in princip.*

Et quod hoc ſit verum, & indubitatum, videmus, 7 Imperatorem *in verſ. ſequen. incipit. illud palam eſt*, ex quo deſumpta eſt *Authen. poſt fratres C. de legit. hæredib.* expreſſis verbis ſtatuiſſe, vt ſi quis deceſſerit, ſuperſtitibus ſibi patruo, & fratris præmortui filio, quamuis omnes in tertio ſint conſtituti gradu, tamen fratris præmortui filius in ſuccedendo præfertur patruo. Ratio aſſignatur, quia hic filius ad ſucceſſionem venit patris ſui præmortui perſonam repræſentans; nam aliàs omnes admitterentur æqualiter, cum omnes ſint in pari gradu, vt bene aduertit gloſ. ibi *in verſ. ſimilibus* & Dom. Conſil. Marcian. *cit. diſp.* 1. *num.* 32. 33. *&* 34. ergo datur caſus quo fratrum filij repræſentationis priuilegio ſubueniuntur, etiam quod cum propriis non vocentur Theiois.

Vlterius, in illa non tam celebri quam vulgata 8 quæſtione per tot ſecula inter DD. agitata, nimirum an filij duorum fratrum in ſucceſſione patrui admittendi ſint in ſtirpes, vel in capita, qui Accur. contra Azor. inſequuti fuere, vt ſucceſſio fiat in ſtirpes, non autem in capita, aliud principale fundamentum non afferunt, niſi Imperatoris dictum *in dict.* §. *ſiue, verſ. huiuſmodi*; ibi enim putarunt eſſe caſum huius quæſtionis ſic arguentes, generaliter ibi ſtatutum eſt fratrum filios in locum parentum ſuccedere, eamque portionem repræſentationis beneficio ferre, quam eorum parentes eſſent conſequuturi; Vnde aiunt generaliter hoc intelligendum, ſiue ſoli inter ſe filij fratrum ſuccedent ſiue cum patruis, aut auunculis; qua de re latè per Bec. *conſ.* 16. *num.* 3.

Vlterius ad prædicta confirmandum, quod diſpo- 9 ſitio tex. *in Authen. fratr. filij*, ſicut procedit, quando defuncto ſuperſunt fratres vtrinque coniuncti, ita pariter ſi illi non ſupereſſent, ſed tantùm Aſcendẽtes, & fratrum præmortuorum filij, cum diuerſitatis ratio aſſignari non poſſit, dixerunt infra ſcripti magni nominis Doctores, & ſit omnium primus.

I. Iacob.

Digitized by Google

I. Iacob. de Beluiſio *in d. Authen. vt fratr. filij* & per hæc verba, *idem etiam puto, ſi non ſuperſint fratres, ſed Aſcendentes tantum, vt filij fratrum cum eis ſuccedant, cùm ſit eadem ratio &c.*

II. Cyn. *in Authen. defuncto num.5. C. ad S.C. Tertull. in Authen. ceſſante C. de legit. hæred.* & *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. in hac ſecunda parte num. 3. & melius num. 4. verſ. nunc ante, memb. 3.*

III. Dinus de Mugello *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 15. verſ. ſin autem habet Aſcendentes.*

IV. Bar. *in dic. Authen. vt fratrum filij verſ. ſed quæro hic loquitur.*

V. Bal. *in dict. Authen. ceſſante verſ. idem dico, & verſ. niſi quando fratrum filij, & in Authen. poſt fratres C. de legit. hæred.*

VI. Paul. de Caſtr. *in d. Authen. defuncto. verſ. cum alia gloſ. quæ incipit non autem.*

VII. Io. Fab. *in §. cæterum num. 4. verſ. ſed vbi nulli ſunt patrui inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.*

VIII. Mattheſil. *de ſucceſſ. ab inteſt.* vbi Ludouic. Bolognin. *in addit. art. 2. princip. n. 13.*

IX. Napodan. *in conſuet. ſi quis vel ſi qua. §. ſed ſi morienti num. 272. verſ. & idem dico ſi deceſſit & n. 277. verſ. præterea hodie.*

X. Ang. Aret. *in §. præferuntur, inſtit. de ſenat. Conſ. Velleia. num. 2. verſ. prædicta omnia.*

XI. Oliuer. Teſtor. *de ſucceſſ. ab inteſt. à n. 76. ad 79.* vbi optime loquitur.

XII. Caſſane. *in conſuet. Burgundiæ, titul. de ſucceſſ. rubr. 7. §. 6. in gloſ. & les enfans, verſ. ſed quid quando.*

XIII. Couar. *in Epito. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. ſexta concluſio.*

XIV. Maturin. Montan. *de hæredib. ab inteſt. venientibus in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. ſi igitur defunctus, ibi tertius caſus &c.*

XV. Valentin. Forſter. *de ſucceſſ. lib. 7. cap. 7. num. 2.* vbi quod hoc caſu ſuccedunt in ſtirpes.

XVI. Guido Pancirol. *in theſ. var. lect. lib. 3. capit. 16.*

XVII. Petrus Gudelinus *de iure nouiſſ. lib. 2. cap. 14. num. 11. verſ. quod ſi nulli.*

XVIII. Corradus Ritterſhuſcus *in iure iuſtinianeo,* ſiue *in Nouellis par. 7. cap. 10. Theſ. 6. n. 8. & 9.*

XIX. Vulteius *Inſtit. de hæredib. quæ ab inteſtat. defer. lib. 3. n. 39. verſ. item cum ſupereſt.*

XX. Io. Oinot. *eod. tit. inſtit. de hæreditat. quæ ab inteſt. defer. in tit. de ſecund. grad. ſucceſſ. ampliat. 4. num. 29.*

XXI. Blaſius Robles omnino videndus *lib. 2. de repræſent. cap. 23. à num. 1. cum ſeqq.*

XXII. Marta *in ſum. ſucceſſ. legal. par. 2. quæſt. 1. art. 2. num. 2. verſ. quod ſi hoc caſu non ſupereſſent fratres.*

9 Vltimò hæc mea, & tantorum Patrum ſententia rerum iudicatarum authoritate confirmatur; nam quod Nepos poſſit cùm Auo, vel Auia concurrere ad ſuccedendum patruo, quamuis nemo ex defuncti fratribus ſuperſit, fuit per M.C deciſum, mediante decreto Præambuli ſub die 15. Ianuarij 1630. & in gradu appellationis per S. C. confirmatum ſub die 12. Iulij 1632. referente Dom. Conſiliario Marcello Marciano in cauſa Dominorum Raynaldi, & Antonij de Miroballis cum Curatore hæreditatis quondam eorum Auiæ, Proceſſus eſt in Banca Ciani. S.C. Actorum Magiſtri.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Renerterij.*

## ARGVMENTVM.

Releuium an ſoluere teneatur legatarius, cui mediante Regio aſſenſu, feudum legatum extitit. Succeſſoris appellatione an tantùm vniuerſalis veniat, vel etiam, particularis, Et de aliis.

## DECISIO CCCCXIX.

IN Cauſa in Regia Camera vertente inter Regium Fiſcum & Magnificum Antonium Mariam de Bucchis, fuit dubitatum, an is, cui mediante Regio aſſenſu, feudum aliquod eſt legatum, releuium Regiæ Curiæ ſoluere teneatur. 1

Pro parte Antonij Mariæ conuenti dicebatur, nullo pacto releuium in hoc caſu deberi, ea quidem ratione, quia cum illius ſolutio moribus ſit in Regno introducta, non quod ius commune feudorum aliquod circa hoc diſpoſuerit, vt dicebat Andr. *in Conſt. poſt mortem, & alibi,* Mos Regni fuit ſemper vt à ſucceſſore vniuerſali debeatur, & per mortem feudatarij, vt per eundem Andr. *loco cit.* Vnde cum legatarius ad feudi ſucceſſionem ex titulo particulari admittatur, nimirum legati, mediante Regio aſſenſu, extenſio aliqua fieri non poteſt, etiam ex identitate rationis, cum ſolutio iſta ſit odioſa, ac proinde non extendenda. 2

Pro parte verò Regij Fiſci replicabatur, omnino releuium eſſe ſoluendum, cum ſat ſit, vt legatarius veniat ex titulo vltimæ voluntatis, & habeatur vt hæres: *l. id tempus §. 1. ff. de vſucapio.* vbi dicit Paul. de Caſtr. quod per illum text. legatarius loco hæredis habetur, ad idem eſt text. *in l. in conuentionibus ff. de verb. ſign.* vbi Bar. notat in eo text. probari, hæredis appellatione legatarium contineri, quaſi ſit ille hæres; & licet non poſſit dici quod ſit ſucceſſor Vniuerſalis, bene tamen in re legata ſucceſſor eſt particularis; eſt tamen verum, quod quādo lex de ſucceſſore mentionem facit de vniuerſali, non autem de particulari intelligitur. Aret. & Iaſ. *in l. Pomponius §. quæſitum ff. de acquir. poſſ.* eſt text. & ibi gl. *in l. quædam §. nihil intereſt ff. de eden.* vbi Alex. poſt alios hoc notat, & melius, quàm alibi, F... *in c. quia col. fin. extr. de iudic.* vbi allegat Bal. *in l. emptorem col. pen. verſ. quod ſi inſtrumentum C. loca.* & Imol. *in l. qui nititur ff. de verb. obligat.* vbi dicit, quod ſi quis ſit inueſtitus pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis de Vniuerſalibus; non autem de particularibus intellligitur, idemque Bal. *in c. ſi pater, de teſtam. in 6.* eoque magis in caſu propoſito, in 3



Digitized by Google

quo cum legatarius eſſet ſecundogenitus, legatum conſequi non poterat, niſi mediante Regio aſſenſu, & ſucceſſiue cum in ſui perſona feudũ diceretur nouum, releuium exigi non erat conueniens, vt per Loffred. *conſ.* 14.

## OBSERVATIO.

1 QVæ in hac materia, in puncto principali conſiderari poſſunt, videnda ſunt apud eundem D. Regentem ſupra *in deciſ.* 248. & apud me *ibidem in obſeruat.* hîc ſupereſt ſolùm notare concluſionem illam hic tentam, nimirum quod quando mentio fit de ſucceſſore, de vniuerſali, non autem de particulari intelligitur iuribus, & Doctoribus hîc citatis; hoc idem adde tu, ſcripſiſſe Peregr. *de fideicomm. art.* 32. *n.* 48. quo loci ad hanc concluſionem tres accommodat limitationes, illamque primam, & principalem, nimirũ, quando mentio fieret de ſucceſſoribus quibuſcunque vt tunc etiam ſingulares cõtineantur, quod placuit Fuſar. poſt plures quos allegat *de ſubſtit. qu.* 341. *n.* 7. ſic etiam cenſuit Rota, in actione ſpolij, vt non ſolum ea tranſeat in hæredem vniuerſalem; ſed etiam in ſucceſſorem ſingularem, abſque alia ceſſione, *dec.* 307. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & in vna Romana ſpolij 27. Nouembris 1615. coram Domino Manzanedo, quam refert Oliuer. Beltran. *in addit. ad D. Ludouiſ. deciſ.* 542. *num.* 10.

2 Ex his nullo pacto ſunt recipienda, quæ dixit Alex. *conſ.* 192. *lib.* 2. vbi voluit, quod ſi verba *hæredes*, & *ſucceſſores* cumulantur, verbum *hæres* vniuerſalem denotat hæredem, & verbum *ſucceſſor* particularem; etenim Fuſar. *loc. cit. num.* 6. *verſ. reſpondetur* dicit falſum eſſe Alex. fundamentum; nam verbum ſucceſſores nullo pacto ſuperfluum dici poteſt, cum denotet ſucceſſorem vniuerſalem, qui de iure prætorio ſuccedit, & verbum *hæredes*, vniuerſalem hæredem, qui ſuccedit de iure ciuili.

## *ARGVMENTVM.*

Reclamatio an & quando ſit admittenda, quando duæ ſententiæ ſunt conformes, ſi lata fuit alia intermedia, quæ eſt difformis. Reclamatio an ſit deneganda à decreto Sacri Conſilij in cauſa criminali prolata confirmante Decretum M.C.

## DECISIO CCCCXX.

1 CVM in cauſa vertente inter Illuſtrem Principem Melphiæ ac Regium Fiſcum ex vna, & Reuerendiſſimum Archiepiſcopum Conzæ, ex altera, ſuper rei vindicatione territorij Palirotundi, lata fuiſſet per Regiam Cameram ſententia, qua mediante, dictus Illuſtris Princeps ad reſtituendum dictum territorium vnà cum fructibus Domino Archiepiſcopo condemnatus extiterat, fuiſſetque ab ea reclamatum, & in gradu reclamationis prima ſententia reuocata, ac ſucceſſiue Princeps abſolutus; Dominus Archiepiſcopus ab hac vltima ſententia reclamauit, obtinuitque, primam ſententiam ad ſui fauorem latam eſſe confirmandam, ac proinde Principi eſſe perpetuum ſilentium imponendum; verùm ſentiens Princeps ſe grauatum inſtabat, vt ab hac vltima ſententia admitteretur reclamatio, contradicebat Archiepiſcopus contendens, quod cum duæ eſſent ſententiæ conformes pro ſe latæ, cum impoſitione perpetui ſilentij, non poterat amplius de reclamatione ab hac vltima ſententia tractari, obſtante tex. *in l. ſi quis aduerſus C. de prec. Imper. offer.* quare dubitatum fuit quid iuris.

Vt Princeps reclamationem obtinere potuiſſet, dicebat dubitari non poſſe, quod quando ſunt duæ ſententiæ conformes, denegatur reclamatio, per text. *in d. l. ſi quis aduerſus*; ſed quod hoc procedebat, quando vltima ſententia vltima non eſſet nulla; Vnde cum in caſu ſuo nulla eſſet ſententia vltima pro Archiepiſcopo lata; ergo non poterat eſſe locus diſpoſitioni *d. l. ſi quis aduerſus*: Quod fuiſſet nulla ſententia illa poſtrema; conſtabat patenter, quia cum in cauſa formatum intereſſe haberet Regius Fiſcus, eo abſente lata extiterat, ad text. *in l. ſi aduerſus circa finem C. ſi aduerſ. fiſc.* Nec poterat dici, quod ſaltem reſpectu Principis diceretur valida, nam cum vnica eſſet cauſa; ergo vnica ſententia, qua exiſtente nulla quoad fiſcum, ita pariter quoad Principem. Nec dicendum ab hac ſententia nulla fuiſſe per Principem reclamatum, quod proinde dicebatur approbaſſe ſententiam, vt eſt text. *in l.* 3. *§. falſus ff. rem rat. hab.* Nam fuit reſponſum, tex. illum loqui, quando ſententia eſt nulla ob defectum conſenſus Domini, quia Procurator ſine mandato egerat, ideo Dominus appellando, cenſetur factum Procuratoris approbare, vt per Imol. *in l. ſi expreſſim ff. de appellat.* At in caſu, de quo agebatur ſẽtẽtia erat nulla ex legis diſpoſitione, quia lata contra fiſcum, ipſius inaudito Aduocato, ac proinde ratificationis termini non applicabantur. Hæc cauſa fuit relata per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, omnibuſque de iure diſcutiendis plene diſcuſſis, fuit deciſum licere Principi Melphiæ reclamare; verùm quod prius ſententia ad fauorem Archiepiſcopi lata exequeretur, præſtita cautione in forma in caſu retractationis; quibus ſic peractis, compilato demùm proceſſu in gradu reclamationis, fuit pro maiori parte votantium ex nouiter deductis in fauorem Principis pronunciatum.

OBSER

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 QVando ſunt duæ ſententiæ conformes Præfecti Prætorio, ad fauorem vnius latæ, prohibetur omnino victo de cætero reclamare, hic eſt text. nimis vulgatus, quem allegat Dom. Reg. noſter *in l. ſi quis aduerſus C. de prec. imper. offer.* cum quo concordat noſtra Regia Ordinatio, quæ eſt 5. *de officio ſac. Reg. Conſil. in volum. Pragmat.* verùm ſi Princeps vellet ſupplicationem admittere, vtique eum poſſe, licèt non ſine magna ipſius gratia, ſcripſerunt Aluar. Valaſc. *deciſ.* 51. *num.* 49. Thomas Valaſc. *alleg.* 90. *num.* 25. & Auguſt. Barboſ. *in Collect. ad d. l. ſi quis aduerſus in fine.*

2 Hic ſunt omnino obſeruanda, quæ ſcripſit Dom. Præſ. de Franch. *dec.* 135. ne dicamus dicta per Dom. Regent. hîc eſſe contraria, etenim Dom. Præſ. deciſum refert, lata ſententia ad fauorem vnius, ſi victus reclamauit, & in reclamatione obtinuit, quod ſi ab hac ſecunda ſententia, qui primam obtinuit fauorabilem, poſtea reclamaſſet, & cauſa tertia vice diſcuſſa, fuiſſet pro eo iudicatum, taliter prima ſententia confirmata, non poſſet vtique victus, & ſic, qui in prima, & tertia inſtantia ſuccubuit, iterum reclamare, quia duæ eſſent ſententiæ Præfecti Prætorio conformes, licèt intermedia earum eſſet difformis, ſicque fieri locum diſpoſitioni tex. *in d. l. ſi quis aduerſus*; idemque nouimus ſcripſiſſe Socc. *conſ.* 39. *lib.* 4. Barbat. *conſ.* 49. *&* 385. aliosque relatos per Io. Vinc. de Ann. *alleg.* 26. *num.* 6. qui omnes concludunt, quod ſi vnus primam, & tertiam habuit ſententiam fauorabilem conformem, alius habuit mediam, ſtante ſtatuto conformi diſpoſitioni *d. l. ſi quis aduerſus*, non conceditur amplius reclamatio in caſu autem huius Deciſionis fuit conceſſa ſupplicatio ab vltima ſententia, quæ erat conformis primæ, quia hæc vltima ſententia erat nulla, & ſic ſententiæ nomen non merebatur.

3 Diximus, quod quando ſunt duæ ſententiæ conformes Præfecti Prætorio, ſupplicatio, ſiue reclamatio prohibetur; ſecus vero dicimus ſi prima eſſet Tribunalis inferioris Præfecto Prætorio, prout eſt noſtra magna Curia; ſi enim per M. C. fuiſſet in prima inſtantia iudicatum ad fauorem vnius à qua determinatione victus ad Sacr. Conſil. appellaſſet, & diſcuſſa cauſa, eſſet ſententia M. C. confirmata, poſſet vtique victus à ſententia Sacri Conſilij reclamare, quia non ſunt duæ ſententiæ conformes Præfecti Prætorio, ſed vna tantum, hoc tamen aduerte bene procedere in cauſis ciuilibus; ſecus vero in cauſis criminalibus, in quibus à Decreto Sacr. Conſil. confirmante Decretum M. C. reclamatio denegatur, vt per Dom. de Franc. *deciſ.* 710. vbi addit hoc idem locum habere in incidentibus ciuilibus, remiſſionis nimirum, qui ex cauſis criminalibus oriũtur. Nec aliter obſtare eiuſdem D. Præſidis *deciſ.* 470. vbi contrarium ſeruatum apparet; nam vt Dom. Præſ. aduertit, hoc in illa cauſa Ducis Sueſſæ non fuit oppoſitum, ſemperque contrarium ſeruatum.

## *ARGVMENTVM.*

Turcæ, ſi in aliquo loco Regni à particularibus hominibus capiantur ſicque illi in ſeruitutem redacti ſint; præda hæc ad quem ſpectat, an ad Capientes, an ad Regiam Curiam, an ad Prouinciæ Gubernatorem, an verò ad Regni Proregem, & generale Capitaneum. Hoſtium bona ipſorumque perſonæ an capientium fiant, adhuc ſi in belli conflictu non capiantur; & quid in bonis hoſtium naufragatis; & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCXXI.

CVM in Prouincia Hydruntina ab aliquibus particularibus quadraginta Turcæ capti eſſent, ſicque illi in ſeruitute redacti; ad prædam conſequendam quatuor concurrebant; primò Regius Fiſcus, qui dicebat, illos ad Regiam Curiam de iure ſpectare; ſecundò Illuſtriſſimus Dom. Prorex vti generalis Capitaneus; tertiò Illuſtris Ciccus Loffredus vti illius Prouinciæ Gubernator, qui allegabat, in illa Prouincia conſuetudinem vigere immemorabilem, vt hæc præda Gubernatorum, ſiue Præſidum pro tempore lucro cedat; & quartò Particulares capientes; fuit dubitatum in Collaterali Conſilio, Regia Camera referente, ad quem ex his quatuor concurrentibus Serui prædicti ſpectarent. 1

Et pro Particularibus, qui ſeruos illos apprehenderunt, ſolemniter iudicatum extitit; ſic enim dictum fuit omni iure eſſe cautum, gentium nimirum, ciuili, & militari; gentium, ſiquidem hoc iure attento, cùm ſerui capiuntur ſtatim capientium efficiuntur: *l. naturalem in fine ff. de acquir. rer. domin.* §. *ea quæ ab hoſtibus inſt. de rer. diuiſ. &* §. *ius autem gentium, inſt. de iur. nat. gent. & ciuili.* & in his locis DD. communiter; idem de iure ciuili quoad bona mobilia DD. per illa iura *in l. ſi captiuus* §. *ſi expulſis ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. l. in agris, & l. transfugam ff. de acquir. rer. domin.* Bar. *in l. ſi quid in bello ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* Salic. *in l. ab hoſtibus C. eod. tit.* aliqua ponit ſingularia Grammat. *dec.* 71. de iure verò militari, quamuis bona mobilia in acie belli capta, Duci belli præſentari debeant, vt inter milites diſtribuantur, vt per DD. *in l.* 1. *ff. de acq. poſſ.* & eſt text. *in c. ius militare in fine* 1. *diſt. & in c. dicit aliquis* 23. *quæſt.* 5. ſecus tamen quando abſque prælio ab aliquibus particularibus caperetur, prout erat caſus, de quo agebatur, ita declarat Salicet. *in d. l. ab hoſtibus col.* 1. *in fine C. de capt. & poſtlim. reuerſ.* Vndè facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, & pro adiunctis, tribus Regiis Conſiliariis interuenientibus, omnium conſenſu deciſum extitit Turcas, ſeu mancipia prædicta, neque ad Regiam Curiam, neque ad Illuſtriſſimum Proregem; neque ad Illuſtrem Prouinciæ Gu- 2



Digitized by Google

bernatorem, ſed ſolùm ad illos Particulares capientes ſpectare & pertinere.

---

## OBSERVATIO.

1 AD ornatum huius Deciſionis, eiuſque pleniorem intelligentiam obſeruanda ſunt, quæ ſcripſit Dom. Io. Franc. de Pont. *deciſ. ſua* 21. vbi occaſione naufragij, quod paſſi fuere quidam mercatores Turcæ in Mare, propè Ciuitatem Brunduſij, refert fuiſſe de pluribus in Collaterali Conſilio dubitatum, Regia Camera referente; & Primò an bona hoſtium, ipſorumque Perſonæ, capientium fiant, adhuc ſi in belli conflictu non capiantur; ſed caſu, provt in Deciſione iſta Dom. Reg. noſtri; Secundò quid in bonis hoſtium naufragatis; Tertiò quid de conſuetudine, vel ſaltem per particulares ſuæ Catholicæ Maieſtatis prouiſiones; Quartò & tandem an in caſu de quo agebatur bona naufragata dici potuiſſent.

2 Quò ad primum, & ſecundum dicebatur, articulum nullam habere poſſe dubitationem, quin bona hoſtium de iure gentium Capientium fiant, excepto, ſi bona caperentur in alieno territorio, quod non eſſet ſub inimicorum dominio, in eoque hoſtes eſſent affidati, quia tunc Capientium non fierent; propter hunc caſum ſemper bona Capientium efficerentur, ſiue ſint capta in bello, ſiue extra bellum, provt ſunt iura hîc citata, *in l. naturalem §. fin. & in l. transfugam. ff. de acquir. rer. domin.* Alcia. *in l. hoſtes ff. de verb. ſig.* poſt Bar. *in l. hoſtes ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* Aret. *in Authen. Nauigia. C. de furt.* vbi dicit, poſſe infideles cum eorum bonis in quocunque loco impunè capi, quia ſunt publici hoſtes, & diffidati, Salic. ſatis bene *in l. ab hoſtibus num. 6. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* Eſt tamen verum, quod quando capiuntur in conflictu belli propter reuerentiam, & authoritatem Ducis Belli, & propter rationem, quam poſuit Petr. de Bellapert. *in l. penul. C. de donatio.* debent bona illa, ſiue perſone, quæ capiuntur præſentari Duci Belli; ſed quando in diſcurſu territorij, vel ante bellum campeſtre, vel caſu (nota) bona inimicorum repeiuntur, tunc iuxta diſpoſita *in d. l. transfugam*, abſolutè fiunt Capientium; nec fiſcus aliquid prætendere poteſt; provt fuit deciſum hîc, & apud Grammat. *deciſ.* 71.

3 Quò verò ad tertium, & quartum concludit Dom. Reg. de Pont. nullam circa hoc ſe offerre conſuetudinem iuri communi derogatoriam, imò ſemper ſeruatum, & pluries iudicatum, ſecundum ius commune, ad hoc allegans Deciſiones Dom. Reg. noſtri, quem virum oculatiſſimum, & eminentis ſcientiæ appellat; ſubdit tamen fuiſſe in cauſa per ipſum relata præſentatas prouiſiones ſuæ Catholicæ Maieſtatis expeditas in anno 1583. (quo tempore Dom. Regens noſter defunctus reperiebatur) per quas declaratur quod omnia bona hoſtium naufragata ſpectant ad Regium fiſcum cognitumque bona, de quibus agebatur, fuiſſe verè naufragata; Vnde diſcuſſis omnibus de iure diſcutiendis, Regio fiſco, & Caſtellano Brunduſino, à quo bona, & perſonæ Turcarum captæ fuerunt auditis, pro maiore parte Dominorum Votantium deciſum extitit, bona, & perſonas Turcarum haberi pro naufragatis, & tanquam naufragata, ſtantibus Regiis prouiſionibus, ad Regium fiſcum ſpectare, nullumque ius capientibus competere verba determinationis ſunt hæc.

*Die 18. Nouembris 1605.*

*In cauſa Magnifici Ioann. Ortiz de Meſtanza Regij Caſtellani Caſtri Inſulæ Brunduſij cum Regio fiſco ſuper petita declaratione quod perſonæ & bona Turcarum applicata in littore Maris prope Turrim de Penna, dictæ Ciuitatis Brunduſij ſpectent ad ipſum Caſtellanum, tanquam capta per ipſum; & è contra prætendente Regio fiſco, perſonas, & bona dictorum Turcarum tanquam naufragata fuiſſe, & eſſe acquiſita Regio fiſco, rationibus, & cauſis, prout in actis.*

*Facta de omnibus relatione Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo huius Regni Vice Regi in Regio Collaterali Conſilio per Regiam Cameram Summariæ, referente Magnifico Milite V. I. D. Ioanne Montoya de Cardona Regio Conſiliario, ipſius Regiæ Cameræ Præſidente, & cauſæ Commiſſar. o, auditis Magnifico V. I. D. Iacobo Salutio Aduocato Regij patrimony, & Magnificis Aduocatis dicti Ioannis Ortiz Regij Caſtellani, & accedente voto Illuſtrium, Magnificorum, & circumſpectorum Regiam Cancellariam Regentium, prouiſum, & declaratum eſt, perſonas, & bona dictorum Turcarum, tanquam naufragata ſpectauiſſe, & ſpectare ad Regium fiſcum, nullumque ius in bonis naufragatis ſpectare ad capientes; verùm ex cauſis diſcuſſis, dentur dicto Regio Caſtellano de pretio dictorum bonorum Ducati mille, hoc ſuum & c. Montoya de Cardona.*

Hæc determinatio nullo pacto officit Deciſioni D. 4 Regentis noſtri; habet enim pro fundamento determinatio hæc prouiſiones ſuæ Catholicæ Maieſtatis, quæ loquuntur de bonis naufragatis; ſicque ſubdit Dom. de Pont. quod quando bona non ſunt naufragata, provt in caſu Deciſionis à Dom. Reg. noſtro relato, prouiſiones prædictæ nullius ſunt ponderis, & momenti, & remanet articulus, ſi bona hoſtium efficiuntur Capientium, in quo teſtatur, maiorem Votantium Partem in affirmatiuam ſententiam concurriſſe.

Cætera ad hanc materiam pertinentia videnda ſunt 5 ſupra *in deciſ. 76. & 77.*

## *ARGVMENTVM.*

Mandans aliquem vulnerari, an & quando de homicidio teneatur, ſi vulnere patrato, illinc ad certum tempus mors ſequuta fuerit; Et quid ſi mandatum fuiſſet datum ad occidendum; ſed mors non ex vulnere, ſed ex aliquo accidenti ſequuta ſit. Et de aliis.

## DECISIO CCCCXXII.

DVBITABATVR in Sacro Conſilio in gradu appellationis à ſententia magnæ Curiæ, an pœnâ mortis naturalis eſſet plectendus quidam Nobilis, qui confeſſus fuit familiari ſuo mandatum dediſſe ad vulnerandum certam perſonam, ex quo vulnere mors ſequuta fuit. 1

Conſiderabatur inquiſitum prædictum, 2 non niſi de vulnerato teneri & non de occiſo; ita enim conſuluerunt magni nominis DD. ſic

Digitized by Google

DD. ſicque compertum aliàs Sacrum Conſilium iudicaſſe, in cauſa Coſmi de Reſcia, cùm Regio fiſco. Nec obſtare quod dicebatur, mandantem fuiſſe in latiſſima culpa, ex eo quod præuidere poterat & debebat, ex vulnere de facili mortem oriri; nam in facto conſtabat vulneratum potius ex mala curatione, & defectu boni regiminis mortuum fuiſſe, quàm ex vulnere, ex eo quod per dies quinquaginta quatuor vixerat;& ita in ſpecie medici atteſtati fuère; idque adeo verùm, quod adhuc ſi mandatum iniunctum fuiſſet ad occidendum, & mors non ex vulnere ſequuta eſſet, ſed ex alio accidenti,mandans, ſeu vulnerans de occiſo non teneretur, notat Bal. *in l.qui occidit.§.fin.ff. ad leg. Aquil.* & in hoc neminem diſcrepare, annuit Riminal. *conſ.*218. vbi addit ad mortem vulneratum, vltra dies quadraginta viuere non poſſe; idemque Iul. Clar. *in* §.*homicidium num.*38. Ex quibus principaliter pro maiori Parte Dominorum iudicantium pronunciatum fuit, ſententiam magnæ Curiæ,qua prædictus Inquiſitus ad mortem naturalem condemnatus fuerat, forè ad mortem ciuilèm nimirum deportationis commutandam; ſed id eueniſſe annuitur hic potius ex æquitate, quàm de iure; nam ad illud, quod dicebatur, ideo vulneratum fuiſſe mortuum, quia non fuerat ille benè curatus & quod vixerat vltra quinquaginta quatuor dies, reſponſum fuit, cum Salicet. *in l.*1.*C.de emendat.ſeruo*, quem ſequitur Felin. *in c.presbyterorum,de homicid.* quod quando conſtat vulnus eſſe mortale, non aliter eſt attendendum quanto tempore vulneratus venerit, niſi verè cõſtaret,quod mortuus fuit ob defectum boni regiminis, vel ex aliquo accidenti, puta ex coitu, tunc enim non ex vulnere mortuus cenſeretur,*cap.*1 *de cleric. percuſſ.* vbidicit textus quod ſi vulneratus poſt octo menſes moreretur, ex vulnere non diceretur mortuus, vel & ſecundò quando vulnus non fuit mortale,quia tunc nec tempus inſpicitur,nec mors ſequens vulneranti nocet *l.qui occidit* §.*fin.ff. ad l. Aquil.* vel & tertiò quando eſt dubium; quo caſu gl. *in d. l. prima C. de emendat.ſer.* ait quod ſi vulneratus poſt triduum ambularet, mortuum ex vulnere non eſt præſumendum.

## OBSERVATIO.

1 HIc proponitur quæſtiò inter DD. ſatis vulgata, nimirum an mandans aliquem vulnerari, de homicidio teneatur, ſi vulnere patrato, illinc ad certum tempus mors ſequuta fuit; & magna Curia pro parte affirmatiua pronunciauit, dum decidit, eſſe mandantem illum pœnâ mortis plectendum, quamuis demùm in gradu appellationis Sacrum Conſilium æquitati inhærens vt pœna mortis ciuilis hic impius afficeretur, decreuiſſet; ſed certè in hac quæſtione, magis communiter ſcripſerunt DD. vt fiat locus pœnæ ordinariæ à iure pro homicidio præſcriptæ; ſic duos diſtinguentes caſus; quorum Primus, quando mandatum iniungitur ad vulnerandum; nam ſi demùm mandatarius taliter vulnerauerit, vt ſequutum ſit homicidium, vtique tenetur mandans de homicidio, quia vulnera non dantur ad menſuram, & vt dicit Iul. Clar. modò allegandus, nulla ferè eſt pars corporis, præter faciem, in qua vulnera non poſſunt eſſe læthalia. Alter caſus eſt, quando mandatum datur ad aliquem baculo,pugnis,vel alapâ percutiendum;nam ſi tunc mandatarius illum talem occiderit,vel tali percuſſerit vulnere,vt mors ſequuta fuerit; & tunc mandans de homicidio puniri non poteſt; ſed pœna extraordinaria plectendus; videantur Ægid. Boſſ. *in ſua praxi in tit. de mandato ad occidendum num.*10. Cepol. *conſ. crim.*34. Grammat. *conſ.crim.*20.*& voto* 15. Iul. Clar. ſatis benè *in prax. crim.* §.*fin. quæſt.*89. *num.*5. Carrer. *in praxi in quæſt.* quæ incipit *Circa tertium de cauſis excuſantibus mandantem fol. mihi* 146. *a. vbi num.*3. plus dicit; quod ſi mandans aliquem vulnerari, expreſsè mandatario prohibuerit, ne occidat, morte ſequuta, de homicidio tenebitur; idemque Tiber.Decia.*in tract.crim.lib.*9.*c.*36.*n.*11.

## *ARGVMENTVM.*

Ludo Taxillarũ ſi quis pecuniam ſuam amiſerit, quam tamen non ſoluit, quia forſan credito ludebatur, an ad illam ſoluendam cogi poſſit; Et quid ſi eam ſoluit an ſit locus repetitioni. Mutuo dans ſuo Colluſori pecuniam ad ludendum, an eam repetere poſſit; Et quid in tertio, qui non colludit;ſed pecuniam ad ludendum mutuo dat,ad ornatum *Prag.*1.*ſub tit. de Aleatoribus.*

## DECISIO CCCCXXIII.

IN cauſa vertente in Sacro Regio Conſilio reſidente in Caſtro Capuanę,inter Iulium Carrafa Actorem, & Hæredes quondam Federici Pignatelli conuentos, eorumque creditores; ordinatione Domini Cardinalis Grãculani Regni huius locumtenentis, referenda, & votanda in Collaterali Conſilio, fuit eleganter dubitatum, An quod dictus Iulius Taxillis lucratus fuerat, ludens cum dicto Frederico, dum non fuit ſolutum,ex quo pecunia non fuerat præſens, exigi potuiſſet ab hæredibus dicti Frederici; ſummum enim importabat lucrum ducatorum ſeptem millium,& quincentum. 1

Dicebatur materiam latè fuiſſe tractatam per Doctores *in Authen. Alearum vſus C. de Aleator. in tit.ff.hoc titulo in c. Clerici*, vbi Abb. & cæteri Canoniſtæ, *de vit. & honeſt. Cleric.* latiſſimè per Innoc. *in c. plerique de immunit.* 2



Digitized by Google

*eccleſ.* Addentes ad Cappell. Tholoſ. *deciſ.* 193. Parid. de Put. *in tract. de ludo.* & Bal. *in rubr. de condit. ob turp. cauſ.* Ex quorum dictis illa deſumitur concluſio; nimirum quod quando tractatur de ludo lucri, qui à fortuna non dependet; ſed ſolùm pro corporis exercitio fit, provt eſt ille latrunculorum, palei, lintæ & ſimiles, de quibus *in d. Authen. Alearum vſus & in l. 2. ff. de Aleator.* quia licitus, & permiſſus eſt; quod lucratum eſt, dummodo ſit parui momenti, luſor lucrans iure permittente exigit, ſolutumque neque in foro fori, neque in foro poli repeti poteſt; at ſi prohibitus eſſet, provt eſt ille Taxillorum, ſeu Talorum, quod in eo lucratum eſt, per lucrantem peti non poteſt, imò quod ſolutum eſt, à ſoluente repeti poteſt, per text. *in d. Authen. Alearum vſus,* vbi eſt caſus expreſſus; ſicque DD. omnes ſupracitati vno ore ſaxi ſunt; qua concluſione ſic ſtante, dicebant, hæredes Frederici, nullo pacto ad ſoluendum dicto Iulio dictos ducatos ſeptem mille, & quincentum Taxillorum ludo amiſſos, eos teneri, ex eo quod indubitatum erat, ludum fuiſſe prohibitum; ſed contra fortiter obſtabat generalis ferè totius terrarum Orbis Conſuetudo, qua ludere omnibus eſt permiſſum, etiam ludis prohibitis; ſitque quantitas quantumuis magna, de cuius validitate atteſtatur D. Thor. 2. 2. *q.* 32. *art.* 3. Et hoc ea ratione, quia ludus per ſe non dicitur principaliter prohibitus; ſed propter multa mala, quæ ex illo proueniunt; & quod dictum eſt per iura, & DD. ſupra allegatos,

2 vt quando ludus eſt prohibitus, quod lucratum eſt exigi non poſſit, procedere dicebatur, cum ſtatim lucrans, lucratum exigere velit; nam ſi ex poſt facto, & ex interuallo, qui pecunia ludo amiſit, contractu mediante, illam promittit, provt in caſu, de quo agebatur, tunc quia purgatur vitium cauſæ originalis nullo pacto concluſio ſuperius relata locum habet, provt dicitur de pecunia à Colluſore in ludo mutuo data, quam ſi poſtea mutuatarius, per ſtipulationem promiſerit, illam ſoluere cogetur, eſt ſolemne dictum Alberti Galeot. *in l. ſolent* §. 1. *ff. de Aleator.* de quo magni faciunt Io. Andr. *in addit. ad ſpecul in rubr. de actio & obligatio.* Aufrer. ad Tholoſ. *in cit. deciſ.* 193. *circa finem, & in addit. ad Salicet. in d. Authen. Alearum vſus*; idemque Pariſ. de Put. *in tract. de ludo num.* 21.

3 His tamen non obſtantibus, per S.C. iunctis du[illegible] Aulis, ac per Dominos Regiam Cancellariam Regentes, nemine diſcrepante, deciſum extitit, Hæredes dicti Frederici nullo pacto ad ſoluendum pecuniam, quam dictus Iulius vt ſupra lucratus eſt, moleſtari poſſe, per text, *in d. Authen. Alearum vſus & in l. fin. ff. de Aleator.* & in his locis DD. communiter; Nec obſtare dictũ fuit quod de generali conſuetudine ex aduerſo opponebatur; nam quicquid ſit, an potius corruptela diceretur, ad notata per Abb. *in d. c. Clerici.* & per Ang. de Clau. *in ſua ſum. in verbo ludus*, cùm ſit nutritiua peccati; proueniunt enim ex ludo prohibito blaſphemiæ, rixæ, furta, inimicitiæ, depauperationes, & ſimilia; reſpondebatur, conſuetudinem prædictam locum habere poſſe, quando pecunia ludo amiſſa fuit iam ſoluta, & ille, qui eam amiſit, vult repetere; in hoc enim caſu procedit conſuetudo; at ſecus vbi luſor, qui pecuniam lucratus fuit, velit illam conſequi, & exigere ab alio, qui eam amiſit. Præterea nec obſtare, tantum fuit id, quod dicebatur, hæc omnia locum non habere, quotiés ex interuallo, ſtipulatione mediante, luſor, qui pecuniam amiſit illam infra certum tempus ſoluere promiſerit, ex Alberto Galeota, Io. Andr. & aliis; nam reſponſum fuit Doctores prædictos alloquutos, quando pecunia in laudo eſt mutuo data, quod in caſu propoſito non conſiderabatur; ſecundo expreſsè *in tex. d. Authen.* Alearum vſus inſtrumenta annullantur, nulla adhibita diſtinctione, ſi ludi tempore, vel poſtea fuerint ſtipulata, ſicque expreſsè annuit Salic. *ibidem in* 2. *notab.* dum dixit, inſtrumenta obligatoria ex ludi cauſa confecta, nullo pacto poſſe admitti, nec exequutioni demandari; ſufficit enim quod ſint ſtipulata ex cauſa ludi, ſiue ſtatim, ſiue ex poſt facto, cùm infecta origo ſit attendenda; ex quibus omnibus principaliter fuit deciſum, provt ſupra ad fauorem dictorum hæredum; & cùm pro parte dicti Iulij à ſententia contra ipſum prolata reclamatum fuiſſet, iterum relata cauſa in Collaterali Conſilio, referente Domino Vincentio de Franchis tunc Regio Conſiliario, fuit prima ſententia, nemine diſcrepante, confirmata cum impoſitione perpetui ſilentij, imò dicto Iulio reclamante, in expenſis factis in hac cauſa reclamationis, condemnato. &c.

## OBSERVATIO.

Credo indubitanter quod controuerſia hæc ſi inter hos colluſores ſuborta motiuum præbuerit Illuſtriſſimo Aſcalonorum Duci, eo tempore in hoc Regno Regis vices implenti, cum voto Domini Regentis noſtri, & Dom. Reg. Villani, vt promulgaretur Pragmatica ſanctio, prima in ordine *ſub titulo de Aleatoribus*, qua mediante, inter alia prouiſum, & & ſancitum eſt, vt qui in ludo quantitatem aliquam pecuniæ amiſerit, ad illam ſoluendam nullatenus cogi poſſit, Officialibus omnibus & Tribunalibus iniuncto mandato, ne in huiuſmodi cauſis procedant; plus ſancitum fuit, ne inter ipſos colluſores pro effectu ludendi vnus alteri poſſit pecuniam mutuo dare, & vbi contrauenirerur, qui pecuniam accepit, ad illam reſtituendam non cogatur, id, quod in terminis iuris communis probat pariter Matthias Berlichius *dec.* 66. *par.* 1. vbi *num.* 1. hanc firmat concluſionem; nimirum mutuo dantem ſuo colluſori pecuniam ad ludendum, eam repetere non poſſe; ad quod probandum plures

Digitized by Google

plures citat DD. & hi ſunt gl. *in l.*1. §. *quod autem in verbo ſimpliciter*, *verſ. ſi omnis actio. ff.* de aleator. Iodoc. Damhaud. *in ſua prac. crimin. cap.*126. *num.*11. *verſ. qui ludens.* Salyc. *in l. fin. num.*6. *C. de relig. & ſumpt. fun.* Imol. *in l. ſi quis cum ſciret. num.*3. *ff. pro emptore*, Pariſ. de Puteo *in tract. de ludo num.*15. *& ſeqq.* Ang. Aret. *in tract. de malefic. in verb. Meditore de melidadi num.*14. Proſp. Farinac. *in ſua prac. crim. par.*3. *quæſt.*109. *num.*216. Franc. Viuius *commun. opin. lib... opin.*470. *num.*4. Matthe. Coler. qui ita deciſum teſtatur, *deciſ.*173. *num.*9. & alij; quam concluſionem idem Berlich. *num. ſeq.* ex Par. de Put. & Farin. *locis citatis*, adhuc procedere affirmat ſi colluſor, cui pecunia mutuo data eſt, illam non perdat, excepto, ſi in ludo licito, & permiſſo pecunia mutuo data fuerit, ex Aufrer. *ad Cappell. Tholoſ. deciſ.*192. *num.*9. vel ille, qui pecuniam ad ludendum accepit, ex interuallo ad eam reſtituendam ſe obliget, ex Alber. Galeot. *in l. ſolent.* §. 1. *ff. de aleator.* quem inſequuti fuere Io. Andr. *in additio. ad ſpecul. in tit. de obligat. & ſolutio. in princip.* Auguſt. Bonfranc. *in addit. ad Angel. de Malefic. loc. cit.* vbi limitationem hanc mirabilem appellat, Aufrer. *ad Cappell. Tholoſ. loc. cit. numer.*9. *verſ. tamen ſi poſtea.*

2 Sed controuerſum eſt, an ſi tertius, qui non colludit alicui pecuniam ad ludendum mutuo dat, eam repetere poſſit; ſunt qui in hac re dicenda, diſtinctione vſi ſunt, an ſcilicet ſcienter, an verò ignoranter mutuum fecerit; ſed quod poſſit hic tertius pecuniam ſuam ſic mutuo datam repetere, & recuperare indiſtinctè ſcripſerunt Azor. *in ſum. C. de Aleator. num.*27. Abb. *in c. Clerici num.*15. *de vit. & honeſt. Cleric.* Aufrer. *loco cit.* Auguſt. Bonfranc. *in addit. ad Angel. loco ſuperius relato.* vbi hoc in praxi ſeruari teſtatur Franc. Viu. *cit. opin.* 470. *in princ.* Iul. Clar. *in §. ludus num.*8. Matt. Coler. *cit. deciſ.*173. *num.*12. & alij, quos citat, & ſequitur Berlich. *loco. cit. num.*6. vbi *num. ſeq.* ſecus dicendum contendit, ſi is qui pecuniam ad ludendum mutuo dedit, ſit caupo, vel alius, qui luſores recipit, vel domi ludum tenet, vt hic nullo pacto repetere poſſit, etiam ſi non colludit, ad quod plures allegat, ſignanter ex recentioribus Franc. Viuium *cit. opin.*470. Thom. Grammat. *deciſ.*40. *num.*2. *circa finem.* & Farinac. *cit. quæſt.*109. *num.*214. vbi hoc ampliat, etiam ſi is, cui mutuum factum fuit pecuniam non amittat ſed vincat; imò huiuſmodi Cauponibus, & luſorum receptantibus non ſolùm pecuniæ mutuo datæ repetitionem fore, & eſſe denegandam, ſed eos pœna extraordinaria puniendos eſſe, poſt alios ſcripſerunt Matth. Coler. & Matthias Berlich. *locis ſupra citatis.*

3 Diximus in principio ex pecunia in ludo amiſſa, & non ſoluta, nullam ad beneficium colluſoris pro illa conſequenda cõpetere actionem; Sed quid ſi fuerit ſoluta, an colluſoris, qui illam amiſit competat repetitio? Dom. Reg. noſter obiectioni factæ quod de conſuetudine detur actio colluſori ad acquirendam pecuniam, quam in ludo lucrata fuit, reſpondet, conſuetudinẽ illã poſſe procedere, quando pecunia ſoluta iam fuit, vt ea repeti non poſſit, ſecus verò quando non fuit ſoluta; ſicque certo modo videtur affirmare, non eſſe locum repetitioni; ſed quod repeti poſſit pecunia ſoluta, quando ludus eſt prohibitus deciſum teſtatur Gabriel Pereyra *deciſ.*88. quam vide poſt Coler. *dec. ſupra cit.*173. idemque Dom. Reg. Rouit. *in dic. Prag.*1 *de Aleator. circa finem*, & quod omnes contractus ſubſequuti ludi occaſione ſint nulli, & inualidi probat Dom. Ludouiſ. *deciſ.*47.

*ARGVMENTVM.*

Mulier, mortuo viro, cui fuit dos promiſſa, & non ſoluta nùm poſſit nomine proprio agere contra promittentem pro conſequutione quantitatum in dotem promiſſarum, vel vt poſſit agere opus habet, vt ab hæredibus viri, cui fuit facta promiſſio, iurium ceſſionem exquirat.

## DECISIO CCCCXXIV.

IN Capitulis Matrimonialibus initis inter Illuſtr. Galeazium Farneſium Nobilem Romanum, & Illuſtr. Lucretiam Tomacellam Nobilem Neapolitanam expreſsè conuentum extiterat, vt de dote viro promiſſa Ducatorum triginta duorum millium, die ſolutionis cedente pro ſumma Ducatorum viginti millium in hac ciuitate tot annuorum introituum fieret emptio, & cùm ita pro ſumma Ducatorum quindecim millium obſeruatum fuiſſet, quia dotantes reliquos ducatos quinque mille ſoluere non curabant, coactus fuit Galeatius vir contra eos iudicium in Sacro Conſilio inſtituere; At quia eo pendente, è viuis deceſſit, vxore, ac duobus filiis ſibi ſuperſtitibus; vt potuiſſet vxor iudicium prædictum proſequi, ſicque dictos ducatos quinque mille à fratribus recuperare, curauit, vt à filiorum tutoribus inſtantia à defuncto cœpta in eam, ceſſione mediante tranſferretur, hac autem peracta ceſſione, inſtabat lucretia vxor, tam nomine proprio, quàm ceſſionario fore fratres cogendos ad quantitatem prædictam Ducatorum quinque mille ſoluendam; Contradicebant fratres ipſi præſupponentes, ſororẽ actione carere, quia vel agebat nomine proprio, & non poterat; quia dos viro non ei promiſſa extiterat, ſicque actio hæredibus viri, non autem ipſi competebat, provt eſt text. *in l. ſi pater* 5. *C. de dot. promiſſ.* ſin verò ceſſionario nomine, dum iudicium inſtitutum à viro proſequebatur, nullo pacto poterat reliquos ducatos quinque mille conſequi, niſi lege in capitulis matrimonialibus appoſita omnino ſeruata, nimirum vt implicarentur in emptionem tot introituum in hac ciuitate; non autem vt quantitas hæc ad vrbem tranſmitteretur, provt ipſa prætendebat; quare quid iuris dubitatum extitit. 1

Pro vxore dicebatur, potuiſſe illam adhuc nomine proprio agere *ex Deciſione Guid. Pap.* 375. vbi ſic in illo Parlamento, per iura, & rationes, quas allegat deciſum fuiſſe teſtatur ſed reſpondebatur, deciſionem illam veram 2

non eſſe, quia contra text. *in d. l. ſi pater*, vbi Bal. notat, quod licèt lex illa loqui videatur, quando viuit vir, cui dotis ſolutio fuit promiſſa; tamen in fine concludit etiam, eo mortuo. Vlterius dicebatur quod iura per Pap. allegata, nimirum text. *in l. vnica* §. *videamus & §. accedit. C. de rei vxor. action.* loquuntur in dotis repetitione ab hæredibus viri, vt matrimonio ſoluto, poſſit vxor dotem viro ſolutam ab hæredibus repetere; at caſus propoſitus erat in dote promiſſa viro, & per eum non exacta: benè verum quod ſi mulier, mortuo viro egiſſet actione hypothecaria contra promiſſores dotis, tanquam in nomen debitoris ſui hoc facere potuiſſet, vt velle videtur Bal. *in d. l. ſi pater*, dum allegat text. *in l. hæredem C. de hæred. actio.* ſed quia vxor in caſu, de quo agebatur, vti ceſſionaria tutorum eius filiorum à marito inſtitutum proſequebatur; dicebant fratres, quod omnino quantitas ab eis debita conuerti debebat in emptionem in hac ciuitate, nulla habita ratione de inſtantia, quæ pro eius parte fiebat, vt transferretur in vrbem; etenim præſupponebatur, quod hæc inſtantia erat coacta, & quod verè ipſa cupiebat, vt pecunia à Regno non extraheretur; ſicque vt ſeruaretur, quod in capitulis matrimonialibus conuentum extiterat, prout ita, diſcuſſo articulo, per S.C. deciſum fuerat; vnde cauſa iterum relata in Collaterali Conſilio, & coram Domino Cardinale Granuelano Regni huius locumtenente, eiuſdem voti fuerunt iidem Regij Conſiliarij, qui priore loco cauſam determinarunt, ac omnes Domini Regiam Cancellariam Regentes, eo tantùm addito, vt fratribus dictæ Lucretiæ terminus ad illius explorandam voluntatem cócederetur ad finem, vt verè percipi potuiſſet, quæ ſua eſſet voluntas, an vt pecunia Neapoli, an verò vt Romæ inueſtiretur; erat enim pactum hoc in mulieris fauorem appoſitum; ac proinde, quamuis ex ſtipulatione inſtrumenti dotalis, in quo fiebat relatio ad capitula matrimonialia, videbatur, quod omnia in illis contenta approbauerit, ad text. *in l. aſſe toto ff. de hæredib. inſtit.* Ang. & Aret. *in l. Titia* §. *idem reſpondit ff. de verb. obligat.* tamen quia pactum hoc erat vxori fauorabile, benè poterat ipſa fauori ſuo renunciare; meritò igitur fuit terminus impartitus, pro eius voluntatis exploratione, ſi volebat, vt pecunia hîc remaneret, vel potius vt à Regno extraheretur.

---

## OBSERVATIO.

1 SCripſit in hac cauſa pro Domina Lucretia Tomacella Actrice inſignis cauſarum patronus Ioan. Vincent. de Anna, provt videre eſt *in eius allegat.* 129. *& in ſing.* 600. ſcripſiſſe pariter comperimus Deciſionem D. Vinc. de Franch. provt *in ſua deciſ.* 33. hic agitur de illa vulgari quæſtione, quæ deſumitur ex text. *in l. ſi pater C. de dot. promiſſ.* nimirum an mulier, mortuo viro, cui fuit dos promiſſa & non ſoluta, poſſit nomine proprio agere contra promittentem, pro conſequutione quantitatum in dote promiſſarum, vel vt poſſit agere, opus habet, vt ab hæredibus viri, cui fuit facta promiſſio iurium ceſſionem exquirat, iuxta ea quæ ſcripſit Dom. de Franch. *loc. cit.* Et quod mulier pro conſequutione dotis olim eius viro promiſſæ nulla indigeat iurium ceſſione; ſed quod directo proprio nomine valeat contra promittentes agere, & obtinere, multiplici ratione probaui *lib. 1. mear. reſol. cap.* 139. dixi & tandem *num.* 13. aſſiſtere pro muliere rerum iudicatarum authoritatem, ſic enim in Senatu Gratianopolitano deciſum retuli, apud Guid. Pap. *deciſ.* 375. à Dom. Reg. noſtro hîc allegata in ſenatu Pariſienſe apud Ioan. Pappon *l.* 15. *tit.* 4. *arreſt.* 3. in Rota Romana, apud Gratia. *diſcept. forenſ. cap.* 49. *&* 362. in Senatu Sabaudiæ, apud Ant. Fab. *diff. 6. C. ſol. matr.* in Senatu Cathaloniæ, penes Io. Petr. Fontanell. *to. 2. de pact. nuptialibus clauſ. 6. gl. 1. par. 1. à num.* 20. vbi *num.* 23. *& ſeq.* huic ſententiæ tanquam æquiori omnino inhærendum ſuadet, quia illam tot viri docti, & ampliſſimi ſenatus inſequuti fuêre; & hoc ad circuitum prorſus inutilem, vt ipſe dixit euitandum, idemque dixi ſcripſiſſe Ioan. Bapt. Laderch. *conſ.* 131. *per totum*, & Io. Vinc. de Ann. *locis cit.* vbi fatetur, olim Dom. Reg. noſtrum, quem eruditiſſimum virum appellat, ſibi dixiſſe, quod Deciſio Guid. Pap. erat veriſſima; addidi, & tandem, hanc eandem ſententiam nouiſſime inſequutum Dom. Reg. Sanfelic. *deciſ.* 130.

## *ARGVMENTVM.*

Tractas Frumenti ſi Regia Curia alicui vendiderit, an ex aliqua ſuperuenienti cauſa poſſit poſtea illas prohibere; Et dato quod poſſit, ad quodnam intereſſe propter hanc prohibitionem fiſcus teneatur, Et de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCXXV.

VENDIDERAT Regia Curia de menſe Maij 1569. Hyeronimo à Monte nigro tot Tractas Frumenti pro certo pretio conuento, & iam ſoluto, eo appoſito pacto, vt nullatenus potuiſſet per totum menſem Octobris immediatè ſequentis extractionem prohibere, verùm ſi hoc menſe elapſo, prohibitio ſequeretur, teneri Regiam Curiam ad pretij habiti reſtitutionem, vna cum intereſſe ad rationem decem pro centenario; contigit demùm ob ſterilem Frumenti recollectionem in hoc Regno, propter bonum publicum Tractarum prædictarum menſe ſequenti fieri prohibitionem; vndè inſtabat Hyeronimus forè condemnandam Regiam Curiam ad ipſi ſoluendum pretium Tractarum ad rationem Ducatorum ſexaginta pro quolibet Curru, ex eo 1

quod

quod tanti fuiſſet in Ciuitate Venetiarum venditurus, vel ad intereſſe quantiplurimi. Contradicebat Regius fiſcus, & ad aliud non teneri contendebat, niſi ad pretij reſtitutionem, vna cùm intereſſe ad rationem Ducatorum decem pro quolibet centenario, quamuis prohibitio ante menſem Octobris peracta fuiſſet, quocirca quid iuris dubitatum extitit.

2 Hæc cauſa fuit priore loco pro fiſco in Regia Camera terminata, demùm in Collaterali Conſilio pro maiori parte ad relationem eiuſdem Regiæ Cameræ pro Hieronymo Actore deciſa condemnato Regio fiſco ad ſoluendum Ducatos triginta pro quolibet, curru, tandem, eo ab hac determinatione reclamante, relata iterùm cauſa prodiit Deciſio pro Regia Curia cùm impoſitione perpetui ſilentij, dum non niſi ad pretium ſoluendum vna cùm intereſſe ad rationem decem pro centenario illam condemnari Dominis iudicantibus pro maiori parte viſum fuerit. Ratio Deciſionis fuit primò quia ſic neceſſitas expoſcebat; nam cùm contractus initus fuiſſet de menſe Maij, quo tempore frugum magna demonſtrabatur fertilitas, demùm in fine ſequentis maxima contigit ſterilitas; quocirca ne ſubditi ſuæ Catholicæ maieſtatis fame perirent, neceſſe fuit conceſſam extractionem reuocare; licèt enim Princeps ſuum teneatur ſeruare contractum, tamen ſi iuſta ſuperuenerit cauſa ab illo recedendi, poterit, quod promiſit, reuocare; ita Felin. *in c.1. in 5. limit. de probat.* poſt. Ant. de Butr. & Imol. *in c. cum M. extra de conſuet.* Bal. *in l. penul. C. de donat. inter vir. & vxor.* & Iaſ. *in l. Barbarius n.32. ff. de offic. Præſid.* ſicque compertum fuit Regiam Cameram per prius cenſuiſſe, dum expreſsè Illuſtriſſimo Proregi conſuluit extractionem Frumenti nullo pacto fore permittendam, contractu prædicto non obſtante, eoque magis cùm Regia Curia in caſu propoſito non pro ſui vtilitate, ſed totius Regni extractionem prohibuerit; quo caſu ſuccedit regula *l. ſi fundus, ff. loca.* Secundò conſideratum fuit, quodammodo ita fuiſſe conuentum; nam ſi in contractu expreſsè contrahentes pacti fuerant, nimirùm vt vbi extractio ante menſem Octobris non contingebat, eſſet Regiæ Curiæ permiſſum extractionem prohibere reſtituto tantùm pretio vnà cùm intereſſe ad rationem Ducatorum decem pro centenario, ergo dicebatur, idem cenſeri conuentum ſi ante illud tempus fieret prohibitio, maximè ex iuſtiſſima cauſa; ad quod in argumentum fuit alleg. tex. *in l. qui filiabus in princ. ff. de leg. 1.* vbi dicit Bar. quod verbum ambiguum in vna parte teſtamenti poſitum declaretur ex alia, in qua magis expreſsè loquutus fuit teſtator, ad idem tex. *in l. ſeruus plurium §. fin. eod. tit.* vbi habetur quod ex verbis præcedentibus, & ſubſequentibus declaratur id quod dubium eſt in teſtamento.

3 Poſt hæc de hoc eodem articulo bis dubitari contigit in Regia Camera; & fuit deciſum idem, quod hìc iudicatum extiterat, nimirum Regiam Curiam non teneri niſi ad reſtitutionem pretij vna cùm intereſſe ad rationem decem pro centenario, quamuis ex octo votantibus duo fuiſſent voti quod Regia Curia ex cauſa intereſſe paſſi ſolueret ducatos triginta, alij duo ducatos viginti; alij verò quatuor ducatos decem pro quolibet centenario; & ita fuit decretum publicatum, cùm hæc pars maior, & ſanior fuerit.

## OBSERVATIO.

1 Ex his, quæ in hac Deciſione adducuntur, aſſeuerandum nobis eſt omninò magnam fuiſſe cauſam, quæ ſuperuenit, vt prohiberetur frumenti extractio ab hoc Regno; ſicque iure licito potuiſſe Regiam Curiam in caſu, qui hìc refertur à contractu inito conceſſionis tractarum recedere; etenim ad confirmationem Concluſionis à D. Regente noſtro hìc firmatæ, licere fidem fallere, vbi non implendi rationabilis ſuperuenit cauſa, ex Theologis ſcripſit D. Anton. *in ſum. pa. 2. tit. 10. §. 4.* quodque ex iuſta ſuperuenienti cauſa, vt puta pro bono pacis, vel alia ſimili poſſit Princeps à promiſſis recedere, dixerunt Affl. *deciſ. 361. à num. 6. vſque ad 11. & in c. 1. §. ſimiliter à num. 25. cum ſeqq. de capit. qui Curiam vendid.* Ruinus *conſ. 230. num. 5. & 9. lib. 1.* Gozad. *conſ. 5. n. 18.* Crauett. *conſ. 135. num. 22.* Menoch. *conſ. 350. num. 27. lib. 4.* Nec diſſentit Azeuedus *lib. 5. tit. 10. lib. 3. à num. 2.* vbi probat, Principem contractum à ſe iuratum reuocare non poſſe, id quod eſt ipſa veritas, niſi addit, iuſta reuocandi ſuperuenerit cauſa, provt in caſu huius Deciſionis; idemque Ferdin. Loazes *in conſ. pro oppido de Mala num. 140. cùm ſeqq.* Dom. Reg. Tappia *in l. fin. cap. 9. p. 3. num. 41. & ſeq. de conſtit. Princip.* Dom. Reg. Valenz. *conſ. 99. num. 33. cum ſeqq. lib. 1.* & Dom. Reg. Capic. Galeo. *in reſp. fiſcal. 23. à num. 59. ad 71.* & in terminis caſus huius Deciſionis ſunt videndi Marcell. de Maur. *alleg. 38. num. 9.* vbi Addentes; & Dom. Reg. de Ponte *tract. de poteſt. Proreg. tit. 5.* vbi docent quod ſepe ſæpius per Regem noſtrum, ſiue eius vices gerentes cōceduntur tractæ pro frumenti extractione, quæ tamen conceſſio intrinſecam, & inſitam habet naturam, & conditionem, quod licitum ſit extrahere, quatenùs Regnum remaneat munitum, & his opus non habeat, &c.

## ARGVMENTVM.

Apoſtata an in bonis agnati ſui poſſit ex teſtamento ſuccedere. Ius adeundi hereditatem alicui delatam an à Principe ſeculari tolli poſſit. Statutum Principis ſecularis proceſſus compilationem concernens, ſeu dans ordinem iudicio, & inſtantiæ, an Cleri-

cum coram Iudice ſeculari litigantem comprehendat. Clericus feudatarius ſi in Dominum delinquit, an ſicut poteſt ab eodem Domino feudo priuari, ita & pœna corporali puniri.

## DECISIO CCCCXXVI.

1 INſTABAT Magnifica Iulia de Anna ex diſpoſitione Conſtitutionis Regni *Apoſtatantes*, nullo pacto fore permittendum, Iuſtinam ſororem in bonis prædefuncti fratris poſſe ſuccedere, quamuis illa ad ſucceſſionem ex teſtamento veniret, eo præſuppoſito, prout credebat, quod à Curia Romana fuerat Apoſtata declarata; hæc enim exiſtens Monialis profeſſa in Monaſterio ſancti Marcellini huius Ciuitatis ab illo exierat vti ſecularis in propria domo vitam ducens, habito tamen non dimiſſo, quo factum fuit, vt dubitaretur, an iuri conſentanea eſſet inſtantia hæc.

2 Hæc cauſa in prima inſtantia fuit in Sacro Conſilio deciſa pro Iuſtina, idque ex duobus; Et primò quod in facto de prætenſa declaratione in Curia Romana, quoad Apoſtaſiam, de qua imputabatur, non benè conſtabat. Secundò quod cùm dicta Conſtitutio *Apoſtatantes* ſit Principis laïci; fuerat enim Imperator Fredericus illius Sanctionis Conditor; & ſucceſſiuè perſonam Eccleſiaſticam ligare non poterat; at Iulia ſentiens ſe grauatam, ab hac ſententia reclamauit, & vt ea de re in Collateralli Conſilio ageretur, à Domino Cardinale Granuelano tunc Regni huius locumtenente obtinuit, ac tandem in eo ſupremo Prætorio relata, fuit prima ſententia confirmata, ea quidem principaliori ratione, quia Conſtitutio prædicta perſonas Eccleſiaſticas comprehendere non poterat; Et quamuis Affl. *ibi*, dixerit, Conſtitutionē de illo Apoſtata loqui, qui à fide aberrauit, & ſic de hæretico, cuius quidem ſententia attenta, res omni difficultate carebat, quia non loquebatur de hoc caſu; tamen quia gl. & Andr. *ibi*, tenuerunt, quod de vtroque Apoſtata Sanctio illa loquitur, & ſic tam de illo, qui à fide, quam de eo, qui à religione receſſit; Conſiderabatur, vel vna, vel altera attenta opinione non eſſe dubitandum legem illam perſonam Eccleſiaſticam non comprehendere: non enim dubitari poteſt, Apoſtatam adhuc remanere de foro Eccleſiaſtico, cui nullo pacto renunciari poteſt: *c. ſi diligenti de foro compet.* hinc licèt Clericus, vel Monachus feudum poſſidens dicatur reſpectu feudi, de iuriſdictione Iudicis laïci: *c. cæterùm & c. nouit. de iudic.* verùm ſi proditionem aduerſus Dominum, à quo feudum tenet, committeret, & ſi poſſet feudo priuari; nullatenus tamen pœna aliqua corporali puniri, ita Imol. quem omnes ſequuntur, *in c. verum de for. compet.* Vndè dicebatur quod cum Clericus laïco Principi ſubditus non ſit, nullo pacto poterit Princeps ille aliquid contra eum ſtatuere; recipit enim ſtatutum vires à poteſtate ſtatuentium, vulgatis iuribus, ideò non potuit Imperator Fredericus ex poteſtatis defectu conſtitutionem illam condere *c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. cùm ſimilibus, Authen. caſſa, & irrita. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Ob quod benè dicebat Imol. *in c. 1. de reb. Eccleſ. non alien.* nimirùm ſolemnitatem ab Imperatore introductam circa alienationem rei Eccleſiaſticæ, de qua *in Authen. hoc ius porrectum, C. de Sacroſ. Eccleſ.* neceſſariò ſeruandam non eſſe, quia à Principe laïco decretam; etenim quoties ſtatutum in detrimentum, & præiudicium Eccleſiaſticarum Perſonarum dirigeretur, nullo pacto ſeruandum, ita Canoniſtæ communiter per illum tex. *in d. c. Eccleſia Sancta Maria.* Aret. *in l. cunctos populos, C. de ſum. Trin. & fide Cathol.* vbi dicit, ſententiam Bar. in hac re eſſe falſiſſimam; hoc tamen in deciſoriis, in ordinatoriis autem iudiciis, quid iuris ſit videndi ſunt Doctores *in d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ*; quibus omnibus pro deciſionis confirmatione addebatur, nullibi in ſacris Canonibus legi, clericos, vel Monachos ab eorum Religione Apoſtatantes inſucceſſibiles eſſe; idque videri ex tex. *in c. 1.* vbi Henric. Boïch. & Io. de Anania *in c. à nobis & in c. fin. de Apoſtat.*

---

## OBSERVATIO.

EX littera tex. in Conſtit. noſtra *Apoſtatantes* deſumitur, ni fallor apertiſſimè Imperatorem Fredericum alloquutum non ſolùm de illo Apoſtata, qui à fide Catholica aberrauit, vt quia effectus eſt Idolatra, Turca, Iudæus, Maurus, &c. ſed etiam de illo, qui à Religione aliqua à ſancta ſede Apoſtolica approbata, in qua ſolemniter profeſſus eſt, aufugit; ita gl. & Andr. *ibi*, & Dom. Reg. noſter hic, quicquid aliter ſenſerit Affl. *in ead. Conſtit. in princ.* dum triplicem Apoſtaſiæ ſpeciem referens; Primam nimirùm quando quis à fide Catholica aberrat; Secundam quando quis tranſgreditur præceptum Prælati, vel ſacris Canonibus non obedit; & alteram cum quis ab ordine ſuo, ſiue ſecta ſuæ Religionis egreditur; ſubdit de ſecunda, & tertia. Conſtitutionem prædictam non loqui. 1

Suppoſito autem quod Conſtitutio noſtra illum etiam comprehendat Apoſtatam, qui à Religione ſua in qua tria emiſit ſubſtantialia vota, aufugit, ſatis dubito de veritate huius Deciſionis, quando pro indubitato ſupponere vellemus, Monialem, de qua hîc, profeſſam propria authoritate è Monaſterio exiuiſſe: nam ſi verum eſt ius adeundi alicuius hæreditatem eſſe merè de iure ciuili: *l. lege obuenire ff. de verb. ſig.* dubitandum non eſt, quin poſſit Princeps ad ſui libitum illud tollere, vt poſt Bal. Paul. Caſtrenſ. & Salic. firmat Alex. *in l. gallus §. & quid ſi tantum num. 26. & 27.* & ibid. Iaſ. *num. 122.* Aret. ſatis benè 2

intra

Digitized by Google

*intra num.* 26. Socc. *num.* 23. & Crot. *num.* 131. *ff. de liber. & poſthum.* & ex recentioribus Dom. Reg. de Ponte *conſ.* 152. *num.* 6. 7. *&* 8. *lib.* 2. & Mart. *in ſum. ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 4. *art.* 4. *in appendic. num.* 37. Ego ipſe *reſol. iur. lib.* 2. *cap.* 46. *num.* 24.2 . *&* 26. Si igitur poteſt Princeps ius adeundi tollere, quo pacto affirmari poteſt non potuiſſe Imperatorem Fredericum legem condere, vt qui à Religione ſua, propria authoritate exiuerit, ſicque efficeretur Apoſtata, ius ſucceſſionis ſuorum Agnatorum non habeat, quamuis dicamus remanere illum religioſum, certè hoc tentari non poteſt; eſt tamen verum, quod cum hîc Religioſus per profeſſionem, quam emiſit, in Monaſterium, in quo fuit profeſſus, bona omnia transtulerit, iura, & actiones, quæ certè, fuga non obſtante, adhuc per Monaſterium retinentur, cùm illum loco filij, & ſerui habeatur ſequitur, vt non ad ipſum, ſed ad Monaſterium ſucceſſio deferatur, ita ſatis benè ratiocinatur Dom. Reg. de Tap. *in d. Conſtit. Apoſtatantes n.* 11. ex Conſtit. Sanctæ Memoriæ Gregorij XIII. incipit *officij noſtri partes,* & eſt 43. in ordine promulgata de anno 1577.

Vlteriùs Dom. Reg. noſter firmat hîc, ſtatutum Principis ſecularis in deciſoriis Eccleſiaſticas perſonas non ligare; in ordinatoriis autem iudicis, quid iuris ſit remittit ſe ad dicta, per DD. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtit.* Tu modo dic ſtatutum laïcale concernens compilationem proceſſus, ſeu dans ordinem indicio, & inſtantiæ Clericum litigantem coram iudice ſeculari benè comprehendere, ita DD. communiter *in l. cunctos populos, C. de ſum. Trin. & fid. Cathol. & in Authen. caſſa, & irrita, C. de ſacroſ. Eccleſ. & in d. c. Eccleſia Sancta Maria de Conſtit.* Gaill. *pract. obſer. lib.* 2. *obſer.* 32. *num.* 10. Mart. *de iuriſd. par.* 4. *cent.* 1 *caſ.* 31. *fol. mihi* 74. *& cent.* 2. *caſ.* 160. *fol.* 267. Minado *deciſ.* 4. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſ.* 39. *n.* 1. Duard. *in Bulla Cænæ fol.* 589. *n.* 14. De Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 2. *num.* 145. *&.* 147. & alij.

## *ARGVMENTVM.*

Præſcriptio centenaria an illam alleganti ſuffragetur, quando de vitio litigioſo conſtaret; Et an proſit, mala concurrente fide. Productio tituli nulli, & iniuſti an & quando centenariæ præſcriptioni noceat. Scriptura, quæ in iudicio præſentatur, vt fidem faciat, quæ concurrere debeant, & de aliis.

## DECISIO CCCCXXVII.

1 LATA ſententia per Regiam Cameram, qua mediante, Vniuerſitas Sicignani abſoluta extiterat ab impetitione Iacobi Caracccioli eius vtilis Domini, circa relaxationem baiulationis, in cuius poſſeſſione, ſeu quaſi Vniuerſitas ipſa reperiebatur; reclamauit Iacobus ab hac determinatione, obtinuitque, vt de omnibus fieret relatio in Collaterali Conſilio; & cum iterùm de meritis cauſæ videretur, fuit prima ſententia confirmata, quicquid Iacobus prætenderet, eius iuſtitiam fundari ex diſpoſitione *Conſtit. Regni Magiſtri Camerarij*, & ex priuilegio inueſtituræ prædeceſſori Baroni conceſſo, in quo in ſpecie baiulatio ei concedebatur. Ratio Deciſionis fuit primò, quia per publicum Inſtrumentum Regio aſſenſu vallatum conſtabat de conuentione olim inter d. Predeceſſorem Baronem, & Vniuerſitatem inita, vt proprietas baiulationis eſſet Vniuerſitatis, ſolutis Baronali Curiæ annis ſingulis vnciis duodecim; Vnde dictum fuit, dicto inſtrumento ſtandum fore, ad text. *in l. cùm precibus* vbi gl. & DD. *C. de probat.* nec alicuius momenti fuit id, quod allegabatur circa huius inſtrumenti nullitatem; nimirùm quod per vim, & violentiam à vaſſallis illatam ſtipulatum illud extiterat; nam cùm ad hoc probandum aliquæ producerentur ſcripturæ, compertum fuit, illas authenticas non eſſe, & ſucceſſiuè nullam facere fidem; vt enim ſcriptura, quæ in iudicio producitur fidem faciat, requiritur, vt ex Archiuio ſit extracta, & quatuor concurrentibus, de quibus per Nicol. de Mattarell. doctorem inſignem, magnæque authoritatis, quem refert, & ſequitur Io. Andr. *in addit. ad ſpecul. in tit. de inſtrum. edit.* §. *nunc dicendum,* & Aret. *in c. cum cauſam col.* 2. *de probat.* Secundò quia Vniuerſitas alio nitebatur titulo, nimirùm centenaria præſcriptione, ad text. *in l. hoc iure* §. *ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſt. & in c. ſuper quibuſdam,* §. *præterea de verb. ſig.* latiſſimè Alex. *in diſputatione ſua incipiente, Sigiſmundus poſt repet. l. Imperium ff. de iuriſd. omn. Iud.* vbi melius quam alibi de hac centenaria præſcriptione tractatur, & Dec. *conſ.* 85. *col.* 2. tempus enim centum annorum ſupplet bonam fidem, & præſumere facit cauſam, & ſi priuilegium produceretur, vt per DD. modo relatos. Nec obſtabat in quantum dicebatur, centenariam præſcriptionem nullius releuantiæ eſſe, quando de initio vitioſo conſtaret, prout in caſu propoſito præſupponebatur, attento Inſtrumento, de quo ſuprà; quod allegabatur per vim, & violentiam vaſſallorum ſtipulatum, ad text. *in c.* dudum de decimis, Crauet. *in tract. de antiquit. temp. in* 4. *par. abſolutis differentiis n.* 39. *& ſeq.* vbi allegat Paul. de Caſtr. *in conſ.* 223. *lib.* 2. & Alex. *in conſ.* 23. *lib.* 1. nam ad hoc dupliciter fuit reſponſum; & primò quod in facto verum non erat, conſtare de initio vitioſo; ſecundò de iure centenariam præſcriptionem ſuffragari, adhuc ſi de vitioſo initio conſtaret, per text. *in c.* 1. *in fine de præſcript. in* 6. vbi diſponitur, quod licèt in præſcriptione longi temporis, etiam ſi ſit quadraginta annorum titulus bonaque fides requiratur, tamen ſecus ſi centenaria præſcriptio ſe offert; in ea



Digitized by Google

enim neque titulus, neque bona fides requiritur, vnde, adhuc mala fide concurrente, centenaria prodeſt, ita Archid. *in dic. c.* 1. *de præſcript. in* 6. Butr. *in c. peruenit de cenſibus*, & Alex. *in dic. ſua diſput. ſigiſmundus*, & Doctores, quos Aimon. Crauett. allegat non aliter in terminis centenariæ præſcriptionis alloquuntur, ſed in aliis 10. 20. 30. vel 40. annor. ſic pariter & text. *in d. c. dudum*; & meritò quia præſcriptio centenaria non eſt propriè præſcriptio, ſed titulus, hinc ſi ſtatuto cauetur quod nulla vnquam currat præſcriptio, in illa centum annorum locum non habebit, ita optimè & latè Ang. *in l.* 1. *C. ne rei Dominicæ &c.* & latius Aret. *in l. cum ſtipulatus ff. de verb. obligat.* Præterea licèt alias aduerſus præſcriptionem, etiam quadraginta annorum detur in integrum reſtitutio, ex dictis per Alex. *conſ.* 269. *lib.* 2. & Dec. *conſ.* 29. tamen denegatur omninò aduerſus præſcriptionem centenariam, ea quidem ſupra allegata ratione, quia non dicitur propriè præſcriptio; ſed potius titulus nulloque iure cauetur, vt aduerſus eam detur in integrum reſtitutio, imò nec vllus Doctor hoc dixerit, nec dicere potuit.

---

## OBSERVATIO.

1 HIc agitur, an centenaria præſcriptio illam alleganti ſuffragetur, quando de vitio litigioſo conſtaret, & ſuffragari Dom. Reg. noſter hic affirmare videtur, imò quod ea proſit, etiam mala concurrente fide, ex eo quod præſcriptio hæc non eſt propriè præſcriptio; ſed titulus; At eſt omninò aduertendum quod in hac concluſione firmanda Doctores noſtri diſcreparunt; ſunt enim qui dixerunt quod quando poſſeſſor producit titulum vitioſum, & iniuſtum; nam cùm tunc conſtet de initio vitioſo, nulla procedet præſcriptio, cum in effectu videatur de mala fide conſtare: ita Anchar. *conſ.* 82. *n.* 7. Paul. de Caſtr. *conſ.* 423. *num.* 2. *lib.* 2. Crauett. poſt plures, quos citat. *de antiqu. tempor.* §. *abſolutis num.* 6. & alibi, Pariſ. *conſ.* 114. *à num.* 10. *lib.* 1. *&* *n.* 27. Natt. *conſ.* 636. *n.* 114. *lib.* 3. Rola. *conſ.* 6. *num.* 45. *lib.* 3. Caualer. *deciſ.* 28. *n.* 25. *par.* 1. Pereg. *de iure fiſci lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 25. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 61. & Maſcar. *de probat. lib.* 1. *concl.* 225. *n.* 24. & alij.

2 Sed contra quod productio tituli nulli, vel iniuſti huic centenariæ præſcriptioni nullo pacto nocere poſſit ſcripſerunt Beto. *conſ.* 144. *n.* 77. *lib.* 3. Hyeron. Gabr. *conſ.* 88. *à num.* 17. *lib.* 1. Menchae. *quæſt. illuſtr. cap.* 81. *num.* 16. *&* *cap.* 84. *num.* 12. Pute. *deciſ.* 356. *n.* 2. *par.* 1. & alij; pro quorum quidem opinione fortiter ſtringit text. hîc allegatus *in c.* 1. *de præſcrip. in* 6. vbi quis poſſidebat cum titulo nullo, & iniuſto, & cuius reſiſtebat; & conſequenter ex eo conſtabat de mala fide; & tamen is tempore præſcripſit immemorabili.

3 At inſignis Petr. Barboſ. de his agens *in rubr. de præſcrip.* 30. *vel* 40. *ann. à num.* 364. pro iſtarum opinionum concordia, duos caſus diſtinguendos eſſe putat, quorum primus eſt, quando de titulo non conſtat; ſed magis creditur quem ſine titulo rem occupaſſe, & in his terminis ait procedere text. *in d. c.* 1. *de præſcrip. in* 6. vnde meritò ſubdit, Doctores noſtros in hac materia monitos nos feciſſe, vtilius eſſe titulum non producere, ad quod allegat Bellamer. *deciſ.* 287. Pariſ. *conſ.* 12. *num.* 4. *lib.* 4. Rebuff. *de decimis quæſt.* 13. *num.* 92. & Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. 75. Alter caſus eſt, quando producitur titulus nullus, vel iniuſtus; & eo caſu firmat, magis communiter receptum eſſe, præſcriptionem etiam immemorabilem non procedere; idemque addo Ego ex recentioribus affirmaſſe Gratia. *diſcept. for. lib.* 3. *cap.* 441. *n.* 17. Caſtill. *deciſ.* 12. *lib.* 1. Capibl. *in prag.* 1. *n.* 143. *&* *in prag.* 11. *n.* 146. *de Baronibus*; & Dom. Reg. Galeo. *contro.* 53. *n.* 45. *lib.* 1.

## *ARGVMENTVM.*

Reintegrationes ad ſedilia Ciuitatis Neapolis ex quibus iuſtificentur. Poſſeſſio domus antiquæ in pertinentiis Sedilis, an ſat ſit ad inducendum actum poſſeſſiuum in ſedili in perſonas maiorum, qui domum illam poſſederunt. Sententia in cauſa nobilitatis prolata, nùm abſentibus, & non vocatis eiuſdem ſanguinis proſit. Et de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCCXXVIII.

HIERONYMVS de Morra ad fundandum intentionem ſuam ſuper reintegratione petita ad honores ſedilis Capuanæ, vti deſcendens per lineam rectam à Franciſco, & Iacobo de Morra patre & filio. Primò producebat priuilegium quondam Regis Ladiſlai de anno 1411. in quo Rex ille Franciſcum de Morra Nobilem de platea Capuana denominauit; ſecundò aliud priuilegium Reginæ Ioannæ ſecundæ de anno 1428. in quo Iacobus de Morra, qui fuit filius dicti Franciſci Miles Neapolitanus de ſedili Capuanæ appellatur; Tertiò demonſtrauit, Prædeceſſores ſuos in quarterio Capuanæ domum poſſediſſe; Quartò præſentauit quædam Inſtrumenta dotalia, quibus conſtabat de matrimoniis contractis inter nobiles de Morra cum aliquibus de eodem ſedile, ſignanter cum familia Caracciola; Quintò & tandem legebatur in proceſſu depoſitio plurium teſtium de auditu, Nobiles de Morra gauiſos fuiſſe honoribus ſedilis Capuanæ; ex quibus præſupponebat actor, fuiſſe in probatis; Contradicebant nobiles de Sedili; quocirca dubitatum extitit in Collaterali Conſilio ad relationem ſacri Conſilij, an hæc, quæ ad ſuam fundandam iuſtitiam producebat Hieronymus, ſat eſſent ad petitam reintegrationem obtinendam? Et eſſe illum reintegrandum ad honores 1

Digitized by Google

res dicti Sedilis, referente Domino Vincentio de Franch. Regio Conſiliario, nemine diſcrepante, deciſum extitit. Ratio deciſionis fuit, quia & ſi verba enunciatiua, ſeu narratiua, quæ in priuilegiis prædictis habebantur diſpoſitionem non inducebant, vt per Canoniſtas per illa iura *in c. ſi Papa. de priuil. in 6. in Clem. fin. de ſent. excom. & in clem. 1. de probat.* Tamen verum eſt, iura modo allegata procedere, quando ſumus infra tempus centum annos non attingens; ideo dicebat Aret. *in c. cum cauſam, de probat.* verba enunciatiua, propter aliud inter diuerſas perſonas prolata nullatenus probare, niſi concurrente centum annorum ſpatio, quia tunc benè verba illa probarent; idemque gl. *in d. c. ſi Papa, & in c. cum olim. de cenſibus*, & in his locis Canoniſtæ communiter, idque non modo in his, quæ leuia, & parui præiudicij ſunt; ſed etiam in his, quæ ſunt magni momenti, vt in dominio, confinibus, & aliis ſimilibus, vt per DD. ſupra relatos, & Iaſ. *in repet. l. admonendi n. 144. ff. de iur. iuran.* eſt benè verum quod ſi vnum produceretur inſtrumentum, ſat non eſſet ad probandum; ſed ad minus duo, Bal. *in leg. optimam, C. de contra & committ. ſtipul.* Specul. *in tit. de inſtrum. edit. §. reſtat, verſ. illud autem*, Imol. *in c. 1. de fid. inſtrum.* & Aret. *in d. c. cum cauſam.* Vnde cùm in caſu propoſito duo præſentarentur priuilegia, accedente tempore, quo conceſſa erant ſupra annos centum quinquaginta, in quibus Rex, & Regina prædictos Franciſcum, & Iacobum patrem, & filium Milites de Sedili Capuanæ nominauerãt, non erat de quo dubitari poſſet, hoc verum fuiſſe; Præterea conſiderabatur, hic non agi de pecuniario ſedilis intereſſe, neque in vniuerſo, neque in particulari; & iſti de domo de Morra ſunt nobiliſſimi, & antiquiſſimi, plura enim caſtra demonſtratum fuit, eos in Regno poſſediſſe; pluresque teſtes de auditu, & fama atteſtati fuere, hos nobiles de Morra honoribus Sedilis Capuanæ gauiſos fuiſſe; Et licèt regulariter teſtis de auditu non probet; tamen ſecus quando ſumus in antiquiſſimis, notant DD. *in c. veniens*, præſertim Aret. *extra de teſtibus*, Iaſ. *in repet. d. leg. admonendi, de iureiur.*

## OBSERVATIO.

1 IN hac eadem cauſa ſuam compoſuit Deciſionem Dom. Vinct. de Franc. tunc Reg. Cõſilairius, & Cõmiſſarius, prout videre eſt *in dec. 357.* Hic notamus reintegrationes ad ſedilia huius Ciuitatis iuſtificari non ſolùm ex ſcripturis, quibus conſtat, aliquem ex Aſcendentibus illius, qui petit reintegrationem gauiſum fuiſſe honoribus, & prærogatiuis illius ſedilis, ad quod reintegrari petitur; ſed etiam ex aliis documenmentis, in quibus denominatur quis de aliquo ſedile, iunctis adminiculis domus in quarterio, & matrimoniorum contractorum cum nobilibus eiuſdem ſedilis; ſic pariter ſemel atque iterum deciſum pro nobiliſſima familia Dominorum de Ponte deſcendentium à Nicolao ſecundo huius nominis, quæ fuit admiſſa, & reintegrata ad honores Sedilis Portæ nouæ; etenim fuit productum priuilegium Reginæ Ioannæ ſecundæ conceſſum dicto Nicolao, quo mediante, diſponebatur, vt ipſius Nicolai abſentia ab hac ciuitate, dum domicilium trahere intendebat ad Cоſtam Amalphiam nullo vnquam tempore præiudicium aliquod ipſi, ſuiſque deſcendentibus afferre potuiſſet circa honores, dignitates, & prærogatiuas, quibus tam ipſe Nicolaus, quàm maiores ſui in hac ciuitate gauiſi fuêre, ita quod omni futuro tempore, quo ipſe, vel deſcendentes eius ad habitandũ ad hanc ciuitatem redirent, honoribus, dignitatibus, & prærogatiuis prædictis gaudere debuiſſent; & quamuis in eo priuilegio nulla eſſet facta mentio de Sedile, in quo Nicolaus, eiuſque anteceſſores gauiſi fuêre; Attamen quia dubitari non poterat, fuiſſe illos de aliquo ſedile, dum honoribus, & prærogatiuis huius ciuitatis gaudere non poſſunt, niſi Nobiles de ſedile, ad tradita, & in puncto per Dom. Reg. Capic. Latr. *conſult. 128. num. 4. lib. 2.* neceſſario dicebatur, hoc eſſe ſedile Portæ nouæ, in cuius quarterio Nicolaus domum habebat, & cum nobilibus eiuſdem matrimonia fuiſſe contracta conſtabat; quocirca aſſeuerabatur, huius præclariſſimæ familiæ iuſtitiam rectè fundari, iuxta ea, quæ ſcripſit Dom. Reg. Rouit. *in conſ. 83. num. 6. lib. 1.* ſub illis verbis; *Nam in cauſis Sedilium ſola poſſeſſio domus antiqua in pertinentiis ſedilis ſufficit ad inducendum actum poſſeſſiuum in ſedili in perſonam maiorum, qui poſſederunt domum in pertinentiis illius ſedilis, vt pluries fuit determinatum, & priſcis, & nouiſſimis temporibus, &c.* idemque probat Franc. de Petr. *conſ. 14. num. 12.* & *conſ. 20. à num. 6.* & nouiſſimè in propriis terminis Dom. Reg. Capic. Latr. *conſult. 129.* quo loci iura tuens aliquorum nobilium familiæ de Caieta circa reintegrationem ad ſedile Portus, pro quibus demùm, ſententia mediante, iudicatum extitit; priuilegium ponderabat conceſſum à Regina Ioanna Carolo de Caieta, quantum ad honores, & prærogatiuas, quibus, vt cæteri huius Ciuitatis nobiles fruebantur (de quo quidem priuilegio meminit Marcell. de Mauro *alleg. 7. num. 13.*) ſic enim loquitur Dom. Reg. à num. 37. *Inſuper probata eſt etiam nobilitas in genere per declarationẽ, & priuilegium Reginæ Ioannæ in perſonam Caroli fratris Philippi Abaui, à quo deſcendunt omnes actores; in quo priuilegio mandat, quod omnes gaudeant honoribus, ſicut alij nobiles Ciuitatis Neapolis gaudent, quod ſpecificè probatum fuit in perſonam deſcendentium à dicto Carolo in ſedili Portus; Probatum eſt etiam poſſediſſe domos in tenimento, & confinibus eiuſdem ſedilis; ex quo probata nobilitate antiqua in Ciuitate, nobiles fuiſſe de illo ſedili etiam præſumitur. Bar. &c.* Inſuper de hoc eodem priuilegio verba facit Io. Vinc. de Ann. *alleg. 130. num. 19. & 20.* vbi dicit ex ſola veritate huius priuilegij; & quia in quarterio habitabant, & affinitates contraxerant, fuerunt deſcendentes ex Carolo, ſententia mediante, allecti; ſic loquitur, ſed melius dixiſſet reintegrati ad honores dicti ſedilis: verbum enim *alligo alligis* aggregationem importat, quæ per Iudicis ſententiam ſequi non poterat, cùm aggregatio ad honores ſedilium ad nobiles ſedilium ſpectet; præuia licentia, & conſenſu sereniſſimi Domini noſtri Regis.

Dixi nobiliſſimam familiam de Ponte, ſemel atque iterùm fauorabilem obtinuiſſe ſententiam, circa reintegrationem ad honores ſedilis Portæ nouæ; Primò enim per Iudices ſedilium, referente Domino Regente Valenzuela tunc Regio Conſiliario, fuit 2



Digitized by Google

de anno 1616. deciſum ad fauorem D. Marci Antonij de Ponte. S. R. C. Præſidis, & Sancti Angeli Marchionis, demùm, me patrocinante, ad fauorem D. Ducis Flumaris, cæterorumque eius Dominorum fratrum Eraſmi, Andreæ, & Claudij, ſimiliter à dicto Nicolao deſcendentium, prout & Dominus Marcus Antonius; idemque ſub die 9. Octobris 1651. facta relatione per S.C. in Collaterali Conſilio; nam cùm votantes eſſent numero treſdecim; quatuor nimirùm Regiam Cancellariam Regentes, & nouem Regij Conſiliarij, inter quos Dom. Ioan. Franc. Marcianus Commiſſarius, prodiit Deciſio pro dictis Dominis fratribus, & vt audiuimus, nemine contradicente.

3 Et iure quidem; nam erat iam cognitum de iuſtitia huius familiæ, cùm prolata eſſet ſententia pro Dom. Marco Antonio; nec aliud ad victoriam conſequendam neceſſe habui demonſtrare, niſi hos Dominos fratres per lineam rectam eſſe pariter deſcendentes à Nicolao; id, quod in facto facili quidem modo per publica documenta fuit demonſtratum; etenim ſententia illa pro D.Marco Antonio lata, iuxta communem omnium ſententiam, vti in cauſa ſtatus dignitatis, & ſignanter nobilitatis prolata, ius faciebat quoad omnes eiuſdem ſanguinis, ſeu cognationis; eoque magis deſcendentium ex vno, eodemque ſtipite, ad text. *in l. ingenuum la prima ff. de ſtat.hom.& in l. 1. §.fin. cum duobus legibus ſeqq.ff. de liber. agnoſc.* ac pro regula traditur *in l.res iudicata ff.de regul. Iur.* Bal. optimè *in eadem l. ingenuum.* quo loci in principio huius concluſionis rationem tradit, nimirùm quia ſi ius non faceret quoad omnes, caſu contingente, vt demùm reſpectu aliorum contrarium diiudicaretur, ſecunda ſententia primam reſcinderet, quod dicit Bal. impoſſibile eſſe; etenim quoties ſententia in cauſa nobilitatis cum legitimo contradictore profertur, adhuc prodeſt abſentibus, & non vocatis eiuſdem ſanguinis; ita ſatis benè Ang. *in §.1.verſ.ſed ad hac, in fine Auth. vt liceat matri, & auiæ*; quo loci notabiliter dicit, quod ſi ſunt plures fratres ex eodem patre geniti, quorum vnus ſententia mediante, Ciuis Peruſinus ſit pronunciatus, ſententia hæc tantam vim habet, vt per illam omnes fratres ciues Peruſini pronunciati intelligantur; quam quidem Ang. Theoricam recitat noſter Affl. *in Conſt.* quæ incipit *Intentionis num.* 31. vbi in fortioribus terminis quærens, an nobilitas Sedilis, quæ erat in perſona defuncti Collateralis tranſeat in Collateralem, reſpondit, quod cùm tẽpore ſuo nobiles de Sedile Nidi de hoc dubitaſſent, fuit quinque eiuſdem Sedilis nobilibus cauſa commiſſa, qui à pluribus Doctoribus conſilio accepto, iudicauerunt, quod ex quo probata erat nobilitatis antiquitas in genere communis Aſcendentis, licèt in ſpecie reſpectu Sedilis in ſola perſona Collateralis mortui; adhuc tamen illa ſpecialis Collaterali proderat, ſuppoſito, quod erat ille nobilis, & nobiliter viuebat; & magis ad rem noſtram Gregor.Lopez *in l.7.tit.15.par.4.gl.9.* Tiraquel. *de nobilit. cap.17.num.3.& cap.37.num.1.& ſeq.* Garſ. *in ſuo tract. de nobilit.gl.6.num.48. verſ.imò*, Hotalor. *eodem tract. cap.9.3.par.principalis num.* 8. *& cap.*82. *par.3.par.princ.n.6.* Eſcob. *de purit.& nobilit. quæſt.13. in tit.de teſtibus §.1.num.7.cum ſeqq.* Catellian. Cott. *in ſuis memorab. in verb. ſententia dicta pro vno ex fratribus.* Pelaez *de maior.p.2.q.4.illat.20.n.30.& ſeq.* Couar. *pract.q.cap.13.n.5.* Ioan.Petr. Surd. *dec.289.n.17.* D.Præſ.de Franch. *cit.deciſ.357.ante n.6.* Dom. Conſil.de Aretio demùm S.R.E.Cardinalis & Neapolitanus Antiſtes *inter conſ. D. Reg. Rouit. conſ.* 33.*n.*3. 4.*& 5.lib.*2. Ioan. Vincent. de Ann. *ſing.*468.vbi per S. C. deciſum teſtatur ſententiam ad fauorem vnius fratris prolatã in Sedilibus alteri fratri conſanguineo prodeſſe Flau. Amend. *in addit.ad D. Præſ.de Franch. deciſ.523.num.6.* Paſcal. *de vir.patr. poteſt.par.4.cap.2. num.70.* Dom.Reg.Valenzuel.omninò videndus *conſ. 92.num.65.verſ.& ita ſententiam latam in cauſa nobilitatis & num.67.verſ.& in terminis Sedilium fideliſſimæ Ciuitatis Neapolit.* vbi omnes Noſtrates allegat, idemque Franc.de Petr. *conſ.39.* vbi *in fin.* teſtatur, Sacrum Conſilium, ipſo patrocinante, non ſemel iudicaſſe tranſuerſales etiam non demonſtrata poſſeſſione ſtipitis, fore, & eſſe admittendos, & reintegrandos. (confundit hic Doctor, qui fuit ſatis eruditus verbum, *Admittere*,& *reintegrare*) ad honores Sedilium, cùm ſolùm demonſtraſſent eſſe nobiles,& deſcendere ab vno eodemque ſtipite, à quo cæteri, qui gaudent deſcendebant, Dom.Reg.Capic.Latr. *cit.conſult.*18. *num.*12. *&* 13. vbi inter alios citat Dom.Reg.Rouit. *in cit.conſ.*82.*num.5.cum ſeq.lib.*1. quo loci reſpondet, ſententiam latam ad fauorem Ant.de Sangro, vti deſcendentis à Nicolao Abauo, vt in Sedile Nidi illis honoribus,dignitatibus, & prærogatiuis frui potuiſſet, reſultare rem iudicatam ad fauorem omnium aliorum deſcendentium ab eodem Nicolao, ſubdens *num.9.* ex Bal.Iaſ.& aliis in hac materia cooptationis ad collegium ſemper in dubio iudicandum pro eo, qui ad Collegium ſe cooptare petit; ad quam concluſionem fundandam multiplicem aſſignat rationem; & primò, quia in dubio ſemper iudicandum pro ea parte, quæ nemini eſt oneroſa *l.1.ff.ſi quis cautio.* Secundò quia in eo, quod nemini læditur, leuior via eſt ſequenda *l.2.§.item varus, ff. de aqua pluuia arcen.* Tertiò,quia quod mihi prodeſt,& tibi non nocet, debet obtineri *l.2.in prin.ff.ſolu.matr.* Quartò,quia honor Collegij eſt, vt illud plenum ſit hominibus: *l.Magiſtros, C.de Profeſſor.lib.*10.*l.3. ff. de decurio*; quæ omnia in propria materia Sedilium expendit Dom. Præſ. de Franch. *deciſ.2.n.28.in fin.* & Fab.de Ann. *conſ.*88. Seraph. *deciſ....* Franch. de Petr. *conſ.* 20. *num.* 2.*& conſ.30.num.16.& conſ.39.num.33.& conſ.53.num.30.* idem Rouit. *conſ.*31.*&* 32.vbi Dom.Cardin.de Aretio *conſ.ſeq.lib.2.*& his addo Religioſiſſimum Dom.Reg. Valenzuel. *conſ.90.à. num.196. ad finem*, vbi iuribus, & rationibus modò relatis, Dei, & Sanctorum præceptis Iudices monet, vt in huiuſmodi cauſis nobilitatis ſemper cùm magna æquitate ad partium fauorem iudicare debeant, quia ſic Deus illis, eorumque poſteris fauebit; & indulgebit.

4 Quibus ſic ſe habentibus, Concluſio ſupra firmata nullum reciperet obicem, ſiquis articulo non deguſtato, contendere vellet, non eſſe vndique verum, vt ſententia in cauſa nobilitatis ad vnius fauorem lata ius faciat quoad omnes eiuſdem ſanguinis, ex quo non deſunt Doctores, & grauiſſimi, qui dixère, ſententiam in cauſa nobilitatis contra vnum latam alteri eiuſdem ſanguinis non obeſſe; quo fit, vt ex contrariorum natura, quod affirmare velimus in ſententia excluſiua, vt non noceat, ita pariter in ſententia incluſiua, vt non proſit; etenim reſpondetur argumentum hoc in huiuſmodi ſtatus cauſis nullo pacto procedere à ſententia fauorabili ad contrariam; ſicque dicimus vndique fuiſſe magis receptam diſtinctionem illam,nimirum quod aut tractatur de ſententia nobilitatis excluſiua; & tunc vbi ſententiam contra vnum prolatam inuenimus, hæc alteri non nocebit, aut verò ageretur de ſententia fauorabili, & ſic nobilitatis incluſiua,& tunc lata ad beneficium vnius, alteri eiuſdem ſanguinis iuuabit, ita indiuidualiter Dom. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. litt. S.concl.*165. *num.*50.Ioſeph. Seſſe *deciſ. Arag.*3.*&* 4. Fab.de Ann. *conſ.*28.19.89.*&* 99. Dom. Reg. Valenzuel. *conſ.*92. *num.*62. *&* 65. notanter Dom. Reg. Capic. Latr. *cit. conſult.*

Digitized by Google

*conſult.* 129. *à num.* 14. & ſingulariſſimè Eſcob. *citat. tract. de purit. & nobilit. quaſt.* 13. §. 1. *de teſtib. num.* 18. *& ſeq.* quo loci, Hotalor. Io. Garziam, Pelaez & alios quamplures ad hanc firmandam diſtinctionem allegat, quos rogo videri. Verba ſententiæ latæ pro Dominis Fratribus de Ponte ſunt hæc, cui nobiles de Sedile vnanimi conſenſu acquieuêre.

*In Dei nomine Amen.*

Philippus Dei gratia Rex.

*Viſa ſupplicatione olim Maieſtati noſtra, noſtroque Sacro Conſilio oblata ſub die* 14. *menſis Ianuarij anno* 1650. *pro parte Ill. Triphonis de Ponte Ducis Flumeris, ac V. I. D. Eraſmi, Andrea & Claudij de Ponte fratrum, contra Ill. Plateam Sedilis Porta noua fol.* 426. *cuius tenor talis eſt, &c. Viſis denique videndis, &c.*

*Facta relatione in Regio Collaterali Conſilio, accedente etiam voto ſpectabilium Regiam Cancellariam Regentium, ac audito Regio Conſiliario Don Thoma Martinez Fiſci patrono, iunctis Regiis Conſiliariis duarum Aularum.*

*Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus Ill. Triphonum de Ponte Ducem Flumeris, ac V. I. D. Eraſmum, Andream, & Claudium de Ponte fratres Principales Actores, eorumque deſcendentes reintegrandos, & admittendos eſſe, ac reintegrari, & admitti debere, prout hac preſenti noſtra diffinitiua ſententia ipſos reintegrari, & admitti volumus, & mandamus ad honores dicti Illuſtris Sedilis Porta noua, itavt gaudere debeant, & valeant omnibus honoribus, dignitatibus, & prarogatiuis, quibus cateri Nobiles de eodem Sedili gauiſi ſunt, & gaudent.*

*Hac eadem, &c.* Io. Franc. Marcianus.

*Lecta lata, & publicata fuit preſens diffinitiua ſententia in Regio Palatio, & propriè in Regio Collaterali Conſilio ibidem aſſiſtentibus ſpectabilibus Dominis Regentibus Collateralis Conſilij Didaco Bernardo de Zuſia Propraſide S. R. C. Ill. Antonio Caracciolo Marchione ſancti Sebaſtiani, Illuſtr. Hectore Capicio Latro Marchione Turelli, & Don Hieronymo Garzia Regentibus, & magnificis Regiis Conſiliariis Franciſco Antonio Muſcettola, Aloyſio Gamboa, Marco Antonio Cioffi, Ioanne Baptiſta Amendola, Ioanne Franciſco Marciano cauſa relatore, Don Andrea della Torre, Don Stephano Carrillo, Antonio Capiblanco, & Don Felice Vlloa Regiis Conſiliariis, ac Regio Conſiliario D. Thoma Martinez in praſenti cauſa Fiſci patrono, & nonnullis aliis in numero opportunis, Neapol. die nono menſis Octobris* 1651.

Ioſeph. Caietanus S. R. C. actorum Magiſter.

*Regiſtrata in ſentent. S. R. C. anni pradicti* 1651. *fol.* 75.

De Mercat. Secretarius.

## *ARGVMENTVM.*

Antefatum, ſoluto matrimonio per mortem viri nùm debeatur mulieri, ſi detegitur matrimonium fuiſſe nulliter contractum, ex quo inter contrahentes impedimentum ſe offerebat conſanguinitatis, vel affinitatis, quod ab illis ignorabatur; Et cùm Dos omni iure ſit reſtituenda, an prò illius exactione competant mulieri priuilegia exactioni veræ dotis conceſſa. Aſſenſus regius, qui ſuper obligatione facta bonorum feudalium poſt mortem viri fauore dotis impetrari poteſt, an ita pariter pro antefato. Et de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCXXIX.

CVM Illuſtris Don Cæſar de Gonzaga Melfitti Princeps vti hæres quōdam Don Herculis de Gonzaga eius fratris conuentus fuiſſet in ſacro Regio Conſilio ab hæredibus quondam D. Catherinæ de Cardenas, quæ fuit vxor dicti quondam D. Herculis ad illis ſoluendum; primò antefatum per mortem d. Don Herculis viri lucratum; Secundò ad præſtandum legatum Ducatorum quatuor millium ab eodem viro vxori factum; & Tertiò ad conſignandum eiſdem bona iocalia dictæ D. Catherinæ donata; excipiebat conuentus ipſe ad nihilum teneri, ex eo quod matrimonium verum inter Don Herculem & D. Catherinam nunquam fuiſſet, ſed tantùm putatiuum, cùm per prius D. Catherina matrimonium contraxerat cum Don Ioanne Caietano, qui erat in quarto gradu conſanguinitatis cùm dicto Illuſtri Don Hercule, & ſucceſſiuè dictus Don Hercules, quarto pariter coniungebatur gradu affinitatis cum d. D. Catherina legitima vxore relicta d. Don. Ioannis; Vnde ex hoc fuit dubitatum de illo iuris articulo, an dos idem habeat priuilegium in putatiuo, ſicut in vero matrimonio, qua de re, latè per Doctores in locis vulgaribus. 1

Pro parte hæredum D. Catherinæ dicebatur, nullo pacto dubitari poſſe, fuiſſe illam ignaram gradus conſanguinitatis, quem Don Hercules cum dicto Don Ioanne primo viro habebat, eundemque Don Herculem benè fuiſſe conſcium, vnde conſiderata ignorantia ex parte mulieris, ſcientia verò ex parte viri fiebat locus lucro antefati, & aliorum à viro vxori donatorum etiam, quod matrimonium fuiſſet putatiuum, ad quod fuit allegatus text. *in l. qui contra in* 2. *par. C. de inceſt. nupt.*

Cæterùm cauſa relata in ſacro Conſilio, fuit pro Illuſtri Principe conuento deciſum, idemque in gradu reclamationis, cùm de iuſtitia huius ſententiæ ageretur coram Illuſtriſſimo Domino Prorege in Collaterali Conſilio; pro cuius geminatæ Deciſionis fundamento conſiderabatur; Primò, quod vbi 2

matrimo

Digitized by Google

matrimonium intra gradus prohibitos, coniugibus ſcientibus, fuerit contractum dos amittitur, antefatum non lucratur, nec alia donatio ſubſiſtit; in his autem terminis dicebatur loqui text. *in d. l. qui contra in prim par. l. inceſtas nuptias, C. de inceſt. nupt. in l. inceſta nuptia cum l. ſeq. ff. de rit. nupt. & in §. ſi aduerſus, Inſtit. de nupt* Optimus text. *in l. cum hic ſtatus, ff. de donat. inter vir & vxor.* Secus verò ſi impedimentum Coniuges ignorauerint; eo enim caſu vterque excuſabitur, ſicque mulier dotem non amittit; ſed antefatum non lucrabitur; ita probat text. ſi benè intelligatur, *in d. l. qui contra in 1. par.* & in Authent. *inceſtas nupt. C. cit. tit. de inceſt. nupt.* gloſ. à contrario ſenſu *in l. 3. §. videamus, ff. de donat inter vir. & vxor.* Vnde data vtriuſque ignorantia, dum tractatur de lucrandis lucris nuptialibus, ſiue ex parte vxoris, ſiue viri, quodvis ſtatutum, ſiue conſuetudo in matrimonio putatiuo locum non habebit; in hoc enim matrimonium putatiuum cùm vero non æquiparatur, ita Bal. & Felin. *in c. iurauit in fine de probat.* idem Bal. *in l. 1. num. 2.* Angel. & Salice. *C. de condict. ob cauſ.* Card. Zabarell. *in c. 1. de donatio. inter vir. & vxor.* Napod. *in Conſuet. quartam autem num. 33.* Pariſ. *conſ. 34. vol. 3.* Et pro hac opinione dictum fuit eſſe text. cui non poteſt dari reſponſum *in §. ſi verò ab initio Auth. de nupt.* Nec eſt nouum, vt mulier ſit in dote priuilegiata; non autem in antefato; nam videmus poſt feudatarij mortem, qui bona ſua feudalia pro reſtitutione dotis, & antefati obligauerit, benè poſſe Regium aſſenſum impetrari pro dote; ſecus verò reſpectu antefati per tex. qui vtrumque probat *in leg. ſed ſi ego, §. ſi res, ff. de rit. nupt.* etenim quoties ex parte vtriuſque coniugis ignorantia conſideratur, eorum nemo ius ſuum amittit, neque mulier dotem, nec vir antefatum præſtare tenetur; nam cùm matrimonium ſit nullum, nullus datur effectus, ac ſi contractum non fuiſſet, ideoque ab vtraque parte omnia repetuntur, & hoc dicit text. *in d. §. ſi verò ab initio Auth. de nupt.* vnde cùm in caſu, de quo agebatur à dominis iudicantibus fuerit habitum pro indubitato tam virum, quàm mulierem fuiſſe ignaros ignorantiâ facti impedimenti, quod ad matrimonium contrahendum ſe offerebat, non erat cur dubitari poſſet inaniter egiſſe, & dum non probarunt Don Herculis ſcientiam, ſuccedebat Regula *l. Actore, C. de probat.* non enim præſumi poterat, nec quidem credendum, duas perſonas nobiliſſimas voluiſſe in peccato mortali viuere, cùm de facili, & citra omne dubium poterat obtineri diſpenſatio; quæ omnia dictum fuit ſicut procedere in antefato, ita pariter & in legato, vt in donatione iocalium.

## OBSERVATIO.

IN hac cauſa tres habemus Deciſiones; primam à 1
Domino Regente noſtro, & eſt iſta: ſecundam à Dom. Præſ. de Franch. & eſt 52. inter illius Deciſiones; & alteram à D. Regen. Salernitan. quæ eſt. 2. inter deciſiones eiuſdem; in quibus quidem Deciſionibus ſemel atque iterum; & ſic tam in prima, quàm in ſecunda inſtantia determinatum habemus, quod quando ſoluto matrimonio per mortem viri detegitur, nulliter fuiſſe illud contractum, ex quo inter contrahentes impedimentum ſe offerebatur conſanguinitatis, vel affinitatis, quod ignorabatur, nullo pacto poſſe mulierem antefatum à viri hæredibus petere, quod ex ſolutione veri matrimonij debetur, itemque & legatum, donationes, &c. Tu modo adde quod proban pariter concluſionem hanc Dom. Reg. Lanar. huiuſmet cauſæ patronus iura Principis D. Cæſaris tuens *conſ. ſuo* 86. Bal. Nouel. *in tract. de dot. par. 11. per totam.* Borgn. n. Caualc. *deciſ.* 18. *par. 2.* Barboſ. *in l. 2. in princ. num.* 158. *ff. ſol. matr.* Emanuel Coſta *in c. ſi pater par. 2. ſuper verbo vxor, de teſtam. in 6.* Couar. *de ſponſal. p. 2. cap. 6. §. 8. num. 22. & ſeqq. & cap. 7. §. 1. num.* 8. Molin. *de iuſt. & iur. tom. 1. tract. 2. diſp.* 200. Sanchez *de matrim. lib. 6. diſput.* 20. *num.* 3. Nunc. Pellic. *ad conſuet. Auerſ. cap. 5. num. 166. & in addit. ad cap. 4. verſ. addo an mulier fol.* 122. Molfeſ. *ad Conſuet. Neapol. p. 2. quæſt. 7. num.* 16. Fontanell. *de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 1. num.* 69. & his addo noſtrum Taſſon. *ad Prag. de Antefato, verſ. 4. obſer. 4. n. 67. & ſeq. fol.* 311. Hæc reſpectu Antefati.

Sed videamus breuiter, cùm ſuppoſita ignorantia 2
impedimenti, dos ſit omnino reſtituenda, an mulier hæc, ſiue eius hæres in illius exactione priuilegia habeat, quæ conceduntur in exactione veræ dotis, ſicque in dubium reuocatur, nùm priuilegia conceſſa exactioni veræ dotis, competant pariter quando agitur de exactione dotis putatiuæ; & affirmatiuè reſpondendum eſt ex diſpoſitione *l. ſi cum dotem* 23. *§. fin. ff. ſolu. matr. in l. 3. C. ſolu. matr. & in l. 2. §. fin. ff. de priuileg. Credit.* Petr. Barboſ. omninò videndus *in d. §. fin. num. 4. leg. ſi cum dotem*, vbi duabus conſtitutis concluſionibus, primam nimirum; quod vbi agitur de dotis exactione priuilegia conceſſa veræ doti competunt etiam & putatiuæ: alteram quod vbi de hoc non agitur, priuilegia conceſſa veræ doti non competunt putatiuæ; infert primò ad veram illius text. explicationem, dum dicit, mulierem in repetenda dote putatiua aliis creditoribus præferri; nam cùm agatur de exactione dotis putatiuæ, & iſtud priuilegium conceſſum ſit exactioni veræ dotis, meritò etiam competere debet exactioni dotis putatiuæ, cùm declaratione tamen de qua per Bal. Nouell. *cit. par. 11. §. hactenus num. 3.* Infert ſecundo quod cum priuilegium tacitæ hypotechæ veræ doti ſit conceſſum, vt magis in tuto ſit, & facilius exigatur ad text. *in leg. vnica §. ſed vt plenius, C. de rei vxor. actio.* competat etiam doti putatiuæ, ad id expendens gloſ. *in d. l. ſi cum dotem §. fin. in verb. actionem,* vbi Bar. *num.* 5. Alex. *num.* 3. Neguſ. *de pignor. 4. membr. 2. par. num.* 104. Tiraquell. *poſt ll. Connub. gloſ. 8. à num.* 255. quicquid contra ſenſerit, & male Bal. Nouell. *loco mox cit. num.* 6. Infert tertiò quod quemadmodum bona verè dotalia alienari non poſſunt, adhuc, muliere conſentiente, *l. vnica §. & cum lex. C. de rei vxor. act.* ita etiam neque poterunt alienari bona dotis putatiuæ; probant pariter Concluſiones à Petr. Barboſ. firmatas Hyppoli. de Marſig. *ſing.* 129. alijque relati à Iacob. Cancer. *var. reſolu. par. 3. cap. 11. à num. 113. & ſeq.* quibus addo

Fonta

Digitized by Google

Fontanell. *de pact. dotal. tom. 2. clauſ. 7. gl. 3. part. 1. à num. 22. ad 27.*

## ARGVMENTVM.

Creditor, cui hypothecaria agenti ſuper re ſibi obligata, & à tertio poſſeſſa fuerit, creditum ſolutum, præuia ceſſione iurium aduersùs princilem Debitorem, ſi demum alij ſuperuenirent Creditores anteriores, & rem illam euincerent; nùm teneatur reſtituere huic tertio poſſeſſori creditum, quod ab illo conſequutus fuit. Creditor cedens an & quando teneatur de euictione nominis Debitoris ceſſi, & quæ promittere teneatur Creditor cum pignus vendiderit; Et de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCXXX.

1 COMES Terræ Turellæ, vt dimitteret magnificam Camillam Pappacoda vxorem magnifici Ioannis Fabritij Saraceni petentem pro ſuis dotibus, & antefato ſe aſſecurari ſuper dicta Terra, quæ per prius fuerat in bonis dicti eius viri, in ſolutum ei dederat annuos Ducatos 417. pro ſumma Ducatorum 4570. Dotium prædictarum, præuia tamen iurium ceſſione, ad beneficium dicti Comitis; contigit demùm Terram prædictam ad inſtantiam Creditorum, qui erant potiores dictæ Camillæ ſubhaſtari, & poſteà vendi Magnifico Domitio Caracciolo pretio ducatorum 31900. in quo ſi Camilla concurriſſet, excluſa fuiſſet; ex hoc ortum fuit dubium in Regia Camera, ſi poterat Comes aduersùs Camillam agere ad ei reſtituendum, quod illi ſoluerat. Ratio dubitandi contra Comitem ea fuit, quia quando Camilla accipiendo in ſolutum dationem dictorum annorum introituum, iura ſua Comiti ceſſerat nullam pro credito, quod cedebat euictionem, ſiue prioritatem promiſerat, ad text. *in l. 1. C. credit. euict. pignor.* non debere; quod proinde nulla aduerſus dictam Camillam ipſi Comiti agendi ſupererat actio; etenim illud tantum iure cautum eſt, vt quando contigit alicuius rei poſſeſſorem hypothecaria ab aliquo conueniri, poſſe illum creditori agenti ſuum ſoluere creditum, & ſoluendo eundem ad ſibi iura cedendum cogere, ſunt Iura *in leg. mulier, ff. qui potio. in pign. habe. in l. Paulus §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſol. & in l. ſi fundus §. in venditione, ff. de pignor.* Neguſanz. *tract. de pignor. 3. membr. 5. par.* hæc tamen iura non aperiunt, ſi poſtea res illa ab aliquo Creditore anteriore, vel potiore euinceretur, an teneatur Creditor cui poſſeſſor ſoluerat de euictione, cùm iura, quæ ceſſerat inutilia reperta fuère; Nec tex. *in d. l. 1. C. credit. euict. pignor.* non deberi aliquid circa hoc diſponit, cum ſolùm loquatur, quando Creditor pignus poſſidens ex pacto, vel ex legis diſpoſitione illud vendiderit, vt eo caſu de euictione non teneatur, licèt benè illa quatuor promittere, de quibus ibi per gloſ. ſignanter ſe creditorem anteriorem, vt in text. Si igitur iure cautum non reperitur, vt Creditor, qui actione hypothecaria agit ad aliud non teneatur, niſi ad iura ſua poſſeſſori ſoluenti cedendum, ſucceſſiuè dicebatur Camillam à Comite ratione euictionis paſſæ moleſtari non poſſe.

Cæterùm per Regiam Cameram, pro Comite, ſiue eius filio, & hærede deciſum extitit; idque primò, quia ſic ſæpè Sacrum Concilium iudicaſſe compertum fuit, per text. *in d. l. 1. C. credit. euict. pignor.* non debere, cuius diſpoſitione attenta, cùm Creditor, ad cuius inſtantiam pignus venundatur, teneatur præcisè ſe creditorem cæteris potiorem promittere, dictum fuit, hoc procedere non ſolùm quando res obligata iure Creditoris diſtrahitur; ſed etiam in caſu *d. l. mulier. ff. qui potio. in pignor. hab.* vt ſcilicet quoties rei obligatæ poſſeſſor Creditori agenti hypotecharia, præuia iurium ceſſione, ſoluerit; Superuenientibus demùm Creditoribus anterioribus, ad quorum inſtantiam eadem res venderetur, valeat ab illo Creditore, cui ſoluit, ſolutum repetere, cùm eodē militet ratio *d. l. 1.* quod tamen intelligunt Paul. Imol. & Alber. quando ille, cui fit ceſſio, nomen, quod ei cedebatur non eſſe ſoluendum ignorabat, aliàs ſi ſciebat, erit ſibi imputandum, ad tex. & ibi Bar. *in l. 3. ff. de fideiuſ.* idem Bar. Imol. Paul. Alex. & cæteri: *in l. ſi cùm dotem §. ſi mulier, ff. ſolu. matr.* vnde cum in caſu, de quo agebatur Comes, qui pecuniam ſuam Camillæ creditrici ſoluerat, ne dum ignorabat, illud nomen ceſſum non eſſe ſoluendo; ſed potius illud exigibile credebat, ergo. Præterea, & ſecundò in caſu prædicto non aliter de ſimplici nominis debitoris venditione tractabatur, iuxta terminos text. *in l. ſi nomen ff. de hæred. vel actio. vend.* ſed de iurium ceſſione, quæ eo tempore, quo fit, debet omnino efficax eſſe, itavt ſi eo tempore iura, quæ ceduntur inefficacia eſſent; cedens, de euictione teneretur omninò, vt eſt text. ſecundum communem, & verum intellectum *in d. l. ſi cum dotem §. ſi mulier, ff. ſol. matr.* Vnde cum in caſu propoſito ceſſionis tempore Camillæ iura

iura inutilia erant; ſicque ius, quod ceſſerat ſumm erat ineſſicax, conſequens erat dicere, vt ipſa ad reſtituendum quod acceperat, teneretur, provt ſic per prædicta deciſum extitit.

## OBSERVATIO.

1 DOminus Regens noſter refert hîc per Regiam Cameram deciſum, quod vbi tertius poſſeſſor rei pluribus obligatæ vni ex Creditoribus ſuper re illa hypotecharia agenti creditum ſuum ſoluerit, ceſſis ſibi iuribus aduerſus principalem Debitorem; ſuperuenientibus demùm aliis Creditoribus anterioribus, & rem illam euincentibus, poſſit ab illo Creditore, cui ſoluit ſolutum repetere, ſicque in hoc caſu adhuc procedere text. *in l.1.C.credit.euict.pignor.non debere*; etenim in hoc text. ſancitum habemus, quod licèt Creditor rem ſibi obligatam iura Creditoris vendens de euictione non teneatur, niſi expreſsè eam permiſerit; tenetur tamen cæteris Creditoribus rem illam obligatam habentibus ſe potiorem præſtare, id, quod ibi notant. gloſ. & DD. communiter; & ex recentioribus Ioan. Petr. Fontanell. *deciſ.*222. *&* 223. & Mercur. Merlin. *de pignor.lib.*4. *quæſt.*101. *per totam*, poſt alios, quos citat; durum enim ſatis eſſet, vt hic tertius poſſeſſor bona fide ſoluens Creditori hypotecharia agenti, perderet quod ſoluit, ob ſuperuenientiam Creditorum anteriorum, quo fit, vt dicamus, Deciſionem hanc eſſe rationabilem omninò, iurique conſentaneam.

2 Notamus ſecundò ex hac Deciſione, vt cedens alicui iura, quæ habet aduerſùs debitorem ſuum de euictione, ſiue ad aliud non teneatur, opus eſſe, vt de tempore ceſſionis iura, quæ ceduntur ſint efficacia; ſicque vt debitor, contra quem iura ceduntur eo tempore ſit ſoluendo, aliàs ſi ſoluendo non eſſet, cedens de euictione tenebitur. Tu modo ad huius concluſionis confirmationem vide quæ ſcripſerunt Dom. de Franch. *deciſ.*108. Roder. poſt alios, quos citat *de annuis reditibus lib.*2. *quæſt.*21.*n.*22. *verſ.ſi autem Debitor.* Ego ipſe *lib.primo reſol.iur.cap.*42. vbi in articulo ſimplicis ceſſionis nominis Debitoris tres conſtitui caſus, quorum primus, quando à principio, & ſic ceſſionis tempore nomen Debitoris ceſſum non fuiſſe ſoluendo conſideramus, & eo caſu benè poſſe ceſſionarium, pro ſui recuperatione contra cedentem agere; ſuppoſito tamen quod ceſſionarius ipſe probabili ignorantia Debitoris ceſſi inopiam ignorabat. Secundus caſus, quoties nomen Debitoris ceſſum poſt ceſſionem non ſoluendo efficeretur; & eo caſu citra omne dubium affirmandum, omne periculum ſuperueniens ad ceſſionarium ſpectare ex iuribus vulgatis *in leg.ſi nomen, ff. de hæredit.vel actio vendit. in l. periculum* 30.*ff.de pignor.& in l.pupilli* §.*ſoror.*96.*ff.de ſolutio.* Tertius caſus, quando cedens promiſit nomen Debitoris, quod ceſſit, facere verum, & bonum copulatiuè, & tunc dixi ſine dubio teneri cedentem præſtare nomen illud, & efficaciter obligatum, & ſoluendo eſſe; ad quod probandum fuerunt per me allegati Dec.*conſ.*102. Rot.Genuenſ.*deciſ.*156.*num.*3. Mantic. *de tacit.& ambig. conuent.lib.*4.*tit.*13.*num.*11. & Menoch. *conſ.*778.*num.*2. *&* 3.qui ſubdit, quod ſi nomen eſſet verum, & bonum; ſed duræ exactioniss cedens non teneretur, niſi adhibita prius diligentia per emptorem ceſſionarium ex Ruin. *conſ.*45. *num.*5. *lib.*5.Eugen.*conſ.*73.*num.*15. Maſtril. *dec.*240.*num.*10. *lib.*3.& Mangil. *de euictio.quæſt.*79.*num.*16. *cum ſeqq.* idemque dicendum addidi; quando nomen, quod ceditur fuerit promiſſum omni futuro tempore exigibile, vt adhuc ſi difficilis exactionis ſit, diſcuſſio prius neceſſaria ſit, quam ad cedentem habeatur recurſus; ad quod allegaui Marc. Anton. Thomat. *deciſ.Marchiæ* 29.*num.*18.*& ſeq.*

## *ARGVMENTVM.*

Litteræ Cambij à Campſore alterius contemplatione ſcripturæ, & ſub ſpe futuræ numerationis, ſi à Perſona, cui dirigebantur, fuerint acceptatæ, die ſolutionis cedente, nùm hic acceptam ſoluere cogatur, quamuis ſcribens valorem non acceperit ab illo, cuius intuitu, & contemplatione litteræ ſcriptæ ſunt. Scribens litteras Cambij an per ſolam acceptationem factam ab illo, cui dirigebantur, liberatus cenſeatur. Acceptans litteras Cambij, die ſolutionis cedente, nùm ad quantitates in illis contentas ſoluendum cogi poſſit, adhuc ſi ante ſolutionem ſcribentis decoctio contigerit. Et de aliis.

## DECISIO CCCCXXXI.

INSTANTE Regio fiſco, vti Creditore Michaëlis de Andrea vlterioris Aprutinæ Prouinciæ Theſaurarij, condemnari Chriſtophorum Bols. Alemanum Mercatorem in hac Ciuitate degentem, ad ſibi ſoluendum ducatos biſmille contentos in litteris Cambij ab illo acceptatis, quas ad inſtantiam d. Theſaurij ſcripſerat alius Mercator ſimiliter Alemanus in Ciuitate Aquilæ commorans, excipiebat conuentus ad id non teneri, niſi pro ſumma ducatorum ſeptincentum, ex eo quod in dictis litteris legebatur, vt ſoluerentur dicti Ducati bis mille pro valute eiuſdem ſummæ, quam ſcribens à dicto Theſaurio erat conſequuturus, & cùm non niſi ſeptincentum ſoluiſſet, à Prouincia cum magna nummorum quantitate aufugit; ſicque reliquum numeratum non fuit; vnde cum litterarum acceptatio ſub ſpe futuræ numerationis facta fuerit, contendebat Chriſtophorus acceptans ad aliud non teneri, quocirca quid iuris dubitatum extitit. 1

Diſcuſſo hoc articulo in Regia Camera pro Chriſtophoro conuento pronunciatum fuit, eo ab impetitis per fiſcum penitus abſoluto; pro cuius deciſionis fundamento tres caſus fuerunt conſiderati, quorum primus fuit, 2

fuit, quando mercator, cui litteræ Cambij dirigebantur, poſt acceptationem aufugit; ſi dubitatur, an eo caſu ſcribens cenſeatur liberatus, eſt recurrendum ad Bar. Alex.& Iaſ. latiſſimè *in leg. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* Bal. & Salic. *in leg. pro debito, ff. de bonis author. iud. poſſid. & in leg. filiusfamil. ff. ad S.C. Macedon.* Paul. de Caſtr. *in leg. delegare, ff. de nouatio.* ſed hîc non erat caſus, de quo agebatur; Secundus quando præſentatis litteris Cambij Mercatori, cui erant directæ, illiſque acceptatis, prius tamen quàm ſolutionis ceſſerat dies ſcribens decoxit, ſi dubitatus an eo caſu acceptans, adueniente tempore, ſoluere teneatur, affirmatiuè reſpondet Salic. *in d. leg. pro debito. & in d. leg. filiusfamil.* & de hoc pariter non dubitabatur. Tertius & tandem eſt caſus, de quo propriè agebatur, nimirum quando Mercator litteras Cambij alterius contemplatione ſcripſit, ſub ſpe tamen futuræ numerationis; & in hoc, ſi Mercator, cui litteræ directæ fuerunt, illas acceptauit, videtur ſic acceptaſſe ſub ſpe, vt ſcribenti pecunia illa in litteris contenta numeraretur, à Perſona, cuius contemplatione ſcriptæ fuerunt; non enim rationi conſentaneum dicebatur, vt acceptans pecuniam ſoluere cogeretur quam non acceperat; veniebat namque pecunia hæc numeranda Perſonæ, quæ Theſaurij in hac Ciuitate negotia gerebat; ſicque habebatur ac ſi ipſi Theſaurio ſoluenda eſſet; vnde frangenti fidem fides frangatur eidem, *leg. cum perſonas, C. de pact.* etenim in contractibus innominatis, ſi vnus non adimplet, alter adimplere non cogitur, imo ſi ex parte Ego adimpleui, & alius adimplere non poteſt, poſſum quod dedi, repetere, *leg. ſi pecuniam* vbi gloſ. & Bar. *in leg. fin. ff. de condit. ob cauſ.* quod ſecus fuiſſet, ſi pecunia in litteris Cambij contenta eſſet ſoluenda Tertio; tunc enim ſequuta acceptatione, acceptans teneretur omnino, nec exceptione non numeratæ pecuniæ ſe tueri poſſet; & quia in caſu propoſito acceptatio facta dicebatur ad fauorem illius, cuius contemplatione litteræ ſcriptæ fuerant; merito igitur fuit pro acceptante determinatum.

## OBSERVATIO.

1 QVantùm attinet ad primum caſum, ex tribus, qui à Dom. Reg. noſtro hîc conſtituuntur; nimirum an per acceptationem litterarum Cambij factam ab illo, cui dirigebantur; cenſeatur ſcribens liberatus, adhuc ſolutione non ſequuta, ex quo acceptans poſt acceptationem fugam arripuit, reſpondendum eſt negatiuè; etenim receptiſſima, & magis communis eſt Doctorum concluſio, vt quoties, quis, mediantibus litteris Cambij, vel aliter Campſori mandat, vt Creditori ſuo, quod ipſe illi debet, ſoluat, ſcribens nunquam liberatus cenſetur, niſi reali ſolutione ſequuta, cùm eius naturæ ſint litteræ Cambij, vt in ſe tacitam habeant conditionem, quatenus acceptatæ, & cum effectu completæ fuerint; nam acceptatio nil aliud operatur, niſi vt acceptans remaneat obligatus, tanquam fideiuſſor, cum ſcribens ſemper obligatus remaneat, vt principalis, quouſque cum effectu fuerit facta ſolutio; probant concluſionem hanc ex text. *in leg. ſi litteram 23. C. de ſolutio.* Bal. *conſ.* 348. *poſt num.* 2. *vol.* 1. & *conſ.* 190. *lib.* 2. Bolog. *in leg. ſingularia num.* 29. *verſ. ſed contrariam, ff. ſi cert. pet.* Cagnol. *ibid. num.* 167. Rot. Genuenſ. *deciſ.* 2. *num.* 41. & *deciſ.* 8. *num.* 17. Cæſ. Vrſill. *in addit. ad Affl. deciſ.* 353. Præſ. de Franch. *deciſ.* 303. Peguer. *deciſ.* 126. Maſtrill. *deciſ.* 221. Alex. Raudenſ. *deciſ.* 4. *n.* 108. Rot. *deciſ.* 217. *penes D. Ludouiſ.* & 652. *tom.* 2. *in poſthum.* Farinac. & 497. *penes Burattum,* Reg. Rouit. *in Prag.* 1. *num.* 1. *de litter. Camb.* Philipp. Paſcal. *de vir. patr. pot. par.* 1. *cap.* 8. *n.* 71. Mareſcott. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 11. vbi *num.* 5. ex geminatis Sacræ Rotæ deciſionibus probat hanc procedere concluſionem, etiam interueniente mora, ſeu negligentia Creditoris in exigendo, Marcell. de Maur. *alleg.* 62. Sforza Odd. *conſ.* 87. Fab. de Ann. *conſ.* 82. *n.* 22. Nicol. Gen. *de ſcript. priua. in rubr. de litteris Camb. num.* 76. Beltram. *in additio. ad D. Ludouiſ. in dic. deciſ.* 217. vbi dicit, firmatam concluſionem locum habere, etiam data mora, & negligentia Creditoris in exigendo litteras, Raphaël de Turri *in nouiſſ. tract. de Cambiis diſp.* 2. *q.* 12. *n.* 20. Ego ipſe *reſol. iur. lib.* 1. *c.* 80.

Quo verò ad ſecundum caſum, an acceptans litteras Cambij; die ſolutionis cedente ad quantitates in illis contentas ſoluendum cogi poſſit, adhuc ſi ante ſolutionem ſcribentis decoctio contigerit; & in hoc cum diſtinctione eſt reſpondendum, nimirum aut decoctio ſubſequuta eſt poſt acceptationem, aut verò acceptionem præceſſerit, vt in primo acceptans omnino teneatur, ſicque per S.C. deciſum teſtatur Dom. Præſ. de Franch. *cit. deciſ.* 303. *per totam*, ex Theorica Salic. hîc à Dom. Regente noſtro relata *in leg. ſi filiusfamil.* 18. *ff. ad S.C. Macedo.* idemque Fab. de Ann. *dic. conſ.* 82. Ricc. *collect.* 40. Paſcal. *loc. cit. num.* 71. Rouit. *in Prag.* 1. *num.* 18. *de litter. Cambij,* Gait. *de Credit. cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 2396. Ego ipſe *reſol. iur. lib.* 1. *cap.* 258. *num.* 1. & 2. Secus verò in ſecundo, ratio eſt euidens, quia ſi Campſor, qui litteras acceptauit decoctionis ſcribentis notitiam habuiſſet, vtique litteras illas non acceptaſſet, videatur notabilis deciſio S. Rot. Rom. in vna Romana litterarum Cambij ſub die 1. Februarij 1630. impreſſa per me *loco proximè cit.* poſt plures, quos citant DD. quibus addo Gait. vbi ſup. *num.* 2397. 2

Circa tertium caſum, de quo principaliter hîc agebatur, notamus deciſionem, quam alibi non obſeruaui, & ea eſt, vt acceptans litteras Cambij, die ſolutionis cedente, ſoluere non cogatur, dum ſcribens valorem non acceperit ab illo, cuius contemplatione ſcripſerat; ſed ita ſcripſit cùm ſperaret pecuniam ſibi fore numerandam, hoc tamen ſi perſona, quæ litteras præſentauit, & cui facienda eſt ſolutio, negotia gerit illius, cuius intuitu litteræ ſcriptæ ſunt; at ſecus ſi eſſet Tertius; huic enim per acceptionem à Campſore factam fuit ius quæſitum, ac proinde quoad ſe nil refert, quod ſcribens litteras ſub ſpe futuræ numerationis ſcripſerit, vel acceptans ſub ſpe futuræ numerationis acceptauerit; hæc enim exceptio non numeratæ pecuniæ in litteris Cambij, acceptatis nullius eſt ponderis, & momenti; ſicque reiicitur prorſus, ita Rot. *in vna Romana litter. Cambij ſub die* 11. *Decembris* 1602. quæ eſt 54. inter impreſſas poſt Marchez *de commiſſio. fol.* 887. *in nouiſſimis,* Scaccia *de Cambiis* §. 2. *gloſ.* 8. *n.* 12. & Raphaël de Turri *in ſuo nouiſſ. tract. de Cambiis, diſput.* 2. *q.* 16. *n.* 15. id quod in 3



Digitized by Google

Regno eſt abſolutum per Pragmaticam Sanctionem, quæ eſt 3.§.12.& 5.§.3.*ſub.tit.de litter.Camb.*

## *ARGVMENTVM.*

Domanium num à particularibus Ciuibus peti poſſit, non obſtante, quod Vniuerſitas ab hoc iure, ſententia mediante, fuerit excluſa. Ius prouocandi ad Domanium nunquid vni de Vniuerſitate competat, cæteris contradicentibus, vel non parentibus. Maior pars Vniuerſitatis, vel Collegij, nùm in actibus voluntariis minori diſcrepanti præiudicet; Et de aliis.

## DECISIO CCCCXXXII.

1 EXcluſa Vniuerſitate Terræ Ipſiro, mediante ſententia Sacri Conſilij à prætenſo Regio Domanio, cùm venderetur à Raphaële de Mari Petro Antonio de Abenante Pretio ducatorum 29000. aliqui particulares eiuſdem Vniuerſitatis ad Carolum Cæſarem tunc Regem noſtrum recurſum habuère, aſſerentes, dictam Terram eſſe de domanio; & cùm ſua Cæſarea Maieſtas Illuſtriſſimo Domino Proregi ſcripſiſſet, vt ſuper expoſitis per dictos Particulares de iuſtitia prouideret, Regiæ Cameræ iniunctum extitit, vt Partibus auditis, de omnibus ſuæ excellentiæ in Collaterali Conſilio fieret relatio; ſed oppoſita pro parte Baronis de Abenante rei iudicatæ, litiſque finitæ exceptione, quid iuris dubitatum fuit.

2 Pro particularibus dicebatur, nullo pacto ſententiam contra Vniuerſitatem latam illos affeciſſe, cum diuerſæ conſiderentur perſonæ *leg. in tantum* §. *Vniuerſitatis*, *ff. de rer. diuiſ. & in leg. ſed ſi hac* §. *qui manumittitur, ff. de in ius voca.* Bar. *in leg. ſerui electione* §. *labeo, ff. de lega.* 1. ſi diuerſæ conſiderabantur Perſonæ, rei iudicatæ exceptioni locus eſſe non poterat, ad text. *in leg. cum conuenitur cum leg. ſeq. ff. de excep. rei iud.* Sed pro parte Baronis replicabatur quod in caſu propoſito id, quod cum Vniuerſitate, congregato conſilio, factum extiterat, cum omnibus geſtum cenſebatur, text. *in leg. quod maior, ff. ad Municip. & in leg. aliud* §. *refertur, ff. de reg. iur. c.* 1. *extra de his quæ fiunt à maior. par. capit.* notant Bar. & reliqui *in leg. quod nulli, ff. quod quiſq. Vniuerſit. nom. & in l.* 4. §. *actor. ff. de re iudic.* Bal. benè *in l.* 1. *ff. de magiſtr. conuen.* Innocent. *in c. fin. extra de maior. & obed.* & Loffred. *conſ. ſuo penult.* quam tamen concluſionem procedere dicebatur, quando id, quod fit à maiori parte Vniuerſitatis legitimè congregatæ, illius neceſſitatem vel beneficium concerneret; ſecus verò ſi de re merè voluntaria ageretur, vt puta ſi Vniuerſitas donare, vel fideiubere ſiue alia ſimilia peragere vellet; tunc enim maior Pars non conſentientes haud ligaret; ſed oporteret omnimodo vt omnes conſentirent, alias ſententia lata contra Vniuerſitatem non niſi præſentes, & conſentientes ligaret; ita DD. modo relati, ſignanter Bar. *in d. l.* 1. & Innocent. ac Felin. *in c. cùm omnes extra de conſtit.* eſt benè verum quod Cardinalis, Abb. Felin. & Dec. ibi tenent, quod in his, quæ ad Vniuerſitatem vti Vniuerſitatem ſpectant, etiam in his quæ ſunt voluntaria id, quod fit à maiori parte, aliis præiudicat; At licèt hæc opinio in puncto iuris probabilis ſit, tamen communis eſt in contrarium, in caſu propoſito quod Vniuerſitas fuiſſet de domanio, vel ſub Baronæ, potius actum concernebat neceſſarium, quia vel de domanio, vel ſub dominio Baronis eſſe debebat; vnde dicebatur quod non poterat vnus velle eſſe de domanio, cum Terra reperiretur ſub dominio Baronis, quia iſte actus ab Vniuerſitate non eſt ſeparabilis; quo enim pacto poteſt Terra eſſe ſub Barone, & vnus particularis de domanio.

Quocirca cauſa relata in Collaterali conſilio, quoniam Regius Fiſcus citatus reperiebatur, dictum fuit, quod iura ſua proponeret; 3
& cùm oppoſuiſſet tempore, quo fuit vendita dicta Terra, Vniuerſitatem declaraſſe velle eſſe de Regio domanio, Notario pro fiſco abſente ſtipulante, per hoc prætendebatur fuiſſe tunc fiſco ius quæſitum, cùm Notarius, tanquam ſeruus publicus pro abſente ſtipulari poſſit, cui etiam abſque alia ratificatione acquiritur actio, Bar. *in l.* 2. *ff. rem pupil. ſaluam fore*, Bal. *in l. non aliter, ff. de donatio.* Socc. *conſ.* 127. *lib.* 1. Corn. *conſ.* 50. *lib.* 1. *& conſ.* 2. *lib.* 4. vbi benè loquitur Guid. Pap. *deciſ.* 49. verùm concluſio hæc ad caſum non applicabatur; procedit enim quando contractus eſt ſimplex, & purus; ſecus verò ſi ſub conditione, quia tunc antequam conditio adimpleatur, neque oritur actio, neque alia obligatio, *leg. cedere diem, ff. de verb. ſign.* optimè Bar. *in leg. ita ſtipulatus, la grande, ff. de verb. obligat.* in caſu propoſito, quando Vniuerſitas declarauit velle eſſe de domanio, dixit dummodo omnes prouentus, & introitus eſſent ipſius, non autem Regiæ Curiæ, & quod electio, ſeu nominatio Capitanei eſſet pariter Vniuerſitatis, aliiſque pluribus conditionibus appoſitis, quibus pendentibus, ius in Regiã Curiam ex defectu conſenſus tradentis, transferri non poterat, vt eſt text. *in leg. abſenti in fine, ff. de donatio.* Deficiebat & pariter conſenſus ex parte

acquiren

Digitized by Google

acquirentis; nimirum Regiæ Curiæ dum declarauerat nolle eos in domanium recipere, ex quibus fuit pro Barone de Abenante etiam contra Regium fiſcum pronunciatum; idemque alias per eandem Regiam Cameram deciſum pro Magnifico Hannibale de Ianuario vtile Domino Ciuitatis Nicoteræ contra eius particulares, poſt tot, tantoſque annos domanium petentes, facta relatione in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege cum impoſitione perpetui ſilentij, ſic illis obſtante diſpoſitione Reg. Prag. editæ Thori, in *primo cap.*

## OBSERVATIO.

1 DVm quærimus, nunquid vni de Vniuerſitate competat ius proclamandi ad domanium, cæteris contradicentibus, vel non petentibus, affirmatiuè eſt reſpondendum, dum tamen hic omne onus in ſe ſuſcipiat; ſicque deciſum teſtatur Camill. de Curte *in ſuo diuerſ. feud. par. 1. cap. 3.* incipit *licèt autem. numer.* 70. cuius dictis non obſtant ea, quæ hîc deciſa refert Dom. Reg. noſter, nam deciſio iſta particularem habuit rationem, vt particulares à petito domanio excluderentur, quicquid pro incluſione deciſum referat Camill. de Medic. *conſ.* 164. *numer.* 3. nimirum quia Vniuerſitas iam reperiebatur, ſententia S.C. mediante excluſa.

2 Quantùm verò attinet ad illud dubium hîc tactum; nimirum nùm in actibus voluntariis, quod facit maior Pars Vniuerſitatis, vel collegij minori præiudicet, adhuc diſcrepanti; vt cernis, ex dictis per Dom. Reg. noſtrum Doctores diſcrepant *in c. cum omnes, extra de conſtit.* licèt ipſe adhæreat ſententiæ, quam dicit communem, vt in actibus voluntariis, puta ſi Vniuerſitas, vel Collegium vellet donare, factum à maiori parte minori non præiudicet; & cùm hac opinione, quod omnes debeant conſentire, pertranſit Socc. *in regul. 2.* incipit *factum à maiori parte*; *in 5. fallen.* ſed in hoc Regno ceſſat quæſtio hæc, nam cùm actus, ſiue voluntarij, ſiue neceſſarij, qui ab Vniuerſitatibus fiunt, Regio indigeant beneplacito, cum primum pro illo obtinendo ad excellentiſſimum Proregem recurritur, quod vtilius, & conuenientius eſt, conſideratis omnibus de iure conſiderandis, per Collaterale Conſilium determinatur, vt bene per Dom. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit. de diuerſis prouiſionibus, in rubr. de donis, & expenſis Vniuerſitatum num. 12.*

3 Eſt tamen verum, quod reſpectu donatiui, quod aliquando ob imminentes belli neceſſitates à Baronibus, & Vniuerſitatibus Regni Domino noſtro Regi fit, ſemper fuit ſeruatum, vt factum à maiori parte minori præiudicet, ita Dom. Reg. de Pont. *in tit. de Regalib. impoſitionibus num. 18.* vbi ſic loquitur. *Et notetur vnum notabile, & quotidianum quod in tantum pro abſoluto hoc tenetur in Regno, quod etiam in donatiuis voluntariis maior pars poteſt concludere, & præiudicare minori, quod dum alias in anno 1533. fuit Cæſareæ Maieſtati ſupplicatum, vt nullo modo maior pars poſſit minori præiudicare in donatiuis voluntariis faciendis, fuit expreſsè hoc denegatum, ea ratione quia poſſet hoc cedere in magnum Regni præiudicium, quia donatiua talia præſtantur ad occurrendum imminentibus Regni neceſſitatibus; & pro illius defenſione; pro quo videtur ad propoſitum dictum Innocentij in c. quatuor de iureiur. quod negotium Regis reputatur Vniuerſitatum Regni, & ideo ſufficit concurſus maioris partis Regni, & Ioan. Andr. ibidem clarius dicit infraſcripta verba, & quia negotium Regis reputatur negotium Vniuerſitatis Regni ſufficit conſenſus maioris partis, magnorum Regni* &c. Hæc Dom. de Ponte.

## ARGVMENTVM.

Euicta re in ſeruitiorum remunerationem ſubdito conceſſa, nùm Princeps concedens de euictione teneatur. Donator an & quando pro rebus donatis de euictione teneatur; Et quid in legato, ſi res legata fuerit euicta, an hæres teſtatoris legantis de euictione legatario teneatur.

## DECISIO CCCCXXXIII.

ALias fuit in Regia Camera dubitatum, an Sereniſſimus Rex noſter pro re, quam ſubdito ſtipendiario in ſeruitiorum remunerationem donauit, illa demùm euicta de euictione teneatur, pro cuius reſolutione negatiuam inſequendo ſententiam conſideratum fuit primò, illud ſine controuerſia procedere, quod quando donatio incipit à traditione, donator nunquam de euictione tenetur; *l. Ariſto §. fin. ff. de donatio.* ſecus ſi à promiſſione, mediante tamen ſtipulatione, non autem nudo pacto, *l. 2. C. de euictio.* & licèt controuerſia ſit inter DD. an quando remuneratoria eſt donatio, de euictione teneatur donator, de qua per Bar. & latius Aret. *in l. Iulianus §. qui fundum ff. de verb. oblig.* & per Dec. *in l. ſi donatione num. 35. C. de collatio.* Illa tamen communis eſt ſententia, vt quando donatio eſſet merè remuneratoria, itavt pro ſeruitiis præſtitis perſona quæ inſeruiuit nullo modo fuerit remunerata, & eo caſu Donator de euictione tenetur, ita loquitur tex. in quo fundatur affirmatiua opinio, *in l. Aquilius Regulus ff. de donatio.* quando enim ſic remuneratur, dicitur potius debiti ſolutio, vt per gloſ. ibi, & probat tex. *in d. l. ſi pater §. fin. eod. tit. & in l. idem quia §. fin. cum l. ſeq. ff. mandati*, provt hæc iura intelligit Aret. *in d. l. Iulianus §. qui fundum*; ſecus autem vbi ad colorandam donationem donatur res in ſeruitiorum acceetorum remunerationem; probatur hoc ex dictis per Bal. Alex. & Dec. *in d. l. ſi donatione C. de collatio. per Salic. in l. filiæ cuius C. famil. Erciſc.* & Iaſ. *in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur.* qui dicunt quod adhuc vt donatio à patre filiofam. facta, vti remuneratoria ſubſiſtat, requiritur vt ſit de talibus meritis, quibus filius patri non te-

nebatur, ſecus ſi eſſent obſequialia, ad quæ filius tenetur;& propterea dicebatur, quod ſi ſubditus Principi ſuo, ſtipendio mediante,inſeruiuit, & ab eodem in ſeruitiorum remunerationem aliquid lucratiuo titulo conſequutus ſit, certè hæc donatio remuneratio cenſeri non poſſet; ſed mera,& ſimplex; cum pro ſeruitiis præſtitis iam fuerat ei ſatisfactum & conſequenter ſubintrat diſpoſitio *d.l.Ariſto §.fin.* Quod pro donatione euictio locum non habeat, faciunt notata per Iaſ. *in l.quoniam C. ad l.Iul.de vi publ.* vnde cùm in caſu, de quo agebatur donatio facta à Rege potius ex mera liberalitate, nulloque iure cogente facta fuiſſet, ad tex. *in l.cum multa in fine C. de bon. quæ lib.* conſequens erat dicere,re donata euicta,euictioni locum non eſſe *d.l.Ariſto §.fin. & l.ad res donatas ff.de edil. edicto.* &c.

## OBSERVATIO.

1 CVm Domino Regente noſtro hic quod Princeps, ſiue eius fiſcus pro largitionibus meritorum cauſa factis, de euictione non teneatur, conueniunt Loffred. *in c.1. §. Titius ſi de feud. defun. milit. & c.* Dom. Reg. de Pont. *in conſ. 59. num.22. & de poteſt. Proreg. tit.5. num.27.* Fab.de Ann.*conſ.93.n.15.* & Dom.Reg. Conſtant. *in l.1.num.42.C.de filiis offic. milit. lib.12.* qui omnes in his ſupremis Tribunalibus non ſemel ſic iudicatum teſtantur; ab iſtaque ſententia, vti recepta, ac rerum iudicatarum authoritate comprobata, minimè fore recedendum ſuadet Reg. Conſtant. *loc.cit.*quicquid ſibi velit Renat.Coppin. *de domanio Franc.lib.2.tit.14.n.6.*

2 Cæterùm in articulo generali donationis, hæc eſt communis omnium diſtinctio, vt ſi donatio incipiat à traditione, euicta re donata, donator de euictione nòn teneatur; at ſi ex promiſſione, ſecus dicendum; diſcriminis ratio aſſignatur, quia qui tradit magis diſtrahit quàm contrahit; qui autem promittit,contrahit, & ſic obligatur, probat diſtinctionem hanc, ex recentioribus Boër. *dec.67.* Bertran. *conſ.317. lib.2.* Surd. *deciſ.11. num.13. & deciſ.290. num.3.* Caball. *de euictio.§.4.numer.4. & ſeq.* Viuius *comm. opin. lib.1. opin.214.* Seraph. *deciſ.534. num.3.* Dom. de Franch. *deciſ.213.num.7.* D.Ludouiſ. *deciſ.340.num.4.* & alij, quos ad nauſeam refert Io. Ant. Mangil. *in ſuo tract. de euictio. quæſt.68. num.1. & quæſt.69. in princip.* In donatione autem remuneratoria, ſiue à traditione, ſiue à promiſſione incipiat, re donata euicta, ſemper donator de euictione tenebitur; ſed hoc eo præſuppoſito,ſi ſeruitia,propter quæ fuit facta donatio eſſent talia, quod pro eis fuiſſet aliàs data actio aduersùs donantem, itavt ſat non eſſet antidoralis tantum obligatio, ita Dec. *in l.ſi donatione num.13. C. de collat.* Tiraquell. *ad l.ſi vnquam in verbo donatione largitus num.51. & 19. C. de reuoc. donat.* Boër. & Viuius, *locis cit.* Loffred. *in d.§. Titius col.2. verſ. tertio poteſt reſtringi*, Caball. *loc.cit.* & alij,quos allegat Mangil. *cit.quæſt.69. num.26. & 34.*

3 Sed quid dicemus in legato, an re legata euicta, hæres teſtatoris legantis de euictione teneatur; tractat quæſtionem hanc idem Mangil. *quæſt.64.* vbi pro regula firmat, hæredem pro re legata de euictione non teneri, ex traditis per gloſ.& Bar. *in l.ſi domus §. de euictione, & in l.qui concubinam §. ſi hæres ff. de lega.1.* Cyn. Bar.& Bal. *in l.cum alienam C. de lega.* Imol. & Anchar.*in c.filius de teſtam.* ſed ad hanc regulam plures accommodat limitationes, quas vide, ſignanter quando legatum factum eſſet Eccleſiæ, vel pro Anima, quia tunc re legata euicta, teneri hæredem de euictione,ſcripſerunt Tiraquel.*de priuileg.piæ cauſ. priuil.66. in princ.& in fin.* poſt Bal.*in repet. l.1. n.44. verſ.item pono tertium caſum indubitatum C. de Sacroſ. Eccleſ.* Roma.*conſ.235. num.5.*Menoch. *de præſumpt. lib.4.præſumpt.116. num.30.* Card. Mantic. *de coniect. vltim.vol. lib.9.tit.9.num.4.* &c.

## ARGVMENTVM.

Generalis Regiarum Triremium Regni proprias habens Triremes ſub tamen Regis ſtipendio, ſi in illis condemnatos per Officiales Baronales receperit, an dicatur contrauenire Pragmaticæ Sanctioni, *quæ eſt 7. ſub tit. de Baronibus.* Lege noua promulgata, infra quantum tempus quis præſumatur de ea habuiſſe notitiam; Et an in legibus, & ſtatutis licitum ſit à verbis diſcedere, vt mens,& ratio legis ſeruetur; Et de aliis.

## DECISIO CCCCXXXIV.

DVBITABATVR an Magnificus Commendator Gironus à ſua Catholica Maieſtate generalis Viſitator Regiarum triremium deputatus ritè rectéque proceſſerit condemnando Illuſtr. Don Garſiam de Toledo Regni huius Regiarum triremium generalem Capitaneum in Ducatis 4560. ex eo quod in duabus triremibus propriis ipſius D. Garſiæ ſub ſtipendio tamen Regiæ Curiæ, centum & ſeptem ad triremes condemnatos per Barones Regni recepiſſet. Ratio dubitandi fuit Pragmatica Sanctio de anno 1536. promulgata, qua ſancitum extitit, quod vbi contingeret aliquos ab Officialibus Baronalibus ad triremes condemnari, non niſi ad Regias triremes ad Regni Cuſtodiam deſtinatas fore tranſmittendos; ex hoc dicebatur, quod cum Illuſtris Don Garzia ad ſuas proprias triremes eos receperit, ergo controuenerat diſpoſitioni dictæ Prag. Sanctionis,ſed pro D.Garzia conſiderabatur quod cùm eius triremes ſub Regis ſtipendio exiſterent, & pro cuſtodia Regni huius, ſanior intellectus Pragmaticæ erat, vt ſimpliciter,& generaliter de omnibus triremibus loqueretur, tam propriis Regiæ Curiæ, quàm cuiuſuis alterius, ſub ſtipendio tamen Regio exiſtentibus, ac proinde ſatis dicebantur triremes Regiæ Curiæ, 1



Digitized by Google

ad tex. *in l.1.§.demum ff.de aleator. l. lex Cornelia §. domum ff. de iniur.* Bar. & Alber. *in l.domum ff. ad leg. Iul. de adult.* vbi dicitur, domus appellatione nedum propriam, ſed etiam conductam contineri; tum etiam attento communi vſu loquendi, qui præfertur, cuicunque propriæ ſignificationi, ad tex. *in l.librorum §. quod autem.* Caſſius *ff. de lega.3. & in c.quamuis*, vbi Butr. & Abb. *de verb. ſig.* Regiæ Curiæ triremes dicuntur tam illæ quarum dominium eſt Regiæ Curiæ, quàm illæ, quæ pro cuſtodia Regni à Rege ſunt conductæ; eoque magis quia ratio in dicta Pragm. appoſita ita militat in triremibus ſtipendiatis à Regia Curia, ſicut in propriis ad Regni cuſtodiam deputatis; vndè ſemper legis ratio, non autem verba eſt attendenda, ex quo ratio legis eſt anima legis, vt dixit Cyn. *in l. non dubium C.de legibus*, Felin. *in c.tua nos de iureiur.* Præterea vbicunque ratio legis eſt amplior eius dicto, extenditur dictum ad amplitudinem rationis illius legis, vt eſt gloſ. *in clem.1. in verb. eligatur, de elect.* quam Card. ibi ſingularem exiſtimat, optimè Alex. *in conſ.52.l.4.* & non eundo per mendicata ſuffragia, dicebatur, Bar. quem omnes ſequuntur *in l.contra ff.de legibus* dubium propoſuiſſe, an liceat in legibus, & ſtatutis à verbis diſcedere, vt mens, & ratio legis ſeruetur, & determinaſſe, quod vbi ſententia, & mens legis eſt clara, & tunc ſeruando mentem, poſſunt offendi verba, ſecus verò vbi mens legis non eſt certa, & clara quia tunc verba offendere licitum non eſt; ex quibus omnibus prædictis ſtante ratione, & cauſa expreſſa in Pragmatica, quæ militat tam in triremibus propriis Regiæ Curiæ, quàm in aliis ſub illius ſtipendio exiſtentibus, & ſic verba ſunt acta omnes triremes comprehendere, ergo non erat cur Illuſtris Don Garſia moleſtari poſſet, eoque magis quod de Pragmatica ſic promulgata notitiam non habebat; non enim ſcientia præſumitur, niſi probetur: *l. verius ff. de probatio.* & licèt tex. *in Auth. vt facta noua conſtit.* dicat quod poſt duos menſes, à die publicationis nouæ legis quis præſumatur de ea habuiſſe notitiam, vt latiſſimè per Felin. *in c. cognoſcentes, extra de conſtit.* tamen ſubdit poſſe ignorantiam probari, & quod hæc ſit communis opinio vt ea adhuc per iuramentum probetur, vt eſt gloſ. *in c. propoſuiſti 82. diſt. & in c. qui humanis 22.q.2.* & licèt aliqui contrarium tenuerint, tamen probat Felin. *loc. proximè cit.* hoc eſſe Iudici arbitratium, attenta perſona, & negotij qualitate; in caſu propoſito conſiderabatur perſona Illuſtris, & Miles, cui ignorare iura licitum eſt, vt eſt tex. & ibi omnes DD. *in l.1.C.de iur. & fact. ignor. in l.omnibus C.de vectigal.* ſi enim hæc Pragm. in iure dubia fuiſſet, an propoſitum comprehenderet caſum, dubio procul licitum eſſet Illuſtr. Don Garziæ Militi eius intellectum ignorare, adhuc ſi dicamus de ea notitiam habuiſſe, tùm quia ipſe fecit, provt ſpectabilis Antonius ab Auria, qui poſt præcitatæ Pragmat. promulgationem in propriis ſuis triremibus ſemper condemnatos ad triremes per Barones recipi fecerat; ideoque illud idem, & ipſe Don Garzia, qui bono viro credere poterat, gloſ. *in l. Titio fundus ff.de condit. & demonſtrat.* Nec dicere erat inconueniens, Pragmaticam prohibuiſſe Baronibus, ne ſubditos per eorum Officiales condemnatos ad alias, quàm ad Regias triremes tranſmitterent, non autem vt Domini particulares triremium eos recipere non poſſent; & licèt huic fundamento obſtare videatur tex. *in l. fin. C. de indic. vidui. tollen.* vbi Iaſ. poſt alios latiſſimè, *& in l.1. C. de cupreſ. lib.11.* vbi in correlatiuis, quando eſt prohibitum vni cenſetur & alteri prohibitum; etenim hoc procedere dictum fuit; quando vtrique ex correlatiuis eadem militat ratio, vt tenet Bal. *in l.1.C.de communi ſeruo manumiſſ.* &c.

---

## OBSERVATIO.

Pragmatica Sanctio, quam Dom. Reg. noſter hîc refert, eſt 7. *ſub tit. de Baronibus*, quæ concordat, cum ſuis tamen declarationibus, cum prag.1. *ſub tit. de condemnatis pro delictis.* 1

Quantùm verò attinet ad dubium, nùm in legibus, & ſtatutis liceat à verbis diſcedere, vt mens, & ratio legis ſeruetur, de quo per Bar. *in l.contra ff. de legibus*, dicamus communem eſſe omnium ſententiam, licere in ſtatuto impropriare verba, vt menti deſeruiatur ita Alex. *conſ.116. num.13. verſ. nam præſuppono lib.2.* hinc Iudex pro ſeruanda mente teſtatoris, vt poſſit à verbis recedere, docent Rola. *conſ.35. num.3. lib.3.* & Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.3. tit.3. num.9.* non intentio verbis; ſed verba intentioni deſeruire debent, quia verba in diſpoſitione ſe habent, ſicut corpus, & ſuperficies, Mens verò ſicut ſpiritus & anima; & ſicut Anima infert ſpiritum, & eſſentiam corpori, & eſt nobilior corpore, ita mens, & voluntas præfertur verbis; Rol. *conſ.70. numer.52. & ſeq. lib.3.* 2

Quò verò ad aliud dubium hîc tactum, nimirum à quonam die, ſiue intra quod tempus lex, vel noua conſtitutio ligare incipiat, dicamus, receptiſſimam eſſe concluſionem, vt in Ciuitate, in qua promulgatur, facta publicatione, ſtatim liget; Extra verò, & ſic in Prouinciis, & locis remotis, poſt duos menſes à die publicationis *tot.tit. Auth. vt factæ nouæ conſtit.* Felyn. *in c.cæterum num.7. & ſeq. verſ.circa ſecundum, extra de reſcript.* Abb. *conſ.35. per totum lib.1.* Bar. *in Extrauag. ad reprimendum in fine, verſ. ex nunc* D. Card. Tuſch. *pract. concl. litt. L, concl. 256.* vbi multa ad materiam &c. 3

## ARGVMENTVM.

Gratia à Principe ſubdito ſuo conceſſa, an per teſtes probari poſſit. Et an aſſenſus Regius ſuper obligatione, vel alienatione bonorum feudalium impetrandus ſcripturam requirat. Pactum, quod in dies in inſtrumentis Crediti, & Debiti apponi ſolet, vt ſolutio debiti per teſtes probari non poſſit, an de iure ſubſiſtat; & de aliis, &c.

## DECISIO CCCCXXXV.

1 ILLVTRIS olim Princeps Salerni à Rege Catholico ad omnia bona feudalia, quæ per prius poſſidebat reſtitutus, per teſtes probare intendebat, reſtitutionis gratiam, etiam quoad dohanas obtinuiſſe; vnde occurrit dubitari, an hoc ei liceret? diſcuſſoque articulo in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtri Domino Prorege ad relationem Regiæ Cameræ, ac cum interuentu Regiorum Conſiliariorum Ioan. Thom. Minad. & Io. Andreæ de Curte, his duobus dominis Conſiliariis exceptis, fuit communi voto deciſum contra D. Principem; & habito pro abſoluto gratiam ſupremi Principis ſiue Priuilegium ab eodem conceſſum, non niſi per ſcripturam probari poſſe: etenim dicebatur quod quamuis ſcriptura non ſit de ſubſtantia gratiæ, quia ſtatim quod eſt dictum *fiat*, cenſetur facta, vt tenent Innocent. *in c. conſtitutus, extra de reſcript.* Ioan. Andr. Anchar. & alij *in proœm. ſexti Decret.* Aret. *in leg. qui abſenti in princ. ff. de acq. poſſ.* Bal. *in leg. humanum in fine, C. de legibus* & latè Felin. *in Rubr. extr. de conſtit.* attamen gratia non niſi per ſcripturam probari poteſt; ita Bal. *in loc. cit. & in leg. ſi qua per calumniam, C. de Epiſ. & Cler.* Abb. *in c. in noſtra de reſcrip.* Cardin. *in proœm. Clement. §. ſane in 5. quæſt.* Felin. *in c. ex diligenti de ſimon.* Aret. Butr. Abb. & Imol. *in c. auditis, extr. de reſtitut. in integr.* Felin. *in rubr. extr. de conſtit.* Bald. *in c. 1. tit. per quos fiat inueſt.* gloſ. *in conſtit. Regni huius ſi dubitatio*, & Affl. *deciſ.* 243. 253. 319. *&* 361. ex quorum dictis clarè conſtat, hanc eſſe communem Doctorum ſententiam, quicquid ſibi dixerit Alex. *conſ.* 101. *lib.* 2. eſt tamen benè verum Principis gratiam poſſe per teſtes declarari, vt eſt text. quem ibi notat Butr. Abb. & Imol. *in d. c. auditis de reſtit. in integr.* optimè Aret. *in leg. gallus §. item credendum, ff. de liber. & poſthum.* Felin. & Dec. *in d. rubr. de conſtit.* item & ſecundò gratiæ qualitas poteſt etiam per teſtes probari, vt puta ſi probare velim gratiam meam ante tuam fuiſſe conceſſam, eſt text. *in c. duobus de reſcript. in* 6 Felin. & Dec. *vbi ſuprà & in d. cap. ex diligenti.* Tertiò & tandem tenor gratiæ poterit pariter per teſtes probari quando ſcriptura, in qua gratia continetur, eſſet deperdita, ad tradita per DD. *in c. olim de priuileg.* &c.

## OBSERVATIO.

CVm deciſis hîc, vt gratia Principis non niſi per litteras probari poſſit, non autem per teſtes, conueniunt Domini de Rota *in deciſ. 27. aliàs* 332. *de reſcript. in nouis*, & *in deciſ.* 458. *aliàs* 20. *in fin. de conceſſ. præben. ſimiliter in nouis*, & alij, quos refert Maſcar. *de probat lib. 2. concl.* 845. vbi *n.* 5. huius dicti aſſignat rationem; nimirum ad hoc vt multa euitentur abſurda, quæ euenire poſſent, ſi adhiberentur probationes per teſtes; apud quos difficillimum, & quaſi impoſſibile eſt ſcire omnem continentiam gratiæ, omnemque formalitatum, licèt non ſit omnino impoſſibile, citat Cad. *in proœm. clement. verſ. nec ſanè* & Rebuff. *in centur. rubr. de mandato Apoſtolico*, §. 1. hoc tamen quoad probandum ſubſtantiam gratiæ, in qua, vt eſt communis ſententia, deſideratur ſcriptura; ſecus verò quoad circumſtantias, ipſiuſque gratiæ qualitates, quas poſſe vtique per teſtes probari, dixerunt Domini de Rot. *cit. deciſ.* 332. *num.* 8. Felin. *in rubr. de Conſtit. poſt num.* 8. Gomez *ad regul. Cancell. in regul. de non indicando iuxta formam ſupplicationis, quæſt.* 13. & alij penès Maſcar. *loco cit. num.* 21. idémque addit *num.* 24. vbi gratia, litteris mediantibus obtenta, amiſſa eſſet, tunc enim probata amiſſione, poſſe per teſtes tenorem litterarum probari, probat Abb. *in c. ex diligenti num. 3. de ſimonia, per text. ſingul. in l. 3. in fin. C. de teſtibus*, & alij per Maſcar. citati *d. num.* 24. *&* 27. vbi addit, circa hoc requiri, quod teſtes deponentes de amiſſione litterarum deponant ſe vidiſſe bullas vitium aliquod non habentes, text. *in c. cum olim il primo, de priuileg.*

Hinc Noſtrates magis communiter dixerunt, quod 2
cùm aſſenſus Regius ſuper alienatione, vel obligatione bonorum feudalium impetrandus ſit gratia, ſcripturam requirit, & per conſequens per teſtes probari non poteſt, qua de re latè per Anna *in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ à num.* 55. vbi alios citat; & quamuis priſcis temporibus hoc ſine controuerſia non proceſſerit; ceſſat tamen hodie omnis contentio, ſtantibus Regiis Sanctionibus, ex quibus agnoſcimus apertiſſimè aſſenſum ſcripturam requiri; ſicque per teſtes probari non poſſe, vt benè aduertit Vrſill. *in additio. ad Affl. deciſ.* 398. *num.* 3. vbi *num. ſeq.* vtile ſatis, & quotidianum proponit dubium; illudque eſt, an ſubſtineri poſſit pactum, quod in dies in inſtrumentis crediti, & debiti apponi ſolet, vt ſolutio debiti per teſtes probari non poſſit, ſed tantùm per ſcripturas; & affirmatiuè per S.C. deciſum fuiſſe teſtatur ſub illis verbis, *Contra quam Ego obtinui in praxi in Sacro Conſilio in quadam cauſa Petri Iacobi ſtella, quod non obſtante, quod fuiſſet demonſtrata ſatisfactio debiti per teſtes; quia tamen fuerat conuentum in inſtrumento, ſatisfactionem non poſſe teſtibus probari, niſi per ſcripturam, maximè exiſtente iuramento, nulla habita ratione teſtium examinatorum, fuit facta condemnatio ad debitum, & deinde fuit facta executio de anno* 1554. Hæc Vrſill. idemque D. Præſ. de Franch.

*deciſ.*

*decis.* 361. *n.* 4. & Dom. Reg. Sanfelic. *decis.* 185. ſecundum quorũ ſententiam his diebus in facto, quod euenit, iudicauimus in Regia Camera, nemine contradicente, quamuis Gasp. Theſ. *in additio. ad Patrem decis.* 260. existimauerit, hoc eſſe Iudicis arbitrio remittendum, quia aliquando ait, hoc pactum poſſe ſustineri, aliquando non.

## ARGVMENTVM.

Fiſcus ſi pro aliqua ſui neceſſitate cogit ſubditum ad ſibi rem aliquam vendendam quodnam pretium ſoluere tenetur, illud forſan iuxta eſtimationem ab expertis faciendam, vel potius aliud maius quod ab altero inuenitur. Statutum ſi diſponeret, vt in venditione prædij vicinus cuilibet emptori præferatur, quodnam pretium exbuſare tenetur, an illud, quod ab emptore fuit oblatum, vel potius illud provt prædium, quod venditur ab expertis æſtimatur; Et quid in venditione feudi, quando Agnatus emptori præferri petit.

## DECISIO CCCCXXXVI.

1 CVm dubitaretur in Collaterali Conſilio ad relationẽ Regię Cameræ, an Regiæ Curiæ pro vſu, & paſcuo Regiæ dohanæ Menc. pecudum Apuleæ liceret omnia particularium perſonarum capere herbagia; & ſi liceret, quodnam pretium pro dictis herbagiis eſſet ſoluendum, an iuſtum, & commune, an verò quod ab aliis reperiretur; conſideratum fuit primò, quod ſi quæreretur an liceret Regiæ Curiæ ex cauſa Reipublicæ capere dicta herbagia, ſeu alia bona particularia, vtputa domum meam ad finem ibi caſtrum, vel mænia Ciuitatis ædificandi & ſimilia, & hoc Principi licere, dummodo pretium ſoluat, ſunt iura *in leg. item ſi verberatam* §. 1. *verſ. item ſi forte, ff. de reiuindic.* & *in leg. Lucius, ff. de euictio. in leg. venditor* §. *conſtat, ff. commun. prædiorum*, & *in leg. quod ſemel, ff. de decret. ab ordine faciendis*, latiſſimè Iaſ. *in leg. Barbarius, ff. de offic. Præſid.* & Felin. *in c. quæ in Eccleſiarum, extra de conſtit.* Sed quodnam pretium ſoluere teneatur, an iuſtum, & commune, an verò illud, quod ab alio reperitur, adhuc ſi eſſet, plus iuſto, non eſt ſine controuerſia; quandoquidem duæ in hoc ſunt inter ſe pugnantes DD. opiniones, altera quod ſolui debeat illud pretium quod ab alio reperitur; ita Ioan.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de emptio. & vendit.* §. *nunc videndum* Bal. *in l.* 2. *C. de reſcin. vendit.* Salic. *in leg. dudum, C. de contrah. empt.* Cuma. Imol. & Aret. *in leg. qui Romæ* §. *cohæredes, ff. de verb. obligat.* Luc. de Pen. *in l.* 1. *C. de metall. lib.* 11. idem Bal. *in cap.* 1. §. *ſed & res* per illum text. *in tit. per q. os fiat inueſt.* ad idem eſt text. *in l. fin. C. de iur. emphyt. & in leg. penul. & fin. C. de locat. prædior. fiſcal. lib.* 10. Contrariam verò ſententiam, nimirum ſat eſſe fiſco, ſiue illi, cui res vigore ſtatuti vendi debet, ſi iuſtum offerret pretium, non autem illud, quod alius fortè ſoluere vellet, dixerunt Angel. & Paul. de Caſtr. *in d. leg. qui Romæ* §. *cohæredes*, & facit gloſ. *in l.* 2. *C. de reſcin. vend.* bonus text. *in l. ad officium in fin. C. commun. diuidun.* Sed pro opinionum conciliatione Alex. Imol. Socc. & Iaſ. *in d.* §. *cohæredes*, quæſtionem reſoluentes diſtinguunt; veram eſſe Ang. & ſequacium ſententiam, quod vbi lex, vel ſtatutum aliquem ſimpliciter ad rem ſuam vendendam cogit, vt iuſtum pretium, & commune ſolui debeat; non autem illud, quod alius ex ſua affectione offerre vellet; contrariam verò benè precedere, quoties lex, vel ſtatutum diſponeret, quod quis in oblatione, ſeu venditione rei alteri præferatur, vel vt cogar ego potius conſorti, ſiue proximo rem meam vendere, quam extraneo, vt in hoc caſu illud dicatur iuſtum pretium, quod ab alio reperitur; In caſu autem de quo agebatur fuit iudicatum, quod pro illis territoriis, qui tempore Regis Alphonſi, ſeu Ferdinandi primi capta non reperiebantur; ſed aliorum Regum, nimirum Regis Frederici, Regis Catholici, & Caroli Cæſaris, vel quæ nunquam fuerunt pro vſu Regiæ dohanæ capta, ſoluendum eſſe pretium, quo herbagia eo anno, quo de his agebatur vendita fuère in annis verò ſequentibus, illud pretium forè ſoluendum, quo herbagia per expertos deputatos appretiarentur; quò verò ad illa territoria, quæ fuerunt capta pro vſu dohanæ tempore Regis Alphonſi primi, compertum fuit bis, vel ter fuiſſe prouiſum, illud pretium forè ſoluendum, quod tunc ſoluebatur; idemque fuit deciſum pro herbagiis captis tempore Ferdinandi primi, dummodò illa ſaltem bis, vel ter capta reperirentur, quia prouiſiones per Regem illum emanatas de herbagiis capi ſolitis loquebantur; & ſolitum dicitur quod bis vel ter eſt continuatum, eſt text. & ibi gloſ. *in leg.* 1. *C. de Epiſc. aud.* benè Salic. & Aret. *in Authen. ſed nouo iure C. de ſeru. fugit.* Et cum dubitaretur, an ſub territoriis tempore Alphonſi primi, Ferdinandi primi captis compræhenderetur defenſa Marchionis Lauelli, quæ dicebatur *de Stringhetto.* Pro fiſco iudicatum fuit; ſed reclamante Marchione, in deciſione reclamationis, diuerſa fuerunt vota circa partem territorij, quæ erat cauſa ſeminandi re-

linquenda, etenim omnes fuerunt concordes, defenſam pro paſcuo dictæ Regiæ Dohanæ capi, poſſe; ſed quæ pars pro ſemine deſerenda eſſet, tria vota fuère, quod de tribus partibus, vna relinqueretur, alia tria; quod dimidia pars remaneret pro vſu Regiæ dohanæ; aliaque dimidia pro ſemine, & in hanc partem Illuſtris Dominus locumtenens generalis inclinauit, &c.

---

## OBSERVATIO.

1 HOdie hoc iure vtimur, nimirum, vt quando Regia Curia pro aliqua ſua neceſſitate cogit ſubditum ad ſibi rem aliquam vendendam, pretium ſoluit iuxta æſtimationem, quæ fit de re illa, ab expertis, quos Tabularios in hac Ciuitate appellamus, quamuis alius inueniretur, qui meliorem offerret conditionem; in articulo autem generali, ſi ſtatutum diſponeret, vt in venditione predij vicinus cuilibet emptori præferatur, quodnam pretium hic vicinus exburſare teneatur, an illud, quod ab emptore fuit oblatum, vel potius illud, provt prædium quod venditur ab expertis, exiſtimabitur, in hoc dubio apud nos diſtinguendum eſt, inter Ius Conſtit. *ſancimus*, quæ in Regno legem facit generalem, & Conſuetudinis huius Ciuitatis, quæ incipit *Si quis emit ſub tit. de iure congrui*, vt in primo caſu illud pretium teneatur exburſare vicinus, quod ab extraneo emptore fuit oblatum, ita authoritate Bal. *in l. 2. circa finem C. de reſcin. vendit.* docet Marant. *diſput. 8. num. 16.* vbi ſic loquitur. *Dicitur autem iuſtum pretium illud, quod reperitur ab extraneo; vnde dato, quod ſecundum communem æſtimationem res valeat decem, ſi tamen alius offerat quindecim, illud pretium oblatum dicitur iuſtum, & illud tenetur offerre vicinus in iure congrui obtinendo, quia venditor non debet eſſe in damno, ita pulchrè in terminis noſtris tenet Bal. &c.* idemque affirmarunt Vinc. Maxilla *ad conſuet. Bare. in tit. de iure prothomiſ. §. venditor num. 5. circa finem*, ibi, *Quod ceſſante fraude inter emptorem, & venditorem vicinus debet dare quantum offertur ab emptore, etiam ſi ſit pretium exceſſiuum, &c.* Proſper. Rendell. *in tract. de iure prothomiſ. in verb. iuſtum pretium num. 6. fol.* 137. & in terminis conſimilis ſtatuti Matthæus Brun. *in tract. de ceſſ. bonor. q. 23. principali, num.* 4. & per hæc verba. *Si verò ſtante ſtatuto quod cognatus præferatur, & extranei rem pro maiori pretio, quam res valet accipere vellent; cognatus verò, pro pretio ſolùm, quod valet extranei cognato præferuntur non è contra ſecundum Bal. in l. 2. col. fin. verſ. ſed hic occurrit dubium. C. de reſcin. vendit. quia non eſt quis gratioſe contrahere compellendus; ſed pro pretio quantiplurimi reperitur, dummodo ſine fraude, & colluſione fiat, &c.* idemque Steph. Gratia. *diſcept. forenſ. lib. 5. cap.* 978. *num.* 15. ſub illis verbis. *Si verò eſſet ſtatutum præferens cognatos, illis datur prælatio dummodo extranei plus non offerant, ſemota tamen fraude; & colluſione, &c.*

2 In ſecundo verò caſu, & ſic in terminis conſuetudinis noſtræ *ſi quis emit*, eſt nimis clara littera text. vt illud pretium ſit ab emptore exburſandum, quod Tabularij declarabunt; & ſic iuxta æſtimationem expertorum; non autem pretium ab emptore oblatum; ſed circa hoc non modica ſuborta fuit quæſtio, ſi moto iudicio ſuper retractu diù fuerit inter Partes in S. C. vel in M. C. lis habita, & demùm pro vicino terminata, num ſit ſoluendum pretium, provt res, quæ retrahitur, valebat tempore venditionis, vel petitionis, ſiue litis conteſtatæ, vel potius provt nunc valet tempore exequutionis ſententiæ? ſuper qua quæſtione cùm diuerſę ſecundum temporum varietatem imo contrariæ noſtri S. C. ſubortæ eſſent deciſiones factum eſt, vt de ordine ſpectabilis Præſidis. S. C. pro articuli vera determinatione habenda omnes quatuor Aulæ vnirentur, quibus, & tandem iunctis, ſub die 2. Octobris 1623. prodiit deciſio per modum legis condendæ, iuxta opinionem D. Præſ. de Franch. *deciſ. 396. num.* 4. nimirum vt illud pretium ſit ſoluendum provt res, quæ retrahitur nunc valet tempore exequutionis ſententiæ; videtur Dom. Reg. Rouit. *deciſ. 24. per totam* vbi in fine decreti generalis verba imprimi curauit.

In retractu verò ſiue prælatione, quæ in venditio- 3
ne feudi competit Agnato ex diſpoſitione text. *in c. 1. §. ſed etiam res, per quos fiat inueſt. in c. 1. §. porro, qui d. olim. pote. feud. alien. & in c. 1. §. Titius ſi de feud. defun.* &c. an ſit ſoluendum pretium, quod ab extraneo emptore fuit oblatum, vel potius illud, iuxta feudi æſtimationem ab expertis faciendam, maxima controuerſia eſt; ſunt enim qui putarunt, illud pretium teneri agnatum prælationem petentem exburſare, quod ab expertis, facto feudi appretio, declarabitur; idque attenta diſpoſitione dictorum iurium, in quibus diſponitur, in feudi venditione præferri agnatum, dummodo ſoluat æquale pretium, quod intelligitur pretium iuſtum, ideſt rei adæquatum, quod nec rem excedit, nec ab illa exceditur, & ſic æqualitas ſit reſpectu rei, hoc eſt inter rem, quæ diſtrahitur, & pretium, quo emitur, videantur Dom. Reg. Tap. *dec. 57. per totam*, & D. Præſ. Lanar. *in addit. ad d. Reg. Patruum in d. §. ſed etiam res à num. 46. vſque ad 73.* vbi pro hac opinione plures S. C. refert deciſiones. Alij verò exiſtimarunt ita demùm poſſe Agnatum prælationem pretendere, & obtinere, dummodo tantum ſoluat quantum extraneus emptor ſoluit, ſiue ſoluere obtulit, ita verbis expreſſis ſcripſerunt And. *in d. §. porro num. 2.* gloſ. *in d. §. ſed etiam res in verb. proximiori verſ. hic ergo dicitur:* Præpoſit. *ibidem ſub num.* 1. Federicus Schench. *num.* 3. & Laudenſ. *num.* 2. Curt. iun. *de feud. par. 4. in rubrica quib. cauſ. feud. amitt. num. 152. & ſeq.* Schrader. *de feudis par. 8. cap. 7. quæſt. 1. num.* 6. Roſcatell. *de feud. cap. 9. concluſ. 86. num.* 3. Miſing. *ſing. obſer. cent. 4. obſer. 85. num.* 3. Canñet. *in c. volentes, §. proſpexit, in princ. fol.* 197. Dom. Reg. de Pont. *de feud. lect. 17. num.* 4. Piſtor. *quæſt. iur. lib. 1. quæſt. 12. n. 1. & 9.* Theodor. *alleg.* 92. Dom. Reg. Capic. Latr. *conſult. lib. 1. conſult. 27. num.* 2. Dom. Reg. Sanfelic. *deciſ.* 162. quos omnes refert, & ſequitur Dom. Conſil. Marcian. *diſputat. lib. 1. diſput. 38. num.* 6. vbi addit, & prudenter, niſi intercederet fraus, & oblationes eſſent animoſæ od finem fraudandi agnatum prælatione, provt fuit in cauſa Marchioniſſæ Vaſti, vt per Dom. Reg. Tap. *loc. cit.* in qua aderat oblatio animoſa Principis Conchæ, & in cauſa Iuliæ Nouæ vbi aderat oblatio Marchionis Gorati ducatorum nonaginta millium, dum appretium Ducatos triginta mille non excedebat.

## ARGVMENTVM.

Salarium integrum an debeatur Officiali impuberi, qui officium per ſubſtitutum exercuit, dum tempore collationis officij, nulla de illius minori

ætate

ætate habita fuit notitia. Princeps conferens aliquod officium inhabili, ſciens, illum eſſe talem, an ſic cenſeatur cum eo diſpenſare; Et quid in Papa, vel Epiſcopo incapacem ad ordines ſuſcipiendos ſcienter promouentibus.

## DECISIO CCCCXXXVII.

1 CVM quidam Matthæus Pellegrinus officium, quod tenebat Secreti Terræ Scaleæ filio ſuo impuberi renunciaſſet, ſupponebatur, hunc renunciatarium per ſubſtitutum adminiſtraſſe; & quia Salarium nunquam ſibi ſolutum apparebat, egit ille in Regia Camera, vt ſibi ſolueretur; ſed opponente generali Regni huius Theſaurario, quod tempore collationis officij in perſonam dicti impuberis nulla de ætate fuiſſet facta merito; & per hoc Salarium non deberi; dubitatum fuit quid iuris?

2 Pro parte negatiua conſiderabatur, impuberem publici officij cum adminiſtratione incapacem eſſe *leg. ad Rempublicam, ff. de muner. & honor. leg. quidam conſulebant, ff. de re iudic.* facit text. *in leg. fin. C. de teſtam. milit.* & licèt dicamus poſſe Principem ad officium exercendum inhabilem, habilem facere, vt eſt text. *in d. leg. quidam conſulebant & in leg. idem Vulpianus, ff. de excuſat. tutor.* tamen oportet quod Princeps ſciat, illum eſſe inhabilem; quia tunc officium ei conferens cenſetur cum eo diſpenſare, vt probant iura modò allegata, & DD. *in leg. Barbarius, ff. de offic. Præſ.* benè Aret. *in cap. 1. de reſcript.* vbi allegat text. & ibi Bar. *in leg. ſi patronus, ff. de confirm. tuto. & in l. 1. C. qui, & aduerſus quos,* licèt contrarium dicamus in eo, qui eſt Principe inferior; is enim & ſi diſpenſandi poteſtatem habeat, & inhabilitatis ſcientam calleat; non tamen videtur cùm eo diſpenſare, niſi ſummaria cauſæ cognitio præcederet, ita Innocent. & Canoniſtæ, *in cap. veniant, extra de filiis Presbit. & in c. diuerſis fallaciis, de cleric. coniugat.* Imo. & DD. communiter *in d. leg. quidam conſulebant*, Iaſ. *in de leg. Barbarus*, vbi dicit, quod quando inhabilis, & ſic impubes ad officium eſt promotus, licèt poſtea pubes ſit factus; non propterea actus ille à principio nullus conualeſcet; idemque Bar. *in leg. impuberem. C. ad leg. Cornel. de falſ.* Sed dubitabatur an ſaltem hoc ſalarium ſubſtituto, qui officium exercuit deberetur? & hoc ratione perſonalis ſeruitij, quod adhibuit, fuit allegatus text. *in leg. Titio* vbi Bar. latè *ff. ad municip.* per quem Bal. *in leg. non dubium in 56. oppoſit. C. de legibus.* dixit quod quis meretur ſalarium ex officio etiam falſo ratione laboris, quem ſubſtinuit; idemque Iaſ. *in d. leg. Barbarius*, quamuis ibi contrarium ſcripſerit Alber. ideoque in caſu propoſito dicebatur deberi ſalarium; ſed illud, quod ſubſtituto ratione laboris dari ſolet, non autem integra prouiſio, quæ proprietario debetur, &c.

---

### OBSERVATIO.

AD confirmationem illius concluſionis, vt Princeps conferens aliquod officium inhabili, ſciens illum eſſe talem, quod cenſeatur, cum eo diſpenſare, vltra Iura, & DD. hîc à D. Regente allegatos, videndus eſt text. *in c. 1. §. perſonam, per quos fiat inueſtit. in vſib. feudor.* vbi ſeruus, qui aliàs ad feudum tenendum eſt inhabilis, ſi Princeps illum inueſtiet, ſciens eius conditionem, legitimè dicitur inueſtitus, & Bal. *in leg. eam quam num. 39. C. de fideicom.* quærens nùm filius naturalis feudorum ſucceſſionis incapax poſſit patri ſuo in feudo ſuccedere, ex quo Princeps inueſtiens patrem de feudo vocauit eius filios natos, & naſcituros, ſciens conceſſionarium non habere, niſi filium naturalem, affirmatiuè reſpondet; idemque Præpoſ. *in c. 1. §. naturales num. 4. in fin. in tit. ſi de feud. defun. conten. ſit &c.* & ſatis benè Oct. Bammacar. *ibidem num. 106. cum ſeqq.* vbi huius dicti triplicem aſſignat rationem, & Primò quia ſcientia Domini auget effectum, qui propter ignorantiam deficeret, *arg. leg. ſi quis ita de teſtam. tutel.* Nec repugnat natura feudi, quando naturalis inueſtitur, ſi Dominus eius ſciret conditionem; Secundò quia verbum illud, *Natos*, in alio verificari non poteſt, quàm in naturali, ergo ille ſuccedit, ad text. *in leg. hæredibus, §. fin. ff. ad S.C. Trebelle.* Tertiò quia Princeps ex certa ſcientia gratiam conferens videtur incapacitati diſpenſare, *leg. quidam conſulebant, ff. de re iudic.* ergo naturalis in caſu prædicto ſuccedit, quia Dominus concedens videtur incapacitati diſpenſaſſe. 1

Idemque dixerunt Canoniſtæ in incapace ad ordines ſuſcipiendos, vt ſi Papa, vel Epiſcopus ſciens, aliquem eſſe incapacem, quia naturalem, vel ſpurium, ordines ei conferat, videtur per hoc promouendo illegitimationi diſpenſaſſe, quamuis verbis expreſſis diſpenſationem non conceſſerit, videantur Doctores relati à Grammat. *deciſ. 81. num. 8. & 9.* Rebuff. *in prax. benefic. tit. de diſpenſ. ex defect. natal. n. 9.* ſub illis verbis *Cæterùm requiritur quod Epiſcopus ante collationem beneficij vel tonſuræ diſpenſet cùm hoc illegitimo alias non valebit actus, nec conferendo videtur diſpenſare DD. in d. c. 1. quod ſecus eſt in Papa, niſi Epiſcopus hoc ſciuerit,* &c. Viuianus *tract. de iur. patron. par. 2. lib. 6. cap. 4. num. 37.* Ego ipſe *reſol. iur. lib. 1. cap. 168. num. 16.* 2

## *ARGVMENTVM.*

Immunitas à muneribus patrimonialibus conceſſa patri duodecim filiorum numero onuſto, nùm eidem proſit reſpectu onerum per Vniuerſitatem cōtractorum priuſquam exemptio hæc ſuperueniret. Bona laicorum ad Clericos hæreditario ti-



Digitized by Google

tulo peruenta nùm obnoxia ſint pro collectis ſoluendis reſpectu debitorum contractorum tempore quo poſſidebantur per Ciues laicos.

## DECISIO CCCCXXXVIII.

DVBITABATVR an immunitas cōceſſa patri duodecim liberorū de qua *in l. ſi quis decurio pater. C. de decurio. lib.* 10. extendatur ad munera iam impoſita, ſiue ad debita per Vniuerſitatem antea contracta?

1 Et per Regiam Cameram, nemine contradicente, fuit deciſum, quod non extendatur, per text. *in leg. ſemper.* §. *hoc circa, ff. de iur. immun. & in l.* 2. §. *qui ad munera, ff. de vacatio. & excuſat. muner.* Nec verum eſſe dicebatur, quod quidam Aduocatus Calaber allegabat, nimirùm iura prædicta in muneribus perſonalibus procedere, ſecus in realibus, quia benè perpenſis, de vtroque munere loquuntur, & ita in terminis gloſ. *in leg. negotiantes C. de excuſat. muner. lib.* 10. idemque ibi Ioan. de Plat. & expreſſius Bar. quem omnes ſequuntur *in leg. incola verſ. quamuis*, & etiam gl. *ff. ad Municipal.* Bal. *in l. penul. C. de fideicom.* vbi dicit quod ſi forenſibus collecta impoſita fuerit, illorum vno ciue effecto, non proterea erit ille exemptus, quia poſtquam ſemel vt forenſis obligatus fuerit, non per hoc effecto Ciue à collecta iam impoſita eximitur; ex cuius dicto deſumitur manifeſtè ſuperuenientem immunitatem à debito iam contracto non excuſare, idemque Ioannes de Plat. *in l.* 1. *C. de incol. lib.* 10.

## OBSERVATIO.

1 DEciſio eſt in terminis, vt immunitas conceſſa patri duodecim filios habenti ex diſpoſitione *leg. ſi quis decurio C. de decurio. lib.* 10. eidem non proſit reſpectu onerum per vniuerſitatem contractorum priuſquam exemptiò hæc ſuperueniret iuribus, & Doctoribus hîc citatis; quibus ad confirmationem addo Ioan. Franch. Rip. *in leg. ex facto num.* 17. *ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* quo loci ex diſpoſitione text. *in l.* 2. §. *qui ad munera hîc cit.* concluſionem firmat, quod quemadmodum numerus liberorum deficiens patri non nocet quoad immunitatem adeptam, ita & numerus liberorum ſuperueniens quoad munera ſuſcepta ei prodeſſe non debet, & hoc, vt idem operetur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito, ad text. *in leg. fin.* §. *ſi filius, ff. de lega.* 3. *& in c.* 2. *de conſtit.* idemque Dom. Reg. Conſtant. *in d. l. ſi quis decurio num.* 11. *&* 12. vbi *num. ſeq.* notat in dies per Regiam Cameram prouiſiones expediri, vt pater duodecim liberorum non gaudeat immunitate quoad æs alienum contractum ante huius immunitatis acquiſitionem, & ad hoc eo magis confirmandum allegat dicta per Franc. Viuium *in addit. ad eius deciſiones in deciſ.* 88. *num.* 10. vbi refert per Regiam Cameram deciſum, laïcorum bona ad Clericos hærcditario titulo peruenta obnoxia eſſe pro collectis ſoluendis reſpectu debitorum contractorum tempore quo poſſidebantur per Ciues laïcos, ſic loquitur Viuius: *Prout ita itidem in facti contingentiâ prouiſum, deciſumque extitit in Regia Camera ſummaria ſub die* 11. *Septembris* 1591. *ſuper differentia orta an bona, quæ poſſidentur per Presbyteros, & Clericos Regni peruenta per hæreditatem, & ſucceſſionem eorum Patrum, fratrum, & aliorum Ciuium laïcorum debeant contribuere in ſolutionibus, & pagamentis Vniuerſitatum reſpectu Debitorum per eaſdem Vniuerſitates contractorum tempore, quo dicti laici viuebant, & poſſidebant bona, non exiſtentibus bonis ipſis in ſpecie obligatis; recognitis aliquibus prouiſionibus ſuper hoc alias per Regiã Camerã ipſam expeditis, diſcuſſoque negotio in banca eiuſdẽmet Regiæ Cameræ, referente Excellente milite V. I. D. Domino Tiberio Coppola Præſidente dictæ Regiæ Cameræ, fuit prouiſum, & decretum, quod dicta bona hæreditaria laïcorum peruenta ad Clericos debeant contribuere in ſolutionibus & pagamentis Vniuerſitatum impoſitis, & imponendis ex cauſis debitorum contractorum tempore quo poſſidebantur per dictos Ciues laïcos non obſtante quod bona ipſa non fuerint in ſpecie obligata, ſed generaliter, cum ſic pro quantitate, quæ conſequi debetur ab ipſis bonis exequatur ſuper eiſdem bonis.* Hæc Viuius; cuius tamen dicta Ego intelligo vt Vniuerſitas in hoc caſu pro præciſa coactione adire debeat Iudicem Eccleſiaſticum competentem & coram ipſo inſtare vt clericus cogatur ad ſoluendum id, quod de iure pro debitis contractis teneretur laïcus, cui ſucceſſit, ſi viueret, vt non aliter, ad tradita per Rot. *in vna Brunduſina gabellæ ſub die* 13. *febr.* 1604. *coram Reuerendiſſimo Patre Pegna, num.* 9. quam nouiſſimè impreſſam habemus *in deciſ.* 42. *p.* 2. *in poſthum. Farinac.* & vide ſcripta per Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19.

## *ARGVMENTVM.*

Immunitas alicui Vniuerſitati conceſſa ab omnibus oneribus tàm ordinariis, quàm extraordinariis, nùm extendi poſſit vt non teneatur ad ſolutionem gabellæ pro mæniarum contructione, & militum hoſpitatione impoſitæ. Clerici an ſint immunes reſpectu contributionis ad refectionem pontium, viarum, & mæniarum. Et de aliis.

## DECISIO CCCCXXXIX.

COncessa immunitate Villis Foriæ Ciuitatis Capuæ ab omnibus oneribus tam ordinariis, quàm extraordinariis Ciuitas illa, hac immunitate non obſtante, prætendebat habitatores dictarum Villarum cogere ad ſoluendum gabellas pro meniarum conſtructione, & militum hoſpitatione impoſitas, fuit dubitatum quid iuris?

Et per Regiam Cameram fuit pro Ciuitate

te deciſum, nulla de allegata immunitate ratione aliqua habita, eo tento pro indubitato, caſum propoſitum in priuilegio prædicto non compræhendi ad notata per DD. *in leg. placet & in leg. ad inſtructiones C. de ſacroſ. Eccleſ.* in quibus iuribus cautum eſſe comperimus Clericos ab omnibus, & quibuſcunque muneribus, tam ordinariis, quàm extraordinariis immunes eſſe; & tamen ſecus quoad impoſitiones, quæ fiunt pro murorum, & pontium conſtructione, id quod DD. communiter, præſertim Aret. *in dictis iuribus notant*, ad idem eſt text. *in l. 1. & fin. C. de quibus muner. vel præſtatio. nemini liceat ſe excuſ. lib. 10.* vbi habetur quod habitantes in domo Principis, licèt immunitatem habeant ab omnibus muneribus, prout eſt etiam text. *in leg. negotiantes C. de excuſat. muner. lib. 10. & in leg. ſemper § magiſtratus, ff. de iur. immunit.* nihilominus à pontium, & murorum conſtructione non excuſantur; hinc Ioan. de Plat. *in d. leg. negotiantes, & in d. l. 1. C. de quibus muner.* &c. animaduertit immunitatis priuilegium à publicis muneribus alicui conceſſum, illam tacitam in ſe continere conditionem, vt ad munera, & functiones, à quibus nemo excuſatur, non extendatur; & in ſpecie ab hoſpitum receptione, idem Ioan. de Plat. firmauit *in leg. euacuata C. de decurio. lib. 10. & in l. 1. C. ne opera à collat. exigantur, eod. lib. & in l. 2. C. de muner. patrio. eodem*, Vnde &c.

## OBSERVATIO.

1 Hic habemus per Regiam Cameram deciſum, vt immunitas alicui Vniuerſitati conceſſa ab omnibus oneribus tam ordinariis, quàm extraordinariis, nullo pacto extendi poſſit, vt non teneatur ad ſolutionem alicuius gabellæ pro mæniarum conſtructione, ſiue refectione impoſitæ. Tu modò ad confirmationem vide Dom. Reg. Moleſ. *in tit. de excuſatio. iur. fiſcal. quæſt. 7.* vbi ſimiliter per Regiam Cameram deciſum refert, Vniuerſitates Regni à functionibus fiſcalibus immunes, à mæniarum refectione immunes non cenſeri; & in *quæſt. ſeq.* per idem ſupremum Tribunal determinatum affirmat, vt immunitas conceſſa ab oneribus ordinariis, & extraordinariis quibuſcunque, etiam imponendis, caſum vrgentiſſimæ neceſſitatis non compræhendat, probatur ex text. *in l. 1. C. vt nemini liceat in emptio. ſpecier. ſe excuſ. lib. 10. & in leg. iubemus* vbi Bal. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* vbi caſus maximæ neceſſitatis ſub quauis etiam maxima immunitate non veniunt; ſicque ſcripſiſſe Dinum, Cyn. Alber. Salicet. Alex. Rip. & Socc. *in l. ſi ex toto ff. de lega. 1.* Ioan. Andr. *in additio. ad ſpecul. in tit. de cenſib. § 2. verſ. ſciendum eſt* Felin. *in cap. cauſam quæ num. 17. de reſcriptis*. Pariſ. *conſ. 68. num. 14. lib. 1.* iſtamque communem eſſe opinionem affirmat Iaſ. *in d. leg. ſi ex toto num. 8. & 12.* Rip. *num. 17. & in tract. de peſte in tit. de remediis ad conſeru. vber. n. 231.* Curt. iun. *conſ. 61.* Boſſ. *in pract. crimin. in tit. de Principe num. 140.* Cepoll. *cautela 63.*

2 Ad confirmationem autem alterius Concluſionis hîc firmatæ, ex text. *in leg. placet & in leg. ad inſtructiones, C. de ſacroſ. Eccleſ.* nimirum vt Clerici ab omnibus muneribus immunes, tales non cenſeantur reſpectu contributionis ad refectionem pontium, viarum, & mæniarum, videndi ſunt ex recentioribus Auenda. *de exequen. mandat. par. 2. cap. 3. n. 6. & cap. 14. num. 19.* Alphonſ. Viual. *in Candelabro aureo par. 2. in explicat. Bullæ in cæna Domini caſ. 5. num. 45.* Tolet. *in ſum. lib. 1. cap. 29.* Ceuall. *commun. contra commun. quæſt. 414. & 896. num. 617.* Flores de Men. *var. quæſt. lib. 12. quæſt. 11. num. 213.* Steph. Quara. *in ſum. Bull. in verbo priuilegia.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 13. quæſt. 8. & par. 2. lib. 10. cap. 7. quæſt. 9. verſ. hinc ſoluitur*, Mart. *de iuriſd. par. 4. caſ. 1. n. 24. & caſu 9. per totum*, Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. tom. 3. diſp. 672. n. 4. & 5.* Thom. Valaſc. *alleg. 47. num. 20.* Nicol. Garz. *de benef. p. 2. c. 3. n. 12. & ſeq.* Bonac. *de cenſur. in bulla cænæ diſp. 1. q. 19. puncto 5. § 3. n. 15.*

Eſt tamen verum quod in caſu prædicto, & in omnibus aliis in quibus Clerici cùm laicis contribuere tenentur, ſi erunt renitentes pro compulſione ad Iudicem Eccleſiaſticum competentem eſt recurrendum, prout diximus *in obſer. ad deciſ. præcedentem*, & ita vno ore faſſi ſunt DD. quos citat Carol. de Graſſ. *de effect. Clericat. eff. 3. n. 196.* Steph. Gratia. *diſcept. forenſ. cap. 16. num. 21. & 25.* & Ioan. Maria Bellettus *diſquiſ. Clerical. par. 1. de exceptio. Cleric. & eorum bonor. à muner. publ. § 2. num. 9.* 3

## ARGVMENTVM.

Officium ſiquis acquiſierit cum facultate nominandi ſibi vnum hæredem, aut ſucceſſorem, tam in vita, quàm in morte, ſi ob delictum eo priuetur, an poſt condemnationem facultate hac nominandi vti valeat, itavt nominato facta nominatio proſit. Hæres an pro criminibus peculatus de reſiduis, & repetundarum per defunctum commiſſis conueniri poſſit, adhuc lite cum defuncto non conteſtata. Et de aliis.

## DECISIO CCCCXL.

Existente carcerato Magnifico Don Michaële de Soria ob malam adminiſtrationem in officio Perceptoris Prouinciæ Principatus citra commiſſam, ac tandem ad officij priuationem, & ad quinquennalem deportationem condemnato, priuſquam ſententia publicaretur fuit ille grauiſſima preſſus infirmitate; & cùm teſtamentum condere voluiſſet, quia nominandi ſibi in officio prædicto vnum hæredem facultatem habebat, huius facultatis vigore Don Antonium eius filium nominauit, & è viuis deceſſit; vnde inſtabat hic, adminiſtrationem dicti officij ſibi vti à Patre nominato concedi, contradicebat 1

fiſcus, quocirca quid iuris dubitatum extitit.

2 Relata hac cauſa per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege, communi omnium voto pro fiſco pronunciatum fuit. Ratio deciſionis fuit primò quia tempore conditi teſtamenti erat iam lata priuationis ſententia, quamuis non promulgata; vnde non poterat ſic condemnatus de officio prædicto aliter diſponere, iuxta notata per Bar. *in leg. poſt contractum, ff. de donatio.* Secundò quia in caſu propoſito mors delictum non extinxerat; ſicque poterat contra hæredem procedi hic eſt text. *in leg. fin. C ad leg. Iul. pecul.* vbi in crimine peculatus de reſiduis, & repetundarum iudicium contra hæredes inſtitui poteſt, ex eo quod principaliter de cauſa pecuniaria tractatur, & cùm non niſi de officij priuatione ageretur, cuius cauſa ciuilis dicitur, vt notat expreſsè Aret. *in rubr. extra de iudic. in fine*, vbi allegat Bar. hoc idem tenentem *in l. 1. §. damus, ff. de ſuſpect. tutor.* per text. *in l. 3. §. tutor ff. eod.* conſequenter benè poterat ciuiliter contra hæredem agi.

3 Præterea dicebatur quod quando reus delictum commiſiſſe faxus eſt, tunc illius morte crimen illud non extinguitur; ſed benè ad hæredes tranſit, notat Bar. *in l. 1. ff. de delict. defun.* Vnde cum in caſu propoſito malam officij adminiſtrationem Don Michaël Pater confeſſus erat, ergo; idemque quando eſt in cauſa concluſum; ſed in caſu propoſito nedum erat concluſum; ſed ſententiatum, ergo.

4 Vlterius conſiderabatur quod quando bona ob delictum patratum ipſo iure fiſco quæruntur, morte non extinguitur delictum, notant Bal. Ang. & Imol. *in leg. qui à latronibus §. 1. ff. de teſtam.* ſed in caſu de quo agebatur Officium ipſo iure fuit Regiæ Curiæ quæſitum, ergo poterat de delicto poſt delinquentis mortem cognoſci; probatur; nam cum officium prædictum fuerat in perſonam d. Don Michaëlis collatum, donec & quouſque fideliter, & legaliter ſe geſſerit, dum demum delinquit, fuit eo ipſo iure priuatus; hæc enim dictio, *donec, quouſque, quãdiu*, conditionem importat. Aret. *in leg. ſi quis poſthumos, §. ſi filium, ff. de liber. & poſthum. & in leg. quod meo, ff. de acq. poſſ.* Paul. de Caſtr. *in leg. ſeruitutes, la grande, ff. de ſeruitut.* vbi allegat text. *in leg. pater ſeuerinam §. fin. ff. de condit. & demonſtrat.*

## OBSERVATIO.

1 Similis caſus, de quo in hac deciſione contigit in perſonam quondam Notarij Iulij Cæſaris Guadagni, qui poſt ſententiam condemnatoriam, qua mediante, officio Notarij Regiæ Curiæ priuatus extiterat & ad quinquennalem relegationem damnatus, Dominicum filium in eiuſdem officij ſucceſſorem nonominauit; idque vigore facultatis quam à Domino noſtre Rege habebat nominandi ſibi ſucceſſorem in officio prædicto; quare prætendebat hic filius vigore nominationis ad ſui beneficium factæ, officij venditionem iam ordinatam impedire; quo factum fuit, vt diſputaretur, an habens officium à Rege, ac etiam facultatem nominandi vnum hæredem, vel ſucceſſorem, tam in vita, quam in morte, ſi ob delictum eo priuetur, an inquam poſt ſententiam condemnatoriam facultate hac nominandi vti valeat, itavt nominato proſit? Et per plura à Dominis Iudicibus delegatis fuit determinatum, quod pro exequutione ſententiæ priuationis procederetur ad venditionem dicti officij in beneficium Regiæ Curiæ, oppoſitis, & allegatis per Dominicum nominatum non obſtantibus, ſic atteſtante Dom. Scip. Rouit. qui fiſci iura tutatus fuit *in conſ. 104. & 106. lib. 2.* & nos diximus ſupra *in obſer. ad deciſ.*

Quò verò ad aliam Concluſionem hîc firmatam, 2
vt in crimine peculatus de reſiduis, & repetundarum, iudicium contra hæredes inſtitui poſſit, pro pleniori huius axiomatis intelligentia videnda ſunt ſcripta per Me *lib. 2. reſo. iur. cap.* 244. quo loci *num. 3.* ſuppoſui primò, indubitati iuris eſſe, per mortem Delinquentis delictum vnà cum pœna extingui, *leg. defuncto, & l. 3. ff. de public. iudic.* Et hoc nedum reſpectu pœnæ corporalis; ſed etiam pecuniariæ fiſco applicandæ, vt per gloſ. *in d. l. 3.* Cald. poſt Bar. Alber. Ang. & Imol. quos allegat *in repetitio. l. vnica C. ex delict. Defun. in 3. par. relect. in princ.* Vnde vt in delictis publicorum iudiciorum contra hæredes agi poſſit; opus eſt, vt cum Defuncto ſit lis conteſtata, & condemnatio ſequuta provt eſt text. *in leg. ex iudiciorum 20. ff. de accuſat. & in l. defunctis & in l. fin. C. ſi reus, vel accuſat. & in leg. vnica C. ex delictis defun.* Vaſq. *contro. illuſt. cap. 96. num. 25. in 4. & 5.* limit. Gomez. *var. reſol. in tit. de delict. cap. 1. n. 78. cum ſeqq.* Cald. *in d. leg. vnica p. 5. n. 20.* & alij.

Eſt tamen verum dixi ſecundo, quod hæc omnia 3
limitantur in crimine peculatus repetundarum, & de reſiduis, in quo adhuc reis defunctis, contra eorum hæredes agi permittitur, provt ſunt iura *in d. l. ex iudiciorum* & *in l. 2. ff. & C. ad leg. Iul. repet. & in leg. in heredem, ff. de calumniat.* At hoc addidi non eſſe perpetuum, ſed reſtringi, vt in crimine repetundarum non vlterius permittatur, quam ſi intra annum, & in peculatu intra quinquennium à die mortis delinquentis rei actio inſtituatur, provt expreſsè diſpoſitum eſt *in d. l. 2. ff. ad l. Iul. repet.* vbi gl. Bar. & cæteri omnes Peregr. *de iure fiſci lib. 4. tit. 5. num. 31. verſ. quintus caſus.* Cald. ſatis benè *in repet. d. leg. vnica par. 4. num. 32. & par. 5. num. 16. & 26.* Martinez *in dialogo relator. lib. 3. cap. 25. num. 10. verſ. pœna locum habet*; optimè Dom. Reg. Moles *in deciſ. 8. in tit. de pœnis, quibus tenentur official. qui pecun. fiſcal. retinent.* vbi ſic loquitur, *Si autem Officialis defunctus inquireretur de crimine leg. Iul. repetundar. vel peculatus, vel de reſiduis, tunc heres etiam, quo ad ipſum nihil peruenerit, & etiam, lite cum defuncto non conteſtata, quia ita particulariter eſt diſpoſitum in iis delictis, vt etiam in crimine laſa maieſtatis vt notat gloſ. in l. 1. C. ex delict. defunctorum per text. in l. ex iudiciorum, ff. de accuſat. in leg. fin. ff. ad l. Iul. repet. & in leg. in ſenatus conſulto §. ſi propter, ff. ad Turpill. ſed hac accuſatio in criminibus pradictis habet ſuam inſtantiam, quia intra annum tantum in crimine repetundarum proponi poteſt, & intra quinquennium in peculatu l. 2. ff. ad l. Iul. repet. l. peculatus crimen, ff. ad l. Iul. pecul. & hoc tempus, nullis ex cauſis prorogati poteſt, vt per Innocent.* &c. Hæc Dom. Reg. Moles.

ARGV

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Banna pecuniæ extractionem extra Regnum prohibentia, nùm compræhendant exterum illum, qui extrahit pecuniam à Regno, quam ſecum deportauerat ab aliqua Ciuitate extera, non cauſa permanendi in Regno, ſed per viam tranſitus, ad ornatum *Prag.* 10. §. 2. *ſubtit. de extractione ſeu aſportatione animalium auri, argenti*, &c.

## DECISIO CCCCXLI.

1 Cvm quidam Mercatores Ianuenſes ad vrbem hanc Regiam aduenissent, maximam pecuniarum quantitatem ſecum adducentes, vt ſe ad Meſſanam Ciuitatem transferrent, cauſa ibi ſericum emendi; ſupponebatur in diſceſſu, nulla Regiis Officialibus data notitia; pecuniam illam è Regno extraxiſſe; & cùm à portus cuſtode capta fuiſſet, dubitatum fuit an in commiſſum inciderit, vt eſſet locus pœnæ contentæ in Regiis bannis pecuniæ extractionem à Regno prohibentibus.

2 Et per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege, fuit pro maiori parte dominorum votantium deciſum, pecuniam illam in commiſſum non incidiſſe. Ratio deciſionis fuit, quia Banna pecuniæ extractionem prohibentia, nonniſi de illa pecunia loquuntur, quæ in Regno cuſa eſt, vel ſi alibi, ad hoc Regnum intromiſſa fuit cauſa in eo permanendi; at vbi pecunia ab extra Regnum intrat, non vt hic expenderetur; ſed tantùm per viam tranſitus, tunc & eo caſu Banna illa locum non habebunt; ita expreſsè determinat Andr. *in rubr. quæ ſint regal.* idemque Iacob. de Aret. & Cyn. *in l. ſi quis poſt hanc*, per illum text. cum gloſ. *ibi C. de ædific. priuat.* Bar. Ang. Imol. & Paul. de Caſtro. *in leg. cætera §. ſed & ſi quis, ff. de leg.* 1. Petr de Anchar. & Imol. *in cap.* 1. *extra de Cleric. non reſident.* latè Alex. *conſ.* 86. *lib.* 4. ſi enim Doctores dixerunt quod ſi ſtatuto caueretur, vt nemo bladum ſeu victualia extra diſtrictum Ciuitatis aſportare poſſet, certe ille qui de alia Ciuitate pes ſtatuentium iuriſdictionem aſportaret vt ad alia loca conduceret, pænis in ſtatuto Præſcriptis non alligarentur; ad idem faciunt notata per Bar. & Io. de Plat. in *l.* 1. *C. de naufrag. lib.* 11. vbi dicunt quod ſi ſtatutum diſponeret, vt de mercantiis ad portum delatis ſoluatur gabella, locum non habebit, ſi tempeſtatis, vel hoſtium vi nauis in portum ſe tranſtulerit; aſſignat rationem, quia nauis illa in eo portu permanſura non erat; nec fuit ratio aliqua habita de fiſci prætenſione, nimirum Mercatores illos pecuniæ identitatem non probaſſe; nam dictum fuit, ſatis ipſos fuiſſe in probatis, quod ab extra Regnum aduenerant, quatuor ſacculis ſcutorum plenis ſecum allatis; vnde præſumendum non erat, quod alia fuiſſet pecunia, quia regulariter neque rerum neque ſummarum neque actuum, neque perſonarum pluraliter præſumitur, vt notat Bar. & latius Alex. *in leg. triticum, ff. de verb. obligat.* Aret. *in leg. hæredes mei, ff. de teſtam. in cap. in præſentia extra de probatio. & in c. cum Tu, extra de teſtibus.* Iaſ. *in l.* 2. *C. de bon. poſſ. ſecund. tabul.*

---

## OBSERVATIO.

Deciſionem habemus indiuidualem, vt pœnæ contentæ in Regiis Bannis pecuniæ extractionem à Regno prohibentibus, locum non habeant contra exterum illum, qui extrahit pecuniam à Regno, quam ſecū deportauerat ab aliqua Ciuitate extra Regnum, non cauſa permanendi in Regno; ſed per viam tranſitus; idemque adde Tu ſcripſiſſe Barthol. de Capua *in ſing.* 136. incipit *nota ex iſta lege fol.* 460. *in paruis.* vbi dicit quod ſi ſtatuto caueatur in hac Ciuitate Neapolis, vt frumentum ab illa extrahi non poſſit, non erit locus huic ſtatuto, ſi quis à Ciuitate Auerſæ frumentum aſportauerit ad hanc Ciuitatem, cauſa illud ad alium locum deferendi, & non vt hîc remaneret; quam quidem ſententiam inſequutus pariter fuit Franciſcus Auiles & ſatis benè *in cap.* 52. *prætorum in gloſ.* 10. *per ella*, vbi in terminis illius legis hiſpanicæ monetæ & equorum extractionem prohibentis, ait prohibitionē hanc eſſe intelligendam, dummodo Monetæ & Equi ſint de Regno, quia ſi eſſent de alio Regno, & tranſitum facerent per Regnum, vbi viget prohibitio, cauſa deferendi ad alium locum ſic extrahens in pœnam aliquam non incideret, allegat noſtr. Andr. Bar. Ang. Paul. de Caſtr. & Imo. in locis hîc à Dom. Reg. noſtro relatis, quibus addendus eſt noſter Borrell. *in tract. de Magiſtrat. edict. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 33. *cum ſeqq.* 1

Eſt tamen verum, quod hæc omnia apud nos maximam paterentur difficultatem, ſtante Prag. Sanctione, quæ eſt decima, *num.* 2. *ſub tit. de extractio. ſeu aſportatio. animal. auri, argenti &c.* in ea enim, vt aduertit Dom. Reg. Rouit. *in rubr. huius tituli n.* 4. *&* 5. videtur expreſsè prohibitum ne abſque licentia Dom. Proregis poſſit ab hoc Regno extrahi pecunia adhuc extera, ſub prætextu, quod fuerit apud nos introducta per tranſitum, vt ad aliud Regnum deferretur, & hoc ad fraudes euitandas, ſed quod ea diſpoſitio non liget exteros legem hanc ignorantes, tùm ex defectu voluntatis, quia in ea non eſt facta mentio de ignorantibus, tum etiam ex defectu poteſtatis; quia etiam ſi voluiſſet expreſsè ligare ignorantes, id fieri de iure non potuiſſet, ſcripſit, dum caſus in facto contigiſſet, & ſatis eleganter idem D. Reg. Rouit. *in allegatio. inſertis inter Comment. d. Prag.* 10. 2

ARGV

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Creditor, ad cuius inſtantiam res Debitoris ſub haſta venditur, dum ab emptore eius creditum conſequitur, nùm teneatur illi euictionem promittere, vel potius illa tantùm quatuor, de quibus *in l. 1. C. credit. euict. pignor. non debr.* Et quid ſi facto depoſito per emptorem fuerit à Iudice liberata pecunia Creditoribus poſterioribus, anterioribus neglectis, nùm hic emptor, & poſſeſſor poſſit demum ab anterioribus moleſtari.

## DECISIO CCCCXLII.

1 DVBITABATVR in Regia Camera an Creditores, ad quorum inſtantiam Terra Guardiæ vendita erat, dum ab emptore eorum creditum conſequebantur, tenerentur illi euictionem promittere; pro cuius reſolutione fuit negatiuè reſponſum, ex eo quia de euictione ille ſolùm tenetur, qui vt dominus rem vendit, *tot. tit. ff. & C. de euictio.* Sed dubitabatur an ad illa quatuor ſe obligare cogi poſſent, de quibus per gloſ. *in l. 1. C. credit. euictio. pignor. non debere.* & in hoc tres fuerunt conſtituti caſus; quorum Primus eſt, quando quis rem, vt dominus vendit, & tunc de euictione tenetur, adhuc ſi ad illam non ſe obligauerit, cùm hoc ex natura contractus veniat: *leg. ex empto in prin. ff. de actio. empt.* Secundus caſus eſt, quando Creditor pignus vendit, quia hoc ſibi licet, vel ex pacto inter Partes habito, vel ex legis diſpoſitione; & tunc quia ipſe ſolus iure proprio Creditoris & non iudex vendit, eo caſu licèt de euictione non teneatur, benè tamen promittere compellitur illa quatuor, de quibus per gloſ. & Salic. *in d. l. 1.* nimirum quod res ſit obligata. Secundò quod Creditor, qui pecuniam accipit cęteris Creditoribis ſit potior. Tertiò quod credat rem eſſe Debitoris; & Quartò quod ſibi licuit vendere, vel ex lege, vel ex pacto, & iſte non erat caſus, de quo agebatur, provt nec primus. Tertius & tandem caſus eſt, quando Iudex Debitoris rem vendit ad finem vt Creditoribus ſatisfiat; & in hoc caſu exiſtimatum fuit, Creditorem ad nihilum teneri, neque de euictione; ad illa quatuor, de quibus ſupra, quia hoc tantùm Debitor promittere tenetur ad text. *in l. ſi ob cauſam. C. de euictio. & in l. ſi plus §. 1. ff. eod.* gloſ. notab. quam Bar. Ang. Paul. Imol. Alex. Iaſ. & cæteri communiter ſequuntur *in l. à diuo Pio §. ſi poſt editum, ff. de re iudic.*

### OBSERVATIO.

HOc iure vtimur in Sacro Conſil. quando Creditoribus inſtantibus, proceditur ad venditionem bonorum Debitoris, vt facto Depoſito per Emptorem ſub haſta ementem pretij rei venditæ, illud à Iudice Creditoribus liberatur, iuxta temporis anterioritatem cùm ſolita cautione de reſtituendo, cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem, &c. Et hoc pro cautela, caſu quo alius Creditor anterior, vt contingere ſolet, in futurum compareret, nec ad aliud ſe obligaret ad beneficium ipſius Emptoris; vnde ſi demùm aliquo modo rei emptæ ſequeretur euictio, nullatenus Creditores, ad quorum inſtantiam venditio facta fuit, de euictione tenebuntur; ſed debitor, qui mediante Iudicis perſona, vendere intelligitur, ad tex. expreſſum *in leg. ſi ob cauſam 13. C. de euictio.* vt probat Dom. Reg. noſter hîc, idemque Dom. Conſiliar. Arias de Meſa *var. reſol. lib. 1. cap. 6. n. 8. & 9.* 1

Sed quæri ſolet, ſi facto depoſito per emptorem, fuerit à Iudice liberata pecunia Creditoribus poſterioribus; anterioribus, qui in iudicio erant, neglectis, nùm hic emptor, & poſſeſſor poſſit demùm ab anterioribus moleſtari? Affirmatiuam ſententiam tuetur Grat. *diſcept. forenſ. cap. 37. à num. 34.* rationibus, vt per eum. Sed contrariam, & melius inſequutus eſt Anton. Fab. *diffin. 29. C. de diſtract. pignor.* vbi ait Emptorem, qui ſub haſta emit ſecurum remanere, ex eo ſolo quod pretium ſoluerit, vel depoſuerit penes eum, apud quem deponi, aut cui ſoluere Iudex mandauit, adhuc ſi poſtea contingeret depoſitam pecuniam deperdi; nec ex ea Creditores fuiſſe aliter dimiſſos, ſequitur Salgad. *in ſuo labyrinto credit. par. 3. c. 10. n. 20.* vbi *num. ſeq.* addit, Gratia. Sententiam tunc demùm procedere, quando emptor ea lege emit, vt ſoluere poſſet Creditoribus Debitoris; nam ſi demùm ſoluerit iuris ordine non ſeruato, nimirum haud præferendo anteriores in ſolutione, ſoluendo poſterioribus, Creditorum anteriorum moleſtias, vt eis ſoluat, non euitabit. 2

## ARGVMENTVM.

Compenſatio debiti, & crediti inter fiſcum, & priuatum an & quando locum habeat; Et an ad impediendum curſum vſurarum contra fiſcum poſſit obiici compenſatio, quamuis Debita, & Credita ſint diuerſarum ſtationum. Creditor ſi quis fuerit fiſci in certa ſorte, & intereſſe illius, ſi poſtea ex aliqua cauſa in certa ſumma declaratur debitor, hæc quantitas an compenſari debeat cum ſorte à fiſco debita; vel potius cum intereſſe. Compenſatio inter debitorem, & Creditorem, an in præiudicium Creditoris anterioris fieri poſſit. Intereſſe rei iudicatæ quando à ſenten-

tia

Digitized by Google

tia fuit reclamatum à quo die currere incipit, à die forſan confirmationis ſententiæ, vel potius à die ſententiæ confirmatæ.

## DECISIO CCCCXLIII.

1 REPERIEBATVR Stephanus Grimaldus Mercator Ianuenſis Creditor Regiæ Curiæ in ducatis quinque mille ſortis principalis, & in aliis ducatis duobus mille, & tercentum pro intereſſe; ſed cum demùm mediante ſententia Regiæ Cameræ, declaratus eſſet debitor in ducatis duobus mille, popoſito dubio, an hoc debitum cum ſorte compenſari deberet, vel potius cum vſuris; breuiter dictum fuit quid ſi eo tempore quo Stephanus declaratus fuit debitor, vſuræ vſque ad concurrentem debiti quantitatem erant decurſæ, debebatur ciuiliter, & cum illis cenſebatur facta compenſatio, non autem cum ſorte: *leg in his* §. *Imperator*, *ff. de ſolutio.* & clarius *in l. 1.C.eod.* Quoties enim debetur ſors, & intereſſe, & Debitor aliquam ſoluit quantitatem, ſemper intelligitur facta ſolutio prius pro vſuris, & ſi aliquid remanet, intelligitur facta pro ſorte, provt eſt text. *in d. leg. in his & in d. l. 1.* vbi Imol. & Paul. de Caſtr. & licèt iura hæc loquantur, quando Debitor ſoluit Creditori, idem tamen quando compenſat, quia qui compenſat, ſoluit, & compenſatio ſolutio appellatur, *leg. amplius non peti.ff.rem rat. hab.l.4.ff. qui potio.in pign.habe.* not. Bar. *in leg.diuortio.§. ob donationes, ff. ſol. matrim. & in leg. aufertur.§. qui compenſationem, ff. de iure fiſc.* latè Felin. *in cap.ſuborta, extra de re iudic.* ob quod Imol. *in l.1. in fine, ff. de ſolut.* dicebat, quod ſicut inuito Creditore, non admittitur particularis ſolutio Debiti, *leg.lucius §.Creditor, ff. de vſur.* ita non poteſt fieri compenſatio debiti non æqualis ad creditum; verùm hæc Imol. opinio videtùr contra text. *in leg.ſi conſtat. C. de compenſatio.* vbi ad impediendum curſum vſurarum, ipſo iure fit compenſatio debiti vſque ad concurrentem Crediti quantitatem, & pro reliqua parte vſuræ currunt; ſicque cernitur eſſe ibi caſum expreſſum, quod fit compenſatio Crediti ad delictum, etiam quod vtraque quantitas non ſit æqualis; in caſu propoſito non fuit ipſo iure facta compenſatio, quia vſuræ erant decurſæ tempore, quo dictus Stephanus Regiæ Curiæ fuerat declaratus debitor; tùm etiam quia quando vnus eſt Creditor, & debitor fiſci, ex diuerſis tamen ſtationibus, provt in caſu, de quo agebatur, nunquam fit compenſatio, *l. 1. C. de compenſat.* Vnde dicebatur quod poſtquam non fuerat facta compenſatio, niſi ſub die tertia Septembris 1551. vſque ad illum diem, ſicut poterat Stephanus pro ſuo Credito petere vſuras; ita Regia Curia pro ſuo Credito intereſſe; & licèt Stephanus opponeret, intereſſe prætenſum à Regia Curia, quod erat rei iudicatæ non occurriſſe, niſi à die confirmationis ſententiæ, à qua reclamauerat, iuxta text. *in l.2.C. de re iudic.* Attamen quia reclamatio fruſtratoria fuerat, vſuræ cucurrerunt, reclamatione non obſtante: ita Bar. *in leg.fin.ff. de re iudic.* & eſt text. *in leg.tutor, ff.de vſuris*, latè Ang.& Imol. *in d.l.fin.*

Præterea pro parte Regij fiſci dicebatur, 2
text. *in d.l.2.C.de vſur.rei iudic.* loqui in appellatione, quæ ſententiam ſuſpendit, *leg. tale. §. qui prouocauit, ff. de pac.* adeo quod ſi poſtea prima confirmatur ſententia, agitur ex confirmante, non autem ex confirmato, *l. furti*, vbi Bar. & alij *ff. de his qui not. infam.* At in caſu propoſito, quia in medium ſe offerebat Regiæ Cameræ ſententiæ, quæ, reclamatione non obſtante, paratam habet exequutionem, ad text. *in Auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imper.offer.* proinde vſuræ poſt quadrimeſtræ à die ſententiæ latæ, reclamatione non obſtante, cucurrerunt; quocirca facta de his omnibus relatione in Regia Camera, fuit pro fiſco pronunciatum, nimirum vt idem intereſſe, quod fiſcus dicto Stephano pro ſuo debito ſoluit, cõſequatur ab eodẽ pro ſuo credito, pro concurrenti tamen quantitate; demùm dictum fuit quod licèt quando debita, & credita hinc inde ſunt diuerſæ ſtationis, compenſatio non admittatur, *leg. 1.C.de compenſat.* tamen hoc intelligitur reſpectu ſortis; ſecus verò ad impediendum curſum vſurarum, quia tunc ipſo iure, etiam contra fiſcum compenſatio inducitur, vt tenent Bal. Salicet. & Paulus de Caſtro. *in d. leg. 1. C. de compenſat.* &c.

## OBSERVATIO.

AD pleniorem intelligentiam eorum, quæ in hac deciſ. habentur notandum eſt, quod quando, quis eſt debitor fiſcalis ac in ſimul Creditor fiſci, ſi quæres an compenſationis exceptionem obiicere poſſit, affirmatiuè eſt reſpondendum, ſi Creditum, & debitum ſint eiuſdem ſtationis, ſecus verò ſi ex diuerſis ſtationibus ortum haberent; tunc enim fiſco agenti pro ſui crediti conſequutione, compenſatio obiici non poteſt, ſic etiam dicamus compenſationem ceſſare, cum quis ſit fiſci debitor ex cauſa tributorum, ſtipendiorum annonæ, aut pro pretio rerum fiſcalium venditarum, aut & tandem pro vectigalibus; probantur hæc omnia *in leg. aufertur §. qui compenſationem, & §.vt debitoribus*, vbi Bar. *ff.de iure fiſc. in l.1. & in leg.in ea & in leg.fin.C.de compenſatio.* ſicque ſcripſerunt Alex. *conſ.61.lib.3.* Affl. *deciſ.192.* Tiraquell. *de retract.lignag.§.3.gloſ.3.num.11.12. & 13.* Alciat. *conſ. 10.& 57.lib.6.* Peregr. *de iure fiſci, lib.6.tit.7. num.15.* Alfar. *de offic. fiſcal.gloſ.16.priuileg.34.& gloſ.18. pri-* 1



Digitized by Google

*uileg. 6.* Dom. Reg. noſter hîc Ioan. Borcholten. ſatis benè de his agens *in ſuo opuſculo de compenſat. cap. 5. per totum*, Viuius *commun. opin. lib. 4. opin. 21. in fine.* Petr. Greg. *ſyntag. iur. lib. 21. & 22. num. 6.* Monet. *de decimis cap. 9. num. 137.* Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 560. n. 25.* & Alex. Trentacinq. *var. reſol. l. 3. tit. de compenſat. reſol. 1. n. 11. & 14.*

2 Quò verò ad illam notabilem concluſionem, quam Dom. Regens noſter hîc firmauit, nimirùm quod licèt nulla admittatur compenſatio aduerſus fiſcum, quando debita, & credita ſunt diuerſarum ſtationum, ex text. qui in dies allegatur, *in l. 1. C. de compenſat.* hoc tamen reſpectu ſortis; ſecus verò ad impediendum curſum vſurarum, quia tunc ipſo iure, etiam contra fiſcum compenſatio inducitur; ad confirmationem vide omnino, quæ ſcripſerunt Dom. Reg. de Ponte *in conſ. 19. num. 4. lib. 2.* Dom. Conſiliar. Theodor. *allegat. 69. num. 5. verſ. ſecundo tale intereſſe.* D. Præſ. Ganauer. *deciſ. 28. num. 13.* Carol. de Graſſ. *in ſuo tract. de except. in 16. except. n. 49.* hi enim omnes, ex Bal. Paul. Caſtrenſ. & Salic. *in d. l. 1.* hanc probarunt ſententiam, eamque, ne deſit rerum iudicatarum authoritas, pro vera habuit Regia Camera in hac die Veneris 11. inſtantis menſis Februarij 1656. pro limitatione ad text. *in d. l. 1. C. de compenſat.* in cauſa Regij fiſci cum Illuſtri Marchione Arenarum, licèt illam in caſu, de quo agebatur, non admiſerimus, ex quo in facto conſtabat, creditum Marchionis maioris ſummæ, quod allegabatur impediuiſſe curſum vſurarum crediti fiſcalis, poſt aliquos annos, quibus debebatur fuiſſe ab eodem Marchione integrè exactum; ſicque dicebat vnus ex Dominis, Marchionem compenſationem illam legalem ad finem, vt impediretur curſus vſurarum, nullatenus probaſſe, & conſequenter intereſſe Regij fiſci ex ſuo credito exoriens ſemper cucurriſſe; quod vtique ſi Marchio creditum ſuum non exegiſſet, nullatenus decurriſſet, quamuis in hac materia dicamus, verum eſſe Creditum principale fiſci, & ſic ſortem ſemper ſubſiſtere, nec aliter dici compenſatam cum credito priuati, ſed tantùm, vt iſtud impediat curſum vſurarum crediti fiſcalis, ſic enim ratiocinantur Bal. Salicet. & Paul. de Caſtr. *in d. l. 1. C. de compenſat.* idemque Tindar. *de compenſat. art. 5. num. 39. & 40.* Dom. Reg. noſter hîc, & nouiſſimè Dom. Conſiliar. Theodor. *in ſupra cit. allegat. 69. n. 7. & 8.*

3 Iudicauimus etiam in eadem cauſa, intereſſe, quod ex mora Regio fiſco debetur, per ſortis receptionem remiſſum non cenſeri (quicquid contra; ſed malè conſulendo ſcripſerit D. Conſiliar. Theodor. *citata allegat. 69. num. 5.*) quandoquidem illud intereſſe ex mora debitum, per ſortis receptionem remiſſum cenſetur, quod Iudicis officio debetur, vt ſcripſerunt Bar. Paul. de Caſtro, & cæteri *in leg. centum Capua, & in leg. fin. ff. de eo, quod certo loco*; intereſſe verò, quod debetur fiſco, quamuis ex mora; non aliter Iudicis officio; ſed condictione ex lege debetur, vt probauimus ſupra *in obſeru. ad deciſ.....* quam vide, & latius *lib. 1. reſol. iur. cap. 299.*

4 Sed quia inter priuatos, quando creditum, & debitum ſunt liquida, fit ipſo iure compenſatio, cùm tamen ab altera ex Partibus opponatur; *leg. ſi conſtat,* vbi gloſ. & omnes *C. de compenſat.* Prot. Iauen. *dec. 19.* Mohed. *deciſ. 8.* Benintend. *deciſ. 37.* Surd. *deciſ. 117. num. 5. & ibi num. 1.* Craſſ. *de except. in except. 16. numer. 15. & 47.* & alij, Dubitari ſolet, an compenſatio hæc admitti poſſit in præiudicium Tertij creditoris anterioris; ſunt enim, qui putarunt, quod quamuis regulariter creditor anterior poſteriori præferatur, hoc tamem reſtringi debet quoad nomen ipſius creditoris, qui ex aliqua alia cauſa eſſet debitor ſui debitoris, quia in ſuo nomine præfertur per viam compenſationis, cuicumque alteri creditori, etiam anteriori, & hypothecario, ita Scacc. *de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 5. num. 417. 424. & 437.* Gaitus *in ſuo tract. de credito. cap. 4. quæſit. 7. num. 355.* Dom. Reg. Capyc. Latro *deciſ. 25. num. 27.* & alij, quos citat Carleual. *de iudic. tom. 2. diſp. 22. n. 2.*

Contrariam verò ſententiam, cui omnino adhærendum eſt, nimirum, vt hæc compenſatio in præiudicium creditoris anterioris fieri non poſſit, ita vt quando creditor ex alia cauſa diuerſa, & ſeparata efficitur debitor ſui debitoris habētis alios creditores anteriores ſe, vtrumque creditum ſuam retineat cauſam ſeparatam abſque vlla confuſione, aut compenſatione, amplexi ſunt Roderic. *de annuis reddit. lib. 2. quæſt. 19. num. 2.* Caſtill. *controuer. iur. tom. 4. cap. 4. num. 117. cum ſequen.* & alij, quos citat, & ſequitur Salgad. *in ſuo labyrint. Creditorum par. 2. cap. 3. num. 31. & ſequentibus.* 5

Vlterius Dominus Regens noſter concluſionem hîc firmat, vt text. *in l. 2. C. de vſur. rei iudic.* procedat, prout loquitur in ſententia Iudicis inferioris, à qua eſt appellatum, vt appellatione pendente intereſſe rei iudicatæ non debeatur, adhuc ſi ſententia fuerit poſtea confirmata, quia agitur ex confirmante; ſecus verò in ſententia Præfecti Prætorio, à qua adhuc ſi eſt ab ea reclamatum, debetur intereſſe rei iudicatæ, elapſo quadrimeſtre à die latæ ſententiæ, reclamatione non obſtante, Tu modò ad pleniorem huius rei intelligentiam vide ſi placet ſcripta per D. Reg. Capyc. Latro, qui *in deciſ. 100.* contrarium per Sacrum Conſilium iudicatum fuiſſe refert; ſed ad confirmationem concluſionis firmatæ à Domino Regente noſtro, cui omnino inhærendum eſt obſerua quæſo Deciſiones eiuſdem Sacri Conſilij, quas refert Michaël Angel. Gizzius *in addit. ad d. deciſ. 100.* & conſidera, quod cum ſententia Præfecti Prætorio paratam habeat exequutionem, nec aliter de iuſtitia reclamationis interpoſitæ tractari poteſt, niſi facta totali exequutione, quoties victus intra quadrimeſtre à die lectæ latæ non paruit ſententiæ, dicitur eſſe in mora, & ſucceſſiuè ſubintrat petitio intereſſe, quod dicimus rei iudicatæ; quod ſecus eſt in appellatione, qui iudicatum ſuſpendit, ſiue & melius illud extinguit, ad text. vulgatum, *in leg. fin. in fine ff. ad S. C. Turpillian. in cap. paſtoralis. §. præterea de offic. delegati, & in c. venientes, de iureiurando.* 6

## *ARGVMENTVM.*

Filia à Patre dotata, ſi nuptiarum tempore, vt moris eſt ampliſſimè eidem renunciauit, an & quando ſub prætextu enormiſſimæ læſionis aduerſus recunciationem, quamuis iuratam, omnique ſolemnitate vallatam venire poſſit.

DECI

# DECISIO CCCCXLIV.

1 Illvtris Principiſſa Hoſtil. Comitis Altauillæ filia, cùm à patre, recepta dote, ampliſſimè renunciaſſet, ſentiens demùm ſe enormiſſimè læſam, ex quo opulentiſſimæ hæreditati maternæ ſibi delatæ pro nihilo renunciauerat; nam dos recepta vix congrua dicebatur reſpectu bonorum paternorum, quæ erant in annuo reditu ſupra ducatos octo mille, dubitabatur coram Arbitris, an obtenta abſolutione à Iuramento, poſſet contra renunciationem venire, & Baroniam Prædicatelli in matris hæreditate remanſam conſequi.

2 Pro Domina Principiſſa fuerunt allegati Bal. *in cap. 1. §. item ſacramentum, de pac. iuram. firm.* Aret. *in leg. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hæredit. & in conſ.* 93. Socc. *conſ.* 263. *lib...* Dec. *conſ.* 180. & 379. præſumebatur enim dolus ex parte patris, vel ex propoſito, vel ſaltem reipſa, quia magnus exceſſus dolum præſumere facit, *leg. omnes. §. Lucius, ff. de his quæ in fraud. Credit.* Bar. *in leg. fin. ff. de prætor. ſtipul.* & eſt caſus formalis, cui reſponderi non poteſt, *in leg. ſi ſuperſtite, in fine C. de dolo*; quem text. ad hunc effectum notat ibi Aret. dicens caſum eſſe rotundum, & ſingularem, quod ex enormi læſione coniuncta cum reuerentia paterna dolus præſumitur; idemque Ruin. *conſ.* 170. *lib.* 1. & *conſ.* 140. *lib.* 4. vbi *in fine* dicit quod quando mulier eſt immodicè læſa ex renunciatione facta ei, à quo gubernatur, & cui vero ſimiliter reuerentia debebatur, ſæpè
3 per Excellentiſſimos Viros conſultum vidiſſe aduerſus renunciationem forè iuramentum relaxandum, idemque Ant. de Butr. & Abb. *in cap. cum contingat de iureiur.* & Affl. cæteris omiſſis, *deciſ.* 322. quare articulo benè examinato, cum eſſet compromiſſa cauſa Domino Hieronymo Seuerino ſacri Conſilij Præſidi, ac Dominis Regiis Conſiliariis Io. Thomæ Minadoi, Marino Fricciæ, Ioan. Andreæ de Curte, & Domino iſto Regenti, tunc Regiæ Cameræ Præſidenti, fuit deciſum, quod Baronia remaneret penès Comitem renunciatarium, ſolutis Illuſtri Principiſſæ ducatis decem & ſeptem mille, quamuis Dom. iſte Reg. ac dominus Minadous fuiſſent voti, quod ad minus ſoluerentur ducati viginti mille.

## OBSERVATIO.

1 Dom. Conſiliar. Ioan. Thomas Minadous, qui in hac cauſa fuit vnus ex Arbitris ſuam ſententiam, in dubio de quo agebatur, regiſtrauit *in repet. Conſtit. Regni noſtri, in aliquibus. in 3. notab.* vbi *n. 6.* probans ex receptiſſima DD. ſententia, valere renunciationem, quæ fit à filia, etiam iuri de futuro in



forma pacti, licèt de præſenti dependentiam non habeat, ſubdit *num. ſeq.* Concluſionem, quæ in hac deciſione habetur, ſic loquens. *Et valet talis renunciatio, niſi filia, aut ſoror eſſet enormiter læſa, quia cenſetur doloſè inducta ad renunciandum, leg. ſi ſuperſtite C. de dolo. latè Andr. & alij in cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. Paul. de Caſtr. in conſ. 184. incip. contra ſuperius, etiam ſi non præceſſiſſent mina quia ſufficit enormis læſio cum reuerentia, vt per Andr. ibi, & ita declarat Socc. text. in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quar. rer. actio. non datur in conſ. 264. in 3. & 4. col. 2. vol.* &c. Ex his fas ſit mihi dicere, Dominos iſtos Arbitros Viros doctiſſimos, deque noſtra iuriſprudentia optimè meritos, pro ſatis exceſſiua habuiſſe læſionem huius Domicellæ in renunciatione ab ipſa ad patris beneficium facta; nam cùm accepta dote, quæ reſpectu bonorum paternorum vix congrua dicebatur, renunciauerat bonis paternis, & vlterius ad eiuſdem patris beneficium opulentiſſimæ hæreditatati maternæ ſibi delatæ, certè videbatur renunciationem hanc dolo fuiſſe à patre extortam, nam alias, & regulariter quando filia à patre eſt dotata, quamuis incongruè ex magis communi omnium ſcribentium opinione non admittitur filia ad incongruam donationem allegandam, ita Bal. in Authen. *res quæ num. 16.* & Paul. de Caſtr. *num. 8. C. commun. de legat.* Alex. *conſ. 33. num. 4. lib. 4.* Iaſ. *in l. voluntatis num. 2. C. de fideicomm.* Dec. *conſ. 26. num. 2.* vbi ſatis benè loquitur. Tiraquell. *ad leg. ſi vnquam, imperfectione num. 36.* Burſat. *conſ. 8. num. 5. & ſeq. lib. 1.* Ruin. *conſ. 51. n. 13. lib. 2.* Honded. *conſ. 10. n. 32. lib. 1.* vbi doctè loquitur Laderch. *conſ. 126. & ſeq.* Cæſ. Barzius *deciſ. 29. num. 24. cum ſeq.* Rot. *deciſ. 940. num. 6.* coram D. Seraph. *& 432. num. 11. in poſthumis Farinac.* Camillus Saler. *ad conſuet. ſi moriatur, in addit. quæ incipit paragium fol. mihi 96. litt. F.* vbi pro hac opinione quamplures refert S. Conſilij deciſiones. Ego ipſe *reſol. iuris lib. 2. cap. 94. num. 4.* vbi nouiſſimam eiuſdem ſupremi Senatus deciſionem de anno 1627. proditam collegi & Dom. Reg. Capyc. Latr. *deciſ. 99.* etenim hi Doctores, & alij de his agentes, vno ore, vnanimique conſenſu cenſuerunt, dotem, quæ patri congruo viſa eſt, in dubiũ reuocari non poſſe, minuſque ei quæſtionẽ referendam, quod incongruè filiam dotauerit.

## ARGVMENTVM.

Fiſcus, an & quando, ob cauſam publicam poſſit priuatorum bona capere; Et an pro ſuo priuato negocio poſſit vti re priuati, mercede ſoluta. Seruitus, quæ acquiritur an acquiſita intelligatur cum omnibus illis iuribus, ſine quibus eſſet inutilis.

# DECISIO CCCCXLV.

Habet Regia Curia Salinas in Ciuitate Baruli, & propè illas hæredes Ioan. Baptiſtæ Spinelli habebant Pantanum, cuius fauces in menſibus Maij, Iunij, Iulij, & Auguſti clauſas teneri, fiſco inſtante, ordinabatur, adhoc vt ſal commodius confici potuiſſet; contradicebant hæredes prædicti, contendentes illas 1



Digitized by Google

aperiri, adhoc vt Piſces à Mare ad Pantanum ingredi poſſent; nàm alias non eſſet in fructu ſolitæ piſcationis; & quatenus aliter videretur, inſtabant, ſibi dari excambium; nam licèt fiſcus ex cauſa Reipublicæ poſſit priuati bona capere, tamen vt hoc fiat, iuſto pretio rei domino ſoluto, ad tex. *in l. Lutius ff. de rei vindicat. & in l. venditor. §. ſi conſtat ff. comm. prædior.* notant Iaſ. *in l. Barbarius ff. de offic. Præſid.* & Felin. *in c. quæ in eccleſiarum, extra de conſtit.* Vnde quid iuris dubitabatur.

2 Per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege, fuit pro maiori parte Dominorum Votantium ad fiſci fauorem iudicatum. Ratio deciſionis fuit Primò, quia in antiquo, & nouo proceſſu per teſtes bene probatum extiterat, quod ſi fauces in dictis quatuor menſibus æſtiuis aperirentur, ſalis confectio impediretur, quod in maximum Reipublicæ detrimentum reſultabat; Secundò quia Regia Curia iure ſuo vtebatur; ſunt enim ſalinæ illæ propriæ Regis, ac extra Pantanum, & aqua, quæ ab illo capitur pro ſale conficiendo, eſt etiam Regiæ Curiæ, cùm pro ea Domino Pantani currus viginti ſalis ſingulis annis dentur; Tertiò quia cùm hoc Pantanum eſſet prius Regiæ Curiæ, illud Rex Federicus conceſſerat Marino Spinello auo dictorum hæredum eo modo, & forma, prout ipſe tenebat, & poſſidebat, quo tempore Salinæ erant Regiæ Curiæ, vna cum aquis dicti Pantani, pro vſu, & confectione ſalis; ergo dicebatur non potuiſſe dictos hæredes opponere, quod niſi Pantani fauces aperirentur omni tempore proprietas fuiſſet inutilis, ex eo quod per prius eo iure Regia Curia vſa fuerat; Quartò, quod ſi diceretur Regiam Curiam in Pantano prædicto ſeruitutem acquiſiuiſſe, conſtitutam intelligendam fore cum omnibus illius iuribus, ſine quibus aliàs eſſet inutilis, ad tex. *in l. ſeruitus §. ſi domo ff. de ſeruit. vrb. præb. in l. item §. qui habet ff. de ſeruit. ruſt. præd. & in l. refectiones ff. commun. prædior.* Vndè merito Regia Camera fuit voti, quod non poſſent dictæ fauces, illis quatuor menſibus, quibus ſal conficiebatur, aperiri; quodque Parti excambium aliquod non daretur, cum iure licito hoc fiebat; cum Regia Camera ex quatuor Dominis Regiam Cancellariam Regentibus concurrit tantùm Dom. Reg. Polo; nam reliqui tres, nimirum Domini Regentes Albertinus, Villanus, & Fonſeca fuerunt in voto, quod daretur aliquod paruum excambium; ſed Illuſtriſſimus Dom. Prorex mandauit vt maior votorum pars exequeretur, & ita ad fiſci fauorem fuit latum diffinitiuum decretum, referente Domino Marcello Pignono Regiæ Cameræ Præſidente, & cauſæ Commiſſario.

## OBSERVATIO.

Concluſionem in principio à Dom. Reg. noſtro 1 firmatam, nimirum vt quando fiſcus ex cauſa publicæ vtilitatis priuatorum bona capit, teneatur illorum pretium ſoluere, ex iuribus, & DD. hic citatis, probant pariter noſter Andr. *in c. 1. §. ſimiliter, de capit. qui cur. vendid. & in c. 1. in verb. plauſtrorum, quæ ſint regalia, in Conſtit. Reg. ſi Vaſſallus à Domino ſuo, & in c. 1. §. poſt natale, de pace tenen.* Luc. de Pen. *in l. fin. in verb. donauerit C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11. & in l. 1. C. vt ruſtic. ad nullum obſeq. eodem lib.* Afflict. *in præludiis ad Conſtit. Regni quæſt. 4. num. 7. & in conſt. ea quæ ad decus, num. 13. & in deciſ. 321. n. 16.* Ant. Gabr. *commun. concluſ. tit. de iur. quæſit. non tollen. concluſ. 2. num. 26.* Rola. à Valle *conſ. 69. num. 44. lib. 2.* vbi *num. 51.* poſt Bal. & alios, quos citat, addit alioquin diabolica eſſet poteſtas ius auferre alterius abſque pretio; & Dom. Reg. Capyc. Galeo. *controu. lib. 1. controuerſ. 52. num. 21.* ſubdens *num. ſeq.* quod quando diceremus veram eſſe opinionem contra Iſern. nimirum licere Principi, condendo legem generaliter, etiam non refuſo pretio, priuatorum bona auferre, hoc fore intelligendum, dummodò adſit vrgens cauſa fauoris publici, quæ moralem includeret neceſſitatem, itavt aliter conſuli non poſſit; ſicque ſcripsêre Alex. *conſ. 190. num. 3. & 17. verſ. hæc autem & n. 19. lib. 2. & in conſ. 47. numer. 5. lib. 7.* Dec. *conſ. 420. poſt num. 10. & in c. quæ in eccleſiam num. 7. de conſt.* Ruyn. *conſ. 60. num. 6. lib. 5.* Menoch. *conſ. 105. num. 28. lib. 1.* Surd. *conſ. 210. in fine lib. 2. & 313. num. 100. lib. 3.* Reg. de Ponte, *de feudis lect. 8. num. 20.* & alibi.

Vlterius poſſe Principem non ſolùm pro re ad publicam vtilitatem ſpectante, ſed pro ſuo proprio negotio priuatorum nauibus, plauſtris, equis, aliiſque rebus vti, ſoluta tamen mercede, quod priuatis non licere niſi Domino volente, ſcripſerunt Andr. & Afflict. *in d. c. 1. in verbo plauſtrorum & nauium*, quos citat, & ſequitur Peregr. *de iure fiſci lib. 1. titul. 1. numero 27.* 2

Quantùm verò ad aliam concluſionem hìc tentam, 3 nimirum, vt quando ſeruitutem aliquam acquirimus, acquiſita intelligatur cùm omnibus illis iuribus, ſine quibus aliàs eſſet inutilis, iuribus hìc citatis ad confirmationem vide omninò & in fortioribus terminis Barthol. Cepoll. *tract. de ſeruit. ruſt. præd. cap. 83. alias 1. num. 6. & 7.*

## *ARGVMENTVM.*

Regens ſupremi Italiæ Senatus apud D. Regem noſtrum exiſtentis, ſi fuerit electus Regens in Collaterali Conſilio Regni huius, nùm præcedere debeat omnes Regentes poſt ipſum creatos, quamuis illi in eodem Collaterali Conſilio prius poſſeſſionem adepti fuerint. Prior in adminiſtratione an præferatur priori in data priuilegij ſed in poſſeſſione poſteriori.



Digitized by Google

## DECISIO CCCCXLVI.

1 PRomotis in anno 1548. menſe Aprilis Domino Hieronymo Albertino ad officium Regentis Regiam Cancellariam huius Regni penes ſuam Cæſaream Maieſtatem; in menſe verò Auguſti immediate ſequentis Dominis Laurentio Polo, ac Franciſco Antonio Villano & in anno ſequenti Domino Galeoto Fonzeca, his tamen apud Illuſtrem D. Regni huius Proregem, reuerſoque poſtmodum ab Imperiali Curia dicto Domino Regente Albertino ad officium ſuum in hoc Regno exercendum, exorta fuit inter eos controuerſia, quiſnam ipſorum præcedere deberet? Ratio dubitandi contra D. Regentem Albertinum ea fuit, quia licèt ille prior aliis electus fuerat, tamen ad exercendum officium in hoc Regno erat poſterior, ob quod dicebatur, veram eſſe iuris concluſionem, vt inter plures idemmet officium habentes, ille ſit præferendus, qui prius adminiſtrauit, licèt in data priuilegij ſit poſterior, ad tex. *in l. 2. C. vt dignit. ord. ſeru. lib....*

2 Sed hac dubitandi ratione non obſtante contrarium fuit deciſum, nimirum D. Reg. Albertinum præcedere debere; Ratio deciſionis conſiderabatur prima, quia extiterat ille prior electus; ſicque dicebatur priuilegij datam fore attendendam, ad quod fuit allegatus tex. *in c. duobus de reſcript. in 6.* Etenim ex Principis priuilegio ius ſine poſſeſſione quæritur, notat Bal. *in c. ad audientiam, extra de præſcript.* & confirmabatur ex notatis per Roma. *in conſ.* 298. vbi dicit quod ſi Papa primò vni beneficium confert, deinde illud idem confert ſecundo, cui traditur poſſeſſio, primus erit prior; & pro hac opinione eſt tex. *in l. ſancimus la 1. C. de Conſul. lib. 12.* vbi hoc indiuidualiter firmarunt Bar. & Io. de Plat. Secunda fuit ratio, & principalior, quia verè Dom. Albertinus nedum aliis in data priuilegij; ſed etiam in adminiſtratione prior extitit, capta enim poſſeſſione ſui officij in Curia Imperiali, cenſebatur etiam ea capta in hac Ciuitate, & Regno iuxta notata per Innoc. *in c. dilectus extr. de cappell. Monach.* Præterea fuit conſideratum, D. Regentem Albertinum cenſeri in maiori dignitate, quàm alios Dominos Regentes conſtitutum, ex eo quod creatus ille extiterat de ſupremo Conſilio Regis, & ſic penes ſuam Cæſaream Maieſtatem; vnde ex hoc debebat alios præcedere adhuc ſi fuiſſet in data priuilegij poſterior, quia in maioritate dignitatis temporis non attenditur ordo, ſed qui maiorem habet dignitatem, cæteris minorem habentibus, licèt tempore prioribus præferri debet, vt in terminis docent Io. de Plat. *in l. 1. C. de ſilentiar. lib. 11. & in d. l. 2. C. vt dignit. ordo ſerue. lib....* & Boër. *in tract. de author. magni Conſil. num.* 151. Ex quibus dicebatur quod licèt ſi vnus ex illis, quibus æquale ſit iniunctum officium prius iuramentum de bene, & fideliter adminiſtrando præſtiterit, & verè prius officij adminiſtrationem cœperit, fore eum præferendum aliis adhuc in data prioribus, qui tamen in poſſeſſionis captura poſteriores fuerunt; attamen hæc concluſio ad caſum propoſitum non applicabatur, dum fuit habitum pro abſoluto Dom. Albertinum in captura poſſeſſionis in Curia Imperiali fuiſſe nedum in data, ſed etiam in adminiſtratione cæteris anteriorem, & ad magis hanc fundandam opinionem, vt prior in adminiſtratione eſſet præferendus priori in data, dictum fuit, fuiſſe deciſum in Collaterali Conſilio per omnes Dominos Regiam Cancellariam Regentes in cauſa præcedentiæ vertente inter Illuſtres Collaterales Conſiliarios Marchionem Orioli, & Ducem Populi.

---

### OBSERVATIO.

QVod pro vtraque parte fuit in hac cauſa allegatum habes penès Marin. Frecc. *in ſuo tract. de ſubfeud. lib. 2. in tit. quis dicatur dux à num. 49. vſque & per totum* 71. vbi in fine hæc dicit verba. *Dominus Franciſcus Reuerterius locumtenens Regiæ Cameræ acutiſſimus Iureconſultus, & D. Scipio de ſumma Collateralis Conſiliarius Eques admodum ſtrenuus ab Illuſtriſſimo Domino Vice Rege Iudices delegati, cauſa horum Dominorum ſummatim cognita, decreuerunt D. Albertinum Regentem aliis Dominis præferendum fore &c.* habemus igitur hìc deciſum Regentem ſupremi Italiæ Conſilij electum in Regentem in Collaterali Conſilio Regni huius præcedere debere omnes Regentes poſt ipſum creatos, quamuis illi in eodem Collaterali Conſilio prius adepti fuerint poſſeſſionem, iſtoque iure poſt hanc deciſionem ſic proditam abſque vlla hæſitatione in hoc Regno vtimur; meminerunt pariter de hac deciſione Fricc. tantum relato, Dom. Reg. Tap. *deciſ. ſupremi Italiæ Conſilij* 21. *num.* 13. & Laratha *conſ.* 87. *num.* 44. 1

Quantùm verò attinet ad illud, quod Dom. Reg. noſter hìc firmat, vt prior in adminiſtratione præferatur priori in data priuilegij; ſed in poſſeſſione poſteriori, ad huius dicti confirmationem vide Cabed. *deciſ.* 3. ſed contrarium habemus per Collaterale Conſilium deciſum in cauſa præcedentiæ Regij Conſiliarij Io. Ruiz. de Valdiuieſcio cum Regiis Conſiliariis Cæſare Freccia, & Iacobo de Franchis; nimirum vt præferatur prior in data aliis habentibus poſterius priuilegium, ſed poſſeſſionem anteriorem, teſtatur Dom. Reg. Conſtant. *in l. 1. num. 26. C. de Conſul. lib. 12.* Laratha *dic. conſ.* 87. idemque aliàs per prius determinatum in cauſa præcedentiæ Regij Conſiliarij Nicolai Antonij Gizzarelli, cum Regio tunc Conſiliario Fuluio Conſtantio teſtatur Fab. de Ann. *conſ.* 42. *num.* 37. 2

Cætera ad hanc præcedentiæ, ſeu mauis vanitatis materiam pertinentia, videnda ſunt apud Dom. Præſ. de Franch. *deciſ.* 138. 144. & 365. Dom. Reg. Lanar. *conſ.* 72. Dom. Reg. de Pont. *deciſ.* 8. & *in tract. de poteſt Proreg. tit. de aſſenſ. Regi §. 5. num.* 5. Dom. Reg. Conſtant. *in d. l. 1. C. de Conſul. lib.* 12. D. Reg. Rouit. *conſ.* 3

*conſ.* 84. *lib.* 1. *&* 102. *lib.* 2. *& deciſ.* 65. *&* 77. & nouiſſimè apud Dom. Reg. Tap. *dict. deciſ.* 21. vbi viginti quatuor caſus præcedentiæ diffinitos refert, quos vide. Plura etiam ſcripſit Marcus Anton. Surg. de Neapol. *illuſtr. lib.* 1. *cap.* 27. *per totum*; & aliqua Ioan. Dominicus Taſſonus *in Prag. de Anteſato verſ.* 3. *obſer.* 2. *num.* 32. *cum ſeq. fol.* 85. *& fol.* 89. *num.* 28. *fol.* 105. *ſub num.* 37. *fol.* 391. *num.* 85. *&* 554. *num.* 72. ſcripſi pariter aliqua Ego *lib.* 2. *reſol. iuris cap.* 113. & Marcellus Marcia. *conſ.* 28. *lib.* 2.

## *ARGVMENTVM.*

Officium ſi duobus diuerſis temporibus conceſſum reperiatur, vter in illud aſſequendo præferri debeat, ille forſan, qui eſt prior in data conceſſionis, vel potius ille, qui eſt poſterior in data, ſed prius poſſeſſionem, ſiue adminiſtrationem fuit adeptus; Et de aliis ad ornatum text. *in leg. quoties C. de rei vindicat.*

## DECISIO CCCCXLVII.

1 FVIT dubitatum in Regia Camera ſummariæ, quiſnam potior eſſe deberet in aſſequendo officium Canuallaratus Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuleæ, Didacus de Heredia, cui prius illud conceſſum fuerat, vel potius Paſcantonius Serra, cui poſtmodum collatum extitit, ſed prius quidem eius fuit poſſeſſionem, ſeu adminiſtrationem adeptus? Ratio dubitandi deſumebatur ex text. *in leg. quoties. C. de rei vindicat.* vbi in duobus habentibus cauſam ab eodem Domino, ille potior eſt in dominio, cui prius res traditur, licèt alius in titulo præuenerit. Sed hac dubitandi ratione, non obſtante, Regia Camera pro Didaco, maiori Dominorum Votantium parte concurrente, pronunciauit. Ratio deciſionis fuit primò, quia in his gratuitis conceſſionibus ille ſemper erit potior, cui primò conceſſio facta extitit, licèt alius eiuſdem rei conceſſæ poſſeſſionem adeptus fuerit, ita Canoniſtæ communiter per illa iura *in cap. duobus de reſcript. in* 6. *& in cap. ſi à ſede Apoſtolica de præben. eod. lib.* latè Felin. *in cap. cum te, extra de reſcript.* Etenim ex Principis priuilegio ius prouiſo ſine poſſeſſione quæritur, Bal. *in cap. ad audientiam extra de preſcriptio. & in tit. de pace conſtant. verſ. poſſideant*, latè Iaſ. *in d. leg. quoties.* Vbi expreſſis verbis dicit in Principe contrahente bene illius legis diſpoſitionem procedere, ſecus autem in Principe gratiam faciente, quia tunc text. ille locum non habebit, ſicque ſemper ſit potior ille, qui prior eſt in data, ex quo per ſolam conceſſionem abſque alia traditione conceſſionario ius quæritur, nec alitèr traditio requiritur, quia ſicut lex dominium abſque traditione, ſeu poſſeſſione tranferre poteſt, *leg. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ.* ita pariter & Princeps, qui dicitur lex animata in terris: *§. penul. in fine Auth. de Conſul.* Secundo quia in iuribus incorporalibus communiter receptum eſt, text. *in d. leg. quoties* locum non habere, ex quo ſola verbalis inueſtitura pro traditione habetur, & ſtatim ius quæritur. Bal. *in leg. traditionibus C. de pact. in l.* 1. *C. commun. vtriuſque iudicij, & in leg. voluntas. C. de fideicomm.* Tertia fuit ratio, quia impetratio dicti Officij facta per Paſcantonium fuit ſubreptitia, & ex eo quod aſſeruerat vacaſſe officium prædictum per mortem cuiuſdam Viti Antonij, quod falſum erat omnino, quia per illius mortem reperiebatur iam collatum dicto Didaco de Heredia; & ſic fiebat locus diſpoſitioni text. *in c. ſuſceptum de reſcript. in* 6. *in c.* 1. . *moribus.* vbi Andr. *in tit. ſi de feud. defun. fuerit controuer.* etenim ſi ſciuiſſet Princeps concedens, quod officium prædictum fuerat alteri collatum, conceſſionem poſtremam non peregiſſet; nam de iure illud poteſt facere Princeps, quod ius permittit. *leg. Nepos proculo. ff. de verb. ſig.* Bal. *in l.* 2. *C. de legibus*, vbi dicit quod ſi Rex Caſtrum vni prius, & poſtea alteri concedit, ſecunda conceſſio eſt ipſo iure nulla. Vnde, &c.

## OBSERVATIO.

IN hac deciſione notabilem habemus limitationem ad text. vulgatum *in leg. quoties. C. de rei vindicat.* vbi enim diffinitum habemus, vt ſi duobus res aliqua diuerſis temporibus fuerit vendita, ille in dominij acquiſitione potior ſit, cui prius res ipſa tradatur, licèt alter prius in titulo præuenerit; ſed hæc diſpoſitio, iſtudque iuris axioma limitatur hîc, quoties agetur de gratuita conceſſione à Principe duobus facta, nimirum, vt ille ſemper ſit potior, cui primo conceſſio facta extitit, licèt alius eiuſdem rei conceſſæ poſſeſſionem adeptus fuerit; idque per text. *in cap. duobus de reſcript. in* 6. *& in cap. ſi à ſede Apoſtolica, de præben. eod. lib.* ſecus verò adde tu, vbi Princeps contraxiſſet; iſtamque limitationem, & declarationem probant pariter Tiraquell. *de nobilit. cap.* 37. *num.* 56. *&* 57. Ant. Gabr. *commun. concluſ. tit. de empt o. & venditio. concluſ....n.* 39. *cum ſeq.* Burg. de Paz. *conſ.* 25. *num.* 2. Mieres *de maiorat. par.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 13. 16. *&* 27. Cabed. *deciſ.* 30. *num.* 9. *par.* 2. Ant. Hering. *de fideiuſſor. cap.* 29. *n.* 45. *& num.* 53. Cald. Pereira *conſ.* 28. *num.* 13. *& de emptione, & venditione cap.* 12. *num.* 40. Valaſc. *conſult.* 72. *num.* 2. & alij quos citat Auguſt. Barboſ. *in collect. ad d. leg. quoties num.* 17. vbi *num. precedenti* ait, idem eſſe vt Dom. Reg. noſter pariter hîc annuit, in ceſſione iurium incorporalium, vt is potior ſit, cui prius ceſſio facta fuit, quia res incorporales propriè non poſſidentur. 1

Diximus ſecus vbi Princeps contraxiſſet, ſicque ſi Princeps duobus ſeparatim, diuerſiſque temporibus rem 2

Digitized by Google

rem aliquam vendiderit, is potior ſit, cui prius res tradita reperitur, quamuis alius in titulo præcedat quicquid in contrarium ſcripſerit Ant. Fab. *diffin.* 11. *C. de rei vindicat.* qui videns demùm eius ſententiam non eſſe tutam in ſecunda impreſſione addit hæc verba, *in allegat. numer.* 1. Vide tamen Didac. Couar. *lib.2.var.reſol.cap.*19.*num.*3. vbi ait hoc procedere, ſi certum ſit, eam fuiſſe voluntatem Principis, vt transferret dominium ſine traditione, ſiue de contractu agatur, ſiue de feudo, ſiue de priuilegio, ſecus ſi tractemus de ſimplici contractu quia præſumendum ſit, Principem ſecundùm communes regulas iuris contraxiſſe; ſed in priuilegio, & in feudo aliud eſt, præſumiturque tacita illa voluntas Principis, vt dominium transferre voluerit abſque traditione, &c. Alias limitationes ad text. prædictum habes ſupra *in obſer.ad deciſ.*107. quas vide.

## ARGVMENTVM.

Articuli an & quando dicantur impertinentes; Et an in prima inſtantia ſint admittendi, quando eſt dubium an faciant ad cauſam. Articuli ſi in termino ſummariiſſimo, lite pendente, fuerint præſentati, & ſuper eis teſtes producti, nùm poſtea in cauſa principali poterunt fieri Articuli illud idem, vel de directo contrarium continentes. Et de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCCXLVIII.

1 DVBITABATVR in Regia Camera an in prima inſtantia eſſent admittendæ poſitiones, quando eſt dubium an faciant ad cauſam? Et reſolutum fuit, quod quando articuli non ſunt impertinentes, quia, quoquo modo faciunt ad cauſam, ſunt omnino admittendi, iuxta vulgatam Bar. theoricam *in leg. ſi duo patroni* §. *idem Iulianus col. fin. ff. de iureiur.* Vbi dicit quod Articulus eſt omnino impertinēs, quando nihil confert ad cauſam; vtputa ſi ponit quod Rex eſt in Francia; ſed ſi aliquid ad cauſam confert, non dicitur impertinens; ac proinde eſt admittendus; idemque Bal. per illum text. *in cap. quoniam, extra de teſtibus,* quam ad hoc dicit ſingularem, & addit quod adhuc ſi modicum confert, dicitur pertinens, & *in leg. cum virum. C. de fideicom. in primo notab.* dicit quod de iure præſumptiuo poteſt fieri poſitio & debet ei reſponderi, & ſi poſitio parum facit ad cauſam, adhuc pertinens iudicatur, idemque Dec. *conſ.*84.*col. fin.* poſt Bar. *in leg. ad probationem. C. de probationibus,* vbi firmat, quod articulus, qui adminiculatur ad cauſam eſt admittendus; & idem quando eſt dubium, an debeat admitti, tenent Bal. & Alex. *in d. leg. ſi duo patroni.* §. *idem Iulianus*, vbi dicunt quod quando Iudex probabiliter dubitat, an poſitiones admittendæ ſint, debet eas admittere cum proteſtatione impertinentium, & non admittendorum & ita fuit deciſum per Regiam Cameram in cauſa vertente inter Illuſtrem Marchionem Sancti Lucidi, & Magnificum Ferdinandum Carrafa eius filium ſuper Terra, ſeu Ciuitate Vici.

## OBSERVATIO.

CVm Domino Regente noſtro hîc, quod Articuli ſemper debeant admitti, etiam ſi in minimo releuarent, quodque in dubio articulus pertinens dicatur poſt Bal. *in conſ.*143.*lib.*2. Card. Pariſ. *in conſ.*67. *lib.*4. Alcia. *in reſp.* 387. *num.*4. & Dec. *in conſ.* 500. *num.*13. Ex noſtratibus conuenit Ioan. Vinc. de Ann. *allegat.* 77. *num.*7. qui autem dicantur articuli impertinentes, quidve ſuper illorum reiectione praxis ſeruet, vide Marcell. de Maur. *alleg.*56. & Ioan. Angel. Piſanell. *alleg. ſeq.* vbi principaliter agit ſi teſtis deponat vltra articulum, an valeat depoſitio Præſid. de Franch. *deciſ.* 220. *&* 668. in quibus locis ait, quod quando ex articulis præſentatis nullus effectus ex eis ſequi poſſet, decretum interponitur generale, vt ſi facta concluſione in cauſa reperiantur aliqui articuli impertinentes, ſeu de iure non admittendi reiiciantur, idemque Dom. Reg. Rouit. *in Prag.*12.*num.*1.*de ord. indic.* vbi *num. ſequenti,* quærit quid ſi in termino dato in iudicio ſummariiſſimo, lite pendente, fuerint præſentati articuli, & ſuper eis teſtes producti, ſeruata forma *Prag.*50.*de offic. Sac. Reg. Conſil.* an poſtea in cauſa principali poterunt fieri articuli illud idem, vel de directo contrarium continentes, & per Regiam Cameram, referente D. Salernitano, affirmatiuè deciſum refert. Pergit vlterius Dom. Rouitus inuehens contra Procuratores illos, & Aduocatos, qui dixerint in prima inſtantia impertinentiam non dari; etenim aduertit, hanc maximam eſſe fallaciam, quia impertinentia verè, & propriè dicitur in prima inſtantia; in cauſa verò appellationis articuli non dicuntur propriè impertinentes, ſed potius de iure non admittendi, allegat DD. *in leg. ſi duo patroni.* §. *idem Iulianus .ff. de iureiurando.* & D. Præſ. de Franch. *in ſupra alleg. deciſ.* 220. *num.* 11. *&* 12. ex quorum dictis Dom. Rouit. illud reſultare addit, illos dici, & cenſeri articulos impertinentes, qui ad cauſam non faciunt; & licèt Bal. *in d.* §. *idem Iulianus.* affirmet, hoc procedere, quando nec directè nec indirectè faciunt ad cauſam, ac propterea quando indirectè ad cauſam pertinent pro impertinentibus non ſunt habendi, aduertit tamen Dom. Rouit. magnam eſſe differentiam, an articuli ſint penitus impertinentes, vel aliquatenus, ac etiam indirectè faciant ad cauſam, nam in primo caſu quando ſunt omnino impertinentes, tunc etiam ſi Pars conſentiat, ſiue in prima, ſiue in ſecunda verſemur inſtantia, Iudex debet illos vnà cum teſtium depoſitionibus reiicere; at ſi non eſſent omnino impertinentes, itavt faciant aliqualiter ad cauſam, etiam indirectè, & tunc ſi Pars ab initio diſſenſerit, vel ſaltem de impertinentibus proteſtata fuerit, Iudex illos reiicere debet, ſed ſi Pars conſenſerit, vel ſaltem non fuit proteſtata, tunc quia faciunt aliqualiter ad cauſam non ſunt reiiciendi, ex Bar. *in d.* §. *idem Iulian.n.*11. & Fulgoſ. *n.*7. *&* 8.

Vltimò

Digitized by Google

2 Vltimò eſt pariter in hac materia notandum, quod idem Dom. Rouit. aduertit *loco cit. num. 6.* nimirum quod quando articulorum impertinentia incidit in prima inſtantia, illi non reiiciuntur; ſed conceditur Parti aduerſæ nouus terminus ad ſe defendendum aduersùs ibi deducta, & probata; at ſecus ſi hoc contingeret in ſecunda inſtantia, in qua articuli impertinentes, ſeu de iure non admittendi ſemper vna cum teſtium depoſitionibus reiiciuntur, ſicque per Sac. Conſilium non ſemel deciſum refert; idemque Gallup. *in ſua praxi in tit. de probat. per teſtes par. 2. cap. 25. num. 6. in nouiſſimis fol. 196.*

## *ARGVMENTVM.*

Exceptio rei iudicatæ in iudicio poſſeſſorio, an in iudicio proprietatis opponi poſſit. Succumbens in iudicio actionis realis, quam inſtituit, an demùm actione perſonali agere valeat, & è contra. Decretum Iudicis in poſſeſſorio latum, an ſat ſit pro titulo, vt lite pendente, ſit quis manutenendus in poſſeſſione, etiam earum rerum, quæ ſine titulo poſſideri non poſſunt. Feudi poſſeſſio an poſſit exiſtere penès illum, qui eſt incapax ſucceſſionis, & Dominij rerum feudalium, Et de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCXLIX.

1 REIVINDICANTE Regio Fiſco iuriſdictionem criminalem Caſalis Grumi, in pertinentiis Ciuitatis Auerſæ, Magnificus Philibertus Brancacius poſſeſſor rei iudicatæ oppoſuit exceptionem, contendens de anno 1496. Regiam Cameram reſpectu d. iuriſdictionis pro ipſo determinaſſe; ſed fiſco replicante, determinationem illam non niſi in poſſeſſorio fuiſſe ſequutam, non autem in proprietate, ſuper qua demùm agebatur, quid iuris dubitatum extitit; Etenim pro fiſco dicebatur, dubitari non poſſe ſententiam abſolutoriam ſuper poſſeſſione latam, rei iudicatæ exceptionem ſuper proprietate non parere; notant Bar. Roma. Iaſ. & omnes *in leg. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ.* hinc ſententia in iudicio ſummario lata rei iudicatæ exceptionem in iudicio ordinario non inducit, etiam ſuper eadem re, & inter eaſdem perſonas, eſt caſus *in leg. à diuo Pio §. ſi ſuper rebus*, vbi Alex. *ff. de re iudic.* latè Bar. *in l. qui Romæ §. duo fratres, ff. de verb. obligat. & in l. 2. C. de ordin. cognit.* ex hoc motiuabatur, quod veniebat omnino terminus in cauſa impartiendus, quo pendente, Philibertum conuentum abſtinere debere, eo præſuppoſito, quod abſque titulo iuriſdictionem illam criminalem poſſidebat, ſeu quaſi, ſicque lege reſiſtente, ad text. *in cap. cum perſona, de priuileg. in 6.* eſt enim iuriſdictio de realibus, quæ abſque titulo poſſideri non poſſunt, *toto tit. quæ ſint regal. in vſib. feud. & in Conſtit. ea quæ ad decus.* Sed pro parte Philiberti opponebatur, quod cùm ipſe decretum reſpectu poſſeſſionis pro ſe haberet, etiam contra fiſcum, ergo decretum illud ſibi titulum tribuebat, ad text. *in leg. Pomponius. §. ſi iuſſu, ff. de acquir. poſſ. & in leg iuſtè poſſidet*, vbi Alex. & Iaſ. *eodem tit.* ſat namque eſt pro tituli colore, quod quis probet poſſeſſionem Iudicis authoritate appræhenſam, Imol. *in cap. ſi ex parte in fine de reſtit. ſpoliat.* Philipp. Franc. *in c. ad decimas col. 2. eodem titulo in 6.* idem Imol. *in clem. 1. col. antepenul. verſ. ſi autem quærimus, de reſtit. ſpoliat.* Vbi dicit, ita communiter teneri, ſiue communem ſtylum eſſe, quamuis forte electio, vel collatio ſit vitioſa. Confirmabatur hoc ex notatis per Abb. *in cap. conſtitutus, de elect.* vbi determinat, quod licèt in caſu illius decretalis Abbates illi Actores ius eligendi reſpectu proprietatis non haberent; benè tamen reſpectu poſſeſſionis, ob quam in electione vocari omnino debebant; nam vt ipſe dicit poteſt alicuius rei, vel iuris acquiri poſſeſſio; cuius tamen proprietas de iure haberi non poteſt: *l. 1. §. ſi vir. ff. de acq. poſſ. & l. 1. §. deiicitur, ff. de vi & vi arm.* quare facta de his omnibus relatione in Regia Camera fuit deciſum, fore terminum in cauſa impartiendum, & interim dictum Philibertum non eſſe ſua poſſeſſione, ſeu quaſi priuandum, rei iudicatæ exceptione per ipſum oppoſita ad merita reſeruata.

## OBSERVATIO.

HIc notamus deciſionem, vt exceptio rei iudicatæ in poſſeſſorio, in iudicio proprietatis opponi non poſſit, ſententiamque in iudicio ſummario latam rei iudicatæ exceptionem in iudicio ordinario non inducere, etiam ſuper eadem re, & inter eaſdem perſonas; ſed quid è contra, an exceptio rei iudicatæ in petitorio opponi poſſit, vbi ageretur remedio poſſeſſorio, vtpura quorum bonorum, vide diſtinctionem traditam à Iacob. Menoch. *de adipiſc. poſſ. remed. 1. num. 108. & ſeqq.* quem allegat noſter Galupp. *in ſua praxi in tit. de except. rei indicat. par. 2. c. 13. num. 14.* vbi *num. ſeq.* ex text. *in leg. & an eadem. §. actiones. ff. de except. rei iudic.* addit, quod ſi quis in actione reali, quam intentauit ſuccubuerit, actione perſonali poſtea agere non poterit, ſecus ſi ſuccubuerit in actione perſonali, nam poſtea benè poterit agere actione reali; quæ autem requirantur, vt ſit locus exceptioni rei iudicatæ, vide Dom. Reg. de Pont. *deciſ. 32. n. 6.* vbi text. *in l. cum quæritur, ff. de except. rei iudicatæ.* notabiliter declaratur. 1

Vlterius

Digitized by Google

2 Vlterius notamus hìc, Decretum Iudicis in poſſeſſorio latum ſat eſſe pro titulo, vt lite pendente, ſit quis manutenendus in poſſeſſione etiam earum rerum, provt eſt iuriſdictio, quæ ſine titulo poſſideri non poſſunt; etenim indubitati iuris eſt, iuriſdictionem abſque titulo poſſideri non poſſe, vt poſt multos, tam ex Noſtratibus, quàm alienigenis probat Dom. Reg. Merlin. *contro. cent.* 1. *cap.* 13. *à numer.* 17. *& cap.* 86. *num.* 18. Nec ſat eſſe actus demonſtrare poſſeſſiuos, ſi titulo valido non corroborantur, vt per Dom. Reg. Rouit. *in pragm.* 2. *num.* 36. *verſ. & ex his, de iuriſdict. ad inuicem non turb.* vbi *num.* 26. poſt Capyc. *deciſ.* 57. docet, requiri etiam ſcientiam & patientiam illius, cōtra quem iuriſdictio acquiritur, idemque Dom. Reg. Merlin. *cit. cap.* 13. *numer.* 25. Eſt tamen verum, ad finem vt locus ſit manutentioni, lite pendente, vbi titulus non producitur, ſat eſſe ſi conſtaret de titulo colorato, qui ex diuturna poſſeſſione exoritur, ad text. *in cap. cùm veniſſent.* vbi Abb. *num.* 8. & Canoniſtæ communiter *extra de inſtit.* Andr. noſter, *in cap. imperialem numer.* 68. & ibidem Affl. *in §. illud in fin. de prohib. feud. alien. per Freder.* Felin. *in conſ.* 2. *num.* 27. Bellam. *deciſ.* 455. *num.* 2. Anton. Capyc. *deciſ.* 6. *num.* 10. *& deciſ.* 189. Achill. de Graſſ. *deciſ.* 5. *de reſtit. ſpoliat.* Rot. *deciſ.* 27. *num.* 18. *&* 595. *num.* 4. *par.* 1. *diuerſ. &* 384. *num.* 1. penès Card. Caualer. *&* 194. *num.* 12. *in collect. per Poſtium.* Iacob. Menoch. *de retinen. poſſ. remed. vlt. num.* 24. Capiblan. *in Prag.* 1. *numer.* 235. *de Baronibus, & cap.* 77. *num.* 17. *lib.* 2. Ludouic. Poſtius, *de manuten. obſer.* 44. *num.* 29. Reg. de Pont. *conſ.* 97. *lib.* 1. *& conſ.* 31. *num.* 8. *lib.* 2. Auguſt. Barboſ. *voto deciſ.* 52. *num.* 19. *lib.* 2. Dom. Reg. Galeo. *controu. lib.* 1. *controu.* 51. Ego ipſe *ſupra in obſer. ad deciſ.*

2 Vltimò ad pleniorem illius notabilis concluſionis, quam hìc firmauit Dom. Reg. noſter intelligentam; nimirum vt poſſit quis alicuius rei, vel iuris acquirere poſſeſſionem, cuius tamen proprietatem habere non poteſt, ſciendum eſt in materia feudali, quod vbi non agitur de dominio feudi, ſed de illa ſimplici poſſeſſione, quæ conſiſtit in ſola commoditate percipiendi fructus, qui illam tenet, nullo pacto affirmari poteſt; vt dicatur feudum poſſidere, allegatur ad hoc vulgata Theoric. Andr. *in c. imperialem. §. illud à num.* 68. *ad.* 71. *de prohib. feud. alienat. per Freder.* quo loci dixit, feudi poſſeſſionem adhuc penes illum exiſtere poſſe, qui eſt incapax ſucceſſionis, & dominij, aſſignat rationem, quia poſſeſſio cùm ſit facti, iure ciuili infirmari non poteſt; additque feudum ſic à quolibet quoad poſſeſſionem detineri poſſe, ex eo quod poſſumus nos poſſidere rem, cuius proprietatem habere non poſſumus, ad text. *in cap. dilectus* 12. *quæſt. prima.* Quam quidem Andr. Theoricam ſatis eleganter exornat Dom. Reg. Capyc. Galeo. *contro. lib.* 1. *contr.* 36. *à n.* 30. dum ait, quod vbi defunctus non fuit dominus, ſed ſimplex feudi poſſeſſor; ſiue detentor, hæres eius, qui aliud non prætendit, niſi poſſeſſionem, ſiue tenutam illam nanciſci, non habet neceſſe oſtendere, ſe verum, & legitimum eſſe hæredem, ac in feudo immediatum ſucceſſorem, quia cùm non agimus de dominio feudi, ſed de ſimplici poſſeſſione, huius eſt capax etiam ille, qui dominus eſſe non poteſt; & *numer.* 33. addit, ex hac ratione, ſpurium omnino incapacem fuiſſe per Regiam Cameram ad feudi poſſeſſionem admiſſum, apud Io. Vincent. de Ann. *in ſingul.* 535. quæ omnia fuerunt à me ponderata *lib.* 2. *reſolu. iuris capit.* 38. *à numer.* 23. quibus nunc addo, quod licèt fe-



mina de iure communi feudorum feudi ſucceſſionis ſit penitus incapax *capit.* 1. *de natur. ſucceſſ. feud.* Attamen mortuo patre, & contendente cum Agnato an fundus in defuncti hæreditate remanſus ſit feudalis, vel potius allodialis, controuerſia pendente, poſſeſſio penes filiam remanere debet, *in capit.* 2. *§. inter filiam ſi de feud. defunct. controuerſ. ſit inter domin. & Agnat. vaſſalli.* Ratio à Doctoribus aſſignatur, quia cum non tractetur de acquiſitione dominij, ſed de ſimplici poſſeſſione, quam tenutam noſter Balz. *in eo text.* appellat, fœmina, illius ſimplicis poſſeſſionis, ſeu tenutæ, incapax dici non poteſt, hinc ab immemorabili tempore in hoc Regno obſeruatum agnouimus, nonnulla Monaſteria, quorum pecunia, feuda ab aliis empta fuerunt, commoditate illa percipiendi fructus, quam nos vulgò tenutam appellamus, abſque obice frui, id quod ſi quid feudale eſſet, prohiberetur omnino, reſiſtit enim lex, & communis feudorum, & Regni huius, vt Perſona Eccleſiaſtica feudum teneat, hic eſt text. *in capit.* 1. *§. qui clericus ſi de feud. defunct. cont. ſit inter domin. & agnat. vaſſall. & in Conſtit. noſtra* quæ incipit *Errores eorum.*

## *ARGVMENTVM.*

Fiſcus, ad quem feudum ob lineam feudatarij finitam, eſt reuerſum, ſi illud alteri locatum inuenitur, nùm à Conductore conueniri poſſit ad ſibi faciendum reſtaurum damnorum, quæ ipſe in affictu paſſus eſt. Iudex an poſſit iudicare ſuper non deductis explicitè, benè tamen implicitè; Et an ſuper probatis, in libello non deductis.

## DECISIO CCCCL.

IN causa in Regia Camera Summariæ vertente inter Illuſtris Ducis Montiſalti hæredes actores ex vna, & Regium Fiſcum conuentum ex altera, ſuper excomputo petito circa affictum tractarum Ciuitatis Mazzariæ vlterioris Siciliæ factum ab illius vtili Domina, fuit dubitatum, cum Ciuitas illa ob lineam finitam vltimæ poſſeditricis ad Regiam Curiam reuerſa eſſet, potuiſſet ne Regius fiſcus ſuper petito reſtauro conueniri; etenim hoc nullo modo permitti, fiſcus excipiebat, ex quo locatricis non erat hæres; nam iure proprio ob illius lineam finitam ad Ciuitatem illam venerat, ad text. *in cap.* 1. *§. quid ergo*, vbi Andr. & cæteri Feudiſtæ, *de inueſtit. de re alien. fact.* 1

Imò prætendebat illud, quod conductores pro complemento affictus debebant, ad ipſum ſpectare; ac ita prouideri inſtabat; idque per text. *in cap.* 1. §. *his conſequens, in tit. hic finitur lex.* Sed ex aduerſo dicebatur hoc non fuiſſe per fiſcum petitum; & cùm proceſſus eſſet compilatus; terminus ſuper hac prætenſione impartitus non reperiebatur; vnde veniebant omninò abſoluendi; ſed pro parte Regij fiſci replicabatur; quod licèt non fuiſſet explicitè petitum, benè tamen implicitè per viam exceptionis; quare poterat Iudex in ſui fauorem pronunciare iuxta Innocent. Theoricam *in cap. ex conquaſtione, extra de reſtitut. ſpoliat.* quem ſequitur Bar. *in leg. ſi quis rem. & in leg. exceptio. ff. de exceptio. rei iudic.* iſtamque communem eſſe ſententiam tenent Bal. Roman. Alex. & Iaſ. *in leg. ſed & ſi poſſeſſioni, ff. de iuretur.* & faciunt notata per Bar. *in leg. omnes, ff. de regular. iur. & in leg. ſi auum* §. *fin. ff. de negot. geſt.* Vbi dicit, quod ſi poſt litem conteſtatam aliquid per viam exceptionis opponeretur, poterit Iudex ſuper eo ita pronunciare, ac ſi actio principaliter inſtituta eſſet; verùm dicebatur, hanc opinionem procedere, quando de eadem re tractatur, ſecus verò ſi de diuerſa; vtputa peto à te centum ex cauſa mutui, & tu excipis, quod ego tibi debeo bis centum ex cauſa depoſiti, nec aliter me reconuenis, tunc non poſſet Iudex ſententiam proferre, ita declarat Ioan. de Lignan. & Anton. de Butr. *in d. cap. ex conquaſtione.* Vnde cùm in caſu, de quo agebatur erat deductum quid diuerſum à prima Partis petitione, ideo facta relatione in Regia Camera, non aliter ſuper oppoſita exceptione pronunciatum extitit; ſed benè fiſcus fuit à petitione actorum abſolutus, & ſuper extaleo fuit ipſi ius reſeruatum.

## OBSERVATIO.

1 SAtis inaduertenter Actores in caſu huius deciſ. iura, quæ habere prætendebant ſuper reſtauro affictus, aduersùs fiſcum propoſuerunt, nam cum iſte non erat locatricis hæres, ex quo res locata ob lineam finitam locatricis ad Regiam Curiam reuerſa erat, non eſt cur dici poſſit, actionem fuiſſe ritè, & rectè inſtitutam; etenim ſine controuerſia procedit, quod quando feudum ad dominum deuoluitur, ſiue ob lineam finitam, ſiue ob culpam feudatarij, nulla aduerſus dominum ipſum poteſt inſtitui perſonalis actio, quæ contra defunctum feudatarium intentari poterat, cùm Dominus feudum capiat iure dominico, nec aliter tanquam vltimi poſſeſſoris hæres, vt ſatis benè declarat Marcell. de Maur. *allegat.* 1. *num.* 20. poſt Bal. quem allegat *in l. 2. quæſt. 46. ff. de rer. diuiſ.* imò benè excipiebat, quod debebant conductores pro affictu ipſi Domino fore exburſandum, iuxta diſpoſitionem text. *in cap.* 1. §. *his conſequens in tit. hic finitur lex.* quem hîc citat Dom. Reg. noſter, quamvis ſuper hoc non fuerit aliquid determinatum, cum omni iure debebat fiſcus hos conductores reconuenire, & ſuper reconuentione terminũ impartiri facere id quod extitit prorſus omiſſum; nam ſi dicebatur poſſe Iudicem pronunciare, etiam ſuper his, quæ reus per viam exceptionis deduxit; ac ſi actio principaliter inſtituta eſſet, reſpondebatur hoc procedere, quando de eadem re tractatur, provt in exmplis poſitis per Ant. de Butr. *in cap. ex conquaſtione, de reſtit. ſpoliat.* ſecus verò ſi de re diuerſa ab ea, quæ petitur, provt erat caſus, de quo agebatur; tunc enim neceſſaria eſt formalis reconuentio, ad tradita per DD. quos citat Iacob. Cancer. *var. reſol. lib. 2. in tit. de reconuent. num.* 30.

Sed an proferri poſſit ſententia ſuper probatis, ſed 2
in libello non deductis, affirmatiuam ſententiam ſubſtinui Ego *lib. 1. mear. reſol. c. 316. per totum.*

## ARGVMENTVM.

Donatio alicui facta ex nunc pro tunc ſequuta morte donantis, an & quando operetur dominij tranſlationem in donatarium à die contractus initi; Et an vbi ſic fuerit facta donatio, ſi donatarius donatori præmoriatur, caducetur donatio; Et de aliis.

## DECISIO CCCCLI.

POSSIDENTE Magnifica Beatrice 1
Zurula nonnulla bona feudalia & ſignanter annuos ducatos bis centum in feudum ſuper Ciuitate Monorbini, vt inter Lucium, & Felicem de Tocco Filios, ex tunc provt ex tunc ſequuta eius morte, diuiderentur, curauit, adeò vt ſuper diuiſione Regius aſſenſus fuerit impetratus; defuncto autem dicto Felice, ad quem dicti annui Ducati biſcentum in diuiſione prædicta obuenerant, ac & tandem mortua dicta Beatrice, dicto Lucio ſuperſtite, inſtabat Regius fiſcus declarari dictos annuos ducatos biſcentum feudales ad ipſum ob mortem dicti Felicis abſque filiis ſpectare, ex eo quod cùm eſſent illi nouiter acquiſiti per Felicem, & inueſtitura canebat pro ſe, & hçredibus ex corpore, Lucius frater ſuperſtes ſuccedere prohibebatur, ſed eo excipiente, dominium dictorum annuorum redditiuum feudalium nunquam fuiſſe in perſonam dicti Felicis tranſlatum, ex eo quod matri ſuæ fuerat præmortuus, dubitatum fuit quid iuris.

Diſcuſſo hoc dubio in Regia Camera, 2
pro Lucio deciſum extitit, eo ab impetitis per

Digitized by Google

per Regium fiſcum penitus abſoluto. Ratio deciſionis fuit primò, quia fuit habitum pro abſoluto, dictum Felicem nunquam dictorum annuorum reddituum acquiſiuiſſe dominium, ſicquè feudatarium mortuum non fuiſſe; ſemper enim dum dicta Beatrix vixerat dictos annuos redditus poſſederat; & licèt in dicta deciſione appoſita reperirentur verba illa, *ex nunc provt ex tunc ſequuta morte dictæ Beatricis, dicti annui ducati biſcentum tranſeant in dominium dicti Felicis*, &c. Tamen quia non poterat illud dici verè translatum, niſi poſt mortem prædictæ Beatricis, ſicque non à die contractus, ſed mortis realiter transferebatur, conſequenter vt redditus illi Felici acquirerentur, neceſſe prius erat, vt mors matris præcederet: optimè Bal. *in cap.* 1. *num.* 17. *de milite vaſall. qui contumax eſt*, *& in leg. ſi ita ſtipulatus fuero.* §. *ſi Titius*, *in princip. ff. de verb. obligat.* Angel. Imol. & optimè Alex. *in leg. huiuſmodi la* 2. *ff. de verb. obligat.* Iaſ. *in l.* 1. *in fine. C. de codicil.* quod ſecus eſſet affirmandum, ſi dictum eſſet *ex nunc provt ex tunc*, & *ex tunc provt ex nunc*; ſic enim poſita clauſula iſta, dominium in donatarium tranſlatum diceretur à die contractus. Secunda fuit deciſionis ratio, quia in aſſenſu ſuper diuiſione inter fratres facienda impetrato, verbum nullum de dominij tranſlatione fuit euomitum; & cùm in eo aderat clauſula, *quoad expreſſa tantùm*, debebat ſolùm attendi aſſenſus, tanquam inueſtitura, *capit.* 1. *de duobus fratribus de nouo benefic. inueſtit.* Vnde.

---

## OBSERVATIO.

1 VT cernis Dom. Reg. diſcrimen hîc conſtituit, quando donatio facta eſt cum ſimplici clauſula *ex nunc provt ex tunc*, ſequuta morte donantis, & quando facta eſt cum clauſula magis pingua, nimirùm *ex nunc provt ex tunc*, *& ex tunc provt ex nunc*, vt in primo caſu dominium in donatarium non niſi, ſequuta morte donantis, transferatur; in ſecundo verò à die initi contractus; ſed hodie diſcrimen hoc apud nos nullius eſt ponderis; paſſim enim, quando hæ donationes fiunt Notarij ex ſtilo ſemper canunt *ex nunc provt ex tunc ſequuta morte & è contra*, *& in præambula hora mortis*, *& per duas horas ante*, adiecta etiam clauſula conſtituti, quo caſu dubitari non poteſt, quin dominium in donatarium dicatur tranſlatum à die contractus geſti; ita vno ore ex noſtratibus ſaxi ſunt D. De Franchis *deciſ.* 213. Dom. Reg. de Pont. *conſ.* 6. *numer.* 27. *&* 28. *& conſ.* 69. *numer.* 13. *lib.* 1. Anna filius *conſ.* 1. *in princip.* & ſatis notanter Anna Pater *in ſingul.* 156. vbi facta donatione ex nunc pro tunc & è contra, ſequuta morte dotantis, & in præambula hora mortis, & per duas horas ante cùm reſeruatione vſusfructus, vita dotantis perdurante, prætendente hærede donantis, donationem illam eſſe nullam, per Sacr. Conſil. deciſum fuit, lite pendente, fore, & eſſe

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

donatarium in poſſeſſione rei donatæ manutenendum.

Suppoſita hac diſtinctione, ſi quæras an caducetur donatio, ſi Donatarius Donatori præmoriatur, reſpondeas affirmatiuè, data donatione cum ſimplici clauſula *ex nunc pro tunc ſequuta morte*, nam ſi dicamus, dominium rei donatæ in donatarium non tranſire, niſi donantis morte ſequuta; dum donatarius præmoritur, non eſt cur de dominij tranſlatione tractari poſſit; & ſic remanet caducata donatio; ſecus vbi donatio facta proponitur *ex nunc pro tunc*, *ſequuta morte donantis*, *& è contra*, *& per duas horas ante*; eo enim caſu, quia dominium rei donatæ tranſlatum eſt in donatarium à die celebratæ donationis, nil refert, quod Donatarius Donatori præmoriatur, quia dominium illud iam quæſitum, ad eius hæredes transfert, provt & omnia Iura, quæ in vita acquiſiuit; At P. Molfeſ. de his agens, *in comment. ad conſuet. noſtras par.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 8. *&* 9. relatis Doctoribus in hac quæſtione ad inuicem pugnantibus, exiſtimauit, placere ſibi diſtinctionem traditam à D. Præſ. de Franch. *in deciſ.* 591. quod ſi donatio facta ex nunc pro tunc ſequuta morte, ex pacto appoſito, cerni poſſit, perſonalem eſſe, id quod ex donationis formula inſpiceretur, & tunc caducaretur per mortem donatarij ante mortem Donatoris; at ſi ſecus eſſet, & tunc donatio iudicaretur realis, & conſequenter non caducaretur per mortem donatarij ante Donatorem; quando autem caſus acciderit ex facti qualitate quæſtio, melius reſolui poteſt; interim horum memor eſto. 2

## ARGVMENTVM.

Pragmatica Sanctio edita Thori, quæ tuetur poſſeſſores earum rerum, quæ à Sereniſſimis Regibus domus Aragoniæ conceſſæ reperiuntur, an locum habeat, ſi quis eſſet conuentus ad relaxandum feudum, quod ab illius vtili Domino, & poſſeſſore fuit iuſto titulo in alium tranſlatum cum conſenſu, & beneplacito illorum Sereniſſimorum Regum; Et quid ſi quis rem aliquam poſſideret vigore alicuius Priuilegij, quod ab eiſdem Sereniſſimis Regibus fuit confirmatum. Dictio *quouis modo* quid importet; Et de aliis ad ornatum Prag. prædictæ.

## DECISIO CCCCLII.

INSTABAT Magnificus Ioan. Donatus de Marra, fore cogendum Illuſtrem Principem Hoſtiliani ad ſibi relaxandum Comitatum Aliani, in quo ob mortē Comitis Eligij de Marra ſine filiis, ſucceſſerat eius ſoror, ipſius 1



Digitized by Google

Principis conuenti Auia paterna, eo præſuppoſito, quod ex antiquis inueſtituris conſtabat in dicto Comitatu non niſi maſculos de familia de Marra, feminis prorſus excluſis, ſuccedere potuiſſe; ſed excipiente Principe, obſtare Actori Pragmaticam Sanctionem editam Thori, , dubitatum fuit in Regia Camera, an exceptio hæc de iure procederet?

2 Etenim dicebat Illuſtris Princeps de anno 1452. venditis Terris Aliani, & Alianelli per Henricum de Gueuara Marchionem Vaſti Guillielmo de Marra; Regem Alphonſum primum ſuper contractu ſuum Regium præſtitiſſe conſenſum pro hæredibus vtriuſque ſexus;ſed ad hoc pro parte Diui Ioannis Donati fuit replicatum, præcitatam Pragmat. editam Thori loqui ſolùm de bonis, ſiue feudalibus, ſiue allodialibus, à Regibus Alphonſo, & Ferdinando ereptis, & aliis conceſſis; & ſic eo caſu, quo Reges illi iure, vel iniuria dictorum bonorum Dominos, & poſſeſſores ſpoliarunt; nullibi autem legitur, vt procedat diſpoſitio illa eo caſu quo vtilis Dominus rem ſuam feudalem cùm illorum Regum aſſenſu vendidiſſent; tunc enim Rex aſſentiens nihil dat; ſed ſolùm conſentiendo tollit obſtaculum impeditiuum tranſlationis vtilis dominij, quod eſt penès feudatarium alienantem, ita optimè declarat Bal. *in leg. ſi vt proponis. C. de ſeruo pignor. dat. manu.* facit regula, quam ponunt Bar. & Iaſ. *in leg. more, ff. de iuriſd. omn. iud.* nimirùm quod qui actum confirmat, nihil de nouo dat; Ex quibus pro indubitato fuit tentum, præcitatam Pragmaticam locum non habere, niſi quando Reges illi bona vel feudalia vel allodialia aliquo iure, vel iniuria cœperunt, quæ vel penès ſe retinuerunt, vel aliis conceſſerunt; non autem quando præſtiterunt aſſenſum venditioni rei feudalis. Nec pariter fuit habita ratio aliqua de alio quod Illuſtr. Princeps opponebat, nimirum quod per publicas ſcripturas apparebat, Reges illos dictum Comitatum per quatuor annos poſſediſſe; nam non per hoc Pragmatica locum habebat, ex eo quod demùm Rex Ferdinandus eadem bona Eligio de Marra reſtituerat; ſicque ſtante illorum bonorum reſtitutione, omnia ad primum ſtatum redacta extiterant, *l. 1. & fin. C. de ſent. paſſ.* Bar. Aret. Alex. Iaſ. & Ruin. *in l. gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth.* & Loffred. cæteris omiſſis, *in cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat.* vbi annuit; ita in cauſa Iacobi Carboni per Regiam Cameram iudicatum; Tandem ad ſuam exceptionem fundandam dicebat Illuſtr. Princeps, Regem Alphonſum Primum de anno 1442. conceſſiſſe Guillielmo de Marra omnia bona feudalia, quæ fuerunt Iacobo de Manzella, eo addito vt ad ſucceſſionem vtriuſque ſexus hæredes venire potuiſſent; & licèt in conceſſionis priuilegio expreſſa non reperiantur bona, de quibus agebatur; tamen inſtabat Princeps, terminum ſibi impartiri ad verificandum concernentia Regiam Pragmaticam; credebat enim in termino probare poſſe, bona illa fuiſſe dicti Iacobi de Manzello; vnde facto verbo per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, fuit communi voto deciſum, fore impartiendum terminum dierum decem ad probandum concernentia Regiam Pragmaticam.

---

## OBSERVATIO.

NOuimus in hac deciſione, pro indubitato, Re- 1
giam Cameram tenuiſſe, Pragmaticam Sanctionem editam Thori, quæ eſt 4. *in tit. de poſſeſſor. non turban.* nullatenus locum habere, niſi quando quis eſſet conuentus ad relaxandum rem aliquam, quæ conceſſa reperitur à Sereniſſimis illis tunc noſtris Regibus de Aragonia, quamuis iidem iure, vel iniuria eandem rem acquiſiuiſſent; ſicque Pragmaticam hanc illas tantùm tueri perſonas, quæ ab ipſis Regibus cauſam habent, id quod firmauit pariter Dom. Ioan. Angel. Piſanell. *in commentar. ad hanc legem num.* 24. vnde aſſerere, vt hæc Regia ordinatio poſſit etiam prodeſſe illis, qui bona aliqua feudalia ab altero emerat, præuio aſſenſu illorum Sereniſſimorum Regum, truffa eſt; eſt tamen verum quod *hæc* Pragmatica omnino locum haberet, quando quis poſſideret rem vigore alicuius Priuilegij, quod ab illis Sereniſſimis Regibus confirmatum appareret, dummodo in confirmatione clauſula adiecta eſſet, nimirum, *& de nouo concedimus*, vt per eundem Piſanell. *loco cit. num.* 64. Ratio aſſignatur quia tunc diceretur facta conceſſio in forma ſpecifica, imo etiam ſi in forma communi facta reperiretur, adhuc ſieri locum diſpoſitioni, putauit Dom. Reg. Rouit. *in d. Prag. 4. num.* 29. *&* 30. dummodo antiqua ſit confirmatio, & poſſeſſio penès eum exiſtat, ad cuius beneficium eſt facta confirmatio; nam cum ad fundandandam exceptionem huius Pragm. titulus requiratur ab vno ex illis Regibus Aragoneis; confirmatio adhuc in forma communi titulus dicitur habilis ad præſcribendum, & ſic ad transferendum dominium, ergo; eoque magis, ſubdit Dom. Rouit. *num.* 34. *&* 35. attentis verbis Pragmaticæ ibi, *quouis modo conceſſa*, quæ ſanè dictio *quouis modo* omnes importat modos excogitabiles, ad tradita per Hyppoli. *conſ.* 80. *n.* 26. quodque Pragm. hæc locum habeat etiam vbi confirmatio in forma communi facta eſſet, iudicatum refert Camil. de Curte *in ſuo diuerſ. iur. feud. cap.* quod incipit *declarata igitur. n.* 61. *fol.* 71. quo loci *num.* 57. pariter deciſum teſtatur, vt illius Regiæ ordinationis diſpoſitio adhuc procedat, quando per viam ſententiæ aliquid Reges illi determinaſſent.

Cætera ad materiam huius Pragm. pertinentia vi- 2
denda ſunt apud Affl. *dec.* 396. Piſanell, *loc. cit.* Loffred. *conſ.* 34. Gram. *deciſ.* 65. Minado. *in Conſtit. in Aliquibus in* 5. *notab. n.* 22. *&* 39. *& deciſ.* 37. Iacob. Ant. de Maur. *alleg.* 29. Ann. *allegat.* 54. 62. 64. & 87. Reg. de Pont. *conſ.* 63. *lib.* 2. Camill. de Curt. & Scipio. Rouit. *locis citatis*.



Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Pretium rei venundandæ, quodnam iuſtum dicatur, illud forſan quod ab extraneo inuenitur, vel potius illud, quod ab expertis rei qualitate conſiderata, & redditibus attentis, refertur; Et quid, quando tractatur de æſtimando nomine Debitoris. Venditor ſi in pretio rei venditæ enormem, ſiue enormiſſimam paſſus ſit læſionem, nùm pro contractus reſciſſione agere poſſit contra rei poſſeſſorem, quamuis ab ipſo venditore cauſam non habeat; Et de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCCLIII.

1 EXPOSITA venali quadam domo palatiata Dom. Elenæ de Touar. ac candela accenſa, & demùm extincta, deliberata magnifico Zuiz. de Perera, tanquam vltimo licitatori, & plus offerenti pro ducatis ſex mille, & quincentum, & ab eodem Perera emptore poſtea vendita Excellenti Regenti Patinno pro ducatis ſex mille, egit d. D. Elena in Sacro Conſilio contra hæredes dicti Regentis, etiam per viam reſtitutionis in integrum, tanquam minor petens, venditionem factam Perera fore reſcindendam, prætextu læſionis vltra ſextam; ter enim apparebat domus prædicta per expertos æſtimata, & primò pro ducatis ſeptem mille tercentum, & nouem. Secundò pro ducatis nouem mille: & Tertiò pro ducatis decem mille, & ſeptincentum; ſed excipientibus dictis hęredibus, nullam conſiderari læſionem, fuit dubitatum, an actrix eſſet in probatis.

2 Et per Sacrum Conſilium fuit pro dictis hæredibus pronunciatum; & cum à ſic facta determinatione fuiſſet reclamatum, Dominus Cardinalis Granuelanus Regni locumtenens, vt cauſa reclamationis in Collaterali Conſilio decideretur, mandauit, vbi & tandem relata, cùm octo eſſent votantes, tres nimirùm Regiam Cancellariam Regentes, & quinque Conſiliarij, fuerunt in paritate votorum; & cùm ad paritatem dirimendam tres alij eſſent dati adiuncti, ex his duo ſententiæ illorum adhæſerunt, qui ſententiam in prima inſtantia latam fore confirmandam pronunciarunt; & ita fuit illa contra Actricem publicata cùm impoſitione perpetui ſilentij. Ratio deciſionis fuit, quia cùm domus prædicta fuiſſet ſub haſta poſita non fuit repertus emptor, qui maius offerret pretium, quàm dictus Perera obtulerat; ſed contra hanc determinationem conſiderabatur primò, communem eſſe omnium ſententiam, quod quando quis rem ſuam vendit, ſi eſt deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, erit reſciſſioni locus, iuxta text. *in l. 2. C. de reſcin. vendit.* Si verò ſit venditio per Iudicem, & tunc ſat eſt, vt læſio vltra ſextam ſit, docent Bar. *in leg. ſi ſocietatem. §. arbitrorum, ff. pro ſocio.* Alex. *in leg. ſi quis cùm aliter, ff. de verb. obligat. & conſ.* 131. *lib.* 2. & latius Cagnol. *in repetit. d. l. 2. num.* 161. *C. de reſcin. vendit.* fiet autem æſtimatio ſecundum rei qualitatem, redditibus attentis, eſt caſus expreſſus *in l. ſi quos. C. eod. tit. de reſcin. vendit.* vbi dicit Bar. ſufficientem non eſſe probationem, quod res tanti valet, quia facta ſubhaſtatione, plus non reperitur; etenim ſubhaſtatio non facit ceſſare quærelam propter pretij modicitatem; vnde dicebatur, quod in caſu propoſito nullo pacto domus prædicta plus offerenti liberari poterat, poſtquàm ex tot appretiis de magna læſione conſtabat; nec aliter attendendum pretium quod in ſubhaſtatione reperiebatur; ſed illud, quod ab Expertis fuerat relatum; eoque magis, quia dicta D. Elena ſæpè inſtiterat, quod dicta domus iuxta verum appretium Creditori adiudicaretur, quod facere debebat Iudex, ad text. *in leg. à diuo Pio §. ſi pignora*, vbi gloſ. Bar. Alex. & Iaſ. *ff. de re iudic.* Nec obſtare addebatur, in quantum dicebatur, quod nulla actio aduersùs hæredes dicti Regentis proponi poterat, ex eo quod nec cum eis, nec cum eorum Patre aliquid geſtum fuerat; nam reſpondet text. *in leg. in cauſæ la 2. §. interdum, ff. de minor.* quod licèt, in integrum reſtitutio aduerſus eum, cum quo nihil cõtractum fuit, non detur cum hoc iudicium ſit tantùm perſonale; tamen aliquandoque eſt in rem, vt competat aduerſus rei poſſeſſorem, etſi cum eo minor non contraxerit; & hoc in duobus caſibus, primò ſi Emptor primus alienauerit, illéque ſecundus rem ita geſtam ſciuerit, provt geſta fuit; Secundò ſi ille primus emptor non eſt ſoluendo; in his enim duobus caſibus datur actio cõtra poſſeſſorem ſecundum emptorem, vt ex text. *in d. leg. in cauſæ §. Pomponius* in caſu propoſito dubium non erat, Regentem Patinnum fuiſſe conſcium omnium eorum, quæ ſuper dicta vẽditione domus agebantur, ex quo ipſe omnino dictam domum emere volebat, & conſequenter læſionem ſciebat, interpoſuerat pariter dictus Regens partes ſuas, ne ab aliis domus prædicta emeretur, provt per teſtes fuit benè probatum, vnde non bene iudicatum annuitur hîc.

## OBSERVATIO.

1 EX his, quæ D. Regens in hac deciſione exarat, noſcitur apertiſſimè, votum ſuum fuiſſe contra ſententiam, etenim duas principales concluſiones hic firmat, quarum prima eſt, rei æſtimationem non ex ſubhaſtationibus; ſed ex relatione expertorum, Redditibus attentis probari Doctoribus hic citatis; Tu modò ad huius dicti confirmationem, dic ſemper, pretia rerum, pretium accipere vel ex redditibus, vel ex communi æſtimatione, provt ſunt iura *in leg. ſi fundum* 94. ibi *Excuſſo pretio ſecundum redditum, ff. de lega.* 1. *in leg. ſi fundus.* ibi, *pro modo fructuum, ff. de rebus eorum, in leg. ſi quis* ibi *rei qualitas, & redditu um quantitas æſtimatur. C. de reſcin. vendit. & in leg. pretia rerum, ff. ad leg. falcid.* quæ iura allegat gloſ. *in l.* 2. *C. hoc prox. cit. tit.* Ioan. de Plat. *in l.* 2. *num.* 2. *verſ. & nota hic tex. C. de pred. & omnibus rebus nauicul. lib.* 10. D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 54. vbi expreſſis verbis dicit, veram, & communem eſſe concluſionem, rei valorem per ſubhaſtationem non probari, quia vt plurimum licitationes ſolent eſſe animoſæ; ſed rem illam appretiandam eſſe per expertes, qui rei qualitatem, & introïtuum quantitatem conſiderant; & addit, tunc demùm ad licitationem eſſe deueniendum, quande aliud non ſupereſt remedium; vnde dicamus, quod quando emptor, vel venditor ſe læſum prætendit, vt rei venditæ valor ſciatur, recurrendum eſt ad Expertos, quos nos Tabularios appellamus, qui redditu um ratione habita, iuſtum pretium Iudici referunt, inſpecto tamen tempore contractus geſti, ex quo læſio ſuborta allegatur; ita Bar. Bal. Paul. de Caſtr. & DD. communiter *in l.* 2. *C. de reſcin. vendit. & in leg. ſi voluntate.* per illum text. *& in l. ad reſcindendum. C. eod.* Abb. & Canoniſtæ communiter, per illum text. *in cap. cum dilecti, & in c. cum cauſa de emptio. & vendit.* Cagno. *in d. l.* 2. *num.* 215. *circa medium.* Arius Pinell. *in eadem l.* 2. *p.* 3. *c. vlt. n.* 15. vbi alios allegat.

2 Hæc quando tractatur de æſtimanda re immobili; quando verò de æſtimandis bonis mobilibus, putauit Bar. *in leg. ſuus. col.* 2. *ff. de condict. furt.* attendi debere, quod tantum valet res, quantum in loco publico vendi poteſt; idemque. Dom. Io. Ang. Piſanell. *in quadam ſua obſer. per me impreſſa lib.* 2. *mear. reſol. cap.* 41. vbi dicit in bonis mobilibus illum ordinem non ſeruari, qui in rebus immobilibus ſeruatur; ſicque non eſſe appretianda, ſed liberari debere pro pretio, quod ad ſubhaſtationem reperiretur in loco publico, vbi ſubhaſtatio ſolita eſt fieri; verùm addit, quod ſi eſſent bona mobilia pretioſa, ſeruandum fore, quod in rebus immobilibus ſeruatur; atteſtaturque indifferenter practicatum vidiſſe, quod tam in eis quàm in pretioſis, quando iuſtus non reperitur emptor, & appretiarentur, quod tunc Creditor poterit offerre pro ſexta parte minus, quo appretiabuntur; ſicque releuabitur Creditor in accipiendo aliud pro alio in ſexta parte.

3 Sed quid dicemus, quando tractatur de æſtimando nomine Debitoris; dic quod ſi Creditum non eſt planè certum, ſed periculoſum, poterit certè minoris emi, quàm valet, provt difficultas, & incertitudo ſolutionis maior, vel minor fuerit, ita Bonac. *de contractibus diſput.* 3. *quæſt.* 3. *punct.* 10. *num.* 4. Hinc liberantias militares ob ſolutionis difficultatem poſſe vilius emi, quamuis ementi facilis ſit exactio, Doctores Theologi ſcripſerunt. Ratio aſſignatur, quia cùm hæc debita offeruntur venalia, eorum pretium non pendet ex commodo vnius, vel paucorum; ſed ex publica æſtimatione; ita ſatis notanter Leſſius *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 21. *in tit. de emptio & venditio. dubit.* 9. *n.* 26 *fol.* 284. Ægid. Trullench. *in præcepta decalogi lib.* 7. *c.* 20 *dub.* 10. *n.* 3.

Altera Concluſio, quam Dom. Reg. noſter hic fir- 4
mauit, ea eſt, nimirum vt iudicium læſionis à venditore inſtitui poſſit, adhuc ſi res vendita non ſit in poſſe illius, cui vendidit; ſed penès alium à primo emptore cauſam habentem; duobus tamen concurrentibus, & primò ſi hic ſecundus emptor de primi contractus læſione notitiam habuerit, & ſecundò ſi ille primus emptor non eſſet ſoluendo, vt in his duobus caſibus contra poſſeſſorem ſecundum Emptorem poſſit hoc iudicio agi; Tu modò ad huius concluſionis maiorem declarationem vide Cyn. Paul. de Caſtr. Cagno. & alios *in d. l.* 2. Ant. Gomez. *var. reſol. tit. de emptio. & vendit. n.* 22. *verſ. item adde*, Diaz. de Mena *in addit. ad Ant. Gam. deciſ.* 21. poſt plures, quos citat, & Matthiam Berlichium *deciſ.* 157. *par.* 1. Ex quorum dictis habes, nullam ſupereſſe actionem venditori realem, rem illam venditam proſequendi aduersùs tertium poſſidentem; ſed tantùm contra primum emptorem, cùm quo contraxit in actione perſonali pro iuſti pretij ſupplemento, tribus tamen exceptis caſibus; & primò ſi venditio à primo emptore huic ſecundo facta eodem morbo, quo & prima laboraret; ſecundò ſi ſecundus Emptor fuerit ſciens læſionis, quæ in prima venditione concurrit; & tertiò, ſi in hunc tertium poſſeſſorem res illa lucratiuo titulo tranſierit; videnda ſunt etiam quæ in hoc articulo ſcripſi Ego *lib.* 1. *mear. reſol. cap.* 153. *à num.* 7. *ad finem*, vbi pariter alterum conſideraui caſum; nimirùm quando prima venditio enormiſſimam contineret læſionem, rationibus, vt ibi.

## *ARGVMENTVM.*

Teſtium depoſitio in vna cauſa recepta, & inter diuerſas perſonas, ſi in alia præſentatur, an & quando probationem faciat. Notarius ſi aliquid in inſtrumento, quod ſtipulatur, atteſtetur, referens ſe ad aliud inſtrumentum per ipſum ſimiliter rogatum, an fidem aliquam faciat. Teſtes recepti, Parte non citata, an & in quibus caſibus fidem faciant. Et de aliis.

## DECISIO CCCCLIV.

INSTABAT Leoniſſa Marcheſia 1
vti filia quondam Franciſci Marcheſij, fore condemnandum Balthazarem Briſegna ad relaxãdum, quoddam territorium feudale in pertinentiis Litij, de quo, à Rege Catholico, præſuppoſito, quòd dictus Franciſcus abſque legitimo in feudis ſucceſſore deceſſerat, Chriſtophorus Briſegna dicti Balthazaris Pater inueſtitus extiterat, & cum proceſſus eſſet compilatus, de duobus dubitari contigit;

&

Digitized by Google

& primò an ex parte Actricis probatum eſſet dominium, quod in reiuindicationis iudicio probari neceſſe eſt; Secundò an eſſet probata filiatio, nimirum Actricem fuiſſe filiam, legitimam & naturalem dicti Franciſci; his enim probatis, de illius iuſtitia dubitari non poterat.

2 Pro Actrice dicebatur, fuiſſe vtrumque bene probatum; nam quoad dominium apertiſſimè conſtabat ex priuilegio inueſtituræ Chriſtophori in quo Rex Catholicus aſſeruerat, territorium prædictam ad Reg. Curiam fuiſſe deuolutum ob mortem Franciſci Marcheſij, nullis ex ſuo corpore ſuperſtitibus hæredibus, qui illud à Regia Curia tenebat, & poſſidebat. Quò verò ad filiationem, in qua maior conſiderabatur difficultas, conſtabat pariter; cum in alio proceſſu examinati extiterant plures teſtes deponentes, inter d. Franciſcum, & Matrem ipſius actricis fuiſſe legitimum matrimonium contractum. Præterea conſtabat de anno 1514. Regiam Cameram determinaſſe, deberi à Regia Curia dictæ Leoniſſæ ducatos quatuor mille, vti filiæ & hæredi dicti Franciſci; ac tandem ponderabatur dicti Balthazaris confeſſio in quodam tranſactionis inſtrumento facta, dum in eo aſſertum fuerat, Beatricem de Oriola actricis matrem, legitimam fuiſſe vxorem dicti Franciſci; Et ex his dicebatur, ſatis fuiſſe probatum matrimonium & filiationem, ad notata per Bar. & Bal. *in l. filium ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* per Salic. & alios *in l. non nudis C. de probatio.* & per Affl. *dec.* 25. Vnde relata cauſa per Sacr. Conſilium in Collaterali Conſilio, pro maiori parte Votantium prodiit ſententia ad fauorem Actricis; Sed cùm ab ea pro parte d. Balthazaris fuiſſet reclamatum, iterum fuit ſatis dubitatum an verè Actrix reſpectu legitimæ filiationis eſſet in probatis; etenim enixè Balthazar demonſtrabat, filiationem non fuiſſe probatam, nam reſpectu teſtium de contracto matrimonio deponentium, apparebat in alio proceſſu illos depoſuiſſe, & ſic in diuerſa cauſa, & inter diuerſas perſonas; & conſequenter nullius probationis, ad tex. *in c. inter dilectos §. porrò de fide inſtrum.* Alex. Aret. & Iaſ. *in l. ſi duo patroni ff. de iureiur.* Felin. *in c. penul. extra de re iudic. optimè citatus.* Aret *in c. cauſam quæ, de teſtibus*; Et ea eſt ratio, quia teſtis, Parte non citata, examinatus nullum facit inditium. Bar. *in l. maritus ff. de quæſtion.* quo enim pacto illorum teſtium depoſitio Balthazari præiudicare poterat, dum eo non citato, teſtes depoſuerant? eoque magis cùm ille proceſſus vt ſupra productus non aliter originalis erat, ſed quædam Copia facta ab vno, qui non erat cauſæ actuarius, neque ſcriba, nec de alicuius Iudicis ordine facta apparebat, quod neceſſarium erat, per tex. *in c. fin. extra de fide inſtrum.* & reſpectu determinationis Regiæ Cameræ, quæ mandauerat, ſolui ducatos quatuor mille dictæ Leoniſſæ, dicebatur non aliter fuiſſe pecuniam illam ei ſolutam vti filiæ legitimæ & hæredi dicti Franciſci; ſed alio modo; non enim poterat eſſe hæc Mens Regis, vt ſoluere vellet dictæ Leoniſſæ vti filiæ legitimæ & naturali dicti Franciſci; quandoquidem contrarium aſſeruerat in priuilegio inueſtituræ dicti Chriſtophori, dum ibi dicebatur, quod fiebat conceſſio dicti territorij ob mortem dicti Franciſci abſque legitima prole. Præterea nec obſtabat Balthazaris confeſſio in d. tranſactione, in qua legebatur Leoniſſam fuiſſe filiam legitimam, & naturalem prædicti Franciſci; illa enim verba non aliter à dicto Balthazare prolata erant, ſed à Notario, & in narratiua inſtrumenti, nec de ea filiatione poterat Notarius ille fidem facere, vt per Bar. Alex. Iaſ. & Omnes *in l. ſciendum ff. de verb. obligat.* Aret. *in authen. ſiquis in aliquo documento C. de edendo*; ſolùm namque rogatus extiterat Notarius de tranſactione inter Partes illas inita; non autem de legitima Leoniſſæ filiatione. Tandem Balthazar ad eius fundandam iuſtitiam præſcriptionem allegabat triginta, ſiue quadraginta annorũ, per quam omnis tollitur actio: *l. ſicut & l. omnes C. de præſcript. trig. vel. quadr. annor.* Eoque tempore, neque locum neque peſtis in Regno fuerant; quare bellum relata cauſa in Collaterali Conſilio in gradu reclamationis, & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege cùm Votantes eſſent numero decem, fuit iudicatum, bene fuiſſe, & eſſe reclamatum, ac male iudicatum; quatuor tamen ex Dominis Iudicibus contradicentibus.

## OBSERVATIO.

Notamus hîc, quod ſi in vna cauſa præſentaretur depoſitio teſtium, in alia receptorum, & inter diuerſas perſonas nullam faceret probationem, iuribus, & Doctoribus hîc citatis; eſt enim res inter alios acta, quæ Tertio nocere non poteſt, *toto tit. C. res inter alios acta.* Tu modò dic concluſionem hanc veram eſſe; ſed eam fore reſtringendam, quoties in antiquis verſaremur; quia tunc bene teſtes illi probarent, quamuis in alia cauſa, & inter diuerſas perſonas eſſent recepti, provt de inſtrumentis antiquis loquitur Bal. *in l. cum aliquis num.* 4. *C. de iur. delib. & poſt.* cum Dec. *conſ.* 11. *num.* 9. *verſ. nam ex inſpectione.* Curt. Iun. *conſ.* 106. *num.* 5. *in fine,* Crauett. *de antiquit. temp. par.* 2. *n.* 49. & Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſi* 29. *num.* 27. 1

Notamus ſecundò nullam fidem facere Notarium, niſi in his in quibus à Partibus fuit rogatus; vnde ſi Notarius aliquid in inſtrumento, quod ſtipulatur, atteſtetur, dicens, provt continetur in alio inſtrumento per ipſum facto, nullam faceret probationem, quia Notarius de hoc non eſt rogatus; ita ſatis bene Affl. *deciſ.* 48. *intra num.* 2. vbi addit, quod ſi Notarius dicat in inſtrumento, provt conſtat in quodam inſtrumento procurationis facto per manus mei Notarij, mandatum 2

datum illud procurationis non probaret, niſi exhiberetur, allegat Innocent. *in c. quoniam contra falſos C. de probat.* idemque dixit *in deciſ.* 245. *n.* 7. ſub illis verbis; *Sed profecto non eſt ſtandum verbis dicti aſſerti Notarij; quia Notarius non poteſt facere inſtrumentum, niſi de his, quæ coram ſe geſta ſunt, vt dicit Bal.* &c.

3 Ad illud autem vulgatum dictum hîc, vt teſtes recepti, Parte non citata, nullam faciant probationem, prout ſunt iura *in l. ſi quando C. de teſtibus*, *in l. Iudices C. de fide inſtrum. in l. fin. C. de quæſtion. & in c. 2. de teſtibus*, adde Tu, plures à Doctoribus fuiſſe conſideratos caſus, in quibus teſtes plenam faciunt probationem, quamuis Parte non citata, recepti, & ſit omnium primus, quando Pars, quæ citanda eſt reperiretur præſens, ſunt iura *in l. etiam ſi pater.* §. *ſi hæreditate ff. de minor. in l. ſi eum ſeruum.* §. 1. *&* §. *fin. ff. de fideicomm. libertat. in l. recuſare in principio ff. ad S. C. Trebell.* Alex. *in l. fin. C. de procurat.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 797. Secundus in cauſa naufragij, vel periculi in partibus longinquis, vel remotis. Tertius vbi lex in aliquo actu plenam non exigit probationem; ſed ſolis contentatur adminiculis, videantur Hippol. de Marſig. *ſing.* 24. *&* 30. & Corſet. *ſing.* 371. cæteros vide apud Roma. *ſing.* 369. & illis adde, quoties teſtis ſuum vellet declarare dictum ex interuallo, illudque addere, quod omiſit, ita ſingulariter Paul. de Caſtr. *in l. hæredes palam* §. *ſi quid num.* 4. *ff. de teſtament.* Hippolyt. *in l. de vnoquoque num.* 7. *ff. de re iudic. & in l.* 1. §. *fin. n.* 34. *ff. de quæſtion.* Rot. *deciſ.* 592. *num.* 1. *&* 4. *par.* 1. *diuerſ.* Camill. Borrell. *in ſumma deciſ. tit.* 44. *de citationibus. num.* 445. & Barboſ. *in collect. ad c. cum cauſam*, *extra de teſtibus.*

## ARGVMENTVM.

Remiſſio mercedis, vt ob ſterilitatem à locatore conductori facienda ſit, ad quam ſummam damnum à conductoribus paſſum aſcendere debet. Reconuentio caſuum fortuitorum, an inſolitos, & inopinatos comprehendat, Et de aliis.

## DECISIO CCCCLV.

1 IN cauſa in Sacro Regio Conſilio vertente inter Magnificum Fabium Viues Arrendatorem Gabellæ, vulgò dicitur *vnius grani pro quolibet rotulo carnium, & piſcium*, & fideliſſimam hanc Ciuitatem ſuper reſtauro damnorum paſſorum, vulgò excomputum appellamus, cùm fuiſſet dubitatum, an petitæ mercedis remiſſioni locus eſſet, Domini de Sacro Conſilio negatiuè reſponderunt, Ciuitatem prædictam ab impetitis per dictum Magnificum Fabium penitus abſoluentes; idque ſiue Bar. attendamus ſententiam *in l. licet C. loca.* quam ſequitur Ant. de Butr. *in c. propter ſterilitatem, extra eodem*; vbi dicunt, quod adhoc vt ſit locus remiſſioni mercedis, opus eſt, vt colonus demonſtret ſe læſum in amiſſione fructuum vltra dimidiam; hoc eſt, eum tot fructus non collegiſſe, deductis expenſis, qui æquipolleant dimidiam penſionis ſoluendæ, nam aliàs ſi tot percepiſſet fructus, qui ad dimidiam, vel vltra aſcenderent, prout in caſu, de quo agebatur, nullo pacto fieret locus remiſſioni mercedis; ſiue etiam alteram ſequamur opinionem, nimirum vt Iudicis arbitrio remittatur; quandoquidem in inſtrumento ſtipulato inter Ciuitatem, & d. Fabium indiuidualiter renunciatum extiterat omnibus excomputis, quæ ex quauis cauſa in ſpecie, & in genere, & quocunque alio modo peti potuiſſent, duobus tamen caſibus exceptis, ſcilicèt peſtis intus hanc Ciuitatem Neapolis, vel vbi contigiſſet inuaſio Regni cùm Exercitu, & armata ordinata ad inuaſionem Regni huius, & circa Ciuitatem hanc Neapolis per triginta milliaria; in aliis verò caſibus; & quibuſuis etiam maioribus opinatis, diuinitùs vel humanitùs, etiam raró contingentibus, & penitus inſolitis; & quod per Sacr. Conſil. fuiſſet in ſimili caſu iudicatum, ſeu de æquitate declaratum vt nullo modo mercedis remiſſio locum ſibi vendicaſſet, expreſsè conuentum fuerat; quo pacto ſic ſtante, non erat de quo dubitari poterat, petitum reſtaurum eſſe denegandum, ſunt enim pacta ſeruanda, quando bonis moribus non aduerſantur, *l.* 1. §. *ſi quis conuenerit ff. depo. l.* 1. *ff. de pac.* non enim pactum prædictum dicebatur contra legem; ideo omnino ſeruandum *l. iuriſgentium* §. *prætor ait ff. de pactis*; Etenim ambigi non poterat, renunciationem hanc ſpecialiſſimam, & indiuiduam omnes caſus in indiuiduo exprimentem, & demùm alios quoſcunque generaliter complectentē actam eſſe, etiam incogitatos comprehendere, notant gloſ. Bar. Alex. Iaſ. & omnes *in l. ſed & ſi quis* §. *quæſitum ff. ſi quis cautio*; & eſt communis opinio; bonus tex. *in l. fiſtulas* §. *frumenta ff. de contrahen. emptio.* Vbi caſus fortuitus ab aliquo in ſe ſuſceptus, intelligitur de caſu fortuito inopinato; non autem de illo ex conſuetudine proueniente ex quo textu, dictum fuit, quod tollebantur omnia, quæ pro Arrendatoris parte adducebantur.

Fuit etiam conſideratum, Arrendatorem non fuiſſe in probatis, quia ſi credebat damnum paſſum probatum eſſe ex libris Credenzeriorum, vana erat credulitas, cum ex his libris veritas exactionis dirictum apparere non poſſit, ex quo Arrendatores ſæpè ſæpius dirictus exigunt in eorum domibus; ſicque non omnes in libris Credenzeriorum inſcribuntur, adeò quod multa maior quantitas ſemper ex Arrendamentis percipitur, quàm ex libris Credenzeriorum apparet. 2

OBSER

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 ANceps quæſtio eſt, vt ſit locus remiſſioni mercedis ob ſterilitatem, quæ in re conducta contingit, ad quam ſummam damnum, quod conductores paſſi ſunt, aſcendere debeat, de qua per Iuriſtas *in l. licet. C. locati*; *& in leg. ſi merces. §. vis maior, ff. eod. tit.* & per Canoniſtas, *in cap. propter ſterilitatem. extra eod.* tractant eam pariter Bar. *in leg. ſocietatem. §. arbitrorum, ff. pro ſoc.* Rip. *in leg. fin. n. 87. ff. de reuocan. donat.* Cuma. *conſ.* 50. Ruin. *conſ.* 51. Cephal. *conſ.* 207. Fab. de Ann. *conſ.* 64. Ego ipſe *reſol. iur. lib. 2. cap.* 186. & alij, quos refert Dom. Reg. Capic. Galeo. *reſp. fiſc.* 17. *n.* 46. & Anton. de Amat. *reſol.* 18. *num.* 20. Verior tamen & magis communis ſententia eſt illa, quam Dom. Reg. noſter hîc, & alibi amplexus eſt; nimirùm vt Iudicis arbitrio remittatur, id quod pariter firmauit Ægid. Boſſ. *in tract. de remiſſ. mercedis num.* 12. Sebaſtian. Medices. *de caſibus fortuit. par. 2. cap. 3. num.* 1. Couar. *pract. quæſt. cap.* 30. *verſ. aliis placet*, Iacob. Menoch. *de arbitr. Iudic. caſu* 76. *num.* 3. Barbat. *conſ.* 21. *lib.* 2. *& in d. cap. propter ſterilitatem.* Neuiza. *conſ.* 90. *numer.* 15. Cotta in ſuis memorialibus, *in verb. conductor.* Rola. à Valle. *conſ.* 86. *in fine vol.* 3. Burſat. *conſ.* 11. *lib.* 1.

2 In illo autem articulo an ſub renunciatione caſuum fortuitorum, inſoliti, & inopinati comprehendantur, negatiuam ſententiam magis eſſe communem non dubitamus; vnde ſi quis periculum caſus fortuiti in ſe ſuſceperit; contingente demùm inſolito, & inopinato, vt de illo nullatenus teneatur, ſcripſerunt Bar. *in leg. ſed & ſi quis. § quæſitum in fine verſ. vbicunque dixi, ff. ſi quis cautio.* ibique Conſiliar. de Bott. *in additio. verſ. intellige de ſolitis*, vbi ſecundùm Bar. ſententiam, per Sacr. Conſil. iudicatum teſtatur, idem Bar. *in leg. ſcio. §. medico. numer.* 4. *ff. de ann. legat.* Alber. de Roſa. *in leg. fiſtulas. §. frumenta, ff. de contrah. empt.* Iaſ. *in d. §. quæſitum numer.* 33. Anton. de Butr. *in cap.* 1. *extra de commod.* Felin. *in cap. ſedes* 15. *verſ. per iſtam regulam, de reſcriptis*, Bal. *conſ.* 147. *numer.* 2. *lib.* 3. Angel. *conſ.* 174. Alex. *conſ.* 28. *lib.* 1. Socc. *conſ.* 123. *lib.* 4. Corat. *conſ.* 12. *num* 4. *lib.* 4. Hippoli. Riminal. *conſ.* 67. *num.* 4. *& conſ.* 42. *lib.* 6. Crauett. *conſ.* 95. *numer.* 12. Pariſ. *conſ.* 10. *lib.* 1. Grat. *conſ.* 94. *num.* 42. *lib.* 2. Neuiza. *conſ.* 91. *num.* 5. Burſat. *conſ.* 81. *num.* 6. Alba. *conſ.* 1. *num.* 4. Rub. Alex. *conſ.* 153. *in primo dub.* Petrus Caball. *conſ.* 102. *num.* 11. *lib.* 2. Gomez *var. reſol. titul. de loca. num.* 19. Bertaz. *de clauſ. fol. mihi* 113. *à t. num.* 4. Caroc. *de locato fol. mihi* 178. Sebaſtian. Medic. *de caſibus fortuitis par.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 10. Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.* 702. Menoch. *de Arbitr. cent.* 1. *caſ.* 80. Gratia. *diſcept. forenſ. lib.* 1. *capit.* 195. *numer.* 8. cum pluribus ſeqq. Mohedanus *deciſ.* 5. *de locato.* Put. *deciſ.* 29. *lib.* 3. Vrſill. ad Affl. *deciſ.* 151. *numer.* 2. Anton. Gam. *deciſ.* 394. *numer.* 11. Hieronym. Mango. *deciſ. Florent.* 67. *numer.* 15. Surd. *deciſ.* 326. *numer.* 52. Anton. de Amato *reſolu.* 18. Maſtrill. *deciſ.* 299. *num.* 2. *& ſeqq.* & alij per me relati *cit. capit.* 186. *à numer.* 7. *vſque ad finem.*

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.

## *ARGVMENTVM.*

Iudex an & quando vti ſuſpectus recuſari poſſit; Et an minor cauſa repellat Iudicem à iudicando, quàm teſtem à teſtificando. Iudex vt ex capite inimicitiæ recuſari poſſit, an in iudicantium arbitrio remittatur, conſiderando quæ grauis, & quæ leuis ſit inimicitia.

## DECISIO CCCCLVI.

INSTABAT magnificus Petrus Antonius Panſa Magnæ Curiæ Fiſci patronus, per Collaterale Conſilium forè declarandum, vt circumſpectus Reg. D. Salazar abſtinere deberet à iudicando in cauſis, in quibus ipſe Petrus Antonius intereſſe habebat, & hoc, ſtante inimicitia inter eos contracta; cauſaque propoſitæ recuſationis ordinatione Domini Locumtenentis generalis, huic Domino Regenti commiſſa; duo de iure ſupponebantur; Primum Iudicem ex minori cauſa à iudicando repelli poſſe, quàm teſtem à teſtificando, quia facilius quis poteſt habere Iudices, quàm teſtes, eſt gloſ. quam omnes ſequuntur, *in c. accedens, il primo, vt lit. non conteſt.* periculoſum eſt enim coram Iudice ſuſpecto litigare, *c. cùm inter de except. & l. apertiſſimi. C. de iudic.* Secundum quod de iure præſupponebatur illud erat, nimirum modicam ſat eſſe cauſam ad Iudicem à iudicando repellendum; ita gloſ. *in. c. poſtremo de appell.* quibus ſic præſuppoſitis, dicebatur, quod inimicitia teſtem à teſtificando repellit: *l. 3. in princ. ff. de teſtib. l. ſi quis teſtib. & Auth. ſi teſtis. C. eod. c. quoties. de teſtib. & atteſt.* Et quod inimicitia repellat quem à iudicando, eſt text. *in l. ſi pariter, ff. de liberal. cauſ.* latè Iaſ. *in d. leg. apertiſſimi*, gl. optima *in c. Adrian. 63. diſt.* in tantum quod Innoc. *in c. cum I. & A. de re iud.* dixerit, inimicos non ſolùm cēſeri quoad repellēdum à teſtimonio illos, qui odium in mente habent; ſed etiam vbi inimicitiæ cauſam haberent, vel habere præſumeretur, adhuc citra mentis odium, qua de re exclamat Bal. *in l. præſcript. verſ. 6. quærit. C. ſi cōtra ius, vel vtilit. publ.* idemque Rom. *in rep. rubr. ff. de arbitr. verſ. qui autem dicatur inimicus*, Felin. *in c. repellantur, & in c. oportet de accuſ.* vbi Inno. declarando dicit, quod ad repellendum, quem vt inimicū, non ſolùm ſat eſſe probare de odio capitali; ſed ſufficere, quod habeat cauſam odij capitalis, quamuis diligat, vel odium



Digitized by Google

non oſtendat, idemque Iaſ. *in d. leg. apertiſſimi*, optiméque Bal. *in ſua Margarit. in verb. teſtis col.6.* & Petr. de Anchar. *in cap. legitimatum, de appell. in 6.* addit, grauem, vel capitalem inimicitiam non requiri, ſed probabile ſat eſſe, ad text. *in cap. cum inter de except.* imo fortius dicit Ioan. Andr. *in addit. ad ſpecul. in tit. de offic. delegat. §. ſupereſt, verſ. item ſi eſt inimicus*, quod inimicitia etiam leuis ſat eſt ad repellendum Iudicem; eſt tamen verum, quod circa hoc dictum non deſunt Doctores, qui contrarium, & melius ſentierunt, quos refert Felin. *in d. cap. quoties, circa finem de teſtibus.* Quæ autem dicatur grauis, vel leuis inimicitia, vt teſtis à teſtificando, & Iudex à iudicando repellantur omnes conueniunt, vt Iudicis arbitrio relinquatur, vt per Felin. *in d. cap. repellantur, de accuſat & in d. cap. quoties, de teſtibus.* Vbi dicit quod Iudex qualitatem inimicitiæ arbitraturus procedere debet ex coniecturis; Vnde capta informatione, de inimicitia per dictum Fiſci patronum allegata, benè de illa conſtitit, non ſolùm in genere, ſed in ſpecie cùm declaratione qualitatum inimicitiæ, quas hîc exprimere non conuenit, ne fieret rumor in populo; eſt benè verum, quod Regentis recuſati non tangebant honorem; facta igitur de omnibus relatione Illuſtriſſimo Dom. Cardinali Granuelano Regni huius generali Locumtenenti, deciſum extitit, quod Dom. Reg. de Salazar non interueniat in cauſis dictum magnificum Petrum Antonium tangentibus.

## OBSERVATIO.

1 CVm D. Regente hîc in illa concluſione quod minor cauſa repellit Iudicem à iudicando, quàm teſtem à teſtificando, conueniunt Dec. *in c. poſtremo, num.9. de appell.* Maſcar. *de probat. concl.* 408. *num.* 5. & Carol de Graſſ. *tract. de except. in* 24. *except. n.* 30. *&* 31. in nouiſſimis, vbi addit, concluſionem alteram, nimirum, quod inimicitia iudicem à iudicando repellit, procedere etiam, ſi capitalis non ſit inimicitia, ſed ſat eſſe quod qualis qualis ſit, dummodo in ſpecie, non autem in genere allegetur, ad quod citat Philipp. Franc. *in d. cap. poſtremo, num.* 20. *verſ. trigeſima ſecunda cauſa.* Capyc. *deciſ.* 138. *num.* 32. Rola. à Valle. *conſ.* 16. *num.* 4. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 6. *n.* 31. *lib.* 1. Carauit. *in rit.* 265. *num.* 23. Marant. *conſ.* 18. *num.* 4. Milanenſ. *deciſ.* 15. *n.* 5. *lib.* 1. & Dom. Reg. de Pont. *deciſ.* 36. *num.* 9. quod ſecus eſt in teſte; is enim ad hoc vt à teſtimonio repelli poſſit, requiritur quod capitalis ſit inimicitia; nec aliter ſufficere, quod ſit illa ſimplex, ita Specul. *in tit. de teſtibus in princ.* Hippol. de Marſig. *in l.* 1. *§. praeterea n.* 1. *&* 6. *ff de quaſtionibus*, & alij, quos citat de Graſſ. *loco cit. n.* 32. vbi *num.* 33. *&* 34. ad dignoſcendum, quæ grauis, vel leuis ſit inimicitia, & ex quibus cauſis capitalis oriatur, conuenit cum D. Regente noſtro, vt melius, & tutius ſit hoc totum Iudicis arbitrio remitti, qui facti, & perſonæ teſtis qualitate attenta, iudicare habeat; ad idque allegat Gram. *conſ. crimin.* 59. *numer.* 9. Menoch. *de arbitr. Iudic. caſu* 10. *num.* 3. Reg. de Pont. *deciſ.* 30. *numer.* 11. Farinac. *conſ.* 102. *num.* 14. *lib.* 1. *conſ. crimin.* & alios vt ibi.

## ARGVMENTVM.

Iudex an poſſit vti ſuſpectus recuſari, ſi inter ipſum, & alterum ex colligantibus maxima intercedit beneuolentia, Et quid in teſte. Iudex an poſſit recuſari, ne interueniat in cauſis illius, qui eſt filius compatris ſui; Itemque in cauſis vxoris eiuſdem Compatris.

## DECISIO CCCCLVII.

PRIVSQVAM recuſationis cauſa, de qua in deciſione præcedenti deciſa fuiſſet, idem Magnificus Petrus Antonius Panſa fiſci patronus, ratione ſui officij recuſationem propoſuit in perſonam eiuſdem circumſpecti Regentis Salazar; ne in iudicando interueniret in quadam cauſa criminali per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio referenda contra Hieronymum Serra Mercatorem Ianuenſem, ex eo quod hic cùm dicto Domino Regente maxima coniungebatur familiaritate; vnde dubitabatur, an hæc cauſa ad repellendum D. Regentem à iudicando ſufficiens eſſet. 1

Pro cuius reſolutione conſiderabatur, quod aliqua, de quibus *in deciſ. præcedenti*, afferri poterant ſignanter, quod modica cauſa eſt ſufficiens ad repellendum Iudicem à iudicando; gloſ. *in cap. poſtremo de appell.* & quod minor ſit ſufficiens ad recuſandum Iudicem, quàm ad repellendum teſtem, dixit gloſ. *in c. accedens il ſecundo, vt lit. non conteſt.* eſt enim ſatis periculoſum coram Iudice ſuſpecto litigare, *leg. apertiſſimi. C. de iudic. & c. cum inter, de exceptio.* & cùm multum in Iudicis arbitrio conſiſtat ad videndum, quæ inimicitia requiratur ad Iudicem à iudicando repellendum, ita pariter reſpectu amicitiæ, quę non ſit ſufficiens vt Iudex recuſari poſſit, Petr. de Bellap. & Bal. qui eum ſequitur *in l. eos. C. de teſtib.* non enim dubitari poteſt, quod propter maximam amicitiam poteſt Iudex à iudicando repelli, Iaſ. *in l. apertiſſ. C. de Iudic.* Canoniſtæ *in d. c. accedens, vt lit. non conteſt.* bonus text. *in c. quoties de teſtibus*, qui licèt loquatur in teſte, fortius procedit in Iudice in quo minor cauſa requiritur, cum in maiori numero reperiantur Iudices, quàm teſtes gl. *in d. c. accedens*, Alex. *in addit. ad Bar. in l.* 3. *in princ. in verb. conſiderare. ff. de teſtib.* Verùm vt amicitia teſtem à teſtificando repellat, ſat non eſt, vt ſit leuis; ſed debet eſſe magna, Felin. *in d. c. quoties*, & Affl. *in addit. ad Bar. in l. non ſolum. §. quod in alieno, ff. de procur.* Nec ſufficit probare amicitiam in genere, ſed debet in ſpecie probari 2

probari, & cum ſuis qualitatibus allegari, vt de inimicitia loquebatur Bal. *in d. leg. ſi quis teſtibus, in fine, C. de teſtibus.* Vnde in caſu propoſito cùm amicitia, quæ allegabatur in ſpecie probata non fuiſſet, neque eius qualitates, neque quod erat maxima familiaritas; ideò deciſum extitit, prædictum circumſpectum Regentem poſſe, & debere in cauſa dicti Hieronymi Serra vti Iudicem interuenire, allegata amicitia non obſtante.

---

## OBSERVATIO.

1 SVpra *in deciſ. præcedenti*, demonſtratum fuit, inimicitiam contractam inter Iudicem, & alterum ex litigantibus, cauſam eſſe ſufficientiſſimam ad illum repellendum à iudicãdo; hîc modò habemus, amicitiam pariter poſſe eſſe cauſam ſufficientem ad Iudicem recuſandum; etenim poſſum ego Iudicem, vti ſuſpectum allegare, ſi inter ipſum, & collitigantem meum maxima interceſſit beneuolentia; ita Bar. *in leg. ſciendum* §. 1. *& ibi* Iaſ. *num. 7. ff. qui ſatiſd. cog.* Paul. de Caſtr. *in leg. liberi, ff. de in officioſ. teſtam.* Alex. *in leg. apertiſſimi, C. de iudic.* Purpur. *conſ.* 595. *num.* 77. Grat. *conſ.* 134. *num.* 5. *lib.* 2. Oſcaſc. *deciſ.* 15. *num.* 8. Menoch. *de arbitr. caſu* 152. *num.* 3. & alij, quos refert Carol. de Graſſ. *in ſuo tract. de except. in* 24. *except. num.* 60. 61. *&* 62. vbi *num. ſeq.* addit, Iudicis arbitrio etiam forè remittendum ad dignoſcendum qualis; & quanta debeat eſſe amicitia, ad hoc vt Iudex ob hanc cauſam recuſari poſſit, allegat gloſ. & cæteros *in cap. inſinuante, de offic. deleg.* Alex. *conſ.* 154. *lib.* 5. & Nauar. *in relect. cap. cum contingat. in* 10. *cauſ. nullit. num.* 3. ſic etiam dixerunt Doctores in teſte, qui ſi eſt amicus illius, pro quo deponit, à teſtificando repellitur; ita *ex l.* 3. *ff. de teſtibus*, ſcripſerunt Thom. Docc. *conſ.* 89. *num.* 4. Marc. Anton. Eugen. *conſ.* 63. *num.* 61. & alij, quos refert de Graſſ. *loco proximè cit. num.* 64. *&* 65. vbi *num. ſeq.* probat, ſpiritualem cognationem eſſe pariter cauſam ſufficientem ad Iudicem repellendum; compater enim in cauſa ſui compatris Iudex eſſe non poteſt; idemque ex noſtris Dom. Reg. Sanfelic. *deciſ.* 83. vbi plus fuit deciſum, nimirùm vt Iudex interuenire non poſſit in cauſis Sempronij, qui eſt filius Alexandri, cum quo Iudex ipſe ſpiritualem contraxerat cognationem; ſed ego de anno 1653. obtinui in Sac. Conſ. maxima tamen diſcuſſione præcedente, vt Iudex non poſſet repelli à iudicandò in cauſis Annæ Vxoris Antonij, qui ipſius Iudicis erat compater; & hoc, attenta diſpoſitione Sacri Trid. Concil. *ſeſſ.* 23. *cap.* 2. cum que Regia Prag. quæ eſt 15. §. 17. *de ſuſp. off.* ſe conformem reddit.

## *ARGVMENTVM.*

Minor pro ſuo intereſſe comparens in iudicio ab aliis inſtituto, in quo fuerunt examinati teſtes vſque ad numerum quinquagenarium per Regiam Pragm. præſcriptum, num poſſit aliquibus depoſitionibus illorum teſtium renunciare, & alios recipi facere vſque ad numerum prædictum. Teſtes recepti in termino ordinario vſque ad numerum quinquagenarium, ſi alter ex litigantibus eſſet perſona priuilegiata, cui ad pinguius probandum in integrum reſtitutio competit, nùm in termino primi, & ſecundi beneficij nouiter concedendo, valeat alius recipi facere teſtes, vltra illos quinquaginta ad ſui inſtantiam examinatos.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## DECISIO CCCCLVIII.

IN cauſa illorum de familia San- 1
ſeuerinorum Terræ Seniſij petentium, per Sacrum Conſilium declarari, fuiſſe, fore, & eſſe de Illuſtri, & vera familia de Sancto Seuerino, cum ſubintraſſent Nobiles Sedilis Nidi intereſſe in ea cauſa habere allegantes, ex eo quod ſi declarabatur actores eſſe de vera familia Sanſeuerinorum potuiſſent prætendere Nobiles eſſe eiuſdem Sedilis, prout eſt tota illuſtris familia; & cum pro vtraque Parte eſſent teſtes producti, facta iam publicatione, illud pro parte dicti Sedilis prætendebatur; nimirùm vt alij teſtes ad ſui inſtantiam examinarentur, eo præſuppoſito, quod cauſa Sedilis fuiſſet diuerſa ab illa Illuſtris familiæ, cum ad diuerſum tenderet finem, quia illi de illuſtri familia prætendebant, fore eos abſoluendos ab impetitis per alios Sanſeuerinos Terræ Seniſij; Sedile verò prætende- 2
bat, quod illius non poterat gaudere honoribus; adhuc ſi fuiſſet declaratum, eſſe eos de Illuſtri, & vera familia; ſed cum per Sacrum Conſilium fuiſſet circa hoc declaratum, non licere amplius Sedili teſtes producere; ab hoc decreto fuit reclamatum; factáque relatione in Collaterali Conſilio ex mandato Illuſtriſſimi Domini Locumtenentis generalis, fuit primum Decretum confirmatum; nam ſi pro parte Illuſtris familiæ conuentæ quinquaginta erant examinati teſtes, aut dicebatur, cauſam Sedilis eſſe eandem cauſam, prout verè erat illius de Illuſtri familia, & Sedile non poterat, niſi in cauſa illa aſſiſtere, & in illis terminis, in quibus reperiebatur, ad notata per Innocent. *in cap. cum ſupra, de re iudic.* Angel. *in leg. ſi ſuſpecta, ff. de inoffic. teſtam.* aut verò diuerſa, & alia cauſa erat, & idem; cum facta publicatione amplius teſtes produci non poſſint, *cap. fraternitatis de teſtibus*, & hoc propter ſubornationis timorem. *§. quam verò Auth. de teſtibus.* Bar. *in leg. per hanc. C. de tempor. appell.* Abb. & Canoniſtæ, *in d. cap. fraternitatis*; quibus ſic ſtantibus, comparuit quidam in minori ætate conſtitutus



Digitized by Google

eiuſdem Illuſtris familiæ; & per viam reſtitutionis in integrum inſtabat, ſe admitti, vt potuiſſet renunciare aliquibus teſtibus examinatis in cauſa pro parte Illuſtr. familiæ, & in locum illorum alios examinare, vſque ad numerum quinquagenarium; vnde dubitabatur, an hoc liceret; & per Sacr. Conſil. affirmatiuè deciſum extitit; ſicque compertum fuit, aliàs fuiſſe in eodem Sacr Conſil. obſeruatum, licèt aliquando contrarium in Regia Camera deciſum, ac de iure dicebatur opinionem hanc, quod non admittatur minor ad teſtibus renunciandum; nec in locum renunciatorum alios produci, veriorem eſſe; & licèt maior pars decreuiſſet, prout ſupra; hoc tamen potius de æquitate fauore minorum, quia ſecus iuris rigore attento; hinc cùm Pragmatica Sanctione cautum eſſet, vt vltra quinquaginta teſtes, pro altera litigantium parte examinari non poſſent, additum fuit quocunque priuilegio in corpore iuris clauſo non obſtante, & hoc vt etiam minores, aliique priuilegiati comprehenderentur.

## OBSERVATIO.

1 PRagmatica Sanctio prohibens, vt in qualibet cauſa teſtes non recipiantur vltra numerum quadragenarium, aut ad ſummum quinquagenarium, eſt 50. in ordine *ſub tit. de offic. ſacr. Reg. Conſil.* idemque ſtatutum de iure Canonico, eſt text. *in cap. cum cauſam in fine. extra de teſtibus*; de iure verò ciuili, attenta diſpoſitione text. *in leg. quoties* vbi Bar. *C. de naufrag. lib.* 10. ſuper vnoquoque articulo, non niſi tres tantùm teſtes recipi poſſunt; ſed circa hoc vide Iacob. Menoch. *de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu* 249. Romæ verò, attento ſtatuto 73. *ſub tit. de numero teſtium in qualibet cauſa*, hæc ſunt verba text. *vltra ſeptem teſtes non recipiantur ſuper quolibet articulo, ſeu capitulo*; ſed vide Dom. Card. Seraph. *deciſ.* 208. & Ioan. Bapt. Fenzon. *in comment. ad idem cap. in Regnis Caſtellæ ſeruatur, l. 7. tit. 6. lib. 4. noua recopillat.* Per quam ſtatutum eſt, vt ſuper quolibet articulo triginta poſſint recipi teſtes; ſic teſtatur Amat. Roderiq. *de modo & form. videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap. 7. num.* 71. Cathaloniæ, decem, Peguera, *in praxi rubr.* 18. Luſitaniæ autem conſtitutum eſt, vt ſuper vnoquoque articulo viginti poſſent recipi teſtes, adeſt Regia ordinatio *lib. 3. tit. 55. §. 2.* Sed illud eſt hic notandum ex Hippoli. *conſ.* 92. *num.* 12. quod ſi in cauſa produceretur copia depoſitionum teſtium alterius proceſſus; huiuſmodi teſtes non poſſent numerari in illo certo numero à ſtatutis prædictis requiſito, cùm talis probatio non dicatur fieri per teſtes, ſed per ſcripturas.

2 Sed aliàs apud nos dubitatum fuit, an præcitatę Pragmaticæ Sanctionis diſpoſitio procedat, adhuc ſi alter ex litigantibus eſſet perſona priuilegiata, cui ad pinguius probandum competeret in integrum reſtitutio, quam nos primum, & ſecundum beneficium appellamus; ita vt ſi in termino ordinario quinquaginta eſſent examinati teſtes, prohibeatur aliàs recipi in termino primi, vel ſecundi beneficij; & affirmatiuè pluries per Sacr. Conſil. deciſum teſtatur Dom. Reg. Rouit. *in dicta Pragm.* 50. *num.* 2. ſicque declaratum, vt in tota cauſa non niſi quinquaginta poſſint examinari teſtes.

Sed ſuper vnoquoque articulo non niſi ſeptem, prout diſpoſitum eſt *in pragm. 1. de teſtium refrenat.* ita vt ſi vltra ſeptem, vel decem in materia confinium, & factis antiquis alij eſſent examinati teſtes, hi poſtremi reiicerentur omninò, etiam ſi melius probarent, quàm primi; excepto, ſi Perſonæ, ad quorum inſtantiam fuiſſent recepti, eſſent priuilegiatæ; quibus de iure competeret reſtitutio, quia tunc daretur eis electio reiiciendi, quos voluerint, ita deciſum teſtatur idem Dom. Reg. Rouit. *in d. Pragm. 1. num. 2. & 3. de teſtium refranat* & Iul. Cæſ. Gallupp. *in praxi par. 2. cap. 25. num. 10. fol* 197. *in magnis*, quos citat Thor. *in compend. deciſ. par. 1. in verb. refrenatio teſtium.* 3

## ARGVMENTVM.

Creditor habens obligata bona debitoris ſui tàm feudalia, quàm allodialia, an & quando pro Crediti conſequutione ad ſui electionem poſſit agere, vel ſuper bonis allodialibus, vel feudalibus; Et quid ſi concurſus ſe offerret Creditorum, qui bona feudalia, & allodialia obligata habent, & illorum, qui non niſi allodialia tantùm hypotechata tenent; Et de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCCLIX.

SVPER bonis remanſis in hæreditate quondam Præſidentis idiotæ Regiæ Cameræ Martini Segura inter alios Creditores concurrebat Magnificus Ioan. Franciſcus Caracciolus, qui non ſolùm bona allodialia; ſed etiam feudalia cum Regio aſſenſu obligata habebat; ſed cùm ſuper bonis feudalibus ſuum conſequi Creditum, inſtaret, à facta electione, ſacri Conſilij decreto excluſus fuit; at eo ab hac determinatione reclamante, ordinatione Illuſtriſſimi Domini locumtenentis generalis, cauſa reclamationis fuit relata in Collaterali Conſilio, Regio Conſiliario Petro Paulo Theodoro Commiſſario, & nemine contradicente, deciſum fuit, benè fuiſſe reclamatum, & malè iudicatum, per text. *in leg. Creditoris arbitrio, ff. de diſtract. pigno.* Bar. *in leg. Moſchis. ff. de iur. fiſci* Roma. *conſ.* 128. & in terminis Affl. *in Conſtit. ſi dominus Vaſſallorum num. 5. & 6.* Vbi dicit quod quando quis habet obligata omnia bona alterius tàm burgenſatica, quàm feudalia cùm Regio aſſenſu poteſt eligere vt ſuum conſequatur, tàm ſuper bonis burgenſaticis, quàm feudalibus; per text. allegatum *in leg. Creditoris arbitrio.* 1

Sed

Digitized by Google

Sed cùm creditum d. Ioan. Franciſci in diuerſis partitis conſiſteret, vnus ex Creditoribus poſterioribus illi offerebat ducatos mille pro prima partita, dummodo ei cederet iura ſua, etiam ſuper bonis feudalibus, in quibus non habebat aſſenſum; at illo replicante paratum eſſe omnia iura cedere, dummodo integrum creditum ei ſolueretur, fuit dubitatum vter iſtorum eſſet audiendus? Et per Sacr. Conſil. fuit iudicatum, non teneri d. Ioannem Franciſcum ad cedendum iura prædicta ſuper bonis feudalibus, in quibus aſſenſum Regium non tenebat; non enim poteſt fieri ceſſio ab eo, qui ius in re non habet, vt per Paul. de Caſtr. qui optimè materiam declarat, *in l. ſi res obligata, ff. de lega.* 1.

---

## OBSERVATIO.

1 Deciſio eſt in terminis, vt Creditor, qui in forma valida obligata habet bona Debitoris ſui tam burgenſatica, & ſic libera; quàm feudalia, poſſit pro crediti conſequutione ad ſui electionem agere, vel ſuper bonis allodialibus, vel feudalibus; itavt ſi ſuper iſtis egerit, non poſſit ei obijci, vt prius ſuper bonis burgenſaticis recurrat; idque per text. *in leg. Creditoris arbitrio, ff. de diſtract. pignor.* Tu modo pro pleniori huius materiæ intelligentia dic ab omni dubio procul, deciſionem hanc de iuris rigore benè procedere; nam ſi hypotechæ ſuppoſita habeo bona debitoris mei, tam feudalia cum Regio aſſenſu, quàm burgenſatica, quonam iure probare, aut defendi poteſt, vt ſit mihi refrenatum arbitrium agendi prius ſuper bonis allodialibus, & poſtea ſuper feudalibus; at conſideratis conſiderandis, ſumma ſuadet æquitas, vt quandoque Creditoris arbitrium refrenetur, maximè quando refrenatio hæc nociua ei non erit; Vnde quando Creditor inſtat pro venditione bonorum feudalium ſibi obligatorum, quæ per Debitorem poſſidentur, Iudex æquitatem præ oculis habens permittere non debet, procedi ad venditionem bonorum feudalium, ſi ſuper bonis allodialibus abſque obice poteſt Creditor ſuum conſequi idemque quando Debitor habet feuda titulata, & non titulata, vt prius ſuper non titulatis ſit facienda exequutio; ita ſanè ſcripſerunt Ioan. Thom. Minad. *in Conſtit. in aliquibus in verbo Comitum, & Baronum. num.* 42. *&* 43. & *in deciſ.* 13. *per totam*, vbi nouiſſimi Addentes Anna Pater *alleg.* 141 *num.* 4. *&* 6. Anna filius *conſ.* 63. *&* 76. Dom. Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de aſſenſibus Reg. ſuper dotibus in princ. num.* 38. Dom. Reg. Tap. *in Conſtit. Contumacem num.* 3. *&* 4. *lib.* 3. *fol.* 71. Anell. Amat. *conſ.* 95. *num.* 10. Mart. *in tract. de iuriſdict. par.* 2. *cap.* 32. *num.* 25. *& ſeq.* vbi ex Ludou. Valaſc. *in l.* 49. *Tauri gl.* 9. addit., idem eſſe, quando tractatur de exequendo ſuper bonis maioratus, vt prius ſuper liberis ſit facienda exequutio.

2 Eóque magis, hoc arbitrium fore refrænandum dixi Ego *lib.* 2. *reſol. iur. cap.* 16. *à num.* 14. quando concurſus ſe offerret Creditorum, qui bona feudalia, & allodialia obligata habent, & illorum, qui nonniſi allodialia tantùm hypotechata tenent, tunc enim nullo pacto permittendum, vt Creditor ille, qui poteſt ſuper bonis feudalibus ſibi ſatisfieri, recurſum habeat ſuper bonis allodialibus in præiudicium illorum, qui non niſi bona hæc obligata habent, & qui ad bona feudalia recurrere non poſſunt; cuius quidem dicti, in Auctores allegaui Minad. vtrumque Anna, & Reg. de Pont. *locis citat.* & cùm ipſis Addentes ad Capyc. *deciſ.* 33. *n.* 3. *verſ. hac concluſio tantum.* Taſſon. *allegat.* 27. *num.* 42. *verſ. quinto*; *& tandem intus tract. de anteſato*, & Anell. de Amat. *in cit. conſ.* 95. vbi in fine deciſionem refert proditam in cauſa Creditorum Marchionis Montiſnigri, in qua concurrentibus anterioribus, qui in forma valida obligata habebant omnia bona feudalia Marchionis, etiam titulata, & aliis poſterioribus, qui ſimiliter habebant obligata bona feudalia; ſed non titulata, ſolemniter determinatum extitit, vt Creditoribus anterioribus ſatisfieret, ex pretio peruento, ex venditione Terræ Montiſnigri titulo decoratæ, ſic eorum refrenato arbitrio; poſterioribus autem eſſe ſatisfaciendum ſuper bonis feudalibus non titulatis, & in bonis fideicommiſſi vinculo obnoxiis, vt exiſtente Creditore anteriore, qui habet bona omnia debitoris ſui obligata, etiam illa, quæ eſſent fideicommiſſo ſubiecta, non poſſit ille in perniciem Creditorum poſteriorum recurſum habere ſuper bonis liberis, ait deciſum Molin. *de hiſp. primog. lib.* 4. *cap.* 7. *à num.* 17. quem allegat, & ſequitur Anell. Amat. *cit. conſ.* 95. *num.* 12. *& ſeq.*

## ARGVMENTVM.

Hypotecha, quæ extincta cenſetur, quando Creditor rem obligatam aliquo titulo acquirit, an reuiuiſcat, ſi eadem res à poſſe ipſius Creditoris euincatur. Annuo Cenſu ſuper feudo legitimè conſtituto, & demùm à ſucceſſore in feudo illo acquiſito, defuncto feudatario acquirente, duobus ſuperſtitibus hæredibus, altero in feudo, altero verò in allodio, an vti allodialis annuus ille redditus ſpectet ad hæredem in allodio, vel potius dicendum ſit per acquiſitionem à defuncto feudatario quocunque titulo factam, fuiſſe illum extinctum. Donatio facta contemplatione matrimonij à Patre filio, & filiis ex illo naſcituris, an dicatur facta cum qualitate hæreditaria. Et de aliis.

## DECISIO CCCCLX.

In cauſa hæredum quondam Vincentij Pij aſſiſtentiam petentium ſuper Terra Macchiagodenæ, quæ poſſidebatur à magnifico Io. Franciſco Caracciolo, qui cauſam habebat à Fabio Cicinello, qui inſimul cum Antinia de Ianuario euictionem promiſerant; pro diſcuſſione duarum exceptionum propoſitarum nimirùm cedendarum, & dolo factis, ſi 1



Digitized by Google

petis quod ſtatim es reſtiturus; ſequentes fuerunt conſtitutæ Iuris concluſiones, quarum prima illa fuit, quod ſi ego rem mihi obligatam emero, quæ poſtea ab alio euinceretur, hypotecha, quam habebam ſublata non cenſetur, quia tunc tollitur quando illius rei dominium irreuocabiliter eſt mihi quæſitum, ita procedit text. *in leg. neque pignus, ff. de regul. Iur. in leg. ex ſextante. §. latinus largius, ff. de except. rei iudic. & in leg. eleganter in princ. ff. de pignor. actio.* Quando verò dominium non eſt mihi irreuocabiliter acquiſitum, quia poteſt à me reuocari, & tunc mea hypotecha extincta non dicitur, hic eſt text. *in l. debitor. ff. ad Trebell. & in l. in rebus. C. de iur. dot.* Bar. *in d. §. latinus. largius*, poſt Petr. & Iacob. de Rauen. & Cyn. *in leg. fin. C. de his, quæ in fraud. Credit.* Secunda concluſio fuit, aſſenſum præſtitum donationi contemplatione matrimonij, vt ſit ille proficuus pro hæredibus ex corpore donatarij legitimè deſcendentibus; nullo pacto eſſe difformem à contractu donationis factæ à Patre filio, & filiis ex illo matrimonio procreandis; verbum enim filiis in contractibus appoſitum intelligitur ſub qualitate hæreditaria, & ita compertum fuit, fuiſſe per Sacr. Conſil. iudicatum in cauſa Creditorum Ioan. Vincentij de Loffredo, nimirum verbum *filius* poſitum in donationibus feudorum, quæ fiunt contemplatione matrimonij, qualitatem hæreditariam importare. Tertia concluſio, quæ fuit conſtituta ea eſt, nimirùm, quod quando fit donatio inter viuos irreuocabiliter cum conſtituto, & precario, ſtatim rei donatæ dominium in donatarium transfertur, quamuis facta ſit, ea adiecta clauſula *ex nunc pro tunc ſequuta morte Donantis*, ſicque pura non autem conditionalis dicitur, ſolumque corporalis acquiſitio, & fructuum perceptio in tempus mortis donantis dilatata cenſetur; ita præ cæteris Neguſanz. *in ſuo tract. de pignor. 2. membr. 2. par. num. 5. per totum.* vbi melius quàm alij hanc declarat materiam; & ſuppoſito quod illa dies incerta mortis eſt omnino ventura; ius illud ad hęredes actiuè & paſſiuè tranſmittitur, gl. & Bar. *in l. dies incertus, ff. de verb. oblig.* Iaſ. *in l. ſub conditione, ff. de condict. indeb. & in leg. ſtipulatio iſta. §. inter certam, ff. eodem modo citato titulo de verb. obligat.*

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem primæ concluſionis, quam Dom. Reg. noſter hîc firmauit, dicamus libenter, quod licèt ſine controuerſia procedat vulgatum illud axioma, nimirum vt Dominium, & hypotecha ſint incompatibilia, ex Iuribus *in l. neque pign. 46. ff. de reg. iur. in l. Stichum aut Pamphilum 95. §. aditio. ff. de ſolut. in l. 1. ff. quemadm. ſeruit. amitt. & in leg. debitor. 7. C. de pact.* ſicque vt ſi Ego rem emero, ſuper qua hypotecham habebam, hæc cenſeatur extincta; attamen aſſeuerandum eſt omnino, hoc benè procedere, vt notat Dom. Reg. noſter hîc, vbi Ego rei, quam emi, & ſuper qua per prius hypothecam habebam, Dominus euadam irreuocabilis, quia ſi diceremus, Dominum illius rei fuiſſe mihi reuocabiliter quæſitum, eo caſu, nullo pacto affirmari poteſt, dominium, & hypotecham eſſe incompatibilia; ſed benè poſſem Ego dominus eſſe rei, & ſuper eadem hypotecham habere; idque propriè continget, quando Tu fundum poſſideres reſtitutioni obnoxium, & Ego hypotecham, quam ſuper eodem fundo habeo, tibimet cederem, tunc enim benè Tu cenſeri poſſes illius fundi dominus, & in eo hypotecham habere; & ex hoc oritur, quod cùm primùm tu morieris, hæres tuus hypothecam tibi ceſſam valeat exercere contra perſonam quæ in fundo illo, quem Tu in vita poſſediſti ex legis, vel hominis diſpoſitione ſucceſſit; probant dictum hoc Bar. & cæteri per illum text. *in l. ex ſextante 30. §. latinus largius, ff. de except. rei indic.* idem Bar. *in leg. ſi finita. §. Iulianus num. 48. ff. de damn. infecto.* Bal. ſatis notanter *in conſ. 167. num. 2. lib. 1.* Dec. *in d. leg. neque pignus num. 2. ff. de regul. iur.* Neguſanz. omnino videndus, *in tract. de pignor. 4. membr. 5. par. num. 2. verſ. non obſtat.* Affl. *dec. 8. num. 1. & deciſ 16. n. 4. verſ. nec obſtat quod, & melius deciſ. 237.* vbi Vrſill. *ante num. 3.* Crauett. *conſ. 298. num. 2.* Anna, *conſ. 35. n. 4.* Seraphin. *deciſ. 872. num. 3.* Camill. de Medic. *conſ. 86.* & Stephanus Gratia. *diſcept. for. lib. 2. cap. 204. num. 25.* qui omnes fuerunt à me allegati *lib. 2. reſol. iuris c. 21.* vbi ſuſtinui, quod ſi Tu cenſum annuum poſſidens ſuper feudo, cuius vtile dominium & poſſeſſio eſt penès me, illud mihi cederes, me defuncto, duobus ſuperſtitibus hæredibus, altero in feudo, altero verò in allodio, cenſum illum ad hæredem in allodio ſpectare, nec aliter per ceſſionem mihi factam fuiſſe extinctum, ea quidem ratione, quia dominium illud vtile feudi in mei perſona non poteſt dici irreuocabile, & ſic perpetuum, ſed, vt aiunt feudiſtæ, reuocabile, & temporale, ſeu commutatiuum, ex quo in morte venit reſtituendum perſonæ à lege inueſtituræ vocatæ; ſicque addidi in materia maioratus ſcripſiſſe Ludouic Molin. *de Hiſp. primogen. lib. 1. c. 26. num. 10.* & Gaſp. Boder. omninò videndum, *in tract. de annuis redditibus lib. 2. quæſt. 16. num. 43.* Ioan. Garz. *de expenſ. & meliorat. cap. 22. n. 15.* & Roſentall. *de feudis. tom. 1. cap. 7. concl. 37. à n. 9. cum pluribus ſeq.* & melius *tom. 2. c. 10. q. 44. n. 10.*

2 Quantùm verò attinet ad ſecundam concluſionem hîc poſitam; nimirum vt Donatio facta contemplatione matrimonij à patre filio, & filiis ex illo naſcituris dicatur facta cum qualitate hæreditaria, ſicque per S. C. deciſum in cauſa Creditorum Io. Vincentij de Loffredo, vt Dom. Reg. noſter hîc teſtatur; ad confirmationem videndi ſunt Bertran. *in conſ. 73. à num. 6. verſ. ſed his non obſtantibus, lib. 2. & in conſ. 281. num. 2. lib. 3.* Io. Petr. Surd. *deciſ. 322.* vbi ſatis benè loquitur, Fab de Ann. *conſ. 52. n. 22.* Camill. de Med. *conſ. 142. per totum,* Camill. de Laratha, *conſ. 9.* & P. Molfeſ. *in conſ. 2.* hi enim omnes, & alij qui afferri poſſunt pro indubitato ſcripſerunt, vt in donatione contemplatione matrimonij à Patre facta filio, & filiis ex eo naſcituris, nepotes demùm natos in illa ſuccedere non poſſe, niſi ſint patris donatarij hæredes, id quod veriſſimum eſſe latiſſimè ego contrariis reſpondens demonſtraui, *lib. 1. reſol. iur. cap. 89. per totum.*

Ad pleniorem verò intelligentiam alterius tertiæ concluſionis, videnda ſunt, quæ Ego ſcripſi ſupra *in obſer. ad deciſ. 451.* 3

ARGV

## ARGVMENTVM.

Creditor poſterior an poſſit hypotecharia actione de iuribus ſuis experiri ſuper re ſibi obligata, ſi Debitor rem illam Creditori anteriori in ſolutum dederit, vel alteri vendiderit pro dimittendis Creditoribus anterioribus, provt eos dimiſit; Et quid ſi res illa venalis exponeretur; ſed poſterior hic Creditor nullum ex venditione aſſequeretur emolumentum. Meliorationes factæ per tertium poſſeſſorem an incidant in obligationem contractam per Debitorem ad fauorem ſuorum Creditorum priuſquam res obligata alteri venderetur; Et de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCLXI.

1 CVM Magnificus Ioannes Baptiſta Carrafa Creditorum mole grauatus reperiretur, venditis iam omnibus eius bonis ad inſtantiam ſuorum Creditorum; tandem proceſſit ad venditionem cuiuſdam ſuæ Ciuitatis, quam pretio ducatorum quadraginta trium millium Dom. Don Cæſar de Gonzaga emerat; quod pretium demùm fuit ſolutum Creditoribus anterioribus, quorum cùm eſſet poſterior magnificus Nicolaus Maiorana, nihil de pretio prædicto conſequi potuit; vnde agebat actione hypotecharia ſuper illo pluri, quod dicta Ciuitas vltra dictum pretium vendi potuiſſet; quo factum fuit, vt dubitaretur in Collaterali Conſilio ad Relationem Sacri Conſilij, an iuri, conſentanea eſſet petitio hæc.

2 Pro cuius reſolutione fuit habitum pro abſoluto, quod Ciuitas illa iure Creditorum priora Iura habentium vendita non fuerit, quo caſu Don Cæſar Emptor tutus fuiſſet, ad text. *in l. 1. in prim. par.* vbi Iacob. de Aret. Cyn. & Salicet. *C. ſi antiq. credit. & in leg. cum prior, ff. de diſtract. pign.* fuit enim dicta Ciuitas à Domino, & Poſſeſſore iure ſui dominij vendita, quo caſu, nullo pacto. D. Cæſar Emptor poterat dici ſecurus, quia feudum illud tranſiit ad hunc nouum Dominum Creditorum hypothecis affectum; ſicque poterant Creditores hypotecharij actione reali ſuper dicta Ciuitate agere, ob quod dicebatur, iudicium per dictum Maiorana intentatum ritè, rectéque fuiſſe inſtitutum; & nedum competebat hypotecharia ſuper re à principio obligata; ſed ſuper meliorationibus in ea factis, *leg. ſi conuenerit la 2. ff. de pignor. act. leg. ſi fundus in princ. §. ſi res, ff. de pignor.* quidquid Iaſ. *in leg. Creditor la prima, num. 6. ff. ſi cert. pet.* quem ſequitur Neguſanz. *tract. de pignor. 4. membr. 5. par. num. 18.* hac in re diſtinguant, vt ibi per eos; ea enim diſtinctio vera non eſt; quandoquidem indiſtinctè, ſiue meliorationes à Debitore factæ ſint, ſiue à Tertio, ad quem bona peruenerũt, ſemper hypotechatæ cenſentur, text. eſt expreſſus *in leg. Paulus. §. domus, ff. de pignor.* Io. de Plat. & Alex. *in addit. ad Bar. in leg. in his. C. de prædiis & omnibus rebus nauicul. lib. 11.* & licèt I. C. *in d. leg. in his.* dixerit quod meliorationes deducuntur, non propterea negat, quin remaneant in obligatione, provt ibi aduertit Alcia. quando enim fit deductio intelligi debet de ſumptibus in melioranda re erogatis, adeo quod ſi in re hypotechata ſunt expenſi pro meliorationibus ducati duo mille, illi ſolùm ſunt deducendi, & id, quod plus eſt, quia res eſt effecta pretioſior, non deducitur, ſed remanet in obligatione per text. *in d. §. domus.* Ex quibus facta relatione per ſacrum Conſilium in Collaterali Conſilio ordinatione Illuſtriſſimi Domini Locumtenentis generalis, fuit, nemine diſcrepante, deciſum ad fauorem dicti de Maiorana, quod benè procedebat iudicium per eum inſtitutum, quod dicta Ciuitas exponeretur venalis, & ſi pluſquam fuerit vendita demùm diſtraheretur, de illo pluri ſatisfieret dictus de Maiorana, prius tamen ſatisfactis aliis Creditoribus anterioribus.

## OBSERVATIO.

NOtamus primò ex hac deciſione hypotecham poſterioris Creditoris non extingui ex eo 1
quod Debitor rem Creditoribus ſuis obligatam Tertio vendidit pro dimittendis Creditoribus anterioribus, provt dimiſit; ſicque poſſe Creditorem poſteriorem actione hypotecharia ſuper re ſibi obligata, & iam alteri vendita agere, & obtinere; ſic pariter ſcripſi Ego *lib. 1. reſol. iur. cap. 336. ex iuribus in l. cùm prior, ff. de diſtract. pign. in leg. res pignoris. C. de remiſſ. pignor. & in leg. ſi debitor. C. de diſtract. pignor. in leg. res pignoris. C. de remiſſio. pignor. & in leg. ſi debitor. C. de diſtract. pign.* Idemque dixi ſi res illa non fuiſſet Tertio vendita, ſed Creditori anteriori in ſolutum data, vt adhuc poſſit poſterior Creditor aduersùs illum priorem de iuribus ſuis experiri, provt per S. C. ait deciſum Dom. Præſ. de Franch. *deciſ. 453.* Addidi demùm ſic aduertens, quod ſi hic poſterior Creditor obtenta ſententia ſuper inſtituto hypotechariæ actionis iudicio pro rei venditione inſtaret, obſeruandum eſſe, an per illius rei venditionem poſſet vtrique conſuli, & ſic tàm primo, quàm ſecundo Creditori, quia ſi ex venditione nullum poſterior creditor aſſequeretur

emolu

Digitized by Google

emolumentum, res è manibus prioris Creditoris, cui fuit in ſolutum data, ſiue alterius eiuſdem rei emptoris, cuius pecunia fuit dimiſſus primus Creditor, auferri non poteſt; ſed eſſet ſubhaſtanda ad finem vt illius ſciatur valor; ita Paul. de Caſtr. *in l. à diuo Pio. §. ſed & illud, in fin. ff. de re iudic.* & Dom. Præſ. de Franch. *deciſ. 456. circa finem, verſ. & eſt effectus maximus.*

2 Secundò notamus, melioramenta facta per Tertium poſſeſſorem ſuper re mihi obligata, adhuc in obligationem ad mei fauorem contractam incidere; ita tamen vt ad beneficium poſſeſſoris meliorantis deducantur ſolummodo ſumptus, ſiue expenſæ pro re illa melioranda erogatæ, iuribus hîc citatis, quicquid diſtinguant Iaſ. & Neguſanz. quos Dom. Reg. noſter hîc allegat, & ex recentioribus Statilius Pacific. *de ſaluia. interd. inſpect. 13. cap. 4. num. 665.* & Mercurial. Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 2. quæſt. 69. num. 4.* Putarunt enim Iaſ. & Neguſanz. quod quando meliorationes à Debitore factæ non ſunt; ſed à tertio poſſeſſore, illas non cadere in hypotecha ad fauorem Creditoris; Tu modò conſidera dicta per Iaſ. & Neguſanz. benè procedere, quando Creditor, qui habet rem melioratam obligatam, vellet ſuper meliorationibus ſuum conſequi Creditum, quia verè affirmare non poſſumus, melioramenta illa eſſe Creditori obligata; at ſi Creditor ſuam intentaret actionem realem ſuper re ſibi obligata, & à Tertio meliorata, ritè, & rectè diceretur iudicium inſtitutum, provt fuit hîc deciſum; ſed poſtea cùm primum de re illa vendenda ageretur, melioramenta venient melioranti ſoluenda, niſi hic tertius poſſeſſor mallet vti beneficio à lege ei tributo iuris offerendi, ad text. *in leg. Paulus. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu.* quo caſu offerendo valorem rei obligatæ, provt valebat, priuſquam res eſſet meliorata, eandem ſibi retineret rem, ex ſententia Bar. *in l. 2. C. de prædiis & omnibus nauicul. lib. 11.* quem inſequuti fuêre Paul. de Caſtr. *in leg. ſi conuenerit 18. §. ſi fundus num. 2. ff. de pignor. act.* Neguſanz. *de pignor. membr. 4. 5. par. num. 2.* Magon. *deciſ. florent. 51.* Dom. de Franch. *deciſ. 38.* Theſ. filius *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 71. num. 5.* Cyriac. *contr. iur. lib. 1. controuerſ. 194.* Dom. Reg. Merlin. *controu. cent. 1. cap 93. num. 12.* & alij quos refert Mercu. Merlin. *loco cit. n. 5.*

3 Sed quæſtio eſt, ſi hic tertius poſſeſſor vellet potius vt pretium meliorationum ſibi ſoluatur, quàm vti iure offerendi, quinam valor erit ei exburſandus, an provt hodie melioramenta æſtimantur, vel potius ſoluendum, quod impenſum eſt; vt cernis Dom. Reg. noſter in ea eſt ſententia, vt ea pecunia quæ in melioranda re erogata eſt reſtituatur; ſed Tu, quando caſus acciderit recurre ad dicta per Me *lib. 2. reſol. iuris cap. 133. num. 14.*

## *ARGVMENTVM.*

Prorex, in hoc Regno nùm poſt ingreſſum ſucceſſoris ad Regni Confinia poſſit ſuo muneri incumbere, ſic officia vacantia conferre, gratias facere, omniaque peragere, provt per prius. Succeſſor in gubernio huius Regni, an iuriſdictionem aliqua habeat, priuſquam actualem poſſeſſionem non accipiat, & iuramentum de benè & fideliter adminiſtrando non præſtiterit, &c.

## DECISIO CCCCLXII.

Electo à ſua Catholica Maieſtate in hoc Regno Viceregе, & Capitaneo generali Domino Marchione de Mondeſar; eoque Regnum ingreſſo, & ad Ciuitatem Caietæ peruento, Dominus Cardinalis Granuelanus tunc Locumtenens generalis in hac Ciuitate commorans munus ſuum deſerere non curauit; ſed illud potius exercere voluit, nonnulla peragens, ac officia vacantia conferens vſque ad tempus eiuſdem Marchionis ad hanc Ciuitatem ingreſſus; ex hoc dubitatum fuit an geſta eo tempore per D. Cardinalem eſſent de iure valida, vel potius nulla; itavt per Marchionem nouum Proregem reuocari potuiſſent. 1

Ratio dubitandi deſumebatur ex text. *in leg. obſeruare, ff. de offic. Proconſul. & legati.* vbi ſtatim atque quod Præſes electus Prouinciam eſt ingreſſus Prædeceſſoris officium ceſſat, ergo. Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contrarium de iure, maximè in hoc Regno eſt affirmandum; etenim vt quis officialis ſit habendus, ſat non eſt, quod ſit tantùm electus, & quod officium acceptauerit, ſed neceſſe eſt quod applicuerit ad locum, vbi decernitur adminiſtratio: ita Bal. *in leg. meminiſſe, ff. de offic. Proconſul.* Angel. *in §. iuſiurandum, Auth. vt Iudic. ſine quoquo ſuffragio.* vbi dicit, notandum eſſe, Poteſtatem incontinenti cùm Ciuitatem ingrediatur, iuriſdictionem non habere; poſtquam iurauerit de bene adminiſtrando; bonus text. *in §. ſic igitur, & in d. §. iuſiurandum, Authent. vt Iudices ſine quoq. ſuffrag.* & in terminis terminantibus eſt text. *in leg. vnica, ff. de offic. Præfect. Auguſtal.* vbi Præfectus Ægitto non prius præfecturam deponit, quàm Alexandrinam, ſucceſſor eius ingreſſus ſit, licèt in Prouinciam venerit. Quærit ibi gloſ. quare Alexandriam? & reſpondet, quia Alexandria Metropolitana erat Ciuitas, in qua Præfectus conſequebatur præfecturam, ſicut & Imperator Romæ; ita in caſu propoſito, nam cùm Ciuitas hæc Neapolis Metropolitana, & caput totius Regni ſit, & in ea Domini Proreges iuramentum præſtant, & adminiſtrationem recipiunt, certè donec omnia hæc adimpleta ſint, non eſt cur dubitari poſſit, nullum conſiderari obicem, quin priore loco electus, & de proximo è Regno diſceſſurus officium ſuum exercere valeat, hinc Bal. *in d. leg. vnica.* firmat, quod antequam Imperator inſignia Romæ conſequatur, propriè Imperator dici non poteſt; vnde his omnibus in Collaterali 2

Conſilio

Domino Marchione Prorege deciſum extitit, officia collata à Domino Cardinale Locumtenente, eo tempore vacantia ritè rectéque fuiſſe conceſſa; ſecus verò ſi fuiſſent vacatura tempore noui Domini Proregis; idemque in tractis futuræ recollectionis; hæc deciſio admodum placuit dicto Domino Proregi, qui vir erat prudentiſſimus, maximi ingenij, & ſanioris iudicij.

## OBSERVATIO.

1 QVæ hîc exarat Dom. Reg. noſter ex eius ore ſcripſit pariter Dom. Præſ. de Franch. *in ſua deciſ.* 393. quam vide omnino, ad illamque circa dubium hîc propoſitum ſe remittit Dom. Reg. de Pont. *in ſuo tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſibus Regiis ſuper alienatione feudor.* §. 6. *n.* 15. vbi dicit, omnia, quæ in ea deciſ. referuntur, conformia eſſe conſuetudini indubitatæ, quæ eſt, vt nouus Prorex iuriſdictionem in hoc Regno non habeat, quovſque actualem poſſeſſionem non accipiat, & iuramentum iuxta morem non præſtiterit de benè, & fideliter adminiſtrando; idque in manibus noſtrorum ſpectabilium Electorum, & in maiori Eccleſia huius Ciuitatis, ſic iurans ſeruare capitula, omniaque priuilegia Ciuitati conceſſa; vnde paſſim videmus, Proreges, qui ad curiam Dom. noſtri Regis ſunt reuerſuri interim in conſpectu ſucceſſoris omnia peragere, quæ ante aduentum noui Proregis peragebant, officia vacantia conferentes, gratias pro patratis delictis facientes; idque abſque vlla noui Proregis quærimonia; idemque ſcripſere Dom. Reg. Rouit. *in conſ.* 81. *num.* 8. *lib.* 1. Dom. Reg. Tap. *in Conſtit. Officia n.* 12. Capiblan. *in prag.* 5. *n.* 74. *de Baronibus.* Ego ipſe *reſol. iur. lib.* 1. *c.* 30. *n.* 8. & de noſtro Præſid. de Franch. *loco citato,* meminerunt pariter Dom. Reg. Conſtant. *in l.* 1. *num.* 27. *C. de Conſul. lib.* 12. vbi ſic loquitur, *& ideo dicit Dominus de Franchis, quod ex quo officium Vice Regis habet annexam iuriſdictionem debet iurare in manibus Dominorum Electorum, & ante hæc impleta prædeceſſoris officium non expirat, l.* 1. *ff. de offic. Præfect. Auguſtal. &c.* Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 19. *& lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 197. & Iacob. Cancer. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 54.

## *ARGVMENTVM.*

Aſſenſus Regius, ſi fuerit conceſſus alienationi factæ de feudo cum pacto de retrouendendo, nùm in retrouenditione per emptorem facienda alius requiratur aſſenſus; Et an in remiſſione huius pacti, quæ à venditore fieret ad beneficium emptoris, domini aſſenſus interuenire debeat; Et quid ſi venditor pactum hoc alteri cederet; Et de aliis.

*D. de Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## DECISIO CCCCLXIII.

VENDIDERAT Illuſtris Princeps B.ſiniani Dominæ D. Catherinæ de Sancto Seuerino eius germanæ ſorori duas Terras in Prouincia Baſilicatæ pretio ducatorum ſexdecim milium, cum pacto de retrouendendo infra certum tempus, quo durante, & nondum elapſo, contentus remanſit Princeps, mediante publico inſtrumento, Regio aſſenſu vallato, pactum illud vſque ad tempus mortis d. D. Catherinæ prorogare, itavt eius vita durante, illud exercere non poſſet; ſed mortuo demùm Principe, ſucceſſor eius Princeps Bernardinus filius de mera, pura, & ſpontanea voluntate D. Catherinæ Amitæ Terras prædictas reemit, qua tandem vita functa, prætendebat fiſcus, retrouenditionem illam fuiſſe ipſo iure nullam, ex quo ſuper ea Regius aſſenſus non interuenerat, nam poſtquam pactum primum de retrouendendo erat extinctum, dicebatur noua venditio, quæ ſine aſſenſu fieri non poterat, & ſucceſſiuè exiſtente illorum feudorum dominio liberè penès Dominam D. Catherinam, ea demùm mortua abſque legitimo ſucceſſore in feudalibus, quia Princeps ex fratre nepos, amitæ in feudo nouo non ſuccedit, adhuc ſi inueſtitura caneret pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, dicebantur feuda illa Regiæ Curiæ ob lineam finitam acquiſita; contradicebat Princeps; vnde quid iuris dubitatum extitit? 1

Diſcuſſo articulo in Regia Camera, pro Principe pronunciatum fuit, eo ab impetitis per Regium fiſcum penitus abſoluto; & cum ab hac determinatione à fiſci procuratore reclamatum eſſet, ac obtentum vt cauſa referretur in Collaterali Conſilio; facta iam relatione coram Illuſtriſſimo Domino Prorege Marchione de Mondejar, fuit prima ſententia confirmata, cum impoſitione perpetui ſilentij. 2

Ratio deciſionis fuit, quia pactum illud de retrouendendo non aliter à Principe fratre, D. Catherinæ ſorori remiſſum fuerat; ſed tantùm prorogatum vſque ad tempus mortis emptricis; ſi igitur prorogatum, & non remiſſum; potuiſſet Princeps adhuc in vita eius ſororis ex vendito, vel præſcriptis verbis agere, quamuis exceptionis ope repelli poterat, ob pactum illud, vt durante vita ſororis, ſeu amitæ retrouenditionem exercere non potuiſſet; vnde ſi actio non erat extincta, poterat certè Princeps de voluntate eius Amitæ dicta feuda reemere ex quo in hoc pacto de retrouendendo impetratus extiterat Regius aſſenſus, ac proinde alium ſuper retrouenditione impetrari opus non erat; 3



Digitized by Google

Confirmabatur deciſio, quia vt per inſtrumentum prorogationis huius pacti apparebat, prorogatio illa in merum D. Catherinæ fauorem facta extiterat; ſicque licèt, aliter, durante pacto, ea inuita, non potuiſſet Princeps retrouenditionem prætendere, per text. *in l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit.* tamen ſecus, ea volente, ad text. *in leg. eum qui ita, ff. de verb. obligat.* Vnde.

## OBSERVATIO.

1 IN hac cauſa pro Regio fiſco de iure reſpondit tunc doctus eius Aduocatus Marcellus de Mauro, provt videre eſt *in ſua allegat.* 21. Duas principales in hac deciſione obſeruamus concluſiones, quarum prima eſt, vt quando ſuper pacto de retrouendendo appoſito in venditione feudi Regius impetratus eſt aſſenſus dùm poſtea illud exerceatur, alius ſuper retrouenditione opus non eſt, vt impetretur aſſenſus; Ego ſatis dubito de veriate huius concluſionis; nam cùm certum ſit, vtile feudi dominium in emptorem fuiſſe tranſlatum, quamuis in venditione appoſitum ſit pactum de retrouendendo (perfecta enim eſt rei venditio, quæ cum hoc pacto fit, itavt dixerint Doctores, poſſe vicinum vti iure retractus vt per Affl. *dec.* 338. *num.* 9. vbi Vrſill. *in princ.*) Sequitur certè dicendum vt ad retransferendum dominium in venditorem, alius requiratur Domini aſſenſus; & ita in puncto docet Marcell. de Maur. *loco cit. num.* 7. & *ibi* Abbas filius *in additio.* & melius *in alleg.* 8. *num.* 31. quo loci expreſſis verbis firmat, quod quamuis in aſſenſu ſuper venditione fuiſſet facta mentio pacti de retrouendendo; attamen quando poſtea fit retrouenditio, alter aſſenſus ſuper ea erit neceſſarius; ſubdens per hoc, quod Practici hodie ſimul, & ſemel impetrant aſſenſum ſuper pacto de retrouendendo, ac etiam ſuper futura retrouenditione; & in puncto principali agit, nùm aſſenſus impetratus ſuper venditione feudi, nulla facta mentione de pacto de retrouendendo in eo contractu adiecto, ita & taliter ſubintelligatur, ac ſi de pacto illo expreſſa mentio facta eſſet; qua de re latè Marinus Freccia *de ſubfeud. lib.* 2. *quæſt.* 16. & Io. Andr. de Georg. *in repet. feudal. cap.* 12. *à num.* 19. poſt Camer. *in repet. c. imperialem fol.* 58. *col.* 2. & Gram. *deciſ.* 76.

2 Illud tamen in hac materia puto verum, quod ſi Venditor feudi cum pacto de retrouendendo vellet pactum illud eidem emptori remittere; ſicque illum ab onere retrouenditionis liberare, tunc Regius non requireretur aſſenſus. Ratio aſſignatur, quia nulla de re feudali fieret alienatio; ſed actio tantùm perſonalis diceretur remiſſa: ita Affl. *in conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ. num.* 21. *circa finem.* Frecc. ibidem *in* 48. *limit.* Tap. *dec. Sacr. Conſil.* 12. *num.* 13. Ioan. Andr. de Georg. *in repet. feudal. cap.* 44. *à num.* 24. vbi *in fine* dicit, Cannetij ſententiam *in cap. volentes*, *in* §. *ſed quid ſi erit fol.* 111. ſine dubio procedere, in tranſlatione iuris luendi ad feudum de perſona ad perſonam, vt tunc omnino Regius requiratur aſſenſus, provt firmat pariter Tap. *loco cit. num.* 2. *& ſeqq.* Secus autem, quando agitur de liberanda perſona, quæ retrouendere ſe obligauit; vnde in caſu ſuo benè dicebat Cannet. vt in venditione facta de feudo cum pacto de retrouendendo, ſi venditor ius illud luendi in alium alienaret, fieri locum diſpoſitioni *cap.* 1. §. *Titius, ſi de feud. defun. milit. fuer. controuerſ. &c.* Itemque & meritò practicam in Sacr. Conſil. inoleuiſſe, vt quoties ad venditionem iuris luendi feudum proceditur, ſuper pretio ex illo iure proueniente præferri creditores cum aſſenſu aliis etiam anterioribus aſſenſu carentibus; ita Ioan. Andr. de Georg. *loco cit. num.* 23.

Alteram, quam in hac deciſione principalem obſeruamus concluſionem, ea eſt, vt nepos in feudo nouo patrui, ſeu amitæ legitimus non dicatur ſucceſſor; hæc concluſio veriſſima eſt, attenta tamen diſpoſitione Conſtitutionis, *vt de ſucceſſionibus*, quæ fratrem tantum in feudo nouo fratris ad ſuccedendum admittit; ſed hodie ceſſat prorſus Imperialis hæc ordinatio, attentis nouiſſimis gratiis huic Regno conceſſis (adhuc ſi inueſtitura caneret pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ex corpore) de quibus per Dom. Conſiliar. Thedor. *allegat.* 100. Dom. Reg. Rouit. *deciſ.* 32. *& alibi.* & per Me *lib.* 1. *reſolut. iuris cap.* 126. 3

## ARGVMENTVM.

Vendita domo, an veniant vacua circum circa, & quæ ibi ſunt poſita vt perpetuò remaneant, licèt affixa non ſint; Et nùm cum hac venditione venditus pariter intelligatur hortus ibi cohærens. Item & vitriatæ, vaſa vinaria, &c. Oppoſitio de iure tertij an & quando ſit admittenda. Et de aliis.

## DECISIO CCCCLXIV.

EMPTA à Domino Principe Cõchę domo magną palatiata propè Monaſterium ſancti Petri ad Maiellam huius Ciuitatis cùm vacuis ibi exiſtentibus; prætendebat ille, vacua exiſtentia circumcirca domum paruam Magnificæ Catherinæ de Rogerio contiguam Palatio dicti Principis ſua eſſe, & ad dictam domum magnam pertinere, quo factum fuit, vt dubitaretur ad quam domum vacua prædicta pertinerent. 1

Hæc cauſa fuit diſcuſſa in ſacro Conſilio; & cùm remanſiſſet in paritate votorum, Dominus Locumtenens generalis Regni huius mandauit vt decideretur in Collaterali Conſilio, vbi cùm de ea tractaretur, fuit primò conſideratum, domum ex ſolo, parietibus, & tecto conſiſtere, *leg. ſolum*, *cum gloſ. ff. de rei vendicat.* Sed cum illa venundatur, dicimus, vt & pariter veniat id, quod eſt domui adiunctum, per text. *in leg. cætera*, *in fin. ff. de lega.* 1. vbi Iacob. de Aret. Bal. & Alexand. dicunt, quod vendita, vel donata domo, veniunt ea, quæ ibi ſunt poſita, vt perpetuo remanerent, licèt affixa non ſint, bonus text. *in leg. Iulianus.* §. *ædibus, ff. de actio. empt.* & Bal. per illum text. *in leg. conclaue*, vbi gloſ. 2

Digitized by Google

gloſ. *ff. de damno infecto* addit, quod vendita vna domo, intelligitur vendita camera, quæ ad vſum illius domus deſtinata erat; facit quod communiter dicitur, quod vendita domo, intelligitur venditus hortus, ſi erat ad vſum illius domus, & per domum erat aditus in hortum; idemque probant Bal. & Alex. *in leg. olimpico, ff. de ſeruit. vrba. præd.* Quibus ſic perhabitis, ad probandum, quod dicta vacua erant de pertinentiis domus paruæ dictæ Catherinæ, ponderabatur, Hieronymum Filerium, qui dictam domum paruam poſſederat, eam cum illis vacuis poſſediſſe; & ſi diceretur prout dicebatur, quod Dom. Princeps Conchæ domum emerat cùm larghis, & vacuis, quia in emptionis inſtrumento non habebatur cum quibus vacuis, neceſſariò intelligi debebat de vacuis magnis ante eius Palatium; non autem de illis vacuis paruis, quæ erant circumcirca dictam domum paruam; eoque magis quia dictæ domui paruæ iuncta erant, ad text. *in leg. adeo §. inſula verſ. quod ſi alteri parti, ff. de acquir. rer. domin.* & *in §. Inſula inſtit. de rerum diuiſ.* Præterea dicebatur, quod domus illa parua vendita extiterat cum integro eius ſtatu ſicque illi adiacentia omnino veniebant, hoc enim important verba illa, *cùm integro eius ſtatu*, vt per gloſ. Innocent. & reliquos Canoniſtas *in cap. cum dilecti, de donatio.* Vnde facta relatione in Collaterali Conſilio, fuit pro dicta Catherina pronunciatum; ſed interpoſita reclamatione pro parte Domini Principis dicebatur, quod vacua illa in emphyteuſim tenebantur à Monaſterio ſancti Petri ad Maiellam; & cum empta reperirentur abſque Domini directi conſenſu, nulla erat venditio, & conſequenter dominium in Emptorem tranſlatum non fuerat; ſed reſponſum fuit hoc eſſe opponere de iure tertij, quod de iure non permittitur, ita Bar. *in l. 2. ff. de except. rei iudic.* Aret. *in l. 1. §. ſi vir. ff. de acquir. poſſeſſ. & in leg. cum ſeruum. C. de ſeruis fugit.* Iaſ. *in l. 1 in 2. lect. C. de iur. enphit.* idemque reſpondebatur alteri oppoſitioni pro parte Principis factæ, quod tàm domus magna, quàm hæc domus parua alienari prohibitæ erant; ſicque neque vendi, neque diſtrahi poterant, *leg. fin. § ſed quia C. commun. de lega.* erat enim adhuc oppoſitio de iure tertij; tum etiam quia alienatæ erant cum conſenſu illius, in cuius fauorem alienationis prohibitio facta extiterat, ad tex. *in leg. ſi fundum per fideicommiſſum, ff. de leg. 1. leg. nihil* §. 1. vbi Bar. *eod. titul.* Bal. *in Authen. res quæ. in fine. C. commun. de legat.* & Iaſ. *in leg. filius famil. §. diui in 8. limit. num. 39. ff. de legat. 1.* Sed hæ reſponſiones parui momenti fuerunt; nam facta iterum relatione in Collaterali Conſilio in gradu reclamationis, fuit pro maiori parte Votantium pro Principe pronunciatum, & inſimul ordinatum, quod ædificata in dicta domo Magnificæ Catherinæ demolirentur, & in priſtinum ſtatum reducerentur.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

---

## OBSERVATIO.

Ex hac deciſione plura colligimus notabilia; & primò, quod vendita, vel legata, ſiue donata domo, ea omnia veniunt, quæ ibi poſita ſunt vt perpetuo remaneant, licet affixa non ſint; Tu modò ad confirmationem adde, idem ex recentioribus ſcripſiſſe Caldas de Pereyra, *de emptio. & vendit. cap. 22. n. 16.* quo loci ex Bar. ſententia generalem conſtituit concluſionem, quod omnia affixa domui, illius partem conſtituunt, ac proinde in alienatione continentur; ſicque & ea ſimiliter, quæ ad perpetuum domus vſum ibi poſita ſunt; ſecus verò ſi ad tempus; vnde vendita domo, quod in venditione veniant vitriatæ, ex quo ad perpetuum domus vſum deſtinata ſunt, dicit deciſum Surd. *deciſ.* 134. poſt Cepoll. *de ſeruit. cap. 63.* idemque Gaſp. Theſ. *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 84.* vbi addit, vendita domo, vaſa vinaria, ſi ad perpetuum vſum deſtinata, ſub venditione contineri; at ſecus ſemper dicamus, quando res non ad vſum poſitæ ſunt, ſed ad ornamenta, vt in caſu, de quo per Rot. *deciſ. 812. p. 3. in nouiſſ.* & per Mohedan. *deciſ. 17. & 114.* 1

Quodque vendita domo ſimpliciter, iuxta aliam concluſionem hîc poſitam, cenſeatur inſimul venditus hortus, ibi cohærens, probat pariter text. *in leg. prædiis 89. §. fin. ff. de legat. 3.* vbi Iuriſconſultus ſic loquitur. *Qui domum poſſidebat, ortum vicinum ædibus comparauit ac poſtea domum legauit. Si ortum domus cauſa comparauit, vt amaniorem domum, ac ſalubriorem poſſideret; aditumque in eam per domum habuit; & ædium ortus aditamentum fuit, domus legato continetur,* &c. plura de hoc ſcripſit Guilliel. de Benedic. *in cap. Raynutius in verb. & ortum fol. mihi* 181. 2

Vlterius notamus, oppoſitionem, quæ fit in iudicio de iure tertij opponentem non releuare; ſic enim probat text. *in leg. loci corpus. §. competit.* vbi Bar. & DD. *ff. ſi ſeruit. vindic.* & *in leg. ſi quis emptionis. §. ſin vero nullum. C. de præſcript. 30. vel. 40. ann.* Theſ. ſatis benè *deciſ.* 4. vbi ad hanc concluſionem ſeptem accommodat limitationes, quas vide, illamque primam, quæ in ore omnium eſt, quoties exceptio, ſiue oppoſitio hæc, quæ à reo fieret de iure tertij, eſſet penitus excluſiua intentionis agentis; & eſt originale dictum Cyn. *in l. cum ſeruum, in fin. C. de ſeru. fugit.* 3

---

## ARGVMENTVM.

Aſſenſum Regius an requiratur, cum pater filium ſecundogenitum ſuper bonis feudalibus hæredem inſtituit, primo conſentiente. Nepos ex filio primogenito præmortuo, an in ſucceſſione Aui ſuper feudalibus patruo ſecundogenito præferatur. Et de aliis.



Digitized by Google

## DECISIO CCCCLXV.

1 Cvm D. Victoria de Ayerbo pro ſuis dotibus creditrix reperiretur hæreditatis quondam Troiani Mormilis eius Viri, eiuſdemque bona feudalia in forma valida obligata haberet; in vltimis conſtituta, duos habens filios, Fabritium, nimirum; & Herculem, hunc cum conſenſu Fabritij primogeniti vniuerſalem inſtituit hæredem, ob quod exortum fuit dubium, an inſtitutio iſta, dum Regio carebat aſſenſu eſſet de iure valida; tractabatur enim de inſtituenda actione reali ſuper feudo, vt dictarum dotium quantitas recuperari potuiſſet.

2 Dubium hoc perdifficile habitum fuit? quandoquidem in caſu, de quo agebatur, ſi affirmandum erat, filium primogenitum conſentiendo, quod ſecundogenitus inſtitueretur hæres, nihil in ſecundogenitum tranſmiſiſſe; ſed ſolum ſe de medio abſtuliſſe; & quidem ius, quod habebat primogenituræ fuit ſtatim extinctum; itavt ſecundogenitus ſuccedere diceretur non per viam tranſmiſſionis, ſed extinctionis, iuris primogenituræ, ita ſatis benè Bar. *in l.* 1. *§. ſi ſit. Nepos, ff. de collat. dot. & in l.* 1. *§. ſi ſic filius ff. de coniung. cum emancip. liber.* & conſequenter hæredis inſtitutio adhuc nullo impetrato aſſenſu, de iure procederet; idemque vbi ius hoc primogenituræ cedi poſſet, per text. *in cap. quam periculoſum* 3. *quæſt.* 1. nam ſi cedi, & vendi poteſt; ergò & in hæredem tranſmitti per Regulam, quod illud, quod eſt ceſſibile, eſt in hæredem tranſmiſſibile, *leg. de pluribus, ff. de adminiſt. tutor. leg. quadam, ff. de acquir. rer. dom. & l.* 1. *ff. de fun. dot.* id quod potiſſimum eſt fundamentum pro illa latiſſima diſputatione, nimirum quiſnam potior ſit in feudatarij ſucceſſione, Nepos ex filio primogenito præmortuo, an verò filius ſecundogenitus iam viuus; etenim ratio illorum, qui nepotem fore præferendum tenuerunt, ea fuit quod hoc ius in filium primogenitum tranſmiſſum erat; ita Oldrad. *conſ.* 224. ad quam difficultatem dirimendam Rex Ferdinandus primus, ſua ſententia mediante, nepotem ex primogenito Auo ſuo legitimum eſſe in feudo ſucceſſorem determinauit; & nedum Nepotem maſculum; ſed etiam & Neptem fœminam; in caſu autem propoſito Fabritius primogenitus nedum matri ſuæ conſenſum præſtiterat, vt Herculem filium ſecundogenitum inſtitueret hæredem; ſed in eundem iura omnia, quæ pro dotium recuperatione ſuper bonis feudalibus obligatis habere poterat, ceſſerat, nullo ſuper hac ceſſione intercedente Regio aſſenſu; & licèt eo tempore iura ceſſa adhuc in actu delata non erant, benè tamen in potentia; quæ conſiderabilia, & tranſmiſſibilia erant, eoque magis cùm tractaretur de iuribus feudalibus, à quorum ſucceſſione filius primogenitus excludi non poterat, niſi cum conſenſu Regis domini directi; tum etiam quia D. Victoria communis mater, ideo filium ſecundogenitum inſtituere voluit, qui à Fabritium filium primogenitum ære alieno admodum grauatum videbat; ex quibus pro diſpoſitionis inualiditate reſpectu bonorum feudalium Dom. iſte Reg. vna cum Dom. Iacobo Anello de Bottis Regio Conſ. reſponderunt.

## OBSERVATIO.

Est vndique receptiſſimum id, quod Dom. Reg. noſter hic incidenter firmat; nimirum vt in feudi ſucceſſione Nepos ex filio primogenito præmortuo, patruo ſecundogenito præferatur, ſic enim apud nos determinatum teſtatur Affl. *in cap.* 1. *num.* 21. *de natur. ſucceſſ. feud.* & Gramm. *deciſ.* 1. Dom. Reg. de Pont. ſatis benè *in tit. de ſucceſſ. feud. Lect.* 12. *num.* 48. vbi *num.* 54. addit, ſententiam hanc in Regno, etiam in linea Collaterali indubitatam eſſe, Fab. de Ann. *conſ.* 125. *num.* 45. Dom. Reg. Rouit. *conſ.* 74. *lib.* 1. vbi loquitur de Nepte ex filio primogenito præmortuo, vt patruum ſecundogenitum à feudi ſucceſſione excludat, Anell. Amat. *conſ.* 15. *num.* 1. *&* 2. Ego ipſe *reſol. iur. lib.* 2. *cap.* 145. *num.* 8. *&* 9. & vbique de generali conſuetudine hoc ſeruari, ex alienigenis firmarunt pariter Molin. *de hiſp. primogen. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 1. vbi dicit apud omnes gentes, & nationes cauſam Nepotis ex primogenito aduerſus patruum ſemper potiorem fuiſſe; idemque Couar. *pract. quæſt. capit.* 38. *num.* 5. *verſ.* 11. *illud eſt*, Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt.* 40. *num.* 8. Anton. Gomez *ad l.* 40. *Tauri numer.* 65. *verſ. ſed his non obſtantibus.* Auenda. *in eadem leg. gloſ.* 14. *num.* 20. Petr. Greg. Toloſ. *in tract. de Republ lib.* 7. *cap.* 10. Guttier. *pract. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 80. & Mattienſ. aliis omiſſis *lib* 5. *nouæ recopilat. tit.* 6. *l.* 5. *gl.* 4. *n.* 4. 1

Quantùm verò attinet ad punctum principalem huius Deciſionis, nimirum an inſtitutio hæredis, ſiue refutatio facta de feudo à patre in perſonam filij ſecundogeniti, primo conſentiente, nulla dicatur, dum Domini Regis conſenſus non interuenit, ſi caſus aliquando contingeret, pro veritate pondera, quæ ſcripſerunt Loffred. *conſ.* 1. *& conſ.* 14. *num.* 46. Ioan. Vincent. de Anna, *in repet. rubr. de vaſſall. decrep. ætat. à num.* 257. *verſ. ſed quid in alio caſu, vſque & per totum num.* 291. & Dom. Reg. Rouit. *in Pragm.* 1. *n.* 117. *de titulor. ſeu inſcript. abuſu in ſcrib. ſublato.* 2

## ARGVMENTVM.

Officium ad Regis collationem ſpectans, ſi quis longiſſimo tempore vti Regis Miniſter poſſederit, an illud præſcripſiſſe allegare poſſit. Iuriſdictio à Rege alicui in officium conceſſa, an, & quando eiuſdem

Regis

Digitized by Google

Regis nutu reuocari poſſit; Et an, & quando iuriſdictio cum mero, & mixto Imperio præſcriptione quæratur, & de vi immemorabilis præſcriptionis.

## DECISIO CCCCLXVI.

DVBITABATVR in Regia Camera ad quemnam ſpectaret officium Magiſtri actorum ciuitatis Tropeæ, an ad ipſam ciuitatem, quæ illud poſſidebat ſeu quaſi, vel potius ad Regiam Curiam.

1 Pro ciuitate dicebatur primò quod poſſidente officium prædictum Magnifica Gribella de Duce, cui annis ſingulis Vniuerſitas vncias quatuor ſoluebat, Ciuitas ſentiens ſe grauatam, ad Regem Ferdinandum primum recurſum habuit, ad hoc vt dignaretur, dictum officium ipſi concedere, vel quod mandaret, vt in poſterum dum dicta Gribella in exercitio dicti officij remanebat, ad dictas quatuor vncias ſoluendas non teneretur, cui quidem ſupplicationi Rex ille reſpondit, quod durante vita Gribellæ ſoluerentur ei dictæ vnciæ quatuor, & quod Vniuerſitas deputare poſſet perſonam, quæ dictum officium exerceret, dummodo de illius culpis, & defectibus teneretur; hac decretatione; ſic ſtante prætendebat ciuitas officium prædictum ad ipſam perpetuò ſpectare, & pertinere. Secundò dicebat, quod ipſa ſpatio quadraginta annorum poſſederat, ſicque præſcripſiſſe.

2 Sed his non obſtantibus Regia Camera pro fiſco pronunciauit, abſoluta tantùm Vniuerſitate à fructibus perceptis. Ratio deciſionis fuit, quia Rex Ferdinandus officium prædictum Ciuitati non conceſſerat prout ſupplicauerat; non enim reſpondit *fiat* ſiue *placet*, aut per alia verba ſimilia, quo caſu omnia ſupplicata, conceſſa dicerentur; ſed ſolùm ſupplicatis reſpondens, ad vnam tantùm ſpeciem ſe retulit, & non ad alia; optimè Ang. *in §. prætere a, inſtit. de inut. ſtipul.* vbi dicit, text. illum facere ad id, quod quotidie in ſignaturis ſupplicationum contingit, nam ſi Princeps in ſupplicatione ei porrecta reſponderit per verbum *placet*, vel *fiat*, videtur ad omnia narrata reſpondere, ſecùs autem ſi ſpecificè ad vnum de ſupplicatis reſponderit, quia tunc decretatio ad illud tantùm refertur; facit, quod notat Bart. *in leg. Aurelius §. Sticho. ff. de liber. leg.* & Aret. *in leg. certi. condictio. §. fin. ff. ſi cert. pet.* Nec dictum fuit, allegatam deciſionem obſtare, quia cùm tractaretur de poſſeſſione, ſeu quaſi officij, cuius proprietas eſt Regiæ Curiæ, & ſolum exercitium penès vniuerſitatem, vt de mero Imperio dixit Alberic. *in leg. fin. C. de iuriſdict. omn. iudic.* præſcriptio locum habere non poterat. Exercebat enim Ciuitas officium prædictum vti Regis Miniſter ſicque contra Regem præſcribere non poterat; *leg. male agitur. C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum*, ille namque poſſidet, cuius nomine poſſidetur; *leg. quod meo, ff. de acquir. poſſeſſ.* Vnde ſi Ciuitas Tropeæ nomine ſuo non poſſidebat, certè præſcribere non poterat, quia ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit, *leg. ſine poſſeſſione, ff. de vſucap.* Confirmabatur deciſio ex alio priuilegio producto Regis Frederici, ex quo clarè deſumebatur officium prædictum ad Ciuitatem non pertinere. Vnde.

---

### OBSERVATIO.

Illud ſatis ſcitu dignum in hac Deciſione obſeruamus, nimirum, vt præſcriptioni nullatenus locus eſſe poſſit, quoties quis officium ad Regis collationem ſpectans, vt illius Miniſter quantouis longo tempore exercuerit. Ratio eſt potiſſima, quia proprietas dicitur eſſe penès Regem, ſolumque nudum exercitium apud perſonam, quæ officium exercet; hinc communiter apud nos receptum eſt, quod quando quis iuriſdictionem aliquam in officium à Rege tenet, eiuſdem Regis nutu illa reuocari poteſt, ita noſter Affl. *in cap. 2. §. Item ſi quis in tit. quib. modis feud. amit. & in cap. 1. in verbo poteſtas, per tot. num. 1. in titul. quæ ſint regalia*, idemque Montan. *in ſuo tract. de regal. in verbo poteſtas num. 15. & 25.* in quibus locis expreſſis verbis ait, poſſe Principem Iuriſdictionem in officium à ſe conceſſam pro ſuæ vtilitatis libito reuocare, excepto ſi conceſſio ex cauſa oneroſa facta extitiſſet, quia tunc tranſiret in vim contractus, ex Dom. Reg. de Ponte *in ſuo tract. de poteſt. Proregis in tit. de elect. officialium. §. 1. numer. 23.* & dixerat priùs Andr. *in conſtitut. ea quæ ad ſpeciale decus. numero 40.* 1

2 Eſt tamen verum, quod cum iuriſdictio duplici modo concedi poſſit, in titulum ſcilicet, ſiue dominium, & in officium, vt docet Andr. *in tit. quis dicatur Dux num. 20.* & poſt eum Ioan. Vinc. de Anna *allegat. 44. num. 6.* Ioan. Franc. Capiblanc. *de author. Baron. Pragm. 8. num. 32. p. 1.* & Hort. Montan. aliis omiſſis, *loc. ſuperius cit. num. 14. & 18.* Si quis per tempus immemorabile iuriſdictionem aliquam, etiam cum mero, & mixto imperio exercuerit, nullatenus conſtito de titulo hominis, per quod appareret, anni dominium, an verò in officium conceſſa ea ſit, teneo indubitanter fieri locum præſcriptioni, vt dicatur vtile dominium acquiſitum; videatur Domin. Camill. de Curte *in ſuo diuerſ. feud. in cap.* quod incipit, *Declarata igitur num. 90. cum ſeqq.* quo loci probat, & prudenter tam in regaliis, quàm in iuriſdictionalibus cum mero, & mixto Imperio, præſcriptionem ſubintrare, & acquiſitionem per vſum temporis immemorabilem, quia tanti temporis vſus vim habet priuilegij, legiſque poteſtatem, adeo quod præſcriptionem inducit iuris, & de iure, ita vt contra eam probatio non admittatur in contrarium, ac proinde regulam conſtitui poſſe, quod omnia priuilegia quæſibilia per immemorabilem quæri poſſe, idemque docet Caball. *in ſuo milleloq. 591.* vbi dicit tempus immemorabile priuilegij conceſſionis vim habere.



Digitized by Google

habere, etiam in his, quæ ſunt Principi reſeruata, nec aliter tituli productionem imo nec allegationem neceſſariam eſſe, itemque nec ſcientiam requiri eius, contra quem præſcribitur, quodque docto de immemorabili, probatio in contrarium non admittatur, ſequitur Montan. *cit. tract. de regalibus in præluд. numer.* 31. *verſ. conſuetudine immemorabili*, idemque Dom. Reg. Valenzuela, *conſ.* 93. *num.* 44. vbi notabiliter probat inter alias prærogatiuas conſuetudinis immemorabilis eam eſſe, quod non requiratur ſcientia illius, contra quem introducitur, & *num. ſeqq.* Bart. Imol. & aliorum authoritate pro indubitato affirmat, officialium ſcientiam in præſcriptione, contra Principem ſat eſſet.

## ARGVMENTVM.

Caſtrum ſiue Caſale alicuius ciuitatis, ſi fuerit à Rege alicui conceſſum cum Iuriſdictione, itavt illius ciues nullo pacto coram alio, quàm ipſius Iudice conueniri poſſent, nùm demum valeat idem Rex Ciuitati priuilegium concedere, vt illius Iudex poſſit cognoſcere de omnibus cauſis tam ciuilibus, quam criminalibus, quoad omnes perſonas omnium caſalium, etiam quod reperiantur in Dominio quorumcumque Baronum. Priuilegio primo, an, & quando cenſeatur per ſecundum derogatum; Et an, & quando regiſtratum non appareat pro non conceſſo habeatur, Et de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCLXVII.

1 PRÆTENDEBAT Ciuitas Auerſæ, quod poterant eius Ciues in illa Regia Curia ciuiliter, & criminaliter in ius vocare Caſalis Caſollæ, quod eſt ſitum in territorio dictæ ciuitatis, non obſtante, quod eſſent ſub vtili Dominio Baronis, & hoc ex priuilegio Regis Ferdinandi primi, ex quo demonſtrabatur, Gubernatorem Auerſæ poſſe cognoſcere de omnibus cauſis tam ciuilibus, quàm criminalibus quoad omnes perſonas omnium caſalium dictæ Ciuitatis, etiam quod eſſent ſub Dominio quorumcumque Baronum, & licèt hoc priuilegium eſſet poſteriùs illo ab eodem Rege Ferdinando conceſſo dicto Baroni, ex quo conſtabat, vt nullo pacto Ciues dicti Caſalis coram alio, quàm ipſius Iudice conueniri poſſent; tamen dicebatur pro parte Ciuitatis, hoc Regem illum etiam de poteſtate ordinaria facere potuiſſe, vt notabiliter dixit Bald. *in leg. qui ſe patris col.* 8. *verſ. Item in conceſſione. vnde liberi*, & Aret. *in cap. nouit. extra de iudic.* vbi dicit, quod in conceſſione iuriſdictionis, ſuperioris authoritas excepta cenſetur; & addit hoc procedere adhuc ſi conceſſio in vim contractus tranſierit; ſed circa concluſionem hanc contrarium, & melius firmauit Andr. *in conſtit. Regni, huius ea, quæ ad ſpeciale decus*, cuius ſententia in Regno veriſſima eſt, & ad vnguem ſeruatur, quoniam priuilegium Baronis tanquam anterius eſt ſemper præferendum, verum neceſſe eſt, vt priuilegium producatur, ex quo merum imperium ſine illo poſſideri non poteſt, vti de regalibus: *cap. 1. in verbo ad iuſtitiam expediendam*, vbi Andr. *in titul. quæ ſint regalia*, & in Regno eſt tex. *in dicta. Conſtit. ea quæ ad ſpeciale decus*, & *in cap. ad regale faſtigium*, itavt ſi Baro dicti Caſalis priuilegium non haberet, adhuc ſi poſſeſſio, ſeu quaſi penès ipſum fuiſſet, obtinere non potuiſſet, ex quo ius ſibi reſiſtebat, ac proinde lite pendente abſtinere debebat, ad text. *in cap. cum perſonæ de priuileg. in* 6. Verùm Regia Camera pro ciuitate Auerſæ in caſu propoſito pronunciauit, nimirum licere ciuibus Auerſanis vaſſallos Baronis Caſollæ conuenire, vel coram Gubernatore Auerſano, vel coram Iudice dicti Caſalis ad eorum electionem, & hoc vigore dicti priuilegij Regis Ferdinaandi primi dictæ ciuitati Auerſanæ conceſſi, nulla habita ratione de priuilegio anteriori dicti Baronis, quod iuxta Andr. Sententiam erat attendendum, ex eo dumtaxat, quod non reperiebatur regiſtratum in Regia Camera, dum expreſsè in illius conceſſione ordinatum extiterat, vt infra ſex menſes regiſtraretur, aliàs quod pro non conceſſo haberetur.

## OBSERVATIO.

DE hoc priuilegio à Sereniſſimo Ferdinando primo Auerſanis ciuibus conceſſo, verba facit Iacob. Anton. de Mauro *alleg. ſua* 79. quam ſcripſit pro ſuis Conciuibus, & in propria materia huius deciſionis contra Baronem Sancti Antimi, ſed cum hoc diſcrimine, quia ibi priuilegium conceſſum Baroni cognoſcendi vaſſallos, & homines dicti Caſalis priuatiuè ad Regiam Curiam Auerſanam erat poſterius priuilegio Auerſanis impartito; hic autem priuilegium conceſſum Baroni Caſollæ erat anterius priuilegio conceſſo à Rege Ferdinando Auerſanis, in principali verò concluſione dicta hìc per Dominum Regentem conueniunt cum allegatis per Iacob. Ant. de Mauro, nimirùm, vt priuileginm ſecundum primo non deroget, dum de illo non eſt. Facta ſpecialis mentio; etenim dicebat de Mauro ſuperueniens priuilegium fore intelligendum, vt cenſeatur conceſſum abſque præiudicio, & derogatione iurium alteri per priùs mediante priuilegio conceſſorum, ex quo Princeps in dubio non videtur velle derogare iuri tertij, maximè cum de eo mentionem aliquam non 1

faciat

faciat, provt ſunt Iura *in cap. ſuper eo, extra de offic. delegat. in cap. quamuis de reſcript. in 6. l. nec Auus C. de emancipat. liber, in leg. Impuberi, ff. de admin. tutor. in l. 2. §. meritò, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ.* notat Ioann. Andr. *in cap. motu proprio, de præbend. in 6.* quo loci dixit concluſionem hanc procedere adhuc ſi Princeps priuilegium motu proprio concederet, ſequitur Abb. *in cap. 1. num.... extra de iudic.* vbi ſatis benè loquitur, & Bald. *in leg. ex facto in princ. ff. de vulg. & pupill.* idemque ſi in ſecundo priuilegio generalis legeretur derogatio, nam non per hoc cenſeretur derogatum primo alteri conceſſo, dum de eo ſpecialis, & ſpecifica mentio facta non apparet, ad text. vbi gloſ. *in leg. decurionibus. C. de ſilentiar. lib. 12.* cuius attenta diſpoſitione Ioan. de Platea ibi probat, ſpeciale priuilegium alicui conceſſum, non tolli per generalem legem, vel diſpoſitionem in contrarium factam, quia ſpecialis conceſſo, ſpecialem requirit ademptionem, idemq; dixerat, *in l. priuati rei, C. de excuſat. mun. li. 10.* dum probauit, quod ſi alicui eſſet conceſſa ſpecialis collectarum immunitas, licèt poſtea datia imponantur, vel collecta generalis, nimirum vt omnes, & ſinguli cuiuſcumque conditionis ſint, illam ſoluere teneantur, quod non per hoc generali immunitatis priuilegio derogatum cenſeretur.

2 Quantùm verò attinet ad reſolutionem quæſtionis hìc propoſitæ, dum de priuilegio anteriori in hac cauſa, nulla fuit habita ratio, ex eo quod non apparebat illud regiſtratum infra tempus ibi à Rege præſcriptum, accedente clauſula reſolutiua & irritante, *aliàs haberetur pro non conceſſo*, dicamus libenter, & ab omni dubio procul iuri conſentaneam fuiſſe determinationem hanc, etenim hæc eſt vis decreti annullatiui, nimirum, vt quoties intra tempus ſtatutum non eſt adimpletum, quod adimpleri in priuilegio mandatur, quod conceſſum eſt, pro non conceſſo habetur, hic eſt text. *in c. ſi eo tempore, de elect. in 6.* Cyn. *in leg. fin. ante num. 4. C. de rebus alien. non alien.* Bald. *in leg. ea lege, num. 13.* & ibi Salyc. *C. de condict. ob cauſ.* Caſtr. *in l. 1. num. 6. ff. de donat.* idem Bald. *in leg. Æmilius poſt num. 9. verſ. nota quod actus, ff. de minor.* Tiraquell. poſt alios, quos allegat *in tract. de retract. conuet. §. 1. gl. 7. n. 14. &* 15. & melius *in tract. de retract. lignager. §. 8. gloſ. 6. &* 7. vbi eleganter ex pluribus docuit, per dictionem illam, *aliàs*, vel *alioquin*, tanquam reſolutiuam illius diſpoſitionis, in qua ponitur, ſi non concurrant in actu omnes qualitates præcedentes, illius actus nullitatem ipſo iure induci, & operari, volens eſſe annotandum in ſtatutis, & priuilegiis, in quibus tales dictiones deſcribuntur, quod ſi non verificantur omnes qualitates in illis contentæ, priuilegium in totum, ipſo iure annullatur, ita quod tollatur Iudicibus facultas in contrarium iudicandi, ſiue diſponendi, idemque Iaſ. *in leg. fin. num. 26. verſ. ſecundo, & fortius, ff. de feriis*; & in terminis omiſſæ regiſtrationis dixit Affl. *deciſ. 335. à num. 15.* quo loci per Sacrum Conſilium deciſum fuiſſe teſtatur, aſſenſum ſuper bonorum feudalium alienatione præſtitum nullum, & inualidum fuiſſe, cum conditio in illo appoſita, quod regiſtretur infra annum, nunc biennium in regiſtris, ſiue in quinternionibus Regiæ Cameræ nullatenus fuerit adimpleta, id quod obſeruant pariter Camer *in cap. Imperialem fol. 14. lit. H. de prohib. feud. alien. per Frederic.* D. Reg. de Ponte *conſ. 5. n. 32. lib. 1. & conſ. 60. lib. 2.* Franc. de Amic. *in tit. de his qui feud. dare poſſ. §. vlterius.* Gizzarell. ſatis benè *deciſ. 3. n. 15.* D. Reg. Rouit. *in prag. 20. de feud. in fine* vbi ſic pariter per S. Conſ. deciſum teſtatur, Ego ipſe *reſol. iuris lib. 1. cap. 123. num. 17.* & alij.

## *ARGVMENTVM.*

Caſtro in feudum ſimpliciter conceſſo, nùm cenſeatur inſimul omnis iuriſdictio, & ſic merum, & mixtum imperium conceſſum? Et quid ſi Caſtrum in officium concederetur? Et an ad hunc effectum diſcrimen conſtituatur inter conceſſionem Caſtri, & territorij. Verbum *ad poteſtatem*, in conceſſione Caſtri appoſitum, an iuriſdictionem, & imperium importet.

## DECISIO CCCCLXVIII.

IN cauſa vertente in Regia Camera Summariæ inter Epiſcopum Auerſanum, & Baronem Sancti Arpini in pertinentiis Auerſæ ſuper iuriſdictione criminali, quam prætendebat Epiſcopus habere in quoſdam vaſſallos exiſtentes intus Caſale prædictum, ad fundandam ſuam intentionem præſentauit quoddam antiquum priuilegium cuiuſdam Iordani Principis Capuæ, in quo apparebat, Caſale prædictum fuiſſe conceſſum Eccleſiæ Auerſanæ, illis additis verbis in exequutiuis, nimirum *ad poſſeſſionem, poteſtatem, & dominationem, & cum omnibus pertinentiis ſuis*, ob quod diſputari contigit de illo Iuris articulo, an conceſſo Caſtro, cenſeatur conceſſum merum, & mixtum Imperium.

Conſiderabatur non fuiſſe neque probatum, neque deductum verba prædicta merum, & mixtum imperium importare, & licèt verbum illud *ad poteſtatem* iuriſdictionem, & imperium importare poterat, *leg. imperium, ff. de iuriſdict. omn. Iudic. leg. poteſtatis verbo, ff. de verb. ſignif. & leg. cum qui*, vbi latè Alex. *ff. de iuriſdict. omn. iudic.* tamen in caſu, de quo agebatur, probatum non extiterat, quod ille Princeps Iordanus merum, & mixtum imperium in dicto Caſali habuiſſe, eoque magis quia producta fuerunt pro parte Baronis quatuor, vel quinque priuilegia, per quæ conſtabat, qualiter omnes Reges Regni huius domus Aragoniæ de iuriſdictione criminali horum vaſſallorũ, etiam Eccleſiæ diſpoſuerant, nec per ſpatium centum triginta annorum conſtabat Eccleſiam Auerſanam iuriſdictionem hanc criminalem habuiſſe quare his, & aliis in facto conſideratis, fuit per Regiam Cameram deciſum iuriſdictionem criminalem dictorum vaſſallorum reſpectiuè 1

pectiuè, ad Magnificum Baronem dictæ villæ Sancti Arpini, tanquam habentem cauſam à Regia Curia ſpectare, & pertinere.

## OBSERVATIO.

1 Vulgaris eſt quæſtio quam Dom. Reg. noſter hîc tangit, nimirum, an Caſtro ſimpliciter in feudum conceſſo, cenſeatur inſimul omnis iuriſdictio, & ſic merum, & mixtum imperium conceſſum; & affirmatiuam ſententiam ex noſtratibus, alienigenis omiſſis, tutati ſunt Andr. *in cap. 1. verſic. traditionibus in fine in tit. quid ſit inueſt. & in c. Imperialem. §. præterea ſi inter duos, de proh b. feud. alien. per Frederic.* vbi dicit, quod in Regno Siciliæ non tranſeunt, quia exceptuantur, ergo ſi non exceptuantur, argumentatur Anna mox citandus, tranſeunt, Par. de Put. *de reintegr. feudor. cap.... & in ſuo repert. in verbo Caſtrum ſi concedatur*, Loffred. *conſ. 24. num. 12.* Ant. Capyc. *in ſua inueſt. feud. in verb. feudorum acceſſoria, verſic. conceſſo Caſtro*, Ioan. Vincent. de Anna, *allegat. 52. num. 1.* vbi plures citat, *& num. 12. & 13.* Lanar. *conſ. 5. num. 10.* Iacob. de Ant. Mauro, *allegat. 26. num. 3.* Ioan. Franc. de Ponte, *conſ. 53. num. 2. lib. 2.* Camil. de Medic. *conſ. 57. num. 2.* Scipio Rou. *in pragm. 2. num. 42. de iuriſd. inuic. non turb.* Carol. de Tap. *deciſ. S. conſ. 10. num. 13. & 27.* poſt alios, quos refert, & his addo Fab. Capyc. Gal. *controu. lib. 1. controu. 8. num. 7.* Vbi notabiliter addit, nullam conſtituti poſſe differentiam inter conceſſionem Caſtri, & Territorij, quia ſicut conceſſio Caſtri ex iuris intellectu, omnem iuriſdictionem ſub ſe continet, ex Anna *loc. nuper allegat.* ita, & appellatione territorij iuriſdictio quoque comprehenditur, ſicque conſiderat nullatenus, dum Caſtrum conceditur, ſpecialem requiri expreſſionem, vt concedatur etiam iuriſdictio, quia tunc hac opus eſſet expreſſione, quando Caſtrum in officium concederetur, ſecus verò ſi in feudum, hoc enim caſu iuriſdictio, imò ac merum imperium, etiam non expreſſum comprehenderetur.

## *ARGVMENTVM.*

Officium ſi fuerit alicui conceſſum pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, nùm conceſſionarius, eiuſque hæredes, & ſucceſſores teneantur ſoluere collectas, pro eo quod illud annis ſingulis eſt in reditu. Collectarum onus an à Ciue præſcribi poſſit, vt pro bonis, quæ poſſidet in futurum ad collectas non teneatur. Feudatarius an pro feudo, quod poſſidet plano & de tabula collectam ſoluere cogatur? Et de aliis.

## DECISIO CCCCLXIX.

Dvbitabatvr in Reg. Camera an Vniuerſitas Nolæ potuiſſet cogere quoſdam eius Nobiles de Maſtrillis ad ſoluendum collectam pro officio Magiſtri actorum, quod annis ſingulis, ex quo per ipſos non exercebatur, pro ducatis tercentum locabant?

Pro Ciuitate conſiderabatur, officium 1 prædictum Dominis de Maſtrillis ſimpliciter fuiſſe conceſſum, non in feudum, ergo in burgenſaticum; & cum omnia bona, dummodo non ſint feudalia in libro æſtimi poni debeant, *leg. munera. §. patrimonium,* vbi Bart. *ff. de muner. & bonor. & in leg. forma,* vbi etiam Bart. *ff. de cenſib.* Andr. *in cap. 1. in verbo, & plauſtrorum, in titul. quæ ſint regal.* & Ioan. de Plat. *in l. 1. C. de apoc. publ. lib. 10.* Ergo & annui introitus, qui ex dicto officio percipiebantur, cum inter bona libera immobilia connumerentur, vt eſt text. vulgatus *in clem. exiui de Paradiſo, de verb. ſignific.* Quare diſcuſſo articulo in Regia Camera pro Vniuerſitate iudicatum extitit, eo principaliter per Dominos Iudicantes conſiderato, nimirum, quod vbi officium alicui pro ſe & hæredibus in perpetuum cum poteſtate ſubſtituendi fuerit conceſſum, provt in caſu de quo agebatur, in quo dicti de Maſtrillis officium prædictum pro pretio ducatorum tercentum locabant, dubium non erat introïtus illos annuos fuiſſe burgenſaticos, & ſucceſſiuè collectarum impoſitioni obnoxios; ſecùs verò vbi officium morte conceſſionarij extingueretur, tunc enim, quia non tranſit in hæredem, etiam filium, vt notat Aret. poſt alios *in leg. maritum col. 3. in fin. ff. ſol. matrim.* per text. *in leg. cuius bonis, ff. de curat. furioſ.* nullo pacto poteſt in libro æſtimi poni, cùm ſolum ſeruitium attendatur perſonale, adeo quod ſi magiſter actorum, ſiue Notarius, ex ſui officij exercitio multum lucraretur, non poſſet vtique officium illud collectari. Nec obſtare dictum fuit, præſcriptionem, quæ aduerſus ciuitatem allegabatur, nam reſponſum fuit, illam pro futuris annis, & nouis impoſitionibus locum habere non poſſe, vt in terminis dixerunt DD. præſertim Ioan. de Plat. *in l. 1. C. de excoctio. & tranſlat. militar. annon. lib. 12.* Vnde fuit deciſum pro annis præteritis, quibus dictum officium non fuit locatum dictos de Maſtrillis fore abſoluendos.

## OBSERVATIO.

Deciſionem hîc habemus indiuidualem, vt conceſſo alicui officio pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, dum non fuit dictum, *in feudum*; quod proinde præſumitur facta conceſſio in 1

burgen

Digitized by Google

burgenſaticum, teneri conceſſionarium,eiuſque hæredes & ſucceſſores ſoluere collectam pro eo quod officium illud annis ſingulis eſt in redditu, nec aliter pro futuris collectis,& impoſitionibus fieri locum præſcriptioni, ex eo quod per multum temporis ſpatium non fuit collecta vniuerſitati ſoluta; Ex hac deciſione, quam meminit Fulu.Lanar. *in addit. ad Reg. Lanar. in cap.1.de ſucceſſ.feud. num.59. verſ.2. Affertur. fol.281.* duo notemus & primo, dum ſupponitur pro feudo non ſolui collectam, adde Tu, quod hoc iure vtimur in Regia Camera,nimirum, vt de feudo quaternato non ſoluatur collecta, nec de fructibus eiuſdem, gabella, ſic aduertit Io.Vinc. de Anna *ſing.93.* ex theorica Andr. *in cap.1.§.plauſtrorum in tit.quæ ſint regalia*, quamuis contrarium firmet *in ſingul. præcedenti.* quando. feudum non eſſet quaternatum, dum dixit de feudo non quaternato ſolui collectam, ex Luc. de Penna *in l. hæredes C. de omni agro deſert. lib.11.* & alibi; ſed indiſtinctè, ſiue feudum ſit quaternatum, quod à Rege tenetur, ſiue planum, & de tabula, quod tenetur à Barone, quod collecta non ſoluatur, & hoc ne feudatarius duplici onere grauetur, ſatis benè tuetur Afflict. *in d. cap.1. §. plauſtrorum per tot. num.13.* vbi in fine addit, quod hoc iure vtimur in Regno (quicquid ſcripſerint alij contrarium aſſerentes) & hoc attenta diſpoſitione *c. Regni porrecta & c. Iuſtitiario appretij, & c. habuit feudatariorum noſtrorum*,nec diſſentit D. Reg.Rouit. *in pragm. de appretio num.12.per totam.*

2 Notamus ſecundò pro futuris collectis,& ſic nouis impoſitionibus præſcriptionem allegari non poſſe, & ſub colore, quod perſona quæ ad collectam pro bonis, quæ poſſidet tenetur, allegat nunquam pro illis collectam ſoluiſſe, ſicque benè ad hoc onus ſubeundum in poſterum abſtringitur,idque ex notabili theorica Io. de Plat. *in l.1.C.de excoction. & tranſlat.militar. annonarum lib.12.* quo loci ſic loquitur *Vbi quis ex longiſſima conſuetudine per tantum tempus, cuius non extat memoria non ſoluit collectas, quod poſſit ſe tueri ne grauetur ad ſoluendum in futurum contra antiquam conſuetudinem, ſicut hic poteſt, quis ſe tueri ab excoctione panis militaris, ſtante conſuetudine in contrarium, videtur enim communitas perdidiſſe ius imponendi ei collectam non vtendo tanto tempore, argum. l.1.ff. de nundinis,& l. fin.ſup. de ſeruitut. Doctores tamen dicunt contra, quia non debetur collectio, niſi à tempore quo fuit indicta l.1. ſecundum vnam lecturam ſupra de apoc.public. & ita aduerſus futuram præſtationem, quæ nondum erat indicta non potuit præſcribere, argumento l.cum notiſſimi §. cum his, ſupra de præſcriptio.triginta, vel quadraginta annorum, vide gloſ. & quod ibi dixi in l. in fraudem ſupra de annonis & tribut.* Hæc ille, cuius ſententia fuit per Regiam Cameram hîc approbata, quicquid demum contrarium attentaſſet D. Fab. de Anna *conſ. ſuo 59.* dum iura tuens vniuerſitatis Caſtiglionis aduerſus vniuerſitatem Sancti Manghi probare nixus fuit, Ciues Caſtiglionis pro bonis poſſeſſis in territorio Sancti Manghi ad collectas ſoluendum non teneri,idque ex tribus, & primò quia prætendebatur inter has vniuerſitates, nunquam fuiſſe territorij diſtinctionem, ſed vnum, & idem vtrique commune. Secundò quia Ciues Caſtiglionis pro his bonis collectarum onus in proprio domicilio ſuſtinebant. Tertiò quia quando hæc omnia ceſſarent, fiebat locus immemorabili præſcriptioni, cum in facto dubitari non poterat Ciues Caſtiglionis nunquam pro his bonis collectas ſoluiſſe in caſtro Sancti Manghi, ſicque ipſos tanti temporis præſcriptione tutos eſſe, etiam quod territoria eſſent diſtincta,& penitus ſeparata; ſed his in nihilo ſuffragantibus, ſententiam contra clientem reportauit, vt ipſe idem de Anna fatetur *in ſua annotatione D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D.Reuerterij. impreſſa poſt argumenta Conſiliorum* 1. 2. & per hæc verba *caſus conſ. 59. deciſus contra conſilium ex multis, quæ hîc non dicuntur, ſed pendet reclamatio*; idemque animaduertit Thor. *in prima prima ſui comp. in verbo Collecta an ſint ſoluendæ*, vbi aliam conſimilem deciſionem Regiæ Cameræ refert in cauſa ciuitatis Theatini cum vniuerſitate Roccæ Monſinæ; vide etiam pro hac opinione Io. de Amicis *conſ....*

## *ARGVMENTVM.*

Antefatum ſi à viro feudatario vxori ſuæ ſuper feudo fuerit conſtitutum, eo demùm defuncto, nùm poſſit relicta coniux pro huius lucri conſequutione ſuper feudo recurrere, dum hominis aſſenſu caret, ad declarationem *Conſtit. Regni licentiam.* Aſſenſus generaliter conceſſus mulieribus Neapolitanis ſuper obligatione bonorum feudalium virorum pro reſtitutione dotium, & antefari, an ſuffragetur, ſi vir tempore quo feudum pro dote, vel antefato obligauit legitimo carebat ſucceſſore.

## DECISIO CCCCLXX.

IOANNES Bernardus Cambacurta portionem antefacti per eius matrem lucrati adipſum tangentem ſuper Caſtro Campiclari, conſequi & recuperare prætendebat, & quãuis hominis aſſenſu careret, dicebat tamen, quod habebat aſſenſum vigore *conſtitutionis Regni licentiam*,contradicebat Fiſcus illius Caſtri poſſeſſor, quo factum fuit, vt quod iuris dubitaretur. 1

Diſcuſſo articulo in Regia Camera pro fiſco pronunciatum extitit, ſicque pro indubitato tentum, feudum pro dotario in pecunia conſtituto, nullo pacto ſine ſpecialis hominis aſſenſu cenſeri obligatum,ad quod fuit allegata indiuidualis deciſio gloſ. *in conſtit. mulier,quæ dotarium col.3. in fin.*ibi *hodie autem per conſtitutionem nouam &c.* cuius ſententiam ſequi videtur Andr. *in c. Imperialem in principio de prohib. feud. alien. per freder.* qui licet loquatur in dote, tamen rationes, & omnia, quæ allegat, militant,& in dotario. Vnde dicebatur quod cum gloſſæ authoritas ſe offerebat approbata ab Andrea, qui in Regno feudorum auriga eſt, ab illius opinione diſcedere in iudicando non valemus, ad notata per Bart. *in l. vt vim ff. de iuſt. & iure*, opinio enim gloſ. omnibus maior eſt, vt per Iaſon. *in d. l. vt vim.* Nec allegari poterat aſſenſus tacitus vigore gratiarum Neapolitanis mulie- 2

ribus conceſſarum: nam dictum fuit, illa de dote tantùm loqui non autem de antefato, licèt poſtea à Cæſarea Maieſtate, etiam reſpectu antefati obligationi bonorum feudalium viri tacitus fuerit Regius conceſſus aſſenſus; Inſuper conſiderabatur, quod quamuis mulier hæc filias habens ad ſecunda vota non tranſiiſſet, attamen non per hoc affirmari poterat, antefatum ipſam pro virili reſpectu proprietatis fuiſſe lucratam, ex diſpoſitione tex. *in c. Regni*, quod incipit *mulier dotarium* etenim compertum fuit fuiſſe illud conſtitutum vt lucraretur ſeruata forma conſuetudinis in ſcriptis redactæ exordientis *quartam autem ſub tit. de iure quarta*, quæ eſt conformis iuri communi.

---

## OBSERVATIO.

1 DVbium principale, de quo in hac deciſione hodie ceſſat prorſus in hac ciuitate, nam vt annuit D. Regens noſter, gratiam habemus ſpecialem à Carolo Cæſare fælicis recordationis mulieribus Neapolitanis in anno 1539. elargitam, nimirum, vt bona feudalia eorum virorum non ſolum pro dote; ſed etiam pro conſtituto antephato obligata cenſeantur, cuius quidem gratis verba ſunt. *Item ſi ſupplica V. M. ſi degni declarando ampliare, & quatenus opus eſt aque principaliter de nouo concedere, che alle donne Napolitane ò cittadine, o verò maritate con Napolitani, & habitanti in Napoli, intelligatur, & ſit præſtitus aſſenſus Regius ſuper quibuſvis bonis & iuribus feudalibus, etiam titulatis obligatis, vel obligandis per la conſequutione, conſtitutione, & aſſecuratione dell'antefati, & loro vſufrutti, iuxta la forma continentia, & tenore delli Inſtrumenti, & cautele confette ed conficiende per la conſtitutione, reſtitutione, ed aſſecuratione delli predetti antefati ed vſufrutti. Placet Caſarea & Cathol. Maieſtati.*

1 De hac gratia ex nouiſſimis ſcribentibus meminit D. Reg. Rouit. *in pragm. 2. num. 4. de feudis* quo loci dicit, gratiam mulieribus Neapolitanis, vt pro dotibus, & antefato intelligatur præſtitus aſſenſus ſuper bonis feudalibus viri fore, & eſſe intelligendam, vt hîc aſſenſus prę̃ſtitus dicatur immediatè ab ipſo Rege, ſicque ſuum operari effectum, etiam in illis caſibus, in quibus huius Regni Proreges aſſentire prohibentur, provt *in pragm. nouem capitum quæ eſt 4. ſub tit. de feudis*, ſed poſtea *num. ſequenti*, addit, quod ſi hîc aſſenſus in his gratiis præſtitus dicitur aſſenſus legis, & non hominis, nullatenus ſuffragabitur ſi maritus tempore quo feudum pro dote vel antefato obligauit, legitimo carebat ſucceſſore, & hoc ex dictis per Andream *in cap. 1. num. 6. verſ. ex præmiſſis apparet, & num. 11. verſ. aliud quando lex permittit in 1. tit. qui ſucceſſ. teneant*, vbi concludit quod ſi quis alienat lege conſentiente, reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, ſed ſi homo conſentit, reſoluto iure datoris, non reſoluitur ius acceptoris, cui quidem Andreæ dicto videtur inhærere Camer. *in c. Imperialem fol. 60. lit. P, de prohib. feud. alien. per Frederic.*

3 Quatenus autem de his, quæ principaliter in hac deciſione habentur in poſterum dubitari contingeret reſpectu mulierum, quæ non ſunt Neapolitanæ, neque Neapolitanis nuptæ hîc habemus deciſionem indiuidualem, vt mulier, viro mortuo pro conſequutione antefati ſuper feudo à quondam viro ſuo conſtituti, nullatenus ſuper feudo illo poſſit habere recurſum, dum hominis aſſenſu caret, idque ex ſententia gloſ. *in conſtit Regni mulier, quæ dotarium col. 3. in fine*, vbi ſic loquitur *Hodie autem per conſtitutionem nouam D. Regis non ſufficit conſenſus generalis ſuper matrimonio; ſed requiritur ſpecialis & expreſſus conſenſus Domini generalis in feudo dando in dotem, vel obligando pro dote, vel conſtituendo dotario in eo.*

## ARGVMENTVM.

Vita & militia, ſiue pars pretij an debeatur in linea collaterali, ita vt mortuo fratre primogenito, cui in feudo ſucceſſit ſecundus, poſſit tertiogenitus ab hoc ſucceſſore ſuper feudo illo vitam & militiam, ſiue partem pretij petere. Filij ſecundogeniti an, & quando poſſint à primo petere partem pretij in feudo nouo per communem patrem erogati. Text. *in c. 1. §. ſi vaſſallus in tit. hîc finitur lex.* an procedat quando in feudo ſuccedit agnatus, & extraneus in allodio, & de aliis.

## DECISIO CCCCLXXI.

DVo petebat Magnificus Annibal Saracenus ſuper bonis feudalibus remanſis in hæreditate quondam Ioannis Camilli eius fratris, primum vitam, & militiam, quamuis illam per mortem communis patris obtinuiſſet, alterum, partem meliorationum à communi patre in dictis bonis feudalibus factarum, vnde dubitabatur, an iuri conſentanea eſſet petitio hæc.

Quoad primum per Regiam Cameram, 1
nemine contradicente deciſum extitit, nullo pacto dicto Magnifico Annibali ſuper bonis feudalibus fratris vitam, & militiam competere. Ratio deciſionis fuit prima, quia hic illam mortuo communi patre conſequutus fuit, vnde ſuper eiſdem bonis amplius competere non poterat, dato quod feuda illa penes fratrem bona fratris, & non patris dicerentur, ad text. *in l. ſed & ſi plures §. in arrogato*, vbi notant omnes DD. *ff. de vulg. & pupill. & in l. 1. §. veteres ff. de acquir. poſſeſſion.* Secunda fuit ratio, quia cum vita, & militia legitima ſit filij ſecundogeniti, illa in bonis fratris vt debeatur, nulla lege cautum eſſe comperimus, vno dumtaxat excepto caſu, nimirum quando turpis perſona eſſet à fratre hæres inſtituta, ſunt iura *in §. 1. Authen. de hæred. & falcidia & in l. fratris C. de inoff. teſtam.* idemque ſi dicamus, vitam, & militiam loco

alimen

torum haberi, cum frater fratrem alere non cogatur, niſi caſu quo non haberet vnde ſe alat: *l. qui filium ff. vbi pupill. educ. deb.*

3 Quò verò ad ſecundum tentum fuit pro indubitato, filiis ſecundogenitis, qui inſimul cum primogenito à communi patre in bonis allodialibus vniuerſales fuerunt hæredes inſtituti, actionem competere ad conſequendam partem meliorationum, quas communis pater in feudo fecit, ad text. *in cap. 1. §. vaſſallus hic finitur lex*, qui text. licèt loquatur quando feudum propter lineam finitam domino aperitur, tamen eadem eſt ratio, quando filij ſecundogeniti ſunt hæredes in burgenſaticis, vt eo caſu teneatur primogenitus, qui in feudo paterno ſuccedit meliorationum partem fratribus ſoluere vel vt permittat illas euelli, & hoc exemplo feudi noui, quod à patre emptum fuit, nam iuxta vulgatiſſimam Andreæ theoricam *in d. c. Imperialem §. praeterea Ducatus in addit num.* 39. & vbi etiam latiſſimè Loffred. licet in illo primogenitus ſuccedat, tenetur tamen fratribus ſecundogenitis partem pretij, quo fuit emptum, conferre, ergo, & pari ratione pretium meliorationum à communi patre in feudo, vel nouo vel antiquo factarum.

---

## OBSERVATIO.

1 CVm deciſis hîc per Regiam Cameram in primo dubio, vt ſuper bonis feudalibus remanſis in hæreditate fratris primogeniti, cui ſucceſſit ſecundus, non poſſit frater tertiogenitus vitam, & militiam conſequi, ſi tamen per mortem communis patris, cui primogenitus ſucceſſit, illam conſequutus eſt, conueniunt deciſa per Sacrum Conſilium penes Conſil. Gizzarell. *deciſ.* 36. vbi fuit idem indiuidualiter determinatum, nimirum vitam, & militiam in linea collaterali non deberi idemque adde Tu ſcripſiſſe Camill. de Medic. *conſ.* 8. Fab. de Anna *conſ.* 6. Scip. Rouit. *in pragm.* 24. *de feud.* Scip. Theodor. *alleg.* 20. *per tot.* Iul. Cæſ. Gallup. *in ſuo methodo feud. par.* 3. *cap.* 4. *ſub num.* 56. Io. Baptiſta de Thoro *in ſuo compend. part.* 3. *in verbo vita & militia fol.* 420. P. Molfeſ. *conſ.* 9. *num.* 6. & Capan. aliis omiſſis *de vita, & militia quaeſt.* 21. *n.* 3. reprobato prorſus Capyc. *deciſ.* 211. reiectis aliis contrarium affirmantibus, quos idem Capan. *allegat loco modo cit. num.* 2.

2 Idem pariter dicamus, vt in linea collaterali nec pars pretij feudi noui debeatur, vt per Sacrum Conſilium, iunctis Dominis Conſiliariis duarum aularum iudicatum teſtatur Scipio Rou. *in deciſ.* 38. *per tot.* de qua deciſione memor fui Ego *lib.* 1. *mear. reſolut. cap.* 126. *num.* 57. *& ſeq.* Ratio deciſionis fuit, nam cum ſecundogeniti partem pretij feudi noui à primogenito petere alia actione non poſſint, niſi iure collationis, vt communiter apud nos receptum eſt, collatio in linea collaterali locum habere non poteſt, ſed tantùm in deſcendenti, vt per gloſ. *in l.* 1. *in fin. C. de legit. hæred.* vbi Paul. de Caſtro, & omnes *in l. ſi emancipati C. de collation.*

3 Ad confirmationem autem alterius concluſionis in ſecundo dubio firmata, nimirum, vt inſtituto à patre feudatario filio primogenito in feudo, eodemque cum aliis ſecundogenitis bonis allodialibus hæredibus vniuerſalibus ſcriptis, teneatur filius ipſe primogenitus fratribus ſoluere partem meliorationum in feudo factarum, ſicque vt text. *in cap.* 1. *§. ſi vaſſallus in tit. hic finitur lex*, qui loquitur quando feudum propter lineam finitam Domino aperitur, procedat pariter quando in feudo ſuccedit filius ſiue agnatus, & alij in bonis allodialibus, ſunt omnino videndi, hoc idem firmantes ex noſtratibus Capyc. *in ſua inueſt. in verbo feudorum augmenta in princ.* Dom. Reg. de Ponte *conſ.* 11. *num.* 8. *verſ. ſecunda erit concluſio*, & latius, ac melius *conſ.* 52. *à num.* 31. *ad fin. lib.* 1. *& conſ.* 58. *num.* 2. *lib.* 2. *& deciſ.* 4. *num.* 33 Fab. de Anna *in addit. ad allegat.* 6. *ſui Genitoris* Borrell. *in ſumma deciſ. part.* 1. *tit. de feud. num* 563. *& ſeq.* & D. Reg. Conſtant. *in tit. C. pen. fiſcal. credit. praeferri num.* 152. *lib.* 10. & ex alienigenis Scrader. *de feud. part.* 2. 11. *principal. ſect.* 2. *quaeſt.* 5. *num.* 20. 21. 38. 39. *&* 47. *concl.* 7. Henric. de Roſent. *de feud. tom.* 2. *c.* 10. *q.* 44. *n.* 4. Piſtor. *quaeſt. Iur. lib.* 2. *q.* 42. *num.* 22. Ant. Monach. *de recta feudor. interpret. cap.* 65. *n.* 24. & Nicol. Noalis *de tranſmiſſ. caſu* 37. quos omnes retuli Ego *lib.* 2. *mearum reſol. c.* 21. *num.* 24. vbi numeris ſequentibus demonſtraui, ſub hoc nomine meliorationum, non ſolum comprehendi augmentum manu factum, ſed etiam illud, quod dicitur merè intrinſecum, vt puta feudum ab alio onere, cui erat obnoxium, liberando, prout in exemplis ibi poſitis.

Quò verò ad aliud, quod Dom. Reg. noſter hîc annuit, nimirum, vt in feudo nouo, & ſic à patre empto, in quo primogenitus ſolus ſuccedit, competat ſecundogenitis pars pretij in illius emptione erogati, ex vulgatiſſima Theorica Andreæ *in c. Imperialem §. propterea Ducatus in addit. num.* 39. *de prohib. feud. alien. per Frederic.* dic tu, concluſionem hanc hodie citra controuerſiam procedere, eamque firmauit pariter Minadous *in conſt. in aliquibus in Rubr. n.* 30. Fab. de Anna *conſ.* 26. *num.* 10. Reg. Rou. *deciſ.* 38. *& al bi,* Montan. *in repet. dicti c. Imperialem §. praeterea Ducatus num.* 128. *&* 131. Ego ipſe *reſolution. iuris lib.* 1. *cap.* 128. *& lib.* 2. *cap.* 45. *&* 85. vbi tamen obſeruaui hoc nulla lege in Regno cautū eſſe; ſed benè ſic paſſim ſeruari ex conſuetudine præſcripta ſic iudicandi, & in eo dumtaxat caſu, nimirum quando pater ab inteſtato decedit, vel ex teſtamento, in quo omnes filij eſſent vniuerſales hæredes inſtituti, nulla bonorum facta à patre particulari diuiſione, quia ſi pater filium primogenitum hæredem in feudo inſtitueret, ſecundogenitus verò in allodio, aſſignata, vnicuique ſua portione, nullam poſſent ſecundogeniti habere prætenſionem, vt cogatur frater eorum primogenitus, qui in feudo ſucceſſit nouo ad conferendum pretium in illius feudi emptionem erogatum, ſicque per Sac. Conſilium me patrocinante deciſum retuli. 4

## ARGVMENTVM.

Ius Fidæ, cui nam competat, an Domino particulari alicuius agri exiſtentis intra territorium Terræ, vel Caſtri alicuius Baronis, an verò ipſi Baroni, qui in Caſtro, & toto eius territorio, vniuerſale vtile dominium, & iuriſdictionem omnimodam habet. Baro an, & quando poſſit in territoriis vaſſallo



Digitized by Google

vaſſallorum ſiue clauſa, ſiue aperta illa ſint exterorum animalia affidare, & de aliis.

## DECISIO CCCCLXXII.

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Epiſcopum Vgenti, & Baronem eiuſdem ciuitatis Ferdinandum Pandonum, fuit dubitatum vter iſtorũ obtinere deberet in interdicto vti poſſidetis intentato ſuper fida, & diffida duorum feudorum in territorio dictæ ciuitatis ſitorum, quorum vtile dominium præſupponebatur eſſe penes cathedralem Eccleſiam.

1 Et pro Barone ſolemniter deciſum extitit, nimirum fore illum in poſſeſſione fidæ, & diffidæ manutenendum; Etenim conſiderabatur, Epiſcopum nullum dictorum feudorum produxiſſe priuilegium, nec reſpectu Iuriſdictionis, nec reſpectu Dominij; Eſt enim ſine controuerſia, iuriſdictionem, vti de regalibus abſque titulo poſſideri non poſſe, *c. 1. in verbo poteſtas conſtituendorum magiſtratuum*, vbi Andr. *in tit. quæ ſint regalia*, adeo quod ſicut proprietas ex defectu tituli eſt infecta, ita pariter & poſſeſſio. Aret. *in l. 1. §. ſi vir. ff. de acquir. poſ.* facit, quod notat Iaſ. *in l. imperium ff. de iuriſd. omn. Iudic.* in illo articulo, an merum imperium præſcribi poſſit, latiſſimè Alex. *diſput. ſua ſigiſmundus*, in interdicto autem vti poſſidetis ille vincit, qui poſſidet de iure communi contra illum, cui reſiſtit ius commune, vt in terminis noſtris decidit Ioannes Faber *in §. retinendæ inſtit. de interdict.* de illo qui dicit, iuriſdictionem intra fines territorij alicuius Baronis habere, & Lucas de Pen. *in l. 2. C. de fund. limitropho. lib. 11.* Vnde cum in caſu propoſito Baro priuilegiũ oſtendebat, quo mediante dicebatur, merum & mixtum Imperium, ac omnimodam iuriſdictionem, etiam ciuilem habere, non erat cur dubitari poſſit vt pro ipſo in hoc interdicto retinendæ reſponderetur, idque non ſolùm reſpectu iuriſdictionis, etiam ciuilis; ſed etiam reſpectu diffidæ, quæ nonniſi illi qui iuriſdictionẽ habet competere poteſt, ita vt locorum baiuli diffidam exigunt ratione eorum iuriſdictionis.

2 Reſpectu verò fidæ in agreſtibus herbis (quæ ſecundum Loffredum *in conſ. 44.* dicitur paſcuorum venditio ſeu pretium herbagiorum territorij) cuinam illa competat, an Domino particulari alicuius agri exiſtentis intra territorium Terræ, vel Caſtri alicuius Baronis, an verò ipſi Baroni, qui in Caſtro, & toto eius territorio vniuerſale vtile dominium, & iuriſdictionem omnimodam habet, fuit allegatus tex. *in conſtitutione cum per partes Apuleæ*, in quo decidi videtur, ius fidæ ad Dominum Caſtri pertinere; eſt bene verum, quod poteſt quis eſſe Dominus territorij, eiuſque proprietaris, & alius iuris Fidæ, vt dicit Capyc. *deciſ. 96.* & in propriis terminis, de quibus agebatur, fuit allegatum ſolemne conſilium *Loffredi* 29. vbi conſuluit pro Eccleſia, & prioratu Sancti Ioannis de Barulo, quæ agrum habebat intus territorium Ciuitatis Lauelli, cuius Fida cum ipſius Eccleſiæ eſſet, Magnificus Ioannes de Tufo vtilis Dominus dictæ Ciuitatis intendebat, Fidam exigere, ſed quia totus ager totaque Fida libera erat Eccleſiæ, nullo detracto iure, ad ipſam ſpectabat, meritò igitur pro Eccleſia ventum fuit. At in caſu propoſito, quia Epiſcopus titulum non produxit, neque aliter probauit, quod dominium illorum feudorum erat Eccleſiæ, ſed tantum probauit habere decimas, quocirca pro Barone iudicatum extitit, etenim probauerat hic feuda, de quibus agebatur ſita eſſe in territorio Vgenti, æeque Ciuitatis, ad totius territorij Dominum, ac in poſſeſſione eſſe exigendi in dictis feudis Fidam, & diffidam, prout & eius prædeceſſores, quamuis Epiſcopus de ſua exactione docuiſſet, non tamen Epiſcoporum prædeceſſorum, ſicque dicebatur, quod cum poſſeſſio Baronis eſſet antiquior, illa Epiſcopi præſumebatur clandeſtina, vt notat Bart. *in l. ſi duo ff. vbi poſſidetis* DD. communiter *in l. ſi de eo § fin. ff. de acquir. poſſeſſ. & in c. licèt de probation.* Alex. *conſ. 89. lib. 5.* vnde meritò pro Barone, vt manuteneretur in ſua poſſeſſione Fidæ, & Diffidæ pronunciatum extitit.

---

## OBSERVATIO.

QVæſtio de qua hìc per Dom. Reg. noſtrum in Regno fuit ſatis controuerſa, non enim deſunt, 1
qui pro indubitato ſcripſerint, poſſe Baronem exterorum animalia nedum in proprio Demaniali territorio; ſed etiam in terris appatronatis, apertis tamen, & vt nos dicimus ſecatis ſegetibus affidare, ita D. Camill. de Curte *in ſuo diuerſ. feud. par. 2. cap. 3. num. 29.* vbi ſoc loquitur, *In alia verò ſpecie territorij de appatronatis ſcilicet, an Baro in eis ſecatis ſegetibus, & deductis fructibus habeat ius Fidæ? Eſt articulus adeò controuerſus, vt varias obtinuerit deciſiones, vna enim Aula Sacri Conſilij in qua præſidebat tunc temporis doctiſſimus, & in hac materia feudali conſummatiſſimus Marius Freccia iudicauit, non habere Baronem in hoc territorio ius Fidæ, cum eo conuenit Capyc. deciſ. 45. quando ſcilicet non eſt prolata conſuetudo in contrarium, & altera Aula, in qua præſidebat recolenda memoria genitor meus ſemper decidit, & fuit in opinione pro Baronibus, quod habeant ius fidæ in terris appatronatis ſecatis ſegetibus, & in locis apertis, & ſecundum hanc opinionem hodie paſſim, & indiſtinctè iudicamus, pro qua facit ratio, quia cum Baro habeat ius fidæ in toto territorio, quando loca particularium ſunt aperta non poteſt diſtingui vnus locus ab altero, & propterea concludendum eſt, Baronem non habere in reliquo ius fidæ, quod dicendum non eſt, ſed de hac quæſtione, quam plura ſcripſit Freccia in auth. 46. & poſt ipſum* &c.

Digitized by Google

&c. hanc eandem ſententiam amplecti pariter videtur D. Reg. Rouit. *in pragm.1. num.13. cum ſeqq. ſub tit. de iure Balÿ*, quo loci, licèt in quæſtione reſoluenda diſtinctione vtatur, attamen in rei veritate, hoc idem affirmat, dum putauit, territoriorum Dominos non poſſe animalia à Barone affidata ab eorum propriis territoriis expellere, rationibus vt per eum, quod certè idem eſt dicere, vt poſſit Baro in territoriis illis affidare.

2 Contrariam verò ſententiam, cui omnino inhærendum eſt, & quam ego vti aduocatus ſemper defendi, veriorem, & magis communiter tentam non dubitamus, nimirum non licere Baronibus in territoriis vaſſallorum, ſiue clauſa, ſiue aperta illa ſint, exterorum animalia affidare adhuc, vt nos dicimus, ſecatis ſegetibus, niſi in promptu doceerent eſſe ipſos in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi fidam & diffidam, etiam in territoriis priuatorum (provt docuit Bart. *in caſu huius deciſionis*) ita vt quandò Barones allegare dumtaxat voluerint, reperiri eos in hac quaſi poſſeſſione legitime præſcripta, lite pendente ordinatum comperimus, quod abſtineant, ex quo iuris habent reſiſtentiam, ad text. vulgatum *in c. cum perſona*; Etenim ſic per Sac. Conſilium pluries deciſum, vno ore atteſtantur Capyc. *cit. deciſ.*45. Marinus Frecc. *lib.2. de ſubfeud. in 46. author. num.7. & 8.* Io. Ant. de Nigris *in c. Regni*, quod incipit *Grauamina num.72. verſ. quæro* iuxta prædicta, Paul. Stayb. *conſ.91. num.5. & 15.* Garz. Tolet. *deciſ.14.* Flau. Amend. *in additio. ad Dom. de Franch. deciſ.301.* Camillus Borrell. *in tract. de Magiſtrat. edict. lib.4. cap.6. num.40.* Io. Franc. Capiblanc. *de auth. Baron. pragm.11. num.28.29.30.31. & 197.* Io. M. Nouarius *quæſt. forenſ. lib.2. quæſt.12. & de grauam. vaſſall. lib.1. grauam.37. per tot.* Dom. Regens Capyc. Latro *conſult. lib.2. conſult.83.*

## *ARGVMENTVM.*

Monetæ reprobatio, cuius damno, & periculo cedat, quãdo debitor fuit in mora ſoluendi id, quod debeat. Debitor fiſci, an ipſo iure abſque alia die, & interpellatione in mora conſtituatur; Et an ex cauſa poſſit contra ipſum exequi, quamuis nondum ſolutionis dies ceſſerit. Exactor pecuniæ fiſcalis an ſtatim viſo computo abſque alia citatione condemnari poſſit.

## DECISIO CCCCLXXIII.

Cvm Fabritius de Sangro Dohanæ Menæ pecudum Apuleę Dohanerius debitor eſſet Regiæ Curiæ in Scutis 4700. obtulit ducatos 4000. ſoluere, ſed quia pecunia erat tonſa, generalis Regni huius Theſaurarius illam recipere recuſauit, ex quo eo die emanatum extiterat bannum reprobationis monetæ tonſæ, vnde dubitabatur damnum illud reprobationis, ad quemnam ſpectaret, ad Regiam Curiam, an verò ad ipſum Dohanerium.

Et per Regiam Cameram facta relatione 1 in Collaterali Conſilio, fuit nemine diſcrepante determinatum damnum ad dictum Dohanerium ſpectare. Ratio deciſionis fuit; quia negari non poterat, fuiſſe illum in mora conſtitutum, ex quo ſtatim atque pecuniam exegerat, debebat illam in publicum ęrarium, & ſic in generalem Theſaurariam tranſmittere: *l.1.* vbi Luc. de Penna *l. de canone largitionalium titulorum lib.10.* vel ſaltem infra decem dies, *l. quod dicimus ff. de ſolution. & l. ſi debitori ff. de iudic.* Etenim fiſci debitor abſque alia die, ſeu interpellatione, provt debitor minoris in mora conſtituitur, eſt text. iuncta gloſ. *in l. cum quidam §. fiſcus*, vbi hoc notat Salic. & Fulgoſ. *ff. de vſur.* Roman. & Aretin. *in l. ſi ex legati cauſa ff. de verb. obligat.* in terminis autem, vt ſuppoſita mora debitoris reprobatio monetæ per bannum, ſeu ſtatutum, quod cedat damno & periculo debitoris moroſi, dixerunt Bart. & DD. omnes *in l. Paulus ff. de ſolution. & in l. cum quidam*, vbi Alex. Iaſ. & Dec. *ff. ſi cert. pet.* idem Bart. & cæteri *in l. quod ſi mihi ff. eod.* Nec obſtare dictum fuit, moram prædictam fuiſſe purgatam per oblationem pecuniæ, quam tranſmiſerat Dohanerius ad Regiam generalem Theſaurariam, hora 20. illius diei, in qua poſtea hora 23. emanatum extiterat bannum reprobationis monetæ, quamuis illam Theſaurarius non recepiſſet, reſpondens capſerium non adeſſe, nam fuit reſponſum, quod Theſaurarius ad pecuniam illam ea hora recipiendum non tenebatur; erat enim illo tunc emanandum bannum (de quo Theſaurarius ipſe notitiam habebat) reprobationis monetæ; vnde pecuniam recipere legitimè recuſauit, vt eſt tex. *in l. qui decem ff. de ſolution.* Luc. de Penna *in l.1. col. fin. C. de ſuſcept. lib.10.* vbi concordando tex. *in d. l. qui decem. cum altero in l. creditor in princ. ff. de ſolution.*, dicit, quod tex. *in d. l. qui decem*, loquitur quando creditor expreſsè recuſat recipere pecuniam, ſine aliqua iuſta cauſa, vt tunc ſine dubio in mora conſtituatur, & prima debitoris mora purgetur; ſed quando creditor non recuſat; ſed differt, vt puta, quia vult conſulere Aduocatum circa cautelas faciendas, & tunc non dicetur in mora conſtitutus, & ſic procedit tex. *in d. l. creditor.* Sunt igitur duo caſus conſtituendi; Primus quando Creditor expreſsè oblatam pecuniam recuſauit, eámque recipere noluit, & tunc ſine dubio dicetur ille in mora conſtitutus, debitoriſque mora purgata dicitur. Alter eſt caſus quando Creditor recipere non recuſauit; ſed diſtulit, & tunc non dicitur in mora conſtitutus; conſenſiit enim debitor dilationi creditoris, ideo huic non imputabitur; in caſu propoſito Theſaurarius nullo pacto pe-



Digitized by Google

cuniam recipere recuſauit; ſed ſolùm diſtulit, annuens, vt capſerius expectaretur, nec Dohanerius proteſtatus fuit.

2 Vlterius fuit conſideratum, pecuniam fuiſſe à Dohanerio exactam, & non aliter ad generalem Theſaurariam tranſmiſſam; ſed potius in proprios vſus conuerſam, & ſic fuit mora commiſſa, vnde licèt alias admittatur moræ purgatio, hoc tamen non habet locum vbi duplex conſideratur mora. Bart. *in l. ſi Inſulam in* 1. *quæſt.* quem ibi ſequuntur Ang. Rom. & Iaſ. *ff. de verb. obligat.* in caſu, de quo agebatur, nedum duæ deſiderabantur moræ ſed plures. Primò mora legis, vt ſupra dictum eſt, abſque alia interpellatione. Secundò fuit Dohanerius pluries à Domino iſto Regente interpellatus. Tertiò quia non obtulit congruo loco, & tempore, ad tex. *in l. ſi ſolutionis ff. de ſolution.* Quartò quia non fuit facta oblatio modo debito, nec totius pecuniæ debitæ, Paul. de Caſtro *in l. poſt fratres ff. ſi quis caution.* Quintò & tandem quia cum ſorte principali non obtulit intereſſe: *l. tutor.* §. *lucius. ff. de vſur. l. qui Romæ ff. de verb. obligat.* Salyc. & optimè Aretin. *in l. ſi pro te mihi ff. ſi certum petatur*, vnde.

---

## OBSERVATIO.

1 CVm Dom. Regente noſtro hîc in illa concluſione, vt debitor fiſci, ipſo iure abſque alia die & interpellatione in mora conſtituatur, vltra DD. per ipſum relatos conueniunt & alij, quos citat, & ſequitur Peregr. *in ſuo tract. de iure fiſci lib.* 6. *tit.* 7. *in principio*, & cùm ſit liquidus debitor poteſt contra ipſum exequi realiter, & perſonaliter *l. miſſi opinatores C. de exact. tribut. lib.* 10. Bald. *conſ.* 90. *lib.* 5. Calicius *in Margarita fiſci caſu* 39. imo iuſta ſuadente cauſa poteſt exequi quamuis nondum ceſſerit ſolutionis dies, excomputato tamen interuſurio, *l.* 1. vbi notatur *C. de condition.* ex lege, notat Afflict. *in cap.* 1. §. *vectigalia num.* 51. *quæ ſint regalia*, habetur *in l. iuſtas C. de iure fiſci lib.* 10. quod ſecus eſt in debitore priuati, §. *temporales inſtit. de exception.* idemque Peregr. *loc. ſupra cit. num.* 21. Exactor autem pecuniæ fiſcalis, ſtatim viſo computo, & libro rationum, abſque alia citatione condemnari poterit, *l.* 2. §. *quod ſi de frumentaria ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertinent.* Cùm verò fiſci debitor ſoluerit, procuret, vt in libris fiſcalibus ſolutio notetur, quia alias liberatus non cenſetur, quamuis apocam obtineat de recepto à Camerario; *l. omnes* §. *ad hæc C. de quatr. præſcript. & l.* 2. *C. de conueniend. fiſci debitor. lib.* 10. Cætera ſpecialia aduerſus debitorem fiſcalem videnda ſunt apud Peregrin. *cit. tit.* 70. *per tot.*

2 Ad Confirmationem autem alterius Concluſionis, nimirum, vt quando debitor eſt in mora reprobatio monetæ cedere debeat damno, & periculo debitoris moroſi, videndus eſt Card. Zabarell. *in clem.* 2. *num.* 13. *in fine de decimis*, vbi dicit mutationem curſus monetæ, debitori poſt moram fore imputandam, vide etiã omnino Theſ. Fil. *de augment. moneta n.* 71. Etenim regulare eſt, vt quando debitor eſt in mora, periculum caſus fortuiti contingens poſt moram contractam ſpectet ad ipſum debitorem, ſic relatis gloſ. & Bart. *in l. quod te ff. ſi cert. pet.* firmat Afflict. *in deciſ.* 150. *num.* 3. *vbi num.* 11. addit ſecus eſſe, quoties debitoris oblatio congruo loco, & tempore à debitore facta eſſet, & creditor fuiſſet in mora recipiendi, quia tunc creditoris eſſet periculum.

## ARGVMENTVM.

Debitor ſi eſt in mora ſoluendi, an monetæ reprobatio eius periculo cedat, quamuis pecunia quæ erat creditori ſoluenda, ita penes illum periiſſet, ſicut periit penes ipſum debitorem moroſum. Periculum pecuniæ, quod regulariter eſt debitoris, an, & quando creditoris damno cedere poſſit, & de aliis.

## DECISIO CCCCLXXIV.

LATA ſententia de qua in deciſione præcedenti, Magnificus Fabritius de Sangro ſentiens ſe grauatum, ab illa reclamauit, & in cauſa reclamationis demonſtrare, & probare nixus fuit, pecuniam illam tonſam ipſum exigiſſe à debitoribus fiſcalibus, ex cauſa Regiæ Fidæ, & ſucceſſiuè damnum reprobationis, quod contigit, ad Regiam Curiam ſpectare; ſed inſiſtendo deciſioni, fuit reſponſum, hoc factum non fuiſſe probatum niſi in quibuſdam partitis, imo dato, quod res ita ſe habuiſſet, non releuabat, ex quo pecunia erat recto tramite ad Regiam generalem Theſaurariam tranſmittenda; & licèt allegabatur conſuetudo, nimirum, vt Dohanerius Dohanæ mænepecudum poſſit penes ſe retinere pecunias, vel illas in publicis bancis deponere, tamen dicebatur hoc eſſe verum, quando pecunia eſſet conſignatariis Dohanæ ſoluenda, ſecus verò vbi omnino ad Regiam generalẽ Theſaurariam peruenienda foret, quia tunc illa ſtatim atque eſt exacta, eſt in eam tranſmittenda, prout extabat decretum Regiæ Cameræ, vltra inſtructiones; & pragmaticas à Regni huius Regibus emanatas, imò eodem anno promulgatus ordo hoc idem diſponens, ob quod ceſſabat prorſus motiuum hoc; ceſſabat, & aliud, dùm dicebatur, quod adhuc ſi Fabritius fuiſſet in mora pecuniæ deterioratio eius damno non ceſſiſſet, ex eo quod eodem modo fuiſſet peritura penes Regiam Curiam, cùm in facto verum erat, quod in dicta Regia generali Theſauraria tempore emanati banni alia extabat pecunia eiuſdem qualitatis, cuius erat illa à dicto Fabritio oblata, ita vt ſi vere ea fuiſſet antea conſignata, adhuc in eadem generali Theſauraria fuiſſet 1

comperta

comperta, ad text. *in l. ſi plures §. fin. ff. de poſ.* DD. præſertim Bart. Paul. de Caſtro Alex. Aret. Iaſ. & Dec. *ff. ſi cert. pet.* etenim reſpondebatur in contrarium communem eſſe omnium ſententiam, nimirum, vt nulla fieri debeat diſtinctio, de qua *in l. ſi plures §. fin.* nec ſeruatur opinio Martini, de qua in gloſ. *d. l. quod, & mihi*, ſed benè illa Io. de qua ibidem per gloſ. illamque communem atteſtantur Aretin. Iaſ. & Dec. licet diceretur perdifficile eſſe reſpondere *ad d. l. ſi plures §. fin.* Vnde illa accommodabatur reſponſio, vt tex. modo relatus procedat quando certum eſt, & citra omne dubium, rem eodem modo fuiſſe perituram penes debitorem, ſicut penes creditorem, at ſecus ſi in dubio, quia tunc in pœnam moroſi debitoris ſemper eius erit periculum, nec aliter admittitur diſtinctio, de qua *in d. l. ſi plures §. fin.* in caſu propoſito certum non erat, quod ſi pecunia ad Regiam generalem Theſaurariam tranſmiſſa extitiſſet, in ea tempore emanati banni reperta fuiſſet, quia poterat de facili tranſmiſſionis tempore creditoribus Regiæ Curiæ ſolui, & quia in proceſſu demum fuerunt præſentatæ litteræ Cæſareæ Maieſt. iubentes, quod in cauſa prædicta de æquitate procederetur; ideo pro maiori parte votantium fuit concluſum, quod ſi dicta moneta tonſa verè proueniret ex fida Regiæ Dohanæ; in Regiæ Curiæ detrimentum cederet, ſecus verò ſi Dohanerius illam exegiſſet, & in proprios vſus conuertiſſet, & demum aliam pecuniam eiuſdem qualitatis ad Regiam generalem Theſaurariam tranſmiſiſſet; quia tunc ipſius eſſet damnum, ea quidem ratione, quia Dohanerius vt officialis Regiæ Curiæ tenebatur illam pecuniam ſoluere, quam à debitoribus Regiæ Curiæ ex cauſa fidæ exegit, in eadem ſpecie, qualitate, & quantitate, cum dominium illius pecuniæ ſtatim per officialem exactæ transferatur ad Regiam Curiam, eſt gloſ. notab. *in l. pacta conuenta, §. fin.* in verbo *valebit ff. de contrah. empt.*

---

## OBSERVATIO.

1 Concluſio hìc firmatur, vt quando debitor eſt in mora ſoluendi, periculum caſus fortuiti ſpectet ad debitorem, quamuis pecunia, quæ erat creditori ſoluenda, ita penes ipſum periiſſet, ſicut periit penes debitorem moroſum, nec aliter procedere tex. allegatum *in l. ſi plures 17. §. 1. ff. depoſiti* excepto ſi certum, & indubitatum eſſet eodem modo fuiſſe perituram penes debitorem, ſicut penes Creditorem, quia ſecus ſi in re dubia verſaremur, nam tunc in pœnam moroſi debitoris, ſemper eius erit periculum, hoc dicit Dominus Regens noſter, Tu modò vide Cæſarem de Vrſill. *in addit. ad Afflict. deciſ. 150. num. 23.* ex ſententia Alexandri reprobantis Angel. *in l. nemo §. poſt ff. de verb. obligation.* dixit, rei interitum veniens poſt moram, debitorem non liberare, ſiue res eſſet peritura penes creditorem, ſiue penes debitorem, idque tam in contractibus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris, per tex. *in l. ſi pecunia ff. de condition. ob cauſ.* ſubdens, quod licèt regulariter periculum pecuniæ, & ſic generis ſit debitoris, ex quo genus perire non poteſt, *l. in ratione §. certe ff. ad leg. Falcid. l. incendium* vbi omnes *ff. ſi cert. pet.* Attamen dictum hoc limitatur, & ſingulariter quando quis creditor, de pecunia mutuo data vtilitatem haberet, quia tunc ipſius eſſet periculum allegat Paul. de Caſtro *in l. Titius ſub verſic. ſe ne ipſius ff. de praſcript. verb.* vbi dicit, hoc perpetuo eſſe menti tenendum, & pro ſingulariſſimo dicto, ac alibi non reperiri teſtatur Iaſ. *in l. ſi paſcenda pecora C. de pact.*

## *ARGVMENTVM.*

Debitor ſi quis ſit alicuius ex diuerſis cauſis, ſoluendo, in quam cauſam ſoluiſſe dicendum ſit. Cauſa grauior, ſiue durior, quænam dicatur, & de aliis.

## DECISIO CCCCLXXV.

De mandato Illuſtr. D. Ioannæ de Aragonia Duciſſæ Paliani exegerat Michaël Andreas Regius Theſaurarius in Prouincia Aputrina notabilem pecuniarū quantitatem, cuius certa pars erat functionum fiſcalium Illuſtr. Aſcanij Columnæ eius viri in eiuſque Dominio, & proprietate ducati 2810. proprij ipſius D. Ioannæ, necnon ſoluere tenebatur ducatos 2090. pro ſalario officij magni Regni huius Comeſtabuli, quarum quidem quantitatum parte dictæ Illuſtr. D. Ioannæ ſoluta, Theſaurarius ille aufugit, quo factum fuit vt inter dictam Illuſtr. D. Ioannam, & Regium fiſcum controuerſia oriretur, in quam cauſam pecunia, quam Theſaurarius ſoluerat cedere deberet, an inquam in illam cauſam pro qua vti procurator dictæ D. Ioannæ ſoluere debebat, an verò pro ſalario prædicto, ad quod nomine Regiæ Curiæ vti Theſaurarius tenebatur. 1

2 Dicebat D. Ioanna, pecuniam ei ſolutam cenſeri à Theſaurario vti eius procuratore numeratam, per text. *in l. & magis ff. de ſolut.* vbi in dubio quis cenſetur ſoluere illam pecuniam magis in cauſam ad quam nomine proprio tenebatur, quàm nomine alieno, vt puta tanquam fideiuſſor; è contra excipiebat fiſcus, quod imò in dubio cenſebatur pecunia ſoluta ex cauſa prouiſionis officij magni Comeſtabulis; erat enim pecunia Regia, quam nomine Regię Curię dictus Michaël Theſaurius ſoluere tenebatur, ſicque cauſa hæc durior dicebatur, primò quia pro ea erant in Regia Camera fideiuſſores dati de benè adminiſtrando

niſtrando. Secundò quia ea exacta, & non ſoluta, ſed penes ipſum Theſaurarium retenta, peculatus crimine tenebatur, *toto tit. ff. & C. ad leg. Iul. pecul. & in §. item l. Iulia peculatus, inſtit. de public. iudic.* itavt ex huiuſmodi mala adminiſtratione poterat officio priuari: *l. Iudices* vbi Io. de Plat. *C. de dignit. lib.* 12. Item ex ordinatione Regia dupli pœna tenebatur; præterea pro huiuſmodi pecunia fiſcali exacta, & penes ſe retenta, omnia illius bona erant Regiæ Curiæ hypothecata, *l. aufertur § . fiſcus ff. de iure fiſci*, ac inſuper poterat ſtatim realiter & perſonaliter conueniri, *l. miſsi opinatores*, vbi latè Io. de Platea *C. de exact. tribut. lib.* 10. idem Io. de Platea *in l. ſi quos C. de fund. rei priua. lib.* 11. Pro alio verò debito priuato huiuſmodi pœnæ, & priuilegia non conſiderabantur, ac ideo in hac materia fiebat locus regulæ, vt quando debitor ex pluribus cauſis, partem pecuniæ debitæ ſoluit, & ſolutionis tempore non declarat in quam cauſam ſoluerit, nec in continenti, facta ſolutione, hoc declarat creditur, quod poteſt, *l. 1. ff. & C. de ſolut.* in cauſam grauiorem cenſetur facta ſolutio: *l. cum ex pluribus 97. ff. eod. tit. de ſolutio.* vbi gradatim, & ſucceſſiue ponitur quando ſolutio à debitore facta eſt, in quam cauſam illa cedat, per quem text. dicebatur D. Ioannæ prætenſionem quod cenſebatur ſolutio facta potius nomine proprio, quam nomine alieno, ceſſare prorſus, quia hoc procedit cæteris paribus, ideſt quando omnia debita æqualia ſunt, alias non attenditur, quod ſit debitum ex cauſa propria, vel ex aliis cauſis ſupra allegatis; quare facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, fuit nemine diſcrepante pro fiſco pronunciatum. Verùm ab hac determinatione reclamante Illuſtr. D. Ioanna; fuit demum exhibitus quidam liber procuratoris dicti Theſaurarij, in quo habebatur, quod illa pecunia quæ fuerat numerata d. D. Ioannæ pro vtraque cauſa ſoluebatur, nimirum pro functionibus fiſcalibus & prouiſione officij, & poſtea ſimpliciter ſcripta alia partita ducatorum 148. ſine cauſa; vnde fuit dictum, quod hæc intelligi, & declarari debebat ſecundum partitam præcedentem, nimirum vt cederet in vtramque cauſam, quia vna pars ſcripturæ aliam declarat, fuit igitur deciſum faciendam eſſe diuiſionem pro rata vtriuſque ſummæ debitarum, & quod pro parte deficiente, fieret per fiſcum ſolutio dictæ D. Ioannæ.

## OBSERVATIO.

1 Inter alias iuris Concluſiones, quæ in hac deciſione habentur, illa eſt, & ſatis nota, nimirum vt quando quis eſt debitor ex pluribus cauſis, & partem pecuniæ debitæ ſoluit, ſi ſolutionis tempore non declarauit in quam cauſam ſoluerit, nec pariter incontinenti facta ſolutione, creditor voluntatem ſuam expreſſit, in cauſam grauiorem cenſetur facta ſolutio, iuribus hîc citatis; ſed videamus breuiter, quænam dicatur cauſa iſta grauior, ſiue durior? ad quod reſpondetur, primam eſſe cauſam vſurariam, ſi enim debeo tibi ſortem & vſuras, & partem huius debiti ſoluero, non expreſſo, nec à me debitore, nec à te creditore in quam cauſam, in vſurariam cauſam dicetur facta ſolutio, hic eſt tex. vulgatus *in l. 1.* ibi, *ſi neuter voluntatem ſuam expreſſit, prius in vſuras, id quod ſoluitur, deinde in ſortem accepto fertur C. de ſolutio.* Secunda cauſa dicitur durior, quando vnum debitum eſt purum, aliud verò in diem, iſto enim caſu debitore ſoluente, & nemine declarante, dicitur facta ſolutio pro debito puro, pro quo quidem debito compelli poterat debitor, hic eſt tex. *in l. cum ex pluribus ff. de ſolutio.* Tertia cauſa durior dicitur propria v.g. Ego debeo tibi centum, quæ mihi mutuo dediſti, debeo pariter tibi alia centum vti fideiuſſor ſempronij, ſi ſoluero tibi centum, non expreſſo in quam cauſam, ſolutio dicetur facta, in extinctionem illorum centum quæ debeo ex cauſa mutui, non autem aliorum centum, pro quibus vti fideiuſſor ſempronij me obligaui, hîc eſt tex. *in l. quod meo, & in l. cum ex pluribus verſ. poſt hunc ordinem ff. eod. tit. de ſolutio.* Alex. *in l. 1. in fin. C. de iure delib.* Quarta cauſa dicitur durior, pro qua condemnatus ſum, ſi enim debeo tibi mille ex cauſa iudicati, & alia mille ex alia cauſa, ſi ſoluero mille, & nec ego, nec tu declaramus in quam cauſam, ſolutio cedit in cauſam iudicati, hic eſt tex. *in l. ſi quis ex famoſa ff. de ſolutio.* Quinta dicitur cauſa durior, quando Ego tibi debeo ex pluribus cauſis, ſed in vna cum hypotheca omnium meorum bonorum, & in alia in actione perſonali, ſoluendo citra electionem, quod ſolutum eſt cedit in cauſam hypothecæ vel pignoris, hic eſt tex. in *d. l. cum ex pluribus.* vbi Bart. *& in l. 1. § . illud.* vbi Bald. *ff. de ſolution.* Caſſan. *in conſuet. Burg. in verb. des droicts. § . 2. num. 23. verſ. Et qui neſcit.* Sexta dicitur cauſa durior, quando Ego tibi debeo mille; ſed pro quincentum dedi fideiuſſorem, ſi partem huius debiti ſoluero, non expreſſo in quam cauſam, ſolutum cedit in cauſam fideiuſſionis, hic eſt tex. *in l. & magis & in l. his ff. eod. tit. de ſolutio.* Paul. de Caſtro bene *in conſ. 23. & 138. lib. 1.* Decian. *reſp. 60. lib. 2.* Septima dicitur cauſa durior, cauſa feudalis, fac enim, vt ſim ego debitor tui in centum pro quibus in forma valida obligaui bona mea feudalia, & in alia centum, pro quibus ſunt obligata tantum bona allodialia, ſi ſoluero centum, non expreſſo in quam cauſam, dicetur certè facta ſolutio in illa cauſa, pro qua eſt obligatum feudum, quia illud dicitur grauius debitum, pro quo ſunt obligata bona feudalia, ita Alex. *conſ. 2. lib. 4. in fine*, quodque cauſa feudalis dicatur ardua, dixerunt Andr. *in c. 1. in princ. de cap. qui cur. vendidit.* Io. Vinc. de Anna *ſingul. 229. & in repet. cap. 1. num. 41. de vaſſall. decr. ætat.* Fabius filius *in addit. ad alleg. 118. num. 11.* cæteras cauſas grauiores congerit Sempr. Aſcia *in ſuo opuſc. de ſolutio. in duriorem cauſam gloſ. 6. per tot. fol. 35.*

## *ARGVMENTVM.*

Minor procuratorem in iudicio conſtituens, & cum iuramento, nùm ad pinguius probandum in integrum reſtitutionem, quæ in Regno pri-

mum,

Digitized by Google

mum, & ſecundum beneficium appellatur, petere valeat. Iuramentum à minore præſtitum in iudicio, an maiorem, ſicut in contractibus eum repræſentet, & de aliis.

## DECISIO CCCCLXXVI.

1 CONSTITVERAT quidam minor annorum quindecim procuratorem in iudicio, & cum iuramento, datoque termino in cauſa, & facta iam publicatione ad pinguius probandum primum petebat beneficium, dubitabatur, an eſſet concedendum? Bart. excitat quæſtionem hanc *in l. minor aduerſus omiſſam ff. de minor.* vbi expreſsè determinat, nullo pacto minori reſtitutionem hanc fore concedendam, ſubdens, Aduocatos cautos eſſe debere, ne minores litigare faciant per procuratores ab eis cum iuramento conſtitutos, quia alias reſtitutionem in integrum demum conſequi non poterint, allegat text. *in Auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſus venditionem,* idemque affirmauit *in l. minor verſ. quaro extra gloſ. ff. de procur.* Confirmatur opinio hæc ex notatis per gloſ. *in d. Auth. Sacramenta puberum*, quæ vult, quod licèt text. ille loquatur de iuramento minorum in contractibus interpoſito, tamen habet etiam locum in iudiciis, cuius gloſ. ſententiam Doctores omnes, præſertim Iaſ. inſequuti fuêre; cæterum compertum fuit contrarium in Sacro Conſilio fuiſſe iudicatum, ea quidem ratione, quia illud iuramentum in procuratoris conſtitutione à principio præſtitum in omni iudicij parte perperam operatur, nam vt minor ligetur, neceſſe eſt, vt in omni actu iuramentum interueniat, ita expreſsè declarat Ant. de Alex. *in d. Auth. Sacramenta puberum*, id quod dicit eſſe de mente Paul. Caſtr. ibidem.

## OBSERVATIO.

1 HOc iure vtimur in Sacro Conſilio, & in omnibus Regni huius ſupremis Tribunalibus, nimirum, vt ad pinguius probandum ſemper minor reſtituatur, ſiue litiget per ſe ipſum, ſiue per eius curatorem, ſiue per procuratorem cum iuramento conſtitutum, quicquid in contrarium ſcripſerit. Bart. in loco per Dom. Regentem hîc relato; ſed pro ſententia Bartoli faciunt dicta per Abb. *in c. cum veniſſent, verſ. ſecundo principaliter, de in integr. reſtit.* quo loci dicit minorem per procuratorem litigantem non reſtitui, quia procurator eſt voluntarius adminiſtrator, ſecus ſi per tutorem, & curatorem, qui neceſſarij dicuntur adminiſtratores, idemque & clarius Aufrer. qui Bartoli theoricam recitat *in addition. ad Cappellam Tholoſ. deciſ. 45.*

2 Sed quæri ſolet, ſi minor per ſe ipſum litigauerit, & cum iuramento declarauerit non venire contra proceſſum, & ſententiam, nùm in caſu ſuccumbentiæ poſſit ad in integrum reſtitutionis beneficium recurrere, negatiuam ſententiam docent Cappell. Tholoſ. *in deciſ. 45.* Iaſ. *in Auth. ſacram. puberum C. ſi aduerſ. vendit.* vbi poſt Iacob. ibi *num. 39.* dicit quod quando minor comparet in iudicio abſque curatore, cautela eſt vt iuret de non veniendo contra proceſſum, & ſententiam, nam ſic propter vim iuramenti valebit iudicium, valebit ſententia, & totus proceſſus, idemque Girar. de Petra Sancta *ſing. 66.* nec diſſentiunt Boër. *deciſ. 92.* Guid. Papa *deciſ. 35.* de qua memor fuit *in ſing. 50.* & Io. de Armon. *problem. 30.*

3 Sed contra, quod iuramentum minoris perſonam in iudicio non legitimet, dixit Bald. *in l. 1. C. de confeſſ.* poſt Cyn. *in d. Auth. ſacramenta puberum num. 19.* vbi pro, & contra, rationibus ponderatis, addit demum hæc verba. *Quid dicemus? ſatis placet quod non admittatur ad iudicium volens iurare, quia de iure communi non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, nec iuramentum prodeſt, in l. & iuriſgentium §. & generaliter; verum tamen in eo quod iuramento præſtito, & eo admiſſo, iudicium, & proceſſus teneat, & firmetur per iuramentum, non ſtarem in hac ſententia, ſed teneo opinionem Iacob. Bal. quem ſupra dixi, maxime cum iſta Auth. multum ſit aduerſa minoribus, & ſic non extenderem eam.* Hæc Cyn cuius ſententiæ adhæreo.

*D.De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuertery.*

## ARGVMENTVM.

Donatio, quæ ob filiorum ſuperuenientiam ipſo iure reuocatur, nùm reconualeſcat, ſi demum liberi, qui nati ſunt illicò moriantur. Debitor ſi rem alteri obligatam cum conſenſu creditoris vendiderit, ob quod pignus remiſſum cenſetur, an ſi poſtea eandem rem ex noua cauſa reacquiſiuerit, in primam obligationem incidat. Legitimatio filiorum naturalium an ob natiuitatem filiorum ex legitimo matrimonio ſuſceptorum reuocetur.

## DECISIO CCCCLXXVII.

POSSIDENTE Magnifico Franciſco de Montibus terram Pollæ ex conceſſione à Rege Frederico ſibi facta, Rex Catholicus Felicis recordationis pro bono pacis è manibus, & poſſe dicti Franciſci eam abſtulit, & Principi Salerni reſtituit, verùm dicto Franciſco annuos ducatos quatuor centum functionuum fiſcalium aſſignauit; ad hanc enim ſummam feudalis introitus illius terræ tunc aſcendebant, & hoc donec, & quouſque excambium in bonis feudalibus cum vaſſallis daret eidem in quarum quidem functionum fiſcalium poſſeſſione tam Franciſcus, quàm hæres eius 1



Digitized by Google

quadraginta octo annorum ſpatio cum extitiſſent, nulla vnquam pro excambio promiſſo porrecta ſupplicatione, contigit demum propter dicti Principis Salerni rebellionem omnia illius bona feudalia ad Regiam Curiam deuolui; quocirca inſtabat Marchio Coriliani nepos, & hæres dicti Franciſci vigore promiſſionis prædictæ dictam terram ſibi reſtitui, contradicebat fiſcus, vnde quid iuris dubitabatur.

2 Per Regiam Cameram facta relatione in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtr. Domino Prorege, fuit nemine contradicente pro fiſco pronunciatum, & ab impetitis per dictum Marchionem penitus abſoluto. Ratio deciſionis fuit, quia cum Terra prædicta è manibus prædicti Franciſci pro bono pacis, vt Principi Salerni reſtitueretur ablata fuiſſet, fuit actus perfectus, & conſummatus; vnde licèt demum eadem terra ad Regiam Curiam fuerit reuerſa, ſicque ceſſabat prorſus cauſa, ob quam terra illa ab vtili Dominio dicti Franciſci erepta fuerat, non tamen pro hoc ceſſabat effectus iam conſummatus, ita Bart. quem communiter ſequuntur *in l. 2. §. fin. ff. de donation. & in l. Titia §. impenſa ff. de leg. 2.* Vbi dicit, quod etſi donatio alicui facta ob liberorum ſuperuenientiam reuocetur, tamen ſi filij incontinenti moriuntur, non per hoc donatio illa ſemel reuocata reuiuiſcet, cum ſat ſit, quod ſemel reuocationis actus fuerit perfectus, & conſummatus, facit ad rem bonus text. *in l. fin. C. de remiſſ. pignor.* vbi ſi ego debitori meo præſtiti conſenſum, vt poſſet rem mihi hypothecatam alij vendere, provt vendidit, ſi poſtea rem illam hic debitor meus ex noua cauſa à prima non dependente recuperauerit, nullo pacto in pignus reincidet, adhuc ſi obligatio ab initio facta fuiſſet omnium bonorum præſentium, & futurorum. Præterea conſiderabatur, regulam illam, quæ ſe habet vt ceſſante cauſa, ceſſet effectus, benè procedere, quando à Principio ceſſaret, ex quo effectus ſequutus non fuit, vt puta in caſu propoſito, ſi ablata Terra, & Principi nondum reſtituta pax ſequuta non fuiſſet, ita vt Terra illa penes Regem remanſiſſet; eo enim caſu, ſinè dubio fuiſſet locus reſtitutioni ad beneficium illius, à quo fuit erecta, ad notata per Alberic. *in l. quod in littore ff. de acquir. rerum domin.* At quando res fuit conſummata, & perfecta provt in caſu prædicto, quia fuit ſequuta pax, & Principi Terra reſtituta, quam per annos vltra quinquaginta poſſederat, licèt poſtea ad Regiam Curiam ex noua cauſa, nimirum rebellione Principis poſſeſſoris peruenerit, nullo pacto reſtitutioni poterit fieri locus, tum etiam quia cum Rex valeat ex iuſta cauſa, puta ob bonum publicum rem, quam poſſideo à me auferre, & alteri dare, ſoluto tamen mihi pretio: *l. item ſi verberatum §. 1. ff. de rei vindic. & l. Laicus ff. de euiction.* Bart. *in proœm ff. & Canoniſtæ* præſertim Felyn. & Dec. *in c. quæ in Eccleſiarum de conſtit.* latiſſimè Iaſ. *in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.* certè cùm Rex hoc faciat, contractus dicitur perfectus, & conſummatus, ita vt ille, cui res eſt tradita, poterit ad ſui libitum de ea diſponere; ſi igitur poteſt hic diſponere, ergo, & fiſcus ad quem res illa ex noua cauſa perueniret.

---

## OBSERVATIO.

AD confirmationem illius concluſionis, quam Dom. Regens noſter hic firmat, ex Bart. *in l. 2. §. fin. ff. de donation. & in l. Titia § Imperator ff. de leg. 2.* nimirum, vt donatio, quæ ob filiorum ſuperuenientiam ipſo iure reuocatur, reconualeſci non poſſit, adhuc ſi liberi, qui nati ſunt illico demum moriantur, videndi ſunt DD. quos ad nauſeam, provt de more, citat, & ſequitur Andr. Tiraquell. *in l. ſi vnquam in verb. ſuſceperit liberos num. 203. de reuoc. donat.* reprobata contraria ſententia aliorum, quos refert *n. ſeq.* vbi in fine addit, frequentiorem eſſe ſententiam illorum, qui negarunt, confirmari donationem morte filij, vnde vt reuocata ſemper remaneat, non obſtante quod filius natus, qui fuit cauſa reuocationis, illico deceſſerit, deciſum per Rot. Auenionenſ. teſtatus Hieronym. de Laurent. *deciſ. 23. à num. 8. ad finem,* vbi ſatis bene loquitur, Ricc. *collect. 728.* 1

Aduertit tamen Tiraq. *loco cit. num. 205.* vt concluſio hæc intelligenda ſit, & primò dummodò fætus poſt donationem natus ſit tempeſtiuus, & ſic vitalis, ita vt ſecundum naturam viuere poſſit, nimirum, vt ſit ſeptimo, vel nono menſe ortus, ad quod plures citat Doctores, inter quos noſtrum Afflict. *deciſ. 236.* vbi per Sacrum Conſilium deciſum teſtatur, mulierem nato filio octimeſtre, defunctam, dici non poſſe cum liberis deceſſiſſe, ad effectum, vt defuncto demum filio, poſſit pater ſuus in dotibus maternis ſuccedere, ſed dotem illam dotanti fore reſtituendam, ac ſi nulli ipſi mulieri liberi nati fuiſſent; ſecundo, concluſionem præfatam fore intelligendam dicit Tiraquell. *n. 211.* dummodo donans, qui poſt donationem filios ſuſcepit, voluntatem ſuam declarauerit velle donationem reuocare, quia ſi diu vixerit, & tacuerit, ac poſtea deceſſerit, hæredes ipſius reuocare eam donationem non poſſent, nam cum donans non reuocauerit, videtur in eadem voluntate deceſſiſſe; ſed circa hoc vide Theſaur. *deciſ. 121.* Tertiò & ſingulariter monet Tiraq. *eod. cit. loco num. 225.* vt quod dictum eſt, donationem, quæ filij natiuitate eſt reuocata, illius morte non conualeſcere, benè procedere in mera donatione, ſecus verò in legitimatione, quæ licèt dicit ipſe ſecundum multorum ſententiam per natiuitatem filiorum legitimorum reuocetur, ſaltem quantum ad effectum ſuccedendi (licèt Dom. Regens noſter contrarium ſcripſererat, ſupra *deciſ. 407.*) attamen ſi poſtea legitimi, qui eam ſua natiuitate reuocarunt, moriantur, legitimatio iam per prius facta, hanc ſuccedendi vim reaſſumit, quam iam per filiorum legitimorum natiuitatem amiſerat, ita ſcilicèt vt ſuccedat legitimatus patri, ac ſi nullus ei poſt legitimationem legitimus natus fuiſſet, cuius quidem ſententiæ laudat in Authorem Paul. de Caſtro *conſ. 22. lib. 2.* vbi conſiderat, quod ſi conualeſcit teſtamentũ; quod poſthumi natiuitate omnino ruptum eſt, idque ex diſpoſitione tex. *in l. poſthumus ff. de in-* 2

*iuſto*

Digitized by Google

*iuſto, rupto, & irrito facto teſtam.* multò magis legitimatio, quæ rupta non fuit; ſed tantum diminuta, quantum ad effectum ſuccedendi exiſtentibus legitimis, ſubditque etiam idem ſibi videri ſi poſt mortem patris filius legitimus moriatur, priùs tamen, quam ipſi patri ſucceſſerit, quod puto ſatis notandum.

## ARGVMENTVM.

Donatio ſi fuerit facta à patre filio Primogenito pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, itavt in re donata, fœminis prorſus excluſis, nonniſi deſcendentes maſculi ſuccedere poſſint; gradus, & ætatis prærogatiua ſeruata, nùm donatarius valeat rem illam donatam in vnum ex filiis ſuis, quem ipſe eligeret alienare. Hæres grauatus de reſtituendo hæreditatem agnationi, nùm poſſit, quem velit eligere de agnatis. Proximiore de familia ad fideicommiſſum vocato, ſi plures in eodem proximitatis gradu extarent, nùm omnes admittantur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCLXXVIII.

1 SVPPONEBATVR Illuſtr. Comitem Sanctæ Seuerinæ donaſſe Illuſtr. Frederico Carrafa Marchioni Sancti Lucidi Ciuitatem Vici æquenſis, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, eo addito, quod in dicta ciuitate ſuccedere deberent deſcendentes maſculi dicti Illuſtr. Marchionis, gradus, & ætatis prærogatiua ſeruata, fœminis prorſus excluſis, adhuc in potiori gradu exiſtentibus, ex quo voluntas Comitis donantis erat vt dicta Ciuitas perpetuo penes deſcendentes dicti Marchionis donatarij permaneret; & cum prohibitione de non alienando, niſi inter eoſdem ipſius donatarij deſcendentes; huius donationis tenore ſic ſtante, dubitabatur an Marchio donatarius poſſet Ciuitatem prædictam in vnum ex filiis ſuis, quem ipſe eligeret alienare? Ratio dubitandi fuit, quia attenta mente donantis benè declarata videbatur ſuper Ciuitate prædicta inductum fuiſſe fideicommiſſum, & quod in illius ſucceſſione ætatis prærogatiua ſeruari deberet, itavt omnino primogenitus ſuccedere debuiſſet.

2 Cæterum per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio cum adiunctis Regiorum Conſiliariorum Io. Thomæ Minadoi, & Marini Fricciæ, fuit nemine contradicente deciſum, licere dicto Illuſtr. Marchioni donatario dictam Ciuitatem in vnum ex filiis ſuis, quem ipſe eligere volebat, alienare, Regio tamen interueniente aſſenſu; Ratio deciſionis fuit, quia, cum dubitari non poſſet feudum prædictum fuiſſe hæreditarium, dum in acquiſitione de hæredibus eſt facta mentio, vt per Andr. *in cap. 1. an agnati.* reſpectu primæ clauſulæ, in donatione appoſitæ, quod ſuccederent filij maſculi, fœminis excluſis gradus, & ætatis prærogatiua ſeruata, nullius momenti illa erat cum expreſſum extiterat id quod tacitè inerat; hæc enim eſt natura feudi in quo viuitur de iure Francorum; reſpectu verò alterius clauſulæ; qua prohibebatur alienatio, quia permiſſa erat inter ipſius donatarij deſcendentes, bene poterat Marchio vnum ex filiis ſuis eligere, in quem alienare voluiſſet; hoc eſt namque de iure, vt prohibitus extra familiam alienare, poſſit vnum de familia eligere, etiam in vlteriori gradu poſitum, nec contrauenire dicitur: *l. pater §. quindecim ff. de legat. 3.*

Præterea, & ceſſabat omnis difficultas, fuit conſideratum, quod Regius aſſenſus ſuper dicta donatione obtentus, quatenus diceretur ſuper re donata, fideicommiſſum fuiſſe inductum, non releuabat, ex quo ille qui fuit à Domino Prorege præſtitus, ſuffragari non poterat; nam quamuis Rege abſente, poſſit eius generalis vicarius omnia facere, quæ, & Rex ipſe, vt in terminis notat Andr. *in c. Imperialem col. 1. de prohib. feud. alien. per Freder.* ſecus tamen quando eſt ei limitata poteſtas, provt in Regno circa aſſenſum præſtandum, quoties feudatarius ſuper feudo fideicommiſſum imponere vellet; reſpectu verò aſſenſus à ſua Catholica Maieſtate obtentus, nec etiam ſuffragabatur, quia Comite mortuo impetratus apparebat, vt per Andr. *in c. Imperialem col. 6.* Vnde meritò demum in alia controuerſia mota ſuper validitate dicti fideicommiſſi fuit in Collaterali Conſilio deciſum, Ciuitatem prædictam nullo pacto fideicommiſſo ſubiectam cenſeri poſſe, & conſequenter potuiſſe illam etiam extraneo obligari, nedum vni ex filiis, Regio mediante aſſenſu, donari etiam quod primogenitus non eſſet.

## OBSERVATIO.

DOminus Regens concluſionem hîc firmat, vt 1 facta à teſtatore prohibitione alienandi bona ſua extra familiam, non prohibeatur hæres grauatus bona illa vni de familia alienare, ſiue legare adhuc in vlteriori gradu poſito, nec aliter fieri locum contrauentioni, quia proximiori non alienauit, ſiue legauit, ad quod probandum allegat tex. *in l. pater §. quindecim ff. de legat. 3.* Tu modò ad pleniorem huius concluſionis intelligentiam, in articulo generali, an

hæres grauatus de reſtituendo hæreditatem agnationi poſſit, quem velit eligere de agnatis, ſiue per contractum inter viuos, ſiue in vltima voluntate, conſiderata, an fideicommiſſum ordinatum ſit in caſu alienationis, an verò ſimplex illud ſit, & abſolutum, vt primo caſu procedat indubitanter concluſio per Dom. Reg. firmata, nimirum, vt poſſit in quemlibet de familia fieri alienatio, vel etiam relinqui, etſi eſſet ille remotior, ſic enim bene cenſetur teſtatoris voluntati ſatisfactum, & per conſequens alij, etſi teſtatoris, vel hæredis grauati proximiores non reuocent, ita Cuma. & Paul. de Caſtro *in l. peto §. fratre ff. de leg. 2.* idem Caſtrenſ. *in l. filiusfam. §. cum pater ff. de leg. 1.* Iaſ. *in l. 2. num. 211. C. de iure emphyt.* Rain. *conſ. 119. n. 6. & conſ. 117. num. 26. & conſ. 124. num. 6. lib. 2.* Ceph. *conſ. 17. num. 11.* Honded. *conſ. 78. n. 34. lib. 1.* Menoch. *conſ. 197. num. 23. verſ. tertius caſus conſ. 211. num. 133. conſ. 277. in ſecundo dubio conſ. 327. num. 105. conſ. 497. num. 20. & ſeq. & conſ. 1154 num. 9.* Peregr. *de fideicomm. art. 14. num. 7.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 380. num. 17.* & his addo Ego, alios relatos à Io. Bapt. Surd. *in comment. ad cap. 1. §. Titius ſi de feud. de functi n. 9.*

2 In ſecunda verò fideicommiſſi ſpecie, & ſic in ſimplici, & abſoluto, ſiue reſtitutorio in caſu mortis ſecus dicendum eſt, ſicque vt non ſolùm non ſit in grauati electione alienandi, ſiue remotiori relinquendi ad proximiorum excluſionem; ſed nec etiam vbi in pari gradu eſſent agnati, valeat grauatus vni ex illis bona fideicommiſſo ſubiecta reſtituere, alienare, legare &c. alioquin ex eis vnuſquiſque ſuam auocabit portionem, probant dictum hoc Georg. Natta *conſ. 110. num. 11. & conſ. 111. num. 1.* Curt. Iun. *conſ. 46. circa fin. conſ. 114. num. 10. conſ. 161. num. 13. conſ. 145. & conſ. 164. num. 17.* Ruin. *conſ. 101. num. 24. & ſeq. conſ. 114. conſ. 117. num. 26. & conſ. 167. num. 13. lib. 2.* Alcia. *conſ. 36. num. 9. & 14. lib. 2.* Riminal. Iun. *conſ. 279. numer. 84. & conſ. 535. num. 3.* Decia *conſ. 78. num. 9. lib. 3.* Menoch. *conſ. 317. n. 105.* Hieronym. Gabr. *conſ. 123. num. 1.* Peregr. *loc. cit. & conſ. 74. lib. 5. conſ. 113. num. 6. lib. 3. & deciſ. 23. num. 14.* Surd. *conſ. 247. numer. 8. & conſ. 415. num. 22. & deciſ. 238. num. 19.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 15.* Petra *de fideicommis quaſ. 5. num. 137. & quaſt. 7. num. 32.* Fuſar. *loc. cit. num. 18.* Ego ipſe *reſol. iuris lib. 1. cap. 131. n. 13. & 14.* vbi addidi, indubitatum eſſe, quod quoties ſimplex, & abſolutum conſideratur fideicommiſſum, mortuo grauato, quamuis proximior de familia vocatus fuerit, ſi tamen plures in eodem proximioritatis gradu extarent, omnes admittuntur hic eſt tex. *in §. ſi plures inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* Mantica *de coniecturis vlt. volunt. cit. lib. 8. tit. 12. num. 33.* Surd. *conſ. 50. num. 9.* Peregrinus *de fideicomm. art. 22. num. 65. in fine*, & alij relati per Fuſar. *cit. tract. de ſubſtitut. quaſt. 356. num. 1.* vbi *num. 2.* hoc ampliat etiam ſi teſtator, bona indiuiſa ad proximiorem agnatum peruenire iuſſiſſet vt adhuc pluribus in eodem gradu exiſtentibus omnes admittantur, diuiſio vero fieret in vſufructu, non autem in proprietate, ex Decia *conſ. 71. lib. 3.* & Mantica *loc. cit. lib. 7. tit. 10. n. 5.* niſi forſan teſtator vni ex proximioribus indiuiſa reſtitui mandaſſet, quo caſu dicit Fuſar. dubitationem reſultare, an locus eſſet inter proximiores gratificationi, vel potius dignior, vel maior natu eſſet admittendus, vide illum, & DD. per eum citatos *numero 5.* qui pro maiori natu reſponderunt.

## *ARGVMENTVM.*

Donatio de re aliqua facta duobus, & cuilibet ipſorum vita eorum durante, nùm per mortem vnius tota res donata ſuperſtiti accreſcat, vel potius dicatur facta in viriles. Dictio *& cuilibet ipſorum* an æquiparetur dictioni *inſolidum*. Ius accreſcendi an, & quando in feudis locum habeat & de aliis.

## DECISIO CCCCLXXIX.

FERDINANDVS de Sancto Seuerino olim Princeps Salerni in excambium cuiuſdam officij, quod in ſuo ſtatu in Prouincia Baſilicatæ tenebat Hyeronimus de Sancto Seuerino cõceſſerat eidem, ac Granciæ Dentici eius vxori, & cuilibet ipſorum vita eorum durante annuos ducatos biſcentum ſuper introitibus Terræ Montis Albani Regio aſſenſu deſuper impetrato, defuncta autem dicta Sancia vxore prætendebat Magnificus Regij fiſci Patronus, quod dictus Hieronymus non poterat conceſſione prædicta gaudere, niſi pro medietate, ex quo reliqua, ſtante morte ſequuta eius vxoris dicebatur extincta; vnde dubitabatur, an iuſta eſſet prætenſio hæc. 1

Pro fiſco dicebatur quod cum conceſſio dictorum ducatorum biſcentum duobus, facta eſſet, cenſenda erat in viriles, ideſt cuilibet pro dimidia parte: *l. reos ſecus in tabulis ff. de duobus reis l. ſi mihi & Titio ff. de verbor. obligat. l. 1. C. ſi plures vna ſententia cap. 1. de fratribus de nouo benef. inueſt. cap. 1. à fratribus à cap. inueſt. & cap. 1. §. 2. de feud. March.* 2

Etenim in feudis nouis ius accreſcendi locũ non habet, vt expreſsè in iuribus modo relatis probatur, adhuc ſi conceſſio ab Imperatore facta eſſet, cum receptiſſimum ſit diſpoſitionem, *l. vnica C. ſi ſoc. Imper. lib. ſine hæred. deceſſ. lib.* in feudis locum non habere, vt alias fuit demonſtratum; His tamen non obſtantibus contrarium per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio iudicatum extitit, nimirum, vt dictus Hieronymus adhuc vxore defuncta, conceſſione facta ex integro gaudere poſſet. Ratio deciſionis fuit quia dictio illa, *& cuilibet ipſorum* in conceſſione appoſita, importat, ac ſi dictũ eſſet *inſolidum*, ita gloſ. notab. *in l. ſi pluribus in principio ff. de legat. 2.* Et quod etiam in feudis; quando dictio diſtributiua in conceſſione appoſita eſt, ius accreſcendi locum habeat, poſt Bald. & Salyc. dixit Alex. *conſ. 30. lib. 1. in conſ. 2. & conſ.* 3

13. lib.

Digitized by Google

13. *lib.*5. *& in d.l. ſi mihi, & Titio ff. de verb. obligat.*

## OBSERVATIO.

1 HIc notamus deciſionem, vt idem ſit, ſi eſſet facta alicuius rei conceſſio Petro, & Sempronio in ſolidum, eorum vita durante, etſi dictum eſſet Petro, & ſempronio, & cuilibet ipſorum, vt vno moriente, tota re conceſſa ſuperſtes donec vixerit, fruatur, ſicque tentum dictionem, *inſolidum* æquiparari dictioni *& cuilibet ipſorum*; hanc eandem ſententiam adde Tu in ſequutum Bartol. Socin. *conſ.*50.*lib.*1. vbi dicit eſſe caſum in *l. ſi pluribus*, vbi Bart. & Io. de Imol. *ff. de leg.*2. *& in l. non diſtinguemus* §. *cum plures*, vbi etiam Bart. *ff. de arbitr.* ſubdens hæc omnia bene colligi ex plene notatis per Bald. *in l. vnica C. quando non petent. par.* & per Bart. & DD. *in l. ſi mihi, & Titio ff. de verb. obligat.* quodque dictio quilibet diſtributiua ſit, & inſolidum, cuique actum attribuat, dixerunt, vltra Soc. & Bar. *in locis modo citatis*, idem Bart. *in l. hoc articulo ff. de hered. inſtit.* Alex. *conſ.*30. *num.*9. *lib.*2. *& in l. ſi mihi, & Titio num.*18. vbi etiam Aret. *ff. de verb. obligat.* Curt. Sen. *conſ.*48. *num.*20. *verſ. tertiò confirmatur*, & latius *conſ.*49. *num.*54. *verſ. vndecimo, & fortius*, vbi ait communem hanc eſſe opinionem, quam pariter ſequuntur Pariſ. *conſ.*13. *num.*16. *& ſeq. lib.*1. Ripa *in l. re coniuncti num.*164. *ff. de legat.*3. Mandoſ. *in addit. ad Roman. conſ.*315. & Afflict. *in cap.*1. §. *& quia num.*17. *& ſeq. de his qui feud. dar. poſſ.* quos omnes citat, & ſequitur Aurel. Corbul. *in tract. de iure emphyt. in tit. de cauſ. priuil. ob lin. fin. num.*87. *&* 88. *fol. mihi* 138.

2 Horum inſignium Doctorum auctoritate motus his diebus reſpondi in donatione certorum bonorum facta à viro, & vxore coniunctæ perſonæ, reſeruato eis, & cuilibet ipſorum vita durante bonorum donatorum vſufructu, altero ex donatoribus defuncto, vſumfructum ex integro ad ſuperſtitẽ ſpectare, quod ſecus fuiſſet dicendum, ſi dictio illa diſtributiua, & cuilibet ipſorum appoſita non extitiſſet, provt in caſu poſito per Guid. Pap. *deciſ.*204. quem vide.

3 Vlterius hîc notamns, quod quamuis in contractu feudali ius accreſcendi locum non habeat, itavt ſi duobus fratribus eſſet facta feudi conceſſio, vno deficiente, pars illa deficiens ſuperſtiti non accreſcat; *c.*1. §. *fin. de ſucceſſ. feud.* Attamen ſi appoſita eſſet clauſula, ſiue dictio illa diſtributiua, *& cuilibet ipſorum*, puta Antonio, & Carolo, & cuilibet ipſorum concedimus &c. deficiente vno, totum alteri ſuperſtiti accreſcit, ita noſter Andr. *in rubr. de his qui feud. dare poſſ. poſt num.*14. Bald. *ibid. in* §. *& quia vidimus & in cap.*1. §. *fin. in fine de ſucceſſ. feud.* & ibidem Aluar. Præpoſ. & Affl. idem Afflict. *in cap.*1. *in princ. num.*7. *de fratribus de nouo benef. inueſt.* Iaſ. *in l. reconuenti numer.*230. *de legat.*3. Curt. Iun. *de feud. par.*1. *q.*3. *princip.* Capyc. *in inueſt. feud. in verb. ius accreſc. fol.*260. Scrader. poſt alios, quos citat, *de feud. to.*1. *p.*7. *cap.*1. *n.*16. Roſental. *de feud. concl.*72. *num.*2. Bilòct. *de feud. concluſ.*59. & Gratia. *diſcep. for. cap.*272. *à numer.*29. *vſque ad* 35. *& cap.*707. *numero* 8. *&* 9. vbi de emphyteuſi loquitur.

## ARGVMENTVM.

Eccleſia ſi reperitur feudum poſſidere, an poſſit illo priuari, ſi in promptu de titulo non docet, vel potius erit dandus terminus in cauſa, & interim in ſua poſſeſſione, in qua reperitur manuteneri. Verba enũciatiua à Principe prolata, ſignanter fauore piæ cauſæ, an plene probent, & de aliis ad materiam *c. cum perſonæ de priuil. in* 6.

## DECISIO CCCCLXXX.

POSSIDENTE Abbate Sanchez filio Excellentis Alphonſi Sanchez Regni huius Generalis Theſaurarij Abbatiam Caſænouæ, inſtabat Regius fiſcus eſſe illum cogendum ad oſtendendum titulum Caſtri, quod nomine dictæ Abbatiæ poſſidebat, itavt ſi mox titulum non oſtenderet, ſua poſſeſſione priuari debuiſſet, iuxta ea, quæ notat Andr. *in conſtit. violentias circa finem, & in l. Imperialem* §. *illud de prohib. feud. alien. per Freder.* & per Capyc. *deciſ.*77. Si quis enim feudi eſt omnino incapax, quia ſurdus, mutus vel debilitatus, niſi diſpenſationem oſtenderit, poſſeſſione feudi, quod tenet, priuari debet; vnde dubitabatur an idem in Eccleſia eſſet dicendum. Pro parte Eccleſiæ dicebatur, quod ipſa titulum habebat, ex quo Rex Fredericus, quando conceſſit iuriſdictionem criminalem Caſtri Ciuitellæ dixerat, Caſtrum illud eſſe Abbatiæ Caſenouæ, & vt ab eo teneretur, & poſſideretur, ex quibus ſanè verbis de Eccleſiæ titulo ſatis conſtabat, ſaltem quoad effectum procedendi ad vlteriora in cauſa, nimirum ad dationem termini, & quod interim eſſet in ſua poſſeſſione manutenenda, nec in aliquo obſtare verba illa Regis fuiſſe enunciatiua, nec aliter ad hoc principaliter prolata, quia receptum fuit, quod licèt regulariter verba enunciatiua, propter aliud emiſſa non diſponant, fallit tamen regula hæc fauore piæ cauſæ, ita Bart. & Bald. *in l.*1. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Alex. *conſ.*190. *lib.*6. Præterea verba enunciatiua à Principe prolata etiam in geſtis ab alio, & non à ſe probationem, vel ſufficientem præſumptionem inducunt, niſi contrarium probetur, gloſ. *in cap.*1. *de probation. & in c. nonnulli extra de reſcript.* Alex. *conſ.*15. *lib.*6. Confirmabatur hæc opinio ex his quæ dicit Afflict. *deciſ.*261. *col. fin.* vbi reſpondẽdo rationi per eum adductæ, quod Eccleſia poſſidens feudum, niſi titulum oſtenderit, debeat poſſeſſione deſtitui, dicit hoc verùm non eſſe, quia Eccleſia eſt capax feudi, quando illud à Rege ſibi donatur, itavt ſi eo ſpoliata fuerit, reſtitutio ſit eidem facienda, adhuc titulo non probato, ex quo ius permittit, vt Eccleſia poſſit feudum penes ſe habere, vt concludere videtur Andr. *in d. conſtitut. violentias*; quilibet enim feudo ſuo ſpo-

liatus reſtitui debet, non aliter prius titulo oſtenſo, niſi eſſet mancus, mutus, ſurdus, quibus expreſsè ius reſiſtit, vt per Andr. *in locis ſupra citatis*; vnde benè dicebat Abb. *in c. conſtitutus de elect.* vt quis poſſit poſſeſſionem alicuius rei habere, cuius de iure non poteſt haberi proprietas, ex quibus concluditur, terminum in cauſa fore impartiendum, eoque, pendente, nihil contra Eccleſiam, neque quoad proprietatem, neque quoad poſſeſſionem innouandum.

---

## OBSERVATIO.

1 Quæ hîc ſcripſit Dom. Regens noſter benè probantur, attenta diſpoſitione *cap. Regni* quod incipit. *Item ſtatuimus*, ſecundum ordinem Io. Ant. de Nigris 120. vbi ſancitum habemus, quod ſi procuratores fiſci prætendunt, bona ſiue iura ad fiſcum pertinentia fuiſſe ab aliquo occupata, tenentur iura, quæ habere credunt ordinarie, & coram Iudice competenti proponere, nec aliter detentor poſſeſſione ſua priuatur, niſi prius, ſeruatis ſeruandis conſtiterit, ipſum male poſſidere, vndè ſucceſſiuis temporibus merito agnoſcimus poſſeſſores lite pendente in eorum poſſeſſione fuiſſe per Regiam Cameram conſeruatos, ſic enim loquitur huius diſpoſitionis Author. *Item ſtatuimus, quod ſi procuratores fiſci, vel alij officiales, ſeu publicæ perſonæ, ad quorum officium iſtud ſpectat, credant poſſeſſiones aliquas, ſiue iura ad fiſcum ſpectantia detineri per aliquos occupata, detentores, ſeu poſſeſſores ipſarum poſſeſſionum, ſeu iurium in competenti Tribunali conueniant, & contra ipſos ſeruato Iuris ordine procedatur, nec ipſarum poſſeſſione priuentur, antequam legitime conuicti fuerint, & etiam condemnati*; in hoc text. Niger. noſter, ſeu Luc. de Pen. *num.* 5. explicando verba illa text. *iuris ordine*, dicit hæc verba, *in text.* ibi *iuris ordine, qui eſt vt poſſeſſor citetur, lis conteſtetur, iuretur de calumnia, & ſententialiter condemnetur*; Ex hac diſpoſitione credo indubitanter, communem illam concluſionem deſumptam ex diſpoſitis in vulgato: *c. cum perſonæ, de priuil. in* 6. in Regno noſtro cum Regio Fiſco nunquam fuiſſe practicatam, nam vt ſcripſi *lib.* 2. *mear. reſolut. cap.* 115. *num.* 16. *& ſupra in obſeruat. ad deciſ.* 11: hucuſque non vidimus; nec à maioribus audiuimus Dominum Regem Noſtrum poſſeſſores earum rerum, quæ ſine titulo poſſideri non poſſunt, de facto ſpoliaſſe, ſed ordinarie iura ſua Regium Fiſcum propoſuiſſe, poſſeſſores ad titulum oſtendendum in ius vocando, id quod pariter aduertit, & prudenter Dom. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit.* §. 6. *num.* 38. & ante eum Afflict. *in conſtit.* quæ incipit *Inter multos intra n.* 4.

2 Ad confirmationem autem illius concluſionis, de qua hîc, nimirum quod fauore piæ cauſæ verba enunciatiua propter aliud emiſſa probent, licèt regulariter non diſpenant, videndi ſunt hoc idem probantes Dec. *in l. ex his num.* 27. *C. de teſtam. milit. & in conſ.* 159. *num.* 2. *lib.* 1. Iaſ. *in d. l. ex his num.* 2. *verſ. quinto limita, & in conſ.* 155. *num.* 2. *lib.* 4. Soc. Iun. *conſ.* 189. *num.* 20. *lib.* 2. Sforzaodd. ſatis benè *in conſ.* 6: *lib.* 1. Alex. Raudenſ. *deciſ. Piſa* 46. *n.* 8. *lib.* 1. Andr. Facchin. *conſ.* 30. *num.* 10. *lib.* 1. Maſcard. *de probat. concluſ.* 388. *num.* 3. *& concluſ.* 176. *num.* 58. Pancirol. *conſ.* 132. *num.* 17. Tiraquell. *de priuil. piæ cauſ. priuil.* 86. Alex. Trentacinq. *var. reſol lib.* 1. *tit. de verb. ſignific. reſol.* 2. *num.* 91. quos omnes citat, & ſequitur Nicol. Genua *de verbis enunc. quæſt.* 23. *num.* 1. vbi *num. ſeq.* addit, ſententiam hanc benè probari ex diſpoſitione text. *in c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.*

3 Quantum verò attinet ad aliud dictum hîc, vt Mancus, Surdus Mutus, vel aliter imperfectus prohibeatur feudum tenere, pro plena intelligentia, vide, quæ nouiſſimè ſcripſit noſter Gizzarell. *deciſ.* 43.

## ARGVMENTVM.

Gratia à Rege conceſſa ſi infra certum tempus non fuerit in Regno præſentata an, & quando nulla ipſo iure dicatur. Gratiis de futuro, ſiue expectatiuis generaliter à Principe reuocatis, an ſub hac reuocatione comprehendatur illa gratia, quæ contractu mediante facta apparet. Iuramentum an habeat vim clauſulæ derogatoriæ, & an à pari procedant iuramentum, & promiſſio facta ſub verbo, & fide Regis. Gratia à prædeceſſore facta, nùm poſſit à Principe ſucceſſore reuocari, ac de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCLXXXI.

Cum terra Lauriæ, quæ à Magno Capitaneo, Regis Catholici accedente confirmatione, Troiano Mormili conceſſa extiterat, Illuſt. Principi Salerni, vigore capitulationis pacis reſtituta eſſet, ſolutis per Principem dicto Troiano ducatis quatuor mille, idem Rex Catholicus ad magis gratificandum eidem Troiano, mediante alberano ſub verbo, & fide Regis, promiſit, quod vbi quomodocumque, & qualitercumque contingeret Terram prædictam ad Regiam Curiam reuerti, tunc, & eo caſu eidem Troiano fore illam reſtituendam, reſtitutis tamen dictis ducatis quatuormille Regiæ Curiæ, quod quidem alberanum mediante priuilegio Caroli Cæſaris Regis noſtri confirmatum extitit, cumque ob eiuſdem Principis rebellionem factus eſſet reuerſionis caſus, Fabritius Mormilis nepos ex filio dicti Troiani egit contra Regium Fiſcum, Terram prædictam, eiuſque poſſeſſionem ſibi tradi petens, vnde dubitari contigit, an hic actor in ſua petitione bonum foueret ius.

1 Dicebat fiſcus priuilegium Cæſareæ Maieſtatis confirmatorium gratiæ expectatiuæ Regis Catholici nullius momenti eſſe, ex quo infra tempus à Regia Pragmatica aſtatutum non fuerit in Regia Cancellaria Regni huius præſentatum, quod ſub pæna nullitatis gratiæ

præſen-

Digitized by Google

præſentari debebat; ſed ad hoc reſpondebat Fabritius actor quod licèt priuilegium prædictum confirmatorium verè ex cauſa prædicta eſſet nullum, tamen in eo inſertus erat tenor Albarani Regis Catholici, per quod quidem Albaranum eiuſdem Regis voluntas bene probabatur, *l. fin. ff. de reb. dub.* quæ licèt in vltimis voluntatibus loquatur, benè tamen in contractibus procedit, ad text. *in l. ſi ita ſtipulatus* §. *Griſogonus.* vbi Bart. *ff. de verb. obligat.* & Aretin. *in l. gerit ff. de acquir. hæred.* Præterea producebatur originale albaranum à Rege Catholico ſubſcriptum, & cum manu Vicecancellarij Secretarij, generalis Theſaurarij, ſicque de eius fide dubitari non poterat, iuxta notata per Andr. *in cap. 1. qui ſucced. ten.* Aretin. & Felyn. *in c. poſt ceſſionem, de probat.* vnde nulla indigebat Caroli Cæſaris confirmatione, tenebatur enim iſte vti hæres, & ſucceſſor, quod à Rege Catholico geſtum erat, ratum habere: *l. cum à matre C. de rei vindic.* & in terminis Loffred. *conſ.* 38. Sed dubium erat, quia huiuſmodi albaranum gratiam de futuro, ſiue expectatiuam continebat; ad tex. *in c. 2. & in c. relatum, extra de conceſſ. preben.* & ſua Cæſarea Maieſtas mediante ſua pragmatica ſanctione omnes expectatiuas tam ſuas, quam Regis Catholici reuocauerat, ergo & iſta Troiano conceſſa pariter reuocata cenſebatur; ſed reſponſum fuit, pragmaticam prædictam, quæ expectatiuas reuocauit, non comprehendere illas mediante contractu factas, non enim ita faciliter reuocatur contractus, ſicut priuilegium, vt optimè Paul. de Caſtro *in l. digna vox C. de legib.* eoque magis, quia erat iurata, quo circa ſpecialis mentio erat de ea facienda, vt eſt tex. & ibi gloſſa, & Canoniſtæ communiter *in c. conſtitutus extra de reſcript. ead. gloſ. in c. cum non deceat de elect. in 6.* Iaſ. *in auth. Sacramenta puber. circa finem. C. ſi aduerſ. vendition.* Alex. *conſ.* 170. *lib. 2.* & Afflict. *deciſ.* 5. habet enim iuramentum vim clauſulæ derogatoriæ, prout in terminis loquitur Paul. de Caſtro *conſ.* 284. in facto præſenti *lib.* 1. Nec obſtare dicebatur iuramentum non fuiſſe à Rege Catholico preſtitum; ſed tantum ſub verbo, & fide Regis promiſſionem factam, nam reſpondebatur à pari procedere iuramentum, & fidei præſtationem; is enim, qui contrauenit iis, quæ ſub verbo, & fide Regis promiſſa ſunt, periurium incurrit, eſt text. *in c. ad aures extra de iis quæ vi metuſve cauſ. fiunt c. peruenit* vbi gloſ. *de fideiuſſ.* Io. Andr. *in c. cum tempore de arbitr.* & iſta eſt communis omnium ſententia, de qua per Felin. *in c. Imperialem, extra de iur. iur.* & latius *in c. præterea, extra de ſponſal.* Quocirca ſatis dubitabatur, an pragmatica prædicta expectatiuas reuocans, caſum, de quo agebatur comprehenderet, vnde relata cauſa in Collaterali Conſilio Domini iudicantes in diuerſa iuerunt vota; aliqui enim æſtimarunt pragmaticam prædictam benè hunc comprehendere caſum, ac proinde Regium Fiſcum fore abſoluendum, alij autem caſum hunc nequaquam comprehendi, ac propterea, terram Lauriæ hæredi dicti Troiani eſſe reſtituendam; ſolutis per eum Regiæ Curiæ ducatis quatuor mille; alij, & tandem pro maiori parte eſſe ſuam Cæſaream Maieſtatem conſulendam an vellet gratificari illi, qui gratiam obtinuerat.

---

## OBSERVATIO.

Pragmatica Sanctio, cuius Dom. Reg. noſter hîc meminit, mandans vt priuilegium à ſua Catholica Maieſtate in Curia conceſſum infra annum, in hoc Regno ſub pœna nullitatis conceſſorum præſentari debeat, eſt prima *ſub tit. de priuil. infra annorum exhib.* vbi Dom. Regens Rou. aduertit; ius aliquod huiuſmodi priuilegia non tribuere, niſi à die exequutionis, ſeu interinationis, adeo vt ſi prius quam interinarentur, tertio interim fuiſſet ius quæſitum, interinata demum, & exequutoriata illi non præiudicarent; aduertit vlterius verba illa pragmaticæ, nimirum, *quod elapſo anno, nullius efficaciæ, valoris, ac momenti exiſtant*, latam ſententiam importare, ipſoque iure nullitatem inducere, ex dictis per Gratia. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 691. num. 2. & 3.* ſicque iunctis Aulis per Sacr. Conſ. deciſum teſtatur Conſil. de Georg. *alleg. 3. num.* 11. Amat. *conſ. 33. num. 12. & ſeq.* D. Reg. Capyc. Galeo. *controu. lib. 1 controu.* 17. Ego ipſe *reſolut. iuris lib. 1. cap. 123. num.* 18. Quatenus autem Dom. Rouit. ibidem in fine aduertat, Dominos Proreges non poſſe huic pragmaticæ diſpenſare, ſcias, quod hodie habemus nouiſſimam gratiam Domini Regis noſtri, per quam huiuſmodi diſpenſandi facultas fuit Proregibus ipſis tributa, vnde paſſim hæ diſpenſationes per Collaterale Conſilium conceduntur, verba autem huius nouiſſimæ gratiæ petitæ in parlamento generali ſub die 31. Ianuarij 1636. & conceſſæ ſub datum Madriti 26. menſis Februarij anni 1638. ſunt hæc *Item ſupplicamo V. M. che le gratie, lettere, & priuilegij non exequutoriati infra li anno præfiſſo della Regia Pragmatica ſi poſſano eſecutoriare, non obſtante lapſu temporis dell. anno, citra prægiudicio delle ragioni delle parti, & del Regio Fiſco. Placet ſuæ Regiæ, & Catholicæ Maieſtati.* 1

Quantum verò attinet ad punctum principalem huius deciſionis, nimirum an gratia à prædeceſſore facta, poſſit à Principe ſucceſſore reuocari, vide, quæ doctè ſatis, ſcripſit Dom. Reg. Rouit. *in rubr. pragm. de reuocat. & ſuſpenſ. gratiarum à num. 4. ad fin. poſt Alberic. in l. digna vox num. 5. ff. de legib.* Abb. *in c. nouit num. 26. de Iudic.* Paul. de Caſtro *conſ. 239. lib. 1.* & alios, quos ibi allegat. 2

Ad confirmationem autem illius dicti, quod circa obſeruantiam eorum, quæ promittuntur, idem operatur promiſſio ſub verbo, & fide Regis, ſiue Principis, quod iuramentum vide Surd. *deciſ. 234. num. 1.* & quod frangens fidem eadem pœna puniatur, qua puniretur frangens iuramentum, probat Auguſt. Barboſ. poſt Doctores, quos allegat *in Collect. ad c. aures* hîc citatum, *de iis quæ vi metuſue cauſ. fiunt.* 3

ARGV

## *ARGVMENTVM.*

Creditor, qui pignus poſſidet tenendum donec, & quouſque creditum ei ſoluatur, nùm poſſit à debitore cogi ad illud dimittendum, dum pignoris æſtimatio eidem offertur, vel potius teneatur debitor integrum creditum differre; Et quid ſi creditor qui pignus poſſidet, aliud haberet creditum, abſque tamen hypotheca, an ei pro hoc credito retentio competat. Tertius Poſſeſſor à creditoribus actione hypothecaria conuentus, nùm vt poſſit rem, quam poſſidet penes ſe retinere, teneatur integrum creditum illis offerre vel ſat ſit, ſi rei æſtimatio offeratur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCLXXXII.

1 NOTISSIMI iuris eſt, quod ſi ſecundus creditor rem ſibi hypothecatam pro ſuo credito poſſideat, cum à creditore anteriore conueniretur, poterit ad ſibi rem illam, quam poſſidet conſeruandam huic creditum ſuum offerre, ita probatur *in l. ſi fundus §. in vindicatione ff. de pignor. in l. mulier ff. qui potior. in pignor. hab. & in l. Paulus § fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* Sed dubitatum fuit, quid dicendum, ſit Dominus rei pignoratæ creditori poſſidenti eiuſdem rei æſtimationem dumtaxat offerre vellet, eamque recuperare, num valeat creditor, qui poſſidet, excipere, vt integrum eius creditũ ſibi ſoluatur; Et pro creditore fuit reſponſum, nimirum, vt integrum creditum ſit ei offerendum, non autem rei æſtimationem, ad quod fuit allegatus tex. *in l. prior. C. qui potior. in pign. hab.* vbi diſponitur, quod ſi vltimus creditor, qui pignus poſſidet, velit primum excludere creditorem, poterit hoc facere, dum tamen ei offerat id omne, quod debetur, & ſic vult tex. quod totum ſoluatur debitum, ad idem eſt tex. *in l. potior §. fin. ff. qui pot. in pignor. hab.* vbi deciditur, quod ſi poſterior creditor paratus ſit ſoluere priori, quod illi debetur, ſit omnino audiendus, & ſic cernitur, integrum creditum eſſe ſoluendum, nec aliter iura hæc loqui de pignoris æſtimatione, facit gloſ. *in d. l. mulier in verb. offerat ff. eod. tit. qui pot. in pign. habeant.* vbi dicit teneri poſteriorem creditori offerre pecuniam, pro qua res illa quæ poſſidetur eſt obligata, ſicque gloſ. non niſi pecuniam debitam, non autem rem obligatam reſpicit, & ita fuit ſæpius in Sacro Conſilio iudicatum, faciunt bene notata per Neguſant. *tract. de pignor. 4. memb. 5. part. in 11. concluſ. n. 21.*

---

## OBSERVATIO.

DOminus Regens concluſionem hîc firmat, vt 1 quando creditor poſſidet pignus à Iudice, vel à debitore, ei datum, tenendum, donec, & quouſque creditum ei ſoluatur, non poteſt cogi ad illud dimittendum, niſi eidem integrum eius creditum exburſetur, nec aliter debitorem audiendum ſi pignoris æſtimationem tantum offerre vellet, iuribus hic citatis; Tu modò adde, dictum hoc adeo eſſe verum vt ad finem liberandi pignus, illudque auocandi è manibus, & poſſe creditoris, teneatur debitor, non ſolum offerre, & exburſare integrum creditum, pro quo contracta eſt hypotheca, ſed etiam aliud, nimirum ſi creditor ille qui pignus poſſidet, haberet cum debitore ſuo aliud creditum, adhuc ſine hypotheca, & ſic chirographarium, ita vt vtroque credito non ſoluto, competat creditori retentio, donec vtrumque ſoluatur, hîc eſt tex. ad litteram *in l. 1. C. etiam ob chirographariam pecun.* Neguſ. *de pignor. part. 5. membr. 2. n. 46.* Marcur. Merlin *eod. tract. lib. 4. tit. 2. q. 78. num. 1.* Hoc tamen quando principalis debitor eſt ille, qui offert, ſecus verò ſi eſſet ſecundus creditor, quia tunc ſat eſt, vt hic offerat creditum, pro quo res obligata eſt vt in eodem tex. habetur ibi in fine, *quod in ſecundo creditore locum non habet, nec enim neceſſitas ei imponitur chirographarium etiam debitum priori creditori offerre.*

Hæc, de quæ debitore offerente diximus, dicito, vt 2 procedant pariter in tertio poſſeſſore, ſi enim tertius poſſeſſor hypothecaria conuentus vellet creditori agenti offerre tantum rei poſſeſſæ æſtimationem, repellatur omnino, niſi integrum offerat creditum, quamuis res obligata ſit minoris valoris, ita ex tex. *in l. tutor §. lucius ff. de vſur.* ſcripſerunt poſt Neguſ. Iacobus Maſull. *in addit. ad Capyc. deciſ. 202. num. 2.* D. de Franchis, *deciſ. 38. num. 1.* vbi Ricc. *in addit. &* alij, niſi hîc tertius poſſeſſor in re alteri obligata meliorationes feciſſet, quia tunc non totum creditum; ſed rei æſtimationem dumtaxat offerre teneretur, etiã ſi æſtimatio illa ad id quod debetur, non aſcenderet, ita Bart. & Io. de Plat. *in l. 2. C. de prædiis nauicul. lib. 11.* Neguſ. *in 4. membr. 5. part. num. 21.* Couar. *lib. 1. var. reſol. cap. 8. num. 2.* Barboſ. *in l. diuortio §. fin. in 2. par. numer. 27. ff. ſol. matr.* Magon. *deciſ. Florent. 51.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 26. num. 15.* D. de Franch. qui ſic deciſum teſtatur *deciſ. 38.* Ego ipſe *reſol. iuris lib. 1. cap. 219. num. 18. & ſeq.* & nouiſſime Merlin. *cit. tract. de pignor. lib. 4. tit. 2. q. 81. num. 1.* qui omnes in rei æſtimatione facienda præſens tempus fore attendendum docent, ideſt tempus oblationis, non autem tempus præteritum, quo iſte poſſeſſor, rem emit, quia ſi fortè res ex temporis beneficio aucta fuerit, iſtud augmentum creditoris beneficio cedit, ſicque poſſeſſor tenetur ſoluere valorem præſentis temporis, deducto pretio meliorationum manufactarum.

*ARGV*

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Exceptioni hoſticæ an cum iuramento renunciari poſſit, itavt ſi miles conueniretur, hanc non poſſit opponere exceptionem, dum illi cum iuramento renunciauit. Exceptio hoſtica an ob publicam, vel potius priuatam vtilitatem ſit introducta. Miles an aduerſus ſententiam contra ſe latam, poſſit in integrum reſtitutionem petere, ſi per procuratorem fuit defenſus, & de aliis.

## DECISIO CCCCLXXXIII.

1 CONVENTO in Regia Camera Illuſtr. Principe Biſiniani, cum in Regis ſeruitio contra hoſtes reperiretur fuit pro eius parte oppoſita exceptio hoſtica de qua *in Conſtit. Regni hoſtici exceptionem*, ſed replicante Actore, fuiſſe illi per Principem expreſsè renunciatum, dubitari contigit, an huic exceptioni poſſit cum iuramento renunciari; Ratio dubitandi fuit, quia allegabat Princeps hoſticam exceptionem introductam fuiſſe ob publicam vtilitatem principaliter, licèt ſecundariò ob priuatam, quo caſu nulla renunciari prodeſt; Imol. *in c. cum contingat de iure iur.*

2 Cæterum fuit per Regiam Cameram nemine diſcrepante deciſum eſſe ad vlteriora procedendum, hoſtica exceptione oppoſita non obſtante, idemque compertum aliàs per Sac. Conſilium determinatum, Ratio deciſionis fuit, quia verè exceptio hæc principaliter ob priuatam vtilitatem fuit introducta, & ob publicam ſecundario, tractatur enim de ſolo Partis pecuniario intereſſe, vt per procuratorem litigare non cogatur; ſed ſolum per ſe ipſum, id quod nullum publicum concernit intereſſe, ſed merum priuatum dumtaxat, & conſequenter poteſt cum iuramento exceptioni prædictæ renunciari, vt bene per Imol. *loc. cit.* probatur hoc, ex tex. *in cit. conſtit. Hoſtici exceptionem*, quæ vult, quod ſi tam actor, quam reus in exercitu reperirentur, ceſſaret prorſus exceptio hæc, & procedet iudicium cum procuratore, id quod non liceret ſi principaliter de publica vtilitate ageretur; hinc ſi miles, qui conuenitur exceptionem hanc non proponeret; bene iudicium procedet, ex quo tacitè exceptioni huic renunciare videretur, quod denegaretur omnino, ſi ob publicam vtilitatem principaliter introducta eſſet, & pro hac ſententia bene facit; quod dixit gloſ. *in l. inuitum ff. de teſtibus*, vbi milites inuiti teſtimonium dicere non coguntur, bene tamen voluntarie, quia huic exceptioni renunciare viderentur, eſt bonus tex. ad propoſitum *in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis*, vbi licet miles fori priuilegio potiatur, ne inuitus coram alio Iudice, quam proprio conueniri poſſit, tamen ſi vult, bene ſuo foro renunciare poterit; confirmatur ex tex. *in l. is qui Reipublicæ ff. ex quib. cauſ. maior. & in l. fin. ff. de reſtit. in integr.* vbi ſi quis Reipublicæ cauſa ab futurus, procuratorem reliquerit, per quem defendi poteſt, in integrum reſtitui volens, non auditur; ex his iuribus deducebatur, quod ſi abſentia cauſa Reipublicæ principaliter publicum concerneret fauorem, certè per procuratorem responderi non poſſet, ſed ſemper iudicium differretur.



## OBSERVATIO.

CVm deciſis per Regiam Cameram hic, quod hoſticæ exceptioni renunciari poſſit, ſicque conuentus ille, qui in Bello Principi ſuo ſeruit, hanc exceptionem dum illi renunciauit opponere non valeat, conueniunt Marin. Frecc. *de ſubfeud. tit. de officio Admirati num.* 18. D. Præſ. de Franchis *deciſ.* 16.. *num.* 9. Maſull. ad Capyc. *deciſ.* 76. *in fin.* Carol. de Craſſ. *in tract. de except. num.* 23. Marius Giurb. *deciſ.* 118. *n.* 14. Riccius *collect.* 57. *&* 1373. Thor. *in comp. deciſ. part.* 1. *in verbo exceptio hoſtica*, & Paul. Gallerat. *in tract. de renunciat. cent.* 2. *renunc.* 151. *per tot.* 1

Ad Confirmationem autem illius dicti, nimirum vt miles aduerſus ſententiam contra ſe latam in integrum reſtitui non poſſit, dum per procuratorem, quem reliquit, fuit defenſus, idque ex diſpoſitione tex. *in l. is qui Reipublicæ ff ex quib. cauſ. maior.* videndus eſt Marcel. de Mauro *allegat.* 6. ſub illis verbis, *Vana eſt ergo cum reuerentia allegatio praedicti impedimenti, nam, qui Reipublica cauſa obſuturus erat, ſi procuratorem reliquerit per quem defendi potuit, in æternum volens reſtitui præſens contra eum non auditur.* 2

Idemque ſcripſi Ego *lib.* 2. *reſol. iur. cap.* 249. *n.* 6. ad quod probandum allegaui iura *in l. fin. ff. de reſtit. in integr. in d. l. is qui* 39. *ff. ex quib. cauſ. maior. & in l.* 1. vbi gloſ. *in verbo indefenſus C. quib. ex cauſ. maior. in integr. reſtit.* vbi Petr. de Bellapertic. adeo hoc pro indubitato firmauit, vt dixerit, quod ſi miles vel aliter pro Republica abſens fuerit indefenſus, quia noluit procurator defenſioni cauſæ vacare eo caſu, licet fiet locus reſtitutioni, tamen dicit ipſe quod antequam concedatur reſtitutio, diſcutienda ſunt boba procuratoris, nam ſi ſuper illis poterit miles ſibi conſulere, nullo pacto in integrum reſtitutioni locus eſſet aduerſus ſententiam.

## ARGVMENTVM.

Procurator Cæſaris ad bona fiſci vendendum conſtitutus, an poſſit habere fidem de pretio, & quid in procuratore



Digitized by Google

curatore priuati, & an in caſibus, in quibus fides de pretio haberi non poteſt, contractus venditionis dicatur nullus. Procurator ſimpliciter conſtitutus ad vendendum, an poſſit pretium recipere. Vendere rem ſuam, quando quis cogitur ob publicam vtilitatem, an pariter cogi poterit ad habendum fidem de pretio.

## DECISIO CCCCLXXXIV.

1 CVM à Cæſarea Maieſtate iniunctum eſſet mandatum Domino D. Petro Toletano Regni huius Proregi ad vendendum omnia bona feudalia olim Principis Salerni, vendito demum quodam Caſtro Excellenti Comiti Seminariæ, data dilatione ad pretium ſoluendum, dubitabatur, an Prorex ille potuiſſet habere fidem de pretio?

2 Et per Regiam Cameram facta relatione in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtr. Dom. Regni Locumtenente, fuit pro maiori parte votantium determinatum, nullo pacto Illuſtr. Proregi licuiſſe, dum Caſtrum prædictum vendebat, tempus ad ſoluendum concedere, ſicque fidem de pretio habere, hoc enim iure cautum eſt in procuratore Cæſaris, v nonniſi præſenti pecunia res fiſcales vendere poſſit; *l. ſi procurator in fine ff. de iure fiſci*, Vnde dictum fuit, quod ſi conſiderabatur Illuſtr. Proregem vti Cæſaris procuratorem mandatum generale cum libera habentem vendidiſſe, & nulli dubium eſſe poterat, venditionem bonorum fiſcalium, non niſi præſenti pecunia fieri debuiſſe, prout eſt tex. *in d. l. procurator in fine*, Bart. & Alex. *in l. à Diuo Pio §. ſed ſi emptor ff. de re iudic.* vbi rationem aſſignant, quia fiſci procurator vendere non poteſt, niſi ad finem, vt creditoribus ſatisfiat, quæ quidem cauſa, niſi pecunia præſenti fieret venditio, adimpleri non poſſet; ſi verò conſiderabatur Dominum Proregem vendidiſſe vti procuratorem ſpecialiter à Rege ad vendendum conſtitutum, cum limitata poteſtate, vel circa cauſam, vel circa pretium, & tunc nec etiam fides de pretio haberi poterat; ſecus ſi ſimpliciter poteſtate non limitata, neque in cauſa, neque in tempore, neque in re, vt per DD. *in d. §. ſed ſi emptor*, in caſu de quo agebatur limitata erat poteſtas circa cauſam, vt bona prædicta eſſent vendenda, vt occurrentibus belli neceſſitatibus, & pro tuitione Regni huius ſubueniretur, quę quidem cauſa expreſsè demonſtrabat, vt præſenti pecunia fieret venditio, quia aliàs habita fide de pretio, neceſſitatibus prædictis nõ obueniretur, ita Ang. *in l. 1. ff. de Iuriſdic. omn. iudic.* vbi dicit, quod procurator à Cæſare conſtitutus poteſt habere fidem de pretio, dummodo non impediatur actus, ad quem debet pecunia conuerti, allegat tex. *in d. l. procurator. in fine ff. de iure fiſci.* Eſt tamen aduertendum quod quando contra legis præſcriptum eſt habita fides de pretio, non per hoc exoritur, vt contractus venditionis ſit nullus, ſed poteſt cogi emptor actione ex vendito ad pretium ſoluendum, vt per DD. *in d. §. ſed ſi emptor. & in l. cum vendente C. vbi cauſæ fiſcales.*

## OBSERVATIO.

DEciſio eſt in terminis, vt procurator Cæſaris, dum bona fiſcalia vendit, non poſſit habere fidem de pretio, ſed teneri emptorem illicò pretium illud conuentum ſoluere, & exburſare idque ex diſpoſitione tex. *in l. ſi procurator*, ibi; *ſtatim ſit emptoris pretio ſoluto ff. de iure fiſci*, vbi gloſ. in hoc verbo *ſoluto.* addit, non autem fide habita de pretio, & idem ſi minor, vel Eccleſia bona ſua venderet, vt ad inſtar procuratoris fiſci non poſſint habere fidem de pretio, id quod notat pariter ibi Bologn. *in apoſtill.* & prius Bart. *in l. à Diuo Pio §. ſed ſi emptor num. 3. ff. de re iudic.* vbi rationem aſſignat, nimirum quia iſti non poſſent vendere, niſi ex cauſa, vt ſcilicet creditoribus ſatisfaciant, quam quidem cauſam procurator non implet, ſi fidem habet de pretio, idemque Bald. *in l. in contractibus, §. ſed quoniam num. 4. ff. de fide inſtrum. & in l. in ciuile num. 3. C. de rei vendic.* vbi *numer. ſeq.* ſubiungit, hoc adeo verum in exequutore piæ cauſæ, quod ſi hic totum fere pretium perciperet, & de modica particula fidem haberet, dominium in emptorem non transferret, adhuc ſi vnus nummus deficeret, quia non videtur habere mandatum ad transferendum dominium, niſi integrum pretium reciperet, ſequitur D. Card. Mantic. *de tacit. & & ambig. lib. 4. tit. 21. num. 4.* & Dom. Reg. de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 6. n. 7. 8. 9. 10. & 11.* 1

In procuratore verò à priuato conſtituto ad vendendum, dum quæritur, an vendendo poſſit habere fidem de pretio, communis reſolutio eſt quod ſi hic haberet mandatum ad vendendum certo pretio, & non poterit habere fidem de pretio, ratio aſſignatur, quia ratione temporis dati ad ſoluendum videtur minoris vendere, quam habet in mandato, ad tex. *in l. in lege Falcidia. ff. ad leg. Falcidiam & in l. quod in diem ff. de in diem adiect.* ſi verò pretium non eſt limitatum, & tunc inſpiciendum an limitata ſit cauſa, quæ, ex pretio erat de præſenti implenda, vt hoc caſu, nec etiam poſſit habere fidem de pretio, ad tex. *in d. l. à Diuo Pio §. ſed ſi emptor ff. de re iudic.* aut non erat adiecta cauſa, & tunc poſſet procurator vendendo habere fidem de pretio, dummodo hoc faciat bona fide, nimirum, vt rem carius venderet pro vtilitate Domini, hæc eſt theorica Bart. *in d. §. ſed ſi emptor. num. 2. verſ. aut facit procuratorem*, quem recitat & ſequitur Bald. *in dict. l. in ciuile numero 3.* & ex recentioribus Cancer. *var. reſol. tit. de procurator. n. 92.* 2

Ad confirmationem autem illius concluſionis quã Dom. Reg. noſter hîc firmat, nimirum, quod licet quando procurator habuiſſet fidem de pretio, in caſibus, in quibus non poteſt habere, dominium in emptorem per traditionem rei venditæ non transferretur 3

Digitized by Google

ratur, attamen contractus ſuſtinetur, videndus eſt Dom. Card. Mantic. *loc.cit.num.*7.8.*&* 9. vbi ait fidem de pretio nunquam præſumi habitam in venditione rerum, in quibus pretium ſtatim ſolui conſueuit, velut in nundinis, quod probat pariter noſter Conſil. Nicol. Ant. Gizzarell.*deciſ.*39. *in nouiſſ.*

4 An autem procurator ſimpliciter conſtitutus ad vendendum poſſit pretium recipere, negat Roman. *ſingul.*23. quem ſequitur Fab. de Monte *de empt. & vendit. num.*27. Abb. *in c.cum olim Abbas num.*6. *de offic. deleg.* & alij relati à Cald. *de empt. & vendit.cap.*15.*num.*16. quibus addo Cancer. *loc.cit.n.*93.

5 Sed an in caſibus, in quibus lege, vel ſtatuto quis cogitur rem ſuam vendere, cogi pariter poſſit ad habendum fidem de pretio, negatiuam ſententiam firmat gloſ. *in l.*1. *in verb. neceſſitatem C. communi ſerui manumiſſo*, Aluarus Velaſc. *deciſ.*22.

## ARGVMENTVM.

Beneficium Eccleſiaſticum ſi fuerit à Summo Pontifice alicui collatum, an hic in illius poſſeſſione, ſeu quaſi capienda impediri poſſit ab alio, qui allegaret beneficium illud eſſe de ſuo iure patronatus. Collatio, ſiue præſentatio vnica ſuum effectum ſortita, num ſat ſit ad conſtituendum, quem in poſſeſſione, ſeu quaſi conferendi, vel præſentandi. Creditor an per vnicam cenſus ſolutionem à debitore ei factam dicatur conſtitutus in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi cenſum, ad finem manutenendi.

## DECISIO CCCCLXXXV.

1 VACANTE Abbatia Sancti Petri de Caſtrofontana, illaque à Sancta Sede Apoſtolica Domino Cardinali Saraceno collata, cum de bullarum exequutione in Collaterali Conſilio ageretur, ſe oppoſuit Regius fiſcus, allegans Abbatiam prædictam eſſe de Regis noſtri iure patronatus; ſed replicante dicto Cardinale, ſiue Nuncio Apoſtolico in hac Ciuitate reſidente, Sanctam Sedem Apoſtolicam vltra annos ſeptuaginta extitiſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi conferendi beneficium prædictum, fuit dubitatum, quid iuris?

2 Diſcuſſo articulo in Collaterali Conſilio, fuit deciſum, exequutionem dictarum bullarum nullo pacto impediri poſſe, ſaltem reſpectu poſſeſſionis conferendi, Ratio deciſionis fuit, quia ſancta ſedes Apoſtolica reperiebatur in poſſeſſione, ſeu quaſi, nedum per vltimam collationem, ſed per plures retro continuatis temporibus, vltra annos ſeptuaginta, nec habebatur notitia aliqua, quod huius Regni Reges aliquem vnquam in dicto beneficio præſentaſſent, quo caſu dicebatur, vltimam collationem eſſe attendendam, ad tex. *in c. conſultationibus, extra de iure patronat.* adhuc ſi dominij exceptio opponeretur, *c. querelam de elect. in* 6. vbi gloſ. addit ſat eſſe electo, ſiue præſentato, vt confirmari poſſit electio, eligentem reperiri in poſſeſſione præſentandi, vel eligendi, *c. cum olim, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & c. cum de beneficio de præbend. in* 6. Eóque magis cum huiuſmodi poſſeſſio, ſeu, quaſi in caſu propoſito iuris fundamento nitebatur, collatio enim quorumcumque beneficiorum de iure ad Sanctam Sedem Apoſtolicam ſpectat, *cap.*2. *de præbend. in* 6. ex quo omnia beneficia ſunt de iure poſitiuo, quorum omnimoda poteſtas ad Summum Pontificem ſpectat, vnde nullius releuantiæ fuit, quod Regius Fiſcus Dominij exceptionem opponebat, plures producens teſtes, & ſcripturas, ex quibus deducebatur dictum beneficium eſſe de Iurepatronatus Regis Regni huius, nam cum de poſſeſſione, ſeu quaſi non conſtaret, nulla de probationibus factis poterat haberi ratio.

Vlterius dicebatur, quod ſi Regni huius Rex prætendebat de iure ſpeciali præſentationem dicti beneficij ad ſe ſpectare, tenebatur hoc ſuo loco, & tempore proponere, audita in iuribus ſuis Sancta ſede Apoſtolica, nec aliter iſto interim dictarum bullarum exequutionem impedire, allegans ius præſentandi ad ſe ſpectare: res enim integra non erat, ſicque fiebat locus communi omnium ſententiæ, præſertim Ant. de Butr. & Abb. *in c. ex literis de iurepatron.* nimirum, quod vbi reperiretur facta præſentatio ab eo, qui eſt in poſſeſſione, ſeu quaſi præſentandi, debet ſequi collatio, non obſtante oppoſitione quæ fit ab illo qui allegat ſe eſſe verum Patronum, vnde. 3

## OBSERVATIO.

NOtamus hîc ad finem, vt prouiſus de beneficio in aſſequendo illius poſſeſſionem impedimentum aliquod non recipiat, ſiue vt præſentatus à Patrono ſit omnino inſtituendus, ſat eſſe vt collator ſiue Patronus qui præſentauit, reperiatur in poſſeſſione, ſeu quaſi conferendi vel præſentandi per vltimam collationem, ſiue præſentationem, ad tex. *in c. conſultationibus de iurepatron.* Tu modò ad confirmationem dic, communem eſſe omnium ſententiam, vt ad conſtituendum, quem in quaſi poſſeſſione conferendi, vel præſentandi, ſufficiat vnicam collationem, ſiue præſentationem fuiſſe effectum ſortitam, cum vnico actu hæc quaſi poſſeſſio acquiratur, ita gloſ. *in c. cum Eccleſia ſutrina, in verbo in trium, & in verbo breuitatem, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* quem ibi ſequuntur Innoc. & Abb. *num.*22. Ripa qui de communi teſtatur *num.*91. Rocc. de Curt. *de iure patronat. in verbo competens num.*34. Lambert. *eod. tractatu, lib.*2.*par.*1.*quæſt.*3.*artic.*11. Maſcard. *de probationi* 1

*concluſ.* 173. *num.*8. Zeuall. *commun. contra commun. quæſt.*717. *numer.* 4. Pariſius *de reſignat. benefic. lib.*7. *quæſt.*23.*n.*4.Creſcent. *deciſ.*5.*de iurepatronat.* Guttierez *practicar. quæſtion.lib.*3.*quæſt.*42. *num.*46. Rota *in vna ſarnenſ. benefic. coram Domino Orano impreſſa per Ricc. in prax. probat. iuriſpatr. reſolut.* 239. & alij ad nauſeam relati per Nicol. Garz. *de benefic.par.*5.*cap.*5. *num.*59. Id quod pariter magis communiter Doctores noſtri admittunt in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi cenſum, vt per vnicam ſolutionem factam à debitore creditori, iſte dicetur conſtitutus in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi cenſum ad finem manutenendi, ita Roma. *conſ.*311.*dub.*3.Alex. *conſ.*74. *à num.*16. *lib.*4.Abb.*in d.c.cum Eccleſia Sutrina num.*23. & Rip. *num.*52. Rota *deciſ.*213. *num.*1. 235. *num.*1. 244. *numer.*2.245. *num.*1.*&* 290.*n.*1.*in collectis per P.Duard. poſt eius tract. de cenſibus*, nec diſſenſit Flores Diaz *de Men. quæſt.lib.*1.*quæſt.*2.*n.*25.

## *ARGVMENTVM.*

Aromatarius pro medelis infirmo datis, & medicus pro ſuo ſalario in concurſu, nùm præferantur cæteris infirmi creditoribus expreſſam hypothecam habentibus, ac ſi funeralium eſſent expenſæ.

## DECISIO CCCCLXXXVI.

1 FVit dubitatum in Regia Camera, an pro expenſis in alicuius infirmitate erogatis, nimirum pro medicinis, debeat Aromatarius cæteris creditoribus præferri, ac ſi eſſent expenſæ funeralium, ad tex. *in l. & ſi quis* §. *ſi colonus & in l. pen. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.*

2 Fuit per Regiam Cameram nemine contradicente deciſum, aromatarium prædictum pro medelis infirmo datis, creditoribus expreſſam hypothecam habentibus, nullo pacto præferendum; ſed tantùm illis, qui tacitam hypothecam habebant, adhuc anteriorem. Ratio deciſionis fuit, quia nulla lege cauetur vt creditores ius habentes pro expenſis in alicuius infirmitate, vel funere erogatis præferantur creditoribus expreſſam hypothecam habentibus, tex. enim *in d.* §. *ſi colonus* expreſsè loquitur de tacita hypotheca, quam Dominus Domus in qua habitabit infirmus, demum defunctus pro ſua penſione habebat, ex tex. *in d.l.penult.* quæ vult, vt pro impenſa funeris quis omnibus creditoribus præferatur, procedit in aliis creditoribus priuilegiatis priuilegio perſonali, vel in habentibus hypothecam tacitam, vt ibi per gloſ. & Oddofred.*in d.*§.*ſi colonus*;& quod dicimus de impenſis factis in infirmitate, procedit indiſtinctè, tam ſi infirmi ſequuta ſit mors, quam ſi valetudo, bonus tex. *in l.legatum C.de relig. & ſumpt.funer.* vbi Imperator expenſas factas in funus, vel in morbum æquiparat, nec aliter diſtinguit de morbo, ex quo ſequuta fuit mors, & ſic nulla eſt facienda vis ſi ex infirmitate mors ſequuta ſit, vel non, ad idem Alex. & Iaſ. *in l.fin.* §. *in computatione C.de iure deliberan.* & hoc etiam, quod fuit hìc, per Regiam Cameram deciſum, demum determinatum fuit in Collaterali Conſilio, referente Dom. Vinc. de Franchis Regio Conſiliario, & Commiſſario per Illuſtr. Dom.Proregem ſpecialiter deputato in cauſis dependentibus, ex hæreditatibus quodquarundam Principiſſæ Salerni, & Marchioniſſæ Padulæ, in quibus Medici, qui curam dictis Dominis Matrinis adhibuerunt, pro eorum Salario omnibus creditoribus anterioribus & poſterioribus, adhuc expreſſam hypothecam habentibus ſe præferri prætendebant; ſed non fuerunt auditi, imò expreſsè deciſum, vt creditores expreſſam hypothecam habentes prædictis Medicis, qui operas ſuas præſtiterunt, præferrentur.

---

## OBSERVATIO.

DOminus Regens refert hìc per Regiam Cameram deciſum, Aromatarium pro medelis infirmo datis, eo demum defuncto, nullatenus præferri illis creditoribus expreſſam hypothecam habentibus, refert pariter in Collaterali Conſilio determinatum referente Domino tunc Regio Conſiliario Vincentio de Franchis, nec Mèdicos pro eorum mercede, & ſalario forè præferendos, & hæc eſt deciſio 51. eiuſdem Domini de Franchis, quam ſcripſit in cauſa cuius Dom. Regens noſter hic meminit; dicamus modo hanc eandem ſententiam magni nominis Doctores amplexos fuiſſe, & inter alios hi ſunt Azo.*in ſumma C. de religioſ. & ſumpt. funer.* gloſ. *in l. impenſa ff. eod. tit.* Odofre. Iaſ. & Angel. *in l.*2. *ff.de priuil. creditor.* Bald. Nouell. *de dote par.*10. *limit.*9. Borgnin. Caualc. *de vſufr.mul. relicto.num.*95. Pellic.*ad conſuet. Auerſ. cap.*4. *num.*510. Petr. Venderan. *de priuil.credic.tit.de iis qui priuil.intend.cap.*1.*tom.*18.*tract.*Fab.de Anna *in addit. ad ſuum Genit. ſingul.* 258. Viu. *deciſ.* 307. *in fin.* Petr. ad Capyc. *deciſ.*84. *numer.* 2. & alij plures. 1

Contrariam verò ſententiam, quod Aromatarij & Medici pro medelis, & ſalario vltimæ infirmitatis, ſicut, & creditores ex cauſa funeraria cæteris defuncti creditoribus adhuc expreſſam hypothecam habentibus præferantur, inſequuti fuere ex recentioribus (antiquis omiſſis) adductis per allegantes in prima allegatione poſt deciſ. Domini Reg. Salernit. Borg. Caualc. ſibi contrarius *in ſua repet. in verbo creditor funeris Gabell. Milleloq.* 677. Ferno. *ad Conſuet. Burdegal. tit. de teſtam lib.*2.§.5. Facchin. *controu. iuris lib.*12. *cap.*49. Sebaſtian. Medic. *de caſibus fortuitis q.*6. *num.*29.*par.*2. Muta *ſuper conſuet. Panorm.capit.*38. *numer.*27. Franc. de Petr. *feſtiuar. lectur.lib.*1. *cap.*5.*num.*25.*& in conſ.*49.*num.*7. Borrell.*conſ.*8. Gratian. *diſcept.forenſ. cap.*94.Polydor. Ripa *obſeru.*174. Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſ. vlt.num.*45. Ant.Gommez Tellius Fernand. & cæteri *in l.*30. *Tauri*, Aluar. Velaſc. *in prax part. & collat. cap.* 19. *num.* 39. Roderiq. *de concurſ. creditor part.* 1. *art.* 3. Cancer. *var. reſolut. lib.*3. 2

Digitized by Google

*lib.* 3. *tit. de Inuentar. num.* 168. Garz. *de expenſ. & melioriat. cap.* 8. *num.* 23. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 15. Ripoll. *var. reſol. cap. fin. num.* 406. *Viſcont. in addit. ad D. de Franch. cit. deciſ.* 51. *verſ. declara has deciſiones*, Gait. *de cred. cap.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1910. *&* 1931. Conſil. Staiban. *reſol.* 64. *à num.* 1. Conſil. Carleu. *de iudic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 29. *num.* 7. vbi innumeros allegat, ſicque reprobata deciſione Dom. de Franch. ſupra citata, in eorum Senatibus deciſum teſtantur, Burg. Caualc. *deciſ.* 32. *part.* 1. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 78. *par.* 2. Gerard. Maynard. *deciſ.* 50. *lib.* 5. Theſ. filius *quæſt. forenſ. lib.* 4. *q.* 24. Surd. *deciſ.* 112. *&* 255. Maſtrill. *deciſ.* 10. Io. Franc. del Caſtill. *deciſ.* 113. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 6. *gloſ.* 2. *par.* 5. *numer.* 26. *&* 27. Pappon. *lib.* 18. *arreſt.* 44. Marta *vot.* 8. *num.* 65. Amat. *deciſ. Ferrarienſ.* 8. Sic pariter temporibus noſtris per Sac. Conſ. deciſum, nulla ratione habita de deciſione Dom. de Franch. teſtatur Dom. Reg. Capyc. Latro *deciſ.* 47. *per totam*, idemque atteſtor per Regiam Cameram, me referente hoc anno determinatum, pro Medico Io. Baptiſta de Melchionne contra creditores patrimonij quondam Illuſtr. Ducis Nucarię; nimirum vt hic Medicus præferretur omnibus creditoribus quondã Ducis ad huc expreſſam hypothecam habentibus, abſque tamen aſſenſu, & hoc ne potuiſſet concurrere ſuper bonis feudalibus ad excluſionem creditorum, qui feuda illa in forma valida obligata tenebant, ſuntque determinationis verba quæ ſequuntur.

*Die* 14. *Menſis Maij* 1656.

*In cauſa Art. & Med. Doctoris Ioannis Baptiſtæ de Melchionne, cum patrimonio quondam Illuſtris Ducis Nucariæ Donati Antonij Loffredi, ſuper ſolutione Salarij ex cauſa medicamenti facti dicto quondam Illuſtr. Duci tempore quo viuebat, & alias, prout in actis.*

*Viſis actis per Dominum Militem V. I. D. Donatum Antonium de Marinis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, ac facta per eundem relatione in eadem Regia Camera, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictus Doctor Medicus Ioannes Baptiſta declaretur, prout declaratur Creditor patrimonij dicti quondam Illuſtris Ducis in ducatis triginta pro ſalario, & mercede vltimæ infirmitatis dicti quondam Illuſtris Ducis, pro quibus præferatur cæteris creditoribus dicti patrimonij, etiam hypothecariis abſque tamen aſſenſu. Hoc ſuum Donatus Antonius de Marinis.*

## *ARGVMENTVM.*

Reſtitutus ſi fuerit Rebellis per viam gratiæ, ad priſtinum ſtatum, & cum verbis ampliſſimis, num reſtitutus cenſeatur ad ea bona, quæ penes fiſcum non reperiuntur, quia in tertium alienata. Deportatus à Principe plenarie reſtitutus an recuperet bona, quæ per eius ſucceſſorem fuerit alienata. Princeps an ex cauſa publica valeat delinquentibus abſque Partis remiſſione indulgere, & de aliis.

## DECISIO CCCCLXXXVII.

Confiſcatis bonis Cæſari Mormilis, ob crimen læſæ Maieſtatis, illinc ad certum tempus ſereniſſimus Rex noſter eidem, patrati facinoris cum ampliſſima reſtitutione in priſtinum ſtatum gratiam fecit; ſed quia omnia illius bona feudalia à fiſco alienata reperiebantur, fuit in Regia Camera, facta relatione in Collaterali Conſilio dubitatum, an ſtante hac ampliſſima reſtitutione bona prædicta ſic alienata eſſent dicto Cęſari reſtituenda? Ratio dubitandi fuit, quia in reſtitutione ampliſſimè facta, provt ſupra, nulla dictorum bonorum alienatorum extiterat facta mentio, ſicque dicebatur cenſeri ſolummodo reſtituta illa bona, quæ penes Regiam Curiam reperiebantur, ad text. *in c. quamuis de reſcript. in* 6. notant Bart. Alex. Aretin. & Iaſ. *in l. Gallus* §. *& quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.* Sed pro parte dicti Cæſaris allegabatur Illuſtre tunc Proregem in ſcriptis declaraſſe ſuam Catholicam Maieſtatem ei ſcripſiſſe, quod ſua intentia fuerat, & erat reſtitutionem bonorum dicti Cæſaris fore intelligendam, etiam reſpectu illorum alienatorum, qua declaratione ſic ſtante, non erat cur dubitari poſſet bona prædicta feudalia dicto Cæſari fore reſtituenda; ſed pro parte poſſeſſoris bonorum prædictorum opponebatur, quod quatenus ſua Maieſtas poſt indultum conceſſum declarauerit ſuam fuiſſe intentionem, quod in dicta reſtitutione bona prædicta alienata venirent, hæc declaratio tanquam noua diſpoſitio non niſi ab ipſo Rege fieri poterat, & Parte, cuius intererat, citata; non enim tractabatur de alicuius verbi dubij declaratione, quam poſſe à Papa, vel à Rege abſque Partis citatione fieri dixerunt Imol. *in c. olim. tibi, extra de verb. ſignific.* Paul. de Caſtro *in l. hæredes palam.* §. *ſed & ſi ff. de teſtam.* & latius Dec. *in c. quoniam, extra de conſtit.* eoque magis, quia non erat credendum declarationi, ſeu atteſtationi dicti Domini Proregis, qui non niſi vt teſtis de hoc atteſtabatur, & ſucceſſiue illi vti ſoli non erat credendum, & hoc etiam in Cardinale, vel à latere legato; ſed quia hæc Domini Regis atteſtatio rem dubiam omnimode faciebat, diſcuſſionibus in Collaterali Conſilio, fuit deciſum, quod ſuper contentis in atteſtatione per dictum Dom. Proregem facta conſulatur ſua Catholica Maieſtas.



Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 QVod reſtitutus per viam gratiæ, ſiuæ indulgentiæ ad priſtinum ſtatum, cum verbis ampliſſimis; nimirum *ad honores, dignitates, famam, ſtatum priſtinum, officia, atque bona mobilia & ſtabilia, burgenſatica, & feudalia, actiones, & iura vniuerſa*, provt concepta erat gratia, de qua in hac deciſione, & quam ego vidi, non aliter reſtitutus cenſeatur, niſi ad ea bona, quæ penes fiſcum reperiuntur, non autem ad illa, quæ poſt confiſcationem in alium Tertium oneroſo, vel lucratiuo titulo peruenerunt, vt quia Princeps alteri ea bona vendidit, vel donauit, ſcripſerunt, ex noſtris Andr. *in c.1. num.5. in tit. de vaſſall. decrep. ætatis*, Luc. de Penna *in l.1. C. de his qui in exil. dat. lib.10.* Afflict. *in prælud. conſtit. Regni quæſt.25. num.4. & in c.1. num.11. in tit. qui ſucc. ten.* Grama. *deciſ.103. num.119.* Lanar. *conſ.22.* Maſtrill. *de indult. generali cap.22. num.111.* Camill. de Medic. *conſ.164. num.40. & 41.* Scip. Rou. *deciſ.37. num.7. & 8.* Ego ipſe *reſol. iuris lib.1. cap.68.* & ex alienigenis quamplures alij, quos citat, & ſequitur Sforzaodd. *de reſtit. in integ. p.2. quæſt.99. art.6. num.41.* quibus adſtipulantur dicta per noſtrum Napodan. *in conſuet. ſi quis vel ſi qua in verbo præterquam num.192. & ſeq.* dum voluit, deportato delinquente, cui filius ſucceſſit, & cui demum defuncto ſucceſſerunt proximiores, qui bona illa bona fide alienarunt, ſi demum fuerit à Principe reſtitutus, bona illa in tertium tranſlata non recuperabit.

2 Eſt tamen aduertendum, quod concluſio ſic, vt ſupra firmata aliquas à Doctoribus ſucceſſiuis temporibus recepit reſtrictiones, de quibus per Sforzaod. *loco modo relato*, & illa eſt ſummè notanda, vt non procedat quando Princeps reſtitutionem hanc ad priſtinum ſtatum ordinaret ex cauſa publica, eo enim caſu indubitàter aſſeuerandū, vt qui gratiam patrati facinoris cum ampliſſima reſtitutione obtinuit, dicatur reſtitutus, etiam ad bona alienata, ratio aſſignatur, quia Princeps poteſt ex cauſa publicæ vtilitatis, etiam priuatorum res auferre, ad tex. *in l. Princeps ff. ne quis in loc. public.* ita ex Bar. *in l. quæcumque num.4. C. de fide inſtrum. lib.10.* Bald. *in tit. de pace conſtant. verſ. priuilegia omnia.* Afflict. *in c.1. num.30. de vaſſall. decrep. ætat. & in cap.1. hic finitur lex Corradi, & in deciſ.361.* Boſſ. *in prax. crim. in tit. de remed. ex ſola Clement. Princip. num.12.* Ant. Gabr. *com. concluſ. in tit. de iure quæſit. non tollen. concluſ.2. num.16.* & alij docet Sforzaodd. *cit. quæſt.99. art.8.* vbi tamen ex Afflict. *loc. cit.* aduertit, vt hæc reſtitutio procedat, dummodo Princeps hoc dixerit, & expreſſerit, nimirum quod ob publicam vtilitatem reſtituit.

3 Nec eſt nouum, vt ex cauſa publica poſſit facere Princeps id, quod alias lex prohibet, ius enim reſiſtit, vt Princeps valeat delinquentibus abſque Partis remiſſione indulgere, & tamen publica ſuadente cauſa poſſe illum hoc facere, probant, & ſatisbene Andreas *in tit. quæ ſint regalia, in verbo & bona committentium crimen læſæ Maieſtatis.* vbi Afflict. *num.49. & 50.* Caſſan. *in conſuetud. Burgund. in tit. de iuſtitiis, ſeu iuriſdict. §.5. num.165. fol. mihi 266.* Boſſ. vbi ſupra *num.23.* & D. Reg. de Ponte *de poſt. Proreg. tit.3. §.1. num.15. & 16.*

4 Vlterius Sforzaodd. *cit. art.8. num.64.* aduertit, & prudenter, vt quando dicimus poſſe Principem ex cauſa publica delinquenti indulgere cum plenaria reſtitutione omnium bonorum, etiam ab aliis poſſeſſorum, hoc fore intelligendum, dummodo fiſcus his poſſeſſoribus pretium reſtituat, quod pro illorum bonorum acquiſitione exburſarunt, ad quod allegat Bart. *in d. l. quæcumque* Ang. *in l. ſenatus ff. ad ſen. conſult. Syllan.* Dec. *in c. fin. col.3. verſ. & ampliatur, de conſtit.* & Menoch. *conſ.103. num.30.*

## ARGVMENTVM.

Domanium an ſit concedendum Vniuerſitati, illud petenti poſt venditionem factam, & poſſeſſionem emptori traditam, ſic illud idem offerendo pretium, quod ab emptore fuit ſolutum. Vaſſalli an poſſint inuiti alienari. Vniuerſitas an ſit præferenda quando venditur iuriſdictio aliqua particularis, nimirum ciuilis, criminalis, ſecundarum cauſarum, Siclæ, Portuloniæ.

## DECISIO CCCCLXXXVIII.

CVM ob rebellionem olim Principis Salerni, omnia ſua bona feudalia ad Reg. Curiam eſſent reuerſa inter quæ reperiebatur Caſale quod dicitur delli Loppi Baroniæ Cilenti, eadem Regia Curia illud vendidit Magnifico Ionni Franciſco Puderico, captaque per illum poſſeſſione, inſtabat vniuerſitas ad Regium domanium admitti; vnde fuit in Sacro Conſilio dubitatum an poſt venditionem factam, & poſſeſſionem traditam, eſſet illa audienda? etenim pro parte vniuerſitatis dicebatur, vaſſallos domaniales inuitos alienari non poſſe, ita gloſ. *in l. inuitus ff. de fideicomm. libert.* habet latè per Andr. Afflict. & Loffred. *in c.1. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Frederic.* ſed reſpondebatur, hanc concluſionem etſi veram, tamen limitari quando vaſſalli cum Vniuerſitate, puta ſi eſt Ciuitas, Terra, Caſtrum vel Villa alienaretur, hoc enim caſu ciuitate cum eius territorio diſtricta, veniunt etiam vaſſalli. Bald. & Loffred. *in d. §. præterea Ducatus, col. fin. & in l.1. C. comm. de legat.* Aretin. *in l.2. ff. ſol. matrim.* Guid. Pap. *deciſ.560.* Vlterius poteſt Dominus neceſſitate ſuadente vaſſallos in alium träsferre, etiam inuitos. Andr. *in d. §. præterea Ducatus.* Inſuper poteſt Dominus vaſſallos ſuos adhuc non conſentientes in alium, etiam non æqualem transferre, quando tamen ita ſe habet conſuetudo, ita Abb. *in c. auditis extra de præſcript.* Felyn. *in c. dilecti de maior. & obedien.* Guid. Pap. *cit. deciſ.560.* & latiſſimè Loffred. *conſ.17.* in hoc autem Regno nulli dubium eſt conſuetudinem ſe habere, quod tam Rex, quam quicumque alius vtilis Dominus vaſſallos cum

Digitized by Google

cum Regio tamen aſſenſu poteſt in alium transferre, adhuc non æqualem, nec vnquam vaſſalli in hoc reluctantes fuerunt auditi; vnde ſucceſſit difficultas an vniuerſitas prædicta ad libertatem ſibi conſeruandam poterat Regiæ Curiæ offerre illud idem pretium, quod ab emptore fuit ſolutum; & pro ratione dubitandi videbatur negandum, per tex. *in l. dudum C. de contrah. empt.* vbi habetur, cuilibet licere rem ſuam, cui vult vendere; ſed hac dubitandi ratione non obſtante, dictum fuit ſæpe in Collaterali Conſilio cōtrarium fuiſſe determinatum, nimirum, vaſſallos in hoc eſſe audiendos, vt oblato pretio ſe redimere valeant *argum. l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtraxerunt*, ad idem eſt tex. *in* §. *Dominus*, vbi Io. Faber. *Inſtit. de noxal. action.* & pro hac opinione faciunt bene iura *in cap.* 1. §. *porro qualiter olim pater feud. alien. in cap.* 1. §. *ſed etiam res per quos fiat inueſt. & in cap.* 1. §. *Titius, ſi de feud. defunct. controu. ſit inter Dom. & agnat.* & licet diceretur hoc procedere à principio, nimirum, quando nondum eſt perfecta venditio, ſecus verò ſi perfecta, adhuc proteſtatione interueniente, quia facto contraria niſi emptor conſenſiſſet, quod non erat in caſu de quo agebatur, in quo vaſſalli non aliter fuerunt proteſtati, ſed ſolum in actu capturæ poſſeſſionis, dixerunt, quod obedientiam & fidelitatem iurabant, citra præiudicium propoſitorum, vel proponendorum in Regia Camera; non enim verba hæc proteſtatiua dicebantur, & quatenus talia, ſublata extiterant per Capitanei acceptationem abſque alia proteſtatione; tamen his non obſtantibus Sacrum Conſilium in caſu propoſito contrarium iudicauit per ſuperiùs notata & adducta, & per gloſ. *in d.* §. *porro*, quæ vult quod in caſu, quo feuda à creditoribus vel per ſtatutum, vel conſuetudinem poſſiderentur, Dominus directus poteſt offerre, & ab illis redimere.

## OBSERVATIO.

1 AD pleniorem intelligentiam eorum, quæ in hac deciſione habentur, memini dum alias de his agerem *lib. 2. reſolut. iuris cap.* 117. me ſcripſiſſe, quod quamuis, quando venditur Terra cum vaſſallis, vt prælatio vniuerſitati concedatur, nulla conſideratur cauſa ex illis tribus, propter quas ſit locus iuri retractus, vulgo prælationem appellamus, Sanguinis, nimirum, ad tex. *in c.* 1. §. *Titius in tit. ſi de feud. defunc. & in cap.* 1. §. *ſed & res, per quos fiat inueſt. directi domini*j, ad tex. *in cap.* 1. §. *porro qualiter olim poter. feud. alien. & in l. fin. C. de iure emphyt.* & vicinitatis, de quo eſt tex. *in c. conſtitutus, de in integr. reſtit. & in conſtit. Regni Sancimus de iure prothom.* Attamen apud nos, vt notat pariter Dom. Regens noſter hîc, quando venditur Terra, vel Ciuitas ſæpè ſæpiùs vidimus Vniuerſitatibus ipſarum, ſiue cuilibet particulari Ciui ius hoc prælationis ad emptoris excluſionem, citra omne dubium fuiſſe conceſſum, imo adhuc ſi vendita extiterit aliqua particularis iuriſdictio, nimirum ciuilis, ſiue criminalis, ſecundarum cauſarum, ſiclæ, portulaniæ &c. vt conſtat ex relatis per Dom. de Franchis *deciſ.* 17. Camill. de Medic. *conſ.* 164. *numer.* 3. & Dom. Reg. de Curte *in ſuo diuerſorio iur. feud. in quæſtione*, quæ incipit, *licet autem veriſſima* vbi *num.* 47. & 54. aduertit prælationem hanc ſic ſæpe ſepius ad beneficium vniuerſitatum admiſſam, benè procedere ex inueterata conſuetudine ſic iudicandi, quæ legis vim obtinet, non quod iuris termini aſſiſtant; nullibi enim iure cautum comperimus, vt quando Baro vendit alteri Terram, ſiue Ciuitatem, quam poſſidet, vaſſalli debeant emptori præferri ni dicamus, ideo ſic toties apud nos iudicatum, cum certo modo petentes vaſſalli ad hoc ius ſe admitti, videatur quomodo ipſum Regem vt Dominum directum principaliter tale ius ad ſui beneficium exercere, quamuis mediante pecunia Vniuerſitatis, ex quo negari non poteſt vniuerſitate ad domanium admiſſa, vtile illud dominium, quod per prius erat penes Baronem conſolidari cum directo, quod eſt penes Regem, vt ſatis bene obſeruat Dom. de Curte *loc. cit. n.* 52. & Maſtrill. *in conſ. vnico numero* 71. *poſt* 1. *part. eius deciſionum*, quos allegaui Ego *reſol. iur. lib.* 2. *c.* 117. *numero* 9.

Ad illud autem de quo hîc pariter fuit dubitatum, 2
nimirum an hæc prælatio vaſſallis competat, quando venditio non eſt perfecta, & an ſat ſit proteſtatio in actu capturæ poſſeſſionis noui emptoris, qua de re ſatis bene Dom. Camill. de Medic. *allegato conſ.* 164. *à num.* 18. *vſque ad num.* 23. aduertendum eſt quod hodie de his diſſerere opus non habemus, quandoquidem pragmatica ſanctione, quæ eſt 63. §. 1. & 5. *de offic. procur. Cæſar.* ſtatutum eſt, vt vniuerſitates poſſint ad domanium prouocare intra annum, computandum à die capturæ poſſeſſionis, & quod eo elapſo tempore, amplius non audiatur etiam per viam reſtitutionis in integrum, ſicque non eſt amplius diſputandum de proteſtatione, & an vniuerſitas conſenſerit, nec ne, id quod bene conſiderauit Camill. de Curt. *loc. cit. n.* 57. *cum ſeqq.* Ego ipſe *cit. c.* 117. *num.* 34. & *ſeq.*

## *ARGVMENTVM.*

Promittens aliquid facere intra certum tempus, & in caſu non adimplementi, aliud præſtare, ſi priuſquam tempus præſcriptum compleatur, quod fieri fuit promiſſum redditur impoſsibile, nùm ſtatim ex ſecunda obligatione conueniri poſsit, vel potiùs expectandum eſt, vt illud tempus finiatur. Dictio *tunc*, ſiue *tum* cuius eſt importantiæ; & de aliis.

DECI

Digitized by Google

## DECISIO CCCCLXXXIX.

1 VENDIDERAT Illuſtr. Princeps Biſiniani Magnificæ Beatrici de Capua annuos ducatos mille pro Capitale ducatorum decem millium ſuper Dohana Ciuitatis Salerni, eo inſerto pacto, quod vbi intra annos quatuor idem Princeps Regium aſſenſum ſuper hoc contractu non impetraſſet, teneretur reſtituere dictæ Beatrici dictos ducatos decem-mille, eumque demum propter olim Principis Salerni rebellionem aſſenſus nullo pacto impetrari potuiſſet, fuit dubitatum, an dicta Beatrix poſſet contra dictum Principem agere pro recuperatione dictorum ducatorum decem millium, quamuis adhuc tempus annorũ quatuor non eſſet elapſum? Ratio dubitandi deſumebatur ex tex. *in l. hoc iure* 10. *ff. de verbor. obligat.* vbi vt poſſit quis agere ſat eſt, vt ſit defecta conditio, licet dies adhuc non venerit, ſed contrarium per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio deciſum extitit, nimirum, non potuiſſe actricem ante lapſum annorum quatuor de iuribus ſuis contra Principem experiri, quamuis impoſſibile diceretur aſſenſum impetrari poſſe. Ratio deciſionis fuit, quia conuentio inita inter Principem & Beatricem temporis extremitatem importabat, ſicque fiebat locus diſpoſitioni tex. *in l.* 4. §. 1. *ff. de condit. & demonſtr.* promiſerat enim Princeps aſſenſum à Cæſarea Maieſtate intra annos quatuor impetrare, eoque intra hoc tempus non obtento, & conſignato ſoluere dictæ Beatrici ducatos decem mille, ſicque dicebatur promiſſionem hanc plus importare, quàm dictionem illam in text. modo allegato poſitam, nimirum *tum*, ſiue *tunc* temporis extremitatem importantem; etenim expreſsè Partes conuenerant, quod elapſo tempore annorum quatuor, & aſſenſu non impetrato, Princeps ſoluere deberet ducatos decem mille, ergo concludebatur diei lapſum fore expectandum licet conditio antea defeciſſet.

## OBSERVATIO.

1 HAbemus hîc deciſum, quod vbi quis eſt obligatus ad aliquid intra certum tempus faciendum, & in caſu non adimplementi ad aliud præſtandum, adimplemento propter impoſſibilitatem non ſequuto, non poſſe agi ex ſecunda obligatione, niſi elapſo eo tempore, intra quod promiſſum fuit aliquid fieri, quamuis antea faciendi impoſſibilitas ſe obtulerit. Hac deciſione motus alias conſului, quod ſi ego tibi mutuo dedi mille infra quinquennium reſtituenda, eo inſerto pacto, quod infra annum tenearis pro mei ſecuritate, & cautela fideiuſſorem præſtare Alexandrum, & vbi infra iſtud tempus, hoc non adimpleueris, tenearis hæc mille mutuo data ſtatim mihi reſtituere, ſi poſtea infra annum Alexander diem ſuum clauſerit extremum, ſicque promiſſio facta dandi hunc in fideiuſſorem euanuit, non per hoc potero ego pro conſequutione mei crediti agere, niſi elapſo anno, ad idem Bart. *in l. ſi in lege* 27. §. *ſi domus ff. locati*, vbi notat quod quando aliquid fieri debet ad tempus, licèt ante tempus deſinat poſſe fieri, non per hoc committitur ſtipulatio ad totale intereſſe, nec ante tempus agi permittitur.

Quantum verò attinet ad importantiam dictionis *tunc*, ſiue *tum*, de qua *in l.* 4. §. 1. vbi gloſ. & Bart. *ff. de condit. & demonſtrat. in l.* 1. *in principio*, vbi etiam gloſ. & communiter omnes *ff. de liber. & poſth. & in l. eum quidam.* vbi Florian. *ff. de vſur. & in l. penult. ff. de teſtam. tut.* ſciendum eſt, quod ex his iuribus concluſionem deſumunt Doctores, nimirum vt dictio hæc *tunc*, ſiue *tum*, temporis extremitatem ſignificat, ſicque eam poſtremum denotare temporis implementum, conditionemque importare, ita ſanè ſcripſerunt Guid. Pap. *deciſ.* 279. *num.* 2. Cæſar. de Graſſ. *dec.* 135. *num.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien.* Verall. *deciſ.* 23. *num.* 4. *part.* 2. Anton. Monac. *deciſ. Florentiæ* 50. *n.* 30. Rota *deciſ.* 44. *numer.* 2. *par.* 2. *recent.* Molina *de primogen. Hiſpan. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 67. Cardin. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 10. Peregrin. *de fideicommiſ. art.* 29. *num.* 28. Galgan. *de condition. & demonſtrat. part.* 1. *cap.* 12. *num.* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 774. *num.* 7. Robles *de repreſentat. lib.* 2. *c.* 25. *num.* 3. & alij ad nauſeam relati per Auguſtinum Barboſ. *de diction. vſufrequent. dictione* 168. & 409. vbi plura ad ornatum huius deciſionis cumulauit. 2

## ARGVMENTVM.

Releuium an Regiæ Curiæ debeatur per mortem emptoris, qui Regio aſſenſu ſuper feudi diſtractione adhuc non impetrato è viuis deceſſerat, dum demum à venditore impetratus extitit. Feudo vendito abſque aſſenſu ſi contigerit mors venditoris, an iſtius hæres releuium ſoluere cogatur. Feudum ſi fuerit alienatum cum pacto de retrouendendo, emptore poſtea mortuo, an eius hæres releuium ſoluere teneatur, dum vẽditor infra annum mortis emptoris feudum illud reemit, Et quid ſi deceſſerit ille, qui feudum vendidit cum pacto de retrouendendo, & eius hæres infra annum mortis illud reemerit, an pro hoc feudo teneatur Regiæ Curiæ ſoluere Releuium.

DECI

# DECISIO CCCCXC.

1 DVBITABATVR in Regia Camera, an releuium eſſet fiſco ſoluendum per mortem emptoris, qui Regio aſſenſu adhuc non impetrato è viuis deceſſerit, dum demum à venditore impetratus extiterat, emptoris hærede ratum habente, ex quo ille pretij intereſſe, ſiue tertias poſtea ſoluerat?

2 Dicebat hæres ad hoc non teneri, quia ipſe patri ſuo in dicto feudo non ſucceſſerat, ex quo dominium dicti feudi mortis tempore penes defunctum emptorem non erat, conſtat enim rei feudalis venditionem nullam eſſe ſine aſſenſu *c. Imperialem de prohib. feud. alien. per. Frederic.* & habetur *in conſtit. Regni, conſtitutionem Diuæ memoriæ*, ad hoc enim vt quis ad releuij ſolutionem teneatur, neceſſe eſt, vt ille à quo ſolui petitur, in feudo ſucceſſerit, & ſuccedere intelligitur, ſi probatur illius dominium penes ſuum prædeceſſorem fuiſſe, vt per Andr. *in pluribus locis*, ſed pro parte Regij fiſci replicabatur, ſat eſſe fuiſſe aſſenſum impetratum poſt mortem emptoris, hærede ipſius ratum habente, nam ſic retrotrahitur ad tempus contractus, itavt illum confirmare dicatur, ac ſi ab initio obtentum fuiſſet, cum de tertij præiudicio non agatur, vbi retrotractio denegatur, ita gloſ. *in dicta conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ in verbo confirmatur*, & per Afflictum *deciſ.* 286. & 385. Clarum eſt enim ratihabitionem ad tempus contractus retrotrahi *l. fin. C. ad ſenat. Conſ. Macedonian.* in hanc partem inclinabat Dominus iſte Regens.

---

## OBSERVATIO.

1 VT cernis Dom. Regens noſter videtur hîc eam amplecti ſententiam, nimirum vt Regiæ Curiæ debeatur releuium per mortem emptoris feudi, ſat eſſe, quod aſſenſus, qui non fuit impetratus in vita emptoris, impetretur poſt illius mortem, hærede eius ſic approbante, nam dum non tractatur de præiudicio tertij, cui medio tempore eſſet ius quæſitum, quoties aſſenſus ſuper contractu feudali iam celebrato impetratur, retrotrahitur, ac ſi impetratus eſſet tempore contractus, ſic enim ſcripſerunt Afflict. hic allegatus *deciſ.* 286. Camer. *in c. Imperialem fol.* 89. *littera R*, de Ponte *conſ.* 36. *num.* 6. *lib.* 1. aliique plures per me relati *lib.* 1. *reſol. iur. cap.* 25. *num.* 7. & 9. Cæterum ſi in aſſenſus impetratione hæredis conſenſus, vel diſpoſitiuus, vel approbatiuus non concurreret, nullo pacto poſſet Regius fiſcus releuium exigere per mortem emptoris feudi, dum aſſenſus in vita eiuſdem non fuit obtentus, ſic enim per Regiam Cameram deciſum teſtatur Dom. Reg. de Ponte *conſ.* 5 *num.* 101. *lib.* 1. Ego ipſe *reſol. iur. lib.* 2. *cap.* 182. *n.* 12.

2 Et hoc eſt adeò verum, vt ſi hoc medio tempore mors contingeret venditoris, iſtius hæres releuium ſoluere cogeretur, quia vtile dominium feudi venditi abſque aſſenſu nuſquam diſceſſit ab eius perſona, ſicque in hæredem ſuum tranſlatum, quamuis ab alio poſſideatur, ita deciſum teſtatur Io. Vinc. de Anna *allegat.* 95. Ego ipſe *loc. proximè cit. num.* 11. vbi concluſionem firmaui, feudo vendito, abſque aſſenſu, releuium exigi per mortem venditoris, in cuius perſona reſidet dominium, non autem emptoris, per cuius mortem tunc demum ab eius hærede exigeretur, ſi eſſet expeditus aſſenſus per verbum, *fiat*, è viuiſque decederet infra biennium conceſſum ad expediendum in forma Regiæ Cancellariæ, quia tunc dominium dicitur perfectè in emptorem ipſum tranſlatum, & per conſequens ad eius legitimum ſucceſſorem releuij ſolutio ſpectat, ad quod allegaui Dom. Reg. Tap. *in annot. ad conſtit. poſt mortem numer.* 22. *in fine.*

Sed aliàs dubitari contigit, ſi feudum reperiretur validè alienatum, ſed cum pacto de retrouendendo, emptore poſtea mortuo, num eius hæres releuium Regiæ Curiæ ſoluere teneatur, ſi infrà annum mortis emptoris venditor virtute pacti feudũ illud reemit Dom. Reg. Moles *in ſuis deciſionibus manu ſcriptis, in titul. de iure releuij deciſ.* 3. *in* 2. *dub.* per hæc verba reſpondit. *Hæc quæſtio non eſt facta per Doctores Regni, & ipſam habuimus in releuio Magnifici Aloyſi Acciapaccia de anno* 1570. *& tunc fuit productum decretum antiquum Cameræ in libro notamentorum die* 4. *Nouembris* 1547. *facta etiam relatione in Collaterali Conſilio, vbi per viam legis fuit prouiſum quod debetur in tali caſu releuium conſuetum Regiæ Curiæ, ſed an integrum ab hærede, vel ab hærede, & reemente pro rata temporis, non fuit deciſum tunc, & verè quæſtio fuit dubia, quia quando retrouenditio non eſt facta in fraudem, ſed ex neceſſitate, virtute pacti, quod reſoluit contractum, & per conſequens tempore petendæ Inueſtituræ hæres eſt ſine feudo, & conſequenter non vult de eo inueſtiri, nec iurare, minus tenetur ad releuium, quod pro illa inueſtitura, & pro interitu militiæ debetur, vt per gloſ. & Andr. in conſtit. Regni poſt mortem, & poſtquam releuium eſt medietas fructuum, vt in dicta conſtitutione hæres non teneretur, niſi pro rata temporis, quo fructus percepit, item quando feudatarius, qui eſt mortuus emit illud feudum cum pacto, Rex præſtitit aſſenſum ſuper iure luendi in beneficium venditoris, & ſuper retrouenditione facienda per emptorem, & eius hæredes, in quo aſſenſu Rex ſibi præiudicauit vt per Andream. in c.* 1. *qui ſucced. teneantur* 3. *col.* 3

*Sed Nihilominus Regia Camera iudicauit deberi releuium, quia illud debetur ab hærede, & ſucceſſore, Andr. in cap.* 1. *§. ſed etiam res per quos fiat Inueſt. ſufficit ergo ipſum fuiſſe hæredem, & quod Baro mortuus fuerit cum dominio, & quod ſemel hæres habuerit dominium, & poſſeſſionem illius feudi, vt ſucceſſor, & hæres, licet poſtmodum illud alienauerit ex neceſſitate, nam ius ſemel quæſitum Regi, non debet amitti, & ita ſæpius fuiſſe iudicatum, refert Loffredus in paraphraſi &c.* Hæc Dom Reg. Moles.

Quid autem dicendum ſi deceſſerit ille qui feudum vendidit cum pacto de retrouendendo, & eius hæres illud infra annum mortis reemerit, an pro hoc feudo teneatur Regiæ Curiæ ſoluere releuium? negarunt Iacob. de Ayello *in ſuo opuſculo de iure adohæ, & releuij num.* 86. & Marin. Freccia *lib.* 2. *de ſubfeud. in* 3. *authoritate num.* 14. rationibus, vt per eos, ſicque aliàs per Regiam Cameram ſub die 12. Ianuarij 1571. deciſum teſtatur Dom. Regens Moles *loc. cit. in primo dubio*, qui tamen ſubdit in caſu releuij quondam Regentis Albertini de anno 1564. Marchionis Burgentiæ de anno 1572. eandem Regiam Cameram iudicaſſe vt hæres reemens intra annum teneatur pro rata à die reemptionis factæ, quia pro rata temporis fructus diuiduntur inter venditorem, & emptorem, 4

quando venditor virtute pacti vult rem venditam redimere, vt ſcripſerunt Cuman. *in l. diuortio ff. ſolu. matrim. in l. qui Romæ ff. de verbor. obligation. & in l. fin. ff. de iure fiſci.* Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 5 *gloſ.* 4. *num.* 5. & 6. Cagnol. *in l.* 2. *à num.* 100. *C. de pactis inter emptor. & vendit.* Theſaur. *deciſ.* 56. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 7. & Burginus Caualca. *de vſufr. mulieri relicto num.* 244. quos retuli Ego *lib.* 1 *mear. reſol. cap.* 152. *n.* 7. & *cap.* 154. *in princip.*

5 Super illo autem dubio, quod tacet Dom. Regens *loco citato*, quando venditor feudi cum pacto de retrouendendo reemit infra annum mortis emptoris, an integrum ab hærede, vel ab ipſo hærede reemente debeatur releuium, vel pro rata temporis, dum dicit, quod non fuit deciſum, aduerte quod demum determinatio prodiit anno ſequenti 1648. ſub die 11. Aprilis, & ſimiliter per viam legis, & deciſio fuit, quod integrum debeatur ab hærede emptoris, venditoremque ad nihilum teneri referente D. Preſidente Franc. Antonio Villano.

## ARGVMENTVM.

Fiſcus, minor aliæque perſonæ priuilegiatæ, nùm in cauſis criminalibus ad pinguius probandum poſſint petere in integrum reſtitutionem, quæ in Regno primum, & ſecundum beneficium appellatur, Et quid in termino repulſæ. Reus in cauſa criminali, an ad ſui defenſionem poſſit teſtes producere ſi proceſſus reperitur compilatus. Minor & aliæ miſerabiles perſonæ, nùm delinquendo fori habeant electionem, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCXCI.

1 OB prætenſam rebellionem commiſſam à Ciuitate Sulmonis tempore inuaſionis huius Regni de anno 1528. Domino Lautrech noſtrorum hoſtium Duce, fuit de ciuitate illa cum omnibus iuribus, & pertinentiis inueſtitus Dominus D. Carolus della Noij, tunc Regni huius Prorex, quo inſtante, vt condemnaretur vniuerſitas ad ſibi baiulationem eiuſdemmet ciuitatis relaxandam, ſub intrauit Regius fiſcus, & pro ſuo intereſſe audiri, & in cauſa primum beneficium ſibi concedi expoſcebat; at vniuerſitate cõtradicente dubitatum fuit an petitum beneficium eſſet Regio fiſco concedendum.

2 Conſiderabatur, quod ſi cauſa diceretur criminalis ob rebellionem patratam, quo caſu omnia bona ciuitatis fuerunt Regiæ Curiæ ipſo iure quæſita, vt *in c. Regni apud Tranum* & in alio quod incipit *die Mercurij*, & nullo pacto petitum beneficium poterat concedi; in criminalibus enim neque fiſcus neque minor aduerſus delictum ab eo commiſſum reſtituitur; *l. auxilium ff. de minor.* Baldus *in l. minor. eod. tit.* Afflict. *in conſtit. obſcuritatem num.* 3. poſt Andr. *ibidem*, quem in omnibus ſequitur; ſi verò cauſa diceretur ciuilis, hic erat dubium, ſed quia Regius fiſcus huic petito beneficio renunciauit, inſtando pro cauſæ principalis expeditione, ideò propoſitum dubium non fuit deciſum; ſed bene ad cauſæ principalis deciſionem proceſſum, in qua cum compertum eſſet Cæſaream Maieſtatem de anno 1530. generalem conceſſiſſe gratiam, & indultum omnibus illis vniuerſitatibus, & regniculis de tanto facinore notatis, ideo facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio fuit nemine diſcrepante deciſum, Ciuitatem prædictam ab impetitis, tam per Principem, quam per Regium fiſcum fore, & eſſe abſoluendum.

## OBSERVATIO.

CVm deciſis hîc per Regiam Cameram, quod in 1
cauſis criminalibus, fiſco, minori, cæteriſque perſonis priuilegiatis, reſtitutio in integrum ad pinguius probandum, quam nos primum, & ſecundum beneficium appellamus, nullatenus competat, imò, & in ciuilibus à criminalibus dependentibus, conueniunt aliæ Sacri Conſilij deciſiones relatæ per D. de Franch. *deciſ.* 439. idemque Muſcatell. *in prax. Sac. Conſilij par.* 3. *gloſ. fuerunt num.* 9. D. Reg. Tapia *in annot. ad conſtit. mulieribus num.* 6. Petr. ad Capyc. *deciſ.* 61. *ad numer.* 4. Carau. *rit.* 71. D. Reg. Rouit. *in pragm.* 11. *num.* 20. *de ordin. iudic.* qui etiam loquuntur in termino repulſæ, vt in illo minor ad pinguius probandum non reſtituatur, Gram. *conſ. ciuil.* 76. vbi tamen ante *num.* 15. *verſ. ad ſecundum reſpondetur* notabiliter aduertit, quod in quantum dicitur, vt in criminalibus fiſcus, & minor non reſtituatur, verum eſſe, quando ipſi ſunt actores, & tractant de lucro ad punitionem alterius; at quando mulier minor, vel reſpublica ſunt rei conuenti, & contra eos proceditur criminaliter, ſecus dicendum quia tunc etiam maiores vſque ad ſententiæ prolationem poſſunt pro eorum defenſionibus teſtes producere, ſubdens Gramat. ſic per Sacrum Conſilium ſemel, atque iterum determinatum, ſequitur Iul. Cæſ. Imbria. *de primo, & ſecundo benefic. conſiderat.* 8. *à num.* 156. vbi *numer.* 178. *& ſeq.* citans Gramat. *in loco modo relato*, ait, quoad inquiſitum nullatenus de reſtitutione poſſe contendi, cum is poſt actum publicationis vſque ad ſententiam, imò, & poſt, ad ſuam demonſtrandam innocentiam, probationes præſentari, & deducere valeat.

Placet autem hic obſeruare, quod quamuis viduæ, 2
pupilli, ſiue minores, & aliæ miſerabiles perſonæ delinquendo non poſſint aduerſus delictum in integrum reſtitutionem petere, bene tamen haberent fori electionem, gauderentque priuilegiis: *l. vnica C. quando Imperator int. pupill. & vid.* ſicque in cauſis ipſis criminalibus poſſe eos forum declinare, ſcripſerunt Andr. & Afflict. *in conſtit. ſtatuimus*, ille *num.* 17. iſte *num.* 13. & ibi pariter Petr. Foller. *num.* 69. *& ſeq.*

*ſub*

Digitized by Google

*ſub tit.de offic. Magiſtr.* Iuſtit. Viu. *deciſ.* 65. *numero* 1. Ricc. *collect.* 1. & 2307. Nouar. *de elect. fori ſect.* 4. *quæſt.* 12. *numero* 1. & in Regno habemus *rit. M. Cur.* 230. vbi Carau. *in princip.* hoc punctualiter obſeruat dicens, quia attenta diſpoſitione *d. l. vnica, & conſtitutione ſtatuimus*, dubitari facilè poterat an iſtud priuilegium in delictis ſibi locum vendicaret obſtante regula, quod reatus omnem excludit honorem, *l.* 1. *C. vbi ſenat. vel clariſſ. l. raptores C. de Epiſc. & l. quoties C. de dignit. lib.* 10. quodque in delictis reſtitutionis in integrum beneficium ceſſet prorſus, *l. auxilium ff. de minor.* ideo ad hanc dubitationem fortè tollendam, ait Carau. per hunc ritum fuiſſe diſpoſitum, vt hæ perſonæ priuilegiatæ adhuc in delictis fori potiantur declinatoria.

## ARGVMENTVM.

Penſio à Principe alicui propter ſeruitia collata, num per conceſſionarium Religionem ingredi, & profiteri volentem, poſſit in alterius beneficium renunciari. Vſusfructus qui vſufructuarij morte finitur, num per illius monachationem extinguatur. Subſtitutioni factæ, ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit an locus fiat ſtatim atque, quod hic Franciſcanam Religionem profiteretur. Teſtamentum per teſtatoris monachationem an confirmetur. Mortis appellatione, an veniat mors ciuilis, & de aliis.

## DECISIO CCCCXCII.

1 CVM Magnificus Cæſar de Azzia propter eius ſeruitia à potentiſſimo Rege noſtro annuam penſionem ducatorum quatuor centum vitalitiam obtinuiſſet ac demum Capuccinorũ religionem profeſſus eſſet, ſupponebatur antè profeſſionem, omnia eius bona, iura, & actiones, & in ſpecie dictam annuam penſionem ad beneficium Marchionis Latertiæ, aliorumque ſuorum fratrum, illum renunciaſſe; vnde prætendebant fratres illi ex profeſſi renunciantis perſona, eiuſdemque vita durante ſibi ipſis, illam annuam penſionem fore continuandam, ad quod fiſcus cum ſe oppoſuiſſet, dubitatum fuit an pro dictis fratribus renunciatariis eſſet reſpondendum.

2 Et pro illis eſſe iudicandum Domini de Regia Camera reſponderunt, fiſcum condemnantes ad ſoluendum Marchioni, & fratribus dictam annuam penſionem annuorum ducatorum quatuorcentum, verum facta demum conſultatione tunc Reuerendiſſimo Domino Cardinali Granuela Regni huius Generali Locumtenenti, eaque commiſſa huic Domino Regenti, eo tempore ad Collaterale Conſilium tranſlato, hic valde de hac Regiæ Cameræ determinatione dubitauit, cumque omnia in eodem Collaterali Conſilio retuliſſet, fuit habitum dubium ſatis probabile, & illud fuit, nam cum Dominus Cæſar mortuus dicebatur ciuiliter, num mors illa ciuilis naturali æquiparari deberet? Ad quod dictum fuit, materiam tractari per Bart. Imol. Aretin. & reliquos *in l. ex ea parte*, §. *in inſulam ff. de verb. obligat. in l. Deo nobis C. de Epiſc. & cleric.* per Cynum Bald. Salyc. Iaſ. & omnes *in l. Gallus* §. *& quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.* Felyn. *in c. in præſentia de probat.* Alex. *in l. ſi deceſſerit ff. qui ſatiſd. cogant.* & alibij *in Conſiliis*, & per Socin. *conſ.* 92. *lib.* 1. bonus tex. *in l. in inſulam in princ. ff. ſolut. matrimon.* gloſ. *in c. ſuſceptum de reſcript. in* 6. & alios Doctores paſſim in locis vulgaribus ex quorum dictis cernitur, duas eſſe principales opiniones, alteram, quod nunquam appellatione mortis veniat mors ciuilis, niſi in caſibus à iure expreſſis, huiuſceue ſententiæ fuit gloſ. *in d. c. ſuſceptum*, & *in c. placuit il* 2. 16. *quæſt.* 1. cui adhæſerunt Io. Andr. & Anton. de Butr. *in c. cum lis*, *extra de conuerſ. coniug.* Alteram verò quod in diſpoſitione hominis ſemper mors ciuilis naturali æquiparetur, ita vt ſi quis fuerit alicui ſubſtitutus, caſu quo ſine liberis decederet, eo Franciſcanam Religionem profeſſo, ſubſtitutioni fit locus, quia hæres ille ſic inſtitutus, profeſſione ſequuta pro mortuo habetur, ita Petr. Bald. & Salyc. *in d. l. Deo nobis*, Imol. & Aretin poſt Bart. *in d.* §. *in inſulam*, Alex. *conſ.* 13. *lib.* 3. vbi hanc communem eſſe opinionem atteſtatur, idem Bald. Alex. & Iaſ. *in d. l. ſi deceſſerit*; hinc videmus teſtamentum in aliqua Religione profeſſi, ſtatim profeſſione ſequuta, morte naturali non expectata, confirmari, optimè Bart. *in tract. minoritarum in* 4. *lib. per totum.* idem Bart. & Bald. *in Auth. ſi qua mulier. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Confirmatur per tex. *in l. corruptionem* §. *finitur C. de vſufruct.* vbi ſicut ſequuta morte naturali finitur vſusfructus, ita pariter maxima, vel media capitis diminutione, idemque in ſocietate, quæ ſicut morte naturali extinguitur, *l.* 1. *ff. pro ſoc. &* §. *ſoluitur Inſtit. eodem tit.* ita etiam, & morte ciuili *l. ſeruatum eſt* §. *ſocietas*, vbi gloſ. *ff. pro ſoc.*

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.



Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 DEciſio in hac cauſa prodita ex antiquo manuſcripto Domini Præſidentis de Sancta Cruce, cum adhuc Dominum Regentem noſtrum hîc non obſeruaſſem, fuit per me relata *lib.*1. *mear. reſolut. cap.*166. ibique dixi pro dubij reſolutione, ſatis conferre ſcripta per Dom.Reg.de Ponte *in conſ.*159.*lib.*2. hic enim vir doctiſſimus, & religioſiſſimus, cum ex ſpeciali gratia tunc Domini Regis noſtri fuiſſet admiſſus ad renunciandum officio Regiam Cancellariam Regentis, ac pariter obtinuiſſet, vt eius vita durante frui potuiſſet eiuſdem officij ſalario, quod erat annuorum ducatorum mille, & biſcentum, cupiens, vt par erat, poſtremos ſuos dies claudere fæliciter,congregationem Clericorum Regularium,quos vulgo Theatinos appellamus,ingredi, in eaque profiteri determinauit, & dùm iam ingreſſus eſſet,ſupplici libello petiit, vt eius vita naturali durante hac annua præſtatione Horatius filius potiri poſſet,quodque inſtantia hæc iuri eſſet conſentanea pluribus mediis, vt videri poteſt,demonſtrauit.

2 Vlterius ad deciſionẽ confirmandam conſiderabam, vſumfructum,qui vſufructuarij morte finitur,§.*finitur inſt. de vſuf.* per monachationem non extingui,iuxta ea,quæ ſcripſerunt gloſ. Bald. Caſtrenſ. & Angel. *in auth.idem eſt C. de bonis quæ liber.* Speculat. *in tit. de ſtat. monachor.* Innocent. & Felin. *in c.in præſentia de probat.* Hyppol.de Marſig. *ſingul.*668.*num.*1.& Dom. Reg. de Ponte *loc.cit.num.*5. Id quod procedere affirmaui, non ſolùm in profitentibus Religionem, bona in communi retinentem, ſed etiam in illa, quæ penitus eſt incapax, & in communi habere non poteſt, vt per Guid. Pap. *deciſ.*595. vbi nouiſſimi addentes; etenim ad hoc, vt quis mortuus ciuiliter dici poſſit, opus eſt vt maximam, vel mediam capitis diminutionem patiatur, §.*fin. inſtit. de vſufruct.*, at Monachi non niſi minimam,ergo, ita Bart. *in auth. ſi qua mulier*, & *in auth. ingreſ.* vbi etiam Bald. Salyc. & cæteri *C.de Sacroſ. Eccleſ.* rationem aſſignant, quia teſtimonium ferunt cum ſuperioris licentia, Ciuitatemque retinent, eoque magis aſſecurabam pro eo, quod ad caſum huius deciſionis pertinet, cum hæ conceſſiones à Domino Rege noſtro fiant in recognitionem ſeruitiorum præſtitorum ipſius conceſſionarij, vita durante, ſicque concedentis mentem eam fuiſſe, dubitandum non eſſe,vt conceſſio morte dumtaxat naturali extinguatur, cum mortis, & vitæ appellatione regulariter de naturali tantum intelligatur *l.ſtatius florus* §.*Cornelio fælici*, vbi Bart. & omnes *ff.de iure fiſci.*

3 Quibus ſic ſtantibus non obſtant, quæ ex aduerſo pro ratione dubitandi D. Reg. noſter hîc conſiderauit, illudque principaliter,nimirum vt fiat locus ſubſtitutioni factæ ſi ſine liberis inſtitutus decederet,ſtatim atque hic Franciſcanam Religionẽ profeſſus ſit; etenim hæc eſt maxima inter Doctores controuerſia, & non deſunt viri grauiſſimi qui hanc concluſionem negarunt, putantes nullo pacto in hoc caſu fieri locum ſubſtitutioni, niſi morte naturali grauati ſequuta, & hi ſunt, quos allegat, & ſequitur ex nouiſſimis ſcribentibus Vinc. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*430. *num.*16. *&* 20. *verſ. ex prædictis autem*,vbi ait vtramque ſententiam rationibus, & authoritatibus eſſe munitam; ſed veriorem ſibi videri illorum, qui dixerunt non eſſe locum ſubſtitutioni, grauati vita durante; addit demum *num.*21. quod deſeruit ad confirmandam deciſionem hîc relatum, vt ſi quis vellet adhærere contrariæ ſententiæ, quæ ſubſtituto fauet, illa eſſet limitanda quoties hæres ſcriptus, & gratuitus ante profeſſionem bona illa alteri cederet, quia tunc ſine dubio durante vita naturali diſtrahentis, poſſeſſor horum bonorum à ſubſtituto moleſtari non poſſet, ita Bald. *conſ.*280. *lib.*1. Decian.*conſ.*31.*n.*23. *lib.*5. Peregr. *de fideicom. artic.*28. *num.*93. *in fine*,vbi addit ſic iudicatum, & *in tract.de iure fiſci in tit.de deportato num.*21. vnde in caſu propoſitæ quæſtionis, ſi dicere vellemus, annuam illam præſtationem ſic in ſeruitiorum remunerationem elargitam, per conſeſſionarij profeſſionem in Religione incapaci omnino extingui, dic hoc verum vbi conceſſionarius ante profeſſionem, de illa dum viueret, non diſpoſuiſſet, ſecus verò ſi alteri eandem renunciaſſet.

## ARGVMENTVM.

Interdictum vtile recuperandæ poſſeſſionis nùm locum habeat in iuribus incorporalibus, vbi quis de facto eſſet hoc iure ſpoliatus. Spoliatus an, & quando ſit ante omnia reſtituendus, vbi ſpolians vellet in continenti probare dominium ad ſe ſpectare, & pertinere, & de aliis.

## DECISIO CCCCXCIII.

VAcante officio Regni huius Magni Cancellarij per mortem Comitis Caſtri ac demum officio Bidelli huius Almi Collegij, fuit iſtud à D. Cardinale Paceco generali Locum tenente collatum in perſonam cuiuſdam Cæſaris Biſera, qua in poſſeſſione, ſeu quaſi dicti officij Bidelli exiſtente, ſupponebatur fuiſſe ipſum de facto à Vicecancellario ſpoliatus, vnde agebat hic in Sacro Conſilio interdicto recuperandæ poſſeſſionis, iuxta tex. *in l.ſi quis à te fundum C ad l.Iul. de vi publ.in l.ſi de vi ff.de iudic.in l.ſi de poſſeſſione in l.innaſcri, & in l.ſi quis in tantum C. vnde vi.* Ob quod dubitatum fuit an in occurrenti caſu,inſtitutum interdictum recuperandæ poſſeſſionis locum haberet? 1

Pro Cæſare ſpoliato dicebatur, quod licet in iuribus incorporalibus, interdictum recuperandæ,locum non habere videatur, bene tamen interdictum vtile, notat Bart. *in l.*3. §.*vnde vi ff.de vi, & vi armata*, Innoc. optimè *in c. querelam de elect.* Aret. *in l. naturaliter* §.*nihil commune ff.de acquir.poſſeſ.* eſt bonus tex. *in c.conquerente, de reſtit. ſpoliat.* vbi ſi Iudex aliquem eius beneficij poſſeſſione de facto priuaret, poterit contra illum, cui fuit data beneficij poſſeſſio interdictum recuperandæ inſtitui, quæ omnia procedunt, adhuc ſi ſpoliatus dominium, ſeu proprietatem non probauerit, ex quo in hoc interdicto recuperandæ dominij exceptio non admittitur 2

Digitized by Google

titur, etiam ſi ſpolians vellet incontinenti probare dominium ad ſe ſpectare: *l. ſi quis ad ſe l. ad l. Iul. de vi publ. c. in litteris, & c. item cum quis, de reſtit. ſpoliator.* Aretin. *in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ.* Quare facta relatione in Collaterali Conſilio, fuit nemine diſcrepante deciſum, dictum Cæſarem fore reponendum ſeu reſtituendum in poſſeſſione, ſeu quaſi dicti officij Bidelli; ſed quid reſpectu fructuum à nouiter prouiſo medio tempore perceptorum, dicebatur eſſe pariter eidem Cæſari illos reſtituendos, deducta tamen opera præſtita per prouiſum à Magno Cancellario, in ſeruitiis perſonalibus per eum præſtitis in exercitio dicti officij, maior tamen pars fuit voti, quod circa fructus melior deliberatio reſeruaretur.

---

## OBSERVATIO.

1 Hic habemus deciſum interdictum vtile recuperandæ poſſeſſionis, adhuc in iuribus incorporalibus, locum habere quoties de facto hoc iure eſſet, quis ſpoliatus; idemque & ſatis bene addetu ſcripſiſſe Iacob. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 9. *num.* 268. *& ſeq.* Vlterius notamus ſpoliatum eſſe ante omnia reſtituendum, etiam ſi ſpolians vellet incontinenti probare, dominium ad ſe ſpectare, & pertinere; ſed aduertendum eſt, concluſionem hanc aliquas recipere reſtrictiones, illaſque præcipuè, & primò quoties ſpoliatus paſſus ſit, litem ſuper cauſa dominij tractari ſicque ſuper petitorio cognoſci, quia tunc nullo pacto de reſtitutione poſſet tractari, hic eſt tex. *in cap.* 1. vbi Abb. *in* 3. *notab. de reſtit. ſpoliat.* Nec reperiri Doctorem, qui hodie ab hoc diſſentiat, dixit Iacob. Menoch. *remed.* 1. *recuper. num.* 161. Secundò reſtringitur, vbi de Dominio ſpoliantis per confeſſionem ſpoliati conſtaret, ita Innoc. *in c. conſtitutus, de filiis presbiter.* Rot. *deciſ.* 16. 17. *&* 19. *de reſtit. ſpoliat. in nouis,* Franc. Marc. *deciſ.* 316. *num.* 11. Iacobin. de ſancto Georgio *in l. ſi de vi numer.* 19. *ff. de iudic.* vbi ad concluſionem ſupra poſitam viginti quinque accõmodat limitationes, Alex. qui etiam plures tradit fallentias *in l. naturaliter §. nihil commune num.* 27. *verſ. decimo fallit.* vbi etiam Zaſ. *num.* 51. *de acquir. poſſeſſ.* Petr. Rauen. *ſing.* 676. aliique plures, quos allegat Menoch. *loc. prox. cit. num.* 216. *& ſeq.* vbi rationem aſſignat, quia confeſſio eſt probatio probata aliaque verior, & potentior. Tertiò reſtringitur concluſio ſupra poſita, vbi ex actis iudicij de ſpoliantis dominio conſtaret, quia tunc nec etiam eſſet ſpoliatus reſtituendus, ita Innocent. *in c. cum Eccleſia ſutrina, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Natta *conſ.* 563. *num.* 3. *lib.* 3. & alij relati per eundem Menoch. *loc. cit. numer.* 231. Quartò reſtringitur vbi de ſpoliatis dominio cõſtaret per ſententiam Iudicis, ſiue per publica inſtrumenta, ſiue per teſtes; ſed quomodo hoc procedat, vide Menoch. *loc. cit. num.* 223. 226. *&* 233. Quintò, & notanter reſtringitur quando hæc Dominij exceptio, non à ſpoliante opponeretur; ſed à Tertio, qui in cauſa compareret, & allegaret rem illam, ſuper qua ſpolium contigit, ad ſe iure dominij ſpectare, non autem ad actorem ſpoliatum, tunc enim bene talis exceptio ſic à Tertio oppoſita eſt admittenda, quia iuſtum eſt, vt verò Domino res reſtituatur, ita ſingulariter Cyn. & Bart. *in l. ſi quis C. loc.* & Henric. Boich. *in c. cum veniſſent, extra de inſtit.* Iacob. de Sancto Georg. *in d. l. ſi de vi, num.* 19. *verſ. vndecimo fallit. ff. de iudic.* Guid. Pap. *ſingul.* 276.

Eſt tamen hîc aduertendum, quod concluſio ſupra poſita, nimirum, vt exceptio Dominij per ſpoliantem opponi non poſſit, niſi prius ſpoliatus reſtituatur, adhuc ſi ſpoliator vellet incontinenti probare rem ad ſe pertinere, non eſt ſine controuerſia, quod proinde quando caſus contigerit, recurre ad ſcripta per Menoch. *cit. remed.* 1. *recuper. num.* 239. *& ſeq.* & vide ſupra *deciſ.* 98. & quæ ibi obſeruaui. 1

## ARGVMENTVM.

Compenſationis exceptio num aduerſus depoſitantem ad depoſitum agentem opponi poſſit; Et quid ſi depoſitum in pecunia numerata conſiſteret; Et quid ſi eſſet confeſſionatum. Priuilegia depoſito conceſſa, an in depoſito confeſſionato locum habeant; & de aliis.

## DECISIO CCCCXCIV.

Conventis Hieronymo Serra, & Viualdo publicis Bancheriis, in hac Ciuitate reſidentibus, à duobus Mercatoribus Ianuenſibus, Cataneo nimirum, & Lumellino ad ſibi ſoluendum ducatos ſexmille in illorum Banco numeratos, oppoſuerunt dicti Serra & Viualdus exceptionem compenſationis, ex quo erant debitores, & creditores, & ex vtraque parte debitum, & creditum liquidum, ac proinde compenſationem admittendam: *l. ſi conſtat. & l. fin. C. de compenſat.* quibus iuribus cauetur, quod ipſo iure ſit compenſatio, dummodò ab homine opponatur, etiam extra iudicium, iuxta omnium receptiſſimam ſententiam in iuribus modo allegatis; & licèt dicatur, compenſationem ex diuerſis ſtationibus fieri non poſſe hoc tamen procedit fauore fiſci tantum: *l.* 1. *C. de compenſat.* Sed maior fuit difficultas, quia dicti Bancherij dicebantur debitores ex cauſa depoſiti in eorum banco, & dum eſt depoſitum, compenſatio denegatur: *l. fin. C. de compenſat. & c. fin. extra depoſit.* Id quod procedere aſſeuerabatur, nedum in depoſito regulari, nimirum quando pecunia eſt vt ſpecies depoſita, vt in ſacculo ſignata, & non numerata *l. Lucius la.* 1. *ff. depoſiti*, ſed etiam ſi pecunia eſſet depoſita ad numerum, quo caſu depoſitum eſt, & depoſiti actio datur, licèt depoſitum ſit irregulare, *d. l. Lucius* & ibi gloſ. *in verbo terminis*, ac etiam Aret. Verùm quia in caſu propoſito in facto fuit allegatum, & probatum de communi partium cõſenſu extraiudicialiter fuiſſe

factam compenſationem; hoc enim de viſu, & auditu depoſuerat quidam Clericus regularis Theatinus, & de auditu, & fama plures alij teſtes, qui bene conuinci poterant, facta relatione per Sacrum Conſilium in Collaterali Conſilio, fuit deciſum pro dictis Bancheriis, vt admitteretur compenſatio, quamuis ex Dominis Iudicantibus duobus contradicentibus.

## OBSERVATIO.

1 AD confirmationem concluſionis hîc firmatæ, vt compenſationis exceptio nullo pacto aduerſus depoſitantem ad depoſitum agentem opponi poſſit, ex nimis clara diſpoſitione tex. *in l. fi. C. de compenſ.* Et hoc etiam ſi depoſitum in pecunia numerata conſiſteret, quo caſu pecuniæ depoſitæ dominium in depoſitarium tranſit, videndi ſunt innumeri Doctores, quos allegant ex recentioribus Dom. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 10. *tit.* 10. *n.* 4. *& ſeq.* Dom. de Franchis *deciſ.* 151. de Graff. *in ſuo tract. de exception. in* 16. *except. à num.* 70. & Gratia. *diſcep. forenſ. lib.* 4. *cap.* 728. *num.* 21. *cum ſeq.* qui concluſionem hanc procedere affirmant, adhuc ſi vera non interuenit numeratio ipſius depoſiti, ſed *ficta*, vt quia debitum ex vna cauſa in depoſitum conuerſum eſſet, ad tex. *in l. ex pretio ff. ſi cert. pet.* licèt ſecus affirment in depoſito confeſſionato, aduerſus cuius exactionem aiunt rectè compenſationem admitti, ad quod allegant Bald. *in conſ.* 384. *in fine lib.* 1. Socc. *conſ.* 143. *col. fin. lib.* 1. Milanenſ. *deciſ.* 2. *num.* 40. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 246. *num.* 3. *lib.* 2. Vbi plus dicit, nimirum, vt in depoſito confeſſionato compenſatio admittatur, etiam ſi debitum compenſandum non fuiſſet liquidum, Priminald. Iun. *conſ.* 60. *num.* 36. Cagnol. *in l. ſingularia num.* 33. *ff. ſi cert. pet.* Mandella *conſ.* 635. *num.* 2. *lib.* 4. vbi addentes. Ratio aſſignatur, quia priuilegia depoſito conceſſa in depoſito confeſſionato, & ficto, locum non habent, ſed in vero, & reali, vt per ſcribentes *in l.* 2. *ff. ſi cert. pet.* Cagnol. *in l. contractus n.* 21. *ff. de reg. iur.* & per Caroc. aliis omiſſis *in ſuo tract. de depoſ. par.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 2.

2 Quantùm verò attinet ad aliud dictum hîc, vt quando diuerſæ ſunt ſtationes, compenſatio aduerſus fiſcum non admittatur, quamuis ex vtraque parte debitum ſit liquidum *ex l.* 1. *C. de compenſation.* Dic Tu hoc verum eſſe reſpectu ſortis, ſecus verò ad impediendum curſum vſurarum Dom. Reg. de Ponte *conſ.* 19. *num.* 4. *lib.* 2. de Graff. *loc. cit. n.* 49. & diximus ſupra *in obſeruat. ad deciſ.* 443.

## *ARGVMENTVM.*

Cappellanus Maior in Regno Neapolitano quam iuriſdictionem habeat. Cappellani Regij an, & quando ab ordinario cognoſci poſſint, Et de pluribus ad explicationem *C. cum perſonæ de priuil. in* 6. & *c.* 1. *de præſcriptionibus eodem libro.*

## DECISIO CCCCXCV.

EPISCOPVS Caſtri maris de ſtabia, cum Regis noſtri in hac ciuitate, & Regno Cappellanus maior reperiretur, prætendebat cum ſuis ſubditis ratione officij multa iura exercere intus hanc Ciuitatem, in Regio tamen Palatio, in Caſtro nouo, in Caſtro Sancti Erami, & in Caſtro Oui, ſignanter iuriſdictionem ciuilem, & criminalem inter omnes Cappellanos Regios exercere; Vnde dubitabatur, an hoc ei liceret, & ad ſuam intentionem fundandam præſcriptionem centenariam allegabat, quæ cum vim tituli habeat, *l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſtiua & c. ſuper quibuſdam §. præterea de verbor. ſignific.* debebat lite pendente in ſua quaſi poſſeſſione illius iuris manuteneri; & licèt ex diſpoſitione tex. *in c. cum perſonæ de priuil. in* 6. quando quis ſolum præſcriptione innititur, lite pendente non eſt manutenendus, hoc tamen procedit in præſcriptione quadrigenaria, ſecus verò in centenaria, quæ cum vim tituli habeat, vt modo dictum eſt, tex. ille non procedit, ſicque videtur decidi *in cap.* 1. *in fine de præſcript. in* 6. Fundabatur hoc urgenti ratione, quia præſcriptio centenaria eſt ad inſtar priuilegij, quod cum primum quis alleget, non debet interim ſua poſſeſſione priuari, adhuc ſi poſſideat iure communi reſiſtente, vt per tex. *ibi*, ergo idem quando quis allegat centenariam; vnde cum in caſu de quo agebatur Cappellanus Maior centenariam allegaret præſcriptionem; ergo interim non poterat ſua poſſeſſione, ſeu quaſi priuari; In quantum vero dicebatur, quod Cappellanus maior poterat licentiam concedere, & diſpenſare, vt Armigeri Domini Proregis, vulgo Alabardieri, poſſent abſque alia neceſſitate in diebus quadrageſimalibus oua comedere, ex eo quod pauperes ſunt, ſicque piſces emere non poſſunt, ad tex. *in cap.* 2. *de obſeru. ieiun.* ſatis de hoc dubitabatur, quia hoc expreſsè ſub pœna peccati mortalis ab Eccleſia prohibetur, nec tex. modo citatus aliquid facit, quia loquitur tempore famis, quo caſu diſpenſari poteſt, vt in diebus quadrageſimalibus nedum oua, ſed etiam caro comedi poſſit.

## OBSERVATIO.

DOminus Regens agit hîc de iuriſdictione Domini Cappellani Maioris, de qua hodie non 1
dubitatur, paſſim enim videmus Dominum Cappellanum maiorem inter Regios Capellanos iuriſdictionem exercere ciuilem, & criminalem, dummodo illi in Regia Cappella actu ſeruiant, ita, & ſatis bene Dom.

Digitized by Google

Dom. Reg. de Curte *in diuerſ. Iur. feud. lib.2. cap.2. num* 178. Dom. Reg. Conſtant. *in l.vnica num.*21. *C. de palat. & domibus dominic. lib.*11. vbi citat tex. *in c.cum cappella extra de priuil.* & Sacr. Concil. Trident. *ſeſſ.*24. *cap.*11. *de reformat.* idemque Paul. Fuſc. *de viſit. lib.*2. *cap.*11. *num.*1. Dom. Epiſcopus Ricc. *in prax. Eccleſiaſt. lib.*4. *reſol.* 493. 495. *&* 498. Nouar. *de elect. & variat. fori ſect.*4. *quaeſt.*58. *numer.*15. latè Barboſa *in collect. ad d.c. cum cappella,* vbi in ſpecie loquitur de noſtra Regia Capella Regiiſque Capellanis, & per haec verba. *Idem Pontifex Leo X. petente Carolo V. Cappellam Neapolitanam, & eiuſdem Cappellanos aduerſus iurſdictionẽ ordinariam muniuit ſimili diplomate die* 2. *Nouembris* 1519. *ſubiecitque maiori Cappellano, præter alias facultates, quas eidem conceſſit, in eodem ſit mentio aliorum priuilegiorum, quæ eiſdem conceſſere Xiſtus IV. Innocentius VIII. Alexander VI. Iulius II. Idem priuilegium exemptionis ab ordinaria iuriſdictione Cappellæ, & Cappellanis Regis Catholici, inhærendo ſuorum prædeceſſorum conceſſionibus indulſit Pauli V. in ſua conſtit. incipiente. Piis Catholicorum Regum votis, ſub die* 17. *Februarij* 1614. Hæc Barboſa.

2 Habet etiam Dominus Capellanus maior iuriſdictionem ſuper Regiis Gimnaſiis in bidellos, & ſcolares, quarumcumque ſcientiarum de qua per Taſſon. *in pragm. de antefato verſ.*3. *obſeruat.*3. *num.*271. *fol.*163. potitur, & aliis iuribus in Eccleſiis parochialibus exiſtentibus intus Caſtra, & Fortilitia Regia, & cum illæ vacent, parochos à Regiis Caſtellanis nominatos confirmat; in eo autem quod Regia Cappella priuilegiata non reperitur, eius Cappellani ſub ordinarij iuriſdictione ſunt, ita ex tex. *in c. omnes Principes, & in c. ſolitæ de maiorit. & obedient.* & Abb. *in dict. c. cum Cappella numero tertio de priuileg.* notat Dom. Reg. Conſtant. *loc. cit. numero* 22.

2 Quantùm verò attinet ad illud dictum hîc per Dom. Regentem noſtrum, nimirum, quod quatenus tex. *in c.cum perſona de priuileg. in* 6. diſponat, cum poſſidens contra ius, ideſt, cui ius commune reſiſtit ſi ſolum allegauerit præſcriptionem, non ſit lite pendente manutenendus, hoc eſſe intelligendum vbi quadragenaria tantum præſcriptio fuerit allegata, ſecus autem vbi fuerit allegata præſcriptio centenaria, quæ cum iſta vim tituli habeat, tex. ille non procedit, ſicque interim lite pendente ſuper allegata centenaria, non debet poſſidens ſua poſſeſſione priuari, quodque ita decidatur *in c.*1. *de præſcr. in* 6. aduertendum eſt, ſententiam hanc, nullo iuris fundamento inniti; & vt pateat de illius erroneitate, dico, nullibi in tex. *in d.cap.*1. *de præſcr. in* 6. probari, quod quando poſſidens allegat præſcriptionem tantum immemorabilem, debet lite pendente manuteneri, quamuis ius commune ei reſiſtat, ſed in eo tex. deciditur tantum, quod vbi vnus Epiſcopus in Dioceſi alterius poſſideret aliquas Eccleſias, Conuentus ad illas dimittendas & ad reſtituendum quartam decimarum, quam exegit, ſi reſponderit ſe legitimè præſcripſiſſe, allegare tenetur huiuſmodi præſcriptionis titulum, & probare, nam quoties ius commune reſiſtit bona fides non ſufficit; ſed eſt neceſſarius titulus, qui poſſeſſori cauſam tribuat præſcribendi, niſi tanti temporis allegetur præſcriptio (hæc ſunt verba tex.) cuius contrarij memoria non extat; ex hac diſpoſitione clarè dignoſcitur, in eo textu non agi niſi de iudicio proprietatis, ſicque decidit Summus Pontifex, ad hoc vt Epiſcopus conuentus ad dimittendas Eccleſias in aliena diæceſi ſitas, & ad reſtituendam quartam decimarum, quam exegit, obtinere poſſit in iudicio contra ipſum moto, dum ius commune ei reſiſtit, opus habet, vt aliqualem exhibeat titulum, qui ipſi poſſeſſori cauſam tribuat præſcribendi vel allegare, & probare præſcriptionem immemorabilem; ſed quid lite pendente agendum hic non fuit dubitatum, bene tamen *in d. c.cum perſona,* vbi cum quis prætenderet ſe ab ordinario ſuo exemptum ab illo requiſitus, exemptionis allegauit priuilegium, deciditur ibi, quod illud exhibere tenetur: ſi autem priuilegium, & præſcriptionem allegaret, & priuilegio exhibito, non plene ex eo de huiuſmodi exemptione conſtaret, ſed tale eſſet, quod ſaltem cauſam præbeat præſcribendi, tunc quadragenariam tenetur probare præſcriptionem, qua quidem probatione pendente, licèt ordinarij intentio de iure communi fundetur, tamen deciditur, vt lite pendente, qui exemptionem ſic allegauit non turbetur, vt ſi priuilegium nullatenus fuerit exhibitum, dum tantum in præſcriptione exemptionis ſe fundat, determinatur, vt donec de præſcriptione conſtet, ordinarius ſua iuriſdictione vtatur: his ſic poſitis, quo pacto Dom. Regens noſter affirmare potuit, vt verſantes nos in iuribus incorporalibus quando ille, cui ius commune reſiſtit, allegat præſcriptionem immemorabilem, debet lite pendente manuteneri, in tex. *d.c.*1. *de præſcr. in* 6. hoc non probatur; in tex. verò *c.cum perſona* aperte deciditur, vt donec de præſcriptione canonica non conſtet, Ordinarius iure ſuo vtatur, ergo; quodque hoc verum ſit, & indubitatum, vide ſi placet, quæ ego ſcripſi *lib.*3. *mear. reſolut. cap.*204. *per tot.* Cætera ad hanc materiam pertinentia vide ſupra *in obſeruat. ad deciſ.*111, *&* 313.

## ARGVMENTVM.

Reclamatio an ſit admittenda à decreto Sacri Conſilij Neapolitani confirmante decretum Magnæ Curiæ in cauſa criminali latum; Et quid ſi eſſet interpoſitum in cauſa ciuili à criminali dependente; Et quid ſi eſſet decretum latum per Curiam Admiratiæ confirmatum poſtea per Sacrum Conſilium. Iudex cauſarum criminalium an poſſit incidenter cognoſcere de cauſa ciuili. Ludens ludo prohibito, an tuta conſcientia, quod lucratus eſt retinere poſſit. Ludens credito ſi non ſoluit, quod amiſit, an tuta conſcientia poſſit non ſoluere. Confeſſarius an poſſit abſoluere pænitentem, qui pecuniam credito in ludo amiſſam ſoluere recuſat.

DECI

## DECISIO CCCCXCVI.

1 DVo mercatores Sardi cum eſſent conuenti in Magna Curia Vicaria à quodam hiſpano ad ſibi ſoluendum ducatos 7800. contentos in duabus apocis bancalibus, in quibus dicebatur *pro totidem receptis*, oppoſuerunt pecuniam non aliter fuiſſe ei numeratam, ſed hoc debitum ortum habuiſſe ex cauſa ludi taxillorum; At quia Hiſpanus inſtitutum iudicium nimis audacter proſequebatur, Mercatores prædicti ad eandem M.C. in criminalibus recurſum habuerunt, illum accuſantes, & condemnari petentes ad pœnam exilij, ac inſimul declarari ad quantitatem prædictam ſoluendam vti ex ludo debitam, ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ, ipſos non teneri, & cum ita per M.C. determinatum eſſet, appellauit hiſpanus ad Sacr. Conſ. à quo ſententia M.C confirmata extitit, id quod ægre ferens, ad Illuſtr. Dom. Proregem recurſum habuit, ad hoc vt dignaretur mandare, cauſam in Collaterali Conſilio ſaltem ciuiliter reſpectu pecuniæ reuideri; vnde emanato reſcripto, vt de contentis in ſupplicatione per dictum hiſpanum porrecta Sacrum Conſilium in Collaterali Conſilio relationem faceret, fuit dubitatum an reclamatio à dicta ſententia Sacri Conſilij per quam confirmabatur illa à M.C. prolata eſſet concedenda, vel potius deneganda.

2 Et eſſe denegandam Domini Regentes Regiam Cancellariam, Regiique Conſiliarij vno excepto, reſponderunt; Ratio deciſionis, fuit quia antiquiſſimus viget ſtylus ſemper in his ſupremis Tribunalibus obſeruatus, vt in cauſis criminalibus, quando reus eſt à M.C. condemnatus, cuius ſententia in gradu appellationis à Sacro Conſilio confirmata extitit, ad de cætero appellandum ſiue reclamandum non admittatur, ſicque ſententia illa exequutioni demandatur; hic ſtylus, ſiue iudicandi conſuetudo ſatis rationabilis dicebatur ob tot tantaque grauiſſima facinora, quæ in hac ciuitate & Regno patrantur & licet iure communi attento contrarium eſſet dicendum ex quo ſecunda appellatio tunc denegatur, quando ſunt duæ ſententiæ conformes præfecti prætorio, ſecus quando vna ſententia eſt lata à Iudice Inferiore, prout M.C. quæ vicem præfecti prætorio non obtinet, ac proinde bene de iure ab hac ſecunda ſententia Sacri Conſilij eſſet concedenda reclamatio; tamen quia in hoc Regno viget ſtylus in contrarium, qui ſumma nititur ratione, ergo omnis prorſus ceſſabat dubitatio, vt iuxta illum eſſet iudicandum; quod procedere dicebatur non ſolum reſpectu cauſæ criminalis annalis exilij, ſed etiam ciuilis, cum condemnato hiſpano in exilium per annum, fuit in ſimul declaratum, mercatores Sardos, non aliter ad ſoluendum pecuniæ quantitatem in duabus illis apodixis bancalibus contentam teneri, vti ex taxillorum ludo dependentem; quamuis enim Iudices Magnæ Curiæ in criminalibus, non niſi in cauſis, in quibus de criminalibus agitur iudicare poſſint ad tex. *in l. ſolemus §. latrunculator ff. de iudic. & in l. diuus la 2.* vbi Bart. *ff. ad leg. Cornel. de Falſis*, attamen in caſu de quo agebatur bene poterant Iudices illi cauſam criminalem principaliter cognoſcentes incidenter poſtea, & in conſequentiam reum ad pœnam pecuniariam condemnare, vt eſt tex. valde notabilis *in l. interdum §. qui furem ff. de furtis*, vbi Bart. ſingulariter notat libellum bene procedere cum dixerit, peto Titium condemnari de furto, remque ſubtractam mihi reſtitui, ſeu damna emendari, cum videar criminalitatem tantum intentare, Iudiciſque officium incidenter implorare, vt curet, rem mihi reſtitui, ſeu damnum emendari, iuxta formam *l. 4. § ſi dicatur ff. fin. regundorum.* Et ex hoc dicebatur, quod in caſu propoſito vnica erat ſententia, & cum eſſet indiuidua, ad tex. *in l. hoc iudicium ff. famil. herciſc.* & latè per Aretin. *in l. certi conditio § quoniam ff. ſi cert. pet.* non poterat pro parte valere, & pro parte non, ita vt reſpectu exilij bene procederet, ſecus vero abſolutionis à pecunia, vnde ſi iterum de cauſa ciuili tractaretur, fieret certe locus exceptioni rei iudicatæ, ad tex. *in l. cum quæritur cum duobus ſeqq. ff. de except. rei iudic.* Quocirca dictum fuit ſtylo prædicto diutiſſime obſeruato omninò ſtandum fore; Sed an hic ludus ſit omni iure prohibitus, & Ludenti detur ſoluti repetitio, & an conſuetudo excuſet, dicebatur, hoc tractare apud nos non oportere, cum ſat ſit in hac Ciuitate, & Regno per pragmaticam eſſe prohibitum, & quid in foro conſcientiæ, eſt recurrendum ad Angel. *in ſumma in verb. Ludus.*

## OBSERVATIO.

VT vides, hîc determinatum habemus, quod 1
quando in cauſis criminalibus decretum M.C. in gradu appellationis per Sac. Conſil confirmatur, ab hoc decreto confirmante denegatur reclamatio, quæ alias à ſententiis, & decretis huius ſupremi Tribunalis ſemper conceſſa extitit, prout paſſim conceditur, ſicque decretum illud M. Cur. per Sac. Conſ. confirmatum debitæ exequutioni demandatur, idque ex antiquiſſimo ſtylo, ſiue iudicandi conſuetudine, quæ apud nos viget, ne exequutio pœnarum pro maleficiis à iure impoſitarum retardetur; ſed quantocitius delinquentes pœnas ipſas patiantur. Tu modò obſerua, quod cum hac deciſione conuenit, & altera relata

Digitized by Google

relata à Dom.Præſ. de Franch. quæ eſt 710. vbi plus fuit deciſum, vt hoc etiam procedat in articulis ciuilibus à criminalibus tamen dependentibus, id quod contingit quando aliquis inquiſitus, & carceratus reperitur in M. C. petiturque cauſæ remiſſio, vel à Barone, ſi eſt laicus, vel ab ordinario ſi eſt clericus; nam conceſſa vel denegata remiſſione per decretum M. C. quod in gradu appellationis per Sac.Conſil.confirmatur, ab hoc decreto confirmato, nec etiam conceditur reclamatio, ſicque deciſum in cauſa remiſſionis pe itæ pro parte Religionis Hieroſolymitanę de fratre Hieronymo Maluindo teſtatur Dom. de Franchis *vbi ſupra* quo loci in fine ſe corrigit, de eo quod ſcripſerat *in deciſ.*470. nimirum, quod in hoc caſu dabatur reclamatio, ex quo incidens erat ciuile, ſic ſe excuſans, quod in illa cauſa hoc non fuerat oppoſitum, reperiitque ſic ibi determinatum ad præces Domini Ducis Sueſſani; de hac deciſione à Dom. de Franchis relata memor fuit Io. Dominic. Toſſon. *ad pragm. de antefato verſ.*3 *obſeruat.*3. *num.*274. *fol.*165. idemque, & nouiſſimè Dom.Conſil. Marcian. qui, *in conſ.*4.*n.*1. *verſ.pro reſponſione lib.*1. deciſionem Domini Præſidentis affert, ad probandum ſententiarum conformitatem, ad finem excludendi reclamationem, conſiſtere in eo, in quo ſententiæ ſint conformes, vt in eo capite perpetuum imponatur ſilentium, quod impoſitum intelligatur, etiam, quod expreſsè in ſententia non dicatur, ex theorica Bald. *in l. quid tamen* §. *ſi arbitrer. in* 3. *notab. ff. de recept. arbitr.* cuius authoritate ſic iudicatum referunt Domini Regentes de Ponte, & Rouit. ille *in conſ.*58. *num.*18. *lib.*1. iſte *in pragm.*5.*n.*1. *in fine, verſ. idem amplia in tit. de officio S.R.C.*

2 Sed alias fuit dubitatum, an hæc omnia procedant reſpectu decretorum per Curiam Admiratiæ latorum, ſi ea cum decretis Sac.Conſ. conformia eſſent, & negatiuè Sac. Conſilium, junctis Dominis Conſiliariis omnium quatuor aularum iudicatum comperimus in cauſa Scipionis Ruſſi penes Cioffum S. C. actorum Magiſtrum, in qua à decreto S. C. confirmante, fuit admiſſa reclamatio illaque extitit conſiderata ratio, quia in Curia Admiratiæ vnus tantum præeſt Iudex, ſecus in M. C. in qua ſecundum Regias ordinationes quinque præſunt Iudices annales, cum duobus Regiis Conſiliariis, ad tradita per Dom. de Franch. *deciſ.* 720. *num.*19. de hac deciſione iunctis Aulis per S. C. lata, nimirum, vt à decreto S.C. confirmante decretum Curiæ Admiratiæ concedatur reclamatio, verba facit Io. Baptiſta de Thoro *in ſuo comp. p.*1. *verb. decreta M.C.V. in nouiſſ. fol.*142.

3 Pragmatica autem, de qua Dom. Reg. noſter hic memor fuit, taxiliorum ludum prohibens, in qua ipſe vti Regens interuenit, eſt V. *ſub tit. de aleatorib. & Luſoribus.* At in dubium reuocat, quid dicendum in foro conſcientiæ & ſe remittit ad dicta per Angel. *in ſumma in verb. Ludus*; Sed tu ex nouiſſimis ſcribentibus, vide P. Salas *in tract. de contract. in tit. de Ludo dub.*26. *num.*2. *&* 3. vbi poſt quamplures, quos allegat Doctores, ait, quod qui in Ludo perdidit, ſi non ſoluit, quia credito luſit, poterit tuta conſcientia non ſoluere, iſtamque ſententiam, quicquid alij aliter ſenſerint, probabilem putat P. Diana *reſol. moral. par.*3. *in tract. miſcellan. reſol.*94. vbi rationem aſſignat, quia ei, qui Ludo perdidit, & ſoluit, datur per leges actio ad repetendum, ergo multò magis eidem competit exceptio antequam ſoluat, & his addit, quod poterit confeſſarius abſoluere pænitentem, qui pecuniam credito in ludo omiſſam ſoluere recuſat, licet exiſtimet, Luſorem, qui pecuniam ſic lucratus fuit, poſſe tuta cõſcientia illam ſibi retinere, nec aliter ad eam reſtituendam teneri ex Salas *loc. cit. n.*6. poſt alios, quos citat.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## ARGVMENTVM.

Mandatum ſi fuerit iniunctum alicui ad merces aliquas emendum, illis emptis; ſed non cum pecunia mandantis, concurrentibus ſuper pretio creditoribus mandantis decocti, & mandatarij, qui pecuniam exburſauit, quis erit præferendus. Procurator conſtitutus ad aliquid emendum, contrahens ſimpliciter, an cenſeatur nomine proprio, vel potius mandantis contrahere, & de aliis.

## DECISIO CCCXCVII.

MANDAVERANT Magnifici Gaſpar Cataneus, & Lucianus Lumellinus Socij hic Neapoli reſidentes, Magnificis Centurioni, & 1
de Marinis Panormi commorantibus, vt pro ipſis certam frumenti quantitatem emerent, quæ erat demum huc tranſmittenda pro annona huius ciuitatis, & cum ita exequutum eſſet, tranſmiſſo iam frumento, vt conſignaretur, provt fuit conſignatũ Magnifico Petro de Franchis hîc commoranti, donec pretium ſolueretur, ſuperuenit decoctio prædictorum Catanei, & Lumellini, & quia frumentum Ciuitati conſignatum reperiebatur, dubitari contigit, an ſuper frumenti pretio, quod à dicto Petro dictis de Panormo ceſſum extiterat iſtis cæteris creditoribus dictorum Catanei, & Lumellini præferri deberent? cuius dubij reſolutionem pendere dicebatur ab inueſtigatione, an dominium dicti frumenti in dictos Cataneum, & Lumellinum mandantes tranſlatum eſſet, & in hoc duo fuerunt conſtituti caſus principales, quorum primus eſt, quod ſi Ego mandatum habui à Titio vt eius nomine fundum emam, acceptoque mandato ſimpliciter illum emi, nulla mentione facta cuius nomine, & cenſetur procuratorio nomine emptus, hoc reſpectu vt ego mandatarius actione mandati cogar fundũ illum emptum mandatori tradere, ita Iaſ. *in l. poſt dotem numer.*75. *ff. ſol. matr.* alter caſus eſt, ſi dominium rei procuratorio nomine emptæ in mandantem ſit tranſlatum, & in hoc dictum fuit, quod ſic, ſi emptor verè, & expreſsè procuratorio nomine contraxit, ſoluto enim pretio, ſtatim res empta Domino, etiam ignoranti quæſita fuit *l. ſi procurator ff. de acquir. rer. domin.* Idemque quando venditor habuit animum vendere, & tradere procuratori nomine Domini, adhuc ſi procurator prætendebat ſibi acquiri, hic eſt tex. *in l. qui mihi donatum*



Digitized by Google

*in fine*, & ibi gloſ. *ff. de donat.* At vbi venditor non contraxit eo animo, vt in Dominum dominium transferatur, licèt procurator ita geſſiſſet, vt Domino acquireretur, nullo pacto dicetur Domino acquiſitum, ita Bart. *in d.l. qui mihi donatum*, Alex. *in l.* 1. *§. nunciatio ff. de noui oper. nunciat. & in l.* 1. per procuratorem *ff. de acquir. poſſeſſ.* Et hæc eſt communis opinio, in caſu propoſito, frumentum ab illis de Panormo venditoribus, nullo pacto transmiſſum dicebatur ad hanc Ciuitatem, vt dictis Cataneo, & Lumellino conſignaretur, ſed dicto Petro de Franchis, qui nomine dictorum Centurionis, & de Marinis huic Ciuitati illud idem frumentum conſignauerat, & ſucceſſiuè illius dominium nunquam tranſlatum extiterat in dictos Cataneum, & Lumellinum, vnde non erat cur dubitari poſſet Centurionem, & de Marinis fore omninò præferendos creditoribus dictorum Catanei, & Lumellini, facta igitur relatione in Collaterali Conſilio per Dom. Regentem de Salazar, fuit communi Dominorum Regentium voto iudicatum, dictos Centurionem, & de Marinis in pretio dicti frumenti, quod ab hac Ciuitate ſolui debebat, præferendos eſſe, nec aliter cum illis cæteros dictorum Catanei, & Lumellini creditores concurrere poſſe.

## OBSERVATIO.

1 DOminus Regens noſter hic in ea eſt ſententia vt ſi Ego mandatum tibi dedi, vt meo nomine rem talem emeres, acceptoque mandato rem ſimpliciter emiſti, non aliter expreſſo, quod nomine tuo, vel meo contrahebas, præſumptio eſt procuratorio nomine te contraxiſſe, ita vt competat mihi actio ad cogendum te vt rem emptam mihi tradas, Tu modo ad huius ſententiæ confirmationem vide Bart. hoc idem affirmantem *in l. poſt dotem n.* 11. *ff. ſolu. matrim. & in l. qui in aliena §. is qui putat ff. de acquir. hered.* Bald. *in l. ſi patruus C. comm. vtriuſque iudic.* Angel. Imol. Caſtrenſ. & Alex. *in d. l. poſt dotem*, vbi etiam Iaſ. *numer.* 79. *& in l.* 1. *§. nunciatio num.* 3. *& in l. cum procurator num.* 2. *ff. de noui oper. nunciat.* Aleiat. *de præſumpt. reg.* 2. *præſumpt.* 24. *num.* 2. Tiraquell. *de retract. conuentional. ad finem num.* 117. Maſcard. *de probation. conclus.* 38. *num.* 3. *&* 1239. *num.* 1. 13. *&* 14. Cald. *de empt. & venditio. cap.* 7. *num* 10. & alios, quos citat & ſequitur Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 49. *num.* 1. Vbi huius dicti rationem aſſignat, qua etiam vtitur Cald. *loc. cit. num.* 11. nimirum, quia alias is, qui mandatum ſuſcepit, delinqueret, ſic mandantis fidem fallens, licet *num.* 18. addat, ſecus eſſe vbi procurator nomine proprio expreſſo contraxiſſet, vt eo caſu, non vti procurator, ſed pro ſe contraxiſſe præſumatur, & ita aliàs Ego cum nonnullis doctis Aduocatis reſpondi pro Cæſare Guardato, qui accepto mandato à Ciuitate Surrenti eius patria, vt Dohanam illius Ciuitatis, quæ erat in Dominio cuiuſdam mulieris, emeret, eam nomine proprio expreſſo emit, vnde prætendens Ciuitas illum cogere ex vi iniuncti mandati ad rem emptum illis tradendam, diximus eum non teneri, & Ciuitas acquieuit, ſic pariter affirmandum, quando quis mandatum haberet generale, nam tunc contrahendo, ſi non exprimit, quo nomine proprio contrahere præſumitur, ita Roman. *in dict. l. poſt dotem*, quem ſequitur Maſcard. *citata concluſione* 1239. *numero* 15.

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius ſuper feudi diſtractione impetrandus, à quo expediri debet à venditore, vel potius ab emptore; Et ſi fuerit conuentum, vt ab emptore expediatur ſi hic reuocat ex defectu aſſenſus, an teneatur ad intereſſe, quod venditor ex cauſa reuocationis pateretur. Pactum initum inter feudi venditorem, & emptorem de non reuocando contractum ex quacumque cauſa, an de iure ſubſiſtat & de aliis.

## DECISIO CCCCXCVIII.

IN anno 1562. expoſita venali Terra Ayelli ad inſtantiam creditorum Illuſtr. Comitis eiuſdem & ad licitandum, concurrentibus Luca Spinula pro Secretario, Ioanne Soto, & Marchione Cerchiariæ pro ſe ipſo, tandem candela extincta, fuit deliberata Illuſtr. Marchioni pro ducatis 45300. vti vltimo licitatori, & plus offerenti, & cum eſſet ſtipulatum inſtrumentum per Tubictam, ac expeditus aſſenſus per verbum *fiat*, Secretarius ſummo conatu Marchionem emptorem ad ſibi Terram prædictam pro eodem pretio cedendum induxit, eoque demum poſſidente, illinc ad plures annos ad inſtantiam creditorum eiuſdem fuit Terra illa vendita Illuſtr. Principi Maſſæ pro ducatis triginta octo mille ſuper qua venditione Regius aſſenſus in forma valida fuit expeditus, quibus ſic ſtantibus in anno 1568. idem Secretarius reuocauit contractum, quem dicebat venditionis dictæ Terræ à Marchione ſibi factæ ob defectum Regij aſſenſus, quia in quinternionibus Regiæ Cameræ regiſtratus non extiterat, ſicque credebat remanere creditorem Marchionis in pretio dictorum ducatorum 45300. pro quibus Marchio terram illi ceſſerat, vel ſaltem in ducatis 7300. ex quo reliqui ducati triginta octo mille, quibus fuerat ſecundo loco vendita terra prædicta, fuerunt eius creditoribus ſoluti; ſed excipiente Marchione, ſiue eius hærede, & contendente, quod non erat locus factæ reuocationi ob defectum aſſenſus, dubitatum fuit, quid iuris?

Hæc cauſa ſolemniter diſcuſſa fuit, & tandem 2

Digitized by Google

dem pro hærede Marchionis conuento, ſemel, atque iterum per Sac. Conſilium pronunciatum, his quæ ſequuntur potiſſimum perpenſis, & primo, eo in facto pro indubitato habito Secretarium omninò Terrã prædictam emere voluiſſe eiuſque nomine, Lucam Spinula accenſa candela ducatos obtuliſſe quadraginta quinque mille, & biſcentum, adeoque emptionem hanc affectaſſe, vt in ceſſione ſibi à Marchione facta contentus remanſerit, vt Marchio, non modo de euictione non teneretur; ſed nec etiam ad pretij reſtitutionem, ſicque vere,& realiter non fuit vera venditio; ſed potius quædam relaxatio, & inter Partes ipſas quædam tacita conuentio, vt cenſeretur Secretarium non à Marchione, ſed à Iudice Terram emiſſe, itavt onus Regium impetrandi aſſenſum in forma probanti Secretarij eſſet ob quod illa ſuccedebat iuris concluſio, quod quando conditio non eſt adimpleta per eum, ad quem implementum ſpectat, cenſetur adimpleta ad ſui damnum, *l.iure ciuili.* vbi gloſ. Bart. & Socc. *ff.de condit. & demonſtr.l.3.ff.de condition. inſtit.* Secundò nec in facto dubitabatur, Secretarium impedimentum præbuiſſe, ne aſſenſus expediretur, ex quo omnia tentauerat dicti Marchionis hæres, vt aſſenſus perficeretur in forma valida, ſicque Secretarius damnum ſentire debebat, *l.inde Neratius §.idem Iulianus ff.ad leg. Aquil.* Tertiò Terra prædicta Secretarij culpa demum vendita fuit, eius enim verò inſtantibus creditoribus, vnde culpa propria alteri nocere non debet, Bart. *in l.ex duobus ff.de duobus reis*, ex hoc namque viliori pretio vendita fuit. Quartò ponderabatur, conſtitutionem Regni huius *Conſtitutionem Diuæ memoriæ* tunc demùm locum habere, quando facta feudi venditione, nullo Domini impetrato aſſenſu re integra, alter ex contrahentibus, ſiue ſit venditor, ſiue ſit emptor reuocat. At vbi feudum eſſet venditum, & emptori traditum, adeo quod ex illo fructus percepit, propriiſque creditoribus cum Regis aſſenſu, illud idem hypothecæ ſubmittens, ob quod demum feudum illud à Iudice venditur, nullo pacto poterit eo caſu reuocationi locus eſſe, etenim dicendum eſt ex illa venditione, ſaltem tacitè factam fuiſſe conuentionem de non reuocando, quæ quidem conuentio quando fit ex interuallo, & non eo tempore, quo facta fuit prima venditio, valida ſine dubio dicebatur ex Afflict. *in d.conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ num.*49. Et licet Marinus Frecc. contrarium firmauerit *in ſuo tract.de ſubfeud.* tamen non eſt recedendum ab opinione Afflict. qui vir eſt multæ authoritatis, Quinimò impoſſibile erat in caſu propoſito reuocationi fieri locum, nam ſi Secretarius vti emptor contractum reuocabat, neceſſe erat, vt poſſeſſio feudi ad finem illud reſtituendi Marchioni, penes ipſum fuiſſet; vnde cum reperiretur penes Principem Maſſæ, cui Secretarius ipſe vendiderat (factum eim Iudicis, factum Partis eſt,*l.ob cauſam C. de euiction.*) ergo nullo pacto poterat terra prædicta Marchioni reſtitui, etſi non poterat reſtitui, quo pacto pretij ſoluti repetitioni locus eſſe poterat.

---

## OBSERVATIO.

Scripſit in hac cauſa pro Marchione Cerchiariæ, qui ſententiam obtinuit fauorabilem Dom. Ioannes Antonius Lanar. *conſ.*82. *per tot.* pro Secretario verò Io. de Soto, D. Io. Franciſcus de Ponte, provt videre eſt *in conſ. ſuo* 5. *lib.*1. *& conſ.*60. *lib.*2. quibus in locis multa doctè & ingenioſe, provt de more in re tam graui deduxit, & ponderauit; ſed & tandem ſententiam contra clientem reportauit, vt in hac deciſ. ex qua Primò notamus onus expediendi Regium aſſenſum ſuper alienatione feudi, de quo agebatur, emptoris fuiſſe, ſed circa hoc pro clariori materiæ intelligentia eſt omnino aduertendum, dictum hoc tunc demum ſuſtineri poſſe, ſi ex conuentione ſic inter contrahentes inita proceſſerit; Cæterùm quando aliter cautum non reperiretur ſemper mea fuit ſententia, vt hoc onus ad venditorem ſpectet, ratio aſſignatur, quia alienanti lex pœnam imponit, & in eo Domini contemptus conſideratur, ſicque vt feudatarius licitè vendat, dominum requirere tenetur, ita per tex. *in l. fin. C. de iure emphyteut.* probat Pariſ. *de reintegrat. feudor. cap.... incip. quando vero plures*, Dom. Reg. de Ponte *loc. cit. num.*91. Montan. *in repet.l. Imperialem num.*198. *de prohib. feudi alienat. per Frederic.* & alij. 1

Sed ſiue emptoris, quia ſic cautum eſt, ſiue venditoris ſit onus, illud certum eſt, quod vbi non fuit expeditus Regius aſſenſus, contrahentibus licitum eſt contractum reuocare ex nimis vulgata diſpoſitione conſtitutionis, *Conſtitutionem Diuæ memoriæ.* Verùm quando ex pacto empta promiſit aſſenſum impetrare, ſi hic reuocat ex defectu aſſenſus, controuerti ſolet an teneatur ad intereſſe, quod venditor forſan pateretur ex cauſa huius reuocationis, & non teneri bis per Sac. Conſ. deciſum refert Dom. Reg. de Ponte *loc. cit. num.*96. Aſſignat rationem, quia aſſenſus expeditio, propter ipſius emptoris commodum, & cautelam deſideratur; cui quidem commodo, quatenus renunciaret, ex hoc pœnam non meretur, iſtamque ſententiam non ſemel Ego amplexus fui, alia etiam conſiderata ratione, nimirum quia cum onus expediendi aſſenſum verè ſit venditoris, vt ſuperius ratione, & authoritate probauimus, quamuis emptor ad hoc ſe obligauerit, non per hoc poteſt venditor excuſari; ſed bene de negligentia argui; debebat enim cautius procedere, & curare, vt aſſenſus expediretur, nec aliter paciſci, vt emptor fidem ſuam abſtringeret ad ſubeundum illud onus, ad quod non tenebatur; vnde non eſt cur dici poſſit, quin expeditioni promiſſæ non vacauit, propter quod venditor damnum paſſus eſt, ad aliquod intereſſe emptor ipſe teneatur, hoc tamen intelligo Ego quantum reſpicit expeditionem aſſenſus, nimirum, vt extendatur in forma priuilegij, regiſtretur in regiſtris Regiæ Cancellariæ, ſigillo muniatur ac & tandem regiſtretur in quinternionibus Regiæ Cameræ, de quibus ſolemnitatibus verba facit Dom. Reg. Rouit. *in pragm.*1. *num.*5. *de fide memorial.* Sed quia pro complemento alia requiritur ſolemnitas, 2

lemnitas, nimirum præſtationis iuramenti vulgò ligium homagium appellatur, præcedentibus litteris, quas dicimus aſſecurationis vaſſallorum, quod quidem adimplementum per venditorem perfici non poteſt, cum ſpectet omnino ad emptorem, ſi caſus daretur, vt hæc tantum ſolemnitas deficeret & propter huius ſolemnitatis defectum emptor ipſe reuocaret, quod ei licere defendit, & docte ſatis Domin. Conſil. Marcian. *diſput. iur. lib.* 1. *diſput.* 31. *per tot.* teneo indubitanter, vt omne damnum, & intereſſe, quod ex cauſa reuocationis venditor pateretur, ad illud reficiendum, emptorem ſic doloſum teneri, ſicque centies conſului, nec diſſentit D. Conſil. Marcian. *cit. diſp.* 31. *num.* 17. *&* 40.

3 Secundò in hac deciſione notamus Dominum Regentem noſtrum eius ſententiæ eſſe, vt ſi inter feudi venditorem, & emptorem conueniretur de non reuocando contractum illum, qui alias ex diſpoſitione conſtitutionis *Conſtitutionem Diuæ memoriæ*, quando caret aſſenſu, reuocari poteſt, valere quidem pactum hoc ſi ex poſt facto, & ſic ex interuallo hæc conuentio contingeret, ſecus à principio, & ſic eo tempore quo fuit facta venditio, idque authoritate Afflict. *in eadem conſtit. num.* 49. Sed nulla facta diſtinctione hac, quod promiſſio hæc de non reuocando alienationem feudi ſine Regio aſſenſu factam de iure non ſubſiſtat, ante Afflict. ſcripſerunt Pariſ. de Puteo *de reintegrat. feudor. cap.* 15. rationibus vt per eum, quem Afflict. reprobato inſequutus fuit Marin. Fricc. *de ſubfeud. lib.* 2. *in quæſt.* quæ incipit, *pluribus autem modis n.* 20. *fol. mihi* 157. quo loci ſic loquitur. *Sed parcat mihi affinis meus ſiue ex interuallo, ſiue incontinenti illi conſtitutioni renunciari non poteſt, & eſſet de facile adinuenire modum eludendi prouiſionem legis, quia principaliter illa facultas reuocandi eſt facta fauore Regis, qui illud quod iure ſuo proprio poterat, conceſſit alienanti, ita quod magis cenſetur, vt Miniſter Regis in hoc, quàm vt vaſſallus alienans licet ex ea reuocatione commodum ſentiat, quia feudum non amittit, & cum illa poteſtas, & authoritas reuocandi ſit inducta ad fauorem principaliter Regis, ne feudum ſuum minuatur, vel commutetur de perſona in perſonam, non poteſt illi renunciari, quia in hoc reputatur vt alius quam vt alienans promittens, ſed vt vaſſallus miniſter, & exequutor Regis & hoc tenet Paris. de Puteo de reintegrat. feudor. car.* 242. *ſed non por dictas rationes.* Hæc Marinus, cuius ſententiæ hilari animo me ſubſcribo, quicquid eſſe cogitandum Pariſ. de Puteo tantum citato dixerit D. Reg. Tap. *in annot. ad dictam conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ col.* 2. *verſ. ſed an poſſit vendens fol. mihi* 233.

## ARGVMENTVM.

Fideiuſſor, an & quando antequam ſoluat poſſit principalem cogere, vt ipſum à fideiuſſionis nexu liberet. Fideiuſſor datus pro euictione, ſi diu ſtetit in obligatione, nùm priuſquam res euincatur agere poſſit contra rei venditorem, vt eum eximat ab obligatione; Et quid in obligatione ſub conditione, vel in diem contracta, ſiue in fideiuſſione præſtita ex cauſa tutelæ. Correus debendi an ad inſtar fideiuſſoris poſſit agere contra Correos, vt eum liberet ab obligatione. Dictio *Diu* quodnam tempus importet, & de aliis.

## DECISIO CCCCXCIX.

INSTABAT Magnificus Ioannes Antonius de Duce, forè per Sac. Conſ. cogendum Magnificum Io. Alphonſum eius patrem ad ipſum liberandum ab obligatione contracta ad fauorem paternorum creditorum, vnde dubitabatur an iuri conſentanea eſſet petitio hæc.

Pro cuius reſolutione dictum fuit quod quamuis regulariter fideiuſſor non poſſit principalem cogere, vt eum à fideiuſſione eximat antequam ſoluat, tamen concluſio hæc aliquas patitur limitationes, de quibus *in l. Lucius Titius ff. mandati l. ſi pro ea C. eod. tit. & in c. fin. de fideiuſſorib.* Et inter alias ſi debitor diu in debiti ſolutione ceſſauerit, aut bona ſua diſſipare cæperit, vel ſi fideiuſſor ipſe pro eo debito condemnatus fuerit, aut ſi inter principalem debitorem, & fideiuſſorem exorta ſit inimicitia, quas quidem limitationes in iuribus præfatis exornant DD. & benè Afflict. *deciſ.* 241. In caſu propoſito dicebat Io. Antonius actor, quod omnes hæ limitationes procedebant, ſignanter, & primò quia diu ſteterat in obligatione, nimirum per annos quinque, quamuis dictio illa *Diu* pro decennio ponatur, vt eſt text. *in l. ſi ſeruus ff. qui, & à quibus*, Aretin. *in l.* 3. *§. ſi ſeruus ff. de acquir. poſſeſ.* vel vt iudicis arbitrio remittatur, vt per gloſ. *in d. l. lucius & in d. l. ſi pro ea.* Secundò quia obligatio, quam ſic pater, & filius fecerunt, fuit mediante inſtrumento guarantigiato, quód nos liquidum appellamus, vnde ſicut quando condemnatio ſequuta eſt, poterit fideiuſſor inſtare, vt liberetur, ita pariter quando obligatio facta apparet per inſtrumentum, quod exequutionem paratam habet, cùm de proximo poſſit oriri condemnatio, prout in terminis tenent nonnulli Doctores, ſignanter Bart. *in l. ſi fideiuſſor pro venditore ff. de fideiuſſor.* Sed circa hoc contrarium, & melius tenent Imol. *in d. c. fin. de fideiuſſor.* Paul. de Caſtro *in d. l. fideiuſſor pro venditore*, & Afflict. *in conſtit. ſi Dominus vaſſallum num.* 11. vbi rationem aſſignat, quia aliàs principalis debitor ex fideiuſſione, nullum commodum reportaret, quod eſſe non debet, quibus, & aliis in facto diſcuſſis, per Sacrum Conſilium, accedente, etiam voto Dominorum Regiam Cancellariam Regentium, fuit pro maiori votantium parte deciſum, quod, elapſis aliis tribus annis decurrendis à prima die menſis Ianuarij proximi futuri, teneatur pater filium à fideiuſſione liberare.

OBSER

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 QVamuis notiſſimi iuris ſit vt fideiuſſor ante ſolutionem aduerſus perſonam, pro qua fideiuſſit, vt eum à fideiuſſione liberet agere non poſſit, iuribus hîc per Dom. Regentem citatis, attamen aduertendum eſt,quod eiſdem iuribus attentis, hæc eadem concluſio aliquas patitur limitationes, illamque præcipue, quando fideiuſſor diu ſtetit in obligatione, & ſic quando principalis debitor diu in debiti ſolutione ceſſauit, & cum hic dubitatum eſſet, quodnam tempus hoc *diu* ſit, fuit à Dominis iudicantibus arbitratum pro annis octo, ſicque habemus veram eſſe opinionem illorum, qui dixerint, quod hoc tempus *diu*, in iudicis arbitrium remittitur, quicquid aliqui exiſtimauerint, quod importet tempus decemnale, ſiue duorum, aut quatuor annorum, videantur gloſ. *in c. fin. de fideiuſſor.* Bald. *in l. ſi pro ea num.* 10. *C.mand.* Guid. Papa *deciſ.*117. Afflict. *deciſ.*241. *num.*3. Ludouic. à Peguer. *deciſ.*190. Iacob. Monach. *de arbitr. iudic. lib.*2. *centur.*1. *caſu* 41. Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.*3. *tit. de fideiuſſor. reſol.*5. *num.*3. & Iacob. Cancer aliis omiſſis *part.*2.*hoc tit.de fideiuſſor.num.*88. Eſt tamen notandum, hæc omnia ita demum procedere, vbi fideiuſſor in fideiuſſione ſteterit obligatione principali iam commiſſa, alias ſecus prout exemplificari poteſt in fideiuſſore dato pro euictione, is enim quamuis diu ſteterit in obligatione, non tamen agere poterit, priuſquam res euincatur, ita Bald. & Imol. *in l.facere poſſe ff.ſolut.matrim.* idem Bald.Iacob. de Aren. & Cyn. *in l. lucius ff. mandati.* Salicet.*in d.l. ſi pro ea C.mandati*, Angel. Aretin. *in §.ſi quis autem, Inſtit. de fideiuſſor.* Afflict. *cit. deciſ.*241. *num.*4. *verſ. ſi datus eſt fideiuſſor*, & ibi Cæſar. Vrſill. *in addition.* Cencius de Cenſibus *quæſt.*76. *num.*2. *in nouiſſ.* Rota *deciſ.*199. *in collectis per eundem*, idemque quoties, quis pro aliquo tutore, curatore, vel quolibet adminiſtratore fideiuſſerit, is enim quamuis diu ſteterit in obligatione, non tamen agere poſſet vt à fideiuſſione eximatur, antequam tutela, vel cura, ſiuè officij adminiſtratio completa ſit, & pariformiter vbi obligatio eſſet ſub conditione, vel in diem, nam adhuc hic, qui ſic fideiuſſit ante debitum purificatum, vel principalem obligationem commiſſam agere prohibetur,licet diu in obligatione ſtetiſſet, videatur Cancer.*loc.ſupra cit.num.*89.*&* 90. vbi *num.ſequenti*, idem affirmat in fideiuſſione contractus cenſualis, vt is nec etiam poſſit cogere debitorem cenſus, vt à fideiuſſione eum liberet, licèt diu ſteterit in obligatione, ſicque ſubdit ſcripſiſſe Felician.de Solis, *de cenſibus lib.*3. *cap.*3.*num.*9. *tom.*1. *& lib.*3.*cap.*3. *num.*4. *tom.*2. quibus in locis ait etiam poſt centum annos hoc fideiuſſorem contractus cenſualis petere non poſſe,ſed certè dictum hoc non eſt ſine controuerſia, qua de re videndi ſunt Fontanella *de pact. nuptial. tom.*1. *clauſ.*4. *gloſ.*18. *par.*3. *num.*16. Rota *deciſ.*195.*&* 199.*in collect.per.Cenc. & deciſ.*74. *penes Caualer.* Gaſpar. Roderic. *de ann. redit. lib.*2. *quæſt.*12. *num.*30. Ludouic. à Peg. *deciſ.*190. & Cen. *de cenſibus quæſt.*76. *per totam, in nouiſſ.*

2 Quantùm verò attinet ad illam quæſtionem, nimirum an concluſio in principio firmata reſtrictionem recipiat in fideiuſſore,qui obligatus eſt per inſtrumentum guarentigiatum, quod nos liquidum appellamus, ſubſcribo me libenter ſententiæ negatiuæ Domini Regentis Noſtri, dum exiſtimauit, quicquid aliqui contrarium ſcripſerint, vt nullo pacto, qui ſic vt fideiuſſor ſe obligauit, principalem debitorem cogere poſſit, vt eum liberet à fideiuſſione, niſi diu in illa ſtetiſſet, iſtamque partem ex recentioribus pariter amplexus eſt Alex. Trentacinque *loc. cit. num.*6. vbi ſic loquitur. *Contra hanc opinionem tenent Roman. Angel.& Paul. de Caſtro in d.l.fideiuſſor pro venditore ff. de fideiuſſ.& Salycet.in d.l.ſi pro ea, mouentur iſti,quia fideiuſſor à principio ſciebat, poſſe incipi ab exequutione,& nihilominus fidem dedit de ſoluendo vnde deciperetur debitor, ſi ſtatim ab ea poſſet moleſtari, ipſo adhuc à creditore non moleſtato, & ſic non poteſt agere, niſi diu ſteterit in tali obligatione, vel ſi contra eum peteretur exequutio inſtrumenti, hæc opinio mihi placet, quam tenet etiam Angel. Aretin. in d.§.ſi quis autem.* Hæc ille.Cætera ad limitationem regulæ, vide eundem Trentacinque *loc. cit.* & Hyppol.de Marſ.g. *de fideiuſſ.n.*216. *fol. mihi* 420. *in tract.diuerſor.*

Quid autem dicendum in Correo debendi, an iſte 3
ad inſtar fideiuſſoris poſſit agere contra Correos vt eum liberet ab obligatione, vide Aluar. Valaſc. *conſult.*36. *per tot.* de quo meminit Cancer. *loc. citato numero* 83.

## *ARGVMENTVM.*

Ciuitas Neapolis num poſſit abſque Domini Proregis licentia legatum ad ſuam Catholicam Maieſtatem mittere, Et an miſſus abſque licentia ſit ab eodem Domino Rege, eiuſque ſupremis Tribunalibus admittendus; Et quid in Baronibus & Regni Proceribus, an pro eorum priuatis negotiis Prorege inconſulto oratorem ad eundem Dominum Regem deſtinare, & mittere valeant, & de aliis ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCCC.

CVM à nobilibus ſedilis Nidi huius 1
ciuitatis,ex eis deputati ſex eſſent, ad hoc vt ab Illuſtr.Domino Prorege veniam obtinerent,ad finem poſſe deſtinari perſonam,quæ ad ſuam Catholicam Maieſtatem ſe conferret pro tractanda aggregatione aliquorũ nobilium benemeritorum ad idem ſedile, prout fieri ſolitum erat, porrectiſque præcibus, nullave nec obtenta, nec denegata licentia, fuit deſtinatus Dominus Ferdinandus Carrafa, id, quod Dominus Prorex ægrèferens, vt contra deputatos prædictos criminaliter procederetur mandauit, vnde capta informatione, ac inſtructo proceſſu, fuit dubitatum, qua pœna nobiles illi venirent coërcendi?

Pro cuius dubij reſolutione fuerunt primò 2
allegeta quatuor iura, quibus dicebatur probari, nemini licere ad Principem accedere, niſi prius ab eo qui eius vices gerit, licentia petita, & obtenta fuerit,& ſunt hæc. *l. penult. & fin.C. de legib. l.ſi quis decurio la* 1. *C.de de-*



Digitized by Google

*curion. li.* 10. *& §. ſi tibi quoque verſ. alioqui Auth. de mand. Princ.* Nec ſat eſſe, licentiam peti, ſed oportet, quod omnino obtineatur, ita Philipp. Franc. *in c. ſi religioſus de elect. in* 6. vbi dicit, quod quando in aliqua diſpoſitione de licentia ſic mentio, intelligitur regulariter, quod ſit petita, & obtenta, niſi in caſibus, vbi aliter lege cautum eſſet, & quod nunquam per tacitum conſenſum conceſſa intelligi poſſit, firmarunt Archid. & Io. Andr. *in c. ſi Abbatem, eod. tit. tit.* & Alex. *in addit. ad Bart. in l. ſi cum plures ff. de aqua pluu. arcend.* & licet text. *in d. l. penult. & fin. C. de legibus*, nullam videatur pœnam impoſuiſſe, tamen text. *in d. l. ſi quis decurio* pœnam præſcripſit, nimirum Principis competentis indignationis, idemque text. *in d. §. ſit tibi quoque, verſ. alioqui.* Sed quæ ſit pœna hæc? etenim quando lex aliquid imperat, nec pœna aliqua impoſita reperitur, dicit gloſ. *in l. nemo martyres C. de Sacroſanct. Eccleſ.* arbitrariam eſſe pœnam, idemque ibidem Bald. Aretin. & Iacob. de Beluiſ. At idem Bald. altius materiam pertractans *in l. legis virtus ff. de legibus*, dicit poſſe eſſe locum ſupræmæ pœnitentiæ, & ſic pœnæ capitis, per tex. *in l. penult. C. de veſtibus oſeberis lib.* 11. item pœna exilij *l. fin. C. de fundis limitr. lib.* 11. & interdum ſat eſſe malefacti correctionem, *§. adſcriptitio, Auth. de nuptiis.* Addit demùm, quod ſi in mandato minima pœna determinata eſt, illa incurritur, & non alia, quia ſpecies magis quàm genus attendi debet, & quod pro leui contemptu grauis pœna imponi poſſit, dubitandum non eſt, cum nullum peccatum ſit adeo paruum, quod propter inobedientiam maius non fiat, *§. hac conſiderantes, Auth. vt omnes obed. iudicibus*, tandem concludit, pœnam eſſe arbitrariam, allegat gloſ. *in l. nemo martyres C. de Sacroſanct. Eccleſ.* pœna enim arbitraria generalis eſt, ac ideo vbi pœna ſpecialis non eſt præſcripta generalis ineſſe videtur, idemque firmauit Afflict. *in proœm. conſtit. Regni*, Felyn. latè *in cap.* 1. *de maior. & obedientia*, vbi notabiliter inquit, quod quando mandato pœna determinata non eſt, dicetur arbitraria, itavt vſque ad mortem deueniri poſſit, dummodo exceſſus qualitas hoc ſuadeat, & licet non omnis inobediens contemnere dicetur, vt per Dominic. *in c. de libellis* 20. *diſtinct.* tamen ex coniecturis cognoſcitur contemptus, vt puta, quando quis ſcienter contra ſuperioris prohibitionem venit, Anton. de Butr. *in c. ſi celebrato de cleric. excommun. adminiſtante*; In caſu de quo agebatur mandatum pendebat Domini Cardinalis Granuelani, tunc Regni huius locumtenentis, & Collateralis Conſilij, quod nullatenus nobiles dicti ſedilis ad regem noſtrum aliquem transmitterent, niſi prius ab eodem Domino locumtenente in ſcriptis obtenta licentia ſub pœna ducatorum decem millium pro eorum quolibet, & alia maiori ſuo arbitrio reſeruata magna enim pecuniaria pœna corporali æquiparatur, Bart & Iaſ. *in l. admonendi ff. de iureiur.*

Præterea, quando hoc mandatum in medium non ſe obtuliſſet, lex eſt quæ vetat acceſſum ad Principem ſine licentia, itavt ſat non ſit vt petatur *in d. l. penult. & fin. C. de legibus*, niſi obtineatur *d. l. ſi quis decurio l.* 1. *C. decurio. lib.* 10. Nec facit reſponſio ad iura prædicta, dato nimirum, quod loquantur de iudicibus, cæteriſque officialibus, qui eorum officia ſine ſuperioris licentia deſerere non valent, etenim verum eſt, quod ſic loquitur text. *in d. l. ſi quis decurio*; Sed benè procedebat in caſu propoſito; dicebantur namque illi deputati Ciuitatis adminiſtratores, de quibus lex illa verba facit, & licet non totius Ciuitatis, benè tamen vnius quarterij. Vlterius tex. *in d. § ſit tibi quoque*, adhuc de perſona particulari loquitur; vnde concludebatur, nobiles iſtos deputatos verè arbitraria pœna coërceri poſſe, ac proinde cum quatuor eſſent votantes, vnus cenſuit, quod relegarentur per quinquennium, ſalua prouiſione facienda eo tempore elapſo, ſi honoribus dicti ſedilis priuari deberent, alter fuit voti fore illos relegandos per triennium, & quod priuentur in perpetuum voce paſſiua dicti ſedilis, alij verò duo, quod per ſeptennium relegarentur abſque alia pœna, & reſeruatione, ſicque ſententia prodiit, quò verò ad alios nobiles carceratos, ex eo quod pecuniam ſoluerant pro expenſis dicti D. Ferdinandi, fuit prouiſum quod carcer cederet in pœnam.

## OBSERVATIO.

HIc habemus deciſum, non licere huic fideliſſimæ Ciuitati, venia prius non obtenta Oratorem ad Dominum Regem noſtrum mittere, ex iuribus per Dominum Regentem allegatis, & ex hoc contra deputatos, qui contrauenerunt criminaliter proceſſum, ac & tandem illos relegationis pœna multatos, ô bone Deus, quam magna eſt determinatio hæc? Tu modo ad confirmationem eorum, quæ hic dicta ſunt, circa prohibitionem mittendi Nuncium, ſiue legatum ad Sereniſſimum Regem noſtrum, vide ſcripta per Ioannem Thomam Minado. *in repet. conſtit. in aliquibus, in verbo Comitum, & Baronum num.* 55. quo loci dixit non poſſe Barones Regni huius pro eorum negotiis, Prorege inconſulto Oratorem ad Dominum Regem noſtrum mittere, nàm primò ait adeundum eſſe Viceregem, illudque, quod per ipſum expediri poteſt, à Rege per Nuncium, ſiue legatum non eſſe petendum, allegat tex. quem dicit eſſe expreſſum *in l.* 3. *& fin. C. de legat. lib.* 10. per quem dicebat, iure Ferdinandum Sanſeuerinum (hic fuit Princeps Salerni) potuiſſe à Carolo Cæſare repelli, dum fuerat ille ſine litteris, & conſenſu Proregis miſſus, ad idem videndus Marc. Ant. Surgens *de Neap. illuſtrata l.* 1. 5. 25. *n.* 21 *& ſeq.* vbi relato Minadoo *loc. cit.* ait, ambiuendum non eſſe, Dom. Proregem Regni huius Deputatis noſtrorum nobilium prohibere poſſe, vt ad Dominum



Digitized by Google

Regem noſtrum acceſſum non habeant, itavt contrauenientes puniri poſſint, & illa pœna, qua punitur, qui in legem delinquit, nimirum vt Iudicis arbitrio relinquatur, quodque pro regula conſtitutum ſit, non poſſe hanc Ciuitatem legatos ad Regem mittere Prorege inconſulto, ſcripſit pariter Dom. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit. de abundant. ciuitatis* §.7. *num.*1. vbi tamen *num.*3. authoritate Ioannis de Platea, & Rebuff. quos allegat, ait quod quando licentia fuit petita, ſed non iure denegata, tunc acceſſum non eſſe prohibitum & *num.*7. addit, hodie practicari, vt adeatur Prorex pro licentia petenda, quæ ſi denegata iniuſtè fuerit, tunc licere, & licitum eſſe legatum mittere, etiam licentia non obtenta, fuiſſeque perſonas ad id deſtinatas à Dominis noſtris Regibus benignè receptas, & à Ciuitate poſtea remunerata eiſque debitum ſolutum ſalarium.

2 Et pro pleniori huius rei cognitione, quando caſus contigit, recurre ad nouiſſimè ſcripta per Dom. Reg. *in deciſ.*10. *ſupremi Italiæ ſenatus per tot.* vbi occaſione ſupplicationis potentiſſimo Domino Regi noſtro porrectæ, ad hoc vt dignaretur mandare, licere huic fideliſſimæ Ciuitati abſque Proregis licentia legatum ad ſuam Catholicam Maieſtatem mittere, præſertim, quando de grauaminibus à Prorege illatis eſſet coram ſua Maieſtate tractandum, de tribus extitit in ſenatu illo dubitatum, & Primò an liceat noſtræ Ciuitati abſque Proregis licentia pro legato ad Regem mittendo ſe congregare; Secundò facta concluſione vt mittatur, an mitti poſſit abſque licentia; Tertiò, & tandem an miſſus abſque licentia ſit ab eodem Domino Rege noſtro, eiuſque ſupremis Tribunalibus admittendus; Et quoad primum dicebatur, hoc Ciuitati noſtræ licere, cum ea tamen ſolemnitate, quæ à iure ſtatuta eſt, nimirum vt omnes conueniant, qui intra Vrbem commorantur ad tex. *in l. fin. C. de legation. lib.*10. Nec pro hoc actu explendo Proregis licentia opus eſſe, idque ex peculiari Ciuitatis prærogatiua, quicquid aliter ſeruetur in aliis Ciuitatibus, & locis Regni huius, iuxta ea, quæ ſcripſerunt Dom. Præſ. de Franchis *deciſ.*446. & Marc. Ant. Surg. *loc. ſupra cit. num.*22. Et quoad ſecundum, nimirum, an facta concluſione deſtinandi legatum, poſſit qui electus eſt abſque Proregis licentia ad Regis Curiam ſe conferre; dicebatur nullatenus id licere, ſic diſponente Imperiali conſtitutione *in l. penul. C. de legation. lib.*10. ac Regia ordinatione immortalis memoriæ Philippi II. mediantibus Regiis litteris ad Principem Perſiæ tunc Regni Proregem tranſmiſſis, ſub die 4. Decembris 1529. quorum tenor habetur in ſupracit. deciſ. 10. ſupremi ſenatus, & meminit Marc. Ant. Surgens *loc. cit.* quo verò ad tertium, de quo dubitabatur, dum legatus abſque Proregis licentia mitti non poteſt, dictum fuit conſequenter, nec eſſe illum à Domino Rege noſtro admittendum, prout in ſpecie reſpectu legati per hanc ciuitatem miſſi, ſcripſerunt Surgens & de Ponte *locis ſupra cit.* fuit tamen dubitatum an hæc licentia eſſet neceſſaria, quando legatus ad Regem eſt mittendus pro exponendis grauaminibus per Proregem illatis, ad quod fuerunt ponderatæ tam Regiæ Ordinationes Sereniſſimi Regis Philippi II. de anno 1579. ſuperius indicatæ, per quas ſecundum aliquorum interpretationes, non imponebatur Proregi neceſſitas licentiam concedendi, vt per Surgentem *citato cap.*25. *num.*24. quam litteræ Piiſſimi Regis Philippi III. de anno 1600. quarum tenore attento dicebatur Dom. Reg. de Ponte *loc. citato* deciſum atteſtari, ſat eſſe licentiam petere, licet ea non obtineatur, ſed quia hoc erat periculoſum, inſtante demum Ciuitate, & ſupplicante, Dominus Rex noſter de anno 1617. ſub die 10. Septembris Regiis ſuis litteris mediantibus, mandauit, vt quotieſcumque voluerit Ciuitas litteras dare pro rebus bonum Ciuitatis regimen concernentibus, hoc ei liceere, data prius notitia Proregi, ſed quando voluiſſet litteras ſcribere pro exponendis grauaminibus, quæ à Prorege inferebantur, liceret, nulla petita ab illo licentia, nec notitia data; at quando voluiſſet legatum mittere, vt eo caſu licentia à ſua Catholica Maieſtate peteretur, quarum quidem Regiarum litterarum tenorem habes impreſſum per Dom. Reg. Tap. *in cit. deciſ.*10.

## *ARGVMENTVM.*

Feudatarius ſub prætextu, quod feudum non eſt in fructu an poſſit prætendere ipſum ad ſeruitium Domino præſtandum non teneri, Et an poſſit Domino inuito feudum renunciare. Emphyteuta ſi propter bellum nullos ex re ſibi in emphyteuſim conceſſa fructus percepit, an ad canonem ſoluendum cogi poſſit, & de aliis.

## DECISIO CCCCCI.

FACTA conceſſione à Cæſarea Maieſtate Caroli Cæſaris felicis recordationis Illuſtr. Marchioni Vaſti de Alumeria Inſulæ Iſchiæ, cum hoc vt illam teneret in feudum, & vt Adoham & releuium Regiæ Curiæ ſolueret, ſupponebatur, quod quamuis à principio quidam mercator per certum tempus illam conduxiſſet, demum quia exiſtimauit Marchio propter multas expenſas, quæ in conficiendo alumine neceſſariæ erant, quod parum, aut nihil vtilitatis ei erat, decreuit non amplius curare vt alumen conficeretur, & hoc inſtabat in Regia Camera declarari, vt de cætero, ad Adohæ ſolutionem non teneretur, contradicebat fiſcus, vnde dubitatum fuit, quid iuris. 1

Diſcuſſa hac Marchionis prætenſione in Collaterali Conſilio ad relationem Regiæ Cameræ pro fiſco nemine contradicente ſententia prodiit. Ratio deciſionis fuit, quia hæc alumena in ſuo eſſe exiſtebat, nec aliter ex caſu aliquo fortuito contingente demolita, itavt in poſterum nullo vnquam tempore alumen confici potuiſſet; etenim ſi hic caſus contigiſſet, Marchio ad ſolutionem adhoæ cogi non potuiſſet, argumento tex. *in l.*1. *C. de iure emphyteut.* vbi tunc demum emphyteuta ad canonis ſolutionem non tenetur, quando res in emphyteuſim conceſſa eſt penitus deuaſtata; ſecus verò vbi particulare, vel aliud leue contigerit damnum, ex quo non ipſa 2

rei

Digitized by Google

rei penitus læditur ſubſtantia, in caſu propoſito alumeria, nullum damnum paſſa erat, & licèt non inueniebatur, qui illam arrendaret, debebat tamen Marchio poſtquam in ſuo domanio remanebat, pecuniam erogare,& expenſas facere pro conſtructione dicti aluminis; hinc in fortioribus terminis dixerunt Doctores, nimirum, emphyteutam teneri ad canonis ſolutionem, quamuis ex re emphyteutica propter bellum nullos fructus percipiat, cum res ſecundum veritatem non perierit, ita ſatis bene Alberic. *in d.l.1.per tot.numer.8. C.de iure emphyt.* vbi addit ita communiter ſeruari, nec obſtant iura *in l.ex conducto §.ſi vis tempeſtatis ff.locati, in l.licet, & in l.excepto C. de locat. & in c. propter ſterilitatem, extra eadem.* hæc namque iura in contractu locationis, & conductionis procedunt, in quo ſecus erat in caſu propoſito, vbi vtile dominium rei conceſſæ in Marchionem conceſſionarium tranſlatum fuerat, alias dicere potuiſſet. Rex Dominus directus,provt fiſcus dicebat, vt conceſſionis reſoluatur contractus.

## OBSERVATIO.

1 HIc notamus, facta à Rege conceſſione de aliqua re in feudum ſub cótingenti feudali Seruitio, ſiue adoha, non poſſe conceſſionarium prætendere, quia res non eſt in fructu, non teneri eum ad ſeruitium præſtandum, ſiue ad ſoluendum adoham, dum res illa non periit, illud autem eſt quod prætendere poteſt, nimirum renunciare rem illam,ſic in feudum conceſſam in manibus Domini, ſed an hoc ei liceat Domino inuito, ſi conceſſio gratia vtriuſque facta extiterit, videndus eſt Andr. qui *in cap.1. num.24. & ſeq. de Capit.qui Cur. vend. & in c.Imperialem num.22. de prohib. feud. alien. per Frederic.* poſt Azor. quem allegat, negatiuè reſpondit in puncto autem, quod diminutis fructibus feudi non poſſit feudatarius adohæ diminutionem prætendere, provt, nec feudo aucto, poſſit adohæ augumentum peti, dixerunt Andr. *in cap.1. §.ſi quis de manſo de controu.feud.* Iacob. de Ayello *de iure adohæ, & releu. n.55.* Camill. de Curte *in ſuo diuerſ.feud. fol.41. a. num.59.* Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib.2.in 5. authorit.num.21.* Io.Franc. de Ponte *conſ.79. numer.27.* & alij, quos citat Capan. *de iure adohæ quæſt.31.per tot.& de iure releuij par.2.q.11. numer.5. & ſeq.*

2 Ad confirmationem autem huius concluſionis hic tentæ, vt emphyteuta ſemper ad Canonis ſolutionem teneatur,quamuis res in emphyteuſim conceſſa, aliquod paſſa ſit detrimentum, dummodo in totum non perierit, & ob id teneri eum canonem ſoluere,adhuc ſi propter bellum fructus percipere non potuit, vltra Albericum *hîc* per Dominum Regentem citatum *in l.1 per tot. num.8. C. de iure emphyt.* videndus eſt Angel. *in §.quia vero, il 1. num.22. Auth. de non alien.aut permut. reb. Eccleſ.* Huius dicti ratio aſſignatur, quia cum canon ſoluatur, non in recompenſationem fructuum, ſed in recognitionem directi Dominij, conſequens eſt dicere quod cum dominium duret, ipſius rei ſubſtantia durante, ſic pariter debet durare ſolutio,licet propter bellum res coli non poſſit, ſed circa hanc concluſionem eſt ſummè aduertendum, nam non deſunt Doctores, & grauiſſimi, qui dixerint, quod ſi emphyteuta propter bellum nullos eo anno fructus percepit, ad Canonis ſolutionem non teneatur, & hi ſunt Iacob. de Aren.& Bart. *in l.1.C.de iure emphyt.* Alex. *in l.interdum §.quod ex naufragio num.5. & ſeq.ff.de acquiren.poſſeſſ.* Abb.*in c.potuit num.18.*vbi etiam Imol. *num.42. & ſeq.de locat.* Cornel. *conſ.181. lib.2.* & alij plures, quos citat, & ſequitur Iaſ. *in conſ.54. num.14. lib.1. & in l.1. num.91. & ſeqq. C. de iure emphyt.* quicquid circa hoc dixerit Iul. Clar. *in §. emphyteuſis quæſt.8. per tot.n.6.* At Aurel. Corbul. *in ſuo tract. de iure emphyt. in tit.de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. num.12. & ſeq.* ait negari non poſſe quin articulus iſte ſit dubius, & pluſquam alius qui in materia tit. *de iure emphyt.* occurrere poteſt, putauit, & tandem, vt ſemper emphyteuta à canonis ſolutione excuſetur ſiue bellum ſit iuſtum, ſiue iniuſtum, dummodo res in emphyteuſim conceſſa in hoſtium poſſe peruenerit, adeo vt recuperandi ſpes non adſit, demque quando bellum viget in territorio, in quo ſita eſt res, propter quod emphyteuta ad locum illum cauſa colendi emphyteuſim accedere non audet, quia timet, ne ab hoſtibus repellatur, vt hoc etiam caſu à canonis præſtatione excuſetur; at ſecus ſemper dicendum affirmat quando bellum eſt in territorio; ſed emphyteuſis ab hoſtibus occupata non eſt, nam quoties emphyteuta ad colendum accedere non audeat, ex quo timet in perſonam lædi, vel fructus poſtea ab hoſtibus depradari, attamen quia vtile retinet dominium, nec poſſeſſionem amiſit, ad canonis ſolutionem tenebitur, ſicque ait Corbul. Alber. & ſequacium ſententiam bene procedere.

## ARGVMENTVM.

Iudex, coram quo inſtatur pro exequutione ſententiæ latæ per alium Iudicem alterius territorij, ſolitis præcedentibus litteris hortatorialibus, nùm poſſit de viribus illius ſententiæ cognoſcere. Exceptio diſcuſſionis inuentarij, an poſt ſententiam ad illius exequutionem impediendam opponi poſſit & de aliis.

## DECISIO CCCCCII.

CARCERATO Nicolao Salinario
in carceribus Locumtenentis Ci- 1
uitatis Coſentiæ vigore mandati exequutiui Rotæ Ianuæ, cum imploratione brachij noſtræ Magnæ Curiæ expediti ad inſtantiam Octauiani Sauli pro ſumma ducatorum ſex millium, eoque demum liberato ordine Sacri Conſilij, præuia fideiuſſione de ſe præſentando in Sacro Conſilio infra menſes duos, & de ſoluendo, quicquid per idem Sacrum Conſilium fuiſſet iudicatum, quia illinc ad tres dies poſt excarcerationem obiit,inſtabat Octauiani procurator contra fideiuſſores realiter, & perſonaliter exequi, provt contra dictum Nicolaum exequutum extiterat, ſed illis contradicentibus, &

conten

Digitized by Google

contendentibus; contra eos via exequutiua procedi non poſſe, & hoc propter in iuſtitiam ſententiæ, contra dictum Nicolaum per Rotam latæ, dubitatum fuit quid iuris?

Conſiderabatur; quod licèt regulariter verum ſit Iudicem, coram quo inſtatur pro exequutione ſententiæ latæ per alium Iudicem alterius territorij, præcedentibus ſolitis litteris hortatorialibus non poſſe de viribus dictæ ſententiæ cognoſcere, an iuſta, vel iniuſta ſit, vt per Bart. *in l. à Diuo Pio col.1. & 2. ff. de re iudic.* Angel. *conſ.220.* & per Guid. Papa *dec.574.* Tamen ſi euidenter de iniuſtitia conſtaret, poſſet exequutionem impedire, ita Innoc. *in c. cum iuteperitus col.7. verſ. ſi autem vnus ordinarius, de offic. de leg.* Roman. *conſ.51.* Angel. *loc. modo cit.* vbi addit, quod quando ſententia notoriè eſt nulla, nullam meretur exequutionem, quia ſententia nulla non eſt ſententia, *l.4.§. condemnatum ff. de re iudic. l. non putauit. §. non quæuis ff. de bonor. poſſeſ. contr. tab.* In caſu, de quo agebatur, nullatenus de iniuſtitia, aut nullitate ſententiæ conſtabat, ſicque pro illa vt fuiſſet ritè, & rectè lata præſumendum erat, Bart. & Bald. *in l. prolatam C. de ſentent. & interloquut. omn. Iudic.* Ant. de Butr. & Aret. *in c. quoniam contra, de probation.* Quocirca cum dictus Nicolaus viueret, ſe Octauij debitorem agnoſcens, vti tamen fratris ſui hæredem, prolata ſententia ad illius exequutionem impediendam exceptionem oppoſuerat diſcuſſionis inuentarij, quam poſt ſententiam opponi poſſe communiter à Doctoribus tenetur; vnde facta relatione per Sacrum Conſilium in Collaterali Conſilio deciſum fuit, dictis fideiuſſoribus dilationem vnius menſis concedendam eſſe ad dictum inuentarium producendum) & inſuper illos teneri infra dies quindecim depoſitum facere totius quantitatis contentæ in ſententia lata in Ciuitate Ianuæ: vel ad eorum electionem idoneam infra eundem terminum cautionem præſtare de ſoluendo, quicquid fuiſſet iudicatum; ſed quia neutrum fuit adimpletum, aliud fuit prolatum decretum; nimirum forè realiter & perſonaliter contra dictos fideiuſſores exequendum pro faciendo dicto depoſito; At præſentato demum inuentario, fuit prouiſum, quod ex nouiter deductis dicti fideiuſſores infra dies duodecim præſtarent in hac Ciuitate Neapolis idoneam cautionem fideiuſſoriam de ſoluendo quicquid fuiſſet iudicatum, reſpectu quantitatis in dicta ſententia contentæ.

## OBSERVATIO.

1 **DOminus Regens in hac ſua deciſione, in ea eſt ſententia, nimirum, Iudicem, coram quo inſtatur pro exequutione ſententiæ latæ per alium Iudicem alterius territorij, ſolitis præcedentibus litteris hortatorialibus, non poſſe de viribus dictæ ſententiæ cognoſcere, & ſic an iuſta, vel iniuſta ea ſit, niſi euidenter de illius iniuſtitia, ſiue notoria nullitate conſtaret;** hanc eandem ſententiam amplexus fui pariter, & Ego *li.1. mearum reſolut. c.204. & li.2. c.112.* idemque ſcripſerunt Dom. Reg. Sanfelic. *dec.293.* & Dom. Reg. Merlin. elegantiſſime *controu. forenſ. cent.2. c.98. per tot.* poſt quamplures, quos allegat Doctores, & præ cæteris noſtrum Andream *in conſtit. Regni poſt mur. di machinam* & clarius *in c.1. n.15. verſ. ſed quid ſi, in tit. de controu. inter vaſſall. & alium de benef.* ſed contrarium in mixto exequutore tuetur D. Conſil. Carloual. *de iudic. tom.2. li.1. tit.3. diſp.17.* Idemque non ſemel deciſum refert Dom. Reg. Capyc. Latro *dec.82.* ſic atteſtãs fuiſſe datum terminum in cauſa implorationis brachij, & diſputatum illud idem quod corã Iudice, qui ſententiam, ſiue decretum protulit diſcuſſum extiterat, ò mundi calamitas, Ego nuſquam in hac re percipere potui, ſuppoſita Iudicis competentia tam reſpectu actoris, quam rei, vel rei conuenti dumtaxat, lata ſententia, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam, vel quia ab ea non eſt appellatum, vel quia eſt appellatum, & in gradu appellationis, vel reclamationis ea confirmata extitit (quando ex reuolutione cartarum de ipſius notoria nullitate non conſtaret, quia ſi euidenter nulla, ſententiæ nomen non meretur, ad trad. per D. de Franch. *dec.86. n.5. & 6.* & per fratrem Michaëlem de Agia *in ſuo opuſc. de exhibend. auxiliis concluſ.8. fol. mihi 148.*) Cur coram Iudice, cuius Brachium pro iudicati exequutione petitur impartiri, denuò diſcutiendum ſit, illud idem, quod iam coram Iudice competenti diſcuſſum, & iudicatum fuit, idemque quando relaxatur mandatum exequutiuum, quod litteras exequutoriales nos appellamus, procedens ex incuſatione inſtrumenti guarantigiati; quod nos liquidum appellamus, ſiue obligationis in forma Cameræ Apoſtolicæ, quæ paratam habet exequutionem, & cuius natura eſt, vt obligatus prius ſoluat, & poſtea ſolutum repetere, ſi indebitum ſoluiſſe prætendat, vt per Rot. *dec.126. n.7. poſt tract. de obligat. Camer.* Etenim dum eſſem Iudex M.C. in qua paſſim de his tractari contingit, memini de Dom. Reg. Sanfelicio, cuius memoria in benedictione eſt; hic enim vir conſummatiſſimus non ſemel mihi dicebat tempore ſuo dum pariter Iudicis M.C. officio fungebatur, citra controuerſiam Brachium M. C. ſententiis, & decretis Rotæ Ianuæ, Tribunalis Auditoris Cameræ Apoſtolicæ, & alterius cuiuſuis Magiſtratus Principis alienigenæ abſque cauſæ cognitione fuiſſe conceſſum, quodque hoc non niſi modernis temporibus extitiſſet in controuerſiam poſitum, & nuſquam antea. Nec obſtat decretum quatuor Aularum allegatum per Gizzium *in addit. ad Domin. Reg. Capyc. Latro dec. ſupra allegata 82.* fuit enim illud interpoſitũ in cauſa particulari, vt ex eius tenore, nec aliter per viã legis condendæ, nam ſi in eo interuenit Dom. Reg. Sanfelic. tunc Regius Conſiliarius, impoſſibile eſt, vt de illo *in ſupra allegata dec. ſua 293.* memor non extitiſſet, nec illud pariter mihi allegaſſet, cum de his mecum toties verba feciſſet, & quando affirmare vellemus fuiſſe interpoſitum per viam legis condendæ reſponſio eſt patens, nuſquam fuiſſe illud vſu receptum, nec vllo vnquam tempore à noſtratibus allegatum.

Annuimus ſupra ex Domino Regente noſtro contrariam probari ſententiam, vbi ex reuolutione cartarum de notoria ſententiæ nullitate, ſiue iniuſtitia conſtaret, nam tunc Iudex coram quo petitur exequutio ſententiæ per alium, quantumuis competentem prolatæ, tenetur omninò pro debito ſuæ conſcientiæ acta omnia videre, ſicque de iuſtitia iudicati ſaltem ſummarie cognoſcere, nec aliter dum iniuſte prolata appareret, exequutioni illam demandare; vnde meritò his diebus, cum à quibuſdam Iudicibus delegatis prolata eſſet Capitalis ſententia contra quendam nobiliſſimum 2

biliſſimum feudatarium Marchionatus titulo decoratum, illiuſque exequutio reſpectu confiſcationis bonorum à Regio Fiſco in Regia Camera peteretur, obſtenſa ſola copia ſententiæ, quia ex illius lectura nulla apparebat, ſemel atque iterum, vti mixti exequutores iudicauimus, vno tantum ex Dominis contradicente, quod exhiberetur proceſſus integer, adhuc vt eo viſo ſuper petita ſententiæ exequutione de iuſtitia prouidere poſſemus; vide ſi conferunt ſcripta per D. Conſiliarium Marcianum *conſ.* 18. *lib.* 2.

2 Vlterius Dominus Regens noſter concluſionem hîc firmat, vt exceptio diſcuſſionis inuentarij adhuc poſt latam ſententiam opponi poſſit ad illius exequutionem impediendam. Tu modò ad confirmationem vide ſcripta per Maſtrill. *deciſ.* 24. & Dom. Reg. Capyc. Galeot. *controu. lib.* 1. *controu.* 62. *circa fin.* qui addunt, vt hoc procedat adhuc ſi inuentarium ante ſententiæ prolationem fuiſſet in actis præſentatum; ſed aduerte, quod apud nos hæc exceptio provt, & quælibet alia modificatiua, erit opponenda intra tempus dierum triginta à die intimationis ſententiæ, ſiue mandati de parendo, aut decreti interpoſiti, ſic diſponente pragmatica Sanctione, quæ eſt 4. §. 25. *ſub tit. de dilation.* qua de re latius diximus ſupra *in obſeruat. ad deciſ.* 414.

## *ARGVMENTVM.*

Exequutio pro debito Feudatarij in actione perſonali, nùm in ſubſidium, bonis allodialibus non exiſtentibus, ſuper feudo fieri poſſit. Alimenta, nùm ſint feudatario ex fructibus feudi præſtanda, quamuis bona pro ære alieno ſatisfaciendo non ſufficiant, & de aliis.

## DECISIO CCCCCIII.

1 Ex diſpoſitione cõſtitutionis Regni exordientis, *ſi quis poſt litem, verſ. in feudalibus autem.* ſi feudatarius alicuius debitor ad ſoluendum quod debet, fuerit in actione perſonali condemnatus, eo ſoluere recuſante, dum bona non habet burgenſatica, ſuper quibus ſententia exequi poſſit, ſecundum interponitur decretum, quo mediante ordinatur procedi ad vẽditionem bonorum feudalium, & ſuper illa Regius impetratur aſſenſus; ſed dubitari contigit in Collaterali Conſilio, an eo caſu teneatur Rex ſiue in hoc Regno, illius vices gerens aſſentire, provt quando feudatarius iure permittente vult alienare? & per omnes Dominos Regiam Cancellariam Regentes, & Regiæ Cameræ Præſidentes, fuit deciſum negatiuè. Ratio deciſionis fuit, quia hic non eſt de illis caſibus conſideratis per Andream *in conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ*, & in ſupra relata *ſi quis poſt litem*, verum ſi vult, poterit aſſenſum præſtare, imò & honeſtum eſt, vt det, dummodo iuſta cauſa illum denegandi non ſe offerat, vt quia debitor feudatarius in feudo hæredem non haberet, vel ſi creditor, vel alius, qui feudum emeret, eſſet inhabilis; dicebat autem Dom. Reg. Villarus, quod per conſtitutionem illam *ſi quis poſt litem, ver. in feudalibus*, feudum nedum abſque Regis aſſenſu vendi non poteſt; ſed nec etiam decretum de vendendo interponi, niſi à ſolo Rege, vel eius Vicario, ponderando verba illa text. nimirum, *ex decreto noſtro tantummodo non alterius Iudicis diſtrahatur.* At Dom. iſte Regens non ſic textum illum intelligebat, ſicque pro indubitato dicebat, Legiſlatorem *in dicto verſ in feudalibus* repetiiſſe, quod paulò ante dixerat, nimirum, quod bona feudalia non poſſunt ſine decreto diſtrahi, ideſt ſine aſſenſu Regis, & ſic non alterius Iudicis, non autem negatur, quin Iudex, qui cognoſcit de cauſa, decernere non valeat vt bona feudalia vendantur, interueniente tamen Regis aſſenſu; vbi autem ad venditionem non proceditur, poterit creditor in ſubſidium in feudi poſſeſſionem immitti, illudque retinere, donec feudatarius debitor viuat, quo mortuo redibit ad filium ſi non eſt hæres patris, quod contingeret ſi feudum eſſet ex pacto, & prouidentia, at ſecus ſi hæreditarium, in quo filius eſt hæres, quia tunc teneretur, ſicut pater; verum ex tali immiſſione nullum conſtitueretur ius in feudo, quia deficit aſſenſus, ſed ſolum fructuum perceptio, ita Andr. *in d. conſtit. poſt litem, in conſtit. in aliquibus col.* 7. *& 8. & in capit.* 1. *§. quid ergo de inueſt. de re alien. fact.*

## OBSERVATIO.

Cvm dictis per Dom. Regentem hîc conueniunt ſcripta per Dom. Reg. Lanar. *conſ.* 12. vbi conſuluit, quod ſiue ius commune attendamus, ſiue conſtitutionem Regni huius *ſi quis poſt litem* hîc relatam, exequutionem ſuper feudo pro debito feudatarij in actione perſonali, in ſubſidium tamen, aliis bonis liberis non exiſtentibus, non ſolùm prohibitam non reperiri; ſed expreſsè permiſſam, idemque ſcripſerat Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *in quæſt.* quæ incipit, *pluribus autem modis n.* 9. 1

Sed aduertendum eſt, hæc omnia hodie ceſſare, ſic prohibente Regia ordinatione, de qua teſtatur Dom. Præſ. de Franchis *deciſ.* 704. *num.* 3. vbi addit, ſtante hac prohibitione, quæ ſe habet vt pro debito feudatarij in actione perſonali, non poſſit fieri exequutio ſuper feudo, aliud remedium ad finem ſatisfaciendi creditoribus, & legatariis fuiſſe introductum; nimirum vt feudatarius, ſiue eius in feudo hæres à creditore in actione perſonali in ius vocetur, inſtando, vt cogatur ille ad feudum vendendum, vt ſic de pretio creditoribus aſſenſu carentibus, & legatariis ſatisfieri poſſit, idemque affirmarunt Fab. de Anna *conſ.* 4. *numer.* 73. & Reg. Rouit. *in pragm.* 3. *numer.* 9. *&* 11. *de ordin. iudic.* vbi *numer.* 16. 20. *&* 21. adeo hoc verum putauit, vt ad inſtantiam creditorum aſſenſu carentium nec ſequeſtrari poſſit iuriſdictio debitoris feudatarij 2

Digitized by Google

datarij quod pariter firmauit *in conſ.77. numer.5.6. & 7. lib. 2. & deciſ.72. numero 9.* & centies nos diximus.

3 Illud autem eſt, quod hodie creditor aſſenſu carens prætendere poteſt, poſtquam feudatarium debitorem ſuum in actione perſonali condemnare fecit, & ſuper bonis allodialibus non poteſt ei eſſe conſultum nec velit nouum inſtituere iudicium, vt cogatur debitor ad feudum vendendum, inſtare nimirum, vt ſententia exequatur ſuper fructibus feudi, qui vel vt à ſolo ſeparati, vel ſeparandi vti allodiales iudicantur, ad tradita per Dom. de Franchis *deciſ.*18. *num.*10. poſt Camer. Frecc. & alios vbique, ita ſatis bene poſt alios, quos citant Dom. Reg. Rouit. *in citata pragm.3.n.*14. & Horatius Viſcont. *in ſuis concluſionibus in verbo exequutio ſententiæ fol.*77. Eſt tamen verum vt idem Rouit aduertit, exequutionem hanc ſuper fructibus feudi non aliter fieri poſſe, quoad omnes fructus, ſed deducta portione feudatario neceſſaria pro ſeruitio directo Domino præſtando, & pro alimonia, ac vitæ ſubſtentatione ipſius feudatarij; etenim apud nos receptiſſimum eſt alimenta feudatario eſſe decernenda ex fructibus feudi, non obſtante quod bona non ſufficiant creditoribus, ita vno ore faxi ſunt Afflict. *in dicta conſtit. ſi quis poſt litem num.*14. *verſ. Item quod remaneat*, Petr. de Gregor. *in tract. de dote de paragio quæſt.*5. *num.*8. *& de vita, & militia q.*1. *num.*16. Surd. *de alim. tit.*8. *priuileg.* 80. *num.*4. Frecc. *de ſubfeud. in tit. de differ. inter feud. ex pacto, & prouid. & hæredit. differ.*5. *num.*1. Franc. de Amic. *in tit. de his qui feud. dare poſſeſſ. in c.* quod incipit. *Sed hic pulchrum erit fol.*11. *num.*4. Camill. de Curte *in ſuo diuerſ. iur. feud. fol.*53. *a. num.* 106. Caſtagn. *in tract. de duc. ne egeat. quæſt.*5. *ampliat.*3. *num.*16. Georg. *allegat.n.*43. iſtamque ſententiam audio Sacrum Conſilium approbaſſe, in cauſa Marchionis Baſilic. in cauſa D. Iuliæ Vrſinæ, in cauſa Ducis Sicignani, in cauſa Marchionis Lauelli, & aliis paſſim.

## ARGVMENTVM.

Appellare an liceat à ſententia, à qua appellatio permittitur, ſi inter partes conuentum ſit, vt à ſententia proferenda nullatenus ſit appellandum, ſicque dubitatur an per pactum futuræ appellationi renunciari poſſit; Et quid ſi pactum non eſſet reciprocum; ſed ex parte vnius tantum. Appellatione interpoſita à ſententia lata, an qui appellauit, aduerſario inuito, appellationi renunciare poſſit; Et an iuri dicendi de nullitate ſimiliter renunciari poſſit.

## DECISIO CCCCCIV.

1 IN cauſa inter quoſdam Mercatores ſuper vnius nauis aſſecuratione vertente, dubitabatur in Regia Camera, an à ſententia per conſulatum Raguſeriorum lata, eſſet admittenda appellatio, vel potius deneganda, ſub prætextu quod in aſſecurationis inſtrumento expreſſe inter Partes conuentum extiterat, vt vbi contingeret ſuper contentis in dicto inſtrumento ſententiam proferri, ab ea nullatenus appellari liceret.

Et eſſe in hoc caſu appellationem denegandam, Domini vnanimi conſenſu reſponderunt, per tex. expreſſum *in l.fin. §.fin. C. de tempor. appell & in l.*1.*§.*1.*ff. à quibus appell. non licet*, notant gloſ. & DD. poſt Bald. *in l. tale pactum §. qui prouocauit. ff. de pactis*, provt à ſimili quando à Principe reſcripto mediante, eſt remota appellatio, in his enim caſibus appellatione interpoſita non obſtante, Iudex à quo poterit exequutioni ſuam demandare ſententiam, Canoniſtæ per illum tex. *in c. paſtoralis §. præterea, extra de offic. deleg.* Felin. *in c. nonnulli §. ad euitandos, col.*3. *de reſcript. & in c. cauſam quæ eod. tit.* 2

## OBSERVATIO.

DEciſionem habemus indiuidualem, vt poſſit per pactum futuræ appellationi renunciari, quatenus à ſententia proferenda appellandum ſit, iſtamque concluſionem firmarunt pariter Rebuff. *ad conſtit. Gallicas in tit. ſent. tract. de appellat. artic.*15 *gloſ.*1. *num.*3. Ruginell. *in eodem tract.* §.9. *gloſ.*1. *cap.*1. *numer.*4. *& ſeqq. verſ. expreſſe*, vbi addit, eoque magis ſi pactum eſſet iuramento munitum, & nouiſſimè Scaccia, qui hos refert *eodem tract. lib.*3. *cap.*2. *quæſt.*17. *limit.*2. *n.*6. vbi ait, hoc nullam poſſe recipere dubitationem, & *num. ſeq.* ampliat vt procedat non ſolum quando pactum eſt reciprocum; ſed etiam quando eſſet appoſitum ex parte vnius tantum, quia adhuc ſubſtinebitur; ad quod allegat Philipp. Francum *in c. interpoſita §. ille denique num.*22. *verſ. ſecundo dubitatur, de appellat.* Quodque per pactum appellationi interponendæ renunciari poſſit, decidit etiam Rota *dec.*2. alias 287. *de renunciat. in nouis*, vbi pariter notatur, renunciationem expreſſam ſine pacto tenere quidem, quoad appellationem interpoſitam, non autem quoad appellationem interponendam quia iuri defuturo non niſi per pactum renunciari poteſt. 1

Sed interpoſita appellatione à ſententia lata contra me, an poſſim poſtea illi renunciare, aduerſario meo inuito, negatiuam partem amplexi ſunt Guid. Papa *ſingul.*24. quem allegat Matth. Berlich. *in ſuis concluſ. iuris par.*1. *concluſ.*49 *ante num.*54. *verſ. quoniam etiam* Pract. Papienſ. *in prax. in forma appellat. à ſent. diffinitiua, in gloſ. occaſione cuiuſdam ſub num.*4. poſt Anton. de Butr. *in d.c. interpoſita §. illa denique ſub num.*2. *de appellation.* Huius dicti ratio aſſignatur à Scaccia *loc. cit. num.*95. quia appellatio efficitur communis, ideoque appellatus poteſt appellationem illam exercere ſicut appellans, ſicque ſententiam petere in melius ad ſui fauorem reformari, quodque Iudex appellationis poſſit ſententiam reformare etiam in fauorem eius, qui non appellauit ſcripſit Rolan. à Valle *conſ.*41. *ſub num.*42. *lib.*1. 2

An autem pacto renunciari poſſit iuri dicendi de nullitate, affirmatiuam partem ratione, & authoritate ſubſtinui ego *lib.*2. *mear. reſol. cap.*119. 3

## ARGVMENTVM.

Adiutorium quod à vaſſallis Baronibus præſtandum eſt, in caſibus, de quibus in conſtit. Regni *quamplurium*, an præſtandum ſit pro filia naturali maritanda, vel monachanda; Et an debeatur fratri feudatario pro maritanda ſorore, ſiue amita; Et an patri debeatur, ſolum pro prima filia maritanda, ſed etiam pro aliis, quas haberet; Et in caſu monachationis an ſit hoc adiutorium præſtandum tempore ingreſſus, vel potius profeſſione ſequuta; Et an debeatur, ſi feudum, quod quis tenet, in allodium fuiſſet conceſſum; Et an debeatur auiæ maternæ pro maritanda nepte; Et an debeatur mulieri feudatariæ ſe ipſam nubenti, Et an debeatur pro filia vidua, quæ dotem amiſit; Et an debeatur auo pro nepte nubenda, adhuc filio viuente. Filij appellatione an naturalis contineatur; Et de aliis ad ornatum conſtitutionis prædictæ.

## DECISIO CCCCCV.

1 DISPONIT conſtitutio Regni, quę incipit *quamplurimum*, vaſſallos Burgenſes teneri Domino ſuo pro filia maritanda Adiutorium præſtare, idemque ſemper intellexit Regia Camera pro filia monachanda, ſed cum hac diſtinctione, quia pro matrimonio carnali taxatur Adiutorium ad rationem Carolenorum quinque pro quolibet foculare, pro ſpirituali verò multò minus, ſed dubitabatur an conſtitutio illa procederet in filia Baronis naturali?

2 Et adhuc legem iſtam in filia naturali procedere dixit Iacob. de Ayello *in tract. de iure adohæ, & releu. num.*31. ſed contrarium fuit reſponſum hic cuidam Comiti de hoc interroganti, nimirum Conſtitutionem prædictam de filia tantum legitima, & naturali, non autem de baſtarda fore intelligendam; Etenim communis eſt DD. ſententia, vt in materia ſtatuti, & ſic exorbitanti, filij appellatione naturalis non contineatur Bart. *in l.2. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* Aret. *in c. in præſentia de probation. & alibi.* Imol. *in l. ex facto §. ſi quis rogatus ff. ad ſenat. Conſult. Trebell.* filius enim ſolus dicitur ille, quem nuptiæ demonſtrant: *l. filium diffinimus ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. l.1. iuncta auth. in ſucceſſione C. de natural. liber.* Vnde cum in caſu propoſito hoc adiutorium, non ex iuris communis, ſed ſtatuti diſpoſitione debeatur, dum de filia maritanda verba facit, nonniſi de filia legitima, & naturali intelligi debet; Præterea dicebatur, conſtitutionem illam ſecundum Andr. ibi, loqui, quando quis ex legis diſpoſitione, & ſic ex neceſſitate tenetur filiam nuptui tradere; ſed de iure ciuili pater filiam naturalem maritare non tenetur, vt probat tex. *in l. vxorem §. pater ff. de legat.*3 Bart. Bald. & Alex. *in l.1. ff. ſoluto matrim.* Iaſ. *in auth. res quæ Commun. de legat.* quicquid ibidem dixerint, Aretin. Soc. & Imol. cum iuxta Campegij ſententiam *in tract. de dote par.1.q.17.* Bart. opinio communis ſit.

## OBSERVATIO.

QVod patri feudatario, iuxta ſententiam Dom. Regentis noſtri hìc contra ſcripta per Iacob. de Ayello, nullum à vaſſallis, pro filia naturali monachanda debeatur Adiutorium, ſicque conſtitutionem Regni huius, *Quamplurium*, nonniſi in filia legitima, & naturali procedere, affirmarunt pariter D. Marin. Frecc. *lib.2. de ſubfeud. in 2. authoritate* Baro. *queſt.3. per totam.* Io. Anton. Cannett. ſatis bene, ſic aduerſus Petr. de Gregor. quem citat, inſurgens, *ex extrauag. ſi aliquem, in quæſtione,* quæ incipit *ad illam quæſtionem.* Io. Vinc. de Anna *in ſing.*12. vbi citat Boër. *deciſ.*127. & 240. Itemque Ricc. *collect.*65. quibus addi poteſt Grammatic. & Tap. *in conſtit. Quamplurium num.*17. Multiplex à Marin. Frecc. aſſignatur ratio, ſignanter quia nulla lege antiqua, vel Regni huius hoc pro filio naturali cantum eſſe comperimus; Secundò quia, cum lex noſtra, *Quamplurium*, dura ſit, & intra regulas diuini, & humani iuris, de vno ad alium caſum extentionem non recipit. Tertiò quia, quod lex non dicit, nec nos dicere debemus; ſi enim noſtræ conſtitutionis author ſub illa diſpoſitione filiam naturalem comprehendere voluiſſet, dixiſſet vtique, non dixit, ergo. 1

Sed alia, & ſolidiſſima aſſignatur ratio à Dom. Regente noſtro hic, dum putauit, ideo conſtitutionem, *Quamplurium*, filiam naturalem non comprehendere, quia ex communi Doctorum ſententia in materia ſtatutaria, & ſic exorbitanti filiorum appellatione naturalis non continetur, id quod ego in terminis pragmaticæ *odia litium ſub tit. de arbitr.* ratione, & authoritate etiam rei iudicatæ probaui *lib.1. mear. reſolut. cap.*332. cum demonſtraſſem naturalem, qui conuentus à ſuo conſanguineo petebat cauſam compromitti ex diſpoſitione præcitatæ pragmaticæ ſanctionis, non aliter eſſe audiendum; quid autem dicendum ſi filia hæc eſſet legitimata per reſcriptum Principis, placet mihi diſtinctio tradita à Frecc. *loc. citato queſt.*4. 2

Sed cum nedum pro filia legitima, & naturali maritanda adiutorium à vaſſallis Domino debeatur; ſed etiam pro filia monachanda, vt hic notat Dom. Reg. noſter, alias fuit dubitatum, an ad hoc vaſſalli cogi poſſint tempore ingreſſus ad monaſterium, vel potius profeſſione ſequuta, fuit deciſum ante factam profeſſionem 3

feſſionem vaſſallos moleſtari non poſſe, ita Dom. de Franchis *deciſ.*42. Anna *ſing.*13. Bortell.*conſ.*10.*n.*11. Capiblanc. *in pragm.*1. *num.*76. *& ſeq. de Baron.* Paſcal. *de virib. patr. poteſt.par.*4. *cap.*10. *num.*27. & alij noſtrates paſſim.

4 Secundò alias fuit dubitatum, an hoc Adiutorium debeatur non ſolum pro prima filia maritanda vel monachanda, ſed etiã pro aliis monachandis vel maritandis, affirmatiuam ſententiam tuetur, ſic plúries deciſum referens Iacob.de Ayello *in cit.tract. de iure adohæ num.*30. Fuſc. *ſing.*25.Capiblanc. *loc.cit.num.*67.Andr. Capa. *de iure adoha quaeſt.*19. *num.*7. Tap. *in d.conſtit. Quamplurium.*

5 Tertiò fuit dubitatum an hoc Adiutorium debeatur fratri feudatario pro maritanda, vel monachanda ſorore, ſi dos illi à communi patre relicta fuit, affirmatiuè deciſum teſtantur Frecc. *de ſubfeud. in* 2. *authen. num.*16. Iacob.de Ayello *loc. cit. num.*40. Io. Vinc. de Anna *ſing.*11. Molfeſ. *ad conſuet. Neapolit.p.*6.*quaeſt.*4. *numer.*70. Capiblanc. *in d. pragm.*1. *numero* 71. & an debeatur fratri ſuccedenti in feudo Auunculi, Salernit. *deciſ.*22.

6 Quartò dubitatur, an hoc Adiutorium debeatur Baroni, qui terram emit cum pacto de retrouendendo, fuit deciſum, quod ſic, vt per Dom.de Franch. *dec.*76. vbi addentes, Capiblanc. *in d. pragm.*1. *numer.* 48. Dom. Epiſcop. Ricc. *cit.collect.*65. Marin. Frecc. *loc. cit.quaeſt.*18.*fol.*307.Amat.*conſ.*79.*num.*9.Tap.*in d conſtit. Quamplurium.*

7 Quintò dubitatur an hoc Adiutorium à vaſſallis Domino debeatur, ſi feudum illud in allodium fuiſſet conceſſum, fuit deciſum pro Barone Franc. *dec.*131. In cuius cauſa de iure reſpondit Io. Vinc. de Anna *allegat.* 105. Epiſcop. Hiſernienſ. *in practic. Eccleſ. quaeſt.*57.

8 Sextò dubitatur an hoc Adiutorium debeatur Auiæ maternæ Dominæ feudi pro maritanda nepte, ſtante paupertate parentum, fuit per Regiam Camerã deciſum quod non, ita Camill.de Curte *par.*2.*de feudis,c.*3. *num.*173. Molfeſ. *ad conſuet. Neapol. par.*6.*q.*4. *n.*23. & Barbat.*de diuiſ. fruct.par.*1.*cap.*14. *num.*74. *&* 77. Imò quod non debeatur matri Dominæ feudi pro maritanda filia, niſi priùs bonorum paternorum diſcuſſione facta, deciſum tradit Iul. Cæſar. Gallup. *in ſua Methodo iuris feud. tom.*2. *part.*4.*cap.*3.*num.*43.& vide Frecc.qui latè quæſtionem tractat *loc.cit.quaeſt.*1. *fol.*277. Sed an debeatur auo pro maritãda nepte, filio adhuc viuente; ſed filiam maritare non valente, propter eius paupertatẽ, affirmatiuè deciſum dicit Franch. *deciſ.*215. Molfeſ. *ad conſuet. noſtras part.*6. *quaeſtion.*4. *num.*22.

9 Septimò dubitatur ſi feudatarius, adiutorio à vaſſallis recepto nuptui tradit filiam, quæ poſtea effecta eſt vidua, & dotem amiſit, an reiteratis nuptiis teneantur vaſſalli iterùm præſtare Adiutorium, D.Mar. Frecc. ſatis bene de his egit, multa hinc inde perpendens *cit. auth.*2.*q.*6. & tandem ſententiæ inhæret negatiuè, cui adhæreo pariter, & ego.

10 Octauò dubitatur ſi mulier aliqua eſt Domina vaſſallorum, nùm cum primum ſe ipſam nuptui tradat, debeatur ei adiutorium, negatiuam partem tuetur Marin. Fricc. *loc.cit.q.*7.*fol.*292.

11 Nonò dubitatur num feudatario præſtandum ſit à vaſſallis Adiutorium pro maritãda amita, & affirmatiuè reſpondit Andreas *in repet.conſtit.Comitibus col.*6. *verſ. nam vbi verò ſecundus genitus*, ſub illis verbis, *Idcircò ſuperioris declaratio videtur neceſſaria, ſicut declarauit inclytus Rex Carolus ſecundus in Amita maritata, vt ſubueniant vaſſalli* idemque ſcripſerunt Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud.p.*7.*q.*8. *n.*11. *fol. mihi* 240. Theodor. *allegat.*20. *n.*37. & D.Reg.Tap. *in annot. ad dictam conſtit. quamplurium.*

Decimò, & tandem dubitatur ſi frater ſororem habens, terram emeret cum vaſſallis, num poſt emptionem factam maritando ſororem poſſit petere à vaſſallis Adiutorium, vide Marin. Frecc. *in ſupra cit. authorit.*2. *num.*19. *fol.*267. negatiuè reſpondentem, Vbi *num.ſeq.* affirmat, quando in vna Terra eſſent duo Domini, quorum vnus habet iuriſdictionem ciuilem, alius verò criminalem, Adiutorium in illis caſibus, in quibus præſtandum eſt, deberi illi Domino, qui habet iuriſdictionem ciuilem, quia hic dicitur Baro, nàm qui habet iuriſdictionem criminalem dicitur Iudex perſonarum. 12

## ARGVMENTVM.

Mulier pro ſuarum dotium, & anteſati recuperatione, nùm ſeruata forma pacti in capitulis matrimonialibus adiecti, inſtare poſſit, vt procedatur ad venditionem bonorum feudalium viri, quæ ad Regiam Curiam ob illius rebellionem fuerunt deuoluta. Fiſcus in bonis committentis crimen læſæ Maieſtatis, quomodo ſuccedat. Creditor qui creditum ſuum à fiſco conſequitur, an teneatur illi iura ſua cedere; Et de aliis pluribus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCCCVI.

Illvstris Principiſſa Salerni pro ſuarum dotium, & anteſati recuperatione inſtabat in Regia Camera, vt procederetur ad venditionem bonorum feudalium olim Principis eius viri, ad Regiam Curiam ob illius rebellionem reuerſorum, quæ pro dotis, & anteſati reſtitutione cum Regio aſſenſu in forma valida ſibi obligata erant. Contradicebat fiſcus vnde dubitabatur an iuri conſentanea eſſet petitio hæc? 1

Pro cuius dubij reſolutione fuit primò conſideratum, Regiam Curiam nullo pacto Principiſſæ actricis debitricem eſſe, nam etſi bona feudalia Principis à fiſco poſſiderentur, id euenerat ob illius rebellionem commiſſam, qua ſtante, ipſo iure vtile feudorum dominium cum directo conſolidatum extitit, ſub ea enim lege feuda à Rege conceduntur, nimirum donec à feudatario fidelitas ſeruetur, qua ceſſante ipſo iure ad ſupremum Dominum reuertuntur, provt contigit quando conceſſionarij linea finitur: *cap.*1. *§. & ſi clientibus*, vbi hoc notat Andreas *de alien feud.* & ob hoc dicimus 2

cimus fiſcum ad debita per vaſſallum contracta actione perſonali non teneri vt per Andr. *in cap.* 1. § *quid ergo de inueſt. de re aliena facta, & in cap.* 1. §. *ſed nec alia, quæ ſit prima cauſa beneſ. amit.* Bald. *in cap.* 1. *an agnati*, quo loci dicit feudum pro debito vaſſalli obligatum non eſſe, nec quem ex alterius contractu teneri, niſi eius ſit vniuerſalis ſucceſſor, allegat text. *in l. ſi peculium*, vbi gloſ. *ff. de pecul.* vnde cum in caſu propoſito, nullo pacto dici poterat, vaſſallo rebelli Regiam Curam ſucceſſiſſe, ſequebatur dicendum, Regium fiſcum creditorum eiuſdem rebellis nullatenus debitorem eſſe; Eſt tamen verum, hoc de plano procedere, ſi feuda illa, quæ fuerunt rebellis cum Regio aſſenſu alteri obligata non reperirentur; nam ſecus quamuis ad fiſcum demum reuertantur, vel ob feudatarij rebellionem, vel ob lineam finitam feuda illa etiam penes Dominum directum obligata dicentur, ita Andr. *in d.* § *quid ergo*, & ſucceſſiue ad debita per olim feudatarium contracta omnino teneretur; ſed in caſu, de quo agebatur, dicebat Regius Fiſcus hoc benè procedere poſſe quando Principiſſa actionem dumtaxat conſtituiſſet realem, qua mediante de iuribus ſuis experiri voluiſſet; at quia inſtabat, vt procederetur ad venditionem bonorum feudalium ſeruata forma pacti in capitulis matrimonialibus, & inſtrumento dotali adiecti, de quo quidem pacto verbum nullum in aſſenſu impetrato, licet bona dicerentur hypothecata mediante aſſenſu, quia deficiebat ille ſuper pacto, vt vendi poſſent, diſtrahi non poterant, ex quo aliud eſt vendere, aliud pignus accipere; probatur, quia in iure diuerſas habemus rubricas, nimirum *ff. & C. de pignoribus, & de contrah. emptione*, hinc Andr. *in c. Imperialem in princ. de prohib. feud. alienat. per Frederic.* dicebat, quod ſi feudatario data eſt poteſtas feudum pignorandi, illud vendere non poterit; ſed è contra, quod præſtito aſſenſu ſuper obligatione bonorum feudalium, poſſint illa vendi quando debitor, quod debet non ſoluit, conſiderabatur hoc oriri ex iuris diſpoſitione, comprehenſiue, non autem extenſiue ad notata *in l* 4. *in* 2. *parte ff. de pignorat. actione, & in l. fin. C. de iure Dom. impetrand.* Bart. benè *in l. creditor ff. de diſtract. pignor.* Neguſant. *de pignor. in* 6. *parte membr.* 1. & alij, faciunt, quæ ſcripſit Affli. *deciſ.* 335. bonus text. *in l. ſi pupillorum* §. 1. *ff. de rebus eorum*, vbi habetur, quod ſi in bonorum pupilli obligatione iudicis interuenerit decretum, omnis alia debita ſolemnitas; poterunt poſtea abſque alia ſolemnitate vendi, per quem quidem text. dicit. Bald. *in Auth. hoc ius porrectum in fine C. de Sacroſanct. Eccleſ.* quod ſi in obligatione rei Eccleſiaſticæ debita interuenerit ſolemnitas, poterit poſtea abſque alia ſolemnitate diſtrahi, idemque Capyc. *deciſ.* 172. Prætera potiebatur Principiſſa aſſenſu tacito, qui cum inſtrumento dotali pro præſtito habeatur, non erat cur dubitari poſſet vt pacto prædicto conceſſus intelligeretur, non enim dicebatur pactum hoc extraneum, ſed potius ex natura rei appoſitum; quare facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio & coram Domino Cardinali Paceco Regni huius locumtenente, fuit vnanimi Dominorum iudicantium conſenſu deciſum, bona feudalia olim Principis Salerni eſſe vendenda vt ex pretio ſolui poſſent dictæ Principiſſæ ducati 27000. pro eius dotibus, & alij ducati 9000. pro antefato, verum quod liceret Regiæ Curiæ ſoluere dictæ Principiſſæ quantitatem prædictam in pecunia numerata, & eo caſu cogeretur ipſa iura ſua Regiæ Curiæ cedere.

---

## OBSERVATIO.

Dominus Regens in hac deciſione in ea eſt ſententia, quam credo contradictorem non habere, nimirum vt fiſcus in bonis feudalibus committentis crimen læſæ Maieſtatis non ſuccedat, vt hæres, ſed iure Dominico, prout ſuccedit ob lineam feudatarij finitam, itavt creditoribus delinquentis, ſi aſſenſu carent ſoluere, quod illis debetur, non teneatur, in quibus ſanè terminis intelligo dicta per Afflict. *deciſ.* 385. *num.* 2. & per Io. Vinc. de Anna *in conſt. conſtitutionem Diuæ memoriæ num.* 237. Ad confirmationem autem huius concluſionis, & maiorem declarationem, vide omninò ſcripta per Dom. Reg. Conſtant. *in l.* 1. *num.* 145. *cum ſeqq. C. pœnis fiſcal. credit. preferri lib.* 10. 1

Sed an idem dicendum reſpectu bonorum allodialium, in quibus pariter ſuccedit, ſic diſponente Imperiali conſtitutione *in l. quiſquis in fin.* ibi: *Bonis eius omnibus fiſco noſtro addictis C. ad leg. Iul. Maieſt.* & idem affirmandum eſſe non dubito, vt propriè hæres appellari non poſſit, quamuis gloſ. *in l. non intelligitur* §. *cum ex cauſa, in verbo pertinet ff. de iure fiſci*, affirmet, quod ad inſtar hæredis extranei reputetur, bene tamen dicitur ſucceſſor, vt affirmat Anna *loco modò cit.* ſiue poſſeſſor ad finem vt teneatur ſatisfacere omnibus creditoribus delinquentis, ſiue in actione hypothecaria illi ſint, ſiue in actione perſonali (ſicque noſtris temporibus obſeruatum agnouimus in hæreditate quondam N. decapitati, ob prætenſum crimen læſæ Maieſtatis, ſed Deus ſcit) quatenus tamen vires hæreditatis ſuppetant, quia vltra vires non obligatur, quamuis inuentarium non confecerit, ita ſatis bene noſter Cæſar de Vrſill. *in addit. ad Afflict. in ſupracit. deciſ.* 385. *num.* 6. & ibidem Carau. & cæteri Addentes Abb. de Mauro *in addit. ad Patrem allegat.* 84. & Peregrin. *de iure fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *numer.* 53. *& ſeq.* & his addo Franciſc. de Clapper. *in ſua centur. cauſar. fiſcal. cauſa* 2. *quæſt.* 1. *num.* 6. *cum ſeq. fol. mihi* 14. *& ſeq.* dum dixerit præter duos caſus, nimirum quando fiſcus eſt hæres inſtitutus, vel ſuccedit ob defectum legitimi ſucceſſoris, in quibus, verè, & proprie ſuccedit tanquam hæres, in cæteris nunquam dicetur propriè hæres, ſed loco hæredis habetur; per hæc enim verba loquitur de Clapper. *Sed fiſcus non ſuccedit* 2

*ſuccedit vt hæres, niſi duobus caſibus, ſcilicet quando eſt inſtitutus, & quando hereditas iacet ob defectum legitimorum ſucceſſorum, notat Io. de Platea per illum text. in l. 1. & in l. vacantia C. de bonis vacantibus & Bald. in l. ſancimus § cum autem C. ad Trebell. col. 2. verſ. quæro quomodo poteſt eſſe, vt quis ſuccedat ſine hærede, & Paul. Caſtrenſ. in l. quoties ff. de nouatio. col. fin. num. 4. vbi dicit, fiſcum non eſſe propriè hæredem per confiſcationem, ſecus ſi ſuccedat per defectum legitimorum ſucceſſorum nam quandiu legitimus heres poteſt adire, dicitur iacens hæreditas, ſed poſtquam non poteſt adire, deſinit eſſe hæreditas, & incipiunt bona eſſe vacantia d. l. 1. & l. vacantia Cod. de bonis vacantibus, & ibi Bald. & Io. de Platea notant & ſic illis duobus caſibus fiſcus ſuccedit tanquam hæres, ſed extra hos caſus, non eſt proprie hæres, ſed loco hæredis habetur, vt notat gloſ. in l. inter eos §. fi. de fideiuſſ. vbi Bald. & in l. tutoris ff. ad leg. Iul. de vi publ. vbi notant ſcribentes, & in l. non intelligitur §. ſi ex cauſa, ff. de iure fiſci, Bart. Bald. & Paulus de Caſtro in l. quoties in fine ff. de nouation.* Hæc ille, cuius dictis addo libenter ſcripta per Dom. Regentem Conſtat. qui materiam verè degeſtauit *loc. cit. à n. 112. cum pluribus ſeqq.*

3 Vlterius hìc notamus; quod quando creditor cum aſſenſu creditum ſuum conſequitur à fiſco, ad quem ob lineam finitam debitoris feudatarij, vel ob culpam, feudum reuerſum eſt, tenetur iura ſua eidem fiſco cedere, & hoc vt obtenta ceſſione poſſit agere pro recuperatione quantitatum per ipſum creditori ſolutarum aduerſus hæredem in allodio, qui verè, & propriè eſt debitor. Tu modò ad pleniorem huius concluſionis intelligentiam vide, quæ ex noſtratibus ſcripſerunt Dom. Regens de Ponte *conſ. 82. in 3. dub. lib. 1.* & Marcell. de Maur. *alleg. 1.* vide pariter, & omnino, quæ ſcripſi Ego *lib. 1. mearum reſolut. c. 130.* quo loci multa in hac materia inuenies notabilia, ſignanter, quid dicendum quando fiſcus cum hac ceſſione ageret, non aduerſus hæredem in allodio, ſed cõtra tertium poſſeſſorem bonorum burgenſaticorum, an iſte ſic conuentus valeat eidem fiſco agenti cedendarum opponere exceptionem, nimirum vt cedat eadem iura ſibi per primum creditorem ceſſa.

## *ARGVMENTVM.*

Salarium Officiali ſupremo debitum, eo defuncto an ad hæredes tranſmittatur pro integro anno, vel pro rata tantum temporis, quo inſeruiuit, ſiue vſque ad diem mortis; Et quid in Doctore ad legendum conducto, in Aduocato, in medico, & in famulo.

## DECISIO CCCCCVII.

1 CVM de ordine tunc inuictiſſimi Regis noſtri Dom. Marchio Villæ Franchæ Regni huius Prorex pro Senarum inuaſione ab hac ciuitate diſceſſiſſet quod contigit 6. die Ianuarij 1553. ipſo demùm Florentiæ defuncto, ſub die 22. Februarij immediatè ſequentis, inſtabat Regius Fiſcus eſſe cogendos eius hæredes ad reſtituendum Regiæ Curiæ ducatos treſdecim mille, quos in diſceſſu acceperat, vel quod bonificarentur pro rata ſalarij quod ad dictum Marchionem vti Proregem, & militum grauis Armaturæ Capitaneum pro rata temporis ſpectabat, vnde quid iuris in Regia Camera dubitabatur?

Aduocati dictorum hæredum excipiebant 2 Salarium Marchioni Proregi conſtitutum integrum totius anni deberi, non autem pro rata temporis, quo vixerat, per text. *in l. 1. §. diuus.* vbi latè Bart. *ff. de diuerſ. & extraord. cognit.* notant Bart. Bald. Paul. de Caſtro, Dec. Io. Baptiſta Caccialup. & Iaſ. *in l. diem functo ff. de offic. aſſeſſ.* hi enim vno ore faxi ſunt, ſalarium poteſtati, ſiue alteri ſupremo officiali conſtitutum, cuius perſonæ dignitas, potiùs quam ſeruitium inſpicitur, eo in initio anni, quo adminiſtrare incepit, defuncto, eius hæredibus integrum totius anni deberi, & quamuis aliqui contrarium ſenſerint, tamen hæc eſt communis opinio, quam pariter amplexus fuit Io. de Platea *in l. 1. n. 2. C. de primipilò. lib. 12.* Sed ex aduerſo replicabatur, quod hæc communis concluſio limitatur, vbi eſt conſuetudo in contrarium, quia tunc illa eſt attendenda, iuxta notata per Fulgoſ. & Alex. *in d. l. diem functo.* & per Io. de Plat. *in d. l. 1. num. 1.* vbi quærens quonam tempore Salarium officialibus ſolui debet, an in fine, an in principio anni, & quod in fine anni, niſi in contrarium eſſet conſuetudo concludit; In hac ciuitate conſuetudo viget vt Salarium officialibus de tertia in tertiam ſoluatur, & ſic in fine quatuor menſium illius rata, verũ illis infra quatuor illos menſes defunctis, Salarium hæredibus non niſi pro rata temporis, quo inſeruierunt, & ſic vſque ad diem mortis deberi, non autem pro toto anno, nec pro integra tertia; ſed pro illa parte anni, vel temporis, quo vixerunt, ſicque compertum fuit, conſtare ex libris Theſaurarij, & ex conſultationibus Regiæ Cameræ, & hoc in omnibus officialibus Regni tam maioribus, quàm inferioribus ſeruatum, incipiendo ab Illuſtriſſimis Dominis Proregibus in officio defunctis, vt fuerunt Dominus Raymundus de Cardona, Dominus Carolus della Noy, & Princeps Oranciæ, & ita in cauſa prædicta per Regiam Cameram facto verbo in Collaterali Conſilio, & coram Domino Cardinali Paceco Regni generale locumtenente declaratum extitit.

OBSER

## OBSERVATIO.

1 AGnoſcimus hîc geminatas determinationes per Regiam Cameram factas, vt Officialibus tam ſuperioris, quàm inferioris ordinis defunctis, ſalarium eis debitum, non niſi pro rata temporis, quo inſeruierunt, ſiue vſque ad diem mortis ad eorum hæredes tranſmittatur, non autem pro integro anno, ſiue pro integra tertia, quo tempore ſolui conſuetum eſt; idque ait Dominus Reg. ex conſuetudine, quæ apud nos viget, non quod de iure procedat, conſtat enim, attenta diſpoſitione text. *in vulgata l. diem functo* hîc citata *ff. de offic. aſſeſſ.* communem eſſe Doctorum ſententiam; quod cum ſalarium Iudici Aſſeſſori, ſiue Magiſtratui ratione honoris, & dignitatis debeatur, quocirca inæſtimabile dicitur eius miniſterium, illud integrum pro toto anno hæredibus eſt debitum, ita ſane ratiocinati ſunt gloſ. & Bart. *in l. 1. §. diuus ff. de variis & extraordin. cognit.* Curt. Iunior. *in d. l. diem functo n.* 31. Alex. *num.* 41. Iaſ. *num.* 36. Bolognett. *num.* 47. vbi Fulgoſio qui contrarium ſcripſit, plena manu ſatisfacit Abbas *in cap.* 1. *num.* 9. *de cleric. ægrot.* Dom. Reg. de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 7. *§.* 6. *infra num.* 36. & Dom. Reg. Conſtant. *in l. 1. n.* 26. *& ſeq. C. de re milit. lib.* 12. & ſcitiſſimè Emanuel de Caſtro *in ſuo opuſc. de annonis Ciuilibus notab.* 4. *n.* 7. & 8. vbi *n.* 13. idem dicendum eſſe affirmat in Doctore ad legendum còducto, ex gloſ. *in d. l. 1. §. diuus*, & Iaſ. poſt alios *in d. l. diem functo num.* 40. (quicquid in ſua Academia contrarium receptum eſſe atteſtetur) idemque addit in Aduocato, quando ſalarium pro ſingulo quoque anno promiſſum extitit, quicquid poſtea diſtinguat, quando datum, vel promiſſum eſſet pro vnius cauſæ patrocinio, Myſinger. *ſingul. obſeruat. centur.* 3. *obſeruat.* 8. Et in Medico à Communitate conducto, vt ſi infra annum deceſſerit pro toto tempore, ſalarium à principio conuentum ad hæredes tranſmittat, probarunt Cephal. *conſ.* 70. Matanta *conſil.* 59. Viu. *commun. opin. lib.* 1. *opin.* 201. *n.* 4. Ego ipſe *reſol. iur. lib.* 1. *c.* 313.

2 Sed videamus quid dicendum in famulo, ſi iſte infirmus fiet, ſiue medio tempore moriatur, num ſalarium integrum ad hæredes tranſmittat? *gloſ. in l. arboribus §. de illo, in verbo ægrotante ff. de vſufruct.* integrum deberi ſalarium exiſtimauit, ea quidem ratione, quia non ſtetit per eum operas ſuas præſtare; contrarium verò putauit Bart. per illum text. *in l. ſi verò §. item cum quidam ff. locati*, vbi probatur; ceſſante miniſterio, aut vſu rei conductæ, etſi ceſſet per caſum fortuitum, ceſſare pariter debere laboris mercedem, quas quidem opiniones ad inuicem pugnantes refert Iaſ. *in d. l. diem functo num.* 47. At Emanuel. de Caſtro *loc. ſupra cit. num.* 15. poſt gloſ. fin. *in d. §. item cum quidam, verſic. vel verius dic.* duos in hac re diſtinguit caſus, quorum primus eſt, quando Dominus conuenit cum famulo de mercede ſoluenda in pecunia, vt hoc caſu cum ſit vera, & propria locatio, ad text. *in l. 1. §. ſi quis ſeruum ff. depoſiti & in l. naturalis §. at cum ff. de præſcript. verbis*, ſalarium pro rata temporis debetur. Alter caſus, quando Dominus aliquid dedit famulo in ſpecie pro miniſterio futuro, & tunc cum ſit contractus innominatus, ad text. *in d. §. ſi quis ſeruum*, & non ſtetit per eum quominus miniſterium ſuum præſtaret, ceſſat omninò dati repetitio, ad text. *in l. 3. §. 1. ff. de condition. cauſa data.*

## ARGVMENTVM.

Officium ſi vno, eodemque die à Principe alicui collatum reperiretur, & vt alteri illud idem pariter conferretur, Præſidi Prouinciæ fuerit iniunctum, ſi de anterioritate temporis illius diei non conſtat, vter in aſſequendo officium hoc præferri debeat. Tex. *in l. quoties C. de reiuendic.* an procedat in conceſſione Principis duobus de eadem re facta.

## DECISIO CCCCCVIII.

VNo, eodemque die compertum fuit Carolum Cæſarem tunc Regem noſtrum in eius Curia contuliſſe Petro de Mudara officium Capitanei, quod dicitur *dell artigliaria* Regni huius, ac inſimul ſcripſiſſe Illuſtr. Proregi, quod ſi officium prædictum alicui prouiſum non reperiretur, illud conferret Lucio de Trano, dummodo habilis eſſet, hic cum prius litteras Proregi præſentaſſet, officij poſſeſſionem ſeu quaſi adeptus fuit; ſed ſuperueniente demum dicto Petro cum ſuo priuilegio, orta fuit inter eos controuerſia, vter in aſſequendo officium prædictum præferri deberet? & cum de facto, amoto Lucio officij prędicti poſſeſſio à Domino Prorege dicto Petro conſignata fuiſſet, hic dicebat, quod omnino erat in ſua poſſeſſione, ſeu quaſi conſeruandus, prætendens officij collationem prius obtinuiſſe, ſicque eum præferendum, vti in data anteriorem quamuis Lucius prius fuiſſet receptus; *c. tibi qui, de reſcript. in* 6. vbi Canoniſtæ omnes pro regula notant, vt in gratioſis, & beneficialibus tempus datæ ſit attendendum, benè Felyn. *in c. cum te, extra de reſcript.* & quamuis ex aduerſo diceretur, quod nullatenus de anteriori data conſtabat, ex quo eodem die vtraque prouiſio emanauerat, nec aliter, quæ prius, & quæ poſterius facta eſſet apparebat; tamen pro Petro ſubintrabat indiuidualis diſpoſitio tex. *in c. duobus.* vbi Iò. Andr. Archidiac. Dominic. Philipp. Franc. & Canoniſtę communiter *de reſcript. in* 6. Ibi enim expreſſis verbis deciditur, quod ſi Papa vno eodemque die beneficium alicui contulerit, idemque, vt alteri conferretur, certis exequutoribus mandauerit, ſuppoſito, quod non appareat, quis primò impetrauerit, licèt hic litteras prouiſionales dictis exequutoribus prius præſentauerit, & beneficium aſſequutus fuerit, tamen ille, cui Papa beneficium contulit, præfertur, ratio à DD. aſſignatur, quia hic

pinguius

pinguius ius habere dicitur, ita in caſu propoſito dicebatur; etſi enim Lucius Regias litteras vt ſibi officium conferretur Proregi præſentaſſet, & officium inſimul aſſequutus eſſet, tamen vera, & realis prouiſio fuit à Rege facta Petro, cui ſtatim atque priuilegium obtinuit, abſque alia prouiſione fuit ius ei quæſitum, *l.fin.* vbi Bart. *C. de conſulib. lib.*12. cum aliis iuribus, quæ allegat Io. de Plat. *in l.*1. *C. eodem tit.* & Bald. *in c. ad audientiam de præſcriptio. & in tit. de pace conſtant, in verſ. poſſideant.* Vnde hic omnibus in Regia Camera diſcuſſis, nemine contradicente, pro Petro diffinitiua ſententia prodiit.

## OBSERVATIO.

1 PRincipalis ratio huius deciſionis vt in aſſequutione officij, de quo agebatur, præferretur, qui priuilegium à Rege prius conſequutus fuerat, quamuis alter eiuſdem officij poſſeſſionem adeptus eſſet, ea ſiquidem fuit, quia ex ſolo Principis priuilegio, nedum dominium rei, quæ conceditur, ſed & illius poſſeſſio in conceſſionarium transfertur, ita D. Regens noſter hîc, & centies in ſuperioribus deciſionibus, & nouiſſimè poſt alios, quos refert Dom. Reg. Capyc. Galeo *reſp. fiſcali* 7. *num.*2. vbi *num.*7. in propriis terminis noſtris reſpondit obiectioni, quæ fieri ſolet, nimirum, vt hæc concluſio procedat, quando de Principis expreſſa voluntate conſtaret, vt transferretur poſſeſſio; ait enim opportunam eſſe oppoſitionem in conceſſione rerum corporalium, in quarum acquiſitione factum deſideratur, ad tex. *in l. quemadmodum ff. de acquir. poſſeſſ.* ſecus verò in rebus incorporalibus, prout ſunt officia, de quibus agimus, & beneficia Eccleſiaſtica, in his enim opus non erit hoc Principem exprimere, cum, & aliàs idem operetur ſimplex ceſſio in incorporalibus quod vera traditio in rebus corporalibus, iuribus & Doctoribus per eum citatis; Reſpondit ſecundò *num.*10. de hoc dubitari poſſe, quando Princeps diſponit per viam ſimplicis contractus, quo caſu præſumitur in dubio iuxta iuris communis regulas voluiſſe eum contrahere, ſecus verò ſi priuilegio mediante, quia tunc illius vigore etiam in dubio præſumitur in conceſſionarium tranſlata poſſeſſio, allegat Afflict. *in cap.*1. *quid ſit inueſt.* & Dom. Reg. de Curte *in ſuo diuerſor. par.*1. *cap.*11. *num.*19. *&* 20. Sed magis ad punctū allegare poterat Iaſ. qui *in l. quoties C. de reiuendic.* quærens *num.*7. an diſpoſitio illa (vt ſemper præferatur, qui prius rei poſſeſſionem adeptus fuit, quàm alter, qui titulum habet anteriorem) procedat in Principe vendente, vel donante, affirmatiuè reſpondit, ſi per viam contractus proceſſit, ſecus ſi priuilegio mediante, per hæc enim verba loquitur Iaſ. num.10. *Quid tenendum in paſſu principali, licet ex prædictis durum videatur ab iſta ſententia recedere, præſertim cum non inueniam contradicentem, tamen hac opinio, & limitatio mihi non videtur tuta, quia licet verum ſit quod Princeps per viam priuilegij poſſit transferre dominium ſine traditione, vel poſſeſſione, & in iſtis terminis loquatur, & intelligi debent ſupra adducta, tamen ſi ſuper aliqua re contrahat, donando ad ſupplicationem Partis vel vendendo, non videtur, quod magis transferat dominium ſine traditione, quam priuatus, ergo ita habet locum iſta lex in Principe contrahente, ſicut in priuato; ſecus ſi per viam priuilegij, tunc limitatio procedit, ad hoc allego in ſpecie Bald. in cap.*2. *in vltim. col. de noua forma fidelit. in vſibus feudorum, & ibi Dom. Andr. de Iſern. vbi dicit Bal. multum referre vtrum cum Principe contrahatur, & in tali contractu ſeruandum eſt ius commune, vt ſi poſt contractum Princeps ſit obligatus ad tradendum, & ante traditionem non acquiritur dominium nec poſſeſſio, vnde ſecundum eum l. omnes, & l. bene à Zenone C. de quatrie. poſſeſſ. debent intelligi interueniente traditione, ſi verò Princeps gratiam facit non per viam contractus, tunc ex ipſa gratia bene dominium transfertur ſine traditione, quia iſta eſt natura collationis gratioſæ, vt in c. ſi tibi abſenti de preben. in* 6. *vt ibidem plenius per Bald. videre poteritis, & poſtea ſubdit Bald. quod qualibet gratia Principis cenſetur priuilegium, vt notat Io. Andr. in c. olim de verbor. ſignific. in nouella, iſta recollegi proprio ſtudio, quæ ſubiicio ſententiæ cuiuſlibet melius ſentientis.* Hæc Iaſon, cuius dictis addi poſſunt, quæ ſcripſerunt Aluar. Valaſc. *conſult.*72. Franciſc. Cald. *conſ.*28. *numer.*13. Georg. de Gabed. *deciſ.*30. *num.*9. *p.*2. Mieres *de Maioratu par.*1. *quæſt.*26. *num.*13. 16. *&* 27. Burg. de Paz. *conſ.*15. *num.*2. & alij, quos refert Auguſtin. Barboſa *in collect. ad d.l. quoties C. de rei vendic. numero* 17.

Cætera ad materiam pertinentia, vide apud Dom. Reg. Rouit. *deciſ.*82. 2

## *ARGVMENTVM.*

Remiſſio mercedis vt ob ſterilitatem à locatore conductori facienda ſit; ad quam ſummam damnum à conductoribus paſſum aſcendere debeat. Renunciari, an poſſit remiſſioni mercedis. Renunciatio caſuum fortuitorum, an inſolitos comprehendat, & inopinatos.

## DECISIO CCCCCIX.

INSTABAT in Regia Camera Iacobus Lucidus Arrendator Regiæ Dohanæ huius ciuitatis, ſibi mercedis remiſſionem fore concedendam, vulgo *excomputum* appellamus, & hoc ex cauſa belli inter Regem noſtrum, & Regem Francorum in hoc Regno initi, ob quod ſpatio vnius anni cum dimidio liberum commercium prohibitum fuerat, ſicque mercimonia ob extra Regnum ad hanc ciuitatem aſportari non potuerunt, vnde dubitabatur, vt ſit locus remiſſioni mercedis, quænam requiratur ſterilitas, ſiue rei conductæ fructuum amiſſio, nam vbi modica eſſet dubium non eſt mercedis remiſſioni locum non eſſe, hic eſt text. *in l. ſi merces §. ius maior ff. locati* 1

In hoc dubio Doctores variaſſe dicebatur, ſunt enim qui putarunt, tunc demum fieri locum remiſſioni mercedis ſi in fundo ad ſeminandum conducto tanta fuit ſterilitas, vt ex eo ſemen colligi non potuit, alij verò, vt ſtandum ſit vulgi opinioni, quæ quidem duæ 2



Digitized by Google

opiniones recitantur à gloſ. *in l. ſi vno ff. locati*; Bart. verò in terminis text. *in d. §. ius maior.* dixit, tunc demum intolerabile conductori eueniſſe damnum, quando deductis expenſis, nulli fructus recollecti ſunt, & *in l. licet C. locati*, putauit fieri locum remiſſioni mercedis, quando colonus in fructuum perceptione vltra dimidiam læſus eſt, ideſt quod deductis expenſis, non percipit tot fructus, qui ad dimidiam penſionis ſoluendæ aſcendunt, iſtamque Bart. ſententiam ſectati ſunt Ant. de Butr. & Abb. *in c. propter ſterilitatem, extra locati*, Raphaël Fulgoſ. *in d. §. vis maior* Aret. *conſ.* 51. & alij, verum quod ſat ſit ſi damnum vſque ad tertiam partem aſcendat, dixit Io. Andr. *in d. c. propter ſterilitatem*; In hac autem opinionum diuerſitate ea hic probatur ſententia, vt quanta debeat eſſet ſterilitas, quantave læſio iudicis arbitrio remittatur, & quod hæc ſit verior, æquior, & communior opinio, nam cum text. *in d. §. vis maior, & in d. c. propter ſterilitatem*, de damno pluſquam tolerabile verba facit, vt eo caſu mercedis remiſſio fieri debeat, hæc declaratio, quando dici poſſit damnum intolerabile, vel magnum, non niſi à iudice arbitrabitur, ita Iacob. Butricarius, quem refert, & ſequitur Alberic. *in d. l. ſi vno.* Confirmabatur opinio hæc in caſu propoſito, cum in conuentione inita intra arrendatorem, & Regium Fiſcum expreſſe dicebatur, vt ex cauſa peſtis, vel belli ex compotum fieri deberet, vbi notabile eueniret damnum, quod certè non niſi iudicis arbitrio declarari poterat. Vnde facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, & coram Domino Cardinale Paceco Regni huius generali locumtenente, fuit per omnes Dominos Regiam Cancellariam Regentes & Regiæ Cameræ Præſidentes declaratum eſſe dicto Arrendatori mercedis remiſſionem faciendam pro ſumma ducatorum decem millium, quamuis pro ducatis 24000. illam petiiſſet; ſed non per viam excõputi; ſed per viam ſuſpenſionis, quia ſi poſtea anni ſequentes fuiſſent ita fertiles, vt lucrum excederet extaleum, fieret locus compenſationi fertilitatis cum præcedenti ſterilitate; At compilato demum proceſſu cum Arrendator pro reſtauro damnorum paſſorum ſumma ducatorum triginta trium millium peteret, quia dicebat, hoc damnum ipſum paſſum fuiſſe, cum in facto verum non eſſet, fuit pro maiori parte Dominorum votantium deciſum, dictos ducatos decem mille iam ſuſpenſos pro omni reſtauro cedere debere, & quod arrendator reliquum ſolueret, fuerunt duo vota, vt ſolum eis fieret reſtaurum pro ducatis ſex mille; ſed maior pars pro decem mille.

## OBSERVATIO.

Agit hîc Dom. Regens noſter vt ſit locus remiſſioni mercedis propter ſterilitatem in re conducta contingentem, quanta debeat eſſe hæc ſterilitas, quodve damnum per conductorem paſſum, dum iura *in l. licèt C. locati, in l. ſi merces §. vis maior. ff. eod. & in c. propter ſterilitatem cod. tit.* hoc non aperiunt, & poſt geminatas recitatas opiniones, ſubdit veriorē, æquiorem, & communiorem ſibi videri ſententiam, vt Iudicis arbitrio remittatur; Tu modò ad huius dicti confirmationem vide ſcripta per Hieronymum Panteſchman *variar. iur. quæſt. lib. 9. quæſt.* 1. vbi poſtquam nouem recenſuerit opiniones, Iudicis arbitrio rem terminandam committit *num.* 27. & 37. idemque Couarr. *pract. quæſt. cap.* 30. *verſ. aliis placet.* Ægidius Boſſ. *in tract. de remiſſ. mercedis num.* 12. Neuizan. *conſ.* 90. *num.* 15. Rol. à Valle *conſ.* 86. *in fin. lib.* 3. Sebaſt. Medic. *de caſibus fortuit. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. Iacob. Menoch. *de arbitr. Iudic. lib.* 2. *caſu* 76. *num.* 3. & alij relati à Fabio de Anna *conſ.* 64. *num.* 1. Ego ipſe *reſol. iuris lib.* 2. *cap.* 186. vbi *num.* 3. quæ de remiſſione mercedis propter ſterilitatem ſcripſerunt Doctores, procedere dixi nedum in ſimplici conductore rei priuatæ, verum etiam & in conductore vectigalium, vt probatur in hac deciſione, & ſcripſerant priùs Bart. *in l. cotem ferro §. qui maximos ff. de public. & vectigal. & in ſua quæſtione incipiente Publicanis*, Latè Boſſ. *de remiſſ. merced. publican. in princ.* & Hieronym. Panteſil. *quæſt.* 18. Dixi vlterius *num.* 4. adeo mercedis remiſſionem propter ſterilitatem contingentem conductori eſſe debitam, vt illi renunciari non poſſit, ad hoc expediens Ioſeph. Ludouic. *comm. concl. in tit. de iure emphyt. concluſ. vnic. verſ. & quoniam altera opinio*, Gomez. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 18. & Fab. de Anna *citato conſ.* 64. & 65. & *num.* 6. addidi quod quando renunciatio caſuum fortuitorum procederet, eam forè intelligendam de caſibus fortuitis ſolitis, & qui ſæpè contingere poſſent, ſecus verò de inſolitis, & inopinatis, iuribus, & DD. ibi citatis, qua de re latiùs ſupra *in obſeru. ad deciſ.* 455.

Ad illud autem, quod hic annuit Dom. Regens fuiſſe huic conductori in principio litis factum excompotum pro ſumma ducatorum decemmillium, non tamen per viam excomputi, ſed per viam ſuſpenſionis, dic Tu bene procedere de æquitate, ſecus verò de iuris rigore, quia cum arrendator adhuc non ſit in probatis circa damnum paſſum in re conducta, & locator habet pro ſe inſtrumentum liquidum cum pactis exequutiuis in forma, hæc ſanè liquiditas, ſiue inſtrumenti exequutio impediri non poteſt, lite pendente ſuper petito reſtauro damnorum paſſorum, & ita paſſim in Regia Camera iudicamus, ſic terminum in cauſa impartientes, non impedita interim ſolutione extalei, at quia aliquando cauſa, quæ allegatur pro reſtauro obtinendo Iudicibus eſt ſatis notoria, quamuis extraiudicialiter, ſolet in his caſibus Regia Camera lite pendente ſuper reſtauro ſuſpenſionem concedere, pro ea quantitate, quæ à Dominis Iudicantibus arbitratur, prout fuit practicatum in hac deciſione, ſicque anno præterito me referente determinatum in cauſa Andreæ Brancati arrendatoris arrendamenti del Tabacco, in qua fuit datus terminus non impedita interim ſolutione extalei, verum conſuluimus Domino Proregi, quod ſuſpenderetur ex actio pro certa quantitate, & ita exequutum, ſic pariter deciſum hodie 7. Februarij 1659. in cauſa Gubernatorum arrendamenti Salium Montium cum arrendatoribus referente Domino Præſidente Aſtuto.

ARGV

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Filius naturalis ſiue ſpurius à Principe legitimatus, etiam quoad feudorum ſucceſſionem an poſſit ſuccedere in feudo paterno, in quo frater defuncti feudatarij hæres inſtitutus eſt. Hæredis appellatione de iure communi feudorum an, & quando veniat hæres extraneus. Filiis à patre hæredibus inſtitutis, illiſque ſine liberis decedentibus, Caio ſubſtituto, ſi ipſorum alter inſtitutionis tempore reperiretur in ſacris conſtitutus, an ſubſtitutio ſic ordinata illius perſonam comprehendat. Dictio *in perpetuum*, quid importat, & de aliis.

## DECISIO CCCCCX.

1 VITA functo Reuerendo fratre Frederico Vrries ordinis Hieroſolymitani Baiulo Sanctæ Euphemiæ, qui à Cæſarea Maieſtate in ſeruitiorum remunerationem de aliquibus feudis in hoc Regno inueſtitus extiterat, orta fuit controuerſia, quis in feudis prædictis ſuccedere deberet, an Philippus Vrries eius filius tùm à ſummo Pontifice, quam à Rege, etiam quoad feudorum ſucceſſionem legitimatus, an verò D. Petrus Vrries in teſtamento hæres ſcriptus, & cum ſuper interdicto adipiſcendæ inter eos fuiſſet multum altercatum, & cuiNam opitularetur diſpoſitio *l. fin. C. de edict. diui Adriani toll.* tandem quia articulus ſucceſſionis in iudicio proprietatis erat iuris tantum placuit vtrique Parti, vt abſque alio termino decideretur in petitorio, vter ex eis ad ſucceſſionem concurrentibus, eſſet de feudis prædictis inueſtiendus, vt quia deciſio dependebat ab interpretatione priuilegij inueſtituræ dicto fratri Frederico conceſſæ, & à tenore inſtitutionis factæ per eundem in ſuo teſtamento, Philippus filius ad ſuam fundandam intentionem dicebat verum eſſe, fuiſſe in dictis feudis inſtitutum Don Petrum, ſed ſub ea conditione, ſi ipſe & ſui deſcendentes in perpetuum hæredes eſſe potuiſſent, alias cenſeretur ipſe Philippus hęres inſtitutus. At quia deſcendentes Don Petri nullo pacto ſuccedere poterant, ex quo conceſſio dictorum feudorum fratri Frederico facta apparebat pro ſe, & vno hærede ab illo nominando, ſi igitur pro vno, ergo alij cenſebantur excludi; *l. cum Prætor ff. de iudic.* in feudis enim inueſtitura eſt omnino attẽdenda, cum ipſa det normam, & regulam feudo, *cap. 1. de duob. fratrib. de nouo benefic. inueſt.* vnde cum teſtator expreſsè dixerit vt ſit hæres D. Petrus, dummodo ipſe, eiuſque deſcendentes hæredes eſſe potuiſſent, id quod ex tenore inueſtituræ prohibebatur omnino, ergo dicebat Philippus quod fiebat locus ſecundæ inſtitutioni ad ipſius fauorem à patre ſuo factæ; non enim dubitari poterat quod dictio illa, *pro vno*, ſingularitatẽ denotabat, quia, *vnus*, eſt numerus ſingularis, ſicque de pluribus prædicare non poteſt, *l. ſi vnus ex argentariis ff. de pactis*, & perinde eſt, ac ſi nominatim de vno per nomen expreſſum mentio facta eſſet: *l. 1.* vbi Iaſ. & cæteri *ff. de liber. & poſthum.*

Cæterùm diſcuſſo articulo, referente Regia Camera in Collaterali Conſilio, & coram Domino Cardinale Paceco Regni huius generali locumtenente, cum interuentu Regiogiorum Conſiliariorum Ioannis Andreæ de Curte, Hectoris Hieſualdi in cauſa adiunctorum, fuit pro maiori parte deciſum, inueſtituram eſſe dicto D. Petro concedendam. Principalis ratio deciſionis fuit quia licèt verum eſſet, inueſtituram canere pro primo inueſtito, & vno hærede, tamen in eodem priuilegio non ſemel demum repetitum erat, vt tam ipſe primus inueſtitus, quàm hæres ſuus in perpetuum tam inter viuos, quam in vltima voluntate potuiſſent, de dictis feudis diſponere, prout de re eorum feudali, dictio illa *in perpetuum*, neceſſariò intelligenda erat in infinitum, non autem ad tempus, & ſic pro vita fratris Frederici primi inueſtiti, & vnius hæredis dumtaxat; Præterea ſi ad tempus inueſtitura hæc erat intelligenda vtique primus hæres nec in vita, nec in vltima voluntate de feudis prædictis diſponere potuiſſet, cum poſt ipſius mortem feuda omnino fuiſſent ad Dominum directum concedentem reuerſa, & tamen vt diſponere potuiſſent expreſsè conuentum extiterat; Nec dici poterat inueſtituram intelligendam eſſe pro hærede; ideſt ſanguinis, & ſic pro legitimè deſcendentibus ex corpore fratris Frederici, ad text. *in cap. 1. §. & quia vidimus in fine de his qui feud. dar. poſſ.* nam cũ frater Fredericus miles eſſe Hieroſolymitanus, qui vxorem habere non poterat, & ſucceſſiue, nec hæredes legitimos, Rex, qui propter ſeruitia ab ipſo inueſtito facta, feuda illa conceſſerat, non niſi de hærede extraneo ſentire potuerat, nec pariter obſtare dictum fuit aliam Philippi prætenſionem, nimirum priuilegium inueſtituræ prædictæ fuiſſe transfuſum in aliud, dicto fratri Frederico ſecundo loco conceſſum, in quo expreſsè data erat illi facultas, vt in dictis feudis dictum Philippum eius filium legitimatum nominare potuiſſet; etenim reſponſum fuit hoc nulla lege fundari, imò contrarium de iure cautum eſſe, vt ſcilicet per conceſſionem noui priui- 2

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

legij nunquam alia priuilegia eidem per prius indulta reuocata dici poſſit, probat hoc Bald. *in l.2. num.4. C. de conſtit. pecun.* & Bart. *in l.1. C.de præpoſ. agen. in reb. lib.12.* quod namque in augmentum inductum eſt, diminutionem operari non debet. Vlterius in hoc ſecundo priuilegio dicebatur, quod frater Fredericus intendebat Philippum eius fiſcum in ſuum hæredem nominare, hæc verba non importabant, vt Philippus nominatus cenſeretur, gloſ. *in l. ſortis electione ff. de legat.1.* quam ibi Bar. Alex. Aretin. & Iaſ. ſequuntur, & ferè in terminis Alexand. *conſ.174. lib.7.* vbi dicit, quod ſi aliquis diſpenſationem pro filiis naturalibus obtinuerit, quia eos intendit in certa parte ſuorum bonorum hæredes inſtituere, non per hoc inſtituti cenſentur; in caſu propoſito attento tenore ſecundi priuilegij, non erat niſi data poteſtas Fratri Frederico nominandi Philippum in hæredem, non quod nominare cogeretur, verbum enim, *poteſt*, neceſſitatem non inducit: *l. ſæpe audiui Cæſarem* vbi gloſ. *ff. de offic. præſid.* Bart. & DD. *in l. Gallus ff. de liber. & poſth.* vnde.

## OBSERVATIO.

1 QVamuis de iure communi feudorum hæredis appellatione non niſi hæres ſanguinis veniat, & ſic legitimus ex corpore deſcendens, vt probatur *in cap.1.§.& quia vidimus, de his qui feud. dar. poſſ.& in cap.1. §. ſi clientulus*, vbi Bald. *de alienat. feud.* Iacob. Anton. de Mauro *allegat.19.* idemque & quandoque de iure communi Romanorum vt habetur *in l.ex facto 17.§.fin.ff.ad Senat.Conſult.Trebell.* Attamen ex dictis per Dom. Regentem hîc notamus, quod ſi Princeps aliquem ſuum benemeritum, qui filios non poteſt habere legitimos, quia Religioſus, vel in Sacris conſtitutus de feudo, ſiue officio pro ſe & vno hærede inueſtiat, non niſi de hærede extraneo, ipſum ſenſiiſſe, non autem de ſuo, neceſſariò eſt nobis affirmandum. Ex hoc alias dicebam quod cum attenta diſpoſitione *d.l.ex facto §. fin.ff. ad ſen. Conſul. Trebell.* conditio ſi ſine hærede deceſſerit intelligenda ſit, id eſt ſine liberis, ſi quis in ſacris conſtitutus hæres eſſet inſtitutus, cum hoc vt ſi ſine hærede deceſſerit ſuccedat Sempronius, nullatenus poſſe ſubſtitutioni fieri locum, ſi hic hæres cum hoc onere inſtitutus teſtamentum condiderit, & de hærede quantumuis extraneo ſibi proſpexerit, ceſſat enim in hoc caſu diſpoſitio illius tex. nimirum vt ſenſerit teſtator, dum dixit ſi hæres ſcriptus ſine hærede deceſſerit, ideſt ſine filiis, dum impoſſibile erat, vt filios habere potuiſſet legitimos ex quo in Sacris conſtitutus.

2 Sed alias fuit dubitatum, filiis à patre hæredibus inſtitutis, illiſque ſine liberis decedentibus, Caio ſubſtituto, ſi ipſorum alter inſtitutionis tempore reperiretur in ſacris conſtitutus, an ſubſtitutio ſic ordinata illius perſonam comprædendat? negatiuam partem amplexus eſt Paul. de Caſtro *in l.1.§. lex falcidia n.4. ff.ad leg.falcid.* vbi ſic loquitur. *Si teſtator inſtituit plures filios, quorum vnus ſit in ſacris, & grauat eos, ſi deceſſerint ſine liberis, quod reſtituat tali, in tali generalitate nõ comprehenduntur, qui non poſſunt liberos legitimos habere &c.* idemque ſcripſerunt Alex. *in eod.§ lex falcidia in vltimis verbis*, Pariſ. *conſ.109 num.2.3.& 4. & in c.in præſentia num.47. de probatio.* & ex nouiſſimis ſcribentibus Polidor. Ripa, *ſingul. obſeruat. in obſeruat.248. per tot.* Rationem aſſignant, quia fideicommiſſum relictum in defectum conditionis à iure reprobatæ non debetur, ad tex. *in l.quoties*, vbi DD. communiter *ff.de condit. & demonſtr.* & iſta conditio, ſi ſine filiis in clerico, & ſacris conſtituto, in ſui commodum à iure reprobatur, vt per omnes *in c.in præſentia de probat.* ergo.

Contrariam verò ſententiam, nimirum, quod ſub 3
hac generalitate clerici perſona comprehenditur, reprobato Paulo Caſtrenſe, amplexus fuit Anton. Theſaur. *deciſ.136.* ſecundum quam per illum Senatum iudicatum teſtatur, ea quidem ratione, quia ſic videtur fuiſſe de mente teſtatoris, nimirum pariformiter omnes ſubſtituere, quodque illa dictio, *ſine liberis*, operetur quoad Laicos, ſed quoad ſacerdotem videtur pura ſubſtitutio, ad tradita per Dec. *in conſ.299.* I em & ſecundo quia in hac ſubſtitutione ſi præmoretur vnus ex laicis ſine filiis, certè frater ſacerdos ſuccederet, vt probat Dec. *loc.mod.cit. num.9.* ergo rationabile, etiam eſt, vt laici fratres illi ſuccedant, vt æqualitas ſeruetur, & reciprocum ſit fideicommiſſum, & hæc ſententia mihi magis arridet.

Ad confirmationem autem illius dicti, nimirum 4
quod dictio *in perpetuum* importet illud idem quod importat dictio *in infinitum*, videndi ſunt quamplures, quos recenſet Auguſtinus Barboſ. *de diction. vſufreq. dict.163. num.2.* licet *num. ſeq.* aduertat, quod quandoque ſecundum ſubiectam materiam refertur ad hominis vitam, ſi actus de ſui natura vel diſponendi modus perſonam reſpiciat & *num.5.* ad rem noſtram notat, & quod poſita in conceſſione rei importet, vt illa nunquam ad concedentem ſit reuerſura, ad quod allegat Soccin. *conſ.266. numero 37. vol.1.* Gabr. *conſ.76. numer.7. & 8. lib.2.* & Rota *deciſ.10. num.5. par.1. recent.*

## *ARGVMENTVM.*

Officium à Rege alicui conceſſum ad beneplacitum, nùm poſſit à concedente ad libitum reuocari. Gratia Principis ſimpliciter facta an poſſit ſine cauſa reuocari; Et quid ſi fuerit facta ad beneplacitum; & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCCCXI.

DVBITABATVR in Collaterali 1
Conſilio ad relationem Regiæ Cameræ ſi iure permittente potuerat ſua Catholica Maieſtas priuare Vincentium de Veſponis officio, quod tenebat Regij Cauallaritij, illudque conferre in perſonam Io. Aloyſij de Rogerio.

Et nemine ex Dominis votantibus contra- 2
dicente, hoc à Rege fieri potuiſſe deciſum extitit. Ratio deciſionis fuit, quia quando officia ſunt manualia, poteſt Rex ad ſui libitum

dare

dare vni & ab alio auferre, ita Io. Faber *in §. cum autem, Inſtit. quibus mod. ius patriæ poteſt. ſolu.* eoque magis, quia dictus Vincentius officium non obtinuerat ſua vita durante, ſed ad Regis beneplacitum, ergo dicebatur, quod ſemper & indiſtincte abſque alia cauſa beneplacitum illud reuocari poterat, & non tantum expreſsè, ſed etiam tacitè, vt eſt text. *in c. ſi gratioſe de reſcriptis in 6.* vbi Canoniſtæ communiter, hoc notant Bart. optime *in l. centeſimis §. fin. ff. de verborum obligatio.* plus dixit Aret. *in c. nouit de iudic.* quod licèt alias priuilegium conceſſum, etiam ſubdito pecunia mediante, quia tranſit in contractum, ſine cauſa reuocari non poteſt, ſecus tamen vbi conceſſum apparet ob merita, quia tunc etiam abſque cauſa reuocari poteſt, cum negari non poſſit, quin dicatur illud ex cauſa lucratiua conceſſum, nec fuit admiſſa alia Vincentij prætenſio, nimirum, quod officium conceſſum ad beneplacitum, cenſetur eſſe perpetuum, ac de eo, vt de perpetuo iudicari, ad text. *in l. iuris peritos*, vbi Bart. & Baldus *ff. de excuſat. tutor. in l. de pupillo §. ſi quis ipſi pratori ff. de noui oper. nunciatio.* idem Bald. *in l. quiſquis C. ſi cert. petatur.* quia hoc verum eſt, donec non reuocatur, nam ratione dubij interim vt perpetuum iudicabitur, argumento *l. ſufficit. C. de condit. indebit.* ſed non per hoc tollitur, quin concedens ſemper ad ſui libitum reuocare poſſit; *gloſ. in d. l. iuriſperitos, in verbo rem haberet*, & longa eſt differentia inter gratiam ſimpliciter factam & inter illam quæ eſt facta ad beneplacitum quia illa nec etiam re integra per concedentis mortem reuocatur, *c. ſi ſuper gratia de offic. deleg.* iſta ſecus *d. c. gratioſe*, eoque magis in caſu propoſito, quia reuocationis iuſta ſe obtulerat cauſa, ſenectutis nimirum dicti Vincentij; Vnde.

## OBSERVATIO.

1 Concluditur in hac deciſione, officium à Rege alicui conceſſum ad beneplacitum, quamuis dicamus illud eſſe perpetuum, poſſe tamen à concedente ad libitum reuocari; Tu modò ad pleniorem huius concluſionis intelligentiam conſidera, quæ alias de hoc conſultus eximius ille Iureconſultus D. Io. Angel. Piſanellus reſpondit, nimirum quod aliud eſt quærere an gratia Principis ſimpliciter facta poſſit ſine cauſa reuocari, in qua quæſtione bene adaptantur, quæ notant DD. & pleniſſimè *in c. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. in c. 1. de probation. & in l. ſi. ff. ſi contra ius vel vtil. public.* aliud verò eſt inueſtigare an gratia Principis facta ad beneplacitum poſſit ſine aliqua cauſa reuocari, nam vbi legitima ſe offert cauſa, indubitatum eſt, quod etiam gratia ſimpliciter facta adhuc alias de iure irreuocabilis reuocari poteſt, per text. *in l. item ſi verberatum ff. de rei vindicat. & in l. Lucius ff. de euictio.* & per Felyn. *in d. c. quæ in eccleſiarum*; At verſantes nos in gratia ad beneplacitũ facta, opus non eſt, vt reuocationis cauſa fundetur, ideo enim poſita eſt talis qualitas in conceſſione, vt quandocumque Principi placuerit poſſit fieri reuocatio, etenim gratia ad beneplacitum eſt de per ſe reuocabilis, & ne dum expreſsè, imò & tacitè, hic eſt text. à Dom. Regente noſtro allegatus *in c. ſi gratioſe de reſcript. in 6.* vbi gratia ad beneplacitum facta, morte expirat, ſi tamen eſt facta ad beneplacitum perſonæ concedentis, etiam nulla facta expreſſa reuocatione, & ex hoc videmus clauſulam illam *ad beneplacitum* iſtud operari, nimirum quia facit diſpoſitionem ad nutum reuocabilem, hinc Doctores omnes in eodem *c. ſi gratioſe*, firmarunt, quod ſemper quod gratia eſt ad beneplacitum, licèt dubitetur an tacitè per mortem, aut per finitum officium concedentis inducatur reuocatio, attamen in caſibus in quibus tacita non inducitur reuocatio, ſucceſſor ad ſui libitum poteſt expreſsè reuocare, idemque ſcripſerunt Bart. Angel. & communiter omnes *in l. centeſimis ff. de verbor. obligation.* vbi plus dixerunt, quod verba *ad beneplacitum* & *ad voluntatem*, quæ eiuſdem ſunt qualitatis conditionem important voluntatis & beneplaciti in tantum, quod eo ipſo quod ceſſat voluntas, aut non adeſt, inducitur reuocatio; & de diſpoſitione ad beneplacitum, quod ſit reuocabilis etiam tacitè, nedum expreſsè, affirmat Philipp. Dec. *conſ.* 108. nec eſt quis decipiendus, ex eo quod dici ſolet quod gratia ad beneplacitum dicitur perpetua, per tex. *in l. iuriſperitos in princip. ff. de excuſat. tutor.* nam aliud eſt quærere an gratia ad beneplacitum poſſit ſine cauſa reuocari, aliud verò, an in dubio dicatur temporalis, vel perpetua; etenim illa tantum dicitur gratia temporalis, quæ eſt facta ad certum, & determinatum tempus, vt *in d. l. iuriſperitos*, nec ad effectum, vt dicatur diſpoſitio perpetua opus eſt vt talis ſit, cum ſufficiat, quod poſſit eſſe perpetua, & poſſit eſſe temporalis, ita Cardinal. *in clement. 1. in 10. quæſtione de electio.* vbi dicit, illum dici adminiſtratorem perpetuum adhuc ſi eſt ad nutum remouibilis, & Rota *deciſ. 1. de præbend. in antiquioribus*, firmat, commendam dici perpetuam vbi facta appareret vſque ad euentum conditionis, quæ verificari poteſt & gloſ. *in clement. 2. in verbo electionem de reſcriptis*, ait, quod dicitur, quis habere dignitatem, licèt ſit ad beneplacitum, quia ſatis eſt, quod poſſit eſſe perpetua, nulla ſubſequente reuocatione, ad idem Bart. *in l. de pupillo §. ſi quis ipſi in 2. quæſt. de noui oper. nunciat.*, & Felyn. cæterique *in c. ex litteris de conſtit.* vbi poſt multa concludunt, quod gratia ad beneplacitum dicitur perpetua, non ex eo quia non poteſt reuocari, quinimò eſt bene reuocabilis, ſed quia poteſt eſſe quod non reuocetur, & ſic, quia tempus non habet determinatum, bene vocari poteſt perpetua; accedant prædictis, quæ decidit Speculator. *in tit. de emphyteuſ. §. nunc verò aliqua, verſ. quid ſi demum Papa*, vbi punctualiter dicit, quod conceſſio facta ad beneplacitum tantum, durat, donec reuocatur, nec ab his diſſentit noſter Andr. *in conſtit. Regni ea quæ ad decus*, dum quærens an ſi quis ad Principis beneplacitum merum obtinuiſſet imperium, cenſeatur illud per generalia verba illius conſtitutionis reuocatum, negatiuè reſpondit, quia cum ſpecialiter fuerit conceſſum, debuit in ſpecie reuocari, nec ſat eſſe generalem reuocationem, ſicque expreſſe determinare videtur, quod ſi ſpecialiter Princeps reuocaret, valeret reuocatio, idemque Andrea relato, ſcripſerunt Capyc. *deciſ. 116. numero 7.* & Ioannes Vincentus de Anna *allegat. 119. numero 11.*

Et quod gratia facta ad beneplacitum concedentis daret, donec ille eam reuocauerit, ſiue donec ipſe mandans moriatur, firmant ex recentioribus nonnulli, quos congerit Auguſtin. Barboſ. *de clauſul. vſufrequent. clauſ. 3. num. 2.* ſubdens *num. ſeq.* Magiſtratum ad beneplacitum creatum conſtituentis mor- 2

te expirare, niſi à Principe creatus fuerit, ex Boër. *deciſ.* 149. & Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 25. *ante num.* 6. *verſ. quæ omnia*, quibus ex noſtratibus addo Marcell. de Mauro *allegat.* 40. & Io. Andr. de Georg. *allegat.* 46. *à num.* 9.

3 Et tamen verum, quod hodie de generali conſuetudine omnes officiales ad iuſtitiam miniſtrandam, quamuis ad beneplacitum à Domino Rege noſtro creati, perpetui dicuntur, nec ab eorum officiis abſque iuſta, & legitima cauſa remouentur, qua de re latè per Maſtrillum *de Magiſtratibus lib.* 1. *cap.* 17. *per tot.* ſignanter *num.* 26. & 27.

## *ARGVMENTVM.*

Nominatus ad aliquod officium ab illo, qui nominandi poteſtatem habebat, an ſit ad illud admittendus, ſi eidem de mala nominantis adminiſtratione opponeretur. Delictum defuncti, an, & quando ad hæredes tranſeat. Mandatum habens generale à Principe & cum libera, an poſſit illius bona alienare, & de pluribus notabilibus.

## DECISIO CCCCCXII.

1 INSTABAT in Regia Camera Franciſcus Sparta vt ſibi conſignaretur poſſeſſio, ſeu quaſi officij Theſaurarij Prouinciæ Calabriæ vltra, ex quo in eo nominatus extiterat à quondam Balthaſare Conil eius ſocero qui officium prædictum pro ſe, & vno hærede ab illo nominando emerat, ſed excipiente Regio Fiſco officium prædictum ad Regiam Curiam ob malam Balthaſaris adminiſtrationem ſpectare, dubitari contigit, vtra Partium meliora foueret iura?

2 Et pro Franciſco nominato, facta relatione in Collaterali Conſilio, nemine ex votantibus contradicente deciſum extitit. Ratio deciſionis fuit, quia licet verum erat, dictum Balthaſarem in ſua adminiſtratione malè ſe geſſiſſe, pecuniam fiſcalem in proprios vſus conuertentem, tamen dum ille viuebat, non modo nulla fuit contra ipſum lata ſententia, imò antequam officio priuaretur, ad illud, Illuſtriſſimi Domini Proregis, & Collateralis Conſilij mandato reſtitutus extiterat *l.* 1. 2. *& fin. C. de ſent. paſſ.* Bart. & omnes *in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff de liber. & poſth.* Nec fuit admiſſa Regij fiſci exceptio, nimirum, quod licet non erat lata ſententia, aderat tamen Balthaſaris confeſſio in Iudicio emanata, per quam ſuam confeſſus fuerat malam adminiſtrationem, vnde cenſebatur ipſo iure officio priuatus, Bart. *in l.* 1. *ff. de priuat. delic.* qui ita intelligit tex. *in l. Caius ff. ad ſen. conſult. Syllan.* & hic eſt caſus vt morte non extinguatur delictum, ſed quod illud contra hæredes tranſeat, notant Bald. Angel. & Imol. *in l. qui à latronibus* §. 1. *ff. de teſtam.* Tum etiam quia confeſſio in iudicio emanata facit notorium, Bald. *in l. properandum C. de iudic.* Innoc. & Aretin. *in c. qualiter & quando il* 2. de accuſat. id quod ex tenore ſui priuilegij confirmabatur, dum officium illud conceſſum extiterat, donec Balthaſar conceſſionarius benè, & fideliter ſe gereret, quæ verba conditionem importabant extinctiuam ipſo iure, vt alias fuit demonſtratum, quibus ſic ſtantibus, non poterat Dominus Prorex Balthaſarem reſtituere, cum hæc reſtitutio non niſi officij donationem importabat, quæ ab adminiſtratore quantumuis cum libera fieri non poteſt, *l. pactum curatoris* vbi DD. omnes *C. de pactis*, Bart. *in l. prohibere §. plane ff. quod vi aut clam* vbi dicit tex. illum eſſe valdè ſingularem, & menti tenendum, vt in mandato generali Reipublicæ ſuarum rerum alienatio non veniat, idemque dixerat *conſ.* 196. & Andr. *in c. imperialem poſt num.* 12. *de prohib. feud. alien. per Frederic.* Etenim reſponſum fuit ideo Dominum Proregem Collateralis Conſilij voto accedente, voluiſſe officium dicto Balthaſari reſtituere, nec aliter illum priuare, vt ſic Regiæ Curiæ notabilem pecuniæ quantitatem, quam debebat, ſolueret, quæ propter ipſius maximam paupertatem nunquam recuperari poterat, eoque tempore Regia Curia maxima comprimebatur neceſſitate, quo circa fiebat locus diſpoſitioni tex. *in l. contra iuris § fin.* & ibi gloſ. *ff. de pact.* & ob hoc pariter reiecta fuit alia fiſci prætenſio, dum contendebat in litteris reſtitutionis officij D. Proregem aſſeruiſſe quod dictus Balthaſar nullam in officio commiſerat fraudem, quæ cauſa erat falſa, ergo & diſpoſitio nulla, ad tex. cum ibi notatis per Bart *in l. demonſtratio . quod autem, & in l. cum tale §. falſum ff. de condit. & demonſtr.* nàm cum omnia Dom. Prorex. & Collaterale Conſilium ſcirent, ſic ex iuſta cauſa recuperationis amiſſæ pecuniæ, decreuerunt, nec de Proregis authoritate dubitari poſſe dicebatur, cum ex ſui priuilegij tenore ampliſſima, & latiſſima erat; vnde.

## OBSERVATIO.

Circa illam concluſionem, quam Dom. Regens 1 noſter hic annuit, nimirum, vt delictum quoad pœnam pecuniariam tranſeat ad hæredem, quando defunctus in iudicio illud confeſſus fuit, ſicque hunc eſſe caſum, vt morte non extinguatur delictum, adde Tu hoc verum eſſe, niſi hæres confeſſionem illam reuocet, quod poteſt, & ſic defuncti innocentiam probet, eo enim caſu nullatenus delictum defuncti ad hæredes tranſiret, ita Bald. *in l.* 1. *num.* 3. *C. ex delictis defunc.*

Digitized by Google

*defunc.* Peregrin. ſatis bene *de iure fiſci lib.4. titul.5. num.36.* vbi *num ſeq.* ait, quod dicitur de reo confeſſo intelligendum eſſe in vera confeſſione per eum facta, non autem in confeſſione tacita, & præſumpta à lege inducta, vel in confeſſione ficta per contumaciam, quia hæc hæredibus non noceret, ad quod citat Bart. *in l.eius qui delatorem ff. de iure fiſci*, Bald. *in l.2. C. de edendo*, Angel. *in d.l.1. numer.5. C. ex delicti defunc.* Imol. *in l.qui à latronibus ff. de teſtam.* Alex. & Iaſ. *in l.2.C.qui teſtam. facere poſſunt* & Curt.*conſ.60.num.60. num.20.& 21.* (vbi optimè declarat quando confeſſio dicatur ſolemniter in iudicio facta; ſed circa hanc concluſionem vide omninò Caccher. *deciſ. Pedemont. 106.* vbi aliquorum authoritate docet, quod quando ficta confeſſio tranſit in condemnationem, tunc pœna tranſmittitur ad hæredes propter ſententiam, nec obſtare addit, quod dicitur contumaciam defuncti ad hæredes non tranſire, quia intelligendum eſt, quoad effectum, quia hæres poſſit defuncti innocentiam demonſtrare, quod ſecus dicendum puto, vbi delinquens ante condemnationem mortuus fuerit, quia tunc hæres condemnari non poterit, ita poſt alios ſcripſit Io. Bapt. Baiard. *in addit. ad Iul. Clar. in prax.crimin.§.fin.quæſt.51. num.40.*

2 In criminibus etiam repetundarum, peculatus & de reſiduis delictum defuncti ad hæredes tranſit, cum aliquibus tamen declarationibus, de quibus per me *lib.2.reſolut.iuris cap.244.* cæteros plures caſus in quibus delictum defuncti ad hæredes tranſit, vide apud Peregr. *cit.tit.5.per tot.* vbi *num.33.* obſeruat quod in omnibus caſibus in quibus reus poſt mortem damnatur, & fiſco bona deferuntur, debet fiſcus intra quinquennium agere, & de crimine edocere ad effectum bonorum vindicandorum, ad quod complures allegat Doctores, quos vide.

3 Vlterius notamus hic, quod vbi quis habet generale mandatum Principis, & cum libera, nullo pacto poſſet illius bona alienare, idque attenta diſpoſitione tex. *in l.prohibere §.planè* vbi Bart. hoc in ſpecie notat *ff.quod vi aut clam.* ad cuius dicti confirmationem vide Dom. Reg. de Ponte de noſtris Proregibus loquentem poſt Camer. quem allegat *in tract. de poteſt. Proreg.tit.4. §.7. num.12. & tit.7. §.3. num.14. & tit.8.§.11.num.26.*

## *ARGVMENTVM.*

Aſſenſus Regius ex Regia largitione generaliter mulieribus Neapolitanis conceſſus ſuper obligatione bonorum feudalium virorum pro reſtitutione dotium ſolutarum, an ſuffragetur quando inſtrumentum dotale, conſtante matrimonio non fuit ſtipulatum; ſed poſtea eo ſoluto. Exceptio non numeratæ dotis, an & quando opponi non poſſit, & de aliis.

## DECISIO CCCCCXIII.

POSSIDENTE Regio Fiſco bona feudalia quondam Antonij Griſonis, eidem à patris ſucceſſione obuenta, & ob eiuſdem rebellionem ad Regiam Curiam reuerſa, inſtabat Ioannes Baptiſta dicti Antonij frater vtrinque coniunctus actione reali, ad hoc vt potuiſſet de portione ad ipſum ſpectante dotium ſuper dictis bonis feudalibus ſibi ſatisfieri, & cum hominis aſſenſum non haberet, prætendebat iuuari aſſenſu legis, nimirum gratiarum mulieribus Neapolitanis conceſſarum; ſed excipiente Regio Fiſco, quod inſtrumentum, quod producebat actor dotale, non niſi poſt mortem Frederici Griſoni viri, ipſorum Antonij, & Io. Baptiſtæ patris, ab eorum auia, & tutrice, & dicti Frederici matre ſtipulatum erat, ſicque legis aſſenſu ſuffragari non poſſe, fuit quid iuris dubitatum? 1

Pro actore dicebatur, quod licet in facto verum erat dictum Fredericum virum dum vixerat, nunquam per inſtrumentum confeſſum fuiſſe dotem recepiſſe, tamen in facto conſtabat fuiſſe ſibi ſolutam ſummam ducatorum trium millium idque per partitas banci in proceſſu productas, quos demum eius mater, iſtorumque nepotum tutrix per publicum inſtrumentum recepiſſe confeſſa fuit, & vna cum aliis ducatis mille pro complemento dotium eidemmet tutrici, à dotis promiſſore numeratis; conſtabat inſuper dictum Fredericum in capitulis matrimonialibus dicta bona feudalia in caſu reſtitutionis dotium ſibi ſoluendarum obligaſſe, ſicque nullius momenti eſſe factam à fiſco oppoſitionem de inſtrumento dotali conſtante matrimonio haud ſtipulato; quoties enim de vera dotis ſolutione viro facta conſtat, vel de eiuſdem viri confeſſione, eo caſu, quo dotis non numeratæ exceptio opponi non poteſt, vel per huius exceptionis renunciationem cum iuramento, vel quod ſit elapſum tempus illam opponendi, vel quod præcedant capitula matrimonialia, dubitari non poſſe mulieris hæredibus ad dotem maternam recuperandam competere actionem, vt notant DD. communiter *in l.1.ff.ſolut. matrim.* & ſucceſſiuè apud nos legis aſſenſum pro bonorum feudalium obligatione ſuffragari, militant, namque verba, ratio, & mens gratiarum prædictarum mulieribus Neapolitanis conceſſarum; vnde caſus non erat in puris terminis confeſſionis per tutricem mediante inſtrumento factæ, in quo certè aſſenſus legis prodeſſe non poterat; ſed concurrebant omnia prædicta, ex quibus actoris iura in tuto erant; At reſpectu confeſſionis factæ à tutrice circa receptionem dictorum ducatorum mille fortiter obſtabat, vt 2

pro

Digitized by Google

pro hac quantitate legis aſſenſus non iuuaret, nàm ſi gratia, vt Regius aſſenſus pro præſtito habeatur, loquitur de bonis feudalibus viri, eo demum mortuo, bona illa non ſunt viri obligantis, ſed hæredum; hinc ſi feudatarius bona ſua feudalia obligat, & non impetrato aſſenſu decederet, poſt eius mortem impetrari non poteſt, vt latè per Andr. *in c. Imperialem de prohib. feud. alien. per Frederic.* Ni dicamus hanc Andreæ theoricam dotis fauore limitari, per tex. ſingularem *in l. ſi ego §. res ff. de iure dot.* & latè per Loffred. *conſ.* 31. his aliud addebat Regius fiſcus, nimirum, quod actor actione carebat, ex quo exiſtens ille vti hæres matris, creditor patris ſui, huic ſimiliter ſucceſſerat, ſicque actiones confuſæ cenſebantur, ad tex. *in l. ſi debitori C. de pactis*, Sed reſpondebatur, hoc verum eſſe pro ea parte, pro qua dictus Ioannes Baptiſta actor patris ſui erat hæres; ſed non vltra, vt eſt tex. expreſſus *in l. licet C. ad leg. falcid.* quibus omnibus ſic ſtantibus, facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio fuit pro maiori parte deciſum, quod pro dotibus conſtante matrimonio Frederico viro ſolutis ſuffragetur aſſenſus legis, & ſic nouarum gratiarum, verum quod ab illa portione actori tangente, dotium maternarum deduceretur ea rata, quæ partem ſucceſſionis bonorum paternorum concernebat, & pro parte dotium per tutricem confeſſatarum, nullam habendam eſſe rationem, neque etiam de dotibus hæredibus viri ſoluto, matrimonio, ſolutis.

## OBSERVATIO.

1 CAſus huius deciſionis ad mei ſententiam, eſt ab omni dubio procul; nam ſi verum eſt, quod vir pro dote promiſſa ſibi ſoluenda in cauſa reſtitutionis bona ſua feudalia in capitulis matrimonialibus obligauerat, quodque iam conſtante matrimonio illam exegerat, quid importabat, quod de dotis receptione inſtrumentum dotale, conſtante matrimonio ſtipulatum non extiterat; ſed poſtea eo ſoluto, non ne per teſtes dotis receptio probari poterat, provt per partitas Banci probata extitit, etenim dubium eſſe poterat quando bonorum obligatio pro dotis ſoluendæ reſtitutione à viro cõſtante matrimonio facta non eſſet, ſed poſtea eo mortuo ab hæredibus, quo caſu indagari oporteret, an bona feudalia viri, qui dotem receperat, eo obligationis tempore adhuc in eiuſdem hæreditate eſſent, vel potius in alterius dominium tranſlata; etenim verſantes nos in primo caſu, licito iure inſtrumentum dotale ſtipulatum dicebatur, per tex. nimis clarum, & vulgatum *in l. ſi ego 10. §. ſi res ff. de iure dot.* Cuius diſpoſitione attenta apud nos receptiſſimum eſt, fauore dotis, poſſe aſſenſum impetrari poſt mortem viri, qui pro dote reſtituenda bona ſua obligauit, vt ex Bart. de Capua Pariſ. de Puteo, Affl. Capyc. Camer. Loffred. Freccia, & aliis ex noſtratibus, probant Dom. Præſ. de Franchis *deciſ.* 86. D. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 6. §. 1. *num.* 1. aliique recentiores; Eſt tamen verum in hoc primo caſu, quod mulier, ad cuius beneficium inſtrumentum dotale ſoluto matrimonio ſtipulatum extitit cum obligatione bonorum omnium in forma, bona illa feudalia in viri hæreditate exiſtentia ſibi obligata in forma valida prætendere non poſſet, cum retrotractione ad diem contracti matrimonij; ſed à die ſtipulationis inſtrumenti dotalis, itavt creditoribus, qui forſan medio tempore contraxiſſent, nullum dici poſſit, fuiſſe illatum præiudicium, ne diceremus plus operari aſſenſum tacitum, quam expreſſum, nam ſi verum eſt, aſſenſum expreſſum Regis creditori non opitulari, niſi à die, quo fuit ille conceſſus, non autem à die, quo bona feudalia ſui debitoris ſibi obligata fuerunt, vt per Io. Vinc. de Anna *in repet. c.* 1. *num.* 29. 220. 221. *&* 222. *de vaſſal. decrep. ætat.* & per Dom. Reg. Rouitum poſt alios, quos allegat *in pragm.* 1. *num.* 18. *de fide memorial.* ita pariter, & aſſenſum tacitum, nimirum, vt ille mulieri proficuus eſſe non poſſit, niſi à die, quo bona feudalia viri ſibi obligata fuerunt.

In ſecundo verò caſu ſi tempore, quo ſoluto matrimonio ſtipulatur inſtrumentum dotale, bona feudalia viri in alterius dominium reperiuntur tranſlata, & tunc, indubitatum eſt pariter inſtrumentum illud, in quo continetur bonorum feudalium obligatio, in nihilo mulieri prodeſſe poſſe, provt eſt caſus deciſionis D. de Franch. ſupracitatæ. 2

Vlterius hìc notamus Dom. Regentem noſtrum hic nullum conſtituere diſcrimen inter veram dotis ſolutionem viro factam, & eiuſdem confeſſionem de recepto, quamuis de numerato non conſtet, eo tamen caſu, quo dotis non numeratæ exceptio opponi non poteſt, vel quia elapſum eſt tempus illam opponendi, vel quia illi cum iuramento fuit renunciatum, vel & tandem quando præcedunt capitula matrimonialia, qua de re ad huius dicti confirmationem videndi ſunt Afflict. *deciſ.* 402. Magon. *deciſ. florent.* 68. Surd. *deciſ.* 55. Martius *deciſ.* 88. Mareſcott. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 8. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 11. & Rota *deciſ.* 124. *&* 683. *par.* 2. *recentior.* Eſt pariter ad materiam videndus Carol. de Graſſ. *de exception. in vltima exceptione* Ego ipſe *ſupra in obſeruat. ad deciſ.* .... 3

## ARGVMENTVM.

Intereſſe ex mora irregulari ad fiſci, & minoris beneficium à iure introducta, an ſtatim quod quis debitor efficitur, currere intelligatur, vel aliquod breue temporis ſpatium expectandum ſit, infra quod debitor ipſe ſoluere poſſit; Et quid ſi debitor fiſci, & minoris, perſonam non haberet legitimam, cui ſoluere poſſit; Et an reſpectu minoris ceſſet intereſſe maiori eius ſuperueniente ætate; Et quid ſi quis eſſet debitor fiſci, ex aliqua pœna. Fiſcus debitor an, & quando, & in quibus caſibus vſuræ creditori ſuo ſoluere teneatur; Et ſi

ſucceſſerit

Digitized by Google

ſucceſſerit in ius priuati, qui ſoluebat vſuras, an & ipſe eaſdem ſolue-re teneatur.

## DECISIO CCCCCXIV.

1 INſTABAT Regius Fiſcus fore condemnandum Magnificum Ioannẽ Baptiſtã Larcarium ad ſibi ſoluendum intereſſe ducatorum 43471. quos de pucunia fiſcali ſibi retinuerat,& aliorum Scutorum 86ni quos pro mæſareæ Maieſtatis ſeruitio de ordine Illuſtriſſimi Regni huius Proregis in Ciuitate Florentiæ ſoluere debebat; ſed illo excipiente in mora eum non fuiſſe conſtitutum, ex quo nunquam interpellatus extiterat, fuit, quid iuris dubitatum?

2 Pro fiſco dicebatur, quod licèt verum ſit, quod ceſſante mora, quæ per interpellationem contrahitur, intereſſe non debeatur, *l.mora ff.de vſur.* DD. *in l.ſi ex legatis cauſa ff. de verbor.obligation. & in l.quod te ff. ſi cert.pet.* Tamen quia dictus Ioannes Baptiſta fuit Regiæ Curiæ conſtitutus debitor, eo ipſo quod pecunia fiſcalis ad eum peruenit, iux. tex. *in l.ſi eum ſeruum, & in l.ſi me, & Titium ff.ſi cert. pet.* Cenſebitur re ipſa ex legis diſpoſitione in mora conſtitutus, quæ quidem mora irregularis appellatur, vt in minore eſt tex. *in l.in minorum C. in quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* & in fiſco eſt tex. *in l.cum quidam §.fiſcus* iuncta gloſ. *in verb. inferunt ff. de vſur.* Roma.& Aretin.*in l.ſi ex legati cauſa ff. de verbor. obligat.* Bald. *in l.1.C. de his, quibus vt indign.* Alex. *in l. quod te ff.ſi cert.pet.* Vbi alios connumerat caſus, in quibus mora re ipſa abſque hominis interpellatione contrahitur; eſt tamen verum quod debitor, vel minoris, vel fiſci, non eo ipſo, quod ad eius manus pecunia peruenit,in pœnam incidit, vt intereſſe currat, ſed aliquod breue temporis ſpatium expectari debet, infra quod ſoluere poſſit, vt eſt tex. *in l.ſi quis filium §.fin. ff. de collat. bonor.* gloſ. *in l. Æmilius ff. de minor.* quam Bald. non eſſe alibi dixit *in cap.1. de noua form. fidelit.* vbi addit quod omnis legis,vel hominis interpellatio ſpatium quoddam continere debet, quod erit vel decem dierum,vel arbitrio Iudicis iuxta tex. *in l.ratum, & in l.quod dicimus ff. de ſolution. & in l.ſi debitori ff. de Iudiciis*; non enim cum Sacculo paratus venire debet, *d. l. quod dicimus, & l.ſi quis ſolutioni ff.de vſur.* notat Bart. *in l.ſi pœnam ff.quando dies leg. cedat.* Ex quibus facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, fuit deciſum Io. Larcarium fore,& eſſe condemnandum ad intereſſe per Regium Fiſcum petitum poſt decem dies à die moræ re ipſa contractæ.

*D.De Marinis obſeruat.ad deciſ.D.Reuerterij.*

## OBSERVATIO.

1 HIc agit Dom.Regens de Mora irregulari ex ſpeciali iure introducta, ad fauorem minoris, & fiſci, nimirum, vt ad illorum beneficium intereſſe quantitatis eis debitæ currat, abſque vlla interpellatione, provt ſunt iura hic citata, nimirum pro minore: *in l.in minorum C.in quibus cauſ. in integ. reſtit.non eſt neceſſ.* & pro fiſco, *in l.cum quidam §.ex locato,verſ. fiſcus*, vbi gloſ. *in verbo inferunt ff. de vſur.* Sed reſpectu minoris, obſeruandum nobis eſt, vt hoc iuris axioma bene procedat, donec minor ætas durat, quia maior adueniente ætate, ceſſare intereſſe, ſiue vſuras pro tempore futuro, ſcripſit Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. lib.2. cap.241.* per tex. quem allegat, *in l.Titia Seia 89. §.vſuras ff.de legat.2.* & iux. tradita per Salic. *in d.l.in minorum*, per Gabriel. *conſ.121. num.60.lib.1.* & per Eſcobar *de ratiocin. cap.15. num.33. cum ſeqq.* quibus addo ego Anton. Fabr. *deciſ.12.C. de vſur.& fruct.rei leg.*

2 Item hoc axioma idem Grãtia. ibidem declarat, vt ita demum procedat, ſi minor perſonam habet legitimam, cui debitor ſoluere poteſt, quia ſi non haberet, mora hæc irregularis ceſſaret, & ſucceſſiuè intereſſe, ſiue vſuræ non currerent, quaſi tunc nil debitori imputari poſſit, cum etiam ſi ſoluere vellet, non poſſet, & de hoc eſt tex. *in l.cum quidam §.ſi pupillo*, vbi gloſ. *in verbo non potuit ff. de vſur.* excepto ſi verſaremur in terminis caſus Dom. de Franchis *deciſ.16.* quam idem Gratia. allegat *in cit. cap.241.n.24. & 25.* poſt Rot. *in vna Romana bonorum ſub die 14. Ianuarij 1600. coram D.Penia*, Nimirum ſi ipſius minoris, ſiue pupilli debitor eſſet, ille ad quem eiuſdem tutela, vel cura ſpectaret, nam eo caſu ſe excuſari non poſſet, quod non habet minor perſonam legitimam, cui ſoluere poſſet,& conſequenter, adhuc fieri locum huic moræ irregulari, quæ omnia obſeruaui pariter Ego *lib.1.mearum reſolut.cap.22.num.11.& 12.* vbi *num.ſeqq.* probaui, vt hæc quæ de mora irregulari dicta ſunt procedant adhuc ſi pupillus, vel minor patrem haberet, non enim patris negligentia in non petendo, quod filio ſuo pupillo ſiue minoni debetur, eidem nocumentum afferre debet, & addidi, beneficia,ſiue in integrum reſtitutionem ad pinguius probandum, quæ apud nos minoribus, pupillis, mulieribus, Eccleſiis, aliiſque piis locis conceduntur, concedenda etiã eſſe illis, qui in minori ætate conſtituti ſub patrum poteſtate exiſtentes, pro eorum bonis aduentitiis in iudiciis agunt,ſiue conueniuntur,ad quod probandum allegaui notabilem tex. *in l.2.C.qui & aduerſus quos in integr.reſtitui non poſſit, & in l.etiam 30.ff.de minor.*& Iul.Cæſ.Imbrian.*in ſuo tract.de 1.& 2.benefic. conſiderat.3.n.18.*

3 Quantùm verò attinet ad moram irregularem ad fiſci fauorem introductam, diximus de ea eſſe tex. *in d.l.cum quidam §.ex locato verſ.fiſcus*, & ibi gloſ. *in verbo inferunt*, quæ melius quam tex. hoc declarat, probat etiam Bologn. *ibi in apoſtilla*, & per hæc verba. *Iſta gloſ. eſt ſingularis, ad hoc quod ille qui eſt obligatus fiſco conſtituitur in mora ſine interpellatione re ipſa &c.* ſolet etiam allegari tex. *in d.l.in minorum*, qui licèt loquatur in minore, fuit tamen iure extenſus in fiſco,in Eccleſia, Republica, aliiſque locis, ſiue perſonis miſerabilibus, propter eorum æquiparationem, ex recentioribus ſcripſerunt D. Præſ. de Franchis *cit. deciſ.16. in fin.* & Dom. Reg. Conſtant.*in l.1.num.18. C.de vſur.fiſcal. lib.10.* vbi *num.ſeq.* eandem tradit declarationem, quam ſupra in minore nos tradidimus, nimirum vt hoc intelligendum ſit,quando fiſci Eccle-

Rrrr ſiæ,

Digitized by Google

ſiæ, ciuitatis, aliarumque miſerabilium perſonarum debitores, legitimam habent perſonam, cui ſoluere poſſent, alias ſecus, ſunt pariter hæc omnia intelligenda, vt procedant dumtaxat, quando fiſcus habet creditum ex contractu dependentem, nam pœna, vel mulcta fiſco debita, quamuis debitor in ea exoluenda fuerit in mora, non per hoc poterit illa aliquo modo aſtringi propter illam pœnam impoſitam ad vſuras ſoluendas, hic eſt tex. *in l. 1. C. de fiſcal. vſur. lib.* 10. Alfarus *de offic. fiſcal. gloſ.* 16. *priuil.* 55. & ſatis bene Dom. Reg. Conſtant. *in ead. l. 1. num.* 12. Vbi *num. ſequenti*, huius dicti rationem aſſignat, quia quemadmodum vſuræ vſurarum non debentur, *l. fin. C. de vſur. l. improbum C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* ſic etiam eadem æquitate viſum eſt, pœnarum vſuram non deberi, cum illa certo modo pœna ſit, vnde æquitas non patitur, vt pœnæ pœna adiiciatur, addit demum *num.* 15. vt hoc procedat tam in pœna legali, quæ ab ipſa lege pro fiſco imponitur, quam in pœna conuentionali ipſi fiſco promiſſa, verum *num. ſequenti* ex Rebuff. aduertit, vt hoc locum habeat in mera pœna, ſcilicet cum ex vna parte ſit lucrum, & ex altera damnum, ſecus verò ſi intereſſet illius, cui tribuenda eſt, licet ſit pœna quoad ſoluentem, quia tunc vſuræ benè debentur, iuribus, & Doctoribus ibi citatis.

4 Hoc reſpectu moræ irregularis à iure introductæ vt re ipſa abſque interpellatione debitor fiſcalis ad vſuras exoluendas teneatur, nunc videamus breuiter, an ſemper verum ſit aliud axioma, quod eſt in ore omnium, nimirum vt fiſcus ad vſuras præſtandas creditori ſuo non teneatur, ad quod reſpondetur, hoc regulare eſſe vt fiſcus ex ſuo contractu ad vſuras non teneatur, idque attenta diſpoſitione tex. *in d. l. cum quidam §. ex locato, verſ. fiſcus ff. de vſur.* ſecus verò dic Tu ſi ex facto ſubſequenti, nimirum propter moram ortam ex interpellatione, vel ex litis conteſtatione, vel ſaltem per ſententiam, eo enim caſu non procedere diſpoſitionem dicti *§. ex locato verſ. fiſcus*, ſicque vſuras, ſine intereſſe deberi à fiſco creditori ſuo, probat & ſatis bene Dom. Reg. de Ponte *in ſuo tract. de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit.* §. 4. *num.* 34. *& ſequenti.*

5 Vlterius aduertendum, quod licèt fiſcus ex ſuis contractibus vſuras non ſoluat, attamen cum in ius priuati ſuccedit, benè illas præſtare tenetur, & eo modo provt priuatus ſoluebat, vt apertè probatur *in dicto verſ. fiſcus & in l. 2. C. de vſur. fiſcal. lib.* 10. quam quidem iuris diſpoſitionem nedum in vſuris, ſed etiam in intereſſe procedere ex gloſ. *in l. 2. §. graui, verſ. per iniuriam C. de adminiſtr. rerum ad Ciuit. pertin.* probat Fab. de Anna *conſ.* 93. *num.* 2. & Reg. Conſtant. *in d. l. 1. num.* 21. *C. de vſur. fiſcal. lib.* 10. Verum non ſic indiſtinctè hoc recipiendum, ſed vt tantùm procedat in vſuris debitis ex pacto; at ſi ex mora, dic fiſcum, qui priuato ſucceſſit non niſi ad vſuras decurſas pro tempore authoris ſui teneri, non autem pro tempore ſuo, ita Bald. & Angel. *in d. §. ex locato verſic. fiſcus* Peregr. *de iure fiſci lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 4. Fab. de Anna *loc. cit. num.* 3. *&* 4. & Dom. Regens Conſtant. *in l. 1. numer.* 160. *C. pœn. fiſcal. creditor. præfer. lib.* 10. Item in vſuris debitis ex pacto, vt fiſcus ad illas teneatur, dum in ius debitoris ſuccedit, intellige vt non niſi ad vſuras fiſcales, nam ſi debitor, cui ſucceſſit, maiores ſoluebat vſuras, fiſcus non ſoluet, niſi fiſcalis, quo fit, vt cum in Regno ſtatutum ſit, vt fiſcus non ſoluat vſuras, niſi ad rationem ſeptem pro centenario, ſi eius prædeceſſor præſtabat maiores, ipſe non ſoluet, niſi fiſcales, ita ſatis prudenter aduertit Domin. Reg. Conſtant. *in d. l. 1. 2. & 3. num.* 31. *& ſequenti. C. de fiſcal. vſur. lib.* 10. Conſideratur etiam, & alius caſus in quo fiſcus ex ſuo contractu ad vſuras tenetur, de quo per me *lib. 1. reſol. iuris cap.* 149.

## ARGVMENTVM.

Adoha quomodo taxari debeat, quando feudum, quod ad Regiam Curiam fuit deuolutum, alteri vendi contigerit, iuxta forſan taxam antiquam, & ſic provt taxatum reperiebatur tempore deuolutionis, vel potius iuxta taxam nouam.

## DECISIO CCCCCXV.

Lata ſententia per Regiam Cameram, qua mediante declaratum extitit, teneri Illuſtrem Duciſſam Martinæ retrouendere annuos ducatos mille Illuſtri Domino de Monaco nouiter à Carolo Cæſare inueſtito de ciuitate, & Marchionatu Campaneæ, cum poteſtate luendi introitus feudales dictæ Ciuitatis, quos quidem ducatos mille alienauerat Illuſtris Dux Grauinæ tunc eiuſdem Ciuitatis poſſeſſor, & Dominus, comparuit Regius Fiſcus, & inſtitit poſtquam feudum in perſona dicti Domini de Monaco erat nouum, taxari, dictos annuos introitus ducatorũ mille iuxta taxã nouam, ſed illo excipiente, quod reperiebantur iam taxati iuxta taxam antiquam, & ex gratia Regno conceſſa, quod circa taxam nulla fieret innouatio, itavt continuaretur eadem penes feudorum emptores, provt reperiebatur penes venditores, fuit quid iuris dubitatum? 1

Diſcuſſo dubio in Regia Camera, pro Domino de Monaco Marchione Campaneæ pronunciatum extitit, nimirum, quod Taxa non alteretur, ſed remaneat antiqua, provt erat in perſonam Duciſſæ Martinæ. Ratio deciſionis fuit, quia ius illud luendi dictos annuos introitus, quod erat penes Ducem Grauinæ, fuit demum in fiſcum tranſlatum, ſicque actio illa perſonalis, de qua *in l. 2. C. de pact. inter. emptor. & venditor.* feudalis dicebatur, ex quo rem feudalem reſpiciebat, argument. *l. oratio ff. de ſponſal.* Vnde licet dabatur ad conſequendos dictos introitus feudales, erat tamen diuerſa, & ſeparata ab illis introitibus, vt expreſsè notat Aret. *in l. 1. C. ſi aduerſ. tranſact.* ſi diuerſa, non poterat dici noua acquiſitio; hinc dixerunt Doctores quod quando contractus reſoluitur, hæc reſolutio nouus non dicitur contractus, ſed potius diſtractus, gloſ. *in l. 1. C. quando lic. ab empt. diſced.* Et ſi ſtatuto cauetur, vt de omni contractu ſoluatur gabella, non ſolueretur de 2

diſtractu

Digitized by Google

diſtractu, cùm non ſit nouus contractus, & ita loquitur tex. *in l. 1. & 4. C. de pactis inter emptor. & venditor.* Vnde.

## OBSERVATIO.

1 Occaſione deuolutionis feudorum, quæ ſæpè ſæpiùs in hoc Regno per mortem feudatariorum abſque legitimo in feudis ſucceſſore contingere ſolet, cùm demum feuda illa à Regia Curia in alium transferantur, incidit quæſtio, de qua hìc per Dominum Regentem noſtrum, nimirum, An ſeruitium taxari debeat iuxta taxam antiquam, ſicque vt taxatum reperitur tempore deuolutionis, vel iuxta taxam nouam, quæ eſt medietas fructuum feudi vnius anni, vt per Andream *in cap. Imperialem §. firmiter de prohib. feudi alien. per Frederic.* vel ſi feudum eſſet in reditu, puta vnciarum viginti, quod præſtentur vnciæ decem cum dimidio, vt per eundem Andr. *loc. modo cit. & in c. 1. §. ſimiliter de cap. Corradi, & in c. 1. in fin. quis dicatur Dux,* vbi dicit, quod hoc ſeruitium, quod in pecunia præſtatur hodie adoha nuncupatur; quam quidem quæſtionem latè, ac doctè tractat Dom. Reg. Moles *in ſuis deciſionibus manuſcriptis in tit. de donatiuis quaſt. 2.* vbi prò vtraque parte, conſideratis omnibus de iure conſiderandis, teſtatur, & tandem Regiam Cameram noluiſſe articulum, decidere generalem; Sed ſolum quia, in caſu, de quo agebatur maxima vrgebat neceſſitas Regiæ Curiæ, & feudorum emptores ſecundum taxam nouam non inueniebantur, conſuluiſſe domino Proregi poſſe, ſtante illa vrgentiſſima neceſſitate, quæ tunc imminebat, feuda illa ad Regiam Curiam deuoluta, de quorum venditione tractabatur, ſecundum taxam antiquam vendi, ſicque expeditam conſultationem ſub die 6. Iulij 1571. Quæſtionem pariter tractarunt Io. Vincent. de Anna *in c. 1. nu. 150. de vaſſal. decrep. ætatis.* Camill. de Cutte *de feud. part. 1. cap. 13. à n. 57. fol. 41.* & Capan. *de iure adoha. quaſt. 36. num. 7. & 10. ex ſiculis,* Nicol. Intrigl. *de feud. centur. 1. q. 9. n. 165.*

2 Ceſſat tamen hodie omnis controuerſia, ſtantibus nouiſſimis Regiis ordinationibus, quibus ſtatutum eſt, vt cum feuda hæc ad Regiam Curiam deuoluta, in alium poſtea alienentur, ſeruitium non niſi iuxta taxam nouam taxari debeat, & nullo pacto iuxta taxam antiquam, ſicque vt taxatum reperitur tempore deuolutionis, & ita his diebus ſeruauimus in alienatione Baroniæ Vallis Longhæ vlterioris Calabriæ, ad Regiam Curiam deuolutæ ob mortem Illuſtris Ducis Nuceriæ abſque legitimis in feudo ſucceſſoribus; Has tamen nouiſſimas Regias Ordinationes intelligendas, ac fore interpretandas annuebamus in Regia Camera, vt benè illæ procedant, ſeruarique omnino debeant in illis feudis, quæ ad Regiam Curiam deuoluuntur, ære alieno non affecta; in his enim practicari poteſt, quod ſua Catholica Maieſtas mandauit; ſecus verò ſi ære alieno adeo grauata eſſent, vt taxando ſeruitium iuxta taxam nouam creditoribus pro conſequutione eorum creditorum non eſſet conſultum, eo enim caſu, impoſſibile eſt ſeruari taxam nouam, nam ſi apud nos verum eſt, & indubitatum, vt deuoluto feudo ad Regiam Curiam teneatur Dominus Rex noſter pro integro feudi valore ſatisfacere omnibus creditoribus, qui cum eiuſdem Regis conſenſu obligatum illud tenent, vt ex Andr. *in c. 1. § quid ergo num. 5. de inueſt. de re alien. facta in c. 1. §. & ſi clientulus de alien. feud. patern. & in conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ,* ſcripſerunt Barthol. Camerar. *in c. Imperialem fol. 50. litt. L.* Martin, Freccia *de ſubfeud. lib. 2. in 29. authorit. num. 8.* D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij. Dom. de Franchis *deciſ. 213. n. 32.* & Dom. Reg. Conſtant. cæteris omiſſis *in l. 1. num. 147. C. panis fiſcalibus creditores præferri lib. 10.* Quicquid contrarium impertinentibus mediis attentare præſumpſerint doctus Conſiliarius Hiſpanus Carlou. *tom. 2. de iudic. diſput. 23. à num. 29.* & Montan. *de Regalibus offic. fol. 225. à n. 16. vſque ad 19.* Sequitur certè dicendum, vt cum Rex teneatur feudum illud alienare, ad hoc vt ex pretio obueniendo creditoribus omnibus ſatisfieri poſſit, ſi feudum eſſet adeo ære alieno grauatum, vt illius pretium ad creditores omnes dimittendos, vix ſat eſſet, taxando ſeruitium iuxta taxam nouam, feudum quod eſſet valoris centum mille, vendi vtique non poſſet, niſi quinquaginta, ſicque creditoribus omnibus ſatisfieri non poſſet; ſed tantum illis, qui eſſent anteriores, excluſis proſſus poſterioribus, quibus pariter eſſet benè conſultum, quando feudum venderetur iuxta appretium per expertos faciendum, & cum taxatione ſeruitij iuxta taxam antiquam; etenim opportuna eſſet fiſcalis prætenſio pro taxatione ſeruitij iuxta taxam nouam, quando aperto feudo ad Regiam Curiam vel ob lineam finitam, vel ob delictum, ſiue ob aliam quamcumque cauſam iure defendi poſſet, creditorum hypothecas ſic fuiſſe reſolutas; ſed hoc in Regno à fiſcalibus pro tempore, qui ſemper doctiſſimi viri extitere, nunquam tentatum extitit; ſed pro abſoluto ſemper habitum adhuc feudo ad Dominum reuerſo, creditorum hypothecas perpetuò durare, ac donec, & quouſque fuerit illis ſatisfactum; Id quod in præſentiarum practicamus in deuolutione feudorum Illuſtr. Ducis Nuceriæ, in qua paſſim creditoribus patrimonij qui feuda illa cum Regio aſſenſu obligata tenent, eorum creditum liberamus, ſicque ſemper in omnibus deuolutionibus, ſine controuerſia ſeruatum, & abſque vlla fiſcalium quærimonia; nec à ſæculo in hoc Supremo Tribunali Regiæ Cameræ auditum, vt reuerſo feudo ad Dominum noſtrum Regem, creditores, qui illud obligatum habuere, fuerint ab eorum credito excluſi, ita vt fateri cogamur conſuetudinem inductam eſſe iudicandi, vt creditoribus cum aſſenſu ſic ſatisfiat. Ergò nullo pacto affirmare poſſumus, vt nouiſſimæ hæ Regiæ ordinationes, quibus præcipitur fore ſeruitium taxandum iuxta taxam nouam in feudis ſummo ære alieno grauatis ſint ſeruandæ; ſed tantum in illis, quæ vel abſque hypothecæ nexu ad Regiam Curiam deuoluuntur, vel cum modico onere, ita vt poſſet eſſe conſultum creditoribus, ac inſimul ſeruitium taxari iuxta taxam nouam, prout contingit in hac deuolutione Illuſtr. Ducis Nuceriæ, nec aliam credendum fuiſſe piiſſimi noſtri Regis mentem, cum ſuis litteris hoc mandaſſet; quodque hæc mea aſſeueratio ſit ab omni dubio procul, ex alio demonſtratur, quamuis non neceſſariò; nam ſi verum eſt de iure ex conſtitutione hypothecæ ſuper fundo ius in re ad creditoris beneficium dici conſtitutum, ad tex. *in l. pignus C. de pignor.* ac inſimul conceſſam à debitore in caſu inobſeruantiæ licentiam creditori vendendi fundum illum hypothecæ obnoxium, ad tex. *in l. ſi pupillorum ff. de rebus eorum, in l. cum ſoluendæ ff. de diſtract. pignor. in l. ſi conuenerit ff. de pignor. & in l. 1. C. ſi antiquior. credit.* in caſu de quo agimus, cum feudum obligatum reperiatur Domini accedente conſenſu, dicetur certè per hoc ſublatum obſtaculum impeditiuum, vt feudatarius ſuper feudo ab ipſo poſſeſſo ius pignori conſtituere non poſſit, & creditor feudum vendere, hoc enim operatur conſenſus Domini, nimirum, vt feudi poſſeſſor, ac vtilis Dominus, poſſit ſuper illo hypothecam conſtituere, & in caſu inobſeruantiæ, vt valeat creditor feudum ſibi valide obligatum vendere, ita ſatis benè declarat Horat. Montan. *in repet. c. Imperialem fol. 38. num. 56. litt. K.* vbi expreſſis verbis dicit, quod aſſenſus



Digitized by Google

ſus datus hypothecæ includit, ac comprehendit vendendi licentiam, vti quid annexum, & paulò poſt *litt. L*, ſic loquitur *Vnde dum Dominus dat aſſenſum hypotheca, tollit obſtaculum reſpectu vtriuſque poteſtatis, videlicet, quod debitor poſſit conſtituere ius in feudo, & quod creditor in caſu inobſeruantiæ poſſit feudum vendere.* Hoc poſito, ſi contingit hoc feudum ad Regiam Curiam deuolui, certum eſt, quod dicitur deuolutum ſic alterius hypothecæ obnoxium, prout eſt penes feudatarium defunctum, ſed iſto poſſidente, creditor poteſtatem habebat feudum illud vendendi Ergo & eodẽ modo poſſidentete directo Domino, ſicque perperam de noua taxa tractari poteſt; & quemadmodum ſi feudatarius debitor alteri vendidiſſet, vt ex pretio creditori ſuo ſatisfaceret non eſſet locus nouæ taxæ ex gratia Cæſareæ Maieſtatis de anno 1536. de qua meminit Dominus Regens noſter hic, & habetur *in cap. 10. inter gratias & Capitula huius ciuitatis fol.* 104. ita pariter dum creditoribus inſtantibus feudum hoc ad Regem reuerſum in alium alienatur.

3 Vltimò eſt hic omnino notandum id quod Dominus Regens Moles, & Io. Vincent. de Anna *locis ſuperius citatis* prudenter aduertunt, & poſt eos Dom. Regens de Ponte *dec.* 3. *num.* 2. Reg. Camill. de Curte *in ſupra relato cap.* 13. *num.* 62. Anell. Amat. *cit. conſ.* 12. *num.* 10. *& ſeq.* & Capan. *de iure adoha quaſt.* 54. Nimirum quod inter taxam nouam, & antiquam nullum conſtituitur diſcrimen, cum ſemper extiterit vniformis, vt ſcilicet ſeruitium taxetur ad rationem tot pro centenario ſicque feuda omnia à vetuſtiſſimo tempore taxata reperiuntur, & ſic pariter taxantur hodie, cum nouæ fiant conceſſiones. At quia taxatio hæc fit habita conſideratione ad fructus feudi cum hodie feuda omnia ſint maioris reditus, quam erant tempore primarum conceſſionum ſeruitium, quod taxatur reſpectu fructuum, recipit certè maius incrementum; quo fit vt dicamus in hoc tantum differre taxam nouam ab antiqua, nàm antiqua, quia reditus feudorum erant exigui, illorum reſpectu ſeruitium non niſi in modica quantitate taxabatur. At cùm hodie creuerint, cum primum veniet taxandum ſeruitium, neceſſariò illud ex incremento fructuum maius debet recipere augmentum, quod, vt diximus, practicari non poteſt, niſi in feudis, quæ ad Regiam Curiam abſque quod priuatorum hypothecas obnoxia ſint, deuoluuntur; at perperam, & nullo pacto vbi ære alieno adeo grauata reperiuntur, vt taxando ſeruitium iuxta taxam nouam, ex pretio quod ex venditione illorum obuenit, creditoribus non eſſet conſultum.

## ARGVMENTVM.

Nominatus hæres in aliquo officio à nominandi poteſtatem habente, qui in officio commiſerat delicta, pro quibus ipſe, & hæres veniebant priuandi, ſi in vita non eſt ſequuta condemnatio, nùm interim erit immittendus in poſſeſſionem officij, donec ipſo audito ſuper prætenſa à fiſco priuatione proceſſus compleatur. Officiale delinquente mortuo, nùm in crimine peculatus, & repetundarum iudicium cum eius hærede inchoari poſſit; Et quid pro pœna computi malè poſiti. Pœna ſi à ſtatuto ipſo iure imponatur, an ſententia requiratur declaratoria, & de aliis.

## DECISIO CCCCCXVI.

DEFVNCTO Bartholomæo Arnone in Prouincia Calabriæ citra Regio Theſaurario, captaque à Regia Curia illius officij poſſeſſione comparuit in Regia Camera Aſcanius Arnonus dicti Bartholomei frater, & hæres vniuerſalis, & vti in eo officio à fratre ſuo ſpecialiter nominatus vigore poteſtatis, quam ipſe habebat vnum hæredẽ ſibi nominandi, inſtabat ſtante nominatione in ſui perſonam facta, officium ſibi reſtitui; ſed excipiente Regio Fiſco de delictis per dictum Bartholomæum in officij adminiſtratione cõmiſſis, ob quæ ille ſi viueret ab adminiſtratione ſuſpendi, & demum officio priuari potuiſſet, fuit quid iuris dubitatum? 1

Pro Aſcanio Actore principaliter dicebatur quod officium in ſui perſona nouum erat, ac proinde ob alterius culpam, ipſum eo priuari non poſſe per regulam, *ne vnus pro alio &c.* Etenim contendebat, quod hoc officium habebat à Rege non autem à Bartholomæo fratre, ad notata *in l. vnum ex familia* §. 1. *ff. de leg.* 2. vbi ſi teſtator dicit lego vni ex familia mea, quem hæres elegerit, ille demum electus non à manu hæredis; ſed ex diſpoſitione teſtatoris capiet, quia, qui elegit, nihil de ſuo dat, ad idem eſt tex. *in l. cum pater* §. *ſi hæreditatem ff. de leg.* 3. *& in l. ex facto* § *ſi quis rogatus ff. ad ſenat Conſult. Trebell.* Ex aduerſo autem fiſcus excipiebat quod ſuppoſito Bartholomæum in officio delinquiſſe, delicta per illum commiſſa cenſeri non poterant ob eiuſdem mortem extincta, quia licet regulariter delictum delinquentis morte extinguatur *l. defunct ff de public. iudic. l. ex iudiciorum ff. de accuſat. l.* 3. *C. ſi pend. appellat. mors interu.* Fallit tamen regula hæc in pluribus caſibus, de quibus *in d. l ex iudiciorum*, ſignanter ad caſum, de quo agebatur in crimine *leg. Iul. repetund. & pecul.* vt ſunt iura *in l. fin. ff. ad leg. Iul. peculat. & in l.* 2. *ff. ad leg. Iul repet. & in d. l. ex iudiciorum.* In his enim delictis, adhuc ſi cum defuncto nihil actum ſit, poteſt agi, & iudicium cum eius hærede inchoari, quamuis non quoad pœnas corporis afflictiuas; ſed tamen quoad rei perſequutionem; conſtabat enim Bartholomæum ratione ſui officij multa à ſubditis extorſiſſe pecunias, ſicque in repetundarum crimen incidiſſe, *l.* 1. *ff. ad l. Iul. repet.* Ex quo quidem crimine tenetur officialis

Digitized by Google

cialis ad quadruplum,& triplum pro pœna: *l.* 1. *& l.fin.ff.ad l.Iul. pecul.* officioque ob hoc delictum priuari poteſt, *l.iudices C. de dignit. lib.* 12. Vnde ſi controuerti non poteſt, vt hoc delictum in hæredes tranſeat; quamuis nihil cum eo actum ſit, Bart. *in l.* 1. *ff. de delict. priuat.* & Bald. *in l.* 1. *C. ex delict. defunct.* ergo in caſu propoſito, ſicut poterat ex dictis delictis officio priuari Bartholomæus, ita, & eius hæres in officio nominatus.

3 Sed adhuc pro Aſcanio conſiderabatur, quod attento priuilegij tenore, in quo Bartholomeo nominandi poteſtas tributa fuerat, illo mortuo, poſſeſſio, ſeu quaſi officij prædicti fuit ipſo facto abſque alia apprehenſione in ipſum nominatum tranſlata, ad notata per Bart. *in l. raptores C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l.* 1. vbi etiam Aretin. *ff. de acquir. poſſeſſ.* & per has *in l.* 1. *col. fin. C. comm. de legat.* Si igitur in eum fuit tranſlata poſſeſſio, capta poſſeſſione per fiſcum, & adminiſtratione alteri demandata, cenſebatur eum ſpoliaſſe & ſucceſſiuè poterat ille agere interdicto recuperandæ, *c. conquerente de reſtit. ſpoliat.* Et ſi diceretur poſſeſſionem non fuiſſe in nominatum tranſlatum, ſtante hac nominatione virtute priuilegij prædicti, ſaltem fiebat locus interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis, in quo licet dominij admittatur exceptio, ſi de eo poteſt incontinenti conſtare, ſecus autem ſi altiorem requireret indaginem, vt per DD. *in l.* 2. *C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* In caſu de quo agebatur altiſſima requirebatur indago; ex quo terminus erat impartiendus, ac teſtes pro fiſco examinati repetendi, ac demum priuationis ſententiam proferri, nam adhuc ſi eſſem in caſu, in quo quis ipſo iure veniret officio priuandus, ſententia requiritur declaratoria, quanto magis in caſu propoſito, in quo propter delictum in officij adminiſtratione commiſſum, non fuit Bartholomæus ipſo iure priuatus, ſed ſententia requirebatur priuatiua, & inductiua, Bald. *in terminis in l. ſi quis decurio C. de falſ.* ſicque compertum fuit ſemper Regiam Cameram obſeruaſſe; hoc enim Supremum Tribunal nunquam Officiales in officio delinquentes priuare conſueuit, niſi prius illis plenè auditis, & formato proceſſu, idemque Capyc. *deciſ.* 121. *in* 3. *dub.* Quare facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, fuit deciſum dandum eſſe terminum in cauſa ad probandum incumbentia, & quod interim poſſeſſio dicti officij, eiuſque adminiſtratio detur dicto Aſcanio; huius voti fuerunt Domini Regiam Cancellariam Regentes, ac Domini Præſidentes Pignonus, & iſte, pro fiſco verò fuerunt Domini Doctor Guerrier. Paulus de Magnanis, & Ioan. Baptiſta Ogeda Regiæ Cameræ Præſidentes; cum voto autem Dominorum Regentium, ac dictorum duorum Præſidentum, concurrit Dom. Cardinalis Paceceus Regni huius generalis Locumtenens.

---

## OBSERVATIO.

1 VT cernis concluditur in hac deciſione, quod ſi quis fuerit nominatus hæres in officio ab Officiali, qui nominandi habebat poteſtatem, debet immitti in poſſeſſionem officij, non obſtante, quod defunctus, qui nominauit inquirebatur de delicto, pro quo veniret officio priuandus, nam donec ſententia non ſequitur, ipſo nominato audito, & proceſſu cum eo compilato, officij poſſeſſio non poteſt ei denegari. Hæc deciſio (quæ de verbo ad verbum prout fuit ſcripta à Dom. Regente noſtro impreſſa eſt à Domino Regente Rouito *in calce ſecundæ partis ſuorum Conſiliorum*,) continet eandem materiam, de qua ſupra *in deciſ.* 375. quam vide cum aliis per me obſeruatis.

2 Quantùm verò attinet ad illam concluſionem hîc tentam, vt in crimine repetundarum, & peculatus, poſſit, officiale delinquente mortuo, cum eius hærede iudicium inchoari, adhuc ſi cum defuncto nil actum ſit, iuribus hic citatis, ad pleniorem huius rei intelligentiam, vide omnino quæ ego ſcripſi *lib.* 2. *reſolutio. iuris, cap.* 244 & quæ obſeruaui ſupra *ad deciſ.*

3 Sed dùm hæc ſcriberem obſeruaui in quodam manuſcripto Dom. Præſidentis Iulij Cæſaris Minad. I.C. doctiſſimi, fuiſſe in Regia Camera dubitatum, an pro pœna computi malè poſiti per officialem pecuniarium, eo defuncto poſſit agi contra eius hæredem; & cum diſtinctione fuit reſponſum, nimirum quod, aut agitur ad pœnam corporalem, vel pecuniariam, quæ ex delicto procedit, aut vero agitur pro conſequutione pecuniæ, ad quam defunctus tenebatur ob malam adminiſtrationem, cum duplo, quadruplo, vel nonuplo, vt primo caſu nullatenus contra hæredem agi poſſit, ſecus verò in ſecundo, hic enim loquitur Dom. Minadous. Fuit dubitatum in Regia Camera an contra Miniſtrum mortuum poſſit procedi pro pœna computi male poſiti inuita? & fuit dictum quod aut agitur ad pœnam corporalem, vel ad pecuniariam, quæ ex delicto procedit, & non poteſt, quia mors omnia ſoluit, aut verò agitur ad pecuniam, ad quam erat obligatus reſtituere ob malam adminiſtrationem cum duplo, quadruplo, & nonuplo, & quia iam per malam adminiſtrationem erat factus debitor, & condemnari poſſent hæredes, ſicuti in interceptis, & extractis contra prohibitionem, quia ſtatim fiſcus efficitur Dominus intercepti, ideò poſt mortem extrahentis poteſt procedi pro recuperatione rei extractæ, tanquam quid debitum fiſco, ideò in cauſa intercepti agitur contra hæredes mortui, ita contra hæredes, & fideiuſſores Miniſtri. Hæc Dominus Minadous.

4 Circa verò illud dictum hic, nimirum, vt ſi lex pro aliquo delicto ipſo iure pœnam imponit, quod ſententia requiratur declaratoria, ad confirmationem, vide DD. quos refert Carol. de Graſſ. *de effect. Clericat. effect.* 4. *num.* 8. & quæ ego ſcripſi *lib.* 2. *reſolut. iuris, cap.* 130. *num.* 8. 9. *&* 10. quo loci, quæ dicatur ſententia declaratoria, & quæ priuatiua, non inutiliter declaraui poſt DD. *in cap.* 1. vbi Bald. Affl. & Aluar. & omnes *numero* 3. *in tit. de feud. ſine culpa non amitt.* Præpoſ. & Aluar. *in c.* 1. *§. item ſi fidel. in tit. quibus mod. feud. amitt.* Felin. *in c. Rodulfus* 35. *num.* 35. *per tot. de reſcript.* Afflict. *in conſtit. ſi dubitatio num.* 14. Crauett. *conſ.* 212. *num.* 2. Scrader. *de feud. tom.* 1. 2. *part.* 9. *princip.*

*ſect.*8. *numero* 47. & Garzia *de benefic. par.*11.*cap.*10. *num.*58. Hinc communiter tentum eſt quod ſi à lege, vel ab homine ſtatutum ſit, vt ſi quis in tale ſcelus inciderit, ſit ipſo iure, ipſoque facto excommunicatus, vt qui ſic deliquit euitari debeat, opus eſt ſententia declaratoria, qua interpoſita, ſi ab ea fuerit appellatum, controuerti ſolet, an exequutio ſuſpendatur, & pro ratione dubitandi videbatur negatiuè reſpondendum, per tex. *in c.Paſtoralis* §.*verum de appellat.* vbi probatur, appellationem à ſententia excommunicationis exequutionem non ſuſpendere, hac tamen ratione dubitandi non obſtante contrarium reſponderunt Doctores, vbi appellatur à ſententia declarante. Ratio aſſignatur, quia ſententia hæc habet annexum factum, ſuper quo potuit Iudex decipi, vnde meritò per appellationem ea ſuſpenditur, ſic poſt antiquos, ex recentioribus ſcripſerunt Achill. de Graſſ. *deciſ.*4. *de ſent. Excommunic.* Nauarr. *in c.cum contingat cauſ.*15. *de reſcript.* Scaccia *de appellat.lib.*3.*cap.*2. *quæſt.*17. *limit.* 22. *num.*36. Reg. Rouit. *in pragm.*37. *numer.*22. poſt alios quos citat *de offic.procur. Cæſar. fol. mihi* 536. Epiſc. Campanil. *in ſuo diuerſ. rubr.*11. *cap.*15. *numer.*43. Epiſcop. Ricc. *in prax. Eccleſ. reſolut.*437. Ego ipſe *reſol. iuris cap.*183. *à num.*5. vbi tamen *num.*8. monui hæc omnia de plano procedere, quando Iudex excommunicationem declarans appellationem admittit, ſecus verò ſi illam reiicit, prout quando friuola eſt appellatio ſeruat Archiepiſcopalis Curia huius Ciuitatis, quæ tantum refutatarios concedit Apoſtolos, quo caſu dixi per appellationem ſententiam declarantem non ſuſpendi, ad id expendens Macerat. *var. reſolut. lib.*1. *capit.*71. *numero* 12. *cum ſeq.*

## *ARGVMENTVM.*

Iudex an poſſit vti ſuſpectus recuſari, vbi alter ex litigantibus eſſet affinis vxoris ipſius iudicis. Iudex an ſicut repellitur à iudicando in cauſis, in quibus actor, vel reus eſt ſuus conſanguineus vſque ad decimum gradum, ita pariter vbi eſſet affinis actoris vel rei vſque ad iſtum gradum. Recuſatio infra quantum tempus proponi poſſit, & an legitima ſit cauſa recuſandi Iudicem vbi eſſet ille Conſanguineus vel affinis Aduocati alterius ex litigantibus, & de aliis.

## DECISIO CCCCCXVII.

1 IN cauſa in Regia Camera vertente inter Illuſtr. Ducem Andriæ, & Regium fiſcum, fuit dubitatum ſi Regius Conſiliarius Ioannes Thomas Minadous qui vti Iudex adiunctus in cauſa interueniebat, poterat vti ſuſpectus remoueri, vt à iudicando ſe abſtineret, ſtante quod Magnifica Iſabella Bozzuta eius vxor quarto conſanguinitatis coniungebatur gradu cum Illuſtr. Duciſſa vxore dicti Ducis.

Pro cuius reſolutione præſupponebatur primò, dubium non eſſe, Iudicem in iudicando interuenire non poſſe in cauſis, in quibus actor, vel Reus aliquo conſanguinitatis gradu cum illo coniungitur, hic eſt tex. *in c.poſtremo*, vbi Canoniſtæ communiter, *& in c.cum ſpeciali* vbi Abb. extra *de appellat.* notant Legiſtæ *in l.apertiſſimi C.de iudic.* vſque ad quem autem conſanguinitatis gradum poſſit Iudex à iudicando repelli, habemus gloſ. *in d.c.poſtremo*, quæ decidit vſque ad gradum quo datur ſucceſſio, qui eſt vſque ad Decimum, ad tex. *in* § *fin.inſtit. de ſucceſſ cognat.* Præterea ſicut conſanguinitas Iudicem à Iudicando repellit, ita pariter, & affinitas Abbas *in dicto, c. poſtremo.* Ratione tamen affectionis, non autem ſucceſſionis, quia ratione affinitatis non datur ſucceſſio, quare affectio hæc non poteſt extendi vſque ad Decimum gradum, in quo nullus cognoſcitur affinis; quibus ſic præſuppoſitis, in caſu, de quo agebatur conſideratum fuit, quod dictus Conſiliarius Minadous vir doctiſſimus, & religioſus, neutro modo recuſari poterat, neque ob gradum conſanguinitatis, ex quo, neque ipſe neque vxor ſua Ducis litigantis conſanguinei erant, nec pariter reſpectu affinitatis, nam, etſi vxor diceretur affinis Ducis, non tamen talis erat eius vir, nullo namque iure datur affinitas affinitatis, nec aliquid faciebat, quia bene erat ille affinis Illuſtris Duciſſæ, nam cum hæc in iudicio non eſſet, de recuſatione, conſiderata perſona Duciſſæ; tractari non poterat. Vlterius conſiderabatur, quod recuſatio hæc propoſita erat, nedum poſt actum concluſionis, ſed poſtquam cauſa relata erat adeo vt aliud non ſupererat, niſi vt decideretur, ſicque fiebat locus communi concluſioni, de qua per Innoc. & Io. Andream *in cap.*2. *de ord. cognit.* Felin. *in c. cum dilectus de fide inſtrum.* & Philipp. Franch. *in c. Iudex de offic.deleg. in* 6. qui omnes affirmant poſt in cauſa concluſum Iudicem recuſari non poſſe niſi noua ſuperueniret recuſationis cauſa, vnde non erat, de quo dubitari poſſet, vt dictus Conſiliarius Minadous interuenire deberet, ſed quia dum de his agebatur ordinatione Domini Cardinalis Pacechi Regni huius generalis Locumtenentis, fuit promulgata pragmatica ſanctio, vt nullus Iudex iudicare poſſit in cauſis, in quibus pro actore, vel reo aliquis Aduocatus patrocinaretur, qui eſſet conſanguineus, vel affinis vſque ad quartum gradum de iure ciuili, ipſius Iudicis, & pro Duce patrocinabatur frater vxoris dicti Conſiliarij Minadoi, ideo nemine diſcrepante fuit ex hac noua cauſa per Regiam Cameram

deciſum

Digitized by Google

deciſum vt à iudicando in cauſa prædicta ſe abſtineret.

---

## OBSERVATIO.

1 Hic primò notamus, Iudicem iudicare non poſſe in cauſis in quibus actor, vel reus cum illo aliquo conſanguinitatis gradu coniungitur, & cum dubitatum eſſet vſque ad quem gradum, fertur communiter receptum vſque ad decimum, quia vſque ad hunc gradum poſſem ego conſanguineo meo ſuccedere, iuribus hic citatis. Tu modò ad huius dicti confirmationem vide Bertrand. *in conſ.* 93. *vol.* 3. *par.* 1. vbi ſic loquitur. *Et vt notat gloſ. Hoſtienſ. Bald. Ioan. de Imola & Moderni in c. poſtremo de appellation. ille conſanguineus poteſt recuſari ne iudicet, qui eſt in gradu ſuccedendi ab inteſtato, vt poſſit ſuccedere al quo caſu, & licèt gloſ. in d. c. poſtremo intelligat conſanguinitatem vſque ad ſeptimum gradum, multi tamen intelligunt, eam vſque ad Decimum gradum, cum hodie vſque ad illum ſuccedat agnato ſuo ab inteſtato* §. *fin. inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* Hæc Bertrand. cuius ſententiæ ex Noſtratibus adhæſit Scipio Rouit. *in pragm.* 1. *num.* 25. *de ſuſpic. officiàl.* ſub illis verbis. *Sed quando ſuſpicio eſt fundata in cauſa conſanguinitatis, tunc ſuſpicio extenditur vſque ad decimum gradum agnationis, vel cognationis, vt docet Bertr. &c.* idemque Menoch. *de arbit. iudic. caſu* 152. *n.* 5. quem citat Gallupp. *in prax. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 31.

2 Sed an pariter vſque ad hunc decimum gradum extendatur Iudicis recuſatio ex cauſa affinitatis vt ſicut non poteſt Iudex interuenire in cauſis vbi actor, vel reus eſt ſuus Conſanguineus vſque ad decimum gradum, ita etiam vbi eſſet affinis actoris, vel rei vſque ad iſtum gradũ, vide eundem Reg. Rouit. *in eadem pragm.* 1. *à num.* 86. vbi ſuſtinet ſuſpicionem ex cauſa affinitatis omnem comprehendere gradum, quem comprehendit conſanguinitas, etiam vltra ſeptimum. At ego in hoc dubio in ea ſententia ſemper extiti, vt ſuſpicio ex cauſa affinitatis procedens proponi non poſſit niſi vſque ad quartum gradum de iure Canonico, vſque ad quem eo iure attento datur conſanguinitas, & affinitas, nam ratio illa, quæ militat in recuſatione ex cauſa conſanguinitatis nullatenus applicari poteſt in ſuſpicione quæ proponeretur propter cauſam affinitatis, & hoc videtur ſentire hìc Domin. Regens.

3 Secundò notamus hic, legitimam recuſationis cauſam non eſſe vbi alter ex litigantibus eſſet affinis vxoris ius dicentis, quia non per hoc quod ego ſum affinis vxoris tuæ, tu es affinis meus, in iure enim nòn datur affinitas affinitatis; ex hoc ſine controuerſia procedit, nullum conſiderari affinitatis impedimentum, vt mortua tua vxore, poſſis matrimonium contrahere cum relicta fratris olim vxoris tuæ, tuus enim affinis erat frater vxoris tuæ, non autem vxor eius; ita Couarr. 2. *par. de matrimon. c.* 6. §. 7. *n.* 6. ſub illis verbis, *Ex quo pater poſſe quem in vxorem accipere relictam à propria vxoris fratre, &c.* Silueſt. *in ſumma in verbo matrimonium* 8. *q.* 15. §. *tertium in fine*, Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *diſput.* 67. *n.* 2. *verſ. item pone quis*, Viual. *in ſuo candelabr. in tit. de affinitatis impedimento* 5. *num.* 13. *fol. mihi* 294. & alij ſine contradictore.

4 Hæc quando recuſatio fundatur ex cauſa conſanguinitatis, vel affinitatis; at ſi ex cauſa inimicitiæ, vt quia Iudex eſt inimicus meus, & coram eo litem habet conſanguineus, vel affinis meus, tunc vt ſciatur quomodo proponi poſſit recuſatio, eſt recurrendum ad pragmaticam ſanctionem, quæ eſt 15. *in c.* 15. *ſub alleg. tit. de ſuſpic. official.* vbi ſancitum habemus, quod ſi inimicitia ſuper qua fundatur recuſatio dependet ex cauſa, ex qua tota offendatur parentela, & eo caſu omnes qui ſunt conſanguinei mei vſque ad quartum gradum de iure canonico, & affines vſque ad tertium, qui litem habent coram Iudice illo, qui eſt meus inimicus, poſſunt illum vti ſuſpectum recuſare, ſi verò inimicitia oritur ex cauſa, quæ non totam offendat familiam, ſed inimicitiam tantum inducat capitalem, & tunc tertius tantum comprehenditur gradus conſanguinitatis, & ſecundus affinitatis, facta ſemper cõputatione graduum ſecundùm ius Canonicum, id quod benè declarat Dom. Reg. Rouit. *in cit. pragm.* 1. *in fine de ſuſpic. official.*

Tertiò notamus, facta concluſione in cauſa, nemini ex litigantibus permitti Iudicem recuſare, niſi noua ſuperuenerit cauſa, idque ex communi ſententia Doctorum, quos Dom. Reg. noſter hic allegat, id quod apud nos pragmatica ſanctione fuit ſtatutum in anno 1585. & eſt 8. *alleg. tit. de ſuſpic. official.* Sed viget hodie altera pragmatica de anno 1611. quæ eſt 15. *cap.* 6. *eod. tit.* vbi alia præſcripta ſunt tempora, intra quæ Iudex recuſari poteſt, quibus elapſis non eſt amplius recuſationi locus; ſed has Regias ordinationes ſemper ego intellexi, quando recuſatio eſt proponenda ex alia cauſa, quam conſanguinitatis, vel affinitatis, quia quando Iudex interuenire non poteſt, quia conſanguineus actoris, vel rei, nullo collitigantes coarctantur tempore ad recuſationem proponendam; ſed ſat eſt vt in actu expeditionis cauſæ Pars collitigans aduertat, quod talis Iudex interuenire non poteſt, ex quo coniunctus cum eius aduerſario; prout à ſimili de Aduocato affecto iudice verba facit D. Reg. Rouit. *in d. pragm.* 15. *intra n.* 20. *verſ. & hac ſuſpicio.* 5

Quartò, & tandem notamus, Iudicem iudicare non poſſe in cauſis, in quibus pro actore, vel reo aliquis Aduocatus patrocinatur, qui ipſius Iudicis eſſet cõſanguineus, vel affinis vſque ad quartum gradum de iure ciuili, idque ex diſpoſitione pragmaticæ ſanctionis de ordine Domini Cardinalis Pacecho in anno 1555. promulgatæ, vt annuit hic Dom. Reg. noſter, quem tamen inuenire non potui, licet de ea fiat mentio *in pragm.* 6. quæ hoc diſponit, & *in pragm. ſequenti ſub tit. de ſuſpic. official.* Verum vt ibidem diſponitur, opus eſt, vt hoc allegetur à parte, quæ nolit vt Iudex ille non interueniat, ex quo conſanguineus, vel affinis Aduocati, qui pro aduerſario patrocinatur, quia ſi ſuum præſtat conſenſum vt interueniat, non poſſet à iudicando abſtinere, prout determinatum fuit in anno 1559. cuius determinationis tenor incertus eſt *in d. pragm.* 6. & notat Dom. Reg. Tapia *deciſ. S. C.* 40. *n.* 24. 6

## ARGVMENTVM.

Appellari an poſſit à ſententia lata à Iudice delegato in cauſa viſionis computorum Syndicorum priuatarum Vniuerſitatum. Diſpoſitio tex. *in l. abſtinendum C. quorum appellat. non recipiantur*, an ad fiſci tantùm cauſam pertineat. Debitores Vniuerſitatum an, & quando perſonaliter exequi poſſint ſicut debitores fiſci; & de aliis.

DECI

Digitized by Google

## DECISIO CCCCCXVIII.

1 FVIT dubitatum in Regia Camera, an à ſententia lata à Iudice delegato in cauſa viſionis cóputorum Syndicorum Vniuerſitatis Ciuitatis Monopolis appellari poſſet?

2 Quidam Aduocatus dicebat, quod appelri non poterat, per tex. *in l. abſtinendum C. quorum appellat. non recipian.* Sed reſponſum fuit, hoc verum non eſſe, cum tex. ille in cauſis fiſcalibus procedat, item Reipublicæ Romanorum, vel illarum Ciuitatum, quæ ſuperiorem non recognoſcunt, vel quæ ex priuilegio Reipublicæ, vel fiſci iuribus potiuntur, vt per Salycet. *in l. 2. C. cit. tit.* Ex eo caſu, quo fiſci debitor eſt in confeſſo, vel quoties eſſet quis debitor ex cauſa publica, puta ſi eſt debitum ob tributa, Alberic. Salyc. & Paul. de Caſtro *in d. l. abſtinendum.* Nullibi enim, vt hoc priuilegium vniuerſitatibus priuatorum ſit tributum legimus, nimirum vt contra debitores condemnatos realiter, & perſonaliter exequi poſſit; ſed tantum contra debitores fiſcales. Bald. *in l. fideiuſſores Magiſtratuum ff. de fideiuſſ.* Io. de Platea *in l. miſſi opinatores C. de exaction. tributor. lib.* 10. fungitur enim in hoc caſu vniuerſitas iure priuati, vt contra ſuos debitores iuris forma ſeruata procedatur, *l. à Diuo pio §. in venditione ff. de re iudic.* Vnde concludebatur in caſu propoſito non benè fuiſſe proceſſum ad carcerationem condemnatorum.

---

## OBSERVATIO.

1 AGnoſcimus hic Dominum Regentem noſtrum in ea eſſe opinione, vt à ſententia lata in cauſa viſionis computorum Syndicorum priuatarum Vniuerſitatum appellari poſſit quodque diſpoſitio tex. *in l. abſtinendum C. quorum appellat. non recip.* ad fiſci tantum cauſam pertineat; etenim hoc eſſe tantum priuilegium fiſcale, ex Imperiali conſtitutione *in d. l. abſtinendum*, docet Dom. Franc. de Alfa. poſt quamplures, quos allegat DD. *in ſuo tract. de offic. fiſc. gloſ. 16. priuil.* 13. *per tot. fol. mihi* 61. Idemque dicamus in adminiſtratore loci pij, is enim ſi à ſententia contra ſe lata pro reddendis rationibus ſuæ adminiſtrationis appellauerit, Iudex, à quo, pendente hac appellatione abſque metu attentati, poterit illum ad rationes reddendas cogere, ſicque ſuam exequi ſententiam, ita vno ore faxi ſunt DD. quos ex recentioribus citant, & ſequuntur Lancellot. *de attentatis par. 2. cap. 12. limit. 19.* Ruginell. *eod. tract. de appellation. §. 2. cap. 3. num. 56.* Scacc. *eodem tract. lib. 3. cap. 2. quæſt. 17. limit. 29.* Nouar. *decis. 48.* & his addo Munnoz. de Eſcobar. nimis tamen generalem loquentem *in ſuo tract. de ratiocin. cap. 4. num. 5.* vbi relato tex. *in §. Economos Auth. de Sanctiſſ. Epiſcop.* & ibi gloſ. & Angel. docet, iura adminiſtratores bonorum alterius, rationes de adminiſtratis non reddentes, ita odio habere, quod ſi illi ab interloquutoria de reddendo rationem appellauerint, adhuc Iudex appellatione remota aduerſus illos procedere poteſt abſque metu attentati, dummodò conſtet adminiſtraſſe.

Illud autem, quod hic affirmat Dom. Regens noſter, vt contra debitores fiſcales tantum poſſit exequi realiter, & perſonaliter, quodque priuilegium hoc Vniuerſitatibus priuatorum nullatenus ſit tributum, ex Bald. & Ioan. de Platea *locis cit.* aduertendum eſt; 1
dictum hoc non ſic generaliter admittendum, ſed tunc demum procedere, quando quis litem habens cum Vniuerſitate, non tamen ex cauſa redditionis computorum fuerit condemnatus ad aliquid ei ſoluendum, hoc enim caſu poteſt affirmari, vt hic ſic condemnatus de perſona exequi non poſſit; at ſecus omninò dicendum in adminiſtratore rerum vniuerſitatis, is enim ſi per Rationales electos, ad eius computa diſcutienda, illis viſis, & diſcuſſis, fuerit ſignificatus ſeu condemnatus ad ſoluendum certas pecuniæ quantitates, inuiolabiliter ſeruamus in Regno vt poſſit contra eundem exequi realiter, & perſonaliter, ſicque intellectam Regiam pragmaticam 5. *cap. 21. de adminiſtr. Vniuerſ.* quam aliàs interpretationem recepiſſe, vt poſſit fieri exequutio, non obſtante appellatione, præſtita tamen cautione in caſu retractationis, ſcripſit Dom. Præſ. de Franchis *deciſ. 347.* & poſt eum Io. Franc. Capiblanc. *in pragm. 16. num.* 81. & 82. *de Baron.* quo loci *num.* 83. hoc nullatenus permitti Baronibus contra eorum Erarios, ſatis bene demonſtrat, ſub illis verbis. *Verum quod Rationales electi habeant iuriſdictionem, ac etiam prerogatiuam exequendi realiter, & perſonaliter, hoc denegatur, nam ſi competit fiſco, & vniuerſitatibus, hoc eſt ex ſpeciali priuilegio eis indulto, quod non eſt trahendum ad Barones &c.* licèt demum *num.* 85. addat, ſecus fortè dicendum ſi de ſignificatoriis ageretur, quæ factæ apparerent ex introïtu ſuperante exitum, rationibus vt per eum, idemque Nouar. *in pragm. 37. de officio proc. Cæſ.* Sed circa hoc vide latius eundem Capiblanc. *par. 2. eiuſdem tract. cap.* 92. eundemque Nouar. *dec.* 52.

## *ARGVMENTVM.*

Feudi ſucceſſio an ſit deneganda agnato propter ſtuprum commiſſum in perſonam defunctę feudatarię. Succeſſorio ædicto an fiat locus vbi immediatè in feudo ſucceſſor propter delictum ſuccedere non poteſt vel potius feudum ad fiſcum deuoluitur; Et quid in ſucceſſione bonorum allodialium & de aliis notabilibus &c.

## DECISIO CCCCCXIX.

CAPTA poſſeſſione per fiſcum Caſtri Belmontis vigore *cap. ex* 1
*præſumptuosè*, ex eo quod præſupponebatur eius vtilem Dominam abſque legitimo ſucceſſore in feudis è viuis deceſſiſſe, comparuit in Regia Camera eius patruus dicti caſtri inueſtituram petens, ex eo quod erat illud antiquum & vigore gratiarum à Rege Catholico, & Cæſarea Maieſtate

Digitized by Google

Maieſtate conceſſarum, benè ille legitimus dicebatur ſucceſſor; ſed excipiente Regio fiſco, dictum patruum ſucceſſione prædicta indignum eſſe, ex eo quod dictam feudatariam ex fratre germano neptem ſtuprauerat, ſicque fieri locum diſpoſitioni tex. *in Auth. inceſtas nuptias C. de inceſt. nupt.* fuit quid Iuris dubitatum.

2 Et eſſe dictum Patruum de Caſtro prædicto inueſtiendum Regia Camera pronunciauit. Ratio deciſionis fuit, quia cum poſſeſſio dicti Caſtri per fiſcum capta fuerit, vigore *cap. ex præſumptuoſe*, iſtius diſpoſitio ceſſabat prorſus, comparente demum legitimo ſucceſſore, nec in aliquo fuit auditus Regius fiſcus, dum dicebat, quod ipſe poſſeſſionis cauſam mutauerat ex alia nimirum ſuperuenienté, *l. 3. §. illud ff. de acquir. poſſeſſ. l. non ſolum §. quod vulgo ff. de vſucap. l. cum nemo*, vbi gloſ. *C. de acquir. poſſeſſ.* nam cum ex actis nihil de alia cauſa conſtaret; ergò nec allegatum ſtuprum obſtabat, primò quia adhuc non erat probatum, ſecundò quia hic prætenſus ſtuprator omninò erat in iuribus ſuis audiendus; vnde licet quis ex Iuris diſpoſitione ſit ipſo iure bonis priuatus, tamen poſſeſſione, eum priuatum intelligi non poteſt, niſi eo audito, ſententia feratur declaratoria, vt per Andr. *in c. ſancimus il 2. ante num. 9. quo temp. miles* vbi *num.* 10. in terminis tex. *in d. Auth. inceſtas nuptias*, dicit quod loquitur de his qui inceſtas contrahunt nuptias nec aliter tex. ille loquitur de ſtuprum committentibus, & cum lex illa ſit correctoria legis præcedentis, debet intelligi in caſu ſuo. Vlterius, & cum hoc omnis ceſſabat difficultas, quando hic patruus propter ſtuprum commiſſum nepti ſuccedere non potuiſſet, adhuc fiſcus malè caſtri prædicti poſſeſſionem cæperat, quia ſupererat amita huius feudatariæ, quam in feudis antiquis nepotis, ſiue neptis legitimam eſſe ſucceditricem, attentis gratijs prædictis, erat pluſquam indubitatum; vnde.

---

## OBSERVATIO.

1 IN caſu huius deciſionis ſatis impertinens erat hæc fiſci prætenſio, dum credebat feudum defunctæ feudatariæ ad ſe ſpectare, ex eo quod patruus, qui erat immediatè ſucceſſor ſtuprum in illius perſonam commiſerat, nullibi enim in vſibus feudorum probatur, vt quia immediatus ſucceſſor carnaliter cognouit agnatam ſuam feudatariam, ea demum mortua non poſſit in eius feudo ſuccedere; minus etiam probatur de iure communi Romanorum, excepto caſu, quando quis inceſtas contraxerit nuptias, tunc enim certum eſt, quod quicquid ob eam cauſam contrahentibus obuenit fiſco acquiritur, prout eſt tex. cum Auth. *inceſtas nuptias* hic citata, qua de re ſatis benè Franc. de Alfaro *de offic. fiſcal. gloſ. 20. §. 10. num. 442. & ſeq. fol. mihi 231.*

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.

Sed vt de hac materia plenè habeatur cognitio, diſtinguendum puto inter ſucceſſionem bonorum feudalium, & alteram bonorum allodialium, vt in prima quia feudorum iure attento, indignitas cognita non eſt, ſed tantum incapacitas, ſi dicamus immediatum ſucceſſorem feudatario ob delictum ſuccedere non poſſe, fiſcus nihil prætendere poteſt, Sed fit locus ſequenti in gradu; vt pro indubitato fuit tentum hic, dum dicebatur, quod quando patruus propter ſtuprum commiſſum fuiſſet incapax, ſupererat amita, quæ legitima dicebatur ſucceditrix, id quod benè probat Andreas noſter *in c. 1. num. 12. & 13. quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt.* Signanter ſub illis verbis. *Audiui indicatum pro ſecundo genito contra fiſcum ſtatim, quod filius primogenitus fuit proditor, & hoſtis publicus, & alij poſt venienti datur, adeo quod, &c.* idemque Capyc. *in ſua inueſt. in verbo feudatariorum delicta in princ. verſ. pater ſi delinquat.* Dom. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit. 8. §. 9. & in repet. feudal. lect. 13. num. 46. & lectur. 22. num. 3. & ſeq.* & Dom. Regens Rouit. aliis omiſſis *conſ. 11. & 12. lib. 2.* Si enim authoritate Andreæ *loc. cit.* Firmarunt quod ſi quis habens patrem feudatarium deliquerit ob quod non poteſt patri ſuo in feudo ſuccedere, ſi habet filios, benè iſti, ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata, auo defuncto poſſunt in feudo ſuccedere, excepto tamen crimine Læſæ Maieſtatis, nam tunc iſti nepotes eſſent pariter incapaces; prout pater eorum, qui in Dominum delinquit, & conſequenter fiet locus alteri, qui, ſublatis perſonis delinquentis, eorumque filiorum, eſſet immediatus in feudo ſucceſſor, fiſco ſemper excluſo.

Quò verò ad ſucceſſionem bonorum allodialium, cum in ea ad ius commune Romanorum recurrendum ſit, quo attento, ne dùm incapacitas, ſed etiam indignitas locum habet, *tot. tit. ff. & C. de his quibus vt indign.* Conſiderandum eſt, quis eſt, qui deliquit an ille forſan, de cuius ſucceſſione agitur, vel potius ille, cui deferenda eſt ſucceſſio, vt in primo, ſi delictum eſſet læſæ Maieſtatis, procederet tex. in vulgata *l. quiſquis §. 1. & §. vxores C. ad leg. Iul. Maieſt.* quibus ſanè iuribus attentis, filij rebellis, cuiuſuis ſucceſſione indigni reputantur, & conſequenter; ſi dicere vellemus ad eos patris delinquentis, ſiue cuiuſuis legitimam hæreditatem deferri, fiſcus tamen ab eis tanquam indignis aufert, ſic enim poſt Soccin. *in conſ. 22. lib. 1.* loquutus ſum Ego *reſolut. iuris lib. 1. capite 15. num. 6.* 3

In ſecundo verò caſu, nimirum quando deliquit ille, cui à iure debita eſt defuncti ſucceſſio, & tunc videndum eſt an delictum ſit commiſſum in perſonam defuncti, an verò in perſonam Domini, vt in primo quamuis dicamus eum ſuccedere, fiſcus tamen ab illo aufert tanquam ab indigno, niſi alius ſit in eodem gradu cum interſectore, tunc enim ſunt, qui putant, vt defuncto ſuccedat, qui eſt in eodem gradu, fiſco excluſo, & hi ſunt Bart. *in l. cum ratio §. præterea ff. de bonis damnat.* Caſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 2. des confiſcations, caſu 24. fol. mihi 407.* Franc. Lucan. *de fiſco par. 2. num. 12.* Boër. *deciſ. 25. num. 2.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 356. num. 135. in additio.* & Franc. de Alfaro *loc. cit. num. 422.* Sed certè ſententia hæc nullo iure fundatur, ac proinde dicendum, vt qui par eſt in gradu, in ſua portione ſuccedat, non autem in portione interfectoris, in qua ipſe ſuccedit, verum fiſcus eandem demum aufert tanquam ab indigno, ita Bald. *in l. hæreditas num. 8. C. de his quibus vt indignis*, Bart. *in l. fin. col. 2. ff. ſi quis aliquem teſtam. prohib.* Boſſ. *in praxi tit. de indignis num. 161.* aliique plures, quos refert & ſequitur Farinac. *in praxi quæſt. 110. num. 41.* & his addo Peregrin. *de iure fiſci lib. 2. tit. 3. per tot. num. 2.* 4



Digitized by Google

vbi ait quod ſi Bart. *in d.l. cum ratio §. preterea aliud ſenſiit*, prauam habuit intentionem, & quod hæc eſt communis opinio; addit demum *num.* 3. ſecus eſſe ſi ex ſtatuto cautum eſſet, vt nemo, qui alium occidit, poſſit ad illius ſucceſſionem admitti; tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, nàm eo caſu, quia interficiens ad occiſo ſuccedendum incapax diceretur, fiſcus non aufert ſed ſuccedunt alij vel pares, vel ſequenti in gradu, ad quod allegat Carne. qui bene loquitur *conſ.* 222. *lib.* 4. Capra. *conſ.* 42. & alios, vt *ibi*, quibus addo Boër. *deciſ.* 25. *num.* 6. & noſtrum Reg. Rouit. *in cit. conſ.* 12. *num.* 18. & Farinac. *loc. cit. num.* 51. Hi enim omnes firmarunt, quod ſi ſtatuto caueatur, vt occidens patrem vel fratrem non poſſit illis ſuccedere, tunc, adhuc occiſo patri, vel fratri ſuccedet nepos ex filio occiſore.

5 In alio verò caſu, nimirum, ſi hic, cui eſt delata legitima aliqua ſucceſſio delinquit in dominum, & tunc, quia habetur, ac ſi in mundo non eſſet, ex quo omnia, quæ ſunt iuris ciuilis amiſit, ſicque incapax omninò dicitur, teneo indubitanter quod eo excluſo ſit locus ſequenti in gradu, nec fiſcus aliquid prætendere poteſt, ita ſatis bene Alfar. *cit. gloſ.* 20. *n.* 444. quo loci expreſſis verbis dicit, hunc talem potius incapacem, quam indignum cenſeri, ſicque fieri locum aliis ab inteſtato venientibus, idemque ſi ſucceſſionis tempore hic propter aliud quamuis delictum deportatus reperiretur, vt etiam propter eius incapacitatem fiat locus ſequenti in gradu, vt pariter dixi Ego *cit. cap.* 15. *num.* 5. *lib.* 1. *mear. reſolut.*

## *ARGVMENTVM.*

Feudatarius ſi facultatem à Domino obtinuerit diſponendi de feudo ad beneficium illius, qui tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato in bonis allodialibus ſuccedere poteſt, facto teſtamento, illoque ſibi nominato hærede, qui aliàs in bonis allodialibus ab inteſtato ſucceſſurus erat, nùm hoc caducato teſtamento, quia hæres ſcriptus teſtatori præmortuus eſt, alioque non condito ſequens in gradu ab inteſtato veniens in hoc feudo ſuccedere poſſit. Facultas conceſſa alicui teſtandi de feudo ad beneficium alicuius ſibi bene viſi, an ad vnum dumtaxat teſtamentum coarctata cenſeatur. Nominandi aliquem in officio facultatem habens, eo defuncto, nulla facta nominatione, nùm officium illud ad hæredes ab inteſtato ſpectet; & de aliis.

## DECISIO CCCCCXX.

POSSIDENTE Magnifico Berardino Martirano Regni huius Secretario terras Turturæ, & Ayetæ in Prouincia Calabriæ, ſibi à Ioanne Baptiſta patre donatas, & cum Regio aſſenſu, ex quo filius non erat primogenitus, & ſic immediatus ſucceſſor, hic quia filios non habebat, fratrem ſuum Hieronymum in feudis prædictis teſtamento ſuo hæredē inſtituit, Regio aſſenſu etiam impetrato ex quo feuda prædicta acquiſierat cum clauſula, pro hæredibus ex corpore, ſed quia Hieronymus hæres inſtitutus prædeceſſit, ſuperſtite ſibi Ioanne Thoma eius filio, defuncto & tandem dicto Bernardino, alio non condito teſtamento, exortum fuit dubium, an dictus Io. Thomas nepos potuerat dicto Bernardino patruo in feudis prædictis ſuccedere? 1

Diſcuſſo articulo in Collaterali Conſilio ad relationem Regiæ Cameræ pro Ioanne Thoma nepote pronunciatum extitit. Ratio deciſionis fuit, quia licèt verum eſſet de teſtamento prædicto nullam haberi poſſe rationem, ex quo inſtitutus teſtatori prædeceſſerat, ad tex. *in l. vnica §. pro ſecundo C. de caduc. tollend.* Tamen quia dictus Bernardinus feudatarius bene ſciebat Hieronymum fratrem ab eo hæredem vniuerſaliter inſtitutum præmortuum fuiſſe, decreuit inteſtatum ipſum mori velle, cum ſciret, quod in omnibus eius bonis ſuccedebat dictus Ioannes Thomas eius nepos, ſic diſponente aſſenſu, quem ipſe obtinuerat, quando fratrem Hieronymum hæredem inſtituere voluit, in eo enim legebatur, vt potuiſſet Bernardinus ipſe feuda prædicta relinquere, legare, & alienare illis qui tam ex teſtamento, quam ab inteſtato in bonis Burgenſaticis ſuccedere poterant, ſed in bonis iſtis abſque dubio dictus Ioannes Thomas ſucceſſerat, ergo; quoties enim quis inteſtatum mori decreuit, videtur illum hæredem inſtituere, qui ab inteſtato ſucceſſurus eſt, ad tex. *in l. conficiuntur ff. de iure Codicill. & in l. Codicillis §. matre ff. de legat.* 2. Nec in aliquo obſtare dicebatur, quod contra hoc fiſci Aduocatus opponebat, nimirum Regium aſſenſum Bernardino conceſſum diſponendi de feudis prædictis, prout ſupra intelligendum fore de primo hærede, & non de alio ſecundo, vel ſubſtituto fideicommiſſario per tex. *in l. antiquitas C. de vſufruct. & in l. benè §. hoc ſermone ff. de verbor. ſignific.* Nam reſponſum fuit primò, hoc verum non eſſe, quia quando fit mentio de hærede intelligitur non ſolum de primo, imò de omnibus in infinitum: *l. in annalibus C. de legat. l. hæredis appellatione ff. de verbor. ſignific.* Secundò reſpondebatur fiſci oppoſitionem procedere poſſe 2

quando

Digitized by Google

quando hæres priore loco inſtitutus, teſtatore viuo defunctus non eſſet, ſed teſtatori ſuperuixit, hereditatemque adiuit, ac demum dubitaretur an ſubſtitutus per fideicommiſſum, qui ſecundus dicitur hæres venire poſſet; at caſus, de quo agebatur erat, quia hæres in teſtamento ſcriptus, & ſic Hieronymus frater teſtatori præmortuus erat, ſicque nunquam hæres extitit, & ſucceſſiuè Ioannes Thomas nepos, & immediatus ſucceſſor primus dicebatur hæres, cuius fauore Regius aſſenſus ſuper diſpoſitione Bernardini impetratus dici poterat; vnde.

## OBSERVATIO.

1 PRincipalis ratio dubitandi in quæſtione hic à Dom. Regente propoſita, ea fuit quia feuda, de quorum ſucceſſione agebatur in perſonam Bernardini noua dicebantur, & cum clauſula acquiſita pro ſe, & hæredibus ex corpore, ſicque nepos ex fratre tàm de iure communi feudorum, quàm conſtitutionis Regni huius, *vt de ſucceſſionibus*, ſuccedere non poterat, hodie ſi hæc quæſtio contingeret, nulla ſe offerret dubitandi ratio, ſtantibus gratiis Regno huic conceſſis, vt in feudo nouo fratris, eo defuncto, non ſolum frater, & ſoror, ſiue ex vtroque, ſiue ex altero tantum latere coniuncti; ſed & nepos ex fratre, vel ſorore ſuccedere poſſint, ſexus tamen, & ætatis prærogatiua ſeruata, quamuis inueſtitura canat pro ſe & hæredibus ex corpore; ita cautum eſt *in pragm. 25. & 29. de feudis*, de quibus verba faciunt Dom. Reg. Rouit. *deciſ.* 32. Dom. Conſil. Theodor. *allegat.* 100. *num.* 35. Dom. Reg. Vrſin. *in tract. de ſucceſſ. feud. p. 2. q. 4. art. 3. n. 26.* Ego ipſe *reſol. iur. lib. 1. c. 126. n. 55. & ſeq.*

2 Ad confirmationem autem illius concluſionis, nimirum, vt quando quis ab inteſtato mori decreuit, videatur illum hæredem inſtituere, qui ab inteſtato ſucceſſurus eſt iuribus hîc citatis, videndi ſunt ex recentioribus D. de Franch. *deciſ.* 45. *&* 600. Caualcan. *deciſ.* 12. *num.* 12. *par.* 4. Surd. *deciſ.* 272. Seſſe *deciſ.* 48. Muta *deciſ.* 49. *n.* 14. Maſtrill. *deciſ.* 277. *à n.* 12. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 7.* Gratia. *diſcept. forenſ. cap.* 221. *num.* 14. *& conſ.* 558. *n.* 41. Molfeſ. *ad conſuetud. Neapol. par. 2. q. 22.* Anell. Amat. *conſ.* 9. *n.* 14. Cancer. *var. reſol. par. 1. in tit. de Trebellian. & Falcid. num.* 112. Ego ipſe *reſol. iuris lib. 1. c.* 88. Hic enim omnes attenta diſpoſitione tex. *in l. conficiuntur* hîc citata, vno ore firmarunt, facta donatione alicui omnium, ſiue partis bonorum in caſu mortis ſine liberis, verum quod donator ipſe valeat de certa quantitate diſponere, mortuo donatore, nulla facta diſpoſitione, ad venientes ab inteſtato quantitatem reſeruatam ſpectare, non autem ad donatarium, quicquid contrarium affirmare tentauerit Theſaur. *deciſ.* 97. communiter reprobatus; hinc attenta diſpoſitione *d. l. conficiuntur*, magis communiter, quod apud nos receptum eſt, vt habens à Rege facultatem nominandi aliquem in officio, iſto mortuo, nulla facta nominatione, officium ad hæredes ab inteſtato ſpectet, ita Io. Vinc. de Anna *ſingul.* 391. Dom. Reg. de Ponte *conſ.* 136. *num.* 7. *lib.* 2. & centies in ſuperioribus nos diximus.

Circa verò illud dubium, an conceſſa facultate feudatario diſponendi de feudo ad beneficium illius, qui tam ex teſtamento, quam ab inteſtato in bonis allodialibus ſuccedere poſſunt, facto teſtamento, certóque ſibi nominato hærede, poſſitne feudatarius, illo teſtamento reuocato, alium ſibi hæredem facere, vel potius dicendum, vt cenſeatur data facultas pro primo teſtamento tantùm, ad tex. *in l. boues §. hoc ſermone, h c citato*, Pro reſolutione, vt hæc facultas teſtandi ad vnum dumtaxat teſtamentum coarctata non ſit, ſicque vt teſtamentum factum reuocari poſſit, mutari, & poſteriore teſtamento tolli, ea quadam principaliori ratione, quia quælibet diſpoſitio ſecundum ſubiectam materiam intelligi debet, & ſubiecta materia hoc exigit, vt teſtamentum vſque ad ſupremum vitæ exitum mutari poſſit, videndi ſunt Bald. *in c. 1. n. 21. verſ. deinde quæro, pone quod Princeps in tit. de pace conſtant.* Couarr. *in c. cum in officiis n. 8. de teſtam.* elegantiſſimè Andreas Facchineus *controu. iur. lib. 5. c. 99.*

## *ARGVMENTVM.*

Reus in iudicio conuentus, an, & quando poſſit inſtare vt actor ſuum generale declaret libellum, pariterque actor petere vt ſuam declaret exceptionem. Libelli claritas, ex quibus conſideratur.

## DECISIO CCCCCXXI.

INSTABAT in Regia Camera Magnifica Catharina Pellegrina fore cogẽdum Excellentem Dom. Alphonſ. Sanch. Regni huius generalem Theſaurarium ad ipſi ſoluendum tertiarias ferri, aduerſus quam inſtantiam cum dictus Alphonſus præſcriptionis exceptiones allegaſſet, replicauit Actrix, illam nullo pacto obſtare vt conſtabat ex actis, & ex aliis deducendis, & allegandis, ſed inſtante reo, vt actrix factam declararet replicationem, & ſic verba illa *ex aliis deducendis, & allegandis*, fuit dubitatum an ad hoc cogi poſſet. 1

Et teneri dictam Catharinam verba illa declarare Regia Camera reſpondit, idque tam in prima inſtantia, quam in gradu reclamationis facta relatione in Collaterali conſilio. Ratio deciſionis fuit, quia aliter non potuiſſet reus ſe defendere, cum in Regno articulorum copia Parti non detur: eſt enim in iure abſolutiſſimum, generalem libellum non procedere, ſed illum parte petente declarari debere, alias fieret locus diſpoſitioni tex. *in l. fin. C. de annal. except.* ita Bart. *in l. 1. ff. de edend.* vbi dicit, quod libellus ita clarus declarari debet, vt reus inſtrui poſſit an cedere, vel potius contendere velit, idemque Aretin. *in l. Titiæ textoris, ff. de leg.* 1. eodem pariter modo exceptio clara eſſe debet, & non obſcura, nec generalis, quia reus in ſua exceptione actor eſt, *l. 1. ff. de exception. d. l. Titiæ textoris*, vbi Bald. & Aretin. Bart. *in l. ſi quis intentione ff. de iudic.* vbi dicit, quod ſicut actor ante litis conteſtationem ſuam tenetur 2

declarare intentionem, ita, & reus ſuam exceptionem, iſtudque quod dicitur de exceptione, omnino in replicatione procedit, quia replicatio exceptio eſt, *l.2.§.1.ff.de exception.l.fin.* vbi Bart. Aretinus Alex. & omnes *C.de edend.* vbi eſt caſus, quod licet reus non teneatur actori inſtrumentum exhibere ad illius intentionem fundandam ex quo præparatus venire debet *l.qui accuſare C.de edend.* Tamen ſicut tenetur actor inſtante reo conuento ædere inſtrumenta ad ſuam fundandam exceptionem, *l.non eſt nouum C.de eden.* ita, & reus inſtante actore, ad eius fundandam replicationem, pro qua opinione eſt tex. *in l.penult. §.fin.* vbi Angel. *ff. ad leg. Falcid.* Præterea inſtabat Regius fiſcus, qui in hac cauſa ſubintrauerat vti author laudatus à Domino Theſaurario ſic defenſionis aſſumens onus, vt cogeretur dicta D. Catharina ad ſuorum computorum declarationem quæ penès illam erat; præſentandum, vel ſaltem declarare ſi dictam tenebat declarationem, & quod ad id cogi poſſet per ſupra iam dicta fundabatur, eoque magis fiſco inſtante, qui non ſolùm ad inſtar priuati quando eſt reus poteſt actorem cogere ad ſcripturas præſentandum, ad ſuam exceptionem fundandam; ſed etiam propter eius priuilegium, adhuc ſi eſſet actor poſſet reum cogere, vt ædat inſtrumenta, & ſcripturas, ad hoc vt ſuam intentionem fundare poſſit, hic eſt tex. *in l.nequiſquam ff.de eden. & in l.2.§.Diuus ff.de iure fiſci.*

## OBSERVATIO.

1 Dominus Regens noſter teſtatur hic de praxi, quæ in hoc Regno viget, vt articulorum copia Parti non detur, ſic etiam affirmant Afflict. *deciſ.33.* Carau. *in rit.69.n.5.* Dom. Præſ. de Franch. *deciſ.220.num.14.* Dom. Reg. Sanfelic. *in prax.iudic.ſect.47.* & alij. Hinc dicimus quod libella debent eſſe clara, nec aliter generalia, ad hoc vt reus valeat deliberare, ſi vult cedere, vel contendere; vnde quando obſcura eſt petitio, reo inſtante tenetur actor illam ſpecificè declarare, vt probat hic Dom. Reg. noſter, & omnes Noſtrates, ſignanter Io. Vinc. de Anna, *ſingul. 315. cum ſequenti,* Muſcatell. *in prax. par.1.gloſ. declarans* vbi *num.3.* ait, libelli claritatem triplici reſpectu deſiderari, primò reſpectu ipſius rei, vt inſtructus pro ſui defenſione ad Iudicium accedere poſſit, ſicque deliberare, an cedere velit, nec ne, ſecundò reſpectu ipſiuſmet actoris, vt valeat deinde ex facto in libello benè narrato ſuos firmare articulos, & poſitiones, tertiò reſpectu ipſius Iudicis, vt valeat proceſſu compilato claram, & certam firmare ſententiam; eodem pariter modo ſubdit Dom. Reg. noſter vt exceptio, quæ à reo opponitur, clara eſſe debeat, non obſcura, nec generalis, quia reus in ſua exceptione actor eſt, idemque firmat Dom. Reg. Rouit. *in pragm.6 num.15. de ordin.iudic.* Vbi expreſſis verbis dicit, quod quemadmodum actor tenetur declarare libellum ſuæ actionis obſcurum, ita reus tenetur declarare libellum ſuæ exceptionis non clarum, ſubdens *num. ſequenti*, Secus eſſe vbi reus nullas opponeret exceptiones generales, vel opponeret exceptionem ad ius tantum reſtrictam, puta ſi diceret obſtare actori notorium iuris defectum, hoc enim caſu nullo pacto cogi poterit reus ad declarandum, allegat Dec. *in l.age cum Geminiano num.7.in fin.C.de tranſact.* poſt Bald. *in l.1.C.de fideicom.*

## ARGVMENTVM.

Fiſcus, ad quem propter feudatarij rebellionem omnia illius bona fuerunt deuoluta, an poſſit petere reintegrari ad alia bona Regiæ Curiæ feuda illa eiuſdem rebellis, quæ non ſeruatis de iure ſeruandis alienata reperiuntur. Subfeudatario, qui per mortem infeudati ſine deſcendentibus maſculis reſoluitur, an adhuc ſubſiſtere poſſit ſi ſubinfeudatus velit Domino ſeruire; Et quid ſi ſubinfeudationis tempore ſubinfeudans legitima carebat prole, & de pluribus notabilibus ad declarationem tex. *in c. 1. §. ſi verò in tit. qualiter olim propter feud. alienar.*

## DECISIO CCCCCXXII.

Possidente Magiſtro Roberto Piccadoro Caſalia Oleaſtri, & Hæreditæ in pertinentiis Cilenti, necnon baiulationem terræ Laurini, ac territorium nominatum, lo Fornillo, ex conceſſione facta Galaſſo Piccardo eius patri à Roberto de Sancto Seuerino olim Principe Salerni, comparuit Regius fiſcus, ad quem bona omnia Principis propter eius patratam rebellionem deuoluta erant, illorum reintegrationem ad alia bona Regiæ Curiæ petens, eo præſuppoſito, conceſſionem prædictam Regio aſſenſu carere, quo factum fuit, vt dubitaretur, an iuri conſentanea eſſet petitio hæc?

Et per Regiam Cameram, nemine diſcrepante, pro fiſco pronunciatum extitit. Ratio deciſionis fuit, quia cum feuda hæc eſſent quaternata, ex quo immediatè, & in capite à Regia Curia tenebatur, non poterant ſine aſſenſu concedi: *cap.1. §. donare qualiter poter. olim feud. alien. cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Frederic.* & habetur, in con ſtit. *Conſtitutionem Diuæ memoriæ.* Nec in aliquo obſtabat aſſenſus productus Illuſtriſſimi Proregis Comitis Ripacurte, quem dictæ conceſſioni Regis nomine aſſenſum præſtitiſſe præſupponebatur; fuit enim ille ſubreptitius, & à conceſſione differens, ſicque de eo nulla poterat haberi

Digitized by Google

haberi ratio. Præterea, nec obſtare dictum fuit priuilegium productum Regis Ferdinandi primi, per quod conſtabat, quod poterat Princeps Salerni nouas feudorum facere inueſtituras, quia cùm illud non eſſet authenticum, nullatenus probabat; ſecundò quatenus tale eſſet, intelligendum erat vt infeudatio fieri deberet ea lege, & forma, prout feuda concedenda tenebantur, & ſic immediatè, & in capite à Regia Curia, alias nulla eſſet habenda infeudatio *cap.*1. §. *ſimiliter verſ. profectò de lege Corradi*. Sed feuda prædicta à dicto Principe conceſſa apparebant alia lege, quam ipſe tenebat, & ſic vt ab ipſo tenerentur, ergo; Verum cum dictus Robertus conceſſionarius, determinationi prædictæ non acquieuiſſet; ſed potius ab illa reclamare, prout reclamauit, inſiſtendo ſemper conceſſionis validitati, quam præſupponebat indubitanter, cumulauit pariter in gradu reclamationis, petendo dotem, & antefatum eius matris, pro quorum reſtitutione bona prædicta donata obligata erant; occaſione enim, quod dictus Galaſſus vxorem duxerat, Princeps Salerni feuda prædicta ei donauerat, ac inſimul pro reſtitutione dotium recipiendarum, & antefati, eadem feuda, quæ donabantur, expreſsè cum Regis aſſenſu obligauerat, vnde ex hoc dubitari non poterat, vt bona illa dictus Robertus filius pro recuperatione dotium maternarum & antefati obligata haberet, & ſucceſſiuè ad illum tam iure vtilis Dominij, quam hypothecæ ea ſpectare, & pertinere; quare relata iterum cauſa, Regia Camera decreuit vt pro dotibus maternis, illarum intereſſe, & antefacto, potuiſſet dictus Robertus ſuper dictis feudis ſibi ſatisfieri, D. Præſidens Ioannes Baptiſta Ogeda fuit voti, quod fiſcus abſolueretur ab impetitione dicti Roberti, tam reſpectu Dominij feudorum, quam hypothecæ reſpectu dotium & iurium dotalium, Domin. Præſidens Paulus de Magnanis ſolus fuit voti, quod dictus Robertus iuſtam fouebat cauſam, etiam reſpectu Dominij feudorum, & quod ita in hoc gradu reclamationis prima ſententia corrigi debebat.

## OBSERVATIO.

1 NOtamus hîc, concluſionem, quæ deſumitur ex tex. *in cap.*1. §. *ſimiliter verſic. profectò in titul. de lege Corradi*, Nimirum, nullam eſſe ſubinfeudationem, quæ à feudatario alteri fit, ſi alia lege, quam ea, qua ipſe à Domino directo tenet, ſubinfeudat; vnde ſi quis à Rege tenet feudum pro filiis maſculis, non poterit illud pro maſculis, & fæminis alteri concedere; item ſi quis feudi conceſſionem à Rege obtinuit, dummodò immediate, & in capite illud à Regia Curia habeat, non poterit demum illud idem alteri concedere, ad hoc vt ab ipſo ſubinfeudante teneatur, quare in caſu huius deciſionis, ſi ſupponere velimus, quod olim Princeps Salerni ex peculiari priuilegio ſubinfeudandi poteſtatem haberet (nàm alias erat ei prohibitum, prout cuilibet feudatario Regni huius, ex diſpoſitione conſtitutionis, *conſtitutionem Diuæ memoriæ*, quicquid contrarium diſpoſitum ſit de iure communi feudorum, per tex. *in d. cap.*1. §. *ſimiliter de lege Corradi*) dum alia lege ſubinfeudauit, quam ea, qua ipſi facta erat feudorum conceſſio, nullo pacto Dominus Rex noſter ſubinfeudationi factæ ſtare tenebatur; etenim iure communi feudorum attento, tunc demum Dominus directus ſubinfeudationi per infeudatum factæ ſtare cogitur, ſi facta illa appareret ſincerè, & ſine fraude, vt dicit tex. *in cap.*1. §. *ſi verò in tit. qualiter olim poter. feud. alien.* hoc eſt vt Doctores verba illa declarant, æquali perſonæ, æquè aptæ ad ſeruiendum, & ſub eiſdem pactis, & qualitatibus; quibus ipſe ſubinfeudans habet, vt nouiſſimè per Montan. *in repet. cap. Imperialem n.*240.

Facta enim ritè, & rectè ſubinfeudatione, quamuis dicamus mortuo infeudato ſine deſcendentibus maſculis, ſubinfeudationem dici reſolutam, quia reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, ad tex. vulgatum *in l. lex vectigali ff. de pignor.* Attamen ſi ſubinfeudatus velit Domino ſeruire, à feudo expelli non poteſt, ita ad declarationem tex. *in cap.*1. §. *fin. de controuerſ. inueſtit. & in cap.*1. §. *rurſus tit. ſeq. quibus modis feud. amitt.* dixit Andr. *ibi*, hoc eſt *in d.* §. *finali num.*15. *& in d.* §. *rurſus ante num.*26. *verſic. ſub audi, & num.*29. *verſ. vel poſtquam ad libellum dedit*, ſic allegando tex. *in d. cap.*1. §. *ſi verò, qualiter olim pot. feud. alien.* id quod pariter vno ore faxi ſunt Bald. *in c. cæterum num.*13. *verſ. quæro ſi vaſſallus primus, extra de iudic.* Iacob. de Beluis *in d. cap.*1. §. *rurſus, verſ. Nota ergo duo in tit. ſi de inueſt. feud. controu. fuerit, & in d. cap.*1. §. *rurſus quib. mod. feud. amitt.* Petrus de Rauenda ſatis bene *in iuribus modò citatis*, Loffred. *in ſuis paraphraſ. feudal. poſt Conſil. in tit. quib. modis feud. amitt. in verſ. in eod. cap.*1. §. *item ſi fratrem fol.*6. Camer. *in c. Imperialem fol.*7. *litt. M, N, & O*, Burſat. *in conſ.*163. *num.*32. *lib.*2. Anton. Capyc. *in inueſt. feud. in verb. feudum dant, verſ. ſed aduertendum eſt, fol.*154. *col.*2. Curt. *in tract. feud. par.*4. *num.*84. Iacob. Cuiac. *lib.*2. *de feud. titul.*9. Andreas Facchin. qui de communi teſtatur, *controuer. iur. lib.*7. *cap.*52. *per tot.* vbi bene loquitur, Octau. Bambac. *in c.*1. §. *beneficium num.*7. *in tit. ſi de feud. defunc. milit.* Lanar. *in repet. feud. in cap.*1. §. *ſed & res per quos fiat inueſt. à numer.*51. Ioan. Andr. de Georg. *in nouiſſ. repet. l. Imperialem cap.*6. *num.*18. & Horat. Montan. aliis omiſſis *in d. c. Imperialem* §. *firmiter n.*56. *verſ. ex æquitate tamen iuris, fol.*159. Quodque iſta communis ſit omnium ſententia, nec quidem negare potuit, contrarium tamen inſequutus Hartm. Piſtor. *quæſt. iur. lib.*2. *quæſt.*44. *num.* 10. vndè meritò reprobatus à noſtro Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit.*3. §. 3. *à num.*12. vbi *num.*23. ait non bene dixiſſe Piſtor. quatenus tex. *in d. cap.*1. §. *ſi verò intellexerit*, vt ita demum ſubinfeudatus feudum retinere poſſit, ſi Dominus inueſtituram renouare voluerit, nam ſi tex. dicit quod non amittit, ſi vult Domino ſeruire, & Andr. addit, quod non reſoluitur infeudatio, ſicque nec deuolutioni eſt locus, ergo etiam Domino inuito, ſi enim Partes omnes eſſent conſentientes, tex. erat de re indubitabili, concludamus igitur ab omni dubio procul, quod quando infeudatio ritè, & rectè proceſſit, quamuis primus à Domino inueſtitus ſine deſcendente maſculo decedat, dum ſubinfeudatus vult ſeruire Domino, feudum non amittit, quodque hoc decidat tex. apertus *in d.* §. *ſi verò in fine*.

Plus, aliàs de his conſultus ipſe dicebam, hæc omnia 3

omnia quæ pro ſubinfeudationis validitate diſſeruimus, adhuc procedere ſi ſubinfeudationis tempore ſubinfeudans prole legitima carebat, deque illa erat prorſus deſperatus, hoc tamen reſpectu Domini (quia reſpectu agnati, ſine dubio fraudulenta diceretur ſubinfeudatio, ex gloſ. communiter recepta *in cap.* 1. §. *ſed & res in verb. in fraudem tit. per quos fiat inueſt.*) Etenim reſpectu Domini illa fraus conſideratur *in d.* §. *ſi verò*, quando ſubinfeudatio fieret non æquali perſonæ, nec ea lege, qua primus infeudatus à Domino tenebat, quia ſi æquali perſonæ aptæ ad ſeruiendum, & ſub eiſdem pactis, & qualitatibus, quibus ipſe ſubinfeudans ſubinfeudationis tempore erat de prole deſperatus. Quodque hæc mea ſententia authoritate non careret allegaui Andr. *in cap.* 1. §. 1. *numero* 4. *in titul. per quos fiat inueſt.* vbi de hac fraude loquens iuxta intelligentiam Iacobini infra citandi, ait, quod quando infeudatus de prole deſperatus agnatum tamen habens in ſucceſſorem ſubinfeudat, vt ſic illum feudi ſucceſſione priuaret, mortuo poſtea ſubinfeudante, ſubinfeudatio ipſo iure reſoluitur; demum in dubium reuocans an hoc procedat etiam reſpectu Domini, reſpondit per hæc verba. *Dic vt infra qualiter olim poterat feud. alienari, ſicque affirmat reſpectu Domini fieri locum diſpoſitioni huius legis, in qua expreſſe decretum eſt, vt teneatur Dominus recipere ſubinfeudatum in vaſſallum dum ille ei ſeruire vult.* Iſtamque Andreæ theoricam addo ſic intellexiſſe Iacob. de Sancto Georg. *in ſuo tract. de feud. in verbo, Ita etiam, quod ipſi vaſſalli numer.* 4. *fol.* 44. *poſt Commentar. ad Cod. Item & Aluarotum in d. cap.* 1. §. *ſed etiam res numer.* 8. *per quos fiat inueſt.* ſub illis verbis. *Multò magis ſi fuiſſet facta in fraudem, quia in hoc non facit differentiam quantum ad perſonam ipſorum agnatorum, vt ſolum in vita ſua poſſit dictus vaſſallus præiudicare agnatis, argum. ff. de contrahen. emption. l. qui tabernas, ſed quantum ad perſonam Domini dicit habere locum quod habetur infra, qualiter olim feud. poter. alienari in cap.* 1. *&c.* Idemque Curt. iun. *de feud. par.* 4. *incip. Aggredior. nunc quartam num.* 85. quodque fraus carentiæ prolis intereſſe ſolum agnatorum reſpiciat, qua de re propriè loquitur gloſ. *in d.* §. *ſed & res, in verbo in fraudem*, non autem reſpectu directi Domini, reuideatur quæſo eandem et gloſ. *in cap.* 1. §. *ſi vaſſallus* in verbo *dum tamen militi detur, in tit. ſi de feud. defunct. milit. content. ſit &c.* (quam ſequitur Aluar. tam *ibi num.* 2. quàm *in d. cap.* 1. §. *ſimiliter num.* 2. *de lege Corradi*) vbi in terminis tex. *in d. cap.* 1. §. *ſi verò qualit. olim. poter. feud. alien.* fraudem, de qua ibi conſiderat, quando ſubinfeudatio fieret non perſonæ æquali, ſiue non eodem modo, & forma, provt feudum huic ſubinfeudanti fuit conceſſum. Hæc eſt enim fraus quæ *in dicto* §. *ſi verò conſideratur reſpectu Domini*, & non aliter alia nimirum, quod ſubinfeudans, ſubinfeudationis tempore erat de filiis deſperatus, quæ dumtaxat reſpectu intereſſe agnatorum conſideratur, vt diximus.

## *ARGVMENTVM.*

Pœna nonupli an mulctari poſſit Officialis pecuniarius, ex quo in introitu ſuorum computorum ponere omiſit quandam partitam pecuniæ fiſcalis, quam exegerat. Confeſſio ex errore probabili in iudicio facta, num reuocari poſſit adhuc ſi error eſſet in facto proprio. Confeſſio delinquentis in iudicio facta delictum commiſiſſe, an ſat ſit ad illum pœna ordinaria mulctandum. Minor an aduerſus ſuam confeſſionem delictum cōmiſiſſe, poſſit, in integrum reſtitutionem petere, & de aliis.

## DECISIO CCCCCXXIII.

1 FVIT dubitatum in Regia Camera, an Magnificus Ferdinandus de Figaruoa, qui contra vſurarios Prouinciarum Terræ Bari, & Hydrunti Commiſſarius generalis deſtinatus extiterat, nonupli pœna mulctari poſſet, ex quo in introitu ſuorum computorum, quæ in ipſa Regia Camera præſentauerat ponere omiſit quandam partitam pecuniæ fiſcalis, quam exegerat.

Pro fiſco allegabatur ritus Regiæ Cameræ 2 hoc expreſsè diſponens, & *cap. Reg. Vulgaris famæ proloquium.* Et quamuis ex aduerſo diceretur id ex errore, quem dictus ritus admittit contigiſſe, tamen hic error non fuit eo modo probatus quo probari debebat, ex quo teſtes domeſtici erant, & familiares dicti Magnifici Ferdinandi, imò varia, & contraria eorum depoſitio, tum etiam quia cum ipſe Ferdinandus computa præſentaſſet, veraque eſſe iurauerit, præſumendum non erat, quod ille computa præſentaſſet, quæ bene, & maturè prius non conſideraſſet, agitur enim de errore in facto proprio, qui non excuſat. *l. quamquam ff ad Senat. Conſult. Velleian.* notat Bartol. *in l. fin. ff. pro ſocio, in l. non fatetur ff. de confeſſis, & in l. error*, vbi omnes DD. *C. de iur. & facti ignor.* Præterea pro fiſco conſiderabatur, quod cum dictus Ferdinandus computa præſentaſſet, illa vera eſſe iurans, dicebatur confeſſio in iudicio facta, & cum demum in Regia Camera viſa, & diſcuſſa fuiſſent, prodiit declaratio, quæ nil aliud eſt, niſi ſententia, & ſucceſſiuè licèt alias confeſſio ex errore probabili facta reuocari poſſit, adhuc ſi error eſſet in facto proprio, hoc tamen vſque ad ſententiam, ſecus verò poſt ſententiam, *l. error*, vbi hoc notant omnes DD. *C. de iur. & fact. ignor.* Bart. *in d. l. non fatetur ff. de confeſſ.* Vlterius dicebatur, quod quando error cadit in latam culpam, tunc confeſſio prætextu erroris reuocari non poteſt *l. de ætate* §. *qui iuſto ff. de interrog. action.* Bart. *in d. l. non fatetur*, & Aret. *in c. cum dilectus extra de accuſat.* Sed in caſu propoſito in introitu non ponere partitam, de qua agebatur, nil aliud erat, niſi ignorare, quod omnes intelligebant *l. lata culpa ff. de verb. ſignif.* & Bart. *in l. quod nerua ff. depoſiti*; ergo.

OBSER

## OBSERVATIO.

1 Circa illam concluſionem, quam hic habemus, nimirum vt confeſſio ex errore probabili in iudicio facta reuocari poſſit, adhuc ſi error eſſet in facto proprio, hoc tamen vſque ad ſententiam, ſecus verò poſt, vide quæ idem Dom. Regens ſcripſit ſupra *in deciſ.* 90. vbi hoc declarat tunc demum procedere ſi confeſſio hæc in iudicio facta vſque adhuc à Parte acceptata non eſſet, quia ſi aduerſarius illam acceptauit, amplius reuocari non poteſt, conſideratur enim per eam fuiſſe ſic ius parti quæſitum, quod ſine facto ſuo auferri non poteſt, & addit quod quamuis Anton. de Butr. *in c. fin. de confeſſ.* & Roma *in conſ.* 391. & *in l. ſi verò §. de viro ff. ſolut. matrim.* affirmare videantur, confeſſionem adhuc iuratam, & acceptatam reuocari poſſe quando conſtat de errore probabili, attamen atteſtatur, communem eſſe in contrarium.

2 Cæterum quod confeſſio facta in Iudicio tanti ponderis ſit in ciuilibus, vt vim habeat ſententiæ & rei iudicatæ, adeo vt confitens aliud non expectet niſi præceptum de ſoluendo, cautum eſt *in l. vnica, C. de confeſſ.* quodque rem faciat notoriam, ſcripſit Corn. *conſ.* 44. *&* 224. *lib.* 4. immò quod tantæ ſit potentiæ vt etiam ſi fiat in proceſſu inualido, poſſit ex eo proceſſu inepto non obſtante ferri ſententia, dixerunt Bart. *in l. ſi confeſſus ff. de cuſtod. reor.* Bald. *in l. ictus fuſtium ff. de his, qui not. infam.* & Alex. *in conſ.* 34. *n.* 2. *lib.* 3. quos omnes refert, & ſequitur Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 344. *n.* 4.

3 In criminalibus verò probaui Ego *lib.* 1. *mearum reſolution. cap.* 83. confeſſionem delinquentis in iudicio factam, delictum commiſiſſe ſat non eſſe, ad confitentem, pœna ordinaria puniendum, idque per tex. *in l.* 1. *§. diuus ff. de quaſtion. & in l. qui ſententiam C. de pœnis,* quibus addi poteſt tex. *in l.* 2. vbi gloſ. *C. de cuſtod. reor.* quæ tamen opinio dubia redditur, ex dictis per Dom. Regent. Salernit. *deciſ* 29. vbi deciſum refertur, fuiſſe ſuſpenſum eum qui confeſſus extiterat hominem occidiſſe, quamuis de corpore mortuo non conſtaret, idemque Caſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.* 1. *§.* 5. *n.* 40. de qua meminit Baiard. ad Iul. Clarum *quaſt.* 51. *n.* 12. Petr. Caball. *reſolut. criminal. lib.* 3. *caſu* 255. *à num.* 6 *ad finem,* nec contradicit Maſcard. *de probation. lib.* 1. *concl.* 354. Sed in hoc non immoror, quia hæc rarò accidunt, etenim prodigium eſt, vt quis delictum commiſiſſe ſpontè confiteatur, ſi vt experientia docet, maximè temporibus noſtris, nec tormenta, quamuis atrociſſima ſat ſunt vt reus patratum crimen confiteatur, quamuis contra illum vrgentiſſima adſint indicia, & præſumptiones; verum quando hæc diſputanda ſe offerunt, recurrere ad ea quæ ſcripſerunt Boſſius *in prax. crimin. in tit. de delict. num.* 16. Foller. ſimiliter *in prax. crimin. in verb. & ſi confitebuntur* Iul. Clar. *in §. fin. q.* 55. *à n.* 10. & Proſp. Farinac. *q.* 81. *per totam, in tit. de reo conf. & conuict.*

4 Illud tamen animaduerſione dignum puto, quod ſi is, qui delictum aliquod perpetraſſe, ſponte confitetur, minor ſit, ſi de crimine illo aliunde non conſtet, quàm per ipſius confeſſionem, hoc ipſo poterit ſe aduerſus eam in integrum reſtituere, adhuc ſi neque ſui facilitate, neque ex aduerſarij dolo promanaſſe eam probet, ita Boſſ. *in praxi tit. de confeſſ. n.* 67. Affl. *deciſ.* 208. licèt loquatur de minore qui ſine curatore delictum confeſſus fuit, & alij plures quos refert, & ſequitur Ant. Padill. *in repet. l. error. n.* 29. *C. de iuris & fact. ignor.* & his addo Dom. Reg. Rouit. *in pragm.* 1. *num.* 9. *de minoribus.*

## ARGVMENTVM.

Societas omnium bonorum an cenſeatur inter fratres inita ex ordinatione prædefuncti patris, vt ſpatio tot annorum in communione permanerent. Societas à teſtatore inter hæredes ordinata, an eandem habeat vim, quam habet Societas ex contractu, ſi quam hæredes inter ſe peregiſſent. Fratres ſi indiuiſam paternam hæreditatem retinuerint, vt emolumentum, & damnum commune eſſet, an quod ex illis alter aliunde quæſiuit in communione redigetur, & de aliis.

## DECISIO CCCCCXXIV.

In cauſa vertente inter Magnificum Germanum Citarellam ex vna, & filios hæredes quond. Tobiæ Citarellæ ex altera, in qua prædictus Germanus inſtabat declarari integram tertiam partem bonorum per dictum quond. Tobiam ex quauis cauſa acquiſitorum, ad ipſum ſpectare, ex eo quod Magnificus quond. Andreas Citarella eorum communis pater, qu inſtituerat tres eius filios, & vnum nepotem ex filio præmortuo hæredes vniuerſales, expreſsè mandauerat, vt dicti fratres in Societate permanerent eiuſdem victus, & veſtitus ſpatio annorum decem, & quod huius Societatis caput eſſet Tobias; vnde cum hoc adimpletum eſſet, dicebat Germanus quod omninò eius petitioni deferendum erat, contradicebant filij dicti Tobiæ, quocirca quid iuris dubitatum extitit? 1

Dominus Regens, qui ad ſedandas diſcordias inter prædictos ſanguine coniunctos, arbiter, arbitrator, & amicabilis compoſitor electus erat, exiſtimabat prædictum Germanum malam fouere cauſam, non enim dubitabat, quin inter prædictos fratres Societas contracta eſſet, quia licet inter pupillum, & maiorem Societas iniri non poſſit, vt per Bald. & alios, *in l. ſi patronus C. commun. vtriuſque iudic.* Secus tamen erit, quando teſtator contrarium ordinaſſet, vt per eundem Bald. *in l. cum oportet C. de bonis quæ liber.* Sed dicebat primò, quod hæc Societas non erat omnium bonorum, cùm iſta nunquam contrahatur, niſi expreſsè dicatur, *l.* 3. *§. cum ſpecialiter,* vbi gloſſ. *ff. pro Soc.* nullibi enim in teſtamento communis patris legebatur, vt hæc Societas illa omnium bono- 2

rum

Digitized by Google

rum eſſe deberet , ſed ſolum reſpectu victus, & veſtitus, ſicque nullo pacto eam ſimpliciter contractam eſſe dici poterat , ad tex. *in l. ſocij ſocietatum ff. pro ſoc.* Secundò quia viuente dicto Tobia mortuus fuit alter ex fratribus Matthæus nomine , per cuius mortem ſine dubio fuit extincta Societas qualiſcumque fuerit;etiam quoad ſuperſtites, *l. adeo, l. actione §. morte, & l. verum §. Societas ff. pro ſocio, & §. ſoluitur, Inſtit. eodem,* Nec in aliquo obſtabat, dictum Tobiam adhuc Matthæo defuncto, eandem continuaſſe Societatem,dictamque communem hæreditatem adminiſtraſſe,& eo modo, & forma, prout in vita Matthæi, quo caſu videbatur Societas continuata , vt dicit Bald. *in l. mandatum C. mandati, & in d. l. ſi patruus,*& Decius , *conſ.* 441. Nàm fuit reſponſum , hoc bene procedere,quando conſtaret,quod Socij Societatis nomine contraxiſſent ; At in caſu, de quo agebatur, factum hoc deficiebat , quia ex libris dicti Tobiæ clarè apparebat ſemper ipſum proprio nomine negotiationem exercuiſſe , ad notata per Alciat. *conſ.* 732. *lib.* 5. Vnde.

## OBSERVATIO.

1 EX his quæ in facto in caſu huius deciſionis deducebantur,dubitandum non eſt,patrem illud tantum voluiſſe, vt filij, quos inſtituebat hæredes , ſpatio annorum decem bona hæreditaria pro communi , & indiuiſo tenerent , quodque ex fructibus hæreditatis ſe alerent,ſic inſimul viuentes,non autem vt Socij eſſent omnium bonorum,eo modo,& forma prout contrahi ſolet ſocietas, id quod certè ordinare potuiſſet , ſi voluiſſet;eſt enim receptiſſimum,poſſe,teſtatorem ſocietatem inter hæredes inducere , eamque illam habere vim , quam haberet ſocietas ex contractu inter ipſos hæredes forſan inita , ſic ex tex.notabili *in l. qui negotiationem,ff. de adminiſtr. tutor. in l. fin. §. Lucius ff. de legat. 2. & in l. Lucius 78. ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* probat Socin.*conſ.* 4. 5. *&* 9. *lib.* 4. Et ex hoc dicimus, quod ſi teſtator ita mandauit,vt ſocij ſint eius hæredes omnium bonorum, ſicque vt omnia bona communicent, tenentur vbique diuiſionis tempore , etiam bona propria,inter ſe æqualiter diuidere,ita Bart. *in l. cum pater §. dulciſſimis ff. de legat. 2.* & Soccin. *loco modo citato num.* 12. In caſu huius deciſionis , cùm teſtator hoc expreſsè non ordinaſſet; ſed tantum voluit,vt per certum tempus ſtarent hæredes in communione victus, & veſtitus, ad hoc tantum ſe reſtringens,ergò impertinens erat cohæredis petitio , vt omnia bona , etiam aliunde quæſita in diuiſione venirent ; etenim hoc teſtatoris præceptum non poterat operari pluſquam operaretur contractus, nimirum ſi inter ipſos hæredes ita conuentum eſt,conſtat enim,quod,*ſi fratres parentum indiuiſas hæreditates , ideò retinuerint vt emolumentum ac damnum in his commune ſentirent , quod aliunde quæſierint in commune non redigetur* , ſunt formalia verba tex.*in l. ſi fratres 53. ff. pro ſoc.*

2 Cætera ad materiam quando morte diſſoluatur ſocietas,eaque tacitè diſſoluta, quando renouata dicatur, vide ſcripta per me *lib. 2. reſol. iuris cap.* 207.

## *ARGVMENTVM.*

Iudex in delictis atrocibus à minore commiſſis, nùm pro ſuo arbitrio valeat delicti pœnam minuere, vel potiùs ad id de iure cogatur. Minor in atrociſſimis an poſſit ad mortem condemnari , ad ornatum tex. *in l. auxilium §. in delict. ff. de minor. & in pragm.* 1. *hoc tit. & in pragm.* 2. *de furtis.*

## DECISIO CCCCCXXV.

DOMINVS Cardinalis Pacecus Regni huius Locumtenens generalis, reſcripto ſuo mandauit, vt iunctis omnibus Tribunalibus huius Ciuitatis decideretur articulus,ſi in terminis tex. *in l. auxilium §. in delictis ff. de minor.* Iudex in delictis atrocibus à minore commiſſis pro ſuo arbitrio valeat delicti pœnam minuere ,vel potius ad id de iure cogatur , adeò quod pœnam à iure præſcriptam non minuens,grauamen inferre dicatur. 1

Verbis huius tex. attentis , exiſtimabatur probabiliter , quod pœnæ diminutio in Iudicis arbitrio reſideat , conſiderata qualitate minoris delinquentis , & delicti ab eodem commiſſi ; etſi enim regulariter loquendo non valeat Iudex pœnam à lege expreſsè determinatam alterare,vel minuere, *l. ſeruos C. ad leg. Iul. de vi public.* Tamen concluſio hæc fallit,niſi ex cauſa iuſta,& legitima, aliter Iudici videretur, eſt dictum Innoc. ab omnibus approbatum, *in c.* 1. *extra de conſuet.* Petrus de Rauen. *in ſuo Alphabeto , in verbo Iudex*,Hippolyt.de Marſig.*ſingul.* 182. *& in l.* 1. *§. diuus ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* Cauſæ autem iuſtæ ex quibus poteſt Iudex delicti pœnam minuere ponuntur per DD. *in l. & ſi ſeuerior C. ex quib. cauſ. infam. irroget.* quo loci quinque colligit Aretin. inter quas illam minoris ætatis, & in fine addit, quod non poſſumus ſemper, & indiſtinctè affirmare, quod Iudex cogitur ratione minoris ætatis pœnam minuere, ſed in ſuo arbitrio erit conſiderare qualitatem perſonæ minoris, ſi eſt imbecillis, parum ſciens, non multum doli capax , quodvè ſit delictum , an commune an priuilegiatum , & è contra ſi minor eſt valdè capax , robuſtus , ac maiori ætate proximus , & ſi delictum fuit cum dolo commiſſum, prout à quocumque maiore vel ſi eſſet in Eccleſia patratum , vel in perſonam officialis , nam in primo caſu teneretur Iudex pœnam minuere , ſecus in ſecundo, quæ omnia eo magis in hac ciuitate, & Regno conſide- 2

Digitized by Google

conſideranda eſſe dicebatur, vbi malitia ſupplet ætatem, cum ex diſpoſitione conſtitutionis Regni *Minorum iura*, maior dicitur, qui decimum octauum annum expleuit, frequentiſſima enim apud nos ſunt delicta, longè plura, & grauiora, quam in aliis Italiæ partibus, & totius chriſtianitatis, ſicque ſeuerius puniri debent, ad tex. *in l. aut facta §. euenerit ff. de pœnis*. Quare relata cauſa in Collaterali Conſilio, & coram præfato Domino Cardinale Prorege, omnes Domini Regiam Cancellariam Regentes, & plures alij huius voti fuerunt, nimirum, vt in Iudicis arbitrio ſit delicti pœnam minuere, alij verò indiſtinctè tenuerunt, quod ratione minoris ætatis cogatur Iudex delicti pœnam minorare; demum fuit promulgata pragmatica Sanctio, qua expreſsè ſancitum fuit, vt remittatur arbitrio Iudicis, qui inſpecta qualitate perſonæ minoris, & delicti valeat pœnam minuere, vel à lege ordinatam exequi, & quod nullatenus ratione minoris ætatis pœnam ordinariam minuere cogatur; Vnde illinc ad multos annos cum in Magna Curia Vicariæ quidam iuuenis minor decem, & octo annis ſed maior quatuordecim de vitio nefando, vt patiens inquiſitus reperiretur, quia deteſtabile hoc facinus pluries cum multis commiſerat, fuit ſententia mediante ad mortem condemnatus; ſed interpoſita appellatione ad Sacrum Conſilium, & fiſco inſtante, vt in Collaterali Conſilio decideretur, ob timorem, ne per Sacrum Conſilium ſententia illa ratione minoris ætatis modificaretur, cum octo eſſent votantes in paritate remanſerunt, nam quatuor fuerunt voti pro confirmatione Sententiæ Magnæ Curiæ, nimirum vt minor ille vltimo afficeretur ſupplicio, alij verò quatuor vt ad perpetuò remigandum eſſet alligatus; principalis ratio illorum, qui ſententiæ Magnæ Curiæ adhæſerunt inter quos Dom. iſte Regens ea fuit, quia inquiſitus atrociſſimum hoc delictum iuxta propriam confeſſionem committere ſolitus erat, ſicque ratione conſuetudinis delinquendi grauius dicebatur delictum, & ſucceſſiuè grauior eius pœna *l. 3. C. de Epiſcop. audient. l. quicumque C. de ſeru. fugitiu.* Erat etiam minor ille ſagax, vt conſtabat ex literis ſuo amatori ſcriptis, vnde ſatis ad propoſitum allegabatur Io. Anania *in rubr. extra de delict. puerorum*, vbi *in fine* dicit, quod induſtria, ſapientia, aſtutia, ſagacitas, prudentia, & malitia ætatem ſupplent, præſumptionemque fragilitatis ſexus excedunt, fuit pariter ponderatum Dominum Regentem Salazar atteſtatum fuiſſe, eo in Magna Curia criminum Iudice exiſtente, & Commiſſario fuiſſe quendam minorem de hoc crimine inquiſitum ad mortem condemnatum, ſententia demum in gradu appellationis per Sacrum Conſilium confirmata. Vnde.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## OBSERVATIO.

1 PRagmatica Sanctio, quam Dominus Regens hîc allegat, eſt prima *in tit. de minoribus*, cum qua concordat altera, quæ eſt *2. ſub tit. de furtis*; his enim Regiis ordinationibus cauetur in Iudicantium arbitrio eſſe minores pro criminibus per eos commiſſis ordinaria, vel potius mitiori pœna feriendos, conſiderata ſemper delicti atrocitate, perſonæ qualitate, delictorum reiteratione, cæteriſque aliis de iure conſiderandis recte perpenſis: ciſcumſcripta autem Regia hac ordinatione non dubito magis communiter apud nos receptum eſſe, vt in atrociſſimis poſſit minor ad mortem condemnari, id quod ſatis bene ex noſtratibus probat Petr. Foller. *in addit. ad Marantam in prax. part. 4. diſtinct. 2. num. 84. fol. mihi 62.* vbi refert caſum, ex quo Dominus Cardinalis Paceccus Regni huius tunc generalis Locumtenens motus fuerat reſcripto ſuo ordinare, vt iunctis omnibus Tribunalibus huius Ciuitatis decideretur articulus hic à Domino Regente noſtro propoſitus, idemque Dom. Præſ. de Franch. *deciſ. 230.* qui ambo deciſiones Magnæ Curiæ pro fiſco proditas, & per Sac. Conſil. confirmatas referunt Thom. Gramatic. & Cæſar. Vrſill. ſimiliter de his memores, ille *in conſtit. Regni Minorum iura num. 7. 8. & 9.* iſte *in addit. ad Afflict. deciſ. 287. numer. 7. & 8.* ſic allegantes Foller. *loco ſupra relato*; Quodque ſententia hęc in puncto iuris ſit magis vera, credo ſatis fuiſſe à me demonſtratum *reſol. iuris lib. 2. cap. 169.* vbi ſimiliter aliam retuli Magnæ Curiæ determinationem, & in puero annorum duodecim, qui cum duobus aſſociatus Dominum ſuum occiderat, & memini de Ioſepho Ludouico, qui *in deciſ. ſua Lucenſi 17. num. 55. & 72.* atteſtatur, dum Sanctiſſimus ille Pontifex Pius Quintus ſederet, duos pueros in Alma Vrbe vidiſſe furcis ſuſpenſos, alterum Firmanum, qui patruum ſuum præsbiterum in potu medicinæ venenauerat, ad hoc vt citius beneficia eiuſdem eccleſiaſtica, in quibus impiiſſimus ille habebat regreſſum, conſequeretur; alium verò, qui inſimul cum viarum graſſatoribus habenas tenuerat equi, cuiuſdam Tabellionis Veneti, dum in via publica multas pecuniarum quantitates illi furarentur, ſic firmans in minore delinquente Iudicis arbitrium vſque ad mortem naturalem incluſiuè extendi poſſe, & ad idem allegaui pariter Proſp. Farinac. qui *in tit. de pœnis temperan. quæſtion. 92. num. 107. in fine*, ſic loquitur. *Et ego memini etiam tempore Gregorij XIII. in Arce Sancti Angeli ſuſpenſum per pedes quendam adoleſcentulum, qui fuit conſcius, & particeps fugæ, quam iam præparauerat ex illa Arce facere (prout in ipſo actu fuge fuit præuentus, & captus (Caſar Caetanus, qui & ipſe tunc fuit capite obtruncatus, &c.*

## ARGVMENTVM.

Iuriſdictio ſi eſt alicui conceſſa ad certas cauſas, ſiue ad certum genus perſonarum, eo expreſſo, vt nemo alter, niſi iſte eam habeat iuriſdictionem, nùm per hanc expreſſionem cenſeatur derogatum iuriſdictioni Iudicis Ordinarij. Iuriſdictio baiulationis,

 quam

quam habent Vniuerſitates in Regno, num priuatiuè ad Iudices ordinarios locorum conceſſa intelligatur, uel potiùs cumulatiuè; & de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCCCXXVI.

1 DVBITABATVR in Regia Camera ſi per gratiam, ſiue priuilegium à Rege Frederico Vniuerſitati Raguſæ conceſſum, quod demum per Cæſaream Maieſtatem confirmatum extitit; vt nemo, niſi Conſul nationis cognitionem haberet cauſarum ciuilium omnium mercatorum, & nautarum Raguſeorum, cenſebatur derogatum iuriſdictioni Illuſtriſ. Regni huius Admirati circa cognitionem, quam habebat, & habet ampliſſimam omnium cauſarum, tam ciuilium, quàm criminalium in omnes, & quaſcunque perſonas cuiuſuis nationis, quæ in hoc Regno viuunt de arte maritima?

2 Pro Raguſeis dicebatur, quod quamuis veriſſima eſſet Doctorum concluſio, quæ pro Admirato ponderabatur, vt quando iuriſdictio eſt vni conceſſa ſimpliciter, non cenſeatur ſublata iuriſdictio alteri per prius conceſſa generaliter, ita vt priuatiuè conceſſa non intelligatur, ſed cumulatiuè, vt per Bart. *in l. 1. C. de offic. Præf. Vrb.* Felyn. *in c. cæterum de iudic.* Aretin. *in l. ex facto §. item quæro ff. de vulgar. & pupill.* Roman. *conſ.* 393. & Barbat. *in c. 1. de offic. deleg.* tamen fallit concluſio hæc in aliquibus caſibus, de quibus per Angel. *in Auth. habita C. ne filius pro patre.* & Aret. *in l. quod in rerum §. ſi quis poſt ff. de legat.* 1. Et ad rem noſtram, primò quando eſt conceſſa iuriſdictio vni ſpecialiter, nimirum, vt ſolum ille Iudex, cui commiſſa eſt ſpecialiter iuriſdictio, cognoſcat de illis cauſis ſpecialibus, eo enim caſu cenſetur derogata iuriſdictio illis Iudicibus, qui alias iuriſdictionem habebant ordinariam in omnibus cauſis, ſicque annuebatur procedere tex. *in d. §. ſi quis poſt, l. quod in rerum ff. de legat.* 1. Eoque magis, ſi hæc noua ſpecialis conceſſio ad Partis ſupplicationem, prout in caſu propoſito, non autem motu proprio concedentis conceſſa eſſet. Bald. *in Auth. habita C. ne filius pro patre*; fallit ſecundo loco concluſio prædicta ad propoſitum, quando de concedentis intentione conſtat, quod voluit per conceſſionem ſpecialem iuriſdictionem generaliter alteri conceſſam, vel de iure competentem adimere, tunc enim ſine dubio in caſibus ſpecialiter conceſſis iuriſdictio alteri generaliter competens denegata cenſetur, ita Ang. *in l. teſtamenta omnia C. de teſtam.* & Aretin. *in d. §. ſi quis poſt*; in caſu, de quo agebatur conceſſum extiterat vt de cauſis ciuilibus Raguſeorum maritimis, nonniſi eorum Conſul cognoſcere poſſet, ergò aliis iudicibus de his cauſis cognoſcendi cenſebatur omnino abrogata poteſtas, quare relata cauſa per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, & coram Domino Cardinale Pacecco Regni Generale Locumtenente, fuit nemine diſcrepante pro Raguſeis contra Admiratum deciſum, quæ deciſio ſatis comprobatur ex dictis per Aret. *conſ.* 102.

---

## OBSERVATIO.

HIc deciſum habemus, quod quando iuriſdictio eſt alicui conceſſa ad certas cauſas, ſiue ad certum genus perſonarum, eo expreſſo, vt nemo alter, niſi iſte eam habeat iuriſdictionem, per hanc expreſſionem cenſeri derogatum iuriſdictioni Iudicis Ordinarij, quod contrarium diceretur, vbi ſimpliciter eſſet conceſſa iuriſdictio, non aliter expreſſo, *vt nemo alter.* Etenim ſine controuerſia procedit quod quando ſimpliciter iuriſdictio eſt vni conceſſa non per hoc cenſetur abdicata ab alio, cui per prius conceſſa eſt generaliter; ſed ſic conceſſa intelligitur cumulatiuè, ita poſt Bart. & alios quos citat, probat *hîc* Dom. Regens noſter, & ex recentioribus in puncto Iacob. Cancer. omninò videndus *var. reſol. par. 2. cap. 2. num.* 220. vbi cum dubitaretur, an Iudex ordinarius vnius Ciuitatis potuiſſet criminaliter procedere contra quendam de ſua iuriſdictione, quem compertum fuit falſis menſuris, & ponderibus vſum fuiſſe, vel potius cognitio hæc priuatiuè ſpectaret ad eiuſdem loci Ædiles, quibus peculiari priuilegio iuriſdictio hæc conceſſa erat, conſultus Cancer. reſpondit; Iudicem ordinarium Ædileſque in huius criminis cognitione, & punitione concurrere, ſicque inter eos locum eſſe præuentioni, ea quidem principaliori ratione, quia iuriſdictio ſpecialis nullatenus conceſſa dici poteſt priuatiuè ad ordinariam maioris poteſtatis, ſiue Iudicis ordinarij, ſed cumulatiuè per iura ſatis clara *in l. fin. C. de iuriſd. omn. Iudic. in l. 1. C. de offic. Præf. Vrbis in c. per hoc de hæretic. in 6. & in Clem. 1. eod. tit.* Idemque adeo verum (addit Cancer. *num.* 221.) aliquos exiſtimaſſe, vt hæc omnia procedant adhuc ſi ſpecialis iuriſdictio per verba taxatiua conceſſa eſſet, vt ſi dictum eſſet, vt ſolum ille cognoſcat, ita ſanè ſcripſerunt Dec. *conſ.* 3. & Rolan. à Valle *conſ.* 80. *num.* 10. *lib.* 2. poſt alios, quos citat, ſed hoc, vt impertinenter dictum, meritò reiicitur à Cancer. per rationes, vt ipſe dicit traditas à Franciſco Ripa *in tract. de peſte, in tit. de remed. preſeru. num.* 62. & à Felyn. *in c. Paſtoralis de offic. ordin.* Quo loci ad concluſionem ſupra firmatam octo accommodat limitationes, & pro opinione Cancerij, nimirum, vt quando conceſſa eſt vni iuriſdictio ad certum genus cauſarum, eo expreſſo, vt ſolus cognoſcat, vt in caſu huius deciſionis, cenſeatur iuriſdictio priuatiuè huic conceſſa, videndus eſt Affl. *in Conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ n.* 58. 1

Corroborantur dicta per Cancer. *in principali concluſione ex ſcriptis* per me *lib. 1. reſolut. iuris cap.* 213. *à num. 1. vſque & per tot. num.* 13. vbi ſuſtinui, iuriſdictionem baiulationis, quam ex Principis conceſſione habent Vniuerſitates pro damnis datis, ac etiam pro cognitione certarum cauſarum ciuilium parui momenti cumulatiuè ad Iudices ordinarios locorum, non autem 2

priua

Digitized by Google

priuatiuè intelligi conceſſam, rationibus vt ibi, licèt demum *num.* 14. dixerim in Regno ſententiam, quæ Vniuerſitatibus fauet, crebriùs obtinuiſſe; vt nimirum iuriſdictio Baiuli locorum pro damnis da·is priuatiuè ad officiales Baronis conceſſa dicatur', non autem cumulatiuè, attenta diſpoſitione conſtitutionis *Iuſtitiarÿ nomen, & normam,* vbi Affl. *in* 10. *notab.* & per multas rationes, vt ibi per me conſideratas, quas vide.

3 Concludamus igitur cum Domino Reg. noſtro regulariter, & in puncto Iuris, veram eſſe concluſionem, nimirum, iuriſdictionem vni ex ſpeciali priuilegio conceſſam, ad certum genus perſonarum ſiue ad certas cauſas cumulatiuè cum Iudice ordinario intelligi demandatam; eam autem pluribus modis limitari, & ſignanter quando de concedentis voluntate conſtaret, quod voluerit ille per conceſſionem ſpecialem, iuriſdictionem adimere generalem alteri antea conceſſam, vel de iure competentem, prout in ſimili loquebatur Gratian. *diſcept. Forenſ. lib.* 1. *cap.* 182. *à num.* 10. quem inſequuti ſunt Caſtill. *deciſ. Sicilia* 39. *in addit.* & Giurb. *deciſ.* 81. *num.* 6. vel quando iuriſdictio vni ex ſpeciali priuilegio conceſſa reperitur, eo expreſſo, vt ipſe ſolus, ſiue, vt nemo niſi ipſe cognitionem illarum cauſarum habeat.

4 Prout eſt iuriſdictio conceſſa Dohanerio Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuleæ, huic enim cum in certum genus perſonarum conceſſa eſſet iuriſdictio expreſſis verbis fuit dictum, vt nemo alter, niſi ipſe ſolus poſſit ſubditos ſuos cognoſcere, & non ſolum paſſiuè, nimirùm vt ſubditus Dohanæ non poſſit in ius vocari, niſi coram Dohanerio; ſed etiam actiuè, & ſic quando ſubditi agunt; cum illis enim limitatur regula, vt actor teneatur ſequi forum rei, nam ad eorum Iudicem, & ſic ad Regiam Dohanam trahunt quamlibet perſonam, etſi alterius fori, & quantumuis priuilegiatam, etiam Neapolitanos, ita Domin. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 4. §. 8. *à num.* 46. Dom. Reg. Capic. Galeot. *controu. Iuris lib.* 2. *controu.* 23. *num.* 17. Dom. Conſil. Carleu. *in tract. de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 6. *ſect.* 8. *num.* 687. Ioan. Mar. Nouar. *de elect. fori ſect.* 4. *quæſt.* 63. *num.* 10. Io. Baptiſta de Thoro *in compend. deciſ. p.* 1. *in verbo Neapolitani* Eliſ. Danza, *de pugna Doctor. lib.* 2. *in titulo de immunit. Neap. cap.* 1. *num.* 11.

5 Vlteriùs Regia Dohana Menepecudum cognoſcit illum, qui ſubditum ſuum in perſonam, vel in bonis offendit, quamuis offendens, non ſit ei ſubiectus, vt ſatis benè obſeruauit Ioannes Baptiſta de Thoro *in addit. ad Dom. Reg. de Ponte in d.* §. 8. *ad n.* 49. ſub illis verbis, *Et vidi obſeruatum, dum annis elapſis Fogia aſſiderem, fuiſſe quendam Arianenſem per Auditorem Regiæ Dohanæ laqueo ſuſpenſum, eo quod certos Dohanatos in Campanea cum aliis diſrubauerat & non aliter ſubditos Regiæ Dohanæ &c.* Sicque memini ſemel vti Cōmiſſarium Reg. Dohanæ mādaſſe Regiæ Audientiæ Aprutinæ, vt ad Regiam Dohanam remitteret quendam inquiſitum, & carceratum pro offenſionibus illatis in perſonam ſubditi Regiæ Dohanæ, quamuis offendens, non eſſet ei ſubditus, quæ omnia benè probantur *in cap.* 28. *inſtructionum Regiæ Dohanæ* ordinatione Domini Cardinalis de Granuela Regni huius Locumtenentis generalis de anno 1514. emanatarum, in cuius tamen capituli reformatione declaratur, vt tempore æſtiuo, quo ſubditi ab Apulea diſcedentes ad patrias regrediuntur, pro negotiis Regiam Dohanam non tangentibus cognitio ſit Baronum, ſiue de cauſa ciuili, ſiue de cauſa criminali agatur, quod quidem tempus æſtiuum licèt aliqui interpretati ſint, vt incipiat à die 8. menſis Maij, & deſinat in die 29. menſis Septembris, & vt vulgò circumfertur *de vno Sancto Angelo all' altro.* Attamen ſi ordinationis verba attendere velimus, mentemque Legiſlatoris veritas eſt, quod incipit ab illo die quo Locati ab Apulia diſcedunt, & poſtquam ad proprias patrias perueniunt; ſecundum quod temporis neceſſitas expoſcit. Hyemali verò tempore (quod interpretatur à die quo locati ab Aputrinis Prouinciis diſcedunt, quamuis diſceſſus contingat ante vigeſimum nonum diem menſis Septembris, & in Apuliam ſe conferunt, ſic ibi commorantes, donec, & quouſque poſtea ad Patrias Aprutinas reuertuntur') Iuriſdictio ex integro ſpectabit ad Dohanerium, pro quibuſuis cauſis ciuilibus, criminalibus, & mixtis actiuè, & paſſiuè, cum hac tamen declaratione reſpectu delictorum hoc medio tempore forſan patrandorum, quod ſi ſubditus Dohanæ delinqueret in aliqua Regione extra Dohanam, ſicque in Prouinciis ipſi Dohanæ non ſubiectis, tunc criminis patrati cognitio ſpectabit ad officiales illorum locorum, in quibus crimina patrata ſunt, prout expreſſis verbis cautum eſt in reformatione dicti Capituli 28. ac in nimis clara declaratione illius; cuius quidem Capituli, & reformationis, ac declarationis teneor eſt vt ſequitur.



## Capitulum 28. inſtructionum Regiæ Dohanæ Menepecudum.

*Item perche con difficultà ſi potranno oſſeruare li priuilegÿ, & ordini dell'immunità, & prarogatiue predette conceſſe ad eſſi Fidati, ne l'iſteſſa Dohana può ben gouernarſi, quando non ſe li conſerui, & oſſerui ancora la giuriſdittione conceſſa per li retro Rè di queſto Regno al detto Magnif. Dohaniero, & ad'eſſa Dohana confirmata poi continuatamente. Volemo perciò & eſpreſſamente ordinamo, e comādamo à tutti, e ſinguli Officiali maggiori, & minori di queſto Regno, tanto Regÿ come de Baroni, & ad'eſſi Baroni, ò altri, à chi ſpetterà preſenti, & futuri inſolidum, ſotto pena di ſcuti mille da eſigerſi irremiſſibilmente da ciaſcuno, che contraueneſſe, che non ſi habbiano, ne ciaſcuno di eſſi s'habbia in modo alcuno ad intromettere direttè vel indirectè nella giuriſdittione di eſſo Mag. Dohaniero, il quale aſſolutamente hà da conoſcere dell'huomini d'eſſa Dohana, per qualſiuoglia cauſa, ciuile, criminale, ò miſta, per qualſiuoglia delicto per enorme che ſia, quali huomini di Dohana declariamo, che s'intendano come già per molte altre prouiſioni è ſtato dichiarato, eſſerno non ſolo l'Officiali di eſſa Dohana, li Locati di quella, & altri che ſtanno notati in li Regÿ libri di eſſa Dohana, ma tutti quelli che per qualſiuoglia cauſa, & eſercitio ſono ſoliti calare, e calano da Aprụzo in Puglia con eſſa Dohana, alle quali perſone dichiaramo, & ordinamo che ſi ha da oſſeruare, etiam la prerogatiua del foro, in modo tale che non ſolo non poſſano eſſer loro chiamati, ne conuenuti auanti d'altro Tribunale che del detto Mag. Dohaniero per neſſuna ſorte di cauſe, come di ſopra s'è detto, ma anco, che eſſi, & ciaſcuno di loro poſſano, & poſſa per qualſiuoglia cauſa ciuile, criminale; ò miſta trahere auanti di detto Mag. Dohaniero, ò ſuo Luogotenente, & Officiale, tutte, e qualſiuoglia perſone quantumuis priuilegiate, che ſiano, durante il tempo da che detta Dohana ſi muoue dalle Montagne d'Apruzzo, finche ritorna in eſſe e quelli ancora tutti che reſtaſſero in Puglia per ſeruitio, ò negotio pertinenti à Dohana, però l'Eſtate ritornati, che ſaranno in Apruzzo, detti di Dohana debbiano godere l'iſteſſi priuilegÿ, quanto à non eſſerno tratti per le cauſe come di ſopra, verum circa il trahere, non lo poſſano, ſe non in coſe tantum toccantino à Dohana, benvero in abſenza di detti officiali di Dohana, l'altri officiali delle terre e Luoghi demaniali, e de Baroni, in la giuriſdictione de quali eſſi di Dohana delinqueſſero', poſſano procedere all'inquiſitione, & etiam biſognando, e ricercandolo il caſo, alla Cattura, con auiſarne però ſubito detto Mag. Dohaniero, ò ſuo Luogotenente, & Officiali che più propinqui*

*pinqui ſi troueranno, acciò poſſano mandare per eſſi, e detti officiali, ce le debbiano incontinenti rimettere, & conſignare vna com l'atti, & proceſſi orignali à ſemplice richieſta d'eſſo Magnifico Dohaniero, ò del ſuo Luogotenente con fede dell'vno, & l'altro, inſieme ancora con loro armi, animali, e robbe, che li fuſſero ſtate tolte, per laquale remiſſione non ſi habbia da pagare coſa alcuna, ne per via di portello, ne per altra qualſiuoglia cauſa, conformi alli banni Regij fatti da noi etiam che ſpontaneamente voleſſero pagare, il che volemo, & ordinamo che coſi inuiolabilmente ſi debbia oſſeruare.*

## Reformatio huius Capituli.

*In quanto al 28. & vltimo Capitolo della giuriſdittione del Mag. Dohaniero, dichiaramo, che nel tempo di eſtate, che detta Dohana è già ritornata da Puglia in Apruzzo, il detto Magnifico Dohaniero poſſa conoſcere delli negotij, & cauſe ciuili, criminali, e miſte, che ſaranno attingenti alla Dohana, ò dependenti da eſſa, ò di qualſiuoglia altra lite ciuile, ò criminale gia incominciata, etiam per ſola informatione, ò già pendente in Dohana però per le cauſe, & negotij extra Dohana, ò ſiano ciuili ò criminali, ò miſte, volemo, che la cognitione ſpetti alli Baroni delle perſone, e delli luoghi, conforme alla diſpoſitione della legge commune, e de loro priuilegij, alli quali non s'intenda fatta derogatione alcuna, à riſpetto di detti negotij extra Dohana & in detto tempo. Et in quanto al tempo dell'Inuerno, e da che cala la detta Dohana in Puglia e ſe ne ritorna in Apruzzo, volemo che la giuriſdittione ſia integramente di eſſo Mag. Dohaniero per tutte, & qualſiuoglia cauſa etiam con facoltà di trahere. Declariamo però che per li delitti ſe cõmetteranno da eſſi locati, & altri huomini di Dohana in alcuno luogo extra la Dohana, & extra li luoghi, doue detta Dohana paſce, dimora, & camina, in tal caſo tantum, poſſano eſſer conoſciuti dalli loro Baroni proprij, e dalli Baroni delli luoghi, doue detti delitti ſe commetteranno, conforme à quello ſerà di giuſtitia; però per qualſiuoglia delitto, che ſi commetta da altri in perſona di detti Locati ò loro beni, volemo ſia la giuriſdittione integramente del Mag. Dohaniero, e non altrimente.*

## Declaratio reformationis.

*PHILIPPVS Dei gratia Rex. Magnificè Miles Regiæ fidelis dilecte. Per voſtra parte ci è ſtato preſentato memoriale del tenor ſequente Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Signore Fabritio de Sangro Dohaniero di Puglia fà intendere à V. E. come per alcuni ſi pretende che lui in virtù del ſuo officio non habbia giuriſdittione in tempo d'Inuerno ſe non ſolo con li fidati in Dohana, che vẽgono d'Apruzzo, quando non fanno delitto toccante à pecore, & per alcuni altri ſe pretende, che quando alcuno locato fà qualche delitto, non facendolo in territorio aſſignatoli dalla Corte, non poſſa eſſere conoſciuto da eſſo, il che ſaria toglierli affatto tutta la giuriſdittione che tiene, & hà ſempre tenuto. E perche la Dohana neſſuna coſa la mantiene dopoi dell'herba, ſenon la giuriſdittione, & il giuſto fauore, & queſto ſaria de diretto contrario à tutti li priuilegij di eſſa Dohana, ad ogni conſuetudine, & al capitolo nouamente eſpedito, come del tenore, e parole d'eſſo potrà chiaramente vederſi, e li ſegnori Regenti far fede, che quando ſi fè detto Capitolo, fu coſi diſcuſſo, & riſoluto: ſupplica V. E. à reſtar ſeruità di prouedere, & comandare, che ſiano leuate dette diſpute, che naſcono ſolo dalla mala interpretatione di detto Capitolo, e che ſia oſſeruato inuiolabilmente, che altrimente ſaria tutto grandiſſimo diſſeruitio di ſua Maeſtà, danno di tutti li fidati d'eſſa Dohana, & infinita confuſione del peſo ch'eſſo Dohaniero tiene à carrico, con il quale memoriale ci è ſtata preſentata la copia del Capitolo dell'inſtruttioni fatte à detta Dohana, che ſegue &c.*

*In quanto al XXVIII. & vltimo Capitulo della giuriſdittione del Magnifico Dohaniero dichiaramo, che nel tempo dell'eſtate, che detta Regia Dohana è già ritornata da Puglia in Apruzzo il predetto Magnifico Dohaniero poſſa riconoſcere quelli negotij, & cauſe ciuili, criminali, e miſte, che ſaranno attingenti alla Dohana, ò dependentino da eſſa, ò di qualſiuoglia altra lite ciuile, ò criminale già cominciata, etiam per ſolam informationem, ò già pendente in Dohana, però per le coſe, e negotij extra Dohanam, ò ſiano ciuili, criminali, & miſti, volemo, che la cognitione ſpetti alli Baroni della perſona, e delli luoghi, conforme alla diſpoſitione della legge commune, e delli loro priuilegij alli quali non s'intenda fatta derogatione alcuna à riſpetto di detti negotij extra Dohanam in detto tempo; & in quanto al tempo dell'Inuerno, e da che cala la predetta Dohana in Puglia, e ſe ne ritorna in Apruzzo, volemo, che la giuriſdittione integramente ſia del detto Magnifico Dohaniero per tutte e qualſiuoglia cauſe etiam con la facoltà di trahere, declarandomo però, che per li delitti ſe commettono da eſſi locati, & altri huomini di Dohana in alcuno luogo extra Dohana, & extra li luoghi, doue detta Dohana paſce, dimora, e camina, in tal caſo tantum poſſano eſſer conoſciuti dalli loro Baroni proprij, ò dalli Baroni delli luoghi, doue detti delitti ſi commetteranno da altri in perſona di detti locati ò loro beni; volemo, che ſia la giuriſdittione integramente del Magnifico Dohaniero, e non altrimente.*

*E perche è coſa chiara, e coſi fù intentione allora quando ſi fè detto Capitulo, e tal'è anco adeſſo la noſtra hauendomo il tutto trattato, e diſcuſſo con lo Regio Collateral Conſeglio, che poſſiate, e debbiate conoſcere in tempo d'Inuerno, e da che cala la predetta Regia Dohana in Puglia, e ſe ne ritorna in Apruzzo, di tutte, e qualſiuoglia cauſe etiam con la facoltà di trahere, tanto contro li locati Puglieſi, come Apruzzeſi, ò di qualſiuoglia parte che ſiano, & altri huomini che s'intendano di Dohana, & per qualſiuoglia delitto etiam non toccante à materia di Dohana, & ancora che alcuno locato, ò altri predetti faceſſero qualche delitto extra lo territorio aſſignatoli dalla Regia Corte, ò in qualſiuoglia loco, atteſo le parole appoſte in detto Capitolo s'intendano ſolum per le Prouincie dou'eſta Dohana non ſtà locata, paſce, ne capita. Per tanto vidicemo, & ordinamo, che debbiate coſi oſſeruarlo, & eſequirlo, e ſe fuſſe ſtata fatta alcuna prouiſione, ò dichiaratione in alcuna cauſa di qualſiuoglia Tribunale contra la forma del predetto, lo redurrete ad priſtinum, come coſa fatta cõtro detto Capitolo e la noſtra intentione è che non deuea farſi & prouederete voi, à quanto ſarà di giuſtitia oſſeruando nel reſto la forma, e tenore del detto Capitolo, e non ſe facci il contrario per quanto ſe hà cara la gratia, eſeruitio della predetta Maeſtà, & altre pene appoſte in detto Capitolo. Datum Neapoli die 11. Februarij 1576. El Marquez. Illuſtr. Reuerterius Reg. Illuſtr. Salernitanus Reg. Illuſtr. Salazar Reg.*

Plus his diebus fuit, me referente per Regiam Camaram deciſum, quamuis non vnanimi Dominorum 1
Iudicantium conſenſu, ſed duobus ex illis contradicentibus, nimirum, vt iuriſdictio Regiæ Dohanæ ſit cum derogatione *l. vnica C. quando Imperator inter pupillos, & viduas, vel alias miſerabiles perſonas*, ſicque vt ceſſet priuilegium hoc, quoties actio eſſet dirigenda aduerſus Locatos Regiæ Dohanæ, & ita in puncto affirmauit Io. Maria Nouar. *in prax. elect. & variat. fori. ſect. 4. quæſt. 37. per tot.* Etenim dicebat vnus ex Dominis, quod hæc derogatio nullibi in ſcripturis per Regiam Dohanam productis legebatur, ſed tantum ex illis fundabatur, vt iuriſdictio Dohanerij ſit priuatiuè quoad omnes alios Iudices vt ſupra affirmauimus. Vnde cum ſine controuerſia procedat concluſio,

Digitized by Google

cluſio, vt nuſquam cenſeatur derogatum priuilegio legis vnicæ, niſi facta eſſet expreſſa mentio pupillorum, viduarum, & aliarum miſerabilium perſonarum, nec ſat eſſe ſi iuriſdictio conceſſa eſſet cum clauſula, *non obſtante quocumque priuilegio*, de quo oporteret ſpecialem facere mentionem, ſiue *non obſtantibus priuilegiis quibuſcumque etiam ſi eſſent talia, de quibus de verbo ad verbum facienda eſſet mentio*, vt ſcripſerunt Cyn. Fulgoſ. Paul. de Caſtro, Angel. & Alber. *in d. l. vnica*, Afflict. *in conſtit. ſtatuimus num.* 15. vbi refert ſæpè ſæpius ſic iudicatum, Foller. & Dom. Reg. Tap. *ibidem*, Grammat. *deciſ.* 20. D. de Franchis *deciſ.* 187. 192. *&* 517. *num.* 3. Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 1. *in tit. de citation. reſol.* 2. Capagn. *in c. quid decretum numer.* 9. Maſtrill. *deciſ.* 147. Caſtill. *deciſ.* 39. Giurba *deciſ.* 82. *num.* 4. & alij quos refert, & ſequitur Carloual. *cit. tract. de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quaſt* 6. *ſection.* 7. *num.* 578. quo loci huius concluſionis multifariam aſſignat rationem, ergo hac derogatione, verbis expreſſis non producta, non erat cur dici potuiſſet in conceſſione iuriſdictionis facta Dohanerio, fuiſſe derogatum priuilegio *l. vnica*.

7 Nec exempla pro iuriſdictione Regiæ Dohanæ producta applicabantur, nam quod alias de anno 1582. & 1599. Regia Camera mandaſſet Regiæ Audientiæ Barenſi; & Comitali Curiæ Placenti, vt remitterent ad Regiam Dohanam eius ſubditos, quos tenebant inquiſitos, fori electione inibi per viduas facta non obſtante, id ſumma cum ratione ordinatum fuit, nam cum Regiæ Prouinciales Audientiæ Curiæ Demaniales & Baronales Regni, ac etiam noſtra Magna Curia ſubditorum Regiæ Dohanæ Iudices ſint prorſus incompetentes, non eſt cur in his Curiis de fori electione contra ſubditos Regiæ Dohanæ tractari poſſit; conſtat enim vt fori electio legitimè procedat, neceſſe eſſe, vt Iudex qui eligitur, ſit competens ad cognoſcendum perſonam, contra quam fit fori electio, ita ſane Afflict. *in d. conſtit. ſtatuimus num.* 13. & *in deciſ.* 257. *num.* 2. *& ſeq.* vbi Vrſill. Carau. *in ritu* 233. *num.* 7. Campagn. *in d. c. Regni, quid decretum num.* 10. D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 601. Anell. Amat. *conſ.* 31. *num.* 14. Capiblanc. de Baron. *pragm.* 8. *num.* 236. Giurba *conſ. crim.* 48. *num.* 9. Horat. Viſcont. *in ſuis concluſion. in verbo fori priuilegium*, & alij, quos citat, & ſequitur Nouar. *in cit. prax. elect. fori ſect.* 1. *quaſt.* 2. *num.* 11. *&* 20. quibus addo Dom. Reg. Tap. *deciſ.* 43. *num.* 4. *verſ. cui reſpondebatur*; In caſu autem, de quo agebatur fori electio facta extiterat in Tribunali Regiæ Cameræ cui Regia Dohana ſubeſt, ſicque coram iudice omnino competente, ergo, minus ad cauſam faciebat argumentum, quod fiebat reſpectu priuilegij Neapolitanorum, dum dicebatur, quod Neapolitani trahunt omnes ad noſtra ſuprema Regia Tribunalia, nec ab aliis trahuntur, & tamen ſubditi Regiæ Dohanæ, non obſtante hoc priuilegio, illos trahunt ad eorum Tribunal, ergo propter regulam *ſi vinco vincentem &c.* ſi locati vincunt Neapolitanos, vtique vincere debent miſerabiles perſonas, quæ à Neapolitanis vincuntur; futile ſatis eſt hoc argumentum, nam quod Neapolitani non poſſint trahi ad aliud forum, quam Neapolitanum, imo quod ipſi trahunt ad hæc ſuprema Tribunalia, quaſcumque perſonas, etiam miſerabiles, vt per Carauit. *in ritu* 301. *num.* 2. per Viſcont. *in addit.* ad Dom. de Franch. *deciſ.* 416. & per Nouar. *in prax. elect. fori ſect.* 4. *q.* 63. *num.* 2. hoc prouenit ex geminatis gratiis à ſereniſſimis retro Regibus Aragoneis huic Ciuitati conceſſis, & licèt hodie trahantur à Locatis ad Tribunal Regiæ Dohanæ, hoc ſimiliter prouenit ex priuilegio nouiſſimè ſubditis Dohanæ conceſſo, vt poſſint ad illud Tribunal trahere quamcumque perſonam quantumuis priuilegiatam, ergo ex hoc ſequitur quod iuriſdictio Dohanerij ſit cum derogatione priuilegij legis vnicæ, quando de hac derogatione nullibi conſtat, negatur conſequentia.

Sed pro iuriſdictione Regiæ Dohanæ pro maiori 8 parte Dominorum iudicantium conſiderabatur, quod quamuis priuilegium cum expreſſa derogatione *l. vnica*, non producebatur, attamen negari non poterat quod ita communiter in Tribunali Regiæ Cameræ, & in ipſa Regia Dohana tentum fuit, nimirum, vt Dohanerius cognitionem hanc cum ſubditis ſuis habeat, etiam contra viduas pupillos, & alias miſerabiles perſonas, id quod dictum fuit ſatis conſtare ex libris notamentorum, ſignanter in illo de anno 1599. quando ſub die 11. Februarij fuit ordinatum Regiæ Prouinciali Audientiæ terræ Bari, vt ad Regiam Dohanam remitteret eius ſubditum, quem tenebat inquiſitum, fori electione facta per viduam non obſtante, hæc enim verba inibi leguntur. *Iulius Cæſar Mancinus legit litteras Auditoris Dohanæ Menepecudum Apuleæ ſcribentis: che l'Audientia de Terra de Bari non hà voluto remettere vna cauſa d'vno affittatore de terre ſalde preteſto che ſi tratta di vidue, e pupilli, & prouiſum quod ſcribatur Regia Audientia, che ce la remetta ſubito, già che la Dohana hà priuilegij contra viduas & miſerabiles perſonas &c.* Idemque compertum in libro Notamentorum de anno 1655. ſub die 15. Menſis Aprilis vbi legitur ſic, *Dominus Bayulus retulit: l'atti verteuti in Camera trà la vedua Laura Mautone, con Paolo Pannuta della Città d'Aſcoli fidato della Regia Dohana di Foggia ſopra lo giuditio d'aſſiſtenza domandato per detto Paolo contro detta Laura, & pariter retulit il memoriale di reclamatione lato per detta Laura, reclamando dal decreto interpoſto per eſſo Sign. Preſidente à primo di Marzo 1655. per lo quale fù prouiſto, che nella cauſa eſiſtente in Camera trà eſſa Laura Mautone con Paulo Pannuta, ſi rimetta nella Regia Dohana de Foggia, quale proceda in eſſa e facci giuſtitia, pretendendo detta cauſa ſi debbia trattare in Camera, eſſendo vedua, & pouera. Et fuit prouiſum, benè prouiſum per decretum prædictum.*

Vnde ex his dicebatur rem fuiſſe alias iudicatam 9 ſicque hodie determinare Regiam Dohanam non habere iuriſdictionem cum derogatione *l. vnica*, aliud non eſſet, niſi iudicare contra id quod aliàs per Regiam Cameram iudicatum extitit, & contra id quod hoc ſupremum Tribunal pro indubitato ſemper habuit, placuit proindè, ne in poſterum vllo vnquam tempore remaneret dubitandi locus, vt decretum proferretur per viam legis condendæ, & his, quæ ſequuntur verbis.

*Die 12. Septembris 1657. Neapol.*

*In cauſa in Regia Camera introducta pro parte Vrſulæ Guadagno Virginis in Capillis contra Illuſtr. D. D. Antonium, & D. Ioannem Baptiſtam de Angelis fidatos Regiæ Dohanæ Menapecudum Apuleæ carceratos in carceribus ipſius ex cauſa homicidij commiſſi in perſonam quondam Marij Guadagni fratris dictæ Vrſulæ, prout ex prouiſionibus per Regiam Cameram expeditis ſub die 26. menſis Iulij proximi præteriti ad Regiam Dohanam directis pro tranſmiſſione informationis contra dictos de Angelis per ipſam capta ex cauſa dicti homicidij, ſtante electione fori facta per dictam Virginem in Capillis, vt ex dictis prouiſionibus in actis fol. 1. apparet.*

*Viſis ſcripturis in actis præſentatis, per Dominum Militem Illuſtr. D. Donatum Antonium de Marinis Præſidentem Regiæ Cameræ & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in dicta Regia Camera coram ſpectabili Domino Regenti D. Gaſpare de Sobremonte Lo-*



Digitized by Google

*cumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino Ioanne Hieronymo de Philippo Regalis Patrimonij Fiſci Patrono, fuit per dictam Regiam Cameram Conſ. prouiſum, & declaratum, Regiam Dohanam Menepecudum Apuleæ in prima inſtantia cum ſubditis ſuis actiuè, & paſſiue cognitionem habere omnium cauſarum ciuilium, criminalium, & miſtarum priuatiuè, quoad omnes alios Iudices, tàm inferiores, quam ſuperiores, etiam cum derogatione l. vnica C. quando Imperator inter pupillos, & viduas vel miſerabiles perſonas cognoſcat, & ne exhibeantur, ac proinde in cauſa homicidij commiſſi in perſonam quondam Marij Guadagni, eadem Regia Dohana procedat, & iuſtitiam faciat, fori electione facta in hac Regia Camera per Vrſolam Guadagno Virginem in capillis ſororem dicti quondam Marij non obſtante, hoc ſuum &c.* Donatus Ant. de Marinis Illuſtr. Fiſcus Conſ. Hieronymus Bolinus Secretarius Antonius Padula.

## *ARGVMENTVM.*

Contractus alienationis feudi nùm inualidus & ob defectum Regij aſſenſus nullus ſit cenſendus, dum conditiones appoſitæ in aſſenſu à Principe præſtito, cum clauſula *nec aliter, nec alio modo*, adimpletæ non fuerunt; Et an in caſu reuocationis, feudum ſit vna cum fructibus venditori reſtituendum, & pretium emptori vna cum intereſſe. Clauſula *nec aliter nec alio modo*, cuius eſt importantiæ; Et de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCCXXVII.

1 CVM ob rebellionem olim Principis Salerni omnia eius bona feudalia ad Regiam Curiam reuerſa eſſent, inſtabat Regius fiſcus per Regiam Cameram declarari, terram Colubrarij olim venditam à dicto Principe Magnifico Ioanni de Rogerio ad eandem Regiam Curiam ſpectare, ex eo, quod Conditiones per Cæſaream Maieſtatem appoſitæ in aſſenſu præſtito ſuper venditione dictæ terræ, cum clauſula *nec aliter, nec alio modo*, adimpletæ non fuerunt; contradicebat Ioannes emptor, & poſſeſſor, quare dubitatum fuit quid iuris?

2 Pro fiſco principaliter dicebatur dubitari non poſſe de nullitate contractus ob defectum Regij aſſenſus, qui cum eſſet præſtitus ſub certa conditione, & forma, quæ non fuit ſeruata, ſtante clauſula appoſita, *nec aliter, nec alio modo*, aſſenſus nullus remanſit; ſi nullus, feudum illud ſic venditum dicebatur ad Regiam Curiam, prout & alia ob Principis rebellionem reuerſum, ad tex. *in cap. 1. §. quid ergo de inueſt. de re alien. fact.* Et quod plus, pretium pariter fuiſſe admiſſum, ad not. per Andr. *in c. Imperialem §. vnde Imperator Lotharius, de prohib. feud. alien. per Freder. & in c. 1. §. commercium, de prohib. feudi alien. per Lothar. & in conſtitut. Conſtitutionem Diuæ Memoriæ*, Sed circa hoc reſpondebatur per emptorem pretium per ipſum exburſatum fuiſſe verſum in augmentum bonorum feudalium dicti olim Principis, & ſucceſſiuè ipſius Regiæ Curiæ, quæ iure Dominico ad ipſam bona omnia obuenerant, vnde caſu, quo declararetur dictam terram ſic venditam ad Regiam Curiam deuolutam, omninò erat ipſi emptori pretium reſtituendum, per tex. vbi eſt caſus *in l. ſi præiudium C. de præd. minor. & in l. pen. §. 1. ff. de reb. eorum.* In quibus iuribus expreſsè cauetur, quod ſi tutor ſine Iudicis decreto vendit prædium minoris, ſiue pupilli, illiuſque pretium in eiuſdem pupilli beneficium conuerſerit, licet ſit nulla venditio, ita vt pupillus prædium venditum cum fructibus vendicare poſſit, tamen pretium cum vſuris omnimodò præſtare cogetur, quia alias locupletaretur cum aliena iactura; quare relata cauſa per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, fuit deciſum, terram prædictam fuiſſe ad Regiam Curiam deuolutam, reſtituto tamen emptori pretio exburſato; & quoad fructus per illum perceptos poſt Principis rebellionem, vt illi compenſarentur cum introitibus per fiſcum perceptis ex corporibus acquiſitis per Principem mediante dicto pretio; nec fuit in deciſione cauſæ habita ratio de alio Regij fiſci motiuo, dum præſupponebat, quod dictus Ioannes emptor debebat ab omni iure ſuo cadere, ex eo quod à vaſſallis fidelitatis iuramentum ſibi præſtari fecerat, licentia à Domino Prorege prius non impetrata, iuxta Conſtitutionem *Comite, vel Barone*, Nam fuit reſponſum primò pœnam amiſſionis feudi, & publicationis omnium bonorum in dicta conſtitutione præſcriptam nunquam fuiſſe practicatam. Secundò quia iuramentum præſtitum extiterat in manibus procuratoris Baronis, qui cum mandatarius conſtitutus eſſet ad fidelitatis iuramentum recipiendum, hoc mandatum intelligi debebat, prout de iure requirebatur; nimirum habita prius licentia à Rege iuxta formam dictæ conſtitutionis, ne aliter dictus Baro in pœnam incideret; in dubio enim non cenſetur datum mandatum, vt quis incidat in pœnam, *l. licet §. ſi procurator ff. de condit. indebit.* & ferè in terminis Corn. *conſ. 193. in fine lib. 1.* vnde communiter per Dominos votantes tentum fuit, non eſſe locum præcitatæ conſtitutioni *Comite, vel Barone*; nec pariter fuit dictum de iure proceſſiſſe aliud vaſſallorum motiuum, dum ad Regium Demanium ſe admitti petierant; etenim quando inſtantia hæc propoſita fuit, tempora non largiebantur, nam facta emptione à dicto

Ioanne

Ioanne de Rogerio, illum in Dominum receperunt pacificè, & quietè, abſque vlla proteſtatione, & per annos ſeptem eorum vtilis Dominus fuit, quocirca de cætero audiri non poterant, ad not. per Andream *in c. Imperialem §. prætereà Ducatus, verſ. Dominus de proh. feud. alienat. per Frederic.* Nec pariter ad reſtitutionis in integrum beneficium recurſum habere poterant, cum nedum quatriennium à die captæ poſſeſſionis; ſed ſeptennium eſſet elapſum, ideo obſtabat directo tex. *in cap. 1. de reſtit. in integ. in 6.*

---

## OBSERVATIO.

1 QVod Regius aſſenſus ſuper feudi venditione impetratus, ipſo iure nullus dicatur iuxta ſententiam Domini Regentis noſtri hîc, quoties non fuit adimpletum, quod ibi adimpleri mandatur, maximè ſtante clauſula ibi appoſita, nimirum *nec aliter, nec alio modo*, in puncto ex noſtratibus ſcripſerunt Affl. *deciſ. 335. à num. 15. & in cap. 1. ſub num. 19. verſ. Item illud de vaſſallo qui contra conſtit. Lothar.* Camer. *in c. Imperialem fol. 14. lit. H, de probib. feud. alien. per Frederic.* Dom. Reg. de Ponte *conſ. 5. n. 32. lib. 1. & conſ. 60. lib. 2.* Franc. Amic. *de his qui feud. dare poſſ. in quæſt.* quæ incipit *Vlterius fol....* Gizzarel. *deciſ. 3. numer. 15.* & Dom. Reg. Rouit. *in pragm. 20. in fine de feud.* quos Ego inſequens in vnum collegi *lib. 1. reſolut. iur. c. 124.* Etenim clauſula illa *nec aliter, nec alio modo*, apud omnes receptiſſimum eſt, vt conditionem importet, qua deficiente affirmant Doctores perinde eſſe, ac ſi nihil actum eſſet, ita Iaſ. *in l. fin. num. 142. C. de iure emphyt. & conſ. 162. num. 5. lib. 2. & conſ. 86. num. 19. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 12. num. 104. lib. 2.* Caſſador. *dec. 2. num. 7. de ſimon.* Verall. *deciſ. 72. num. 7. par. 3.* Anton. Monac. *deciſ. Florent. 23. num. 3.* Seraphin. *deciſ. 838. num. 7.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 803. numer. 38. & cap. 949. num. 7. & cap. 971. num. 2.* & alij, quos ad nauſeam refert, & ſequitur Auguſtin. Barboſa *de clauſul. vſu frequent. clauſ. 81. num. 11.*

2 Ad confirmationem autem alterius concluſionis hic firmatæ, vt data nullitate contractus emptionis, & venditionis, res ſit venditori reſtituenda vna cum fructibus, & emptori pretium vna cum intereſſe, ex iuribus hic citatis *in l. ſi prædium C. de prædiis & aliis reb. minor.* in propria materia nullitatis contractus rei feudalis, videndi ſunt Conſiliar. Gizareſl. *deciſ. 29. num. 1.* Reg. Tap. *deciſ. 5. cap. 8. numer. 7. & 8.* Conſil. Marcian. *conſ. 49. num. 3. lib. 1.* Ego ipſe *reſolution. iur. lib. 1. cap. 129. num. 3. & cap. 83. num. 15. lib. 2.* In caſu tamen huius deciſionis notamus, non aliter fuiſſe factam reſtitutionem hinc inde fructuum, & intereſſe; ſed quia Princeps, qui feudum vendiderat, cum pretio per Ioannem emptorem exburſato, certa corpora acquiſierat, quorum annuos redditus fiſcus poſtea exegerat, dictum fuit, fructus per emptorem à feudo perceptos cum his annuis redditibus per fiſcum exactis fore, & eſſe compenſandos; quod autem in hac materia, crebrius fuerit in Sacro Conſilio ſeruatum palam eſt omnibus, nimirum, vt venditore reuocante, teneatur emptor feudum cum fructibus perceptis reſtituere, venditor verò pretium cum intereſſe, at vbi emptor reuocat, noſcimus centies ſeruatum, vt fiat hinc inde compenſatio, prout poſt Domin. Reg. Tap. *in ſupracit. deciſ. 8.* & Io. Franc. Capiblanc. *de Baron. par. 2. cap. 21. à num. 14.* qui Sac. Conſil. deciſiones referunt, ſolidiſſimis rationibus ni fallor demonſtraui Ego *reſolution. iur. lib. 2. relato cap. 83.* dum in facto iura Doctoris Caroli de Campora tuerer, pro quo poſt impreſſionem illam prodiit huius ſupremi Senatus determinatio, quæ eſt tenoris ſequentis.

## ARGVMENTVM.

Releuium an ſit Regiæ Curiæ ſoluendum à Legatario, cui legatum eſt feudum cum Regio aſſenſu. Inueſtitus ſi quis fuerit de feudo pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, an ſub hac acquiſitione veniant non ſolum ſucceſſores vniuerſales ſed etiam particulares, & de aliis.

## DECISIO CCCCCXXVIII.

IN cauſa in Regia Camera vertente Regium fiſcum, & Magnificum Antonium Mariam de Bucchis, fuit dubitatum ſi fuerit alicui legatum feudum cum Regio aſſenſu, an Legatarius ad releuium Regiæ Curiæ ſoluendum cogi poſſit? 1

Et quod nullo pacto in hoc caſu ſit locus ſolutioni releuij ponderabatur, quod cum onus hoc releuium ſoluendi, non niſi moribus ſit in Regno introductum, non quod ex diſpoſitione iuris communis feudorum ſit debitum, vt ratiocinatur Andr. *in cap. 1. §. ſed & pluries*, per quos *fiat inueſt. in cap. 1. §. ſimiliter de cap. Corradi.* & *in conſtit. poſt mortem*, hoc more attento, non niſi qui eſt hæres defuncti feudatarij releuium ſoluere tenetur, vt per eundem Andr. *loc. cit.* Vnde cum Legatarius hæres non ſit; ſed tantùm ad feudum acquirendum venit ex titulo particulari, nimirum legati Regio aſſenſu mediante, non erat cur dubitari poſſet, vt ad hoc onus non teneretur; eſt enim ſolutio hæc releuij odioſa, ideo non extendenda, ad not. per Bald. *in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut.* Loffred. *conſ. 15.* Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. in 3. author.* Baron. vbi allegat Afflict. *deciſ. 248. num. 9.* qui videtur tenere contrarium; nimirum quod legatarius ex vſu Curiæ ex feudo ſibi legato cum Regio aſſenſu debet ſoluere releuium, ſed eſt error, vt ipſe idem annuit in verbis ſequentibus, dum dicit, & non tenetur ad releuium, & licèt Regius fiſcus allegaſſet, ſat eſſe, quod quis feudum capiat per viam vltimæ voluntatis, vt ad releuium ſoluendum teneatur, ex quo tunc loco hæredis habetur, *l. id tempus, §. 1. ff. de vſucap.* vbi Paul. de Caſtro, dicit, text. illum ad hoc ſemper allegari, vt legatarius loco hæredis habeatur, & ad idem 2

tex.

tex. *in l. conuentionibus* vbi Bart. hoc notat *ff. de verbor. ſignif.* tamen in contrarium eſt veritas, quia quando lex de ſucceſſore mentionē facit de vniuerſali, non autem de particulari intelligitur, Aretin. & Iaſ. *in l. Pomponius* §. *quæſitum ff. de acquir. poſſeſſ.* & eſt tex. cum gloſ. *in l. quidam* §. *nihil intereſt ff. de edendo*, & ibi Alex. hoc ita notat, Felin. *in c. quia ſi extra de iudic.* vbi allegat Bald. *in l. emptorem col. penult. verſ. quod ſi inſtrumentum C. loc.* & Imol. *in l. quod dicitur ff. de verbor. obligat.* Qui dicunt, quod ſi quis de feudo ſit inueſtitus pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, de vniuerſalibus, non autem de particularibus intelligitur; erat enim in caſu propoſito hic legatarius ſecundogenitus, qui feudi legatum habere non poterat, niſi Regio aſſenſu mediante, ſicque in ſui perſona, feudum erat nouum, & ex feudo nouo, ſiue prima inueſtitura releuium non ſoluitur. Andr. *in d. §. ſimiliter* & Loffred. *d. conſ.* 15. vnde.

## OBSERVATIO.

1 Dominus Regens, vt hîc videmus, in ea ſententia eſt, vt legato feudo cum Regio aſſenſu, Legatarius ad releuium Regiæ Curiæ ſoluendum non teneatur, ea quidem vulgatiſſima ratione, quia cum in Regno moribus ſit introductum, vt per mortem feudatarij ſoluatur Regi directo Domino releuium, mos ſemper extitit, & conſuetudo, vt qui eſt hæres vniuerſalis bonorum feudalium, ad hoc onus tenetur, & nunquam qui in feudo ſuccedit ex titulo particulari, eſt enim ſolutio hæc odioſa, & proinde nullo pacto extendenda, vt ratiocinantur Andr. Loffred. & Frecc. *in locis hîc citatis*, & paſſim Noſtrates omnes; hanc eandem ſententiam pro Legatario amplexus fuit Io. Thom. Minad. *in repet. conſtit. in aliquibus in princ. à num.* 51. vbi ſic loquitur. *Item ſi cum aſſenſu Regio pater teſtaretur particulariter de feudis inter filios ſuos, eos inſtituendo, ſine dubio quilibet pro rata feudi, & portionis ſua ad paragium teneretur, ſecus ſi legando, vno harede vniuerſali inſtituto, quia hic legatarius ad onera non tenetur, ſicut nec ad releuium Curia, quod præſtatur ab harede ſuccedente in feudis ex conſuetudine Regni; & ideo aduertatur in præſtatione aſſenſus Regij ſuper legato, vt reſeruetur releuium, quod eſſet præſtandum, alias legatarius, qui non eſt habiturus inueſtituram, cum habeat aſſenſum, non poteſt moleſtari, nec hæres vniuerſalis qui non habet feudum, &c.* Hęc ille. Idem etiam affirmat Marin. Frecc. ſic intelligendo Afflict. *in deciſ. allegata* 248. vt Legatarius ad releuium non teneatur *in* 3. *authoritate hic cit. infra num.* 14. ſub illis verbis. *Neque etiam ſoluit ſucceſſor ſingularis puta legatarius ſecundum Dominos noſtræ Rota Neapolitana deciſ.* 248. *& largo modo legatarius hæres dicitur ſecundum Andream in Conſtit. Regni poſt mortem.* Hanc eandem opinionem ex noſtris recentioribus amplexi ſunt Camill. Borrell. *in ſumma dec. par.* 1. *in tit. de releuio num.* 34. Camill. de la Ratha *in ſuo Theatro feudali par.* 12. *dilucid.* 48. *num.* 4. *tom.* 2. & Iulius Cæſ. Gallupp. *in ſua method. feud. par.* 4. *cap.* 4. *num.* 39. quorum ſententiæ adhæreo pariter, & Ego, quicquid nouiſſimè contrarium probare tentauerit, Andr. Capan. *in ſuo tractat. de releu. part.* 4. *quæſt.* 10.

## ARGVMENTVM.

Contractus ex quibus probetur ſimulatus; Et an pro tali ſit habēdus, quoties detegitur in rei venditæ poſſeſſione venditorem remanſiſſe; Et vbi conſtaret emptorem ad pretium ſoluendum propter eius paupertatem eſſe impotentem. Simulationis ſpecies an ſit ſemper probanda vbi contractus ſimulatus allegatur. Titulus *C. plus valere quod agitur quàm quod ſimulatè concipitur*, an, & quando in feudis locum non habeat, & de aliis.

## DECISIO CCCCCXXIX.

INVESTITO à Cæſarea Maieſtate Magnifico Aloyſio Peſqueri de duobus Caſtris in Prouincia Hidruntyna, cum facultate quia filios non habebat, illa vendendi, alienandi & pignorandi, & iam venditis Ioanni Raguſeo, cum pacto tamen de retrouendendo pretio ducatorum ſexdecim millium; illinc ad certum tempus præſupponebatur ius illum luendi vendidiſſe Hieronymo Teſta, qui vti ceſſionarius dicti Aloyſij, caſtra prædicta è manibus, & poſſe dicti Ioannis reemit, & cum per plures annos poſſediſſet, quia filius, quem habebat è viuis deceſſerat, timens propterea ne dicta feuda per eius mortem, cui ob incurabilem eius infirmitatem proximus erat, ad Regiam Curiam reuerterentur, ea vendere decreuit; ſed quia legitimo carebat ſucceſſore Regium aſſenſum ſuper venditione, quam facere intendebat, obtinere non potuit, quocirca ad aliud conuolauit remedium, procurans, vt dictus Aloyſius illud idem ius reemendi cederet, prout ceſſit Thomæ de Mario, qui exercendo pactum de retrouendendo, reemit caſtra prædicta à dicto Hieronymo, qui illa tenebat; quo tandem defuncto abſque legitimo in feudis ſucceſſore, cum Regius fiſcus eorumdem caſtrorum cæpiſſet poſſeſſionem, vigore *cap. ex præſumptuoſè*, ſe oppoſuit Diuus Thomas tunc poſſeſſor inſtans, poſſeſſionem ſibi reſtitui, prout per Regiam Cameram fuit ſibi reſtituta, cum in his caſibus ſemper Regia Camera ſic decreuerit; vnde Regius fiſcus, ſtatim mutando actionem, inſtabat fore declarandum reemptionem per dictum Thomam à poſſe Hieronymi fuiſſe ſimulatam, & imaginariam, & ſucceſſiuè caſtra illa ad Regiam Curiam reuerti debere, 1

debere, contradicebat Thomas, quo factum fuit, vt quid Iuris dubitaretur.

2 Et per Regiam Cameram fuit pro fiſco pronunciatum. Ratio deciſionis fuit, quia reemptio per dictum Thomam facta, verè fuit ſimulata, & per conſequens nunquam in eum dictorum feudorum vtile dominium translatum: nulla enim interuenerat pecunia, neque de pretio fide aliqua habita, quo caſu nulla in eundem poterat dici legitima tranſlata poſſeſſio, *l. ſi ex ſtipulatione ff. de acquir. poſſeſſ.* Licet enim venditoris ſcientia, & patientia tacitam operentur traditionem, titulo præcedente, *l. 2. C. de acquir. poſſeſſ.* Hoc tamen locum non habet quando emptor pretium non ſoluit, tunc enim ex ſcientia, & patientia nunquam tacita reſultat traditio, niſi pretio ſoluto, ita notabiliter gloſ. Aretin. & cæteri, *in d. l. ſi ex ſtipulatione.* Præterea fuit benè pro parte Regij fiſci probatum, Hieronymum poſt contractum reemptionis in poſſeſſione dictorum feudorum remanſiſſe, ea omnia exercens, prout per priùs, ſicque fiebat locus diſpoſitioni tex. *in l. ſicut §. ſuperuacuum ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluatur.* Aretin. *in terminis conſ.* 165. Bald. benè *in l. emptione C. plus valere quod agitur.* Vlterius detegebatur ſimulatio ex paupertate dicti Thomæ, qui parum habebat in bonis, ſicque exburſare non poterat pretium conuentum ducatorum ſexdecim millium, ad not. per Bart. *in conſ.* 65. Nec dici poterat ſimulationis ſpeciem non fuiſſe probatam, quam omninò probari neceſſe eſt, vt per Bart. *loc. cit.* nam benè de ea conſtabat, nimirum, vt Regia Curia deuolutione fraudaretur, ac & tandem non obſtabat hæc, quæ de ſimulatione dicimus procedere poſſe in contractibus bonorum allodialium, ſecus bonorum feudalium, in quibus ſolum inueſtituræ tenor attenditur, *c. 1. de duobus fratribus à Capit. inueſt.* nam reſponſum fuit, quod etiam in feudis fraus, machinatio, & ſimulatio conſideratur, vt per Andr. *in d c. 1. §. callidis, de proh. feud. alien. per Frederic.* Si enim feudatarius vendendo non vult vendere, & emptor non vult emere, aſſenſus nihil operatur, ita Andr. *in c. Imperialem num. 13. verſ. quamuis conſenſus domini.*

---

OBSERVATIO.

1 INter alias ſimulationis ſpecies, quæ in contractibus emptionis, & venditionis, ac donationis à doctoribus conſiderantur, eſt quæ in caſu huius deciſionis fuit deducta, nimirum quando donans, vel vendens poſt contractum celebratum in rei venditæ, vel donatæ poſſeſſione remanſit, ad tex. vulgatum *in l. ſicut. §. ſuperuacuum ff. quibus mod. pign. vel hypot. ſolu.* vbi Bart. illum ſummando ait, in dubio haud eſſe præſumendum quem ea alienaſſe, quæ poſſidere repertus eſt, quam quidem concluſionem, ex nouiſſimis ſcribentibus reaſſumunt. Ioſeph. Maſcardus *de probationib. lib. 2.* *concluſ.* 815. *num.* 50. Materatenſ. *var. reſol. lib. 1. cap.* 88. *num.* 9. *verſ. quarto*, Pater Molfeſ. *ad conſuet. Neap. par. 3. quæſt. 1. num. 32. verſ. ſeptimò*, Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effect. 3. num.* 192. Paul. Squillan. *de priuil. cleric. cap. 8. num.* 50. & Io. Aloyſ. Ricc. *in prax. Eccleſ. part. 2. reſol. 431. num. 2.* vbi plures deducens coniecturas, quibus præſumendum ſit, donationem factam à patre filio clerico in fraudem collectarum celebratam eſſe, illam principaliter conſiderat, de qua nos agimus, nimirum ſi pater donans, poſt donationem in rei donatæ poſſeſſione permanſerit, id quod pariter obſeruaui Ego *lib. 2. reſolut. iuris, cap. 47. num.* 14. Eſt tamen notandum, quod ab hac coniectura Ricc. nunc relatus ibidem tres excepit caſus, & primò ſi donationis inſtrumentum contineret promiſſionem factam ex cauſa donationis, quia tunc ex retentione poſſeſſionis fraus nullo modo præſumeretur, quia ex ea promiſſione agi poteſt, allegat Bald. *in l. illud n. 11. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Secundò ſi probaretur rem ex nouo titulo fuiſſe ad donantem reuerſa, ex Bald. & Angel. *in d. l. ſicut §. ſuperuacuum.* Tertiò ſi donator, qui in rei donatæ poſſeſſione remanſit, donatario de fructibus reſponderet, ad quod allegat Bart. *in d. §. ſuperuacuum n. 6. & in l. poſt contractum num. 4. in fin. ff. de donat.* Corn. *conſ.* 203. *num.* 7. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 463. *num.* 20. *& conſ.* 648. *num.* 4. & Paul. de Montepoco *in d. l. poſt contractum num. 23. verſ. hanc concluſionem limita.*

Vlterius notamus hîc in contractu ſimulato, ſimulationis ſpeciem omninò eſſe probandam, prout in caſu huius deciſionis benè fuit probata; etenim ſine contradictore procedit concluſio hæc, nimirum, vt qui contractum ſimulatum, ſiue agendo, ſiue excipiendo allegat, debet inſimul ſimulationis cauſam, quæ fuerit allegare, & probare, quia non allegata, vel probata, ille contra quem ſimulatus contractus allegatur omninò obtinere debet, ita originaliter probat Bart. à Domino Regente noſtro allegatus *in conſ.* 65. *num.* 4. ab omnibus Canonizato, Iacob. Mandell. ad Alba poſt plures, quos refert *conſ.* 9. *num.* 1. Rota *deciſ.* 247. *num.* 4. *in collect. per Farinac. poſt. 2. tom. reſp. crimi.* item *in deciſ.* 401. *num.* 15. *penes Dom. Ludouiſ.* & *in deciſ.* 344. *num.* 2. *in poſth. Farinac. tom.* 2. & *in deciſ.* 13. *num.* 3. & 406. *n.* 5. *penes Caualer.* Addent. ad Buratt. *deciſ.* 724. eadem Rot. *deciſ.* 308. *tom.* 1. 5. *part. recenſ.* vbi ſingulariter fuit deciſum donatarium eſſe immittendum in poſſeſſionem rei donatæ, non obſtante, quod donator poſt donationem in poſſeſſione rei donatæ per triginta annos permanſerit, reiecta funditus ſimulationis exceptione, ex eo quod illa non probabatur, cauſa ſimulandi non probata, Carolus de Graſſ. *de except. in 22. except. n.* 19. vbi infinitos allegat. 2

Vltimò ex deciſis hîc placet vnum aduertere circa illud, quod quotidie nos canimus, vt titulus *C. plus valere quod agitur, quam quod ſimulatè concipitur*, in feudis non procedat, non ſic ſimpliciter, & indiſtinctè dictum hoc eſſe intelligendum; ſed in caſu ſuo, nimirum, quando ego non habens legitimum in feudo ſucceſſorem, vel eſſem Regni huius alienigena, cupiens illud certo modo acquirere, facio vt amicus, vel coniunctus pecunia mea feudum emat, ſuper quo contractu Regius impetratur aſſenſus, ſed hic, qui emit alio contractu declarat, quod omnia mei contemplatione fecit, ſicque vtile, & damnum ex illo feudo ſic empto perueniendum ad me ſpectare, & pertinere, cum obligatione de vendendo, vel obligando feudum illud alteri, ad omnem mei requiſitionem, quam quidem declarationem nos vulgò recognitionem appellamus, qua de re poſt Dom. Reg. de Ponte *in conſ.* 45. *lib. 2.* latè per me *lib. 2. reſolut. iur. cap.* 38. in hac contractationis ſpecie, dic Tu benè procedere illud vulgatum, vt titulus *C. plus valere quod agitur, quam quod* 3

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.

 ſimu

*ſimulatè concipitur*; in feudis non procedit ex quo attenditur quod ſimulatè fit, ratio aſſignatur, quia illud, quod verè agitur, Regi notum non eſt; ſed bene id quod ſimulatè eſt conceptum, at ſecus omninò dicendum iuxta deciſa hic, ſi ego exiſtens feudatarius ex aliqua cauſa, feudum, quod poſſideo tibi venderem, ſed quia ſimulata eſt venditio, & facta ad alium finem, non quod ego vendere voluiſſem, nec tu emere in eiuſdem feudi poſſeſſione remanſi, hoc enim caſu quamuis ſuper hoc contractu Regius fuerit impetratus aſſenſus, nullius tamen momenti eſt venditio, & habetur, ac ſi facta non eſſet, nec aliquid facit aſſenſus dum contractus eſt nullus, & prorſus ſimulatus; aſſenſus enim regulatur à contractu, ſi hic valet, aſſenſus ſubſiſtit, ſi eſt nullus, nullius pariter ponderis erit aſſenſus, vt poſt Andr. & Camer. docet Dom. Reg. de Ponte *in tractat. de poteſt. Proreg. titulo* 8. §. 10. *numero* 7. *&* 8.

## *ARGVMENTVM.*

Officialis an teneatur præſentare, & exhibere eius exequutores delinquentes; Et an, & quando de culpis, & defectibus ſubſtituti teneatur. Baro an teneatur de culpis, & defectibus ſui Officialis, qui officio completo ſindicatui non paruit, & de aliis.

## DECISIO CCCCCXXX.

1 INQVISITIS omnibus Officialibus Magnifici Ferdinandi Engrignat Prouinciæ Baſilicatæ Regij Perceptoris, de pluribus exturſionibus, aliiſque variis delictis, ab illis in eorum officiis commiſſis, quia dictus Perceptor infrà terminum ſibi ſtatutum illos in Regia Camera non præſentauerat, inſtabat Regius fiſcus, Perceptorem illum forè carceribus ſubiiciendum, ac inſimul ab officio ſuſpendendum; vnde dubitatum fuit, quid iuris?

2 Pro Perceptore dicebatur, illum non poſſe, neque debere carcerari, ex eo quod regulariter ille tantum carceratur, qui eſt accuſatus ſeu inquiſitus de crimine, cuius pœna eſt corporis afflictiua *l. 1. & 2. C. de exhib. reis l. 2. C. de cuſtod. reorum.* optimè Bald. & Aretin. *in l. ſi quis poſt accuſationem ff. de teſtam.* Io. de Platea *in l. nemo Carcerem C. de exactor. tributor. lib.* 10. pro cauſa verò ciuili quis carcerari non poteſt, vt per iura & DD. modò allegatos, Bart. *in l. cum eo ff. ad leg. Iul. pecul.* imò nec quis vt carceri emancipetur ſe obligare poteſt, niſi in caſibus à iure permiſſis, Bald. *in l. nemo poteſt. ff. de legat.* 1. Aret. & alij *in l. maritum §. eleganter ff. ſolut. matrim.* Etenim quando officialis pro culpis, & defectibus ſubſtituti tenetur, hoc procedere dicas in pœna pecuniaria, ſecus in criminali, in qua vnus pro delicto alterius non tenetur, gloſ. & Bald. *in l. obſeruare §. proficiſci ff. de offic. Proconſul.* Et ſicut quis per pactum obligari non poteſt, vt ex delicto alterius corporaliter non teneatur *l. ſi à Reo §. quod vulgo ff. de fideiuſſor. gloſ. in c. cum homo 26. quæſt.* 5. ita nec per ſtatutum, Roma. *conſ.* 15. & Iaſ. *in l. de quibus ff. de legibus*, Quibus ſic ſtantibus dicebatur, quod cum dictus Perceptor carcerari de iure non poterat, conſequenter nec ab officio ſuſpendi, non enim de proprio delicto agebatur; ſed alieno, quo caſu tunc demum ſuſpendi potuiſſet, quando illi Officiales de mandato ipſius Perceptoris deliquiſſent, ſiue habuiſſet ille ratum delictum, vel ſciuiſſet, & non prohibuit, cum prohibere potuiſſet, ad tex. *in l. ſi vt proponis C. de nuptiis.*

## OBSERVATIO.

Concurro libenter cum dictis hìc per Dominum Regentem noſtrum, quæ ſatis corroborantur ex ſcriptis per Paridem de Puteo, qui *in ſuo tract. de ſyndicatu, in verbo familiaris, ſeu familia poteſtatis cap.* 4. *incipit. Rectores terrarum, & cap. ſequens incipit. Poteſtas,* & *in verb. ſubſtitutus cap.* 2. *incipit, an ſubſtituens, in fine,* Loquens de exceſſibus commiſſis per familiam ſiue officiales Poteſtatis, quem nos Capitaneum appellamus, dicit, quod ſi deliquerint, circa ea, quæ ad officium ſibi commiſſum pertinent, illos exhibendo liberatur Poteſtas, dummodo culpa aliqua imputari ei non poſſit, & vbi eos non exhibuerit, tenebitur ciuiliter, non autem criminaliter, allegat in argumentum dicta per gloſ. quam licet ſingularem *in l. obſeruare, in verbo ratio in fine,* ibi, *Item hæc habent locum in pecuniariis, in criminalibus autem in ipſam vxorem datur iudicium &c. ff. de offic. Proconſul.* idemque affirmauit Paridem inſequens D. Reg. Conſtant. *in l. nullus qui nexu, num.* 68. *C. de Decurion. lib.* 10. quod *numer. præcedenti* ſecus dicendum ſentiit in Barone, is enim ſi quæratur an de culpis, & defectibus ſui officialis teneatur, ſi ille officio completo ſyndicatui non paruerit; ſed aufugerit, negatiuè eſt reſpondendum, Ratio aſſignatur, nàm cum Barones ex neceſſitate Capitaneos, & Iudices ad iuſtitiam miniſtrandam eligere teneantur, vt per Frecc. *de ſubfeud. in* 13. *authorit.* & per Dom. Reg. Rouit. *in pragm.* 2. *&* 3. *de ſuſpic. official.* dum qui ex neceſſitate ſubſtituit, de culpis, & defectibus ſubſtituti non tenetur, vt probat Iacob. Cancer. *var. reſolut. par.* 2. *cap.* 2. *num*.... conſequenter nec etiam Baro, qui neceſſariò Capitaneum eligit, de illius defectibus, & delictis tenebitur, addit demum Dominus Regens Conſtantius, teneri Baronem eo caſu diligentiam adhibere ad illum exhibendum; ſed illo non reperto, ad nihilum teneri.

Circa verò illam concluſionem hìc à Domino Regente firmatam, vt quando Officialis pro culpis, & defectibus ſubſtituti tenetur, hoc procedat dumtaxat quoad pœnam pecuniariam, ſecus quoad corporalem, in qua vnus pro delicto alterius non tenetur, vide omnino Domin. Reg. Rouitum *in deciſ.* 72. *num.* 69. vbi dicit, quod qui officia per ſubſtitutos excercent, taliter poſſunt in officio delinquere, vt ipſi ſi participes ſunt delicti, adhuc corporali pœna veniant plectendi, & ſi non ſunt participes, ſi tale eſſet delictum

Digitized by Google

delictum per ſubſtitutos commiſſum, per quod officium perderetur, poſſent & ipſi ſubſtituentes officio illo priuari, vt ſic de culpis, & defectibus ſubſtitutorum teneantur.

## ARGVMENTVM.

Pater ſi nuptui tradens filiam ſtipulatus ſit, dotem ipſi filiæ hæredibuſque ſuis fore reſtituendam, defuncta demùm filia abſque liberis, ipſo patre dotante, fratribus, & ſororibus ſuperſtitibus, quis in dote illa ſuccedet, an pater ſolus, vel cum eo fratres, & ſorores; Et quid ſi pater iuxta ordinem naturæ dotatæ filiæ præmoreretur, nùm ſequuta demùm morte ipſius filiæ abſque liberis, poſſit illa de dote diſponere, non obſtante pacto in capitulis matrimonialibus appoſito, vt dos in caſu diſſolutionis matrimonij abſque filiis ipſi patri, hæredibuſque ſuis eſſet reſtituenda. Ius deliberandi an ad fiſcum tranſmittatur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCCXXXI.

1 AB inteſtato defuncta quondam Portia Zurlo vxore Petri Stendardi rebellis, ſuperſtitibus ſibi Comite Montis auri, patre, matre, & fratre ſimiliter rebellibus, ac duobus ſororibus monialibus in Monaſterio Sancti Hieronymi huius Ciuitatis, & altera in ſæculo Camilla nomine, quibus ex diſpoſitione tex. *in Authentica defuncto C. ad Senat. Conſ. Tertull.* ſucceſſionem competere præſupponebatur, agebant dictæ Moniales actione reali, pro recuperatione dotium dictæ Portiæ aduerſus Regium fiſcum poſſeſſorem bonorum dicti Petri rebellis, cui dotes prædictæ ſolutæ fuerunt; ſed eo excipiente, quod ex perſona dicti Comitis patris vti rebellis in dictis dotibus ſucceſſerat, dubitatum fuit quid iuris?

2 Pro monialibus dicebatur, Comitem patrem nunquam Portiæ filiæ hæreditatem adiuiſſe, & ſucceſſiuè, nec ipſum potuiſſe ad fiſcum vti hæredem extraneum illam tranſmittere: *l. 1. §. in nouiſſimo C. de caduc. tollen.* Sed reſpondebat fiſcus, negari non poſſe, fuiſſe in ipſum ius deliberandi tranſlatum, *l. cum in antiquioribus C. de iure deliberandi,* quem tex. pariter in hærede extraneo locum habere communiter dixerunt ibi DD. ſuppoſito tamen, quod defunctus hæreditatem ſibi fuiſſe delatam ſciuerit. Quodque ius deliberandi in fiſcum pariter tranſmittatur, Cyn. & Bald. authoritate, reprobato prorſus Raph. Cuma. dixerunt Roman. Alex. & Iaſ. *in l. ſi quis mihi bona 25. §. ſeruus mancipij, & in §. ſi quis planè ff. de acquir. hæredit.* Et hæc opinio vera eſt, & communis, quæ probatur *in d. l. cum in antiquioribus,* dùm ibi diſponitur transmitti ius deliberandi ad omnes ſucceſſores, nam licet aliqui dixerint, fiſcum non haberi loco hæredis, quando alicuius bona publicantur, ſicque non ſit ille propriè hæres, negari tamen non poteſt quin ſit propriè ſucceſſor, de quo loquitur *d. l. cum in antiquioribus,* cum ſuccedat in vniuerſum ius mortui, ſiue rebellis. Secundò excipiebat Regius fiſcus, quod cum in Regno ex diſpoſitione *cap. nuper apud Tranum, & die Mercurij,* bona omnia crimen læſæ Maieſtatis committentium Regio fiſco acquirantur ob rebellionem dictorum Comitis creditoris dictarum dotium, & Petri debitoris, bona illorum omnia, iura, & actiones ad Regiam Curiam peruenerunt, ſicque omnis actio fuit extincta. Tertiò dicebat Regius fiſcus, quod integræ dotis reſtitutio ob mortem Portiæ ſine filiis ad Comitem patrem ſpectabat, & ſucceſſiuè ad Regiam Curiam, cui bona illius omnia ob patratam rebellionem acquiſita fuère, excluſis prorſus matre, fratre, ac ſororibus, iuxta Bartoli ſententiam *in l. poſt dotem in fine ff. ſolut. matrim. & in Authen. itaque C. commun. de ſucceſſ.* per tex. *in l. quod ſcitis, §. fin. ff. ſolu. matr.* quam *in eadem l. poſt dotem,* ſequuti fuerunt Imol. Roma. Alex. & Iaſon. idem Alex. *conſ.* 150. *lib.* 2. vbi de communi teſtatur, Paul. de Caſtro *in d. l. quod ſcitis,* idem Roma. *conſ.* 40. quicquid in contrarium aliqui dixerint, ſignanter Cuma *conſ.* 123. vbi dicit tex. *in d. l. quod ſcitis, §. fin.* Bart. opinionem non probare, & ſi benè probaret eſſe illum correctum, per tex. *in Authent. defuncto,* & quamuis Bald. Nouell. *in tract. de dote par.* 11. ſiue *quæſt. fin. à num.* 44. dixerit quod opinio Bart. procedit in terminis, de quibus loquitur, nimirum quando pater in caſu dotis reſtitutionis, illam ſibi reddi ſtipulatus eſt, ſecus verò vbi ſtipulatus eſſet pro filia, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, quia tunc videtur ſibi præiudicaſſe in eo, quod dos eſſet ad ſe reuerſura, vt ab eodem profecta, ad tex. *in l. dos à patre C. ſolut. matrim.* Attamen pro fiſco reſponſum fuit, Bart. ſententiam communem eſſe, ab eaque neque in iudicando, neque in conſulendo recedi poſſe nec Bald. Nouell. *in ſuo dicto* pedes figiſſe, vt ibi per eum *num.* 55. Etenim quando pater ſtipulatur dotem reddi filiæ, ſuiſque hæredibus, aut ſibi dotanti & ſucceſſoribus ſuis, videtur hic filiæ proſpexiſſe ſi ipſa patri ſuperuiueret, tunc enim dos erit

filiæ reſtituenda,& ſucceſſoribus eius;at ſi viuo patre abſque filiis è viuis decederet, eo caſu pater ſolus,fratribus,& ſororibus excluſis, veniret,niſi fuiſſet filia emancipata, quia tunc ſeruaretur diſpoſitio *dicta Authentica defuncto*. Nec in caſu propoſito obſtare dictum fuit, quod Portia vti Neapolitana pro emancipata habebatur, ex quo per conſuetudinem Neapolitanam, eo ipſo quod filia familias matrimonium contrahit ſui iuris efficitur, vt *in conſuet. ſed & mulier*, nam cum matrimonium extra territorium contractum eſſet, conſuetudo locum habere non poterat, cum tantum procedat quando matrimonium in ciuitate contrahitur, vt per Napod. *in proœm. conſuet. & alibi*, & licèt Napod. loquatur de bonis, ſicque ſecus dicendum quoad perſonas, itaut non obſtante, quod capitula matrimonialia, & inſtrumentum dotale extra ciuitatem confecta ſint, poſtquam contrahentes ſunt ciues Neapolitani, conſuetudines procedunt, hoc tamen verum non eſſe dicebatur, quia ſicut conſuetudo Neapolitana non habet locum, niſi quoad bona intra territorum exiſtentia, ita nec locum habere debet, niſi quoad ciues ibi contrahentes, ad notata per Bart. *in l. cunctos populos in 7. quæſtione princip. C. de ſum. Trinit. & fid. cath.* Tum etiam quia in caſu, de quo agebatur plenè ex inſtrumento dotali conſtabat, Partes nullatenus ſecundum conſuetudinem Neapolitanam contraxiſſe; ſed more Magnatum, & ſic prout de iure communi, quo attento filiafamilias per matrimonium à patris poteſtate non eximitur, ad tex. *in l. ſi vxor C. de condition. inſertis.* Quare relata cauſa in Regia Camera, cum votantes eſſent quatuor, duo pro fiſco pronunciauerunt, & hi Dom. iſte Regens, tunc illius Tribunalis Præſidens, & Dom. Paulus de Magnanis, duo alij qui fuerunt Dom. Præſidens Marcellus Pignonus, & Dom. Ioannes Baptiſta Ogeda, dixerunt, ex ſex portionibus dotis prædictæ, nonniſi tres ex perſonis patris, matris, & fratris defunctæ ad Regium fiſcum conuentum ſpectare, ſicque veniebat condemnatus ad alias tres ad beneficium ſororum, ſed quia fiſcus erat reus, pro illo fuit ſententia publicata iuxta tex. *in l. inter pares ff. de re iudic. & in c. fin. eodem*, & cum ab hac ſententia pro parte dictarum trium ſororum eſſet reclamatum, diſcuſſa iterum cauſa poſt annos viginti in collaterali Conſilio, ſic iubente Dom. Cardinale Granuelano Regni huius Generali Locumtenente, fuit vnanimi Dominorum Regiam Cancellariam Regentium, & Regiæ Cameræ Præſidentum conſenſu prima ſententia confirmata, & inter alios, qui votarunt, fuit Dominus Annibal Moles, tunc Regiæ Cameræ Præſidens, demùm Regiam Cancellariam Regens, qui in hac deciſione doctiſſimus vir appellatur.

## OBSERVATIO.

IVri conſentanea eſt deciſio iſta, & cum ea conuenit 1
& altera Sacri Pedemontani Senatus, quam refert Gaſp. Ant. Theſ. *in addit. ad ſuum Genitorem deciſ.* 190. vbi cum pater nuptui tradens filiam ſtipulatus eſſet, dotem ipſi filiæ, hæredibuſque ſuis forè reſtituendam, defuncta demum filia abſque liberis, patre dotante, fratribus, & ſororibus ſuperſtitibus, dubitatum fuit, an in dote illa pater ſolus ſuccederet, vel cum eo fratres, & ſorores, iuxta diſpoſitionem *Auth. defuncto C. ad Senat. Conſult. Tertull.* & eſſe patri tantum dotem reſtituendam, fratribus, ſororibuſque excluſis Senatus cenſuit, ea quidem principaliori ratione, cum veriſimile non ſit voluiſſe patrem præferre extraneum hæredem filiæ ſibi ipſi, illamque ſtipulationem pro filia factam eſſe intelligendam in caſu quo filia patri ſuperuiueret, iuxta communem contingentiam; non autem ſi filia naturæ ordine turbato præmoreretur, eoque magis, quia circumſcripto caſu dotis, donatio inter patrem, & filium ab initio erat inualida, ad tex. vulgatum *in l. donationes quas parentes C. de donation. inter vir. & vxor.* idque addit Gaſp. Theſaur. ex altera Doctorum ſententia confirmari, dum voluerunt donatario donatori præmoriente donationem adhuc iuratam annullari, qua de re Theſ. pater *deciſ.* 32. idem Gaſp. fil. *quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 9. n. 4.* & Viu. omnino videndus *deciſ.* 421.

Hæc, quando filia præmortua eſt patri, quid autem 2
dicemus quando pater iuxta ordinem naturæ dotatæ filiæ præmoriatur, pactuſque fuit, vt dos in caſu diſſolutionis matrimonij abſque filiis ipſi patri & hæredibus ſuis eſſet dos reſtituenda, nam ſi caſus contingeret, vt filia poſtea abſque liberis decederet poſſit de dote diſponere, vel potius hæredibus patris iuxta pactum veniat ea reſtituenda, alias de hoc conſultus reſpondi, poſſe mulierem ad ſui libitum de dote diſponere, illudque pactum cenſeri extinctum, dum pater præmortuus eſt, ſiue pro non appoſito haberi, ita ſanè ſcripſerunt Iacob. de Rauen. Petr. de Bellapertic. Riccard. de Malumbris, Vbald. de Malauolt. & Alberi. de Roſata *in l. vnica §. videamus C. de rei vxor. actio.* Ludouic. Roman. Alex. & Iaſ. *num.* 88. *&* 89. *in l. poſt dotem ff. ſolut. matrim.* Dec. elegantiſſimè *conſ.* 106. & Vincent. Maxilla aliis omiſſis *ad conſuet. Barenſ.* in illa quæ incipit *dos à patre, intra num.* 38. *verſ. quinimo*, Huius dicti, eam puto eſſe rationem, nam cum dos in locum legitimæ ſucceſſerit, vt probant DD. quos ad nauſeam refert Mercur. Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 6. num.* 15. dum pater qui cum hoc pacto dotem dedit præmortuus eſt filiæ, neceſſariò pactum illud reſoluitur, quia alias ſuper bonis in patris hæreditate remanſis, poſſet hæc filia legitimam ſibi de iure debitam petere, non petiit, quia contenta remanſit de dote ſibi à patre data, ergo affirmandum omninò, vt ad ſuam liberam diſpoſitionem remaneat, pacto non obſtante, ni dicamus filiam ſuper bonis patris nec legitimam prætendere poſſe; nec eſt nouum, vt de hoc, & ſimili pacto nulla poſſit haberi ratio; nouimus enim aliàs per Sacrum Concilium deciſum, nullius roboris eſſe pactum quod fratres ſorores nubentes in capitulis matrimonialibus apponi ſatagunt, vt moriente ſine filiis ſorore, dos ſit eis reſtituenda, nam ſi conſtat, dotem non de propria fratrum ſubſtantia, ſed de bonis paternis huic oneri obnoxiis fuiſſe ſolutam, pacto hoc non obſtante, vti impertinenter appoſito, poterit demum mulier decedens, de dote ad ſui libitum diſponere, ita ſanè ſcripſerunt Io. Vinc. de Anna *alleg.* 129. *num.* 2. D. Præſ. de Franch. *deciſ.* 196. Viu. *deciſ.* 9. *num.* 3.

Dom.

Digitized by Google

D. Reg. Sanfelic. *deciſ.*128. & alij à me relati *reſol. iur. lib.*2.*cap.*167.*num.*6. *&* 7.

3 Quantùm verò attinet ad concluſionem illam vt ius deliberandi ad fiſcum pariter tranſmittatur, ſequere omninò Dom. Reg. noſtrum hic, quicquid articulo non deguſtato ex nouiſſimis ſcribentibus dixerint Nicol. de Noalis *in ſuo tract. de tranſmiſſ. caſu* 8. *n.* 148. & inuolucrè Peregr. *de iure fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 84. & Craſſ. *in §. ius deliberandi quæſt.* 22.

## *ARGVMENTVM.*

Donatio facta à Filio de feudo ad beneficium matris, Regio accedente aſſenſu, an de iure ſubſiſtat, itavt mortuo demum donante, agnatus, qui in feudo illo ſucceſſurus erat, nullatenus ſit audiendus, ſi allegaret, donationem in fraudem ipſius legitimi ſucceſſoris factam fuiſſe. Soror vtrinque coniuncta natu minor, nùm in ſucceſſione fratris in feudo ſiue antiquo, ſiue nouo conſanguineæ natu maiori ſit præferenda; & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCCCXXXII.

1 POSSIDENTE Magnifica Conſtantia Bonifacia Caſale Frignani parui, ex donatione cum Regio aſſenſu ſibi facta à Magnifico Mutio Mormile eius filio comparuit in Regia Camera D. Victoria Mormilis eius priuigna, & vti ſoror dicti Mutij abſque filiis defuncti, inſtabat ſe inueſtiri de dicto caſale, aſſerens ſe filiam fuiſſe primogenitam quondam Antonij Mormilis eius patris, à quo feudum illud prouenerat, & ſororem conſanguineam dicti Mutij, ſed excipiente Cõſtantia de donatione ſibi vt ſupra facta, & quod ex alio nullum competebat ius actrici ſuper dicto feudo, tum & primò quia ſupererat Iſabella ſoror dicti Mutij vtrinque coniuncta, tum & ſecundò quia actrix ipſa reperiebatur nupta, & dotata, dubitatum fuit quid iuris?

2 Pro parte D. Victoriæ dicebatur de donatione prædicta nullam haberi poſſe rationem primo vti factam in fraudem legis, nimirum pragmaticæ Sanctionis iubentis, ne Regni huius Proreges aſſentire poſſint illis feudorum diſpoſitionibus, quæ, mutata feudi natura, fiunt, nimirum quando extra terminos conſtitutionis Regni feudatarius, alias ad ſucceſſionem vocat, ſed in caſu propoſito Magnifica Conſtantia mater filio ſuo in feudo prædicto ſuccedere non poterat, *cap.* 1. *de nat. ſucceſſ. feud.* ergo per illam donationem fuit fraus commiſſa, & de contractu, ad contractum *l. ſi ſponſus §. circa ff. de donation. inter. vir. & vxor.* Secundò quia fuit facta donatio omnium bonorum in fraudem illius, cui de iure ſucceſſio competebat *l. omnes §. Lutius ff. de his, quæ in fraud. creditorum.* Tertiò quia eadem die, qua facta fuit donatio dictæ Conſtantiæ matri fuit inſimul hæres vniuerſalis à filio donante inſtituta, quartò quia donatio prædicta fuit facta tempore, quo Mutius donans grauiſſima præſſus infirmitate in extremis laborabat, quo caſu etiam, alio non probato, fraudulenta præſumebatur, ad tex. *in l. filiæ meæ emancipatæ, & ægræ*, vbi Bart. & Alex. *ff. ſolut. matrim.* Alex. *in l. filius familias §. ſi vir in quinquennium ff. eod.* bonus tex. *in c.* 2. *de renunciation. in* 6. Petr. de Anchar. *conſ.* 430. ergo; Hæc erant quæ principaliter D. Victoria allegabat.

Sed excipiebat D. Conſtantia donataria de validitate donationis ſibi factæ nullatenus dubitari poſſe, nàm cum feudum prædictum non niſi hæreditarium eſſet, bene permiſſum erat Mutio de illo per quemcunque contractum diſponere, ſiue donando, ſiue vendendo ſiue permutando, Regio tamen interueniente aſſenſu, nec aliquis requirebatur agnati conſenſus, Andr. *in cap.* 1. *§. & ſi libellus de alienat. feud. patern. & in cap.* 1. *§. quid ergo de inueſt. de re alien. facta*, Loffred. *conſ.* 1. *num.* 147. Idque etiam in extremis conſtituto, cum nulla lege caueatur vt infirmus, etiam in nouiſſimo vitæ ſpiritu poſitus donationem inter viuos facere non poſſit, ad tex. *in l. Seia §. fin. ff. de donation. cauſ. mort.* Bar. Bald. Imol. & Alex. *in l. quæ dotis ff. ſolut. matrim.* nec dici poterat in fraudem legis fuiſſe factam quia poſtquam ego vtor iure meo lege permittente, in pœnam aliquam non incido *l. Gracchus C. ad l. Iul. de adult.* hinc licet pater teſtamẽto ſuo filium portione legitima priuare non poſſit, ſic immenſam donationem alteri faciens, ſecus tamen ſi alio titulo inter viuos bona ſua alienaret, eo enim caſu non poſſet filius prætextu legitimæ alienata reuocare; *l. non vſque adeo*, vbi Bart. *ff. ſi à parente quis manumiſſ. ſit*, Loffred. *dicto conſ.* 1. *num.* 189. Ratio eſt quia filius in bonis patris, eo viuente nullum ius habet, ſed tantum ſpem ſuccedendi, Bart. *in l. ſi pater ff. de acquir. hæredit.* Præterea dicebat Conſtantia in hoc iudicio conuenta, quod Dom. Victoria ex alio in vanum laborabat, nam quando donatio ſibi facta nullius fuiſſet roboris, ſucceſſio dicti feudi, ad ipſam actricem non ſpectabat, ex quo ſupererat Iſabella Mutij donantis ſoror vtrinque coniuncta, & quamuis hoc eſſet opponere de iure tertij, bene permittebatur, ex quo erat pænitus excluſiuum iuris agentis Bart. & reliqui *in l.* 2. *ff.* 3



Digitized by Google

*de exception. rei iudic.* Quod autem ſoror vtrinque coniuncta in ſucceſſione fratris in feudo antiquo, & ſi natu minor præferatur ſorori conſanguineæ natu maiori, allegabatur Andr. & Affl. *in conſtit. vt de ſucceſſionibus*, latè Loffred. *in c.1. de natura feud.* vbi ſic in Collaterali Conſilio deciſum refert. Vnde cum Andr. feudiſtarum Auriga hoc dixerit, eiuſque opinio rerum iudicatarum authoritate fuerit confirmata, non videbatur, de quo dubitari poſſet, vt dicta Conſtantia eſſet abſoluenda. Nec in aliquo obſtabat, quod pro parte d. Victoriç replicabatur, nimirum Andreæ & ſequacium ſententiam procedere quando feudi inueſtitura canit pro ſe, & hæredibus in perpetuum, at ſecus vbi addita eſſet clauſula *ex corpore*, prout in caſu, de quo agebatur, tum etiam quia cum in caſale prędicto viueretur de iure Francorum, eo attento ipſa vti maior ætate, quamuis conſanguinea Iſabellæ minori natu, etſi vtrinque coniunctæ præferri debebat, etenim reſponſum fuit, nullibi Andream, cæteroſque Noſtrates hac in re diſtinctione aliqua vſos eſſe, ſed indiſtinctè affirmaſſe, vt in fratris ſucceſſione primogenitura non attendatur, ſed quod ille ſuccedat, qui eſt vtrinque coniunctus excluſo conſanguineo primogenito, quod confirmabatur ex deciſione, de qua ſupra per Loffredum relata, poſtquam enim in Regno fæmina ad feudorum ſucceſſionem eſt habilitata, bene dicebatur Andreæ rationem militare, vt illa quæ eſt vtrinque coniuncta conſanguineæ præferatur, cum non ius primogenituræ; ſed potius ius vtriuſque cõiunctionis, de quo *in Auth. ceßante C. de legit. hæred.* ſit attendendum, duo namque vincula ſunt vno fortiora. Nec obſtare dicebatur *tex. in c. conſiderantes*, quo attento primogenitura, etiam in linea Collaterali inducta eſt, nam illius Sanctionis diſpoſitio procedit iuxta eiuſdem Andreæ ſententiam, quando illi de Linea Collaterali eſſent inter ſe vtrinque coniuncti, at ſecus vbi conſanguineus cum vtrinque coniuncto concurreret, & hoc dicere voluit Andr. per rationes à Loffred. adductas *in d. cap. 1. de nat. feud.* Hęc cauſa fuit deciſa in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtr. Domino Prorege Duce Albæ, omnes Domini de Regia Camera fuerunt voti, donationem factam à Mutio Conſtantiæ Matri, fuiſſe, & eſſe de iure validam, & aſſenſum potuiſſe præſtari, neque Regiam pragmaticam obſtare, quamuis Domini Regentes Polo, & Villanus fuiſſent in voto cõtrario, dum dicebant, donationem fuiſſe factam in fraudem Pragmaticæ; reſpectu verò alterius dubij quænam ex ſororibus eſſet in ſucceſſione præferenda, non fuit deciſum, quia non neceſſarium, nam poſtquam donatio vtramque ſororem excludebat, de alio tractari non poterat, fuit igitur promulgata ſententia in fauorem dictæ Magnificæ Conſtantiæ.

## OBSERVATIO.

Tota difficultas, quæ in deciſione huius cauſæ fuit conſiderata, verſatur ſuper fraude donationis in donando matri ſuæ feudum, cuius ſucceſſio ad vocatum à lege inueſtituræ ſpectabat, & nunquam ad matrem donatariam; ſed ceſſabat, prorſus, quando fraus hæc à iure permiſſa conſideratur; etenim ſuppoſito, quod donatio iſta extiterat Regio aſſenſu vallata, non erat amplius quærendum, quod res, quæ fuit donata erat feudalis, cum pro allodiali, ſtante aſſenſu ſuper ea interpoſito ſit reputanda, ad tradita per Frecc. *de ſubfeud. lib. 3. in tit. de differ. inter feud. ex pacto, & hæredit. in 23. different. num. 1. fol. mihi* 457. & per Dom. Reg. *in pragm. 1. num. 125. in tit. de titulor. abuſu.* Hi enim dixerunt, feudum hæreditarium iudicari vti rem allodialem, quando in diſpoſitione per feudatarium facienda Domini voluntas accommodatur. 1

Vlterius ad propoſitam difficultatem tollendam, adhuc fraude ſuppoſita, conſideranda ſunt, quæ Noſtrates ſcripſerunt in propriis terminis, quando feudatarius cogitauit per indirectum ſuum immediatum ſucceſſorem feudi ſucceſſione priuare, ſic illum grauando in pecunia vſque ad integrum feudi valorem, dixerunt enim, hoc ei licere, ſicque ſubſiſtere diſpoſitionem hanc, ſi quæ fieret, quia eſt fraus permiſſa per modum cautelæ à lege introductæ, ita ſane ratiocinati ſunt Doctores noſtri, ſignanter Loffred. *conſ.* 46. *num.* 7. *&* 24. Dom. Reg. Lanar. *conſ.* 80. *n.* 26. Dom. Præſ. de Franch. *deciſ. 1. num.* 39. *&* 704. Dom. Reg. de Ponte *conſ.* 88. *n.* 49. *& ſeq. lib.* 1. & D. Reg. Rouit. *in pragm. 4. n. 117. ſub tit. de feud. & in conſ. 35. per tot.* Signanter *à n. 3. ad finem*, vbi verba faciens de feudo hæreditario diſtinguendum eſſe putat inter actum vltimæ voluntatis, & inter viuos, vt in primo ſi ſucceſſores ſunt filij, poterit pater filium grauare in tota feudi æſtimatione, deducta tamen legitima, at ſi eſſent Collaterales vſque ad integrum valorem ex Loffred. Præſ. de Franchis, & aliis modò citatis, in contractu verò inter viuos, ait, quod ſiue ſucceſſores ſint filij, ſiue Collaterales, poſſe feudatarium totum corpus feudi cum aſſenſu in alium transferre, nec aliter immediatum ſucceſſorem contradicere poſſe, ſicque ſeruatum teſtatur cum Principe Montis Caucoſi, ad cuius inſtantiam fuit à Domino Rege noſtro præſtitus aſſenſus donationi factæ vxori ſuæ de omnibus feudis, etiam titulo decoratis, non obſtante contradictione eius fratris vtrinque coniuncti, qui dictam donationem fraudulentam allegabat, dictamque diſpoſitionem poſtea per Sacrum Conſilium iunctis Aulis pro valida, diffinitiua ſententia mediante decretum nouimus, vt per Io. Bapt. de Thoro *in ſuo compend. par. 3. in verbo diſpoſitio feudalis fol.* 308. 2

Quantum verò attinet ad dubium, quod indeciſum remanſit, ex quo ſtante donationis validitate, illud decidi opus non fuit, ad confirmationem opinionis cuius extitit D. Reg. noſter poſt Andream, Affl. & Loffred. hîc citatos, nimirum vt in ſuceſſione fratris, tam in feudo nouo, quam antiquo paterno ſoror vtrinque coniuncta, & ſi natu minor præferatur conſanguineæ natu maiori, videnda ſunt omninò quæ Ego nouiſſimè ſcripſi *reſol. iuris lib. 1. c. 126. n. 15.* vbi *n.* 46. multa ad declarationem *c. conſiderantes* hîc citati. 3

ARGV

## ARGVMENTVM.

Pragmatica Sanctio edicta Thori an allegari poſſit, vbi quis ageret actione hypothecaria pro recuperatione crediti, quod habet ſuper re, quæ à tertio poſſidetur. Dos promiſſa an verè dos ſit, ita vt ſi ſtatuto caueatur, vel in capitulis matrimonialibus maritus cum vxore pactum fecerit, vt ipſa ſine liberis præmoriente, dotem, vel illius certam partem lucretur, ſi iam vxor ſine liberis præmortua eſt, ſed dos non reperitur ſoluta, ſtatuto, ſiue pacto locus ne ſit, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCCXXXIII.

1 CVM Magnifica Ioanna Miroballa pro recuperatione dotium maternarum promiſſarum, & non ſolutarum, actione hypothecaria egiſſet ſuper terra Lauriæ, illius vtilis Dominus, & poſſeſſor exceptionem oppoſuit pragmaticæ Sanctionis editæ Thori, quo factum fuit vt dubitaretur an eſſet audiendus? Ratio dubitandi in partem negantem ea fuit, quia huius pragmaticæ tenore attento videtur, quod tunc demum illius diſpoſitio locum habeat, cum titulus rerum, quæ poſſidentur infringitur, vt per Loffred. *conſ.* 34. Sed quando quis agit actione hypothecaria ſuper re ſibi obligata, titulum non infringit, neque diſpoſita per illos Reges Aragoneos tangit, ergo, &c.

2 Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contrarium per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtriſſimo Duce Albe Prorege, nemine diſcrepante deciſum fuit, nimirum oppoſitam exceptionem in caſu propoſito obſtare, ac proinde in cauſa non eſſe procedendum. Ratio deciſionis fuit declaratio huius diſpoſitionis, demum ab eodem Rege Catholico facta, dum voluit, vt pragmatica locum non haberet, quando ageretur pro recuperatione dotium verè ſolutarum, ac poſtea recuperandarum, ergò vbi dotes non eſſent verè ſolutæ, vel ageretur actione hypothecaria, pragmatica locum habebat, quia alias fruſtra Rex ille dotis cauſam exceptuaſſet ſi pragmatica locum ſibi non vendicaret, niſi eo caſu, quo titulus infringitur, & ſi dices in caſu propoſito de dotis recuperatione tractari, reſponſio eſt, verum eſſe; ſed Regia declaratio hunc caſum non comprehendit; ſed tantum quando dos fuit viro ſoluta, & poſtea vxori, ſiue eius hæredibus non reſtituta, ſicque dicebatur vt pragmatica locum non habeat neceſſe eſſe, quod dos fuerit primo conſtituta, ac demum ſoluta viro, à quo petitur reſtitui; ſi enim voluiſſet Legiſlator dotis cauſam à dicta pragmatica excipere generalit ſtatuiſſet, vt in cauſis dotium diſpoſitio illa non procederet, tunc enim procul dubio, etiam in dote promiſſa locum non habuiſſet, quia dos promiſſa verè dos eſt, vt per Iaſ. & DD. omnes *in rubr. ff. ſol. matrim* & Bart. *in l. Titio centum §. Titio genero ff. de condit. & demonſtr.* & continetur ſub ſtatuto de dote mentionem faciente, niſi loqueretur de dote data, quia tunc in dote promiſſa locum non haberet, vt per Bart. *in l. iubemus §. ſanè C. de Sacroſ. Eccleſ.* & Iaſ. *in l. rei iudicatæ §. ſi verò, ff. ſol. matrim.*

---

## OBSERVATIO.

HIc deciſionem habemus indiuidualem, vt exceptio pragmaticæ Sanctionis editæ Thori, non ſolum opponi poſſit, quando quis agit rei vendicationis iudicio, ſic infringens titulum earum rerum, quæ à conuento poſſidentur, de quo non dubitatur; ſed etiam vbi quis ageret actione hypothecaria pro recuperatione crediti, quod habet ſuper re, quæ à tertio poſſidetur, ad cuius quidem deciſionis confirmationem adde omninò ſcripta per Ioan. Angel. Piſanell. *in eadem pragm. num.* 48. *&* 49. vbi in dubium reuocat, an pragmatica hæc locum habeat, quando quis agens non dicit ſe ſpoliatum, nec dicit Regem non potuiſſe alienare, ſicque directè titulum non infringit, ſed ageret actione hypothecaria propter obligationem contractam per eum, qui forſan rebellionem commiſit, ſiue per eum, cuius bona ſunt iniuſtè capta, & omiſſa argumentatione dicit ſibi ſemper viſum fuiſſe, vt hæc pragmatica genericè hunc caſum comprehendat, ſic reprobando Loffred. *in conſ.* 34. hic à Domino Regente cit. nam licèt (inquit Piſanell.) inſpectis quibuſdã pragmaticæ verbis, ibi, *iniungentes &c.* videatur Legiſlator loqui, de eo qui litem moueret ſuper annullatione tituli, attamen alia demum ſubnectunt verba, quæ omnes comprehendit caſus, dum diſponitur, vt ſuper eiſdem rebus aliquid in iudicio, vel extra de iure vel de facto non innouaretur; ſed ſic eſt, quod ſi ſuper eiſdem rebus lis moueretur in actione hypothecaria multum innouaretur, ergò, &c. 1

Ad illud autem, quod hîc tangit Dom. Reg. nimirum, vt dos promiſſa verè dos ſit, & contineatur ſub ſtatuto de dote mentionem faciente, niſi loquatur de dote data, quia tunc in dote promiſſa locum non haberet, quæri ſolet, ſi ſtatuto caueatur, vel in Capitulis matrimonialibus maritus cum vxore pactum fuerit, vt ipſa ſine liberis præmoriente dotem, vel certam partem dotis lucretur, ſi iam vxor ſine liberis præmortua eſt; ſed dos non reperitur ſoluta, num ſtatuto, ſiue pacto locus ſit; in hoc dubio ſemper ego interrogatus reſpondi cum diſtinctione à Dom. Regente noſtro hîc tradita, nimirum aut ſtatutum, vel pactum loquitur de dote ſoluta, & nullatenus poterit vir aliquid prætendere, dum dos ei ſoluta non fuit, ita ſanè ſcripſit Bart. *in l. iubemus* 14. *§. ſanè, num.* 7. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* cum declaratione tamen, quam tradit Iaſ. mox allegandus, 2

Digitized by Google

dus, aut verò ſtatutum, ſiue pactum loquitur ſimpliciter, vt præmoriente vxore, vir lucretur dotem, ſiue illius partem, & in hoc magis communiter tenuerunt Doctores, vt ſtatuto, ſiue pacto locus ſit, & in his terminis loquitur Bart. *in conſ.* 132. (qui non aliter eſt ſibi contrarius, vt præſupponit Myſing. *ſingul. obſeruat. centur. 5. obſeruat. vltima*) Iaſ. poſt Paul. de Caſtro, & Alex. *in l. ſi donaturus* §. *ſi quis indebitam numer.* 14. *ff. de condition. cauſ. data cauſ. non ſequut.* vbi ſatis bene loquitur, Bart. theoricam *in cit. l. iubemus.* §. *ſanè numer.* 7. exornans, Addentes ad Bart. *in d.* §. *ſanè verſ. quid ſi dos promiſſa*, Guid. Pap. *dec.* 565.

3 Et ex hoc infertur ad aliud notabile dictum nimirum, quod ſi ſtatuto diſponatur, vt frater ſororem excludat dotatam, locus erit huic diſpoſitioni, ſi pater ſolum ſponſalia pro filia contraxit, dotemque promiſit, ita Io. Campeg. *in ſuo tract. de dote quæſt.* 30. poſt Alberic. *in 2. par. ſtatuti quæſt.* 109. idemque addit dicendum, ſi dos in patris teſtamento eſſet filiæ relicta &c.

## *ARGVMENTVM.*

Collatio an ſicut expreſsè, ita pariter & tacitè, & ſic ex coniecturis prohiberi poſſit. Falcidia an, & quando à teſtatore prohibita cenſeatur. Pater feudatarius ſi filios inequaliter inſtituerit hæredes, nùm per hoc cenſeatur prohibita Collatio pretij feudi noui, ad quod primogenitus filius omninò tenetur, & de aliis.

## DECISIO CCCCCXXXIV.

1 IN cauſa Magnificæ Dianæ Saluatę filiæ primogenitæ quondam Iacobi Saluati cum tribus eius ſororibus petentibus ſe inueſtiri de tribus partibus feudi, quod remanſerat in hæreditate dicti Iacobi communis patris, ex quo in illo viuebatur de iure Longobardorum, excipiebat Diana, quod cum petita inueſtitura negari non poterat, tenebantur tamen ſorores, nedum dotes à patre habitas, ſed omnia alia ab eodem data conferre, ex nimis clara diſpoſitione conſtitutionis, *vt de ſucceſſionibus*, contradicebant ſorores; vnde quid iuris dubitabatur.

2 Et non eſſe locum collationi Regia Camera pronunciauit. Ratio deciſionis fuit, quia licèt in teſtamento per dictum Iacobum communem patrem condito prohibita collatio non reperiebatur, & nouiſſimo Authenticorum iure attento, collatio tam ex teſtamento, quam ab inteſtato nunquam prohibita cenſetur, niſi expreſsè à teſtatore dicatur, *Auth. ex teſtamento C. de collation.* tamen verbis generalibus, & æquipollentibus à teſtatore in teſtamento prolatis, & ex coniecturis bene deſumi poteſt prohibitio, ad tex. *in l. ex parte* §. *inteſtato ff. fam. hercisc.* Dec. optimè *in conſ.* 172. *num.* 14. Crauet. *conſ.* 85. in caſu de quo agebatur, collationis prohibitio ex teſtamento Iacobi ita deſumebatur, cum vltra dotes Dianæ filiæ primogenitæ in vita promiſſas, & ſolutas ad eiuſdem beneficium legatum fecerat vnius territorij non mediocris valoris, eo, verbis expreſſis, addito, quod huius diſpoſitionis contenta eſſe deberet, & quod plus pater non poſſet; ex his inquam verbis negari non poterat, quin prohibita eſſet collatio, nam ſi ſorores dotes ab ipſis habitas conferre cogi poterant, Diana ſoror primogenita plus de bonis paternis conſequuta fuiſſet, contra expreſſam patris prohibitionem; Confirmabatur hoc à ſimili ex dictis per DD. *in l. centurio ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* vbi dicunt, quod licèt de iure nouiſſimo *Auth. Falcidia*, non niſi expreſsè prohiberi debeat §. *ſi verò expreſſim*, *Auth. de hæred. & Falcid.* Tamen ſi teſtator teſtamento ſuo ordinauit, quod hæres integrè, ſiue indiminutè ſoluat legata, vel per alia ſimilia verba, tunc cenſetur prohibita falcidia, quia licet ſpecialiter prohibita non videatur, bene tamen per verba generalia, idemque dixerunt Bald. Ang. & Paul. de Caſtro *in Auth. ſed cum teſtamento C. ad leg. Falcid.* Aretin. *in l.* 1. *ff. de vulg. & pupill.* & ferè in terminis caſus propoſiti, facit ſingularis theorica Baldi *in l. cum patrem in fin. C. de iure dot.* vbi dicit, quod ſi teſtator appoſuerit illa verba quod non poſſit plus petere, vel plus habere, de Falcidia tractari non poteſt, quia prohibita videtur, facit, quod notat gloſ. *in l. decem ff. de fideicom. libert.* & ex hoc notabiliter dixerunt DD. collationem prorſus ceſſare, quando pater filios inæqualiter hæredes inſtituit, quod contigit, quando in teſtamento bona ſua diuidens plus vni, quam alteri aſſignat, Dec. benè *in d. Auth. ex teſtamento col. fi.* Vnde &c.

## OBSERVATIO.

EST vndique receptiſſima concluſio hîc per Dom. Reg. noſtrum firmata, vt collatio non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè, & ſic per coniecturas à patre teſtamento ſuo prohiberi poſſit, de expreſſa loquitur tex. *in Auth. ex teſtamento C. de collation.* & de tacita, tex. *in l. ex parte* §. *inteſtato ff. fam. hercisc.* ita vno ore faxi ſunt Ceph. *conſ.* 183. *num.* 6. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 59. *num.* 2. *verſ. ſed tamen diligenter*, Crauett. *conſ.* 85. *numer.* 8. *& conſ.* 125. *num.* 5. Deciā. *reſp.* 22. *num.* 15. *lib.* 2. Craſſ. *in* §. *collatio bonorum quæſt.* 3. *numer.* 2. Anton. Gamma *deciſ.* 33. *n.* 12. Arim. Tepat. *lib.* 2. *tit.* 642. *num.* 5. & Mangil. aliis omiſſis *tract. de imput. q.* 19. *num.* 5. euidens enim dicitur voluntas, quæ ex coniecturis deducitur *l. licet Imperator* 76. *ff. de legat.* 1. Molin. *de hiſpan. primogen. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 39. *& ſeq.* & Petr. de Salaz. *de vſu, & conſuet. cap.* 12. *num.* 69. 1

vbi

Digitized by Google

vbi poſt gloſ. Bal. & Ang. *in l. Prætor in princ. ff. de noui oper. nunciat.* ait pro expreſſo haberi, quod ex mente poteſt colligi, & euidenter apparere, quod ex legitimis coniecturis apparet; coniectura autem probabilis, & præſumpta mens patris, quod voluerit collationem prohibere, illa communiter recipitur, de qua hic per Dom. Reg. noſtrum, nimirum, quandǫ pater voluit, vt inter liberos non ſeruetur æqualitas, quod contigit, quando filios inæqualiter hæredes inſtituit, ſic bona ſua diuidens plus vni, quam alteri dando, nam cum collatio non ad alium finem à legibus ſit introductam, niſi ratione æqualitatis inter liberos ſeruandæ, ac diſcordiæ, & inuidiæ inter eoſdem euitandæ, *l. vt liberis & l. illud C. de collation.* ceſſat prorſus vbi pater voluit, vt ſeruetur inæqualitas, ſicque in puncto quando pater inæquales inſtituit hæredes, vt ceſſet prorſus collatio, ſcripſerunt Soccin. Sen. *conſ.* 127. *num.* 14. *per tot.* Dec. *cit. conſ.* 59. Didac. Caſtel. *in l.* 26. *Tauri gloſ.* 1. *num.* 1. Roderic. Suar. *in repet. l. quoniam in prioribus quæſt.* 5. *num.* 9. *C. de inoffic. teſtam.* Parlador. *differ. quotid. differ.* 150. §. 1. *num.* 9. Andr. Facchin. *controu. iur. lib.* 5. *cap.* 78. *in fin.* Io. Vinc. de Anna, qui ſic per Sac. Conſ. deciſum refert *allegat.* 94. & Ioan. Griuell. *deciſ.* 139. *à num.* 16. quos omnes retuli Ego *lib.* 2. *mearum reſol. cap.* 85. vbi ad denegandum collationem pretij feudi noui, quæ alias inter fratres ſecundogenitos eſt debita, ex vulgatiſſima theorica Andreæ *in c. Imperialem §. prætereà Ducatus in addition. num.* 39. latè deduxi coniecturam, nimirum cum pater feudatarius inæqualiter filios inſtituiſſet hæredes; vide, quæ ibi ſcripſi, quia ſunt ſatis notabilia, deque illis memini pariter ſupra *in obſeruat. ad deciſ.* 100. vbi etiam de tacita prohibitione falcidiæ.

## *ARGVMENTVM.*

Fatalia vt non currant appellatione, ſiue reclamatione interpoſita, an opus ſit, vt qui appellauit, vel reclamauit, proteſtetur vt cauſa expediatur. Fatalia ſi fuerint elapſa, nùm Iudex poſſit ſuper interpoſita appellatione, ſiue reclamatione pronunciare, dum qui ſententiam obtinuit fauorabilem, appellationem, ſiue reclamationem deſertam eſſe non allegauerit, & de aliis.

## DECISIO CCCCCXXXV.

1 INſTANTE Illuſtriſ. Marchione Lauelli, vt procederetur ad expeditionem reclamationis per ipſum interpoſitæ à ſententia per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio contra ſe lata ſuper defenſa dell'*Arrgini*, pro vſu herbagiorum Regiæ Dohanæ aſſignata, oppoſuit Regius fiſcus reclamationem fuiſſe deſertam, ex eo quod nedum primum erat elapſum fatale, & ſic primus annus; ſed etiam ſecundum, & vltra, quo caſu ſententiam in rem iudicatam tranſiuiſſe dicebatur, ad tex. *in cap. cum ſit Romana, & in C. ex ratione*, vbi omnes Canoniſtæ, extra *de appellat. l. fin. §. illud. & Authent. ei qui C. de tempor. appell.* Sed replicante Marchione quod per ipſum non ſteterat quin cauſa prædicta expediretur, dubitatum fuit, quid Iuris?

Et per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, nemine diſcrepante, deciſum extitit, reclamationem non aliter fuiſſe deſertam, & proinde ad cauſæ deciſionem fore procedendum. Ratio deciſionis fuit, quia Marchio antequam primus annus & ſic primum fatale laberetur, pluſquam decies penes acta proteſtatus fuerat, vt cauſa expediretur, quæ quidem proteſtatio ſatis loco impetrationis ſecundi fatalis habebatur, exploſa Pauli Caſtr. ſententia *in l. properandum C. de indic.* qui dixit, neceſſarium eſſe, ni dicatur appellatio deſerta, vt à Iudice ſecundum fatale impetretur, nàm ſi in primo anno legitimum interuenerit impedimentum, vt cauſa expediri non potuiſſet, tunc lex ipſo iure ſecundum indulget fatale, ita gloſ. *in d. Auth. ei qui, in verbo indulgeat*, & Bald. optimè *C. de tempor. appell.* Nec obſtare dicebatur aliud, quod fiſcus opponebat, nimirum, quod quando Iudex inferior cauſam appellationis non expedit, debet ſupplicatio porrigi ſuperiori, & per viam querelæ, ad hoc vt inferiori mandet, vt ad cauſæ terminationem procedat, vt latè per Alex. *conſ.* 72. *lib.* 3. Etenim concluſio hæc non applicabatur, quia cauſa hæc erat conſiſtorialis cum nonniſi in Collaterali Conſilio expediri poterat, ergò intacta permanebat, nedum per biennium; ſed per plures annos, *Auth. ſed & lis C. de tempor. appell. c. ex inſinuatione, de appellatio.* Affl. *deciſ.* 82. vbi benè loquitur, facit quod notat Paul. de Caſtro, Rom. Alex. & Iaſ. *in l.* 1. *ff. ſi quis cautio*; vbi dicunt, quod ſi dubitari contigit an deſerta ſit appellatio, in dubio non debet iudicari eſſe deſertam, quia ſi declararetur eſſe deſertam, ius appellantis eſt omnino extinctum; ſi verò declaratur, non eſſe deſertam, vtriuſque Partis conſeruatur ius, quod poſtea in cauſa principali diſcutitur. Vnde.

## OBSERVATIO.

COlligimus ex hac deciſione, vt fatalia non currant requiri, vt antequam primum fatale labatur, qui à ſententia Præfecti prætorio reclamauit ſe proteſtetur, vt cauſa expediatur, & quod per ipſum non ſtat, quominus ad cauſæ expeditionem procedatur, quam quidem proteſtationem ait Dom. Regens, ſatis loco impetrationis ſecundi fatalis haberi; at non vnam ſat eſſe; ſed plures requiri proteſtationes, dixerunt gloſ. *in c. cupientes in verbo propoſita de elect. in* 6. Alex. *conſ.* 164. *num.* 6. *lib.* 2. Guid. Papa *deciſ.* 91. Maranta *in prax. par.* 6. *actu* 2. & alij, quos citat Theſau. *deciſ.* 10. *num.* 14. eoque magis ſiſtat per Iudicem, tunc enim multiplicem requiri proteſtationem contra illum, dixit Caccher. *deciſ.* 12. vbi ſic per illum Senatum 1

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.

Xxxx deci

deciſum refert, idemque Scaccia *de appell. lib. 2. cap. 2. quæſt. 15. num. 181. verſ. immò*, Quod ſi ſtat per Iudicem, vt quando legitimum ſe offert impedimentum, quod eſt notorium, & diligentia in proteſtando proficua non eſſet, putauit, idem Scacc. *loco nuper cit. num.* 182. poſt alios, quos refert DD. proteſtationem non eſſe neceſſariam, licèt demùm *num.* 186. addat bene eſſe vtilem, quodque optima ſit cautela in omni caſu proteſtari de impedimento, ne impedito tempus currat.

2 Cæterùm impedimento ceſſante, quando fatalia ſunt decurſa, quamuis, qui in prima inſtantia ſententiam obtinuit fauorabilem, in hac ſecunda appellationem, ſeu reclamationem deſertam eſſe non allegauerit, exiſtimauit D. Reg. de Ponte, *conſ. 62. num. 6. & conſ. ſeq. num.* 3. poſt Ant. de Butr. & Philip. Franc. quos allegat, non poſſe de cætero Iudicem ſuper interpoſita appellatione, ſiue reclamatione pronunciare, quia per temporis lapſum prima ſententia firma remanſit; idque adeo verum, quod ſi pronunciauerit, hæc ſecunda ſententia ex defectu iuriſdictionis nulla diceretur, ex eo quod habetur, ac ſi appellatio ſiue reclamatio interpoſita non eſſet; idemque & ſatis benè ſcripſerunt Myſinger. *ſing. obſeru. centur. 2. obſeru.* 59. Scaccia *loc. cit. num.* 117. *& ſequent.* Ego ipſe *reſol. iuris, lib. 2. cap.* 79. vbi ad hanc materiam pertinentia plura inuenies notabilia.

3 Ad confirmationem autem alterius concluſionis quam Dom. Reg. noſter hic firmauit, nimirum, vt quando dubitari contingit, an deſerta ſit appellatio, in dubio ſit ſemper iudicandum non eſſe illam deſertam, ex ratione hic deducta, videndi ſunt hoc idem firmantes Tiraquell. *in tract. la mort ſaiſit, par. 6. declaratione 6. in fin. ſub num.* 10. Ruginell. *de appellation. §. 12. gloſ. 1. num 26. verſ. ſi dubium*, & Scacc. *eod. tract. lib. 3. cap. 2. quæſt. 17. limit. 1. num.* 18. Hinc apud nos quando à decreto M. Curiæ, ſiue aliarum Curiarum inferiorum Regni ad S. Conſ. appellatur, & infra legitima tempora appellans appellationem non fuit proſequutus, ſic negligendo Apoſt. præſentare, quamuis allegando impedimentum de æquitate Sac. Conſ. reuidetur cauſa ex eiſdem actis, ita Affl. *deciſ.* 78. 79. *&* 175. licèt Hieronym. Puluer. *ibi* aduertat, hoc tunc demum procedere, dummodò aduerſarius non præuenerit cum ſua inſtantia, appellationem declarari deſertam, quia ſi inſtitiſſet iam appellatione declarari deſertam, non poſſe de cætero cauſam ex eiſdem actis reuideri, quod etiam firmare videtur Rouit. *in pragm. 1. num. 8. de inſt. cauſ. non reſtit.* memini tamen, centies obtinuiſſe contrarium.

## *ARGVMENTVM.*

Ius accreſcendi, ſiue non decreſcendi an, & quando, & in quibus caſibus in feudis locum habeat. Feudo conceſſo alicui pro ſe & hæredibus ſuis natis, & naſcituris, ſi hic conceſſionarius conceſſionis tempore nonniſi vnicum haberet filium naturalem Domino concedenti benè cognitum, nùm iſte; patri ſuo naturali defuncto in feudo ſuccedere poſſit; Et quid ſi feudum concederetur Clerico, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, an ſub hac conceſſione Collaterales comprehendantur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCCXXXVI.

CONCESSERAT Rex Catholicus feudum Titio pro ſe, eiuſque hæredibus ex corpore, eo addito, quod vbi contingeret eum abſque filiis ex ſuo corpore legitimè procreatis mori, tunc, & eo caſu potuiſſet in illo feudo ſuccedere frater ipſius Conceſſionarij, qui erat Archiepiſcopus, & Sempronius nepos, eiuſque hæredes ex corpore, ordine primogenituræ ſeruato, & vt maſculi fœminis præferrentur; mortuo autem Titio, Archiepiſcopus, & nepos Regiæ Curiæ releuium ſoluentes, à Cæſarea Maieſtate inueſtituram obtinuerunt, in qua legebatur, vt in feudo prædicto ipſi, eiuſque hæredes, & ſucceſſores vtriuſque ſexus in perpetuum nati iam, & in antea naſcituri, primogenituræ ordine ſeruato ſuccedere deberent, defuncto, & tandem Archiepiſcopo, Sempronius nepos totius feudi continuabat poſſeſſionem, quo factum fuit, vt dubitaretur, an pars illa Archiepiſcopi ſine hæredibus ex corpore defuncti cenſebatur ad Regiam Curiam reuerſa, vel potius in ea ſucceſſerat Sempronius nepos? 1

Pro cuius dubij reſolutione conſiderabatur, quod ſi prima erat attendenda inueſtitura, dubitari non poterat, quod ad partem Archiepiſcopi veniebat Sempronius nepos, & per ius accreſcendi, vel verius per ius non decreſcendi, nam quamuis regulariter in feudis non ſit locus iuri decreſcendi, per tex. *in c. 1. §. & quia vidimus, de iis qui feud. dare poſſ.* & *in c. 1. de duobus fratribus de nouo benef. inueſt.* & in his locis Andr. & reliqui Feudiſtæ, attamen plures ad regulam accommodantur limitationes, & illa ad propoſitum; nimirum quando feuda ſunt indiuidua, ad tex. *in c. Imperialem §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Frederic.* In caſu, de quo agebatur, feudum Titio erat conceſſum, vt in eo viueretur de iure francorum, ſicque indiuiduum erat & nonniſi primogenituræ ordine ſeruato ſuccedi poterat, vt *in conſtit. vt de ſucceſſionibus.* vbi Andr. *in verbo ſpeciali iure*, ſicque in terminis ſcripſerunt Iacob. de Beluiſ. Andr. & Bald. *in cap. 1. de fratribus de nouo benef. inueſt.* Idem pariter dicendum, ſecunda attenta inueſtitura per quam ſimul, & ſemel Archiepiſcopus, & Sempronius nepos de feudo prædicto inueſtiti fuerunt, eiuſque hæredes, & ſucceſſores in perpetuum; defuncto namque Archiepiſcopo, hæres eius fuit nepos, iuxta Bald. theoricam, *in c. 1. §. naturalis, ſi de feud. defunc. fuer. controu.* 2

quo

quo loci dicit, quod ſi feudum clerico eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus concederetur, intelligetur conceſſio pro collateralibus facta, cum clericus filios habere non poſſit, comprobabatur hoc ex notatis per Bald. *in l. eum qui col. 9. verſ. demum quæro*, vbi dixit quod ſi Dominus dat feudum Titio pro ſe, & hæredibus ſuis natis & naſcituris, & ille non niſi vnicum haberet filium naturalem, & hoc Dominus concedens ſciuerit, ille erit hæres in feudo, ex quo quilibet de feudo inueſtiri poteſt, cum Dominus inueſtiens illius qualitatem ſciat, adhuc ſi ſeruus eſſet, *c. 2. §. perſonam, per quos fiat inueſt.*

## OBSERVATIO.

1 Vulgatiſſima eſt quæſtio apud feudiſtas, quam hic tangit Dom. Reg. noſter, an in feudis ius accreſcendi, vel non decreſcendi locum habeat, eamque latè tractarunt Cyn. *in l. vnica C. quand. non petent. part.* Andr. *in cap. 1. de fratribus de nouo benef. inueſt.* & *in cap. 1. de duob. fratribus à Capit. inueſt.* & *in cap. 1. de feud. March.* Bald. *in d. cap. 1. de fratr. de nouo benefic.* & *in l. 1. C. de caduc. tollen.* & *in l. ſi qua C. ad Senat. Conſ. Tertull.* Paul. Alex. Cum. & Crot. *in l. ſi mihi, & Titio de verb. obligat.* Luc. de Penna, & Valenz. Piſcat. *in l. vnica C. ſi liberalitatis Imperialis ſocius ſine hærede deceſſ. lib. 10.* Curt. Iun. *de feud. par. 1. in 3. quæſt. princip.* Scrader. *de feud. par. 7. cap. 1.* Capyc. *in ſua inueſt. in verb. ius accreſcendi fol. 260.* Franc. de Amic. *de his qui feud. dare poſſ. in quæſt. incip. ex præmiſſ. fol. 127.* Iul. Clar. *in §. feudum quæſt. 77.* Facchin. *controu. Iurium lib 7. cap. 63.* Dom. Reg. Conſtant. *in l. 1. & 2. à num. 80. C. de filiis offic. milit. qui in bello moriuntur*, & nouiſſimè aliis omiſſis Ioann. Anton. Bellon. *in ſuo tract. de iure accreſc. cap. 6. quæſt. 37. per tot.* admiſſa autem opinione negatiua, quam probat Dom. Reg. Conſtant. *l. c. cit. n. 83.* per tex. quem ipſe dicit apertiſſimum *in cap. 1. de fratribus de nouo benef. inueſt.* illa à Domino Regente noſtro accommodatur limitatio, nimirum quando feudum eſſet indiuiduum, quod probat pariter Capyc. *loc. cit. n. 84. verſ. & in feudis titulorum*, & Scrader. vbi ſupra *num. 21. verſ. nono hac concluſio*, vbi loquitur de conceſſione iuriſdictionis iuris venandi, piſcandi, exigendi vectigal, & ſimilibus, quicquid circa hoc contrarium ſcripſerit Dom. Regens Conſtant. *loc. cit. num. 84.* vel ſi feudum datum ſit duobus quorum vnus erat inhabilis, nam ſi Rex ſcienter hoc fecerit, pars iſtius inhabilis alteri accreſcit, quia tunc Dominus videtur habilitare, ſicut facit de clerico, & fœmina, ita Franc. de Amicis *loc. cit. col. 1. circa fin.* provt dicit Dom. Regens noſter quando feudum eſt conceſſum Titio, & hæredibus ſuis natis & naſcituris, conceſſionis tempore conceſſionarius non niſi vnum habebat filium naturalem, tunc enim ſuppoſita ſcientia Domini, hic filius legitimus erit in feudo ſucceſſor.

2 Cæteras limitationes vide apud Scrader. *loc. ſupra relato*, & illam ſignanter *num. 24.* ſi frater de pecunia communi, vel etiam cum equis, & armis communibus; feudum pro ſe, & fratre ſuo acquiſierit ſimpliciter, hoc enim caſu, ſi Dominus hæc ſciuerit, probant magis communiter feudum illud commune eſſe cum fratre, vnoque ex eis ſine hærede maſculo defuncto, portionem deficientem alteri ſuperſtiti accreſcere, ita per illum tex. *in cap. 1.* ibi, vel vtriuſque nomine Domino ſciente, vbi Andr. Bald. Aluarot. Præp. & Afflict. *in tit. de benefic. fratr. gloſ. in cap. 1. §. ſiue verſ. quod ſi cum æquis, in verb. dicunt*, vbi etiam Andr. *in fine, in titul. de fratribus de nouo benef. inueſtit.*

3 Illud autem hîc animaduertere placet, quod idem Scrad. notat *loc. cit. n. 26. cum plur. ſeq.* nimirū vt multum referat, an feudū alicui iure non decreſcendi, an verò iure accreſcendi deferatur; etenim, ſi feudi portio alicui defertur iure non decreſcendi, nullo pacto ei licebit, portionē ſibi delatam, ſua retenta repudiare; at ſecus ſi per ius accreſcendi, quia tunc bene poterit vaſſallus portionem ſibi delatam, ſua retenta recuperare, cum ipſi inuito accreſcere non poſſit, & cum vtroque caſu, quando portio illa acquiritur, quæ abſque alia agnitione acquiri poteſt, accreſcat non tam perſonæ, quàm portioni, ſequitur primò quod cum in feudo nouo nemo ex Collateralibus ſuccedat, & quando ad ſucceſſionem admittitur, ſucceſſio vltra ſeptimum gradum non ſe extendit, *c. 1. §. quia vidimus*, vbi Andr. Afflict. & cæteri omnes *de his qui feud. dare poſſ.* Tamen in illis caſibus, in quibus feudi noui portio alicui iure accreſcendi, vel non decreſcendi defertur, hæc ſane portio indiſtinctè, nulla habita ratione gradus, licèt is vix centeſimo gradu defunctum attingat, eidem accreſcit, ſequitur ſecundò addit Scrader. *num. 31.* quod ſi is qui habet feudum cum alio commune, priuſquam ſibi portio alterius per ius accreſcendi, vel non decreſcendi deferetur, propriam portionem alteri vendat, vel donet, facto caſu acquiſitionis alterius portionis, non ipſi alienanti, ſed illi in quam portionem ſuam tranſtulit, portio hæc accreſcit.

## *ARGVMENTVM.*

Feudum, ſiue Caſtrum ſi fuerit à Rege alicui conceſſum cum gabellis, an ſub hac conceſſione compræhendatur gabella, quam Rex concedens generaliter de nouo impoſuit. Caſtro vendito, vel conceſſo cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, num ſub hac venditione, ſiue conceſſione veniant non ſolùm illa, quæ Rex vt Baro in Caſtro illo tenebat, & poſſidebat, ſed etiam illa, quæ Regi, vti Regi competebant. Rex an poſſit in ſucceſſorum præiudicium Regalia alteri concedere, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCCXXXVII.

1 INSTABANT hæredes quondam Magnifici Troiani Bozzuti per Regiam Cameram declarari, ad eos vti Dominos Caſalis Afragolæ ſpectare ius Tertiariæ vini, attento quod eorum



Digitized by Google

prædeceſſores Caſale prædictum à Sereniſſimo Rege Carolo Tertio in burgenſaticum emerant cum gabellis,& Dohanis,in eoſdemque tranſlato nedum vtile, ſed etiam directo Dominio,totoque iure dicto Regi competente, & competituro, nil ſibi reſeruato, ex quibus verbis ita generalibus, & prægnantibus prætendebatur dubitari non poſſe, quin ad ipſos ſucceſſores dictum ius Tertiariæ vini ſpectaret, contradicebat fiſcus, vnde dubitatum fuit, quid iuris?

2 Relata hac cauſa in Regia Camera per Dominum Præſidentem Paulum de Magnanis, pro fiſco nemine diſcrepante, prodiit ſententia. Ratio deciſionis fuit, quia eo tempore, quo à Rege Carolo dictum Caſale dictis de Bozzuto venditum fuit, gabella hæc impoſita non erat,vnde dicebatur quod quando Rex Caſtrum, ſiue Terram mihi concedit, cum gabellis, & Dohanis, intelligitur de illis, quæ eo conceſſionis tempore ibi impoſitæ reperiebantur, ad tex. & ibi DD. omnes *in l. ſi ſic* §. 1. *ff. de leg*. 1. vbi Bart. dicit, quod ſi Comes alicui Eccleſiæ conceſſerit omne ius quod habet in tali Caſtro, conceſſio non tenet, ſi non conſtat, quod Comes ille in Caſtro conceſſo ius aliquod habebat, vnde in caſu propoſito onus erat actorum demonſtrare, quod tempore conceſſionis hæc gabella impoſita reperiebatur, hoc enim erat eorum intentionis fundamentum. Præterea fuit conſideratum, quod quando Rex Carolus Tertius dictum Caſale, ſeu eius partem cum gabellis, & Dohanis vendidit, in emptorem transferre noluit, niſi ius illud, quod ipſi Regi competebat, vt Domino Caſalis, non autem vti Regi; Etenim quando Rex alicui Caſtrum concedit cum omni iure ſibi competente, illud ius concedere intelligitur, quod Regi competebat vt Domino Caſtri, non autem ius illud quod competebat Regi vti Regi. Vlterius dicebatur, quod in dicto Caſale, tempore quo fuit venditum plures gabellæ impoſitæ reperiebantur, ſicque de illis Rex vendens intellexit, non autem de illa Tertiaria vini, quæ à Rege vt Rege demum impoſita fuit, & non in dicto Caſale Afragolæ; ſed in ciuitate Neapol. ac eius diſtrictu; Hinc dicebatur, quod cum Rex impoſuiſſet ducatum vnum pro ſalma olei, quod colligitur in Regno, hæc gabella exigebatur in terris Baronum, ita, & taliter, vt ſuper ea Barones ius aliquod non haberent, ſed tantum Rex, qui hanc nouam impoſuerat gabellam. Vnde,

## OBSERVATIO.

Hic habemus deciſum, quod quando Rex alicui terram, ſiue Caſtrum vendit, vel concedit cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis in ampliſſima forma, illud tantum venditum, ſiue conceſſum cenſetur, quod Rex vt Baro in terra illa tenebat,& poſſidebat,non autem illud,quod Regi vt Regi competebat. Tu modò ad huius deciſionis confirmationem, vide Lucam de Penna *in l. 1. num.* 18. *verſ. dicas plenius C. de priuileg. ſcholar. lib.* 12. vbi eleganter ſcripſit,in venditione, vel conceſſione feudi omnia, quæ Rex ibi habebat, vendita, vel donata cenſeri, ſi tamen eius naturæ, & qualitatis ſunt, quæ poſſunt per priuatum, ſiue ſubditum poſſideri; at nullo pacto, quæ ſunt merè de regalibus, vt puta, poteſtas legis condendæ,Tabelliones creare, monetam cudere,& ſimilia, quæ quidem cum in priuatum cadere non poſſint, Regem vendidiſſe, vel donaſſe nullatenus affirmari poteſt. Ratio aſſignatur, quia iſta velut Regis oſſibus cohærentia,à Regia poteſtate nequeunt ſeparari. 1

Vnde bene dicebat Capyc. *in ſua inueſt. feudali in verbo feudum dant, verſ.* 3. *concluſio col.* 1. *fol.* 159. vt nec per contractum, nec quouis alio modo poſſit Princeps in ſucceſſorum præiudicium regalia concedere, quamuis demum inhæreat ſententiæ Lucæ de Penna, qui *in l. contra publicam num.* 11. *verſ. vel dic huiuſmodi regalia C. de re milit. lib.* 12. diſtinguit,nimirum, quod aut Princeps hæc ſubdito ſuo concedere intendit in perpetuum, & hoc eſſe omninò illicitum; aut ad tempus, puta ad vitam, vel infra, & tunc ſi Reipublicæ id eſſe expediens diiudicaretur, & facere poſſet,alias ſecus. Conſiderat, & tandem Capyc. quod quando in caſu permiſſo huiuſmodi Regalium conceſſio fieret, vt ea,ſaltem viuo concedente ſubſiſtat, opus eſſe, vt in conceſſione adſit clauſula motus proprij, vel ex certa ſcientia, ex Alberic. *in l. quoties C. de precib. Imper. offer.* 2

## ARGVMENTVM.

Filius familias pro patre fideiubens, & cum illo inſolidum ſe obligans, an efficaciter obligatus remaneat, itavt contractum fuiſſe nullum allegare prohibeatur. Metus reuerentialis abſque minis, & verberibus, an ſat ſit ad contractum reſcindendum, & an per actus geminationem purgetur. Mulier ſi poſtquam pro alio ſe obligauerit, certo tempore elapſo creditorem noua obligatione, vel pignore cautum reddiderit, num poſtea ad ſoluendum conuenta ampliſſimi ordinis beneficio ſuccurratur. Filius familias ſi pro dote ſe obligauerit, conuentus demum, num Macedoniani exceptionem opponere poſſit.

DECI

## DECISIO CCCCCXXXVIII.

1 CVM Magnificus Iacobus Maria Franconus matrimonium contraxiſſet cum Magnifica Paula de Sancto Seuerino, & pro dotium acceptarum reſtitutione inſimul ſe obligaſſet cum Magnifico Franciſco Antonio eius filio, hic facto caſu reſtitutionis dotium, conueniebatur à Magnifico Hieronymo de Sancto Seuerino fratre dictæ Paulæ ad ſoluendum ducatos mille & quatuor centum, reſiduum dictarum dotium, ſed eo excipiente nulliter fuiſſe obligatum, ac proinde ad aliquid non teneri, fuit dubitatum, quid iuris?

2 Quæ principaliter Franciſcus Antonius pro ſe allegabat, ſunt hæc, & primò, quod cum ipſe pro patre, qui dotem receperat, inſolidum ad illam reſtituendam ſe obligaſſet, ex quo nihil ad eum peruenerat, nonniſi fideiuſſor patris cenſeri poterat, ſicque ad aliquid non tenebatur, prohibetur enim regulariter filiusfamilias pro patre fideiubere, cum ſibi ipſi authorari non poſſit, probant Bart. *in l.1.ff. de auth. tutor.* & Soccin. latè *conſ.* 13. *per tot. lib.* 4. Secundò dicebat, quod compulſus, & coactus pro patre interceſſerat, quo caſu, actus fuit nullus, & in hoc conſiderabatur, quod quando ſolus metus reuerentialis concurrit abſque minis, & verberibus, tunc ad contractum reſcindendum non ſufficit, notat Bart. *in l.1.§.quæ onerandæ ff. quarum rer. act. non det.* Innoc. *in cap. cauſam matrimonij, extra de offic. de leg. & in c. accedens de conuerſ. coniug.* Aretin. *in l. interpoſitas C. de tranſact. & in c. litteris de teſtibus*, Secus verò ſi minæ concurrerent, quæ in conſtantem virum caderent, vel verbera, quia tunc dubium non eſt quin contractus reſcindatur, notant Canoniſtæ *in c. cum dilectus extra quod met. cauſ.* quomodo autem probetur metus, ſcripſit Bart. *in leg. de pupillo §. ſi quis ipſi prætori ff. de noui oper. nunciat.* Tertiò allegabat fuiſſe ex hac obligatione enormiſſimè læſum, quia nihil ex dotibus à patre receptis habuit, neque etiam ex hæreditate paterna, ex quo eius pater fuit rebellis, omniaque illius bona fuerunt confiſcata, immo bona ipſius filij propria extiterant ab eodem patre alienata; Sed his non obſtantibus pro Hieronymo actore fuit, nemine diſcrepante, iudicatum condemnato Franciſco Antonio ad ſoluendum quantitates petitas reſidui dotium per patrem acceptarum. Ratio deciſionis fuit, quia contractum illum cum patre ſuo ad fauorem dictæ Paulæ factum poſt annos viginti, mediante alio contractu iurato ratificauerat, ſicque omnem metum fuiſſe purgatum dicebatur per tex. vbi Aretin. & reliqui *in l. 2. C. de his qui vi met. cauſ. fiunt, & in c. 1. in fine*, vbi optimè gloſ. & cæteri Canoniſtæ *extra ead.* aduerſus quem poſtremum contractum nihil pro parte dicti Franciſci Antonij productum fuerat, imò ab illo nec iuramenti abſolutione obtenta, itaut contra eum periurij exceptio appoſita fuerat, ad tex. *in c. veritatis extra de iureiur.*

---

## OBSERVATIO.

VT hîc filiusfamilias tanquam patris fideiuſſor condemnaretur ad ſoluendum dotes per patrem ſuum receptas, nulla de allegata meticuloſa obligatione, ratione habita, vt videmus, ea fuit principalis ratio, nimirum, quia compertum fuit contractum illum, qui allegabatur per vim & metum à patre illatum, celebratus, poſt tot annorum lapſum fuiſſe ab eodem filio ratificatum nihilo deducto, neque allegato, vt hic ſecundus contractus eodem morbo laboraret, ſicque dicebatur, omnem metum fuiſſe purgatum, per tex. *in l. 2. C. de his qui vi, met. cauſ. fiunt & in c. 1. in fine*, vbi gloſ. & Canoniſtæ communiter *extra eod.* Etenim his iuribus attentis, communiter receptum eſt per actus geminationem, metus exceptionem omninò tolli, ita gloſ. *in c. ex litteris in verbo admonita de diuortio*, Oldrad. *conſ.* 263. *in fine, incipit factum tale eſt.* Paul. de Caſtro *conſ.* 115. *incipit ſuper primo videtur col. 2. circa med. lib.* 1. Dec. *conſ.* 181. *col. 2. in fine*, & alij, quos congerit, & ſequitur Crauett. *conſ.* 114. *num.* 8. quibus addo Camill. Salern. *in proœm. ad conſuet. noſtras in §. per quod authoritatis noſtræ, in apoſtilla incip. vis, metus, & fraus lit. A. fol.* 49. & nouiſſimè Bald. Mongoll. *in ſuo tract. de metu cap.* 12. *num.* 15. vbi dicit, quod quando non durat cauſa metus, purgatur metus triplici modo, nimirum verbis, factis, & præſcriptione, Verbis ratificando ea, quæ per metum geſta ſunt, ad tex. *in l. 4. C. allegat. tit. de his, qui vi met. cauſ. fiunt, in c. 1. extra eod. & in C. de illis il 2. de deſponſ. impub.* Soccin. *conſ.* 77. *num.* 10. *lib.* 1. Factis, ſpontè ſoluendo, quod per metum promiſſum fuit, *d. l. 2. C. de his, qui vi met. cauſ. fiunt*, Soccin. *conſ.* 4. *num.* 22. *lib.* 3. Rebuff. *in tract. de reſcind. contract. gloſ.* 12. *num.* 5. Præſcriptione ſinendo labi tempus, intra quod agere vel excipere poterat, ad tex. *in l. 3.* vbi Bart. *C. cit. tit. de his quæ vi, met. cauſ. fiunt.* 1

Hæc, ſi eadem metus cauſa non durat, quia ſi illa ſubeſt, nullo pacto actus geminatio, ſiue verbis, ſiue re facta metum purgat præcedentem, vt ex communi omnium ſententia ſatis benè probat idem Mangell. *loc. cit. in princ.* Sed hoc ſemper Ego intellexi, dummodo qui metum allegat, cauſæ perpetuitatem probet, nimirum vt ſecundus actus, vel verbis per ratificationem, vel facto per ſolutionem ſequutus per vim pariter, & metum celebratus ſit, & hoc eſt, quod in caſu huius deciſionis fuit conſideratum, dum filius qui metum allegabat, nil contra ratificationis contractum ex interuallo ſtipulatum deduxerat, neque allegauerat. 2

Quodque actus geminatio maximi ponderis ſit, hoc nouimus ſtatutum in muliere, quæ licèt in obligationibus per ipſam contractis Senat. Conſul. Velleiani beneficio ſuccurratur, *tot. tit. ff. & C. ad Senat. Conſult. Vell.* Attamen ſi poſtquam ſe pro alio obligauit, elapſo biennio, creditorem noua obligatione vel pignore cautum redderet, conuenta demum ampliſſimi ordinis beneficio non ſuccurritur, hic eſt tex. celebris *in l. ſi mulier.* 22. *C. ad Senat. Conſul. Vell.* vbi Salyc. & Paul. de Caſtro huius diſpoſitionis reddit rationem, nimirum, quia vbi mulier poſt lapſum biennij primam approbat interceſſionem iterum promittendo, ſiue cauendo, vel quoquomodo eam confirmando, cenſetur hoc ex magna deliberatione feciſſe, non autem ex 3

fragilitate, ideò meritò tanto beneficio non iuuatur, id quod pariter vno ore faxi ſunt alij quamplures Doctores, quos Ego inſequendo retuli *lib. 2. mearum reſolut.c.236.n.9.* quibus nunc addo gloſ. *in l.fin.in verb. ceſſante C.ad Sen.Conſult.Vell.*

4 Poterat etiam ex alio obligatio huius filijfamilias in facto de quo agebatur ſuſtineri, ſi eam conſideramus in cauſam dotis factam, conſtat enim in terminis ſtatuti prohibentis filiumfamilias ſine patris conſenſu obligari receptiſſimum eſſe, vt illud locum non habeat quando obligatur ex cauſa dotis, ea quidem ratione, quia de iure omnes qui in cauſam dotis ſe obligant, cuiuſuis ſexus, & conditionis ſint, valide obligantur, ſicque in puncto ſcripſerunt Bald. Nouell. *de dote par.6. priuileg. 48. num.1.* Petrus Caball. omninò videndus *conſ.22.per tot.lib.2.* Iacob.Cancer. *var.reſol. par.2.tit.1.n.44.verſ.mihi certè*, prior opinio, & noſter Paſcalis *de viribus patr.poteſt. par. 1.cap.6. ante nu.124. verſ.pro qua concluſione facit, fol.mihi 104.* Secundum quorum ſentẽtiam in iudicio exequutiuo liquidationis inſtrumenti, memini aliàs Magnam Curiam me referente, ſic iudicaſſe.

## ARGVMENTVM.

Banna pro affictu gabellarum in qua forma promulgari debeant. Conductor rerum fiſcalium, & Vniuerſitatum ſi conductionis tempore completo computa non reddiderit, & reliqua ſoluerit, nùm ad conductionem reiterandam admitti poſſit. Conductor antiquus in affictu rerum fiſcalium, nùm nouo præferatur, ſi eandem offerat penſionem, quam nouus obtulit; Et quid in locatione rerum priuatarum, Et quid in locatione prædiorum Eccleſiæ.

## DECISIO CCCCCXXXIX.

1 IN affictu, quem facere intendebat fideliſſima Ciuitas gabellę, quę dicebatur vnius denarij pro rotulo, præſentatis in Tribunali Sancti Laurentij duabus collationibus, reiectaque iſtarum altera, ad Collaterale Conſilium fuit habitus recurſus, vbi oblatorum aduocatis ſæpè auditis, deciſum fuit, oblationem iam acceptatam eſſe annullandam. Ratio deciſionis fuit, quia bannum per Magnificos deputatos publicatum, dum nouam continebat formam, quæ non erat neque de iure communi, neque ſecundum ſtylum Regię Cameræ, nullum dicebatur, dum in eo ſcriptum erat, quod Deputati illam poſſent acceptare oblationem, quam voluiſſent, ſiue quæ eis magis placuiſſet; forma enim Banni ponitur à Bart. & Ioan. de Platea *in l. ſi tempora C. de fid. inſtrum. & iure haſtæ fiſcal.lib.10.* Illaque in Regia Camera practicatur, nimirum vt ſcribatur, quod ſi quis vult emere, vel arrendare rem talem Regiæ Curię, compareat in Regia Camera, & offerat, quia illa acceptabitur oblatio, quæ erit melior, & qua Regiæ Curiæ conditio melior fit, nunquam tamen acceptabitur oblatio illius, qui anno præcedenti fuit arrendator, niſi computa reddiderit, & inſimul reliqua ſoluerit, vt eſt tex. *in l.licitatio §.1.ff. de publican. & vectigal.* Quo caſu dum debitor non remanet, non ſolùm ad offerendum admittitur; ſed cuilibet alteri offerenti præferretur, vt tenet Paul. de Caſtro *in d.l.licitatio §.1.* Vnde cum in caſu, de quo agebatur, oblationes non erant legitimè receptæ, fuit per Dominos Regiam Cancellariam Regentes votatum, oblationes de nouo fore recipiendas.

## OBSERVATIO.

NOtamus hîc quod in dies oculis videmus, & manibus palpamus, vt conductor rerum fiſcalium, completo conductionis tempore, ad conductionem reiterandam non admittatur, niſi prius præcedentis affictus computa reddiderit, ac inſimul reliqua ſoluerit, prout diſpoſitum eſt de iure, per tex. vulgatum *in l. licitatio §.1. ff.de publican. & vectigal.* Idemque addetu ſeruandum in affictu gabellarum, & introituum Vniuerſitatum, vt prudenter aduertit Dom. Reg. Rouit. *in pragm.5.num.13.de adminiſtr.Vniuerſit.* quo loci ex diſpoſitione illius *pragmaticæ ſanctionis* §.8. notat, res Vniuerſitatis locari debere, legitimis præcedentibus ſubhaſtationibus, eſſeque diligentiſſimè aduertendum, vt inter licitatores nullo pacto admittantur hi, qui integram affictus præcedentis mercedem non exoluunt, id quod pariter obſeruauit Ioſeph Mela *in addit. ad Gizzarell.deciſ.5.num.14.* 1

Quantùm verò attinet ad aliud, quod Dom. Regens noſter hîc tangit, nimirum, vt quando conductor prædiorum fiſcalium pro affictu præcedenti debitor non remanſit, non ſolùm ad offerendum admittatur, ſed cuilibet alteri offerenti præferatur, dicamus nos hoc benè de iure procedere per tex. *in l. congruit cum l.ſeq. C.de location.prædior.ciuil.lib.11.* Sed vt aduertit Gizzarell. *deciſ.5.n.27.* & poſt eum Dom. Reg. Tapia *deciſ. Sacr.Conſ.59.in fine*, & Nouar. *in dicta pragm.5.n.102.* in Tribunali Regiæ Cameræ plus offerentibus liberantur vectigalia & à prioribus conductoribus, niſi plus offerant, auferuntur, iſtoque iure vtimur, quamuis vt diximus de iure contrarium ſit diſpoſitum, per tex. *in d.l.congruit*, qua quidem diſpoſitione attenta, in locatione prædiarum fiſcalium antiquus conductor ſemper nouo præfertur, ſi eandem offerat penſionem, vt ſcripſerunt Gizzarell. *loc.cit.* & poſt eum Cartar. *deciſ. 97.n.5.* Mantic. *de tacit.& ambig. conu.lib.5.tit.3. n.27.* & D.Reg.Tapia *loco cit.* 2

In locatione verò rerum priuatarum ſeruamus diſpoſitionem iuris communis, vt nullatenus antiquus conductor nouo præferatur; ſed eſſe in libera Domini facultate rem ſuam, cui malit locare, & hic eſt tex. vulgatus *in l.ne cui C.locati*, qua de re latè noſter Fabius de Anna *conſ.77.per totum*, Licèt in hac Ciuitate fiat diſtinctio inter prædia Vrbana, & ruſtica, vt ſcilicet in vrbanis locum ſibi vindicet diſpoſitio dictæ l. necui, liceatque Domino rem ſuam cui velit re locare; 3

Digitized by Google

care;in ruſticis verò ſecus, nimirum vt antiquus nouo conductori præferatur, ſi eandem ſoluere mercedem offerat, quantam obtulit nouus, vt latè per Afflict. *deciſ.*238.

4 Quid autem dicendum in Locatore prædiorum Eccleſiæ, an in ea procedat tex. *in d. l. ne cui* vel potiùs diſpoſitio *d.l.congruit*,vide Dom.de Franch.*deciſ.*406. & Dom.Reg.de Ponte *conſ.*23.*lib.*1. vbi, quod procedat diſpoſitio *d. l. ne cui.* deciſum referunt; & ea eſt potiſſima ratio, quia ſi prælationi locus eſſet,Prælati, & omnes alij rebus ſemel locatis priuarentur, nàm qui videt primum conductorem nouo præferri ad conducendum non accederet, ſicque vili pretio res conducta ſemper penes primum remaneret conductorem,quod permittendum non eſt.

## *ARGVMENTVM.*

Tranſactio vt iure,validéque facta dicatur, quæ concurrere debeant. Sententiam obtinens fauorabilem in prima inſtantia, ſi in ſecunda ſuccubuerit, an in expenſis condemnari poſſit. Obtinens in poſſeſſorio, ſuccumbens demum in petitorio, nùm ad reſtitutionem fructuum tàm ante, quàm poſt litem conteſtatam perceptorum condemnari poſſit; Et an ſemper hæres, qui condemnatur ad reſtituendum bona fideicommiſſo ſubiecta teneatur pariter fructus, quos ex bonis illis percepit,reſtituere, & de aliis.

## DECISIO CCCCCXL.

1 PRÆTENDENTE Regio fiſco iuriſdictionem criminalem cuiuſdam Caſtri, quæ tenebatur à Victoria Brancacia Philiberti filia ad Regiam Curiam ſpectare, inſtitutoque iudicio in Regia Camera, vt ita declararetur, tandem compilato proceſſu inita fuit tranſactio, qua mediante, Victoria quæ poſſidebat, fiſco ducatos mille ſoluit, ſicque ampliſſimè motæ liti renunciatum extitit, illinc tamen ad certum tempus tam Vniuerſitas dicti Caſtri, quæ ad Regium domanium prouocauerat, quàm Regius fiſcus tranſactionem illam forè nullam declarandam inſtabant; ſed de illius validitate Victoria excipientè, inſtructo proceſſu,dubitatum fuit an tranſactio illa eſſet reſcindenda.

2 Quod Fiſcus,& Vniuerſitas allegabant,illud erat, nimirum tranſactionem prædictam propter euidentem rei litigantis calumniam fuiſſe factam, nam cum dictæ iuriſdictionis titulus fundaretur in quodam priuilegio Regis Ferdinandi primi, illud falſum erat, ſicque dicebatur cum dicto priuilegio litigare, euidentem fuiſſe calumniam, & ſucceſſiuè tranſactionem fuiſſe nullam, vel ſaltem annullandam,ad tex.*in l.ſi ex falſis*,vbi Bart. Paul,de Caſtro,Salyc.Alberic. & Alex. *C.de tranſact.* melior tex.*in l.in ſumma*, *verſ.ſi autem euidens calumnia.ff.de condit. indeb.* Cæterùm facta de his omnibus relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio,nemine diſcrepante, pro Victoria pronunciatum extitit, ea penitus ab impetitione tam Regij fiſci,quam Vniuerſitatis abſoluta. Ratio deciſionis fuit, quia ad validitatem tranſactionis ſat eſt,quod inter tranſigentes fuerit lis & res ſuper qua litigatur ſit dubia:*l.*1.*ff.de tranſact.* imò etiam ſi non ſit lis; ſed tamen ſperatur eſſe, adhuc de facto,&non de iure,vt per Bart *in d. l.*1. & eſt bonus tex. *in l.poſt rem iudicatam ff. de tranſact.* Nec obſtare dictum fuit quod de falſo priuilegio allegabatur,nam cum dicta Victoria rea conuenta hæres fuerit ſui patris, iuſtam habebat cauſam litigandi, ex eo, quod plura apparebant pro ſe, ſuiſque prædeceſſoribus prolata decreta, tam contra Vniuerſitatem, quam contra Regium fiſcum, quæ in dicto priuilegio fundabantur, vnde allegari non poterat, quod pro parte dictæ Victoriæ, ac etiam eius patris, lis fuerit euidenter calumnioſa,iuſtè enim poſſidet, qui authore prætore poſſidet, *l.iuſtè poſſidet ff.de acquir. poſſeſſ.* Hinc ſi quis pro ſe habens ſententiam,in gradu appellationis ex nouiter deductis ſuccubuerit, in expenſis condemnari non poteſt,quia iuſtam habuit in ſecunda inſtantia litigandi cauſam propter ſententiam in prima in ſui fauorem latam, gloſ. *in l. generaliter §. ſin autem non ritè C. de reb. credit.* Iaſon. *in l. properandum §. ſiue autem alterutrum num.*24. *C.de iudic.* Præterea nec obſtare dicebatur decretum pro Brancaciis latum in poſſeſſorio contigiſſe, tranſactionem autem inde ſequutam in petitorio fuiſſe initam,& ſic de diuerſo iure,ad tex.*in l.naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ.* Nam reſponſum fuit, quod in caſu propoſito de iuriſdictionalibus agebatur, quæ cum abſque titulo poſſideri non poſſint, vt *in tit.qua ſint regalia*,& *in conſt.ea qua ad decus*, nullo pacto decretum pro Brancaciis proferri poterat, vt manutenerentur in poſſeſſione, ſeu quaſi dictæ iuriſdictionis, niſi de titulo fuiſſet prius cognitum, ſaltem incidenter, quo caſu magis communis opinio eſt, quod ſententia lata in iudicio poſſeſſorio, annexam cauſam proprietatis habente, faciat præiudicium in petitorio, Bart.*in d.§.nihil commune*,Ripa *ibid.* & Abb. *in cap.Paſtoralis de cauſ.poſſeſſ.& propriet.* Tandem fuit ponderatum,quod fiſcus ſemper dixerat, priuilegium prædictum fuiſſe falſum, ſicque benè ſciebat an reus calumnioſè litigaret, & tandem ad tranſactionem deuenire ſibi placuit;

Digitized by Google

cuit; vnde ſuccedebat concluſio vt volenti, & ſcienti nullus infertur dolus, *l. cum donationes C. de tranſaction.* Bald. *in l. 2. eod. tit.* Alex. *in l. ſub prætextu eod.* & Paul. de Caſtro *in l. poſt rem ff. de tranſact.*

## OBSERVATIO.

AD confirmationem illus concluſionis, quam Dom. Regens noſter hîc conſtituit, nimirum vt
1 ille, qui in prima inſtantia ſententiam pro ſe reportauit, & in gradu appellationis poſtea ſuccubuit, ad expenſas victori nullatenus teneatur, ea quidem ratione quia iuſtam habuit litigandi cauſam, vide omninò ſcripta per Matthiam Berlichium *deciſ.* 7. vbi hac ratione attenta, in caſu maximi ponderis, per illum Senatum deciſum refert, vt obtinens in poſſeſſorio, & in petitorio ſuccumbens, nullo pacto ad reſtitutionem fructuum, tam ante, quam poſt litis conteſtationem perceptorum condemnari poſſit, quia dum in poſſeſſorio obtinuit, iuſtam in petitorio habebat litigandi cauſam: plus per Sac. Conſilium deciſum retuli Ego *lib. 2. reſol. iuris cap. 92. num.* 8. vbi condemnato hærede ad reſtituendum bona fideicommiſſo ſubiecta, Sacrum Conſilium à fructibus perceptis illum abſoluit, ad quos de iure omninò tenebatur, non alia ratione, quia hæres propter Iuris articulos, qui in cauſa ſe obtulerunt, valde dubios, iuſtam litigandi cauſam habuerat, & *num. ſequenti*, addidi in iudicio petitionis hæreditatis quando poſſeſſor conuentus iuſtam habuit litigandi cauſam, data tamen eius ſuccumbentia ad fructuum perceptorum reſtitutionem eum non teneri, idque confirmabam authoritate Curtij Iun. *in conſ. 6. in 4. concluſ. intra num. 25. vſque ad* 27. vbi hanc firmat concluſionem, ſubdens quod vbi in Iuris errore dubio, & probabili verſamur, ſat eſſe vt poſſeſſor ſuos faciat fructus, nec aliter ad reſtitutionem eum teneri, etiamſi ex illis eſſet locupletior effectus, ex eo quod error iuris probabilis facti errori æquipollet, ad tex. *in c. cum dilectus*, quem ibi Imola ad hoc extollit, *col. 7. extra de conſuet.*

Vlteriùs *cit. cap. 92. num. 6.* dicebam, quod cum ex mora debeatur intereſſe, quia qui iuſtam litigandi
2 cauſam habet à mora excuſatur gloſ. communiter recepta *in l. quod te in verbo detrimentum ff. ſi cert. pet.* excuſetur etiam ab intereſſe, gloſ. *in l. in hac in gloſ. magna circa princip. ver. nec illud placet ff. de condit. tacit.* quem ſingularem appellat Bald. *in tit. qui ſucceſſo. ten. lo 2. n. 6.* Dec. *in d. l. quod te n. 5.* Aret. *conſ. 150. n. 9. verſ. quinimo*, & Burſat. *conſ. 442. n. 31. lib. 4.* id quod pro indubitato dixerunt in terminis *l. 1. C. de vſur. & fruct. rei leg.* nam cum lege illa cautum ſit, hæredem ad rei legatæ vſuras legatario præſtandas cogi poſſe, poſt tamen tempus litis conteſtatæ, id negarunt quoties hæres iuſtam habuit litigandi cauſam, vt per gloſ. *in d. l. 1. in fin.* & eſt tex. *in l. 2. C. eod.* & nimis clarus *in l. in fideicom. ff. de vſur.* & *in l. ſciendum ff. eodem.*

## ARGVMENTVM.

Iudicium an dicatur rectè inſtitutum vbi Libellus eſſet generalis, obſcurus, vel alternatiuus, ſi à Parte non opponatur; Et quomodo dicatur libellus generalis, obſcurus, & alternatiuus; Et quando partes libelli obſcuri, incerti, & generalis ſunt declarandæ, an hæc declaratio à procuratore fieri poſſit, vel potius à principali actore facienda eſt, & de aliis.

## DECISIO CCCCCXLI.

DVBITABATVR in Regia Camera an iudicium procedat vbi libellus eſſet generalis, obſcurus, vel alternatiuus? & affirmatiuè reſponſum fuit ſi à Parte non opponatur, vt libellus declaretur, ita Canoniſtæ per illum tex. *in c. Abbate ſanè de re iudic. in 6.* Iaſ. poſt gloſ. & Bart. quos citat *in §. omnium num. 125. Inſtit. de action.* Cùm autem peteretur declaratio, id fiat ante litis conteſtationem, Bart. *in l. exceptionem C. de probation.* Paul. de Caſtro *in l. edita C. de edendo.* Iaſ. *loc. cit.* & alij: in criminalibus verò adhuc à Parte non opponente, vbi libellus eſſet obſcurus, iudicium non procedet, *l. libellorum ff. de accuſat.* Bald. *in l. 1. C. de confeſſ.* Alex. *in l. 1 ff. de eden.* & Iaſ. *in §. curare Inſtit. de actio.* Eſt tamen verum, quod vbi incertitudo cauſatur ex facto rei, tunc admittitur libellus incertus. Bart. & Alex. *in l. vbi autem §. qui aliis ff. de verb. obligat.* Iaſ. *in d. § curare.* At ſi demum actor rem certam non placet, reus eſſet abſoluendus, quia curare debet Iudex certam ferre ſententiam, vt notat gloſ. *in l. 1. §. ſi quis argentum ff. depoſiti*, & cæteri *in l. 1 ff. de edendo, & in d. §. curare*, Canoniſtæ *in c. 3. de libelli oblatio.* poterit autem actor ſemper ſuum declarare libellum vſque ad ſententiam. Aret. *in l. edita n. 4. ff. de edendo.* 1

## OBSERVATIO.

HIc habemus, iudicium rectè dici inſtitutum 1
quamuis libellus ſit generalis, obſcurus, vel alternatiuus, quouſque tamen à Parte non opponatur, vt declaretur. Tu modò circa hanc materiam vide Afflict. qui *in Conſtit. dilationes num. 37. verſ. nec obſtat*, in ea eſt ſententia, vt libellus generalis etiam Parte opponente procedat in cauſa Summaria, quia intelligitur de generalitate tolerabili, non de intolerabili, ſuper qua non poſſet reus deliberare an velit cedere, vel contendere; ſed ſtatim quærit quæ dicatur generalitas tolerabilis, & reſpondit, illam dici, de qua *in l. in rem la 1. ff. de rei vindic.* vt puta actor petit fundum declaratum per confines, de quo fundo ipſe medietatem poſſidet, ſi modo reus petierit, quod actor declaret an petat totum, vel partem, declarare non tenebitur, quia eſt tolerabilis generalitas, & ex hoc dicimus, quod quando generalitas eſt tolerabilis, petitio etiam ad non expreſſa extenditur, ita vt ſuper eis poſſit ſequi condemnatio, dummodo non petita ſint talia, quæ ex eodem fonte procedet, & ex natura, & aptitudine actionis intentatæ, iuxta ea, quæ ſcripſit Capyc. *deciſ. 10. num. 5.* & ante eum Iaſ. *in l. virum num. 30. ff. ſi cert. pet.*

*ptr.* & Felin. *in c.licet heli, num.* 25. *de ſimonia.* Quibus in locis inter alias limitationes, quæ tradunt ad regulam *l. vt fundus ff. comm. diuid.* illa eſt, quod valeat ſententia prolata ſuper eo, quod non eſt petitum, quoties venit illud in iudicio ex natura, & aptitudine actionis intentatæ, ex eo, quod illud dicitur tacitè petitioni ineſſe, dant exemplum, ſi quis contra Titium actione legis Aquiliæ agendo ſimpliciter damnum emendari petierit, poteſt ferri ad duplum condemnatio, licèt duplum in libello petitum non ſit, ex eo quia duplum venit tacitè ex natura leg. Aquiliæ, idemque probaui Ego *lib. primo mearum reſolut. capit.* 314. *numero* 4.

2 Obſcurus autem dicitur libellus quinque modis; & primò ratione æquiuocationis, nimirum quando oratio pluribus accipi poteſt modis; ſecundò ratione generalitatis, exemplum erit, ſi contra aliquem famoſa experiatur actione, ſed certum quid iniuriæ factum non exprimitur; tertiò ratione altercationis, puta ſi iniuriæ nomen dicatur ſic, illud, aut illud, non aliter ſpecificè iniuria allegata; Quartò ratione non coarctatæ loquutionis, de qua *in l. item exigit ff. de dolo.* Quintò, & tandem ratione indefinitatis, de qua *in l. ſi ſeruitus ff. de ſeruit. vrban. prædior.* quæ omnia benè declarat Marc. Mantua *ſing.* 273. *&* 531.

3 Quantùm verò attinet ad libellum alternatiuum, eſt videndus Andr. Gaill. *practic. obſeruat. lib.* 1. *obſerua.* 62. vbi in principio regulam conſtituit vt libellus alternatiuus non ſubſiſtat, ex tex. *in l. prætor edixit §. quod autem, ff. de iniur.* & *in l. vbi autem §. qui illud, aut illud, ff. de verb. obligation.* Ab hac tamen regula aliquos excipit caſus, & primò ſi quis agens petierit rem ſi extat, ſin autem eius æſtimationem; cæterum ait, quod ſi certum ſit rem adhuc extare, tunc omninò ipſa res non autem eius æſtimatio peti debet, quia hæc in ſubſidium tantum debetur; Secundò ſi maior in iudicio compareret, petens talem contractum nullum declarari, aut ſi quid ſit reſtitutionis in integrum beneficio eum reſcindi. Tertiò in actione hypothecaria, puta ſi quis dixerit, peto condemdari Petrum ad traditionem rei mihi obligatæ, vel ad ſoluendum debitum, ad tex. *in l. ſi fundus §. in venditione* vbi Bart. *n.* 4. *ff. de pignoribus*, poteſt enim poſſeſſor in actione hypothecaria conuentus rem retinere, & litis æſtimationem creditori offerre, per tex. *in l. ſi creditor, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* quartò in terminis *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* vbi libellus neceſſario alternatiuè concludere debet, nimirum vt emptor rem reſtituat, vel iuſtum pretium ſoluat.

4 Ad confirmationem autem alterius dicti, nimirum, vt in criminalibus, adhuc parte non opponente, vbi libellus eſſet obſcurus iudicium non procedat, vide omnino Gail. *loc. cit. num.* 13. vbi exemplum tradit, ſi quis diceret, accuſo Titium de omnibus maleficiis, quæ commiſit, hæc enim accuſatio non ſubſiſtet, per tex. *in l. libellorum ff. de accuſat.* Etenim libellus in criminalibus debet eſſe ſpecialis certi criminis loco, & tempore circumſcripti, itavt reus negatiuam loco, & tempore coarctatam probare poſſit, nam alias defenſio ei tolleretur iſtamque ſubdit Gaill. communem eſſe omnium ſententiam.

5 Vltimò eſt hic omninò aduertendum quod quando partes libelli obſcuri, incerti, & generalis ſunt omninò declarandæ, hæc declaratio non niſi à principali actore fieri poteſt, non autem ab eius procuratore, niſi ille ſpeciale haberet mandatum, ita Bart. Angel. Alexand. & alij *in l. inter ſtipulantem §.* 1. *ff. de verbor. obligat. & in l. ſi quis intentione ff. de indic.* idque procedere ait Muſcatell. *in prax. par. prima gloſ.* declarans *in addition. ex Bart. loc. citat. numero* 9. ſiue libellus ſit à domino, & ſic à principali porrectus, ſiue à procuratore domino mandante, quia huiuſmodi declarationes perſonaliſſimæ ſunt.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## *ARGVMENTVM.*

Teſtes legitimè impediti quando cauſa eſt feudalis, criminalis, ſiue magni momenti, an coram Iudice in loco vbi lis agitur præſentari debeant, vt eorum recipiatur depoſitio, vel ſat erit, vt ad illos examinandos deſtinetur commiſſarius in partibus. Audientia teſtium in termino repulſæ, nùm in partibus committi poſſit, & de aliis.

## DECISIO CCCCCXLII.

IN cauſa Magnifici Frederici Tomacelli fuit dubitatum in Regia Camera ſi poterat Commiſſarius in partibus deſtinari ad examinandos teſtes legitimè impeditos, & valetudinarios, an verò deberent illi præſentari coram Iudice, ex quo cauſa erat feudalis? 1

Dictum fuit, quod regulariter, ſicut in cauſis criminalibus teſtes debent coram Iudice examinari: *l. Iudices, & Auth. apud eloquentiſſimum, C. de fide inſtrument.* ita pariter, & in cauſis ciuilibus magni momenti. Paul. de Caſtro *in d. l. Iudices*, quia cauſæ ciuiles magnæ, cauſis criminalibus æquiparantur, Abb. *in c. ſi qui teſtium, & in c. cum cauſam, extr. de teſtibus*, & Capyc. *deciſ.* 90. Hæc tamen concluſio limitatur, quando teſtes examinandi eſſent ſenes, & valetudinarij, qui ex eorum indiſpoſitione in iudicium venire non poſſunt, quare ad eos examinandos poteſt, imò debet Commiſſarius deſtinari, prout eſt tex. expreſſus *in c. ſi qui teſtium*, vbi Aretin. & reliqui Canoniſtæ, *extra de teſtib.* & in Regno eſt tex. *in conſtit. in pecuniariis*, verum ſi inſtaret Regius fiſcus, vt Iudex accederet in partibus, hoc fieri debet; ſed non expenſis producentis; ſed ipſius fiſci petentis, quod omnibus notiſſimum eſt. 2

### OBSERVATIO.

CVm dictis per Domin. Regentem noſtrum hîc, conueniunt ſcripta per Domin. Reg. Rouit. *in pragm.* 7. *num.* 30. *& ſeq. de ordin. Iudic.* vbi ſuppoſita concluſione illa, vt teſtium nominatio, tam de iure communi, quam Regni huius in omnibus, & quibuſcumque cauſis tam ciuilibus, quam criminalibus ſic 1



Digitized by Google

ſit admittenda, per tex. *in l. Iudices C. de fide inſtrum.* & *in conſtit. in pecuniariis*, & in eadem *pragm. 7.* ait diſcrimen eſſe conſtituendum inter cauſas ciuiles, & criminales, quia in cauſis ciuilibus teſtium examinandorum audientia in partibus committitur, vel vt recipiantur à Iudicibus ordinariis locorum, vel ab vno ex examinatoribus deſtinando; in criminalibus verò nullatenus; ſed illi ad locum iudicij vocantur, excepto ſi teſtes eſſent valetudinarij, aut aliter iuſtè impediti, quo caſu, ad illorum dicta recipienda tranſmittitur in partibus Commiſſarius Doctor; id quod notat pariter Gizzarell. *deciſ. 27. num. 12.* qui tamen *num. 9.* aduertit in cauſis ciuilibus in Sac. Conſ. vertentibus, non aliter teſtium audientiam locorum Ordinariis committi, ſed deſtinatur vnus ex Examinatoribus Sac. Conſ. iſtoque iure vtimur, licet aliquando ex qualitate facti, & perſonarum ſolitum fuit, etiam in cauſis grauibus, teſtium audientiam in partibus locorum ordinariis committi, ſignanter quando qui audientiam committi petit, eſſet pauper, ita Ioan. Franc. Scagl. *in pragm. 9. n. 15. de exami. teſt. & eorum exam. in antiq.* Itemque quando duo tantum eſſent examinandi teſtes, Carau. *in ritu 158. nu. 3.* Thor. *in 2. parte comp. in verb. teſtium audientia*, Reg. Sanfelic. *in prax. ſect. 36. n. 21.* quod etiam in cauſa repulſæ procedere dixerunt Vrſill. ad Afflict. *deciſ. 351. n. 3.* & Dom. Reg. Rou. *in pragm. 11. nu. 19. de ordin. iudic.* vbi ſic loquitur. *Nota tamen quod in termino repulſa non committitur audientia teſtium, vt per gloſ. in conſtit. in pecuniariis, in verſ. quo quidem caſu, & ibi Andr. in primis verbis, ſed deſtinatur examinator Sac. Conſ. vt nouiſſimè teſtatur Gizzarell. deciſ. 27. niſi ageretur de examinandis duobus teſtibus tantum, quo caſu etiam in cauſa repulſa committitur audientia illorum duorum teſtium officialibus in partibus, & ita teſtatur ſe multoties vidiſſe ſeruari Vrſill. ad Afflict. dict. deciſ. 315. poſt num. 3.* Hæc Rou.

2 Cum Neapolitanis autem & in hac ciuitate habitatoribus hæc materia eſt aliter tractanda; Conſtat enim in cauſis illorum omnibus, exceptis dumtaxat criminalibus, & feudalibus, teſtium audientiam in partibus locorum Ordinariis non ſuſpectis committi, vel ſi fuerunt ſuſpecti Ordinariis locorum conuicinorum idque ex ſpeciali gratia in anno 1505. à Rege Catholico eis indulta, & eſt Capitulum 69. inter gratias Regni huius ciuitatis fol. 47. à tergo cuius verba ſunt. *Item ſupplicano Voſtra Cattolica Maieſtà ſi degni ordinare, che in tutte le cauſe de Napolitani, & habitanti in eſſa Città, in le quali ſi biſogna eſaminare teſtimonij extra lo territorio, e deſtritto di detta Città, ſi debbia commettere all'ordinarij delli luochi non ſuſpetti, eccetto le cauſe criminali, & feudali, etiam ſe la Parte contradiceſſe ſenza legitima ſuſpettione. Placet Catholicæ Maieſtati, exiſtente iuſta cauſa ſuſpectionis, quo caſu committatur ordinariis locorum vicinorum.*

## ARGVMENTVM.

Pragmatica Sanctio edita Thori an contra fiſcum allegari poſſit, quando ipſe eſſet actor, ſic controuerſiam mouens contra illos, qui cauſam habent à Regibus Aragoneis; Et quid ſi eſſet reus, nùm à priuato conuentus poſſit hac diſpoſitione ſe tueri; & de aliis notabilibus ad materiam *cap. cum perſonæ de priuil. in 6.*

## DECISIO CCCCCXLIII.

IN cauſa mota per Regium fiſcum contra Illuſtr. Principem Salerni ſuper relaxatione Dohanæ illius ciuitatis, fuit in Regia Camera dubitatum, ſi exceptio, quæ oritur ex diſpoſitione pragmaticæ Sanctionis editæ Thori contra fiſcum opponi poſſet.

Pro cuius dubij reſolutione, conſideratum fuit, aliàs D. Hieronymum de Colle Regiam Cancellariam Regentem dixiſſe, Collaterale Conſilium nunquam decidere voluiſſe, pragmaticam prædictam contra fiſcum locum habere, quamuis Andreas *in c. 1. §. donare qualiter olim poter. feud. alien.* dixerit, ſtatutum, & legem æqualem eſſe debere, vt condentem liget, iuxta illud. *patere legem quam tuipſe tuleris*, verùm circa hoc dictum non deſunt DD. qui contrarium firmauerint, nimirum ſtatutum non ligare ſtatuentem, vt per Ioan. Andr. *in c. 1. de conſtit. in 6.* Bald. *in Auth. quibuſcunque in fine C. de Sacroſ. Eccleſ.* Ang. & Cyn. *in l. digna vox C. de legibus.* Et ea aſſignatur ratio, quia quis ſibi ipſi imperare non poteſt, *l. penult ff. de arbitr.* & eum ſtatutum condere iuriſdictionis ſit, vt notant Innoc. *in c. cum acceßiſſent, de conſtit.* & Bald. *in d. Auth. quibuſcumque in fine.* Sequitur dicendum, vt ſtatuens contra ſe ipſum iuriſdictionem non habeat, tum etiam quia in generali ſermone, loquentis perſona non comprehenditur, *l. inquiſitio* vbi Baldus, *C. de ſolution.* Bart. *in l. Paulus §. fin.* vbi Alex. addens *ff. de pignor.* Et ſi conueniens, & honeſtum ſit, vt Princeps legem à ſe conditam ſeruet, ſi tamen legis ratio ſit vniformis, tam reſpectu ipſius, quam aliorum, ita loquitur tex. *in l. digna vox, C. de legibus*, ſed quicquid ſit de hoc ad punctum dicebatur, quod cum pragmaticæ editæ Thori diſpoſitio tunc demum procedat, quando infringitur titulus alicui per Sereniſſimos Reges Aragoneos datus; in caſu, de quo agebatur, fiſcus non aliter titulum infringebat, nimirum quod Princeps Salerni ob ſui hoſtilitatem omnia eius bona amiſerat, nam cum fuiſſent ei demum reſtituta vigore capitulationis pacis, de qua per Affl. *deciſ. 403.* & Loffred. *in paraphr. feud. in tit. de pace iur. firm.* expreſsè in reſtitutione iura Regalia fuerunt reſeruata, & ſic Dohana, quam fiſcus reiuindicabat; vnde tractari non poterat de titulo Regis Ferdinandi primi, à quo Princeps ciuitatem illam emerat, ſed ſolum de hoc titulo reſtitutionis conceſſo per Regem Catholicum, an ſcilicet Dohana Salerni reſeruata cenſeretur; quocirca facta relatione per Regiam

giam Cameram in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtriſſimo Domino Prorege cum adiunctis Regiorum Conſiliariorum Io. Thomæ Minadoi, & Ioan. Andreæ de Curte, fuit vnanimi conſenſu deciſum fore in cauſa procedendum, exceptione dictæ Regiæ pragmaticæ oppoſita non obſtante; qua quidem determinatione ſic facta, fiſcus ad vlteriora procedens inſtabat, vt Princeps à poſſeſſione, ſeu quaſi dictæ Dohanæ lite pendente ſe abſtineret, nam cum illa eſſet de regalibus, *c.1. in verb. vectigalia, quæ ſint regalia*. Idem enim ſunt gabella, & Dohana, abſque titulo poſſideri non poterat, *c. cum perſona de priuileg. in 6.* Luc. de Penna *in l.1. C. de fund. limitroph. lib. 11.* Sed pro Principe dicebatur hanc concluſionem procedere quando quis ſuæ poſſeſſionis titulo eſſet penitus deſtitutus, & ius commune reſiſteret, at ſecus vbi titulus oſtenderetur, quamuis clarus non eſſet, quia tunc lite pendente eſt quis in ſua poſſeſſione manutenendus, ſat namque eſt, quod poſſeſſio mea ſit aliquo colorato titulo fulcita, vt per Canoniſtas *in cap. cum litteris, de reſtit. ſpoliat.* & eſt tex. *in d. cap. cum perſona in fine.* Semper enim quod priuilegium dubium eſt, nunquam debet quis ſua poſſeſſione priuari, ſed debet ad ſuperiorem reuerti, vel terminus in cauſa impartiri, vt per Capyc. *deciſ. 77. col. fin.* & probant quinque iura Canonica nimirum tex. *in d. cap. cum perſona in 2. caſum, in cap. 1. vt lit. pend. in c. cum veniſſent de reſtit. ſpoliat. in c. dudum de decimis, & in c. ordinarij, de offic. ordinarij in 6.* In caſu, de quo agebatur produxerat Princeps Priuilegia Regis Ferdinandi primi expreſsè regalia concedentia, quæ licet per hoſtilitatem fuiſſent amiſſa, tamen quia poſtea fuerunt reſtituta, tam vigore capitulorum pacis, quàm ſpecialis reſtitutionis, licèt hæc dubia eſſent; ſat tamen erat ad Principis poſſeſſionem colorandam, vt lite pendente ſua poſſeſſione non eſſet priuandus, tum etiam quia ipſe præſentauerat inueſtituram, in qua expreſsè de Dohanis, & gabellis mentio fiebat, & licèt inueſtitura ius de nouo non tribuat, eſt tamen confirmatio veteris inueſtituræ, vt dicit Andr. *in cap. 1. §. 1. quid ſit inueſt.* & *in c. 1. in tit. per quos fiat inueſt.* Immò dicitur poſſeſſionis confirmatio idem Andr. *in c. 1. in princ. de duobus fratribus de nouo benef. inueſt.* Illaque præuia cauſæ cognitione conceditur, quia capitur informatio de reditibus, ad finem vt ſoluatur releuium; vnde ſequebatur dicendum, quod Princeps mediante hac inueſtitura ſuperioris authoritate poſſidere cenſebatur, quo caſu colorata dicebatur ſua poſſeſſio, etſi diceretur titulum fuiſſe vitioſum. Innoc. *in c. ex parte, de reſtit. ſpoliat.* Abb. *in c. conſtitutus, de electione.* Tum etiam quia ſola priuilegiorum confirmatio eſt ſufficiens, vt quis poſſidens, etiam contra ius, lite pendente ſua non deſtituatur poſſeſſione, vt in terminis docet Bald. *conſ. 242. antiqua quæſtio eſt, lib. 2.* & facit tex. *in cap. cum ſuper de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Ex quibus omnibus fuit concluſum & deciſum coram Illuſtriſſimo Domino Prorege; quod detur terminus in cauſa, & interim, quod Princeps lite pendente manuteneretur in ſua poſſeſſione, ſeu quaſi, oppoſitis pro parte Regij fiſci non obſtantibus; huius voti fuerunt omnes Domini Regiam Cancellariam Regentes, & Regij Conſiliarij Minadous, & de Curte, cæteriq; Domini Regiæ Cameræ Præſidentes, exceptis Domino Marcello Pignono cauſæ Commiſſario, & Dom. Doctore Guerrerio.

## OBSERVATIO.

PRagmatica Sanctio Regis Catholici edita Thori, per quam in ſecundo capite ſtatutum eſt, vt contra poſſeſſores bonorum, titulum à Regibus Aragoneis habentes, lis, aut controuerſia aliqua Rege inconſulto, moueri non poſſit, aliquando dubitatum extitit an contra fiſcum allegari poſſit, in quo dubio, ſi attendamus opinionem Ioan. Thomæ Minadoi, affirmatiuè eſt reſpondendum, is enim *in repetitio. conſtit. in aliquibus notab. 5. num. 22.* expreſſis verbis voluit, vt ſiue fiſcus actor ſit, prout erat in caſu huius deciſionis, ſiue reus, fiat locus huius Regis Sanctionis diſpoſitioni, ita vt nullo pacto liceat fiſco contra alium quemuis poſſeſſorem mouere controuerſiam ſicut, nec ipſe fiſcus, poſſit ab alio inquietari, aut moleſtari, cum in Regia illa ſanctione fiſcus, & priuatus pari iure cenſeantur, vt moleſtari non poſſint. At ſi attendamus opinionem Ioannis Angeli Piſanelli, quæ mihi magis arridet *in Comment. ad hanc pragm. num. 24.* dicendum eſt, diſpoſita in ea, perſonas tantum tueri, quæ ab ipſis Regibus cauſam habent, non autem ſi agatur contra Regem, ita vt ſi quis prætenderet ab illis Regibus Aragoneis ſpoliatum, velletque hodie ſic contra fiſcum ius petere, vtique non poſſet fiſcus, dictæ pragmaticæ Sanctionis diſpoſitione ſe tueri, ſicque excipere non eſſe in cauſa procedendum priuſquam Rex conſulatur, etenim illius legis conditoris mens alia eſſe non poterat, vt eius ſubditi bona poſſidentes cum titulo illorum Regum, ab aliis moleſtari non poſſint, ſicque vt contra eos lis aliqua nullo futuro tempore, Rege inconſulto, moueretur, in hunc modum paci, & concordiæ ſubditorum proſpiciens; vnde non eſt cur eadem diſpoſitio allegari poſſit à fiſco, quando à ſubdito conuenitur, huius ſententiæ etiam fuerunt Gramat. *deciſ. 65.* & Reg. Moles *ad hanc pragm. quæſt. 10. art. 91.* omninò legendus; quod autem contra fiſcum agentem poſſit reus conuentus diſpoſitione huius pragmaticæ ſanctionis ſe tueri, nec pariter dubito, quia militat eiuſdem legis ratio, nec in hac deciſione fuit contrarium determinatum; ſed tantum deciſum, quod in caſu de quo agebatur, attenta facti qualitate non poterat pragmatica hæc allegari, huiuſque ſententiæ extitit etiam D. Thomas Minadous, qui in huius articuli determinatione vti Conſiliarij adiunctus interuenit, & tamen ipſe *in loco ſupra cit.* apertè ſenſit, vt hæc pragmatica poſſit à priuato conuento contra fiſcum agentem allegari? & vide ſupra *deciſ. 95.* & quæ ego ibi obſeruaui.



Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Gabella impoſita pro comeſtibilibus ad beneficium Ciuitatis Metropolis, an ſolui debeat à forenſibus pro commeſtibilibus, quæ ad propria domicilia immittuntur; Et an vbi non fuit legitimo iure impoſita abſque peccati labe fraudari poſſit. Gabella an poſſit fraudari à ſubdito, quando à Principe ſe damnificatum ſentit, nec alio modo poteſt ſuum conſequi, & de aliis.

## DECISIO CCCCCXLIV.

1 IMPOSITA in hac Ciuitate gabella, quę dicebatur vnius Tornienſis pro rotulo carnis, caſei, & Saluminum, quæ ad eandem immitterentur, prætendebat ciuitas ipſa ad hoc vectigal ſolum dum teneri omnes ciues, & habitatores Ciuitatum Salerni, Cauæ, Caſtrimaris de ſtabia, & Cayetæ, quando contigebat prædicta commeſtibilia ad dictas ciuitates immitti; & ad hoc fundandum ponderabantur tria capitula pro dictæ gabellæ exactione ad ſupplicationem huius Ciuitatis, & arrendatorum ab Illuſtriſſimo Domino Prorege conceſſa; etenim ſupplicatum extiterat, vt pro omnibus commeſtibilibus, quæ ad hanc ciuitatem immitterentur, ad Regiam Dohanam immitti deberent, & priuſquam exonerarentur, manifeſtum dari deberet officiali arrendatorum dictæ gabellæ, & quod hoc ſimpliciter fieret in fundacis Salerni, Cauæ, Caſtrimaris, & Cayetæ, in quibus ſimiliter dicta gabella ſolueretur, cui quidem ſupplicationis Illuſtriſſimus Dominus Prorex reſpondit. Placet dummodo ſeruetur ſolitum, & conſuetum, ex hoc præſupponebat ciuitas hæc intentionem ſuam fuiſſe fundatam, vt ciues dictarum ciuitatum ad gabellam prædictam ſoluendam cogi poſſent, ſed cum illi fortiter contradicerent, re in iudicium deducta, dubitatum fuit quid iuris?

2 Pro cuius reſolutione conſiderabatur, quod cum impoſitio gabellæ ſit odioſa, illiuſque exactio omni iure damnata, *cap. quamquam de cenſibus*, & quod nullus poſſit abſque Principis conſenſu nouas imponere gabellas, *c. innouamus, extra eod.* Immò ſi abſque legitima cauſa ſuperior noua imponeret vectigalia, mortaliter peccaret, Innoc. *in d. cap. innouamus*, Felyn. *in cap. 1. num. 41. de conſtit.* vbi dicit, quod quando pedagij exactio eſt nimis barbarica, poteſt licitè fraudari, idemque Bald. *in l. 1. C. de iure aut. anul.* Quod maius conſiderari poterat barbaricum vectigal, & inhoneſtum, vt forenſes pro beneficio huius Ciuitatis, in qua non degebant gabellam ſoluere deberent pro commeſtibilibus, quæ ad propria domicilia immittebantur, & in quibus onera aliarum gabellarum ſuſtinebant, ad quæ Neapolitani nullatenus conſtituebant, quocirca dicebatur omnem ſenſum dictorum capitulorum fore aſſumendum, vt exactio prædicta à forenſibus in hac ciuitate non commorantibus excluderetur, ad notata per Aret. *in l. fin. in fin. C. de pact.* quo loco dicit, quod quando ſunt duæ qualitates contractus, & ſecundum vnam gabella ſolui debet, ſecundum aliam verò non, illa attenditur, ſecundum quam ſolui non debet, ponderatis igitur verbis illis Regiæ decretationis iuxta ſolitum, & conſuetum, res videbatur clara pro forenſibus, nam cum probatum fuiſſet, nunquam in dictis ciuitatibus vſum, & conſuetudinem fuiſſe tale vectigal exigendi, verba illa non caſualiter, vt credebat ciuitas iſta; ſed conditionaliter ſtabant, vt in terminis firmat Paul. de Caſtro, *conſ. 27. incip. in cauſa decimali, in fine lib. 1.* erat enim neceſſario præſumendum Illuſtr. Dom. Proregem nullo pacto impoſitioni dictæ gabellæ aſſenſiiſſe ſi in ciuitatibus prædictis nunquam illam exegi conſuetum fuiſſet; etenim hæc erat cauſa finalis, nimirum quia præſupponebatur alias fuiſſe ſolitum, & conſuetum hanc gabellam in dictis locis fuiſſe exactam, ceſſante ergo cauſa hac finali, ceſſabat diſpoſitio Bart. *in l. demonſtratio §. quid autem ff. de condit. & demonſtr. & in l. 1. §. fin. de donation.*

## OBSERVATIO.

CVm illa concluſione, quam hic firmat Domin. Regens nimirum vt Princeps mortaliter peccet, quoties noua abſque legitima cauſa imponit vectigalia, conueniunt omnes Theologi, & Summiſtæ in locis vulgaribus, & ſine contradictione, ſignanter ex recentioribus P. Angleſ. *Theologicarum quæſt. part. 1. in tit. de reſtit. vectig. in prima difficult. concl. 1. & 2. fol. mihi* 228. quod proinde liceret omnibus has gabellas illegitimè impoſitas abſque peccati labe fraudare, iuxta ſententiam Dom. Reg. noſter hic, dixerunt poſt Dyn. Io. Andr. Bald. Abb. & alios, quos citat Iul. Ferrett. *in ſuo opuſc. de gabellis num.* 232. Subdens hanc non dici fraudem, nec propriè fraudare, ſed onus vitare, extorſionem oppreſſionemque fugere, idemque Sylu. in ſumma, *in verb. gabella 5. num. 23.* vbi *num. ſequenti*, ex hoc infert ad aliud notabile dictum nimirum, ſi ſentio me à Principe damnificatum, nec valeo meum conſequi, poſſum mihi ſatisfacere vſque ad plenum, ſic gabella, adhuc legitimas fraudando, non obſtante quod damnum infero illis qui eas gabellas emerunt, tum primo quia eas emerunt minori pretio, propter tales fraudes, quæ communiter fiunt, tum etiam quia Princeps non poteſt illis vendere meum; eſt autem meum, inquit Syluester, ius retinendi mihi illud quod alias Principi deberem, ſi ille mihi non deberet; ſed 1

de

Digitized by Google

de veritate huius dicti vide omninò, quæ nouiſſimè ſcripſit Dom. Card. de Lugo *de inſt. & iure diſp.* 36. *ſect.* 5. *fol. mihi* 565. *tom.* 2.

2 E contra verò, quod fraudantes gabellas canonicè impoſitas mortaliter peccent, & ad reſtitutionem teneantur, ſatis conſtat, ex his, quæ reſoluunt Couarr. *in regula peccatum* 2. *par.* §. 5. *num. fin. verſ.* 3. *hinc infertur*, Mench. *de ſucceſſ. creat. lib.* 3. §. 28. *n.* 28. *verſic. ex ſuperioribus apparet*, Fr. Alph. à Caſtro *lib.* 1. *de lege pena cap.* 11. Sot. *de inſtit. & iure lib.* 3. *quæſt.* 6. *artic.* 7. Iacob. Menoch. ſatis bene *de arbitr. indic. lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 397. & P. Angleſ. *loc. cit.*

## *ARGVMENTVM.*

Bona hoſtium in acie belli, ſiue extra capta, an, & quando capientium fiant, vel potius inter Milites ſint diſtribuenda, ſiue Duci belli præſentanda; Et quid in bonis naufragatis. Nauis Chriſtianorum ſi inciderit in manus naualis Claſſis Chriſtiani Principis, Hebræorum mercibus in partibus infidelium onerata, an illius Domino ſit reſtituenda, vel potius dicatur deperdita, ſicut, & merces. Pœna Iudeorum, quando naufragium paterentur, vel pro naufragatis haberentur, an, & quando illorum Dominis ſint reſtituenda; Et de aliis ad ornatum tex. *in l. cotemferro.* §. *Dominus nauis ff. de public. & vectigal. in l.* 1. *C. quæ res aſportat. non debeant in l.* 2. *C. de commerc. & mercato.* & *in cap. ſignificauit de Iudæis.*

## DECISIO CCCCCXLV.

1 IN anno 1528. tempore inuaſionis huius Ciuitatis, & Regni, cum in mare propè Ciuitatem Cayetę de mandato Cõmendatoris della Roſa, qui Ciuitatem illam in cuſtodiam habebat, capta fuiſſet quædam nauis pluribus bonis, & mercimoniis plena, fuit dubitatum ad quemnam bona illa ſpectarent, an ad Commendatorem capientem, vel potius ad Regium Fiſcum.

2 Et per Dominos Regiam Cancellariam Regentes, ac Regiæ Cameræ Præſidentes, exceptis Dominis Præſidentibus Paulo de Magnanis Marcello Pignono, & Ioanne Baptiſta Ogeda, ad dictum Commendatorem ſpectare ſolemniter deciſum extitit, ſaluo quinto Regiæ Curiæ debito; Ratio deciſionis fuit, quia cum bona illa eſſent Florentinorum, qui eo tempore ſuperiorem non recognoſcebant, hoſteſque erant tunc Domini Noſtri Regis, & collegati cum Francorum Rege, Papa, & Venetis, capientium effecta fuere, ita Bar. *in l. hoſtes col. penal. & fin. ff. de capt. & poſtlim. reuer.* Nec eſt neceſſarium, quod ille miles, qui eſt ſub ſtipendio Cæſaris probet bellum fuiſſe iuſtum, quia ſat eſt militi, vt ſit illud indictum à Principe, qui neminem in ſuperiorem recognoſcit, cum ſemper in Principe cauſa iuſta præſumatur, vt firmant Cynus *in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. publ.* & Moderni *in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* poſt Io. Andr. *in c. cum olim cauſam, de reſtic. ſpoliat.* & Aret. *in l.* 1. *ff. de acquir. poſſeſ.* Nec obſtabat, quod dicebatur bona capta in bello ſtatim Capientium non fieri; ſed Duci belli fore preſentanda, nam reſponſum fuit, quod licèt hoc ſit verum in iure, tamen de conſuetudine aliter ſeruatur, cum hodie indiſtinctè bona mobilia capta in bello, id eſt in acie belli Capientium efficiantur nec aliter inter milites diſtribuuntur, cui conſuetudini ſtandum eſſe dixit Calcat. *conſ.* 1. *de treg. & pace.* Secundò reſpondebatur concluſionem prædictam procedere poſſe dumtaxat, quando bona ſunt capta in acie belli, pugnando; ſecus ſi extra, vt per Salic. *in l. ab hoſtibus C. de capt. & poſtlim. reuerſ.* & Io. de Anania *in c. excommunicatus* §. *catholici, de hæret.* Et eſt pro hac opinione caſus *in Authen. Nauigia C. de furt.*

Quò verò ad aliud Caput, dum egerat Commendator contra Regium Fiſcum pro recuperando pretio aliquorum bonorum mobilium dictæ Nauis ad Illuſtriſſimum Dominum D. Vgonem de Moncada tranſmiſſorum, fuit fiſcus abſolutus, cùm in proceſſu non conſtaret, bona illa in Regiæ Curiæ vtilitatem fuiſſe verſa, imò nec in dicti domini poſſe perueniſſe. 3

Et quoad tertium Caput circa ducatos duos mille peruentos ex venditione aliquorum bonorum dictæ Nauis ſolutos ſtipendiariis ſuæ Maieſtatis exiſtentibus in Ciuitate Cayetæ, fuit reſponſum, quod de ſumma, & quantitatę prædicta habeatur ratio in quinto debito ſuæ Maieſtati, poſtquam clarè conſtitit pecuniam illam in Regiæ Curiæ vtilitatem fuiſſe conuerſam, quodque eidem Reg. Curiæ quinta debeatur pars omnium bonorum, quæ per ſubditos à manibus, & poſſe hoſtium capiuntur, ſicque compertum fuit, ſuam Maieſtatem cum omnibus Capitaneis ſuarum triremium ſeruare; ſicque pariter in ſcriptis atteſtatum Dominum Principem ab Auria. 4



Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 EX hac deciſione habemus, quod cum dubitari contingeret, an bona hoſtium capta in bello, capientium efficiantur; reſpondendum eſt affirmatiue, ſiue in acie belli, ſiue extra capiantur, nam quamuis de iure capta in bello ſtatim capientium non fiant, ſed Duci belli præſententur, de conſuetudine tamen capientium fiunt, nec aliter inter milites diſtribuuntur; quando vero extra conflictum belli capiuntur, prout erat caſus huius deciſionis, conueniunt omnes, vt pariter bona hæc capientiū fiant: & ita in puncto fuit determinatum ſupra, *in deciſ.* 421. vbi ex D. Regente de Ponte *in deciſ.* 21. obſeruauimus ſecus eſſe, quando bona hoſtium eſſent naufragata, tunc enim apud Nos ex particulari Ordinatione ſuæ Catholicæ Maieſtatis bona illa Regij Fiſci efficiuntur: ſed extra caſum naufragij teſtatur R. de Ponte in *illa cauſa Brunduſina* Dominos iudicantes pro maiori parte in articulo an bona hoſtium extra conflictum belli capta capientium efficiantur, affirmatiuam ſententiam amplexos, ſed de his latius per D. Reg. Conſtant. *in l. vnica, C. de claſſic. lib.* 11. ad quem ſemper, quando de his dubitari continget, recurre.

2 Sed de illo his diebus in ſupremo Regni huius Collaterali Conſilio, & coram Excell. Prorege Domino Comite Piñorandæ Viro piiſſimo, dubitari contigit, nimirum an eſſet Regio Fiſco acquiſita quædam nauis Domini Ioannis Andreæ Zanardi Nobilis Veneti, ex mandato Domini Principis Montisherculis, vti Domini Noſtri Regis Nauigiorum Præfecti in Maritimis Elbæ, & Capicorſij capta, eo præſuppoſito, & primo, quod non præſtiterat obedientiam Regali noſtræ Naualis Claſſis vexillo, ſic præliandi ſigna oſtendens, ſecundo, quia Iudeorum bona ab Alexandria Ægipti conducebat, quæ cum dicantur noſtri Regis inimicorum, pro naufragatis habebantur, & ſucceſſiue fiſco quæſita: ad tradita per D. Regentem de Ponte *deciſ.* 21.

3 At ego vti vnus ex iudicibus votādo dicebam, nauigium ſic captum omnino Domino ſuo reſtituendum, & ad primum obicem, quod obedientiam non præſtiterat, quodque præliandi ſigna oſtenderat, reſpondi teſtes hoc tantum depoſuiſſe, nimirum milites nauigium illud ducentes ſigna præliandi oſtendiſſe ſed quod poſtea obedientiam Domino Principi generali præſtiterant, ſic ſe excuſantes, quod timebant nauigia Domini Noſtri Regis inimicorū eſſe. Hoc poſito, quonam pacto affirmari poteſt hos milites fuiſſe inobedientes, dum non niſi ſigna oſtenderant defenſionis, ſic rubeum dumtaxat eleuantes vexillum, etenim communis eſt omnium ſententia, nimirum quem nuſquam reſiſtentiam commiſiſſe dici poſſe, ſi ad manuum operationē deuentum nō fuit, nam anteaquam ad manuum operationem deueniatur, ſemper quis poteſt ſe excuſare, dicendo, quod ignorabat illos, quibus defenſionis ſigna oſtendit, eſſe familiam armatam Poteſtatis, ſiue alterius ſuperioris, ſed potius credebat inimicos, ita ſatis bene Bar. Lucas de Penna, & cæteri *in l. prohibitum C. de iure fiſci lib.* 10. Proſper. Farinac. *in prax. tit. de carcer. & carcerat. quæſt.* 32. *num.* 37. Ant. de Ballis *in tract. crim. in tit. de litteris diſpenſat. lib. 3. caſu 3. & alij.*

4 Plus dicebam, quod ſi hoc nauigium ducentes defenſionis ſigna non oſtendiſſent, poterat eis imputari colluſio, ſiue barattaria, & memini Sacrum Conſilium Regni huius, me patrocinante pro Domino Puteolorum Antiſtite, demum Panormitano Archiepiſcopo digniſſimo condemnaſſe dominum cuiuſdam Tartanæ ſulphure onoretæ, & demum prope Liburnum à Gallo nauigio captæ ad illius pretium ſoluendum, ex eo dumtaxat, quod nullo defenſionis actu oſtenſo, inimicorum manibus ſe præbuerat, ſic expertis, & in arte maritima peritis deponentibus Tartanæ dominum cum inimicis colluſiſſe.

Quoad ſecundum, dum dicebatur, ex eo pariter 5
nauem fuiſſe fiſco quæſitam, quia Iudæorum bona conducebat, ſicque male D. Zanardum Iudæis in Alexandria commorantibus nauem ſuam locaſſe, reſpondi, quod ad hunc obicem refellendum, ſat profecto eſſet illud tantum iudicare, D. Zanardum publicè, & palam Venetiis contraxiſſe, ſicque credendum omnino contractum hunc in ſcriptis, & coram teſtibus licito iure peregiſſe, nec in Dominio Veneto, ex aliquo ſtatuto eſſe prohibitum; hæc enim Venetiarū Ciuitas libera eſt, & ex vera, & inueterata libertate, in qua Deus illam cōſtituit, Veneti ſuperiorem non recognoſcunt, tantaque eſt eorum authoritas, & ſuperbia, dicebat Ludouicus Bologninus *in addit. ad Io. de Anania, conſ.* 53. *in fine*, relato Bal. *in conſ.* 405. *n.* 2. *lib.* 5. *& in l. milites. C. de teſtam. milit.* quod ſecundum Imperiales leges viuere dedignantur; vnde ex hoc non eſt, cur D. Zanardus, qui Nobilis eſt Venetus redargui poſſit, quod Iudæis nauem ſuam locauit (eſt enim hic locationis contractus, *l.* 1. *§. Magiſtri ff. de exercit. action.*)

Vlterius dicebam, quod quando Veneti Imperiali- 6
bus legibus alligarentur nulla equidē lege, aut canone cauetur, vt contractus iſte à Domino Zenardo celebratus prohibeatur, idque ſiue perpendamus text. *in l. cotem ferro, ff. de public. & vectigal.* ſiue text. *in l.* 1. *C. quæ res export. non debeat*, ſiue text. *in l.* 2. *C. de commerc. & mercato.* ſiue & tandem text. *in c. ſignificauit, extra de Iudæis & ſarace.* quæ ſanè iura ſatis bene & eleganter exornant Boër. *deciſ.* 178. *à num.* 11. Capycius *deciſ.* 150. *Beneuent.* Stracc. *de mercat. par.* 2. *num.* 43. *& part.* 3. *num.* 1. & Io. Ant. de Higr. *in c. Regni vt illorum fraudibus num.* 13. Etenim ſi attendamus tex. *in d. l. cotem ferro*, in eo illud tantum diſponitur, nimirum non licere nobis ferrum, frumentum, & ſalem hoſtibus vendundare, ibi, *hoſtibus quoque venundari, vt ferrum, frumentum, & ſalem non ſine periculo capitis licet*, ſi verò perpendamus tex. *in l.* 1. *C. quæ res aſport. non debeant*, lege hac aliud non prohibetur, niſi certarum rerum aſportatio ad Barbaros, ibi in principio tex. *ad Barbaricum traſferendi, vini olei & liquaminis nullam quiſquam habeat facultatem &c.* ſi verò conſideremus tex. *in dicta l.* 2. *C. de commerc. & mercat.* hic illud tantummodò diſpoſitum habemus, non licere Chriſtianis Mercatoribus aurum ad Barbaros portare pro mancipiis, vel aliis rebus emendis, ibi in tex. *ſed ſi vlterius aurum pro mancipiis, vel quibuſcunque ſpeciebus ad Barbaricum fuerit tranſlatum à mercatoribus, non iam damnis ſed ſuppliciis ſubiugentur &c.* ſi & tandem inſpiciemus tex. *in d. c. ſignificauit de Iudæis, & ſarac.* hic ſancitum comperimus, licere Chriſtianis pro captiuorum redemptione Alexandria proficiſci, dummodo merces illuc non deferant, ex quibus Saraceni poſſint aliquod commodum ſentire, excepto eo mercium valore, ex quo captiui redimi poſſint, ibi in tex. *hoc arbitramur licitè poſſe fieri, dummodo nihil in mercibus ſuis, vel alio modo ſecum illuc deferant, vnde poſſit Saracenis (excepto redemptionis articulo) aliquod commodum, aut ſubſidium prouenire &c.* his iuribus hæc diſponentibus cum Dom. Zanardus nullatenus contrauenerit, ſed tantùm nauem ſuam locauit Iudæis in Ciuitate Venetiarum commorantibus, nomine tamen, & pro parte Iudæorum in Alexandria habitantium, & non ad alium finem, niſi pro onerandis mercibus illuc exiſtentibus, & vt illas demum ad noſtram

Italiam

Digitized by Google

Italiam aſportarentur, certè non eſt, quid huic clariſſimo Veneto imputari poſſit.

7 Nec in contrarium allegari meretur tex. *in l. cotem ferro, §. Dominus nauis, ff. de publica. & vectigal.* vbi probatur, quod ſi Dominus nauis ( hæc ſunt verba tex. ) illicitè aliquid in naue, vel ipſe, vel rectores impoſuerint, nauis quoque fiſco vendicatur; etenim reſpondetur, & primò ex ſuperius iam dictis nullo pacto affirmari poſſe illicita, de quibus loquitur tex. iſte, continuando contextum *l. cotem ferro*, ſuper hac naui impoſita fuiſſe, immo, & omninò permiſſa; ſecundò hic tex. ſecundum communem DD. interpretationem, cùm poſitus ſit *ſub tit. de publica. & vectigal.* procedit in caſu, quo Dominus nauis illam in aliquo loco maritimo exiſtentem mercibus extrahi prohibitis onerari permiſiſſet vectigali non ſoluto, eo enim caſu, non ſolùm merces pro fraudato vectigali amittuntur, ſed, & nauis ipſa fiſco vendicatur, ita ſanè tex. illum declarat Bart. Paul. de Caſtro, & communiter DD. *ibi* Petr. de Rauenna *ſingul.* 853. huius verba ſunt. *Aliquis portat merces illicitas, vel licitas, & non ſoluit gabellam, non ſolum merces ipſa confiſcantur, ſed etiam nauis, vel animal ſuper quo portabantur illa merces, l. cotemferro §. dominus ff. de publica.* Hæc ille. Boccadill. ſatis benè poſt alios, quos citat *in ſua politica, lib. 4. cap. 5. num.* 31. Mauſon. *de contrabannis, quaſt.* 19. *num.* 20. & alij quamplures tùm veteres, tùm recentiores, & in his terminis intelligo tex. *in cap. Regni huius, quod incipit item prædicti Ammirati, ſecundum ordinem Ioan. Anton. de Nigri* 83.

8 Vltimò dicebam, quod ſi hæc nauis, provt eſt in dominio D. Zanardi, illius eſſent domini duo illi Hebræi Veneti, cum quibus D. Zanardus palam, & publicè contraxit, & iſti cum hoc nauigio in Alexandriam profecti eſſent ad merces illas capiendas, dato caſu vt in regreſſu ad noſtram Italiam nauis iſta incideret, provt incidit in manus noſtras, nonnè, & nauis, & merces illis Hebræis eſſent reſtituendæ, certè ſic; etenim eſt hodie apud nos receptiſſima diſtinctio, de qua ſupra *in obſeruat. ad deciſ.* 76. nimirum, vt tunc demùm Iudæorum bona ſi in mari noſtro naufragarentur, vel pro naufragatis liberentur, fiſco acquiſita dicerentur, ſi Iudæi iſtarum mercium domini ſubditi eſſent Chriſtianæ Religionis inimico, in quibus ſanè terminis loquitur D. Reg. noſter *in ſupradicta deciſ.* 76. Secus verò ſi Chriſtiano Principi, provt eſt Sereniſſima Venetorum Reſpublica, quæ verè noſtræ Italiæ decus, & ornamentum ſemper extitit, hoc enim caſu centies fuit deciſum, obſeruatum, & practicatum, vt bona hæc capientium non fiant, ſed omninò his Iudæis reſtituenda, ſicque non procedere diſpoſitionem tex. *in Authen. nauigia C. de furtis,* vt ſatis benè ratiocinantur noſter Reg. Lanar. *conſ.* 84. Dom. Garſias Maſtrill. *deciſ.* 254. D. Reg. de Ponte *conſ.* 97. *lib.* 1. *& in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 11. & D. Franc. de Caſtillo, aliis omiſſis, *deciſ.* 107. hoc ad caſum noſtrum, ſi nauis de qua agimus eſſet omnino reſtituenda prædictis Iudæis, ex quo ſubſunt Chriſtiano Principi, & ſic Reipublicæ Venetæ, quo ſuadente ſpiritu nos hodie dubitamus, an ſit reſtituenda D. Zanardo Catholico, & Chriſtianiſſimo & de Sereniſſima Republica tam benemerito.

9 Vnde relata cauſa per Dominum Regentem Didacum Bernardum Tuſia S. Conſ. Præſidem, & Matantorum Marchionem virum equidem omnibus numeris abſolutiſſimum, & his ſuperius ponderatis, ac aliis ingenioſiſſimè per Dominos Megas exaratis, cum octo eſſemus notantes, quatuor nimirùm Regiam Cancellariam Regentes, duo Regij Conſiliarij, & duo Reg. Cameræ præſidentes, vnico ſpiritu, vnanimique conſenſu, vt par erat, prodiit determinatio pro Domino Zanardo, ſic mandantes, vt nauis eidem reſtitueretur die 6. Octobris 1659. fiſci iura ſtrenuè, provt de more, tutatus fuit Dominus Ioan. Hieronymus de Philippo Regalis Patrimonij fiſci Patronus omni laude digniſſimus, qui vt vir doctus, iuſtus, bonus, & prudens adhuc poſtea deciſionem approbauit.

## ARGVMENTVM.

Indultus generalis ab omnibus patratis criminalibus, & pœnis incurſis à Rege conceſſus, an ſicut comprehendit ſubditos commorantes in ciuitatibus, & terris, quæ ſunt de Regio Domanio, ita pariter, & vaſſallos Baronum. Delinquens ſi à Principe indulgentiam de omnibus commiſſis delictis obtinuerit, nùm ad bona confiſcata reſtitutus cenſeatur.

## DECISIO CCCCCXLVI.

Conceſſo à Sereniſſimo tunc Rege noſtro ſubditis Regni huius generale indultu de omnibus patratis criminibus, & pœnis incurſis, fuit dubitatum an ſub illo, nedum vaſſalli Domaniales, de quibus non dubitabatur; ſed etiam Baronum comprehenderentur. 1

Pro cuius dubij reſolutione, fuit de duobus inueſtigatum, & primo, an hæc fuerit Regis intentio, vt omnes tam Domaniales, quam Baronum comprehenderentur; ſecundò quatenus hæc fuiſſet Regis mens, & intentio, an hoc de poteſtate ordinaria facere potuerit, vel potiùs de plenitudine poteſtatis; ad quæ omnia dicebatur, nulli fuiſſe dubium, quod ſi Rex de poteſtatis plenitudine omnibus ſubditis, tam Domanialibus quam Baronum indulgere voluiſſet, quod hoc facere potuiſſet; nulli enim legi, nec cauſæ, nec rationi poteſtas hæc ſubiecta eſt, cùm mera dumtaxat Principis voluntas pro cauſa habeatur; hinc Angel. dicebat *in l. item ſi verberatum, ff. de rei vind.* mentiri eos, qui dixerint, quod Princeps de poteſtatis plenitudine aliqua ſine cauſa facere non poſſit; ſed circa hoc nullus fuit habitus ſermo, ex quo benè conſtabat in hac generali indulgentia Dominum Regem poteſtatis plenitudine vſum non fuiſſe, cum in dubio hoc non ſit præſumendum, niſi expreſsè dicatur, vt per Alex. *in l. quicumque C. de teſtament. milit.* Sed quia ponderatis verbis generalis indulgentiæ, ceſſabat prorſus omnis dubitatio, nimirum Regis fuiſſe intentionem, vt omnes ſubditi adhuc Baronum in ea includerentur, remanſit dubium ſi de poteſtate ordinaria, cum cau- 2

ſa

Digitized by Google

ſa potuerit Rex hoc facere, & pro opinione affirmatiua allegabatur Andr. & Afflict. *in c.* 1. §. *damnatorum*, *in tit. quæ ſint regalia*, licèt hi loqui videantur quoad pœnas corporales, per tex. *in l.* 1. § *fin. ff. de conſtit. Princip.* ad quod faciunt notata per Alex. *in l.* 3. §. *is pro quo, ff quod quiſque iuris, & in rubr. ff. ſi cert. pet.* Innoc. & Felyn. *in c. quæ in Eccleſiarum de conſtit.* per Bart. Alex. Aret. Iaſ. & omnes *in l. Gallus* §. *& quid ſi tantum ff. de liber. & poſth.* in quibus locis illam tractarunt quæſtionem; nimirum, an per indulgentiam delinquenti conceſſam de omnibus delictis patratis, cenſeatur, non ſolùm delicti pœna remiſſa; ſed etiam vt cenſeatur delinquens ad bona confiſcata reſtitutus; vnde plenè diſcuſſo articulo concluſum extitit, potuiſſe Regem de poteſtate ordinaria ſubditis etiam Baronum indulgere quoad pœnas tamen corporales; ſecùs verò quoad illas merè pecuniarias prouenientes ex delicto, ex quo nulla poterat pœna corporalis infligi; ſed quia prouiſio hæc Baronibus inauditis facta erat, cum aliqui de illa notitiam habuiſſent ab Illuſtriſſimo Domino Regni huius generali Locumtenente, ad quem grauati habuerunt recurſum obtinuerunt, vt in gradu reclamationis iunctis omnibus his ſupremis Tribunalibus, iterum ea de re tractaretur; quare denuo relata cauſa cum votantes eſſent viginti duo, pro maiori parte deciſum fuit ad fauorem vaſſallorum Baronum, nedum quoad pœnas pecuniarias criminales, provt fuit priore loco votatum, ſed etiam quoad pœnas merè pecuniarias, ſicque reſpectu harum pœnarum pecuniarium, prima determinatio reformata remanſit, & indefinitè pro maiori parte votorum deciſum in dicto generali indultu Baronum vaſſallos comprehendi, provt, & illos domaniales.

## OBSERVATIO.

1 DEciſio eſt in terminis, vt ſub generali delictorum abolitione à Domino Rege noſtro conceſſa, nedum vaſſalli Domaniales comprehendantur; ſed etiam Baronum, & non ſolum quoad pœnas corporales, ſed etiam pecuniarias, ſiue ex delicto prouenientes, ſiue ex quauis alia cauſa. In huius articuli reſolutione; inter alios Iudices, qui interuenerunt fuit D. Regens Moles, tunc Regiæ Cameræ Præſidens, qui pariter ſuam elegantiſſimam compoſuit deciſionem, & eſt inter eius manuſcriptas *quæſt.* 27. *ſub rubr. an indulgentia generalis comprehendat vaſſallos Baronum*, quam vti tanto viro dignam, de verbo ad verbum imprimi curauit Dom. Reg. Conſtant. *in tit. C. pœnis fiſcal. credit. præferri num.* 85. quodque Regia hæc generalis indulgentia, etiam ad Baronum vaſſallos extendatur, ſcripſit Petr. Foller. *in comment. ad pragm.* 1. *num.* 47. *de abolit. inter comment. Dom. Reg. Rouit.* Idque ex ſententia Caſſanæi, quem ibi citat, & quia determinatio hæc non ſine maxima votantium controuerſia proceſſit, & pro Baronibus ſcripſerat Ioan. Anton. Lanarius, *conſ.* 52. ne ampliùs de hoc dubitari poſſet, fuit pro vaſſallis Baronum à ſua Catholica Maieſtate declaratum in alio generali indultu de anno 1599. in hac ciuitate publicato ſub die 9. Maij 1600. provt *in pragm.* 2. *de abolitio*, exceptis tamen pœnis pecuniariis ſub illis verbis. *Declaramus etiam vaſſallos Baronum dicti noſtri Regni ab huius noſtra indulgentia beneficio minimè eſſe excludendos, exceptis tamen caſibus in quibus de pœna pecuniaria tractari contigerit.* Idemque expreſſum poſtea in omnibus aliis generalibus abolitionibus ab eodem Domino noſtro Rege conceſſis. Hæc reſpectu generalis Indulgentiæ à Domino Rege elargitæ, ſed aliquando fuit dubitatum an Dominus Prorex noſter poſſit vaſſallis Baronum alicuius criminis gratiam facere, negatiuam partem tuetur nouiſſimè Ioan. Maria Nouar. *quæſtion. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 50. *per totam.*

Quantùm verò attinet ad illam quæſtionem hic à 2 Domino Regente noſtro factam, nimirum, an per indulgentiam delinquenti conceſſam de omnibus delictis patratis cenſeatur ille ad bona confiſcata reſtitutus; pro reſolutione eſt inſpiciendum, quibus verbis concepta ſit indulgentia hæc, nàm ſi Princeps reſcripto ſuo dixiſſet gratiam facimus Petro de homicidiis, per ipſum commiſſis, & certè ad bona confiſcata non, dicetur hic delinquens reſtitutus; hæc enim verba, gratiam facimus plenariam reſtitutionem non important quicquid dixerit Grilland. *in tract. de relax. carcerat. in tit. de benef. quæſt.* 2 *per totam.* ſed tantum remiſſionem pœnæ corporalis, vt poſt Salyc. *in l.* 1. *C. de ſent. paſſ.* & Barbat. *in c. cum te, num.* 3. *de reſcript.* probat Maſtrill. *in tract. de indultu, cap.* 23. *num.* 6. & 7. at ſi Princeps his verbis, *gratiam facimus* addiderit; *eumque ad priſtinum ſtatum reſtituimus*, tunc procul dubio, non ſolùm cenſetur criminis pœna remiſſa, ſed etiam ad bona confiſcata dicetur hic reſtitutus, vt per Maſtrill. *loc. cit. n.* 8. & in his terminis loquuti ſunt. Luc. de Penna *in l.* 1. *n.* 4. *verſic. ſed quid in quæſtione, C. de his, qui in exil. dati, lib.* 10. & Bald. *in c.* 1. *n.* 14. *verſ. pone, in tit. hic finit. lex Frederici.* Cætera vide apud Sforza. Odd. *in ſuo tract. de reſt. in integr quæſt.* 94. *vſque ad* 100.

## ARGVMENTVM.

Venditio bonorum ſtabilium ſi fuerit facta pro pretio iuxta liquidationem introituum faciendam ad rationem ducatorum tot pro centenario, ſequuta demum liquidatione, per quam pretium, quod erat incertum, certum remanſit, an dicatur ex tunc perfecta; & ſic dominium à principio in emptorem translatum, vel potius ex nunc à die liquidationis. Venditione, ſub aliqua conditione facta, ſi ea pendente res vendita deterior fiat, purificata poſtea conditione, cuiuſnàm damno cedat deterioratio, venditoris, vel potius emptoris. Contractus emptionis, & venditionis an dicatur perfectus priuſquam inſtrumentum ſtipuletur, & de aliis.

DECI

Digitized by Google

## DECISIO CCCCCXLVII.

1 CVm dubitaretur in Regia Camera, ſi dominium terrarum Ferrandinæ, & Montis Albani, ac aliorum introïtuum functionum fiſcalium fuiſſet verè tranſlatum in Don Garziam de Toledo emptorem à die 8. Martij 1569. quo fuit per Regiam Cameram declaratum dictas Terras in illius beneficium cedere, vel potiùs à die liquidationis introïtuum dictarum Terrarum, quod eſſet attendenda dies liquidationis prædictæ deciſum fuit, & hoc ex his quæ, notat Paul. de Caſtro *in l. cum res C. de probat. & in l. contractus C. de fide inſtrum.* latè Dec. *conſ.* 11. vbi voluit, quod contractus non dicitur perfectus, quando eſt dictum, quod fiat inſtrumentum, niſi cum effectu conficiatur, adeo quod ante, quælibet Pars poteſt à contractu recedere; vnde cum Rex ordinauerit debitas cautelas forè conficiendas, ergò voluit, vt fieret inſtrumentum, & per conſequens antequam illud ſtipularetur, dominium in D. Ganziam non poterat dici tranſlatum; At reclamante D. Garzia à decreto prædicto, emanatoque reſcripto, vt ea de re in Collaterali Conſilio ageretur, quod Regia Camera non benè iudicaſſet, conſiderabatur primo, quod quamuis in caſu, de quo agebatur pretij quantitas incerta fuiſſet, ex eo quod introituum liquidatio facta non erat, at ſequuta demum liquidatione ex tunc perfecta fuit venditio, ita Bald. notanter, & Paul. de Caſtro *in l. ſicut C. de action. & obligat.* & Afflict. *deciſ.* 399. & licèt Salyc. ibidem contrarium firmauerit, tamen Bald. ſententia verior videtur, etenim quando venditio fit ad menſuram, ſeu ad rationem tot pro centenario, eius quod res, quæ vendtur, eſt in redditu, quod idem eſt re tradita, adhuc ante menſurationem, vel introitus liquidationem dominium transfertur per tex. *in l. dotis fructu, & l. ſeq. ff. de iure dot.* Angel. & Paul. de Caſtro *in l. 2. ff de peric. & commod. rei vend.* & Salyc. *in d. l. contractus.* Secundò, dicebatur, quod ſi illa venditio Dom. Garziæ facta à principio pura, & ante introïtuum liquidationem perfecta non fuiſſet, tamen facta demum liquidatione, caſu quo conditionalis extitiſſet, illa retrotrahebatur ad diem, quo fuit facta venditio, *l. neceſſariò §. quod ſi pendente ff. de peric. & commodo rei vendit.* Nec obſtare dicebatur Paul. de Caſtro, & Decij theoricam *in locis ſupra citatis*, quia communis opinio eſt contra eos, quando ſumus in contractu, qui ſolo conſenſu perficitur tunc enim ad illius perfectionem ſcriptura aliqua non requiritur, vt per Salyc. *in d. l. contractus*, & plenè Angel *in tit. Inſtit. de empt. & vendit. in princ.* latiſſimè Aretin. ad quem ſemper in hoc articulo recurrendum *conſ.* 109. idem Dec. ſibi contrarius *conſ.* 340 benè Socin. *conſ.* 171. Reu. de Pater. *col. fin.* vbi dicit, quod quando de natura contractus eſt, quod poſſet fieri in ſcriptis & ſine, non cenſentur Partes voluiſſe celebrare contractum in ſcriptis, licèt voluerint ſcripturam confici, niſi expreſsè conueniretur nolle ſine ſcriptura contrahere, vt eſt gloſ. notab. *in §. 1. Inſtit. de empt. & vendit.* Iacob. Butricar. & cæteri *in d. l. contractus*, Salyc. *in Authent. ſed nouo iure C. de ſeru. fugitiu.* tunc enim ſcriptura requiritur non, pro ſubſtantia contractus, ſiue eius perfectione; ſed ſolùm ad effectum probationis; quare facta relatione per Regiam Camerã in Collaterali Conſilio, & coram Domino Cardinale Granuelano Regni Locumtenente, quamuis Domini Iudicantes, qui erant numero octo remanſiſſent in paritate votorum, datis tamen tribus adiunctis ad paritatem dirimendam, qui fuerunt D. Io. Andr. de Curte Præſ. Sac. Conſ. & Regij Conſiliarij de Bottis, & de Franchis, prodiit deciſio pro D. Garzia, ſicque reuocata prima ſententia Regiæ Cameræ ad fauorem Regij fiſci tunc lata.

---

### OBSERVATIO.

SCripſit in hac cauſa pro D. Garzia inſignis Camill. de Medices, prout videre eſt *in ſuo conſ.* 32. & ſuam pariter compoſuit deciſionem D. de Franchis, quæ eſt 32. Illud autem eſt, quod principaliter hic fuit deciſum, nimirum, quod facta venditione feudi cum annuis functionibus fiſcalibus ibi exiſtentibus, pro pretio iuxta liquidationem introituum faciendam ad rationem ducatorum tot pro centenario, ſequuta demum liquidatione, per quam, pretium, quod erat incertum, certum remanſit, venditionem ex tunc dici perfectam, non ex nunc à die liquidationis, ſicque dominium à principio fuiſſe in emptorem tranſlatum, & conſequenter introitus feudi venditi cum annuis functionibus fiſcalibus non ex nunc, ſed ab initio ad ipſum ſpectare, & pertinere; deciſio hæc iuris fundamento fulcitur, nàm ſi ratio dubitandi contra emptorem, ea erat, quia venditio à principio non videbatur pura ſiue perfecta propter pretij incertitudinem, reſponſio fuit ſolidiſſima; quia imò fuit perfectiſſima, & quod ad ſummum prætendi poterat, illam fuiſſe conditionalem, nimirum ſi pretium declarabitur, vnde facta declaratione, ſicque purificata conditione, emptio habebatur, ac ſi contracta eſſet in præteritum, & ac ſi purè contractus fuiſſet, ita ſingulariter ex iuribus per eum citatis, probat Gregor. Lopez, *in l. 26. in verbo la vendida tit. 5. par. 5.* & Medic. *loc. cit. num. 2. & 3.* Hinc Petr. Caball. de his agens conſultus reſpondit, perfectam dici venditionem de aliqua re factam pro pretio declarando, *conſ.* 63. *lib. 2. per tex. in l. fin. C. de contrah. emptione*, quodque hoc verum ſit, & indubitatum, quando dicimus, venditionem fuiſſe conditionalem, nonnè iuris eſt indubitati, vt ſi res illa conditione pendente deterior fiat, purificata poſtea conditione, deterioratio illa cedit damno emptoris? certè ſic, hic eſt tex. à Dom. Regente noſtro allegatus *in l. neceſſariò §. ſine verſ. quod ſi pendente, circa finem*, ibi *Sanè ſi res extat, licèt deterior effecta, poteſt dici damnum eſſe emptoris, ff. de peric. & commod. rei vend.* Ergò à principio perfecta fuit venditio, quæ certè ſi talis non eſſet deterioratio, ad venditorem ſpectaret, prout ſpectat



Digitized by Google

ſpectat totalis perceptio, ex ratione, de qua per me *reſolut.iuris cap.239.n.6.* poſt Antonium Gomez. *var. reſol.in tit. de empt.& venditio, ante num.33. verſ. item prædicta.*

2 Quantùm verò attinet ad illud dubium hic excitatum, an quouſque de contractu emptionis,& venditionis non fuerit ſtipulatum inſtrumentum, dicatur nè ille perfectus, dum Partes conuenerunt, vt conficeretur ſcriptura, vide quæ ex Conſiliario Gizzarello, *deciſ.72.* & aliis diximus ſupra *in obſeruat. ad deciſ.5.* & quæ pariter ſcripſerunt Moroz. *conſ.97. num.* 10. Polidor.Ripa *obſeruat.265.*Camill.de Medic. *loc.cit.n.15.& ſeq.*& Phœb.*deciſ.Iuſit.99.*

3 Et ad confirmationem alterius concluſionis, quam firmauit gloſ. *in §.1. Inſtit. de empt. & vend.* nimirum, quod quando contractus poteſt celebrari in ſcriptis, & ſine ſcriptis, non cenſeantur Partes voluiſſe celebrare in ſcriptis, niſi expreſſerint ſe velle in ſcriptis celebrare, vide eundem Gizzarell.*loc.cit.n.6.*& Tiber. Decian. *reſp.64. num.4. lib.3.* quem citat Didac. de Mari *in addit. ad Gizzarell. in ſupra relata deciſ.72. in fine.*

## ARGVMENTVM.

Gabella ſi cum Regis conſenſu ſuper aliqua re à Ciuitate impoſita reperiretur, eo in limine impoſitionis expreſſo, & ſtatuto, vt nemo ab hoc onere immunis eſſet & exemptus, etiam ſi aliquo priuilegio adhuc in corpore iuris clauſo munitus eſſet, nùm fiſcus quando caſus contingit, illam ſoluere teneatur. Fiſcus an teneatur ſoluere ius fundaci pro bonis confiſcatis, quæ à delinquente ad Regiam Dohanam immiſſa reperiuntur. Emens à fiſco, an, & quando gabellam ſoluere teneatur; Et de aliis ad intellectum, *l. locatio,§ fiſcus, verſ. Mercatores,ff.de iure fiſci.*

## DECISIO CCCCCXLVIII.

1 CVM ad hanc ciuitatem immiſſi eſſent ſexcentum cadi ſalſuminis, quos Regia Curia pro ſeruitio Regiarum Triremium Regni huius in Hiſpania emi fecerat, dubitabatur in Regia Camera an Regius fiſcus teneretur ſoluere gabellam, quæ cum Regis aſſenſu ab hac ciuitate impoſita reperiebatur vnius grani pro rotulo, carnis, piſcium, & ſalſuminum. Ratio dubitandi fuit, quia in illius impoſitione expreſsè ſtatutum extiterat, vt nemo ab hoc onere immunis eſſet, & exemptus, etiam ſi aliquo priuilegio adhuc in corpore iuris clauſo munitus eſſet; quia diſpoſitione ſic ſtante videbatur quod Regius fiſcus, quamuis ex priuilegio in corpore iuris clauſo ab onere ſolutionis vectigalis ſit exemptus, tamen in caſu, de quo agebatur illud ſoluere tenebatur, prout ſoluebant Illuſtriſſ. Dom. Prorex, & cæteri Collaterales Conſiliarij.

Cæterum, hac dubitandi ratione non obſtante, diſcuſſo articulo in Collaterali Conſilio, contrarium tam per Dominos Regiam Cancellariam Regentes, quàm per Dominos Regiæ Cameræ Præſidentes, ac Dominum Cæſarem Vitellum Regium Conſiliarium in cauſa adiunctum deciſum extitit, nimirum ſalſumina prædicta in commiſſum non incidiſſe, ſicque Regium fiſcum nullatenus ad dictam gabellam ſoluendam teneri. Ratio deciſionis fuit, quia cum dicta ſalſumina res eſſent exercitui paratæ, ex quo deſeruiebant pro victu, & alimonia nautarum, ſeruorum, cæterorumque militum dictis Regiis Triremibus adſcriptorum, qui pro fidei defenſione contra Chriſtianæ Religionis inimicos pugnabant, conſequenter pro rebus illis Regius fiſcus ab onere ſolutionis gabellæ immunis eſſe debebat, ad tex. *in l.locatio, §. res exercitui paratas,* vbi Bart. Imol. Roman.& Angel. *ff.de public. & vectigal.* Et hoc etiam ſi in impoſitione dictum eſſet, *non obſtante priuilegio*, vt tenent Imol.& Roma. *ibidem*, quamuis Bart. dixerit fore cogitandum, & facit tex. *in l.ſi publicanus, §.1.in verb. exercitibus, ff.eod.* Fiſcus enim eſt ſemper à vectigalibus immunis, *d.l.locatio, §.fiſcus, & l.vniuerſi, C.eod.* Andr.& Afflict. *in tit. quæ ſint regalia, in verbo vectigalia.* Pro victualibus verò quæ in hac ciuitate pro victu nauigantium ſuper dictis Regiis Triremibus emebantur, an gabella ſolui deberet, non fuit neque diſcuſſum neque deciſum, ſed ex relatione generalis Regni Theſaurarij, & Prouiditoris dictarum Regiarum Triremium, habitum fuit, nunquam de ſimilibus, & aliis vectigalibus in hac ciuitate de Regia pecunia emptis pro ſeruitio Regiarum Triremium, gabellam ſolutam fuiſſe.

## OBSERVATIO.

VT cernimus. Ratio dubitandi contra Regium fiſcum, vt pro his ſalſuminibus impoſitum ab hac ciuitate vectigal ſoluere teneretur, ea fuit, quia cum in impoſitione gabellæ Dominus Rex noſter ſuum Regium præſtitiſſet aſſenſum, compertum fuit, gabellam fuiſſe erectam, vt nemo ab illius ſolutione eſſet immunis, quamuis immunitatis priuilegio in corpore iuris clauſo potiretur; vnde dicebatur ex hoc quodammodo Dom. Regem priuilegio ſuo quod eſt in corpore Iuris clauſo ne teneatur ad ſoluendum vectigal, renunciaſſe; ſed hac dubitandi ratione non obſtante contrarium fuit deciſum, & meritò, quicquid aliter in Senatu ſuo determinatum referat Phæb. *deciſ.113.* nam circumſcripta ratione, de qua hic, quando dicebatur, Regem ſuum præſtitiſſe conſenſum gabellæ, 1

Digitized by Google

bellæ, quæ ea lege impoſita erat, vt nemo eſſet immunis, non poterat Rex ſentire, vt ipſe, qui de iure eſt immunis à ſolutione vectigalium, teneretur gabellam ſoluere; ſed benè dicendum eſt, ſenſiſſe eum de aliis, qui hanc immunitatem prætendere potuiſſent; etenim nimis vulgata eſt iuris regula, vt in generali ſermone loquentis perſona non includatur, *l. inquiſitio, C. de ſolutio. l. qui inſulam, §. fin.* vbi gloſ. *ff. locat.* quodque cædens omnia eius iura, contra ſe ipſum ceſſiſſe non videatur, ſed contra alios, eſt tex. *in l. ſi peculium, §. ſicut, ff. de pecul. leg.* Bald. *in l. 2. C. an ſeruus exter,* & per Dec. *in conſ. 104. in princ.* hinc gloſ. *in l. emptor, C. de hæredit. vel actio. vendit.* dicebat, quod ſi ego exiſtens alicuius hæres, totam hæreditatem alteri vendidero, transferendo in emptorem omnia eiuſdem hæreditatis iura, quatenus eſſem egomet debitor hæreditatis, non per hoc dici poteſt, vt valeat emptor ille me cogere ad ei ſoluendum, quod debebam, idemque ſcripſit Alex. *conſ.* 149. *num.* 7. *lib.* 2. & hoc non alia ratione, niſi ſupra allegata, quia in generali ſermone loquentis perſona ſemper excluditur; faciunt, quæ ſatis ad rem ſcripſit Dyn. *in l. locatio, §. fin. ff. de publica. & vectigal.* nimirum, quod ſi Princeps, vel communitas locarent Sempronio gabellam frumenti, vel ſalis, & poſtea idem dominus, vel communitas frumentum, vel ſal emerent, hi ad gabellam pro frumento, vel ſale impoſitam non tenerentur ſicque Pergomi deciſum teſtatur Alberic. *in d. §. fin.* vbi ait, tex. illum, per quem eſt diſpoſitum, vt fiſcus non teneatur ſoluere gabellam ſatisfacere contra Mercatores, qui conducunt gabellam ſalis à communitate Bononiæ, quæ poſtea emit ſal, vt ipſa ad aliquid pro gabella ſoluendum mercatoribus illis non teneatur, ea inter alias rationes, cum in generali ſermone non includatur perſona loquentis, quam quidem ſententiam amplexi pariter fuerunt Bald. & Salycet. *in l. emptor, C. de hæred. vel actio. vendit.* Alex. *cit. conſ.* 149. *n.* 8. *lib.* 2. Iacob. Rebuff. *in l.* 1. *C. de naui cul. lib.* 11. & ſatis benè Nicol. Boër. *deciſ.* 213. *num.* 1. vbi reprobato Bart. qui contrarium conſuluit, *conſ.* 226. incip. *Cauetur ſtatuto Montis Policiani,* teſtatur hanc opinionem veriorem, & communiorem eſſe.

2 Sed his diebus dubitabatur in Regia Camera, an Regius fiſcus teneretur ſoluere diri&tus, & ſic ius fundaci pro bonis confiſcatis cuiuſdam rebellis, quæ ab illo ad Regiam Dohanam huius ciuitatis immiſſa reperiebantur? Dictum fuit fiſci iura in hoc caſu in tuto eſſe; conſtat enim fiſcum ab omnium vectigalium præſtationibus immunem eſſe, hic eſt tex. vulgatus, *in l. locatio, §. fiſcus, ff. de publica. & vectigal.* Et ea eſt ratio, quia fiſcus nunquam mercatur, vt benè obſeruauit Bart. *in conſ.* 226. nam ſi mercaretur vtique immunis non diceretur, vt probat tex. vbi DD. omnes *in l. vniuerſi, C. de vectigal. & commiſ.* Thom. Parpalias, *in leg. placet, num.* 111. *verſ. fallit primò, C. de ſacroſ. eccleſ.* Nat. *conſ.* 139. *num.* 4. *lib.* 1. Rolan. *conſ.* 61. *num.* 23. *lib.* 4. quicquid contra ex gloſ. *in l. ſi publicanus, §.* 1. *in verbo munificum, ff. de public. & vectigal.* ſibi dixerit Ruin. *conſ.* 89. *num.* 5. *lib.* 1. Nec dicendum fiſcum in his bonis vti rebellis hæredem ſucceſſiſſe, ſicquè haberi vti priuatum, ad tex. *in l. fiſcus cum in priuati ius* 6. *ff. de iure fiſci.* Nam reſpondetur, & primo hoc verum non eſſe; nullibi enim probatur in bonis confiſcatis fiſcum dici delinquentis hæredem; ſed quod magis communiter DD. dixerunt, illud eſt, nimirum vt fiſcus in his bonis ad inſtar hæredis extranei reputetur, vt per gloſ. per illum tex. *in l. non intelligitur, §. cum ex cauſa,* vbi etiam Bart. *ff. de iure fiſci, & in l. ſi marito, in princip. ff. ſol. matr. & in l. cum fiſco, ff. ad Syllan.* cum aliis relatis per Peregr. *de iure fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 53. Clapper. *in cent. cauſ. fiſc. cauſ.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 7. & per Alex Trentacinq. *variar.*

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij. *reſol. lib.* 1. *tit. de iure fiſci, reſol.* 2. *num.* 2. Vel & forſan melius, fiſcus in bonis confiſcatis habetur tanquam bona tenens, nec aliter eum delinquentis perſonam repræſentare, vt ex Guyl. de Benedic. docet Marcell. de Mauro *allegat.* 84. In puncto autem, vt pro bonis rebellium confiſcatis fiſcus vti perſona immunis, ad gabellæ ſolutionem non teneatur, ſcripſerunt Petr. de Vbald. *in tractatu de collectis, quæſt.* 31. *num.* 49. Boër. *deciſ.* 279. *num.* 2. & Affar. *de offic. fiſcal. gloſ.* 20. §. 8. *num.* 116.

Sed pro Gubernatoribus Regiæ Dohanæ, qui pro ſolutione iuris fundaci inſtabant, conſiderabamus; quod hic non erat propriè caſus, de quo agebatur; non enim à fiſco petebantur diri&tus, quos pro bonis ad dohanam immiſſis deberi prætendebatur; ſed à perſona, cui fiſcus bona illa vendiderat, & licèt eo pacto vt eſſet emptor immunis, ſicque vt ius illud fundaci ſoluere non teneretur motiuabatur pactum hoc in præiudicium Dohanæ, cui per immiſſionem illorum bonorum ſupponebatur ius quæſitum exigendi diri&tus, fieri non potuiſſe, nam ſi dicamus fiſcum ab omnium vectigalium præſtationibus eſſe immunem, non per hoc videtur affirmari poſſe, vt poſſit fiſcus immunitatem hanc in emptorem transferre, immò expreſsè diffinitum *in eodem §. fiſcus, verſ. mercatores autem,* vt emens à fiſco pro rebus emptis gabellam ſoluere teneatur, nec aliter eum ab hoc onere immunem eſſe, id quod alias dum de his agerem, poſt alios, quos retuli, probaui. Ego *lib.* 1. *mearum reſolution. cap.* 169. *num.* 5. 3

At hæc omnia in caſu occurrentis controuerſiæ, non obſtare viſum fuit, quandoquidem ſi horum bonorum emptor ad vectigalis ſolutionem teneretur, per indirectum cogeretur fiſcus, qui eſt immunis; probatur, nam videns hic emptor pro diri&tuum ſolutione ſe moleſtari, neceſſariò recurreret ad fiſcum, cui exponeret, ideo bona pro decem emiſſe quia fuerat ei promiſſa immunitas, nam aliàs nonniſi octo impendiſſet, ſicque diceret, vel vt ei reſtituerentur duo, vt vectigal ſoluere poſſet, vel vt bonorum emptio habeatur pro non facta, vnde fiſcus agnoſcens iuſtam eſſe inſtantiam, ſi decerneret duo reſtituere, ipſe vectigal ſolueret, quod nullatenus affirmari poteſt, ſin autem aſſentiret diſtractui, poſſet poſtea ipſe bona illa extrahere, nec aliter ſtante eius immunitate ad diri&tuum ſolutionem cogi; vnde non eſt cur dici poſſit ad hoc vectigal præſtandum teneri emptorem, quia per indirectum, quando ipſe ſolueret, cogeretur fiſcus, & hoc eſt, quod eleganter conſiderabat Decian. *conſ. ſuo* 48. vbi *num.* 5. ſic loquitur. *Quarto iſta concluſio confirmatur, nam ſi emptores venientes pro alumine extrahendo, tenerentur ad gabellam, hoc onus gabellæ omninò in effectu redundaret in ipſum Iacobum & ſocios venditores, quia tantò minus emptores emerent ratione oneris gabellæ, & ita euacuaretur priuilegium Iacobi, & ſociorum, & fraudati eſſent immunitate eis conceſſa, quoniam in effectu pro tali extractione haberent onus gabellæ, ex quo ab emptoribus minus reciperent, quod nullo modo eſt dicendum.* Hæc ille. 4

Vlteriùs circumſcripto pacto immunitatis conſideratum fuit, concluſionem ſuperiùs firmatam ex tex. *in d. §. fiſcus, verſ. mercatores,* nimirum vt emens à fiſco à vectigalis ſolutione non ſit immunis, quamuis immunis ſit fiſcus, non ſic ſimpliciter recipiendam, ſed cum duorum caſuum diſtinctione, quorum primus, quando onus gabellæ non eſt annexum contractui, ſed contigit ex actu prorſus ſeparato, exemplum eſt ſi ego emerem à fiſco frumentum, quod collectum eſt in eius territorio, quod poſtea vellem mercimonij cauſa ad ciuitatem introducere, vel à dominio extrahere, in cuius immiſſione, vel extractione ſoluitur certum 5



Digitized by Google

quid pro ſingulo quoque modio, vel rubeo, certè hic emptor ab hac gabella non erit immunis, ſicque affirmandum procedere tex. *in d. §. fiſcus verſ. mercatores*, & hic non eſt caſus, de quo agebatur. Alter caſus eſt, de quo nos dubitauimus, nimirum quando onus gabellæ eſt annexum contractui, nec aliter contigit ex actu ſeparato, ſiue remoto, exemplum eſt ſi impoſita eſſet gabella, vt pro ſerico, quod venditur, ſoluatur pro ſingula libra carolenus vnus, ſiue pro ſingulo modio frumenti, vel hordei, quod emitur ſoluantur caroleni duo, vel pro mercibus, quæ immittuntur ad Dohanam teneatur delator cum primum ad domum propriam eas conducet, pro iure fundaci certum quid ſoluere; in hoc enim caſu, quia hoc onus gabellæ eſt annexum contractui, ſi emens à fiſco cogeretur gabellam, ſiue ius fundaci ſoluere, per indirectum, vt ſupra diximus, fiſcus hoc onus ſuſtineret, quia qui emit non emeret tanti, ſed tanto minoris propter onus gabellæ, ſicque fiſcus læderetur, quia cogeretur vilius vendere, carius autem quando emptor eſſet immunis; conſtat enim, rem venundandam eo maiori pretio diſtrahi, quo magis res illa onere caret, & è contra, ita ſanè ratiocinati ſunt Bald. *conſ.* 31. *lib.* 1. Io. de Amicis *conſ.* 18. Iacob. Menoch. omninò videndus *conſ.* 136. *lib.* 2. Dom. Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. lit. E, concluſ.* 158. *num.* 4. Hieron. Gabr. *conſ.* 156. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 2. Peregr. *de iure fiſci, lib.* 6. *tit.* 5. *num.* 25. Epiſcop. Genuenſ. *in practicabil. Eccleſ. quæſt.* 212. & alij. Vnde his omnibus bene diſcuſſis, ſub die Iouis, 30. Auguſti, 1657. cenſuit Regia Camera, nemine ex Dominis iudicantibus contradicente; non eſſe locum in caſu propoſito ſolutioni iuris fundaci, ſicque prætenſionem Gubernatorum Regiæ Dohanæ nullam habere ſubſiſtentiam, penes Magnificum Secretarium.

## ARGVMENTVM.

Pœnæ pecuniariæ prouenientes ex interceptis fraudati vectigalis, ſiue ex contrauentione bannorum, quæ in dies, aliqua iuſta, & rationabili ſuadente cauſa promulgari ſolent; nùm ſub generali Regia abolitione comprehendantur; Itemque, & aliæ pœnæ pecuniariæ prouenientes ex incuſationibus inſtrumentorum, & obligationum pœnes acta Magnæ Curiæ. Bona per ſententiam confiſcata, an Regio generali ſuperueniente indultu, ſint reſtituenda & de aliis.

## DECISIO CCCCCXLIX.

1 DVBITABATVR in Regio Collaterali Conſilio, vbi conuenerant Domini Regiam Cancellariā Regentes, Regiæ Cameræ Præſidentes, ac Regij Conſiliarij Villanoua & de Franchis, an attento generali indultu, de quo ſupra *deciſ.* 546. remiſſæ cenſerentur pœnæ prouenientes ex interceptis fraudati vectigalis, ſiue contrauentione banni in vendendo tempore penuriæ frumentum maiori pretio, quam per Regiam Pragmaticam taxatum extiterat, ac ſimiliter pœnæ illæ, in quas inciderant affidati in Regia Dohana Mene pecudum Apuleæ, qui herbagia abſque Regij Dohanerij licentia emerant?

Et diſcuſſis omnibus de iure diſcutiendis, 1
pro maiori parte dictorum Dominorum Iudicantium, quod dictæ pœnæ huius generalis indulgentiæ vigore eſſent remiſſæ, ſolemniter deciſum extitit, ſic enim habebatur ex illis verbis valdè generalibus nimirum *à quacumque pœna, non modo corporali, ſed etiam mulcta, vel condemnatione pecuniaria, vel bonorum confiſcatione, quæ ad noſtrum Regium fiſcum præfati noſtri citerioris Siciliæ Regni ſpectaret &c.* Etenim ex iſtis verbis patebat enixè ſupradictas pœnas fuiſſe remiſſas, cum negari non poſſet ex delicto proueniſſe, nam ſi tractabatur de pœna fraudati vectigalis, certum erat à fraudante crimen fuiſſe commiſſum provt ſunt iura nimis clara *in l. fraudati, & in l. commiſſa ff. de publican. & vectigal.* Idem & fortius in aliis pœnis prouenientibus ex tranſgreſſionibus bannorum ſub certa pœna prohibentium, ne frumentum vendi poſſet, niſi certo præſcripto pretio; crimen enim committit, qui in legem peccat *l. aliud eſt pœna, & l. ſi qua pœna ff. de verb. ſignific.* Verum circa hoc declaratum fuit, vt non cenſeretur remiſſum illud plus vltra ſtatutum pretium ab emptoribus frumenti extortum, cum omninò veniebat eiſdem reſtituendum. Sic pariter remiſſæ cenſebantur pœnæ, in quas inciderant feudati Regiæ Dohanæ, qui ſpreto pœnali mandato Regiæ Cameræ, herbagia abſque Dohanerij licentia emerant, non enim dubitari poſſe dicebatur, vt in omnibus prædictis caſibus iudicium fuiſſet criminale, licèt pœna poſtquam fiſco applicabatur, pecuniaria eſſet, iuxta gloſ. communiter approbatam *in l.* 3. *ff. de ſepulcr. violat. in verbo cenſum, verſ. ſed ibi criminaliter, & in l.* 3. *C. eodem, & in l. aut damnum ff. de pœnis.* Bald. *in l. ſi qua per calumniam C. de Epiſc. & Cler.* Alberic. & Salyc. *in l.* 1. *C. de ſepulcr. viol.* Alex. & Iaſ. *in rubr. de iudic.* Imol. *in c. qualiter & quando de accuſat.* Hi enim omnes, & alij dixerunt, vt quando pœna ex delicto oritur adhuc ſi pecuniaria ſit, dummodo fiſco acquiratur, cauſa dicitur criminalis, & nedum quis criminaliter ex dolo commiſſo puniri poteſt, ſed etiam ſi culpa lata commiſſa fuerit. Bald. *in l.* 1. *de legib.* Bart. *in l. lege Cornelia ff. ad l. Cornel. de ſicar. & in l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœnis.* Imò ſola contumacia dicitur delictum, vt eſt tex. *in l. omne delictum* vbi Bart *ff. de re milit.* erant namque verba indultus ſatis ampla, ibi, *de quibuſcumque criminibus, & delictis &c.* Vnde.

OBSER

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 QVæ hic deciſa fuere referuntur etiam à D.Garzia Maſtrillo *in tract.de indultu cap.19.à num.*10. Sed vt teſtis de auditu, cum neminem ex noſtris, qui hæc retuliſſet alleget, nec allegare potuerit; ſed punctualiter omnia refert ſic atteſtans, deciſionem prodiiſſe de anno 1572. interuenientibus cum Regia Camera Dominis Regiam Cancellariam Regentibus, ac Dominis Michaele Villanoua, & Vincentio de Franchis Regiis Conſiliariis, referuntur pariter hæc omnia à Domino Bernardino de Santa cruce qui in his decidendis fuit vnus ex Iudicibus Cameralibus, provt ex eius voto manuſcripto, quod cum ad manus meas perueniſſet vti tanto viro dignum imprimi curaui *lib.1.mearum reſolution.cap.*183. vbi plura inuenies notabilia, ſignanter, vt per hanc generalem abolitionem cenſeretur quis reſtitutus, etiam ad bona per ſententiam confiſcata, dum ab illa pendebat appellatio, ſiue reclamatio, nec obſtare dicebantur verba indultus, quæ huius generis bona excepere, nam reſponſum fuit eſſe ea intelligenda de ſententia, quæ aliam non expectat, quamuis allegatum fuiſſet, quod ſententiæ Regiæ Cameræ paratam habebant exequutionem.

2 Huiuſmet promulgati indultus occaſione, ſuas etiam & geminatas ſcripſit deciſiones Dom. Reg. Moles, tunc Regiæ Cameræ Præſidens, provt videre eſt *in deciſ.25.26. & 27. in tit. de iure Dohanæ, in manuſcriptis*, in quorum altera, nimirum 26. congregatis in Collaterali Conſilio omnibus Tribunalibus, nimirum Sacri Conſilij Regiæ Cameræ, & Magnæ Curiæ deciſum teſtatur, quod per dictam generalem abolitionem cenſebantur remiſſæ omnes pœaæ pecuniariæ prouenientes ex incuſationibus inſtrumentorum, & obligationum penès acta Mag. Curiæ, idque ratione periurij incurſi, cuius cauſa eſt criminalis, de his omnibus memor etiam fuit Dom. Reg. Conſtant. *in tit. C.pœnis fiſcali.credit.præferri num.*71.72.*&* 73.Cætera vide *in allegat.*32.*diuerſ.* vbi Thor. addens *poſt deciſ. D. Reg. Salernitani &c.*

## *ARGVMENTVM.*

Refutatio à patre in filium primogenitum de feudo facta, in qua filius ipſe refutatarius patri refutanti certam annuam quantitatem vitalitiam ſoluere promiſit, an pro valida ſit habenda, vel potius pro nulla, & inualida; dum Reg. aſſenſus ſuper illa non fuit impetratus. Refutatio in proximè ſucceſſurum, an, & quando abſque Regis aſſenſu ſubſiſtat, & quomodo intelligendum illud vulgatum Andreæ *in cap.1. §. & ſi libellum de alienat. feud. patern. Valet refutatio, cætera pacta non.* Seruitus an abſque aſſenſu ſuper feudo, vita feudatarij durante imponi poſſit, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCCL.

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Magnificam Lucretiam Pettenatam actricem ex vna, & Magnificum Alphonſum de Auolos ac Regium fiſcum conuentos ex altera, ſuper reiuendicatione Terræ Ceppaluni, dubitatum fuit, an pro valida haberi poſſet refutatio dictæ Terræ facta à Camillo de Marra auo materno dictæ Lucretiæ in perſonam Iacobi Antonij eius filij primogeniti, qui poſt refutationem fuit effectus rebellis, attento, quod refutans ipſe habitationem in Caſtro ſibi reſeruauerat, & ducatos ſeptingentum ſingulis annis eidem pro victu ſoluendos à dicto Iacobo Antonio refutatario, nullo ſuper hoc contractu impetrato aſſenſu, nulla enim exiſtente refutatione Lucretia neptis propter auunculorum incapacitatem Auo ſuo Camillo in feudo prædicto aperto iure ſuccedebat. 1

Pro Lucretia actrice, quæ nullam fuiſſe refutationem contendebat, allegabatur Loffred. *conſ.*3. vbi firmat, quod ſi pater feudum, quod poſſidet filio ſuo vſufructu reſeruato refutauerit, nedum vſusfructus reſeruatio, ſed etiam tota refutatio corruit. At per conuentos reſpondebatur Loffredi ſententiam non applicari, cum in caſu propoſito per reſeruationem annuorum ducatorum ſeptingẽtum, nullum ius fuerat in feudo conſtitutum, cum teneretur refutatarius actione perſonali ad ſingulis annis patri refutanti ſoluendum illos ducatos ſeptingentum reſeruatos, & hoc per tex. ſingularem, *in l.fundi Trebatiani*, vbi latè Bart. *ff. de vſufr. legat.* idem Bart. *in l. cotem ferro §.qui maximus ff.de publican. & vectigal.* Idemque reſpectu reſeruatæ habitationis in Caſtro pro qua, licet videretur fuiſſe ius acquiſitum, ſiue reſeruatum in feudo per text. *in l.cum antiquitas C.de vſufruct. & in §.ſed ſi cui inſtit. de vſu, & habitat.* Tamen quia reſeruatio illa habitationis, non niſi ſeruitutem importabat, bene poterat Camillus pater illam ſuper feudo refutato vita ſua durante imponere, nec aliquid faciebat alia allegata nullitas, nimirum, quod inſtrumentum refutationis ſtipulatum apparebat per Notarium vaſſallum, ſicque ipſo iure nullum, per tex. *in c.Regni*, quod incipit *Ladiſlaus*, nam reſponſum fuit quod licèt hoc eſſet in facto verũ, tamen non obſtabat, quia tenor contractus per teſtes probatus extiterat, ad notata per Doctores, *in l. ſeruum filij, §. eum qui*, vbi Paul. de Caſtro, Alex, Aretin. optimè, & Iaſ. *ff. de legat.*1. Decian. *conſ.*17. & in terminis noſtris Afflict. 2



Digitized by Google

*in conſt. in locis domanij*, ſicque dictum omnino tenendum, & iudicandum, nimirum vt in terminis *dicti cap. Ladiſlaus*, annullato inſtrumento poſſit contractus per teſtes probari; Minus etiam obſtabat quod illa refutatio dicebatur potius donatio, quæ inter patrem, & filium à iure prohibetur, *l. donationes, ff. de donat. inter virum, & vxor.* & *l. placet ff. de acquir. hæred.* Nam reſponſum fuit, illam non propriè donationem, ſed prorſus refutationem appellari, vt eſt tex. *in c. 1. §. & ſi libellus, de alien. feud. patern.* Secundò cum feuda ſint iuris publici, vt per Andr. *in proœm. feud.* in his, quæ ſunt iuris publici patria poteſtas non attenditur, *l. nam quod, ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* hinc ſi filiusfamilias feudum acquirit, illius vſusfructus patri non quæritur, Bald. *in l. cum oportet, C. de bonis quæ liberis, in l. ſi vxor. C. de condit. inſert. & in c. 1. de duobus fratribus, de nouo benef. inueſt.* Tertiò probatum extiterat per teſtes refutationem illam fuiſſe refutantis iuramento roboratam, quo caſu valet donatio inter patrem, & filium; notant Canoniſtæ *in c. cum contingat de iureiur.* Bald. *in l. fin. C. pro dote.* Aret. *in d. l. placet*, & Alex. *conſ. 20. lib. 3.* Inde ex his omnibus per Regiam Cameram nemine contradicente fuit deciſum, refutationem fuiſſe validam, ac proinde dictum Alphonſum feudi poſſeſſorem ab impeditis per dictam Lucretiam fore abſoluendum.

## OBSERVATIO.

1 HIc habemus deciſionem indiuidualem, quam alibi non obſeruaui, vt ſubſiſtat refutatio facta à patre in filium primogenitum de feudo, quamuis ſine aſſenſu, non obſtante, quod filius patri refutanti certam annuam quantitatem vitalitiam promiſiſſet, fuit enim habitum pro verò per hanc promiſſionem nullum fuiſſe ius ſuper feudo conſtitutum, quo caſu aſſenſus fuiſſet neceſſarius; ſed tantum dici, ſi ium in actione perſonali obligatum ad ſoluendum patri ſingulo quoque anno quantitatem illam inter eos conuentam; modo huic ſic factæ determinationi nos inhærentes, dicamus libenter, eidem nullatenus contradicere Loffred. immò expreſsè inhærere *in conſ. 3. num. 38. & 39.* dum feudi refutationem cum reſeruatione vſusfructus penitus improbans ſine aſſenſu, ait in terminis *c. 1. §. & ſi libellus, de alien. feud. patern.* Secus dicendum vbi refutans aliquid annuum ſibi reſeruaſſet, quod intelligo dummodò feudum non tangatur; immò plus dixit Fab. de Anna *conſ. 46. num. 8.* nimirum valere reſultationem, quamuis ſine aſſenſu, in qua refutans annuam penſionem de fructibus feudi ſibi reſeruaſſet, quod tamen ſic ſimpliciter dictum puto ſatis periculoſum, vnde prudenter Dom. Reg. Capyc. Galeat. *controuerſ. lib. 2. controu. 6. num. 15.* dixit Loffredum *loc. modo cit.* præter caſum reſeruationis vſusfructus concedere, valere refutationem vbicunque ita illa fiat, vt non contineat partem feudi, nec inducatur diuiſio, ſed aliquid aliud ſeparatum ab ipſo feudo, ſic citans tex. *in d. §. & ſi libellum.*

2 Vt autem refutatio in proximè ſucceſſurum ſit valida abſque aſſenſu, dic Tu eam eſſe debere ſimplicem, & puram, ita vt refutans omninò tollat ſe de medio, & nihil penitus commoditatis penes refutantem remaneat, per quam ius ſuper feudo conſtituatur, & ita intelligi dicta per DD. quos citat, & ſequitur Dom. Reg. Rouit. *in pragm. 4. à num. 8. vſque ad 14. de feud.* Cæterum vbi fieret refutatio cum reſeruatione vſusfructus, ſiue vt refutatarius remaneat obligatus ad aliquid refutanti præſtandum, ſic pro obſeruantia promiſſorum, feudum hypothecæ ſubmittendo, ſiue aliis adiectis pactis, per quæ ius in feudo conſtituatur, ſemper hæc refutatio dicetur nulla, dum ſuper ea Regius aſſenſus non fuit impetratus, ita Camer. *in cap. Imperialem fol. 32. col. 2. verſ. ex quibus alia quoque*, Loffred. *d. conſ. 3. & 9.* Ioan. Vincent. de Anna *alleg. 35.* D. de Franch. *deciſ. 3. num. 9.* D. Regens Lanar. *conſ. 73. num. 2.* D. Conſil. de Georg. *allegat. 17. num. 45.* Dom. Reg. Marcia *diſput. 80. num. 19. & ſeq.* & alij. Nec pronis vnquam auribus audiendum, vt ſubſiſtat hæc refutatio ſic ſine aſſenſu facta, cætera verò pacta non, iuxta illud vulgatum Andr. *in d. c. 1. §. & ſi libellum n. 6.* nam vt benè aduertit Dom. Reg. de Ponte *conſ. 12. num. 11. & ſeq.* Andr. theorica intelligenda eſt in pactis initis ſine refutatione, vt non liceat cum agnato de feudo aliter paciſci, quam per refutationem; non autem in pactis initis cum eadem refutatione, quia tunc ex indiuiduo voluntatis, dum pacta non ſubſiſtunt propter defectum aſſenſus corruit tota refutatio, ſic enim loquitur Dom. de Ponte, *Et dum Izern. in d. §. & ſi libellum ante num. 6. dixit, refutationem, ſine aſſenſu valere, alia pacta non, illa doctrina intelligenda eſt in pactis initis ſine refutatione, vt non liceat cum agnato de feudo aliter paciſci, quam per refutationem, non autem in pactis initis in eadem refutatione; ita intellexit Loffred. in d. conſ. 3. num. 18. & in d. §. & ſi libellum, vel intelligi debet in pactis initis extra refutationem non in pactis correſpectiuis, quæ ſi corruunt, corruit quoque & ipſa refutatio, vt intell gebat Camur. in d. car. 31. col. 1.* Hæc de Ponte, idemque affirmauit Dom. Camill. de Medic. *conſ. 49. num. 8.* & per hæc verba. *Ex his omnibus infertur, quod feudatarius non poteſt refutando cedere locum, & remanere in loco, reſeruando ſibi ius aliquod in feudo, incompatibile eſt enim vt in eodem feudo ſint duo feudatarij, videlicet refutãs, & refutatarius, & ideo ratione iſtarum reſeruationũ, quæ in refutatione fiunt, corruit refutatio, hoc eſt, quod voluit in effectu Andr. in cap. 1. §. etſi libellum, de alien. feud. pater. & in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, vbi valet refutatio, alia pacta non, quod ibi interpretatur Loffred. in parafr. & latius in conſ. 3. vt vtrumque corruat; nam licèt refutatio valeat quando fit proximè, & immediatè ſucceſſuro, nihilominus ſi in refutatione apponuntur alia pacta, iſta pacta non valent ex rationibus ſupra notatis, ex quo ſequitur, quod ſi pacta non valent ex defectu aſſenſus, refutatio non valet ex defectu voluntatis, quia ſine illis pactis refutans non refutaſſet, nec actus agentium vltra eorum intentionem operari poſſunt ex regula.* Hæc de Medic. ad cuius dicta confirmanda Dom. Fab. Capyc. Gal. *in addit.* Refert deciſionem Sacri Conſilij iunctis Aulis proditam in cauſa Io. Angeli Barrilis cum Franciſco filio, & creditoribus, ſuper qua D. Regens de Ponte ſcripſit, vt *in d. conſ. 12.* dicit enim fuiſſe per Sacrum Conſilium determinatum nullam eſſe refutationem factam à patre in beneficium filij cum reſeruatione annuæ præſtationis in pecunia, vel in fructibus, idque de anno 1585. in banca Terruſij de ea pariter teſtatur Dom. de Ponte, *in calce dicti ſui Conſilij*, & meminit Thor. *in 2. parte ſui compend. in verb. Refutatio*, quodque hæc omnia vera ſint, affirmat pariter, & ſatis benè Dom. Conſil. Theodor. *in allegat. 4. num. 15.* qui loci dicit falſam eſſe aliquorum intelligentiam ad verba Andreæ, tam *in dicto §. & ſi libellum num. 6.* quàm *in conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ col. 3.* dum credunt per illa verba, *vales refuta-*



Digitized by Google

*refutatio cætera pacta non*, refutationem ſuſtineri pactis in ea appoſitis reiectis, dicit enim D. Theodor. nun-
7 quam hoc Andr. intellexiſſe, nam cum in dubium reuocaſſet, num per conſtitutionem *conſtit. Diuæ memoriæ* omnes abrogantem pactiones circa feudalia ſine aſſenſu, fuiſſet pariter abrogata refutatio, reſpondit, refutationem non fuiſſe abrogatam; per eam enim non dicitur alienare, ſed potius ſe ipſum abdicare, vt ſic proximior ſubingrediatur; cætera autem pacta non valere, modo ait Theod. ſi hoc intelligimus generic è de aliis pactionibus, & contractibus, qui non ſunt refutatio, & ſana eſt doctrina, & excluſa à prohibitione, remanet refutatio modo ſit pura, & ſimplex; at ſi verba illa intelligere vellemus, vt non valeant alia pacta appoſita in ipſa refutatione, & ſimiliter ſana eſt doctrina; ſed non per hoc ſequitur, vt reiectis pactis valeat refutatio; ſed imò vt ob pacta prohibita corruat, etiam refutatio ratione indiuiduæ voluntatis, cætera ad materiam videnda ſunt apud Fricc. *in* 17. *limit. ad conſt. conſtit. Diuæ memoria*, Domin. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Prareg. tit. de refutat. feudor.* §. 1. *per tot.* Minador. *conſ.* 15. Dom. de Franch. *deciſ.* 591. *num.* 3. Bambacar. *in cap.* 1. §. *beneficium, tit. ſi de feud. defunc. &c.* Iul. Cæſar Gallup. *in method. feud. par.* 2. *cap.* 5. *per tot.*

3 Secundò notamus hic, nullam fuiſſe habitam rationem de oppoſitione facta, reſpectu prætenſæ nullitatis refutationis, ex quo refutans Caſtrum Baronale apud ſe pro habitatione ſua vita durante retinuerat, nam dictum fuit, quod cum reſeruatio illa aliud non importabat, niſi ſeruitutem, bene poterat refutans illam ſuper feudo refutato ſua vita durante imponere, etiam abſque aſſenſu. Tu modò ad huius dicti confirmationem vide Afflict. *in conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, num.* 19. *verſ. ſicut non eſt alienatio*, Capyc. *in ſua inueſtit. in verbo feudorum deuolutio*, & omninò Ioannem Angel. Piſanell. *in ſua elegantiſſima obſeruat.* per me impreſſa *lib.* 2. *reſolut. iuris cap.* 30. hi enim ſuſtinent in ſeruitutis impoſitione ſuper feudo Regium aſſenſum non requiri, rationibus vt per eos.

Tertiò notamus, nec pariter rationem aliquam habitam fuiſſe de altera oppoſitione, nimirum quia refutatio ſtipulata erat manu notarij vaſſalli, ſicque nullam, ex nimis clara diſpoſitione *c. Regni*, quod inci-
4 pit, *Non ſine prudentis*, alias, *Ladiſlaus*, ſecundum ordinem Ioann. Anton. de Nigris 289. ad cuius ornatum multa dixi Ego *lib.* 1. *mearum reſolui. cap.* 280. *&* *lib.* 2. *cap.* 249. *&* 230. Nam cum per teſtes fuiſſet probatum, contractum fuiſſet ſtipulatum, quando dicebatur, ſolemnitatem ſcripturæ ceſſare, non per hoc ceſſare poterat contrahentium voluntas per teſtes bene probata. Tu ad confirmationem vide omninò quæ ſcripſit Ioann. Franc. Capiblanc. *in pragm.* 1. *num.* 348. *& ſeq. de Baronibus.*

5 Vlterius notamus fuiſſe hic ſuppoſitum pro indubitato, quod ſi refutatio, de qua agebatur, erat nulla, actrix iſta vti ex filia præmortua neptis auo ſuo feudatario in hoc feudo aperto iure ſucceſſiſſet, nam cum filij maſculi patris feudatarij erant rebelles, habebantur ac ſi in mundo non eſſent, quia ſucceſſionis bonorum feudalium incapaces, ſicque fiebat locus ſequenti in gradu, vt ex Andrea *in cap.* 1. *num.* 12. *&* 13. *in tit. quæ ſit prima cauſa benef. amitt.* demonſtrauimus ſupra, *in obſeruat. ad deciſ.* 519. vbi incapacitatis, & indignitatis materiam declarauimus.

## *ARGVMENTVM.*

Officium ſi à patre fuerit pecunia acquiſitum pro ſe, & vno hærede in vita vel in morte nominando, & nominatione non facta, vt ſuccederet, qui legitimus eſſet hæres, caſu contingente, vt ab inteſtato decederet, pluribus ſibi ſuperſtitibus filiis, an primogenitus ſolus in eo officio ſuccedat, cum onere tamen æſtimationem cum fructibus conferendi, ac ſi eſſet feudum nouum pecunia quæſitum; & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCCLI.

ROBERTVS Muſcettula cum teneret officium Secretarij Regiæ 1
Audientiæ Terræ Hydrunti, donec viueret, & poſt eius mortem pro vno hærede in vita, vel in morte nominando, & nominatione non facta, pro eo, qui legitimus eſſet hæres, in vltimis conſtitutus, tres habens dumtaxat filias fæminas, Beatricem nimirum primogenitam, quam vniuerſalem inſtituit hæredem, Camillam ſecundogenitam, quam in dicto officio hæredem fecit, & Adrianam, cui ducatos reliquit octo mille, eo expreſſo, vt hoc legato contenta eſſet, contigit, Camillam in officio prædicto inſtitutam, Roberto patri præmori, quo, & tandem defuncto, nulla alia in dicto officio nominatione facta, quia demum illinc ad certum tempus pariter è viuis deceſſit Beatrix, patris hæreditate iam adita, Adriana ſorore ſibi hærede inſtituta, orta fuit controuerſia in Regia Camera inter dictam Adrianam, & Regium fiſcum, ad quemnàm officium prædictum ſpectaret?

Prætendebat Adriana iura ſua in tuto eſſe, 2
ea principali ratione, quia cum in officio prædicto nominata eſſet Camilla ſecundogenita, quæ patri prædeceſſerat, diſpoſitio illa fuit caduca, & ſucceſſiuè, cum ipſa eſſet ſecundogenita, cenſebatur illa in officio nominata, nam quoties in aliqua diſpoſitione fit mentio de primogenito, vel ſecundogenito, de illo intelligitur, qui tempore mortis diſponentis primogenitus, vel ſecundogenitus reperitur, argum. tex. *in l. cum ita*, §. *in fideicommiſſo, ff. de legat.* 1. Cæterum Regia Camera habendo pro abſoluto in officio prædicto per mortem Roberti ſucceſſiſſe Beatricem filiam primogenitam, quæ patris ſui hæres fuerat vniuerſalis, cenſuit officium prædictum, ſtante morte, quæ

ſuper

Digitized by Google

ſuperuenerat Beatricis, ad Regiam Curiam ſpectare; etenim ponderatum fuit ſatis fuiſſe vanam Adrianæ prætenſionem, eo præſuppoſito, quod ipſa tempore mortis patris erat ſecundogenita, quia hoc motiuum procedere poterat, ſi abſque nominis Camillæ expreſſione in officio prædicto ſecundogenita tantum fuiſſet hæres nominata;ſed quia fuit nominata Camilla, hoc proprium nomen, non autem appellatiuum erat attendendum, ad tex. *in l. ſi communis ſeruus*, vbi Bart. & Angel. *ff. de ſtipul. ſeru.* Abb. *in c. quoniam de offic. deleg.* Dec. *conſ.* 370. Secundò ponderabatur, Robertum patrem in ſuo teſtamento expreſsè ordinaſſe, vt Adriana legato dumtaxat ducatorum octo mille contenta eſſet, ſicque animum demonſtraſſe ſuum ad hanc ſummam limitatam, ad notata per Bart. *in l. ex facto ff. de hæred. inſtit.* Tertiò quia in facultate Roberto tributa nominandi, dicebatur, quod nominatione non facta ſuccederet legitimus hæres, quando diceretur Robertum ab inteſtato deciſſiſſe, hæc hæredis qualitas non niſi in perſonam Beatricis conſiderari poterat; nàm cum maior paternæ hæreditatis pars in bonis feudalibus conſiſteret, ad quæ de iure ſola Beatrix admittebatur, licèt in allodialibus vtraque, quia officium maius ſimbolum habet cum feudis, quam cum allodialibus, ad Beatricem tantum officium ſpectabat, eoque magis quia verè Beatrix à Rege nominata cenſebatur, nam cum diſpoſitum eſſet, vt nominatione non facta cenſeatur hæres ſuus nominatus, hæc qualitas non niſi in Beatrice verificabatur, nec audiendum, tàm Beatricem, quàm Adrianam in officio ſucceſſiſſe, vt iſta præſupponebat, quia hoc præſuppoſitum pro falſo fuit tentum, vnde ex his omnibus principaliter conſideratis,pro fiſco etiam in gradu reclamationis pronunciatum extitit.

## OBSERVATIO.

1 SCripſerunt in hac cauſa pro Adriana Dom. Reg. Lanar. *conſ.* 59. & Io. Vinc. de Anna *alleg.* 139. ſed ſententiam contra clientem reportarunt. Hæc eſt punctualis deciſio ad probandum vt filius tantum primogenitus, & non omnes filij ſuccedant patri in officio per illum pecunia acquiſito pro ſe, & vno hærede in vita, vel in morte nominando, & nominatione non facta, vt ſuccederet, qui legitimus eſſet hæres; eſt enim officium de ſua natura indiuiſibile, ſicque cum ad vnum tantum illud ſpectare poſſit, conſequenter ad inſtar feudi indiuiſibilis, ſemper in elligendum eſt, vt iſte vnus debeat eſſe primogenitus, ita ſatis bene poſt DD. quos allegat Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, in* 10. *ampliat. intra num.* 25. *C. de inoff. teſtam.* vbi dicit hoc eſſe perpetuò menti tenendum, quia in quamplurimis cauſis maximum honorem faciet, & ex noſtratibus Franc. de Amic. *in repet. tit. de his, qui feud. dare poſſ. in vſibus feudor. fol.* 62. *col.* 2. (quicquid contra deciſum refert Lanar. *loc. cit. n.* 28.) & doctè ſatis Dom. Reg. Capyc. Latro *deciſ.* 26. *numer.* 4. *&* 5. vbi addit, in hoc, officium feudo æquiparari; eſt tamen verum, quod vbi hic caſus continget tenebitur hic filius primogenitus, qui in officio ſucceſſit, illius æſtimationem cum fratribus ſuis ſecundogenitis conferre, ita Bart. Bald. Salic. Paul. de Caſtro, & cæteri omnes *in l. omnimodo, §. imputari, C. de inoff. teſtam. & in l.* 1. *§. nec caſtrenſe, ff. de collation. bonor.* Rip. *in l. in quartam, num.* 163. *ff. ad leg. falcid.* Vaſque poſt multos, quos congerit *de ſucceſſ. creat. lib.* 3. *§.* 30. *par.* 2. *limit.* 34. *num.* 218. Guttier. *practic. quæſt. lib.* 11. *quæſt.* 64. *num.* 7. Vitalis *in tract. de collatio quæſt.* 28. *num.* 35. Gamma *deciſ. Luſit.* 29. quicquid contra eius votum deciſum fuiſſet, & male, vt per addentes ibi Aluar. Valaſc. ſatis bene *in praxi partitionum, & collat. cap.* 13. *num.* 72. *verſ. ſed ſi verum amamus*, Dom. Reg. Conſt. *in l.* 1. *num.* 61. *cum ſeq. C. de filiis official. lib.* 12. Mangil. *de imputat. quæſt.* 33. Merlin. *de legit. lib.* 2. *titi.* 2. *quæſt.* 23. & Dom. Reg. Rouit. poſt alios, quos citat *conſ.* 106. *num.* 6. *lib.* . quibus addo nouiſſimè Dom. Conſil. Arias de miſa *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 49. *num.* 26. Nec diſſentit Domin. Conſil. Staib. *reſol. forenſ. cent.* 1. *reſol.* 59. *num.* 68. *& ſeqq.* & ſi validum eſt argumentum de feudo ad officium, vt probat Dom. Reg. de Ponte *deciſ.* 8. *num.* 5. quicquid ſibi dixerit Montan. *de regalib. fol.* 175. *num.* 11. vel vt hic dicit Dom. Reg. noſter, officia maius ſimbolum habere cum feudis, quam cum allodiis, ad prædicta confirmanda idem apud nos receptum eſt in feudo nouo à patre pecunia quæſito, in quo licet filius primogenitus ſolus ſuccedat, tenetur tamen illius æſtimationem cum fratribus ſecundogenitis conferre, idque ex conſuetudine ſic iudicandi, quæ ſumpſit originem ex vulgatiſſima theorica Andreæ. *in c. Imperialem §. præterea Ducatus, in* 2. *addit. num.* 39. *de prohib. feud. alien. per Frederic.* qua de re, latè per me *libro* 1. *reſolut. iuris capit.* 12. *& libro* 2. *capit.* 45. *à numer.* 18.

Hæc in linea deſcendenti; in linea verò collaterali, quia in ea ceſſat collatio, vt per DD. communiter *in l. ſi emancipati, C. de collatio.* gloſ. & Paul. de Caſtro *in l.* 1. *C. de legitim. hæred.* Secus dicendum eſt, nimirum vt ſi quis poſſidens feundum ab ipſo emptum, vel officium pecunia pro ſe, & vno hærede nominando acquiſitum, & hic ab inteſtato deceſſerit, pluribus ſibi ſuperſtitibus fratribus, frater ſuus, qui locum tenet primogeniti, in feudo illo, vel officio ſuccedat, abſque quod ad illius æſtimationem cum fratribus conferendã cogi poſſit, prout in feudo, ſic per Sac. Conſ. deciſum teſtatur Dom. Reg. Rouit. *deciſ.* 38. Ego ipſe *reſolut. iuris lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 37. *& ſeq.* 2

Sed hîc poſſet eleganter dubitari, ſi Beatrix in caſu 3 huius deciſionis deceſſiſſet, patris hæreditate adhuc non agnita, an idem iudicandum, quod pro fiſco iudicatum extitit, vel potius dicendum, vt Adriana in officio ſucceſſerit, ac ſi Beatrix patri non ſuperſtitiſſet, hic caſus alias contigit in Regia Camera, & pro reſolutione ipſe dicebam inueſtigandum eſſe, an filius primogenitus, ad quem officium ſpectabat, & qui patris hæreditate non agnita deceſſit, dici poſſit, quod patris ſui fuerit hæres, cognito enim hoc, facilis erit propoſiti dubij reſolutio; etenim affirmantes filium hunc fuiſſe patris hæredem, conſequens eſt dicere, per illius mortem officium illud pro vno hærede acquiſitum fuiſſe iam ad Regiam Curiam reuerſum; quod fuerit hæres puto ſic de iure diffinitum conſtat enim, filium ſub patria poteſtate conſtitutum, patre mortuo, ſtatim ipſóque iure illius hæredem effici, quamuis de iure prætorio poſſit abſtinere, ſi vult, hic eſt text. *in l.* 1. *§. prætermittere, verſ. qui ſunt in poteſtate, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.* cuius verba ſunt.

Digitized by Google

ſunt. *Qui ſunt in poteſtate ſtatim heredes ſunt, ſeu ab inteſtato, ſeu ex teſtamento, nec quod ſe abſtinere poſſunt, quicquam facit* vbi gloſ. addit hæc verba, *quominus ipſo iure ſint heredes, facere tamen poteſt abſtentio &c.* Anton. Fab. *deciſ. tertia C. de repud. vel abſtin. heredit.* At vbi filius non ſe abſtinuerit, etſi non conſtet de immiſtione pro eo, quod ad rem hanc pertinet, præſumptio eſt, quod paternam hæreditatem agnouit, vel ſaltem quod agnoſcere intendebat, probatur, quia cum primum hic filius moritur ex potentia ſuitatis hæreditatem illam paternam tranſmittit, vel ad deſcendentes ſuos, ſi quos habet, ad tex. *in l. vnica, C. de his qui ante apert. tabul.* vel ad hæredem, quem inſtituit, ſiue ad proximiorem, ſi ab inteſtato decedit, prout eſt tex. cum gloſ. *in l. 3. C. de iure deliber.* & non vt acquirendam, ſed vt acquiſitam, vt ratiocinatur Anton. Fab. *de erroribus pragm. decad. 33. err. 10. num. 14.* Cæterique, quos refert, & ſequitur Arias de Meſa *var. reſol. lib. 3. cap. 42. num. 15.* quibus addo Bellon. *de iure accreſcendi, cap. 7. quæſt. 41. num. 96. & 97.* & qui venit nonniſi ex tranſmiſſione, & vti tranſmittentis hæres venire poteſt, non autem nomine proprio, & ſic ex propria perſona, ſed ex perſona tranſmittentis, ſic eius perſonam rapræſentans, ita Paul. de Caſtro & Iaſ. *in l. ſi quis filium, C. de inoff. teſtam.* Phanuc. *de inuent. quæſt. 243. num. 88. in tract. diuerſ.* Peregrin. *de fideicom. artic. 31. num. 12. in fine,* & alij, quos refert, & ſequitur Iacob. Cancer. *var. reſol. part. 3. c. 21. à n. 154.* vbi *n. 164.* addit quod poſtquã ius tranſmiſſum eſt acceptatum, illud dicitur eſſe de hæreditate tranſmittentis, ſicque bona hæc iure tranſmiſſionis acquiſita, creditoribus, & legatariis tranſmittentis obligata cenſentur, & ſucceſſiuè in inuentatio bonorum tranſmittentis deſcribenda, idemque nouiſſimè Nicolaus Noalis *de tranſmiſſ. in princ. n. 6. & 7.* quæ omnia adeo vera eſſe dicimus, vt ſi hic filius, qui deceſſit patris hæreditate non agnita fratrem haberet cohæredem, iſte contra teſtamentum fratris, ſi quod condidiſſet, nil prætendere poteſt, & ab inteſtato portionem illam paternam fratri ſuo defuncto tangentem, non niſi, vt hæres nepotis, ſi proximiores non adeſſent, conſequetur, ita ſatis bene Bart. Bald. Paul. de Caſtro Alex. Iaſ. & alij plures, quos ex recentioribus refert Anton. Gomez *variar. reſolut. tom. 1. cap. 9. num. 23. verſ. & in expreſſo.* Ferdin. Vaſquez *de ſucceſſ. creat. progreſſ. & reſolut. lib. 3. §. 21. limit. 10. numer. 268. fol. mihi 553.* Mich. Graſſ. *in §. tranſmiſſio, quæſt. 24.* & Nicol. Noal. *de tranſmiſ. caſ. 8. numer. 38. & 41.* eſt enim apud omnes ſine controuerſia, vt in ſuo aditio, ſiue immixtio neceſſaria non ſit, quandoquidem lex ſuum ipſo iure citra immixtionem ex vi, & potentia ſuitatis ſtatim hæredem facit, vulgata *l. in ſuis, ff. de ſuis, & legit. hered. §. ſui, Inſtit. de hered. qualit. & differ.* Idque adeò verum, vt ante immixtionem nec hæreditas paterna iacens dicatur, gloſ. communiter recepta *in l. cum hereditas, in verbo ſucceſſeritis,* vbi Cyn. Alberic. Bald. Salicet. & omnes, *C. depoſ.* Ant. Gomez *cit. cap. 9. num. 17.* Viu. *deciſ. 347.* & faciunt ſatis ad rem quæ ſcripſit Maranta *conſ. 43.* vbi cum filia ex propria perſona patri ſuccedere prætenderet, ex eo quod frater ſuus, ad quem vti maſculum paterna ſpectabat hæreditas, ea non agnita deceſſerat, & hoc vt excluderetur mater, quæ pariter erat cum filia ſuperſtes, reſpondit bona ad vtramque vti filij & fratris reſpectiuè hæredes ſpectare, & pertinere, idemque ex Noſtratibus ſcripſit Cæſ. de Vrſill. *in addition. ad Afflict. deciſ. 178. ſub num. 3.* & in ſorore vtrinque coniuncta vt conſanguinea excluſa ex iure tranſmiſſo in bonis paternis ſuccedere poſſit, idque ex perſona fratris ante immixtionem defuncti, conſuluit Rimin. Sen. *conſ. 125. lib. primo*: Ego ipſe *reſolut. iuris lib. primo capit. 21. numero vndecimo.*

4 Hæc ſi filius, qui patris hæreditate non agnita decedit, mortis tempore ſub patria poteſtate conſtitutus reperiretur, quia ſi emancipatus, cum iſte hæreditatem non aditam non tranſmittat, niſi ad deſcendentes ad tex. *in d. l. vnica, C. de his, qui ante apert. tabul.* ad extraneos verò nullatenus, vt ſatis bene poſt plures, quos refert, probat Ant. Gomez *loc. cit. n. 24. per tot.* quando dicimus, filium ſui iuris, patris hæreditate non adita è viuis deceſſiſſe, ille ad hanc hæreditatem eſt admittendus, & ex propria perſona, qui ſublata de medio perſona filij emancipati, proximior defuncto patri reperiretur, vt probat tex. *in d. l. 3. in 2. reſp. C. de iure deliber.* In hoc enim tex. cum dubitatum eſſet an frater potuiſſet ſuccedere fratri, qui deceſſerat ſuperſtite filio defuncto demum intra paucos dies mortis patris, paterna nõ agnita hæreditate, nullatenus poſſe eum ſuccedere reſpondit Imperator, ſi hic filius, qui poſtremo deceſſit ſub patria poteſtate conſtitutus erat, ſecus vero ſi fuiſſet emancipatus. gloſ. ibi *in verbo quod ſi eum.* declarando tex. notabiliter ait in prima parte tex. ideo frater fratri ſuccedere non poteſt, quia filius eiuſdemque nepos vti ſub patria poteſtate poſitus, ſiue ſe immiſcuerat hæreditati paternæ, ſiue non, cum primum deceſſerat hæreditatem illam paternam ad ſuos hæredes tranſmiſit, ſicque patruus vti hæres fratris ſui, nil conſequi poteſt, licèt bene poſſit adire vti hæres nepotis, ſi iſte proximiores non haberet; in ſecunda verò parte tex. filius, qui intra paucos dies mortis patris eius hæreditate non adita deceſſit, erat emancipatus, vnde in hoc caſu bene frater fratri ſuo ab inteſtato defuncto ſuccedere poteſt, quia habetur, ac ſi filius ille poſt mortem patris defunctus numquam in mundo extitiſſet, quare, vt dubium propoſitum penitus abſoluamus, ſi officium tenens à Rege pro ſe, & vno hærede acquiſitum deceſſerit, filio ſuperſtite ſub poteſtate conſtituto, qui demum patris hæreditate non agnita obiit, & officium eſſe ad Regiam Curiam reuerſum, eſt omninò offirmandum, quia acquiſitio illa pro vno hęrede ſuum ſortita fuit effectũ, per rationes, de quibus ſupra, ſicque in puncto determinauimus in Regia Camera ſub die 2. Maij 1657. nimirum vt officium Campionis Regiæ Siclæ ab Antonio Battimello acquiſitum pro ſe, & vno hærede, nominando, eſſet ad Regiam Curiam reuerſum, ſtante morte dicti Antonij, ſuperſtite filio, qui intra paucos dies mortis patris deceſſerat, non aliter illius hæreditate agnita, reiecta prorſus prætenſione ſororis, quæ Antonio fratri ſuo in officio, vti eiuſdem hæres ſuccedere intendebat, ex eo quod filius, qui legitimus erat ſucceſſor patris, hæreditate non agnita obierat, ſecus autem omninò affirmandum ſi emancipatus extitiſſet hic filius, quia dum non adiit, hæres nunquam extitit; vnde eo deficiente, officium conſequitur, qui ad defuncti officialis hæreditatem de iure admitti poteſt; & ob id alias ego pariter dicebam, quod nullum bonum ius fouebat fiſcus, dum prætendebat fuiſſe officium ad Regiam Curiam deuolutum, ex eo quod officialis deceſſerat ſuperſtitibus duobus fratribus cum primogenitus, ad quem officium pro vno hærede acquiſitum ſpectabat, è viuis poſtea deceſſerat, hic enim fratris hæreditate non adita obiit, quam certè in alium etiam filium tranſmittere non potuit, ad tex. *in l. quoniam ſororem, C. de iure de liberandi,* & conſequenter acquiſitio illa officij pro vno hærede, adhuc ſuum, non ſortita fuit effectum.

D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.



Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Gabella ſi in loco, in quo illam exigi ſolitum eſt, non ſoluatur, eo quod, qui illam ſoluere debebat huius impoſitionis erat ignarus, nùm fiet locus pœnæ fraudati vectigalis. Merces an incidant incommiſſum, ſi mulionis culpa gabella non fuerit ſoluta. Banno emanato, vt nemo à Dominio audeat extrahere frumentum, cauſa illud ad alienam iuriſdictionem aſportandi, ſi quis in itinere fuerit inuentus cum equis, & mulis frumentum aſportare, ante tamen quam perueniret ad locum, ex quo exire non licet, nùm hic dicatur banno contraueniſſe, & de aliis.

## DECISIO CCCCCLII.

1 CVM Baro de Abenante à Prouinciis Calabriæ notabilem ſerici quantitatem, abſque gabellæ ſolutione extraxiſſe, ac demum in Turri Annunciatæ ſuper Regiis triremibus illam aſportari feciſſet, nulla Regiis officialibus denunciatione, ac dirictuum ſolutione facta, dubitabatur, an ſericum illud in commiſſum incidiſſet?

2 Et affirmatiue per Regiam Cameram deciſum extitit. Ratio deciſionis fuit, quia pro dicto ſerico omnino in ciuitate Coſentiæ gabella ſolui debebat, ad text. *in l. commiſſa, ff. de publican. & vectigal.* Nec poterat ignorantia allegari, nam cum gabella hæc eſſet antiqua, nulli eam ignorare licebat. Bart. *in l. leges, la 3. C. de legib.* vbi dicit, quod gabellam ad portam non ſoluens in dubio fraudandi animum habere præſumitur, quia intelligitur contra generalem conſuetudinem facere, ni tamen incognita prorſus, & inſolita eſſet gabella. Secundò quia emanatum extiterat bannum, vt ſtatim abſque ſericum imbarcatum eſſet, etiam ſi per intra Regnum, cenſeretur illud in commiſſum incidiſſe, nec Baroni opitulabatur, quod reſpectu onerationis ſuper Regiis Tribunalibus, ipſe ignarus penitus fuiſſet, ex quo huiuſmodi actus author extiterat filius, qui ipſi Baroni præiudicare non poterat, prout dicitur de mulione, qui alienas arportans merces, ſi gabellam non ſoluit, domino mercium præiudicium non infert, nam fuit reſponſum, paſſim in Regia Camera, contrarium decidi, nimirum, vt ſemper merces incidant in commiſſum, quamuis mulionis culpa gabella non fuerit ſoluta; ſed quia in caſu, de quo agebatur Baro prædictus, ſimilia committere ſolitus non erat, ſimulque ære alieno erat maxime grauatus, ac alias Regi militando inſeruierat, conſuluit Regia Camera, vt Dominus Prorex huius intercepti ei gratiam faceret; nam cum eſſet pœna, hæc pœnes Principem eſt arbitraria. Bald. & Aretin. *in l. fin. C. vbi ſenatores, vel clariſſimi*, & ita pro medietate fuit conſultatio exequuta,

## OBSERVATIO.

HOc iure vtimur in hac ciuitate, & Regno, vt ignorantia non excuſet ad finem euitandi pœnam intercepti pro vectigali non ſoluto in loco vbi eſt deſtinata illius ſolutio, provt fuit deciſum hic; quicquid contrarium de iure reſponderit Abb. *conſ.* 35. incipit, *videtur primo*, vbi dicit, quod ſi quis ignorat in loco exigi gabellam, & per locum illum cum ſuis mercibus tranſierit, gabella non ſoluta, res in commiſſum non incidit, quodque tranſeuntis iuramento ſtetur, quod ignorauerit ibi exigi gabellam, idemque Hyppolit. de Marſil. *in l. ſi quis ignorans, col.* 1. *in princ. ff. de falſis*, vbi addit, hoc eſſe verbum notabile, & lucroſum; illud tamen puto ab omni dubio procul, quod ſi merces non à domino aſportarentur, ſed à mulione conducto, qui gabellã non ſoluit, hic teneretur Domino amiſſarum rerum pretium ſoluere, ita Bald. *conſ.* 417. incipit, *quidam vecturalis*, quamuis Cuman. *conſ.* 5. incipit, *non reuocando num.* 4. *verſ.* 3. *quia*, dixerit vecturalem ex dolo ſuo non poſſe facere, vt dominus mercium in illarum amiſſionem cadat, & Rolan. à Valle *in conſ.* 42. *num.* 30. *& ſeq. lib.* 3. exiſtimauit, vt ſi res incideret in commiſſum propter gabellam non ſolutam, dolo, & culpa vecturalis, ſi iſte propter eius paupertatem dominum mercium indemnem releuare non poſſet, reſtitueretur dominus in integrum aduerſus pœnam commiſſam. 1

Sed illud quæri ſolet, ſi ſtatuto, vel banno caueatur, vt nemo à Dominio audeat extrahere frumentum cauſa illud ad alienam iuriſdictionem aſportandi, ſi quis in itinere fuerit inuentus cum equis, & mulis frumentum aſportare, ante tamen, quam perueniret ad locum, ex quo exire non licet, nùm hic dicatur ſtatuto, ſiue banno contraueniſſe? negat Cyn. *in l. cum proponas, num.* 3. *verſ. tertio quæro, quid ſi res, C. de nautico fœnore*, Rationem aſſignat, quia talis redire poterat retro, ſicque ſe pœnitere, nec diſſentit Bart. ibidem, & poſt eum Iul. Ferrett. *in ſuo opuſc. de gabell. num.* 163. *& ſeq.* quicquid diſtinguat Paul. de Caſtro *in l. cotem ferro*, §. *Dominus*, *ff. de publican. & vectigal.* & ita per Regiam Cameram, ſub die 29. Ianuarij currentis anni 1656. referente Dom. Præſ. Capyc. Gal. nunc in ſupremo Italiæ Senatu Regente electo, deciſum extitit, nimirum, non eſſe interceptam certam pecuniæ quantitatem, quam cuſtodes exiſtentes in confinibus Regni, vbi dicitur *à Portella*, illam abſtulerant à poſſe vnius, qui dicebatur cum aliis iter agentibus ſe Romam conferre, dum adhuc in Ciuitate Fundorum morabatur; hic enim dicebat, quod cum primum audiuerat pecuniam illam extrahi à Regno non poſſe, determinauit ad Patriam regreſſum habere, ſic vltro iter agere ſe pœnitens, debebant enim hi cuſtodes qui ſunt tot latrones commorari in loco ſolito, & deſtinato, & ibi iter agentes expectare, & cum eis debitas peragere diligentias, nàm quouſque ad locum deſtinatum non eſt habitus acceſſus, 2

pendant

poſſunt ſemper iter agentes ſe pœnitere, & vltro inceptum iter non agere, & hoc eſt quod indiuidualiter fuit prouiſum per *pragm.*13. *ſub tit. de extract.* ibi: *E per terra s'intenda conſumato il delitto dell'eſtrattione quando ſia ritrouato l'eſtrabente con la moneta in luogo vicino alli confini, doue veriſimilmente ſi debbia credere che ditta moneta era per eſtraherſi &c.* qua de re Domin. Regens de Curte *in diuerſ. iur. feud. par.* 2. *capit.* 3. *num.* 112. & Mauſon. *de contrabannis, quaſt.* 6. *numero* 18.

3 Vlteriùs in alia facti contingentia dicebam ego in Regia Camera; quod quamuis certa vini quantitas onerata ſuper quadam naui in inſula Procitæ abſque debitis expeditionibus, vt duceretur extra Regnum, fuiſſet legitimè intercepta, provt decreto mediante, ex pluribus declarauimus, nullo tamen pacto poterat fiſcus prætendere vt nauis quoque eſſet amiſſa, nam quoad dominium nauis, nunquã dici poteſt cõſummatum delictum extractionis, niſi à portu abſque debitis expeditionibus diſceſſerit; etenim ad delictum euitandum, credendum eſt dominum illum nauis non aliter à portu diſceſſurum, niſi dominus mercium extrahi vetitarum debitas expeditiones ei exhibeat, ſicque dicebam intelligendum eſſe tex. *in d.l. cotem ferro, §. dominus, ff. de publican. & vectigal.* dum ibi deciditur, nauem quoque fiſco applicandam, dum illius dominus, vel vectores illicita ibi impoſuerint, quia intelligitur, ſi à portu abſque debitis expeditionibus diſceſſerit, provt in puncto per tex. *in l.* 3. *C. de ſeru. fugit.* & *in l. Cæſar, ff. de publican. & vectigal.* ſcripſerunt Hieron. Gabr. *conſ.* 18. *poſt num.* 6. *verſ. idcircò nulla ratione, lib.* 1. & Ioan. Griuell. *deciſ.* 81. *num.* 9. vel ſecundum Salycet. *in d.l. cum proponas, num.* 4. tex. *in d. §. Dominus*, loquitur de extrahi prohibitis, & illicitis de iure communi, vnde dicit ipſe, pœna à iure communi inuenta locum habet; Secus verò in permiſſis de iure communi, ſed prohibitis, de iure ſpeciali, ſiue municipali, provt in caſu, de quo agebatur; etenim iure communi attento vnica tantum certarum rerum extractio prohibetur; nimirum, quæ fit ad Barbaros, ad tex. *in l.* 1. *C. quæ res export. non debent.* Inter Chriſtianos autem de vno dominio ad aliud nullatenus, ſed tantum de iure municipali, ergo; fuit pariter in caſu, de quo agebatur pro maiori parte Dominorum Iudicantium conſiderata bona fides domini nauis, qui non conuincebatur in vini oneratione dolum adhibuiſſe, vnde meritò vt nauis eidem reſtitueretur per Regiam Cameram deciſum extitit, idque ſub die 2. Iunij 1657. ſed contrarium iudicauimus hodie 4. Iunij 1658. in cauſa intercepti doliorum vini triginta quinque oneratorum ſuper naui, ſiue tartana, quæ abſque debitis expeditionibus ab Inſula Iſchiæ diſceſſerat, nam cum dolus domini nauis concurreret patenter, ex quo cæperat iter agere, cenſuit Regia Camera, me referente, fore procedendum ad venditionem vini, & nauis, quodque pretium cederet ad beneficium Regiæ Curiæ, & partitarij, & habuimus pro indubitato, quod quamuis cauſa intercepti ſit ciuilis, ſintque in ea iudiciarij actus ſeruandi, vt per Dom. Reg. Moles, *deciſ.* 7. *in tit. de vltimis exituris Regni*, & per Dom. Reg. de Curte, *in ſuo diuerſ. iuris feud. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 107. *& ſequent.* Attamen quando extrahentes ſunt in confeſſo, nec habent modum ſe defendendi, ſat erit pro declaratione intercepti, quod dominus nauis citetur ad allegandum cauſam, quare nauis, & bona ibi onerata non debeant declarari in commiſſum incidiſſe, provt in hac cauſa fuit ſeruatum.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## ARGVMENTVM.

Immunitas conceſſa alicui à ſolutione gabellæ, & ab aliis iuribus Regiæ Curiæ debitis, & debendis pro vino, quod venditur in ſua taberna, ſi contingerit ex aliqua ſuperuenienti neceſſitate gabellæ dirictus augeri, num extendatur ad hoc nouum dirictuum incrementum. Remittens omne ius quod habet, & habere ſperat; an ius fideicommiſſi, quod eſt de futuro remittere cenſeatur, & de aliis.

## DECISIO CCCCCLIII.

OBTINVERAT quidam à Rege Frederico, vt potuiſſet domum ædificare, & in ea tabernam conſtruere ita vt eſſet illa immunis à tertiaria vini, & à iuribus Regiæ Curiæ debitis, & debendis, & cum conſtructa taberna, per multum temporis ſpatium, ita obſeruatum eſſet, contigit demum ob maximam belli neceſſitatem gabellam illam augeri pro tertia parte vegitis vini, itavt ſicut per prius ſoluebantur ducati quatuor, quod demum ſoluerentur ſex, ex hoc dubitabatur an ille, qui immunitatis priuilegium obtinuerat pro ſua taberna, eſſet pariter immunis ab hac noua gabella, dubium faciebant verba illa priuilegij, nimirum, quod eſſet immunis à iuribus Regiæ Curiæ debitis, & debendis, iuxta ea, quæ notat Bart. *in l. ſi quis ita, ff. de aur. & arg. legat.* 1

Per Regiam Cameram nemine contradicente fuit votatum, immunitatem prædictam ad hanc nouam gabellam non ſe extendere ex dictis per Bart. quem communiter ſequuntur DD. ſignanter Aretin. Alex. & Iaſ. *in l. qui cum tutoribus, ff. de tranſact. in l. ſi vxor. §. diuus, ff. de adult.* & *in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbor. obligatio.* vbi dicit, quod ſi aliquis Titio remittit omne ius, quod habet, & habere ſperat, ius fideicommiſſi, quod eſt de futuro remittere non cenſetur, adhuc ſi de eo notitiam haberet, quia hæc remiſſio intelligitur circa ius, quod habet, vel habere ſperat, ex cauſa de præſenti, vel de præterito, niſi forſan nulla, nec de præſenti, nec de præterito ſe offerret cauſa, eo enim caſu adhuc ius de futuro remiſſum cenſetur, in caſu propoſito conſiderabatur ius de præſenti, ſcilicet tertiariam vini tunc impoſitam, ſicque verba illa, pro dirictibus debitis, & debendis, intelligebantur 2



Digitized by Google

ratione tertiariæ vini tunc exiſtentis, non autem reſpectu futuræ gabellæ ex cauſa vrgenti, & neceſſaria imponenda, etenim ſi Rex immunitatem concedere voluiſſet, etiam pro futuris gabellis, dixiſſet vtique, non dixit, ergò; tum etiam quia immunitas ſimpliciter conceſſa ad gabellam in futurum ex cauſa noua & vrgenti imponendam, non ſe extendit, vt latè per Aretin, & Iaſ. poſt Bart. *in l. ſi ex voto, in princ. ff. de leg.* 1. Tandem conſiderabatur priuilegium prædictum immunitatis à Rege Frederico fuiſſe conceſſum, cuius Rex noſter ſucceſſor non erat, & ſucceſſiuè poterat nouam imponere gabellam vnde ex his omnibus pro fiſco pronunciatum extitit; nimirum vt immunitas prædicta ad hanc nouam gabellam non ſe extenderet.

## OBSERVATIO.

1 Circa illam concluſionem hic tentum, nimirum, quod qnando quis remittit omne ius, quod habet, & habere ſperat, hæc remiſſio intelligenda ſit circa ius quod habet, & habere ſperat de præſenti, vel de præterito, non autem ex cauſa noua, & inopinata, ad confirmationem vide poſt DD. quos citat Iacob. Gall. *conſ.* 64. *à num.* 13. *vſque ad* 18. vbi in terminis renunciationum, quæ à filiabus, vel ſororibus fiunt, tempore, quo à parentibus, ſiue fratribus nuptui traduntur, ait, quod quantumuis ampliſſima ſit renunciatio, & ad iura de futuro trahatur, reſtringi tamen debet ad illa iura, quæ ex cauſa de præſenti competere poſſunt, ad tex. *in l. quod ſeruus, ff. de condiction. ob cauſ. & in cap.* 2. vbi gloſ. & DD. *de renunciat.* ſubdens hoc procedere adhuc ſi expreſsè fuerit renunciatum iuri de futuro per pactum de vlterius non petendo, ad id allegans Anton. de Butr. *in d. cap.* 2. *de renunciat.* vbi *num.* 11. ſic loquitur. *Infertur ſecundò quod ſi aliquis renunciauit omni iuri, quod habet, vel habere poteſt, vel ſperat, an hæc renunciatio referatur ad ius futurum, factum fuit quod non, niſi cauſa, vel ſpes cauſa ſubſit ex cauſa de preſenti &c.* iſtamque ſententiam amplexus fui pariter & Ego *lib.* 2. *reſolut. iur. cap.* 189. *numer.* 6.

2 Ceſſabat tamen in caſu, de quo hic agebatur omnis controuerſia, nam, vt prudenter aduertit D. Reg. noſter, cum priuilegium immunitatis pro iuribus Regiæ Curiæ debitis, & debendis conceſſum extiterat à Rege Frederico, Dominus Rex noſter illud obſeruare non tenebatur; etenim centies nos diximus ex Loffred. *conſ.* 4. *num.* 18. & *conſ.* 21. *num.* 12. D. Reg. noſtro ſupra *deciſ.* 286. & D. Reg. Moles *deciſ.* 10. *artic.* 8. *in tit. de iure deuolut.* Reges noſtros Auſtriacos nullatenus eſſe obſtrictos ad obſeruandum contractus & priuilegia conceſſa à Regibus Ferdinando primo, & ſecundo, Alphonſo ſecundo, & Frederico de Domo de Aragonia, quam dicamus fuiſſe eos Regni huius legitimos poſſeſſores, & Reges; ſed tantum teneri eos habere rata geſta per Alphonſum primum, cui legitimè ſucceſſerat Rex Catholicus eius ex fratre Ioanne nepos.

## ARGVMENTVM.

Officium ſi vni fuerit conceſſum, an valeat Princeps illud à conceſſionario auferre, & alteri dare, etiam nulla concurrente cauſa. Princeps an poſſit ius alteri quæſitum ſine cauſa auferre. Rex an valeat tuta conſcientia clericum feudorum ſucceſſionis incapacem, habilem facere vt in feudis per patrem relictis ſuccedere poſſit, quamuis ſucceſſio ſequenti in gradu delata fuerit; Et an pariter valeat filium illegitimum poſt patris mortem legitimare in præiudicium ab inteſtato venientium, & de aliis.

## DECISIO CCCCCLIV.

Vacante officio Cuſtodis maioris Carcerum Magnæ Curiæ Vicariæ, illoque à Domino Dom. Petro Toletano Regni Prorege conceſſo cuidam Bartholomeo Sanzeo, donec viueret, ſupponebatur, illud idem Sereniſſimum Dominum Regem noſtrum motu proprio ex certa ſcientia, ac de poteſtatis plenitudine conceſſiſſe Franciſco de Haro, amoto dicto Bartholomæo, ſeu quouis alio detentore priuilegium à ſua Maieſtate non habente; vnde inſtabat hic à Rege prouiſus vt ſuum exequeretur priuilegium, contradicebat Bartholomeus, quo factum fuit, vt in Collaterali Conſilio ad relationem Sacri Conſilij dubitaretur, vtra partium meliora foueret iura? 1

Pro Franciſco à Rege prouiſo conſiderabatur de Principis poteſtate dubitari non poſſe, quin valeat officium vni datum ab eo auferre, & alteri concedere; hæc eſt enim Principis præeminentia, & poteſtas, vt etiam in his quæ ſunt iuris gentium, vel naturalis poſſit contra ſuum ſubditum diſponere, adhuc de poteſtate ordinaria, legitima tamen concurrente cauſa, ad tex. *in l. Lucius, ff. de euiction. in l. item ſi verberatum, ff. de rei vindic. & in l.* 2. *C. quib. ex cauſ. ſerui pro præm libert. accip.* Cyn. & alij *in l. fin. C. ſi contra ius vel vtilit. public.* & Aretin. benè *in c. nouit, de iudic.* Imò non deſunt, qui dixerint ſuſtineri, quod Princeps de poteſtatis plenitudine contra ius naturale, vel gentium diſponit, etiam ſine cauſa, Dec. poſt alios, quos allegat *conſ.* 198. & *in c. quæ in Eccleſiarum de conſtit.* quamuis Felyn. *ibidem* opinionem contrariam veriorem, 2

Digitized by Google

riorem, & communiorem demonſtret, itemque Soccin. *conſ.* 164. Sed vtraque poteſt defendi ſententia, cùm omnes admittant, vt cauſa ſemper in Principe præſumatur, etiam diſponente contra iuſgentium, & naturale, dummodo in ſubditum; & vt non in totum ius illud tollatur, ſed tantum limitetur, vt per Cyn. *in d. l. fin.* Abb. Felyn. & Dec. *in d. c. quæ in Eccleſiarum,* Lucas de Penna *in l. prædia, C. de locat. prædior. ciuil. lib.* 11. vbi poſt latiſſimè diſputatum articulum, tandem concludit, quod quando agitur de tollendo ius poſitiuum, tunc ſine dubio poteſt Princeps à ſuo ſubdito id quod eſt de iure poſitiuo, de poteſtate ordinaria, etiam ſine cauſa tollere, & ſufficit pro ratione voluntas, id quod præcipuè in officiis procedere dicebatur ex Io. Fabro *in §. cum autem, Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluit.* verum indubitanter peccaret, ſi abſque cauſa hoc faceret, vt per Abb. *in dicto c. quæ in Eccleſiarum.*

3 At pro Bartholomæ, qui à Prorege fuerat prouiſus dicebatur, ideo ſuam Maieſtatem officium dicto Franciſco contuliſſe, quia præſuppoſuit ſalarium pro dicto officio conſtitutum excedere annuos ducatos centum, quo caſu prouiſio nulla à Proregibus fieri poteſt; ſed tantum quando eſt infra ſummam ducatorum centum; ſed quia hoc falſum erat, cum officium prædictum nullam habebat prouiſionem; ſed tantum quædam emolumenta, quæ licet ſummam excederent ducatorum centum annuorum, non tamen per hoc tollebatur Proregibus poteſtas tale officium prouidendi. Secundò dicebatur conceſſionem Bartholomæo factam fuiſſe à Rege confirmatum, ex eo quod ſua Maieſtas, mediantibus ſuis literis omnia, & quæcunque officia tam ad vitam, quam ad certum tempus à Dom. Petro Toletano Prorege conceſſa confirmauerat, ergo, & illud, quod in priuilegio dicti Franciſci dicebatur, amoto dicto Bartholomæo, & alio quouis detentore non habente ſimile priuilegium, intelligebatur, vt amoueretur ille qui validum non haberet priuilegium, hoc eſt notabile dictum Compoſt; quem ſequuntur Io. Andr. Anton. de Butr. & Imol. *in c. cauſam quæ, de reſcript.* Alex. *conſ.* 13. *col.* 3. *lib.* 5. Hæc cauſa pro Franciſco fuit deciſa, Domin. Cauſæ Commiſſar. Domin. Bermudez, Dom. Regens Albertinus, & Dom Villanoua fuerunt voti, priuilegium ſuæ Maieſtatis in perſonam Dom. Franciſci fore, & eſſe exequendam, verum ſi Dom. Prorex ſuam Maieſtatem conſulere voluiſſet, quod facere poterat, Dom. iſte Regens, & Dom. Nicolaus Franciſcus Conſtantius fuerunt voti, quod conſuleretur ſua Maieſtas, ad hoc vt auditis vtriuſque Patris iuribus declararet, an vellet ſuum exequi priuilegium, Domin. Prorex mandauit vt inter hos litigantes concordia tractaretur; ſed quia non fuit ſequuta, decretum diffinitiuum fuit pro Franciſco publicatum.

## OBSERVATIO.

1 AD pleniorem intelligentiam illius concluſionis, quam hic obſeruamus, vt poſſit Princeps adhuc de poteſtate ordinaria, legitima tamen concurrente cauſa diſponere contra ſuum ſubditum, etiam in his, quæ iuriſgentium ſunt, idemque & fortius, quando ageretur de tollendo à ſubdito id quod iuris eſt poſitiui, dicimus, quod licèt ſatis grauis ſit quæſtio, an poſſit Princeps ius alteri quæſitum ſine cauſa auferre, de qua per DD. relatos ab Anton. Gabr. *commun. concluſ. lib. 3. tit. de iure quæſito non toll.* communem tamen agnoſuimus reſolutionem, vt Princeps ius, ſiue dominium alteri de iure naturali, vel gentium quæſitum abſque legitima cauſa tollere non poſſit, ſunt enim iura illa immutabilia §. 1. *Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. §. fin. Inſtit. de legit. agnat. tut.* Secus verò quoties dominium, ſiue ius aliquod iuris ciuilis artificio eſſet alteri quæſitum, vt pu a aditione hæreditatis per ſententiam, per vſucapionem, & præſcriptionem, vt declarat Paul. de Caſtro *conſ.* 178. *col. fin. verſ. 6. quia ius adeundi*; In hoc enim caſu magis communiter dixerunt Doctores, hoc Principi licere, nam cum Princeps in ſuo Dominio ſupra ius illud ſit, vt probat Dec. *in c. quæ in Eccleſiarum num.* 29. *de conſtit.* & Myſing. *ſingul obſeruation. cent.* 5. *obſeru.* 97. *num.* 10. tale ius quamuis alteri qnæſitum, tollere poteſt, ita ſanè diſtinguendo reſponderunt DD. per me relati *lib. 2. reſolut. iuris cap.* 46. *num.* 8. dum ibi probaſſem, poſſe Dominum Regem noſtrum tuta conſcientia clericum feudorum ſucceſſionis incapacem habilem facere, vt in feudis per patrem relictis ſuccedere valeat, non obſtante quod tempore mortis feudatarij ob eiuſdem filij incapacitatem ſequenti in gradu ſucceſſio illa delata fuerit; etenim dicebam, quod quoties Princeps ex ſua voluatate fuit cauſa quod aliquod ius alicui quæratur, tunc ius ipſum poteſt ſine cauſa, ſed ſola voluntate auferre, ita ſatis bene Alph. Modit. *in §. Principum placita, dubit.* 223. *num.* 5. vbi ad id allegat Angel. qui *in l. Lucius, ff. de euiction.* firmat, poſſe ſine cauſa Imperatorē, rem ex preſcriptione, ſeu vſucapione alicui quæſitam ab eo auferre, ea quidem ratione, quia talis aquirendi modus ab ipſo Principe imperante inductus fuit, ac proinde ab eodem, etiam ſine cauſa auferri poteſt, id quod etiam ſatis notanter obſeruauit Marta *in ſumma ſucceſſ. legal. part. 4. queſt. 4. artic. 4. in appendic. num.* 15. vnde ex hoc in quæſtione illa meritò dicebam, quod cum Rex fuerit in cauſa, vt feudi ſucceſſio, quæ de iure naturali, gentium, & ciuili ad filium ſpectabat, defferretur agnato, poſſe ipſummet Regem tuta conſcientia diſpenſare, vt non obſtante filij inhabilitate, quæ ad Principis fauorem fuit inducta, eidem filio deferatur.

2 Nec eſſe nouum addebam, vt poſſit Princeps hæc, & ſimilia facere; quando quidem non deſunt DD. & grauiſſimi, qui dixerint, poſſe Principem filium illegitimum poſt mortem patris legitimare in præiudicium ab inteſtato venientium, illiſque ptæiudicare, non ſolum in acquirendò, verum etiam in iure quæſito, & hi ſunt Bart. *in l. Gallus, §. & qui ſi tantum, num.* 14. *ff. de liber. & poſth.* Dyn. *conſ.* 10. Paul. de Caſtro *in l. 3. num. 4. ff. de teſtam. & in l. cum hæredes, ff. de acquir. poſſeſſ.* aliique plures quos refert Carol. de



Digitized by Google

Graſſ. *de effect. cleric. effect.*4. *num.*167. *& ſeq.* idemque in bannito, vt poſſit Princeps illum plenarie reſtituere in præiudicium proximiorum conſanguineorum, quibus ipſius bona fuerunt quæſita, ita Bald. *in l. fin. num.*6. *verſ. ex prædictis C. de ſentent. paſſ.* vbi Fulgoſ. *num.*12. idem Bald. *in l. pater filium, ff. de adoption.* Iacob. de Beluis *in l. fallaciter, C. de abolito.* Caſtrenſ. *in l. intercedit, ff. de condit. & demonſtrat.* Crot. *in d. l. §. Gallus, & quid ſi tantum, num.*118. vbi etiam Ruin. *num.*181. & Fortun. Garſ. *num.*132. *ff. de liber. & poſth.* Felyn. qui de communi teſtatur *in c. inter quatuor. num.*4. *de maiorit. & obed.* Natt. *conſ.*470. *num.*31. vbi dicit ab hac opinione, neque conſulendo, neque iudicando fore recedendum. D. de Franch. *deciſion.* 213. *à numero* 39. & Domin. Reg. Rouit. *deciſ.*37. *num.*9. quorum dicta ſatis bene confirmantur ex ſententia Andr. *in cap.*1. *num.*4. *de vaſſal. decrep. ætat.* dum voluit, poſſe Principem vaſſallum ex ſententia feudo priuatum reſtituere ad feudum illud agnato proximiori quæſitum, ea quidem ſupra aſſignata ratione, quia Princeps ea tollere poteſt, quæ de iure ciuili ſunt; ſed ſententia per quam feudatarius priuatus extiterat, eſt de iure ciuili, ergo Princeps ei indulgendo abſtulit ea, quæ ex ſententia ſequuta fuere, idemque & ſatis bene Marcus Anton. Genuenſ. *in practicabil. Eccleſ. quæſt.*10. qui omnino videatur.

## *ARGVMENTVM.*

Teſtamentum patris an ex illius lectura nullum dicatur, itavt non poſſit hæres ſcriptus iuuari beneficio *l. fin. C. de edicto diui Adrian. tollen.* ex eo quod filius fuit in eo nominatus, ſed nec inſtitutus, nec cum cauſa exhæredatus. Teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, an ſit ipſo iure nullum, adhuc ſi filius illud nullum non alleget; Et quid ſi legitima eſt illi relicta, non tamen cum honorabili inſtitutionis titulo. Clauſula codicillaris an faciat teſtamenti nullitatem euitare, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCCLV.

1 DEclarata hærede vniuerſali mediante decreto Magnæ Curiæ Vicariæ D. Victoria Columna ex teſtamento Illuſtr. Aſcanij eius patris, eaque in bonorum omnium paternorum poſſeſſionem immiſſa, Illuſtriſſ. Marcus Antonius filius maſculus id ægreferens ad Iulluſtr. Dominum Proregem recurſum habuit, & vti grauatus expoſuit, non potuiſſe Magnam curiam decretum prædictum interponere, ex quo teſtamentum illud, cuius vigore D. Victoria ſoror declarata extiterat hæres, ex ſui lectura nullum apparebat, dum in eo filius ipſe præteritus fuerat, vnde decretum prædictum omni iure fore reuocandum inſtabat, cauſaque, in Sacro Conſilio commiſſa, referenda tamen, & decidenda in Collaterali Conſilio, fuit ſatis de iuſtitia dicti decreti inter Partes ipſas diſceptatum.

Etenim dicebat Illuſtr. Marcus Antonius, 2 quod cum ipſe filius eſſet, volens pater ſuus Aſcanius teſtamentum condere, omni iure tenebatur eum hæredem facere, vel exhæredare, nam alias filio præſtito, ipſo iure nullum dicitur teſtamentum, *l. inter cæteras, ff. de liber. & poſthum. l.*1. *ff. de iniuſto, rupt. & irrit. facto teſtam.* idque procedere dicebatur, adhuc ſi filius teſtamenti nullitatem non allegaret, vt per Aretin. per illum text. *in l. ex facto, §. Lucius, ff. de vulgar. & pupill.* Nec admittendum, immiſſionem vigore *l. fin. C. de edict. Adriani toll.* hæredi ſcripto impediri non poſſe, per text. vbi videtur caſus *in l.*2. *C. eod. tit.* quia text. iſte procedit quando ex facie teſtamenti de filij præteritione non conſtat, nam ſi incontinenti de illa præteritione diſcuti poterit, tunc impeditur immiſſio; In caſu propoſito ex lectura teſtamenti bene de præteritione conſtabat, quia in illo nominatus extiterat Marcus Antonius, quem tamen pater ſuus neque inſtituerat, neque exhæredauerat; ergo, & licet aliquorum ſit opinio *in l.*2. *C. de bonorum poſſeſſ. contra tab.* tunc demum teſtamentum, in quo filius eſt præteritus eſſe ipſo iure nullum; ſi extraneus eſſet hæres inſtitutus, alias ſi hæres ab inteſtato, nullo pacto diceretur nullum, niſi nullitas à præterito allegetur, tamen contrarium verius eſſe dicebatur, ex Aret. Alex. Iaſon. Dec. & aliis *in d. l.*2. volentibus teſtamentum ſemper eſſe nullum, adhuc ſi venientes ab inteſtato inſtituti ſint, & nullitas à filio non allegetur; nec ſuffragabatur in caſu propoſito clauſula codicillaris, cuius vigore venientes ab inteſtato cenſentur grauati hæredi ſcripto hæreditatem reſtituere, nam reſponſum fuit, quod licet hæres ſcriptus ex fideicommiſſo hæreditatem conſequi poteſt, tamen diſpoſitio *l. fin. C. de edict. diu. Andr. toll.* locum non habet, niſi vere à venientibus ab inteſtato fuerit facta verbalis hæreditatis reſtitutio, vt ibi Bart. & communiter omnes affirmant; At in caſu de quo agebatur, non ſolum verbalis reſtitutio à Marco Antonio D. Victoriæ ſorori facta non erat; ſed per illum expreſsè fiebat contradictio.

At pro parte D. Victoriæ principaliter ex- 3 cipiebatur, Marcum Antonium eius fratrem vere non fuiſſe à communi patre præteritum, quia in teſtamento non modo fuerat ille nominatus, dum ſcriptum reperiebatur, quod filium ſuum benedicebat; ſed etiam declarauerat, quod per aliam ſcripturam ei reliquerat

rat feuda in iuriſdictione Eccleſiaſtica exiſtentia, & licet hæc ſcriptura, in hoc vltimo teſtamento non legebatur, ſat tamen erat, quod referretur, ex Bart. communiter approbato *in l. ſi ita ſcripſero, ff. de condit, & demonſtrat.* Quando enim aliquid filio relinquitur, licet non dicatur titulo inſtitutionis, tamen ſi in teſtamento eſt appoſita clauſula *omni, meliori modo*, valebit teſtamentum, & filius in eo, quod eſt ſibi à patre relictum inſtitutus cenſetur, ita Bald. *in l. quoties, C. de hæred. inſtit.* Dec. *conſ.*77. vbi allegat Paul. de Caſtro *in conſ.*335. ſuper puncto, & Fulgoſ. *in conſ.*90. Io. Aretin. *in d. l. fin.* Id quod confirmabatur ex text. quem ibi ad hoc notat Imol. & Aretin. *in l. ſi pater filium, ff. de vulg. & pupill.* vbi dicunt, quod licet filius de neceſſitate, vt teſtamentum ſit validum inſtitui debet *l. inter cætera, ff.* de *liber. & poſth.* Tamen huic formæ ſatiſfit ſi filius eſſet tacite inſtitutus, ſicut ille qui ex tacita vulgari ſuccedit, quod dictũ Imol. pro ſingulari reputat, & fortè alibi non reperiri, vnde ex his omnibus per Sacrum Conſilium accedente voto Dominorum Regiam Cancellariam Regentium deciſum fuit, quod licet in decreto præambuli, & in eius declaratione, & confectione inuentarij non fuerit citatus Illuſtr. Marcus Antonius, quod non per hoc decretum illud dicebatur nullum; quia ex ſtylo Magnæ Curiæ in interpretatioue decreti præambuli nemo citatur, iſtudque deſideratur decretum ad effectum, vt debitores hæreditarios hæres vel ex teſtamento, vel ab inteſtato conuenire poſſit, & contra eos via ritus agere, id quod peractum cenſebatur citra præiudicium iurium Marci Antonij, qui tam in petitorio, quam in poſſeſſorio ordinariè intentando, de iuribus ſuis experiri poterat; nam cum legitimus diceretur contradictor poterat comparere, immiſſionemque reuocari petere, vt dicunt Bart. & communiter omnes *in d. l. fin.*

## OBSERVATIO.

1 HOc iure vtimur in Magna Curia, vt in decreti præambuli interpretatione tam ex teſtamento, quam ab inteſtato nemo citatur, niſi ex teſtamenti lectura aliud appareret: in teſtamento, de quo hic agebatur certè ego decretum præambuli non interpoſuiſſem, Marco Antonio prius non citato, vel niſi cum teſtamento, in quo inſtituta fuit Victoria filia exhibita fuiſſet ſcriptura illa, ex qua dicebatur conſtare fuiſſe filium maſculum hæredem inſtitutum in bonis feudalibus in ſtatu Eccleſiaſtico exiſtentibus, qua quidem ſcriptura prius non viſa vſque adhuc in teſtamento præſentato vitium apparebat viſibile, fuit enim in eo nominatus Marcus Antonius filius; ſed nec inſtitutus, nec cum cauſa exhæredatus, quomodo ergo poterat interponi decretum præambuli, iſto filio prius non citato, etenim licet verum ſit vitium præteritionis inuiſibile eſſe, tamen ſi apparet præteritio ex ipſo teſtamento, quia de filio teſtator fecit mentionem, quem tamen non inſtituit, nec cum cauſa exhæredauit, tunc omnino vitium hoc præteritionis impedit immiſſionis beneficium, quod alias hæredi ſcripto competeret, ita ſatis bene Cæſar. Argel. *de acquir. poſſ. quæſt.* 1. *art.* 7. *num.* 228. Quodque teſtamentum, in quo filius eſt præteritus ſit ipſo iure nullum, adhuc ſi filius illud nullum non allegat, affirmant gloſ. *in* §. *ſunt autem, in verbo contra tabulas, Inſtit. de bonorum poſſeſſ.* quam communiter receptam dicit Alex. *in l. poſthumo, num.* 16. & ibi Zuccard. *num.* 91. Riminald. *num.* 5. Curt. Iun. *num.* 45. & Dec. *num.* 9. *C. de bonor. poſſ. contra tab.* Alex. *in l.* 2. *num.* 14. *C. de bonor. poſſ. ſecundum tab.* Ferdin. Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 30. *num.* 109. & *de ſucceſſ. reſolut.* §. 7. *num.* 2. & 3. & *controu. Illuſtr. cap.* 99. In quibus locis de vera, & communi opinione, teſtatur Iul. Clar. *in* §. *teſtamentum quæſt.* 43. & Michaël Graſſiis *in* §. *teſtamentum, q.* 28. *num.* 2. & 3. vbi ab hac opinione, nullo pacto recedendum eſſe admonet.

2 Et hoc adeo verum aliqui putant, vt ſi in teſtamento, in quo alius, quam filius eſt hæres inſtitutus, legitima filio relicta eſſet, non tamen cum notabili inſtitutionis titulo, adhuc teſtamentum illud dici, & cenſeri nullum, & hi ſunt, quos allegat Iul. Clar. *in* §. *teſtamentum quæſt.* 39. *num.* 3. vbi nouiſſimi Addentes, *lit. F. num.* 6. Mart. *in ſumma ſucceſſ. part.* 1. *quæſt.* 25. *art.* 1. *num.* 6. & 15. & *par.* 4. *quæſt.* 2. *artic.* 2. *num.* 21. & Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 4. Eſt tamen verum ſecundum magis communem DD. ſententiam, quod iſte titulus inſtitutionis in legitima, quamuis expreſſis verbis à teſtatore non proferatur, aliquando ſubintelligitur ad finem teſtamenti nullitatem euitandi, vnde ſi legitima, ſiue ab aſcendentibus liberis, ſiue à deſcendentibus parentibus relinquatur, ſic dicendo *relinquo filio, vel patri, aut matri meæ legitimam ſibi de iure tangentem, aut mille pro legitima*, quamuis omiſerim dicere, iure inſtitntionis, tamen ex natura legitimæ, quæ relinquitur, ſubintelligendus eſt titulus inſtitutionis, quia vt dicunt DD. & primus omnium Bald. *in l. fin. num.* 8. *C. fam. herciſc.* non omnis ſcit dicere, inſtituo, hæredem facio &c. probant hoc DD. quos citat Iul. Clar. *cit. quæſt.* 38. *n.* 11. vbi Addentes *lit. P. & Q. num.* 24. Gabr. *conſ.* 109. *num.* 1. 2. 3. & 4. Mart. *cit. part.* 1. *quæſt.* 25. *art.* 2. *n.* 10. 11. 12. 13. & 14. & *par.* 4. *quæſt.* 2. *artic.* 2. *num.* 22. 23. & 24. Card. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.* 4. *tit.* 4. *num.* 22. Verum ſemper mea ſententia fuit, vt hæc declaratio, ſiue concluſio intelligenda ſit, vt procedat quando expreſsè fuerit relicta legitima, vel certa quantitas pro legitima, quia ſi dictum fuiſſet ſimpliciter, *lego filio vel patri meo mille*, non addito, *pro legitima*, tunc teſtamentum dicetur nullum, quia habetur ac ſi filius vel pater eſſet præteritus, nam idem eſt præterire, nullam de filio, vel de parentibus mentionem faciendo, & aliquid eidem relinquere ſimpliciter, non addito titulo inſtitutionis, vel pro legitima, ita Gabriel. *cit. conſ.* 109. *num.* 3. Cald. *in tit. de inſtit. de inoff. teſtam. in diſcurſu incip. vt decet, num.* 2. *fol. mihi* 24. Clar. *cit. quæſt.* 38. *num.* 10. Mart. *cit. part.* 4. *quæſt.* 2. *artic.* 2. *num.* 24. & alij plures ab his relati, quamuis contrarium ſentire videatur Theſaur. *deciſ.* 58. vbi Filius *in addit.*

3 Illud tamen circa prædicta non eſt prætermittendum, quod data nullitate teſtamenti ex cauſis ſupra enarratis, ſi in teſtamento legeretur clauſula codicillaris, nullitas hæc euitatur, quia per illam cenſeretur filius grauatus, retenta legitima, hæreditatem ſcripto hætedi reſtituere, ita Gabril. *loc. cit. num.* 5. Marta *loc. ſup. relatis*, Merlin. *cit. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 4. vbi dicit idem-

Digitized by Google

idem eſſe ſi fuerit adiecta clauſula *omni modo meliori*, prout probat hic Dom. Regens noſter, Gaſpar. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. 4. quæſt. 58. num. 6.* vbi dicit, quod in hoc caſu aſcendentes vnam tantum detrahunt quartam, deſcendentes vero duas.

## ARGVMENTVM.

Iudex an, & quando poſſit cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio. Regentes Regiam Cancellariam an dicantur Iudices ordinarij in cauſa à Rege eis commiſſa, vel potius Delegati, ita vt prolata ab eis ſententia, à qua ſit reclamatum, non poſſint in ſecunda inſtantia de cætero interuenire.

## DECISIO CCCCCLVI.

1 IN cauſa Illuſtr. Ducis Sueſſæ cum Illuſtr. Marchione Turris maioris, commiſſa à ſua Cæſarea Maieſtate, vt decideretur ab Illuſtr. Domino D. Petro Toletano Regni Prorege, ac ſpectabilibus Dominis Regiam Cancellariam Regentibus, tunc exiſtentibus, & futuris, cum lata eſſet ſententia ad fauorem Marchionis, appellauit Dux ad ſuam Catholicam Maieſtatem Apoſtolos petens, & prætendens, Dominos Regentes in ſecunda inſtantia amplius interuenire non poſſe, eo præſuppoſito, quod in prima fuerant Iudices Delegati. Sed aduerſus hoc dicebatur, quod verum non erat, quia cum Domini Regentes Iudices ſint ordinarij, per illud commiſſionis reſcriptum, non fuit, niſi eorum iuriſdictio excitata, non autem delegata, *c. licèt in corrigendis*, vbi omnes Canoniſtæ, *de offic. Iud. ordin.* Verùm ex aduerſo reſpondebatur, quod ex tenore reſcripti clarè apparebat cauſam fuiſſe delegatam. Primò quia commiſſa erat Illuſtriſſ. Proregi ac Dominis Regiam Cancellariam Regentibus ſimul, quod fieri non erat conſuetum. Secundò quia in reſcripto hæc habebantur verba, nimirum, *Committimus, dicimus & præcipiendo mandamus &c. Et quod procedant ſummariè, ſimpliciter, & de plano, dantes, & concedentes vobis in & ſuper præmiſſis, & ſingulis locum, authoritatem, poteſtatem, vices, & voces noſtras &c.* quibus quidem clauſulis attentis, videbatur, cauſam fuiſſe delegatam, ita Canoniſtæ *in d. c. licet in corrigendis*, Bart. Alex. & Iaſ. *in l. moræ, ff. de iuriſd. omn. iudic.* idem Iaſ. *in l. ius ciuile, ff. de iuſt. & iur.* Angel. *conſ.* 137. Aret. *in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de verb. obligat.* & alij; Rebus autem ſic ſtantibus aliud ſuæ Catholicæ Maieſtati ſuperuenit reſcriptum, quo mediante appellationis cauſa committebatur eidem Illuſtriſſ. Domino Proregi, Dominis Regiam Cancellariam Regentibus, Regiis Conſiliariis, & Regiæ Cameræ Præſidentibus, vnde Dux Sueſſæ ſuæ inſiſtens prætenſioni dicebat, quod nullo pacto poterant in dicta cauſa interuenire Dom. Reg. Villanus, & Albertinus, ex eo quod in prima inſtantia vti iudices delegati interuenerant, & poſt quam ſemel ſententiam protulerant, functi erant officio ſuo, quo circa dubitari contigit, an in deciſione huius articuli hi Domini Regentes interuenire poterant; ad quod fuit dictum, quod hic articulus an Iudex poſſit cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio excitatur per DD. in pluribus locis, ſignanter per Innoc. *in c. præterea, de dilatio.* & *in c. ſuper litteris de reſcript.* Bart. Angel. Alex. & Iaſ. *in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non iuer.* Bart. & Imol. *in l. quidam conſulebant, ff. de re iudic.* Et quod hi Domini Regentes interuenire poterant, motiuabatur, quia negari non poterat, quin Regentes Regiam Cancellariam iuriſdictionem habeant ordinariam, vt conſtat ex eorum priuilegiis, vbi conceditur eis iuriſdictio, ita vt valeant vniquique iuſtitiam miniſtrare, verum ſi declarabatur fuiſſe iudices delegatos, in hac ſecunda inſtantia interuenire non poterant, quo circa re in dubium delata, dicebatur fieri locum concluſioni, nimirum, quod quando probabiliter de iuriſdictionis competentia dubitabatur, poteſt Iudex an ſua ſit iuriſdictio cognoſcere, gloſ. Bart. & Iaſ. *in l. 2. C. ſi quis in ius voc. non ier.* Abb. *in c. ſuper litteris, de reſcript.* Tandem cauſa relata in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtr. Domino Prorege ac Reuerendiſſimo Dom. Gaſpare de Quiroga Sacræ Rotæ Romanæ Auditore, ac Viſitatore generali omnium Tribunalium Regni huius, Dominus iſte Regens, ac omnes Præſidentes de Regia Camera fuerunt voti, quod dicti Domini Regentes Albertinus, & Villanus poterant interuenire ad declarandum, an eorum eſſet iuriſdictio, ac demum omnes concordes fuerunt, quod attento primo reſcripto ob clauſulas ibi inſertas Domini Regiam Cancellariam Regentes Iudices extiterant delegati, non autem ordinarij, ac proinde in ſecunda inſtantia, & ſic in cauſa appellationis per Ducem interpoſitæ amplius interuenire non poterant; attamen attento tenore vltimi reſcripti, res dubia reddebatur, vnde exiſtimatum fuit ab vno ex dominis, vt cõſultaretur ſua Catholica Maieſtas, reliqui verò omnes fuerunt voti quod per dictum vltimum reſcriptum, erat iam tributa poteſtas dictis Dominis Regentibus cognoſcendi de iuſtitia cauſæ appellationis; ſed quod tutius erat vt conſultaretur ſua Maieſtas, ita enim cenſuerunt Dom. Reg. Villanus Præſidens de Caſtillo, & Præſidens de Eſcobar, Domini vero Regens Albertinus, &

Præſidens

Digitized by Google

Præſidens Paulus de Magnanis reſponderunt, quod abſque alia conſultatione dicti Domini Regentes, qui in Prima inſtantia iudicarunt poterant pariter in Secunda interuenire; ſed quia fuerunt quatuor vota vt ſua Maieſtas conſultaretur, in hanc formam, prodiit deciſio &c.

## OBSERVATIO.

1 HÆc eſt communis omnium ſententia, quæ hic probatur; nimirum, vt quando Princeps Iudici ordinario aliquam committit cauſam, cuius cognitionis, hac ſemota commiſſione, idem Iudex eſſet competens, nullo pacto dicetur hic Iudex delegatus; ſed tantum dicitur ordinarius cum ex hac commiſſione excitata dicatur iuriſdictio, ita vt in caſu grauaminis ad Iudicem appellationis ordinarium recurrendum ſit, non autem ad Principem, qui cauſam commiſit; probant concluſionem hanc canoniſtæ communiter per illum text. hic à Domino Regente nſtro citatum *in c.licet in corrigendis* 12. *extra de offic. Iudic. ordin.* Iaſ. *in l. ius ciuile, num.*12. *ff. de iuſt. & iure*, Excepto ſi per hanc commiſſionem alterata eſſet ipſius Iudicis ordinarij iuriſdictio, puta ſi in commiſſione adiecta eſſet clauſula, de qua in caſu huius deciſionis, vel alia, nimirum *authoritate noſtra, vel tanquam delegatus à nobis*, & ſimilia verba, ordinariam iuriſdictionem alterantia, augentia, vel minuentia; eo enim caſu videtur Princeps iuriſdictionem illam ordinariam inferioris in delegatam mutare, Matth. Mattheſilens *ſingul.*89. Boër. *deciſ.*151. *num.*5. Menoch. *de præſumpt. lib.*2. *præſump.*16. *num.*24. P.Barboſ. *in l. cum Prætor.* §.1. *num.*34. & 35. *ff. de iudic.* Cocchier. *de iuriſd. ordin.in exceptos part.*2. *quæſt.*14. Gratia. *deciſ.*44. Barz. *deciſ.*150. Iaffred. *deciſ.*49. Achill. de Graſſ. *deciſ.*2. *de reſcript.* & Auguſt. Barboſa aliis omiſſis *in collect.ad d.c.licet in corrigendis, n.*2.

2 Quantùm verò attinet ad aliud dubium hic excitatum an Iudex poſſit cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, Eraſm.Cocher.loquens de ordinario negatiuè reſpondit *in ſupra cit. tract. de iuriſd. ordin. in exempt.part.*2. *quæſt.*12. *per totam*, & ad ſuam probandam ſententiam allegat Innocent. & Abbat. *in c. venerabili, de cenſibus*, eundem Abbat. & Felyn. *in c. ſuper litteris, de reſcrip.* & *in dicto c. venerabili*, Geminian. *in c.cum perſonæ de priuileg. in* 6. & Angel. *in l.*2. *ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.* At ego de his conſultus, *lib.*1. *mearum reſolution. cap.*203. reſpondi, aduertendum eſſe hanc Cocher ſententiam, quamuis in ſe veram, non tamen ſic ſimpliciter intelligendam; ſed tunc demum eam procedere, quando citatus de exemptione excipiens illam produceret, vel plene exemptionem probando, vel ſaltem ſi de illa doceret, taliter quod ordinarij mentem dubiam redderet, ſi, vel ne verè aduerſus citatum iuriſdictio ei competat, quia alias eſſerere oporteret erroneum eſſe Cocherij dictum; poſſet enim quilibet clericus à ſuo ordinario citatus comparere, & excipere eſſe eum ab illius citantis iuriſdictione exemptum, ſicque ordinarij iuriſdictio ſeruiret de vento.

3 In Magiſtratu autem ſæculari ſupremo ſecus dicendum eſſe demonſtraui *cit. cap.*203. *num.*16. Etenim ſi in noſtra Magna Curia, vel in Sacro Conſilio eſſet quis citatus, & comparendo allegaret eſſe eum exemptum à iuriſdictione citantis, Iudices iſtorum ſupremorum Tribunalium cognoſcunt, an eis iuriſdictio competat, iuxta dicta per DD. per illum text. *in l.*2. *ff. ſi quis in ius voc. non ier.* & *in l. in præſcriptione, C. ſi contra ius*, & per Abb. & Felin. *in d. c.ſuper litteris, de reſcriptis.*

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## ARGVMENTVM.

Officium ſi à Principe fuerit alicui conceſſum cum clauſula, *prout prædeceſſores tui tenuerunt*, ſi poſtremus conceſſionarius aliqua fuerit gauiſus prærogatiua, qua forſan potiri non debebat, nùm hic nouiſſimè prouiſus ea etiam gaudere, & frui debeat. Gratia à Principe conceſſa quando dicatur perſonalis, & quando realis. Clauſula *ex certa ſcientia* cuius ſit ponderis, & de aliis notabilibus,

## DECISIO CCCCCLVII.

DVBITABATVR in Regia Camera, ſi facta à Cæſarea Maieſtate cõceſſione officij Credenzerij maioris Reg. Siclæ Magnifico Petro de Caranza cum clauſulis ſolitis *& prout, quemadmodum eius prædeceſſores tenuerunt, & & poſſederunt, ſignanter* Magnificus Camillus Caracciolus, poterat ille gaudere augmento ſalarij, quo D. Petri Toletani Proregis ordinatione dictus Camillus gauiſus fuerat? ratio dubitandi fuit; Primò quia gratia dicti augmenti in dictũ camillum elargita videbatur perſonalis, facta ſcilicet intuitu ſuæ perſonæ benemeritæ, non autem realis, & ſic facta ratione officij. Secundò quia facta extiterat à Prorege poteſtatem non habente, quia vel afficiebat particulares, qui augmentum in Regia ſicla habebant, & hoc nec ab ipſo Rege fieri poterat. Rex enim rem meam à me auferre non poteſt, niſi pretio ſoluto, *l. Lucius, ff. de euict. & l. item ſi verberatum*, §.1. *ff. de rei vindic. vel* potius augmentum illud Regis patrimonium tangebat, & idem, cum Prorex abſque ſpeciali mandato Regis rem donare non poſſit, *l. filiusfamil. ff. de donat. l.contra iuris*, §. *final. ff. de pactis.* 1

Sed hac dubitandi ratione non obſtante, contrarium per Regiam Cameram pro maiori parte Dominorum votantium deciſum extitit, nimirum, dictum Petrum nouiſſimum dicti officij conceſſionarium poſſe dicti ſalarij augmento gaudere, ratio deciſionis fuit quia inſpecto tenore dictæ gratiæ factæ à Prorege dicto camillo, fuit illa realis, non autem perſonalis, imò quod in dubio ita erat præ- 2

BBbbb Batt.

ſumendum, ex quo Principis beneficium latè interpretari debet, *l. fin. ff. de conſtit. Princip.* Bart. *in l. ſi pater, ff. de ſeruit. leg.* vbi infert, quod ſi alicui eſt facta conceſſio de iuriſdictione, cenſetur pariter facta de territorio, idemque Io. de Platea *in l. ſordidorum, C. de excuſ. muner. lib.* 10. Aretin. & Imol. *in l. maritum, ff. ſolut. matr.* idemque dicebatur communem eſſe opinionem, ſupra quod de gratia, ſiue priuilegio Principis tractat, tum etiam quia dictus Camillus pro augmento Salarij vti Credenzerij ſupplicauerat, ergo ratione officij fuit ei gratia conceſſa, & ſic realis, Bart. *in l.* 1. §. *nunciatio, col.* 2. *verſ. aut apponitur nomen officij, ff. de noui opor. nunciat.* per text. *in l. fin. ff. de inſtit. action.* facit, quod ſingulariter ponit Bald. *in c. Imperialem, §. fin. de prohib. feud. alien. per Frederic.* quem refert, & ſequitur Aret. *in d. l. maritum,* quod quamuis promiſſio, quæ in priuilegio continetur perſonam priuilegiatam exprimat, ſi tamen cauſa priuilegij continet dignitatem, tranſit etiam ad ſucceſſorem, idemque firmauerat idem Bald. *in l. omnia, C. de Epiſc. & cleric.* Et pro hac opinione, quod cenſeatur datum officio, & non perſonæ eſt bonus text. *in l. Titia*, vbi gloſ. *ff. de annuis legat.* & faciunt dicta per Paul. de Caſtro, Aret. & Imol. *in d. l. maritum*, vbi dicunt, quod quando priuilegium conceditur ciuitati, vniuerſitati, vel loco, vel rei, ſemper dicitur reale ſed in caſu propoſito conceſſum extiterat ſalarij augmentum officio, ergo, nec in aliquo obſtabat augmentum illud Proregis diſpoſitione factum fuiſſe, qui quidem Prorex abſque ſpecialis Regis mandato non poteſt rem, quæ de Regali patrimonio eſt, donare, quamuis generale mandatum cum libera haberat, ad text. *in d. l. contra iuris, §. fin. ff. de pactis*, tamen quia ſua Cæſarea Maieſtas conceſſerat poſtea officium dicto Petro, provt, & quemadmodum tenuerat dictus Camillus, per hanc relationem, omnia contenta in priuilegio, & ſcripturis dicti Camilli, videbantur ſcripta & annotata in priuilegio dicti Petri, *l. ait Prætor, §. ſi Iudex.* vbi Alex. *ff. de re iudic.* & *in l. aſſe toto*, vbi Bart. Bald. & Imol. *ff. de hæred. inſtit. l. ſi ita ſcripſero*, vbi Bart. & Socin. *ff. de condit. & demonſtrat.* Aret. *in l. hæredes palam, in princip. ff. de teſtam.* & alij, tum etiam quia in priuilegio dicti Petri clauſula legebatur, *ex certa ſcientia*, quæ operatur, vt quod factum eſt ex certa ſcientia in dubium reuocari non poſſit, notat Bal. *in l. conficiuntur, §. Codicilli, ff. de iure Codicill.* Nec debet quis audiri contra factum à Principe imò omnino repelli, Bald. *in tit. de pac. Conſt. in ver. ſi quis autem in princ.* Vnde &c.

## OBSERVATIO.

Hic habemus deciſum, quod ſi Princeps alicui conceſſerit officium cum clauſula *provt prædeceſſores tui tenuerunt*, ſi poſtremus conceſſionarius aliqua prærogatiua gauiſus fuit, qua forſan potiri non debeat, hunc nouiſſimum ea etiam gaudere, & frui debere, rationibus, de quibus hic, & ea ad mei ſententiam potiſſima, quia Princeps in conceſſione vſus fuit clauſula illa ſalutari, nimirum, *ex certa ſcientia*, Etenim inter innumeros huius clauſulæ effectus, illum præcipuum, & ſingularem exiſtimari ſemper, vt præſumatur Principem fuiſſe informatum de eo, quod fecit, ſicque non amplius videndum an conceſſio ritè, & rectè proceſſerit, ita ex Bart. *in l. ſed & ſi quis, §. fin. ff. ſi quis cautio*, & *in l. ſi dari, ff. de verb. oblig.* & *in l. fin. §. inter quaſi. ff. de condit. indeb.* & Bald. *in l. mater, C. de reiuindic. & in rubr. & in l. 1. C. de confeſſ. & in l. 2. in 7. quæſt. de reſcind. vend.* & Io. Imola *in l. à Titio, ff. de verb. oblig.* affirmat Alex. *conſ.* 15. *num.* 2. *lib.* 5. Rot. *in vna Brancheranen. de labann.us, ſub die* 9. *Iunij* 1606. coram Reuerendiſſimo P. Lugdunenſe, quæ eſt 180. *num.* 2. *to.* 3. *recenſ.* Barb. *de clauſ. vſufreq. clauſ.* 59. *num.* 18. vbi *num.* 22. *ad rem noſtram* addit, vt appoſita hac clauſula in conceſſione Principis, nullus contra illud, quod actum eſt audiri poſſit, & *num.* 25. vt omnis erroris præſumptio tollatur, ex Angel. Alex. & aliis *in l. ſed & ſi quis, §. item quæritur, ff. ſi quis cautiõ*, Socin. *conſ.* 72. *in princ. lib.* 3. & *conſ.* 79. *num.* 46. *lib.* 4. Menoch. *conſ.* 37. *num.* 146. & Gloritio *reſp.* 1. *par.* 1. *num.* 29. 1

## *ARGVMENTVM.*

Ius vaſſallagij, nùm à Domino præſcribi poſſit, ita vt ſi quis pro re quam poſſidet, in allodium ſibi conceſſa per certum tempus Domino quot annis ſeruitium præſtiterit, cogatur in futurum ſeruitium eidem domino præſtare, provt in præteritum præſtitit. Feudum an, & quando tam contra dominum, quam contra priuatum præſcribi poſſit, & de aliis ad ornatum text. *in cap.* 1. §. *ſi quis per triginta, ſi de feud. def. controu. ſit inter dom.* &c.

## DECISIO CCCCCLVIII.

Possidente ſpeciali Comite Potentiæ Caſtrum Vignolæ ſibi in emphyteuſim ſub certo annuo Canone à Sacro Hoſpitali Sanctiſſimæ Annuntiatæ huius ciuitatis conceſſum, pro quo Regia Curia ſpatio annorum octuaninta ſemper adoham, & releu iam exegit; inſtabat Comes ipſe in Regia Camera, vt caſtrum illud à cedulario, & quinternionibus deleretur, 1

deleretur, & quod eidem huiuſmodi adohæ, & releuiorum ſolutiones reſtituerentur, ex eo quod per errorem contigerunt; nam cum poſſeſſores pro tempore crederent caſtrum prædictum à Regia Curia in feudum teneri, cum in Regno omnia caſtra feuda dicantur quaternata, vt per Andream *in cap.* 1. *de controu. feud. apud pares teami. & in conſtit. Regni Iuſtitiarij nomen*, compertum fuerat fuiſſe, & eſt illud burgenſaticum, ex quo ſub hac natura à Regina Ioanna ſecũda dicto Sacro Hoſpitali conceſſum, & donatum extiterat, contradicebat Regius fiſcus, quo factum fuit, vt quid iuris dubitaretur.

2 Etenim dicebat Comes, Regiam Curiam nullo pacto potuiſſe adoham, & releuia exigere, nam cum huiuſmodi ſolutiones Domino noſtro Regi ratione directi dominij debeantur, illud Regia Curia non habebat, cum eſſet penes hoſpitale, ſtante donatione prædicta, & vtile translatum in Comitem gloſ. *in* §. *adeo, Inſtit. de locat.* Andr. *in cap.* 1. §. *praeterea, de cap. Corrad.* ſimiliter nec ratione præſcriptionis, nam cum ea abſque poſſeſſione non procedat, *c. ſine poſſeſſione*, vbi Dyn. *de regul. iur. in 6.* Comes vti emphyteuta non niſi naturalem habebat poſſeſſionem, quæ præſcriptionem non inducit, Bart. & omnes *in l.* 3. §. *ex contrario, ff. de acqir. poſſeſſ.* ciuilis enim poſſeſſio erat pœnes Hoſpitale, ſicut erat dominium directum dicti Caſtri, gloſ. *in d.* §. *ex contrario*, Et ex hoc oriebatur, quod licet emphyteuta adoham fiſco ſoluerit, non propterea Hoſpitale ſua ciuili poſſeſſione priuari potuit, cum ſemper canon ei ſolutus, fuerit; nec in aliquo dicebatur Comiti obſtare poſſe Bald. theoricam *in cap.* 1. §. *ſi vaſſallus, de controu. inueſt. inter Dom. & vaſſall.* vbi dicit, quod ſicut vaſſallus per triginta annos feudum poſſidens, illud præſcribit, ſic directo domino hoc temporis ſpatio ſeruitium præſtans, ita, & è contra dominus recipiendo à vaſſallo ſeruitium, illud acquirit, nam fuit reſponſum, quod cum nullo pacto conſtaret, quod Comes expreſsè ad ſeruitium, & ſic adohæ ſolutionem ſe obligauerit; ſed ſolum hoc poſſe à fiſco prætendi ratione præſcriptionis, iſta, vt pacto ante dictum fuit, inducta non erat, tum etiam quia hæc adohæ, & releuij ſolutiones cauſam non habuerant continuam, ſed diſcontinuam omnino, quo caſu tanti temporis ſpatium requirebatur, cuius initij memoria non extaret in contrarium, gloſ. communiter recepta *in l. ſeruitutes, la grande, ff. de ſeruit. tit. generali*, per text. *in l. hoc iure*, §. *ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æſt.* Vnde cum vſque ad diem litis motæ non niſi anni ſeptuaginta eſſent elapſi, ergo; nec pariter fiſco opitulari poterat diſpoſitio text. *in l. cum de in rem verſo, ff. de vſur. in l. ſi certis annis, C. de pac. in l. ſi filiusfamil. C. de petit. hæred. in l. qui in aliena.* §. 1. *ff. de acquir. hæredit.* & *in cap. peruenit, de cenſibus.* Nam iura hæc nullo pacto proſunt, niſi cauſa allegetur, qua diuturna fuit facta præſtatio, vt puta ſi diceretur, *ſoluo tibi decem, quæ tibi per ſtipulationem promiſi*, vel in caſu noſtro, *ſaluo Regiæ Curiæ adoham pro tali caſtro quod in feudum à Rege teneo*, ita hoc declarant Abb. & reliqui *in d. c. peruenit* Salic. Alex. Aretin. & Iaſ. *in d. l. ſi certis annis*; Sed in caſu propoſito ſolutione adohæ cauſa allegata non fuit, ergo nec admittendum ex coniecturis poſſe cauſam probari, vt per Bald. *in l. generaliter, C. de non numer. pecun.* & Riminald. *in d. l. ſi certis annis*; Sicque adoham fuiſſe ſolutam ratione feudi, cum aliter non deberetur, vt per Andr. *in cap.* 1. *quis dicatur Dux*, & *in cap.* 1. §. *ſimiliter, de cap. Corrad.* nam reſponſum fuit, ex eod. Bald. Riminal. & Aretin. *in d. l. ſi certis annis*, quod annua præſtatio, nedum ex certa cauſa ſolui debet, ſed etiam ex certa ſcientia, quia ſi per errorem, eo detecto tollitur præſumptio; in caſu, de quo agebatur, cum eſſet productum inſtrumentum conceſſionis in emphyteuſim ab Hoſpitali factæ dicto Comiti de dicto Caſtro, per quod conſtabat illud eſſe burgenſaticum, nec aliter in feudum à Regia Curia teneri, fuit certè detectus error, & ſucceſſiuè titulus ille præſumptus, de quo in iuribus ſupra allegatis tollebatur omnino, quare his omnibus in Regia Camera diſcuſſis, nemine contradicente deciſum fuit Caſtrum Vignolæ vti rem burgenſaticam, non autem feudalem à Baronum cædulario eſſe delendum; reſpectu verò adohæ, & releuiorum ſolutorum Regium fiſcum fore, & eſſe abſoluendum.

D. De Marinis obſeruat ad deciſ. D. Reuerterij.

## OBSERVATIO.

Illud eſt, de quo principaliter fuit hîc dubitatum, nimirum an dominus vaſſallagij ius præſcribere poſſit, ita vt ſi quis pro re quam poſſidet, per certum tempus domino quot annis ſeruitium præſtiterit, quamuis res illa in allodium fuiſſet conceſſa, cogatur in futurum ſeruitium domino præſtare & eo modo, & forma, prout in præteritum præſtitit. Pro huius dubij reſolutione, quæ facilis eſt, dico primo ex noſtratibus nemini latere, quod quando tractatur de præſcribendo feudum in terminis text. *in cap.* 1. §. *ſi quis per triginta, ſi de feud. defunct. mil.* communis eſt apud nos omnium diſtinctio, nimirum, quod aut agimus de præſcribendo contra dominum, aut contra priuatum, ſi contra dominum, magis communiter receptum eſſe, text. *in d.* §. *ſi quis per triginta*, propter D. Regis abſentiam in Regno non procedere; ſic loquitur, ſi benè intelligatur Camer. *in c. Imperialem fol.* 8. *col.* 1. *lit. B.* vbi dicit omnes præſcriptiones, quæ ſe fundant ſuper ſolo curſu temporis hodie eſſe correctas, non autem illam quæ non ſe fundat ſuper ſolo curſu temporis, proindeque diſpoſitionem dicti §. *ſi quis per triginta* hodie non eſſe contractam, *nam bonus cauſidicus minimè dicet* (ſic loquitur Camer.) *ſe feudum poſſediſſe per triginta annos; ſed dicet ſe habere inueſtituram, & loco inueſtituræ præſentandæ probabit,* 1

*ſeruitium Domino præſtitiſſe curſu temporis triginta annorum*; *ſed* ſtatim ſubdit *col.2. lit.G.* hoc eſſe verum (nota) ſi iſti actus per quos præſumpta inducitur inueſtitura, fiant cum eo, qui de nouo poſſet facere inueſtituram veram, qui eſt Rex, ſi autem tali authoritate careret, provt vicerex, contrarium dicendum eſſe affirmat, ſicque apertè loquitur Camer. quod Rege abſente tex. *in d.§.ſi quis per triginta* non procedit, ſecus eo præſente; idem pariter dicimus affirmaſſe Io.Vinc. de Anna *ſing.*194. vbi ita per Regiam Camer. iudicatum teſtatur Camill. de Curte *in* 1. *part. ſui diuerſ. cap.*16. *num.*142. Octau. Bambacar. *in d. §. ſi quis per triginta*, *quæſt.*10. *à num.*71. *ad* 74. Io. Andr. de Georg. *in repet. feudal. cap.*25. & nouiſſimè Horat. Montan. *in repet. cap. Imperialem*, *§. præterea Ducatus*, *ante num.*152. *verſ. & ideo in Regno noſtro non poteſt practicari hac.*

2 At reſpectu priuati, & ſumus in ſecunda parte diſtinctionis, contrarium eſt omninò affirmandum, conſtat enim eſſe pariter apud nos receptiſſimum, poſſeſſione per triginta annos continuata bona fide, & præſtatione ſeruitij directo domino concurrentibus, aduerſario tamen præſente, feudum contra priuatum in Regno præſcribi, ita nimis clarè cautum habemus *in Conſtitutione conſuetudinem prauam hactenus*, vbi gloſ. *in verbo alij debeatur*, cui adhæſerunt Ioan. Andr. de Georg. *allegat.*3. *num.*13. Scipio Rou. *in pragm.*4. *num.*37. *de poſſeſſ. non turban.* & Horat. Mont. *loc. cit. num.*152. *verſ. ſed clarius determinatur*, quos allegando inſequutus ſui Ego ipſe *lib.*1. *reſol. iuris cap.*234. *num.*13. *& ſeq.*

3 Quibus ſic præſuppoſitis, deueniendo ad dubij propoſiti reſolutionem, quam facilem eſſe annuimus, dico eſſe pariter receptiſſimum, quod quando non conſtat de primæua, & originali rei conceſſione, de qua conſtabat, in caſu huius deciſionis, text. *in d. l. ſi quis per triginta* benè procedere, nimirum vt dominus, qui huius temporis curſu ſeruitium à vaſſallo exegit. dicatur ius vaſſallagij præſcripſiſſe, ita vt cogatur vaſſallus ſeruitium Domino præſtare in futurum, provt & in præteritum præſtitit, ita vno ore *in d. §. ſi quis per triginta*, faſſi ſunt Bald. *num.*7. *verſ. ſed quæro nunc*, Aluar. *num.*5. Mart. Laudenſ. *in fin. verſ. quid autem*, Speculat. *in tit. de feudis*, *§.*2. *verſ. tertio quæritur*, Iaſ. *de feud. par.*6. *num.*31. Io. Fab. *Inſtit. de iure perſonar. §. penult. num.*5. *verſ. ſed an per curſum*, Camill. de Curte *omnino viden. cit. cap.*16. *num.*141. *fol.*76. & alij, quos citat & ſequitur Octau. Bambacar. *in d. §. ſi quis per triginta quæſt.*5. *per tot.* vbi tamen aduertit, & prudenter hoc eſſe intelligendum cum eiſdem terminis, provt cum vaſſallo intelligitur, nimirum, vt dominus debeat allegare titulum conceſſionis per eum vel eius prædeceſſores factæ, & probare per triginta annorum ſpatium vniforme ſeruitium fuiſſe ſibi à vaſſallo præſtitum.

## *ARGVMENTVM.*

Retentio ratione hypothecæ, quam quis habet ſuper re, ad quem relaxandam eſt condemnatus, an & quando poſſeſſori competat, ad finem vt ſententiæ exequutionem imimpidere poſſit. Exceptio meliorationum factarum appoſita per eum, qui condemnatus eſt ad fundum dimittendum, an ſententiæ exequutionem impediat. Meliorationes an & quando cum fructibus perceptis compenſentur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCCLIX.

LATA ſeutentia per Regiam Cameram ad fauorem Ioannis Andreæ de Caſtellis filij & hæredis quondam Franciſci ſuper interdicto recuperandæ poſſeſſionis nemoris quod dicebatur del Mazzarone in pertinentiis Caſtri Balneoli, cuius quidem nemoris poſſeſſione dictus Franciſcus à Regio fiſco de facto ſpoliatus extiterat. Comes Sanctæ Agathæ poſſeſſor, qui à fiſco cauſam habebat, ad huius ſententiæ exequutionem impediendam, retentioni inſiſtens, duas opponebat exceptiones, primam hypothecæ anterioris ex perſona Bartholomæi Sellaruli, qui dictum nemus pro dotibus ſuæ vxoris priuſquam in poſſe dicti Franciſci perueniret, obligatum habebat, alteram meliorationum ſupra ducatos mille in dicto nemore per ipſum Comitem factarum; vnde de iſtarum exceptionum iuſtitia dubitari contigit. 1

Comes ad ſuam intentionem fundandam allegabat hypothecæ exceptionem, vt quis alteri præferatur, adhuc poſt ſententiam opponi poſſe, quia ſic illa non impugnatur. Bald. *in l. peremptorias*, *C. ſentent. reſcin. non poſſe*, Imol. *in cap. fin. de ordin. cognit.* Neguſant. *in tract. de pignor* 5. *par. princip. num.*8. Idemque reſpectu alterius factarum meliorationum, quæ adhuc in exequutione ſententiæ opponi poteſt, illamque impedire, & ſic rem, ſuper qua lata eſt ſententia retinere, donec ei, quod pro meliorationibus impenſum eſt, ſoluatur, vt Bart. *in l. in fundo*, vbi Alex. addens *ff. de rei vindic.* & Iaſ. *in l. ſi in Aſia ff. de condit. indeb.* & Neguſant. *loc. cit. num.*103. 2

Sed his omnibus pro parte Io. Andreæ, qui ſententiæ exequutioni inſiſtebat reſpondebatur, ipſum egiſſe interdicto recuperandæ poſſeſſionis, in quo ſi verum eſt provt veriſſimum, quod dominij exceptio opponi non poteſt, vt per DD. *in l. naturaliter*, *§. nihil commune*, *ff. de acquir. poſſeſſ.* Bart. & alij *in l. ſi coloni*, *C. de agric. & cenſit. lib.*11. bonus text. *in l. fin. de ordin. cognition.* adhuc ſi quis in continenti de iure ſuo docere vellet, licet ſecus in interdicto adipiſcendæ, quanto fortius in exceptione hypothecæ, pro qua minus ius poſſeſſori competit, Alex. *in l.*3. *§. fin. ff. de acqu poſſeſſ. & in conſ.*6. *lib.*3. Quoties enim alicuius rei poſſeſſio cum vitio ad aliquem peruenit, nunquam eidem, etiam pro debito verò datur retentio, ita Bart. *in l.*1. *§. rediguntur*, *ff.* 3

quor.

Digitized by Google

*quor. legat.* Bald. & alij *in l. fin. C. commod.* Neguſant. *cit tract. de pignor.* 5. *par. in* 4. *membro, in princip.* Et licet cum titulo nemus prædictum in Comitem perueniſſet, tamen vitium ſpolij non erat purgatum, ſicque non per hoc obſtabat, quin contra illum interdicto recuperandæ ſiue remedio *canon. reintegranda,* 3.*q.* 1. agi poſſet, vt per Alex. *loc. cit.* & Socin. *in l. rem, quæ nobis, in* 9.*quæſt. ff. de acquir. poſſeſ.* Eo magis in caſu propoſito dicebatur, cum nulla à Sellarulo creditore neque à fiſco, neque Comiti facta apparebat ceſſio, quamuis eidem fuiſſet creditum ſolutum, vnde actio erat extincta, ſicque amplius cedi non poterat, *l. Modeſtinus, vbi* Bart. *ff. de ſolutio.* notant Paul. de Caſtro, & reliqui *in l. ſi res obligata, ff. de legat.* 1. Hæc reſpectu primæ exceptionis.

4 Reſpectu verò alterius circa meliorationes dicebat Ioannes Andreas illas cum fructibus per Comitem perceptis compenſari debere, quia licet habuerit iſte bonam fidem, & titulum, tamen quia fructus percepit de re aliena, & ſic eius dominium erat alterius, benè compenſatio ſubintrare poterat, *l. ſumptus, ff. de rei vindicat*, tum etiam quia meliorationes non erant probatæ, quo caſu dicebatur ſat eſſe Ioanni Andreæ actori certum quid ſoluere, & pro reliquo cautionem præſtare de ſoluendo, quicquid per Regiam Cameram fuiſſet iudicatum, iuxta notata per Angel. & Alex. *in l.* 4. §. *ait Prætor, ff. de re iudic.* quamuis ſecus vbi in ſententia diceretur *ſolutis prius meliorationibus,* quia tunc oblata fideiuſſio non ſufficeret; ſed omnino meliorationes eſſent perſoluendæ. vt probat Paul. de Caſtro *conſ.* 316. *viſo puncto, col.* 2. *lib....* & Neguſant. *loc. cit. num.* 184. quare facta relatione in Regia Camera, fuit deciſum, ſententiam vt ſupra relatam fore, & eſſe debitæ exequutioni demandandam, & quod ea exequuta ſuper Comitis exceptionibus prouideretur.

## OBSERVATIO.

1 Circa illud dubium, quod hic excitatur, nimirum an exceptio meliorationum factarum appoſita per eum, qui condemnatus eſt ad fundum dimittendum ſententiæ exequutionem impediat, ita vt competat poſſeſſori retentio donec, & quouſque illarum pretium ſibi ſoluatur, vide ex recentioribus Hercul. Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 18. & Anton. de Amat. *reſol.* 14. *num.* 42. qui, magno Doctorum Catalogo relato, exiſtimauerunt, exceptionem hanc etiam poſt ſententiam oppoſitam illius exequutionem impedire, retentionemque poſſeſſori ſic opponenti competere, donec ei meliorationum pretium ſoluatur, Maſtrill. verò *deciſ.* 98. & Franc. Viuius *deciſ.* 192. *num.* 3. poſt Card. Put. *deciſ.* 461. *lib.* 2. & alios, quos citant, in ea ſententia eſſe videntur, vt ſi melioramenta ſunt liquida, vel incontinenti liquidanda, & tunc exceptio hæc omnino ſententiæ exequutionem impediat; at ſi illiquida, & eo caſu ſat eſſe pro ſententiæ exequutione, vt præſtetur cautio de ſoluendo, quicquid fuerit circa meliorationum æſtimationem iudicatum, niſi forſan in ſententia expreſsè fuerit dictum *ſolutis prius meliorationibus.* At apud nos in Sacro Conſilio, & in Magna Curia illud eſt, quod circa hoc ſeruatur; vt ſi meliorationes deductæ ſunt ante ſententiam & indiſtinctè impeditur illius exequutio, donec, & quouſque cum effectu illarum pretium poſſeſſori exburſetur; ſin autem de meliorationibus opponatur poſt ſententiam, ea debitæ exequutioni demandatur, nec aliter per hanc exceptionem impeditur exequutio, præſtita tamen fideiuſſione per victorem de ſoluendo, facta illarum liquidatione, de qua obſeruantia teſtatur Dom. Præſ. de Franch. *deciſ.* 112. Ego ipſe *reſolution. iuris lib.* 2. *c.* 133. *num.* 18. & 19. vbi in puncto principali, latè actum fuit, quoniam modo æſtimatio hæc ſit facienda, an vt illud tantum ſoluatur, quod impenſum eſt, vel potius meliorationum valor ſit attendendus ſolutionis tempore inſpecto.

2 Quantum verò attinet ad illud dubium hic tactum de compenſandis fructibus à poſſeſſore perceptis, cum meliorationibus per ipſum factis, vt illius reſolutio habeatur, inſpiciendum eſt, quodnam ſit iudicium inſtitutum, an reiuindicationis, an verò hypothecarium, nam in primò, cum natura actionis intentatæ fructuum reſtitutionem ſecum trahat, *l. fructus, ff. de rei vindicat. l. item veniunt*, §. *fructus ff. de petition. hæred.* Afflict. *deciſ.* 59. Capyc. Latro. *deciſ.* 63. Marcian. *diſp.* 58. *num.* 44. Conſequenter facta meliorationum liquidatione pro concurrenti quantitate, fructus percepti cum pretio melioramenti compēſantur, vt dicebatur hîc, & in hoc nulli dubium eſſe poteſt; difficultas eſt, verſantes nos in ſecundo iudicio, nimirum hypothecario, an in eo lata ſententia poſſit creditor dicere poſſeſſori, qui petit meliorationum pretium, vt illæ compenſentur cum fructibus poſt litem motam perceptis; pro poſſeſſore facit, quia vti rei dominus fructus percepit, ſicque ſuos facere potuit; ſed contrarium in articulo generali, ex Iacob. de Aren. & Salicet. quos allegant, firmarunt Capyc. *deciſ.* 173. & Cæſar. Manente *deciſ.* 34. *num.* 39. At ego de his agens *lib.* 1. *mear. reſolut. cap.* 155. dixi, apud nos vſu receptum eſſe, vt in iudicio hypothecario, fructus, ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam percepti non veniunt, ſicque Capyc. deciſ. nullius ponderis eſſe, vt bene per Marcian. *loc. cit.* poſt alios, quos citat; verum ſi poſſeſſor meliorationes feciſſe allegauerit, iuſtius eſſe eas cum fructibus lite pendente perceptis compenſari, idque ex ſententia Couarr. *var. cap.* 8. *numer.* 3. *verſ. quamobrem*, & aliorum, quos retuli.

3 Vlterius hic fuit tentum poſſeſſori non eſſe dandam retentionem rei poſſeſſæ ex hypotheca, quam ibi habebat, quamuis anteriorem, ex eo quod res illa ad eumdem cum vitio peruenerat, ad cuius dicti confirmationem, memini alias dixiſſe, ex Io. Vincentio de Anna *allegatio.* 80. *num.* 9. Franciſco Cremenſ. *ſingul.* 93. & Ioan. Petr. Molignat *de retention. quæſt.* 59. poſt alios, quos citant, hypothecæ vim tantam eſſe, vt licet, quis ex inordinato, aut nullo proceſſu fuerit immiſſus in poſſeſſionem rei ſibi hypothecatæ, attamen eiuſdem rei retentionem ſibi competere, verum ſi res illa cum vitio in huius creditoris poſſe perueniſſet, retentionem ratione hypothecæ denegari omnino, ſic allegando addentes ad Cremens. *in ſupra allegat. ſingul.* 93. & Molignat. *in dicta quæſtion.* 59. *in fine.*



ARGV

## ARGVMENTVM.

Fructus percepti, ſiue qui percipi potuerunt ex re, ad cuius relaxationem poſſeſſor tenetur an, & quando, & in quibus caſibus ſint reſtituendi; & à quo tempore. Bonæ fidei poſſeſſor an, & quos fructus ſuos faciat. Malafides authoris an, & quando noceat eius hæredi, adhuc in bona fide conſtituto; Et de pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCCCLX.

1 QVAMVIS Sereniſſima Regina Poloniæ teſtamento ſuo Statum Bari, & Roſſani Sereniſſimo, & Catholico Regi noſtro Philippo huius nominis ſecundo legaſſet, tamen ex alio Regius fiſcus ad Regiam Curiam bona illa ſpectare prætendebat, nimirum vigore ceſſionis factæ Cæſareæ Maieſtati à Ioanne Franciſco Sforzia, cui Dux Mediolani eius pater mediante Regio aſſenſu eadem bona refutauerat. Item, & ſecundò quia linea dicti Ioannis Franciſci erat iam finita, & ſic eorumdem bonorum factus erat caſus reuerſionis ad Regiam Curiam, vnde ex his Regius fiſcus prætendebat, quod fructus dictorum bonorum tàm ab Illuſtr. Domina Iſabella, de Aragonia Duciſſa Bari, quam à dicta Sereniſſima Regina eius filia percepti Regiæ Curiæ erant omninò reſtituendi, quo factum fuit, vt quid iuris dubitaretur?

2 Pro reſolutione huius tunc occurrentis controuerſiæ præſuppoſito, quod poſſeſſor rei, ex qua fructus percipiuntur poſſit eſſe in mala, & in bona fide, dicebatur indubitatam eſſe concluſionem, malæ fidei poſſeſſorem, ſiue cum titulo, ſiue abſque titulo ſemper ad fructus perceptos reſtituendum teneri, vel quod naturales illi fuerint, vel ciuiles, aut induſtriales, ita DD. communiter *in l. certum, & in l. domum, C. de rei vindic.* & *in l. ſi nauis, ff. eod.* Quæ quidem mala fides adeo maximi ponderis eſt, vt dum incæpit à primò iniuſto poſſeſſore, iſto defuncto nocebit eius hæredi, dato quod hic bonam fidem haberet, quia vitium defuncti, etiam reſpectu fructuum ad hæredes tranſit *l. 1. cum gloſ. C. de petit. hæred.* vbi Aret. addit, quod ſicut authoris mala fides, quoad vſucapionem nocet vniuerſali ſucceſſori *l. cum hæres, ff. de diuerſ. & temporal. præſcript.* Alex. & reliqui *in l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acquir. poſſeſſ.* ita pariter nocet quoad fructus, vt ſuos non faciat, quamuis bonæ fidei ſit hæres; Bart. *in l. & ex diuerſo, ff. de rei vindicat.* Afflict. *deciſ.* 140. Secus autem communiter receptum eſt in bone fidei poſſeſſore, is enim, etiam quod titulum non habeat, fructus omnes, quos percipit ſuos facit, niſi locupletior ſit effectus *l. ſed, etſi lege, §. conſuluit, ff. de pet. hæredit. & l. 1. C. eod.* Quæ quidem iura non aliter diſtinguunt an ſint fructus naturales, vel induſtriales; eſt tamen ſciendum quod in omnibus caſibus in quibus bonæ fidei poſſeſſor fructus reſtituere tenetur, vel quod ſint percepti, & non conſumpti, vel quod ſit effectus locupletior, hic ſi bona fide, & iuſto titulo triennio illos poſſederit, eos vſu cæpiſſe cenſetur, ſuoſque irreuocabiliter effeciſſe, ita Bart. *in l. ſequitur, §. fructus, ff. de vſucap.* dicens per hoc limitari omnes leges dicentes bonæfidei poſſeſſorem fructus extantes reſtituere teneri, quia intelliguntur niſi per triennium poſſederit, id quod pariter placuit Angel. & Imol. & clarius Paul. de Caſtro *ibidem*, Angel. Aret. *in §. ſi quis à non Domino, Inſtit. de rer. diuiſ.* Abb. *in c. grauis, de reſtit. ſpoliat.* Curt. Sen. ſatis bene *conſ. 71. n. 10. in 6. concluſ.*

Quibus ſic præſuppoſitis conſiderabatur 3
Illuſtriſſimam Dominam Iſabellam de Aragonia Duciſſam Bari in poſſidendo bona feudalia, de quibus agebatur in mala fide fuiſſe conſtitutam, attento quod illorum vtile Dominium erat penes Io. Franciſcum Sforziam Ducis Mediolani filium, cui pater Regio aſſenſu mediante refutauerat, ipſaque Illuſtriſſima Domina ex domo illa non deſcendebat, nec pariter eadem bona obligata tenebat, quo circa nullum ius in dicto Statu habere prætendebatur, & ſucceſſiuè dum illum occupauerat, in mala fide fuit conſtituta; quoties enim quis rem ſuam capit alienam eſſe ſcire debet, *l. fin. C. commun. vtr. indic.* Idemque ſi attendebatur Regis Frederici eius patrui priuilegium, quod vel erat falſum, vel cum antedata conceſſum in Inſula Iſchiæ, in qua tunc temporis dictus Rex de Regno deſperatus commorabatur, tamen pro bona fide prætendebatur tam dictam Illuſtriſſimam Dominam, quam Sereniſſimam Reginam eius filiam per annos quinquaginta ſeptem bona prædicta poſſediſſe, etſi verum eſt, quod licèt alias mala fides præſumatur, tamen ſi quis pacificè per annos triginta poſſederit, tollitur illa malæfidei præſumptio, etiam ab initio, Bart. *in l. fin. C. vnde vi*, Abb. *in c. ſi deligenti, extra de præſcript.* Aretin. *in cap. 2. extra de probat.* & Alex. *in diſputat. Sigiſmundus.* Quanto magis in eo qui per quinquaginta annos poſſederit, tum etiam quia vtraque ex iſtis Dominis mater, & filia videntibus, & ſcientibus Regni huius Regibus eorumque officialibus poſſederant, ad notata per Bart. *in l. ſi publicanus, §. fin. ff. de public. & vectigal.* Sic adohæ, & releuium ſoluentes, ita vt nedum de fructibus

tractari

Digitized by Google

tractari non poſſit; ſed bene prætendi poſſe per hanc ſeruitij præſtationem vtile dictorum feudorum dominium acquiſiuiſſe, *cap.* 1. §. *ſi quis per triginta*, vbi Andr. & cæteri Feudiſtæ, *ſi de feud. defunc. fuer. contr.* Ex quibus Dominis Regiam Cancellariam Regentibus rem eſſe valde dubiam videbatur.

## OBSERVATIO.

1 AD pleniorem intelligentiam eorum, quæ in hac deciſione habentur, & vt iuris principiis reſolui poſſit, quando dubitari contingit, an rei poſſeſſor, ex qua fructus percepit, dum ad rem illam relaxandam condemnatur, ſit pariter condemnandus ad reſtitutionem fructuum perceptorum, opus eſt, iuxta ea, quæ in obſeruat. ad deciſ. præcedentem annuimus, vt inſpiciatur, quod nam iudicium ſit inſtitutum; multoties enim aget quis pro recuperatione rei ſuæ, quæ ab alio tenetur occupata; interdum aget quis contra poſſidentem alicuius defuncti hæreditatem, quæ ad ipſum ſpectat, aliquando aget quis vti fideicommiſſarius, ad hoc vt hæres grauatus, vel ipſius grauati hæres hæreditatem ei reſtituat, quia fideicommiſſi dies ceſſit, vel purificata eſt conditio; interdum, & ſæpe ſæpius, quando creditor pro ſui crediti recuperatione agit contra tertium fundi ſibi obligati poſſeſſorem, vel hypothecaria actione, vel Saluiano interdicto, vel vt nos dicimus iure aſſiſtendi.

2 Etenim verſantes nos in primo caſu, de eo qui rem ad alium ſpectantem poſſidet, is enim ſi malæ fidei eſt poſſeſſor, ſit locus diſpoſitioni tex. *in l. domum.* 5. *C. de rei vindic.* qua attenta non ſolum ad fructus perceptos, ſed etiam ad fructus, qui percipi poterant, tenebitur, expenſaſque dumtaxat recuperabit, & vtiles abſque prioris ſtatus læſione; eſt tamen verum circa fructus, qui percipi potuerunt veriorem Doctorum ſententiam eſſe ſub diſtinctione, an ſcilicet poſſeſſor malæfidei titulo careat, & tenebitur ad fructus, qui percipi potuerunt, aut verò habet titulum, ſed ſcienter à non domino rem acquiſiuit, & excuſatur à fructibus qui percipi potuerunt, videantur Syluest. *in ſumma, in verb. reſtitutio.* 3. *quæſt.* 9. Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.* 449. Cabed. *deciſ. Luſit.* 69. *num.* 1. *par.* 1. Ludouic. Lopez *in inſtruct. conſcient. par.* 1. *cap.* 238. Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſ.* 13. *num.* 54. Ioann. Garzia *de expenſ. cap.* 23. *num.* 43. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 7. *proem. num.* 161. vbi ait, condemnationem de fructibus, qui percipi potuerunt, in tribus caſibus à Rota fieri ſolere. Primò contra violentum ſpoliatorem, etiam ſine armis. Secundò quando agit pupillus minor, vel Eccleſia. Tertiò contra attentantem, latè Sanchez *in precept. decalog. lib.* 2. *cap.* 23. *nnmer.* 98. *& ſeq.* vbi limitat, niſi titulus ille ſit lite pendente procuratus, quia tunc etiam ad reſtitutionem fructuum, qui percipi potuerunt, hic, qui ſcienter à non domino emit, tenebitur. At ſi qui ad rem dimittendam condemnatus eſt, bonæ fidei eſſet poſſeſſor, quia rem emit ab illo, quem verè credebat eſſe dominum, vel alio titulo bona fide acquiſiuit, & tunc hic extantes tantum fructus reſtituet, vniuerſos autem poſt litis conteſtationem, quia exinde conſideratur poſſeſſor malæfidei, & hic eſt tex. *in l. certum* 22. *in* 2. *reſp. C. de rei vindic.* videantur Capyc. *deciſ.* 93. Syluan. *conſ.* 49. *n.* 75. Barboſ. *in l. diuortio* §. *fin. par.* 1. *num.* 42. *verſ. non perceptos, ff. ſolut. matrim.* Hartm. Piſtor. ſatis bene *quæſt. iur. lib.* 4. *quæſt.* 27. Rebell. *de obligat. iuſtitiæ, part.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 8. & alij in iudicio autem petitionis hæreditatis, quod competit hæredi, vel contra cohæredem, qui integram defuncti hæreditatem poſſidet, ad tex. *in l. ſed etſi* 28. §. *adeò autem, ff. de pet. hæredit.* vel contra poſſidentem pro hærede, cum verè talis non ſit, ad tex. *in l. regulariter* 9. *iuncta l. ſeq.* & *l. pro hærede* 11. *ff. eod.* & in hoc ſunt iura nimis clara, & vulgata *in l. item veniunt*, §. *item non ſolum, & in l. ſed & ſi lege*, §. *ſi ante litem, &* §. *conſuluit; ff. de petit. hæred.* & *in l.* 1. *C. eod.* quibus quidem ſanctionibus expreſsè ſtatutum agnoſcimus; vt fructus in hoc iudicio ſtatim poſt motam controuerſiam veniant, vt ſatis bene ex recentioribus obſeruat Hartm. Piſtor. *cit. cap.* 27. *à num.* 5. *ad fin.* Eſt tamen verum, quod aliquando Doctores noſtri hac in re ſic diſtinguendo loquuti fuere, nimirum, quod aut agitur de fructibus ante litis conteſtationem perceptis, & ſumus in malæfidei poſſeſſorem, & hic tenebitur, non modo ad perceptorum reſtitutionem; ſed ad illorum vſuras; ſin autem bonæfidei extiterit poſſeſſor, & teneri, eum dixerunt, quatenus ſit effectus locupletior; at ſi de illis agamus fructibus poſt litem conteſtatam perceptis, & tunc, quia videtur nullum poſſe adhiberi diſcrimen inter malæfidei, & bonæfidei poſſeſſorem, veniet fructuum reſtitutio. Ratio aſſignatur, quia poſt litem conteſtatam, ſiue, & melius poſt controuerſiam motam omnes dicuntur pares nimirum in mala fide conſtituti, videatur inſignis Anton. Fab. *diff.* 8. *C. de petit. hæredit. &* 64. *C. de fruct. & lit. expenſ.* Ego ipſe *reſol. iuris lib.* 2. *cap.* 92. Vbi tamen ad prædicta vnam placuit tradere reſtrictionem, nimirum, vt concluſio modo firmata circa reſtitutionē fructuum poſt litis conteſtationem perceptorum, procedat in eo poſſeſſore hac actione conuento, qui nullam haberet iuſtam litigandi cauſam, ſicque verè eſſet in mala fide conſtitutus, de iſto enim loquuntur iura *in d.* §. *ſi ante litem, & in d.* §. *conſuluit*; Cæterum vbi eſſet in bona fide conſtitutus hæreditatis poſſeſſor iuſtam habens litigandi cauſam, cenſui eo caſu, quod ſuos ſine dubio faciet fructus lite pendente perceptos; id quod dixi contingere poſſe ſi de iuris articulo ageretur, qui à Doctoribus difficilis reputaretur, vel ſi opinionum ſe offerret varietas, & contradictio, vt nec facile, quæ communis eſſet, diſcerni poſſet.

In fideicommiſſario autem cum dubitetur, à quo 3 tempore poſſeſſor bonorum fideicommiſſo ſubiectorum teneatur reſtituere fructus, quos à bonis illis percepit, an inquam à die purificati fideicommiſſi, vel potius à die litis motæ, reſpondeas, nonniſi à die litis motæ, vbi fideicommiſſarius in petendo fideicommiſſum fuerit negligens; at ſi nulla ei imputari poſſit negligentia, quia ideo bona fideicommiſſo ſuppoſita non petiit ex quo de illo nullam habebat notitiam, & eo caſu, quia habetur; ac ſi hæres à die purificati fideicommiſſi interpellatus eſſet, conſequenter ab illo die fructus ſunt reſtituendi, idemque vbi bonorum fideicommiſſo ſubiectorum dominium iure abſque reſtitutionis miniſterio in fideicommiſſarium transfertur, vt in caſibus, quos enumerat gloſ. *in l. penul.* §. *fin. in verb. ipſo iure, C. ad Sen. Conſ. Trebell.* In illis enim fructus ſunt pariter reſtituendi fideicommiſſario à die euenientis conditionis, licet nulla interuenerit petitio, videantur, qui ſupradicta omnia confirmant, nimirum Bart. *in l. in fideicommiſſarium, ff. ad Senat. Conſ. Trebell. in l. eius qui in Prouincia, ff. ſi cert. pet. & in l. qui Romæ*, §. *duo fratres, ff. de verb. obligat.* Alciat. *conſ.* 777. *in fin.* Hieron. Grat. *conſ.* 132. *num.* 7. & 8. *lib.* 2. Viu. *deciſ.* 262. *à num.* 26. Surd. *deciſ.* 25. *num.* 11. *&* 19. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 41. *&* 49. & Fuſat. aliis omiſſis *de ſubſtit. quæſt.* 626. Hæc quando qui bona fideicommiſſo ſubiecta poſſidet, eſſet in mala fide conſtitutus, at ſi bonæfidei poſſeſſor conſideratur, vt quia

Digitized by Google

quia bona illa fideicommiſſo ſubiecta eſſe ignorabat, quod de facili contingere poteſt in perſona hæredis grauati, ſiue cuiuſuis alterius bonæfidei poſſeſſoris, & tunc nullo pacto dicendum eſt, vt hic bonæ fidei poſſeſſor cogi poſſit ad fructus reſtituendos à die purificati fideicommiſſi, niſi quatenus eſſet effectus locupletior, ſed tantum illos reſtituet, quos poſt litem motam percepit; Ita Rota *in vna Auximana fideicommiſſi, ſub die 26. maij, 1642. coram D. Dunzeto*, quæ eſt impreſſa *lib. 2. mearum reſol. cap.* 104. quam vide, vti ſingulariſſimam; Item alius conſideratur notabilis caſus, vt poſſeſſor bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, nec ad fructus poſt litem motam perceptos teneatur, & erit ſi iuſtam habuerit litigandi cauſam; ſicque Sac. Conſilium determinaſſe, atteſtatus ſuum Ego *eod. lib. 2. mear. reſol. cap. 92. n.* 8.

4 Quantùm verò attinet ad fructus perceptos per emptorem bonorùm alteri obligatorum cum quæratur, an hic hypothecaria actione conuentus, ſiue Saluiano interdicto, ſiue, vt nos dicimus iure aſſiſtendi teneatur ad reſtitutionem fructuum poſt litem motam per eum perceptorum, ſemper negatiuè eſt reſpondendum vt nouiſſimè latè, ſimulque & eleganter probat Domin. Reg. Marcia. recol. mem. *diſp. iur. lib. 2. diſput.* 58. poſt Dom. Reg. Sanfel. *deciſ.* 119. hi enim atteſtantur nunquam S. C. aſſiſtentiam præſtitiſſe ſuper re, & ſuper fructibus, niſi ſuper illis fuiſſet petitum, & obtentum ſequeſtrum.

## *ARGVMENTVM.*

Contractus intus carceres celebratus inter carceratum, & illum, qui eum carcerari fecit, an nullus allegari poſſit vti metu carceris factus, ſi carceratio, quæ præceſſit iuſta extitit. Carceratus iniuſtè ſi prædium ſuum vendiderit, vt ſe à carceribus redimeret, nùm valeat demum rem illam, quam vendidit à poſſe emptoris recuperare. Officialis, qui officio completo Syndicatui ſe expoſuit, nùm accuſari poſſit, ſub prætextu, quod inquiſitos in carcere pecunia compoſuit.

## DECISIO CCCCCLXI.

1 INQVISITO ſpectabili Aloyſio Ram Comite Sanctæ Agatæ, ac pariter in carceribus Mag. Curiæ carcerato pro variis delictis, ac culpis in eius officio Magiſtri Siclæ huius Ciuitatis commiſſis, tandem compilato proceſſu fuit ille per diffinitiuam ſententiam officio prædicto priuatus, fidemque obſtringens ſuam, vt caſu quo à ſententia prædicta reclamaret, teneretur ſub pœna ducatorum mille ad carceres redire; demum duobus elapſis annis intra quorum tempus reclamare potuiſſet, *Auth. quæ ſupplicatio, C. de precibus Imper. offeren.* Inſtabat Regius fiſcus per Regiam Cameram fore declarandum, ſententiam prædictam in rem iudicatam tranſiuiſſe, cum impoſitione perpetui ſilentij, ſed huic inſtantiæ Comite ſe opponente quid iuris dubitari contigit?

Dicebat Comes carceris metum in cauſa 2 fuiſſe, vt reclamatio intra tempus prædictum interpoſita non fuerit, nullatenus enim ſtante eius obligatione reclamare poterat, niſi ſtatim ad carceres rediret, ſicque demonſtrauit alias ſe proteſtatum obligationem illam carceris metu peregiſſe, ex eo quod ſenex erat, & in mala conſtitutus valetudine, diùque carceribus mancipatus extiterat, & vbi ab illis exiret, ita promiſerat, vt reclamare non potuiſſet, niſi ſtatim eo ad carceres reuerſo; hic metus carceris iuſtus eſt *l. qui in carcerem*, vbi Bart. & reliqui, *ff. de eo, quod met. cauſ. c. fin. extra de appellat.* vbi Abb. dicit quod ſi quis ob Iudicis metum non appellauerit, habetur, ac ſi appellaſſet, dummodo coram Iudice proteſtetur, vel ſi timet coram probis viris; ſed replicabat fiſcus, Comitis carcerationem de iure proceſſiſſe, ex quo delicta per ipſum commiſſa capitalia erant, eorumque pœna ſupra relegationem, vnde cum iuſtè fuerit condemnatus, appellando, debebat eum ſtatum obtinere, prout, & ante condemnationem, *l. minimè, C. de appellat.* Etenim, qui eſt iuſtè carceratus poteſt intus carceres contrahere cum illo, qui eum carcerari fecit, & talis contractus tenet, Bart. Bald. Angel. & omnes *in d. l. qui in carcerem*, nam, etſi contractus metu factus annullari debeat, quia regulariter non eſt ipſo iure nullus *l. ſi mulier, §. fin. ff. de eo quod met. cauſ.* Aret. *in l. ſi quis poſt accuſationem, ff. de teſtam.* tamen ſi iuſtè illatus fuit metus, talis contractus, ſeu obligatio non reſcinditur, hic eſt tex. *in d. l. ſi mulier.* Ex quibus meritò dicebatur, promiſſionem illam à Comite factam de non reclamando, & caſu quo reclamaretur, vt cogeretur ad carceres redire iuri conſentaneam fuiſſe; ius enim expoſcebat vt dum reclamare volebat ad carceres reuerti teneretur *d. l. minime.* Et ſic metus, qui allegabatur carceris, vti iuſtè à Regio Fiſco illatus ad contractum reſcindendum ſufficiens non erat, & ſucceſſiuè dum infra biennium non fuerat reclamatio interpoſita, erat ſibi imputandum; quod ſecus eſt quando detentio in carceribus iniuſta eſſet, & pro criminibus nō capitalibus; non enim poteſt quis per pactum ſe obligare, vt aliquo non ſeruato ducatur ad carceres. Angel. *in l. nemo poteſt, ff. de leg.* 1. Alex. & Aret. *in l. alia cauſa, §. eleganter, ff. ſol. matrim.* Quare relata cauſa per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtriſſ. Dom. Prorege, fuit per omnes Dominos Regiam Cancellariam Regentes,

Digitized by Google

tes, Dominos Regiæ Cameræ Præſidentes, deciſum ſententiam prædictam ob reclamationem intra biennium non interpoſitam in rem iudicatam tranſiuiſſe, ac proinde perpetuum ſilentium imponendum eſſe.

## OBSERVATIO.

1 HÆc eſt communis omnium ſententia in terminis tex. *in vulg. l. qui in carcerem, ff. de eo quod met. cauſ.* quam hic probat Domin. Reg. noſter, nimirum vt quando iniuſta præceſſit carceratio, nulla ſit omnis obligatio, quæ à carcerato fit, cum metu carceris ſe obligaſſe cenſeatur, ſicque ſe obligauit, vt libertatem conſequeretur, & ne in vinculis manciparetur; eſt enim carcer mala manſio, at ſecus, vbi iuſta fuit detruſio, vt in caſu huius deciſionis, tunc enim ſi ob illum contractum faciendum fuerit hic carceratus, contractus validus, firmuſque remanet, & procedit tex. *in l. ſi mulier, ff. eod.* ita vno ore faſſi ſunt DD. communiter *in iuribus prædictis*, Paul. de Caſtro *in l. non intereſt, C. quod met. cauſ.* vbi ſingulariter dixit, quod ſi iniuſte carceratus, vt ſe à carceribus redimeret, prædium ſuum vendiderit, ac pretium receperit, quod demum ſoluit illi, qui carceratum eum detinebat, poterat poſtea hic prædium illud ſic venditum ab emptore recuperare, etiam pretio non reſtituto, quod vti ſingulare dictum ſcripſit Hippol. de Marſig. *ſing. ſuo 306.* Quod ſecus dicendum ſi carceratio iuridica fuiſſet, vt affirmat Guid. Pap. *ſing.* 840. vbi dicit, quod quando quis ex iuſta cauſa detentus reperitur, compoſitio etiam cum illo facta, qui eum detinebat, ſuſtinetur, idemque Pariſ. de Put. *de Syndic.* in verbo *compoſitio. in c.* quod incipit, *An ſi eſt facta compoſitio,* vbi dicit, non eſſe à Syndicatoribus audiendum illum, qui officialem ſyndicandum accuſat, ſub prætextu, quod ipſum in carceribus pecunia compoſuit, dum carceratio iuſta fuit, quia verè deliquit, nam licèt (inquit Paris) promiſſio in carcere facta carceranti regulariter nulla ſit, per tex. *in d. l. qui in carcerem,* hoc tamen procedit quando iniuſtè fuit carceratus, ſecus ſi iuſtè. Anton. Fab. *in rational. ad d. l. qui in carcerem,* vbi ſic loquitur. *Hæc lex de illo loquitur qui propria authoritate, & illicite alium detruſit in carcerem, vt aliquid ab eo extorqueret, quod non debebatur, non de illo qui iure, & ſuo, & communi vſus eſt.* Rota *deciſ. 295. ex 372. collectis per Farinac.*

2 Confirmat nouiſſimè hæc omnia Balthazar. Mongellon. *in ſuo tract. de metu, cap. 2. §. 6. numer. 11.* vbi addit pro effectu prædicto, non ſolum illum dici carceratum, qui in publico detruditur carcere; ſed etiam eum, qui de carcere ad cameram cum cuſtodibus ductus eſt, ex Hypp. de Marſig. *in conſ. 125. num. 47. lib. 2.* Item eum qui poſitus eſt in domo, ſeu alio loco ſub cuſtodia, vt per Guid. Pap. *loc. cit.* omniſque qui non poteſt ire, quo vult, vt per Dec. *conſ.* 118. *num. 5.* & Franc. Marc. *in deciſ. 377. n. 1. & 2. par. 2.* vbi dicit paria eſſe facere contractum in carcere, vel extra, quando aliter euadere non potuiſſet, ac pariter eum dici carceratum, qui ſub fideiuſſoribus eſt relaxatus, vt per Guid. Pap. *loc. cit.* ac & tandem dici eum carceratum, qui ſub iuratoria cautione relaxatus eſt, cùm iuramentum ſit pro fideiuſſore, & metus periurij iuſtus eſt metus.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## ARGVMENTVM.

Feudum an dicatur antiquum, vel potius nouum ad finem videndi, quomodo taxari debeat, an ſecundum taxam nouam, vel potiùs prout taxatum reperiebatur, ſi contendentibus fiſco pro deuolutione ob lineam finitam vltimi poſſeſſoris feudatarij, & illo, qui in feudo legitimum eſſe ſucceſſorem allegabat, fuit quæſtio tranſactione finita, ſic certa pecuniæ quantitate fiſco ſoluta.

## DECISIO CCCCCLXII.

CVM in vltimis conſtitutus eſſet D. Alphonſus Caracciolus Comes Burgentiæ filios non habens in duabus ſuis terris, nimirum Valuani, & Recigliani D. Iacobum nepotem Regio aſſenſu mediante hæredem inſtituit, illoque demum defuncto, Regius fiſcus ob lineam finitam dictarum Terrarum poſſeſſionē cæpit, vigore *cap. ex præſumptuoſe,* & quamuis Iacobus hæres ſe opponeret, ſuamque demonſtraret iuſtitiam, quod legitimus erat dictorum feudorum ſucceſſor, ſtante Regio aſſenſu, quo hæredis inſtitutio vallata erat, tandem poſt longam controuerſiam habitam prodiit ſententia pro Regio fiſco, licet contra iuſtitiam, vt annuit Domin. iſte Reg. qui exiſtens tunc Præſes Regiæ Cameræ inſimul cum Dom. Cicco Loffredo Regiam Cancellariam Regente, ac Dom. Hieronymo Albertino tunc ſimiliter Præſidente fuerunt in voto contrario, quamuis pro fiſco reſpondiſſent Domini Regentes Hieronymus de Colle, & Ioan. Martialis, ac Domini Præſidentes Franciſcus Anton. Villanus, & D. Guerriero. Verùm cum ab hac ſententia pro parte Domini Iacobi reclamatum eſſet, tandem inter eum & Regium fiſcum fuit inita tranſactio, qua mediante ſoluit Iacobus Regiæ Curiæ ducatos duodecim mille; poſtea eo in poſſeſſione dictarum terrarum exiſtente, prætendebat Regius fiſcus de nouo illas taxare, & in cedulario vti feuda noua ſcribi facere, ex eo quod extiterat iam per ſententiam Regiæ Cameræ declaratum, feuda illa fuiſſe ob lineam finitam ad Regiam Curiam reuerſa, & quamuis demū eidem Iacobo reſtituta eſſent, non per hoc niſi feuda noua dici poterant, contradicebat Iacobus, vnde quid iuris dubitabatur. 1

Fuit per Regiam Cameram nemine contradicente pro Iacobo deciſum, ratio deciſio- 2

nis, quia compertum fuit in tranſactionis inſtrumento expreſsè dictum fuiſſe, vt Terræ prædictæ ſtante ſolutione facta ducatorum duodecim millium, reſtituerentur dicto Iacobo, feudi natura in aliquo non mutata, ſicque dicebatur fieri locum dictis per gloſ. *in c.Imperialem*, *§.inſuper*, *in verbo priuetur*, *de prohib.feud.alien.per Frederic.* vbi firmat, quod ſi vaſſallus in dominum deliquerit, ob quod feudum antiquum amittit, illo demum ex gratia reſtituto, feudum illud non aliter nouũ, ſed antiquum dicetur, prout per prius, ad finem vt feudatario abſque liberis decedente, poſſint agnati ſuccedere, idemque Bart. *in l. quod dicitur*, *ff. de impenſ. in reb. dotal. factis*, Ioann.de Plat. *in l.penult. C. de conſul. lib.12.* & Andr. *in cap.1. de vaſſall. decrep. ætat.* Vbi poſt multa tenet quod in dubio ſemper remanet antiquum, niſi Princeps verbis illis vteretur, nimirum, *reſtituimus tibi feudum*, *& de nouo concedimus*, quia tunc de reſtituentis mente conſtaret quod voluerit, vt eſſet feudum omninò nouum, at vbi verba hæc, *& de nouo concedimus* appoſita non eſſent, ſemper feudum erit antiquum prout ante, ſequitur ibidem Præpoſ. & Loffred. qui ita per Regiam Cameram in cauſa Iacobi Carboni iudicatum refert.

## OBSERVATIO.

1 Exiſtimo indubitanter, feuda, de quorum deuolutione hic agebatur in perſonam Comitis fuiſſe noua, & ſic ab ipſo acquiſita, ideoque dubitatum, an in illis potuiſſet ſuccedere nepos, quia adhuc eo tempore vigebat ius conſtitutionis, *vt de ſucceſſionibus*, qua attenta in feudis, vel ex Regia largitione acquiſitis, vel alias quouis titulo, nepos ex fratre non ſuccedit, ibi: *in acquiſitis autem patruo ex largitione noſtra, vel quolibet titulo, iure ſuo nepotes ex fratribus non ſuccedunt.* At ſi hodie hic contingeret caſus, non eſſet, de quo dubitare, ſtantibus gratiis Regni Baronibus conceſſis, quibus mediantibus in feudo à patruo acquiſito nepos non ſolum ex fratre, ſed etiam ex ſorore, tam ex vtroque, quàm ex altero tantum latere coniunctis ſuccedit, adhuc ſi in inueſtitura legeretur clauſula, *pro ſe, & hæredibus ex corpore*, vt habetur, *in pragm.29. de feud.* Et nos centies repetimus, iure tamen conqueritur Domin. Regens fuiſſe in hoc caſu declaratum eſſe locum deuolutioni ob lineam finitam, quia Comes hac particulari gratia tunc fruebatur; ſed nos in hac deciſione non habemus motiua contraria, vt poſſemus dicere an iure, vel iniuria ſit iudicatum.

2 Sed quicquid ſit de hoc, quantum attinet ad punctum principalem, an quia lis inter Iacobum nepotem, & Regium fiſcum in gradu reclamationis fuerit tranſactione finita, dicerentur feuda illa noua, ad finem vt de nouo taxari poſſent, vel potius antiqua, iure optimo pro Iacobo deciſio prodiit, ſtante clauſula in eo tranſactionis contractu appoſita, nimirum *feudi natura in aliquo non mutata*, Quæ idem importat, ac ſi Rex dixiſſet, vt per illam tranſactionem originalis ſtatus rei non alteretur, vt in puncto ex Bald. ſcripſit Capyc. *in ſua inueſtitura in verbo feudorum clauſulæ fol.136. col.1. in fine*; Quodque ſi feudum ob feudatarij delictum ad dominum reuertitur, remaneat illud antiquum, dum dominus ipſe eidem vaſſallo delinquenti indulget, iuxta dicta hic per Domin. Reg. noſtrum, firmat pariter nouiſſimè Dom. Conſiliar. Io. Andr. de Georg. *allegat.8. num.11.* cuius meminit Camill. de la Ratha *in ſuo theatro feud. tom.2. par.12. dilcid.92. numer.17.*

## *ARGVMENTVM.*

Tutor ſi priuſquam adimpleuerit, quæ de iure adimplenda ſunt, aliqua geſſerit, quæ pupilli vtilitatem concernunt, nùm hæc ſic geſta de iure ſubſiſtant. Balius teſtamentarius antequam adminiſtrare incipiat, num teneatur adimplere, quæ à tutore adimplenda ſunt, & quando fideiuſſionem de bene, & fideliter adminiſtrãdo bona pupilli feudatarij præſtare tenetur, quam ſummam fideiuſſio hæc continere debet. Naturalis an ſicut eſt incapax ſucceſſionis feudi, ita pariter prohibeatur illud oneroſo titulo acquirere & de aliis.

## DECISIO CCCCCLXIII.

CVm in vltimis conſtitutus eſſet 1 Dux Camerini Ioannes Maria de Varano, qui Dohanellam Aprutij à Regia Curia pro ducatis ſex decimmille cum pacto de retrouendendo in feudum tenebat, teſtamento ſuo inſtituta hærede Domina Iulia eius filia, legauit Iulio Cæſari de Varano filio ſuo naturali ducatos ſexdecim mille ſuper dicta Dohanella, quo demum mortuo, Domina Catherina Cibo mater, & tutrix dictæ Iuliæ cupiens dictos ducatos ſexdecim mille ſoluere, pecuniam tamen præ manibus non habens Regio aſſenſu mediante pro hac ſumma Dohanam prædictam Iulio Cæſari in ſolutum dedit, ſed cum demum iſtius mors abſque filiis contigiſſet, Regius fiſcus vigore *cap. ex præſumptuosè* cæpit poſſeſſionem dictæ Dohanellæ ſic in feudum conceſſæ, contradicebat Domina Virgina della Rouere quæ filia extiterat dictæ Iuliæ & hæredis dicti Ducis, ſucceſſionem dictæ Dohanellæ ad ipſam ſpectare contendens, nec aliter fuiſſe locum diſpoſitioni dicti *cap. ex præſumptuosè*, quo factum fuit, vt quid iuris dubitaretur?

Diſcuſſo articulo in Collaterali Conſilio 2 ad relationem Regiæ Cameræ nemine diſcrepante

pante pro fiſco pronunciatum extitit, inueſtitura à Virginia petita penitus denegata, ratio deciſionis ea fuit, quia cum feudum hoc in perſona dicti Iulij Cæſaris nouum eſſet & ea lege acquiſitum, vt in eo deſcendentes ex corpore ſuccederent, dum ipſe primus acquirens abſque prole deceſſiſſet, certè abſque dubio fiebat locus diſpoſitioni *d.c.ex præſumptuoſe*, nec dictæ Virginiæ actrici opitulari præſuppoſitum illud, quod dominium vtile dictæ Dohanellæ ſemper remanſerat in hæreditate dicti Ducis eius aui,& ſucceſſiuè dictæ Iuliæ eius matris ex eo, quod nulliter Iulius Cæſar feudum illud acquiſierat, nimirum ex inſolutum datione ſibi facta à dicta Catherina Cibo, quæ mater, & tutrix dictæ Iuliæ exiſtens non aliter adimpleuerat, quæ per tutorem de iure adimplenda ſunt,de quibus per Bart. *in l. legitimus, C. de legit. tutor. in l. tutor. qui repertorium, ff. de adminiſtor tutor. in l. ſi quis ſub conditione, ff. teſtam. tut. & in l. fin. C. arbitr. tut.* Etenim huic prætenſioni principaliter fuit reſponſum, nam cum illa inſolutum datio valde vtilis fuiſſet pupillæ, benè poterat tutrix, quamuis non adimpletis adimplendis, actum illum gerere eoque magis quia in feudalibus dicebatur balia, quæ abſque alia ſolemnitate adminiſtrare poterat, vt eſt text. *in c. Regni feudatarius*; Tum etiam quia legatum ducatorum ſexdecim millium id factum erat ſuper dicta Dohanella, & ſic tacitè videbatur data poteſtas illam alienandi, quo caſu ceſſant ſolemnia,ad text. *in l. magis puto, §. ſi fundus, ff. de rebus eorum, & in l.1. & pen. C. quando decret. opus non eſt.* Vlterius interuenerat expreſſa ratificatio dictæ Iuliæ, &cum iuramento iam puberis effectæ, aliaque tacita, de qua *in l. fin. C.ſi minor maior factus.* Secundò nec opitulari actrici dictum fuit,quod Iulius Cæſar erat naturalis, qui feudum poſſidere non poteſt,nam hæc concluſio de plano procedit, vt naturalis non poſſit in feudo ſuccedere *cap.1.§. naturalis,ſi de feud.defunct.fuerit controu.*non autem vt nonpoſſit illud acquirere, dummodo Rex ſiue eius vices gerens acquiſitioni aſſentiens natalium defectum non ignoret, ad notata per Bald. *conſ.202. lib.2.* & *in l. eam, quam, C. de fideicom.* Afflict. *in d. §. naturalis.* Tertiò nec ſuffragari dictæ actrici reſpondebat fiſcus, clericatum allegatum in perſonam dicti Iulij Cæſaris, quia non per hoc feudi dicebatur incapax; nam vbi quis exiſtens clericus,& beneficiatus feudum acquirit, ſtatim cenſetur clericatui & beneficio renunciare, provt ſi matrimonium contraheret, vt per DD. omnes *in cap.1. de cleric. coniug.* Quartò & tandem nec proficit actrici pactum quod eodem die, quo fuit facta inſolutum datio, per aliud inſtrumentum coram eodem iudice, notario, & teſtibus interpoſitum extitit, nimirum vt decedente Iulio Cæſare, abſque filiis,quod in Dohanella ſuccedere deberet Iulia, ſicque pactum illud videbatur ineſſe contractui, ſiue eiuſdem pars eſſe, *l. petens*, vbi Bart. & Bald. & *l. bonæ fidei,C. de pactis*, Etenim reſponſum fuit pactum prædictum nouiſſimè initum nullius momenti fuiſſe, ex quo ad illud validandum Regis requirebatur aſſenſus, ſicque dicebatur, quod quando partes vnum faciunt contractum, quod facere poſſunt, & ſuper eo diſponere, & poſtea incontinenti faciunt pactum ſuper quo diſponere non poſſunt, valet contractus principalis, pactum verò vitiatur *l.1. in fin. cum l. ſeq. ff. de reb. eorum* Neguſ. *de pignor.* in caſu propoſito poterat Iulia Dohanellam in Iulium Cæſarem transferre, ac ſuper eo contractu aſſenſus impetrari Domini Proregis, ſuper pacto verò demum appoſito, vt mortuo Iulio Cæſare abſque liberis feudum acquireretur Iuliæ, non erat in poteſtate Partium aſſenſum à Prorege obtinere, quia hoc erat per nouiſſimam pragmaticam Sanctionem prohibitum, qua attenta Proreges non valent aſſenſum ſuper ſubſtitutionibus concedere, vnde.

D. De Marinis obſeruat ad deciſ.D.Reuerterij.

---

## OBSERVATIO.

AD confirmationem illius concluſionis, quam Dominus Regens noſter hic firmauit, vt ea,quæ geſta ſunt à tutore, qui non adimpleuit adimplenda ſuſtineantur, quoties pupilli commodum concernant, vide Alex. *conſ.163.* incipit *alias conſultus num.5.lib.4.* & Gratia. *diſcept. forenſ. lib.2. cap.360. num.35.* quos inſequutus ſum Ego *lib.2. mear. reſol. cap.18. num.24.* quantum verò ad illud dictum vt poſſit Balius abſque alia ſolemnitate adminiſtrare ex diſpoſitione *c. Regni huius* quod incipit, *feudatarius*, aduertendum eſt in hoc text. illud non probari, niſi quod qui à feudatario relictus eſt balius, poſſit abſque Regis licentia adminiſtrare, quod prius per Regni conſtitutionem. *In aliquibus*, in fine erat prohibitum; ſed quod, non teneatur ſaltem conficere repertorium bonorum pupilli, nullibi in eo text. habetur; vnde praxis hodie nos docet,vt balius quamuis teſtamentarius teneatur in Collaterali Conſilio comparere & baliatus priuilegium obtinere, Dom. Reg. Tap. *de præſt.Reg.Cancell.in tit. de præſt. Reg. Cancell. num.34.fol.93.* adimpletis prius adimplendis in Regia Camera, quæ quidem adimplementa ſunt, vt præſtet fideiuſſionem de bene, & fideliter adminiſtrando, iuxta tradita per Dom. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt.Proreg.in tit.de diuerſ.prouiſion. fieri ſolit. ſub rubr. de baliis dandis feudatariis minoribus*, vbi *num.6.* notabiliter aduertit, quod quando quis erit balius declaratus alicuius feudatarij, qui eſſet de Magnatibus, & Proceribus Regni, non tenebitur hic ſatiſdare iuxta valorem bonorum adminiſtrandorum; impoſſibile enim eſſet fideiuſſorem inuenire, ſed debet taxari quantitas fideiuſſionis, quam nouimus ſemper arbitratam pro ea ſumma, cuius feudum eſt in redditu vnius anni; verum, quod balius reddat computum quolibet anno, quia ſic eſt pupillo cautum & non aliter, & ita vidi decreta antiqua Regiæ Cameræ,quamuis D.Reg. de Ponte dicat quolibet ſemeſtri,idemque D. Mormil.*in conſtit. minoribus de iure baly*,qua de re latius per me *li.1.reſol.iur.c.127.* 1



Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Releuium an Regiæ Curiæ debeatur, quando, quis non per mortem, ſed per ſuperuenientem feudatarij clericatum in feudo ſuccedit; Et an illud à fiſco peti poſſit, quando pater bona omnia feudalia filio contemplatione matrimonij refutat, ſiue donat, & de aliis.

## DECISIO CCCCCLXIV.

1 AD Epiſcopalem dignitatem promoto Barone Nicoteræ, ob quod omnia eius bona feudalia Annibali de Ianuario fratri ſuo ſecundo genito obuenere, *cap.* 1. *de milit. vaſſall. qui arma bellic. depoſuit*, *cap.* 1. §. *qui clericus*, *ſi de feud. fuer. controu. & cap.* 1. §. *fin. de benef. fœm.* ac tandem eo defuncto, prætendebat Regius fiſcus à dicto Annibale releuium exigere, eo præſuppoſito, quod bona prædicta feudalia ad iſtum per viam vltimæ voluntatis obuenerant; diſpoſitio enim legis potius vltimæ voluntati, quam contractui æquiparatur, *gloſ.* 3. *in l.* 1. *ff. de his quib. vt indign.* quam Bart. *ibi* perpetuo notandam commendat, tum etiam, quia acquiſitio facta per Annibalem extiterat omnium bonorum feudalium, ſicque fiebat locus dictis per Andr. *in cap.* 1. §. *ſed, & plures, per quos fiat innueſt.* vbi tenet, quod ſi pater filio ſuo omnia bona feudalia refutat, præſumitur refutatio in fraudem fiſci facta, vt releuium non ſoluatur, quocirca, illud omnino debetur, ergo?

2 Cæterum per Regiam Cameram, pro maiori, & ſaniori parte contrarium iudicatum extitit, nimirum, Annibalem de Ianuario eſſe ab impetitis per fiſcum abſoluendum, ratio deciſionis fuit, quia moribus eſt in Regno introductum, vt in vno tantum caſu debeatur releuium, nimirum quando quis per mortem alterius in feudo ſuccedit, & dicitur ius odioſum, & irrationabile, nec feudo ineſt, cum ſit præſtatio quædam à feudo extrinſeca ab hærede tantum, & ſucceſſore in feudo debita, vt ratiocinantur Andr. *in d.* § *ſed, & plures.* Vnde cum in caſu propſito Annibal frater ſecundogenitus non aliter per viam vltimæ voluntatis feuda acquiſierat, ſed potius per contractum ex tacita nimirum renunciatione facta de illis per fratrem primogenitum, eo ipſo quod ad Epiſcopalem dignitatem fuit promotus, vt per Bald. *in d. cap.* 1. *de benef. fœm* ergo; Et ſi dices ex refutatione omnium bonorum feudalium à patre facta, eo demum mortuo deberi à filio refutatario releuium, & tamen per mortem hic non ſucceſſit, reſpondetur hoc contingere, vt fraus tollatur qua ceſſante, releuium etiam ex generali feudorum refutatione non debetur quod euenit quando refutatio fit contemplatione matrimonij, tunc enim, quia fraudis ſuſpicio ceſſat, prout pariter, vt in caſu propoſito, releuium non debetur vnde.

---

## OBSERVATIO.

SÆpè ſepius fuit repetitum, releuium, quod moribus eſt in Regno introductum, non niſi per mortem feudatarij Domino Regi noſtro deberi, non autem per contractum, ſiue donationis, ſiue ſimplicis refutationis ille ſit, niſi donatio, ſiue refutatio fraudulenta fuiſſet, nimirum omnium feudorum, quia tunc ad fraudem vitandam releuium, ſequuta morte refutantis, pro feudis refutatis omnino debetur, ſecus autem fraude ceſſante, vt quia refutatio, quæ fieret omnium feudorum eſſet à patre filio facta contemplatione matrimonij, iſtoque iure vtimur. 1

Hic modo habemus alium caſum determinatum, in quo nec etiam releuium ſoluitur, nimirum ob feudatarij clericatum, ſi enim feudatarius efficeretur clericus, quia ob hanc ſtatus mutationem feudum tenere non poteſt, maxime in Regno ob particularem conſtitutionem, quæ incipit. *Errores eorum.* Afflict. *in cap.* 1. *num.* 8. *de milit. vaſſall. qui arm. bellic. depoſ.* ſtatim feudum illud aperitur agnato immediato ſucceſſori, qui demum mortuo ſuo prædeceſſore, ad releuium ſoluendum cogi non poteſt, quia non ſucceſſit per mortem, nec per contractum fraudulentum, idemque ſcripſit Marin. Fricc. loquens de feudatario qui ingreſſus eſt religionem in qua ſolemniter profeſſus fuit, & de eo qui effectus eſt foriudicatus *lib.* 2. *de ſubfeud. in* 3. *authorit. à num.* 22. & nos latius diximus *in obſeruat. ad deciſ.* 271. 294. 403. *& ſeq.* In quibus locis omnes caſus, qui in hac materia ſolutionis releuij frequentius contingere poſſunt colligimus, & nunc addo hanc eandem opinionem firmantes Dom. Reg. Tap. *in conſtit. poſt mortem, num.* 18. Gallup. *in metodo feud. tom.* 2. *par.* 4. *de renouat. inueſt. num.* 23. & Camil. dela Ratha *in ſuo Teatro feudali tom.* 2. *part.* 12. *dilucid.* 73. *num.* 9. ſic pariter his diebus per Regiam Cameram iudicatum in cauſa Regij fiſci inſtantis condemnari Illuſtrem Ducem Salandriæ Hipplytum Reuetterium D. Regentis noſtri pronepotem ad ſoluendum releuium ob mortem Illuſtris Ducis fratris ſui primogeniti, qui cum ad clericorum regularium congregationem ingrederetur, prout fuit ingreſſus dicto Hyppolyto fratri ſecundogenito bona omnia feudalia refutauerat; vnde excipiens Dux cauſatus bona illa feudalia vel ex refutatione, vel ob Religionis ingreſſum fratri ſui acquiſiuiſſe, & nullo pacto per mortem, decreto mediante fuit ille ab impetitis per fiſcum abſolutus, ſic indiuidualem ſane deciſionem D. Regentis eius proaui allegans. 2

## ARGVMENTVM.

Bona propria & hæredis ſi quis pro obſeruantia promiſſorum obligauerit, an obligatio hæc reſpectu bonorum hæredis de iure ſubſiſtat, itavt mor-



Digitized by Google

tuo obligante; perſona, ad cuius fauorem fuit facta obligatio, poſſit hypothecaria actione de iuribus ſuis experiri non ſolum ſuper bonis obligatis; ſed etiam ſuper bonis propriis eius hæredis. Teſtator ſi rem hæredis alicui legauerit, nùm rei legatæ dominium recta via in legatarium transferatur; & de aliis.

## DECISIO CCCCCLXV.

1 FVIT dubitatum in Regia Camera an teſtator bona futuri hæredis obligare poſſit, adeo, quod eo defuncto valeat creditor ſuper bonis propriis hæredis non hæreditariis de iuribus ſuis experiri hypothecaria actione.

2 Dicebatur variè in hoc articulo Doctores alloquutos, quandoquidem non deſunt, qui affirmatiuam amplexi fuerunt ſententiam, & qui negatiuæ adhæſere; ad primam fundandum affirmatiuam allegatur tex. *in l. aliena, ff. de pignorat. action. & in l. ſi fundus, §. 1. ff. de pignor.* vbi licet res aliena inuito Domino, ſiue eo inſcio in pignus dari non poteſt, tamen ſi poſtea dominus ratum haberet, pignus etiam à principio ſuſtineatur; ſic in caſu propoſito, licet à principio res hæredis, vt aliena obligari non potuit, tamen per aditionem, quam facit hic dominus hæreditatis obligantis ratam habet obligationem illam à defuncto contractam; pro opinione verò negatiua, quæ communis videtur, allegatur tex. *in l. rem alienam, ff. de pignorat. actio.* vbi expreſsè deciditur, quod ſi ego ſuccedo ei, qui rem meam ſine mea voluntate obligauit, pignus non conualidatur; confirmatur, nam ſicut teſtatur legando rem hæredis, rei legatæ dominium recta via in legatarium transferre non poteſt, ita nec ius aliquod reale in eadem conſtituere, ſic Aretin. omnino videndus, *in l. ſi hæredis ſeruus, ff. de legat. 1.* ſed reſoluendo materiam concludebatur, quod, ratificatio expreſſa pignus confirmat, quamuis obligatio confirmantis, ſeu ratum habentis nomine facta non fuerit, hic eſt text. & ibi Bald. *in d. l. aliena, & in d. l. ſi fundus*, tacita autem, quæ fit, cum quis obliganti bona ſua ſucceſſerit, nullatenus, *d. l. rem alienam*, verum ſi defunctus bona hæredis propria obligauerit, vel pro eo de rato promiſerit, tunc per ſucceſſionem pignus confirmatur, ita loquitur text. *in l. ſolutum, §. ſolutum, ff. de pignor.* vt declarat ibi Bart. *in fine.* Alex. *in d. l. ſi hæredis ſeruus*, & Neguzant qui benè materam intellexit *in tract. de pign. in 2. par. 2. membr. num.* 57.

## OBSERVATIO.

INtricata eſt quæſtio, de qua hîc per Dominum Regentem noſtrum, vbi tamen quid fuerit deciſum non habemus, etenim non ſemel dubitari contigit, ſi quis pro obſeruantia contractus bona ſua, eiuſque futuri hæredis obligauerit, an eo mortuo, perſona, ad cuius fauorem fuit facta hæc obligatio, poſſit de iuribus ſuis experiri non ſolum ſuper bonis obligantis, de quo dubitari non poteſt, ſed etiam ſuper bonis propriis eius hæredis, in quo quidem dubio noſter Afflict. *in deciſ.* 111. *num.* 17. refert per Sacrum Conſilium deciſum, poſſe defunctum obligare bona hæredis non conficientis inuentarium, quia obligando defunctus bona ſua, & ſuorum hæredum, per actum aditionis, videtur hæres ratificare illam obligationem bonorum per defunctum factam, idque in cauſa Comitiſſæ Vgenti contra Comitem Caſtri, vbi fuit dictum aſſiſtentiam eſſe præſtandam ſuper bonis defuncti poſſeſſis per eum, quæ in veritate erant filij dicti Comitis Caſtri, qui dixerat, ſe eſſe patris hæredem cum nullum inuentarium infra legitima tempora confeciſſe demonſtraſſet, *in deciſ.* autem 200. refert caſum in quo vir pro reſtitutione dotis vxoris receptæ obligauerat omnia bona ſua, & ſe, & ſuos hæredes; ſed non dixit, quod obligabat bona ſua, & ſuorum hæredum, ſoluto matrimonio vxor egit hypothecaria ſuper bonis hæredis viri, quæ non aliter hæreditaria erant, ſed per illos acquiſita, fuit dubitatum in Sacro Conſilio, quid iuris, & bis iudicatum bona hæredum viri per dicta verba obligata non fuiſſe, idque authoritate Bald. & Angel. *in l. aſſiduis, C. qui potior. in pign. habeantur*, vbi dicunt, bona hæredum non eſſe tacitè obligata pro reſtitutione dotis, niſi expreſsè defunctus obligaſſet bona ſua & ſuorum hęredum, citat, & tandem Alex. qui *in l. ſi hæredis ſeruus, ff. de legat.* 1. diſtinguit, quod aut defunctus obligauit bona hæredis nomine hæredis, & potuit obligare, aut ſimpliciter obligauit bona ſua, & ſuorum hæredum, & hæc obligatio non tenet, Vrſill. *in addition. ad d. deciſ.* 200. dicit quod cum hæc deciſio Afflicti affirmantis, quod ad hoc vt bona hæredum obligentur, opus eſt vt bona ipſa expreſsè hypothecentur, vel quod hæredum nomine de rato promittatur, conuenit Dec. *in conſ.* 184. *circa finem*, & poſt eum Neguſanz. *de pignor. 2. par. 2. membro num.* 57. vbi relatis omnium opinionibus concludit, eſſe ſequendam ſententiam Alex. *in d. l. ſi hæredis ſeruus*, quam pariter amplexus fuit Loffred. *conſ.* 32. *num.* 15. quamuis nouiſſimè Mercur. Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 1. quæſt. 16. num.* 20. dicat, hanc Alex. diſtinctionem iuris ſaporem non habere, quodque bona hæredis poſſint expreſsè obligari, relatis Afflict. Neguſ. Loffred. *loc cit.* & Carolo Ruino *in l. 2. num.* 88. *ff. de legat.* 1. affirmauit etiam Dom. Præſ. de Franch. *deciſ.* 63. *num.* 7. vbi dicit ſecundum hanc opinionem Iacobutium de Franch. *in apoſtilla ad Bald. in l. Paulo, ff. de pignor.* retuliſſe ſuo tempore ſic fuſſe iudicatum & in fine addit, in cauſa Magni Ducis Florentiæ cum Madama de Auſtria, facta plena diſcuſſione huius articuli, nimirum an bona hæredis poſſint expreſsè obligari, fuit concluſum, quod ſic, idemque ait in alia cauſa ardua per Sacrum Conſilium iudicatum *in deciſ.* 321. *num.* 1. ſubdens quod quando defunctus expreſsè bona hæredis obligauit, in his bonis hypotheca contrahitur à die aditionis hæreditatis, quo tempore quaſi contrahit, & non ante, ita vt creditores hæredis, qui ante aditionem cum hærede ipſo contraxerunt, præferantur creditoribus teſtatoris, licet prius cum teſtatore contraxiſſent, & teſtator bona hæredis antea obligaſſet.

## ARGVMENTVM.

Poſſeſſor bonorum, ſiue iurium, quæ ſine titulo poſſideri non poſſunt, ſi fiſco inſtante ad illum oſtendendum fuerit citatus, nec aliter oſtenderit, ſic varias opponens exceptiones, nùm condemnari poſſit ad bona, ſiue iura illa dimittendum.

## DECISIO CCCCCLXVI.

1 EMANATO reſcripto à Carolo Cæſare tunc Rege noſtro fælicis recordationis, quo mediante Illuſtr. Domino Proregi ordinabatur, vt procedi faceret ad reintegrationem paludium, quæ ſunt in tenimento, & pertinentiis huius Ciuitatis Neapolis, eo præſuppoſito, quod eſſent de Regio Domanio, Regia Camera, cui cauſa fuit commiſſa, omnibus poſſeſſoribus mandatum iniunxit, vt titulum ſiue priuilegium earum poſſeſſionum oſtenderent, & cum ad id non teneri reſponderent, freti diſpoſitione text. *in l. cogi, C. de petit. hæredit.* Regius Fiſcus ad ſuam fundandam intentionem plura in facto producebat, ex quibus dicebatur conſtare, quod Sereniſſimi Reges Domus Aragoniæ dictas, paludes tenuerant, & poſſederant, vt bona ſua domanialia, ſicque fieri locum dictis per Andr. *in cap. 1. §. præterea Ducatus, verſ. nec Dominus feudi, de prohib. feud. alien. per Frederic.* vbi plura de Regis domanio ponit, & inter cætera dicit, quod ſi Rex per 30. annos rem tenuerit in ſuo domanio, erit de domanio, eo ipſo quo ſit in domanio, idemque ibidem tenet Afflict. & Pariſ. *de reintegr. feud. cap. 2. & in c.* quod incipit, *quæ bona dicantur*, vbi probat, quod omnes ferè Regis reditus, quorum Rex eſt Dominus directus, & vtilis de domanio dicuntur, provt ſunt omnes gabellæ, dohanæ, functiones fiſcales, paſcua, nemora montes, ferreriæ, piſcariæ, tertiariæ, omniaque alia regalia, introitus, & bona nemini conceſſa, vt habetur in conſtit. *dignum*, in conſtit. *perſonas*, & in conſtit. *ſi dubitatio*, Quibus ſic ſe habentibus fundata dicebatur fiſci intentio, vt tenerentur poſſeſſores titulum earum poſſeſſionum oſtendere, ita ſatis benè Luc. de Penna *in l. 2. C. de fundis limitroph. lib. 11.* vbi nedum loquitur de bonis feudalibus, quando conſtat quod ſunt feudalia, ſed etiam de domanialibus, & regalibus, vt poſſeſſor omnino titulum ſuæ poſſeſſionis oſtendere cogatur, alias ea deſtitueretur; hæc eſt enim communis ſententia, vt quando, quis rem aliquam poſſidet, puta feuda, regalia, domanialia, & alia, quæ ſine titulo poſſideri ius reſiſtit, ſi titulum, ſeu priuilegium non producit, quo ſua fulciatur poſſeſſio, ſaltem coloratè, lite pendente abſtinere debet vulgato text. *in c. cum perſona, de priuileg. in 6.* & *in c. ad decimas, de reſtit. ſpoliat.* Abb. & Imol. *in c. cum veniſſent, extra de inſtit.* & eſt pariter text. *in c. ordinarij, de offic. ordin.* & de materia latè per Capyc. *deciſ.* 189. & in terminis noſtris eſt caſus *in d. conſtit. ſi dubitatio*, vnde ex his benè iuſtificabatur mandatum ad titulum oſtendendum omnibus poſſeſſoribus iniunctum; at quia multi conceſſionum priuilegia produxerant, facta de prædictis omnibus relatione à Collaterali Conſilio; & coram Illuſtr. Domino tunc Prorege, dictum fuit, quod quamuis iuris rigore attento, qui nullum produxerant titulũ, poterant lite pendente ſua poſſeſſione deſtitui, tamen attenta natura cauſæ, quia pluſquam tercentum poſſeſſores vocati extiterant, prouiſum fuit, quod detur omnibus poſſeſſoribus, & fiſco terminus dierum viginti ad probandum incumbentia abſque nominatione, & beneficiis.

---

## OBSERVATIO.

DEterminationem in hac cauſa proditam refert 1 pariter inſignis Io. Vincentius de Anam, qui pro poſſeſſoribus paludum patrocinabatur, provt ipſe atteſtatur *in allegat. 68. & 79.* dum in alia cauſa defendens, vt nec & etiam in his, quæ ſunt de regalibus cogatur quis ſuæ poſſeſſionis oſtendere titulum, ne in hac concluſione rerum iudicatarum authoritas ei deficeret, ſubdit in fine, ita alias in anno 1552. ſub eius patrocinio fuiſſe per Regiam Cameram deciſum in cauſa Regij fiſci paludum huius Ciuitatis, ſic reuocato decreto, alias per eandem Regiam Cameram interpoſito, quod cogerentur Domini attendere titulum eorum poſſeſſionis, dato demum termino vtrique parti ad probandum incumbentia, vnde ſatis miror de Domino Regente noſtro, cur hic dixerit, quod iuris rigore attento, illi poſſeſſores, qui titulum non produxerant, poterant lite pendente eorum poſſeſſione priuari, ſi legem habemus in Regno expreſſam, vt ſi fiſcus prætendat, provt in hac cauſa prætendebat, bona, vel iura ſua ab aliis occupata teneatur greſſus ſuos iuris ordine ſeruato dirigere, poſſeſſoreſque ſic conuenire, vt eorum poſſeſſione nullatenus priuentur, antequam legitime conuicti fuerint, & condemnati, hic eſt text. rotundus *in c. Regni item ſtatuimus* 120. ſecundum ordinem Io. Andr. de Nigris, cuius diſpoſitionem omnino fore ſeruandam ſtatuitur *in pragm. 1. §. 6. ſub tit. de ſalario eorum, qui mittuntur pro negotio, ſeu ſeruitio Regio*, Etenim vt alias dicebam *lib. 2. mearum reſolut. cap. 115. num. 16.* & ſupra *in obſeruat. ad deciſ.* 111. hac diſpoſitione attenta, diſpoſita *in c. cum perſona de priuil. in 6.* in Regno noſtro cum Regio fiſco nuſquam fuerunt practicata; huc vſque enim non vidimus, nec à maioribus audiuimus, Dom. Regem noſtrum poſſeſſores earum rerum, quæ ſunt de regalibus de facto ſpoliaſſe, ſed ordinarie iura ſua Regium fiſcum propoſuiſſe, poſſeſſores ad titulum oſtendendum vocando, qui cum primum comparuerint

Digitized by Google

rint, exceptiones opponentes, vel immemorabilem allegantes, fuit terminus in cauſa impartitus, & interim lite pendente in poſſeſſione conſeruati, id quod benè obſeruauit Afflict. *in conſtit. inter multas, intra num.*4. vbi ſic loquitur. *Et ſic patet ex iſto textu quod in cauſa fiſcali, inter procuratorem fiſcalem, & priuatam perſonam conuentam debet ſeruari iuris ordo, quia ſi non ſeruaretur iuris ordo, offenderentur iura Partis, patet in hac conſuetudine, etiam in* 4. *parte, ibi, prædicta autem poſtquam reuocata legitimè fuerint, & ibi data copia de ſuo contradicendi, & pro hoc eſt capitulum Regni editum per Carolum Regem ſecundum, quod incipit, Item ſtatuimus, quod ſi procuratores fiſci, vbi dicitur, quod ſi procurator fiſcalis pretenderit, quod aliqua priuata perſona detineat res, vel iura fiſci occupata, conueniat ipſos coram competenti Tribunali & procedatur iuris ordine ſeruato, nec priuatur antequam legitimè conuentus fuerit & condemnatus, & de hoc eſt hic gloſ. ordinaria, & in hoc concordat ius commune, vt dicit Andreas ſupra in conſtit. violentias,in* 3. *col. ſub. rubr.*24. *vbi dicit quod in cauſis fiſcalibus debet procedi iuris ordine ſeruato, vt in l. omnes, C. de delatoribus lib.*10. *& ff. de iure fiſci l. extat.* Hæc Afflict. etenim in his caſibus, circumſcripta hac Regia ordinatione; ſed verſantes in puris terminis iuris communis poſſeſſio ſemper eſt coadiuuata titulo colorato, ad effectum vt quis lite pendente manuteneri debeat in poſſeſſione, ſeu quaſi quamuis, ius reſiſtat, hic eſt text. *in c. cum veniſſent extra de Inſtit.* vbi Abb. *num.*8. Bellamer. *deciſ.*455. *num.*2. Felin. *in conſ.*2. *num.*27. Rota *deciſ.*595. *num.*4. *par.*1. *diuerſ.* & 384. *num.*1. penes D. Caualer, & alij; vbi autem compilato proceſſu appareret poſſeſſores titulum hominis vel legis non produxiſſe, condemnantur.

## *ARGVMENTVM.*

Creditor, qui in inſtrumento ſui crediti pactum apponi curauit, vt in caſu quo debitor ceſſauerit adimplere ea, ad quæ ſe obligauit, poſſet eiuſdem debitoris bona, propria authoritate ingredi, & apprehendere, nùm in caſu non adimplementi valeat pactum hoc exercere contra tertium poſſeſſorem, ad quem bona obligata poſtea peruenerunt, illo prius non citato. Familia virtute *l. Creditores*, *C. de pignor.* nùm Parte non citata concedi poſſit; & de aliis notabilibus &c.

## DECISIO CCCCCLXVII.

1 IN cauſa Inquiſitionis formatæ contra D. Michaelem de Soria Regium Prouinciæ Priucipatus citra Perceptorem, ex eo quod in proprios vſus pecuniam fiſcalem conuerterat, vſque ad ſummam ducatorum decem millium, dubitabatur in Regia Camera, quia illius bona pro mala adminiſtratione Regio fiſco obligata cum conſtituto, & precario, ac cum poteſtate illa capiendi propria authoritate, reperiebâtur, iam in alias perſonas alienata, an potuiſſet Regius fiſcus virtute *leg. Creditores*, *C. de pignoribus*, poſſeſſoribus prius non citatis, bona prædicta propria authoritate apprehendere.

Dicebatur, latè dubium hoc examinari à Bart. *in d. l. Creditores*, qui concludere videtur, remedium *d. l. Creditores*, contra ſingularem ſucceſſorem non citatum exerceri non poſſe, & in fortioribus terminis Innoc. qui *in c. quia, de re iudic.* firmat ſententiam contra Titium latam non poſſe contra eius hæredem exequutioni demandari, niſi ſummatim eo citato, conſtet, quod ſit hæres, idemque Alber. Salicet. & Angel. *in d. l. creditores.* At per Regiam Cameram in cauſa prædicta contrarium deciſum fuit, nimirum poſſe Regium fiſcum poſſeſſionem apprehendere illorum caſtrorum, quæ tempore obligationis à dicto D. Michaele tenebantur, quamuis demum in alios alienata, & tranſlata reperirentur, & hoc propter clauſulam, quæ in inſtrumento initæ obligationis legebatur conſtituti, & precarij, ac propria authoritate poſſeſſionem capiendi, ſicque dicebatur firmaſſe gloſ. *in ead. l. Creditores*, Cyn. & Bald. imò, & Bart. modo citatum, qui dixit quod quando eſt data poteſtas creditori ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, licet hoc ius exequutiuè in ſingularem ſucceſſorem non tranſeat, tamen ſecus ſi vltra appoſitum eſt conſtitutum, & precarium quia tunc, etiam ſi poſſeſſio ſit penes tertium poterit creditor, reuocato præcario poſſeſſionem ingredi, id quod latius, & ſubtiliter comprobat Aretin. *conſ.*21. vbi huius dicti veras ponit rationes, & ſic dicebatur, quod quando ſumus in caſu notorio, puta quia notorie conſtat, quod tertius ille poſſeſſor à debitore meo cauſam habet, & vltra pactum ingrediendi propria authoritate adeſt conſtitutum, & precarium ferè omnes DD. hanc firmarunt opinionem, quæ eſt procul dubio communis, vt benè per Socin. *conſ.*85. *col. penult. vol.*3. & latè Neguſ. *in tract. de pignor.*4. *par. princip. num.*20. vbi latè examinat articulum, & concludit provt ſupra ac de communi atteſtans. Vnde &c.

## OBSERVATIO.

VT dicam quod ſentio, hæc eſt magna deciſio, 1 velimque vt Domini cauſarum patroni, illam non inſequantur, quia certè non obtinebunt in æternum, ſic enim loquitur Io. Vinc. de Anna *ſingul.*189. *familia*, vbi in his terminis *l. Creditores*, *C. de pignor.* affirmat, nunquam potuiſſe obtinere familiam, Parte non citata; & cum tempore Afflict. S. Conſilium idem iudicaſſet, quod fuit hic iudicatum, contra tamen debitorem non contra tertium poſſeſſorem, provt hic; dicit determinationem illam mirabilem ipſi fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe viſam, prout atteſtatur *deciſ.326.* quicquid aliter dixerit *in Conſtit. Pacis cultum*, *num.22.* quem locum allegat Franc. Viui tam in *ſylua com. opin. lib.1. opin.93.n.6.* quam *in deciſ.263.* Ego cum eſſem valde iuuenis, & in primo anno mei doctoratus in facto quod contigit volui hæc tentare, ſed cautius agendo curaui, vt Pars citaretur, quæ cum comparuiſſet, vt familia denegaretur, multa oppoſuit, quamuis impertinenter, inſtando, terminum in cauſa impartiri; obtinui, & tandem, ſed cum ſudore; videantur, ſi placet, quæ in cauſa breuiter, & compendioſè fuerunt à me allegata *lib.1. mearum reſol. cap.302.* vbi quod eſſet concedenda familia in caſu fortiori, nimirum contra tertium poſſeſſorem, eo tamen citato, allegaui *dec.* Rontæ Ianuæ relatam per Cartar. *deciſ.12.* quodque familiæ aſſociatio in terminis text. *d. l. Creditores*, Parte non citata nullatenus ſit concedenda, idque tam iure communi, quam Regni huius attento, probauit, & ſatis benè Dom. Reg. Rouit. *in pragm.1. de conſeruatoriis*, & poſt eum Gait. *in ſuo tract. de Cred. cap.4. quæſit.11. à num.2090.* vbi *num.2146.* atteſtatur in Regno, & potiſſimum in Sac. Conſil. & in Mag. Cur. Vicariæ DD. opinionem iuxta *deciſ. Afflict.326.* ab Aula receſſiſſe; ſed ſemper debitorem, ſiue rei obligatæ poſſeſſorem eſſe citandum, iuxta ſententiam Io. Vinc. de Anna *loc. cit.*

2 Dico plus reſpectu tertij rei obligatæ poſſeſſoris, quod ſi principalis debitor reperiretur mortuus, tunc quia per ipſius conſtituentis mortem conſtitutum & precarium diceretur extinctum, nec hypothecaria actione poſſet creditor contra hunc tertium poſſeſſorem agere, hærede principalis debitoris prius non diſcuſſo, prout multiplici authoritate, tam attenta diſpoſitione, *l. fin. C. de acq. poſſeſſ.* quam noſtræ Regiæ Sanctionis quæ eſt *1. ſub tit. de aſſiſt.* probaui Ego *lib.2. reſol. iuris cap.62.*

## ARGVMENTVM.

Iuriſdictionis ciuilis, ſi quis in vno Caſtro fuerit Dominus, & alius iuriſdictionis criminalis, de quibus cauſis officiales vnius, & de quibus officiales alterius cognoſcere poſſunt? Iudiciū quodnàm dicatur Ciuile, quodue Criminale, & quod Mixtum. Cognitio cauſarum liquidationis inſtrumentorum an ad Officiales iuriſdictionis ciuilis, an verò ad Officiales iuriſdictionis criminalis ſpectet & de aliis.

## DECISIO CCCCCLXVIII.

1 IN Caſtro Cicciani habebat Magnificus Vincentius Carrafa iuriſdictionem criminalem, Religio autem Sancti Ioannis Hieroſolymitani ciuilem; ex hoc cum orta eſſet controuerſia de quibus cauſis poterat cognoſcere dictus Vincentius Dominus iuriſdictionis criminalis, & de quibus præfata Religio iuriſdictionem habens ciuilem, mandauit Illuſtr. Dominus Prorex vt ad controuerſiam hanc dirimendam vnirentur Tribunalia Collateralis Conſilij, Sacri Conſilij reſidentis Caſtro Capuanæ, & Regiæ Cameræ. Prætendebat Religio, quod dictus Magnificus Vincentius, non niſi de tribus dumtaxat caſibus cognoſcere poterat, nimirum mortis naturalis, ciuilis, & membri abſciſſionis, ſic enim dicebatur decreto mediante fuiſſe à Rege Catholico declaratum; ſed conſideratum fuit, quod in iure nullatenus reperiebatur diſtincta iuriſdictio criminalis à ciuili, benè tamen iuriſdictio in genere, quæ ſub ſe merum continet imperium, & iuriſdictionem ciuilem, vt latè per Bart. & omnes *in l. Imperium, ff. de iuriſd. omn. iudic.* ſcriptum pariter inuenimus, vt quis ſit Iudex, qui ſolum de cauſa criminali cognoſcere poteſt, non autem de ciuili, vt *in l. ſolemus, §. latrunculator*, vbi Bart. & DD. *ff. de iudic. & in l. interdum, §. qui furem*, vbi etiam Bart. *ff. de furtis*, verum pro reſolutione applicabatur materia ad cauſas ciuiles, criminales, & mixta, quod ſcilicet quædam eſt cauſa ciuilis, quædam criminalis, & quædam mixta, notant Canoniſtæ *in rubr. de iudic.* & Iaſ. *in rubr. C. eod.* Eſt igitur opinio gloſ. & Bart. *in l. prætor ait, ff. de ſepulchr. violat.* quod tunc iudicium, & cauſa dicitur criminalis, quando pœna, quamuis pecuniaria ſit, fiſco applicatur, dummodo ex delicto proueniat; at ſi Parti tantum, non autem fiſco, ciuile dicetur iudicium, idemque Innoc. & Anton. de Butr. *in c. qualiter, & quando, il 2. de accuſat.* vbi autem pœna partim fiſco, & partim applicatur Parti, mixtum erit iudicium, *c. tua*, vbi eſt caſus, extra *de procurator.* Ex quibus affirmare poſſumus, dominum iuriſdictionis criminalis, nedum Iudicem eſſe, vbi pœna imponitur mortis naturalis, ciuilis, & membri abſciſſionis; ſed etiam vbicunque pœna imponitur pecuniaria fiſco applicanda; in hoc autem Regno, qui iuriſdictionem habet ciuilem, de omnibus cognoſcit cauſis ciuilibus, perſonalibus, realibus, ac etiam de minimis furtis, pariterque de aliis offenſis, pro quibus pœna corporis afflictiua, vel membri abſciſſio non imponitur, vt eſt text. *in Conſtitut. locorum Baiuli*, vbi Baiuli, qui ſolum habent iuriſdictionem ciuilem, cognoſcunt de criminibus leuibus, quod aduertunt ibi gloſ. & Andr. Præterea exigunt ipſi pœnas bannorum, dum tamen ad vnciam non aſcendant, ac tandem Partibus coram ſe litigantibus pœnam imponere poſſunt, dummodo vnum auguſtale non tranſcendat, quæ fiſco applicatur, eſt ergo cauſa hæc criminalis, & tamen de ea cognoſcit Baiulus.

OBSER

Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 DEclaratio facta à Rege Catholico, de qua hîc fit mentio eſt in volumine Pragmaticarum 2. *ſub tit. de iuriſdiction. inuic. non turban.* vbi magnus ille Rex declarando quarum cauſarum cognitio ſpectet ad dominum iuriſdictionis criminalis, diſpoſuit, illarum omnium pro quibus pœna mortis naturalis, ſiue ciuilis, vel membri mutilatio principaliter infligenda veniret, cæterarum verò omnium ad Baronem iuriſdictionis ciuilis; quid autem antiquitus apud nos fuerat circa hoc ſtatutum, dum omnis iuriſdictio per Regios Miniſtros exercebatur, habemus conſtitutionem Regni *Iuſtitiarij nomen & nomam*, & aliam, quæ incipit, *Locorum Baiuli*, in quibus quidem Regiis ſanctionibus diffinitum eſt, vt ad Iuſtitiarios Prouinciæ ſpectaret cognitio latrocinij, fracturæ domorum, inſultus excogitati, incendij, inciſionis arborum fructiferarum, & vinearum, violentiæ in mulieres illatæ, duelli, criminis Maieſtatis, & generaliter omnium, pro quibus delinquentes pœnam corporis afflictiuam, vel membrorum mutilationem ſuſtinere deberent, ſic etiam & cauſarum ciuilium in defectum Camerariorum & Baiulorum; ad iſtos autem cognitio omnium cauſarum ciuilium, realium, & perſonalium, minimorum etiam furtorum, cæterarumque offenſarum, pro quibus offendens pœnam ſui corporis, vel ablationem membrorum incurrere non debeat; ſed quia de hac materia latiſſimè diſſeruimus, ſupra, *in obſeruatio. ad deciſ.* 85. ideo ad ibi dicta me remitto.

2 Illud autem placet hîc addere, quod cum Dominus Regens noſter hic in ea ſententia ſit, vt ad Dominum iuriſdictionis criminalis non ſolum ſpectet cognitio delictorum, pro quibus pœna mortis naturalis ciuilis, vel membri abſciſſionis imponenda venit; ſed etiam vbicumque pœna imponitur pecuniaria fiſco applicanda, poſſet dubitari ad quemnam ſpectet cognitio cauſarum liquidationis inſtrumentorum, pro quibus ratione periurij pœna ſtatuta eſt pecuniaria, & ſpectare ad Dominum iuriſdictionis criminalis tuetur nouiſſimè Io. Paul. Galter. *in ſua prax. liquidation. inſtrum.* 3. *par. princip. in verbo audiantur excuſatores, intra num.* 3. vbi ſic loquitur in addit. *Faciunt notata per Dom. Reg. Tap. ex allegationibus Dom. Camilli Villiani ad dictum ritum* 166. *fol.* 239. *&* 240. *vbi concluſit, cauſas liquidationum vti merè criminales non poſſe ſpectare ad Baiulum & ita in Regia Camera refert deciſum inter vniuerſitatem Ciuitatis Catanzarij, & Baiulum anno* 1604. *quæ ſunt notanda contra Abbates aquæ formoſæ, & Lungari, & alios Prælatos, in quorum terris ſunt Domini habentes cauſas criminales & mixtas, vt ij de cauſis liquidationum cognoſcant, non Prælati, & licet expediantur citationes in Magna Curia per Iudices ciuilium cauſarum, non tamen ſequitur quin expediri poſſint per criminum Iudices, vt per D. Marchionem de Tapia ad rit.* 168. *fol.* 242. *vbi quod ſubſcribuntur per Actuarios criminalium cauſarum.* Hæc Galterius cuius ſententia ſatis confirmari poteſt ex dictis per Me *lib.* 1. *reſolut. iuris, cap.* 58. *num.* 14. *&* 15. Intelligo tamen, vt hoc procedat in illis locis, in quibus declaratio Regis Catholici non ſeruatur (ſunt enim qui præſupponunt declarationem illam fuiſſe localem, & non per viam legis generalis proditam) ſicque adhuc diffinitum non eſſe, quarum cauſarum cognitio ad dominum iuriſdictionis criminalis ſpectet, & quæ ſit cognitio ad Baronem, & dominum iuriſdictionis ciuilis pertinens, nam vbi viget illa declaratio, ſiue vbi determinatum eſt, vt cognitio cauſarum criminalium ſpectet ad Baronem in ciuilibus, exceptis certis caſibus, provt declaratum eſt in Terris Sancti Nicandri, & Rutiliani ad Eccleſiam Sancti Nicolai Barenſis ſpectantibus, vt per Dom. Reg. Tap. *deciſ. Sacri Conſilij* 10. & per Dom. Reg. Rouit. *in d. pragm.* 2. *num.* 61. *de iuriſdic. inuic. non turb.* Hæc cognitio cauſarum liquidationis inſtrumentorum ſpectaret ad Baronem & Dominum iuriſdictionis ciuilis, non autem ad Dominum iuriſdictionis criminalis.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## *ARGVMENTVM.*

Terminus ad deliberandum nùm à Reo citato ante litis conteſtationem peti poſſit, an velit liti cedere, vel potius contendere, ſiue vt ad teſtes, & ſcripturas inueniendum, & Aduocatos perquirendum ſe præparare valeat.

## DECISIO CCCCCLXIX.

REIVENDICANTE Regio fiſco ab Illuſtr. Principe Salerni terras Turſij, Lauriæ, Rotundillæ, & quaſdam gabellas, ſub prætextu quod in reſtitutione facta dicto Principi ſuorum feudorum à Rege Catholico æternæ memoriæ comprehenſæ non erant, cum pro parte dicti Principis præparatoria, & deliberatoria eſſet petita dilatio, fuit Breuiter in Collaterali Conſilio concluſum nullatenus vti ſublatam fore ei concedendam, per text. *in c. præterea, extra de dilation.* & per Conſtitutionem *Regni dilationes*, quando enim libellus certus eſt & clarus, in eoque factum totum clare continetur, vnde poſſit reus certus eſſe de re, ſuper qua conuenitur, dilatio aliqua deliberatoria concedi non debet, adhuc ſi de facto ageretur alieno, & non proprio ipſius conuenti, ita Anton. de Butr. & Imol. *in c. cum cauſam, de iuram. calumn.* & Aretin. *in l. cum falſum, ff. de acquir. hæred.* Idemque reſpectu dilationis præparatoriæ quæ videtur à iure inuenta, vt per Hoſtienſ. *in ſum. in tit. de dilation. & ſpeculat. eod. tit.* §. 1. *verſ. præparatoriæ autem*, ad finem vt reus qui conuenitur ſe præparare poſſit ad teſtes, & ſcripturas inueniendum, ad conſulendum amicos, & perquirendum aduocatos, nunquam enim dilatio hæc in Regno ante litis conteſtationem dari conſueuit; eſt namque per pragmaticam ſanctionem certa forma data procedendi in iudicio, & cauſæ ſunt ſummariæ, in quibus abſque figura iudicij proceditur, vt *in pragm. diſpendia litium*, qua attenta omnes dilationes & deliberatoriæ, & præparatoriæ ſunt ſublatæ; nam alias nunquam lites finem haberent, contra text. *in c. finem litibus, de dolo, & contumac.* Sufficit enim, quod Pars habeat terminum intra quem valeat omnes 1



Digitized by Google

ſcripturas, & teſtes producere, cæteraque ei incumbentia, iuxta tex. *in l.1. de dilation.* Quare per omnes Dominos Regiam Cancellariam Regentes, & Regiæ Cameræ Præſidentes, fuit deciſum eſſe ad vlteriora procedendum, dilationibus petitis,& allegatis non obſtantibus.

## OBSERVATIO.

1 PRius quam deciſionem iſtam vidiſſem,nullam habui cognitionem, minuſque notitiam aliquam dilationem hanc deliberatoriam, & præparatoriam quæ à Reo ante impartitionem termini probatorij in hac cauſa fuit petita, fuiſſe alias à noſtris procuratoribus obtineri tentatum, vnde meritò dicebat Dominus iſte Regens nuſquam ſpatio annorum viginti, quo in iudicandi munere verſatus erat, vſque ad tempus quo lis hæc intentata fuit, vidiſſe ante litis conteſtationem,ſimilem terminum peti, quodque omnes Iudices atteſtati pariter fuere, in Regno talem dilationem nuſquam petitam, neque conceſſam, idque quia per Regiam pragmaticam *diſpendia litium*, quæ eſt *prima in tit. de ordin. iudic.* certa forma in cauſis procedendi præſcripta eſt; imò addo ego hoc expreſsè decidi in hac Regia Sanctione, dum Legiſlator voluit vt ſine figura iudicij procedatur, dummodo pro libello talis qualis petitio præcedat, ex qua (nota) reus deliberare poſſit, an velit cedere, vel contendere ſicque hæc deliberatio ex ipſo libelli tenore à Reo conuento capienda eſt, non quod ſit dandus terminus ad deliberandum; id quod attenta diſpoſitione Conſtit. Regni *delationes*, dixit in puncto Afflict. noſter ibi *n.3.* vbi ſic loquitur, *Secundò noto ex textu, ibi(ſtatim)quod in iſto Regno ſunt ſublata dilationes viginti dierum, quæ dabantur de iure communi ad deliberandum vtrum velit cedere, vel contendere, de quibus loquebatur Authentic. offeratur, C.de litis conteſt. non ergo eſt licitum Procuratoribus, & Aduocatis dicere nos volumus terminum ad deliberandum, quia omnes dilationes deliberatoriæ ſunt in Regno ſublatæ*, & ita dicit tex. ibi, *deliberatoriis tamen iudiciis omninò ſublatis, firmat hoc gloſ. ſecunda.* Hæc Afflictus.

## ARGVMENTVM.

Pactum de retrouendendo an & quando à venditore contra ſingularem rei venditæ poſſeſſorem exerceri poſſit.

## DECISIO CCCCCLXX.

1 ALienatis à Regia Curia in perſonas nonnullorum introïtibus gabellæ vini huius Ciuitatis, cum pacto de retrouendendo quandocumque, ſupponebatur particulares illos, aliis introïtus prædictos poſtea vendidiſſe abſque tamen pacto de retrouendendo, vnde cum Regia Curia pactum illud exercere voluiſſet, depoſuit pecuniam citatis illis, qui introïtus prædictos poſſidebant; ſed excipientibus, quod Regia Curia nihil cum eis contraxerat,quid iuris in Regia Camera dubitari contigit; ratio dubitandi contra fiſcum ea fuit, quia ex diſpoſitione tex. *in l.2. C. de pact. inter. empt. & vendit.* emptor cum pacto de retrouendendo, non niſi actione perſonali ad retrouendendum cogitur, quæ quidem actio perſonalis in ſingularem ſucceſſorem tranſire non poteſt, *l.fin ff.de contrah. emptione l.1.§.ſi hæres, ff.ad Trebell.* ergo, & licèt Paul. de Caſtro *in l.ſi cum venderet, ff. de pignoratit. actio.* teneat, quod tale pactum de retrouendendo in ſingularem tranſeat ſucceſſorem, tamen opinio hæc Caſtrenſ. non recipitur, vt per Alex. *conſ.*10.*lib.*1. Iaſ. *in l.ab emptione ff.de pactis*, Beltran. *conſ.*326. *lib.*3. & per Crot. *in l. filiumfamil. §. diui, ff. de leg.*1. Cæterùm contrarium per Regiam Cameram deciſum extitit, nimirum poſſeſſores illos fore cogendos ad dictos annuos introïtus Regiæ Curiæ retrouendendum, ratio deciſionis fuit, quia opinio illorum DD.qui tenuerunt,pactum de retrouendendo contra ſingularem ſucceſſorem exerceri non poſſe, ceſſat prorſus quando primus emptor pro contractus obſeruantia ſua bona obligat, tunc enim res illa, quam emit cenſetur creditori hypothecata, & ſucceſſiuè ad quemcunque tranſit, ſic affecta tranſire dicitur, vt ab eodem actione reali recuperari poſſit; & licet in caſu propoſito de expreſſa hypotheca non conſtabat, bene tamen de tacita, nam qui cum fiſco contrahit, omnia eius bona tacite hypothecata cenſentur, *l.aufertur §.fiſcus,ff.de iure fiſci* gloſ.notab. *in l.1.C.de iure fiſci,lib.*10. vnde. &c.

## OBSERVATIO.

QVæſtio, de qua hic per Dom. Reg. noſtrum ſatis inter DD.controuertitur,quandoquidem non deſunt, qui ſcripſerunt, pactum hoc de retrouendendo exerceri poſſe contra tertium rei poſſeſſorem, & præ cæteris hi ſunt Paul. de Caſtro *in l. ſi cum venderet, num.6.ff.de pignoriat action.* Soccin. *conſ.*80.*lib.*3. Dec. *conſ.*88.*&* 614. Corn. *conſ.*90. *lib.*3. Boër. *deciſ.* 182. Tiraquell. *de retract.conuention.* §.1.*gloſ.*7.*num.*6. *verſ. at in pacto reuendendi,&* §.3.*gloſ.*1. *num.*1. Follet. *de cenſibus in verbo huiuſmodi,num.*15.Bertran. *conſ.*89. *lib.*1.Guid. Pap. *deciſ.*569. Crauett. *conſ.*201. *numer.*1. Menoch.*conſ.*63. Couar. *var.reſolut.lib.*3.*cap.*8.*num.*3. *verſ.cæterum.* Magon. *deciſ. Lucenſ.*80. & alij, qui ita hoc firmarunt, vt dixerint, quod oblato per venditorem pretio,ſtatim in illum ipſo iure, & ſine noua traditione vtile tranſeat dominium. 1

Contrariam verò ſententiam, nimirum, vt nullatenus pactum hoc de retrouendendo contra ſingularem rei venditæ poſſeſſorem exerceri poſſit, ex recentioribus ſcripſerunt Cæſar Vrſill. *in addit ad Affl. deciſ.*163.*num.*4.Gabr. *conſ.*66.*n.*5.*&ſeq.*Gaill.& Myſinger.ſic in Camera Imperiali iudicatum atteſtantes, ille *pract.obſeruat.li.*2.*obſer.*16.iſte *centur.*6.*obſeruat.*69. Coſta *in ſuis memorial in verbo pactum de retrouendendo, verſ.ſed vt fugias difficultates*, Ant. Gomez *var. reſol.* 2

Digitized by Google

*reſol. in tit. de empt. & vendit. num.*29. Franc. Viu. *commun. opin. lib.*2. *opin.*579. *num.*2. *verſ. in contrariam partem*, Franc. Stephan. *deciſ.*23. Bellon. *de poteſt. eorum*, *quæ incontinenti fiunt cap.*74. *numer.*5. & alij plures, qui tamen vno ore affirmarunt; hanc eorum ſententiam eſſe reſtringendam, quoties in contractu rei venditionis cum hoc pacto, ſpecialis eſſet interpoſita conuentio, vt nullo pacto ea res poſſit in alium transferri, cum ſpeciali tamen eiuſdem rei hypotheca, qua non interpoſita conuentione, vnanimi conſenſu voluerunt, vt nullo pacto in alium tranſlatio impediatur, & conſequenter, vt pactum hoc contra ſingularem rei ſucceſſorem exerceri minime poſſit; ſed ſolum ſupereſſe venditori actionem contra primum emptorem ad intereſſe; verum quod ſat ſit generalis obligatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, quamuis ſpecialis rei venditæ non habeatur, dixerunt Neguſant. *in tract. de pignor.*1. *membro.*1. *par. num.*33. cuius ſententiam Dominus Reg. noſter *hic* probat, & Marcell. de Maur. *allegat.*105. *num.*9. de quibus memor fui Ego *lib.*2. *reſolution. iuris, cap.*161. vbi de his egi.

## *ARGVMENTVM.*

Salarium à principio non promiſſum, ſiue conſtitutum, an peti poſſit ab illo, qui bonorum alterius adminiſtrationi præpoſitus eſt; Et quid in tutore, in famulo, in vicario Epiſcopi, & officialibus Terrarum Baronalium ad iuſtitiam adminiſtrandam electis.

## DECISIO CCCCCLXXI.

1 RELAXATO ſequeſtro vigore *c. ex præſumptuoſè* ſuper bonis feudalibus Illuſtr. Duciſſæ Ferrandinæ abſque legitimo ſucceſſore defunctæ, Illuſtr. Dominus Prorex dictorum bonorum adminiſtrationem Magnifico Pyrro Caſtrioto demandauit, qui cum poſt annos tres rationem ſuæ adminiſtrationis in Regia Camera præſentaſſet, compertum fuit in exitu pro ſuo ſalario poſuiſſe ducatos tercentum pro vno quoque anno; ſed quia illud non apparebat fuiſſe à principio conſtitutum, ſiue promiſſum, inſtabat Regius fiſcus, partitam hanc non eſſe admittendam, quo factum fuit, vt quid iuris dubitaretur?

2 Pro parte Regij fiſci dicebatur, nullibi in iure cautum reperiri, vt ſalarium debeatur, quando illud non eſt promiſſum, ſiue conſtitutum, imò contrarium expreſsè diffiniri videtur *in l. interdum*, §. 1. *in fin. verſ. ſalarium incertè*, *ff. mand. & in l. ſalarium*, *C. eod.* eſt gloſ. *in d. l.* 1. §. *aduocatos, ff. de variis & extraord. cognit.* vbi dicit, Procuratorem, cui nullum fuit conſtitutum ſalarium, illud petere non poſſe, ſequitur ibi Bart. & Bald. *in l. ſalarium*, *ff. mand.* Alex. *conſ.*109. *lib.*6. *omnino videndus*, Ex quorum dictis illa deſumitur concluſio, quod in his quæ gratis fiunt, ſi quis officium gerit, vt & procurator, negotiorum geſtor, & ſimilis, ſi ei ſalarium conſtitutum non eſt, & ille in cuius beneficium opera geſta ſunt, reperiiſſet alium, qui gratis geſſiſſet, numquam ei ſalarium debetur, dum à principio conſtitutum non fuit, ſic dicebatur in caſu propoſito, quod cum dictus Pyrrus eſſet vir nobilis, & ditiſſimus, operas ſuas locare non ſolitus, ac ſimiliter Regius fiſcus ex ſimilibus ſequeſtris nunquam conſueuerat ſalarium ſoluere, ex quo Prouinciarum Perceptoribus committuntur, nullo pacto erat ſoluendum, hinc ponderebatur eo tempore multas perſonas nobiles in hac ciuitate fuiſſe, quæ Illuſtrium virorum abſentium bona adminiſtrabant, & tamen nullum exigebant ſalarium, prout erat Illuſtr. Marchio Vallis Sicilianæ, qui ſtatum Ducis Sueſſæ adminiſtrabat, Illuſtr. D. Ioanna de Aragonia, quæ ſtatum Illuſtr. Regni huius Admirati regebat, ac Dominus iſte Regens, qui procurator erat Illuſtr. Vicecancellarij. Præterea conſiderabatur, quod ſi Dominus Pyrrus diceretur ſequeſter, licet quando à Partibus eſt electus, ſalarium debetur *l. fin. C. de bonis author. iudic. poſſid.* ſecus tamen ſi à Iudice, ita Bald. *in l. ſi oleum, ff. de dolo malo*, & Franc. Curt. *in tract. de ſequeſtro, quæſt.*24. Imol. Roma. & Aretin. *in l. intereſſe puta, ff. de acquir. poſſeſſ.* Eſt tamen verum, quod ſi iudex videret, quod perſona, cui eſt ſequeſtrum commiſſum ex tali negotio ſibi commiſſum damnum, vel tædium pateretur, poſſet ex tali iuſta cauſa illi ſalarium conſtituere, ita Angel. *in d. l. intereſſe puta*, prout dicitur in tutore, cui officium, licet gratuitum eſſe debeat, nemo enim pro tutela adminiſtranda pecuniam accipere debet, & tamen Iudex poteſt tutori ſalarium conſtituere; quibus ſic ſe habentibus, facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtr. Domino Prorege fuit dictum, Regiam Cameram benè proceſſiſſe in non admittendo dictam partitam in exitu poſitam, cum ad illam ſalarium taxare non ſpectaret, maximè illis qui à ſua Excellentia commiſſionem obtinent; ſalarij enim conſtitutio ad Regem pertinet, *l.*1. *C. de præben. ſalar. lib.*10. quo circa Dominus Prorex conſiderans, quod dictus Pyrrus in ſua adminiſtratione multa paſſus fuerat damna, multoſque labores, mandauit vt partita prædicta ducatorum non ingentorum admitteretur.



Digitized by Google

## OBSERVATIO.

1 SÆpè ſæpius in hac ciuitate contingit, quando patrimonia ſunt decocta, vt deputentur à Dominis Iudicibus, perſonæ, à quibus illa regantur, & gubernentur, ſic etiam quando hæreditates ſunt iacentes, creditoribus inſtantibus, dantur curatores, vt ſimiliter illas adminiſtrent, & cum quibus procedi poſſit, ac etſi vt procedebatur cum defunctis, debitoribus; hæc eſt bona deciſio ad probandum, quod ſi à principio non fuerit eis ſalarium conſtitutum, vt expleto munere, nil eis pro laboribus debeatur; proinde hæc perſonæ ſint cautæ vt ab initio adminiſtrationis faciant ſibi conſtituere ſalarium; cum dictis autem per Domin. Regentem *hic* in illa concluſione, vt procurator expleto mandato, nullum poſſit petere ſalarium, quando à principio non fuit conſtitutum, conueniunt ſcripta per Dom. Epiſcopum Ricc. *deciſ.* 85.*par.*1. vbi ſic per Curiam Archiepiſcopalem huius ciuitatis deciſum teſtatur, quamuis ſemel contrarium Sacrum Conſilium iudicaſſet in cauſa Principiſſæ Squillacij de Cardenas, cum Principiſſa Squillacij Borgia eius priuigna, vt teſtis ſum Ego *lib.*1. *mearum reſolution. cap.*311. Ni dicamus potius perſonas, quam cauſam fuiſſe iudicatas; & in tutore, vt nec etiam ei ſalarium debeatur, ſi ab initio non fuit ei per iudicem vel teſtatorem conſtitutum, ſcripſerunt Dom. de Franch. *deciſ.*112.*per totam.* Viu. *deciſ. deciſ.*40.*num.*4. & Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.*2. *cent.*6. *caſu* 512. *num.*1.*&* 2. & *in conſ.*228. *num.*37.*lib.*3. In quibus locis huius dicti aſſignat rationem, nimirum, quia tutor, vel curator nil à principio pro ſalario petens, illud remittere, & donare videtur, idemque in famulo, vt nec etiam ei ſalarium non conuentum debeatur, ſcripſerunt Frederic. de Senis *conſ.*418. Alex. *conſ.*109. *num.*2. *verſ. hoc idem*, *lib.*6. Georg. Natta *conſ.*376. *num.*3. *&* 6. D. Card. Put. *deciſ.*65. Sed in hoc contrariam ſententiam amplexus fui Ego *cit. cap.* 311. *num.*4. duobus tamen præſuppoſitis extremis, & primo, quod Dominus operas illius famuli conducere ſolitus erat, ſecundo quod famulus ille, qui ſalarium non conuentum petit, operas ſuas ſimiliter locare aliis ſolebat. In vicario autem Epiſcopi, vt completo officio, ſalarium omnino ei debeatur, quamuis à principio non fuiſſet conſtitutum, per Rot. deciſum teſtatur Seraph. *deciſ.*74. cuius authoritate motus Ego, idem dicendum eſſe affirmaui *cit. cap.*311. *num.*9. in officialibus terrarum, & caſtrorum Regni huius ad iuſtitiam adminiſtrandam deputatis, vt eis pariter debeatur ſalarium quamuis in litteris commiſſionalibus non fuerit illud eis conſtitutum.

## *ARGVMENTVM.*

Meliorationes in feudo factæ, quæ per mortem feudatarij, abſque legitimo ſucceſſore ad hęredem in allodio ſpectant, nùm à domino ſint præcisè ſoluendæ, vel ſat erit, ſi dominus ipſe patiatur, vt hæres in allodio illas euellat; & quid in iudicio reuocationis, ſiue diſmembrationis; & dum has meliorationes appretiari contigerit, quodnam tempus ſit inſpiciendum, ad declarationem tex. *in cap.*1. §. *ſi vaſſallus*, *in tit. hic finitur lex.*

## DECISIO CCCCCLXXII.

CVM quoddā Caſtrum ob lineam feudatarij finitam ad Regiam Curiam fuiſſet reuerſum, illudque demum Magnifico Antonio Pignatello venditum eſſet, inſtabat in Regia Camera Magnificus Carolus Carraſa defuncti feudatarij per intermediam perſonam patris ſui in allodio hæres, cogi, & compelli dictum Antonium poſſeſſorem ad ei ſoluendum meliorationes in dicto Caſtro factas, & ſic expenſas erogatas in conſtructione cuiuſdam domus, iuxta text. *in cap.*1. §. *ſi vaſſallus*, *hic finitur lex.* Contradicebat Antonius poſſeſſor, vnde quid iuris dubitatum extitit. 1

Pro parte dicti Antonij poſſeſſoris, vt ad petitas meliorationes ſoluendum non teneretur, illa dumtaxat proponebatur exceptio, nimirum, quod text. *in d.* §. *ſi vaſſallus*, alternatiuè loquitur, vel quod dominus, cui apertum eſt feudum, ſoluat meliorationes, vel vt ædificium factum tolli patiatur, hac alternatiua ſic ſtante, dicebat illius caſtri poſſeſſor, qui à Regia Curia cauſam habebat, quod erat paratus pati, vt factum ædificium tolleretur, ſicque ad aliud non teneri; ſed exceptione hac funditus reiecta, contrarium fuit per Regiam Cameram iudicatum, approbando theoricam Andreæ *in d.* §. *ſi vaſſallus*, quo loci dicit alternatiuam in hoc text. ad fauorem directi domini poſitam, benè procedere, quando ædificium poteſt tolli, & amoueri, ac alibi religari, ſeu refringi abſque rei interitu, quia forſan eſſet ligneum; At ſi eſſet fabrica, cuius demolitio nullam affert vtilitatem, tunc, & eo caſu tenetur dominus ædificij pretium omnino ſoluere, ex quibus dicebatur, hanc Andr. ſententiam veram eſſe, ab eaque apud nos in iudicando nullo pacto recedendum, idemque in eod. text. Præpoſ. affirmaſſe; & licet aliqui contrarium affirmaſſe videantur, tamen in ſpecie contra opinionem Andreæ, quæ eſt vera, non inſurgunt, & pro ea faciunt notata per Salicet. *in l. domum*, *C. de reiuindic.* & text. *in l. in bonæ fidei*, *ff. eod.* Vnde merito fuit condemnatus Antonius poſſeſſor ad ſoluendum meliorationes liquidandas &c. 2

OBSER

Digitized by Google

OBSERVATIO.

1 Verba tex. *in c.* 1. §. *ſi vaſallus, in tit. hic finitur lex,* ſunt hæc. *Si vaſallus in feudo aliquod ædificium fecerit, vel ipſum ſua pecunia meliorauerit, & contigerit poſtea vt vaſallus ſine filio maſculo decedat, dominus, aut patiatur ædificium auferri, aut ſoluat pretium meliorationis, idem dico ſi pretio ſeruitutem fundo acquirat, quidam alij dicunt omninò ad dominum pertinere.*

2 Dom. Regens refert hîc deciſionem indiuidualem, vt illa alternatiua in hoc text. poſita ad fauorem domini, vt ædificium factum à vaſſallo, qui ſine filio maſculo deceſſit, patiatur tolli; aut illius pretium ſoluere non aliter importet, vt ſi ſalua rei ſubſtantia tolli non poteſt, ad illius pretium dominus non teneatur, ſicque dicere; ædificium in feudo factum nolo, diruatur, nam iuxta intelligentiam Andreæ tex. iſte procedit, quando verè ædificium tolli, & amoueri poteſt, & abſque rei interitu alibi aſportari, vt quia eſſet ligneum, quia ſecus ſi eſſet fabrica, cuius demolitio hæredi in allodio nullam afferre poſſet vtilitatem; tunc enim tenetur dominus præciſè pretium ſoluere; cum hac deciſione indiuidualiter concordat, & alia eiuſdem Regiæ Cameræ relata à Dom. Regente Moles *in ſuis deciſionibus manuſcriptis, in tit. de iure douolutionis, quæſt.* 4. quam Ego vti tanto viro dignam imprimi curaui *lib.* 2. *reſolut. iuris, cap.* 134. Hic enim vir doctiſſimus ſcripſit, Regiam Cameram pro indubitato habuiſſe, electionem domino non dari, niſi quando meliorationes integrè à feudo ſæparari poſſunt, puta dicit ipſe, ſi eſſet quid ligneum, vel ligatum, quod tolli, & refici integrè poſſit; nam alias dici nunquam poſſet, dominum aliquam habere electionem cum induceretur per indirectum, vt hæres in allodio à pretio meliorationum excluderetur, refert vlterius determinatum in his appretiandis meliorationibus reſtitutionis tempus fore iuſpiciendum, licèt plus fuerit impenſum; itemque hæredi vaſalli, quouſque fuerit ipſi de meliorationum valore ſatisfactum, feudi competere retentionem; id quod ſatis bene poſt Afflict. & alios *in d.* §. *ſi vaſallus*, comprobant etiam Domin. Regens de Ponte *deciſ.* 4. *num.* 33. *& deciſ.* 12. Scarder. *de feud. par.* 2. 11. *princip. ſect.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 30. *concluſ.* 7. Dom. Reg. Conſtant. *in tit. C. panis fiſcal. credit. præferr. num.* 152. *lib.* 10. & Io. Petr. Molignat. *in tract. de retent. quæſt.* 104. quos omnes inſequutus fui Ego *cit. cap.* 134. vbi in puncto principali, de quo agebam, nimirum in iudicio reuocationis, vel diſmembrationis aliter dixi ſeruandum; ſi enim feudi alienatio ob defectum Regij aſſenſus nulla declararetur, ob quod cogitur venditor, qui feudum illud reacquiſiuit ſoluere emptori victo pretium meliorationum ibi per eum factarum, hæc ſi de per ſe ſubſiſtũt, nec ſunt de illis quæ fundum feudalem meliorem reddunt, non poſſet cogi venditor illarum pretium ſoluere, ſed bene contendere, vt remaneant ad commodum emptoris meliorantis.

## *ARGVMENTVM.*

Pactum de retrouendendo ad certum tempus reſtrictum an adhuc eo tempore elapſo exerceri poſſit per eum, qui venditoris perſonam repreſentat; ſicque aduerſus lapſum temporis reſtitui petentem, ex clauſula generali *ſi qua mihi iuſta cauſa &c.* Quadriennium perſonis priuilegiatis conceſſum ad petendum in integrum reſtitutionem à quo tempore currere incipiat? Pactum de retrouendendo abſque temporis præfinitione in contractum venditionis appoſitum an, & quanto tempore præſcribi poteſt? Pactum de retrouendendo ſi fuerit appoſitum in contractu emptionis, & venditionis, ea tamen lege vt exerceri non poſſit, niſi tanto tempore elapſo, & non priùs, an de iure ſubſiſtat, & de aliis.

## DECISIO CCCCCLXXIII.

1 Venditis in anno 1620. à Domino tunc Regni huius Prorege Don Raymundo de Cardona, pluribus huius Ciuitatis particularibus annuis ducatis 4300. ſuper introitibus Regiæ Dohanæ ad rationem ducatorum decem pro centenario cum pacto tamen de retrouendendo infrà annos quatuor, ac demum per alios annos duos prorogato, elapſis poſtea annis viginti quatuor, inſtabat Regius fiſcus pro retrouenditione lapſu tẽporis non obſtante, eo in ſua prætenſione iacto fundamento, quod de contractu per dictum Dominum Proregem inito, fuerat penitus ignarus; contradicebant particulares emptores, vnde quid iuris dubitabatur.

2 Conuenti temporis lapſu freti dicebant, quod quamuis de iure res vendita cum pacto de retrouendendo ſemper reemi poſſit, vt eſt tex. *in l.* 2. *C. de pact. inter empt. & venditor.* Tamen quoties in reemptione facienda limitatum eſt tempus, eo elapſo pactum illud cenſetur extinctum, ita probant Angel. *conſ.* 199. & Dec. *in l. petens, C. de pactis*; At Regius fiſcus huic concluſioni haud contradicens replicabat, lapſu temporis non obſtante ad retrouenditionem obtinendam omninò fore reſtituendum, ex capite nimirum ignorantiæ, & ſic ex clauſula *ſi qua mihi iuſta cauſa*, qua attenta nedum fiſco, ſed cuicumque maiori competit reſtitutio, optimè Bar. *in l.* 1. §. *ſi quis autem*, per illum tex. vbi eſt caſus, *ff. de itinere actuque priuat.* gloſ. *in l. ſicut, C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Felyn. *in c. vigilanti, de præſcript.* Aretin. *conſ.* 104. Alex. *conſ.* 71. *&* 84. *lib.* 1. Socin. *conſ.* 166. *in fin. lib.* 4. & Decius *conſ.* 29. Quod autem fiſcus fuiſſet ignarus ſatis in



Digitized by Google

facto demonſtrabatur, & ignorantia controuerti non poſſit; vnde etiam ex ſuo priuilegio dicebatur aduerſus lapſum temporis in integrum reſtitutionem ſubintrare, vt per Andream *in conſtit. beneficium reſtitutionis*, dum minori, & Eccleſiæ ad reſtitutionem obtinendam fiſcum æquiparat, vt eſt etiam text. *in l. rempublicam, C. de iure reipubl. lib.* 10. Imol. *in propriis termin. in clem.* 1. *in fine*, *de reſtit. in integr.* vbi dicit, quod Eccleſia eo ipſo, quod tempus ad aliquid peragendum eſt elapſum, læſa dicitur; eſt pariter optimus text. *in c. conſtitutus*, *de in integr. reſtitut. in* 6. vbi optimè Philipp. Franc. & *in cap.* 1. *eod. tit.* qui multa ad propoſitum exarat, ſignanter quod licet Eccleſia, & aliæ perſonæ priuilegiatæ infra tempus quatuor annorum reſtitutionem petere teneantur, tamen nunqum tempus hoc currere incipit, niſi à die ſcientiæ, idemque Imol. *in clem.* 1. *eod. tit.* & Alex. *conſ.* 81. *col. fin. lib.* 5. facit, quod notat Bald. *in l. quamdiu*, *in fine*, *C. qui admitti*, nimirum quod tempus à ſtatuto præſcriptum ad ſcripturas inſinuandas ignoranti non currit, ſequitur Aretin. multa adducens *in l. is poteſt*, *ff. de acquir. hæredit.* Præterea conſiderabatur læſio in contractibus initis ad rationem ducatorum decem pro centenario, cum vendi poterant introitus ad rationem ſex; quare diſcuſſis omnibus in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtr. Domino Prorege, licet cauſa à principio deciſa non fuiſſet, tamen omnes Domini Regiam Cancellariam Regentes, ac Regiæ Cameræ Præſidentes fiſci inſtantiæ annuebant, vt reſtitueretur aduerſus lapſum temporis ex capite ignorantiæ, ac demum ita fuit deciſum, vt fieret petita retrouenditio.

## OBSERVATIO.

1 PActum de retrouendendo abſque temporis præfinitione, in contractu emptionis, & venditionis appoſitum ſunt, qui æſtimarunt, ſpatio annorum triginta præſcribi, ita vt eo elapſo tempore de cætero à venditore exerceri non poſſit, ita ſanè ſcripſerunt Boër. *deciſ.* 182. *num.* 12. & *in deciſ.* 351. *num.* 6. Anton. Faber. *diffinit.* 3. *C. de preſcript.* 30. *vel* 40. *annorum*, Couar. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 9. & Franc. Stephan. *deciſ.* 17. *num.* 1. Contrariam verò ſententiam quæ crebrius obtinuit, vt nec centum annorum ſpatio præſcribatur, amplexi ſunt Cyn. *in l. cum notiſſimi*, §. *ſed & illud*, *C. de preſcript.* 30. *vel* 40. *annorum* Alberic, *in ead. l. cum notiſſimi*, §. *eodem iure*, Fulgoſ. *in l. ſi rem*, §. *omnis*, *ff. de pignor. action.* Fabia. de Monte *in tract. de empt. & vendition.* 7. *quæſt. princip. verſ.* 30. *quæro*, vbi de magis communi opinione teſtatur Alciat. *in rubr. C. de preſcript.* 30. *vel* 40. *annorum*, Ant. Gomez. *var. reſol. tom.* 2. *in tit. de empt. & vendit. cap.* 2. *num.* 28. Myſinger. *ſingul. obſeru. centur.* 1. *obſeruat.* 16. Vbi ſic pluries in Camera Imperiali deciſum fuiſſe teſtatur, idemque per noſtrum Sac. Conſilium refert Ricc. *collect.* 285. At quando pactum hoc eſt ad certum tembus collatum, provt in caſu huius deciſionis quod eo elapſo amplius exerceri non poſſit, eſt text. vulgatus *in l.* 2. ibi *vel intra certa tempora C. de pactis inter emptor. & venditor.* vbi DD. omnes, Bald. *conſ.* 108. *lib.* 5. Tiraquell. *de retractu conuent.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 40. & 41. D. Ludouiſ. *deciſ.* 559. & alij; Eſt tamen verum concluſionem hanc duas recipere reſtrictiones, primam, quoties cum hoc pacto ſic ad certum tempus reſtricto pretij læſio concurreret, tunc enim, hac læſione concurrente, efficeretur perpetuum, ſicque alias per Sac. Conſilium iudicatum teſtatur Cæſar. Vrſill. *in addit. ad Afflict. deciſ.* 73. *num.* 3. alteram, ſi qui hoc pactum exercere vult, probabilem de illo habebat ignorantiam, itavt reſtitui poſſit, ex clauſula generali *ſi qua mihi*, vt probatur in hac deciſione, quam, ſuppoſita ignorantia per fiſcum allegata, iuri conſentaneam puto, idemque probat Dom. Cardin. Tuſc. *practic. concluſ. lit P. concluſ.* 30. *num.* 14. Ego ipſe *lib.* 2. *reſolut. iuris cap.* 160. *num.* 5.

Sed alias fuit dubitatum, an hoc pactum de retrouendendo de iure ſubſiſtat ſi fuerit appoſitum in contractu emptionis, & venditionis, ea tamen lege, vt exerceri non poſſit, niſi tanto tempore elapſo & non prius; & quod ſit de iure validum, nec aliter improbatum, ſcripſerunt Bald. *in cap.* 1. *num.* 7. *verſic. quæro de quibſdam pactis*, *in tit. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ.* Iaſ. *in conſ.* 153. *lib.* 4. Cepoll. *in tit. de ſimul. contract. in* 10. *preſumpt. num.* 90. Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 65. *num.* 4. & in fortioribus terminis, nimirum in venditione annuorum introituum Dom. Reg. Conſtant. *in tit. C. de fiſcal. vſur. lib.* 10. *num.* 40. vbi quærens an hoc pactum valeat ſi fuerit appoſitum in venditione annuorum introituum, vt non liceat venditori intra certum tempus annuos illos introitus venditos redimere, ſed poſt, ratione, & authoritate probat tale pactum validum, omnique iure firmum eſſe, & ita in puncto per Sacrum Conſilium deciſum teſtatur Dom. Reg. Rouit. *deciſ.* 33. Ego ipſe *reſolutio. iuris lib.* 2. *cap.* 160. *num.* 9. 10. & 11. vbi *num. ſeq.* contrarium dicendum putaui, ſi in contractu venditionis annuorum introituum appoſitum eſſet pactum, vt liceret venditori intra certum tempus tantum, puta quinquennium decennium &c. annuos reditus redimere, quo elapſo, amplius redimere non poſſet, itavt perpetuus remaneat cenſus, vel ſi dictum eſſet vt cenſus emptoris arbitrio remaneat, & poteſtate poſt idem tempus ſortem, ſiue cenſus pretium repetere, in his enim duobus caſibus pactum illicitum eſſe, & reprehenſibile, poſt multos, quos allegant, probant Cenc. *tract. de cenſibus*, *quæſt.* 60. *num.* 37. & 38. *in nouiſſ. & par.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 3. *artic.* 8. *in antiq.* Maſtill. *in addit. ad Petr. de Gregor. quæſt.* 5. *num.* 267. *cum pluribus ſeqq.* & Camill. de Medic. *conſ.* 114. *num.* 1. vbi ait ſic pluries per Sacrum Conſilium iudicatum.

## *ARGUMENTUM.*

Procurator conſtitutus, ad agendum, exigendum, & gubernandum, an poſſit comparere, & audiri in iudicio, contra ſuum principalem moto in quo proceſſum fuit in contumaciam, illumque defendere, adhuc proceſſu compilato. Procurator conſtitutus ad omnes cauſas actiuas, & paſſiuas motas, & mouendas, an poſſit agere cauſas feudales.

DECI

## DECISIO CCCCCLXXIV.

1 IN cauſa in Regia Camera Summariæ vertente, inter Sereniſſimam Regiam Suetiæ actricem ex vna, & Sereniſſimam Reginam Poloniæ conuentam ex altera, cum vſque ad cauſæ concluſionem incluſiuè in contumaciam dictæ Sereniſſimæ Reginæ conuentæ ob defectum procurationis proceſſum eſſet, in iudicio comparuit eius internuncius, ac petiit in iudicio ſe admitti pro ſuæ Sereniſſimæ Principalis defenſione, primum petens beneficium, quod in Regno ex diſpoſitione conſtitutionis *obſcuritatem*, mulieribus competit; Et cum ſuper hoc eſſet prouidendum, fuit ſatis dubitatum an mandatum, quod Internuncius in ſui perſonam producebat, eſſet ſufficiens, vt in hoc iudicio audiri poſſet, ex eo quod videbatur conſtitutus procurator ad agendum, exigendum, & gubernandum, alia non expreſſa poteſtate, vt pro mandati ſufficientia ponderabatur, hæc omnia ibi expreſſa ſimul iuncta importare, vt quis nedum poſſit agere; ſed etiam ſuam principalem defendere, niſi mandatum ad agendum tantum dictaret. Bald. & Aretin. *in l. non ſolum, ff. ſol. matrim.* Bart. & DD. *in l. hoc iure, ff. de ſolution.* In tantum, quod ſi habet quis poteſtatem exigendi, maiorem habet poteſtatem, quàm qui habet agendi, quia in primo caſu, etiam à ſponte ſoluente poteſt ſolutionem recipere; ſecus in ſecundo. Bart. & alij *in d. l. hoc iure*, Quare diſcuſſis omnibus in Collaterali Conſilio pro maiori parte Dominorum Iudicantium, fuit deciſum mandatum eſſe ſufficiens, & cum dicto Internuntio forè procedendum, ac primum fuit conceſſum beneficium

## OBSERVATIO.

1 EGo ſatis dubitarem de veritate huius deciſionis, ſi quis volens inſtituere iudicium contra Petrum, citari curaſſet eius procuratorem, qui aliud mandatum non haberet, niſi ad agendum, exigendum, & gubernandum, hæc enim poteſtas certè reſpicere non poteſt, niſi cauſas actiuas tantum, non autem paſſiuas, hic eſt tex. *in c. conſtitutus*, vbi gloſ. *in verbo ad agendum, de procurator.* & Abb. *num.* 4. vbi ait textum iſtum notabilem eſſe, idemque *in c. accedens, eod. tit.* Bart. *in l. ſeruum, §. ait prætor, ad finem, ff. de procurator.* Roma. *ſingul.* 116. Vbi dicit, textum iſtum eſſe mirabilem, Legiſtis penitus incognitum, ac etiam aliquibus Canoniſtis, & addit illud, quod dicitur procuratorem conſtitutum ad agendū, cenſeri pariter conſtitutum ad defendendum, ad tex. *in l. mutus, §. pœnam, ff. de procurator.* Intelligendum fore in procuratore actoris, ſecus in procuratore rei, qui conſtitutus ad agendum, nunquam cenſetur conſtitutus ad defendendum, idemque Barboſ. *in collect. ad dictum c. conſtitutus, in fine*, & ita intelligo dicta per Dom. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 16. num. 26.* quodque nullum fuerit per Sacrum Conſilium declaratum iudicium ab actore inſtitutum citato tantum aduerſarij procuratore, quia aliud non tenebat mandatum, niſi ad exigendum, teſtatur Io. Bapt. Thor. *in compend. deciſ. par. 2. in verb. procurator abſentis*, Quamuis Dom. Præſ. de Franch. aliter dixerit in procuratore conſtituto pro exactione introïtuum, & pro ipſorum defenſione cum ampliſſimis clauſulis, *deciſ. ſua* 117. de qua memor fuit Dom. Reg. Rouit. *in rubr. pragmat. de procurator. num.* 43.

An autem procurator conſtitutus ad omnes cauſas actiuas, & paſſiuas, motas, & mouendas, poſſit agere cauſas feudales, & pro parte affirmatiua per Sacrum Conſilium deciſum teſtantur, quicquid ipſi contrarium ſentiiſent, Afflict. nimirum *in cap. 1. §. in generali, ſub num. 9. in tit. ſi de feud. defunt. controu. ſit inter Dom. & agnat. vaſſall.* & Ioan. Vinc. de Anna *in allegat.* 118. & 119. *ſingular.* 328. & *in repet. cap. 1. numer. 38. de vaſſall. decrep. ætat.* Petra *ad Capyc. dec.* 186. *in nouiſſ.* & alij. 2

## *ARGVMENTVM.*

Aqua naturaliter abſque facto hominis decurrens, nùm ex tali naturali curſu, ad alicuius beneficium præſcriptionem inducere poſſit. Aqua quæ naſcitur in fundo ſuperiori, nùm per illius fundi dominum diuerti poſſit, ne defluat ad fundum inferiorem, ad quem per tempus immemorabile defluit. Aqua quando dicatur labi iure facultatis vel iure ſeruitutis, & de aliis notabilibus, ad materiam pertinentibus.

## DECISIO CCCCCLXXV.

IN cauſa quæ vertebatur in Sacro Regio Conſilio inter Illuſtr. Principem Hoſtiliani vti vtilem Dominum Ciuitatis Teani, iſtiuſque vniuerſitatem ex vna, & Illuſtr. Ducem Sueſſæ ex altera ſuper aqua, quæ vocatur del puzzillo compromiſſa, vt decideretur à duobus Aduocatis ipſorum litigantium, & in caſu diſcordiæ ab ipſo Domino Regente tertio electo, dubitatū fuit, ſi aqua de qua agebatur ſpectabat ad Ciuitatem Sueſſæ, vel potius ad Ciuitatem Theani, ad quam ſpatio ſexaginta, vel ſeptuaginta annorum ſemper decurrerat? 1

Pro parte Domini Ducis præſentata fuit ſententia quædam Regis Ferdinandi primi per quam expreſsè declarabatur, aquam prædictam del *Puzzillo* ſpectare ad Ciuitatem Sueſſæ, non autem ad illam Theani, id quod pariter ex oculari inſpectione patebat, ex quo adhuc exiſtentes erant aquæductus verſus Sueſſam, ſicque plures teſtes examinati hoc ſcire atteſtabantur, & licet pro parte Illuſtr. Principis, eiuſque Ciuitatis Teani allegaretur præſcriptio, tamen quia mala fides ſe offerebat, 2

Digitized by Google

rebat, allegari non poterat, *c. vigilati, c. ſi diligenti, & c. fin. de præſcriptio.* late Bart. Alex. & Aretin. *in l. Pomponius*, §.1. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Et cum eſſet materia peccati, dicebatur iuri Canonico ſtandum eſſe, vt per DD. in locis modo citatis, eoque magis, quia in ſententia Regis Ferdinandi, habebatur quod illa aqua *del Puzzillo* naturaliter abſque facto hominis decurrit, quo caſu etiam ſi per mille annos ad Ciuitatem Teani decurriſſet, ex tali naturali curſu non erat inducta præſcriptio, vt notabiliter dicit Bald. *in cap.* 1. §. *ſi de manſo, de controu. inueſtit.* Cepol. *de ſeruit. ruſtic. prædior. in cap. de ſeruit. aquaductus*, Iaſ. *in l. quominus*, *ff. de flumin.* & latius *in l.* 1. *ff. de acqu. poſſeſſ.* Tum etiam quia aduerſus iſtas præſcriptiones datur ex cauſa legitima in integrum reſtitutio, vt eſt text. & *ibi* Bart. & latiſſimè Alex. *in l.* 1. §. *ſi quis autem*, *ff. de itiner. actuque priuat.* vbi hanc eſſe communem opinionem teſtatur; vnde D. iſte Regens fuit votus quod dicti duo Aduocati experto adhibito, accederent ſuper faciem loci, & cum ita obſeruatum fuiſſet, in regreſſu abſque diſcordia adhuc etiam Domino Regente votante, fuit deciſum dictam aquam ſpectare ad Ciuitatem Sueſſæ, ſicque laudum pronunciatum extitit die 23. octobris 1550.

## OBSERVATIO.

1 AD maiorem declarationem illius concluſionis, quam Dominus Regens noſtr hîc firmauit, nimirum, quod quando aqua naturaliter abſque facto hominis decurrit, ex tali naturali curſu, nec per mille annos præſcriptionem induci, vide omnino, quæ Ego ſcripſi *lib.* 1. *mear. reſolut. cap.* 16. vbi ſuſtinui, aquam, quæ naſcitur in fundo meo ſuperiori, poſſe per me illius fundi dominum diuerti, ne defluat ad fundum inferiorem, ad quem per tempus immemorabile defluxit, ratio aſſignatur, quia cum in meo territorio originem, & caput habeat; illius aquæ ſine dubio dicor Dominus, ad text. *in l. eodem*, §. *meam, ff. de rei vindicat.* nec Dominus fundi inferioris me impedire poteſt, ex quo in fundo meo iure id facio, ad text. *in l. fluminum*, §. *item videamus*, *ff. de damno infecto*, quilibet enim in re ſua eſt moderator, & arbiter, provt in propria materia eſt text. *in l. Proculus*, *ff. de damno infecto*, vbi ſancitum comperimus, quod ſi aqua in meo naſceretur cuniculo, quæ quidem aqua vicino affert vtilitatem, licitum eſt mihi facere in fundo meo quicquid volo ad mei commodum, eoque lucro vicinum priuare, idemque probant gloſſa, & Bart. *ib d.* §. *item videamus*, *per text. in l.* 1. §. *denique*, *ff. de aqua pluuia arcenda*, Theſ. *deciſ.* 245. Viuius *deciſ.* 411. *num.* 8. Cancer. *var. reſolut. libr.* 3. *cap.* 4. *num.* 240. & Nouar. *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 87. Et indiuidualiter in domino aquæ naſcentis in eius territorio, quod non prohibeatur aquam illam naturaliter labentem ad ſui libitum diuertere, etiam cum maximo damno domini fundi inferioris, ceſſante tamen iure ſeruitutis, ſcripſerunt, & ſatis, benè Franc. Ripa *in l. quominus*, *à num.* 24. *ff. de fluminibus*, & Cepoll. *de ſeruit. ruſtic. prædior. cap.* 4. alias 86. *à n.* 80.

2 Nec obſtare dicebam iura *in l. hoc iure*, §. *ductus aquæ*, *ff. de aqua quotid. & æſtiua*, & *in l. ſi quis diuturno*, *ff. ſi ſeruit. vendicetur*, vbi eſt caſus, quod aquæductus, cuius origo hominis memoriam excedit, iure conſtituti loco habetur; etenim iura hæc ſine dubio procedunt in ſeruitute mediis contractu, vel teſtamento conſtitutæ, aut ſpatio centum annorum præſcriptæ, concurrentibus actibus hominum poſitiuis, non autem iure facultatis in aqua naturaliter labente, dicetur enim aquam lapſam iure ſeruitutis præſcriptæ, quando dominus ſuperior aquam vult diuertere, & non diuertit, quia id ei prohibet dominus fundi inferioris, cui quidem prohibitioni conſentit, modo ſi hæc aqua cucurrit poſtea per centum annos, præſcripta dicitur hæc ſeruitus, ita gloſ. *in l. qui luminibus*, *in verbo formam*, *ff. de ſeruit. vrbanor. prædior.* & per Afflict. *deciſ.* 388. *n.* 2. *verſ. niſi probet hanc. ſeruitutem*, qua de re latè Paul. Staib. *conſ.* 21. *n.* 7.

3 Dicebam vlterius *cit. cap.* 16. *num.* 8. hæc omnia non ſolum procedere in aqua ex fundo ſuperiori exoriente; ſed etiam ſi alibi naſceretur, & ad fundum illum perueniret, vt adhuc poſſit per illius fundi dominum diuerti in præiudicium domini fundum inferiorem habentis, ita Dec. *conſ.* 373. *num.* 2. & 3. vbi allegat Bero. *in d. l. quominus*, *in* 14. *quæſt. ff. de fluminibus*, & *in l. cum eſſent*, §. *qui plurium*, *ff. de ſeru. ruſtic. prædior.* & Bald. *in l. aquam*, *in princip. C. de ſeruit.* vbi dicit, quod ſi ex flumine publico quis ad ſuum molendinum aquam duxerit, poterit aquam illam, quo voluerit diuertere, nec vicino molendinum inferius habenti gratiam facere tenebitur, idemque Roma. & Mang. *rell. in addit. ad Bart. in d. l. quominus*.

4 Idemque dicendum addidi in aqua pluuia, quam vulgo nos *Lauam* appellamus, vt defluente illa per viam publicam, poſſit capi per illum qui habet fundum ſiue domum in parte ſuperiori, eaque ad ſui libitum vti, in præiudicium illius, qui habet fundum, vel domum inferiorem, non obſtante immemorabili conſuetudine curſus aquæ per mille annos, iure tamen facultatis ad fundum inferiorem labentis, ſicque diffinitiuo laudo pronunciatum vt ibi.

## *ARGVMENTVM.*

Hypotheca an inducatur ex poteſtate data à debitore creditori eius bona vendendi, pignorandi, & diſponendi, Dictio *ſuper* an hypothecam importet. Filij ſecundogeniti, mortuo patre feudatario, nùm funda paterna pro conſequutione vitæ, & militæ hypothecata habeant. Bona illius, qui pro tutore ſe geſſit, cum ex defectu perſonæ tutelam exercere prohibeatur, nùm pupillo tacitè hypothecata dicantur, & de aliis notabilibus.

OBSER

Digitized by Google

## DECISIO CCCCCLXXVI.

1 IN concurſu creditorum hæreditariorum quondam Illuſtr. Marchioniſſæ Paduli, inſtabant Magnifici de Ferrantes creditores ſine aſſenſu, ipſos pro eorum credito graduari ſuper meliorationibus per dictam quondam Marchioniſſam ſuper territoriis feudalibus factis, & per Regiam Cameram ſuper ducatos ſeptem mille liquidatis; ſed excipientibus concreditoribus, quod iſti non niſi in actione perſonali creditores erant, fuit in Collaterali Conſilio dubitatum, an verè de illorum hypotheca conſtaret?

2 Pro parte dictorum creditorum hypothecam habere prætendentium afferebatur inſtrumentum eorum crediti, in quo apparebat dictam Illuſtr. quondam Marchioniſſam matri ipſorum concurrentium vendidiſſe ſiue conceſſiſſe annuos ducatos centum in perpetuum ſuper fructibus, & introitibus ſui ſtatus & ſignanter ſuper ciuitate Auellini, ponderabatur dictio iſta *ſuper*, quæ hypothecam inducit, *l. Codicillis, § inſtituto, ff. de leg.* 2. quo loci Dyn. Bart. Bald. & Paul. de Caſtro notabiliter dicunt, quod ſi in aliquo inſtrumento reperiretur Cayum mutuo dediſſe Titio centum ſuper tali fundo, licet aliter non conſtet, feudum fuiſſe obligatum ob dictionem illam, *ſuper*, pro obligato habetur, ſubdens Paul. de Caſtro, hoc perpetuo notandum; facit text. *in l. mancipia*, vbi Luc. de Penna, *C. de mancip. lib.* 11. Io. Fab. *in §. item ſeruiana, num* 39. & Iaſ. *num.* 84. *Inſtit. de action.* Roma. *conſ.* 388. Rip. *in rubr. ff. de pignor. num.* 5. Afflict. *deciſ.* 162. Neguſant. *de pignor. par.* 3. *membr.* 1. *num.* 3. Qua de re nunquam in his ſupremis Tribunalibus dubitatum extitit, imò ſemper iudicatum, quod omnis diſpoſitio, in qua poſita eſt dictio, *ſuper*, hypothecam habeatur ſignanter pro ſecundogenitis, quibus à fratre primogenito ſuper feudis paternis debet? vita, & militia, vt pro hac annua præſtatione conſequenda feuda hypothecata habeant, ponderata diſpoſitione *cap. Regni huius*, quod incipit *alienationis actus*, ob dictionem *ſuper* ibi poſitam.

3 Vlterius quod dicti creditores hypothecam haberent ponderabantur verba alia in dicto inſtrumento appoſita, nimirum datam fuiſſe poteſtatem creditrici, vendendi, alienandi pignorandi, & diſponendi, de bonis ipſius Marchioniſſæ debitricis, quæ quidem verba hypothecam inducere probatur ex text. expreſſo *in l. creditor, §. poſt diuiſionem*, vbi Bart. *ff. qui potio. in pign. hab. Afflict. deciſ.* 201. vbi dicit, text. illum non eſſe alibi in toto corpore iuris, Bald. *in l. creditores, num.* 4. *C. de pignor.* & Neguſant. *in tract. de pignor.* 3. *par. memb.* 1. *num.* 12. Tandem, licet non neceſſario, dicebatur, bona dictæ quondam Marchioniſſæ fuiſſe dictis de Ferrantes tacitè hypothecata, ex eo quod fuerat illa eorum tutrix relicta & vti talis de perſonis, & bonis ipſorum pupillorum curam habuerat, ac proinde actione tutelæ tenebatur, iux. text. *in l.* 1. *C. de eo qui pro tutore, vel curatore neg. geſſ.* Et licet gloſ. *ibi* annuat, text. illum loqui de matre, & auia, quæ ad tutelam filij, & nepotis adminiſtrandam habiles ſunt, hoc tamen verum non eſt, quia verè de omnibus mulieribus loquitur, etiam extraneis, cum de iure Cod. adhuc mater, & auia tutelarum incapaces dicantur *l.* 1. *C. quando mul. tut. offic. fungi pot.* Eſt igitur ibi text. qui ſimpliciter, & indiſtinctè vult, quod mulier quæcunque ea ſit, quæ ex defectu ſuæ perſonæ tutrix eſſe non poteſt, ſi tamen vt tutrix in bonorum pupilli adminiſtratione ſe immiſceat, tenebitur, actione tutelæ, id quod ſatis benè declarauit Salic. *in l. militia, C. qui tutor dar. poſſ.* vbi dicit quod quando quis pro tutore ſe geſſit, & nihil repugnauit, neque ex parte ſua, neque pupilli, quod talis eſſe potuerit, datur contra eum actio tutelæ directa, vtilis autem, ſi tutor eſſe non potuit ex defectu nimirum ſuæ perſonæ, quia mulier, vel ſeruus, ex quo priuilegium eſt datum pupillo, & ita loquitur text. *in l.* 1. *C. de eo qui pro tutore* & *in l.* 1. *§. pro tutore, verſ. proinde, ff. eod. tit.* Quod procedit, ſiue putet ſe tutorem eſſe, ſiue non, dummodo vt tutor adminiſtret, vt *in d. §. proinde*, vbi autem defectus naſcitur ex parte illius, cuius tutela geritur, eo caſu nulla ſubintrat actio tutelæ, neque directa, neque vtilis; ſed tantum negotiorum geſtorum *l.* 2. *§ ſi quis quaſi tutor, ff. de eo qui pro tutore ſe geſſ.* itaque tacita hypotheca, nedum bona præſentia, ſed futura comprehendit, vt eſt text. vbi hoc notat Bald. *in l. hac adictali, §. illum, C. de ſecund. nupt.* & gloſ. *in l. fin. C. qua res pignor. oblig. poſſ.* Quare facta relatione in Collaterali Conſilio per Regium Conſiliarium de Boctis, cui cauſa commiſſa extiterat, nemine diſcrepante pro dictis de Ferrantes deciſum extitit, vt inter creditores hypothecam habentes graduarentur ſuper bonis burgenſaticis tantum, ſeu meliorationibus in fundis feudalibus factis, ſic reformantes ſententiam per prius contra pupillos ad relationem Dom. Vincentij de Franchis Regij Conſiliarij latam.

### OBSERVATIO.

AD confirmationem illius concluſionis, nimirum, quod dictio *ſuper*, hypothecam importet, ſicque ſi promiſſo tibi centum ſuper fundo meo, ſiue ſi Tu dixeris mihi, mutuo tibi centum ſuper fundo tuo, cenſeatur ſuper illo contracta hypotheca, vltra DD. per Dom. Reg. *hîc* relatos, videndi ſunt ex recentioribus Cacheran. *deciſ.* 49. *num.* 1. Gigas *de penſion. quæſt.* 51. *num.* 17. Decian. *conſ.* 108. *num.* 14. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 298. *num.* 8. Menoch. *conſ.* 332. *num.* 25. Dom. Card. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 9. vbi ait ſic in Sacro Romano Auditorio receptum, Surd. *conſ.* 330. *num.* 30. Gratia. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 756. *num.* 51. 1

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*



Digitized by Google

Auguſt. Barboſ. *de diction. vſufrequent. dict.* 395. *n.* 2. & noſter Gait. *de cred. cap.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 279. idque DD. dixerunt non ſolum procedere quando dicitur, ſuper tali re particulari; ſed etiam quando dicitur generaliter ſuper omnibus bonis, nam ſicut hæc dictio hypothecam importat ſpecialem rei, quæ exprimitur, quando ſuper re particulari profertur, ita etiam importat generalem omnium bonorum, quando profertur ſuper omnibus bonis, Rota *deciſ.* 260. *num.* 3. *par.* 2. *diuerſ.* Annellus Amat. *conſ.* 68. *num.* 11. Barboſa *loc. cit. num.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 4. *cap.* 683. *n.* 8. *&* 9. Mantic. *loc. ſup. alleg. num.* 10. & Gait. vbi ſup. *num.* 280. Et ex hoc Noſtrates dixerunt illud, quod Dom. Reg. affirmat *hic*, vt ſecundogeniti pro vita, & militia conſequenda à primogenito, ſiue à tertio fundi poſſeſſore hypothecam ſuper fundo habeant, quia text. *in cap. Regni alienationis actus*, hac dictione vtitur, ibi, *In bonis, & ſuper bonis eiuſdem vitam, & militiam &c.* Ita Dom. Præſ. de Franchiſ. *deciſ.* 714. *num.* 2. Dom. Reg. Rouit. *in pragm.* 25. *num.* 15. *de feud.* Dom. Conſil. Theodor. *allega.* 7. *num.* 3. *&* 4. Iul. Cæſ. Gallupp. *in ſuo method. feud. par.* 3. *capit.* 4. *n.* 59. & Andr. Capan. *de vita, & milit. q.* 34. *n.* 4.

2 Circa verò aliam concluſionem hic ſimiliter à Domino Regente firmatam, vt quando creditori data eſt poteſtas capiendi bona debitoris propria authoritate, vbi ſtatuto tempore non fuerit ei ſoluta quantitas, quæ eidem promittitur, quod cenſeatur per hæc verba contracta hypotheca, ac ſi debitor bona ſua in ſpecie hypothecæ ſummiſiſſet, vltra Doctores hic relatos, ſcripſerunt Dom. Card. Mantica. *cit. lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 16. vbi dicit text. *in l. creditor*, §. *poſt diuiſionem*, hîc à Domino Regente allegatum, per quem hoc dictum probatur non inueniri, & Gait. *d. capit.* 4. *quæſito* 6. *num.* 284. vbi addit idem dicendum ſi fuerit data licentia alienandi bona debitoris, ex Neguſant. *de pignor.* 1. *membr.* 3. *par. num.* 4. & Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 580. *num.* 5.

## *ARGVMENTVM.*

Feudo vendito, ſi ex aliqua cauſa poſſet fiſcus poſt mortem venditoris prætendere venditionem illam nullam declarari facere, ſicque ad Dominum feudum illud ſpectare, nùm valeat emptor venditoris morte non expectata fiſcum in ius vocare, ſicque inſtare, vt declaretur vẽditionem fuiſſe, & eſſe validam. Creditor in diem certum nùm poſſit debitorem ſuum in ius vocare, vt die aduenientę ſibi ſoluat, & quid in creditore annuorum introituum, an valeat ille debitorem ſuum condemnari facere, vt ſoluat quod debet pro præterito, & correſpondeat in futurum; & quid in fideicommiſſario, an poſſit in iudicio comparere, vt declaretur bona fideicommiſſo ſubiecta poſt poſſeſſoris mortem ad ſe ſpectare. Clauſula *feudi natura in aliquo nõ mutata*, cuius ſit importantiæ, & de aliis.

## DECISIO CCCCCLXXVII.

Cvm Illuſtr. Marchioniſſa Vaſti, 1 Terram Pomarici à Magnifico Ioanne Alloyſio Saraceno pro ducatis triginta mille emiſſet, Regiuſque ſuper hoc contractu à Domino Regni huius Prorege præſtitus fuiſſet aſſenſus, compertum fuit dictum Ioannem Aloyſium legitimum in feudis ſucceſſorem non habuiſſe, quod proinde directò obſtabat diſpoſitio Regiæ Pragmaticæ, per quam Dominis Proregibus prohibetur feudorum alienationibus aſſentire, vbi venditores legitimo carerent ſucceſſore, ſed quia demum, ſupplicantibus hac fideliſſima Ciuitate, & Regno, Catholica Maieſtas confirmauerat omnes aſſenſus hactenus per Dominos Proreges præſtitos, etiam in caſibus in quibus dicta Pragmatica Sanctio obſtabat; Inſtabat propterea Illuſtr. Marchioniſſa per Regiam Cameram declarari aſſenſum venditioni dictæ Terræ nulliter præſtitum ob gratiam, quæ demum ſuperuenerat forè, & eſſe validum, itavt vbi in futurum cõtingeret dictum Aloyſium abſque legitimo in feudis ſucceſſore mori, nullum ius Regiæ Curiæ ſuper nullitate venditionis dicti feudi ſupereſſet, poteſt enim quis rem aliquam poſſidens in iudicio comparere, & vt poſſeſſio ſibi confirmetur petere, Aretin. optimè *in l.* 1. *C. de Carbon. edicto*, poſt Bald. *in l. fin. C. de edict. Diui Adria. toll.* Item vbi aliquis ius contra me habere prætenderet, poſſem vtique Ego contra eundem agere, vt iura ſua proponant, ad text. *in l. diffamari, C. de ingen. manumiſ.* ſiue vt declaretur eidem nullum ius competere, *l. ſi contendat*, vbi Paul. de Caſtro & omnes *ff. de fideiuſſor.* Imol. *in c. Abbate Sancti Siluani, de verbor. ſignific.* Vnde an iuri conſentanea eſſet hæc Illuſtr. Marchioniſſæ inſtantia dubitabatur; Ratio dubitandi contra Marchioniſſam ea fuit, quia aſſenſus à Domino Prorege ſuper venditione dictæ terræ præſtitus ex defectu voluntatis ipſius concedentis corruebat, quod primo probabatur ex illa clauſula inibi inſerta, *iuribus Regiæ Curiæ ſemper ſaluis*, & ſecundo ex alia, nimirum, *feudi natura in aliquo non mutata*, quaſi per has clauſulas prouiſum eſſet, vt in caſu mortis dicti Io. Aloyſij venditoris abſque liberis, iura Regiæ Curiæ reſeruata cenſerentur; ad notata per Afflict. *in cap.* 1. *qui ſucceſ. teneant.* ſed ad hanc dubitandi rationem Marchioniſſa reſpondebat, Afflict. theoricam bene procedere quando feudum eius naturæ eſt, vt mortuo feudatario ſit ad ſupremum Dominum deuoluendum, vt quia eſſet illud ad vitam conceſſum, prout Loffred. *ibidem*, intelligit Andr. quod ſecus erat in caſu quo, de agebatur,

Digitized by Google

agebatur, in quo licet poſt mortem Ioannis Aloyſij erat feudum illud ad Regem reuerſurum, tamen id ex contingentia facti eueniebat, quia filios non habebat, non quod aliàs ſi legitimum habuiſſet ſucceſſorem, de ſui natura ad Reg. Ctriam deuolutum fuiſſet, illa enim verba, *feudi natura in aliquo non mutata*, intelligi debent, vt ſicut feudum penes venditorem erat hæreditarium, ita & penes emptorem, item ſi erat ex pacto, & prouidentia, vel ſi in eo viuebatur de iure Francorum, & ſic de ſimilibus; poſſet pariter Regij fiſci prætenſio procedere, quando exiſtente feudo illius naturæ, vt mortuo feudatario eſſet illud omninò domino aperiendum, verum aſſenſus iuxta formam Regiæ Cancellariæ conceſſus reperiretur, vt emptori, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus ex corpore legitimè deſcendentibus in perpetuum eſſet ille proficuus, eo enim caſu mortuo venditore, ſtantibus clauſulis prædictis feudum ad dominum reuerteretur, nam alias feudi natura mutaretur; quare facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, fuit omnium voto declaratum, aſſenſum per Dom. Proregem venditioni dictæ terræ à principio nulliter præſtitum fuiſſe, ſed per gratiam generalem Cæſareæ Maieſtatis, quæ poſtea ſuperuenerat, validè confirmatum, ita vt ſuccedente morte dicti Io. Aloyſij, quãuis ſine legitimo in feudis ſucceſſore Illuſt. Marchioniſſa emptrix à Regio fiſco nullatenus moleſtari poſſet &c.

## OBSERVATIO.

1 IVri conſentaneam fuiſſe puto inſtantiam Illuſtriſſ. Marchioniſſæ, nam, non per hoc, quod non erat factus caſus vt fiſcus prætendere potuiſſet; aſſenſum à Prorege impetratum ſuper huius feudi alienatione nullum eſſe, quia adhuc venditor, qui carebat ſucceſſore viuebat, prohibebatur emptrici declarari facere, nullum ius Regio fiſco competiturum, cum primum mors venditoris ſuperueniret, ſtante gratia, per quam confirmabantur omnes aſſenſus hactenus per Dominos Proreges conceſſi, de qua quidem gratia, verba fecimus nos *lib. 2. reſolut. iur. capit. 32.* nam, vt prudenter Domin. Reg. noſter *hic* aduertit, poteſt quis rem aliquam poſſidens in iudicio comparere & vt poſſeſſio ſibi confirmetur petere, ſiue, vt declaretur, aduerſario meo ſuper bonis meis nullum ius competere; item poteſt creditor in diem certam debitorem ſuum in ius vocare, vt die adueniente ſibi ſoluat, quod ei debetur, ita Afflict. qui ſic iudicatum teſtatur *deciſ. 279.* vbi *in fine* dicit, omnia illa iura, quæ dicunt, quod ante tempus non poteſt agi, intelliguntur, vt tunc ſoluatur, non autem, vt quis non poſſit ante tempus contra ſuum debitorem agere, vt adueniente tempore ſoluat, & Vrſill. *vbi numer. 2.* addit idem in creditore annuorum introituum aſſeuerandum, nimirum, vt poſſim Ego contra debitorem meum agere, vt mihi ſoluat de præſenti, quod pro præterito debet, nec non quod ſingulis annis correſpondeat in futurum, quod eſt ſumme notandum, nam vt ipſe ait authoritate Roma. & Afflict. *in loc. per eum cit.* facta in hoc caſu condemnatione, haud in poſterum opus eſſe, vt ſingulis annis libellum porrigam, & nouum inſtituam iudicium contra debitorẽ meum, ſed ſat eſſe me implorare officium Iudicis pro exequutione illius ſententiæ ſiue decreti condemnatorij.

2 Vlterius non deſunt DD. & grauiſſimi (licèt articulus poſitus ſit in Magna controuerſia) qui dixerint fideicommiſſum, ſiue maioratum prætendentem, poſſe illius poſſeſſore adhuc viuente, petere, vt ſententia mediante declaretur bona illa fideicommiſſo, ſiue maioratui ſuppoſita, poſſeſſore mortuo ad eum ſpectare, & pertinere, qua de re D. Præſ. de Franchis *dec. 695.* & Fab. de Anna *conſ. 11. & 126.* qui omnes referunt.

3 Quantum verò attinet ad punctum principalem huius deciſionis, puto ſimiliter iure optimo iudicatum, aſſenſum Proregis fuiſſe ex Regia generali largitione confirmatum, & conſequenter nullum ius poſt mortem venditoris feudi abſque legitimo ſucceſſore potuiſſe fiſco competere circa deuolutionem; etenim, vt ſatis bene D. Reg. noſter dicebat, clauſula illa, *feudi natura in aliquo non mutata* in aſſenſu appoſita aliud importare non poteſt, vt ſicut feudum penes venditorem erat hæreditarium, ita pariter exiſtat penes emptorem; item ſi erat ex pacto ſimpliciter, vel ſi in eo viuebatur iure Francorum, vt hæc natura nullatenus mutetur, quia feudum illud in aliam perſonam transfertur, non autem, quod ſi venditor careat ſucceſſore, eo poſtea defuncto fiat locus deuolutioni, vt ſatis malè authoritate Afflict. putabat Scrader. *de feud. par. 5. cap. 2. num. 54.* hæc eſt enim alia inſpectio ad rem de qua agebatur, nullatenus pertinens, maximè hodie, quia vel exponitur Regi, venditorem carere ſucceſſore, & in hoc caſu ſi vẽditioni factæ, vel faciendæ conſenſit, non eſt, de quo amplius diſputetur, ſi verò non eſt hoc expoſitum; & in hoc caſu quia aſſenſus ſemper conceditur, dummodo venditor legitimum habeat ſucceſſorem, & ceſſat pariter omnis contentio, dum aſſenſus hic impetratus nullius ponderis eſſe poſſit, ſicque ac ſi ille obtentus non eſſet ſemper habebitur.

## *ARGVMENTVM.*

Fatalia an currant in conſiſtorio Principis, & ſic in Collaterali Conſilio. Inſtantia an pereat in Sacro Conſilio, & in Regia Camera Regni Neapolis. Appellatum ſi fuerit à breuitate termini conceſſi, ſi decretum confirmatum fuerit, an denuo terminus currere debeat à principio, vel potius aſſerendum illum cucurriſſe. Fatalia non cucurriſſe, an in dubio ſit iudicandum, & de aliis.

## DECISIO CCCCCLXXVIII.

1 IN cauſa vertente in Collaterali Cõſilio inter Illuſtriſſ. Ducem Sueſſæ actorem, ex vna, & Illuſtr. Ducem Turris maioris reum conuentum ex altera, cum diffinitiua lata eſſet ſententia ad fauorem Ducis Turris Maioris, eo ab impetitis per Ducem Sueſſæ penitus abſoluto, interuenientibus in votãdo Dominis Hieron. Albertino, Innocentio Polo, & Franciſco Anton. Villano Reg. Cancellariam Regentibus,



Digitized by Google

fuit pro parte Ducis Sueſſæ ab hac ſententia reclamatũ, obtentumque vt cauſa reclamationis tractaretur cum interuentu Reg.Cameræ, D. Io.Andreæ de Curte S.Conſilij Pręſidis,ac Regiorum Conſiliorum, Thomæ de Altomare, Nicolai de Villanoua, & Vincentij de Franchis, ſic enim ſpeciali reſcripto ſua Catholica Maieſtas mandauerat, & cum inſtitiſſet Dux Sueſſæ, qui reclamauit, fore in cauſa reclamationis procedendum, oppoſuit, Dux Turris maioris, interpoſitam reclamationem fuiſſe deſertam, ex quo omnia extiterant lapſa fatalia, & ſucceſſiuè, ſententiam in eius fauorem latam in rem iudicatam tranſitum feciſſe, datur enim à die interpoſitæ appellationis tempus vnius anni ad terminari faciendum appellationem, quod dicitur primum fatale, quo elapſo, ſi ex iuſto impedimento cauſa terminari non potuit, datur ſecundus annus, qui dicitur ſecundum fatale, & ſi pariter ex iuſto impedimento in hoc ſecundo anno cauſa finiri non potuit, datur tertius annus pro tertio fatale, quibus quidem fatalibus elapſis, & cauſa adhuc non terminata, declaratur appellatio deſerta; ſententia iam lata firma remanente, ita ratiocinantur gloſ. & DD. *in Authen. ei qui, C. de tempor. appell.* & *in cap. cum ſit Romana; de appellat.* At replicabat Dux Sueſſæ de fatalium lapſu in hac cauſa tractari non poſſe, tum primo quia lis agebatur in Collaterali Conſilio, quod eſt conſiſtorium Principis, in quo fatalia non currunt, *Authen. ſed, & lis, Cod. de tempor appell.* gloſ. *in l. fin. C. vbi ſenat. vel clariſſ.* Paul. de Caſtr. *in l. fin. C. cit. tit. de tempor. appellat.* Franc.Marc. *deciſ.* 143. *lib.* 1. Guid. Pap. *deciſ.* 138. Afflict. *deciſ.* 18. Loffred. *conſ.* 14. *num.* 32. in nihilo obſtante Regia Sanctione Regis Ferdinandi primi, qua prouiſum fuit, in Sacro Conſilio fatalia currere, quia in illo tantum Tribunali procedit, & in Regia Camera, non autem in Collaterali Conſilio, quod verè eſt conſiſtorium Principis, Tribunal à Sacro Conſilio penitus diuiſum, & ſeparatum; tum & ſecundo quia quando diceremus, & in Conſiſtario Principis fatalia currere, provt in aliis Tribunalibus, in caſu, de quo agebatur, appoſitio hæc ceſſabat prorſus, propter notoria impedimenta, quæ ſe obtulerant, ne reclamationis cauſa terminaretur, tribus conſideratis temporibus, quæ erant deducenda, & primo cum per Ducem Sueſſæ habitus fuiſſet recurſus ad ſuam Catholicam Maieſtatem, ad hoc vt dignaretur mandare, ne in reclamatione interpoſita illi tres Domini Regentes, qui ſententiam protulerunt, interuenire poſſen t, ex quo vti delegati proceſſerunt, ſicque eorum officio functi erant, quod quidem tempus habiti recurſus vſque ad diem præſentati reſcripti, quo ſua Maieſtas mandauit, vt Dominus Prorex cum interuentu Regiæ Cameræ, & aliorum, quos nominauit, de iuſtitia prouideret, veniebat omnino deducendum: ſecundo erat dedudencum aliud tempus, nam præſentato per Ducem reſcripto, recuſauit dictos Dominos Regentes, ac Dom. Præſidentem Paulum de Magnanis, in qua recuſatione decidenda vndecim ferè menſes cucurrerunt, & quamuis Dux Sueſſæ in hac propoſita recuſatione ſuccubuiſſet, ob quod dici poterat tempus cucurriſſe ad text. *in l. contra maiores, C. de inoffic. teſtam.* tamen quia iuſtam habebat credulitatem victoriam conſequendi, tempus ei non cucurriſſe dicebatur ex Cyn. Bald. Paul. de Caſtro, & Iaſ. *in d. l. contra maiores*, Bart. *in l.* 3. §. *non ſolum, ff. ad Senat. Conſ. Trebell.* Tertium conſiderabatur tempus, quo fuit allegatum Dominos Regentes fuiſſet delegatos, ac proinde amplius in cauſa iudicare non potuiſſe; cum igitur inſtaret Dux Sueſſæ hoc declarari, fuit deciſum, quod conſulatur ſua Maieſtas, ſi ſuæ fuerit intentionis, vt dicti Dom. Regentes in hac cauſa reclamationis interuenirent, vnde donec D. Rex hoc declaraſſet, provt declarauit poſſe interuenire, tempus non currit, pendente enim relatione, & ſic quouſque ſuperior non reſponderit Iudex in cauſa procedere non poteſt, *l.* 1. *C. de relatio.* Et licet ad hæc omnia pro parte Ducis Turris maioris reſponderetur, quod adhuc, his temporibus deductis, fatalia erant decurſa tamen plura replicabat Dux Sueſſæ, ſignanter quod per ipſum non ſteterat quin cauſa decideretur, cum non ſolum erat concluſum; ſed monitus aduerſarius ad dicendum, Bald. *in Auth. ſi appellatio, C. de tempor. appellat.* ſecundò quia cum cauſa inter Illuſtr. perſonas ageretur, fatalia cucurriſſe dici non poterat. *l.* 1. vbi gloſ. Bal. Ang. & Salyc. *C. vbi ſenat. vel clariſſ.* Tertiò quia ſaltem articulus erat dubius, & in dubio fatalia non curriſſe declarari debet, per text. vbi hoc notant Paul. de Caſtro, Alex. Roma. & Iaſ. *in l.* 1. *ff. ſi quis cautio.* Quando enim declaratur, appellationem non eſſe deſertam, vtrique Parti cautum eſt, vt de ipſarum iuſtitia tractari poſſit; at vbi terminaretur cauſam eſſe deſertam, præcluſa eſſet via appellanti, qui fortè bonum fouet ius; vnde exiſtimabatur per ea quæ ſupra allegata ſunt pro Dom. Duce Sueſſæ forè pronunciandum; ſed relata cauſa in Collaterali, Conſilio, & coram Domino Cardinale Granuelano Regni huius generali Locumtenẽte pro maiori parte Dom. Iudicantium fuit pro Dom. Duce Turris Maioris pronunciatum, nimirum reclamationem fuiſſe deſertam.

## OBSERVATIO.

Scripſit in hac cauſa pro Illuſtr. Duce Turris Maioris D. Reg. Io. Franciſcus de Ponte, tunc famigeratiſſimus cauſarum Patronus, provt videre eſt *in Conſiliis ſuis* 62. *& ſeqq. lib.* 2. in quibus plena manu demonſtrauit, fatalia etiam in Conſiſtorio Principis 1

currere,

Digitized by Google

currere, idemque Dom. Præſ. de Franch. *deciſ. ſua* 646. vbi poſt firmatam concluſionem, quod fatalia currant in S.C. addit, currere ea etiam in Collaterali Conſilio, pluries ſic deciſum referens, & meminit de hac determinatione, in qua vti Iudex adiunctus interuenit, & per hæc verba, *Quinimò idem ſeruatum fuit in reclamatione interpoſita per Illuſtr. Ducē Sueſſæ, cum Duce Turris maioris, à decreto lato per Regium Collaterale Conſilium, in quo erat adiuncta Reg. Camera, & fuimus adiuncti D. Io. Andreas de Curte, & Ego, & tranſmiſſis votis ad Catholicam Maieſtatem, fuit reſcriptum, quod decretum publicaretur iuxta concluſionem vt ſupra factam, & fuit ad relationem D. Reg. Reuerterij.* Hæc ille; quodque in Collaterali Conſ. fatalia currant, ſcripſerūt pariter D. Reg. Rouit. *in pragm.* 53. *n.* 3. *de offic. Sacri Reg. Conſ.* D. Reg. Sanfelic. *dec.* 144. *num.* 16. Ego ipſe *reſolut. iuris lib.* 2. *cap.* 79. vbi de his pleniſſimè.

2 Inſtantiam pariter in Sac. Conſilio perire probat nouiſſimè D. Reg. Capyc. Latro *dec.* 68. *num.* 13. poſt alios quos citat, quicquid in contrarium ſcripſerit D. Conſ. Carleu. *de indic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 7. *ſect.* 3. *intra n.* 443. *fol. mihi* 394. licèt ſecus in Tribunali Reg. Camerę in cauſis tamen fiſcalibus Anna *ſing.* 243. D. Reg. Tap. *in l. fin. par.* 2. *cap.* 4. *n.* 34. *de conſtit. Princip.* Paſcal. *de virib. patr. poteſt. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 22. Ricc. *collect. deciſ.* 90. Thor. *in* 1. *p. ſui comp. in verbo, inſtantia in cauſis fiſcalib.*

3 Circa verò illam concluſionem hic tentam, ni mirū vt in dubio fatalia nō cucurriſſe ſemper ſit declarandū ex ratione per D. Reg. conſiderata notaui hoc idem illū ſcripſiſſe ſupra *dec.* 535. vbi *in obſeru.* ad confirmationē alios retuli DD. hoc idem affirmantes, quos vide.

Vlterius notamus hic D. Reg. noſtrum in ea eſſe ſententia, quod quamuis qui ſuccumbuit in termino dicatur illum cucurriſſe, attamen hoc eſſe reſtringendum quoties hic iuſtam habuit credulitatē victoriam conſequēdi; ſed dicamus libenter, quod ſi dictum hoc eſſet verum, eſſet penitus deſtructiuum principalis concluſionis, quam Bald. & communiter DD. firmarunt *in l. contra maiores, C. de inoff. teſtam.* Quis enim ex litigantibus non credit bonum fouere ius, ſicque in calculo ferendæ ſententiæ victoriam conſequi? vnde meritò reſtrictio hæc in hac deciſione non fuit probata, teneamus igitur concluſionē communem abſque vlla reſtrictione, ad cuius ornatū videnda ſunt omninò, quæ ſcripſit D. Reg. Rou. *in prag.* 8. *n.* 2. *de ord. iudicio.* & meliùs *in dec.* 18. Ego ipſe *reſol. iur. lib.* 1. *c.* 330.

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus Regius ex Regia generali largitione vt pro præſtito habeatur ſuper feudorum obligationibus, quæ pro reſtitutione dotium mulierum Neapolitanarum à maritis contrahuntur, an extendatur ad bona feudalia ſoceri, qui inſimul cum filio ad dotem nurui reſtituendam ſe obligauit, & an ſuper bonis ſoceri genero dotem promittentis, & bona ſua obligantis. Aſſenſus præſtitus ſuper venditione feudi facienda, an extenſionem recipiat vt poſſit feudum illud pignorari, & de aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

*D. De Marinis obſeruat. ad deciſ. D. Reuerterij.*

## DECISIO CCCCCLXXIX.

IN Regia Audientia Rebellium dubitabatur, ſi Regius aſſenſus, qui ex gratia Reg. Catholici pro præſtito habetur ſuper obligatione bonorum feudalium viri, pro reſtitutione dotis eius exoris, pro præſtito etiam habeatur ſuper obligatione bonorum feudalium ſoceri, qui nurui in caſu diſſolutionis matrimonij dotem filio ſolutam reſtituere promiſit? 1

Ratio dubitandi in partem negantem ea fuit, quia cum materia hæc ſit exorbitans, & ſic ſtricti iuris, quod diſpoſitū eſt in vno caſu, aliū adhuc eandem, vel maiorem rationē habentē non extenditur. gloſ. Bart. Salic. & latius Iaſ. *in Auth. quas actions, C. de Sacroſ. Eccleſ.* hinc dicebatur Andr. *in c. Imperialem, in prima addit. de prohib. feudi alien. per Frederic.* aſſenſum ſuper feudi venditione præſtitum, illius pignorationem non comprehendere; & ſi eſt conceſſus vt feudum vendatur Titio, & aliis vendi non poteſt: Cæterum hac dubitandi ratione non obſtante contrarium dotis fauore verius eſſe dicebatur, cum hic non ſit caſus correctorius iuris communis feudorum ſiue conſtit. Regni huius *conſtit. diuæ memoriæ*, hæc enim iura generaliter, & indiſtinctè feudi venditionem, & pignorationem prohibentia, in hoc dumtaxat caſu limitantur, & in cæteris cōtractibus firma remanent, nec eſt nouum, vt in materia exorbitanti fiat extenſio in fauorabilibus, ita gloſ. quam omnes ſequuntur. *in l. vnica, C. de his qui ante apert. tabul.* Abb. & aliij *in c. cum dilecta, de confirm. vtil. vel inutil.* Etenim fauore piæ cauſæ in exorbitantibus fit extenſio. gloſ. Bald. & Salicet. *in l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ.* item fauore Reipub. Aretin. *in l. Gallus, in princ. & in §. ille caſus, ff. de liber. & poſth.* notant omnes poſt Bart. *in l. ſi conſtante, ff. ſolu. matrim.* militant enim pro dote omnes rationes fauorabiles, dos namque de ſui natura fauorabilis eſt, Andr. *in c.* 1. *§. donare, qual. olim poter. feud. alien.* Viget etiam pro dote fauor piæ cauſę, & Reipublicæ, cum mulieres eſſe dotatas valde interſit, notant omnes *in l.* 1. *ff. ſol. matrim.* Bart. & Alex. *in d. l. ſi conſtante.* Id quod adeo verū eſt vt quando ratio expreſſa à ſtatuto in pluribus caſibus militare poteſt, nullo pacto de extenſione, ſed potius de comprehenſione tractandū eſt, ſicut genus, quod omnes comprehendit ſpecies, Bald. poſt Cyn. *in l. quod verò, C. de legib.* Ita vt ſi vna perſona exprimatur, potius exēplariter, quam reſpectiuè expreſſa dicatur, Bald. *in d. l. de quib. ff. de legib.* Aret. optime *cōſ.* 36. *li.* 6. cum igitur in caſu noſtro ratio expreſſa in ſtatuto, ne ſcil. mulier remaneat indotata vniformiter militet in ſocero, ſicut in marito, conſequens eſt dicere, vt omnino vtrūque caſum comprehendat, ita gloſ quā omnes ſequuntur *in d. l. ſi conſtante*, Nec ſimpliciter verum eſſe, vt in feudalibus nulla poſſit fieri extenſio, quando quidem contrarium demon-



Digitized by Google

ſtratur *in c.1.§.porro*, vbi Bart. hoc notat *quæ ſit prima cauſ. beneſ. amitt.* gloſ.& DD. *in c.1. de feud. cognit.* idem Bald. *in l. de quib.* Præterea nec obſtabat in quantũ dicebatur, quod hic ſumus in aſſenſu, qui eſt ſtricti iuris, vt latè per Andr. *in d.c. Imperialem*, nam loquitur Andr. de aſſenſu à Principe præſtito, non autem à lege, provt in caſu, de quo agebatur, tum etiam quia quando agitur de extenſione principaliter, non inſpicitur an ſit ſtricti iuris, vel non; ſed inſpicitur cauſa an ſit fauorabilis, vel odioſa, ita ſingulariter Aret. *in l. gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſth.* vnde falſum eſſe apparebat, quod dicebatur idem eſſe in aſſenſu præſtito à lege, & ab homine. quia verũ non eſt; ad notata per Andr. *in c.1.§. & ſi clientulus*, vbi etiam Aluar. *de alienat feud. pater.* quare in caſu propoſito D. iſte Reg. qui eo tempore non erat, niſi vnus ex iudicibus à Cæſarea Maieſtate contra Rebelles electis (adhuc enim promotus non extiterat ad officium Præſidis Regiæ Cameræ) concludebat, quod ſi iſte ſocer qui pro reſtitutione dotis nurus ſuæ omnia bona feudalia, & burgenſatica obligauerat, habebat tot bona burgenſatica, ex quibus poterat nurus ſuam repetere dotem, & nullo pacto extenſioni locus eſſe poterat, quia ceſſabat ſtatuti ratio, ne ſcilic. mulier remaneret indotata, at ſecus ſi nulla habebat bona, niſi feudalia quia tunc fiebat locus extẽſioni, vt cenſeretur à lege præſtitus aſſenſus ſuper bonis feudalibus ſoceri, ne mulier indotata remaneret huiuſque pariter voti erant D. Vicecancellarius, & D. Antonius de Bardagino Regiæ Cameræ Præſides, licet D. Martinus Romanus fuiſſet in voto contrario, & D. Io. Martialis in dubio, itavt votum aperire voluerit, cauſa tamen ob mortem, quæ ſuperuenit Dom. Vicecancellarij deciſa non fuit ſed decidenda remiſſa ad Regiam Cameram eoque tempore, hic Dom. Reg. à Cæſarea Maieſtate electus fuit in Præſidem Reg. Cameræ, in qua ad ipſiuſmet relationem finem habuit, dum enanimi conſenſu fuit determinatũ vt præſtaretur aſſiſtentia ſuper bonis burgenſaticis, ſi extarẽt & pro dotium reſtitutione eſſent ſufficientia, ſin autẽ in ſubſidium ſuper feudis &c.

## OBSERVATIO.

1 Aſſenſus Regius, qui in bonorum feudalium obligatione ſpecificus, & in forma probanti pro contractus validitate interuenire debet, ex Regia generali largitione, tunc Catholici Regis noſtri pro præſtito habetur in feudorum obligationibus, quæ pro reſtitutione dotium mulierum Neapolitanarũ à maritis contrahuntur, hic modo cum dubitatũ eſſet, an hæc Regia munificentia eſſet extendenda ad bona feudalia ſoceri, qui inſimul, cum filio ad dotem nurui reſtituendam ſe obligauit, ſic bona ſua omnia hypothecæ ſubmittens, affirmatiuè deciſum cõperimus, in ſubſidium tamen, bonis allodialibus non exiſtentibus. Credo indubitanter, quod caſus huius deciſionis ſit illemet, qui refertur à Marino Frecc. *lib.2. de ſubfeud. in prima auth. q.13.* vbi addit, determinationem hanc, quæ prodiit ſub die 24. Decembris 1532. æquam fuiſſe, & non ſine ratione, vbi filius cum patris conſenſu, ſiue interuentu matrimonium contraxit, quia dicit ipſe, ſi ſocer dotem recipit ſicut filius, mulieri eorum negligentia in aſſenſum petendo imputari non debet, ſi enim iſti à Rege aſſenſum petiiſſent, vtique abſque aliqua difficultate libenter fuiſſet ei conceſſus; vnde bene dicebat Frecc. fauorabilem, & benignam fuiſſe interpretationem hanc, ne mulier indotata remaneret, hanc eandem ſententiam probarunt pariter inſignis Camer. *in c. Imperialem, fol. 53. lit. Z*, Io. Thom. Minad. *in conſ. 3. per totum*, vbi ſimiliter iudicatum refert aſſenſum, de quo agimus, cenſeri ineſſe in quacumque obligatione feudali pro dotis reſtitutione, & conſeruatione vltra caſum obligationis viri, & ſoceri. D. Regens Rou. *in pragm. 8. n.4. de feudis.* Ego ipſe *reſol. iur. lib.2. cap.28. n.15.* Vbi *n. ſeq.* addidi, hoc idem procedere in fauorem mariti agentis ad bona ſoceri vigore inſtrumenti mutui dependentis ex reſta dotium, ſicque deciſum annui *ex apoſtilla ad cap.21. Regis Catholici fol.43.* vbi habentur hæc verba. *In cauſa Illuſtris Galeatij Farneſij Marchionis Latera cum Illuſtri Duce Hadria, fuit dubitatum ſi hoc capitulum XXI. habeat locum in promiſſione dotis facta per ſocerum in capitulis matrimonialibus, & ſic die 5. Octobris 1571. referente Domino Altomare, iunctis Aulis fuit per Sacrum Conſilium deciſum quod ſic, Portius Actuarius &c.* de hac deciſione meminit etiam D. Regens de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit.6. in princip. n.14.*

Circa verò ea quæ hic in principio dicta ſunt, n\[on\] mirum, vt materia hæc aſſenſus ſit exorbitans, ſicque ſtricti iuris, itavt quod diſpoſitum eſt in vno caſu, nullam ad alium, quamuis ſimilem & maiorem rationem habentem recipiat extenſionem, & ob id Andr. dixiſſe *in c. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Frederic.* quod aſſenſus pręſtitus ſuper alienatione feudi facienda, nullam extenſionem recipiat, vt cenſeatur pariter præſtitus ſuper pignoratione, id quod probant pariter Camer. *in eod. c. Imperialem. fol.49. lit. E.* Frecc. *de ſubfeud. lib.2. in 1. auth. quaſt.9. fol. mihi 189.* Lanar. *conſ.60. n.220.* & Gizzarell. *deciſ.77.* ad id expendentes tex. *in l. pupillorum, §. ſi prætor, ff. de reb. eorum* (licet contrarium ſcripſerit D. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt. Proregis tit.8. §.6. per totum*) aliàs Ego dum de his agebam *li.1. mearum reſol. c.28. à n.10. ad finem*, aduertendum eſſe putaui, hæc omnia veriſſima eſſe recipiendo partem extenſiuam aſſenſus, ſecus verò comprehenſiuam, ad tradita per Afflict. *in eod. c. Imperialem*, & per Marcell. de Mauro *alleg.47. n.7.* id quod bene declarat Camer. ibidem *fol.52. litt.5. verſ. octaua concluſio*, & melius *fol. ſequenti à lit. K. vſque ad P.* vbi omninò videatur, & ex hoc Ego in puncto principali dicebam, aſſenſum Apoſtolicum, qui ſimiliter ſtricti iuris eſt ex vrgenti, & neceſſaria cauſa ſuper bonorum Eccleſiaſticorũ alienatione facienda impetratum, ſi emptor non inuenitur poſſe comprehendere conſtitutionem annui cenſus ſuper eiſdem bonis, vide ſi placet, quæ *ibi* conſideraui, quia ſcitu digna ſunt.

## ARGVMENTVM.

Creditor, ſiue emptor tot annuorum introituum cum pacto de retrouendẽdo, ſi illorum partem cum eodem pacto, & ceſſione iurium aliqui vendiderit, qui demum cum iurium ceſſione eandem ſummam ſibi venditam retrouendidit ceſſionario ius luendi, quod

Digitized by Google

quod principali debitori competebat, in cõcurſu ſuper bonis debitoris, quis nã ſit præferendus, an primus creditor pro conſequutione illorum annuorũ penes ipſum remanſorum, vel potius ceſſionarius iuris luendi pro quantite præuia retrouenditione ſibi ceſſa. Debitor annuorum introituum venditorum cum pacto de retrouendendo, ſi ius iſtud luendi alteri ceſſerit, qui poſtea vti ceſſionarius iſtius iuris ſoluit creditori, à quo iurium ceſſionem obtinuit, an hic ceſſionarius ſuper bonis debitoris, qui ius luendi ceſſerat, anterioritatem habeat non ſolum pro ſorte creditori ſoluta, ſed etiam pro annualitatibus in futurum decurrendis, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCCLXXX

1 IN facto ſupponebatur Magnif. Io. Aloyſium Saracenum poſtquam ab Vniuerſitate Terræ Ioiæ annuos emiſſet ducatos quingentos quadragintra cum pacto de retrouendẽdo pro certa ſorte ſoluta, ex hac ſumma ſic empta vendidiſſe, & ceſſiſſe Pomettæ Spinulæ, & Baroni Latronici ſimiliter cum eodem pacto de retrouendendo annuos ducatos tercentum ſeptuaginta tres, demũ cum vniuerſitas ius illud reemendi, quod tenebat, ceſſiſſet Magnif. Io. Bapt. Piſcicello, hic pactum hoc de retrouendendo vti vniuerſitatis ceſſionarius exercens reemit à dictis Pometta, & Barone dictos annuos introitus ducatorum tercentũ ſeptuaginta trium, quos à dicto Io. Aloyſio emerat, obtenta ab eiſdem ampliſſima iurium ceſſione, poſtea, quia vniuerſitas debitrix foro ceſſerat, in graduatione creditorũ contigit in S. C. dubitari, quis eſſet præferendus, an Io. Baptiſta, qui ex iuribus ei ceſſis à Pometta, & Barone acquiſierat, dictos annuos ducatos tercentum ſeptuagintatres, vel potius dictus Io. Aloyſius pro reliquis annuis centum ſexaginta ſeptem, quos, ſibi retinuerat?

2 Et eſſe præferendũ dictum Io. Baptiſtam, reuocata prima ſententia pro Io. Aloyſio in vna Aula lata, ſolemniter per S. Conſilium iunctis duabus Aulis in Collaterali Conſ. 22. die menſis Iunij 1573. deciſum extitit; Etenim non dubitabatur, quod ſi dicti Pometta, & Baro haud retrouendidiſſent dicto Io. Baptiſtæ ſicque illi cõcurriſſent, potiores fuiſſent Io. Aloyſio, ex eo quod hic in illos iura ſua transtulerat; ſed quia iura hæc ſic acquiſita iam ceſſerant Io. Baptiſtę, iſte vti eorumdem ceſſionarius ſimiliter præferebatur; quod autẽ ceſſio illa fieri potuiſſet procedebat ſinę cõtrouerſia; quandoquidem indubitati iuris eſt, poſſe mihi nedum actionem, ſed etiam officium iudicis ſolamque naturalẽ obligationem cedi *l. ſi eius, ff. ad ſenat. Conſ. Trebell.* Bart. *in l. 1. §. fin. ff. de nou. oper. nunciat.* Aret. *in l. huiuſmodi, ff. de verb. obligatio.* In tantum, quod ſi ſtatuto cauetur, quod ad creditoris inſtantiã debitor de perſona capi poſſit, ſi creditum fuerit alteri ceſſum, inſtante ceſſionario; poterit etiam debitor de perſona capi. Aret. *in l. 1. ff. ſi cert. pet.* ſimiliter ſi quis haberet ius intrandi poſſeſſionem rei alterius propria authoritate, poterit, & eius ceſſionarius, quia ius illud cedi poteſt, Bart. Alex. & Iaſ. *in l. 1. . . fin ff de noui oper. nunciat.* Aret. *in l. ſi ita ſtipuler. & in l. fin. ff. de verbor. oblig.* Iſtamque communem eſſe opinionem, teſtis eſt Iaſ. *in d. l. 1. §. fin.* Et facit, quod dixit gl. *in l. cum fundus, in verbo poſtea ff. de vi, & vi armat.* Vbi firmat ius illud extraiudiciale, quod quis incontinenti inuaſorem expellere poſſit, alteri cedi poſſe, quod gloſ. dictum pro ſingulare reputat Bald. *in c. 1. §. 1. de pac iuram. firm.* plus dixit Angel. *in l. ſi emptore, ff. de pact.* quem ſequitur Aret. *in l. cum filiumfamilias, ff de leg. 1.* Quod quando in ceſſione actionis illa ſunt poſita verba, nimirum, *ponens eum in locum ſuum*, videtur mandatum exrcitium, itavt amplius agere non poſſit, adhuc ſi non interuenerit alterum ex tribus, de quibus *in l. 3. C. de nouatio.* in puncto autem, conſuluit Paul. de Caſtro *conſ. 1. lib. 2.* Nec in aliquo obſtare dictum fuit, quod Io. Aloyſius prætẽdebat, nimirum iura Pomettæ Spinolæ & Baronis Latronici per reemptionem fuiſſe ſublata, & penitus extincta; quandoquidem hoc verum non erat, ſiquidem Vniuerſitas Ioię ius reemendi dicto Io. Baptiſtæ cedẽs nullo pacto in illum per viam extinctionis illorum introïtuum tranſtulit dominium, cum penes ipſam non erat; ſed penes Io. Aloyſium, licèt reuocabile, qui poſtea illum reuendens in Pomettam, & Baronem tranſtulit, & ſucceſſiuè ab iſtis in Io. Baptiſtam transfuſum cum omnibus iuribus ſuis, & cum illis hypothecis, & prioritatibus, quæ erant penes omnes ſuos Authores, à quibus mediantibus ceſſionibus eis factis cauſam habebat, ſicque dicendum dominium illud nunquam fuiſſe extinctũ, ſed ſemper in ſuos emptores cum ſuis cauſis, iuribus, hypothecis, & prioritatibus tranſiuiſſe; tranſlatis igitur in Ioannẽ Baptiſtam omnibus iuribus, quæ contra Vniuerſitatem debitricem exerceri poterant, conſequens erat, vt præfereretur Io. Aloyſio Saraceno, qui vendendo, & cedendo omnia eius iura in Pomettam, & Baronem ea tranſtulit; qualitas enim contractus retrouenditionis, & verba, ipſius tranſlationem, non autem extinctionem induxerant, quia retrouenditio vigore pacti, quæ eſt actus retroſimilis primo contractui venditionis ius tranſtulit, non per viam diſſolutionis contractus; ſed per viam noui contractus, & iſtud eſt quod voluit dicere gloſ. *in l. . in verbo pertinere, C. de pact. inter empt. & vend.* Hoc enim



Digitized by Google

enim important verba illa, quæ in retrouenditionibus apponi conſuetum eſt,& in retrouenditione,de qua agebatur appoſita fuerunt,nimirum, *ceßit,poſuit, & transtulit.* Etenim tunc extinctio ſuborta eſſet, ſi vniuerſitas, vel à Io. Aloyſio,vel à Pometta, & Barone, quibus ille introitus vendiderat, reemiſſet, ſed quia ipſa non reemit,ſed alteri ius reemendi ceſſit, facta reemptione per eius ceſſionarium,non fuerunt aliter iura extincta; ſed bene in eum tranſlata, vnde &c.

## OBSERVATIO.

1 Illud eſt,quod in hac deciſione principaliter habetur, nimirum,quod ſi Ego emi ab Antonio annuos ducatos quincentum cum pacto de retrouendendo, quorum demum tercentum cum eodem pacto, & ceſſione iurium vendidi Petro,qui poſteo illos cum iurium ceſſione in forma retrouendidit Alexandro vti ceſſionario iuris luendi, quod Antonio debitori competebat, in concurſu ſuper bonis Antonij debitoris Alexandrum pro conſequutione illorum annuorum ducatorum tercentum, quos Ego ceſſi Petro, & à quo ipſe Alexander obtinuit poſtea ceſſionem, præferri mihi pro reliquis biſcentum, qui penes me remanſerunt, ratio aſſignatur quia quando Ego vendidi Petro dictos annuos ducatos tercentum, tranſlatiuè non autem extinctiuè fuerunt à me ceſſa omnia iura mea, quæ quidem iura tranſlatiuè ſimiliter fuerunt poſtea ceſſa Alexandro, qui ceſſionem iuris luendi ab Antonio principali debitore obtinuerat; ſed videbatur dicendum quod ambo,& ſic tam Ego,quam Alexander pro rata in eodem loco concurrere deberemus ex dictis per D.de Franch. *deciſ.*260. vbi authoritate Ang. *in conſ.*208. refert per Sacrum Conſilium deciſum,cedentem,& ceſſionarium ſuper bonis debitoris ceſſi pro rata concurrere, hi enim parem habent cauſam,cum omnes pendeant ex eodem fonte,ſicque habentur,ac ſi iunctim cum debitore contraxiſſent, idemque & ſatis bene D.Reg. de Ponte *deciſ.*34. *num.*23. Marta *deciſ.Piſan.*75. *num.*10. Gait. *de cred.cap.*4.*quæſito* 11. *n.*1835. & alij; Sed credo quod vtraque opinio in caſu ſuo vera ſit, nàm alius eſt caſus propoſitus à Domino Regente noſtro, & alius,qui refertur ab Ang. & à D. de Franchis, in caſu huius deciſionis contractus fuit voluntarius, qui enim annuos introitus cum pacto de retrouendendo emerat, illorum partem pretio mediante vendidit alteri cum eodem pacto, vnde hic,qui poſtea partem emit in tantum pecuniam ſuam exburſabat, in quantum ei à venditore cedebantur iura,quæ acquiſita habebat contra principalem debitorem,ſicque exiſtente cõtractu voluntario, quæ bona ſuadet ratio,vt pro rata cedẽs,& ceſſionarius concurrat, ratio bona expoſcit, vt ceſſionarius,qui pecuniam ſuam ſoluit cedenti præferatur, qui alias non contraxiſſet, non ſic in caſu Dom. de Franch. in quo contractus eſt neceſſarius, nam qui cedit cogitur cedere,& qui ſoluit cogitur ſoluere,vnde ius,& æquitas ſuadent vt ambo pro rata concurrant.

2 Ex hac deciſione Dom. Reg. noſtri, quæ provt fuit ab ipſo ſcripta reperitur impreſſa inter deciſiones Sacri Conſilij D.Reg.Capyc.Latro poſt 16. Noſtrates rem ſatis vtilem collegerunt, nimirum, quod quando venditor,& debitor annuorum introïtuum cum pacto de retrouendendo ius iſtud luendi, & reemendi alteri cedit, qui poſtea vti ceſſionarius iſtius iuris ſoluit creditori, ſiue illorum annuorum introïtuum emptori pretium quod exburſauit, à quo quidem emptore, & creditore in actu ſolutionis, & retrouenditionis iurium, ceſſionem tranſlatiuè in ampla forma obtinuit, hic ceſſionarius ſuper bonis debitoris, qui ius luendi ceſſerat, anterior itatem habebit,non ſolum pro ſorte creditori ſoluta, ſed etiam pro annualitatibus in futurum decurrendis, qua de re latè per D.Reg. Capyc. Latro *cit.deciſ.*16. & per Me *lib.*1.*mearum reſolut.c.*75.*à.n.*16. poſt alios,quos refert.

3 Sed in hac materia de alio etiam dubitari ſolet, nimirum, ſi quis exiſtens creditor Petri in tot annuis, illorum partem hodie ceſſerit mihi, craſtina autem die reliquum tibi, an in concurſu ſuper bonis huius debitoris ſim ego tibi præferendus, vel potius omnes inſimul concurramus? vide D.Reg.de Ponte *in cit.dec.*34. *ante num.*24.*verſ.punctus eſt*, vbi pro me primo ceſſionario ſatis doctè reſpondit, vide etiam ſi placet, quæ in hoc articulo ſcripſit Felician. de Solis *in ſuo tract. de cenſibus tom.*2.*lib.*3.*cap.*5.

## ARGVMENTVM.

Renunciatio facta à filia nubente in manibus patris cum clauſulis ampliſſimis, filiis maſculis,eo renunciationis tempore exiſtentibus, nùm illis demum mortuis euaneſcat, ac ſi facta nõ eſſet, itavt poſſit filia ipſa vna cum aliis ſororibus, quæ non renunciarunt, patri renunciatario poſtea ab inteſtato defuncto ſuccedere, renunciatione non obſtante. Cauſæ enumerantur, propter quas parentes filiarum nubẽtium renunciationes accipiunt. Cautela traditur & vnica,vt filia à patris ſucceſſione propter renũciationẽ à collateralibus excludatur, & de aliis notabilibus.

## DECISIO CCCCCLXXXI.

Dvbitabatvr in Sacro Regio Conſilio & coram Regio Conſiliario D.Vincentio de Franchis cauſæ commiſſario, ſi ad ſuccedendum in bonis Magnifici Fœlicis de Thomaſio ab inteſtato abſque filiis maſculis defuncti, poterat concurrere Ioanna filia primogenita, quæ dum nupſerat ampliſſimè patri ſuo renunciauerat, vel potius illa excluſa, ſuccedere debebant filiæ ſecundogenitæ nuptæ & in capillo,quæ nunquam renunciauerant. 1

Pro ſororibus ſecundogenitis illæ ampliſſimæ ponderabantur clauſulæ renunciationis cum iuramento factæ per dictam Ioannam primogenitam ex quibus eius deſumebatur excluſio, ſignanter, vt renunciatio ſuum deberet ſortiri effectum reſpectu quarumcumque ſucceſſionum ad ipſam renunciantem ex quocumque caſu,& cauſa ſpectantium, tam de præſenti,quàm de futuro,& cum Aquiliana ſtipulatione, ſicque non ſolum omne ipſius renunciantis ius,quod de præſenti competebat ſublatum dicebatur, ſed omnis ſpes 2

Digitized by Google

ſpes, quæ in futurum reuiuiſcere poterat, ad notata per Roma. *conſ.22.* Anton. de Alex. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligation.* Afflict. *in cap.1. de eo qui fin.fac. agnat. de feud. patern.* & per alios vbique. Cæterum contrarium per Sacrum Conſilium, facta relatione in Collaterali Conſilio, & coram Domino Cardinale Granuelano Regni huius tunc Locumtenenti generali, nemine diſcrepante deciſum extitit, ratio deciſionis fuit, quia cum renunciationis tempore ipſarum ſororum frater viueret, ſucceſſiuè affirmandum illius reſpectu communem patrem renunciationem recepiſſe, hæc namque ſola cauſa fuit renunciationis, qua ceſſante, dùm in vita patris frater ille deceſſerat, ceſſabat, & ipſa renunciatio. *l. adigere, §. quamuis, ff. de iurepatronatus. c. cum ceſſante, de appellat.* Bald. *conſ.137. quadam pupilla lib....* cuius dicta, & rationes pro cauſæ deciſione ſat eſſe dicebatur, Paul. de Caſtro, & Dec. *in l. pactum dotali, C. de Collatio.* Aret. *in l. qui ſuperſtitis, ff. de acq. hæred.* Alex. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta,* & *conſ.29. lib.3.* & alij, Idque procedere fuit tentum nedum quando renunciatio particularis facta eſt, ſed etiam ſi generaliſſima eſſet, dummodo eadem vigeat cauſa, & ratio, nimirum maſculorum exiſtentia, ita expreſsè firmat Socin. *conſ.24. num.11, lib.1. poſt* Bald. *in l. iubemus, C. ad Vellelia.* vbi dicit, quod renunciatio generalis reſtringitur ad ſpecificata, nam licet verba ſint generalia, ſunt tamen prolata reſpectu certæ cauſæ finalis in ſpecie, & per hoc cauſa in ſpecie reſtringit dictum in genere, facit text. vbi Bart. & omnes *in l. ſi de certa, C. de tranſact. & in l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg.2.* & quod dixit Petr. de Anchar. *conſ.84.* quem refert, & ſequitur Dec. *conſ.335.* Etenim dicebatur, quod ſi in actu renunciationis interrogatus fuiſſet pater renunciatarius, an contingente caſu, vt abſque filio maſculo decederet, voluiſſetne vt Ioanna renuncians inſimul cum aliis ſororibus ei ſuccederet, certè affirmatiuè reſpõdiſſet, quia nulla eo caſu ſe obtuliſſet cauſa illam à ſucceſſione excludendi, dum maſculus non exiſtebat & pro hac opinione facit tex. *in l. quod ſeruus, ff. de condict. ob cauſ.* vbi omnis diſpoſitio ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus, & bene Andreas *in c.1. §. mutus, in tit. Epiſc. vel Abb.* Nec obſtabat, quod in capitulis matrimonialibus D. Ioannæ expreſſum non extiterat, quod renunciatio ab ipſa fiebat, ex eo quod erat tunc viuus Ioſeph. eius frater, nam cum nulla alia poterat eſſe cauſa, & filia ipſa renunciaret, niſi iſta, pro expreſſa habebatur, gloſ. communiter recepta *in l. quamuis, C. de fideicom.* tum etiam quia cum dictus Fœlix pater aliam denium filiam in matrimonium collocaſſet, dixit, quod poſtquam Ioſeph. filius è viuis deceſſerat renunciatione non indigebat, ex quibus ſanè verbis deſumebatur apertiſſimè, quod filij maſculi cauſa fuerat vnica, vt Ioanna renunciaſſet; & per hoc ceſſabant prorſus dicta per Rom. *conſ.22. ſupracitato*, vltra quod eius opinio circa importantiam Aquilianæ ſtipulationis vera non eſt, imò expreſsè à Loffredo noſtro reprobata *in c.1. de nat. ſucceſſ. feud.* Item, & ipſa Aquiliana ſtipulatio in caſu propoſito facta extiterat ad renunciationem conualidandam, caſu quo renunciatio in ſuo robore eſſet permanſura; ſed in caſu de quo agebatur ob mortem, quæ ſuperuenerat filij maſculi euanuerat ergo vnde merito communi omnium voto deciſum extitit, ad patris inteſtatam ſucceſſionem omnes filias eſſe admittendas, & ſic non ſolum illas, quæ haud renunciuerant; ſed etiam Ioannam à qua ampliſſimè renunciatio facta extiterat, collatis tamen ab omnibus dotibus receptis, ad text. *in l.1. ff. de collation. dot.* & *in l. filiæ, & in l. vt liberis, C. de collat.* Et cum ab iſta ſententia fuiſſet reclamatum, facta iterum relatione in Collaterali Conſilio, iudicibus in maiori numero interuenientibus, fuit pariter illa nemine diſcrepante, confirmata, cum impoſitione perpetui ſilentij, fuitque etiã ad ſuccedendum admiſſus Domitius de Gaeta, qui in ſecunda inſtantia comparuerat, hic enim erat nepos dicti Fœlicis ex alia filia præmortua ex cuius perſona tranſmiſſionis iure veniebat, nam ſicut eius mater ſi vixiſſet patri ſuo ab inteſtato ſucceſſiſſet, renunciatione non obſtante, ita, & nepos iſte matris locum, & gradum ſubingrediens, vt eſt caſus expreſſus *in Auth. de hæred. ab inteſt. venient. in principio, & in §. ſi igitur.*

## OBSERVATIO.

HÆc eſt notabilis deciſio, provt & alia ſupra 58. 1 ex quibus bene probatur, renunciationes, quæ fiunt à filiabus nubentibus in manibus patrum, ſiue à ſororibus in manibus fratrum, filiis maſculis tunc exiſtentibus, iſtis demum ſine filiis præmorientibus euaneſcere prorſus, ac ſi ille factæ non eſſent; ceſſat enim cauſa ob quam facta fuit renunciatio; etenim vt pleno calamo demonſtrauimus *lib.2. reſol. iur. cap.189.* vbi de his deciſionibus meminimus tres dumtaxat conſiderantur cauſæ, propter quas parentes has recipiunt renunciationes, ſicque alteram ex his tribus cauſam eſſe finalem renunciationis, vel & primo fauore, & contemplatione deſcendentium natorum, vel naſcendorum ( provt ſic ſemper indubio iuxta communem omnium ſententiam ea facta præſumitur) vel & ſecundo fauore agnationis, & familiæ, vel & tandem, vt pater, cui fit renunciatio liberam de bonis ſuis facultatem habeat diſponendi, ita ſanè ratiocinantur Philip. Corn. *conſ.291. num.6. verſ. niſi forſan coniecturetur,* & *num ſeq. verſ. profecto iſta cauſa lib.4.* Crauet. *conſ.42. num.1. & 2 verſ. ideo reſtringi debent,* Rota *in vna Romana renunciationis ſub die 7. Iunij 1634.* coram Dom. Dunozet *n.31. & ſeq.* quæ eſt *543. in reſiduo 5 part. recentio.* Vbi addit, renunciationem quamlibet tacitam de iure in ſe habere conditionem, dummodo aliquis maſculus vel deſcendens patri, ſiue fratri ſuperuiuat, vel quod pater ipſe, ſiue frater de bonis renunciatis aliquo modo diſponat, aliàs nemine ex fratribus ſuper viuente, ac patre,

Digitized by Google

patre, ſiue fratre renunciatariis non diſponentibus, renunciationem euaneſcere, itavt habeatur, ac ſi nunquam illa facta extitiſſet, ad quod allegat noſtrum Reg. de Ponte *in conſ.39. num.1.2.& 3.lib.1.* quodque maſculis deſcendentibus præmorientibus, & patre non diſponente, illius inteſtata ſucceſſio filiæ renuncianti omninò ſit deferenda, idque etiam ſi ſupereſſent deſcendentes fœminæ iuxta ea, quæ *hic* deciſa fuère, ſcripſerunt magni nominis DD. tam, *in comentariis, & tractatibus*, quàm *in Conſiliis, & deciſionibus*, quos ad nauſeam retuli Ego *cit. cap.189.n.1.* nec vim aliquam facere clauſulas illas ampliſſimas, quæ in his renunciationibus legi ſolent, quarum tenore attento, collaterales interdum ad ipſarum filiarum renunciantium excluſionem inſurrexere, etenim magis communiter dixerunt DD. has clauſulas ita appoſitas forè intelligendas, vt proſint illis perſonis, quibus eſt renunciatum, vel quarum contemplatione præſumi poteſt factam fuiſſe renunciationem, iſtarum enim perſonarum reſpectu benè affirmari poteſt clauſulas has multum prodeſſe multoſque producere effectus, at illis demum de medio abſque deſcendentibus ſublatis quamuis legamus, renunciationem generaliſſimam cum Aquiliana ſtipulatione, & cum omnibus clauſulis, quæ excogitari poſſunt, nullatenus affirmari poteſt clauſulas illas prodeſſe poſſe aliis perſonis in renunciatione non nominatis, neque contemplatis, ita ſanè ſcripſerunt Iacobin. *de feud. in verb. & vnus ex dictis il 1. n.6.* Io. Ang. Piſanell. *in comment. ad conſuet. Neap. in conſuet. ſi quis vel ſi qua fol.130. in addit.* quæ incipit, *hic eſſet repetenda*, Sigiſm. Loffred. *in paraphraſi ad cap.1. in princ. de natur. ſucceſ. feud. fol.48. à terg. verſ.* Nec obſtat conſilium Ludouici, Bero. *conſ.108. num.15.18.19.& 21.lib.1.* Hieron. Gabr. *conſ.89. num.11.12.& 13. lib.1.* Io. Vinc. Hondedeus *conſ.36. num.35. lib.1.* Io. Vinc. de Anna *allegat.21.n.22.* Fab. de Anna *in addit. ad ſingul.439.* ſui Genitoris, Camill. de Medic. *conſ.2. num.128. & ſeq.* Steph. Gratian. *diſcep. forenſ. tom.3. cap.557. num.52.* Reg. Rou. *conſ.23. num.2. verſ. Hac antem, & conſ.44. num.27. lib.1.* Conſil. Theod. *alleg.36. numer.37.& 38.* & alij, Ex quorum dictis certa, ac indubitata concluſio conſtitui poteſt, nimirum, filiam, ſiue ſororem renunciantem ab inteſtata patris, ſiue fratris ſucceſſione nullatenus à collateralibus excludi poſſe, niſi expreſsè in contractu renunciationis ſit dictum, vt renunciatio ſit adeo potens, & efficax, vt ſi contingerit, patrem, vel fratrem renunciatarios ſine deſcendentibus mori, & ab inteſtato, vt filia, vel ſoror ipſa renuncians ſuccedere non poſſit; ſed quod ſuccedant alij ab inteſtato venientes, iſtam vnicam eſſe cautelam pro excluſione filiæ, ſiue ſororis renunciantis, & incluſione collateralium, ſcripſerunt DD. quos referunt, & ſequuntur Conſil. Theodor. *cit. alleg. 36. num.34.* & Caput. *ad conſuet. Neap. in conſuet. ſi moriatur par.3. §.4. ante num.3. verſ. item in ſucceſſ.* Cætera ad ſaturitatem vide apud me *in cit. cap.189.* cum aliis ſequentibus.

## *ARGVMENTVM.*

Debitor, qui ad pretium certæ rei tenetur, nùm illam creditori tradens liberetur. Venditor ex cauſa euictionis per emptorem paſſæ, ſententia mediante condemnatus ad reficiendum omne totū &c. num rem illam euictam emptori offerendo & cum refectione intereſſe ſententiæ exequutionem euitet. Fructus rei particulariter legatæ, an, & quādo à die aditionis hæreditatis legatario debeantut. Legatarius, an pro legato ei facto certæ, & particularis rei hypothecariam poſſit inſtituete actionem, & an teneatur reficere hæredi expenſas, quas ille erogauit pro recuperatione rei, quam teſtatot legauit; Et quid in marito pro expenſis factis in actione nominum debitorum ſibi in dotem aſſignatorum, & de aliis notabilibus &c.

## DECISIO CCCCCLXXXII.

LEGATVM his quæ ſequuntur verbis à Ferdinando Biſbal Comite Briatici filio ſuo Hieronymo factum proponebatur. *Laſcio à Geronimo mio figlio li ducati 300. annui, de quali ſua Maeſta mi ha fatto gratia con ſupplicar l'Eccellenza del ſigno Don Petro mi facci gratia farceli recuperare, & hauere*; cum autem iſtorum annuorum redituum conceſſio in feudum facta reperiretur, illis demum legatis, quia non in immediatum ſucceſſorem, ob defectum Regij aſſenſus corruebat diſpoſitio, quo factum fuit, vt eiuſdem Comitis hæreditas, ex quo res legata peti non poterat, ad illius æſtimationem condemnaretur, iuxta ea quæ notant Curt. *in ſuo ſatis vulgato conſ.30.* & Frecc. *in ſuo tract. de ſubfeud. in tit. de diff. inter feud. ex pacto, & hæredit. differ.12.* Vnde dubitabatur primo ſi in ſatisfactionem huius æſtimationis poterat hæreditas præuio Regis aſſenſu, eundem annuum redditum legatario cedere, & aſſignare: ad quod dicebatur id hæreditati licere; regulariter enim qui tenetur ad pretium certæ rei, poterit ſoluendo rem, liberari, itavt tunc dicetur pretium eſſe in obligatione, res verò in facultate vendendi *l. ſi verò, §. quod ait, ff. ſol. matr. l. ſi fundum per fideicommiſſum, ff. de leg.1. l. ſi fideiuſſor euictionis*, vbi Bart. & Ang. *ff. de dol. mal. metuſue except.* quæ concluſio eo magis procedet, quando pretium, ad quod quis tenetur eſſet incertum, certificādum tamen per ipſius rei æſtimationem, provt erat caſus, de quo agebatur, Paul. de Caſtro *in d. §. quod ait*, Id quod indubitatum eſt, quando ex legis diſpoſitione ad rei pretium quis tenetur, ſecus verò ſi ex conuentione, videantur Bart. *in l. miles, §. decem, num.4.* Cuma. *in fine*, Fulgoſ. *num.10.* & alij, *ff. de re iudic.* Et ex hoc oriebatur, quod poſtquam in obligatione erat pecunia, illius vſuræ non niſi à die moræ debebantur, *l.1. cum gloſ. C. de vſur. & fruct. legat. l. Titia Seia, §. vſuras, ff. de leg.2.* Imò dicebatur, quod etſi annuus ille reditus feudalis legatus fuiſſet

fuiſſet in obligatione, nec fructus illius decurſi ante moram contractā peti poterant, nam licèt vera ſit regula, vt fructus rei particulariter, & purè legatæ à die aditæ hæreditatis legatario debeantur *l. ſi tibi homo*, §. *cum ſeruus, ff. de leg.* 1. & *l. Herennius*, *la* 1. *ff. de vſur.* Hoc tamen procedit vbi rei legatæ dominium ipſo iure in legatarium tranſit, *l. ſeruo legato*, *ff. de leg.* 1. Hinc fructus rei ſub conditione legatæ, ante conditionis exiſtentiam non debentur, gloſ. *in l. quod ſeruus, ff. de leg.* 2. In caſu propoſito dominium annuorum redditúum legatorum in Hieronymum legatarium ob Regij aſſenſus defectum tranſire non potuit, & ſucceſſiuè ceſſabat acquiſitio fructuum, qui non niſi ratione dominij *l. in fundo*, & *l. ex diuerſo, ff. de re iudic.* vel propter moram contractam peti poſſunt.

2 Secundò dubitabatur, quia mortuo Comite teſtatore, Comes hæres, vt à Regia Curia horū annuorum redituum à Rege in feudum conceſſorum fieret aſſignamentum, aliquas erogauerat expenſas, an illæ à Hieronymo legatario eſſent reficiendæ, & pro parte affirmatiua conſiderabantur ea, quæ dicunt DD. de nomine debitoris legato, vt hæres non niſi actionem tantum cedere teneatur, itavt omnis ſumptus ad legatarium pertineat *l. ſeruum filij*, §. *eum qui chirographum*, vbi Paul. de Caſtro, Ang. Io. de de Imola, & Alex. *ff. de leg.* 1. & faciunt notata per gloſ. *in l.* 1. *ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.* & magis ſtrictè, quę dicuntur de legatario rei emptæ à teſtatore, cuius tamen poſſeſſionem teſtamenti tempore nactus ille non erat, vt liberetur hæres cedendo actionem legatario, qui ſuis impenſis, & ſumptibus rei legatæ poſſeſſionē conſequi tenetur, *l. apud Iulianum* 40. §. *ſi Titius, ff. de l.* 1. Ang. Alex. Imol. & Iaſ. *in l. ſi ſic*, §. *ſi mihi, ff. de l.* 1. *& in d.* §. *ſi Titius*, Id quod nimis clarè deſumebatur ex tenore legati dū teſtator legauerat annuos ducatos tercentū, de quibus ſua Maieſtas ei gratiam fecerat, ita vt ius tantum ei legare voluerit, ſicque ſubintrare diſpoſitionem *dicti* §. *eum qui chirographum*, addens demum, *ſupplicando Excellentiſſimo Dom. D. Petro, vt partes ſuas ad elargitam conceſſionem obtinendam interponeret*; per quæ ſanè verba noluit Comes onus iniungere hæredi conceſſionem obtinendi; nec obſtare dicebatur hoc legatum annui redditus fuiſſe factum pro legitima Hieronymi, ſicque prætendebat ille erogatas expenſas hæredis damno cedere, & fructus à die mortis deberi, nam reſponſum fuit ſatis pro legitima Hieronymum habuiſſe officium, quod Comes pater pro illo emerat Regij equitis Prouinciæ Calabriæ, ita vt diſpoſitio hæc annui reditus mere lucratiua extiterit, nec dubitandum an officium illud eſſet in legitimam imputandum; quandoquidem ſic diffinitum habemus *in l. omnimodo*, §. *imputari*, *C. de inoff. teſtam.*

## OBSERVATIO.

ADhuc noſcimus D. Reg. noſtrum in ea perſiſtere ſententia, vt legato feudo ſine aſſenſu debeatur æſtimatio, ſic enim ſcripſerat ſupra *dec.* 359. vbi tamen Ego *in obſeruat.* quam vide, contrarium verius, eſſe, magiſque noſtris temporibus receptum demonſtraui. 1

Quantùm verò attinet ad concluſionem hic tentam, nimirū, vt qui ad pretium certæ rei tenetur, poſſit rem illam tradendo liberari, memini ſemel dictū hoc fuiſſe à me allegatum pro venditore contra emptorem, qui rei ſibi venditæ euictionem paſſus fuerat, vt potuiſſet, venditor eam rem euictam emptori offerre, minimè tamen deterioratam, & cum refectione intereſſe, ſicque exequutionem ſententiæ condemnatoriæ ex cauſa euictionis per emptorem paſſæ euitare, & hoc ſiue res fuiſſet euicta ratione hypothecæ, ſiue ratione dominij, re tamen integra, hoc eſt, quando res eſſet euicta, ſententia mediante, nondum exequuta, quia ſi res eſſet à manibus emptoris omninò abducta, ad rem illam recipiendum de cætero cogi non poſſet, nàm ſic cogeretur eandem rem iterum emere, videantur, qui hæc omnia bene probant, nimirum tex. *in l. fideiuſſor euictionis* 15. *ff. de dol. mal. & met. except.* quē D. Reg. noſter inter alia iura concluſionem ſupra firmatam probantia, hic allegat, Bald. *conſ.* 3. *&* 23. *lib.* 1. Fulgoſ. *in l. euictis, ff. de euiction.* Paul. de Caſtro *in l. emptorem*, §. *idem Neratius*, *ff. de action. empti*, Soc. Sen, *conſ.* 199. *vol.* 2. Petr. de Benintend. *deciſ.* 25. *num.* 2. Dom. de Franch. *deciſ.* 145. Caball. *conſ.* 6. & Io. Bapt. Coſta *de re integra. diſtinct.* 88. *num.* 9. vbi *num ſeq.* infert, ad duo alia ſimilia, & primo vt ſeruitus viæ, quæ ſemel eſt aſſignata poſſit immutari, quando via æque commoda præſtaretur, ad quod allegat text. *in l.* 2. §. *penult, ff. de relig. & ſumpt. funer.* & Aug. Morla *in empor. Iuris, par.* 1. *tit.* 8. *quæſt.* 16. *num.* 7. idemque & ſecundò in locatore qui ſi patientiam vtendi, & fruendi re locata conductori præſtare non poteſt aliam habitationem non minus commodam præſtans liberatur, vt hic eſt notabilis text. *in l. ſi quis domum, in fin.* vbi Paul. Caſtr. *ff. locati, & conduc.* Caroc. *deciſ.* 4. *num.* 2. *& in tract. de locat. & conduc. parte* 4. *tit. de euiction. num.* 8. *& in tract. de oblat. parte* 2. *quæſt.* 33. 2

Vlterius hic notamus, quod quamuis regulariter fructus, ſiue intereſſe legati non niſi cum interceſſerit mora hæredis legatario debeantur, & ſic à die portionis *l.* 1. vbi DD. communiter, *C. de vſur. & fruct. rei leg.* hoc tamen locum non habet quando legata eſt certa res, puta, talis fundus, quia tunc non à die petitionis; ſed à die aditæ hæreditatis fructus debentur, ratio aſſignatur, quia quando certa, & particularis res legatur, mortuo teſtatore, aditaque per hæredem hæreditate, ipſo iure dominium in legatarium tranſit, per text. hic allegatum *in l. ſi tibi homo*, §. *cum ſeruus, ff. de leg.* 1. Et conſequenter fructus, qui rei dominium inſequuntur, ab illa die debentur. Craſſ. *in* §. *legatum quæſt.* 70. *&* 71. fructus pariter à die aditæ hæreditatis non autem petitionis legatario deberi, alias diximus, quando legatum eſſet annuum, vel ad pias cauſas relictum, vel minori, aut pro dote, ſiue pro legitima alicui ex deſcendentibus debita, ita ſanè ſcripſerunt Dom. de Franchis *deciſ.* 558. *&* 634. Surd. *deciſ.* 25. *num.* 26. Ant. Fab. *diffinit.* 1. 3. *&* 12. *C. de vſur. & fruct. rei legat.* & Reg. Rouit. *conſ.* 90. *lib.* 1. quos omnes retuli Ego *lib.* 1. *reſol. iuris cap.* 200. *num.* 2. *&* 3. 3

Diximus paulo ante, dominium certæ rei legatæ, adita per hæredem hæreditate, ipſo iure in legatarium tranſire; ſed ſi hæres illam tradere eſſet renitens, vel in alium eam transferret, cum pro legato conſequendo tres competant actiones, perſonalis nimirum, reiuendicationis, & hypothecaria, *l.* 1. *C. comm. de legat.* §. *noſtra* 4

*autem*

*autem Inſt.de legat.* quæri ſolet, an aduerſus hæredem, ſiue illum, in quem hæres rem illam tranſtulit, poſſit legatarius actione hypothecaria rem legatam conſequi, vel quia in ipſum per aditionem hæreditatis tranſlatum fuit dominium, cogatur præcisè actionem inſtituere reiuindicationis; ſunt, qui putarunt, vt pro legato facto certæ, & particularis rei hypothecaria actio intentari non poſſit; ſed vel perſonalis contra hæredem ad rem illam tradendam, vel rei vindicationis, ita ſane ſcripſerunt gloſ. *in d.§. noſtra autem, Inſtit.de legat.* Bald. *in d.l.1.ſub num.*21. *verſ. item competit. C.comm.de legat.* Iaſ. *in l.1. ſub num.*132. & ibi etiam Bolognet *numer.* 138. *ff. de leg.*1. & alij quos citat & ſequitur Craſſ. *in §.legatum quæſt.*76. Contrarium verò ſententiam, vt poſſit legatarius actione hypothecaria aduerſus hæredem, vel poſſeſſorem illius rei legatæ agere, & obtinere, ſcripſerunt Bart. *in l.1.ſub n.*13. *verſic.ita intelligit, gl. ff.de legat.*1. Imol. *ibidem num.*4. Angel. *n.*87. Aretin. *ſub num.*5. Alex. *n.*26. Son.iun. *n.*15. Rip. *num.*65. Purpurat. *conſ.*37. *n.*717. *inter conſilia feud.* Gregor. Lopez. *in l.*26. *in verbo obligados, part.*1. Gabr. *conſ.*46. *n.*21. *lib.*1. Vbi dicit hoc eſſe ſatis vtile, quia agendo legatarius actione hypothecaria, vel Saluiano interdicto, ſat eſt, vt poſſeſſio tantum probetur, Peregr. *de fideicom. artic,*45. *à numer.*49. Surd. *deciſ.*76. *à num.*7. *ad finem*, vbi bene reſpondit obiectioni, quæ fit circa incompatibilitatem dominij, & pignoris, ſiue hypothecæ, ſicque pluries pro hac ſecunda opinione Sacrum Romanum Auditorium iudicaſſe comperimus, ſignanter *in vna Montis Salicis hæreditatis* 27. *Septembris* 1587. coram Lauretano, & *in Romana Saluiani interdicti,* 8. *Iunij*, 1601. coram Reuerendiſſimo Atrebatenſe, & *in vna Viterbienſis Caſtrorum*, coram Reuerendiſſimo Coecino, *ſub diebus* 11. *Martij*, 1622. 10. *Iunij, eiuſdem anni,* 12. *Iunij*, 1623. quæ eſt 438. *in reſid.*5 *par.recent.* 10. *Maij*, 1624. *&* 11. *Martij*, 1626. quæ eſt 4. *par.*5. *recentior.*

5 Circa vero illud dubium hic excitatum, an legatarius teneatur reficere hæredi expenſas, quas ille erogauit pro recuperatione, rei quam teſtator legauit; vt cernis D.Reg. in affirmatiuam deſcendit ſententiam, ſic inſequens DD. quos allegat, concluſionem deſumentes ex iuribus hic relatis, vt quando eſt legatum nomen debitoris, hæres actionem cedendo liberetur, nec ad aliud teneatur; At ego aliàs de his conſultus reſpondi, veram eſſe opinionem hanc ſi expenſæ, quæ pro recuperatione rei legatæ neceſſariæ ſunt, modicæ eſſent, ad iſtas enim teneo indubitanter, hæredem non teneri, ſicque cedendo actionem, eum liberari, at ſi magnæ eſſent, vel quia res, quæ eſt legata litigioſa eſſet, & tunc, ne legatum inutile redderetur, ad has expenſas dico, quod heres tenebitur omnino, ſic enim loquuntur Bart. *in l.ſi ſic legatum, §.fin. num.*4. *ff. de leg.*1. & Alex. *in l.cum ſeruus, §.ſi Titius circa fin. verſ. fallit tamen ſecundum eum. ff. eodem,* Nec diſſentit Paul. de Caſtro *in l.ſeruum filij, §.eum qui chirographum, n.*3. *ff.eod. tit.* vbi inſequendo Angel. *ibi*, qui dixit per illum tex. hæredem non teneri ad aliud, niſi ad cedendum actionem, nam legatum poteſt afferre vtilitatem, licet legatarius faciat iſtos ſumptus, quia poteſt illos à victo recuperare, addit hæc verba, *alias ſumptus pertinerent ad hæredem, ne legatum ſit inutile*, & ita intelligo dicta per gloſ. *in l.penul. §.fin. in verbo danda, ff.de legat.*3. *& in l.quæro, in verbo pertinere, ff. de vſufr. legat.* quam magnifacit Io. Garz. *de expenſ. & meliorat. cap.*17. *num.*10. dicit enim gloſ. anterioris temporis expenſas ad hæredem pertinere, quia cum rem dare debeat, ſic debet facere, vt eam dare poſſit, intellige ſi expenſæ magnæ ſunt.

6 Id quod pariter dixerunt DD. de expenſis, quas maritus fecit in exactione nominum debitorum in dotem aſſignatorum, vt ſi modicæ illæ ſint, ad ipſum maritum ſpectent, ſin autem magnæ, ad vxorem, ita ex recenſioribus, contrarias gloſ. & Bart. ſententias ſic conciliantibus, ſcripſerunt Arius Pinell. *in l.*1. *par.*2. *per tot. num.*70. *C. de bon. mater. fol. mihi* 85. Rot. *deciſ.*908. *part.*4. *diuerſ.* Gratian, *diſcept. forenſ. lib.*2. *cap.*236. *num.*13. *& ſeq.* Caball. *conſ.*64. *num.*60. *lib.*2. Fontanell. *de pactis nupt. clauſ.*6. *gloſ.*3. *part.*12. *num.*34. *& ſeq. fol. mihi* 760. & ita eſt intelligendus Cancer. *var. reſol. tit. de doten.*151.

Hæc eſt ſumma deciſionum omnium manuſcriptarum D.Regentis Reuerterij; Hæ ſunt obſeruationes, quas pro tenui mea facultate ad quamlibet deciſionem exornandam elaboraui; Hic eſt finis ad laudem Sanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij & Spiritus Sancti, glorioſiſſimæ Virginis Matris Mariæ, Sancti Angeli mei Cuſtodis, cæterorumque meorum Diuorum Protectorum; & ſub correctione Sanctæ Matris Eccleſiæ.

ARRESTA

# ARRESTA ALIQVA REGIÆ CAMERÆ SVMMARIÆ,

## QVÆ VVLGO

# DECRETA GENERALIA, ET EXEMPLARIA NVNCVPANTVR.

## DONATO ANTONIO DE MARINIS, EIVSDEM SVPREMI TRIBVNALIS Præſidente Collectore.

### I.

*Die 4. menſis Ianuarij, 2. Indict. Neapol.*

VISA forma ſuper appretio in Regno Siciliæ edita per nobilem & egregium legum Doctorem Domin. Petrum de Monteforte dictum Piccolum; per Regiam Cameram prouiſum, decretum, & declaratum eſt, quod in omnibus Regni Ciuitatibus, Terris, & locis obſeruetur, provt præſenti decreto obſeruari mandatur, iuxta illius ſeriem, continentiam,& tenorem, & in hunc modum provt ſequitur.

In primis, quod quilibet de loco præſtet cedulam vnam continentem omnia eius bona mobilia, & ſtabilia, & valorem ipſorum, & pecuniam.

Item in dicta cedula ætas, & magiſterium ponatur, ſeu ars afferentis cum numero filiorum, ſeu filiarum, & diſtinctione ætatum ipſorum, & aliarum perſonarum, ſeu familiæ neceſſariæ ſibi.

Item diſtinguantur bona ſtabilia per loca, & fines, & ſi ſunt cenſualia,vel franca,& quibuſnam debentur cenſus laicis, vel eccleſiaſticis.

Item onera debitorum,& in qua ſpecie,vel quibus debentur.

Item ponatur infectio ægritudinis ſi quam habent.

Item ponantur alia iura, quæ conſiſtunt in cenſibus, ſeu extaleis, ſeu reditibus cum quantitate,& valore.

Item ſi moratur ad penſionem, & quantum,& cui ſoluit pro penſione annua.

Item afferens cedulam præſtet Sacramentum, quod verum poſuerit.

Qua cedula habita cum ſex eligendis examinent illam de contentis in ea,verificataque teneant hunc modum.

Conſiderent qualitatem bonorum ſtabilium per fructus annuos, & locorum qualitatem diſcernentes, & onus ipſorum bonorum, & deducto onere,& penſione ſi quam ſoluit pro habitatione,valor reliquorum appretietur annuatim,vel proprietas eorum.

Item modificent qualitatem,& ætatem perſonæ, ac onus, & vtilitatem filiorum,& filiarum iuxta qualitatem parentū, & ætatem eorundem filiorum, & filiarum ad compenſandum onus, & æſtimandum vtilitatem.

Item modificent expenſas neceſſarias,& familiam neceſſariam iuxta conditionem ipſius.

Item ſi quis habet mobilia, & tenet ea extra locum habitationis ſuæ teneatur ſoluere pro illis, & debent appretiari in Terris ſuæ habitationis.

Item conſiderent induſtrias perſonales iuxta qualitatem artium, & induſtriarum ipſarum temporis, & ætatis perſonæ, & ſi eſt perſona, quæ habuit, ſeu habere debet induſtriam, & non vtitur eius defectu, vel dolo, imputetur ſibi, non tamen gaudeat immunitate induſtriæ, quia dolus, negligentia, & accidia non debent deferre commodum committenti.

Item omnes excedentes annos ſexaginta ab induſtria ſint exempti mecanica ratione, in

non tamen Mercatores, quibus in vendendo parum proficit atas, ſuper quo ſeruetur arbitrium taxatorum iuxta complexionem perſonarum.

Item aduertendum, quod vbi eſtimatur pecunia mercatoribus, non debet poni eius induſtria mercandi, ſed induſtriamentum ſeu mercantia eſtimetur, & conſideretur eiſdem.

Vbi verò teneant, ſeu mercentur cum pecunia extranea, vel clericorum, modificent in hunc modum, vt ſi pecunia eſt laici & confeſſata eſt, & taxata, nihil oneris ſit mercatori pro pecunia, ſi verò eſt clericorum, quæ non taxatur, tunc ſuperponatur induſtria mercatori iuxta qualitatem lucri exinde contingentis pro pecunia ipſa.

Mulieres viduæ habentes in bonis citra vnciam vnam annuatim vel tantundem non taxentur, niſi modificentur bona pupillorum, & viduarum, quæ non debent taxari ſecundum quod taxantur bona viri procurantis bona eorum.

Pro bonis feudalibus, pro quibus ſoluitur ſeruitium, nemo taxetur, quia de iure taxari non debet.

Si quid autem de bonis mobilibus, vel ſtabilibus inuenitur in cedula non poſitum, eſt Regiæ Curiæ, & poſſunt puniri de Sacramento deierato.

Aduertant tamen appretiatores, quod ea pecunia poni debet in cedula, vt ſupra præſtanda, & illa in appretio taxari, de qua negotiatio exercetur, ſeu cum qua homines negotiantur, & non alia.

Item ſimiliter ea mobilia poni debent, & taxari, de quibus fructus, ſiue reditus percipiuntur, veluti animalia, & ſimilia, & non aliter.

## II.

*Die 6. Maij, ſecundæ Indictionis Neapol.*

PEr Dominos Magnum Camerarium, & Præſidentes Reg. Cameræ decretum eſt, quod Mercatores exteri, qui conſueuerunt ſoluere de mercibus eorum annuatim magnā pecuniarum quantitatem pro Dohana, emunt poſſeſſiones, & faciunt ſe ciues, ſoluunt modicum pro collectis, & euitant ſolutionem magnæ pecuniæ pro Dohana, quæ non ſoluitur à ciuibus, ſed ab exteris, hoc quod fit in fraudem, non debet ſeruari, quia ſola domus poſſeſſio in aliena ciuitate non facit domicilium, ſecus ſi mercator ex toto transferat domicilium ſuum in Terrā illam, & fiat ibi ciuis bona fide, non in fraudem apertam, & fictam, vel præſumptam, vt quia ducit vxorē ſuam inibi, & in patria, & prætorio vxoris conſtituit ſuum domicilium, tunc ſtatim eſt ciuis, & ſicut ciuis non ſoluit dohanam de contractationibus factis per eum, poſtquam fuit ciuis, quia oportet eum ex tunc ſubire onera, & functiones cum ciuibus, & ſic non debet duplici damno grauari, vt ſit ciuis in functionibus & muneribus, ſeu oneribus ciuibus impoſitis, & exterus in ſoluenda dohana, illud ergo, quod fit in fraudem ſaltem præſumptam remouetur, puta ſi mercator emit poſſeſſionem in loco, ſicut dicit declaratio Imperatoris Friderici, nam ſi Capuanus haberet ab antiquo bona materna, vel alia in Ciuitate Neapolis, non prohibetur pluribus in locis eſſe inſcriptus, ſoluit etiam, & munera patrimonialia, & alia vbi habet poſſeſſiones in diuerſis ſcilicet locis, & ſic remanet ratio, vt non grauetur duplici onere, & cum dohana non ſoluatur à ciuibus, eſt ciuis, qui tenetur ad munera alicuius ciuitatis etiam ſi ibi non habet domicilium.

*Ad ornatum, & maiorem declarationem huius determinationis vide quæ Ego ſcripſi, lib. 1. meorum reſolut. cap. 326.*

## III.

*Die 10. Maij, quintæ Indictionis Neapol.*

PEr Dominos Magnum Camerarium, & Præſidētes Reg. Cameræ prouiſum, & decretum eſt, quod ſi vaxellum oneratum mercibus, ventorum vi, aut tempeſtate veniat extra Regnum ad hanc Ciuitatem Neapolis, vel ad alium Portum, vel Terram Regni, ſi ceſſante tempeſtate, velit recedere nec exoneraret, nihil ſoluet pro iure fundaci, quia non videtur veniſſe qui coactus, & impulſus venit, vnde in capitulis Magiſtrorum Portulanorum ſic continetur, quod ſi vaxellum vi ventorum, & tempeſtate veniat ad portum, debet curare Portulanus, vt ſtatim ſedata tempeſtate recedat, ex quo videtur, quod ſi voluntariè remaneat, ſoluere debeat, dicunt tamen multi non irrationabiliter, quod ſoluat ius ancoragij, quaſi pro hoſpitio, ſeu hoſpitatione, vel albergaria, nec immeritò, quia in tali portu ſecurum fuit vaxellum, ſicut in domo propria, vbi verò voluntarie veniſſet cauſa commercij, etiam ſi non exoneraſſet, ſoluet fundacum, vel caueat ire ad terram fundaci infra Regnum.

*Ad ornatum, & pleniſſimam intelligentiam huius determinationis vide Dom. Reg. Capyc. Paleota contron. lib. 2. contr. 46. & ſeq. poſt Ioann. Anton. de Nigris in cap. Reg. vt illorum fraudibus, n. 25. & Afflict. in conſtit. magiſtros fundicarios, num. 5. cum ſeq.*

## IV.

*Die 14. Octobris, octauæ Indict. Neapol.*

PEr Dominos Magnum Camerarium, & Præſidētes Reg. Cameræ Summariæ prouiſum

Digitized by Google

uiſum,& decretum eſt,quod ius exituræ,quod eſt nouum percipitur ſicut in ſtatutis antiquis continetur, de caſeo,oleo,& carnibus ſalitis, de aliis non expreſſis in ſtatutis ſoluetur, ſicut conſuetum eſt,à tempore cuius memoria non eſt, nec ſufficeret tunc aliquibus annis ſolutum eſſe,& ſoluitur quando, & quoties merces de Regno exeunt, nam ſi ſoluitur ius exituræ Baroli pro naui onerata oleo exeunte Regnum,& eunte Ciprum,vel Venetias & infra eundem annum, vel poſt,aut ſtatim redeat de Cipro vel Venetiis cum toto onere,& oleo non vendito, & veniat Barolum, vbi ſoluerat ius exituræ, vel ad aliud in Regno Portum, iterum exeundo, & quoties de Regno exierit cum eiſdem mercibus, ſeu eodem oleo, ſoluetur toties ius exituræ: pro exitura enim ſoluitur ius, ergo quoties exierit, ſoluet, niſi vi ventorum,& tempeſtate impulſa rediſſet,ſed tunc ſedata tempeſtate, & ceſſante impetu venti, debet omninò recedere.

## V.

*Die* 19. *Menſis Iulij,* 12. *Indict. Neapol.*

PEr Dominos Magnum Camerarium, & Magiſtros Rationales præſentibus Dohaneriis, & Mercatoribus, fuit prouiſum,& decretũ,quod ius fundaci de nouis ſtatutis,quod eſt granorum quindecim per vnciam, ſoluatur tam à ciuibus, quam ab exteris ſemel tantum, & illi gabelloto ſub cuius tempore fit, & perficitur venditio; vnde ſi menſe Auguſti primæ Indictionis, vel in antea ponantur & immittantur merces in fundaco, & domo Regia, & in ſequenti anno vendantur, acquiritur ius illud fundaci gabelloto anni, quo venduntur, & traduntur.

Sic pariter deciſum per Regiam Cameram de anno 1553. provt infra.

## VI.

*Anno Domini* 1430.

DEclaratum,viſum, & determinatum fuit per Dominos Præſidẽtes & alios officiales Regiæ Cameræ,quod pro biſcotto, & pane extrahendo, tam per ciues, quam per exteros, quod portatur infra Regnum abſque ſolutione aliqua permittatur extractio, & quod recolligat Magiſter Portulanus pro parte Regiæ Curiæ pro biſcotto, quod extrahitur extra Regnum modo ſubſcripto à foraſterio, & non ciue,pro quolibet cantario tarenum vnũ, & granos duos,& à ciue granos vndecim tantum, & non vltra, quia ſic oſtenſum eſt, & probatum taliter fore recollectum per Magiſtros Portulanos, & non aliter, nec alio modo &c.

*D. de Marin. Collect. Decr. Gener. & exempl.*

## VII.

*Die* 14. *menſis Ianuarij,* 1469.

IN Regia Camera Summariæ per Dominos Locumtenentem Magni Camerarij, D. Nicolaum Antonium de Montibus,& Præſidentes dictæ Cameræ decretum, & declaratum fuit, ſiue determinatum, quod exiſtentes in Ciuitate Neapolis intelligantur, qui Domum retinent,ſeu habent in ipſa ciuitate, in qua familiariter habitent,licet in poſſeſſionibus,quas colunt extra Neapolim pro cultura illarum, ſiue cauſa fructuum quærendorum, aliquando morentur, ac exiſtant, ſiue maneant cum ibi manere, & ſiſtere cenſeantur vbi habitationem habent & inde qui in poſſeſſionibus cum vxoribus morantur, licet in ciuitate domum retineant cauſa fructuum reponendorum, vel alia de cauſa pro ſuis commoditatibus extra ciuitatem Neapol. exiſtentes, intelligantur,vt inde ſoluere teneantur iuxta præinſertum capitulum,quod incipit *Item de vnaquaque ſalma &c.* Etſi aliquando vxores, & familiam in ciuitate aliquando in maxariis retineant, ipſi in maxariis, ſiue ibi exiſtere intelligantur, vbi plus hoc eſt pro maiori parte anni in poſſeſſionibus fuerint cum vxore, & familia, & tanquam non exiſtentes in ciuitate ſoluere debeant iuxta capitula ipſius Gabellæ. Et ſi è conuerſo pro maiori parte anni vxorem, & familiam habuerint in Ciuitate Neapol. licet ipſi cauſa culturæ poſſeſſionum, vel fructuum quærendorum in poſſeſſionibus fuerint, tanquam in Ciuitate Neapol. exiſtentes ſoluere non debeant, quia ſiſtentes in ipſa ciuitate ſoluere non tenentur, in ciuibus verò Neapolitanis, & hominibus caſalium dictæ ciuitatis quoad hæc id ſeruetur, quod hactenus conſueuit.

## VIII.

*Die* 20. *menſis Auguſti,* 1476.

IN Banca Reg. Cameræ Summariæ preſentibus Officialibus dictæ Cameræ & Domino Petro Bernardo Regio Theſaurario & Dohanerio Regiæ Dohanæ Neapol. & Carlutio de Lando credenzerio dictæ Dohanæ, fuit prouiſum, quod dicti Dohanerius, ſeu eius Locumtenens, & alij officiales dictæ Dohanæ, quandocumque mercatores Liparenſes, ſeu quiuis alij priuilegiati, immittentes res, & mercimonia in Regio Fundaco, & Dohana Neapolis,illas non contractantes in dicta Dohana, ſcilicet illas volentes extrahere, & illas deferre ad terras fundicum non habentes,exigant, & exigi faciant ab extractoribus dictarum rerum, & mercium ius fundaci Regiæ Curiæ debitum pro illis ab emptoribus ipſa-

rum ſolui debitum, iuxta ritum, & iuxta ſeriem, & tenorem Regiarum Litterarum, proptérea dictis officialibus præſentatarum; à volentibus autem portare, ſeu ducere ad terras, fundacos habentes dictas res, & mercantias, recipiant ab eis fideiuſſoriam cautionem, iuxta ritum, & ſic in ſcriptis intimatum fuit Officialibus dictæ Dohanæ vt ſupra.

## I X.

*Die 26. menſis Februarij*, 1488.

VIſo inſtrumẽto emptionis mille barriliorum facto per Franciſcum de Manchiſio per quod conſtat venditores dictorum barriliorum debere illa conſignare in ciuitate Caſtri Maris, & per conſequens ipſa barrilia eſſe in dominio ipſorum venditorum. Et quia contrahentes cum fiſco non ſunt immunes, licet fiſcus ſit immunis, per Regiam Cameram prouiſum, & decretum fuit, quod onera dictorum barriliorum ſolui debeant à venditoribus ante traditionem ipſorum.

## X.

*Die* 30. *menſis Octobris*, 1499.

PEr Reg. Cameram Summariæ conſenſu prouiſum, & pro Regio ſeruitio decretum eſt, quod ſingulis diebus, & locis debitis tam Domini Præſidentes, quam Magnifici Rationales ipſius Regiæ Cameræ, & ij, qui cum ſalario ſeruiunt in Regia Camera, debeant eſſe in Tribunali pro Regio, vt ſupra ſeruitio, & eorumdum, & vniuſcuiuſque ipſorum debeat annnotari abſentia, vt in fine cuiuſlibet menſis dicta abſentia ſciri poſſit vt iuxta merita ſalarium ſolui queat; cæterum in fine cuiuſlibet menſis videatur in banca, an ſalarium vnicuique ſupradictorum ſit ſolutum, & cui ſit ſolutum, & cui non, & dicta ſolulio fieri ſoleat cum conſenſu D. Locumtenentis, & dictorum de Banca, alias pro indemnitate Curiæ oportunè prouidebitur.

## X I.

*Die* 19. *menſis Decembris*, 1506.

SVper differentia ſalis foculariorum, ſi poſſunt vendi vbique per Reg. Cameram, cõſenſu, prouiſum, & decretum eſt quod ſal foculariorum recipiendum à fundacis, vel ſalinis, deferatur ad Terras, Ciuitates, & Caſtra, quibus fuerit facta aſſignatio, & ibi diuidatur per portiones ad vnamquanque ipſarum Vniuerſitatum ſpectantes, quo diuiſo, habitaque per vnumquemque ciuem eius portione, de ſale prædicto liceat vnicuique ipſius portionem vendere pro ſuo libito voluntatis in eius patria.

## X I I.

*Die vltimo menſis Iulij*, 1512.

VIſis actis, & ſcripturis Regię Cameræ &c. habita ſuper præmiſſis matura deliberatione, ex quo manifeſtè apparet per cõputa, & libros Reg. Cameræ pro dictis ſtellectis ruſticis, tabolectis, palis, infornatoribus zocculis, gauettis, bernicaris, & ſimilibus tantum debeti pro ſalma qualibet granos tres, & tantum debere exigi, ideo fuit communi voto prouiſum & decretum per eandem Cameram, dictos Franciſcum dello Maſſeſſe, & ſocios Gabellotos dictarum gabellarum Plateæ Maioris delle Sbarre & aliarum extra menia dictæ ciuitatis, minimè percipere, ſeu exigere debere in barris, vltra dictum ius granorum trium pro qualibet ſalma pro iure Plateæ Maioris pro dictis rebus, & ſimilibus, quod exigitur, & exigi conſueuit in dictis barris, dictumque Philippum proinde abſoluendum fore, provt præſenti decreto abſoluimus ab impetione dicti Frãciſci Gabelloti, ex quo eſt ciuis Neapolitanus, & Ciues ad dictam ſolutionem minime tenentur. Hoc ſuum dicta Camera in ſcriptis interponente decretum.

Lectum, latum, & recitatum fuit præſens decretum in Regia Camera Summariæ, per me Iacobũ de Rapariis ipſius Cameræ Actorum Magiſtrum die 4. menſis Auguſti, 1512. præſentibus Domino Hieronymo de Franciſco Locumtenente, Magnifico Domino Iacobo de Gello, Magnifico Domino Sigiſmundo de Loffredo, Magnifico Domino Aloyſio de Raymo, Magnifico Domino Franciſco Coronato, & Magnifico Domino Antonello de Stefano Procuratore Regij Fiſci.

## X I I I.

*Die veneris* 22. *menſis Iulij*, 1513.

IN cauſa Vniuerſitatis Galatiæ cum Præsbitero Ioanne ſuper ſolutione functionũ fiſcalium, ſeu collectarum pro bonis per eum poſſeſſis, & emptis, ante cleritatum, quæ erant etiam accataſtrata, & poſita ante clericatum dicti Præsbiteri Ioannis, auditis Partibus, viſiſque eorum allegationibus, & capitulis Regni & Regiis pragmaticis de functionibus fiſcalibus, & collectis, ad quas clerici tenentur, vel non, & ab appretiis, & eorum renouatione ſingulis annis facienda, ac negotio in dicta Regia Camera maturè diſcuſſo, communi voto per eandem Regiam Cameram fuit prouiſum, & decretum, quod dictus Præsbiter Ioannes non moleſtetur, nec teneatur contribuere in futurum in dictis collectis, & functionibus fiſcalibus pro dictis ſuis bonis accataſtratis, & in appretio poſitis poſſeſſis, & emptis per eum ante

ante clericatum. Pro collectis verò, & functionibus fiſcalibus, ideſt pro reſiduo illius anni, quo dictus Ioannes effectus eſt clericus,& bona ſua reperiebantur accataſtrata,quod teneatur contribuere in dictis collectis,& functionibus fiſcalibus pro illo anno tantum. Hoc ſuum dicta Regia Camera in his ſcriptis interponente decretum.

*Vide quæ dixi libro primo mearum reſolutionum,cap.64.*

## X I V.

*Die 8. menſis Decembris, 1514.*

IN cauſa vertente in Regia Camera Summariæ inter deferentes ſcotellas, pigna ..., & alia vaſa cretea ad hanc ciuitatem N...polis ex vna, & Magnificos Magiſtros, & Procuratores venerabilis Eccleſiæ,& Hoſpitalis ſanctæ Mariæ Annunciatæ de Neapoli Gubernatores Gabellarum, & Platearum quartaricorum, quæ exiguntur extra mœnia dictæ ciuitatis Neapolis ex altera.

Viſis actis, & libris Gabellotorum ipſarum gabellarum in dicta Camera exiſtentibus, & auditis partibus, habitaque matura deliberatione,& diſcuſſis diſcutiendis, fuit per eandem Cameram communi voto prouiſum, & decretum, quod dicti Magiſtri pro iure dictorum quartaricorum & gabellarum continuando eorum poſſeſſionem, ſeu quaſi à dictis deferentibus dictas ſcotellas pignatas, & alia vaſa cretea exigere poſſint dictum ius gabellarum à dictis delatoribus ad rationem ſubſcriptam, videlicet,

Pro qualibet Sa lma pignatarum,& ſcutellarum,ac aliorum v aſorum ruſticorum, & ruſticarum ad rationem granorum ſex.

Pro qualibet Salma ſcutellarum, & aliorum vaſorum de creta de ciuitate Sueſſæ, Caſſani, & pertinentiarum ad rationem granorum ſex cum dimidio.

Pro qualibet Salma de ſcutellis, & aliis vaſis creteis de Terra Montis Fuſculi, & pertinentiarum ſuarum ad rationem granorum ſeptem pro iure Plateæ Maioris, & Minutilli, & quod per dictos Gabellotos quartaricorum vltra prædictas quantitates ad deferentes dicta vaſa nihil aliud exigi poſſit, ſaluo vtrique Parti iure forſan competente ſuper iure, ſed proprietate dictæ exactionis. Hoc ſuum.

Dicta Camera ſuper præmiſſis ſolemniter interponente decretum, eique pro qualibet ſalma lucernarum de cretea ſoluantur grana ſex;verum ſalma onerata tantum duabus ſportis intelligatur pro media ſalma, & ſic pro medietate ſoluere debeat dictum ius.

Die 9. Menſis Decembris, 1514. lectum,latum, & recitatum fuit per dictum decretum coram Dominis Pręſidentibus eiuſdē Camerę.

## X V.

*Die 30. menſis Ianuarij, 1516.*

VIſo præſenti proceſſu,& totius præſentis cauſæ meritis,viſis denique videndis,attentiſque attendendis, & conſideratis conſiderandis, habitaque ſuper iis matura deliberatione cum conſilio diligenti per ea quæ vidimus, & inſpeximus, animumque noſtrum, & cuiuſlibet rectè iudicantis, & Deum timentis, mouent, mouerique poſſunt, & debent, Chriſti & Beatæ Mariæ Virginis nominibus inuocatis, de quorum vultu recta iudicia prodeunt, & oculi iudicantium reſpiciunt veritatem. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, quod dictus Alphonſus Campanilis Capitaneus graſſię Terræ Laboris reſtituatur in poſſeſſione ſeu quaſi exigendi grana quinque tantum pro qualibet bulletta expedienda pro exitura equorum, & mularum, & aliorum animalium equinorum per extra Regnum, pro quibus non ſoluitur, nec exigitur ius decini, ſiue apodixa fiat pro vno equo, vel mula, ſiue pro pluribus, ad quemcumque numerum aſcendunt, extrahendis per vnum dominum, etiam ſi pro eis ſit neceſſe præſtare cautionem; pro qua cautione vltra dictos granos quinque nihil ſoluatur, quod etiam intelligatur pro equis, & mulis,qui gratioſè extrahunt per patentes Catholicæ Maieſtatis, vel Illuſtriſſimi Domini Viceregis, de aliis verò Bullettis faciendis pro equis, & mulis, pro quibus exigitur ius decini, nihil percipiatur, & exigatur, ſicque ad dictam reſtitutionem poſſeſſionis ſeu quaſi, dictum Procuratorem Regij fiſci, & Alphonſum de Montebello Arrendatorem condemnamus; ab aliis verò petitis abſoluatur Procurator Regij fiſci, hanc noſtram taliter in his ſcriptis proferentes ſententiam.

## X V I.

*Die 5. menſis Maij, 1522.*

SEdentibus Excellente, & Magnificis Dominis Locūtenente,& Pręſidētibus Regiæ Cameræ, videlicet, Domino Andrea Gattula, D. Io. Ant. Muſeuola, D. Gabriele Barone, D. Franciſco Coronato,& D. Marino Spinello, abſentibus D. Antonio Baldaxino, & D. Marco de Aſeltro.

Per Regiam Cameram Summariæ prouiſum, & decretum eſt, quod conſeruator Regij Sigilli nullatenus exigat ab hæredibus quondam Excellentis D. Antonij de Ianuario ius Sigilli, ex quo priuilegium Regij aſſenſus, quod venit ſigillandum fuit obtentum, & expeditum viuente Domino Excellente D. An-



Digitized by Google

tonio de Ianuario, qui erat immunis, tanquam Viceprothonotarius. Hoc ſuum, &c.

## XVII.

*Die 14. menſis Iulij, 12. Indictionis, 1524.*

SVper quantitate debita per Magnificum Marium Saxum quondã Thomæ de Falco, eiuſque hæredibus iuxta liquidationem per Regiam Camerã Summariæ, viſis comparitionibus Partium, actis, & ſcripturis per Partes ipſas præſentatis, & facta de omnibus relatione in Banca dictæ Regiæ Cameræ coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, per Magnificum Dom. Ioannem Antonium Muſcettulam Commiſſarium, fuit per eos excellentes, & Magnificos Dominos, viſis videndis, attentis attendendis, & conſideratis conſiderandis, communi voto prouiſum pariter, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & declaratur, quod primo loco ſatisfiant medelæ, & funeris impenſæ pro dicto Thoma factæ. Secundo loco ſatisfiat Regiæ Curiæ de ducatis duobus mille, & quingentum virtute decreti lati ſub die decimo menſis Maij, præſentis anni 1524. Hoc ſuum, &c.

*Vide aliud decretum me referente prolatum ſub die 15. menſis Maij, 1656.*

## XVIII.

*Die 9. Aprilis, 1526.*

SVper Sbarris fuit per Regiam Cameram conſenſu declaratum, quod Neapolitani ex vndique facientes portare cum ſuis animalibus bona, non teneantur ſoluere in bono denario, ſed alij ſoluant pro qualibet Salma denarios quatuor; pro quolibet curru granos quatuor & lignaminum, laboratores granos ſex pro quolibet curru; ſed Neapolitani facientes portare ab extra territorium Neapolitanum, granum, farinam, etiam ex ſuis territoriis, vel pro vſu, vel ad vendendum non ſoluant aliquid pro quartarico, & malo denario, ſi verò emunt, & vendunt, ſoluant medium ius quartarici.

Inſuper fuit alias declaratum, quod ciues, & alij infra mœnia ciuitatis Neapolis exiſtentes pro ſalmis lignorum, herbarum, palearum, & aliarum ſimilium nihil ſoluant, niſi ſint Padulani, à quibus pro qualibet ſalma olerum, porrorum, lactucarum, & his ſimilium ad eos pertinentium, exigatur vice qualibet denarius tantum vnus.

## XIX.

*Die 16. Maij, 1534.*

SVper inſtantia facta per Magnificum V. I. D. D. Gabrielem Varonem Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, vt non teneatur ad ſolutionem adohæ pro Terra Farefiliorũ Petri, & pro annuis ſcutis centum, quos habet in feudum ſuper functionibus fiſcalibus Terræ Monopelli.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictus Magnificus V. I. D. Dominus Gabriel Baronus, ex quo à Cæſarea Maieſtate eſt creatus Præſidens Regiæ Cameræ, vti talis pro bonis feudalibus, quæ poſſidet, eſt immunis à ſolutione iuris adohæ, prout ſunt omnes DD. Præſidentes dictæ Regiæ Cameræ, ac proinde ex cauſa prædicta à Regio Prouinciali Theſaurario non moleſtetur, prout præſenti decreto non moleſtari mandatur. Hoc ſuũ, &c.

## XX.

*Die 9. Iulij, 1534.*

CVm procederetur ad diſcuſſionem computi Magnifici Io. Thomæ Brancaleonis, proponente Magnifico Rationale Montanario, fuit dubitatum ſi Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus quondam Magnus Cancellarius de Gattinaria debebat ſoluere ius adohæ pro feudis, quæ poſſidebat in Prouincia Terræ Hidrunti.

Diſcuſſoque dubio, fuit per Regiam Cameram Summariæ conſenſu prouiſum, & decretum, quod dictus Magnus Cancellarius erat immunis à ſolutione adohæ debito pro tempore, quo viuebat, ex quo erat de Conſilio Supremo Cæſareæ Maieſtatis. Hoc ſuum, &c.

## XXI.

*Die Mercurij 26. Auguſti, 1534.*

SVper facto Magnifici Marcelli Caraccioli cum Vniuerſitate, & hominibus Terræ Biccari petentis poſſe exigere ſeruitium à Vaſſallis Terræ prædictæ, portandi victualia, & alias res, etiam extra territorium, ſoluto pretio Regiæ Pragmaticæ.

Per Regiam Cameram, rationibus in Banca diſcuſſis, fuit conſenſu prouiſum, & deciſum, quod homines dictæ Terræ Biccari, qui habent animalia apta ad vecturam, & ſunt ſoliti ſecundum eorum conditionem ire ad vecturam, teneantur ſeruire prędicto Magnifico Marcello vtili domino dictæ Terræ, ſoluto pretio contento in Regia Pragmatica, & extra territorium, dummodo non cogantur

inuiti

Digitized by Google

inuiti conducere alia victualia, & fructus, niſi ea, quæ recolliguntur in feudo annis ſingulis, ita tamen, quod ſi victualia, & alij fructus recolligendi in feudo, non ſufficerent ad victum domus prędicti Magnifici Marcelli poſſint cogi homines prędicti pro ſupplemento neceſſario pro victu domus ſuæ, etiam ſi non recolliguntur in feudo. Hoc ſuum, &c.

## X X I I.

*Die 9. Martij, 1535.*

PEr Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & declaratum eſt, quod Theſaurarij, & Perceptores Prouinciales debeant anno quolibet numerari facere focularia Sclauonorum, quilibet in ſua Prouincia, illamque numerationem preſentare vna cum ſuo computo in Regia Camera, & ſi non præſentauerit, condemnetur iuxta numerationem præcedentis anni, & nihilominus Regia Camera tranſmittat ad faciendum dictam numerationem anni deficientis expenſis dicti Theſaurarij, ſeu Perceptoris, & quod intimetur, &c.

## X X I I I.

*Die Mercurij, 10. Martij, 1535.*

SVper facto Bernardi filij quondam Valentini de Clemente Centi filij quondam Bartholomei de Ioanne, alias Starzialepore, D. Petri de Valentino, & nepotum Bernardini de Valentino, & Iulij de Ioanne focularioruum numeratorum in Terra Pannellæ.

Per Regiam Cameram fut conſenſu, prouiſum, & decretum, quod habito pro nullo, & reuocato decreto ſcripto, & notato in pręſenti libro ſub die 18. menſis Februarij proximè decurſi, & non publicato, dicti Bernardinus filius quondam Valentini de Clemente, Centus filius quondam Bartholomei de Ioanne alias Starzialepore, Domnus Petrus de Valentino, & Iulius de Ioanne feudatarij feudi nominati della *Vene* pertinentiarum Villæ Pannellæ, ſi habitant in dicto eorum feudo, & donec ibidem habitauerint non ponantur pro focularibus, alij verò de Villa Pannellæ ſtent pro focularibus.

## X X I V.

*Die Sabbati 20. Martij, 1535.*

SVper facto Illuſtr. Roberti Bonifacij Marchionis Oiiræ petentis ſibi reſtitui ducatos decem, & octo exactos per Dohanerios Dohanæ Ciuitatis Tarenti, ſeu per Arrendatores Dohanarum Prouinciæ Terræ Hydrunti à factoribus eiuſdem Marchionis pro dirictu exituræ ſexdecim vezetum olei per factores ſuos oneratorum ſuper nauigio Leonis de Inſula Crapæ, & conductorum in Ciuitate Neapolis.

Viſis actis, & Ritu loquente de iure exituræ, & de eis facta relatione in Banca per Excellentem Dominum Auguſtinũ de Franciſco Locumtenentem Regiæ Cameræ Summariæ coram excellente Domino Hieronymo de Franciſco pariter Locumtenente, & Magnificis Dominis Præſidentibus dictæ Regiæ Cameræ, fuit per dictam Regiam Cameram prouiſum pariter, & decretum, attento quod euidenter conſtat, dictum oleum fuiſſe oneratũ per dictos factores prædicti Marchionis pro iſta ciuitate Neapolis & fuit poſitum in vegetibus pro ſecuriori conductione ipſius, & conſtat, quod in ipſa ciuitate Neapolis fuit conductum, & aliis rationibus in Banca diſcuſſis, quod ducati decem, & octo exacti per dictum Dohanerium, ſeu Arrendatores pro dicto iure exituræ reſtituantur Domino Illuſtriſſ. Marchioni, provt per hoc præſens decretum reſtitui debere decernitur, & declaratur. Hoc ſuum &c.

## X X V.

*Die Mercurij 21. Aprilis, 1535.*

IN cauſa Reuerendiſſimi Cardinalis Degadi Comendatarij Abbatiæ S. Leonardi dela Matina, cum Regio Fiſco, ſuper exemptione animalium dictæ Abbatiæ.

Viſis per Magnificum V. I. D. Dom. Antonium de Bardaxino Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ huiuſmodi Commiſſarium memoriali, & ſcripturis præſentatis in dicta Regia Camera pro parte d. Reuerendiſſ. Cardinalis Degadi, Viſoque decreto alias per dictã Regiam Cameram interpoſito tenoris ſequentis, videlicet, Viſa informatione capta ordinatione Regiæ Cameræ ad inſtantiam Monaſterij Abbatiæ Sancti Leonardi de la Matina, ac priuilegio oſtenſo, & producto in dicta Regia Camera per Magnificum Dominum Antonium de Bardaxino Commiſſarium, & facta relatione in Banca coram Excellente Domino Locumtenente, & Magnificis Dominis Pręſidentibus d. Cameræ, per Regiam Cameram fuit communi voto prouiſum, & decretum, dictum Monaſterium dictæ Abbatiæ S. Leonardi fore, & eſſe manutenendum, & conſeruandum, provt præſenti decreto manutenetur, & conſeruatur in poſſeſſione, ſeu quaſi, in qua reperitur non ſoluendi Regiam fidam Dohanerio Dohanę Menæ pecudum Apuleæ pro animalibus d. Abbatiæ, & quod dictum Monaſterium, & d. eius animalia in paſculatione ipſorum animalium non turbetur, nec moleſtetur. Hoc ſuum dicta Camera taliter in iis ſcriptis interponente decretum.

Lectum,

Digitized by Google

Lectum, latum, & recitatum fuit præſens decretum in Regia Camera Summariæ per me Iacobū de Rapariis ipſius Cameræ Actorum Magiſtrū ſubſtitutum Die 27. Maij 1516. aſſiſtentibus Excellente Domino Hieronymo de Franciſco Locumtenente Magnifico D. Sigiſmundo de Loffredo, Magnifico D. Andrea Gattula, Magnifico D. Antonio Bardaxino, Magnifico D. Franciſco Caſtel, Magnifico D. Antonello de Stephano, Magnifico D. Franciſco Coronato.

Et de prædictis omnibus facta relatione Illuſtriſſimo Domino Viceregi in Regio Collaterali Conſilio per præfatum Magnificum Antonium de Bardaxino, fuit per dictam Regiam Cameram communi voto prouiſum, præinſertum decretum eſſe obſeruandum prædictę Abbatiæ ſācti Leonardi de la Matina, provt præſenti decreto obſeruari debere decernitur, & declaratur; nec non decernitur, & declaratur, quod pro animalibus præfatæ Abbatiæ in eundo, & redeundo ad ſumendum paſcua in terris dictæ Abbatiæ ſancti Leonardi, nihil exigatur pro tranſitu, ita quod non poſſint morari in quolibet territorio ciuitatum, & Terrarum Prouinciæ Capitanatæ, niſi per viginti quatuor horas. Hoc ſuum, &c.

## XXVI.

*Die 21. Maij, 1535.*

SVper partita iuris adohæ debiti per Excellentem Comitem Madaloni poſita in computo anni tertiæ Indictionis.

Per Regiam Cameram Summarię fuit conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Excellens Comes Madaloni, ex quo ſoluit ius adohæ in anno proximæ Indictionis eiuſdem ſummæ ducatorum centum, & quatuor, & non tenebatur ſoluere, ex eo quod dictus Comes ſeruiuit perſonaliter in dicto anno in Ciuitate Cayetæ, non moleſtetur. Hoc ſuum, &c.

## XXVII.

*Die 12. Iulij, 1535.*

PEr Regiam Cameram fuit conſenſu ſcriptum Magiſtro Portulano, & Arrendatoribus Prouinciæ Calabriæ, quod pro illis bonis, & mercantiis, quas homines Ciuitatis Cauę immittunt in Dohana Cuſentiæ, & aliis Dohanis d. Prouinciæ, quæ Dohanæ non ſunt aptæ, ſecuræ, & commodæ conſeruationi, & contractationi dictorum bonorum, & mercantiarum permittant; quod poſſint illa extrahere à d. dohanis, & conducere in locis dictis Cauenſibus benè viſis, & contractare ea, provt eiſdem melius placebit franca, & ſine ſolutione iuris fundaci, iuxta tenorem ſuorum priuilegiorum, quemadmodum faciebant antequam fuiſſent per dictos Dohanerium, & Arrendatores prohibiti, & impediti. Verum ſi d. Dohanæ fuiſſent ſecuræ, & aptæ pro conſeruatione, & contractatione dictarum mercantiarum, & ſituatæ in locis publicis d. Ciuitatis, quæ debent aperiri, & claudi in horis congruis per officiales, provt obſeruatur in Dohana Neapolis, permittant, quod Cauenſes vendere habeant in ipſis dicta bona, & mercantias, ac tenere, & contractare, quibus melius placebit franca, & libera iuxta tenorem dictorum ſuorum priuilegiorem, dummodo emptores ſoluant ius fundaci pro mercantiis, quas emerint, ſi franchi non fuerint, etſi Cauenſes voluerint extrahere à dictis Dohanis d. bona, & mercantias, & ea vel eos conducere per ferias, & nundinas, quæ celebrantur in ipſa Prouincia, permittant ipſas extrahere ſine ſolutione, & impedimento aliquo, videlicet de eo, quo ſunt franchi virtute ſuorum priuilegiorum, ſed conducendo ea in aliis locis Regni, faciant eos cauere, quod conducent in Terris Regium fundacum habentibus, & quod tranſmittent eiſdem reſponſalia infra terminum per eos præfigendum, ad hoc vt Regia Curia non fraudetur, etſi aliquid fuerit per eos exactum, ſeu ſequeſtratum contra formam ſuorum priuilegiorum pro cauſa prædicta, eiſdem reſtituere faciant. Hoc ſuum, &c.

## XXVIII.

*Die 27. Iulij, 1535.*

SVper inſtantia facta per Magnificum Dominum Bernardinum Martiranum Regni Secretarium.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, audita relatione Thomæ Borrelli credenzerij Dohanæ, & Maioris fundaci huius Ciuitatis, qui retulit, quod tempore Regis Ferdinandi primi, Secretarius Regni erat exemptus à iure Tertiariæ ferri, quod Magnificus Dominus Bernardinus Martiranus ad præſens Secretarius in præſenti Regno ſit immunis à dicto iure Tertiariæ ferri. Hoc ſuum, &c.

## XXIX.

*Die 30. Nouembris, 1535.*

SVper inſtantia, ſeu differentia in Regia Camera Summariæ vertente inter Vniuerſitatem, & homines Ciuitatis Therami ex vna, & ſubſcriptos eius particulares, aſſerta bona ſtabilia tenentes, dicta le Gentileſchæ in territorio eiuſdem ciuitatis Therami conuentos ex altera, de, & ſuper petitione, quod contribuant pro bonis prædictis cum ipſis Vniuerſitate, & hominibus eiuſdem Ciuitatis in ſolutionibus

Digitized by Google

lutionibus fiſcalibus per eoſdem Vniuerſitatem, & homines Regiæ Curiæ debitis, & in aliis impoſitionibus ipſius Vniuerſitatis, & prout in litteris per Regiam Cameram expeditis ad inſtantiam dictorum Vniuerſitatis,& hominum ſuper petita contributione prædicta olim die 22.Februarij 1535.continetur.

Viſis actis per Magnificum V.I.D. Dominum Franciſcum Reuerterium eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & de his omnibus per eundem facta relatione in Banca dictæ Regiæ Cameræ, coram Excellentibus Dominis Locumtenente, & Magnificis Dominis Prꝗſidentibus eiuſdem Regiæ Cameræ, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu,prouiſum quod dicti ſubſcripti particulares bona prædicta dicta le Gentileſche, tenentes in territorio eiuſdem Ciuitatis, contribuant cum eiſdem Vniuerſitate & hominibus Ciuitatis Therami in dictis ſolutionibus fiſcalibus ordinariis, & extraordinariis Regiæ Curiæ debitis, & in aliis impoſitionibus, quæ imponuntur per dictam Vniuerſitatem, & homines pro eorum occurrentiis, ratam eos legitimè tangentem pro prædictis bonis ſtabilibus, prout contribuunt alij ciues eiuſdem Ciuitatis, & facta contributione prædicta compareant in Regia Camera ad proponendum eorum iura, quæ prætendunt, quare ad prædicta non teneantur, quoniam per Regiam Cameram de iuſtitia prouidebitur. Hoc ſuum, &c.

## X X X.

*Die 33.menſis Decembris, 1535.*

SVper inſtantia Magnificæ Dianæ Capitiæ matris, Baliæ,& Tutricis Magnifici Ferdinandi Capani, cum Vniuerſitate Aqueuellæ, de, & ſuper petitione contributionis in ſubuentione Maritagij Magnificæ Iuliæ Capanæ ſororis dicti Magnifici Ferdinandi, prout in actis, &c.

Viſis actis per Magnificum V.I.D. Dom. Gabrielem Baronem Præſidentem Regię Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, & de iis omnibus facta relatione in Banca dictæ Regiæ Cameræ, coram Excellentibus Dominis Locumtenentibus,& Magnificis Dominis Præſidentibus dictæ Regiæ Cameræ, fuit per eoſdem communi voto prouiſum, pariterque decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, Vaſſallos dicti Magnifici Ferdinandi de dicta Terra Aquauellæ condemnandos eſſe, & condemnari debere,prout præſenti decreto condemnantut, ad ſoluendum ſubuentionem dicti Maritagij dictæ Magnificæ Iuliæ Capanæ Sorori dicti Magnifici Ferdinandi pro rata foculariorum competentium dicto Magnifico Ferdinando ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculari. Hoc ſuum, &c.

## X X X I.

*Die 7. Februarij, 1536.*

SVper exactione iuris Adohæ,quod fuit petitum ſolui Regiæ Curiæ per Magnificum Baronem Toloſæ,in anno 1529. Viſa informatione capta de ſeruitio præſtito per dictum Baronem Tholoſæ,in dicto anno contra Barolum, & Menopolim, tunc poſſeſſas per inimicam ligam, per Regiam Cameram fuit conſenſu prouiſum, prout præſenti decreto prouidetur,quod dictus Baro non moleſtetur pro d.adoha. Hoc ſuum,&c.

## X X X I I.

*Die 14. Martij, 1536.*

SVper facto adohæ petitæ per Magnificum Marcellum Carazolum anni 13. Indictionis, per Regiam Cameram fuit conſenſu prouiſum, quod non moleſtetur dictus Marcellus pro dicta adoha, pro quo ſeruiuit de perſona. Hoc ſuum,&c.

## X X X I I I.

*Die 10. Maij, 1536.*

IN cauſa Capituli, & Cleri Ciuitatis Ariani, cum Vniuerſitate, & hominibus dictæ Ciuitatis Ariani.

Viſis actis per Magnificum V.I.D. Dominum Franciſcum Reuerterium Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, & de eiſdem facta relatione iu Banca d.Reg.Camerę coram Excellētibus Dom.Locumtenentibus, & Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius Regiæ Cameræ,, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod prohibitio facta per Vniuerſitatem præfatam Ariani, quod nullus accedat ad emendum vinum, niſi ad publica hoſpitia, & publicas tabernas, & ſi acceſſerit ad emendum vinum in aliis hoſpitiis priuatorum, ſoluat denarium vnum cum dimidio pro bocale vini, quod talis ordinatio non comprehendit clericos, prout præſenti decreto non comprehēdi debere decernitur,& declaratur,ſed quod liceat d. Clericis d. Ciuitatis Ariani vendere vina prouenientia ex eorum beneficiis, & territoriis ſine ſolutione d.nouæ impoſitionis, & ſine alicuius pœnæ incurſu ab ementibus. Hoc ſuum,&c.



Digitized by Google

## XXXIV.

*Die vltima Maij*, 1536.

PRoponente Domino Præſidente Franciſco Reuerterio cauſam Venerabilis Thomæ de Feltrio Abbatis Sanctæ Mariæ ad Crapollam cum Magnifico Federico Carrafa. Per Regiam Cameram Summariæ fuit conſenſu prouiſum, provt tenore præſentium prouidetur, quod liceat dicto Abbati extrahere à Ciuitate Vici vina prouenientia ex ſuis beneficiis abſque ſolutione alicuius gabellæ Baroni d.Ciuitatis Vici, & quod prædictus Magnificus Federicus Carrafa vtilis Dominus dictæ Ciuitatis Vici abſtineat ſe ab exactione dictæ gabellæ, & reſtituat exactum prædicto Abbati Thomæ, & quod exactores dicti Magnifici Federici dicant cauſam quare non tenentur ad pœnam in litteris ad inſtantiam dicti Abbatis per Regiam Cameram expeditis contentam; Nec non d.Magnificus Federicus audiatur in iuribus ſuis, & interim præſens decretum debitæ executioni demandetur. Hoc ſuum &c.

## XXXV.

*Die* 8. *menſis Iunij*, 1536.

COmparente in Regia Camera Triſono Garbagna, & narrante quod cum diebus ſuperioribus in portu ciuitatis Trani onerari feciſſet ſuper nauigio Franciſci de Pirro carra decem frumenti pro extra Regnum, ſolutis Regiæ Curiæ debitis dirictibus dictum nauigium naufragium paſſum fuit, quod proinde inſtabat permitti, vt alia carra decem abſque alia ſolutione dirictuum extrahi poſſet.

Auditaque inſtantia prædicta, ac diſcuſſis diſcutiendis, & conſideratis conſiderandis, per Regiam Cameram conſenſu fuit iniunctum, & mandatum Magnifico Magiſtro Portulano Apuleæ, quod permittat, vt dictus Triſonus Carbogna iterum extrahere poſſit alia carra decem frumenti ſine alia ſolutione dirictuum, ſtante naufragio prædicto, data prius fideiuſſione circa preſentationem teſtimonialis. Hoc ſuum &c.

*Vide alia decreta ſub diebus* 29. *Martij* 1557. *&* 7. *Nouembris* 1658.

## XXXVI.

*Die* 15. *Septembris*, 1536.

SVper inſtantia facta per Magnificum Vincentium Antonium de Baldaxino filium legitimum, & naturalem Domini Antonij de Baldaxino Regiæ Cameræ Summariæ Præſidis, petentem fore, & eſſe declarandum immunem, & exemptum à iure ſigilli, ex quo eſt filius Præſidentis Regiæ Cameræ.

Per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum eſt, quod prædictus Magnificus Vincentius Antonius de Baldaxino declaretur immunis, & exemptus à iure ſigilli, vt filius Regiæ Cameræ, & propterea, ipſum non eſſe compellendum, nec compelli debere ad ſoluendum ius ſigilli pro officio capitaniæ ciuitatis Caſtri Maris de Stabia, quod obtinuit à Regia Curia, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur. Hoc ſuum &c.

## XXXVII.

*Die* 19. *Octobris*, 1536.

SVper inſtantia facta per Vniuerſitatem, & homines Ciuitatis Cauæ, vt cogi non poſſint ad ſoluendum Regiæ Curiæ ratam donatiui milionis cum dimidio eos tangentem.

Viſis priuilegiis dictæ ciuitatis, & auditis Domino Fiſci Patrono, & Procuratore fiſcali, ac ſindicis d.ciuitatis, factaque de prædictis relatione Illuſtr. Domino Proregi, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & declaratum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod d.vniuerſitas & homines ciuitatis Cauæ ſoluant dictam ratam pro dicto donatiuo eos tangentem, oppoſitis per ipſos non obſtantibus. Hoc ſuum &c.

## XXXVIII.

*Die* 7. *Februarij*, 1537.

INſtantibus ſubfeudatariis Illuſtr. Principis Salerni per Regiam Cameram prouideri, eos non eſſe cogendos ad ſoluendum d.Illuſtr. Principi ius adohæ pro donatiuo facto Cæſareæ Maieſtati.

Per Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum eſt, quod Illuſtris Princeps Salerni manuteneatur in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi à ſuis ſubfeudatariis ius adohæ pro donatiuo millionis cum dimidio facto Cæſareæ Maieſtati, & quod expediantur litteræ neceſſariæ pro cauſa prædicta. Hoc ſuum &c.

*Ideo ſic deciſum, quia Princeps reperiebatur in poſſeſſione; ſeu quaſi exigendi, nam alias nullum bonum fouiſſet ius, vt centies Regia Camera iudicauit, vt videre eſt infra in arreſtibus ſequentibus.*

## XXXIX.

*Die* 30. *Octobris*, 1537.

CVm per Magnificum Lucium Garriga Theſaurarium Prouincię Aprutij vltra eſſet deſtinatus Commiſſarius pro exactione adohę ſuper bonis feudalibus, quę in illa Prouincia poſſidet Magnificus Ferdinandus Rota Pręſidens Laicus Regię Camerę, è contra inſtante

ſtante dicto D. Præſidente prouideri ad hoc onus cogi non poſſe.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictus Regius Theſaurarius non moleſtet dictum Magnificum Dominum Præſidentem Ferdinandum Rota pro iure adohæ bonorum ſuorum feudalium à die 14. Octobris 1533. in antea, à quo die cæpit poſſeſſionem dicti Officij Præſidentis, ex quo Excellens Dom. Locumtenens, & Magnifici Domini Præſidentes ſunt exempti à iure adohæ pro donatiuis, & ſeruitiis impoſitis, & imponendis. Hoc ſuum, &c.

## X L.

*Die 3. Iunij, 1538.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Magnificum Ioannem Antonium de Manſo de ciuitate Auerſæ Baronem Caſalis Caſollæ ſancti Aduitoni & Reu. Abb. Io. Vincentium de Manſo fratres actores ex vna, & Nuntium Perillum, Antonium Carſutulum, & Raymundum dell'Alborea Gabellotos, ſiue exactores in gabella ſancti Antonij detta del Buondenaro, e dello Reale conuentos ex altera, de, & ſuper immunitate fructuum feudalium, & beneficialium prouenientium ex feudo, & Abbatia præſcriptorum fratrum, ac reſtitutione cuiuſdam pignoris capti per dictos Gabellotos pro exactione iuris d. gabellæ, & aliis vt in actis, &c.

Viſis actis per Magnificum V.I.D.D. Rodericum de Luxan Regię Camerę Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & de eis facto verbo in Banca coram Excellentibus Dominis Locumtenente, & aliis Magnificis Præſidentibus, fuit per eoſdem Excellentes, & Magnificos Dominos communi voto prouiſum, & decretum, fructus prædictos prouentos & proueniendos ex dicto feudo, & Abbatia, tanquam feudales, & beneficiales fore, & eſſe tractandos, & tractari debere determinatur, & declaratur, & proinde d. pignus vt ſupra pro d. cauſa exequutum per dictos gabellotos fore, & eſſe reſtituendum prædictis fratribus de Manſo, provt præſenti decreto debere reſtitui decernitur, & declaratur. Hoc ſuum, &c.

*Circa hanc determinationem vide aliam eiuſdem Regiæ Cameræ de anno 1570. relatam à Domino Regente Moles, in titulo de iure Dohanæ q. 19. Vide pariter alias ſub die 30. Ianuarij, 1558. 18. Iulij, 1597. 15. Ianuarij, 1613. ac alteram nouiſſimam ſub die 18. Nouembris, 1649. & ſub die 30. Maij, 1654.*

## LXI.

*Die primo Aprilis, 1539.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Reu. Abbatem Carrafa, & Comitem ſancti Angeli, ac Regium fiſcum ſubintrantem, fuit dubitatum, ſi inſtante Actore, cauſa iam concluſa poteſt ordinari Regio fiſco, vt petat beneficia perſonis priuilegiatis conceſſa ad pinguius probandum.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu prouiſum, & decretum eſt, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ſi Magnificus Aduocatus, & Procurator Regij fiſci beneficiis indigeat, infra quatuor dies illa petat, alias prouidebitur, quod procedatur ad expeditionem cauſæ. Hoc ſuum, &c.

## XLII.

*Die 16. Aprilis, 1539.*

IN cauſa Magnificæ Iſabellæ Auenatæ cum Excellentibus Comite, & Comitiſſa Montellæ, de, & ſuper in actis deductis.

Viſis actis per Magnificum Dominum Reuerterium Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & eo referente, ex quo dictus Excellens Comes petiit primum beneficium in præſenti cauſa, fuit per Regiam Cameram conceſſum dictum primum beneficium dicto Spectabili Comiti cum termino iuris, & prouiſum quod dicta Excellens Comitiſſa eius mater infra dies duos declaret, ſi vult primum beneficium in præſenti cauſa, alias elapſo dicto termino, præcludatur via dictæ Comitiſſæ vlterius petendi dictum beneficium, provt præſenti decreto prouidetur. Hoc ſuum, &c.

## XLIII.

*Die 18. Iunij, 1539.*

VIſo ritu, ac bannis emanatis per Regiam Cameram olim die primo menſis Iulij, decimæ Indictionis 1508. fuit per ipſam Regiam Cameram communi voto prouiſum, quod pro rebus, & mercibus, quæ non contractantur in fundacis, vbi dictæ merces immittuntur; ſed ab eis extrahuntur cauſa aſportandi in aliam Terram fundacum habentem, nullo modo extrahentes, teneantur ibi ſoluere ius fundaci, nec etiam poſſint ſponte ſoluere dictum ius fundaci, ſed tantum teneantur cauere de aſportando dictas merces, & res ad Terram fundacum habentem, & ſi ſecus factum fuerit, mercatores ſoluant iterum ius fundaci, in loco vbi dictę merces immittuntur, & contractantur, iuxta diſpoſitionem dicti ritus, & bannorum. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

## XLIV.

*Die 17. Iulij, 1539.*

Viſa informatione capta ad inſtantiam Magnifici Franciſci Moles Regij Magiſtri Portulani Prouinciarum Terræ Bari, & Capitanatæ, ſuper loco, quem dictus Magnificus Franciſcus Moles prætendit habere in Tribunali d. Regiæ Cameræ tanquam Magiſter Portulanus dictarum Prouinciarum: per Excellentem Domin. Auguſtinum de Franciſco Locumtenentem, & Magnificos Dominos Præſidentes, per quam informationem conſtat quod quidam Magnifici Bernardus Toraldus, & Michael Ioannes Siſtus, nec non Magnificus Antonius Baronus olim Magiſtri Portulani dictariũ Prouinciarum ſedebant in Banco Rationalium exiſtente in dicto Tribunali, fuit per Regiam Cameram communi voto prouiſum, provt præſenti decreto prouidetur, quod dictus Magnificus Franciſcus Moles, vti Magiſter Portulanus prædictus ſedeat in dicto loco, & Banco, provt alij Prædeceſſores ſui in dicto officio ſoliti fuerunt ſedere. Hoc ſuum &c.

Die ſequenti 18. Iulij, acceſſit dictus Magnificus Franciſcus Moles Magiſter Portulanus dictarum Prouinciarum & pro exequutione ſupradicti decreti accepit poſſeſſionem eius loci, & ſedit in Banco Magnificorum Rationalium, exiſtente intus Bancam prædictæ Regiæ Cameræ.

## XLV.

*Die 7. Octobris, 1539.*

In cauſa Magnificorũ Arrendatorum Dohanarum Prouinciæ Terræ Hydrunti, & Regij Fiſci, ac Magnificorum Gaſparis Baſalu, & Gabrielis Blance, de, & ſuper exactione dirictuum certæ quantitatis biſcotorum extractorum, & extrahendorum in futurum à Portu ciuitatis Tarenti pro extra Regnum nomine Sanctitatis Domini Papæ, & Illuſtr. Dominij Venetorum, & aliis, vt in actis.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dominum Rodericum de Luxian Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ commiſſarium, & de eis facta per eundem relatione in Banca ipſius Regiæ Cameræ coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus dictæ Regiæ Cameræ; fuit per dictam Regiam Cameram communi voto prouiſum pariter, & decretum quod Magnificus Gabriel Blanca pro quantitate biſcotorum, quam vendidit dicto Magnifico Gaſpari Baſalu nomine Sanctiſſimi Domini Papæ, vel Illuſtriſſ. Dominij Venetorum, ſoluat dictis Arrendatoribus dirictus debitos per eum, tanquam venditor, non obſtante gratia facta per Illuſtr. Dominum Viceregem Sanctiſſimo Domino Papæ, & Illuſtr. Domino Venetorum Dominio, quæ ſuum debitum ſortiatur effectum pro dirictu ſpectante ſoluere ad ipſos Sanctiſſimum Dominum Papam, & Illuſtr. Dominium Venetorum tanquam emptores. Hoc ſuum, &c.

## XLVI.

*Die 12. Ianuarij, 1540.*

Inſtante Magnifico Procuratore Fiſcali, per Regiam Camerã Summariæ conſenſu prouiſum, & decretum fuit, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ab hodie in antea Magnifici Rationales Regiæ Cameræ non permittant per ſuos ſcribas in computis præſentandis apponi aſſignationem cautelarum, ſed per ipſoſmet Rationales, & hoc ſub pœna priuationis officij, & ſic fuit intimatum omnibus Magnificis Rationalibus præſentibus, & audientibus &c.

## XLVII.

*Die 21. Aprilis, 1540.*

Super inſtantia facta per Iacobum de Aloyſio, in cauſa, quam habet cum vniuerſitate Ferrazzani, vt decidatur ſe eſſe immunem à ſolutione functionum fiſcalium vti oblatum tertij ordinis Sancti Franciſci provt in actis &c.

Viſis actis per D. Alphonſum Guerrerium V. I. D. Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & de his omnibus facta relatione in Regia Camera, & coram Excellente D. Hieronymo Seuerino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictus Iacobus de Aloyſio ſoluat dictas functiones fiſcales cum dicta Vniuerſitate Ferrazzani, non obſtante, quod ſit oblatus, ſeu dedicatus tertio Ordini ſancti Franciſci. Hoc ſuum, &c.

## XLVIII.

*Die 27. Aprilis, 1540.*

In cauſa Regij fiſci cum Excellentibus Comite, & Comitiſſa Montellæ ſuper in actis deductis.

Facta inſtantia pro parte dictæ Excellentis Comitiſſæ, quod ſeruaretur æqualitas ſuper decreto interpoſito per Regiam Cameram ſuper 1. beneficio conceſſo d. Comiti, quod prædicta Excellens Comitiſſa in eo peteret ſecundum, alias intelligeretur ſibi præcluſa via petendi illud, & provt in d. decreto, inſtando

ſtando quod ſic prouideretur cum fiſco, fuit per eandem Cameram prouiſum, quod ſic ſimiliter Regius fiſcus æquetur cum dicta Comitiſſa in petendo beneficium, alias ſit ſibi præcuſa via petendi illud, prout præſenti decreto prouidetur. Hoc ſuum, &c.

## XLIX.

*Die 22. Maij, 1540.*

SVper facto Sabatini de Rentio de Caſali Gragniani Pauperis in præſentiarum carcerati in carceribus magnæ Curiæ Vicariæ ad inſtantiam venerabilis Monaſterij ſanctæ Mariæ Montis Oliueti de Neapoli, ſuper petita præſtatione alimentorum, durante eius carceratione, ſtante eius paupertate, vt in actis, &c.

Referente Excellente Domino Locumtenente, & cauſæ Commiſſario, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, quod dictum Monaſterium debeat ſubminiſtrare expenſas, & alimenta dicto Sabbatino de Rentio carcerato durante eius carceratione ex facto, & inſtantia dicti Monaſterij iuxta tenorem citationis expeditæ per dictam Regiam Cameram diebus præteritis ad inſtantiam ipſius Sabatini, alias prouidebitur de eius liberatione iuxta ordinem Illuſtr. Dom. Proregis, oppoſitis ex aduerſo non obſtantibus.

## L.

*Die vltimo Iulij, 1540.*

FActa inſtantia per Magnificos Rationales Regiæ Cameræ Summariæ, quod declaretur per Regiam Cameram, filios eorumdem Magnificorum Rationalium fore, & eſſe immunes, & exemptos à iure Regij Sigilli, prout ſunt filij Magnificorum Dominorum Præſidentium Regiæ Cameræ.

Per dictam Regiam Cameram fuit conſenſu prouiſum, & decretum, quod prædicti filij Magnificorum Rationalium prædictæ Regiæ Cameræ, gaudeant, & gaudere debeant eadem immunitate, & exemptione pro iure Regij Sigilli, prout gaudent, & fuit declaratum gaudere filios prædictorum Magnificorum Dominorum Præſidentium Regiæ Cameræ iuxta decretum Regiæ Cameræ alias factum ſub die 15. mentis Septembris 1535. prout tenore præſentis decreti ſic prouidetur. Hoc ſuum, &c.

## LI.

*Die 13. Septembris, 1540.*

PEr Regiam Cameram fuit conſenſu prouiſum, & decretum, inſtante Procuratore Regij fiſci, quod Magnificus Perceptor ſignificatoriarum non exigat dirictum ſibi debitum quatuor pro centenario à debitoribus fiſci, niſi prius realiter exacto debito Regij fiſci, de quo expeditur ſignificatoria, alias eo contrafaciente id quod exegerit pro dicto dirictu applicetur duplicatum Regio fiſco, & aliis pœnis arbitrandis per Regiam Cameram, & quod ſibi intimetur. Hoc ſuum, &c.

## LII.

*Die 10. Decembris, 1540.*

IN cauſa Reuer. Ioannis Michaelis Sarrazeni Archiepiſcopi Materanenſis cum Excellente Comite Torellæ ſuper vita militia d. Reuer. Archiepiſcopi.

Referente Magnifico Domino Franciſco Reuerterio Præſidente, & cauſæ Commiſſario, & accedente voto Dominorum Regiorum Conſiliariorum, Ioannis Martialis, Petri Attaldi, & Marini Freccia in cauſa adiunctorum, fuit per Regiam Cameram prouiſum, quod teſtes examinati refrenentur vſque ad num. ſeptem teſtium incluſiuè pro quolibet articulo incipiendo à primo teſte vſque ad ſeptimum incluſiuè, reliqui verò teſtes vltra dictum numerum examinati reiiciantur. Quò verò ad articulos, qui prætenduntur eſſe impertinentes, fuit prouiſum quod dicta impertinentia reſeruetur in deciſione cauſæ, in qua de eis, & de teſtibus examinatis, habebitur ea ratio, quę de iure habenda erit. Hoc ſuum, &c.

## LIII.

*Die 10. menſis Februarij, 1541.*

IN cauſa Vniuerſitatis ſancti Seuerini cum illis de familia de Sanctis, & aliis de dicta Terra ſuper contributione functionum fiſcalium.

Viſis actis per Excellentem D. Hieronymum Seuerinum Regiæ Cameræ Locumtenentem, & cauſæ Commiſſarium, ac eo referente in Banca; per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum eſt, dictos de familia de Sanctis, & alios de dicta Terra ſancti Seuerini, qui prætendunt non contribuere cum dicta Vniuerſitate in functionibus fiſcalibus, prætextu, quod ſunt immunes, & exempti ex cauſa immunitatis eorum patrum, qui erant Patres duodecim filiorum, condemnandos eſſe, & condemnari debere ad contribuendum, & ſoluendum dictas functiones fiſcales cum d. Vniuerſitate S. Seuerini à die quo mortui fuerunt dicti eorum patres, & deinceps in futurum eo modo, & forma, quibus ſoluunt, & contribuunt dictas functiones fiſcales alij ciues dictæ Terræ S. Seuerini. Hoc ſuum, &c.

*Ad confirmationem huius determinationis vide aliã quã prodiit, me referẽte, ſub die 12. Aprilis, 1660.*

## LIV.

*Die 15. Martij, 1541.*

SVper facto illorum, qui fictè emunt, vel conducunt, vt infra domos, vt faciant ſe declarari Ciues Neapolitanos pro fraudando Regios dirictus.

Inſtante procuratore Regij Fiſci, per Regiam Cameram Summarię conſenſu fuit prouiſum pariter, & decretum, quod illi, qui de cætero alienant per contractum, per quem dominium transfertur, priuentur, provt ex nunc priuantur,& priuatos eſſe decernitur, & declaratur poſſeſſione, & proprietate domorum, quæ ſic ficte alienatæ fuerint, & fiſco Regio aperiantur,& incorporentur, ac deuoluantur; emptores verò condemnentur,provt præſenti decreto eos condemnamus ad ſoluendum Regiæ Curiæ pretium quod ficte per contractus dixerint erogaſſe in emptionem ipſarum domorum, & ſimiliter donatarij conductores, & alij, qui contraxerint alienationes prædictarum domorum,non interueniente pretio, condemnentur,provt ex nunc condemnamus ad ſoluendum pretium, quo valuerunt domus. ipſæ ſic in fraudem alienatæ, & priuentur, provt præſenti decreto priuantur ciuilitate obtenta,& obtinenda. Quo verò ad illos, qui ſunt declarati ciues per decretum Regiæ Cameræ infra duos menſes à die publicationis banni deſuper emanandi in antea computandos,tam illi, qui vendiderunt, & locauerunt, vt ſupra eorum domos, quam ciues prædicti declarati debeant notificare Regiæ Cameræ qualiter ſimulate contraxerunt ad effectum obtinēdi ciuilitatem prædictam,alias elapſo d.termino, & ipſis non notificantibus, legitimè conſtito Regiæ Cameræ de conſimili prædictâ ſimulatione incurrant, provt ipſos præſenti decreto incurriſſe decernitur, & declaratur in pœnas prædictas, & ſimiliter Scribæ, & Actuarij d.Regiæ Cameræ, qui ſcienter actitauerint proceſſus ſimilium ciuilitatū, ipſo iure ſuſpendantur, provt præſenti decreto ſuſpendi debere decernitur, & declaratur ab exercitio Officij d.Regiæ Cameræ,& incurrant in pœnam arbitrio d. Regiæ Cameræ reſeruatam. Hoc ſuum,&c.

## LV.

*Die 14. Iulij, 1541.*

IN cauſa Magnifici, & Reuerendi Abbatis Io.Franciſci Carrafa cum Excellente Comite ſancti Angeli, & Illuſtr. Duce Sueſſæ, & Regio fiſco ſuper defenſa Saſani, & aliis vt in actis, &c.

Viſis actis per Magnificum Dominum Franciſcum Reuerterium Cameræ Præſidentem, & d.cauſæ Commiſſarium, factaque de his omnibus relatione in Banca d. Regiæ Cameræ coram Excellente Domino Locumtenente, & Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius; fuit per Regiam Cameram ipſam cum interuentu Magnifici Domini Galeoti Fonſeca Regij Conſiliarij, & in cauſa prædicta per Illuſtr. Dom. Viceregem adiuncti communi voto prouiſum pariter, & decretum, cauſam ipſam eſſe compromittendam in Regia Camera Summarię cum interuentu prędicti Magnifici Domini Galeoti, vt ſupra adiuncti ſtante ipſius cauſæ antiquitate, dubietate, ac exemplaritate, provt præſenti decreto compromitti debere decernitur & declaratur. Hoc ſuum, &c.

*Hodie non poſſunt amplius compromitti in Tribunali Sac.Conſilij, vel Regiæ Cameræ, ſtantibus nouiſſimis Regiis ordinationibus, de quibus per Dom. Reg. Rouitum* in deciſ.95.

## LVI.

*Die 24. menſis Septembris, 1541.*

SVper immunitate, qua gaudere debent Presbyteri, & perſonæ Eccleſiaſticæ in hoc Regno reſpectu bonorum, ad hoc vt nec Vniuerſitates, nec ipſi presbyteri, & perſonæ Eccleſiaſticæ grauentur. Viſis, & conſideratis Regiis Pragmaticis, nec non Bulla Papæ Honorij, ac prouiſionibus alias per Regiam Cameram Summariæ expeditis, & attentis attendendis, & conſideratis omnibus de iure conſiderandis, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum vulgari eloquio pro maiori imperitorum intelligentia in hunc modum, provt ſequitur:

*In primis, che quelli Preti, & perſone Eccleſiaſtiche, li quali vogliono godere immunita delle collette, & altre impoſitioni de pagamenti fiſcali debbiano eſſere veramente clerici, e che viuano clericalmente con andare in habito, e ſeruire in diuinis ſecondo è ſtato prouiſto, & ordinato per li Sacri Canoni, & anco per la detta Bulla di Papa Honorio, & altrimente non ſe li debbia oſſeruare immunita alcuna, preteſto de loro clericato, attento che non andando in habito, e tonſura, ne ſeruendo in Diuinis, de iure reputantur laici.* 1

*Item, che quelli Preti, & altre perſone Eccleſiaſtiche, che haueranno l'Ordini Sacri, anderanno cum habitu, & ſeruiranno in diuinis vt ſupra, ſe debbiano trattare immuni de contributione de pagamenti fiſcali, e dell'altre impoſitioni extraordinarie, che ſi fanno per l'Vniuerſita per loro commodo, & occorrenze per tutte quelle robbe tanto mobili, como ſtabili, che ad eſſi Preti, & perſone eccleſiaſtiche ſono peruenute, & de cætero perueniranno per legitima ſucceſſione, ſiue, che ſiano laſciate à loro Chieſe, & beneficij, & non habbiano da contribuire coſ'alcuna per loro teſta.* 2

*Item*

Digitized by Google

3 *Item che ſe li debbia ancora oſſeruare l'immunita delli Boui, & altri animali che teneſſero per la coltura, & lauore delle d'ette robbe de legitima ſucceſſione, ſeu de loro beneficij, non obſtante che compraſſero detti Boui, & animali, ita che mandandoli à lauorare in altre poſſeſſioni, ſi debbiano ponere in apprezzo, & cõtribuire alli pagamẽti fiſcali della Regia Corte, come ſe ſa dell'altri animali dell'huomini della terra per quella rata, che ſeruiranno ad altri.*

4 *Item che ſia lecito à ciaſcuno di detti Preti, e perſone Eccleſiaſtiche tenere per vſo ſuo, e della ſua caſa vna beſtia, per laquale non habbia da pagare, ne contribuir coſa alcuna, però quando ne haueſſero biſogno piu d'vna ſecõdo la qualita, & quantita de beneficij, e robbe di ſucceſſione per recollettione, e diſtrattione de loro frutti, in tali caſu ne poſſano tenere piu ad illum vſum tantum ſenza contributione.*

5 *Item ſi alcuno di detti Preti, & perſone Eccleſiaſtiche teneſſero territorij di legitima ſucceſſione, ſeu de loro Chieſe, & beneficij, li quali conſiſteſſero in herbagi, ſeu paſculi de beſtiami, & voleſſero farli paſcolare in domanio loro, piu preſto che affittarli, in tali caſu ſi debbiano trattare franchi, & exempti de contributioni de pagamenti fiſcali, e di tutte l'altre impoſitioni dell'vniuerſita per lo beſtiame, che compraſſero, e teneſſene à paſcolare in detti territorij di ſucceſſioni, ſeu de beneficij, & ancora delli alleui, e frutti d'eſſi beſtiami.*

6 *Item in quelle Terre doue ſi viue per datij, e gabelle, ſi debbiano oſſeruare le dette immunita, cio è che per tutte le vettouaglie, e frutti, che perueniranno à detti Preti, e perſone Eccleſiaſtiche delli territorij loro di legitima ſucceſſione, ſeu de beneficij, & delli beſtiami, che ſubſiſteſſero dell'herbagij di detti territorij & loro alleui, e frutti, ſi debbiano trattare exempti di detta centributione de datij, & gabelle, etiam, che vendeſſero tutto, ò parte di detti frutti, & intrate.*

7 *Item ancora ſi debbiano trattare exempti de datij, e gabelle per quelle vittouaglie, & coſe, che ſeruiranno per lo vitto loro, non hauendo però intrate de beneficij, ouero di robbe di legitima ſucceſſione, cõ le quali poteſſero viuere, però quando haueſſero da ſuſtenerſi dell'intrate de ſucceſſioni, & de beneficij, e per loro auanzo voleſſero vendere quelli franchi de datij, e gabelle, & poi comprare delli frutti, & entrate dell'altri cittadini con la medeſima franchitia, in tali caſu debbiano contribuire à deti datij, e gabelle per loro vſo, & vitto, attento che alla ſubſtentatione loro deueno primiermente vſar, & ſeruirſi delli frutti, & intrate de loro beneficij, e dell'intrate di legitima ſucceſſione.*

8 *Item quelli Preti, e perſonne Eccleſiaſtiche, che viuono in comune con loro padri, fratri, fameglia, ò altri parenti ſecolari, che ſono obligati alla contributione delle collette, & datij, & preteſto delle franchitie de loro clericato voleſſero cõprare franco per tutta la fameglia de loro padri, fratri, ſeu parenti, in tali caſu ſe declara, che non poſſano godere ditta franchitia, ſe non per quelle coſe, che biſognano all'vſo, & vitto d'eſſi Preti, e perſone Eccleſiaſtiche, e del Diacono teneſſero tantum, eccetto che ſe miſericorditer faceſſero le ſpeſe à loro padri, fratri, ſeu parenti, che viueſſero propriis ſumptibus di detti Preti, & perſone eccleſiaſtiche, e non haueſſero altra banda da ſuſteneerſe, quo caſu debbiano ancoro per eſſi godere la franchitia in detti datij, e gabelle.*

*Item ſe declara, che li Diaconi ſeluagi, & altri, che haueſſero pigliato, ò pigliaſſero li quattro ordini minori, e non ſequeſſero il clericato con pigliare l'altri ordini magiori, non debbiano godere franchitia, ne immunita alcuna, verum ſe li clerici delli quattr'ordini minori, ſeu di prima tonſura ſerueſſero in diuinis quotidie, & andaſſero cum habitu, & tonſura, s'ordina che ſiano trattati immuni, come l'altri, che teneno ordini ſacri.* 9

*Item tutti li comendatarij, ſeu cruce ſignati delle Religioni debbiano godere le medeſime franchitie ſopra declarate, dummodo, che attualmente ſiano beneficiati, e poſſedano di S. Giouanni Hieroſolimitano tengano la croce come Caualieri della loro Religione &c.* 10

Vide decretum latum ſub die 23. Augusti 1589.

## LVII.

*Die 26. Septembris, 1541.*

Viſa per Excellentem Dominum Locumtenentem, & Magnificos Dominos Præſidentes Regiæ Cameræ Summariæ, Pragmatica edita per fœlicem memoriam Sereniſſimi Regis Ferdinandi I. in qua fit mentio de forma appretij facta per Petrum Piccolum ſub data 19. Nouembris 1467. ſuper immunitate Doctorum, Profeſſorum, Iuriſperitorum, Iudicum, Notariorum, & aliorum nobiliter viuentium, & dicta Regia Camera benè diſcuſſa, in Banca dictæ Regiæ Cameræ, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum quod intelligatur de iis, qui nullam aliam artem exercent; ſed conſuetudine, aut origine nobiliter viuere reputantur; & tunc ſint immunes à capite tantum, prout hactenus per Regiam Cameram fuit ſeruatum, excluſis Iudicibus annalibus, & aromatariis, qui non comprehenduntur in pragmatica. Hoc ſuum, &c.

## LVIII.

*Die 3. Octobris, 1541.*

Facto verbo per Excellentem Dom. B. Camerarium, Locumtenentem in Banca, & in Collaterali conſilio, quod cum multæ na-

ues

ues veniſſent in Regno in oneratoriis ad oneranda hordea frumenti iuxta gratias eiſdem factas per Illuſtriſſ. Dom. Proregem ſuper tractis ex quo prouiſum eſt, vt per totum menſem Septembris extraherentur, & non vltra, fuit conſultum ſi naues prædictæ deuenerunt & ſunt in portu, & aliquæ ex eis cæperunt onerare, ſi permittendum eſt, vt habeant extrahere, non obſtante quod ſit elapſus menſis Septembris, & fuit prouiſum tam in Collaterali Conſilio, quam in Regia Camera, vt extrahantur. Hoc ſuum &c.

## L I X.

*Die 7. Octobris, 1541.*

FActo verbo in Banca per Excellentẽ Domin. Locumtenentem de fraudibus, quæ fiunt ſuper extractionibus infra Regnum circa reſponſalia, quæ præſentantur in Camera, & omnibus maturè diſcuſſis, ad hoc vt æqualiter prouideatur ſeruitio Cæſareæ Maieſtatis, & cõmercio mercatorum, & nauigantium; fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, quod mandetur Magnificis Portulanis totius Regni, vt in omnibus locis maritimis deſtinent aliquem probum virum eiuſdem loci, qui vna cum Portulanoto, vbi adeſt in pleno conſilio cum fide Notarij publici debeant facere fidem qualiter quantitas frumenti ordei, aut leguminum eſt exonerata, & immiſſa in locum, vbi eſt exoneratum pro vſu eiuſdem loci, & quod in inſtrumento fiat mentio illius, qui emit frumentum, ordeum, vel legumina, ac etiam illius, qui exonerauit, & demum in inſtrumento ſe ſubſcribant quatuor ex hominibus, qui gubernant locum illud pro Vniuerſitate, nec non d. homo deputatus per Magiſtrum, Portulanum, & Portulanotum, vbi adeſt, & ſufficiat, quod inſtrumentum ſcribatur in carta bammacinia propter minorem ſumptum Partium, nec aliter permittant intromitti, vel applicari ſupra dicta frumenta, ordea, vel legumina ſub pœna vnius ducati pro quolibet tumulo exigenda ab ipſis Portulanis, & Portulanotis; inſuper prouiſum eſt, vt capiantur omnes fideiuſſores de repreſentando reſponſalia ſub iſta pœna, & vt proprio ſigillo abſque alio ſumptu, niſi prout ſolitum eſt ſigillent, & ſubſcribant ſcripturas prædictas, ſuper quibus expediantur prouiſiones neceſſariæ. Hoc ſuum &c.

## L X.

*Die 15. Nouembris, 1541.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Magnificum Iacobum Antonium Siripandum vtilem dominum caſalis Caſæpuzzanæ ex vna, & Vniuerſitatem d. caſalis ex altera de, & ſuper maritagio, ſeu ſubuentione Magnificæ Iuliæ Siripandæ eius ſororis, & aliis vt in actis &c.

Viſis actis, & de eis facta relatione in Banca d. Regiæ Cameræ coram Excellente Domino Bartolomæo Camerario Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Prę́ſidentibus ipſius per V. S. D. D. Alphonſum Aluarez Guerrerium Præſidentem, & cauſæ commiſſarium, fuit per d. Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, pariterque decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, dictam Vniuerſitatem, & homines caſalis Caſæpuzzanæ vaſſallos prædicti Magnifici Iacobi Antonij principales vt principales, & Egregium Notarium Ioannem Cappellum eorum procuratorem, vt procuratorem, condemnandos eſſe, & condemnari debere, provt hoc præſenti diffinitiuo decreto condemnantur ad ſoluendum, & aſſignandum prædicto Magnifico Iacobo Antonio Siripando principali maritagium, ſeu ſubuentionem pro maritagio Magnificæ Iuliæ Siripandæ eius ſororis ad rationem Carolenorum quinque pro quolibet foculare, iuxta formam conſuetudinum, & capitulorum Regni pro focularibus contentis in cedulario per Regiam Cameram expedito provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, neutram partem in expenſis condemnantes ex cauſis. Hoc ſuum decretum prædictum taliter d. Regia Camera in his ſcriptis interponente &c.

## L X I.

*Die 19. Nouembris, 1541.*

VIſa per Excellentem D. Bartholomeum Camerarium Locumtenentem Reg. Cameræ Summariæ, Pragmatica, quæ dicitur Petri Piccoli regiſtrata in litterarum Regiarum 17. fol. 3. In cuius calce apparet notamentum qualiter capitulum contentum in d. pragmatica ſuper deductione tertiæ, ſeu quartæ partis bonorum nobilium, & nobiliter viuentium & aliorum à taxa appretij Vniuerſitatum, fuit reuocatum per aliam Pragmaticam editam per Sereniſſimum quondam Regem Ferdinandũ I. ſub data vltimi Auguſti 1455. & viſa etiam dicta alia Regia Pragmatica ſuper reuocatione prædicta, quæ eſt regiſtrata in Regeſtro litterarum 5. fol. 66. facto de omnibus verbo in Banca dicta Regiæ Cameræ per dictum Excellentem Dominum Locumtenentem, coram Magnificis Dominis Præſidentibus, fuit per d. Regiam Cameram, conſenſu, prouiſum & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouideretur, quod ab appretiis prædictis Vniuerſitatum non deducatur aliqua pars bonorum dictorum nobilium, ſeu nobiliter viuentium, aut aliorum quorumcumque, ſed omnes

omnes

Digitized by Google

omnes ſoluere teneantur, & debeant pro eorum facultatibus, & bonis omnibus integras ſolutiones fiſcales, & alias ſolutiones pro bonis ſolui ſpectantes, non deducta aliqua parte bonorum ipſorum. Hoc ſuum, &c.

## LXII.

*Die 15. Decembris, 1541. & 28. Aprilis, 1542.*

PEruento ad notitiam Regiæ Cameræ, quod nonnulli conceſſionarij, & alij, qui emerunt ſolutiones fiſcales ordinarias focula- riorum & ſalis à Regia Curia, & ab aliis, intendunt exigere ab Vniuerſitatibus pœnam trium pro centum per Regiam Curiam ſtatutam contra Vniuerſitates ipſas non ſoluentes in temporibus, & tandis ordinatis per ipſam Regiam Curiam, fuit propterea per Cameram ipſam rationibus, & cauſis in Banca diſcuſſis, prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, pœnam ipſam trium pro centum non ſpectare ad ipſos conceſſionarios, & emptores, nec per eos poſſe, nec debere exigi vigore quarumuis clauſularum, quantumuis foculariorum appoſitarum, vel apponendarum in eorum priuilegiis, ſeu inſtrumentis, ſed ſpectare, & pertinere Maieſtati Regiæ tantum, & quatenus per aliquem ex eiſdem conceſſionarijs, vel emptoribus reperiretur pœna ipſa ab eiſdem Vniuerſitatibus exacta, debere eam reſtitui Vniuerſitatibus ipſis. Hoc ſuum, &c.

## LXIII.

*Die prima Aprilis, 1542.*

PRoponente Domino Bartholomeo Camerario Regiæ Cameræ Summariæ Locumtenente, quod Illuſtr. Dominus Prorex ſummopere conquerebatur in Tribunali Regiæ Cameræ malè ſeruari ſecretum, quo circa minabatur, quod ſua Cæſarea Maieſtas propter hoc magnum facinus procedere volebat ad priuationem officiorum contra illos Dominos Præſidentes, qui ſecretum in eorum animarum perniciem non ſeruabant; ſic iuramento dato de ſecreto ſeruando contrauenientes, fuit per omnes Dominos d. Regiæ Cameræ reſponſum ſecretum fore, & eſſe ſeruandum, & quod vnuſquiſque in poſterum aduertat ne contraueniat.

Hac ſumpta occaſione vellem ne quis miretur Dominum tunc Regni Proregem minatum fuiſſe, quod pro hoc graui crimine erat procedendum ad officiorum priuationem, quandoquidem hæc eſt pœna huius patrati criminis, provt fuit practicata in perſonam recolendæ memoriæ Domini Marini Freccia Regij Conſiliarij digniſſimi, ac Decani Sac. Conſilij Propræſidentis & Viceprotonotarij; hic enim vir doctiſſimus, feudiſta maximus, Iuriſconſultus admirabilis cum inquireretur de publicatione ſecreti, & certè de re parui momenti (ſupponebatur enim, certioratum fuiſſe ab eo conſanguineum cuiuſdam inquiſiti de aliquibus diligentiis, quas Dominus Fiſci Patronus M.C. in Aula Sac. Conſ. ſecretò facere declarauerat) fuit pro hoc officio priuatus, & per biennium in Inſulam relegatus, provt conſtat ex ſententia, quæ eſt tenoris ſequentis.

*Die primo menſis Martij, 1560.*

*In cauſa Regij fiſci cum Magnifico Marino Freccia V. I. D. & Regio Conſiliario inquiſito de propalatione ſecreti Sac. Conſ. in Banca Iacobi de Martino.*

*Facta relatione de meritis dictæ cauſæ Illuſtr. Domino Proregi in Collaterali Conſilio per Magnificum V.I.D. Antonium Orificium Regium Conſiliarium, ac d. cauſæ Commiſſarium, auditis Magnificis Aduocatis Regij Fiſci, & d. Magnifici Marini, ſua Illuſtriſſima dominatio mandat, decernit, atque declarat dictum Magnificum Marinum fuiſſe & eſſe priuatum officio Regij Conſiliarij virtute litterarum ſuæ Catholicæ Maieſtatis in actis productarum, provt ipſum etiam præſenti decreto priuari decernit, atque declarat; nec non dictum Magnificum Marinum fore, & eſſe relegandum per biennium, provt ſimiliter præſenti diffinitiuo decreto relegatur in inſulam per S. E. declarandam. Hoc ſuum, &c.*

*Albertinus Regens, Villanus Regens, Reuerterius Regens, Antonius Orificius, Soto Secretar.*

## LXIV.

*Die 17. Aprilis, 1542.*

CVm de ordine Regiæ Cameræ eſſet iniunctum præceptum Magnificis Rationalibus eiuſdem Tribunalis, vt ſub pœna amiſſionis ſalarij omnes de mane in prima hora ſe conuenire deberent in Tribunali, ad hoc vt Regio ſeruitio per integras illas tres horas, quibus Tribunal regitur, incumbere poſſint; quia multi ex ipſis Magnificis Rationalibus iniuncto mandato non obtemperarunt, inſtitit Dominus Fiſci Patronus, vt declaretur illos, qui contrauenerunt in pœnam præſcriptam amiſſionis Salarij incidiſſe.

Facta de his relatione in Regia Camera per Excellentem Dominum Bartholomeum Camerarium magni Camerarij Locumtenentem coram Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, Magnificos Rationales Regiæ Cameræ incidiſſe in pœnam amiſſionis Salarij alias impoſitam, ex quo in prima hora



Digitized by Google

Tribunalis ad Regiam Cameram non acceſſerunt, exceptis Magnificis Rationalibus Ioanne Bartholomeo Stinca, Ioanne Paulo Ferrera, Ioanne Baptiſta Brancaleone, Annibale Marzato, Berardino Morera, Syluestro de Caro,& Pirro Antonio Lanfranco.Hoc ſuum,&c.

*Vide alia decreta lata ſub die* 14. *Iunij*, 1584. 16. *Maij*. 1585. *&* 2. *Octobris*, 1586.

## L X V.

*Die* 26. *Aprilis*, 1542.

FActo verbo in Banca Regię Camerę Summariæ per Excellentem Dominum Bartholomeum Camerarium, eiuſdem Regiæ Cameræ Locumtenentem coram Magnificis Dominis Præſidentibus ſuper cataſtris Vniuerſitatum, quos neceſſe eſt ad inſtantiam cuiuſcunque particularis in forma pragmaticę quolibet anno ex integro reficere in graue damnum, & diſpendium populorum, ex eo quia vt plurimum euenit, quod bona tenentes nil ſoluunt, attento, quod eligunt eoſdem immunes, & ſine onere ſolutionis alicuius permanere potius quam ſumptus maximos in refectione cataſtri, pati; quamobrem, vt conſulatur tam indemnitati populorum, quam particularium, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum,& decretum,provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod in omni caſu ad inſtantiam particularium, qui intendunt ſe eſſe læſos per eligendos infra menſem poſt inſtantiam Partium in d. forma pragmaticæ, habita conſideratione ad grauamina,& bona aliorum,infra duos alios menſes cognoſcatur de tali particulari intereſſe, non autem quod cataſtrum totum ex integro refiat; & pendente lite ſuper læſione dicti cataſtri, quod ſoluant; eo modo, quo in cataſtro taxata ſunt bona, quæ ab eiſdem detinentur, & ſimiliter ſi Vniuerſitates viuunt per datiam ex quibus ſoluuntur functiones fiſcales, lite pendente, non ſoluant datia, ſed tantum integrum appretium vbi adeſt cataſtrum; vbi autem non adeſt cataſtrum, donec fiat, ſoluant gabellas quouſque per eligendos ſuper eorum læſione moderanda, iuxta formam dictæ Pragmaticæ taxetur eorum portio, & facto deinde cataſtro fiat debitum, vt ſupra inter Partes; in aliis verò gabellis antiquis, quæ non ſunt conſtitutæ pro ſoluendis functionibus fiſcalibus, Regia Camera reſeruat ſibi deliberationem.Hoc ſuum,&c.

## L X V I.

*Die* 26. *Aprilis*, 1542.

SVper differentiis, quæ oriri ſolent inter Vniuerſitates Regni huius & particulares ipſarum circa contributionem in collectis pro taxa & exactione induſtriæ, quia, ſicut huiuſmodi exactio generalis eſt inter Vniuerſitates, ita generali indiget prouiſione.Propterea ad tollendum dubia, & difficultates, & vt Vniuerſitates ipſarumque particulares propter debitum de cætero non grauentur neque in obtinendis prouiſionibus particularibus provt hactenus ad inuicem conſueuerunt, expenſis fatigentur, viſum extitit dictæ Regiæ Cameræ pro bono vniuerſali generali prouidere, & determinare eaſdem difficultates, & differentias, provt præſenti prouiſione, & decreto determinatur, quod quidem vt facilius imperiti taxatores, collectores, & alij, ad quos ſpectat, illud intelligant, & obſeruent vulgari eloquio pronunciandum duximus ſub huiuſmodi tenore.

*In primis viſte, & conſiderate per la Regia Camera le Pragmatiche alias fatte ſopra l'apprezzi, & contributioni de pagamenti fiſcali, & le lettere alias eſpedite circa il pagamento di detta induſtria, & conſideratis conſiderandis, ſi prouede, e determina per lo preſente decreto, che l'induſtria in queſto capo di contributione de collette, & pagamenti fiſcali s'intende tanto delle mercantie de comprare, & vendere, come etiam dell'arte manuale che fanno le perſone, alla quale induſtria ſi deue taſſare & contribuire tutti li Cittadini delle Terre, che in quelle ſtanno numerati per fuochi, atteſo, che in le Terre, che non ne portano peſo non deueno pagare coſ' alcuna per l'induſtria.*

*Item dalla taſſa, che fanno l'Vniuerſita alli particulari di detta induſtria, ſi debbia deducere quello, che per neceſſita de loro vitto del mangiare, e del veſtire per eſſi, e loro famiglie hanno di biſogno, e per lo reſto dedotte dette ſpeſe ſi debbiano taſſare, & eſigere per lo detto pagamento.*

*Item quelle perſone, che ſtanno numerate, & agregate per fuochi in alcuna Citta, ò Terra del Regno, ò fuſſero venuti, ò veniſſero ad habitare in queſta Citta di Napoli, ò vero andaſſero ad habitare in alcun' altra Citta, ò Terra del Regno domaniali, ò de Baroni, ſe debbiano taſſare per l'induſtria modo quo ſupra, e pagarla in quella Terra, che porta il peſo de loro fuochi, e non in altra parte.*

*Item quanto alli figli, o frati delle perſone, che ſtanno per fuoco, li quali ſi trouano aſcritti in la numeratione con loro padri, ſeu frati, e dopoi ſi ſono partiti, o ſi partiranno dalli padri è frati, & veniſſero à fare loro arte, ſeu induſtria in queſta Citta di Napoli, ſeu in altre terre del Regno, ſe determina, che ſe loro padri, ò frati per vecchiezza, ò pouerta, ò altra giuſta cauſa non fanno, ne pagano induſtria doue ſtanno numerati, in tali caſi ſi debbiano taſſare, & eſigere li figli, ò frati per l'induſtria ſeu arte loro in aiuto della contributione delli padri ò frati, dum*

tamen

*tamen non ecceda la ſumma, alla quale fuſſen tenuto il padre, ò frate, non obſtante, che per euitare tal pagamento allegaſſero emancipatione, la quale non l'haueria da giouare ſe loro non habitano con loro padri, però ſe il padre, ſeu frate, ch'è capo del fuoco ſtà taſſato, e paga l'induſtria, in tali caſu, mentre, che il padre, ſeu frate la pagara non ſe debbiano taſſare, ne eſiggere li figli ò frati per tal pagamento d'induſtria, attento, che in vita del padre, ò del frate, che ſtanno principaliter numerati non fanno fuocho.*

*Item tutti li Seſſagenarij, etiam ch'eccedeſſero il numero di 60. anni, & faceſſero induſtrie de mercantie, ò vero d'arte de guadagno, debbiano pagare per l'induſtria, non oſtante, che ſiano Seſſagenarij, per che l'immunita loro non e ſe non pro capite tantum, & eſſendo validi di loro perſona ad eſercitare artem, ò vero fando l'induſtria della mercantia è giuſto, che contribuiſcano al prædetto pagamento.*

*Item s'accettuano dalla taſſa, & contributione dell'induſtria le perſone miſerabili, che viueno dietim delle fatiche loro perſonali ſenza fare mercantia, ne poſſedono faculta alcuna, e non fanno, ne ſono atti à fare guadagno, ne arte vltra de ſoſtentarſi la vita.*

*Item quelli figli, ò frati delli fuochi che ſtanno con altri ad imparare l'arte, mentre che lauorano ad vtilita de loro Maſtri e ſtanno à ſpeſe, & vitto di eſſi Maſtri non ſiano tenuti contribuire cos'alcuna per l'induſtria.*

*Item di quelli, che deueno pagare l'induſtria iuxta li ſopradetti Capitoli, non ſi poſſa eſcuſare perſona alcuna pretextu di priuilegio di Cittadinanza, che haueſſero ottenuto, ò otteneſſero da alcune Vniuerſita del Regno, ma doue ſta il ſuo fuoco debbia pagare vt ſupra, eccetto quelli, che ſe fuſſero fatti, ò faceſſero cittadini Napolitani in virtu della Regia pragmatica, li quali habitano in Napoli con loro moglie & famiglia iuxta la diſpoſitione della Regia pragmatica li quali non hanno da contribuire alla detta induſtria.* Hoc ſuum Regia Camera generale interponente decretum, &c.

## LXVII.

*Die 12. Septembris, 1542.*

SVper ſolutione dirictus correturæ, qui exigitur in paſſibus, Plateis, & gabellis Regni huius, habito recurſu ad Regiam Cameram Summariæ per nonnullos ſubditos dicti Regni contra paſſus exigentes platearios, & gabellotos d. correcturam indifferenter exigere prætendentes ab omnibus, tam ſeruientibus ad vecturam particularibus cum ſalario ad eorum arbitrium conueniendo, quam Regiæ Curiæ, vel eorum vtilibus Dominis cum ſalario ſtatuto per Regiam Pragmaticam.

Viſa dicta Regia Pragmatica, & facta relatione in Banca per Excellentem Dom. Locumtenentem coram Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius Regiæ Cameræ, & diſcuſſo ad plenum negotio, attento, quod ius correturæ ſoluitur, & ſolui debet pro lucro vecturalium, & ſalarium per dictam Regiam Pragmaticam ſtatutum, datur pro expenſis eorundem vecturalium, & eorum animalium, & non pro lucro, iis, & aliis rationibus in eadem Banca diſcuſſis; fuit per d. Regiam Cameram conſenſu prouiſum, pariterque decretum, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur, quod in ſolutione d. dirictus correturæ non comprehendantur hi, qui virtute d. Regiæ Pragmaticæ coguntur ad vecturam cum ſalario per ipſam pragmaticam ſtatuto, nec ab eiſdem debere exigi ius ipſum correturæ, quoties ſeruire contigerit cum ſalario in eadem Pragmatica contento. Hoc ſuum d. Camera taliter in his ſcriptis proferente decretum, &c.

*Pragmatica Sanctio, de qua in hoc decreto, eſt 1. §. 3. de ſalario eorum, &c.*

## LXVIII.

*Die 10. Octobris, 1542.*

SVper ſolutione contributionum maritagij Illuſtr. Dominæ Beatricis de Corduba vertente in Regia Camera inter Illuſtr. Ducem Sueſſæ eius fratrem, & Vniuerſitatem Caleni.

Facto verbo in Banca per Magnificum Dominum Guerrerium V. I. D. Præſidentem d. Regiæ Cameræ coram Excellente Domino Locumtenente, & Magnificis Dominis Præſidentibus; per Regiam Cameram prouiſum fuit conſenſu, contributionem prædictam liquidandam eſſe, & liquidari debere, provt præſenti decreto liquidatur ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculare, iuxta taxam foculariorum ipſius Ciuitatis Caleni contentam in cedulariis eiuſdem Regiæ Cameræ. Hoc ſuum, &c.

## LXIX.

*Die 11. Ianuarij, 1543.*

SVper inſtantia facta in Reg. Camera Summariæ pro parte ſtatus Excellentis Comitis Neocaſtri, quod Moniales tertij Ordinis ſoluant in functionibus fiſcalibus, provt alij ſoluunt; fuit per Regiam Cameram Summariæ, rationibus in Banca diſcuſſis, prouiſum, pariterque decretum, quod d. Moniales tertij Ordinis, quæ habitant in ſuis domibus, & poſſident bona, vel ſi ea donauerunt, reſeruato vſufructu, ſoluant pro dictis bonis in functionibus fiſcalibus, provt alii ſoluunt. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

## L X X.

*Die 26. Iannuarij, 1543.*

IN cauſa Regij fiſci cum infraſcriptis Vniuerſitatibus ſuper forma ſeruanda circa immiſſiones ferri, acciarij, & picis ſine ſolutione dirictuum tertiariæ quartariæ, & quintariæ pro eorum vſu, adhoc vt vniuerſitates ipſæ gaudeant earum immunitate, & facultate conceſſa, & Regia Curia non fraudetur, vt in actis continetur.

Viſis priuilegiis, & ſcripturis per ipſas Vniuerſitates productis ſuper huiuſmodi cauſa. Viſis videndis, attentis attendendis, & conſideratis conſiderandis per Excellentem Dom. Bartholomeum Camerarium Locumtenentem, & Magnificos Dominos Præſidentes Regiæ Cameræ Summariæ fuit prouiſum, pariterque decretum, prout præſenti decreto decernitur, & declaratur, quod Vniuerſitates infraſcriptæ habentes priuilegia, & facultatem à Regia Curia immittendi ab extra Regnum ſal, ferrum, acciarium, & picem pro earum vſu ſine ſolutione dirictuum ipſarum Vniuerſitatum, particulares teneantur, & debeant ſal ipſum, ferrum, acciarium, vel picem immittere in fundico Regio illius ciuitatis, ſeu Terræ, cum interuentu Regiorum Officialium illius fundaci; dictumque ſal, ferrum, acciarium vel picem reponere, & conſeruare in magazeno particulari intus dictum Regium fundicum, in quo magazeno ponantur duo claues, quarum vna detineatur, per officiales ipſius fundaci, altera vero per Vniuerſitatem, vel ſindicum eius, vel per particularem, qui immiſerit, à quo fundico extrahatur ſal ipſum, ferrum, acciarium, vel pix cum interuentu, & notitia dicti Regij officialis, vel Arrendatoris, quoties opus fuerit pro vſu earumdem Vniuerſitatum, vel eius particularium, & non aliter, nec alio modo; vbi verò non eſt fundicus Regius, eligatur, vel deputetur domus particularis, quæ quoad hoc tantum pro fundico habeatur; nec non, quod quando contigerit Vniuerſitates ipſas, vel eorum particulares habentes dicta priuilegia & facultatem velle immittere ſal, ferrum, acciarium, vel picem ab extra Regnum, vel aliis Prouinciis, quod teneantur prius notificare Regiis officialibus dictorum fundicorum, & Arrendatori quantitatem ipſius ſalis, ferri, acciarij, vel picis quæ emere, & immittere intendunt, ipſaſque immiſſiones facere in Regio fundico, prout ſuperius declaratum eſt; ſal verò, ferrum, acciarium, vel pix, quod, vel quæ de cætero immittetur, aliaſque vt ſupra prouiſum eſt, capiatur pro intercepto ipſo iure ad inſtantiam Regiæ Curiæ, & Magnificorum Arrendatorum, procedaturque contra immittentes ad alias pœnas contentas in Bannis, & inſtructionibus d. Regiæ Cameræ, & proinde expediantur prouiſiones opportunæ &c.

Vniuerſitas, & homines Ciuitatis Regij.
Vniuerſitas, & homines Ciuitatis Tropeæ.
Vniuerſitas, & homines Terræ Scillæ.
Vniuerſitas, & homines Ciuitatis Brundusij.
Vniuerſitas, & homines Terræ Balneariæ.
Vniuerſitas, & homines Terræ Seminariæ.
Vniuerſitas, & homines Terræ Paulæ.
Vniuerſitas, & homines Ciuitatis Gallipolis. Hoc ſuum &c.

## L X X I.

*Die 29. menſis Ianuarij, 1543.*

SVper appretio animalium, quæ poſſidentur per particulares ciues ciuitatum, Terrarum, & locorum Regni huius, & contributione quæ fieri debet pro ſolutione Collectarum, & aliarum impoſitionum, quæ per Vniuerſitates Regni imponuntur. Viſis videndis, & conſideratis omnibus de iure conſiderandis. Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, vulgari eloquio pro faciliori imperitorum intelligentia in hunc modum, vt ſequitur.

*In primis viſta la Regia Pragmatica ſopra la forma dell'apezzo, nella quale ſi fa mentione del beſtiame, & conſideratis conſiderandis ſopra queſto negotio, ſi prouede, e determina, che il beſtiame baccino, pecorino, bufalino, e d'altre ſorti, che iuſta il coſtume delle Terre traſe in apprezzo, ſe debbia apprezzare, & accataſtare in quella Citta ſiue Terra doue il padrone ſta numerato, e paga il ſuo fuoco, ellà pagare la rata delle collette per d. beſtiame, non oſtante che lo teneſſero à paſcolare in li territorij dell'altre Citta, ſiue Terre & all' Vniuerſità, in quarum territorio paſcolaranno, debbia pagare la fida, & paſcuo ſenz'altra contributione d'apprezzo, ne di collette; in la quale eſtima, & apprezzo ſi debbia hauer conſideratione di quello che il padrone paga per herbaggi in la Terra propria, ò vero nell'altre Terre, doue teneranno d. beſtiame à paſcolare, di modo che dedutta la fida, detto beſtiame venghi per lo reſto in apprezzo, e ſe paſcolaſſe ſenza pagamento de fida, in tali caſu non ſe li debbia dedurre dall' apperzzo coſ' alcuna per cauſa del paſcuo.*

*Item per quelli beſtiami, vt vulgò dicitur ad ſoccida, ſi ordina, che il principale padrone ſia taſſato, e debbia contribuire per la meta, che partecipa de fructibus, & l'altra meta ſi debbia taſſare, & ponere in apprezzo al Maſſaro, che li tiene in quelle terre doue d. padroni, e Maſſari ſtanno numerati, e pagano loro fuochi vt ſopra deducendo pero à tutti doi le ſpeſe del paſcuo in caſo che lo pagaſſero, come nel ſopradetto capitulo ſe dice, pero ſe ambi doi non pagaſſero paſcuo, non ſi debbia deducere,*

*ducere, & ſe uno paſcolaſſe franco per la meta ſua, & l'altro pagaſſe per lo paſcuo; per l'altra meta, in tali caſu ſe debbia deducere la meta del paſcuo in lo apprezzo à quello lo pagara, verum quanto al maſſaro ſe debbia aduertire, che ſe la meta ſua della taſſa del beſtiame li ſara ſtata conſiderata, & aggregata nella taſſa dell'induſtria, non ſi debbia aggregare, e taſſare vn'altra volta per modum facultatis, perche per vna medeſima coſa veneria ad eſſere grauato di duplicata contributione.*

*Item circa le pecore, & beſtiame, che ſi fidano, e paſcolano in la Regia Dohana delle pecore di Puglia, ò vero nella Dohanella d'Apruzzo, ſe prouede, che s'oſſerui il medeſimo ordine, con dedurre d'all'eſtima quello, che ſi paga per la fida à dette Dohane.*

*Item quanto alli Napolitani, che ſono immuni, e non pagano loro fuochi, & altri, che non pagano pagamenti fiſcali per le franchitie de loro terre, & altra giuſta cauſa, s'ordina che in quelle terre, doue teneranno loro beſtiami, e goderanno delli paſcui, & herbaggi communi dell'Vniuerſità ſenza pagare fida ſe li debbia apprezzare, & accataſtare loro beſtiame predetto, e per quello pagare, & contribuire, come bonatenenti alli pagamenti fiſcali ordinarij della Regia Corte tantum, ò vero debbiano pagare la fida all'Vniuerſità di quelle terre, doue li teneranno à paſcolare; ita che ſia in elettione d'eſſi Napolitani, ſeu franchi, quali delli dui pagamenti voleranno fare.*

*Item dal detto apprezzo, & contributione ſi accettuano, e reſeruano li Baroni nelle Terre proprie per li beſtiami, che teneno in li territorij loro priuati, ſeu nelli paſcui communi di loro terre, li quali come primi, & principali ponno fare paſcolare loro beſtiami in li domanij delle terre proprie ſenza pagamento, come le godeno l'altri vaſſalli loro.*

*Item quelli che teneno boui ad menando, che ne pagano tanto grano, ò altre vettouaglie, ſeu denari, s'ordina, che non ſe debbiano taſſare, ne contribuire per d. boui, ma che la taſſa, & contributione di quelli ſi ponga alli padroni, che ci hanno l'vtilita, perche non ſaria giuſto che li detemptori ad menando ſe grauaſſero di doi peſi per detti boui, cioe del pagamento che fanno alli padroni, e della contributione delle collette.*

## LXXII.

*Die 16. Iunij, 1544.*

SVper inſtantia facta in Reg. Camera Summariæ per Magnificum Regij fiſci Procuratorem, quod pupilli ſoluant releuium eo modo, & forma, provt maiores ſoluunt, non expectato lapſu 14. annorum, provt alias fuit per Regiam Cameram deciſum.

Viſo decreto alias lato per eandem Regiam Cameram in perſonam Comitis Palenæ pupilli, vt ſoluat releuium non obſtante pupillari ætate, de quo decreto pro parte dicti Comitis fuit habitum recurſum ad Illuſtr. Dominum Proregem, & ſua Illuſtr. Dominatio ordinauit, quod Sac. Conſilium ſuper hoc dubio votaret: Sacrum Conſilium habito acceſſu ad Regiam Cameram, fuit voti, quod d. Comes Palenæ ſoluat releuium, non obſtante pupillari ætate. Viſo etiam decreto lato per Regiam Cameram ſub die 15. menſis Maij, 1521. & confirmato per eandem Regiam Cameram ſub die 13. menſis Octobris, eiuſdem anni in perſonam Ioannis Antonij Gagliardi pupilli, quo fuit prouiſum dictum Ioannem Antonium pupillum debere ſoluere ſimplum releuium, non obſtante pupillari ætate. Viſo etiam alio decreto lato per eandem Regiam Cameram ſub die 26. Aprilis, 1530. quo fuit prouiſum, quod Illuſtr. Princeps Sulmonis non obſtante pupillari ætate ſoluat ius Releuij, & quod ſoluatur de pecunia redituum, quos habet in Regia Dohana Ciuitatis Neapolis.

Viſis denique videndis, & conſideratis omnibus de iure conſiderandis per Dom. Militem V. I. D. Franciſcum de Reuerter. d. Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in Collaterali Conſilio, & coram Illuſtr. Domino Prorege, fuit per dictam Regiam Cameram communi omnium voto generaliter prouiſum, & decretum, provt præſenti generali diffinitiuo decreto decernitur, & prouidetur, accedente etiam voto Excellentium Dominorum Regiam Cancellariam Regentium, quod pupilli teneantur ſoluere releuium Regiæ Curiæ, non obſtante eorum pupillari ætate, eodem tempore, modo, & forma, provt maiores ſoluunt. Hoc ſuum, &c.

## LXXIII.

*Die 3. Octobris, 1544.*

IN cauſa Vniuerſitatis, & hominum Turris Annunciatæ, cum Regio Fiſco, ſuper immunitate functionum fiſcalium ordinariarum, & extraordinariarum, tanquam ſitæ in territorio Neapolitano.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Hieronymum de Albertinis Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium, & de omnibus facta relatione in Banca dictæ Regiæ Cameræ coram aliis Magnificis Dominis Præſidentibus; fuit per dictam Regiam Cameram, viſis videndis, attentis attendendis, & conſideratis conſiderandis conſenſu prouiſum pariter, & decretum, prædictam Vniuerſitatem, & homines Turris Annunciatæ ſeruandos eſſe, & ſeruari debere immunes pro functionibus fiſcalibus ordinariis, & extraor-



Digitized by Google

dinariis tanquam ſitos in territorio Neapolis, & depoſita facta reſtituantur. Hoc ſuum, &c.

## LXXIV.

*Die 26. menſis Iulij, 1545.*

OCcaſione decreti per hanc Regiam Cameram lati ſub die 28. menſis Aprilis, 1542. quia fuerunt propoſita aliqua dubia pro declaratione aliquorum capitum decreti prædicti, quo viſo, & benè conſiderato, fuit per ipſam Regiam Cameram ad dubia omnia tollenda prouiſum, & declaratum vulgari eloquio pro imperitorum intelligentia in hunc modum, vt ſequitur.

*Et primo quanto al pagamento & contributione da farſi per l'induſtria, per lo che fu prouiſto, che ſe lo padre ò frate, ch'è capo del fuoco ſta taſſato, e paga l'induſtria, in tali caſu mentre, che il padre ò frate la pagara, non ſi debbiano taſſare, & eſigere li figli ò frati per tal pagamento d'induſtria, atteſo che in vita del padre, ò frate, che ſtà principaliter numerato non fanno foco, tam perche dopoi di detto decreto la Regia Camera hà inteſo che molte Vniuerſità per non intendere bene la mente di detta Regia Camera, e di detto decreto, hanno altrimente oſſeruato in lo caſo predetto penſandoſe che nullo modo per li figli, ò frati delli fuochi ſi debbia pagare induſtria. Per tanto volendo d. Regia Camera remediare, & prouedere, che l'Vniuerſita, & altri à chi tocca, intendano meglio come s'hanno da gouernare in lo caſo predetto, con lo preſente decreto declara, che la mente, & intentione di detta Regia Camera è ſtata, & è che li figli, ò frati delli fuochi non ſiano tenuti à pagare induſtria per le perſone, & eſercitij loro diſtintamente dalli padri, ò frati che ſono capi del foco, ma ſe l'induſtria d'eſſi figli, ò frati viene in vtile, & guadagno del padre, ò frate, che ſtanno per capi fochi, ſi deue taſſare tanto piu auantaggiata l'induſtria di eſſi capi fuochi, quanto importa l'vtile, che hanno dall'induſtria delli figli, ò frati, che ſtanno ſotto li fuochi, & vitto loro, hauendoſi però ragione, & conſideratione in detta taſſa del peſo ch'eſſi capi fuochi teneno delli medeſimi figli, ò frati.*

*Item in lo detto decreto generale ci è vn altro capitolo del tenor ſequente. Videlicet,*

*Item dalla taſſa che fanno l'Vniuerſità alli particolari di detta induſtria, ſi debbia dedurre quello, che per neceſſità di loro vitto del magnare, e del veſtire per eſſi, e loro fameglia hanno di biſogno, & per lo reſto dedutta detta ſpeſa, ſi debbiano taſſare, & eſigere per lo detto pagamento, per lo quale preinſerto capitolo ſi è fatto dubio di quelli bracciali, ſeu fatigatori, che viueno da per loro, e non hanno altro, eccetto che quello, che guadagnano con loro fatica alla giornata, ſe deueno pagare, & contribuire alla detta induſtria; ſi ò non. E per detta Regia Camera ſe declara con lo preſente decreto, che l'intentione di eſſa Regia Camera è ſtata, & è conforme alla Regia Pragmatica, & alla forma dell'apprezzo del quondam Magnifico Pietro Piccolo, la quale vole, che ſe conſiderano le ſpeſe ſecondo la qualita delle perſone; etiam perche in ogni terra ſi coſtuma apprezzare le fatiche corporali delli Bracciali, quali vanno alla giornata; Però detta Regia Camera non ha inteſo ne intende derogare alle dette taſſe, & apprezzi, ma ſolum prouedere, che li poueri non ſiano oppreſſi dalli richi, & che nella taſſa dell'induſtria di detti Bracciali, ſi habbia conſideratione a quello biſogna per le ſpeſe de loro vitto, & veſtito, itache all'apprezzo non ſi poſſa eccedere dieci carlini l'anno di contributione alli detti Bracciali, e le Vniuerſita le debbiano dare il ſale per la rata, che iuſtamente li tocca, & ſe iuxta le taſſe antique, che teneno le Terre li toccaſſe contribuire manco delli detti dieci Carlini l'anno, ſi debbia ſtare à dette taſſe antique, quali detta Regia Camera non intende mutare, eſſendo da dieci carlini à baſcio de contribuire l'anno.*

*Item quanto alli miſerabili, li quali per altro decreto fu prouiſto, che non paghino induſtria, s'intende di quelli che per eſtrema pouerta, & inhabilita di loro perſone non guadagnano tanto, che li baſta à campare.*

## LXXV.

*Die 13. menſis Ianuarij, 1546.*

IN causa in Regia Camera vertente inter Franciſcum Iannettum alias Salatum de Terra Ioy, ex vna; & Regium fiſcum ex altera ſuper immunitate, qua d. Franciſcus gaudere prætendit tanquam habens decem filios, & duos nepotes ex filio præmortuo.

Viſis actis per V. I. D. Dom. Franciſcum Antonium Villanum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, factaque per eundem relatione in eadem Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, cauſa pleniſſimè diſcuſſa, tandem fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod d. Franciſcus tanquam habens decem filios legitimos, & naturales, & duos nepotes ex eius filio præmortuo, gaudeat pro vſu ſuo, & ſimiliter gaudeant eius filij, & dicti duo nepotes, donec ſub patria, & auita poteſtate reſpectiuè habitauerint, immunitate, & exceptione iurium fiſcalium ordinariorum, & extraordinariorum, & aliorum vectigalium, gabellarum, datiorum, & impoſitionum, quæ per Vniuerſitates, & ſignanter dictæ Terræ Ioy impponuntur, nec non pro eius vſu, & familia

milia & non commercij cauſa omnium diri-ctuum Regiarum Dohanarum, & fundicorum, ac alterius cuiuſuis vectigalis, & diri-ctuum tam in Ciuitate Neapolis, quam in aliis Ciuitatibus, & locis quibuſcunque Regni huius, tam Domanialibus, quam Baronaibus.

## LXXVI.

*Die 13. Ianuarij, 1546.*

IN cauſa in Regia Camera vertẽte inter Excellentem Dorotheam Spinellam Comitiſſam Paleni, vtilem Dominam Gallutij ex vna, & ſubfeudatarios d. Terræ ex altera, de & ſuper contributione in donatiuis, & adohis impoſitis, & aliis vt in actis continetur.

Viſis actis per Magnificum V.I.D. Franciſcum Antonium Villanum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ huiuſmodi commiſſarium & de iis facta relatione in Banca eiuſdem Regiæ Cameræ, & coram Excellente Dom. Bartholomeo Camerario Locumtenente, & aliis Magnificis Dominus Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod in donatiuis dicti ſubfeudatarij Terræ Gallutij non compellantur contribuere, & ipſos abſoluendos eſſe, & abſolui debere, prout præſenti decreto abſoluuntur ab impetitione d. Excellentis Comitiſſæ. Hoc ſuum, &c.

## LXXVII.

*Die 16. Aprilis, 1546.*

QUia ſæpè, & ſępiùs Procurator Regij fiſci fecit inſtantiam in Regia Camera Summarię vt omnes illi officiales in Regia Dohana & Maiori fundaco Ciuitatis Neapolis qui non habent poteſtatem ſubſtituendi, ſeruiant in eorum officiis perſonaliter, alij verò qui habent poteſtatem ſubſtituendi, eligerentur per Regiam Cameram.

Et facto de prædictis verbo per Magnificum V.I.D. Dom. Franciſcum Reuerterium Præſidentem d. Regiæ Cameræ coram Illuſtr. Domino Vicerege in Regio Collaterali Conſilio, fuit per d. Regiam Cameram prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto prouidetur, quod omnes illi Officiales, qui non habent poteſtatem ſubſtituendi, ſeruiant in eorum officiis in d. Regia Dohana, & Maiori fundico perſonaliter; alij verò, qui poteſtatem ſubſtituendi habent, nominent perſonas idoneas pro eorum ſubſtitutis, qui tamen approbentur per Regiam Cameram, & non liceat aliter dictis officialibus per ſubſtitutos ſeruire, niſi vt ſupra prouiſum eſt, alias prouidebitur per d. Regiam Cameram circa ſuſpenſionem eorum officiorum, & alias, prout iuris erit. Hoc ſuum, & intimetur, &c.

## LXXVIII.

*Die 7. menſis Maij, 1546.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Magnificam Victoriam Carazolam de Neapoli ex vna, & Vniuerſitatem homines eius vaſſallos Caſalis Gricigniani ſuper contributione in monacagio ſororis Europæ Scaglione eius filiæ monacatæ in venerabili Monaſterio Sanctæ Mariæ Donnæ Reginæ de Neapoli.

Viſis actis per Magnificum Dom. Petrum Antonium Saponum Præſidentem Regiæ Camaræ, & cauſæ huiuſmodi commiſſarium, & de iis facto per eundem verbo in Banca coram aliis Magnificis Dominis Præſidentibus fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & directum prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, d. Vniuerſitatem, & homines Caſalis Gricignani condemnari debere prout præſenti decreto condemnantur ad contribuendum in maritagio dictæ ſororis Europæ filiæ prædictæ Magnificæ Victorię ad rationem granorum viginti quinque pro quolibet foculari, iuxta numerum focu-lariorum, in quibus dictum Caſale reperitur taxatum in cedulario d. Regiæ Cameræ. Hoc ſuum, &c.

## LXXIX.

*Die 7. Septembris, 1546.*

IN cauſa Illuſtr. Marchionis, & Marchioniſſę Rennę cum Regio fiſco ſuper augmento foculariorum dicti ſtatus in præſenti noua numeratione.

Viſis per Magnificum V.I.D. Dom. Franciſcum Reuerterium Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ commiſſarium priuilegiis conceſſionis ſtatus Rennæ cum fiſcalibus functionibus dicti ſtatus impoſitis, & imponendis ad quamcunque ſummam aſcendentibus, factæ per ſereniſſimum quondam Regem Ferdinandum primum in perſonas quondam Magnificorum Auguſtini, & Ioannis Adorni. Viſo etiam priuilegio inueſtiturę Cęſareæ Maieſtatis in perſonam ſpectabilis quondam Iſabellæ Adorni Comitiſſæ Rennæ, quam etiam inueſtitura de functionibus fiſcalibus impoſitis, & imponendis ad quamcunque ſummam aſcendentibus. Viſis etiam litteris per Regiam Cameram expeditis per quas declaratur augmentum fiſcalium functionum ordinariarum d. Status Rennæ ſpectare, & pertinere ad Comitem Rennæ. Viſo etiam priuilegio Cæſareæ Maieſtatis conceſſionis d. Status in perſona Illuſtr. quondam Ferdinandi de Alarcon cum fiſcalibus functionibus d. Status, eodem

modo

modo & forma, provt melius, & plenius tenebat, & poſſidebat d. Iſabella Adorna, & facta de omnibus relatione in Banca per dictum Magnificum Dom. Commiſſarium cauſæ coram aliis Magnificis Dom. Præſidentibus d. Regiæ Cameræ, auditis ſæpe Regij Fiſci Patrono, & Aduocatis Partis, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur, d. augmentum fiſcalium functionum, & ſalis ordinariorum tantum d. Status ſpectare, & pertinere ad Illuſtr. Marchionem ipſius Status Rennæ. Hoc ſuum, &c.

## LXXX.

*Die 11. menſis Septembris, 1546.*

IN cauſa Illuſtr. Iſabellæ Carazolæ Duciſſæ Caſtrouillarum vtilis Dominæ Terrę Roccæ Pimontis, cum Regio Fiſco ſuper augmento foculariorum d. Terræ Roccæ Pimontis in præſenti noua numeratione, & aliis, vt in actis, &c.

Viſis actis, ac priuilegiis, & ſcripturis in præſenti cauſa præſentatis per Magnificum V. I. D. Dom. Franciſcum Antonium Villanum Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, & de iis omnibus facta per eundem relatione in Banca Regiæ Cameræ coram aliis Magnificis Præſidentibus dictæ Regiæ Cameræ, auditis ſæpè ſæpius Magnificis Regij Fiſci Patrono, & Procuratore, & Aduocatis d. Illuſtr. Iſabellæ Caracciolæ Duciſſæ Caſtrouillarum, viſiſque videndis, & conſideratis conſiderandis, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur, dictum augmentum fiſcalium functionum, & ſalis ordinariorum tantum prædictæ Terræ ſpectare, & pertinere ad prædictam Illuſtr. Duciſſam Caſtrouillarum vtilem dominam d. Terræ Roccæ Pimontis. Hoc ſuum, &c.

## LXXXI.

*Die 10. menſis Septembris, 1546.*

IN cauſa Illuſtr. Iulij Feltrij de Ruere Ducis Soræ cum Regio Fiſco ſuper augmento foculariorum Ducatus Soræ, & Terrarum ipſius Ducatus in præſenti noua, & vltima numeratione.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dominum Franciſcum Reuerterium Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, viſiſque priuilegiis, & ſcripturis in cauſa prædicta præſentatis pro parte dicti Illuſtr. Ducis, & de iis omnibus facta relatione in Banca dictæ Regię Camerę coram aliis Magnificis Dominis Præſidentibus, fuit per dictam Regiam Cameram diſcuſſis diſcutiendis & conſideratis conſiderandis, ſæpeque ſæpius Aduocatis dicti Illuſtr. Ducis, & Magnifico fiſci Patrono auditis, conſenſu prouiſum, pariterque decretum, augmentum iurium foculariorum, & ſalis dicti Ducatus Ciuitatis Soræ, & Terrarum dicti Status ſpectare, & pertinere ad dictum Illuſtr. Ducem Sorę, provt præſenti decreto ſpectare, & pertinere decernitur, & declaratur. Hoc ſuum, &c.

## LXXXII.

*Die primo menſis Octobris, 1546.*

SVper cauſa, & dubio facto ſuper focularibus augmentatis in Ciuitate Biſignani, in vltima numeratione.

Viſis priuilegiis Illuſtr. Principis Biſignani, ac decreto alias per Regiam Cameram interpoſito 24. Auguſti, 1515. & de eiſdem facta relatione per Magnificum Dom. Franciſcum Antonium Villanum Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium; fuit per Regiam Cameram prouiſum, & decretum quoad functiones fiſcales ordinarias tantum: videlic. foculariorum, & ſalis ſpectare ad prædictum Illuſtr. Principem Biſignani iuxta d. vltimam numerationem pro focularibus prædictis augmentatis, & eidem Principi licere exigere d. focularia augmentata, provt exigit reliquum dictorum foculariorum, & ſalis pro quibus eſt numerata, & taxata d. Ciuitas, ita tamen, quod dictum decretum nullum faciat præiudicium Regiæ Curiæ, quando in futurum in numerationibus faciendis de dicta Ciuitate Biſignani reperiretur maius augmentum foculariorum.

## LXXXIII.

*Die 25. Octobris, 1546.*

SVper petita immunitate militum tam grauis, quam leuis armaturæ in hoc Regno habitantium, qui ſeruiunt Cæſareæ Maieſtati, & ad eius ſtipendia morantur, tam Hiſpani antiqui qui venerunt cum Illuſtr. Magno Capitaneo, quam cæteri Hiſpani, & alij Itali ad Cæſaris ſtipendia morantes.

Facto de prædictis verbo Illuſtr. & Excellentiſſimo Domino Proregi in Regio Collaterali Conſilio, per Regiam Cameram Summariæ, referente Magnifico V. I. D. Dom. Franciſco Reuerterio ipſius Regiæ Cameræ Præſidente; fuit per dictam Regiam Cameram, conſenſu, prouiſum, & decretum, quod dicti milites, tam grauis, quam leuis armaturæ, in hoc prædicto Regno habitantes, tam Hiſpani antiqui, qui venerunt cum Illuſtr. Magno Capitaneo, quam Hiſpani, & Itali, qui ſeruiunt Cæſareę Maieſtati, & ad eius ſtipendia morantur,

morantur, non ponantur pro focularibus, & ſi aliqui fuerint aggregati in pręſenti numeratione deducantur, conſtito per fidem Illuſtr. Scribæ portionis, quòd ſunt adſcripti, & adnotati in ſtipendiis Regiis, & propterea non teneantur contribuere in functionibus fiſcalibus ordinariis, & extraordinariis, ſed ſeruentur immunes pro eorum vſu, ſuarumque domorum, familiæ, & equorum ſuorum ab omnibus, & quibuſcunque datiis, gabellis, & impoſitionibus Vniuerſitatum Regni prædicti tam domanialium, quam Baronum impoſitis, & imponendis; verum teneantur, & debeant cum illis Terris, in quarum territorio bona poſſident, ſoluere, & contribuere in functionibus fiſcalibus ordinariis, & extraordinariis, provt ſoluunt, & contribuunt cæteri Bonatenentes. Hoc ſuum, &c.

*Taſſa de Franchitie, che deuono godere gl'huomini d'Arme.*

*Vno rotolo di pane il di per ciaſcheduna perſona.*

*Vno rotolo di carne il di per ogni quattro perſone à paſto.*

*Vna carrafa di vino di Tauerna di Napoli à paſto per ciaſchuna perſona, che ſono due carrafe il di à 60. carrafe lo barrile.*

*Vno rotolo di peſce, & formaggio confuſi per ogni quattro perſone à paſto ità che viene mezz rotolo di formaggio per ogni quattro perſone à paſto, & mezzo rotolo di peſce per ogni quattro perſone à paſto.*

*Item ſei miſure d'orgio il di per lo cauallo groſſo, & quattro per lo piccolo à miſure ventiquattro il tumulo.*

## LXXXIV.

*Die* 17. *Nouembris*, 1546.

IN cauſa Magiſtri Ioannis Cortillier Hiſpani, cum Regio Fiſco, pretendentis ſe immunem, provt ſunt cæteri milites Hiſpani, & alij, vt in actis, &c.

Viſa informatione capta per Magnificum V. I. D. Dom. Alphonſum Guerrerium Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, & de eiſdem facta per eundem relatione in Banca dictæ Regiæ Cameræ coram aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram prouiſum, pariter, & decretum, provt præſenti decreto prouidetur, quod. d Magiſter Ioannes tractetur immunis, & gaudeat illis immunitatibus, & franchitiis, quibus gaudent cæteri milites, ac Hiſpani antiqui, qui venerunt cum Magno Capitaneo, iuxta formam decreti per Regiam Cameram interpoſiti, die 25. Octobris, 1546. Hoc ſuum, &c.

## LXXXV.

*Die* 19. *Nouembris*, 1546.

FActa relatione per Regiam Cameram Summariæ, referente Domino Franciſco Antonio Villano Præſidente Regiæ Cameræ, Illuſtr. Domino Proregi, de rebus Lanei, & de territoriis, quæ receperunt augmentum ex opere d. Lanei, fuit prouiſum, quod exigantur grana 25. pro quolibet modio de territoriis, quæ receperunt beneficium, & vtilitatem ex opere d. Lanei pro vna vice tantum, & pecunia exinde peruenienda conuertatur in ſatisfactionem pretij, & intereſſe molendinorum dirutorum Pontis Silicis, iuxta formam decreti alias interpoſiti die..... & quod Antonius de la Torna Scriba Regię Camerę accedat ad capiendum deſcriptionem dictorum territoriorum melioratorum. Hoc ſuum, &c.

## LXXXVI.

*Die* 17. *Decembris*, 1546.

IN cauſa vertente inter Sereniſſ. Reginam Poloniæ, vtilem dominam Ciuitatis Bari, & Magnificum Marzatum Arrendatorem Regiarum Dohanarum Prouinciarum Terræ Bari, & Capitanatæ, & Regium Fiſcum, ſuper admiſſione apochæ fundaci Ciuitatis Bari, & aliis, provt in actis cauſæ prædictæ continetur, &c.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Franciſcum Reuerterium Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, & de eiſdem facta relatione in Banca coram aliis Magnificis Dominis Præſidentibus; fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod pro omnibus illis mercibus, quæ naſcuntur in territorio d. Ciuitatis Bari, & pro aliis, quę veniunt extra Regnum, & deſtinatis per fundacum Ciuitatis prædictæ Bari, & in d. Ciuitate contractantur, & vendantur ibidem, fundacantur, & ius fundaci ſoluatur, & apochę de ſolutione d. fundaci admittantur per totum Regnum, etiam in fundacis Regiis. De aliis verò mercib. quæ non ſunt deſtinatæ in d. fundaco, neque ibi contractantur, neque venduntur, ſed tantum ibi veniunt per tranſitum, ibi non ſoluatur ius fundaci, etiam à volentibus illud ſoluere, & apochæ de tali ſolutione fundaci non admittantur in aliis fundacis Regni, tam Regiis, quam Baronum, imo detur fideiuſſoria cautio de portando ad terram fundacum Regium habentem. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

## LXXXVII.

*Die 4. Nouembris, 1547.*

SVper dubio, quod vertitur, an debeatur Regiæ Cameræ Releuium ſi mortuo feudatario tenente feudum cum pacto de retrouendendo ante annum, & diem, venditor virtute illius pacti reemendi feudum ab hærede reemerit.

Facta relatione per Magnificum V.I.D. Domin. Franciſcum Antonium Villanum Præſidentem Regiæ Cameræ Illuſtr. Domino Proregi in Regio Collaterali Conſilio, accedente voto Excellentium Dominorum Regiam Cancellariam Regentium, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, deberi Regiæ Curiæ releuium conſuetum, quo verò ad aliud videlicet, an integrum ab hærede, vel ab ipſo hærede, & reemente pro rata temporis debeatur, Partibus plenius auditis, quod iuſtum fuerit prouidebitur. Hoc ſuum &c.

*Vide decretum latum ſub die 11. Aprilis, 1548.*

## LXXXVIII.

*Die 18. menſis Nouembris, 1547.*

IN cauſa Reu. Epiſcopi Squillacenſis, & Affictatorum territoriorum menſæ Epiſcopalis d. Ciuitatis ſitorum in territorio Terræ Stili, cum Vniuerſitate, & hominibus eiuſdem Terræ, de & ſuper petita exemptione gabellarum, & datiorum Terræ prædictæ pro rata victualium, & fructuum territoriorum prædictorum debitorum ipſis colonis, & affictatoribus pro rata eorum induſtria, & aliis vt ex actis.

Factaque de his omnibus relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Petrum Antonium Sapone Præſidentem, & cauſæ commiſſarium coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod coloni, ſeu affictatores territoriorum d. Epiſcopatus ſitorum in d. territorio Terræ Stili non adſcripti, & numerati pro focularibus cum eadem Terra, ſed alibi, non moleſtentur ad ſoluendum gabellas, & datia ipſius Terræ pro rata fructuum, & victualium, quæ attribuuntur, eorum induſtria, provt præſenti decreto ipſos minime moleſtari debere decernitur & prouidetur, niſi in loco vbi reperiuntur adſcripti, & numerati pro focularibus. Hoc ſuum, &c.

## LXXXIX

*Die 11. Aprilis, 1548.*

SVper dubio exorto, an releuium debeatur integrum ab hærede emptoris feudi cum pacto de retrouendendo, retrouendente feudum poſt mortem emptoris infra annum, & diem, vel debeatur dictum releuium integrum, vel ſaltem pro rata temporis à reemente feudum, &c.

Facta relatione in Regia Camera Summariæ per Magnificum V.I.D. Dom. Franciſcum Antonium Villanum eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ commiſſarium coram Excellenti Domino Locumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram cōſenſu prouiſum, & decretum releuium deberi integrum per hæredem retrouendentem feudum, non obſtante quod prædicta retrouenditio contingat infra prædictum annum, & diem, quia dilatio hæc ad petendum inueſtituram conceditur, & reemptor ad nihilum tenetur propterea litteras exequutoriales expeditas contra filium primogenitum, & hæredem quondam Magnificę Iſabellæ de Scortiatis eſſe exequendas iuxta ipſarum ſeriem, continentiam, & tenorem. Hoc ſuum, &c.

## X C.

*Die 28. menſis Aprilis, 1548.*

PEr Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, ad hoc vt computa, & alia negotia Regiæ Curiæ celeriter expediri poſſint, quod Magnifici Rationales, cæterique officiales dictæ Regiæ Cameræ veniant qualibet die, qua d. Regia Camera regitur de mane ante vndecimam horam, & de ſero ante vigeſimam horam niſi aliter fuerint legitimè impediti ſub pœna pro prima vice ſcutorum duorum, pro ſecunda ſub pæna vnicæ vnius, pro tertia verò ſub pœna ſuſpenſionis eorum officiorum ad arbitrium d. Regię Cameræ, & de tali impedimento per eorum ſcribas dent notitiam d. Regię Camerę & quod notificetur dictis Magnificis Rationalibus ac officialibus d. Regię Camerę Hoc ſuum, &c.

## X C I.

*Die 7. menſis Februarij, 1549.*

PEr Reg. Cam. Summarię conſenſu prouiſum, & decretum eſt, & quod in partitis, quę ponuntur ad exitum in computis pręſentandis in d. Regia Camera de cætero miniſtri pecuniarij, & eorum computantes, & procurarores

Digitized by Google

ratores debeant notare dies, quibus ſoluunt pecunias in Regia generali theſoreria vel aliis, & producere cautelas pro verificatione exitus cum data illius diei, quæ notatur in computo, & ſi forſan cautelæ aſſignandæ fierent cum data poſt præſentationem computorum, non admittantur, ſed ſignificentur prædicti miniſtri cum pœna quadrupli applicanda Regio fiſco vltra alias pœnas arbitrio Regiæ Curiæ reſeruatas irremiſſibiliter exigendas, ſi, & quoties per d. miniſtros contra factum fuerit. Hoc ſuum, &.

## X C I I.

*Die 8. menſis Februarij, 1549.*

IN cauſa vertente inter Vniuerſitatem, & homines Terræ Layni, & Illuſtr. Marchioniſſam eiuſdem Terræ ſuper petitione monacagij ſuarum filiarum.

Viſis actis per Dominum Militem V.I.D. Paulum de Magnanis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, factaque de his relatione in eadem Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius. Viſo inſtrumento conuentionis facto per d. Vniuerſitatem, & homines Terræ Layni cum d. Illuſtr. Marchioniſſa, ac ſtante declaratione facta per d. Regiam Cameram in ſimilibus cauſis de ſubuentione facienda d. monacagij ad rationem granorum 25. pro quolibet foculari, per Regiam Cameram fuit prouiſum, quod d. homines, & vaſſalli ſoluant & ſubueniant d. monacagium ad rationē prædictam dictorum granorum 25. pro foculari in infraſcriptis tandis, & temporibus, ſcilicet in primo anno in tribus tertiis vna ſubuentio debeatur exigenda à præſenti die in antea, ſecunda verò ſubuentio in ſecundo anno in ſimilibus tribus tertiis. Hoc ſuum, &c.

## X C I I I.

*Die 20. menſis Februarij, 1549.*

IN cauſa Magnifici Fœlicis de Ianuario vtilis Domini Terrę Montisfini, cum Vniuerſitate, & hominibus d. Terræ ſuper petita ſubuentione maritagij Magnificæ Mercuriæ de Iannario eius filiæ nuptæ Magnifico Domino Antonio Gabaniglia.

Viſis actis per Magnificum Dom. Petrum Antonium Saponum Præſidentem Regiæ Cameræ & cauſæ commiſſarium, & de iis omnibus facta relatione in d. Regia Camera coram aliis Magnificis Dominis Pręſidentibus ipſius, auditiſque Magnificis Aduocatis ambarum partium, fuit per d. Regiam Cameram prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto prouidetur quod Vniuerſitas & homines d. Terræ Roccę Montis fini teneantur, & debeant contribuere, & ſubuenire in d. maritagio ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculari iuxta numerum, & taxam d. Regiæ Cameræ, non obſtantibus oppoſitis ex parte d. Vniuerſitatis, verum fiat ſolutio per dictam Vniuerſitatem in tribus tertiis immediatè ſequentibus, incipiendo primam ſolutionem in tertio Paſchatis proximè venturo inſtantis anni ſeptimę indictionis. Hoc ſuum, &c.

## X C I V.

*Die 3. Iunij, 1549.*

IN cauſa Ioannis Baptiſtæ Sebaſtiani ciuis orti in Ciuitate Neapolis cum Vniuerſitate, & hominibus Terræ Scafati, ſuper immunitate, qua gaudere prætendit d. Ioannes Baptiſta in datiis, & gabellis Terræ prædictæ tam pro rebus ſeruientibus pro eius vſu, & familia, quam pro rebus, quæ venduntur in eius Taberna in eadem Terra ſita, provt in actis, &c.

Referente Domino Antonio Sapono Præſidente, & cauſæ commiſſario, fuit per Regiam Cameram prouiſum, quod d. Ioannes Baptiſta tanquam ortus in d. Ciuitate Neapolis tractetur immunis in dictis datiis, & gabellis, pro omnibus illis rebus, quæ ſeruiunt pro vſu ſuo, eiuſque domus, & familiæ tantum, & quod Tabernarij conducentes tabernam prædictam eiuſdem Ioan. Bapt. ſint in libertate accedendi quo voluerint ad emendum vina, carnes, & alias res commeſtibiles pro vſu, & victu illorum, qui in d. taberna comedent, ſiue hoſpitabuntur libere, & abſque ſolutione alterius gabellæ, ſiue datij dictæ Vniuerſitatis, ſiue pœnæ incurſione. Hoc ſuum, &c.

*Vide aliud decretum latum ſub die 22. Maij, 1565.*

## X C V.

*Die 19. menſis Iunij, 1549.*

SVper differentia orta inter Magnificum Militem Alphonſum Sanchez, Regium Generalem Theſorerium huius Regni, & Magnificum Militem Ferdinandum de Sangro Regium Dohanerium Dohanæ Menepecudum Apuleæ ſuper carrugiis pecuniæ Regię Fidę d. Dohanę quos d. Magnificus Theſorerius prętendit recta via conduci, & exonerari debere in generali Theſoreria, provt obſeruatur de aliis carrugiis Theſoreriorum, & Perceptorum Prouincialium ac etiam ſuper bilancio per eundem Magnificum generalem Theſorerium petito à prædicto Magnifico Dohanerio introitus, & exitus prædictæ Dohanæ, &c.

Auditis ad plenum in Banca Regiæ Ca-



Digitized by Google

meræ dictis Magnificis Generali Theſorerio, & Dohanerio. Viſiſque inſtructionibus, & ordinationibus vtriuſque officij, ac computis, litteris, & aliis ſcripturis d. Regiæ Cameræ, omnibuſque maturè diſcuſſis, & conſideratis, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, pariterque decretum, quod carrugium pecuniæ introituum d. Dohanæ, teneatur dictus Magnificus Dohanarius tranſmittere recta via ad dictam generalem Theſoreriam cum tota pecunia, antequam exoneret alibi, & in d.Theſoreria aperiatur, & numeretur, & ſoluatur pecunia, quæ ibi erit ſoluenda de introitibus prædictæ dohanæ, pro cuius ſatisfactione poſſit d.Magnificus Generalis Theſorerius eligere qualitatem monetæ, quam maluerit. Verum ſi ille non ſufficeret ad numerandam, & aſſignandam totam quantitatem, ſeu ſteterit per Capſerium, & Officiales generalis Theſoreriæ, quo minus numeretur, & conſignetur, tunc liceat eidem Magnifico Dohanerio, & eius Capſerio, facto notamento per Officialem Scribę Portionis de quantitate numerata, & conſignata reſtantem pecuniam in ſero reducere ad domum ſuam, & ſequenti die ad eandem Theſoreriam remittere reliquam quantitatem ad complementum, & integram ſatisfactionem Regiæ Curię, reliquam verò ſummam pecuniæ d.Carrugij ſpectantem conceſſionariis priuilegiatis, & aliis creditoribus d. dohanæ, liceat d. Dohanerio extra dictam Theſoreriam numerare, & ſoluere, provt ad ſuum ſpectat officium. Quò verò ad bilancium introitus, & exitus prædictæ dohanæ, prouiſum eſt d. Magnificum Dohanerium teneri ad conſignandum bilancium ipſum d.Magnifico Generali Theſorerio ad omnem eius requiſitionem poſt exactam fidem, & ante præſentationem ſui computi in d.Regia Camera.Hoc ſuum,&c.

## X C V I.

*Die 13.menſis Ianuarij, 1550.*

IN cauſa vertente in Reg. Camera per viam appellationis inter Vniuerſitatem Aquilæ appellantem ex vna, & Magnificum Antonium Riuera de d.Ciuitate, appellatum ex altera, ſuper immunitate, & exemptione iurium fiſcalium, & aliarum ſolutionum, gabellarum, & collectarum d.Ciuitatis, ex quo eſt pater grauatus onere duodecim filiorum, & aliis,vt in actis continetur.

Viſis actis per Magnificum V.I.D. Dom. Ioannem Baptiſtam Ogeda Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, viſiſque actis, & capitulis productis per d.Vniuerſitatem Aquilæ, in quibus prætenditur dictum Magnificum Marcum Antonium teneri ad ſolutionem gabellarum, & aliarum impoſitionum d.Ciuitatis, quæ capitula ſunt tenoris ſequentis, videlicet,

Primò, in fabrica Regij Caſtri,in qua Ciuitas contribuit ſingulis annis in ſcutis 1200.qui ſoluuntur ex dictis gabellis, fuit conſenſu prouiſum, & decretum per d. Reg.Cameram, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, ſeu declaratur, auditis Aduocatis ambarum Partium, quod d. Marcus Antonius non ſoluat, nec contribuat, donec aliter per d.Regiam Cameram fuerit prouiſum, habita maiori deliberatione.

2. In ſalario Regij Capitanei d. Ciuitatis pro ſcutis 600. qui ſoluuntur ex gabellis d.Ciuitatis, & tantominus quanto forte proueniet ex prouentibus, fuit prouiſum, quod non ſoluat.

3. In ſalariis Medicorum, & Magiſtrorum Gymnaſiorum, qui recipiunt ſalarium de publicis, & ſoluitur de introitibus dictarum gabellarum, fuit prouiſum, & decretum, quod non ſoluat, ſi non vult vti.

4. In expenſis, quæ fiunt in Magiſtratu d. Ciuitatis, pro illius regimine, fuit prouiſum, quod non ſoluat.

5. In ſumptibus, ac expenſis, quæ fiunt in recuperatione aquæductarum, fontium d. Ciuitatis,ac viarum,pontium,& murorum,fuit prouiſum,quod ſoluat.

6. In ſumptibus, & expenſis, quæ fiunt in hac Ciuitate pro ſalariis Aduocatorum, Procuratoris, & Sollicitatoris in cauſis, & litibus motis d. Ciuitatis à Regio Fiſco, & in aliis neceſſitatibus occurrentibus, fuit prouiſum,quod ſoluat.

7. In tertiis, quæ ſoluuntur propter ipſam Ciuitatem Mercatoribus in hac Ciuitate Neapolis, fuit prouiſum, quod ſoluat, ſi dictum debitum eſt contractum ante conſequutam immunitatem.

8. Cum Nobilis Marcus Antonius habeat gregem ouium magno numero, & armentum vaccarum, & iumentorum pro ſua induſtria, non pro ſuo vſu, quod teneatur pro dictis animalibus contribuere in gabellis dictæ Ciuitatis, fuit prouiſum, quod non ſoluat.

9. Dictus Nobilis Marcus Antonius reponit ſingulis annis in eius Cellario, maximam vini muſti quantitatem, & ipſum vinum poſtea vendit, & cum ipſo facit induſtriam, & perinde teneatur ſoluere pro ea gabellam, quæ imponitur ab ipſa Ciuitate ſuper muſto, fuit prouiſum quod non ſoluat, ex quo ſunt de rebus propriis.

*Vide aliud decretum latum ſub die 15. Maij, 1577.*

XCII.

Digitized by Google

## XCVII.

*Die 24. menſis Martij, 1550.*

IN cauſa vertente in Regia Camera Summariæ inter Magnificum Scipionem de Scotio de Neapoli ex vna, & gabellotos, ſeu exactores gabellæ, quæ exigitur in ſbarris fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis ex altera, de, & ſuper diri&tibus dictæ Gabellæ, quos prædicti gabelloti prætendunt exigere à prædicto Magnifico Scipione pro vino, & greco prouenienente ex ſuis maſſariis ſitis in Terra Summæ, prætextu partis tangentis colonorum, ſeu Partionariorum, quam prætendunt d. Scipionem emiſſe ab ipſis colonis, ſeu Partionariis, prout clarius in actis.

Viſis omnibus actis, & ſcripturis pręſentatis per ambas Partes per Magnificum Dom. Petrum Antonium Saponum Præſidentem d. Regiæ Cameræ, & cauſæ commiſſarium, factaque per eum relatione in Banca coram Excellente Domino Locumtenente & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus, auditis Partibus ipſis cum eorum Aduocatis fuit per d. Regiam Cameram datus terminus iuris, prout præſenti decreto datur Partibus ipſis ad probandum incumbentia, & prouiſum, quod lite pendente prædicti Gabelloti non exigant d. ius ſeu directum à Magnifico Scipione pro vino, & greco proueniente ex ſuis maſſariis, & ſi quid ab eo exegerunt vel in depoſitum receperunt, illud reſtituant, donec aliter ſuper huiuſmodi cauſa per d. Regiam Cameram prouiſum, & determinatum fuerit; verum fiat annotatio dicti vini, & greci, per eoſdem Gabellotos, vt in deciſione cauſæ haberi poſſit ea ratio, quæ de iure habenda erit, & quod intimetur, &c.

## XCVIII.

*Die 27. menſis Martij, 1550.*

IN cauſa fratrum de Palma cum Vniuerſitatibus Caſtrorum Ari ſari filiorum Petrę pręrtorij, & Pennæ eius vaſſallis, ſuper contributione ſubuentionum in maritagio Magnificæ Iſabellæ de Palma eius filiæ ad rationem carolenorum quinque pro foculario quolibet referente Domin. Ioanne Baptiſta Ogeda Præſidente, & cauſæ commiſſario, fuit per Regiam Cameram prouiſum, & decretum, quod d. Vniuerſitates contribuant in prædicto maritagio ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculario, pro illis focularibus, in quibus dictæ Vniuerſitates ſunt taxatæ in cedulario dictæ Regiæ Cameræ vltimo loco facto, & dicta contributio fiat per dictas Vniuerſitates in duobus annis de tertia in tertiam ratam contingentem, incipiendo à tertia Paſchatis Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti anni 1. venturi. Hoc ſuum, &c.

## XCIX.

*Die 21. Aprilis, 1550.*

IN cauſa Nobilium Alexandri Guaſtauigna patris Franciſci Guaſtauigna de Ciuitate Theatina patris duodecim filiorum ſuper immunitate, qua gaudere prætendunt tanquam vnite viuentes cum dictis filiis & nepotibus, & aliis, vt in actis, &c.

Viſis actis, & informatione de ſuper capta, per quam conſtat qualiter dictus Franciſcus habet duodecim filios viuos legitimos, & naturales, & d. Franciſcus cum dictis filiis vnitè viuunt cum d. Alexandro patre dicti Franciſci, & auo dictorum duodecim filiorum, factaque de prædictis omnibus relatione in Banca Regię Camerę Summarię per Magnificum V. I. D. Dom. Paulum de Magnatis ipſius Regię Camerę Pręſidentem & cauſę Commiſſarium, coram Excellenti Domino Locumtenēte, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus eiuſdem Regiæ Cameræ fuit per Regiam Cameram prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & declaratur, quod dictus Franciſcus tanquam pater duodecim filiorum legitimorum, & naturalium gaudeat pro vſu ſuo, & ſimiliter gaudeat d. Alexander Pater dicti Franciſci, donec habitauerit ſimul cum dictis filio & nepotibus, & ſimiliter gaudeant filij dicti Franciſci donec ſub patria poteſtate habitauerint, immunitate, & exemptione iurium fiſcalium ordinariorum, & extraordinariorum, & aliorum vectigalium, quæ per Vniuerſitatem imponuntur, nec non pro eorum vſu & familia, & non commercij cauſa omnium dirictuum Regiarum Dohanarum, & fundicorum, & alterius cuiuſuis vectigalis, & dirictus & in omnibus aliis ciuitatibus, Terris, & locis huius Regni tam domanialibus, quàm Baronum, citra tamen præiudicium Regiæ Curiæ vſque ad aliam nouam numerationem generaliter in Regno faciendam. Hoc ſuum, &c.

## C.

*Die 8. menſis Maij, 1550.*

SVper inſtantia facta per ſpectabilem Iacobum de Tolta Comitem Sancti Valentini, patrem Domini Iulij de Tolta de Neapoli patris duodecim filiorum circa immunitatem, qua gaudere prætendit, tanquam vnitè viuentes cum eius filio, & nepotibus, & aliis, vt in actis. Et viſa informatione per quam conſtat qualiter dictus Magnificus Iulius filius dicti Comitis habet duodecim filios viuos legitimos, & naturales, & dictus Magnificus Iulius

cum dictis eius filiis vnite viuit cum dicto Comite eius patre, & auo dictorum duodecim filiorum, fuit per Regiam Cameram, proponente Domino Præſidente Paulo de Magnatis, conſenſu prouiſum, & decretum, quod dictus Magnificus Iulius tanquam pater duodecim filiorum legitimorum, & naturalium, gaudeat pro vſu ſuo, & ſimiliter gaudeat dictus Spectabilis Comes pater dicti Magnifici Iulij, donec ſimul habitauerit cum dictis filio, & nepotibus, & ſimiliter gaudeant filij dicti Magnifici Iulij, donec ſub patria poteſtate habitauerint. immunitate, & exemptione omnium & quorumcumque iurium, & vectigalium impoſitorum, & imponendorum per Vniuerſitates Regni pro eorum vſu, & familia, & non commercij cauſa, ac omnium dirictuum Regiarum Dohanarum, & fundacorum, & alterius cuiuſuis vectigalis, & dirictus, & in omnibus aliis Ciuitatibus, Terris, & locis Regni tam Domanialibus, quàm Baronum. Hoc ſuum, &c.

## C I.

*Die 20. menſis Maij, 1550.*

IN cauſa Pauli Pizoli ex vna, cum Magnifico Ioanne Antonio Reccho, Gubernatore gabellarum Sbarrarum Ciuitatis Neapolis, & Magnifico Antonello dello Maſſeſſe, affictatore dictarum gabellarum, ac Regio Fiſco ex altera, ſuper immunitate, & exemptione, qua gaudere intendit in dictis gabellis pro oleribus, & aliis, quæ fiunt in eius maſſariis, & territoriis in, loco vbi dicitur Pazzigno, tanquam ciuis Neapolitanus ortus in d. loco Pazzigno, & aliis, vt in actis, &c.

Viſis per Magnificum Dominum Petrum Antonium Saponum Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, actis omnibus in cauſa ipſa factis, ac loco differentiæ, & de iis omnibus facta relatione in Regia Camera coram Excellenti Domino V. I. D. Franciſco Reuerterio Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius Regiæ Cameræ, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, dictum Paulum Pizolum, tanquam ortum in d. territorio dicto *Pazzigno*, pertinentiarum d. Ciuitatis Neapolis, fuiſſe, & eſſe ciuem Neapolitanum, & propterea Paulum ipſum non eſſe moleſtandum, provt præſenti decreto non moleſtari debere decernitur, & declaratur in exactione dictarum gabellarum pro oleribus, & aliis, quæ fiunt in dictis ſuis maſſariis, & territoriis in proceſſu deductis, quæ cum eius propriis animalibus ducuntur Neapolim ad vendendum, ex quo dicta territoria non ſunt ſita in paludibus, ſed extra paludes Ciuitatis Neapolis, & propriè in dicto loco dicto Pazzigno. Hoc ſuum, &c.

## C I I.

*Die 7. menſis Octobris, 1550.*

SVper differentia inter Magnificum Ioannem Loyſium Cenſone regentem officium Regij Magiſtri Portulani, Prouinciæ Terræ Laboris cum Portulanoto, & Credenzerio, Portus Ciuitatis Neapolis.

Facta relatione in Regia Camera Summariæ, per Magnificum V. I. D. Dom. Marcellum Pignonum Præſidentem d. Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, de prætenſis per dictos Magiſtrum Portulanum, & Portulanotum, & Credenzerium coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus dictæ Regiæ Cameræ, fuit per eandem Regiam Cameram prouiſum, quoad primum caput, quod nihil innouetur per dictum Magiſtrum Portulanum, & quod dicti Regij Portulanotus, & Credenzerius perſonaliter aſſiſtant exonerationi frumentorum, & quod non poſſit exonerari aliqua quantitas frumenti abſque ipſorum præſentia, ſub pœna priuationis officij, & cum occurrerit caſus, quod plures naues, ſeu alij vaſcelli applicauerint ad Portum Ciuitatis Neapolis, & ſimul voluerint exonerari facere frumenta in dictis nauibus, & vaſcellis exiſtentia, notificetur dictæ Regiæ Cameræ, quoniam per ipſam deputabuntur perſonæ, quæ aſſiſtent exonerationi faciendæ.

## C I I I.

*Die 8. menſis Octobris, 1550.*

FActo verbo per Regiam Cameram Summariæ, Illuſtr. Domino Proregi in Collaterali Conſilio, referente Excellente Domino Locumtenente dictæ Regiæ Cameræ, fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Miniſtri pecuniarij, videlicet Perceptores, Commiſſarij, & Theſorerij Prouinciarum Regni, circa exactionem functionum fiſcalium, & id officium Regentes, dare debeant in Regia Camera Summariæ fideiuſſoria cautionem pro bona adminiſtratione ſuorum officiorum pro ſumma ducatorum decem millium, non obſtante, quod per prius dabant in dicta Regia Camera dictam fideiuſſionem pro ſumma ſcutorum quatuor millium. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

## C I V.

*Die 15. menſis Octobris, 1550.*

SVper memoriali dato Illuſtr. Domino Viceregi pro parte Illuſtr. Marchioniſſæ Lauelli petentis ordinari officialibus Regiæ Dohanæ Menæ pecudum Apuleæ, vt permittant paſculari ſuas pecudes in ſua defenſa Lauelli nominata Labriano. Referente Excellẽte Domino Franciſco Reuerterio Locumtenente Regiæ Cameræ Summariæ. Sua Excellentia mandat, quod conſignetur loco locationis dicta defenſa dictæ Illuſtr. Marchioniſſæ pro pecudibus ſuis affidatis in dicta Regia Dohana, dummodo in ea non aretur, ſed tota integra remaneat pro paſculo dictarum ſuarum pecudum affidatarum in dicta Regia Dohana, & quod menſuretur tota integra, & ſoluantur Regiæ Curiæ pro fida pro quolibet centenario pecudum ſcuti octo, & eſtimatio fiat ad rationem curruum decem pro quolibet milliario pecudum, & liceat Regiæ Curiæ quandocumque ſibi placuerit eas adnotare, & aliis locatis concedere pro vſu dictæ Regiæ Dohanæ, facta tamen prius relatione Suæ Excellentiæ. Hoc ſuum, &c.

## C V.

*Die 17. menſis Octobris, 1550.*

ACceſſit ad Regiam Cameram Magnificus Dominus Hector de Ieſualdo Regius Conſiliarius, & fuit auditus ſuper cataſto & appretio Ciuitatis Aquilæ cum Regio fiſco pecudum, & aliorum animalium affidatorum in Regia Dohana Menæ pecudũ Apuleæ, & aliis, vt in actis, & facta relatione per Magnificum V.I.D. Ioannem Baptiſtam Ogeda Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium cum interuentu prædicti Magnifici Hectoris de Ieſualdo Illuſtr. Domino Proregi in Collaterali Conſilio, fuit per dictam Regiam Cameram, prouiſum, pariterque decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur, quod ponantur in appretio animalia ciuium dictæ Ciuitatis Aquilæ affidata in Regia Dohana Menæ pecudum Apuleæ, hoc modo, videlicet pecudes gentiles, incluſis arietibus ſiue caſtratis ad rationem granorũ quinque pro quolibet milliario aliæque pecudes muſciæ ad rationẽ granorũ duorum pro quolibet milliari. Boues verò, & vaccæ figliatæ ad rationem granorum trium, pro quolibet centenario, & vaccæ ſterpæ groſſæ annorum trium ad rationem granorum duorum pro quolibet centenario, & iumenta ad rationem granorum ſex, pro quolibet centenario, quod granum intelligatur iuxta ſolitum, & conſuetum in eorum appretio. Hoc ſuum, &c.

## C V I.

*Die 31. menſis Octobris, 1550.*

PEr Regiam Cameram Summariæ, proponente Domino Locumtenente; conſenſu fuit prouiſum; & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ordo datus per Excellentiſſimum Dominum Proregem de menſe Iulij, 1548. in Regio Collaterali Conſilio exequatur, ſicque ordinatum, vt augeatur prouiſio Magnifico Dohanerio Menæ pecudum Apuleæ in ſcutis tercentum, adeo, quod habeat ſcutos mille quolibet anno pro ſuo ſalario; verum, quod non liceat ei tenere pecudes quomodocumque, & qualitercumque in dicta Regia Dohana iuxta formam decreti lati per Excellentem Dominum Locumtenentem, & Magnificum Doctorem Guerrerium. Hoc ſuum, &c.

## C V I I.

*Die 17. menſis Decembris, 1550.*

IN cauſa Excellentis Ioannis Andreæ de Ianuario, Comitis Marturani, cum Vniuerſitate, & hominibus eiuſdem Ciuitatis Marturani, & caſalibus, ſuper contributione maritagij Magnificæ Eleonoræ de Ianuario filiæ ipſius Comitis, nuptæ cum Magnifico Iulio de Capua, provt in actis continetur; referente Magnifico Domino Ioanne Baptiſta Oceda, Præſidente dictæ Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſario, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod prædicta Vniuerſitas, & homines Ciuitatis Marturani, ſoluant eidem Excellenti Comiti pro ſubuentione dicti maritagij ducatos centum quadraginta octo ad rationem carolenorum quinque pro focularío quolibet, pro focularibus 296. in quibus in hac noua, & vltima numeratione reperitur taxata & liquidata d. Ciuitas cum caſalibus; verum illos eidem Excellenti Comiti ſoluant in tribus tertiis ratam tangentem incipiendo primam ſolutionem à proxime venturo tertio Paſchatis Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & deinde in antea vſque ad effectualem ſatisfactionem ducatorum 148. Hoc ſuum, &c.

## C V I I I.

*Die 2. menſis Martij, 1551.*

IN cauſa Regij Fiſci petentis reintegrari Regiæ Curiæ omnia territoria paludum extra, & propè Ciuitatem Neapolis vti bona domanialia Regis, vel aliter quouis modo ad ipſam Curiam ſpectantia, cum nonnullis Eccleſiis,

Digitized by Google

cleſiis, Monaſteriis, Eſtauritis, Hoſpitalibus, & aliis perſonis Eccleſiaſticis, petentibus remiſſionem ad eorum iudicem competentem & aiiis, vt in actis; facta relatione Illuſtr. Domino Proregi in Collaterali Conſilio per Regiam Cameram, referente Domino Marcello Pignono Præſidente, & cauſæ Commiſſario fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, quod cauſæ prædictæ remaneant in d. Regia Camera, & in illis procedatur ad actus incumbentes, petitis remiſſionibus, & aliis oppoſitis non obſtantibus. Hoc ſuum, &c.

## C I X.

*Die 4. menſis Martij*, 1551.

IN cauſa Regij fiſci cum Illuſtr. Iacoba Vrſina Duciſſa Martinæ ſuper Domanio Ciuitatis Caſtellanetæ, & defenſa dicta *l'Arzaneſe*, & aliis, vt in actis, &c.

Viſis prouiſionibus, bannis, inſtructionibus Sereniſſimi quondam Regis Ferdinandi primi bonæ memoriæ, & aliorum retro Regũ Domus Aragoniæ; ac viſis capitulis Regui gni, partitis, librorũ officialium Dohanę Menæ pecudum Apuleæ, viſiſque videndis, & cõſideratis cõſiderandis, & de aliis omnibus per eandem Reg. Cam. facta relatione Illuſtriſſ. Domino Proregi in Collaterali Conſilio referente Magnifico V. I. D. Domino Ioanne Bapt. Ogeda Præſidente d. Regiæ Cameræ, & præſentis cauſæ Commiſſario, fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod non obſtantibus appoſitis, liceat Regiæ Curiæ capere dictum territorium dictæ Ciuitatis Caſtellanetæ pro paſcuo, & vſu pecudum ad rationem ſcutorum quatuordecim pro quolibet miliare pecudum in dicto territorio paſcua ſumentium. Hoc ſuum, &c.

## C X.

*Die 4. menſis Martij*, 1551.

IN cauſa Regij fiſci cum venerabili Monaſterio, & monialibus Sanctæ Luciæ Ciuitatis Materæ ſuper defenſa dicta de Sancta Lucia, & aliis vt in actis.

Viſis prouiſionibus, &c. & de aliis omnibus per eandem Regiam Cameram, facta relation Illuſtr. Domino Proregi in Collaterali Conſilio referente Magnifico V. I. D. Dom. Ioanne Bapt. Ogeda Præſidente d. Regiæ Cameræ & præſentis cauſæ Commiſſario fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur, quod d. defenſa Sanctæ Luciæ prædictæ Ciuitatis Materæ reintegretur ad inſtar herbagiorum ordinariorum d. Regiæ Dohanæ, ſaluo iure Regiæ Curię diminuendi pretium pro rata territoriorum ſeminatorum in dicta defenſa. Hoc ſuum, &c.

## C X I.

*Die 4. menſis Martij*, 1551.

IN cauſa Regij fiſci cum Excellente Comite Potentię ſuper domanio Turris de mare, defenſa deli Meſuli, & aliis vt in actis,

Viſis prouiſionibus, &c. & de iis omnibus per eandem Regiam Cameram facta relatione Illuſtriſſ. Domino Proregi in Collaterali Conſilio, referente Magnifico V.I.D. Domino Io. Bapt. Ogeda Præſidente dictæ Regię Camerę, & pręſentis cauſę Commiſſario, fuit prouiſum, & decretum, provt pręſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod liceat Regiæ Curiæ capere dictum territorium Turris de Mare pro paſcuo, & vſu pecudum dictæ Regię Dohanæ ad rationem ſcutorum quatuordecim pro quolibet milliare paſcua ſumentium in d. territorio. Hoc ſuum, &c.

## C X I I.

*Die 4. menſis Maij*, 1551.

IN cauſa Regij fiſci cum Magnifico Ferdinando de Sangro ſuper territorio Iſchitellæ, Peſchici, Inſula de Varano, & aliis, vt in actis.

Viſis prouiſionibus, &c. & de iis omnibus facta relatione per Regiam Cameram Illuſtriſſ. Domino Proregi in Collaterali Conſilio, referente Magnifico V. I. D. Domino Ioanne Bapt. Ogeda Præſidente d. Regiæ Cameræ & præſentis cauſæ Commiſſario, fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod liceat Regiæ Curiæ capere dicta territoria Iſchitellæ, Peſchici, & inſulæ de Varano pro paſcuo, & vſu animalium d. Regiæ Dohanæ, paſcua ſumentium in dictis territoriis pro pretio ſcutorum centum, & decem, quolibet anno. Hoc ſuum, &c.

## C X I I I.

*Die 4. menſis Martij*, 1551.

IN cauſa Regij fiſci cum Vniuerſitate, & hominibus terræ Spennazzolæ ſuper Domanio d. Terræ, & aliis, vt in actis.

Viſis prouiſionibus, &c. & de iis omnibus per Regiam Cameram facta relatione Illuſtriſſ. Domino Proregi in Collaterali Conſilio referente Magnifico V. I. D. Domino Ioanne Baptiſta Ogeda Pręſidente d. Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſario, fuit prouiſum, & decretum, provt pręſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod liceat Regiæ Curiæ capere territorium Murgiarum cum confinibus d. Terræ

ræ Spinazzolæ pro paſcuo, & vſu animalium dictæ Regiæ Dohanæ iuxta formam inſtrumenti olim lati die 10. Decembris 1476. in actis producti ad rationem ſcutorum ſexdecim pro quolibet milliare pecudum paſcua ſumentium in d. territoriis Murgiarum, & confinibus. Hoc ſuum, &c.

## CXIV.

*Die 4. menſis Martij, 1551.*

IN cauſa Regij Fiſci cum Iacobo Prothonobiliſſimo Barone Terræ Paliſciani, ſuper domanio, defenſis, herbagiis d. Terræ, & aliis, vt in actis.

Viſis prouiſionibus, &c. & de iis omnibus facta relatione per eandem Regiam Cameram Illuſtr. Domino Proregi in Collaterali Conſilio, referente Magnifico V. I. D. Domino Ioanne Baptiſta Ogeda Præſidente d. Regiæ Cameræ, & præſentis cauſæ Commiſſario; fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod liceat Regiæ Curiæ capere d. territorium prædictæ Terræ Paliſciani pro paſcuo, & vſu pecudum dictæ Dohanæ ad rationem ſcutorum 14. pro quolibet milliare pecudum, paſcua ſumentium in d. territorio. Hoc ſuum, &c.

## CXV.

*Die 6. menſis Martij, 1551.*

IN cauſa Excellentis Comitis Roburum, & ſuper differentia quæ vertitur circa tempus quando pecudes ingredi debent nemus cum in illo exiſtant glandes, referente Magnifico Domino Marcello Pignono Reg. Cam. Summariæ Præſidente, & cauſæ Commiſſario; fuit per Regiam Cameram prouiſum, & decretum, quod pecudes affidatæ in Regia Dohana debeant ingredi in d. nemus in fine menſis Nouembris, etiam ſi in dicto nemore fuerint glandes, iuxta formam conſultationis Regiæ Cameræ, alias expeditæ ſub die, &c.

## CXVI.

*Die 6. menſis Martij, 1551.*

IN cauſa Regij Fiſci cum Excellente Comite Roburum ſuper parco nouiter constructo pro vſu iumentorum eiuſdem Comitis in territorio Ciuitatis Roburum, & aliis, vt in actis, &c.

Viſis prouiſionibus, &c. & de iis omnibus facta relatione per Reg. Cameram Illuſtriſſ. Domino Proregi in Collaterali Conſilio, referente Magnifico V. I. D. Domino Marcello Pignono Præſidente d. Regiæ Cameræ, & præſentis cauſæ Commiſſario; fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod parcum prædictum remaneat; provt in præſentiarum reperitur pro vſu dictorum iumentorum ratiæ d. Excellentis Comitis tantum, ad beneplacitum tamen Regiæ Curiæ, & quod non poſſit ampliare. Hoc ſuum, &c.

## CXVII.

*Die 6. menſis Martij, 1551.*

IN cauſa Regij Fiſci cum Illuſtr. Marchione Turris Maioris, ſuper defenſis Turris Maioris, Florentini, Guardamenti, Dragonariæ, & Mileti.

Viſis prouiſionibus, & de iis omnibus facta relatione per Regiam Cameram Illuſtriſſ. Domino Proregi in Collaterali Conſilio, referente Magnifico V. I. D. Domino Ioanne Baptiſta Ogeda Præſidente d. Regiæ Cameræ, & præſentis cauſæ Commiſſario; fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod liceat Regiæ Curiæ capere territoria infraſcriptæ defenſæ infradicto modo, & pretio videlicet Turris Maioris pro pretio ſcutorum 105. Florentini pro pretio ſcutorum 80. Guardamenti pro pretio ſcutorum 120. Dragonariæ pro pretio ſcutorum 77. & Mileti pro pretio ſcutorum 80. pro paſcuo, & vſu pecudum dictæ Regiæ Dohanæ paſcua ſumentium in territorio dictarum defenſarum. Hoc ſuum, &c.

## CXVIII.

*Die 11. menſis Martij, 1551.*

IN cauſa Regij Fiſci cum Illuſtr. Marchione Campaneæ, ſuper herbagiis Defenſæ Pantanelli domanij pertinentiæ Terlizij, & aliis, vt in actis.

Viſis prouiſionibus, &c. & de iis omnibus per Reg. Cameram facta relatione Illuſtriſſ. Domino Proregi in Collaterali Conſilio, referente Magnifico V. I. D. Domino Ioanne Baptiſta Ogeda Præſidente Regiæ Cameræ, & cauſæ præſentis Commiſſario, fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod liceat Regiæ Curiæ capere dictum territorium, videlicet, terrorium de Lantanella pro pretio ſcutorum centum viginti, territorium Terlizij pro pretio ſcutorum 60. pro paſcuo pecudum affidatarum in Regia Dohana. Hoc ſuum, &c.

## CXIX.

*Die 11. menſis Martij, 1551.*

IN cauſa Regij Fiſci cum Magnifico Alphonſo Torella, Barone Terræ Rignani ſuper montanea d. Terræ, & aliis.

Viſis prouiſionibus, &c. & de iis omnibus facta

facta relatione per Reg. Cameram Illuſtriſſ. Domino Proregi in Collaterali Conſilio, referente Magnifico V.I.D. Domino Marcello Pignono Præſidente Regiæ Cameræ, & præſentis cauſæ Commiſſario; fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod liceat Regiæ Curiæ, quolibet anno capere dictam Montaneam Terræ Rignani pro vſu, & paſcuo pecudum affidatarum in dicta Regia Dohana, & pro illa ſoluere ſcutos centum. Hoc ſuum, &c.

## C. X X.

*Die 11. menſis Martij*, 1551.

IN cauſa Regij Fiſci cum Magnifico Dom. Ioanne de Gueuara filio, & hærede quondam Magnifici Gueuaræ de Gueuara ſuper feudo Montellaris, & aliis, vt in actis, &c.

Viſis prouiſionibus, &c. & de iis omnibus facta relatione per Regiam Cameram Summariæ, Illuſtr. Domino Proregi in Collaterali Conſilio, referente V.I.D. Domino Marcello Pignono Præſidente Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſario; fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictum feudum menſuretur, & ex eo duæ integræ partes remaneant pro paſcuis pecudum affidatarum in dicta Regia Dohana, & alia tertia pars remaneat pro vſu ſeminatorum: ita tamen quod in d. tertia parte includantur, palatium, & vinea, quæ ſunt in d. feudo Montellaris, ſaluo iure Regiæ Curiæ, ſi quod competit diminuendi pretium pro rata pro tertia parte quæ remanet pro vſu ſeminatorum. Hoc ſuum, &c.

## C X X I.

*Die 17. menſis Martij*, 1551.

IN cauſa Regij Fiſci cum Reuerendiſſ. Archiepiſcopo Hidruntino ſuper defenſis d. de Ripalta, Iſole de Ripalta, & aliis vt in actis, &c.

Viſis prouiſionibus, &c. & de iis omnibus per dictam Regiam Cameram facta relatione Illuſtriſſ. Dom. Proregi in Collaterali Conſilio, referente Magnifico V.I.D. Domino Alphonſo Guerrerio Præſidente Regiæ Cameræ, & præſentis cauſæ Commiſſario; fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod prædictus Reuerendiſſ. Archiepiſcopus Hidruntinus non moleſtetur ex deductis per Regium Fiſcum pro reinregratione d. defenſæ nominatæ la Iſca di Ripalta; verum quando Regia Curia ea indiguerit pro vſu, & paſcuo pecudum dictæ Regiæ Dohanæ liceat dictæ Regiæ Curiæ tantum illa capere pro eo pretio provt per Regiam Cameram determinabitur circa alia territoria nunquam capta per d. Regiam Curiam. Hoc ſuum, &c.

## C X X I I.

*Die 17. menſis Martij*, 1551.

IN cauſa Regij Fiſci cum Illuſtr. Marchioniſſa Vaſti ſuper territorio Montis Caueoſi, & aliis, vt in actis, &c.

Viſis prouiſionibus, &c. & de iis omnibus facta relatione per Regiam Cameram Illuſtriſſ. Domino Proregi in Collaterali Conſilio, referente Magnifico V.I.D. Domino Ioanne Baptiſta Ogeda Præſidente Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſario; fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod liceat Regiæ Curiæ quolibet anno capere territorium d. Terræ Montis Caueoſi pro pretio ducatorum quatuordecim pro quolibet miliare pecudum paſcua ſumentium in territorio prædictæ Terræ. Hoc ſuum, &c.

## C X X I I I.

*Die 5. menſis Maij*, 1551.

IN cauſa Regij Fiſci cum Ferdinando de Gueuara ſuper territorio nominato de Valdo Brizaſo, & acqua roſſa, alias la defeſa de lo Coruaro dallà, & da qua dell'acqua & aliis vt in actis.

Viſis prouiſionibus, & de iis omnibus facta relatione per Regiam Cameram Summariæ Illuſtriſſ. Domino Proregi in collaterali Conſilio, referente Magnifico V.I.D. Domino Alphonſo Guerrerio Præſidente & cauſæ Commiſſario, fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod prædictus Magnificus Ferdinandus non moleſtetur ex deductis per Regium Fiſcum pro reintegratione d. territorij nominati de Vado brizaſo, & acqua roſſa, alias la defeſa del Coruaro dallà, e dà quà dellacqua verum, quando Regia Curia ea indigueri pro vſu, & & paſcuo pecudum Regiæ Dohanæ, liceat, Regiæ Curiæ tantum illud capere pro eo pretio, provt per Regiam Cameram declarabitur, circa alia territoria nunquam empta per Regiam Curiam. Hoc ſuum, &c.

## C X X I V.

*Die 5. menſis Maij*, 1551.

CVm motu proprio Suæ Cæſareæ Maieſtatis Dominus Bartolus Bonuinus, exiſtens Præſidens Regiæ Cameræ electus eſſet in fiſci Patronum Prouinciæ Calabriæ, inſtabat Magnificus Taxator Regiorum ſigillorum Regni huius, vt decideretur an d. Dominus Bartolus eſſet tractandus immunis à ſolutione

ne iuris ſigilli, provt tractantur cæteri Domini Præſidentes Regiæ Cameræ.

Factaque de hoc relatione in Regia Cameræ per Dom. Franciſcum Reuerterium Magni Camerarij Locumtenentem, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum quod dictus Dominus Bartolus Bonuinus fiſci Patronus Prouinciæ Calabriæ tractetur immunis à diri̇ctibus Regij Sigilli, provt tractantur omnes Domini Præſidentes, ex quo adhuc retinebat dignitatem Preſidentis Regiæ Cameræ, licet non adminiſtrationem. Hoc ſuum, &c.

*Reperi in libro notamentorum anni prædicti Regiam Cameram litteris mediantibus dubio propoſito per Taxatorem his verbis reſpondiſſe. Magnifico Taſſatore delli Regij Sigilli di queſto Regno, hauendomo diſcuſſo lo dubio, che occorre circa l'immunità, che lo Signore Bartolo Buonuino V.I.D. pretende del deritto del Regio Sigillo, come Praſidente, che è ſtatp di queſta Regia Camera, & conſiderato il modo come hà laſciato dicto officio di Preſidente per ordine di S. M. Ceſarea, che ſi e prouiſto dell'altro officio d'Auocato fiſcale della Prouincia di Calabria, & aliis debite conſiderandis, vi dicemo, che lo debbiate trattare franco del detto deritto del Regio Sigillo per retinere la dignità di detto officio di preſidente della Regia Camera Datum Neap. die 5. menſis Maij, 1551.*

## C X X V.

*Die 15. menſis Maij*, 1551.

IN cauſa Magnifici Scipionis de Baſtariis nepotis, & hæredis quondam Magnificæ Eleonoræ Sperandeo, cum Regio Fiſco ſuper petita reſtitutione preſentis adminiſtrationis officiorum Regij Credenzeri Dohanæ Terræ Baroli, & fundaci Salis, & Salmarum Terræ prædictæ vt latius in actis.

Viſo per Magnificum Dom. Pirrum Antonium Saponum Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, priuilegio, quondam Sereniſſimi Regis Frederici, ſub datum in Caſtello Nouo Neapolis die 10. Nouembris, 1499. ampliationis, & conceſſionis dictorum officiorum in perſonam quondam Magnifici Hieronymi Spera in deo, pro ſe, & eius heredibus, & ſucceſſoribus; Viſiſque aliis priuilegiis, ac teſtamento prædictæ Magnificæ Eleonoræ filiæ, & hæredis dicti quondam Magnifici Hieronymi, quo ſuum hæredem vniuerſalem inſtituit dictum Magnificum Scipionem eius nepotem in actis productis, & omnibus actis, & de iis facta relatione in Regia Camera coram Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus eiuſdem Regiæ Cameræ auditis Magnificis Aduocatis, & Procuratoribus Regij fiſci, fuit per dictam Regiam Cameram prouiſum pariter, & decretum quod poſſeſſio, ſeu quaſi adminiſtrationis dictorum officiorum reſtituatur, provt præſenti decreto reſtitui mandatur dicto Magnifico Scipioni vt nepoti, & hæredi d. quondam Magnificæ Eleonoræ. Hoc ſuum, &c.

## C X X V I.

*Die 17. menſis Iunij*, 1551.

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Monaſterium Sanctæ Mariæ Montis Olíueti Ciuitatis Neapolis, & Dom. D. Petrum de Toleto, Caſtellanum Caſtri S. Herami ſuper certa Maſſaria dicti Maſſarij.

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Ioan. Bapt. Ogeda Regiæ Cameræ ſummariæ Præſidentem, & cauſæ Cnmmiſſarium & de iis facta relatione in eadem Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod liceat Regiæ Curiæ capere illam partem territorij Maſſariæ Venerabilis Monaſterij Montis Olíueti, ſuper qua vertitur differentia, provt ex actis, quæ debeat ſeruire pro fortificatione d. Caſtri S. Herami iuxta formam relationis Magnifici Baronis de la Caija, & quod dictum territorium menſuretur æſtimetur, &. appretietur per expertos in talibus, ad finem, vt per Regiam Cameram prouideri poſſit circa ſolutionem d. territorij. Hoc ſuum, &c.

## C X X V I I.

*Die 6. menſis Iulij*, 1551.

PRoponente Domino Pirro Antonio Sapone cauſam vertentem inter Magnificum Michaelem Ioannem Gomez, & Vniuerſitatem Albanellæ ſuper adiutorio monacagij venerabilis ſororis Berardinæ Gomez eius filiæ in Monaſterio S. Hieronymi Ciuitatis Neapolis per Regiam Cameram Summariæ fuit prouiſum, & decretum, dictam Vniuerſitatem, & homines Terræ Albanellæ, condemnandos eſſe, & condemnari debere, provt preſenti decreto condemnantur ad ſoluendum prædicto Magnifico Michaeli Ioan. Gomez granos viginti quinque pro quolibet foculare iuxta numerum focularioruni taxatorum per d. Regiam Cameram ex cauſa d. Monacagij prędictæ Magnificæ Berardinæ Gomez filiæ d. Magnifici Michaelis Ioannis Gomez. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.



Digitized by Google

## CXXVIII.

*Die 7. menſis Iulij, 1551.*

IN cauſa Regij Fiſci cum Illuſtr. Principe Aſculi ſuper defenſa dicta de Buculi, & aliis, vt in actis.

Viſis prouiſionibus, &c. & de iis omnibus per Regiam Cameram facta relatione Illuſtr. Domino Proregi in Collaterali Conſilio, referente Magnifico V. I. D. Domino Ioanne Baptiſta Ogeda, Præſidente d. Reg. Cameræ, & præſentis cauſæ Commiſſario; fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod prædictus Illuſtr. Princeps Aſculi non moleſtetur pro d. defenſa de Buculi, verum quando Regia Curia ea indiguerit pro vſu, & paſcuis pecudum d. Regiæ Dohanæ, liceat Regiæ Curiæ illam capere, pro eo pretio quod per d. Regiam Curiam determinabitur circa alia territoria nunquam capta per dictam Regiam Curiam. Hoc ſuum, &c.

## CXXIX

*Die 7. menſis Iulij, 1551.*

IN cauſa Regij Fiſci cum Magnifico & Reuerendo Abbate Monſorio, ſuper territorio nominato la Pezza d'Ariezo, & aliis, vt in actis.

Viſis prouiſionibus, &c. & de iis omnibus facta relatione per Regiam Cameram coram Illuſtriſſ. Domino Prorege in Collaterali Conſilio, referente V. I. D. Domino Ioanne Baptiſta Ogeda, Præſidente Regiæ Cameræ, & præſentis cauſę Commiſſario; fuit per dictam Regiam Cameram prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod prædictus Magnificus, & Reuer. Abbas Monſorius, non moleſtetur pro dicto territori o nominato la Pezza d'Ariezo; verum quando Regia Curia eo indiguerit pro vſu, & paſcuis pecudum d. Regiæ Dohanæ, liceat Regiæ Curiæ illud capere pro eo pretio, quod per ipſam Regiam Cameram determinabitur circa alia territoria nunquam capta per dictam Regiam Curiam. Hoc ſuum, &c.

## CXXX.

*Die 7. menſis Iulij, 1551.*

IN cauſa Regij Fiſci cum Magnifico, & Reuerendo Commendatario Sanctiſſimæ Trinitatis Ciuitatis Venuſij, ſuper defenſa dicta la Foreſtella, & aliis, vt in actis, &c.

Viſis prouiſionibus, &c. & de iis omnibus facta relatione per Regiam Cameram Summariæ, referente Magnifico V. I. D. Domino Marcello Pignono, Præſidente Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſario, Illuſtriſſ. Domino Proregi in Collaterali Conſilio; fuit per d. Regiam Cameram prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod prædictus Magnificus, & Reuerendus Commendator Sanctiſſimæ Trinitatis Ciuitatis Venuſij, non moleſtetur pro dicta defenſa nominata la Foreſtella de Venoſa; verum quando Regia Curia ea indiguerit pro vſu, & paſcuis pecudum d. Regiæ Dohanæ, liceat Regiæ Curiæ illam capere pro eo pretio, quod determinabitur circa alia territoria nunquam capta per dictam Regiam Curiam. Hoc ſuum, &c.

## CXXXI.

*Die 24. menſis Iulij, 1551.*

IN cauſa Regij Fiſci cum Magnifico, & Reuerendo Mario Carrafa, ſuper territorio Aquiliſtæ, & aliis, vt in actis. Facta relatione Illuſtriſſ. Dom. Proregi in Regio Collaterali Conſilio per Regiam Cameram Summariæ, referente Magnifico V. I. D. Domino Marcello Pignono, Præſidente, & cauſæ Commiſſario; fuit prouiſum, & decretum, quod prædictus Magnificus, & Reuer. Marius Carrafa, non moleſtetur pro territoriis, & domanio Aquiliſtę ipſius Reuer. Abbatis; verum quando Regia Curia eo indiguerit pro vſu, & paſcuo pecudum d. Regiæ Dohanæ, liceat Regiæ Curiæ illud capere pro eo pretio, quod determinabitur per Regiam Cameram circa alia territoria nunquam capta per dictam Regiam Curiam, ſed territorium vulgariter dictum la Guadagnola, remaneat pro vſu Regiæ Dohanæ, & menſuretur, atque affigantur termini diuidentes dictum territorium ab alio territorio Aquiliſtæ. Hoc ſuum &c.

## CXXXII.

*Die 12. Decembris, 1551.*

IN cauſa Nobilis Franciſci Iannone de ciuitate Bitonti, cum Vniuerſitate, & hominibus d. ciuitatis, ſuper immunitate qua gaudere prætendit dictus Franciſcus, tanquam Pater onuſtus duodecim filiorum in gabellis dictæ ciuitatis.

Viſis actis per Magnificum Dom. Michaelem Io. Gomez militem, Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & de omnibus facta relatione in Regia Camera Summariæ, coram Excellenti Domino Locumtenente, & Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius; fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictus Franciſcus Iannone contribuat in debitis factis pro Regio Domanio iuxta formã litterarum

litterarum S. E. nec non in debitis per dictam Vniuerſitatem factis ante priuilegium ſuæ immunitatis duodecim filiorum, & ſimiliter participet ipſe pro rata ſibi competente in ſcutis quindecim mille per Regiam Curiam debitis, & ſcutis duodecim mille per Illuſtr. Ducem Sueſſæ datis d. Vniuerſitati, & ſic ſoluat, vt alij ciues pro rata ſua, adeo quod non fiat excomputatio in vna vice tantum, ſed ſoluat, donec Vniuerſitas ipſa libera fuerit à prędictis debitis. Hoc ſuum, &c.

## CXXXIII.

*Die 6. menſis Februarij*, 1552.

SVper inſtantia facta per Hieronymum Farace, Terræ Flumariæ dę Muro, vt declararetur immunis à ſolutione Collectarum, cum ſit aliquibus membris debilitatus.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Paulum de Magnanis, Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque de iis omnibus relatione in Regia Camera coram Excellente Domino Franciſco Reuerterio Locumtenente, aliiſque Dominis Pręſidentibus ipſius; fuit per Regiam Cametam conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod d. Hieronymus vti mancus, ſiue membris debilitatus, tractetur francus, & immunis pro capite tantum. Hoc ſuum, &c.

## CXXXIV.

*Die 24. menſis Februarij*, 1552.

IN cauſa Magnifici Simoneti Naſcebene vti Conſulis Venetorum in ciuitate Licij, cum Arrendatoribus Dohanarum Prouinciæ Terræ Idrunti & Regio fiſco ſuper ſolutione iuris exituræ, & aliorum dirictuum pro oleis oneratis in duabus Marſilianis naufragatis in portu, & carricatorio S. Cataldi, & aliis vt in actis continetur.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Ioannem Baptiſtam Ogeda Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ & cauſæ Commiſſarium, & de eis facta relatione in d. Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus fuit per d. Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur, quod d. Mercatores Veneti in d. portu & carricatorio S Cataldi poſſint, & valeant extrahere tantam quantitatem olei quanta eſt naufragata in d. Marſilianis ſine ſolutione aliqua dirictus exituræ tantum. Hoc ſuum, &c.

## CXXXV.

*Die 5. menſis Martij*, 1552.

SVper inſtantia in Regia Camera oblata per Conſulem, & alios Artis Serici, petentes deputari aliquem probum virum per Regiam Cameram, qui interueniat cum dicto conſule, ſtante carceratione Nobilis Vincentij Perſici alterius conſulis d. Artis.

Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum viſa dicta comparitione, & attento conſenſu prædictorum, quod nobilis Nardus Antonius de Loritio accedat ad regendum, & adminiſtrandum officium Conſulatus d. officij ſimul cum alio conſule in loco prædicti Nobilis Vincentij Perſici conſulis dicti officij de præſenti carcerati, & cum d. conſule interueniat, diebus, quibus Curia celebratur.

## CXXXVI.

*Die 24. menſis Iunij*, 1552.

IN cauſa Magnific. Ioannis Caroli Brancacij de Neap. & Sarrę Brancaciæ eius nurus viduæ relictæ quondam Magnifici Mutij Brăcacij eius viri, & filij legitimi, & naturalis d. Magnifici Ioannis Caroli cum Regio fiſco ſuper immunitatibus, quibus gaudere prætendunt videlicet d. Magnificus Ioannes Carolus, vt Auus paternus duodecim nepotum filiorum legitimorum, & naturalium d. quondam Magnifici Mutij eius filij præmortui, & d. Magnifica Sarra, vt mater dictorum duodecim filiorum, vt in actis, &c.

Viſis actis per Magnificum Dom. Petrum Maſturtium Regiæ Cameræ Præſidentem, & præſentis cauſæ Commiſſarium, & de omnibus per eum facta relatione Excellenti Domino Locumtenenti, & de aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, pariterque decretum, quod d. Magnificus Ioannes Carolus vt Auus paternus dictorum duodecim nepotum ex dicto quondam Magnifico Mutio eius filio præmortuo, & d. Sarra ſuperuiuens, vt mater dictorum duodecim filiorum, donec lectum viduale ſeruauerit, & d. filij donec ſub poteſtate dicti eorum aui habitauerint provt in præſentiarum habitant, & eo mortuo donec cum d. eorum matre vidua habitauerint, gaudeant immunitate, & exemptione iurium fiſcalium ordinariorum, & extraordinariorum, & aliorum vectigalium datiorum, & impoſitionum, quæ per Vniuerſitates huius Regni impoſitæ ſunt, & in futurum imponentur, nec non pro eorum vſu, & familiæ tantum, & non commercij cauſa, omnium dirictuum Dohanæ, & fundacorum

& aliorum quorumcunque iurium, diričtuum, & vectigalium tam Regiorum, quam Baronum, tam in Ciuitate Neapolis, quam in omnibus aliis Ciuitatibus Terris, & locis Regni huius, ſi, & provt gauiſi ſunt; & gaudent, gaudereque poſſunt, & debent cæteri duodecim filij legitimi, & naturales pro eorum vſu, & familia tantum, & non aliter nec alio modo, & propterea debitas patentas in forma expediri. Hoc ſuum, &c.

## CXXXVII.

*Die 12. menſis Octobris, 1552.*

PEr Regiam Cameram Summariæ prouiſum, & decretum eſt quod in poſterum in fideiuſſionibus, quæ dantur in poſſe Magnifici Magiſtri actorum Regiæ Cameræ Summariæ pro expeditione patentarum pro vſu, & gratia huius fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis, ad euitandum fraudes, quæ committi poſſunt in dictis fideiuſſionibus, petentes ſupradictas patentes ſe obligant quod infra duos menſes præſentabunt in Regia Camera reſponſale, qualiter portarunt in Ciuitate Neapolis tales res gratię, & quod d. Magiſter actorum aliter dictas fideiuſſiones non capiat. Hoc ſuum, &c.

## CXXXVIII.

*Die 25. menſis Octobris, 1552.*

SVper differentia vertente in Regia Came- Summariæ inter Magnificum Dohanerium, & Credenzerios Regię Dohanę, & maioris fundaci Ciuitatis Neapolis, ac Arrendatorem, & Regium fiſcum circa deputationem cuſtodum, ſeu Guardianorum in partis d. Ciuitatis, & aliis locis infra, & extra diſtrictum, & iuriſdictionem ipſius, in quibus ſoliti ſunt provt neceſſitas expoſcit, deputari, viſiſque actis, & regiis inſtructionibus Regiæ Dohanæ in Camera, ac petitionibns, & replicationibus, hincinde per d. Partes, & fiſcum factis, auditiſque de ſuper ſæpè ſæpius oretenus Partibus prædictis, & fiſco in iis quæ dicere, & allegare voluerunt.

Per eandem Regiam Cameram communi voto fuit prouiſum & decretum, provt præſenti decreto decernitur & declaratur, quod liſta ſeu deputatio dictorum cuſtodum, ſeu Guardianorum de cætero fiat per Magnificum Dohanerium in Banca d. Regiæ Dohanę, & non alibi cum pręſentia Magnificorum Credenzeriorum & arrendatoris ipſius; verum quod circa prædicta, & infra poſita ſeruetur ordo infra poſitus, & fortius pro obſeruantia & maiori declaratione infra poſitæ inſtructionis *num.* 20. Regiſtratæ in Regiſtro Curiæ 16. Regiſtrato 251. anni 1537. tenoris ſequentis videlicet *Ch'ogni Sabato, Settimana per ſettimana ſe debbiano mutare tuti li Guardiani præſenti, e futuri di quella porta doue ſarranno ſtati la ſettimana præcedente, & coſi quelli che ſono ſtati deputati dentro la Dohana, & ſe debbiano mandare, & deputare ſeparati, & non vniti in ciaſcuna dell'altre porte, e che li medeſimi Guardiani non ci debbiano ritornare à deputare, & ponere in quelle medeſime porte, ne dentro la Dohana da doue ſi leuano ſino à tanto, che haueranno ſettimana per ſettimana circuito tutte le ſudette porte, & queſto prædetto ordine de cætero, ſi habbia da oſſeruare, tanto in le preſente porte, quanto dentro in la Dohana, & altri luoghi, doue ſono ſoliti deputarnoſe, & ſtarno detti Guardiani per cuſtodia, & ſeruitio della Regia Corte.*

## CXXXIX.

*Die 29. menſis Octobris, 1552.*

PEr Regiam Cameram Summariæ communi omnium Dominorum voto fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Magnifici Domini Alphonſus Guerrerius V.I.D. & Petrus Haſturtius idiota, Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentes pro bono regimine, & conſeruatione Regiæ Dohanæ huius fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis accedant perſonaliter ad d. Regiam Dohanam, ſemel in vnaquaque hebdonanda. Hoc ſuum, &c.

## CXL.

*Die 15. menſis Octobris, 1552.*

ATtento quod pro ſatisfactione Regiæ Cameræ, & liquidatione computorum adminiſtrationis, & fidæ Regiæ Dohanæ Menæ pecudum Apuleæ conuenit, & eſt neceſſarium, quod omnes libri qui ſunt in d. Dohana fiunt tam per Magnificum Dohanerium, & Regios Credenzerios, quam per alios officiales d. Regiæ Dohanæ Præſententur in Regia Camera Summariæ.

Ideo fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt ptæſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod de cætero Magnificus Regius Dohanerius d. Regiæ Dohanæ Menæ pecudum Apuleæ præſentare debeat ſingulis annis vna cum ſuo computo quinterniones qui per eum, & credenzerios fiunt in Banca Regiæ Dohanæ, & ſimiliter præſentare debeat modo quo ſupra quinterniones, qui fiunt per Regios Gabellarios d. Regiæ Dohanæ in alliſtamento, & numeratione, quæ fiunt de omnibus, & quibuſcunque animalibus tàm minutis, quàm groſſis, de quibus non erat ſolitum dari liſta, &c.

CXLI.

Digitized by Google

## C X L I.

*Die 9. menſis Decembris*, 1552.

IN cauſa Magnifici Ferdinandi de Sangro, Regij Dohanerij Regiæ Dohanæ Menæ pecudum Apuleæ prætendentis, quod damnum, & diminutio pecuniæ ſcutorum quatuor mille centum ſeptuaginta trium, ℔. 3. gr. 3. in Theſoreria aſportatorum in moneta tonſa ſit Regiæ Curiæ ex vna, & Regij Fiſci ex altera, vt prætenditur.

Viſis actis, & de eiſdem facta relatione Illuſtriſſimo Domino Proregi in Collaterali Conſilio per Regiam Cameram Summariæ, referente Magnifico V. I. D. Domino Ioanne Baptiſta Ogeda Præſidente d. Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſario; fuit per dictam Regiam Cameram prouiſum, pariterque decretum, quod Magnificus Ferdinandus de Sangro condemnetur, provt præſenti decreto condemnatur ad dandum, ſoluendum, & aſſignandum Regiæ Curiæ ducatos duos mille centum ſeptuaginta quatuor, ℔. 3. & gr. 3. qui fuerunt amiſſi, & deperditi propter bannum ſuæ Excellentiæ in prędictis ducatis quatuor mille, centum ſeptuaginta tribus ℔. tribus, & gr. 3. per eum, vt prætenditur delatis in Theſoreriam generalem, quod detrimentum, & diminutio d. pecuniæ cedat, & cedere debeat in damnum d. Magnifici Ferdinandi, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur. Hoc ſuum, &c.

## C X L I I.

*Die 27. Ianuarij*, 1553.

IN cauſa Magnifici Franciſci Moles Regij Perceptoris Prouinciæ Terræ Bari, cum Regio Fiſco, de, & ſuper moneta tonſa, per d. Magnificum Franciſcum Moles miſſa in Regiam generalem Theſoreriam, & ad cuius damnum, & intereſſe debet cedere diminutio d. pecuniæ per eum miſſę poſt publicationem Regij Banni ſuper moneta tonſa.

Audita relatione Magnifici Ioannis Franciſci de Arminio Rationalis Regiæ Cameræ Summariæ, qui per eandem fuit deputatus ad ponderandum, & computandum dictam pecuniam, qui retulit, & declarauit coram Excellente Domino Locumtenente, & Magnificis Dominis Præſidentibus Regiæ Cameræ in Carrugio per prædictum Magnificum Moles miſſo, inueniſſe infraſcriptam quantitatem monetæ tonſæ, quæ ante bannum faciebat ſummam ducatorum 1039. 0. 5. conſiſtentem in iſtis quantitatibus videlicet in ſcutis 306. 3. 12. carolenorum, & in ſcutis 732. 1. 13. incoronatorum; in quibus repertum eſt fuiſſe damnum ſcutorum 477.4.17.$\frac{1}{2}$ auditaque relatione eiuſdem ſuper bilancio, & aliis ſcripturis tranſmiſſis per dictum Moles; viſiſque partitis exactionis dictarum pecuniarum, auditiſque Magnifici eius Patrono, & Procuratore, auditoque nobili Ioanne Franciſco Palumbo; de quibus omnibus per Regiam Cameram, facto verbo in Regio Collaterali Conſilio, fuit prouiſum pariter, & decretum, diminutionem d. pecuniæ debere cedere ad damnum, & intereſſe Regiæ Curiæ, & non ad damnum, & intereſſe d. Magnifici Moles, & propterea d. Magnificum Franciſcum Moles abſoluendum, & liberandum eſſe, provt præſenti decreto abſolutus, & liberatur à prętenſis per Regium Fiſcum contra eum ratione prædicta. Hoc ſuum, &c.

## C L X I I I.

*Die 4. menſis Februarij*, 1553.

IN cauſa Magnifici Matthei Angeli Rugij de ciuitate Salerni cum Regio Fiſco, de, & ſuper petitione certæ quantitatis pecuniæ factæ in prorogatione Nundinarum ciuitatis Salerni in menſe Septembris, & aliis, vt in actis, & proceſſu continetur.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Paulum de Magnatis Regię Camerę Summarię Pręſidentem, & cauſę Commiſſarium, & de prędictis omnibus per eundem facta relatione in eadem Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Pręſidentibus ipſius; per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt pręſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod omnia emolumenta facta etiam tempore prorogationis nundinarum prędictę ciuitatis Salerni in d. menſe Septembris proximi præteriti ſint & eſſe debeant d. Magnifici Matthei Angeli Rugij, eidemque ſoluantur per Magnificum Regium Gubernatorem, & Straticotum d. ciuitatis Salerni detentores dictorum emolumentorum, ſine aliqua contradictione, provt pręſenti decreto ſolui mandatur. Hoc ſuum, &c.

## C X L I V.

*Die 14. menſis Aprilis*, 1553.

IN cauſa Magnifici Annibalis Marzati regentis officium Regij Perceptoris Prouinciæ Aprutij Vlera, cum Regio Fiſco, de, & ſuper moneta tonſa per dictum Magnificum Annibalem miſſa in Regiam generalem Theſoreriam, & ad cuius damnum, & intereſſe debet cedere diminutio d. pecuniæ per ipſum miſſæ poſt publicationem Regij Banni ſuper moneta tonſa.

Audita relatione Magnifici Ioannis Franciſci de Arminio Rationalis Regiæ Cameræ Summa

Summariæ, qui per eandem Regiam Cameram fuit deputatus ad computandum, & ponderandum dictam pecuniam, qui retulit, & declarauit coram Excellente Domino Locumtenente, & Magnificis Dominis Præſidentibus Regiæ Cameræ in carrugio per prędictum Magnificum Annibalem miſſo, inueniſſe infraſcriptam quantitatem monetæ tonſæ, quæ ante bannum faciebat ſummam ſcutorum 16. 1. 9 conſiſtentem Coronatorum, in quibus repertum eſt fuiſſe damnum ſcutorum 7. o. 5. auditiſque Magnificis Regij Fiſci Patrono, & Procuratore, audito nobili Seruio Sarro, de quibus omnibus per Regiam Cameram facto verbo in Collaterali Conſilio fuit prouiſum pariter, & decretum, diminutionem d. pecuniæ debere cedere ad damnum, & intereſſe Regiæ Curiæ, & non ad damnum, & intereſſe d. Magnifici Annibalis, propterea d. Magnificum Annibalem Marzatum abſoluendum eſſe, & liberandum, provt præſenti decreto abſoluitur, & liberatur à prætenſis per Regium Fiſcum contra eum ratione prædicta. Hoc ſuum, &c.

## CXLV.

*Die 18. menſis Aprilis*, 1553.

VIſa retrofacta petitione præſentata per Magnificos Conſules, viſiſque videndis per Magnificum V. I. D. Paulum de Magnanis Præſidentem Regiæ Cam. Summariæ, & cauſę Commiſſarium, & de omnibus facta relatione in dicta Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus, fuit per d. Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur, quod tam Conſules Artis Serici, quam Iudex, & Actorum Magiſtri d. Artis, qui pro temporibus erunt, mutentur ſingulis annis, & in fine temporis depoſito officio ſtent ſindicatui. Hoc ſuum, &c.

## CXLVI.

*Die 7. menſis Iunij*, 1553.

IN cauſa Magdalenæ Francone de Neapoli cum Vniuerſitate & hominibus Terræ Caiuani ſuper immunitate functionum fiſcalium qua gaudere prætendit vt ciuis Neapolitana pro ſuis bonis dotalibus, quæ poſſidet in diſtrictu ipſius Terræ, ſtante, quod eſt de territorio promiſcuo Ciuitatis Neapolis, provt in actis, &c.

Viſis actis prædictis, & decreto alias lato per d. Regiam Cameram olim die 11. Martij, 1531. in actis producto, per quod fuit declaratum dictam Terram Caiuani eſſe de territorio promiſcuo eiuſdem Ciuitatis Neapolit per Magnificum Dominum Petrum Naſturtium Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & præſentis cauſæ Commiſſarium, de quibus facta per eundem relatione in d. Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius; fuit per d. Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur, prædictam Magdalenam Francone fore, & eſſe ortam in d. Ciuitate Neapolis, ac proinde ſtante promiſcuitate d. territorij, ac etiam quod non reperitur principaliter numerata in hac noua numeratione dictæ Terræ Caiuani, Magdalenam ipſam vt ciuem Neapolitanam debere tractari, immunem, & exemptam à d. functionibus fiſcalibus pro bonis, quæ poſſidet in diſtrictu d. terræ. Hoc ſuum, &c.

## CXLVII.

*Die 21. menſis Iunij*, 1553.

IN cauſa Magnificæ Mariæ Caracciolæ de Neapoli cum Gabellotis Gabellę delle Sbarre Ciuitatis Neapolis ſuper exemptione iurium d. Gabellæ pro vino, & greco empto per ipſam Magnificam Mariam à Portionariis ſuarum Terrarum ſitarum in territorio Terrę Summæ, & conducto ad Ciuitatem Neapolis, provt clarius in actis continetur.

Viſis actis, & decreto alias interpoſito per Regiam Cameram in fauorem Scipionis Scotio, die 24. menſis Martij, 1550. pro ſimili exemptione tenoris ſequentis, videlicet, Die 24. menſis Martij, 1550. in cauſa vertente in Regia Camera Summariæ, inter Magnificum Scipionem de Scotio de Neapoli ex vna, & Gabellotos, ſeu exactores gabellæ, quæ exigitur in Sbarris fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis, ex altera, de, & ſuper dirictibus d. gabellæ, quos prædicti Gabelloti prætendunt exigere à prædicto Magnifico Scipione pro vino, & greco prouenientibus ex ſuis maſſariis ſitis in Terra Summæ prætextu partis tangentis Colonis, ſeu Partionariis, quam prætendunt dictum Scipionem exegiſſe ab ipſis Colonis, ſeu Partionariis, provt clarius in actis continetur. Viſis actis, & ſcripturis præſentatis per ambas Partes per Magnificum Petrum Antonium Saponum Præſidentem Regię Cameræ, & dictæ cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in Banca coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus, auditis Partibus ipſis cum eorum Aduocatis, fuit per dictam Regiam Cameram datus terminus iuris, provt præſenti decreto datur Partibus ipſis ad probandum incumbentia in dicta cauſa, & prouiſum, quod lite pendente dicti Gabelloti non exigant dictum ius, ſiue dirictum à prædicto Magnifico

Digitized by Google

Magnifico Scipione pro vino, & greco prouenientibus ex dictis eius maſſariis, & ſi quid ab eo exegerunt, vel in depoſitum receperunt, illud reſtituant, donec aliter ſuper huiuſmodi cauſa per d. Regiam Cameram prouiſum, & determinatum fuerit; verum fiat annotatio d. vini, & greci per eoſdem Gabellotos, vt in deciſione cauſæ haberi poſſit ea ratio, quæ de iure habenda erit, & quod intimetur Petrus Antonius Saponus, Io. Paulus Criſpus pro Magiſtro actorum conſenſu, Nardus Antonius pro notatore; Et facto verbo in Banca per Magnificum Dom. Petrum Naſturtium Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & eiuſdem cauſæ Commiſſarium Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus fuit per d. Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum quod depoſitum factum per d. Magnificam Mariam pro iuribus gabellæ vini, ſeu greci prædicti ex cauſa d. dirictuum in præinſerto decreto contentorum reſtituatur eidem Magnificæ Mariæ per prædictos Gabellotos, & detur, provt præſenti decrto datur terminus iuris vtrique Parti in cauſa ad probandum incumbentia. Hoc ſuum, &c.

## CXLVIII.

*Die 9. menſis Septembris, 1553.*

AD euitandum fraudes, quæ committuntur per extrahentes merces victualia, ſeu alimonia à præſenti Regno extra Regnum ſub nomine, & colore quod extrahunt per infra Regnum, & vt Regia Curia non ſit læſa, nec decipiantur, & aliis rationibus, & cauſis in Regia Camera benè diſcuſſis, fuit per eandem Regiam Cameram Summariæ conſenſu prouiſum, pariter, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ex nunc in antea omnes Magiſtri Portulani, & Viceſecreti Regni præſentare debeant, & præſentent in d. Regia Camera reſponſalia extractionum, quæ fiunt per infra Regnum infra menſes tres numerandos à die onerationis talium mercium, ſeu victualium, alias ſi infra dictum tempus menſium trium non præſentauerint reſponſale in d. Regia Camera, talis Magiſter Portulanus ſeu Viceſecretus in ſuo caſu ſoluat Regiæ Curiæ tractam duplicatam, quæ ſoluitur pro extractione per extra Regnum. Hoc ſuum, &c.

## CXLIX.

*Die 14. menſis Octobris, 1553.*

VIſo præſenti proceſſu, & totius præſentis cauſæ meritis, viſis denique videndis, attentis attendendis, & conſideratis conſiderandis, habitaque ſuper his matura deliberatione, cum conſilio diligenti per ea quæ vidimus, inſpeximus. animumque noſtrum, & cuiuſdam rectè iudicantis, & deum timentis, mouent, mouereque poſſunt, & debent, Ieſu Chriſti, & Bettæ Mariæ Virginis eius glorioſæ Matris nominibus inuocatis, de quorum vultu recta iudicia procedunt, & oculi iudicantium reſpiciunt veritatem, Sacroſanctis quatuor Euangeliis coram nobis præpoſitis, & per nos reuerenter inſpectis facta prius relatione Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domino Locumtenenti generali in Collaterali Conſilio, per Regiam Cameram Summariæ, referente Magnifico V. I. D. Domino Paulo de Magnanis Præſidente d. Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſario.

Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus ſententiamus, decernimus, & declaramus, bona feudalia quæ fuerunt Ferdinandi Sanſeuerini olim Principis Salerni eſſe vendenda, & de pretio eſſe ſoluendas dotes ſcutorum viginti ſeptem mille, & antefatum ſcutorum nouem mille Illuſtri D. Iſabellæ Villamari olim Principiſſæ Salerni, & interuſurium dotium & antefati liquidandum tempore exequutionis præſentis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ, à quibus deducantur ducati tres mille conſignati per decretum huius Regiæ Cameræ facta relatione Illuſtriſſ. Reuerendiſſ. Domino Locumtenenti generali, provt præſenti noſtra diffinitiua ſententia ſolui debere, ac deduci decernimus, & declaramus; verum decernimus, & declaramus, quod liceat Regiæ Curiæ offerre dictas dotes, & antefatum cum interuſurio, facta prius deductione d. quantitatis conſignatæ, vt ſupra in pecunia numerata, & liberentur bona feudalia, quæ fuerunt d. olim Principis, & debeat d. Illuſtr. D. Iſabella cedere omnia iura, & actiones ſibi competentes, & competentia pro dotibus, & antefato, & interuſurio Regiæ Curiæ provt præſenti noſtra diffinitiua ſententia in caſu prædicto condemnamus prædictam Illuſtr. D. Iſabellam ad cedendum d. Regiæ Curiæ d. iura, & actiones, neutram Partium in expenſis condemnantes ex cauſa, hanc noſtram taliter in iis ſcriptis proferentes ſententiam, &c.

## C L.

*Die 9. menſis Ianurij, 1554.*

IN cauſa honorabilis Paulelli Papazzoli de Caſali Sanctæ Anaſtaſiæ cum Regio fiſco ſuper eo videlicet, quod gaudere prætendit immunitate 12. filiorum, non obſtante, quod vna fœmina ipſorum eſt maritata, & non viuit ſub patria poteſtate, ſed habitat ſeorſum à



Digitized by Google

Patre cum viro, & aliis, provt in proceſſu, & actis.

Viſis actis, & informatione capta per Dominum Petrum Naſturtium Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & facta de eis relatione Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, pariter, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, atque declaratur quod d. honorabilis Paulellus Papazzolus tanquam habens 12. filios legitimos, & naturales gaudeat, & ſimiliter gaudeant dicti eius filij, donec ſub patria poteſtate habitauerint immunitate, & exemptione iurium fiſcalium ordinariorum, & extraordinariorum, & aliorum vectigalium, gabellarum, & datiorum, & impoſitionum, quæ per d. Vniuerſitatem Sanctæ Anaſtaſiæ imponuntur, nec non pro eorum vſu & familiæ, & non commercij cauſa ſint immunes ab omnibus iuribus, & dirictibus Regiarum Dohanarum, & fundicorum, ac alterius cuiuſuis vectigalis, & dirictus in toto præſenti Regno, tam in Ciuitatibus, & Terris domanialibus, quam Baronum. Hoc ſuum, &c.

## C L I.

*Die Lunæ 19. menſis Februarij, 1554.*

IN cauſa Magnificorum & Nobilium Ioannis Franciſci de Rubeis, Nicolai Franciſci Sanſoni Didaci de Silos, Ioannis Benet Ferrera Martini de Aluaro, Martini de Alba, Ferdinandi de Soſa, Franciſci Cazani, Baptiſtæ Carena, & Ghidalis de Ghidale Aduentitiorum, & habitantium in Ciuitate Butonti ex vna, & vniuerſitatis ipſius Ciuitatis ex altera, & ſuper petitione, vt admittantur ad honores, officia, & dignitates, ac prærogatiuas d. Ciuitatis, ſi, & provt cæteri ciues originarij, & orti in d. Ciuitate admittuntur, non obſtante, quod ſint exteri, & aduentitij, & aliis, vt in actis dictæ cauſæ continetur.

Viſis actis per Magnificum V.I.D. Dominum Marcellum Pignonum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem & cauſæ Commiſſarium, & facta de eis relatione in d. Regia Camera Excellenti V.I.D. Domino Franciſco Reuerterio Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus, fuit per d. Regiam Cameram, attentis attendendis, & conſideratis conſiderandis, prouiſum pariter, atque decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quoad dictos Magnificos Didacum de Silos, Martinum de Alba & Ferdinandum de Soſa, tanquam numeratos pro focularibus in d. Ciuitate, in noua, & vltima numeratione ipſius, & qui ſubeunt onera ſolutionum ipſius Ciuitatis, provt cæteri ciues, quod gaudeant, & potiantur omnibus honoribus, & prærogatiuis in eadem Ciuitate, quibus, & provt reliqui ciues ipſius potiuntur, & gaudent, iuxta formam litterarum ad eorum inſtantiam expeditarum per dictam Regiam Cameram ſub die 5. Septembris, 1553. quo verò ad alios ſupra nominatos videlicet Magnificum Ioannem Franciſcum de Rubeis, Magnificum Nicolaum Franciſcum Sanſone, Magnificum Ioannem Benet Ferrera, Magnificum Martinum de Aluaro, & Nobilem Franciſcum Cazanum, Baptiſtam Cazanum & Ghidalem de Ghidale, qui non reperiuntur numerati in d. numeratione, fuit ſimiliter prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ſi non ſunt alibi numerati in noua, & vltima numeratione, & habitant in dicta Ciuitate, & contribuunt, gaudeant ſimiliter, & potiantur prædictis omnibus honoribus, prærogatiuis, & exemptionibus, provt cæteri ciues ipſius potiuntur, & gaudent, iuxta formam earundem litterarum, oppoſitis pro parte d. Vniuerſitatis non obſtantibus. Hoc ſuum, &c.

*Ad materiam huius determinationis vide ſcripta per me lib. 1. mear. reſolut. capit. 326. per tot. &c.*

## C L I I.

*Die 16. menſis Martij, 1554.*

IN cauſa Vniuerſitatis, & hominum Caſtri Turris Octauæ Caſalis Ciuitatis Neapolis, cum Regio fiſco, de & ſuper exemptione ſeruitiorum cum eorum curribus, & barcis prætenſorum per Regiam Curiam ab ipſis hominibus d. Caſtri & aliis, vt in actis, &c.

Viſis actis per Magnificum V.I.D. Io. Bapt. Ogeda Regiæ Cameræ Præſidentem, & præſentis cauſæ Commiſſarium, & de eiſdem facta relatione in d. Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius Regiæ Cameræ, fuit per eandem Regiam Cameram prouiſum, & decretum, quod d. Vniuerſitas, & homines dicti Caſtri Turris Octauæ, tanquam vnum de Caſalibus, & pertinentiis Ciuitatis Neapolis non moleſtentur à d. Regia Curia ſuper dictis ſeruitiis curruum, & barcarum, provt præſenti decreto non moleſtari decernitur, & prouidetur. Hoc ſuum, &c.

## C L I I I.

*Die 18. Aprilis, 1554.*

IN cauſa Magnifici Ioannis Berardini Citarella de Neapoli cum Illuſtr. Principe Aſcoli

Aſcoli ſuper immunitate qua d. Io. Berardinus gaudere prætendit in d. Ciuitate Aſcoli tanquam Ciuis Neapolitanus pro rebus exemptis.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Marcellum Pignonum Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ huius Commiſſarium, & de eiſdem facta per eum relatione in dicta Regia Camera, Excellenti Domino Franciſco Reuerterio Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus; fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod d. Magnificus Io. Berardinus Citarella tanquam Ciuis Neapolitanus in d. Statu prædicti Illuſtriſſ. Principis Aſcoli, tractetur, prout præſenti decreto tractari mandatur immunis etiam pro mercantiis. Hoc ſuum, &c.

## C L I V.

*Die 11. menſis Iulij, 1554.*

SVper capitibus in Regia Camera præſentatis pro parte Venerab. Capituli, & Cleri Terræ Terlitij circa eorum immunitates, aliaſque franchitias, quibus gaudere prætendunt.

Viſis capitibus prædictis per Magnificum V. I. D. Dom. Io. Bapt. Ogeda Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, ac de iis omnibus facta relatione in dicta Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius; fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod prædicti Clerici non moleſtentur ab Vniuerſitate dictæ Terræ ad aliquid ſoluendum ex cauſa collectarum pro fructibus eis obuenientibus ex dictis bonis, non obſtante prætenſione dictę Vniuerſitatis, quod bona prædicta per vnum, duos, & tres annos reperiantur data in affictum perſonis laicis. Inſuper prouiſum, & decretum eſt, quod cum Clerico per decretum generale Regiæ Cameræ conceſſa ſit immunitas pro vno famulo, qui ei deſeruit; quod ſi loco famuli d. Clericus penes ſe retinuerit aliquem conſanguineum, qui ſibi in ſuis neceſſitatibus deſeruiat, eadem immunitas conceſſa intelligatur pro conſanguineo, qui in loco famuli deſeruit. Hoc ſuum, &c.

## C L V.

*Die 10. menſis Iulij, 1554.*

IN cauſa vertente in Regia Camera Summariæ inter Aloyſium de Maſio Terrę Sanctiæ ex vna, & Regium Fiſcum, & Vniuerſitatem ipſius Terræ, ex altera: de, & ſuper immunitate, qua dictus Aloyſius gaudere prętendit tanquam habens vndecim filios legitimos, & naturales, & vnum nepotem legitimum, & naturalem ex ſuo filio ſupplentem numerum duodecim filiorum, prout clarius in actis continetur.

Viſa informatione capta ad inſtantiam dicti Aloyſij, citatis Regio Fiſco, & prædicta Vniuerſitate Terræ Sanctiæ, per quam conſtat, ipſum habere vndecim filios legitimos, & naturales, & vnum nepotem legitimum, & naturalem ex filio. Viſis aliis actis in cauſa prædicta factis per Magnificum V. I. D. Dominum Ioannem Baptiſtam Ogeda dictæ Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eum relatione Excellenti Domino Locumtenenti, & alis Dominis Præſidentibus Regiæ Cameræ, viſiſque videndis, & attentis attendendis; fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, dictum Aloyſium tanquam Patrem onuſtum vndecim filiis, & vno nepote legitimis, & naturalibus debere gaudere immunitate, & exemptione iurium fiſcalium ordinariorum, & extraordinariorum, ſi, & prout gauiſi fuerunt, & gaudent, & gaudere poſſunt cæteri duodecim filios legitimos & naturales habentes, dummodo dictus Nepos maneat, ſiue viuat ſub alimentis prędicti Aloyſij, & ſimiliter gaudeant prædictis eiſdem immunitatibus prædicti eius filij, & nepos, donec, & quouſque ſub patria poteſtate manſerint. Hoc ſuum, &c.

## C L V I.

*Die 11. menſis Octobris, 1554.*

SVper inſtantia facta pro parte Reuerendi Capituli, & Cleri Preſbyterorum Græcorum Terrę Soleti circa immunitates, & exemptiones à functionibus fiſcalibus, aliiſque vniuerſalibus oneribus ordinariis, & extraordinariis.

Viſis capitibus in actis præſentatis, ac de illis facta relatione in Regia Camera Summariæ, per Dom. Militem V. I. D. Io. Baptiſtam de Ogeda cauſæ Commiſſarium, coram Excellente Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius; fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum.

Quoad primum caput, quod pro bonis ſtabilibus, quæ dictis Preſbyteris obueniunt ex legitima ſucceſſione eorum filiorum, qui eorum matribus iam defunctis in bonis prædictis ſucceſſerunt, tractentur immunes.

Quoad 2. caput fuit prouiſum, & decretum, quod pro bonis ſtabilibus, quæ Preſbyteri prædicti ab eorum vxoribus in dotem acce-

ceperunt inæſtimata, ſoluant cum dicta Vniuerſitate in dictis functionibus fiſcalibus.

Quoad 3. fuit prouiſum, & decretum, quod pro bonis ſtabilibus, quæ dicti Presbyteri ante eorum clericatum emerunt, non ſoluant in dictis functionibus fiſcalibus iuxta decretum Regiæ Cameræ latum ſub die 21. Iulij, 1513.

Quoad 4. fuit prouiſum, & decretum, quod pro bonis, quæ ipſi Clerici ab exteris emunt, ſitis, & poſitis in territorio dictæ Terræ Soleti, ſoluant vbi bonatenentes, prout ſoluebant eorum Prædeceſſores, priuſquam bona prædicta ipſis Clericis vendidiſſent.

Quoad 5. fuit prouiſum, & decretum, quod pro animalibus, quæ dicti Presbyteri emerunt ab exteris, & quæ paſcua ſumunt extra Territorium d. Terræ Soleti, nil ſoluant cum ipſa Vniuerſitate.

Quoad 6. fuit prouiſum, & decretum, quod dicti Presbyteri pro eorum animalibus, quæ paſcua ſumunt tam in propriis territoriis, quam dictæ Vniuerſitatis, nil ſoluant pro numero 20. pecudum, quæ deſeruiunt pro vſu ipſorum Clericorum, ſtante quod pro numero aliarum pecudum obtulerunt ſoluere ſicut alij Ciues in oneribus ordinariis, & extraordinariis.

Quoad 7. fuit prouiſum, & decretum, quod dicti Presbyteri in expenſis, quæ erogantur pro hoſpitatione militum, nullatenus contribuant.

Quoad 8. fuit prouiſum, & decretum, quod dicti Presbyteri, ſiue Clerici non contribuant pro hoſpitatione militum, ſed pro cuſtodia maritima contribuere teneantur.

Quoad 9. fuit prouiſum, & decretum, quod pro bonis ſtabilibus, quæ ipſi Presbyteri emerunt, teneantur ſoluere collectas, tanquam bonatenentes pro illis tamen debitis contractis per Vniuerſitatem tempore quo bona illa poſſidebantur per Ciues laicos.

Quoad 10. fuit prouiſum, & decretum, quod filij dictorum Presbyterorum Græcorum, eorumque vxores, defunctis iam ipſis Presbyteris, durante viduitate circa contributionem functionum fiſcalium, tractentur immunes, prout tractabantur tempore quo prædicti Presbyteri eorum viri, & Patres reſpectiuè viuebant.

Inſuper per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum eſt, quod ſi contingerit reperiri animalia dictorum Presbyterorum in alienis territoriis damnum dantia, nullatenus d. Presbyteri teneantur ſoluere pœnam ſtatutam contra dominos animalium, quæ damnificarunt, ſed tantum ſoluere damnum paſſum pro paſculo dictorum animalium. Hoc ſuum, &c.

*Ad confirmationem huius poſtremæ deciſionis vide, quæ ego ſcripſi libro primo mearum reſolut: cap. 220.*

## CLVII.

*Die 24. menſis Octobris, 1554.*

IN cauſa Venerab. Capituli, & Cleri Ciuitatis Melfitti, cum dicta Vniuerſitate; viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Io. Baptiſtam Ogeda Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & præſentis cauſæ Commiſſarium, de quibus facta per eundem relatione in d. Regia Camera, Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus; fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ſeruentur decreta generalia Regiæ Cameræ ſuper immunitate Clericorum per Vniuerſitatem, & homines Ciuitatis Melfitti, & Clerici prædicti in reparatione murorum contribuant cum hominibus & Vniuerſitate d. Ciuitatis; quo verò ad hoſpitationem militum non moleſtentur, ſed obſeruentur dictis Clericis literæ alias per d. Regiam Cameram ad eorum inſtantiam expeditę ſub die 5. menſis Septembris proximè elapſi in proceſſu deductæ, iuxta earum interpretationem, & declarationem. Hoc ſuum, &c.

## CLVIII.

*Die 30. Ianuarij, 1555.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Magnificum Mattheum Viualdo de Ciuitate Salerni, ex vna, & Magnificos Gabellotos Gabellarum molituræ granorum octo, & granorum ſex pro tumulo, ex altera: de, & ſuper immunitate fructuum feudalium, qui naſcuntur ex eius feudo nominato di Cola d'Errico, ſito in pertinentiis Terræ Fontis roſci, & aliis, prout in actis, & proceſſu.

Viſis actis per Magnificum Dom. Paulum de Magnatis d. Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & de eis facta relatione Excellenti, & aliis Magnificis Dominis Locumtenenti, & Præſidentibus eiuſdem; fuit per eandem Regiam Cameram prouiſum, & decretum, prout pręſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod pro fructibus feudalibus prædicti Magnifici Matthei Viualdi nihil exigatur per dictos Gabellotos pro iure dictarum gabellarum, ſed permittatur liberè illos portare domum & frumentum macinare ſine iure gabellarum, ſoluto tantùm, quod ſolui debet Molinario pro quolibet tumulo. Hoc ſuum, &c.

*Circa hanc determinationem vide aliam ſub die 3. Iunij, 1538. & alteram ſub die 18. Nouembris, 1649.*

CLIX.

Digitized by Google

## C L I X.

*Die 6. menſis Februarij, 1555.*

IN cauſa Magnifici Ioannis Baptiſtæ Pingue de Terra Guardiæ ſuper petita immunitate duodecim filiorum, & aliis, vt in actis, &c.

Referente Magnifico Milite Domino Michaele Ioanne Gomez Regiæ Cameræ Præſidente, & cauſæ Commiſſario, fuit per eandem Regiam Cameram prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur dictum Magnificum Ioanem Baptiſtam Pingue tanquam habentem quinque filios legitimos, & naturales, ex ſuo corpore deſcendentes, & vndecim nepotes natos ex ſuis filiis, videlicet tres ab Angelo primogenito, duos mares, & quatuor fœminas ab Euſebio tertiogenito, & tres alios nepotes natos ab Hortentio quartogenito, vt viuentes in poteſtate dicti Ioannis Baptiſtæ Pingue, poſſe, & debere gaudere iuxta formam Regiæ Pragmaticæ large in forma ſolita, & conſueta. Hoc ſuum, &c.

## C L X.

*Die 30. menſis Martij, 1555.*

IN cauſa honorabilis Iacobi Galiota de Caſtro Ameruſij ſuper immunitate, qua gaudere prætendit provt gaudent duodecim filios habentes, ex quo d. Iacobus habet ſex nepotes ex quondam Franciſco eius filio mortuo, & quinque alios nepotes ex Notario Andrea ſimiliter eius filio viuo, qui omnes implent numerum duodecim, & aliis, vt in petitione, & actis continetur.

Viſis per Magnificum Dom. Martinum de Segura Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, actis, & informatione capta de ordine ipſius Regiæ Cameræ, factaque de prædictis omnibus relatione in d. Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur, quod d. Iacobus tanquam habens ſex nepotes ex dicto ſuo filio mortuo, & alios quinque nepotes ex dicto filio viuo, qui omnes ſupplent numerum duodecim gaudeat immunitate, & exemptione iurium fiſcalium ordinariorum, ac aliorum vectigalium, quæ per Vniuerſitates, & ſignanter d. Terræ Ameruſij imponuntur; nec non pro eius vſu, & familiæ, & non commercij cauſa omnium dirictuum Regiarum Dohanarum, & fundicorum, & alterius cuiuſuis vectigalis, & dirictus, ac in omnibus ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis Regni huius, tàm domanialibus, quam Baronum, citra tamen præiudicium Regiæ Curiæ vſque ad nouam numerationem in Regno faciendam. Hoc ſuum, &c.

## C L X I.

*Die 2. menſis Maij, 1555.*

IN cauſa Illuſtriſſ. Nationis Venetorum, cum Regio fiſco, & Magnifico Arrendatore Dohanarum, & fundacorum, Prouinciarum Terræ Hidrunti, & Baſilicatæ, de & ſuper immunitate, qua d. Natio Veneta gaudere prætendit pro iure Dohanæ, ſeu Plateæ in dictis Dohanis pro oleis contractatis, contractandis, & aliis, vt in actis, &c.

Viſis actis per Magnificum V.I.D. Dom. Io. Bapt. Ogeda Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium & de iis omnibus facta relatione in eadem Regia Camera Excellenti Domino Erancisco Reuerterio Locumtenenti & aliis Magnificis Dom. Præſidentibus ipſius fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur licuiſſe, & licere Regiæ Curiæ, & pro ea Magnifico Arrendatori prædictarum Dohanarum exigere prædictum Ius Dohanæ ſeu Plateæ in dictis Dohanis Terræ Idrunti, & Baſilicatæ à prædictis Venetis, ſeu Veneta Natione pro oleis contractatis, & contractandis per eum. Hoc ſuum, &c.

## C L X I I.

*Die 9. menſis Maij, 1555.*

IN cauſa Nationis Venetorum cum Regio fiſco, & Magnifico Arrendatore Regiorum Dohanarum, & iuriſdictionum Terræ Bari, & Capitanatæ ſuper immunitate, qua d. Natio Veneta gaudere prætendit pro iure fundaci, & Dohanæ, ſiue Plateæ in dictis Dohanis pro bonis contractatis, & contractandis emptis, & emendis, & aliis, vt latius in actis, & proceſſu continetur, &c.

Viſis actis per Magnificum V.I.D. Dom. Marcellum Pignonum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem & cauſæ Commiſſarium, & de omnibus per eundem facta relatione in d. Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, pariter, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, licuiſſe, & licere Regiæ Curiæ, & pro ea Magnifico Arrendatori dictarum Dohanarum exigere dictum ius fundaci, & Dohanæ, ſiue Plateæ in dictis Dohanis Terræ Bari, & Capitanatæ à prædictis Venetis,

ſeu Veneta Natione pro oleis per eos emptis, & emendis, contractis, & contractandis. Hoc ſuum, &c.

## CLXIII.

*Die 5. menſis Iunij, 1555.*

FActo verbo die veneris vltimo Maij, 1555 Illuſtriſſ. Domino D. Berardino de Mendoza Locumtenenti Generali Sereniſſ. Maieſtatis in præſenti Regno, in Collaterali Cõſilio per Regiam Cameram Summariæ, referente Excellente Domino Locumtenente primo quam diligentiam debet adhibere Regia Curia circa functiones fiſcales venditas ad vitam multis Ianuenſibus, qui viunt extra Regnum, & Curia poteſt faciliter ignorare de eorum vita, & morte, fuit prouiſum per ſuam Illuſtriſſimam Dominationem, quod Regia Camera prouideat, quod impediatur exactio dictarum functionum fiſcalium, donec illi, qui ad eorum vitam illas emerunt, produxerint teſtimoniale in forma probante de eorum vita & in quibuslibet ſex menſibus producant dictum teſtimoniale, alias per Regiam Curiam impediatur eorum exactio. Hoc ſuum, &c.

## CLXIV.

*Die 4. menſis Iulij, 1555.*

VIſo præſenti proceſſu, &c. per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, Spectabilem Comitem Policaſtri principalem vti principalem, & Marcum Antonium Piccolum eius Procuratorem, vt procuratorem abſtinendum eſſe, & abſtineri debere à turbationibus illatis per ipſum Spectab. Comitem, & eius Officiales Reuerendo Epiſcopo Policaſtrenſis Eccleſiæ, ſeu eius Officialibus ſubditis, & oblatis in ſupplicatione oblata per dictum Reuer. Epiſcopum, ex proceſſu deductis, tam reſpectu Caſalis Turris Vſayæ, & eius introituum in proceſſu deductorum, quam reſpectu iuriſdictionis ciuilis tantum, provt præſenti noſtra diffinitiua ſententia deſiſtere, & abſtinere debere dicimus, decernimus, pronunciamus, & declaramus, & quod d. ſpectabilis Comes caueat idoneè, quod in futurum dictas turbationes non inferat, nec inferri faciat d. Reuerendo Epiſcopo, & eius officialibus ſubditis, & oblatis, nec non dictum Spectabilem Comitem principalem, vt principalem, & d. Marcum Antonium Piccolum eius procuratorem, vt procuratorem condemnandos eſſe, & condemnari debere provt ipſos præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad eleuari faciendum à territorio, & loco dicti Caſalis tappetum ædificatum per dictum Comitem pro macinandis oliuis, & quod abſtineat à compellendo homines, vaſſallos, & oblatos Eccleſiæ ad ibidem macinari faciendum oliuas, & decimas ſoluendum eidem Comiti provt d. noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad eleuandum dictum tappetum ædificatum, & quod deſiſtat à coactione macinandi, & percipiendi decimas ab eiſdem vaſſallis d. Caſalis, & oblatis d. Eccleſiæ Policaſtrenſis, & quod nullam inferat moleſtiam vaſſallis d. Caſalis volentibus accedere ad tappetum d. Eccleſiæ. Inſuper præſenti noſtra diffinitiua ſententia dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum Spectabilem Comitem principalem vt principalem, & d. Marcum Antonium Piccolum eius procuratorem, vt procuratorem condemnandos eſſe, & condemnari debere, provt ipſos condemnamus ad reficiendum, & emandandum damna, & intereſſe paſſa per Eccleſiam Policaſtrenſem, occaſione turbationis illatæ per d. Spectabilem Comitem, ſeu eius officiales, liquidanda tamen tempore exequutionis præſentis noſtrę diffinitiuæ ſententiæ, ſalua deliberatione ſuper declarione caſuum ſpectantium ad iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, an ſit facienda iuxta formam declarationis factæ per Catholicam Maieſtatus, quæ declaratio fieri debeat coram Illuſtriſſ. Domino Vicerege in Collaterali Conſilio iuxta ordinem datum hanc noſtram taliter in his ſcriptis proferentes ſententiam. *Hoc* ſuum, &c.

## CLXV.

*Die 8. menſis Iulij, 1555.*

IN cauſa Vniuerſitatis, & hominum Terræ Francauillæ cum Ioanne Baptiſta Quarto de Terra Gripteliarum ſuper contributione iurium fiſcalium, & aliis, provt in proceſſu.

Referente Magnifico Domino Petro Naſturtio Regiæ Cameræ Præſidente & cauſæ Commiſſario, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur, quod pro veris debitis contractis per Vniuerſitatem Ciuitatis Francauillæ, antequam d. Io. Baptiſta vltra numerationem fuiſſet numeratus pro foculare in Terra Gripteliarum, contribuat cum d. Vniuerſitate Francauillæ, tanquam ciuis eiuſdem. Verum pro d. debitis contractis poſt eius numerationem in Terra Gripteliarum, ſoluat cum d. Vniuerſitate Francauillæ, tanquam bona tenens, & ſoluta rata ſibi competente, reſtituatur, provt præſenti decreto reſtitui mandatur exequutio contra ipſum Io. Baptiſtam facta, & ſi non

extat,

Digitized by Google

extat, eius pretium, & valorem quantiplurimi liquidandi tempore exequutionis. Hoc ſuum, &c.

## CLXVI.

*Die 26. menſis Auguſti, 1555.*

IN cauſa Excellentis Alphonſi Carrillo Regentis Magnam Curiam Vicariæ, & Regij Caſtellani Caſtri Terræ Vigiliarum, cum Magnifico Cæſare Marzato Regio Dohanerio Dohanarum Apuleæ, ſuper immunitate, qua gaudere prætendit Regiorũ dirictuum dohanæ d. Ciuitatis, tanquam Regius Caſtellanus eiuſdem, prout gaudent Ciues dictæ Ciuitatis, prout clarius in actis.

Viſis litteris antiquis, & modernis, ſuper immunitate prædicta, & oppoſitionibus factis per dictum Magnificum Cæſarem Regium Arrendatorem, factaque relatione in Banca Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus, per Magnificum Dom. Petrum Naſturtium Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium; fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum, quod dictus Excellens Alphõſus Carrillo, tanquam Regius Caſtellanus d. Caſtri Vigiliarum, tractetur vt Ciuis eiuſdem Ciuitatis in Regiis dirictibus dohanæ prædictæ Ciuitatis, iuxta formam litterarum in ſui fauorem expeditarum, oppoſitis non obſtantibus, & exactum contra immunitatem dictorum Ciuium, eidem reſtituatur. Hoc ſuum, &c.

## CLXVII.

*Die 9. menſis Septembris, 1555.*

QVoniam multoties accidit, quod propter multitudinem, & confuſionem tam Scribarum, quam aliarum perſonarum intrantium in Regia Camera Summariæ, poſtquam Excellens Locumtenens, & Magnifici Domini Præſidentes d. Regiæ Cameræ diſcedunt à Tribunali, proceſſus, & ſcripturæ, quæ remanent in Regia Banca deperduntur, & expeditio litterarum, & prouiſionum impeditur in graue damnum, & intereſſe Partium, & contemptum d. Regij Tribunalis. Ideo ad euitandum tale inconueniens, & vt decus Tribunalis ſeruetur, attentis attendendis, & conſideratis conſiderandis, fuit per d. Regiam Cameram conſenſu prouiſum pariter, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Porterij dictæ Regiæ Cameræ quilibet in ſua hebdomada, poſtquam prædicti Excellens, & Magnifici Domini Locumtenens, & Præſidentes diſcedunt à Camera tam de mane, quam de ſerò remaneant, & remanere debeant in d. Regia Camera cuſtodiendo portam eiuſdem Regiæ Cameræ, vt nemo ingrediatur, & ab ea non diſcedere, donec litteræ, & prouiſiones expediantur per Magnificum Secretarium, & Notatorem, & quod proceſſus, & aliæ ſcripturæ quæ remanent in Regia Banca colligantur per dictos Porterios, & reponantur in Camera d. Secretarij ſub pœna ſcutorum duorum per dictos Porterios reſpectiuè ſoluendorum pro vice qualibet in caſu contrauentionis irremiſſibiliter ab eis exigendorum in beneficium Regij fiſci, necnon fuit per eamdem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod ſi aliquis tam Officialis d. Regiæ Cameræ, quam alia quæuis perſona ingrediatur in Regia Camera inuito Porterio, portam cuſtodiente, condemnetur, prout præſenti decreto condemnatur ex nunc pro tunc ad pœnam ſcutorum decem, ab eo irremiſſibiliter exigendam in beneficium Regij fiſci, necnon ad alias pœnas ad arbitrium Regiæ Cameræ, & quod affigatur in valuis dictæ Regiæ Cameræ, vt nemo poſſit allegare ignorantiam. Hoc ſuum, &c.

## CLXVIII.

*Die 25. menſis Septembris, 1555.*

IN cauſa Franciſci Hieronymi Ciminelli de Ciuitate Materę, cum Vniuerſitate ipſius Ciuitatis; de, & ſuper immunitate qua gaudere prætendit tanquam habens nouem filios legitimos, & naturales, & tres nepotes ſimiliter legitimos, & naturales ex Nicolao eius filio ſupplentes numerum duodecim liberorum, & aliis, vt in informatione capta de ordine Regiæ Cameræ latius continetur.

Referente Magnifico V. I. D. Ioanne Baptiſta Ogeda Regiæ Cameræ Præſidente, & cauſæ Commiſſario, fuit per d. Regiam Cameram conſenſu prouiſum pariter, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictus Hieronymus Ciminellus tanquam habens dictos nouem filios legitimos, & naturales, & tres nepotes ex filio ſimiliter legitimos, & naturales, ſupplentes numerum duodecim, omnes in præſentiarum viuentes, gaudeat tam pro vſu ſuo, quàm dictorum eius filiorum, & nepotum, donec ſub eius patria, & auita poteſtate habitauerint, immunitate, & exemptione iurium fiſcalium ordinariorum, & extraordinariorum, gabellarum, datiorum, collectarum, & impoſitionum, quæ per Vniuerſitates imponuntur, & ſignanter per dictam Vniuerſitatem Ciuitatis Materæ, necnon pro eius vſu, & familiæ, ſeu dictorum eius filiorum, & nepotum, & non commercij cauſa; ſit etiam immunis ab omnibus dirictibus Regiarum Dohanarum, & fundicorum, & aliorum vectigalium, & impoſitionum tam in

in Ciuitatibus, & Terris domanialibus, quam Baronum, provt, & quemadmodum gaudere ſolent illi qui habent duodecim filios legitimos,& naturales,& deſuper expediantur prouiſiones oportunæ. Hoc ſuum,&c.

## CLXIX.

*Die 16. menſis Nouembris, 1555.*

IN cauſa Honorabilis Antonij Imparato, & filiorum, cum Regio Fiſco, & Magnificis Regiis Dohanerio, & Arrendatore Regiæ Dohanæ, & Maioris fundaci Ciuitatis Neapolis; de, & ſuper ciuilitate Ciuitatis Neapolitanæ, qua gaudere prætendit d. Nobilis Antonius, tanquam ortus in Terra Agerolæ Ducatus Amalfiæ, & aliis, vt in actis dictæ cauſæ continetur.

Referente Magnifico V. I. D. Domino Paulo de Magnanis Regiæ Cameræ Præſidente, & cauſæ Commiſſario; fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto prouidetur, & declaratur, dictum honorabilem Antonium Imparato fore, & eſſe ortum in dicta Terra Agerolæ Ducatus Amalfiæ, & propterea debere gaudere omnibus franchitiis, exemptionibus, libertatibus, & honoribus, quibus gauiſi fuerunt, & gaudent cæteri Ciues Neapolitani tam in Maiori fundico, & Dohana Ciuitatis Neapolis, quam in toto hoc Regno, donec, & quouſque incolatum fecerit in d. Ciuitate Neapolis;necnon Ioſephum, Proſperum, & Troianum Imparatos filios dicti Antonij fuiſſe, & eſſe ortos in d. Ciuitate Neapolitana tantum. Hoc ſuum,&c.

## CLXX.

*Die primo menſis Februarij, 1556.*

IN cauſa Magnifici Ioannis Laurentij Curialis petentis vitam, & militiam, & Magnificæ Iuliæ Curialis petentis paragium ſuper bonis confiſcatis per Regiam Curiam ob rebellionem quondam Ioannis Vincentij Curialis eorum fratris, vt in actis.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Paulum de Magnanis Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, de quibus facta per eundem relatione in dicta Regia Camera, Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus; fuit per dictam Regiam Cameram prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur ad prædictum Magnificum Laurentium ſpectare vitam, & militiam, & paragium ad dictam Magnificam Iuliam ſuper bonis in proceſſu deductis, & confiſcatis ob rebellionem dicti quondam Io. Vincentij Curialis eorum fratris, liquidandum paragium, & vitam militiam prædictam tempore executionis præſentis decreti. Verum in liquidatione prædicta habeatur ratio de ſummis pecuniarum ſolutis prædictis Magnificis Ioanni Laurentio,& Iuliæ Curiali pro eorum alimentis. Hoc ſuum,&c.

## CLXXI.

*Die 26. Martij, 1556.*

PEr Regiam Cameram Summariæ, viſa inſtantia facta per Magnificum V. I. D. Dominum Fredericum Longum Regalis Patrimonij Fiſci Patronum, fuit conſenſu prouiſum, & decretum, quod expediatur ordo directus Taxatori Regij Sigilli, vt ab hodie in antea, & in futurum, quando caſus contigerit, tractet dictum Dom. Fredericum, vti Regalis Patrimonij Fiſci Patronum immunem à iure Sigilli, provt tractantur cæteri Domini Præſidentes Regiæ Cameræ,& caueat de contrario.Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## CLXXII.

*Die 21. menſis Aprilis, 1556.*

EXcellens Dom. Locumtenens retulit in Regia Banca Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Dom. Viceregem ordinaſſe,& mandaſſe,quod in Regia Camera fiant duo libri, videlicet, vnus, in quo annotentur omnes Commiſſarij expediti, & expediendi per Regiam Cameram, & alter, in quo annotentur negotia facienda per Regiam Cameram. Et quod Magnificus Magiſter Actorum in qualibet hebdomada debeat referre in Regia Banca omnes fideiuſſiones per eum captas, & de illis dare notam dietim Magnifico Aduocato Fiſcali. Et ſimiliter quod Magiſtri Portulani Regni incontinenti debeant tranſmittere ad Regiam Cameram omnes fideiuſſiones per eos captas, & deinde capiendas, vt per Regiam Cameram prouideri poſſit, & quod ſi ſupradicti Magiſtri Portulani non præſentauerint debita reſponſalia infra tempus, ſit ad onus, & caricum eorum ſimiliter, quod die quolibet detur Regio Fiſco dimidia hora pro ſuis occurrentiis.

## CLXXIII.

*Die 20. menſis Iunij, 1556.*

IN cauſa nob. Nicolai Talami cum Regio fiſco, & Arrendatore maioris fundaci, & Dohanæ huius Ciuitatis Neapolis, de, & ſuper ciuilitate qua gaudere prætendit tanquam ortus in Terra Paſitari Ducatus Amalfiæ, & alias,vt in actis clarius continetur,&c.

Viſis actis, & informatione capta per Magnificum

Digitized by Google

gnificum V. I. D. Dominum Paulum de Magnanis Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & præſentis cauſæ Commiſſarium, & de eiſdem facta relatione Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius Regiæ Cameræ fuit per dictã Regiam Cameram prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & declaratur dictum Nicolaum Talamum fore, & eſſe ortum in d. Terra Paſetani Ducatus Amalfiæ, & propterea poſſe, & debere gaudere omnibus priuilegiis, franchitiis, immunitatibus, exemptionibus, & libertatibus, quibus gauiſi fuerunt, & gaudent cæteri ciues Neapolitani tam in maiori fundico, & Dohana d. Ciuitatis Neapolis quam in toto hoc Regno, donec, & quouſque incolatum fecerit in d. Ciuitate Neapolis. Hoc ſuum, &c.

## CLXXIV.

*Die 13. menſis Iulij, 1556.*

IN cauſa Magnifici Fabricij Corcioni, cum Regio fiſco; de, & ſuper ſolutione Releuij ob mortem quondam Magnifici Iacobi Corcioni patris d. Magnifici Frabricij & aliis, vt in actis.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dominum Paulum de Magnanis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem & præſentis cauſæ Commiſſarium, & de eiſdem facta relatione in d. Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus, ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod poſtquam nulli percepti ſunt fructus in anno mortis coaceruentur tres anni præcedentes mortem dicti quondam Iacobi Corcioni de introitibus feudi, & diuidantur in tres partes, & liquidetur releuium iuxta ſtylum Regiæ Cameræ. Hoc ſuum &c.

## CLXXV.

*Die 20. menſis Iulij, 1556.*

PEr Regiam Cameram Summariæ propoponente Domino Locumtenente conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod pro exequutione ordinis Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Domini Proregis, quando completa hora Excellens Dominus Locumtenens diſcedit à Tribunali, cum eo debeant pariter diſcedere Magnifici Domini Præſidentes, nec aliquis eorum ab hodie in antea audeat remanere in Regia Camera, & caueant de contrario. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.

## CLXXVI.

*Die 21. menſis Iulij, 1556.*

IN cauſa Nobilis Io. Mariæ Cennami de Terra Maioris Coſtæ Amalfiæ ex vna, cum Regio fiſco, & Magnificis Dohanerio, & Arrendatore maioris fundaci, & Dohanæ Ciuitatis Neapolis ex altera ſuper Ciuilitate Neapolitana qua gaudere prætendit tanquam ortus in d. Terra maioris de d. Coſta Amalfiæ, & aliis, vt in actis.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Paulum de Magnanis Regiæ Cameræ Præſidentem cauſæ Commiſſarium, & de eiſdem facta relatione in d. Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus, fuit per d. Regiam Cameram prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur dictum Nobilem Ioannem Mariam Cennamum tanquam ortum in d. Terra Maioris de d. Coſta Amalfiæ poſſe, & debere gaudere ciuilitate Ciuitatis Neapolitanæ, tam in maiori fundico, & Dohana d. Ciuitatis quam in toto hoc Regno, donec incolatum fecerit in dicta Ciuitate Neapolis. Hoc ſuum, &c.

## CLXXVII.

*Die 10. menſis Septembris, 1556.*

PRoponente Domino Petro Naſturtio Præſidente Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſario ſignificatoriam expeditam olim die 22. Ianuarij, 1556. contra hæredes quondam Magnifici Philippi de Ceualois pro ſcutis 351. 2. 14. infra maiorem ſummam pro nonuplo ſcutorũ 39. 0. 6. ÷ poſitorum in introitu computi dicti Cæualois Perceptoris Principatus, vt in declaratoria dicti computi expediti 25. Ianuarij, 1556. penes Proſperum de Piatto Rationalem, & prætendente Regio fiſco dictos hæredes teneri etiam ad intereſſe pro eo tempore, quo dictam pecuniam Regiam retinuit, etiam poſt expeditionem dictarum ſignificatoriarum per eum retentarum; Per Regiam Cameram Summariæ communi voto fuit prouiſum pariter, & decretum, quod dicti hæredes dicti Perceptoris non moleſtentur pro dicto intereſſe retentionis pecuniæ ſignificatæ, ſtante dicta pœna nonupli primo loco ſoluta, cum non ſit iuſtum quod duplici pœna puniatur. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.

## CLXXVIII.

*Die 8. Octobris, 1556.*

IN cauſa Magnificorum Io. Alphonſi, & Pompei de Afflicto fratrum de Almafia ex



Digitized by Google

vna cum Regio fiſco, & Magnificis Dohanerio & Arrendatore maioris fundaci, & Dohanæ Ciuitatis Neapolis ex altera ſuper ciuilitate Neapolitana, qua gaudere prætendunt tanquam orti in d. Ciuitate Amalfiæ, & aliis, vt in actis continetur.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Paulum de Magnanis Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, & de eiſdem facta relatione in dicta Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus; fuit per d. Regiam Cameram prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur dictos Magnificos Alphonſum, & Pompeum de Afflicto, tanquam ortos in d. Ciuitate Amalfiæ poſſe, & debere gaudere ciuilitate Ciuitatis Neapolitanæ, tam in maiori fundico, & dohana d. Ciuitatis Neapolis, quam in toto hoc Regno, donec incolatum fecerint in Ciuitate Neapolis. Hoc ſuum, &c.

## CLXXIX.

*Die 24. menſis Octobris, 1556.*

Referente Domino Michaele Ioanne Gomez acta cauſæ Notarij Ioannis Iacobi Fenicis, & Sebaſtiani Fenicis fratrum de Ciuitate Rauelli, Ducatus Amalfiæ, cum Regio Fiſco, & Magnifico Arrendatore Maioris fundaci, & dohanæ Ciuitatis Neapolis; ſuper ciuilitate Neapolitana, qua gaudere prætendit, vt in actis. Per Reg. Cameram fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur, prædictos Ioannem Iacobum Fenicem, & Sebaſtianum Fenicem de Terra Rauelli, Ducatus Amalfiæ, debere gaudere ciuilitate Neapolitana, ſicut cæteri alij Ciues Neapolitani, donec & quouſque in d. Ciuitate Neapolis habitauerint in forma Regiæ Cameræ. Hoc ſuum, &c.

## CLXXX.

*Die 26. menſis Octobris, 1556.*

IN cauſa Venerab. Monaſterij Sanctæ Mariæ de Tremite, cum Regio Fiſco, ſuper taxa frumenti, & hordei neceſſarij pro vſu, victu, & munitione ipſius Monaſterij, provt clarius in actis.

Viſis litteris Regiis Regiæ Cameræ directis, & informatione capta ordine eiuſdem Cameræ de numero Canonicorum, oblatorum, Medicorum, artificum, & aliorum ſeruientium d. Monaſterio, & in eodem viuentium, nec non aliarum perſonarum ad Monaſterium ipſum confluentium ſtatutis diebus feſtiuitatis Beatæ Mariæ, & etiam extraordinariè concurrentium, & applicantium diuerſimodè ad ipſum Monaſterium, & Inſulas; Inſuper de numero peditum neceſſariorum pro tuitione, & defenſione ipſius, & de quantitate neceſſaria pro eius ordinaria munitione, deque hordeo pro animalibus tam magnis, quam paruis in eodem Monaſterio, & Inſulis eiuſdem exiſtentibus pro vſu, & ſeruitio prædictis, habitaque ratione quantitatis ſufficientis, potiùs abundanter, quàm parcè pro omnium ſupradictorum victu, & pro dicta munitione; & facta de omnibus relatione in Banca per Magnificum V. I. D. Dominum Paulum de Magnanis Præſidentem Reg. Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus, viſiſque videndis, & conſideratis conſiderandis, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu taxata, provt præſenti decreto taxatur prædicto Monaſterio quantitas pro vſu, & victu prædictis in curribus centum octuaginta frumenti, & pro munitione in aliis curribus quinquaginta, & hordei in curribus quinquaginta, quod frumentum, & hordeum Monaſterium ipſum extrahere, ſeu extrahi facere poſſit ſingulis annis à carricatoriis ordinariis Prouinciarum Capitanatæ, & Aprutij, & ad ipſum Monaſterium deferre, & exonerare cum immunitate Regiorum diricťuum, iuxta formam ſuorum priuilegiorum cum licentia tamen, & interuentu Regiorum Officialium dictorum carricatoriorum, data prius fideiuſſione de præſentando reſponſalia exonerationum & repoſitionis factæ intus dictum Monaſterium pro cautela Regiæ Curiæ. Hoc ſuum, &c.

## CLXXXI.

*Die 29. menſis Octobris, 1556.*

IN cauſa Magnifici Stephani de Bernaldo de Sancta Cruce Mercatoris Veneti reſidentis in Prouincia Terræ Hydrunti, cum Magnifico Cæſare Marzato Regio Arrendatore dohanarum, & fundicorum d. Prouinciæ, ſuper obſeruantia litterarum expeditarum per Regiam Cameram Summariæ, olim die primo Iunij, 1556. & aliis, vt in actis.

Viſis actis per Magnificum Dominum Petrum Naſturtium Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, facta relatione per eundem Excellenti Domino Franciſco Reuerterio Locumtenenti, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius; fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod litteræ expeditæ per d. Regiam Cameram olim ſub die prima Iunij, præſentis anni, per quas fuit ordinatum Officialibus dohanæ Litij, quod ſeruata forma ritus, Mercatores immittentes mercantias, & de retractu alias ementes, quod ſemel ſolutis Regiis

Digitized by Google

Regijs dirictibus, iterato ſoluere non teneantur, exequantur ad beneficium Stephani de Bernaudo, provt præſenti decreto exequi, & obſeruari debere decernitur, & prouidetur, oppoſitis non obſtantibus. Hoc ſuum, &c.

## CLXXXII.

*Die 23. menſis Decembris, 1556.*

PEr Regiam Cameram Summariæ fuit prouiſum, & decretũ quod expediatur mãdatum omnibus Rationalibus, Magiſtro actorum, & aliis Actuariis Regiæ Cameræ quod deinceps non poſſint accipere Scribam aliquem in eorum bancis ſine expreſſa licentia Excellentis, & Magnificorum Dominorum Locumtenentis, & Præſidentium d. Regiæ Cameræ ſub pœna priuationis officij. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.

## CLXXXIII.

*Die 23. menſis Ianuarij, 1557.*

IN cauſa Vniuerſitatis & hominum Ciuitatis Manfredoniæ, cum Regio fiſco, & Magnifico Arrendatore Regiæ Dohanæ ipſius Ciuitatis, de, & ſuper exemptione nouæ gabellæ granorum ſex pro vncia, ſeu vnus pro centum vigore prædicti priuilegij Sereniſſimi quondam Regis Ferdinandi primi in actis præſentati expediti ſub data 11. Octobris, 1481. & aliis, vt in actis latius continetur.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Antonium de Caſtiglio Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, & facta de eis relatione in d. Regia Camera Excellenti V. I. D. Domino Franciſco Reuerterio Locumtenenti, & aliis Magnificis Dom. Præſidentibus, fuit per d. Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum, quod ſeruetur, provt præſenti decreto ſeruari mandatur, dictum priuilegium, quoad ciues oriundos ipſius Ciuitatis Manfredoniæ, nec non quo ad habentes domicilium in d. ciuitate, ita quod in eam tranſtulerint maiorem partem fortunarum ſuarum, vel per decemnium habitauerint cum familia. Hoc ſuum, &c.

## CLXXXIV.

*Die 27. menſis Ianuarij, 1557.*

IN cauſa vertente in Regia Camera Summariæ inter Gratianum Zufra cellam de Ciuitate Ariani prætendentem ſe manuum tibiis, & pedibus, & propterea non teneri, nec moleſtari debere pro induſtria, ſeu capite, nec bona ſua allibrari debere, nec pro allibratis ſolui functiones fiſcales ordinarias, & extraordinarias, è contra vero dictam Vniuerſitatem aſſerentem in d. Ciuitate fuiſſe, & eſſe ſolitum, & conſuetum non capita, nec induſtrias, ſed bona allibrari, & pro illis ſolui prædicta functiones fiſcales, & aliis, vt in proceſſu latius continetur.

Viſis, & percunctatis actis, & probationibus hinc inde factis per Magnificum Dom. Petrum Naſturtium Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & facta de prædictis relatione in d. Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dom. Præſidentibus fuit per d. Regiam Cameram prouiſum pariter, & decretum, quod bona dicti Gratiani allibrentur, ſi non poſita in appretio ſunt, & ſi allibrata fuerunt, ſoluat, & contribuat in functionibus fiſcalibus ordinariis, & extraordinariis pro rata eundem tangente, provt cæteri ciues ſoluerunt, & contribuerunt in dictis functionibus fiſcalibus pro bonis, & non pro capite iuxta ſolitum, & conſuetum. Hoc ſuum, &c.

## CLXXXV.

*Die 27. menſis Ianuarij, 1557.*

IN cauſa Nobilium, & Egregij Notarij, Clementis, Notarij Alphonſi, Iulij, & Nicolai Ioannis de Roſa fratrum cum Regio fiſco, ac Arrendatore, & Dohanerio Maioris fundaci, & Dohanæ Neapolis ſuper ciuilitatem qua gaudere prætendunt, vti orti in Ciuitate Scalæ de Ducatu Coſtæ Amalfiæ, & Neapolis commorantes, & habitantes virtute ampliſſimorum priuilegiorum dicti Ducatus Amalfiæ, & alias, vt in actis, &c.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Paulum de Magnanis Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, ac facta per eundem Magnificum Dom. Commiſſarium relatione in Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus eiuſdem Regiæ Cameræ, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, pariter, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur, dictos Nobiles, & Egregios Notarium Clementem, Notarium Alphonſum, Iulium, & Nicolaum Ioannem de Roſa fratres, fore, & eſſe ortos in d. Ciuitate Scalæ de Comitatu Ducatus Amalfiæ, & tanquam ibi ortos fore, & eſſe Ciues Neapolitanos virtute priuilegiorum dicti Ducatus Amalfiæ, & poſſe, & debere gaudere, vti frui omnibus dignitatibus, honoribus libertatibus, franchitiis, immunitatibus, exemptionibus & priuilegiis eiuſdem Ciuitatis Neapolis, tam in Maiori fundico, & Dohana Neapolis, quam in omnibus aliis Dohanis, & fundicis Regni huius, provt gaudent, gaudereque poſſunt, & debent cæteri ciues d. Ciuitatis Neapolis donec, & quouſque



Digitized by Google

que in d. Ciuitate Neapolis habitauerint, & incolatum fecerint. Hoc ſuum, &c.

CLXXXVI.

*Die 29. menſis Martij, 1557.*

IN cauſa Nobilium Alphonſi de Butunis, & Pyrri Antonij Gentilis, & Antonij Manichelli, cum Regio Fiſco, ſuper petita extractione infraſcriptæ quantitatis olei per extra Regnum abſque ſolutione diricluum, & noui impoſiti pro totidem oleis per eos menſibus præteritis oneratis pro extra Regnum ſuper Marſiliana Dominici Caija in Portu Ciuitatis Melfitti, & in d.Portu propter tempeſtatem, & maris ſæuitiam naufragatis, & amiſſis, vna cum d. Marſiliana, de quibus fuerunt ſoluti dirictus, & nouum impoſitum, & aliis, vt in informatione capta,& actis latius continetur.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Io. Baptiſtam Ogeda Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & facta de eis relatione in dicta Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus; fuit per d. Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod liceat d.Nobilibus Alphonſo de Butunis, Pyrro Antonio Gentili, & Antonio Manichello extrahere à præſenti Regno per extra Regnum, videlicet dicto Alphonſo de Butunis ſalmas quatuor cum dimidia ſalmæ, dicto Pyrro Antonio Gentili ſalmas nouem,& ſtaria ſeptem cum dimidio, & dicto Antonio Manichello ſalmas ſex, & ſtaria ſeptem olei, abſque ſolutione dictorum diricluum, & noui impoſiti, cum illi fuerunt ſoluti de totidem in d.Portu naufragatis. Hoc ſuum, &c.

*Vide alia decreta ſub diebus Iunij, 1536. & 7. Nouembris, 1558.*

CLXXXVII.

*Die 29. menſis Martij, 1557.*

IN cauſa Magnifici Leonis Follerij V. I. D. vtilis Domini Guardiæ Lombardæ, cum Vniuerſitate ipſius Terræ, ſuper petitione adiutorij, ſiue ſubuentionis pro emptione Caſtri Sancti Petri de Scafato empti per dictum Leonem, vt in actis clarius continetur.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Ioannem Baptiſtam Ogeda Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & facta de eis relatione Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus; fuit per dictam Regiam Cameram, attentis attendendis, & conſideratis conſiderandis, conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod d. Vniuerſitas, & homines Terræ Guardiæ Lombardæ ſoluant d. Magnifico Leoni pro adiutorio pretij emptionis d.Caſtri Sancti Petri de Scafato ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculare, iuxta numerum focul ariorum ipſius Terræ taxatum per Regiam Cameram in noua, & vltima numeratione in tribus tertiis, incipiendo à primo futuro tertio Auguſti,præſentis anni 1557. in quolibet tertio ratam contingentem. Hoc ſuum, &c.

CLXXXVIII.

*Die 17. Aprilis, 1557.*

PRætendente Ciuitate Caietæ exigere collectas à Magnifico Franciſco Perrone Præſidente Laico Regiæ Cameræ pro bonis,quæ in dicta Ciuitate poſſidet; dotis titulo acquiſitis.

Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod Vniuerſitas, & homines Ciuitatis Caietæ non moleſtent Magnificum Franciſcum Perrone Præſidentem Laicum Regiæ Cameræ, pro bonis ſibi in dotem datis, & hoc virtute priuilegiorum Dominis Locumtenenti, & Præſidentibus Regiæ Cameræ conceſſorum, & ex antiqua poſſeſſione, etiam vti bonatenentes. Hoc ſuum,&c.

CLXXXIX.

*Die 12. menſis Maij, 1557.*

IN cauſa Nobilium Alexandri, & Manfredini de Aleph fratrum, cum Magnifico Cæſare Marzato Regio Arrendatore dohanarum, & fundicorum Prouinciarum Terræ Hydrunti & Bari; de, & ſuper immunitate, qua dicti Alexander & Manfreda gaudere prætendunt in Regia dohana Litij,vti Ciues aſciti per dictam Ciuitatem vigore ſuorum priuilegiorum, & numerati in eadem Ciuitate Litij, & aliis, vt in actis.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Ioannem Baptiſtam Ogeda Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, & de iis omnibus facta relatione in Regia Camera Excellenti Domino Franciſco Reuerterio Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius,declarando Reg. Camera ipſa alias ordinata,& prouiſa,per eandem Reg. Cameram fuit prouiſum pariter, & decretum, ex dictis Manfredo, & Alexandro fratribus Mercatoribus, dictum Manfredum tantum debere gaudere immunitate, etiam in fundicis Regiis conceſſa Ciuibus Licienſibus à die numerationis in antea, donec habitauerit in dicta Ciuitate iuxta formam ritus. Hoc ſuum, &c.

CXC

Digitized by Google

## C X C.

*Die 25. menſis Maij, 1557.*

SVper notamento fiendo per Magnificos Credenzerios Dohanæ ſalis huius fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis in computis per eos, & vnunquemque ipſorum præſentandis in Regia Camera Summariæ.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Io. Bapt. Ogeda Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & facta de eis relatione in d. Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dom. Præſidentibus, fuit per d. Regiam Cameram conſenſu pro prouiſum, pariter, & decretum, provt præſenti decreto prouidetur ad inſtantiā Magnifici Procuratoris Regij fiſci, quod Magnifici Credenzerij d. Regiæ Dohanæ teneantur, quod ſtatim quod applicauerit in portu huius Ciuitatis Neapolis Nauis, ſeu quodlibet aliud Nauigium, quod conducet ſal, vocari facere Patronum d. Nauis, ſeu Nauigij, & ab eo ſibi conſignari facere inſtrumentum naulizamenti, quem ſecum portat pro onere prædicto ſalis, & ſic librum Scribæ in quo eſt annotata quantitas ſalis onerata, quibus inſtrumento, & libro habitis in eorum poſſe, teneantur dicti Credenzerij cum dictis inſtrumento, & libro accedere in Regia Camera Summariæ, & notificare d. Regiæ Cameræ nauem, quæ applicauit in portu, nomen Patroni d. Nauis, quantitatem ſalis quam portauit, & à quo loco, quæ Regia Camera declarabit pretium dicti ſalis, iuxta quam declarationem teneantur dicti Credenzerij annotare in eorum libris præſentandis per eos, & vnumquemque ipſorum in Regia Camera pretium, quo conſtiterit quilibet tuminas dicti ſalis, quod debeant obſeruare vice qualibet, qua applicauerit nauis cum ſale in portu prædicto nec non conſimiliter tempore ſtatuto, quo tenentur præſentare computa in eadem Regia Camera ſimul cum dictis computis debeant præſentare, provt tenentur apodixas, quas tranſmittunt in Magazenis extra Dohanam prædictam pro conſignatione facienda per dictos Magazenerios ſalis exiſtentis intus dictos Magazenos tam pro venditione, quam pro conſignatione facienda Vniuerſitatibus, quæ omnia inuiolabiliter obſeruent, ſub pœna priuationis officiorum ſuorum, & alia pœna ad arbitrium Regiæ Cameræ Summariæ. Hoc ſuum, &c.

## C X C I.

*Die 27. Iulij, 1557.*

IN cauſa Illuſtr. Principis Biſiniani prætendentis intercepta ſerici, quando gabella tam Regiæ Curiæ granorum quinque pro qualibet libra, quam gabella ipſius Illuſtr. Principis granorum ſeptem eſt fraudata, ſpectare ad ipſum Illuſtr. Principem, & non ad Regiam Curiam.

Facta relatione in Regio Collaterali Conſilio coram Illuſtriſſ. Domino D. Franciſco Pacecco per Regiam Cameram Summariæ, referente Magnifico V. I. D. Paulo de Magnanis Regiæ Cameræ Præſidente & cauſæ Commiſſario, fuit per d. Regiam Cameram prouiſum, accedente voto Excellentium Dom. Regentium Regiam Cancellariam intercepta ſerici quando eſt fraudata gabella tam d. Regiæ Curiæ, quam d. Illuſtr. Principis Biſiniani ſpectare, & pertinere ad ipſum Illuſtr. Principem, provt pręſenti decreto ad ipſum ſpectare & pertinere decernitur, & prouidetur, verum quando eſt fraudata gabella Regiæ Curiæ, fraudantes teneantur ſoluere eſtimationem ſerici intercepti Regiæ Curiæ, ita quod tantundem ipſa Regia Curia conſequatur, quantum eſt valor intercepti. Hoc ſuum, &c.

## C X C I I.

*Die 27. menſis Ianuarij, 1558.*

IN Aula Regiæ Cameræ tractatum, & concluſum fuit per Dominos Pręſidentes ipſius, quod deinceps die quolibet veniant in Camera bis videlicet de mane, & de ſero, & quod de mane ſtetur per tres horas, & de ſero per duas, exceptis diebus Mercurij, & Sabati, in quibus non veniant, niſi de mane tantum, vt poſt prandium poſſint dare audientiam Partibus, & Aduocatis in eorum domibus, nec non exceptis vigiliis feſtorum ſolemnium quibus veniant de mane tantum. Hoc ſuum, &c.

## C X C I I I.

*Die 27. menſis Septembris, 1558.*

SVper extractione petita per nationem Raguſeam pro extra Regnum pecuniæ perueniendæ ex retractu, & venditione bonorum, & mercium, quæ per ipſos immittuntur ab extra Regnum in Regno vt latius in actis, & ſcripturis continetur facto verbo de prædictis Illuſtriſſ. Domino Viceregi, in Regio Collaterali Conſilio per Regiam Cameram Summariæ, referente Magnifico V.I.D. Domino Thoma Salernitano Præſidente ipſius Regiæ Camerę & cauſæ Commiſſario, fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur, quod liceat mercatoribus Raguſeis, & aliis mercatoribus exteris extrahere monetam argēteam tantum redigendam ex venditione mercium per ipſos immittendarum ab extra Regnum, & vendendarum in



Digitized by Google

Regnó, habita tamen licentia à Magiſtris Portulanis in vnaquaque Prouincia eorum iuriſdictionis, viſa per Dom. Magiſtros Portulanos fide Dohaneriorum, & aliorum Officialium, ad quos ſpectat de mercibus immiſſis ab extra Regnum, & venditis, ne in quantitate extrahenda fiat fraus. Qui Magiſtri Portulani pro dicta licentia concedenda nil exigant, quo verò ad monetas aureas quando caſus euenerit, adeant Illuſtriſſ. Dominum Viceregem. Hoc ſuum, &c.

## CXCIV.

*Die 20. menſis Septembris*, 1558.

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Vniuerſitatem, & homines Terræ Pedimontis ex vna, & particulares d. Terræ adminiſtratores ex altera: de, & ſuper redditione eorum computorum, & reſtitutione reliquorum.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Thomam Salernitanum Regię Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, de quibus facta per eundem relatione in Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus; fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod eligatur, provt præſenti decreto eligitur Nobilis Antonius Caſtaldus Officialis d. Regiæ Cameræ, qui videat computa Syndicorum, Electorum, & cæterorum adminiſtratorum d. Terræ Pedimontis, liquidet, ſignificet, & exequatur, & ſi facta liquidatione dictorum computorum apparuerit Syndicos, Electos, & cæteros adminiſtratores eſſe debitores, ipſi ſoluant ſalarium dicti Nobilis Antonij, ſi verò non fuerint comperti debitores, ſalarium prædictum ſoluatur per particulares, qui conſtituerunt procuratorem ad petendum deſtinari Commiſſarium prędictum, nominatos in mandato in actis producto, quibus non detur regreſſus contra Vniuerſitatem pro quantitate exacta, & per eos ſoluenda. Hoc ſuum, &c.

## CXCV.

*Die 9. menſis Ianuarij*, 1559.

REuerendiſſimus Dominus Ioannes Baptiſta Ogeda electus Archiepiſcopus Tranenſis, & Regiæ Cameræ Præſidens, præſentauit in Regia Camera apodixam, & licentiam Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domini Cardinalis de la Cueua Locumtenentis Generalis Regni, per quam prædictus Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dom. Cardinalis concedit licentiam prædicto Reuerendiſſ. Domino Ioanni Baptiſtæ Ogeda electo Tranenſi, & Præſidenti d. Regiæ Cameræ, quod non obſtante, quod ſit ordinatus Sacerdos, poſſit exercere dictum officium Præſitentis d. Regiæ Cameræ, non interueniendo tamen, nec iudicando in cauſis criminalibus occurrentibus in d. Regia Camera, & quod gaudeat præeminentiis, prouiſione, & lucris, ſicut alij Magnifici Domini Præſidentes d. Regiæ Cameræ, vt latius in d. apodixa continetur, Sub datū Neapoli. 28. Decembr. 1558. ſignata per prædictum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dom. Locumtenentem Generalem, & Excellentes Dominos Regentes Regiam Cancellariam, & fuit per Regiam Cameram prouiſum, quod exequatur iuxta ſui ſeriem, continentiam, & tenorem. Hoc ſuum, &c.

## CXCVI.

*Die 24. menſis Ianuarij*, 1559.

SVborto dubio, vtrum filij habentis immunitatem, & franchitiam duodecim filiorum, ſi mortuo patre, ſed viuente matre ſe ſeparauerint, & diſceſſerint à domo, in qua omnes viuente patre habitabant propter incapacitatem domus prædictæ, & exiſtentes ſeparatim aluntur de bonis paternis nondum diuiſis inter eos debeant gaudere eadem franchitia, & immunitate qua gaudebant viuente patre. Factaque de his relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Thomam Anellum Salernitanum eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & & decretum, quod non debent amplius gaudere d. immunitate, ſtante morte patris, & ſeparatione, ac diuiſione à domo in qua viuente patre omnes habitabant ſub eius poteſtate. Hoc ſuum, &c.

## CXCVII.

*Die 9. menſis Martij*, 1559.

SVper inſtantia facta per Magnificum Artium, & Medicinæ Doctorem Marinum Spinellum Protomedicum circa fideiuſſiones præſtandas per Commiſſarios per ipſum Deputatos, & deputandos ad faciendum viſitam totius Regni Aromatariorum, & aliorum ſubiectorum iuxta formam ipſius priuilegij.

Facta relatione de prædictis per Magnificum V. I. D. Dominum Thomam Salernitanum Præſidentem Regiæ Camerę Summarię, & cauſæ Commiſſarium, Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Pręſidentibus ipſius; fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod pro viſita facienda in hac Ciuitate Neapolis per prædictum Magnificum Marinum teneatur

Digitized by Google

teneatur dare fideiuſſoriam cautionem in Regia Camera Summariæ vnciarum centum de benè, & fideliter exercere officium prædi-ctum & in fine triennij ſtare ſindicatui. Quò verò ad Commiſſarios deputatos & deputandos per prædictum Magnificum Martinum per totum Regnum ad faciendum viſitam Aromatariorum, & aliorum ſubiectorum dicto Protomedico iuxta formam ſui priuilegij, fuit ſimiliter prouiſum, & decretum, quod dicti Commiſſarij teneantur præſtare in dicta Regia Camera idoneam fideiuſſionem vnciarum quinquaginta de benè, & fideliter exercendo dictum officium, & in bne eorum adminiſtrationis ſtare ſindicatui in d. Ciuitate Neapolis cum prædicto Magnifico Marino, cum conſultore eligendo per eandem Regiam Cameram. Hoc ſuum, &c.

## CXCVIII.

*Die 12. menſis Aprilis*, 1559.

PEr Regiam Cameram Summariç referente Magnifico V. I. D. Domino Michaele Ioanne Gomez Præſidente d. Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſario fuit prouiſum circa negotium hominum grauis armaturæ, & aliorum præſentis Regni prætendentium nihil debere ſoluere pro prouiſionibus, quç expediuntur pro ſolutione eorum hoſpitiorum, tam per officium Scribæ Portionis, quam per Regiam Cameram, ſuam Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dominationem ordinaſſe, & prouidiſſe, quod tam officium Scribæ Portionis, ſiue eius officiales, quam Regia Camera Summariæ, ſiue officiales, & Scribæ d. Regiæ Cameræ nil exigant à dictis hominibus tam grauis, quam leuis armaturæ, pro prouiſionibus, quæ expediuntur pro ſolutione eorum hoſpitiorum. Hoc ſuum, &c,

## CXCIX.

*Die 19. menſis Aprilis*, 1559.

IN cauſa Vniuerſitatis Brunduſij cum nonnullis Grecis Coroneis in dicta Ciuitate habitantibus, de, & ſuper franchitia, qua gaudere prætendunt, vt in actis.

Per Regiam Cameram Summariç referente Magnifico Milite Domino Michaele Ioanne Gomez Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, & cauſæ Commiſſario, fuit conſenſu prouiſum, & decretum, quod dictis Grecis Coroneis habitantibus in d. Ciuitate Brunduſij obſeruentur priuilegia eis conceſſa verum dicti Greci Coronei contribuant in ſolutione Capitanei, Iudicis, Medici, Magiſtri Scholæ, & aliorum officialium cuſtodiæ, & prouiſionis victualiarum, quæ redundant in beneficium vniuerſale. Hoc ſuum, &c.

## CC.

*Die 19. menſis Aprilis*, 1559.

IN Regia Camera Summariæ, fuit recepta pragmatica, & Sanctio Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domini Cardinalis de la Cueua Locumtenentis generalis, ac Regij Collateralis Conſilij per quam cauetur *quod decinceps non ſi poſſa eſequire per qualſiuoglia cauſa, che ſia etiam ad inſtantia della Regia Corte per pagamenti fiſcali ordinarij, & extraordinarij, donatiui, releuij & altera qualſiuoglia impoſitione, ne ad inſtantia di particolari perſone contro qualſiuoglia perſona, vniuerſita e perſone di queſto Regno, non ſolo nelli boui domiti conforme allo Capitolo del Regno, lo quale ſ'habbia da oſſeruare non oſtante qualſiuoglia mal abuſo, ma in qualſiuoglia altre ſorte di beſtiame, baccine, come ſono bacche, boui genchi, annecchie, & vitelle, etiam, che il detto beſtiame baccino foſſe ſpecialmente obligato alli loro creditori ſub pœna ducatorum mille*, vt latius in dicta pragmatica ſub datum Neapolis 18. præſentis menſis, & per Dominos Præſidentes fuit prouiſum, quod obſeruetur iuxta eius ſeriem, continentiam, & tenorem, & quod pro eius exequutione expediantur debitæ prouiſiones Theſorerijs, Perceptoribus Prouincialibus, Perceptori ſignificatoriarum, & aliis, quibus conuenit. Hoc ſuum, &c.

## CCI.

*Die 12. Maij*, 1559.

SVborto dubio an Neapolitani habitantes in diuerſis Terris, & locis huius Regni ſint immunes, & franchi ab hoſpitatione actuali: Per Regiam Cameram referente Domino Præſidente Thoma Anella Salernitano, conſenſu fuit terminatum atque prouiſum Neapolitanos fuiſſe, & eſſe immunes ab actuali hoſpitatione, eandemque immunitatem fore, & eſſe illis obſeruandam provt hactenus obſeruata fuit, & expediantur prouiſiones. Hoc ſuum, &c.

## CCII.

*Die 22. menſis Maij*, 1559.

ACceſſit ad Tribunal Regiæ Cameræ Magnificus Arrendator Dohanæ Neapolis, & fuit auditus in Banca d. Regiæ Cameræ ſuper eo videlicet *ch'in Salerno vi è vno mal vſuo, che per le mercantie che veneno per mare, etiam che ſiano de extra Regno, non pagano lo Ius fundaci quale ſe deue pagare, & leuare detto mal vſo, & d. negotio diſcuſſo* fuit per d. Regiam Cameram conſenſu prouiſum, *che ſi ſcriua all'officiali delle Dohane di Salerno, che per quelle mercantie,*

Digitized by Google

*mercantie, che ſono venute da extra Regno in Salerno, le quale ſono ſtate prima portate in Veteri, & alla Coſta, facciano pagare allo Magnifico Arrendatore li debiti deritti da chi ſpetta, facta prius l'eſtima.* Hoc ſuum,&c.

## CCIII.

*Die 27. menſis Maij, 1559.*

IN cauſa Reuerendi Abbatis Scoppæ cum Vniuerſitate Terræ Baroli, ſuper franchitia, vt in actis.

Referente Magnifico V.I.D.Domino Thoma Anello Salernitano Præſidente Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſario, coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod litteræ alias expeditæ in proceſſu deductæ exequiantur, & obſeruentur pro franchitia dicti Reuerendi Abbatis, & vnius famuli tantum; verum ſi alij famuli quos dictus Dominus Abbas habet, ſunt exteri, & non numerati in dicta Terra, & nihil in ea poſſident, & viuunt expenſis, & continuo victu dicti Abbatis, tractentur etiam franchi, & immunes, verum ſi prædicti alij famuli ſunt de dicta Terra Baroli vel numerati in ea; aut aliquid in illa poſſident, ſoluant ſicut alij Ciues.

## CCIV.

*Die 31. & vltimo Maij, 1559.*

IN cauſa Raguſeorum cum aliquibus Vniuerſitatibus Regni, ſuper immunitate, qua gaudere prætendunt, vt in actis.

Referente Magnifico V.I.D.Domino Thoma Salernitano Præſidente dictæ Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſario, audito prius in cauſa prædicta Magnifico Iulio Cangiano Conſule dictorum Raguſeorum; fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur, quoad ſolutionem granorum ſex per vnciam priuilegium Raguſeorum eſſe extinctum, quo verò ad alios Regios dirictus, quod ſoluant, ſicut ſoluunt Veneti. Hoc ſuum, &c.

## CCV.

*Die 3, Iunij, 1559.*

IN cauſa Sacræ domus, & Hoſpitalis Sanctiſſimæ Annunciatæ huius fideliſſimæ Ciuitatis, cum Illuſtriſſ. Comite Potentiæ, provt in actis, &c.

Referente Magnifico V.I.D. Domino Paulo de Magnanis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, & cauſæ Commiſſario; fuit per eandem Regiam Cameram prouiſum, & declaratum, provt præſenti decreto conſenſu decernitur, & declaratur, Terram Vignolæ ſitam in Prouincia Baſilicatæ iuxta formam priuilegij donationis factæ per Sereniſſimam Reginam Ioannam Venerabili Hoſpitali Diuæ Mariæ Annunciatæ, & conceſſionis factæ per idem venerabile Hoſpitale Illuſtriſſ. Comiti Potentiæ in emphyteutiſim, fuiſſe, & eſſe Burgenſaticam, & non feudalem, & eſſe ex nunc delendam, & deleri debere, provt præſenti ſententia delemus à cedulariis, & quinternionibus Regiæ Cameræ, ita quod ex nunc in antea non teneatur Illuſtriſſ.Comes, neque ad adohas, neque ad releuia Regiæ Curiæ. Verum hac eadem diffinitiua ſententia abſoluimus, & liberamus rationibus in Banca diſcuſſis Regium fiſcum ab adohis, & releuiis prætenſis, ſolutis per dictum Illuſtriſſ. Comitem, & eius prædeceſſores. Hanc eandem, &c.

## CCVI.

*Die 7. Iunij, 1559.*

IN cauſa Vniuerſitatis Terræ Petræ Pertoſæ cum Barone, & Affictatoribus furni: de, & ſuper, vt in actis, &c.

Facta de prædictis omnibus relatione in Banca Regiæ Cameræ Summariæ, per Magnificum V. I. D. Dominum Thomam Salernitanum eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium; fuit per ipſam Regiam Cameram, audito Aduocato dictæ Vniuerſitatis conſenſu prouiſum, & decretum, quod dicti Affictatores ſoluant gabellam panis pro pane, quem comedunt, ſicut alij ſoluunt. Hoc ſuum,&c.

## CCVII.

*Die 14. Iunij, 1559.*

IN cauſa Vniuerſitatis Mottæ Sancti Ioannis, cum nonnullis Ciuibus Græcis ordinatis more Græcorum, ſuper contributione, vt in actis, &c.

Referente Magnifico V. I. D. Thoma Anello Salernitano Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, & cauſæ Commiſſario; fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod prædicti Græci gaudeāt exemptione, ſicut gaudent cæteri Clerici iuxta formam decretorum generalium Clericorum, non obſtantibus litteris alias expeditis ad inſtantiam Vniuerſitatis. Hoc ſuum,&c.

CCVIII.

Digitized by Google

## CCVIII.

*Die 17. menſis Iunij, 1559.*

ACceſſit ad Tribunal Regiæ Cameræ Magnificus Dominus V. I. D. Didacus de Eſcobar Præſidens Regiæ Cameræ nominatus, & electus per S. Maieſtatem, & virtute apodixæ Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domini Proregis, dicentis, quod propter eius occupationes non fuit expeditum executorium priuilegij dicti Officij, nihilominus conuenit, vt dictus Magnificus Didacus vtatur dicto eius Officio, adeo quod admittatur ad Officium prædictum, & eidem detur poſſeſſio d. Officij, vt latius in apodixa continetur, Sub data Neapoli, 16. menſis Iunij, 1559. fuit data poſſeſſio d.Officij Præſidentis, qui præſtitit iuramentum in poſſe, & manibus Excellentis Domini Locumtenentis de benè, & fideliter faciendo dictum eius Officium in forma, & ſic ſedit in Sedia, in vltimo loco, in latere Dominorum Præſidentium Doctorum.

## CCIX.

*Die 10. menſis Iulij, 1559.*

PEr Regiam Cameram Summariæ conſenſu prouiſum, & decretum eſt quod fiat mandatum Magnifico Magiſtro Portulano Terræ Laboris, quod deinceps non debeat permittere extractiones fieri, tam victualium, quam vinorum, nec recipiat dirictus aliquos ſine interuentu Magnifici Regij Credenzerij. Hoc ſuum, &c.

## CCX.

*Die 12. menſis Iulij, 1559.*

MAgnificus V. I. D. Dominus Thomas Salernitanus Regiæ Cameræ Summariæ Præſidens, & cauſæ Commiſſarius; fuit auditus in reclamatione cauſæ Raguſeorum.

Viſis litteris tranſmiſſis ab Officialibus Regiæ Dohanæ Baroli; fuit per Regiam Cameram Summariæ prouiſum, quod pro pellibus nominatis corduanis extractis à Dohana prędicta pro illis contractandis in apothecis dictorum Mercatorum in d.Terra Baroli licitè fuit exactũ ius fũdaci in d.dohana,& proinde quãtitates in Feria Luceriæ pro eiſdem pellibus per Magnif.Martium Marzatum tunc Arrendatorem dohanæ Neapolis, & Ferię prædictæ exactæ ratione fundaci debere reſtitui, quo verò ad cæteras merces extractas pro illas aſportando ad Feriam prædictam, non fuiſſe iure licito exactum ius fundaci in dohana Terrę prædictæ Baroli, & proinde quantitatem ob id exactam debere reſtitui per Magnificum Cæſarem Marzatum Arrendatorem dohanæ prædictæ Terræ Baroli,& expediantur debitæ prouiſiones. Hoc ſuum, &c.

## CCXI.

*Die 8. menſis Auguſti, 1559.*

REferente Magnifico V. I. D. Domino Io. Baptiſta Ogeda Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, & cauſæ Commiſſario, in Regio Collaterali Conſilio, vna cum aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius; fuit per ipſam Regiam Cameram, accedente voto Spectabilium Dominorum Regiam Cancellariam Regentium conſenſu prouiſum, & decretum, quod Vniuerſitas, & homines Ciuitatis Cayetæ contribuant in duobus millionibus donatis ſuæ Maieſtati, non obſtantibus priuilegiis dictæ Ciuitatis, & non exactum exigatur, & fuit ſimiliter prouiſum, quod de omnibus fiat conſultatio Suæ Excellentiæ. Hoc ſuum, &c.

## CCXII.

*Die 8. menſis Auguſti, 1559.*

IN cauſa Vniuerſitatis, & hominum Terræ Rocchettæ Sancti Antonij, cum Magnifica Domina Catherina de Cardenas vtile domina dictæ Terræ, cum nonnullis particularibus eiuſdem Terræ tenentibus piſtrinum, ſeu centimula feudalia dictæ Dominæ Catherinę: de, & ſuper reformatione decreti interpoſiti per Regiam Cameram Summariæ olim die 21. Iunij, 1559. in fauorem dictæ Vniuerſitatis circa accataſtationem animalium, quæ ſeruiunt in dictis Molendinis, prout latius in actis.

Viſo dicto decreto alias per dictam Regiam Cameram interpoſito prædicto die 21. menſis Iunij proximè decurſi, per quod fuit prouiſum, quod dicta animalia, cum quibus fit induſtria dictorum piſtrinorum ponantur in appretio dictæ Vniuerſitatis iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, pro qua induſtria dicti Particulares ſoluant eorum ratam. Viſaque inſtantia poſtmodum facta pro parte d. Vniuerſitatis, qua dicitur, quod d.Vniuerſitas non viuit per appretium, ſed per gabellas, & propterea dictum decretum debere reformari, ac omnibus actis per Magnificum Militem Dom. Michaelem Io. Gomez dictæ Regiæ Cameræ Præſidentem, & præſentis cauſæ Commiſſarium, & de omnibus per eundem facta relatione in d.Regia Camera, Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dom.Præſidentibus ipſius;fuit per d.Regiam Cameram prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & declaratur, reformando dictum decretum, quod ſi non eſt ſolitum fieri appretium in d.Terra Rochettæ, ſed vi-





Digitized by Google

uitur per gabellas dicti Particulares Terræ prædictæ ſoluant gabellas prædictas pro dictis animalibus, quibus vtuntur in dictis Piſtrinis, ſicut alij Ciiues Terræ prædictæ ſoluunt. Hoc ſuum, &c.

## CCXIII.

*Die 4. menſis Septembris, 1559.*

DIſcuſſa in Banca Reg. Cam. Sūmarię cauſa Floriti Conſtabilis patris duodecim filiorum; Referente Magnifico V.I.D. Dom. Thoma Salernitano d. Regiæ Cameræ Præſidente, & cauſæ Commiſſario; fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod Alphonſus Andreas, & Laurentius Conſtabilis filij dicti Floriti, qui habitant ſeorſum à patre, provt conſtat per informationem captam, & in actis productam ex nunc in antea ſoluant pro eorum bonis, & induſtriis functiones fiſcales, & gabellas, provt cæteri ciues. Hoc ſuum, &c.

## CCXIV.

*Die 5. Septembris, 1559.*

ACceſſit ad Trubunal Regiæ Cameræ Magnificus Fabricius Pontecuoruo Regius Arrendator Nundinarum Salerni, petens Facultatem, quod Mercatores, qui aſportauerunt merces in dictis Nundinis valeant pecuniam extrahere extra Regnum, quia alias non intendunt vendere, fuit prouiſum, & decretum quod fiant prouiſiones iuxta formam decreti interpoſiti in fauorem Raguſeorum ſcilicet, quod cum licentia Magiſtri Portulani valeant extrahere pecuniam argenteam prouentam ex eorum mercibus. Hoc ſuum, &c.

## CCXV.

*Die 11. Septembris, 1559.*

IN cauſa Magnifici Io. Aoloyſij de Sangro Regij Dohanerij Regiæ Dohanæ Menæ pecudum Apuleæ, petentis pro conſeruatione Regiæ fidæ dictæ Dohanæ, quod pecudes, & animalia ſiſtentia ſub Regia fida d. Dohanæ non poſſint exequi pro functionibus fiſcalibus, quas debent Regiæ Curiæ Vniuerſitates Terrarum, quarum ciues ſunt domini animalium prædictorum, nec pro aliis eorum debitis provt in actis, &c.

Viſis actis prædictis per Magnificum V.I.D. Dom. Thomam Anellum Salernitanum Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, de quibus facta per eundem relatione in dicta Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dom. Præſidentibus, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod donec per Regiam Cameram fuerit aliter prouiſum, non exequatur ſuper pecudibus, & animalibus prædictis fidatis in d. Regia Dohana pro dictis functionibus fiſcalibus, & aliis debitis dominorum dictorum animalium, niſi in ſubſidium reſeruata Regia fida dictæ Dohanæ, pro qua poſſint exequi. Hoc ſuum, &c.

## CCXVI.

*Die 9. menſis Octobris, 1559.*

IN cauſa Vniuerſitatis, Flumariæ Muri prætendentis, quod ciues Ciuitatis Regij poſſidentes bona ſtabilia in territorio dictæ Terræ Flumariæ Muri contribuant cum ipſa Vniuerſitate vt bonatenentes, & dicti Regitani prætendunt non teneri, quia immunes ſunt.

Facta relatione in Regia Camera per Magnificum V.I.D. Doctorem Dominum Antonium de Caſtillo dictæ Regię Cameræ Præſidentem & cauſæ Commiſſarium coram Excellente Domino Locumtenente aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram prouiſum, atque determinatum, quod tam ciues Regitani, quam alij transferentes domicilium in d. Ciuitate Regij pro bonis, quæ poſſident in Territorio dictæ Terræ Flumariæ Muri contribuant ab hinc in antea, vt bonatenentes. Hoc ſuum, &c.

## CCXVII.

*Die 15. menſis Octobris, 1559.*

EX cauſis in Regia Camera diſcuſſis, & mentem ipſius Regiæ Cameræ dignè mouentibus, fuit ad relationem Domini Thomæ Salernitani Præſidentis ipſius, per eandem Regiam Cameram prouiſum pariter, & decretum, quod Credenzerij, & alij officiales Regiæ Dohanæ, & Maioris fundaci Neapolis, & aliarum Regiarum Dohanarum Regni huius nullatenus audeant aliquam pecuniæ quantitatem à Regiis Arrendatoribus præſentibus, & ſucceſſiue futuris magnam, ſiue paruam accipere loco prouiſionis, donatiui, agiuto de coſta, aut alio quæſito colore, ſub pœna priuationis eorum officiorum, & alia grauiori reſeruata arbitrio Illuſtriſſ. Domini Viceregis, ſaluis iuribus fortè Regio fiſco competentibus, & contra officiales, qui hactenus in prædictis inciderunt, & expediantur prouiſiones oportunæ. Hoc ſuum, &c.

CCXVIII.

Digitized by Google

CCXVIII.

*Die 19. menſis Octobris, 1559.*

PEr Magnificum V.I.D. Dom. Præſidentem Scouar Commiſſarium, fuit in Regia Camera Summariæ relatum memoriale cuiuſdam aſſerentis, quod pro extractione alicuius vegetis vini, & cadi olei à Principatu citra per Ciuitatem Neapolis expendit carolenos duodecim *v.* 3. pro expeditione proviſionis Cameræ, pro expeditione reſponſalis, & preſentatione ipſius, ac pro caſſatione fideiuſſionis, fuit prouiſum, & decretum per d. Regiam Cameram, quod Magiſter Portulanus extrahi faciat cum cautione per ipſum capienda abſque alio ſalario vegetes duas vini citra, & mediam olei, & fiant prouiſiones omnibus Magiſtris Portulanis, quod ita ſeruent, & fuit commiſſum Magnifico Simoni Galderio. Hoc ſuum, &c.

CCXIX.

*Die 80. menſis Ianuarij, 1560.*

PEr Dominos Præſidentes Regiæ Cameræ Summariæ viua voce, fuit prouiſum, & decretum, quod in qualibet hebdomada vocetur in ſubſcriptis negotiis videlicet in die Lunæ in cauſis, in quibus eſt Actor Regius fiſcus, in die Martij, in ſignificatoriis Regiæ Cameræ, in diebus Mercurij, & Sabbati in cauſis Partium, in diebus Iouis, & Veneris in computis Regiæ Cameræ, verum ſi in dictis diebus Iouis, & Veneris, vel aliqua hora deficient computa referenda, vacetur in dictis cauſis Regij fiſci, & ſi in diebus Lunæ, & Martis deficient cauſæ Regij fiſci, & ſignificatoriæ, vacetur in computis prædictis, & ita mandauerunt ſeruari ab hodie in antea. Hoc ſuum, &c.

CCXX.

*Die 7. Februarij, 1560.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Magnificum Nardum Lucam Frecciam, & Vniuerſitatem, & homines Caſalis Zopporum de, & ſuper petita ſubuentione pro adiutorio pretij Caſalium Capitis Graſſi, & Serræ Mezzanæ per eum emptorum, & aliis, vt in actis.

Viſis actis per Magnificum V.I.D. Dom. Paulum de Magnanis Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium de quibus facta per eundem relatione in d. Regia Camera coram aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dicta Vniuerſitas, & homines Caſalis Zopporum ſubueniant dicto Magnifico Nardo Lucę Freccia pro dicto adiutorio ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculario, quam ratam ſoluere habeant in tribus tertiis. Hoc ſuum, &c.

CCXXI.

*Die 15. menſis Februarij, 1560.*

PEr Regiam Cameram Summariæ conſenſu prouiſum, & decretum eſt, quod fiat ordo omnibus Actuariis Regiæ Cameræ qualiter quolibet die Sabbati cuiuſlibet hebdomadæ dent notitiam Magnifico fiſci Procuratori de omnibus his, quæ geſta fuerunt in illa hebdomada in cauſis Regij fiſci, vt habita notitia de ſtatu cauſarum, poſſit procedi ad vlteriora. Hoc ſuum, &c.

CCXXII.

*Die 23. menſis Martij, 1560.*

IN cauſa Vniuerſitatis, & hominum Terræ Graniani, & aliarum Terrarum habentium conſimilem cauſam cum Regio fiſco, & Magnifico Arrendatore Dohanæ Neapolis ſuper franchitia Iuris fundaci pro mercibus natis in Regno tranſeuntibus per loca Iuriſdictionis dictæ Regiæ Dohanæ Neapolis, & aſportandis ad Terras Regium fundacum non habentes, & aliis, vt in actis, &c.

Referente Magnifico V.I.D. Domino Paulo de Magnanis Præſidente Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſario coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod detur terminus iuris vtrique parti ad probandum incumbentia, & lite pendente non cogantur homines dictæ Terræ Grauiani vel alij habentes conſimilem cauſam ad ſoluendum dictum ius fundaci, vel ad cauendum de aſportando merces natas in Regno tranſeuntes per loca Iuriſdictionis dictæ Dohanæ Neapolis ad Terram Regium fundacum habentem, & merces ſequeſtratæ diſſequeſtrentur præſtita tamen cautione de ſoluendo, quicquid fuerit per Regiam Cameram iudicatum, & interim annotentur tam merces ſequeſtratæ, quam aliæ, quæ contigerit tranſire per dictam Iuriſdictionem Dohanę Neapolis. Hoc ſuum, &c.

CCXXIII.

*Die 30. menſis Martij, 1560.*

IN cauſa Sacrę Religionis Hieroſolimitanæ, cum Regio fiſco ſuper exemptione nouæ impoſitionis factæ per Regiam Cameram ſcutorum



Digitized by Google

torum trium pro quolibet cantareo, pro cantariis quinquaginta canapi per dictam Sacram Religionem extrahendis extra Regnum pro vſu, & ſeruitio Triremium, prout clarius in actis.

Viſis actis, & ſcripturis productis pro parte dictæ Sacræ Religionis per Magnificum V.I.D. Dom. Didacum de Eſcobar Commiſſarium factaque per eandem Regiam Cameram relatione Excellentiſſ. Domino Proregi in Regio Collaterali Conſilio referente eodem Magnifico Domino Commiſſario, fuit per dictam Regiam Cameram prouiſum, & decretum, quod dicta Sacra Religio poſſit extrahere dicta cantaria quinq aginta quinque canapi pro vſu ſuarum Triremium, abſque ſolutione dicti noui impoſiti, & aliorum diriƈtuum. Hoc ſuum, &c.

## CCXXIV.

*Die 3. menſis Aprilis, 1560.*

IN cauſa Bartoli Rondello cum Magnifico Cæſare Marzato Regio Arrendatore Dohanarum Bari ſuper franchitia, qua gaudere prætendit vt ciuis adſcriptus per Ciuitatem Brunduſij, & reſtitutione pecuniæ exactæ ſeu depoſitæ contra immunitatem, qua gaudent Brunduſini, vt in actis.

Referente Magnifico V.I.D. Antonio Caſtillo Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, & cauſæ Commiſſario Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dom. Præſidentibus ipſius, fuit per d. Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum quod dictus Bartolus gaudeant immunitate, qua gaudent ciues Brunduſini, donec incolatum fecerit in d. Ciuitate, & exactum, ſeu depoſitatum per ipſum contra prædictam immunitatem reſtituatur. Hoc ſuum, &c.

## CCXXV.

*Die 2. menſis Maij, 1560.*

FVerunt vocati Magnifici Rationales, & per Regiam Cameram moniti, quod qualibet die de mane veniant in Camera hora celebrationis miſſæ, alias contra eos exequatur pro pœna ſcutorum duorum, pro quolibet. Hoc ſuum, &c.

## CCXXVI.

*Die 11. menſis Maij, 1560.*

IN cauſa Caſalium Mercugliani, Hoſpitaletti, Cucciani, Terræ nouæ, Sancti Martini, Truſtulani, Sancti Iacobi Lentacæ, Petræ fuſorum, Mugnani, Quatrellarum, Feudi montis virginis cum Regio fiſco ſuper exemptione contributionis Platearum, Barricelli, & hoſpitationis armigerorum.

Referente Magnifico V.I.D. Domino Præſidente Didaco de Scobar, & cauſæ Commiſſario Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius Regiæ Cameræ, fuit per eandem Regiam Cameram prouiſum, & decretum quod Vniuerſitates dictorum caſalium lite pendente manuteneantur in poſſeſſione Immunitatis contributionis Platearum prædictarum, Barricelli, & hoſpitationis armigerorum, donec aliter per Regiam Cameram fuerit prouiſum. Hoc ſuum, &c.

## CCXXVII.

*Die 8. menſis Iunij, 1560.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Vniuerſitatem Carpinonis cum Magnifico Galeatio Cicinello Barone eiuſdem Terræ ſuper contributione functionum fiſcalium ordinariarum, & extraordinariarum pro bonis, quæ dictus Baro poſſidet in dicta Terra, vt ex actis.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Didacum Scobar Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſę Cōmiſſarium, factaq; per eundem relatione in d. Regia Camera, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, quod pro illis bonis dicti Magnifici Baronis accataſtatis in cataſto d. Vniuerſitatis, quæ merè burgenſatica ſunt, contribuat ipſe Baro cum d. Vniuerſitate in functionibus fiſcalibus ordinariis, & extraordinariis vt bonatenens tantum, tam pro præterito, quo non ſoluit, quam in futurum, pro aliis verò bonis accataſtatis, quæ feudalia prætenduntur, non contribuat ipſe Magnificus Baro cum d. Vniuerſitate, donec aliter per dictam Regiam Cameram, auditis Partibus, fuerit de Iuſtitia prouiſum, &c.

## CCXXVIII.

*Die Sabati 15. menſis Iunij, 1560.*

IN cauſa in Reg. Camera vertente inter Vniuerſitatem Terræ Rendæ cum Vniuerſitate, & hominibus Terræ Caſtri franchi ſuper contributione functionum fiſcalium pro bonis, quæ homines dictæ Terræ Caſtri franchi poſſident in territorio Terræ Rendæ, vt ex actis.

Facta relatione de contentis in Regia Camera Summariæ per Dom. Milite V.I.D. Thomam Anellum Salernitanum dictæ Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum, quod ſeruetur conſuetudo, & promiſcuitas allegata per dictam

Digitized by Google

dictam Vniuerſitatem Caſtri franchi, ſcilicet, quod homines Terræ Rendæ bonatenentes in territorio Caſtri franchi, accataſtentur pro eorum bonis prædictis, & ſoluant vna cum Vniuerſitate Terræ Rendæ, & è contra homines Caſtri franchi bonatenentes in territorio Rendæ accataſtentur pro eorum bonis prædictis & ſoluant cum eadem Vniuerſitate Caſtri franchi, &c.

## CCXXIX.

*Die 26. menſis Iunij, 1560.*

IN cauſa Vniuerſitatis Biſacciarum cum Regio Fiſco petentis immunitatem granorum quatuor pro focular io,vt ex actis.

Facta relatione de contentis in actis in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V.I. D.Thomam Anellum Salernitanum Præſidentem d.Regiæ Cameræ & cauſæ Commiſſarium, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, quod d. Vniuerſitas, & homines Ciuitatis Biſacciarum ſoluant in futurum prædicta grana quatuor pro quolibet menſe pro foculare, provt in pręteritum ſoluerunt pro integro numero foculariorum. Hoc ſuum, &c.

## CCXXX.

*Die 27. menſis Iulij, 1560.*

OCcaſione ſequuti obitus Domini Frederici Longo Regię Cameræ Summariæ Fiſci Patroni, cuius anima requieſcat in Sancta pace.

Per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum eſt, ſucceſſori in dicto officio, & aliis ſubſequentibus in perpetuum nullatenus dandam eſſe portionem declaratoriarum, quæ per Regiam Cameram expediuntur,non obſtante quod dictus quondam Dom.Fredericus illam habuiſſet, ex quo gratioſè participauit, non vt fiſci Patronus, ſed vti Fredericus, & ita fuit concluſum, & prouiſum.

## CCXXXI.

*Die 28. menſis Septembris, 1560.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Vniuerſitatem Tarenti cum Magnifico Dohanerio Regiæ Dohanæ Apuleæ, vt non moleſtetur ipſa vniuerſitas ſuper eius Territoriis, quæ d.Magnificus Dohanerius capere intendit pro vſu pecudum dictæ Dohanæ, vt ex actis.

Viſis actis per Dom. Militem V.I. D. Alphonſum de Salazar Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & Commiſſarium, factaque per eumdem relatione in dicta Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, quod fiant litteræ dicto Magnifico Dohanerio, quod ſi ſunt territoria ſolita Dohanæ, illa capiat,& ſi non ſunt ſolita, & venduntur pro herbagiis, valeat etiam illa capere pro eodem pretio iuxta inſtructiones,& decreta Regiæ Cameræ; ſi verò ſunt territoria non ſolita Regiæ Dohanæ, & deſeruiunt pro vſu Ciuium, illa relaxet pro dicto vſu. Hoc ſuum, &c.

## CCXXXII.

*Die 12. Octobris, 1560.*

SVper inſtantia facta in Reg. Camera Summariæ per Bartholomeum de Tricoi de Terra Aquæuiuæ petentē Franchitiam duodecim filiorum, licet habeat viuentes vndecim tantum filios, ſtante quod in itinere veniendo Neapolim ad denunciandum Regiæ Cameræ numerum dictorum duodecim filiorum vltimus natus ſit mortuus, vt ex actis,&c.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D.Ioann. Baptiſtam Ogeda Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in dicta Regia Camera, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, ex quo arripuit iter ad comparendum in Regia Camera pro petenda franchitia, antequam dictus vltimus filius natus moreretur, quod gaudeat d. franchitia duodecim filiorum in forma Regiæ Cameræ conſueta. Hoc ſuum, &c.

## CCXXXIII.

*Die 10. menſis Decembris, 1560.*

SVper facto nauis Buſcainæ oneratæ ſaccharo, & frumento, quæ veniens ab extra Regnum deſtinata pro Ciuitate Ianuæ ex naufragio, quod patiebatur in tranſitu applicuit ad Portum Ciuitatis Neapolis, vbi merces prædictæ fuerunt trabalzatæ, & repoſitæ ſuper alia naui; vt commodius aſportarentur, & Magnificus Arrendator prætendit ius trabalcij licet nauis prædicta veniſſet vi ventorum.

Viſis actis per Dom. Militem V.I. D. Paulum de Magnanis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, viſo etiam ritu Regiæ Cameræ, ac de omnibus facta relatione coram D. Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, partibus plenè auditis fuit per eandem Regiam Cameram conſ. prouiſum, & decretum licere dicto Magnifico Arrendatori exigere ius trabalcij pro dictis ſaccharis iuxta prædictum ſtylum Regiæ Cameræ. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

## CCXXXIV.

*Die 8. Februarij, 1561.*

IN cauſa Reuerendiſſ. Religionis Hieroſolymitanæ, cum Regio fiſco ſuper immunitate tractæ, & noui impoſiti pro curribus ducentum grani, & vectigalis tercentum vini extrahendis ab hoc Regno, & conducendis in inſulam Melitæ, pro vſu, & munitione dictæ Reuerendiſſ. Religionis, prout clarius in actis.

Viſis actis, priuilegiis, & ſcripturis præſentatis pro parte dictæ Reuerendiſſimæ Religionis, & audito Regio fiſco, factaque relatione in Regio Collaterali Conſilio per Regiam Cameram Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Domino Viceregi, referente Magnifico V. I. D. Domino Didaco de Eſcobar eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidente, & cauſæ Commiſſario, fuit per S. Excellentiam prouiſum, & decretum, quod præſtita fideiuſſione in dicta Regia Camera pro parte prædictæ Reuerendiſſimæ Religionis de ſtando iuri cum Regio fiſco, & de ſoluendo Regiæ Curiæ quicquid fuerit per dictam Regiam Cameram iudicatum ex cauſa dictæ tractæ, & noui impoſiti, poſſit dicta Reuerendiſſima Religio extrahere prædictos currus ducentum frumenti, & vegetes tercentum vini ſine ſolutione dictorum diri ctuum pro illis conducendis ad prædictam inſulam Melitæ pro vſu, & munitione ipſius Reuerendiſſimæ Religionis, præſtita etiam fideiuſſione de præſentando in Regia Camea debitum teſtimoniale exonerationis dictorum frumenti & vini in prædicta inſula pro vſu, & munitione prædictis. Hoc ſuum, &c.

## CCXXXV.

*Die 19. Aprilis, 1561.*

FActa relatione S.E. in Collaterali Conſilio, referente Domino Thoma Salernitano Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente de contrabandis frumenti, quæ fiunt per Monacos de Tremiti ex cauſa commoditatis Magazeni, quod tenent in maritima iuxta informationem captam per Regiam Cameram fuit prouiſum quod ſcribatur Spectabili Gouernatori Prouinciæ, quod incontinenti ex fractari faciat bona ſiſtentia intus dictum Magazenum, & illud extractatum dirui faciat, adeo quod in eo amplius reponi non poſſint victualia. Hoc ſuum, &c.

## CCXXXVI.

*Die 25. Aprilis, 1561.*

REferente Domino Præſidente Segura acta Nicolai Franciſci Mellone habentis vxorem Neapoli de Caſali Mugnani, & domum propriam in eodem Caſali pertinentiarum Neapolis, cum Regio fiſco, & Arrendatore Dohanæ Neapolis, ſuper ciuilitate Neapolitana per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod dictus Nicolaus Franciſcus gaudeat dicta Ciuilitate Neapolitana vt ciuis de Caſalibus, prout gaudent alij ciues Neapolitani de Caſalibus, donec habitauerit in dicto Caſali Mugnani, vel Neapolis, aut aliis locis diſtrictus dictæ Ciuitatis. Hoc ſuum, &c.

## CCXXXVII.

*Die 1. menſis Maij, 1561.*

IN cauſa Vniuerſitatis, & Particularium Terræ Galatolæ poſſidentium bona ſtabilia in quibuſdam feudis videlicet Sancti Coſma Perſani, Pampagliani, Feudi Nigri, Reuellæ, & Tauellucij dishabitatis, cum Vniuerſitate Neritoni, ſuper ſolutione functionum fiſcalium, vt in proceſſu.

Viſis actis per Magnificum V.I.D. Dom. Antonium de Caſtillo, factaque de eis relatione in Regia Camera coram Excellente Domino Locumtenente, ac aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod præſens cauſa remittatur, prout remittitur ad Regiam Prouincialem Audientiam; verum lite pendente infraſcripti poſſidentes bona ſtabilia in infraſcriptis feudis contribuant pro illis cum dicta Ciuitate Neritoni ex quo conſtat per Fidem Ioannis Franciſci Guarini Rationalis Regiæ Cameræ, quod dicta feuda ſita ſunt in territorio ipſius Ciuitatis Neritoni. Hoc ſuum, &c.

## CCXXXVIII.

*Die 24. Maij, 1561.*

REferente Dom. Præſidente Didaco Scobar acta Vniuerſitatis Scurrani cum Aloyſio Antonio Riccio, & Chriſoſtomo Pizza, & aliis Particularibus ipſius Terræ poſſidentibus bona ſtabilia extra territorium in feudis inhabitatis dictis Miſcianello, Francauilla, Locupatio, Pelutro, & Padulano redditia vtilibus dominis ipſorum feudorum ſuper contributione collectarum pro dictis bonis, cum dicta Terra Scurrani, vt in actis continetur.

Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod dicti Poſſeſſores pro

Digitized by Google

pro Terris prædictis, quas poſſident in dictis feudis inhabitatis ſoluant, & contribuant cum dicta Vniuerſitate Scurrani, vbi ſunt Ciues, deductis tamen redditibus, & oneribus per eos debitis pro ipſis bonis dictis vtilibus dominis feudorum prædictorum. Hoc ſuum, &c.

*Vide aliud decretum latum ſub die 16. Decembris, 1562. quod eſt 269.*

## CCXXXIX.

*Die 11. menſis Iulij, 1561.*

VEnit ordo S. E. quod omnes conſultationes faciendæ per Cameram tranſmittantur in manu S. E. vel Domini Secretarij Soto, & nullatenus conſignentur Partibus.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum,& decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod exequatur ordo S. E. iuxta ipſius ſeriem, continentiam, & tenorem, pro cuius exequutione mandetur Magnifico Io. Paulo Criſpo Regiæ Cameræ Actorũ Magiſtrum, quod ita ſeruet. Hoc ſuum, &c.

## CCXL.

*Die 23. Iulij, 1561.*

PRętendente Magnifico Procuratore fiſcali Regalis Patrimonij intereſſe, ac omnino interuenire debere quando in Tribunali Regiæ Cameræ, & Collateralis Conſilij votantur cauſæ.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum quod expediatur conſultatio, directa Illuſtriſſ. & Excellentiſſimo Domino Proregi, in qua dicatur, pretenſionem dicti Magnifici Procuratoris Fiſcalis ſatis eſſe impertinentem, nunquam auditam, & in maximum opprobrium Iuſtitiæ, ac contra formam Regiarum nouellarum inſtructionum, ac Regiæ Pragmaticæ, & ex aliis cauſis, & rationibus in dicta conſultatione narrandis. Hoc ſuum, &c.

## CCXLI.

*Die 26. menſis Auguſti, 1561.*

SVper inſtantia facta per Reuerendiſſimum Gaſparem de Chiroga in hoc Regno Generalem Viſitatorem, petentem, vt vigore litterarum ſuæ Catholicæ Maieſtatis & liberantiæ Spectabilis Scribæ Portionis, ſibi ſoluantur in hoc Regno ſcuti mille & biſcentum ad rationem vndecim realium Regni Caſtellæ pro ducato, ſeu ipſorum iuſtum pretium in recompenſam fructuum Canonicatus Eccleſiæ Toletanæ, quos amiſit, eo quod commoratur in hoc Regno pro Regio ſeruitio, & Dominus Generalis Theſaurarius valorem ſoluit dictorum realium ad rationem tornienſium viginti vnius pro quolibet, & ſic ſoluit ſcutos 1386. dictuſque Reuerendiſſimus viſitator prætendit dictos tornienſes viginti, & vnum non eſſe iuſtum pretium cuiuſlibet realis, ſuper quo facta longa diſcuſſione.

Per Regiam Cameram Summariæ referente Domino Milite V. I. D. Antonio Caſtillo, eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidente, conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod fiat certificatoria d. Generali Theſaurario quod ſoluat complementum ſcutorum mille quatuorcentum triginta ſex, ad quos aſcendit valor dictorum realium, computando vndecim reales Caſtellanos ſoluendos in hoc Regno pro eorum iuſto valore eſſe Carolenos duodecim, minus vno marauedis, iuxta fidem habitam à Magnificis mercatoribus. Hoc ſuum, &c.

## CCXLII.

*Die 20. Septembris, 1561.*

IN cauſa Regij fiſci cum Magnificis Rationalibus Regiæ Cameræ ſuper facto pecuniarum indebitè receptarum per ipſos Magnificos Rationales, vt prætenditur ex cauſa numerationum nouiter liquidatarum, prout in actis.

Viſis actis deſuper factis, ac liſtis per dictos Magnificos Rationales productis, fuit per dictam Regiam Cameram prouiſum, & decretum ex cauſis in Banca diſcuſſis, & conſideratis, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dicti Magnifici Rationales, quorum liſtæ ſunt productæ in proceſſu, & etiam illi qui pro Rationalibus ſeruierunt in liquidatione numerationum apud Magnificos Dominos Præſidentes, infra biduum ſoluant in Regia Generali Theſoreria omnes quantitates in prædictis liſtis contentas per ipſos Magnificos Rationales, & vnumquenq; ipſorũ receptas à Sindicis Vniuerſitatum, vel aliis eorum nomine, in quibus quantitatibus Excellens & Magnifici Domini Locumtenens, & Præſidentes condemnauerunt ipſos Rationales, & vnumquemque ipſorum, prout in dictis liſtis continetur, & quod ſcribatur Magnificis Perceptoribus Prouinciarum, quod de pecunia Regia ſoluant, & reſtituant Vniuerſitatibus prædictas quantitates, prout vnamquamque earum in prædictis liſtis conſtat ſoluiſſe, & ſe informent à prædictis Vniuerſitatibus & earum ſingulis ſi aliquid aliud prædictis Rationalibus occaſione numerationis fuerit per prædictas Vniuerſitates ſolutum, & informationem tranſmittant ad Regiam Cameram, & hoc de informatione capienda, & tranſmittenda ſcribatur generaliter omnibus Theſaurariis,

Digitized by Google

ſaureriis, & perceptoribus Prouincialibus vt viſis prædictis informationibus plenius iuſtitia poſſit miniſtrari; Fuit etiam prouiſum, & decretum, quod dicti Magnifici Rationales nulla occaſione, vel alio quouis quæſito colore occaſione dictæ numerationis, & liquidationis faciendæ, vel expoſtulandæ nomine, vel laboris, vel prouiſionum, vel copiarum, vel alia quauis occaſione titulo, vel cauſa aliquid recipiant ab Vniuerſitatibus, vel eorum Syndicis, vel aliis eorum nomine, quouſque per dictam Regiam Cameram fuerit prouiſum, & decretum, quid, & quantum, & pro quibus, & à quibus percipere debeantur, & hoc inuiolabiliter obſeruent, ſub pœna priuationis officiorum, in quam pœnam ex nunc pro tunc contra facientes voluerunt, & decreuerunt haberi pro condemnatis. Hoc ſuum, &c.

## CCXLIII.

*Die 6. menſis Octobris, 1561.*

IN cauſa Regij Fiſci cum Venerabili Monaſterio Ordinis Cęleſtinorum Ciuitatis Licij ſuper taxa facienda in cedulario Adohæ Regię Cameræ pro adoha, & ſolutione adoharum, & donatiuorum in Regno impoſitorum ab anno 1504. citra pro Caſalibus Carmeliani & Magliani, ſitis in pertinentiis Terræ Hydrunti, provt in actis.

Viſis actis omnibus per Magnificum Militem V.I.D. Dominum Thomam Anellum Salernitanum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque de his omnibus relatione in Regia Camera coram Excellente Domino Locumtenente, ac aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram fuit prouiſum, & decretum, præfatum Monaſterium ſanctæ Crucis fore, & eſſe condemnandum, provt præſenti diffinitiuo decreto condemnatur ad ſoluendum adoham, & donatiua omnia impoſita in Regno ab anno 1504. citra, iuxta taxam per Regiam Cameram liquidandam, & pro eadem taxa dicta Caſalia, & prædictum Monaſterium taxentur, & annotentur in cedulario adohæ dictæ Regiæ Cameræ, & eius quinternionibus. Hoc ſuum, &c.

*Fuit liquidata taxa ſub die 26. Ianuarij 1562. provt videre eſt in decreto huius diei infra.*

## CCXLIV.

*Die 25. Octobris, 1561.*

REferente Domino Præſidente Didaco de Scobar acta Vniuerſitatis, & hominum Caſalium Mercugliani, Hoſpitaletti, Cuccianі, Terræ nouæ, ſancti Martini Fruſtulani, ſancti Iacobi, Lentacæ, Prætefuſorum Mugnani, Quatrellarum, & feudi Montis Virginis cum Regio fiſco, ſuper exemptione, & immunitate, qua gaudere prætendunt, provt in actis continetur.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod dictæ Vniuerſitates Caſalium prædictorum lite pendente manuteneantur in quaſi poſſeſſione immunitatis, iuxta formam decreti interpoſiti, olim die 11. menſis Maij, 1560. etiam reſpectu ſtraſcinorum. Hoc ſuum, &c.

## CCXLV.

*Die 30. Octobris, 1561.*

CVm acceſſiſſet Magnificus vtriuſque iuris Doctor Marius Pepe deputatus ſuper liquidatione numerationum in Banca Regiæ Cameræ ad referendum dubia, quæ occurrent fuit diſcuſſum, in quo loco permanere debeat, ſi in Banca ſedendo, vel extra Bancam.

Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, attento quod habebit votare ſuper contentis, quod ſedeat in pede Bancæ inter Magnificum Procuratorem fiſcalem & Notatorem. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.

## CCXLVI.

*Die 13. Nouembris, 1561.*

IN cauſa hominum Caſalium Sancti Sixti pertinentiarum Montis Alti, qui fecerunt abiurationem hæreſiarum, & recepti ſunt ad ſanctam Fidem Catholicam petentium à Regia Curia reſtitutionem bonorum, vna cum fructibus, & recuperatione ſuorum bonorum mobilium, & ſe mouentium, provt clarius in actis.

Viſis actis, ac fide præſentata Reuerendi Vicarij Cuſentini abiurationis factæ per dictos de Caſali ſancti Sixti omnium hæreſiarum, in quibus fuerunt incurſi, & eorum reductionis ad ſanctam Catholicam Fidem, provt particulariter ſunt deſcripti in dicta fide, & audito Regio fiſco, factaque per Regiam Cameram relatione Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Domino Proregi in Regio Collaterali Conſilio, referente Magnifico V.I.D. Dom. Didaco de Scouar Regiæ Cameræ Præſidente, & cauſæ Commiſſario, fuit per Regiam Cameram prouiſum, & decretum, quod omnibus illis de dicto Caſali in actis contentis, qui abiurationem hæreſiarum fecerunt, & non ſunt relapſi, ſeu hæreſiarchæ, reſtituantur omnia eorum bona per Regiam Curiam confiſcata, provt præſenti decreto reſtitui mandatur; Verum, ex cumulo dictorum bonorum pro rata cuilibet

Digitized by Google

bet ipſorum competentia ſoluantur, & deducantur expenſæ factæ per Regiam Curiam Commiſſariis contra ipſos tranſmiſſis. Hoc ſuum, &c.

## CCXLVII.

*Die 9. Decembris, 1561.*

SVborto dubio ſi Pedites Terzerij Hiſpanorum, in hoc Regno ſiſtentes ad ſtipendia ſuæ Catholicæ Maieſtatis ſint numerandi pro focularibus.

Factaque de his relatione per Regiam Cameram Summariæ ſuæ Excellentiæ in Collaterali Conſilio, referente Magnifico Milite V.I.D. Domino Antonio de Caſtillo Commiſſario per Regiam Cameram, accedente etiam voto ſpectabilium Dominorum Regentium Regiam Cancellariam, fuit prouiſum, & decretum quod non numerentur, & numerati deducantur. Hoc ſuum, &c.

## CCXLVIII.

*Die 10. Decembris, 1561.*

PRoponente Domino Præſidente Michaele Io. Gomez acta Magnifici Belliſarij Acquauiuæ filij naturalis Magnifici Iacobi Antonij Acquauiuæ numerati pro foculari in Ciuitate Neritoni per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod deducatur, eo, quia filius dicti Iacobi Antonij Ciuis Neapolitani. Hoc ſuum, &c.

## CCXLIX.

*Die 12. Decembris, 1561.*

FActa relatione in Regia Camera Summariæ Excellenti Domino Locumtenenti, & Magnificis Dominis Præſidentibus, qualiter computantes, vel Procuratores agentes negotia Perceptorum Prouincialium, qui nomine ſuorum principalium curam ſoluendi habent ſtipendia, prouiſiones, vel conſignationes Militibus leuis, & grauis armaturæ, vel aliis quibuſcumque aliquam ſolutionem de pecunia Regia percipere debentibus, retardant, & differunt ſolutiones per ipſos faciendas, ſimulantes nondum perueniſſe carrugia pecunias aſportantia, & peruentis carrugiis dicentes non eſſe pecunias portatas, quæ in his ſolutionibus deſtinantur, vel in aliis eſſe pro ſeruitio Regiæ Curiæ conſumptas, & erogatas, & ſic qui ſuas prouiſiones, vel conſignationes percipere debent, expectantes variis excuſationibus, dilationibus, & expenſis detenti moleſtantur, &, quod peius eſt, prædictæ ſolutiones differuntur quouſque aliquid prædictis computantibus dare compelluntur ſuas vexationes redimentes pro ſolutione facienda dum ſe prædicti computantes fingunt de ſuo ſoluere, vel pecuniam mutuo vel aliunde quærere. Quibus omnibus diſcuſſis, & conſideratis per prædictos Excellentem Dom. Locumtenentem, & Magnificos Dominos Præſidentes, fuit conſenſu prouiſum, & decretum, quod prædicti computantes, vel procuratores, & eorum ſinguli deinceps nihil percipiant à prædictis militibus grauis, & leuis armaturæ, & aliis quibuſcumque, quibus ſolutiones de pecunia Regia fuerint faciendæ nullo titulo, cauſa, vel occaſione ex ſupra nominatis, vel aliis quibuſcumque pecuniam, vel quid aliud recipiant, vel extorqueant à nolentibus, vel volentibus ſponte ſoluentibus, vel promittentibus pro ſolutione pecuniarum à ſuis principalibus, vel ab ipſis eorum nomine faciendas, nec occaſione curæ, vel ſollicitudinis ipſarum ſolutionum, vel aſportationis carrugiorum, vel notitiæ dandæ de aduentu ipſorum, vel commodioris, aut facilioris ſolutionis, nec alio quouis quæſito colore; condemnantes prædictos computantes, & procuratores, & eorum ſingulos, qui aliquam dationem, ſolutionem, vel prouiſionẽ contra huius decreti tenorem receperint, provt ex nunc pro tunc in caſu contrauentionis, præſenti decreto condemnantur ad reſtitutionem quadrupli eius, quod receperint ſoluendi, & reſtituendi illi à quocumque tempore detecti fuerint quodlibet recipiſſe. Et inſuper in pœnam quinquaginta vnciarum Regio fiſco inferendam, & incommutabiliter exigendam, & ad perpetuam excluſionem negotiorum Regiæ Cameræ, quam ſub eadem pœna Regio fiſco inferenda perpetuo non intrent, nec intrare audeant, mandantes ſub eiſdem pœnis, quod omnes ſupradicti & eorum ſinguli infra biduum, quod pecuniæ Perceptorum, quorum ipſi computantes ſunt, vel carrugia pecunias portantia peruenerint ad hanc ciuitatem, notificent aduentum ipſorum carrugiorum, & quantitatem pecuniarum prædicto Excellenti Dom. Locumtenenti, exhibentes, & dantes ei fidem Magnifici Theſaurarij generalis, vel bancorum publicorum huius ciuitatis, penes, vel apud quos carrugia, vel pecuniæ peruenerint, qua fide contineatur, quo die carrugia, vel pecuniæ peruenerint & quantitates ipſarum vt ſic de omnibus in Regia Camera plena notitia haberi poſſit. Hoc ſuum, &c.

## C C L.

*Die 14. menſis Ianuarij, 1562.*

PRædatis in mare Regni Vlterioris Siciliæ cum fragata Tulli Guarracini de Inſula Procitæ, duobus Turcis, & quatuor Mauris in regreſſu ab arce Culettæ, ad cuius locum pro Regiæ Curiæ ſeruitio Tullus acceſſerat; ad

ad prædam conſequendam cōcurrebant nautæ, Ioannes Marquino, & Franciſcus de Torres Hiſpani qui prædæ authores ſe faciebant, allegantes ipſos ſupra nauigium, in quo erant dicti Infideles aſcendiſſe, concurrebant pariter Regius fiſcus pro quinto, & Magnus huius Regni Admiratus pro decima parte, vnde tractatum fuit in Regia Camera vter dictorum concurrentium meliora foueret iura.

Viſis actis per Magnificum Militem vtriuſque iuris Doctorem Didacum de Eſcobar Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque per ipſum relatione in dicta Regia Camera, coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dom. Præſidentibus ipſius; fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod de dicta præda detur decima pars præfato Illuſtri Magno Admirato iuxta relationem factam per officium Admiratiæ in actis productam, & reliquum diuidatur inter dominum Fragatæ, eiuſque nautas, Ioannem de Marquinio, & Franciſcum de Torres Hiſpanos pro æquali parte, & portione, abſoluentes Partes ipſas, provt præſenti decreto abſoluũtur ab impetitis per Regium fiſcum, quoad quintum per ipſum Regium fiſcum petitum. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.

## CCLI.

*Die 21. menſis Ianuarij, 1562.*

AVdita inſtantia Illuſtr. Ducis Montis Leonis aſſerentis habuiſſe franchitiam, & facultatem habitari faciendi ſuum Caſale Chirici, ita vt habitantes ſint immunes à functionibus fiſcalibus per annos decem, & cognito dictum Caſale in hac noua numeratione fuiſſe numeratum in focularibus octuaginta duobus, de quibus decem in aliis Terris aggregata, & numerata reperiuntur.

Viſis actis per Magnificum Militem Hieronymum Segura Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, factaque de prædictis relatione in Regia Camera coram Excellente Domino Locumtenente, ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius; fuit per ipſam Reg. Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod omnia dicta focularia remaneant pro focularibus in illis Terris à quibus diſceſſerunt, & ad earum inſtantiam exigantur in dicto Caſali ad quod habitandum ſe conferre poſſunt de extra Regnum; & gaudeant dicta franchitia. Hoc ſuum, &c.

## CCLII.

*Die 22. Ianuarij, 1562.*

IN cauſa Reuerendi Epiſcopi Ciuitatis Aſculi aſſerentis moleſtari à Regio Dohanerio Dohanæ Apuleæ pro cauſa vnius currus Territorij eiuſdem Regiæ Dohanæ ſeminati per homines, & agentes ipſius Reuerendi Epiſcopi, iuxta ſolitum provt aſſeritur.

Viſo memoriali deſuper porrecto Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Domino Proregi factaque per Regiam Cameram relatione Suæ Excellentiæ in Collaterali Conſilio, referente Magnifico V. I. D. Domino Paulo de Magnanis dictę Regiæ Cameræ Præſidente, & cauſæ Commiſſario, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod pro omni pœna, in quam ipſe Reuerendus Epiſcopus, & eius factores fuiſſent incurſi ex cauſa dicti currus Territorij ſeminati præfatus Magnificus Regius Dohanerius paſculari faciat ſeminatum prædictum, & capiat dictum Territorium pro vſu prædictæ Regię Dohanę. Hoc ſuum, &c.

## CCLIII.

*Die 26. menſis Ianuarij, 1562.*

IN cauſa vertente inter Regium fiſcum ex vna, & Venerabile Monaſterium Sanctæ Crucis Ciuitatis Licij Ordinis Cœleſtinorum, ſuper taxa facienda in cedulario Reg. Cameræ pro caſalibus Carmigliani, & Magliani, Prouinciæ Terræ Hydrunti, quæ poſſidentur per d. Monaſteriũ, ac ſolutione adoharum & donatiuorum debitorum ab anno 1504. citra, iuxta decretum interpoſitum die ſexto Octobris, 1561.

Audito in Banca Regiæ Cameræ Magnifico Pirro Antonio Stinca Rationale, referente informationem captam ſuper taxatione dictæ adohæ, coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius; Fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod adoha dictorum Caſalium taxetur in d. cedulario Regiæ Cameræ iuxta dictam informationem captam, videlicet pro introitibus dicti Caſalis Carmigliani liquidatis in ducatis ducentum, & ſeptem, & granis quindecim ad rationem ducatorum quinquaginta duorum cum dimidio pro centenario, pro ducatis centum, & octo, tarenis tribus, & granis decem à quibus deductis ſcutis quadraginta vno, tarenis duobus, & granis decem pro rata vaxallorum pro focularibus octuaginta tribus, pro carolenis quinque, pro quolibet foculari, remanet taxa ad dictum Monaſterium tanquam vtilem dominum dicti Caſalis pro ducatis ſexaginta

Digitized by Google

xaginta ſeptem, & tareno vno, pro quibus fuit prouiſum dictum Monaſterium taxari, & annotari in dicto cedulario adohæ pro dicta eius rata. Pro introitibus verò Caſalis prædicti Magliani, iuxta dictam informationem fuerunt liquidati in ſcutis ducentum, & vndecim, pro quibus contingunt ad rationem prædictam ducatorum quinquaginta duorum cum dimidio pro centum, ducati centum, & decem, tareni tres, & grana tredecim, & ſeptem, à quibus deductis ſcutis decem, & octo, tarenis duobus, & granis decem pro focularibus triginta ſeptem dicti Caſalis ad dictam rationem carolenorum quinque pro foculari, remanet rata tangens ad dictum Monaſterium pro ducatis nonaginta duobus, tareno vno, & granis ſeptem, pro quibus fuit ſimiliter prouiſum taxari, & annotari dictum Monaſterium in dicto cedulario pro eodem Caſali, quæ taxæ dictorum Caſalium tangentes pro rata dicti Monaſterij ſummam capiunt ducatorum centum quinquaginta nouem tarenorum duorum, & granorum ſeptem pro qualibet adoha, pro quibus quantitatibus fuit prouiſum, quod taxetur dictum Monaſterium in cedulario adohæ pro dictis Caſalibus,& pro dicta taxa ſoluat adoham, & donatiua impoſita ab anno 1504. citra, provt præſenti decreto taxari, & ſolui debere decernitur, & prouidetur. Hoc ſuum, &c.

## CCLIV.

*Die 21. Februarij, 1562.*

IN cauſa Ioannis Petri Grimidi Ciuis de Marathea orti in eadem Terra cum Regio fiſco, & Magnifico Regio Arrendatore Dohanæ Neapolis, ſuper immunitate, qua dictus Ioannes Petrus gaudere prætendit tanquam ortus in dicta Ciuitate Marathea vt in actis.

Referente Magnifico Domino Michaele Io. Gomez Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, & cauſæ Commiſſario coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus eiuſdem Regiæ Cameræ, fuit per Regiam Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, dictum Io. Petrum fore, & eſſe ortum in dicta Ciuitate Marathea,& proinde gaudeat omnibus franchitiis, ac priuilegiis eiuſdem Terræ, quibus ſoliti ſunt gaudere alij ciues orti in dicta Terra. Hoc ſuum, &c.

## CCLV.

*Die 7. Aprilis, 1562.*

PEr Regiam Cameram Summariæ viſis litteris Excellentiſſimi Domini Proregis, & Collateralis conſilij, quibus mandatur, vt Domini Præſidentes Laici in cauſis per ipſam Regiam Cameram decidendis, in quibus de aliquo iuris articulo dubitari contingit votum proferre non poſſint, fuit prouiſum, & decretum, quod dictæ Regiæ litteræ exequantur iuxta illarum ſeriem continentiam, & tenorem, & ſunt, quæ ſequuntur.

*PHILIPPVS DEI GRATIA, REX CASTELLÆ, Aragonum, vtriuſque Siciliæ, &c.*

*Illuſtres, & Magnifici viri Collaterales, & Conſiliarij Regij fideles dilectiſſimi. Hauemo viſta la pretendenza del Magnifico Michele Giouanni GomeZ Preſidente Idiota di coteſta Regia Camera, ſopra il votare in le cauſe che ſi diſcutano, e determinano in puncto iuris in detta Regia Camera, & inteſo anco per noi le ragioni di detto Michele Giouanni, & informati ancora dal Magnifico, e circonſpetto Luocotenente di detta Regia Camera, volendo inciò prouedere come conuiene al ſeruitio di Sua Maieſta, & alla bona adminiſtratione della giuſtitia, ci è parſo faruí la preſente per la quale vi dicemo, declaramo, & ordinamo, che in le cauſe, in le' quali occorrerà difficulta, & diſcuſſione in iure, & s'haueranno à decidere, & determinare in puncto iuris, non habbiano da votare li Preſidenti idioti di coteſta Regia Camera. Per tanto vi dicemo, & ordinamo, che coſi lo debiate exequire, e non altrimente, che tal'è noſtra volontà, con fare notare la preſente in libro notamentorum, & non farete il contrario per quanto hauete cara la gratia di S.M.* Datum Neapoli die 22. Martij, 1562. D. Parafan. Vidit Albertinus Regens, vidit Villanus Regens, vidit Reuerterius Regens, vidit Patignus Regens. Soto Secretarius, &c.

## CCLVI.

*Die 8. menſis Aprilis, 1562.*

IN cauſa Regij fiſci cum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Cardinale de Aragonia Magno Cancellario huius Regni, ſuper cognitione cauſæ vertentis inter Magnificos DD. de Collegio, & Magnificum V. I. D. Dom. Antonium Orificium Regium Conſiliarium prætendentem eſſe de Collegio, provt in actis clarius continetur.

Facta de prædictis omnibus relatione in Regia Camera Summariæ per Magnificum Dom. vtriuſque iuris Doctorem Didacum Scobar Præſidentem Regiæ Cameræ, & huiuſmodi cauſæ Commiſſarium, coram Excellente Domino Locumtenente, aliiſque Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius; Fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, pariter & decretum, quod d. cauſa remittatur, provt remittitur ad dictum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Magnum Cancellarium, ſaluis iuribus Regij fiſci. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

## CCLVII.

*Die 20. Aprilis, 1562.*

SVper facto Magnifici V. I. D. Manſillæ de Naua Auditoris Regiæ Dohanæ Menæ pecudum Apuleæ, qui ſcripſit Suæ Excellentiæ, ſi poterit exigere carolenos duos pro decreto interlocutorio, & carolenos quinque pro diffinitiuo, provt in litteris continetur.

Viſis litteris prædictis, per Suam Excellentiam remiſſis ad Regiam Cameram, quod ſe informet, & referat, captaque informatione, & de omnibus facta relatione Suæ Excellentiæ in Collaterali Conſilio per Regiam Cameram, referente Magnifico V. I. D. Domino Paulo de Magnanis dictę Regię Cameræ Pręſidente, & cauſæ Commiſſario; Fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, atque decretum, quod dictus Magnificus Manſillæ Auditor dictæ Regiæ Dohanæ pro decretis interlocutoriis, ſiue diffinitiuis proferendis, nihil exigat, nec percipiat; ſed remaneat contentus ſua ordinaria prouiſione. Hoc ſuum, &c.

## CCLVIII.

*Die 22. Aprilis, 1562.*

IN cauſa Antonij de Mayo cum Vniuerſitate Carinulæ, & Terzerio Sancti Ioannis Ponte Campanæ prætēdentibus, velle cogere prædictum Antonium ad contribuendum ad functiones fiſcales in ambabus Vniuerſitatibus, ſtante quod in vtroque loco reperitur numeratus, provt clarius in actis, & ſcripturis continetur.

Referente Magnifico V. I. D. Domino Antonio Caſtilla Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, & cauſæ Commiſſario, coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Regiam Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, quod inſpiciantur numerationes ad finem videndi vbi reperitur hoſtiatim, & vbi hoſtiatim eſt numeratus, ibi ſoluat vt Ciuis, in alio verè loco, vt bonatenens. Hoc ſuum, &c.

## CCLIX.

*Die 9. Maij, 1562.*

IN cauſa Magnifici Gabrielis Vignes habitatoris in Ciuitate Litij, cum Regio fiſco, & Magnifico Arrendatore Regiarum Dohanarum Prouinciæ Terræ Idrunti, & aliarum, ſuper ciuilitate dictæ Ciuitatis Litij, qua gaudere prætendit in Regiis Dohanis dictarum Prouinciarum, & in toto Regno, provt in actis continetur.

Viſis priuilegiis dictæ Ciuitatis Litij, & Patentibus per eandem Vniuerſitatem expeditis in perſonam dicti Magnifici Gabrielis aſſumptionis, & aggregationis in Ciuem ipſius Ciuitatis, ac noua, & vltima numeratione, in qua reperitur numeratus, & ipſe Gabriel declarauit velle ibi habitare per Magnificum Militem vtriuſque iuris Doctorem Dom. Caſtilla Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, ac facta de eis relatione in Banca dictæ Regiæ Cameræ, coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod dictus Magnificus Gabriel gaudeat, & fruatur omnibus illis priuilegiis, franchitiis, immunitatibus, honoribus, prærogatiuis & exemptionibus, quibus gaudere ſolent, & debent alij Ciues dictæ Ciuitatis Licij, tam in dohanis ipſius Ciuitatis, & dictarum Prouinciarum, quam in toto præſenti Regno, donec, & quouſque incolatum fecerit cum eius familia in dicta Ciuitate Licij. Hoc ſuum, &c.

## CCLX.

*Die 10. Iunij, 1562.*

SVper inſtantia facta per Magnificos Rationales Regiæ Cameræ Summariæ petentes augeri eorum prouiſionem, attento quod hodie multiplicati fuerunt labores per eoſdem Magnificos Rationales præſtandi in computis tot impoſitionum extraordinariarum, & aliorum quamplurium ſeruitiorum in beneficium Regiæ Curiæ erogandorum, &c.

Referente in Banca Regiæ Cameræ Summariæ Magnifico V. I. D. Domino Antonio Caſtilla, eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidente, & cauſæ Commiſſario, coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod fiat conſultatio Suæ Excellentiæ, & dicatur, Cameram eſſe voti, *che equalmente à detti Magnifici Rationali ſi donano ſcuti trecento per vno de prouiſione l'anno.* Hoc ſuum, &c.

## CCLXI.

*Die 16. Iunij, 1562.*

ACceſſit ad Tribunal Regiæ Cameræ Magnificus Ludouicus de Nicueſa Commiſſarius deputatus ſuper liquidatione numerationis petens declarari à dicta Regia Camera, vtrum expoſiti in Sacro Hoſpitali ſanctiſſimæ Annunciatæ huius Ciuitatis Neapolis, ex quo dicitur conſtare ex fide Magnificorum Magiſtrorum d. Sacri Hoſpitalis, illos eſſe tales, numerati

merati in diuerſis Terris Regni huius pro focularibus, erunt deducendi à Terris prædictis, vel in illis remanendi ad contribuendum in functionibus fiſcalibus, &c.

Factaque ſuper prædictis omnibus diſcuſſione per Excellentem Dom. Locumtenentem, & alios Magnificos Dominos Pręſidentes eiuſdem Regiæ Cameræ, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, quod expoſiti prædicti deducantur ab illis Terris, in quibus reperiuntur numerati; verum ſi conſtat eſſe expoſitos in dicto Hoſpitali, remittitur iudicio dicti Magnifici Commiſſarij. Hoc ſuum, &c.

## CCLXII.

*Die 3. menſis Iulij, 1562.*

IN cauſa Regij fiſci cum Illuſtri Marchione Piſcariæ poſſeſſore Alumeriæ Iſchiæ, ſuper taxa eiuſdem Alumeriæ facienda in cedulario Regiæ Cameræ pro exactione adoharum, & donatiuorum debitorum & debendorum Regiæ Curiæ, provt in proceſſu clarius continetur.

Facta de prędictis omnibus relatione in Regia Camera Summariæ, per Magnificum Pirrum Antonium Stinca Rationalem dictæ Regiæ Cameræ, coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, habita conſideratione ad expenſas erogatas pro ædificiis, & aquæ ductu dictæ Alumerię iuxta relationem habitam à Magnifico Pirro Antonio Licterio Commiſſario deſuper deputato, quod annui introitus dictæ Alumeriæ, liquidentur, provt liquidantur in annuis ſcutis quincentum, pro quibus ad rationem ſcutorum triginta pro centenario Alumeria prædicta taxetur, provt taxari mandatur in cedulario dictæ Regiæ Cameræ, & iuxta taxam prædictam liquidentur, provt liquidari mandantur adoha, & donatiua debita Regiæ Curiæ pro dicta Alumeria ab anno 1504. citra, & pro ſumma liquidanda expediatur ſignificatoria. Hoc ſuum, &c.

## CCLXIII.

*Die 14. Iulij, 1562.*

IN cauſa Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Cardinalis Vrbini Ducis Soræ cum Regio fiſco, ſuper augmento focularioꝛum Ducatus Soræ, & Terrarum ipſius Ducatus in pręſenti noua, & vltima numeratione, provt clarius in actis, &c.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Paulum de Magnanis Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, & de eiſdem facta relatione in dicta Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, aliiſque Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Regiam Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod augmentum foculariorum Ducatus prædicti Soræ factum in præſenti noua & vltima numeratione, cedat in beneficium dicti Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Vrbini virtute ſuorum priuilegiorum, verum ipſe Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Cardinalis ſoluat, provt præſenti decreto ſolui debere decernitur, & prouidetur Regiæ Curiæ expenſas erogatas, & factas per ipſam Regiam Curiam Magnificis numeratoribus, qui numerauerunt Ducatum prædictum pro rata temporis, quo ſteterunt in ipſius numeratione. Hoc ſuum, &c.

## CCLXIV.

*Die 24. Septembris, 1562.*

SVper differentia diſcuſſa in Regia Camera de tribus mutis, qui reperiuntur numerati in noua numeratione Terræ Sancti Georgij della Molinara, an debeant contribuere in functionibus fiſcalibus cum eadem Terra, ſtante quod Magnifici Numeratores dicunt eſſe robuſtos, & vnum poſſidere, &c. provt clarius in actis continetur.

De quibus omnibus facta relatione per Magnificum Militem Dom. Ioannem Michaelem Gomez Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, & viſis per eandem Regiam Cameram duobus ex dictis mutis, fuit conſenſu prouiſum, & decretum, quod ſupradicti tres muti deducantur à dicta numeratione. Hoc ſuum, &c.

## CCLXV.

*Die 28. Septembris, 1562.*

IN cauſa Vniuerſitatis Liparis cum Magnificis Arrendatoribus Regiarum Dohanarum, & fundicorum huius Regni, ac Regio fiſco, prætendentes Liparotos non teneri ad ſolutionem iuris fundaci, pro mercibus, quas emunt in Regno, & extrahunt extra Regnum, vt in actis.

Referente Magnifico V. I. D. Domino Paulo de Magnanis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, & cauſæ Commiſſario, coram Excellente Domino Locumtenente, aliiſque Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram, diſcuſſis diſcutiendis, conſiderandis conſiderandis, attentis attendendis, & demum habita ſuper prædictis matura deliberatione conſenſu prouiſum,

atque determinatum, viſis priuilegiis immunitatis d. Ciuitatis Liparis, ac ritu Regiæ Cameræ, quod præfati Liparoti pro mercibus prædictis, quas emunt in Regno, & extrahunt extra Regnum, non teneantur ſoluere dictum ius fundaci ratione futuri emptoris, & proinde præfati Magnifici Arrendatores condemnentur, provt condemnantur ad reſtituendum præfatis Liparotis omne id, & quicquid dicti Liparenſes pro ſupradicta cauſa ſoluerunt, ſeu depoſitauerunt. Hoc ſuum, &c.

## CCLXVI.

*Die 7. Nouembris, 1562.*

IN cauſa Magnificæ VniuerſitatisMeſſanæ cum Regio fiſco, & Magnificis Arrendatoribus Regiarum Dohanarum huius Regni prætendentis Ciues Meſſanenſes dictæ Vniuerſitatis non teneri ad ſolutionem iuris fundaci, pro mercibus, quas emunt in Regno, & extrahunt extra Regnum, provt clarius in proceſſu,& ſcripturis continetur.

Facta de eis omnibus relatione in Regia Camera Summariæ per Magnificum V. I. D. Dom. Paulum de Magnanis d. Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, coram Excellente Domino Locumtenente, aliiſque Magnificis Dom. Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod Meſſanenſes pro mercibus, quas emunt in Regno, & extrahunt extra Regnum,non teneantur ſoluere ius fundaci ratione futuri emptoris,& proinde præfati Magnif. Arrendatores condemnentur, provt condemnantur ad reſtituendum præfatis Meſſanenſibus omne id, & quicquid ipſi Meſſanenſes pro ſupradicta cauſa ſoluerunt, ſeu depoſitauerunt; Quo verò ad alia capita in proceſſu deducta reſeruetur, provt reſeruatur melior deliberatio eiuſdem Regiæ Cameræ. Hoc ſuum, &c.

## CCLXVII.

*Die 12. Nouembris, 1562.*

IN cauſa Magnifici Io. Petri Vignes orti in Ciuitate Bari,cum Regio fiſco, & Magnifico Arrendatore Dohanæ Neapolis ſuper ciuilitate dictæ Ciuitatis,provt in actis, &c.

Referente Magnifico Dom. Ioanne Michaele Gomez Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, & Commiſſario coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dom. Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum quod dictus Magnificus Ioannes Petrus gaudeat ciuilitate prædictæ Ciuitatis Bari in forma Regiæ Cameræ conſueta. Hoc ſuum, &c.

## CCLXVIII

*Die 28. Nouembris, 1562.*

IN cauſa Vniueſitatis Sancti Nicandri cum particularibus Terræ Bitricti in proceſſu deductis, tenentibus bona in Territorio ipſius Terræ S. Nicandri ſuper petita contributione functionum fiſcalium vti bonatenentes, & è contra dicti Particulares aſſerunt non teneri, ex quo tenent dicta bona à Venerabili Eccleſia S. Nicolai Ciuitatis Bari, vt agricultores, cui Eccleſiæ ſoluunt medium ſemen, provt in actis, &c.

Facta de prædictis omnibus relatione in Regia Camera Summariæ per Magnificum Militem V. I. D. Dom. Antonium Caſtilla dictæ Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dom. Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum, quod dicti Particulares Terræ Bitritti, tenentes bona in territorio Sancti Nicandri, oppoſitis non obſtantibus ſoluant, & contribuant cum Vniuerſitate ipſius Terræ Sancti Nicandri in dictis functionibus fiſcalibus ordinariis, & extraordinariis, vti bonatenentes, deducto tamen onere reditus, quem ſoluunt dictæ Eccleſiæ, & bona ipſa accataſtentur dictis Particularibus. Hoc ſuum, &c.

## CCLXIX.

*Die 16. Decembris, 1562.*

IN cauſa Theſei, & Berardini de Mari de Ciuitate Licij, & Matthæi Natalis de Caſali Lequile poſſeſſorum bonorum ſtabilium in feudo, ſeu Caſali inhabitato de Principato cum Vniuerſitate Sancti Plancatij ſuper functionibus fiſcalibus, in quibus dicta Vniuerſitas prætendit præfatos Particulares teneri ad contributionem cum ea pro dictis bonis, vt in actis, &c.

Referente Magnifico Domino V. I. D. Didaco Scobar Præſidente Regiæ Cameræ Summariæ, & Commiſſario coram Excellente, Dom. Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum præfatos Particulares minimè teneri pro dictis bonis, quæ habent in dicto feudo ſeu Caſali inhabitato de Principato ad contribuendum cum dicta Vniuerſitate S. Plancatij, ſed in locis, vbi ſunt Ciues, & proinde non debere moleſtari per Vniuerſitatem prædictam S. Plancatij. Hoc ſuum, &c.

Vide

Digitized by Google

*Vide aliud decretum latum ſub die 24. Maij, 1561. quod eſt 238.*

## CCLXX.

*Die 16. Decembris, 1562.*

IN cauſa Venerabilis Monaſteri Montis Virginis, & eius Vaſſallorum, cum Gabelloto Gabellæ Sbarrarum ſuper immunitate dictæ Gabellæ, provt clarius in actis continetur.

Facta de prædictis omnibus relatione in d. Regia Camera Summariæ per Magnificum Militem V.I.D. Didacum Scobar Præſidentem dictæ Regiæ Cameræ & Commiſſarium, coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, tam Monaſterium Montis Virginis, & homines ipſius, quam etiam Vniuerſitates, & homines Caſalium Mercugliani, Hoſpitaletti, Mugnani, Quatrellarum, feudi Montis Virginis, Cutrani, Sancti Martini Terræ nouæ, & Lentacæ Caſalium Montis Virginis, & vaſſallos dicti Monaſterij actores, & ſingulos ipſorum fuiſſe, & eſſe francos, liberos, & immunes à ſolutione gabellæ vulgariter dictæ delle Sbarre, quæ exigitur extra, & prope Neapolim, ipſoſque manutenendos, & conſeruandos eſſe, & manuteneri, & conſeruari debere, provt eodem præſenti decreto manuteneri, & conſeruari mandatur in dicta quaſi poſſeſſione Franchitiæ, libertatis, & immunitatis dictæ Gabellæ Sbarrarum, vigore priuilegiorum dicto Monaſterio Montis Virginis & eius vaſſallis conceſſorum, & in proceſſu productorum. Hoc ſuum, &c.

## CCLXXI.

*Die 11. Februarij, 1563.*

PEr Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Scriba eiuſdem Regiæ Cameræ in Summario prouiſionum expediendarum ponat Prouinciam illius Ciuitatis Terrę, vel Caſtri, cuius officialibus diriguntur reſcripta, deindeque curet omnino vt ſubſcribantur ab illo Domino Præſidente, cui demandata eſt illa Prouincia, & non ab alio ſub pœna expulſionis à Regia Camera. Hoc ſuum, &c.

## CCLXXII.

*Die 12. Februarij, 1563.*

SVborto dubio an Eccleſiæ pro bonis emptis teneantur contribuere in functionibus fiſcalibus.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod Eccleſię pro bonis emptis ſeruentur immunes, cum in illis non poſſit præſumi fraus, ad quam euitandam fuit expedita Bulla Papæ Honorij. Hoc ſuum, &c.

## CCLXXIII.

*Die 17. menſis Februarij, 1563.*

SVper inſtantia facta pro parte Vniuerſitatis Ciuitatis Biſacciarum vt non moleſtetur pro ordinario focul ariorum & ſalis pro focularibus in ipſa Ciuitate numeratis in præſenti noua numeratione, virtute ſuorum priuilegiorum.

Per Regiam Cameram Summariæ fuit conſenſu prouiſum, & decretum, quod dictæ Vniuerſitati Biſaciarum obſeruetur priuilegium conuentionis pro dicto ordinario focul ariorum, & ſalis in actis productorum pro ipſis focularibus in ipſa numeratione dictæ Ciuitatis auctis, provt obſeruari mandatur. Hoc ſuum, &c.

## CCLXXIV.

*Die 14. menſis Maij, 1563.*

PRætendente Aurelia N. ſecunda vxore quondam Io. Antonij de Amato Terræ Gragnani lectum vidualem ſeruante, & cum ea inſtantibus filiis dicti quondam Io. Antonij procreatis nedum cum ipſa Aurelia; ſed etiam cũ prima vxore ſuſceptis, vt declararetur eam, & eos potiri eodem priuilegio, quo potiebatur dictus Io. Antonius vir & pater reſpectiuè dum viuebat vti onuſtus numero duodecim filiorum ſtante quod vnitè viuunt, & vnico victu.

Facta de his omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Præſidentem Antonium de Caſtillo coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum, quod gaudeant, donec dicta Aurelia lectum vidualem ſeruauerit. Hoc ſuum, &c.

## CCLXXV.

*Die 15. menſis Martij, 1563.*

IN cauſa Regij fiſci cum Magnifico Petro Pucio Regio Perceptore Prouinciæ Capitanatæ ſuper ſolutione eius officij, ex quo illud renunciauit in poſſe Regiæ Curiæ in beneficium quondam Sigiſmundi Cutilli, qui tunc viuebat; ſed poſtea antequam dictum officium fuiſſet in dictum Sigiſmundum tranſlatum, vitam cum morte commutauit.

Per Regiam Cameram Summariæ fuit conſenſu

Digitized by Google

ſenſu prouiſum, & decretum audito Domino fiſci Patrono, quod præfatus Magnificus Petrus Pucius abſoluatur, provt præſenti decreto abſolui mandatur ab impetitis per Regium fiſcum, ac proinde continuet exercitium ſui officij Perceptoris in Prouincia Capitanatæ. Hoc ſuum, &c.

## CCLXXVI.

*Die 27. menſis Martij, 1563.*

VIſo memoriali porrecto pro parte Magnifici Sancij Martinez de Leyua Caſtellani Caſtri Oui huius Fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis petentis tractari immunem pro carne quæ fit in dicto Caſtro, pro vſu perſonarum ibidem commorantium à Gabella, quæ fuit impoſita in dicta Ciuitate.

Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum quod dicto Magnifico D. Sancio Caſtellano ſeruetur immunitas à dicta Gabella pro vſu ſuo, & Peditum ſiſtentium in dicto Caſtro. Hoc ſuum, &c.

## CCLXXVII.

*Die 26. Aprilis, 1563.*

SVborto dubio in Regia Camera, ex quo in generali numeratione focularioruin huius Regni in Prouincia Principatus vltra remanſerunt pro focularibus aliqui, qui condemnati reperiuntur ad Regias triremes ad tempus nimirum pro duobus tribus, quatuor, quinque, & ſex annis, quorum aliqui ſunt ſoli abſque familia, & aliqui reliquerunt vxores pauperes, & filios pupillos ſimiliter pauperes, quod proinde Vniuerſitates prætenſionem habuerunt, provt habent, quod fieri debeat deductio dictorum foculariorum.

Per Regiam Cameram Summariæ fuit conſenſu prouiſum, & decretum, quod fiat deductio ad beneficium dictarum Vniuerſitatum foculariorum illarum perſonarum, quæ fuerunt condemnatæ ad Regias Triremes, quamuis ad tempus, ex quo pauperes. Hoc ſuum, &c.

## CCLXXVIII.

*Die 10. menſis Maij, 1563.*

PEr Regiam Cameram Summariæ fuit facta conſultatio Excellentiſſimo Domino Proregi, pro Reuerendiſſimo Gaſpare de Chiroga Generali Viſitatore in hoc Regno ſuper valutatione ſcutorum mille, & biſcentum, vndecim realium pro quolibet, quos Sua Catholica Maieſtas mandauit ſibi ſolui, provt vulgo dicitur agiuto di coſta, & refertur Suæ Excellentiæ, quod in anno 1561. eadem Catholica Maieſtas mandauit ſolui eidem Reuerendiſſ. Viſitatori per agiuto di coſta alios ſcutos mille, & biſcentum, vndecim realium Caſtiglianorum pro quolibet, & iuxta informationem tunc habitam à Mercatoribus ſuper pretio dictorum realiũ, fuit liquidatus valor ipſorum ſcutorum mille, & biſcentum conſiſtentium in dictis realibus, in ſcutis mille quatuor centum triginta ſex; & ſic fuit expedita certificatoria Magnifico Generali Theſaurario pro ipſorum ſolutione. Hoc ſuum, &c.

## CCLXXIX.

*Die 13. menſis Iulij, 1563.*

IN cauſa Vniuerſitatis Ciuitatis Potentiæ, cum Fabricio, & Fratribus de Pittera, ſuper immunitate functionum fiſcalium, & aliorum qua dicti fratres gaudere prætendunt, vti filij quondam Iacobi de Pittera immunis ex priuilegio duodecim filiorum, provt ex actis.

Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod dicti fratres de Pittera contribuant in functionibus fiſcalibus, & aliis ſolutionibus cum dicta Vniuerſitate Ciuitatis Potentiæ, provt cæteri ciues illius à die mortis eorum matris, oppoſitis per dictos fratres non obſtantibus, iuxta formam litterarum deſuper expeditarum, Sub data 12. Iunij, 1563. non obſtante, quod dictum foculare reperiatur deductum tempore quo viuebat dicta eorum mater, ex quo cedit in beneficium Vniuerſitatis. Hoc ſuum, &c.

## CCLXXX.

*Die 11. menſis Auguſti, 1563.*

PEr Regiam Cameram Summariæ fuit expedita conſultatio Excellentiſſimo Domino Proregi, qualiter Triremes & alia vaſcella DD. Venetorum, quæ veniunt in hoc Regno ſunt ſolita tractari franca pro vſu tantum, nedum gabellarum cunctarum, verum & noui impoſiti Regiæ Cariæ, reſpectu menſæ & renfreſchi, quod capiunt, verum reſpectu panaticæ fuit prouiſum, quod detur immunitas, cum licentia tamen Suæ Excellentiæ.

## CCLXXXI.

*Die 9. Octobris, 1563.*

SVper inſtantia facta pro parte Martini de Angulo petentis ſibi ſatisfieri, ac reſpondеri de ducatis ſex pro quolibet menſe ſolui ſolitis per Regiam Curiam pro ſuo, vt dicitur, intrattenimiento.

Facta relatione Suæ Excellentiæ in Collaterali Conſilio, referente Domino Milite V.I.D. Antonio de Caſtillo Regiæ Cameræ Præſidente,

Digitized by Google

Præſidente, fuit prouiſum, & decretum, quod continuetur ſolutio quolibet menſe ad beneficium dicti Martini de Angulo ſcutorum ſex pro ſuo intrattenimento, non obſtante quod per M.C. Vicariæ reperiatur relegatus ex cauſis prout in actis, nam dicta ſolutio fit non vt ſeruiat, ſed vt ſe alat, & ſuſtentet, &c.

## CCLXXXII.

*Die 16. menſis Octobris, 1563.*

IN cauſa Magnifici Alphonſi de Pau cum Regio fiſco, & Vniuerſitate Ciuitatis Bitonti ſuper ciuilitate Neapolitana, qua gaudere prætendit, quo eius mater effecta grauida in Ciuitate Neapolis ab eadem diſceſſit, & propter timorem peſtis, quæ tunc vigebat in dicta Ciuitate, ſe contulit ad habitandum in Caſale delle Grutte pertinentiarum Ciuitatis Nuceriæ Paganorum, in quo durante peſte, prædicta habitauit, & peperit Alphonſum, & deinde, ceſſante peſte, reuerſa fuit ad habitandum in dicta Ciuitate Neapolis vna cum dicto eius filio, in qua habitauit per aliquos dies, & ſic prætenditur per tranſitum potius peperiſſe, & ſucceſſiuè, quod gaudere non debeat, prout in actis, &c.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod dictus Magnificus Alphonſus gaudeat Ciuitate Neapolitana, ipſiuſque priuilegiis, ac ſi eſſet ortus in eadem Ciuitate Neapolis in forma Regiæ Cameræ conſueta.

## CCLXXXIII.

*Die 13. menſis Ianuarij, 1564.*

SVborto dubio in Regia Camera, ſi ciuis alicuius Ciuitatis, Terræ, vel caſtri diſceſſerit à ſua Patria, & acceſſerit ad habitandum ad aliam Ciuitatem, Terram, vel Caſtrum, cogine poſſit ad contribuendum in gabellis impoſitis in illa Terra, ad quam ad habitandum acceſſit pro ſatisfaciendis debitis contractis ante habitationem.

Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum quod contribuere non teneatur. Hoc ſuum, &c.

## CCLXXXIV.

*Die 13. menſis Ianuarij, 1564.*

FActa diſcuſſione, ſi Miniſtri pecuniarij pro computis exactionis impoſitoinis ſtratarum ſoluere debeant iura declaratoriarum ſtante quod pro dicta exactione exigunt vnum cum dimidio pro centenario, & dicta computa ſunt ſeparata à computis ordinariis eorum officiorum.

Per Regiam Cameram fuit prouiſum, & decretum, quod dicti Miniſtri pecuniarij ſoluant iura pro declaratoriis pro rata vnumquemque tangente, iuxta id quod quilibet percipit ex dicta exactione.

## CCLXXXV.

*Die 9. menſis Maij, 1564.*

FVit dubitatum an Magiſtri Portulani huius Regni, dum exactiones faciunt per loca intra Regnum, poſſint illas permittere per plura loca alternatiuè.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod cum ex hoc multum intereſſe Regiæ Curiæ euenire poſſet, mandetur Regiis Magiſtris Portulanis, vt in futurum nullatenus permittant extractiones alternatiuas, ſed per vnum tantum locum deſtinatum, nec aliter contrauenian abſque expreſſo ordine Regiæ Cameræ. Hoc ſuum, &c.

## CCLXXXVI.

*Die 7. menſis Iunij, 1564.*

PEr Regiam Cameram Summariæ fuit expedita conſultatio Excellentiſſ. Domino Proregi quod ex quo per informationem captam conſtat aliquas Terras Prouinciæ Aprutij vltra eſſe omnino impotentes ad ſoluendum, quod in reſiduo remanſerunt, & aliquas malè ſe habere; impotentibus fiat remiſſio eius, quod debeat, & ſunt in reſiduo, dummodo in futurum ſoluant, & reſpectu aliarum quæ non ſunt omnino impotentes quod illis detur dilatio ad ſoluendum quantitates debitas infra annos duos, &c.

## CCLXXXVII.

*Die 21. menſis Iunij, 1564.*

SVper inſtantia facta per Dom. Ioan. Andream de Curte ſac. Conſilij Regium Conſiliarium, & exercentem officium Præſidentis eiuſdem S.C. ad hoc vt ei ſoluatur ſalarium vtriuſque officij, poſtquam in vtroque ſeruit ordine Suæ Excellentiæ.

Per Regiam Cameram, referente Domino Thoma Anello Salernitano Præſidente, (qui in cauſa interuenit ex conſenſu Domini Fiſci Patroni, cum alias interuenire non poſſet, ex quo compater præfati Domini Io. Andreæ) fuit prouiſum, quod fiat conſultatio Suæ Excellentiæ cum voto quod dicto Domino Regio Conſiliario Io. Andreæ de Curte ſoluatur ſalarium pro vtroque officio, pro tempore, quo inſeruiit, &c.

*De hac determinatione memor fuit D. Camillus*



Digitized by Google

*millus de Curte* in 2. parte ſui comprehens. feud. cap. 1. à num. 156. *vbi ſic pariter ſeruari ſupplicatum cum Dominis Regiæ Cameræ Præſidentibus, quando abſente Domino Locumtenente per hebdomadas exercent officium Magni Camerarij.*

## CCLXXXVIII.

*Die* 3. *Iulij*, 1564.

IN cauſa Vniuerſitatis Terræ Itri cum aliquibus eius ciuibus qui patres ſunt onuſti numero duodecim filiorum ſuper petita contributione, provt in actis.

Facta relatione per militem V. I. D. Dom. Antonium de Caſtillo Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium Excellenti Domino Locumtenenti, aliiſque Dominis Præſidentibus: Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu prouiſum, & decretum fuit, quod dicti Patres duodecim filiorum contribuant in expenſis Turrium maritimarum, & earum cuſtodiæ ad euitandum prædas infidelium, item in pœnis baiulationis pro damnis datis, item in expenſis litis cum Dominis molendinorum, nam ipſi exigere prætendunt pro ſingulis viginti vnum, & vniuerſitas prætendit pro ſingulis triginta vnum. Hoc ſuum, &c.

## CCLXXXIX.

*Die* 21. *Iulij*, 1564.

PRoponente Domino Milite V. I. D. Didaco de Scobar cauſam Illuſtr. Principis Sulmonis cum Regio fiſco ſuper baiulatione illius Ciuitatis, quam Illuſtr. Principis prætendit eſſe ſuum ſubfeudum, fuerunt vocati Magnifici Rationales Stinca Guarinus, & Arminius, qui fuerunt à Dominis Locumtenente, & Præſidentibus Regiæ Cameræ interrogati quomodo fuerit ſeruatum in Camera, quando Sua Maieſtas conceſſit alicui ſuo benemerito ſubfeudum, & deinde Terram in cuius territorio ſubfeudum illud ſitum eſt, alteri concedit, cum clauſula quod ſubfeudatarius recognoſcat ipſum Baronem Terræ, an in taxa adohæ dictæ Terræ, taxetur etiam dictum ſubfeudum, cui quidem dubio reſponderunt quod nunquam fuit taxatum, quia Baroni competit tantum ex actio adoharum, pro quibus alia adoha non debetur, cum ſeruitium de ſeruitio præſtari non poſſit. Et facta de his omnibus relatione S. Excellentiæ in Collaterali Conſilio ſub die 24. eiuſdem menſis Iulij, fuit prouiſum quod pro baiulatione dictæ Ciuitatis ſoluatur adoha Illuſtr. Principi, qui pro illo ſeruitio adoham Regiæ Curiæ ſoluere non tenetur, &c.

## CCXC.

*Die* 19. *menſis Auguſti*, 1564.

IN Regia Camera fuit pleniſſime diſcuſſum de immunitate prætenſa per nationem Venetam, & fuit lectum decretum per Regiam Cameram alias interpoſitum contra dictam nationem, quod Veneti ſoluant ius fundaci, plateæ, & Dohanæ pro eorum oleis in fundacis Prouinciarum Terræ Hidrunti, & Baſilicatæ, & vocato Vincentio Romano computante Magnifici Ioannis Franciſci Medinę Arrendatoris dictarum Dohanarum, & interrogatus quomodo tractantur Veneti in dictis Dohanis, Reſpondit Magnificum Cæſarem Marzatum prædeceſſorem Arrendatorem, ſe cum Venetis concordaſſe, ex quo illi decretum contra ipſos interpoſitum ægrè tulerunt, & iterum interrogatus ſi in libro dohanæ deſcribantur integri dirictus; reſpondit quod notabantur ſolum dirictus, qui exigebantur.

Vnde per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod expediantur prouiſiones cum inſerta forma dicti decreti, quod integre exigantur iura Dohanæ fundaci, & plateæ à dictis Venetis, & ſi ex aliqua cauſa Arrendator voluerit ſe concordare, integri dirictus in libris notentur, ex quo ſi in præteritum dicti integri dirictus non fuerint exacti, proceſſit culpa dicti Magnifici Cæſaris Marzati. Hoc ſuum Regia Camera interponente nouum decretum.

## CCXCI.

*Die* 26. *menſis Auguſti*, 1564.

CVm Vniuerſitas Ferandinæ tres eius ciues nominaſſet; ad hoc vt illorum alter in Ærarium eligi poſſet, vnus ex nominatis ſe excuſauit, allegans patrem eſſe octo filiorum, & etiam in ſenectute conſtitutum, alter verò allegauit, ſenem eſſe, & non bene videre.

Vnde in Regia Camera, diſcuſſis omnibus de iure diſcutiendis, & conſideratis de iure conſiderandis per ipſam Regiam Cameram, conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod ille nominatus, qui habet octo filios habeatur pro excuſato, & proinde Vniuerſitas alium eligat, & ſi alter nominatus eſt adeo ſenex, quod dictum officium exercere non poſſit, pariter alter loco ſui eligatur.

## CCXCII.

*Die* 11. *menſis Octobris*, 1564.

SVborto dubio in Regia Camera; an ſi quis fuerit declaratus Ciuis Neapolitanus vigore Regiæ pragmaticæ, ex quo vxorem duxit ortam

Digitized by Google

ortam in Ciuitate,& habet domum propriam, quæ tamen in emphyteuſim ſub annuo canone fuit ei conceſſa ſi contigerit, quod propter canones non ſolutos fieret locus deuolutioni ad beneficium directi domini, an hic talis in poſterum gaudere poſſit ciuilitate prædicta, &c.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu prouiſum, & decretum fuit, quod in conſimilibus ciuilitatibus in poſterum concedendis apponatur clauſula, quod deuoluta, ſeu alienata domo non gaudeat ciuilitate prædicta. Hoc ſuum, &c.

## CCXCIII.

*Die 9. Decembris, 1564.*

IN cauſa Vniuerſitatis Terræ Marigliani cum Vniuerſitate Caſalis Sciſciani, & aliorum Caſalium dictæ Terræ,ſuper contributionibus in functionibus fiſcalibus pro bonis,quæ poſſidentur in territorio commune ſolitis accataſtari in cataſtis dictorum Caſalium per Ciues dictæ Terræ Marigliani, & aliis, vt in actis.

Viſis actis per Magnific. V.I.D. Antonium de Caſtillo Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium,& facta de eis relatione in d. Reg. Camera, coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dom. Præſidentibus; Fuit per d. Reg. Cameram conſenſu prouiſum,& decretum,prout præſenti decreto datur terminus iuris vtrique Parti ad probandum incumbentia in præſenti cauſa,& interim d. Caſalia manuteneantur in quaſi poſſeſſione exigendi functiones fiſcales, etiam à ciuibus dictæ Terræ Marigliani pro bonis accataſtatis in cataſtis ipſorum Caſalium. Hoc ſuum, &c.

## CCXCIV.

*Die 10. menſis Ianuarij, 1565.*

EXcellens Dominus Locumtenens propoſuit; *Se votandoſi alcuno negotio in Camera, & eſſendoci alcuno voto in contrario, referendoſi poi à S. E. ſe l'hà da dire che la Camera, ò vero la maggior parte è di voto tale, & ſuper hoc fuit diſcuſſum, & tandem concluſum, quod dicatur, maiorem partem eſſe talis voti, nam alias eſſet hoc inconueniens, che dicendoſi la Camera è di parere, Sua Excellentia forſi non aduertiria de dimandare ſe ci è voto in contrario, e paſſaria forſi con lo voto della Camera, per che intendendo dalla Camera eſſerci voto in contrario, forſi miraria più, & ordinarſi ſe votaſſe in Conſilio Collaterale doue forſi ſe potria concludere, & votare il contrario del voto maioris partis Cameræ.* Hoc ſuum, &c.

*D. Marin. Collect. Decr. Gener. & Exempl.*

## CCXCV.

*Die 27. menſis Ianuarij, 1565.*

MAgnificus Dominus Antonius Caſtillus Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ, & Commiſſarius, retulit in Banca eiuſdem Regiæ Cameræ cauſam Magnificorum Rationalium dictæ Regiæ Cameræ, cum Archiuario ipſius, quæ fuit votata abſentibus Magnifico Procuratore Fiſcali, & me notatore, deinde vocato me notatore, fuit mihi iniunctum, vt notarem fuiſſe prouiſum ex cauſis, & rationibus mentem dictæ Regiæ Cameræ mouentibus, & conſideratis ad euitandum lites inter Officiales Cameræ, & pro quiete dicti Tribunalis, quod omnia computa in Archiuio conſeruentur, iuxta ordinem, & emolumenta ex illis prouenientia, quæ peruenerint ex computis liquidatis, ſeu liquidandis per dictos Rationales ad ipſos ſpectent, quæ peruenerint ex computis ſuorum immediatè prædeceſſorum, & aliorum ſuorum anteceſſorum ſpectent ad dictum Archiuarium, ita reformando decretum interpoſitum ſub die 24. Iulij.... Hoc ſuum,&c.

## CCXCVI.

*Die vltimo menſis Ianuarij, 1565.*

MAgnificus Dominus Antonius Caſtilla Præſidens Regiæ Cameræ, & Commiſſarius, retulit, *che lo Magnifico Arrendatore vuole prouiſione, che in li fundici d'Apruzzo ſi faccia l'eſtima delle mercantie, conforme al prezzo che ſi contrattano;* Fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, quod fiat quatenus ſi extrahuntur à Regiis Dohanis, extimentur iuxta tariffam; ſi intus verò Regias Dohanas contractant, & extimentur iuxta pretium, Hoc ſuum,&c.

## CCXCVII.

*Die primo menſis Februarij, 1565.*

FVit tractatum in Banca Regiæ Cameræ Summariæ, ſuper facto Decij de Penna, qui hodie eſt moriturus,nam Magnificus Procurator fiſci dixit allocutum fuiſſe Excellentem Regentem magnæ Curiæ Vicariæ ſuper hoc, & fuit dubitatum *ſi hauera da vſcire lo Pennone della Vicaria, qual'è del Gran Iuſtitiero, & detto Decio more per ordine della Camera, quale è del Gran Camberlingo,* & fuit per d. Regiam Cameram concluſum, quod d. Decius exeat abſque Pennone. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

## CCXCVIII.

*Die 28. menſis Februarij, 1565.*

MAgnificus Dominus V. I. D. Thomas Salernitanus Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ, & Commiſſarius, retulit in dicta Regia Camera quoſdam Zaffaranarios ementes Zaffaranam in Aprutio, quam aſportant vendendo ad minutam, grauari de banno emanato, quod daretur cautio de illam aſportando in Regiis fundacis pro declaratione dicti banni; Fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod pro zaffarana, quæ emitur in Terris, & locis ſubiectis Regiis fundacis detur dicta cautio, pro illa vero, quæ emitur in Terris, & locis non ſubiectis, nulla detur cautio; verum cuilibet Zaffaranario non liceat aſportare vltra decem libras Zaffaranæ. Hoc ſuum, &c.

## CCXCIX.

*Die 29. menſis Maij, 1565.*

CAſus, ſuper quo fuit per Regiam Cameram diſcuſſum, talis eſt. Quidam extraxit à Rigio quaſdam merces per nundinas Salerni, & dedit cautionem illas aſportandi ad dictas Nundinas, & applicuit in Dohana Veteris, vbi prætendit Arrendator exigere diritus, licet ritus aliter diſponat; Fuit tandem per eandem Regiam Cameram prouiſum, quod nihil exigat, nam in Salerno adeſt fundicus Regius. Hoc ſuum, &c.

## CCC.

*Die 30. Maij, 1565.*

SVborto dubio ſi Liparenſes, vel alia perſona franca emit merces in fundico Regio, & deinde illas extrahit per loca non habentia, vel habentia fundicos Regios, vel à dicto fundico Regio vbi fuit emptio vult illas extrahere per apotecas, debetur, vel non debetur ius fundaci ſtante quod ritus diſponit qualiter habetur pro ſoluto immediatè, quod francus emit; Fuerunt ſuper hoc vocati Magnifici Officiales Regiæ Dohanæ Neapolis, & venerunt Magnifici Dohanerius, & Burrellus, & dixerunt ſolitum Regiæ Dohanæ eſſe, quod francus emens merces in dicta Dohana, ſi illas extrahit per apothecas, vel per loca non habentia fundicos Regios per infra Regnum, ſoluit ius fundaci, ſi verò extrahit per extra Regnum nil ſoluit, & ſic ſi extrahit à Nundinis franchis, in quibus non fuit facta ſolutio, & immittit in Dohanam, ſoluit; Fuit tandem eis ordinatum, quod faciant fidem de ſolito pro præterito ad finem prouidendi. Hoc ſuum, &c.

## CCCI.

*Die 16. menſis Iunij, 1565.*

FActa relatione Suæ Excellentiæ per Regiam Cameram Summariæ, referente Domino Caſtilla eiuſdem Regię Camerę Præſidente, & Commiſſario, circa contributionem generaliter faciendam in Regno pro conſtructione Turrium in locis maritimis, accedentibus prius votis Spectabilium Regiam Cancellariam Regentium, & dictæ Regiæ Cameræ conſenſu Sua Excellentia mandat, quod generaliter fiat dicta contributio. Verum Vniuerſitates quæ diſtant à locis maritimis vltra milliaria duodecim, ſoluant medietatem eius, quod ſoluent Vniuerſitates quæ ſunt à dictis milliaribus duodecim citra propè dictas maritimas, & ſi aliquæ prætenderent eſſe infra, vel extra dicta duodecim milliaria, Regia Camera hoc recognoſcat, & prouideat. Hoc ſuum, &c.

## CCCII.

*Die 6. menſis Iulij, 1565.*

IN cauſa cuiuſdam Clerici prætendentis ſe velle gaudere franchitia Eccleſiaſtica pro vſu filiorum naturalium, provt clarius in actis, &c.

Referente Domino Caſtilla Præſidente Regiæ Cameræ Summariæ, & Commiſſario, coram Excellenti Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod dictus Clericus non gaudeat prætenſa immunitate, ſeu franchitia Eccleſiaſtica. Hoc ſuum, &c.

## CCCIII.

*Die 3. menſis Septembris, 1565.*

IN cauſa Arrendamentorum ferri Terræ Bari, & aliarum, cum olim Arrendatoribus, ſuper ferro, & acciario, quod dicti olim Arrendatores conduci fecerunt pro vſu eorum Arrendamenti, & prætendunt illud extrahere per alias Prouincias, & vendere aliis Arrendatoribus ferri, provt latius in actis continetur, &c.

Facta de prædictis omnibus relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V. I. D. Didacum Scouar Præſidentem eiuſdem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod liceat

Digitized by Google

liceat extrahere illud ferrum, & acciarium per alias Prouincias. Hoc ſuum, &c.

CCCIV.

*Die 15. menſis Februarij, 1566.*

SVper differentia orta inter Nicolaum Pizzo numeratum in Terra Aſtrongoli, & habitantem in Terra Mangone, cum eiſdem Vniuerſitatibus prætendentibus, ſtante earum contentamento non eſſe cogendum dictum Nicolaum ad ſolutionem functionum fiſcalium cum dicta Terra Aſtrongoli, & illas ſoluere debere in dicta Terra Mangone, vbi transtulit ſuum domicilium, provt clarius in actis continetur.

Facta de eiſdem omnibus relatione in Regia Camera Summariæ per Magnificum Dominum Stinca eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium coram Excellenti Domino Locumtenente, aliiſque Magnificis Dom. Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum pariterque decretum, quod conuentio facta inter dictas Vniuerſitates non admittatur, ne detur exemplum ad euitandum inconueniens, quod inde oriri poſſet in conſimilibus. Hoc ſuum, &c.

CCCV.

*Die 19. Februarij, 1566.*

IN cauſa Vniuerſitatis Foſſæ Ceca cum Croce de Colauecchio eiuſdem Terræ ſuper prætenſa donatione pro bonis omnibus donatis ſuo filio Armigero inſimul cum eo viuenti, provt in actis clarius continetur.

Referente Magnifico Domino Lucino Præſidente Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſario, coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus dictæ Regiæ Cameræ, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, atque decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictus Croce de Colauecchio pro bonis, vt ſupra donatis, cum dicta Vniuerſitate contribuat, non obſtante donatione prædicta. Hoc ſuum, &c.

CCCVI.

*Die 20. menſis Februarij, 1566.*

IN cauſa Magnifici Roberti Pandolfini Regij Arrendatoris Dohanarum Terræ Idrunti, Bari, & aliarum, cum Regio fiſco, petentis ſuos officiales, & Locumtenentes non moleſtari pro hoſpitio, vt in actis continetur.

Referente Magnifico Domino V.I.D. Berardino de Santa Croce Præſidente Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ huiuſmodi Commiſſario coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus eiuſdem Regiæ Cameræ, fuit per ipſam conſenſu prouiſum pariter, & decretum, quod exteri non moleſtentur, ciues autem contribuant. Hoc ſuum, &c.

CCCVII.

*Die 2. Maij, 1566.*

REferente Domino Milite Pirro Antonio Stinca Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, quoad partitas extractionum vinorum vigore mandatorum Magiſtri Portulani expeditorum vigore litterarum Regiæ Cameræ Summariæ cum inſerta forma ordinum Suæ Excellentiæ, fuit diſcuſſum, quod poſſint committi nonnullæ fraudes; nam ſi extrahuntur in pluribus vicibus vina extrahenda vigore huius ordinis poſſet occultari vna partita, ſi barca non applicaret Cayetæ; & ad euitandum inconueniens, quod poſſet oriri.

Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum quod expediantur ordines generales Magiſtris Portulanis huius Regni, quod in dorſo prouiſionum Cameræ notent quamlibet partitam extrahendam in computum quantitatis principalis cum diſtinctione diei, & Barcæ, ſuper qua fiet oneratio, & in alia partita fiat mentio de illa ordinata extrahi, taliter quod in qualibet partita fiat mentio de aliis expeditis, vt ex qualibet partita habeatur notitia de omnibus expeditis. Hoc ſuum, &c.

CCCVIII.

*Die 11. Maij, 1566.*

SVper inſtantia facta per Franciſcum Thomam de Nardello de Potignano, vt declaretur, ipſum debere gaudere immunitate Patris onuſti duodecim filiorum, ex quo habens nouem filios, tres alij in vno vtero eius vxoris nati ſunt, quamuis poſtea mortui ſint, dum dictus Franciſcus Thomas pater acceſſum habebat ad hanc Ciuitatem Neapolis pro obtinenda immunitate prædicta.

Viſis actis per Magnificum Militem V.I.D. Dom. Didacum de Scobar Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione coram Excellente Domino Locumtenente, ac aliis Magnificis Dominis Præſidentibus, fuit per Regiam Cameram conſideratis conſiderandis, diſcuſſis diſcutiendis, habitaque ſuper prædictis matura deliberatione, conſenſu prouiſum pariter, & decretum quod dictus Franciſcus gaudeat in forma. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

CCCIX.

*Die 10. Iunij, 1566.*

IN cauſa Vniuerſitatis Plani Surrenti ex vna, & dicta Vniuerſitate Surrenti ex altera, de, & ſuper contributione iurium fiſcalium facienda per habitatores in dictis locis provt in actis.

Referente Magnifico Domino Pirro Antonio Stinca Præſidente Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſario coram Excellenti Domino Locumtenente, aliiſque Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu diſcuſſum atque prouiſum, quod habitantes in Plano contribuant cum eodem Plano, & habitantes in Ciuitate Surrenti ſeorſum ab eorum patribus & fratribus ſub foculari quorum ſunt numerati contribuant cum eadem ciuitate, Hoc ſuum, &c.

CCCX.

*Die 2. Augusti, 1566.*

REferente Magnifico Domino Pirro Antonio Stinca Præſidente Regiæ Cameræ Summariæ & cauſæ Commiſſario dubium, vtrum relegati in Inſulam Capri, Neapolitani, & Patres duodecim filiorum teneantur contribuere ad impoſitionem Turium, quo dubio bene audito, atque diſcuſſo per Excellentem Dom. Locumtenentem & alios Magnificos Dominos Præſidentes ipſius Regiæ Cameræ, accedentibus eorundem votis, fuit per Cameram ipſam prouiſum, pariterque decretum, quod relegati non ſoluant, alij verò prædicti contribuant. Hoc ſuum, &c.

CCCXI.

*Die 24. menſis Auguſti, 1566.*

PEr Regiam Cameram Summariæ referente Magnifico Dom. Pirro Antonio Stinca Præſidente eiuſdem Reg. Cameræ & Commiſſario coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dom. Præſidentibus ipſius, fuit conſenſu prouiſum, & decretum; quod Tubitta Magnæ Curiæ Vicariæ non exigat carolenum vnum pro qualibet exequutione iuxta formam prouiſionis Catholicæ Maieſtatis; ſed tantum directus tempore venditionis bonorum exequutorum iuxta ſolitum, & quando bona exequuta, & conſignata Tubittæ reſtituuntur Patronis abſque alia venditione exigat grana decem pro qualibet exequutione, pro conſeruatione tantum iuxta ſolitum; non autem carolenum pro Alguzerio. Hoc ſuum, &c.

CCCXII.

*Die vltimo menſis Auguſti, 1566.*

IN cauſa nonnullorum Particularium paduIanorum conducentium cæpas in foro Neapolis cum Gabellotis Sbarrarum de, & ſuper prætenſa exactione vnius cominæ cæparum facienda per eoſdem gabellotos pro quolibet curru, ſeu ſalma, vt in actis.

Referente in Banca Regiæ Cameræ Magnifico Domino Stinca Præſidente dictæ Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſario coram Excellenti Domino Locumtenente & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur quod prædicti gabelloti abſtineant ab exactione vnius cominæ cæparum pro quolibet curru, ſeu ſalma veniente ad hanc Ciuitatem Neapolis, & capiatur informatio per N. de exactione facta per dictos gabellotos. Hoc ſuum, &c.

CCCXIII.

*Die 4. Septembris, 1566.*

IN cauſa Vniuerſitatum Capræ, & Anecapræ cum Regio fiſco ſuper petitione, quod non contribuant in ſolutione Turrium, provt in actis clarius continetur.

Facta de prædictis omnibus relatione in Regia Camera Summariæ per Magnificum Dominum V.I.D. Didacum de Eſcobar Præſidentem dictæ Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum quod Vniuerſitates prædictæ non contribuant; ſtante, quod contruxerunt quandoque Turres, & illas cuſtodiunt. Hoc ſuum, &c.

CCCXIV.

*Die 9. Octobris, 1566.*

PEr Regiam Cameram Summariæ, accedentibus votis Excellentis Domini Locumtenentis, & Magnificorum Dominorum Præſidentium eiuſdem Regiæ Cameræ, fuit conſenſu prouiſum & decretum, quod Porterij Regiæ Cameræ ſub pœna expulſionis ab ipſa Regia Camera, non permittant, aliquem ingreſſum habere in Aulam dicti Tribunalis dum in illa ſtant Magnifici DD. Præſidentes dictæ Cameræ. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

CCCXV.

*Die 18. menſis Nouembris, 1566.*

SVper diſcuſſione facta in Regia Camera Summariæ, de præambulis, qui conficiuntur coram Magnifico Auditore Peditum, an ſint admittendi in Generali Theſoreria pro faciendis ſolutionibus hæredibus creditorum, provt in actis continetur.

Referente Magnifico Domino V. I. D. Berardino de Santa Croce Præſidente Regiæ Cameræ Summariæ, & Commiſſario coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, atque decretum, quod expediti admittantur, expediendi verò, ſi excesſerit ſolutio ſummam ſcutorum decem ſoluendorum, non admittantur, niſi dicatur fuiſſe facta citatio Regio Fiſco pro ſuo intereſſe. Ho cſuum, &c.

CCCXVI.

*Die 10. menſis Ianuarij, 1567.*

SVper inſtantia facta per Magnificam Mariam Carrafa matrem, Baliam, ac tutricem Magnifici Fuluij, & aliorum filiorum quondam Domini Regij Conſiliarij Nicolai Franciſci Conſtantij poſſeſſorum Baiulationis huius Ciuitatis Neapolis, vt deputetur certus numerus Notariorum in Ciuitate & caſalibus, qui valeant capere obligationes, quæ fiunt penes acta dictæ Baiulationis.

Per Regiam Cameram Summariæ, referente Magnifico Domino Scipione Cutinario eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidente, fuit prouiſum, & decretum, quod fiat conſultatio Excellentiſſimo Domino Proregi cum voto; quod deputentur in hac Ciuitate Neapolis ſexdecim Notarij, & in Caſalibus octo, qui valeant dictas obligationes capere pro dicta Baiulatione. Hoc ſuum, &c.

CCCXVII.

*Die 24. Februarij, 1567.*

VIſa comparitione, &c. per Magnificum V. I. D. Dom. Thomam Salernitanum Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, & facto de contentis in ea verbo in d. Reg. Cam. coram Excellente Dom. Locumtenente, & aliis Dom. Præſidentibus; Fuit per d. Reg. Cameram prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur deductionem Fidæ animalium eſſe faciendam in illo loco, vbi viuitur per appretium, in illo autem loco vbi viuitur per gabellam, debeant d. gabellæ ſolui integrè, abſque deductione dictæ Fidæ. Hoc ſuum, &c.

CCCXVIII.

*Die 3. menſis Martij, 1567.*

INſtante Magnifico Procuratore Regij Fiſci, per Regiam Cameram Summariæ, prouiſum, & decretum fuit, quod fiat ordo Capitaneis Graſſiæ, quod in fideiuſſionibus, quæ deinceps capi contigerit extractionum equorum, apponatur clauſula, quod in regreſſu teneantur extrahentes præſentare equos, quorum fuit facta extractio Capitaneo, & facere notamentum in libro, vt poſſit caſſari fideiuſſio, quod ſi ſecus fiet, illi, qui voluerint per teſtes probare quod equi fuerunt reuerſi in Regno, non admittantur. Hoc ſuum, &c.

CCCXIX.

*Die 4. menſis Martij, 1567.*

PEr Regiam Cameram Summariæ, referente Magnifico Domino Franciſco Antonio Dauid eiuſdem Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, audita inſtantia Camilli Paſſalacqua Magiſtri Cameræ Regiæ Audientiæ Calabriæ; Fuit prouiſum, & decretum, licere dicto Camillo alium in ſui loco ſubſtituere in officio prædicto, ſtante, quod ipſe reperitur in exilium miſſus per magnam Curiam Vicariæ per annum. Hoc ſuum, &c.

CCCXX.

*Die 14. Maij, 1567.*

SVper reuiſione computorum Terræ Cælij prætenſa per Franciſcum Tigninum Commiſſarium Regiæ Cameræ, facta de negotio relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Præſidentem Pirrum Antonium Stinca, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu generaliter prouiſum, & decretum, quod computa adminiſtratorum introituum Vniuerſitatum, quæ à Rationalibus per Vniuerſitates ipſas electis fuerunt viſa, & poſtea ordine ſuperiorum ab alio ab id deputato reuiſa, de cætero non videantur. Hoc ſuum interponente decretum, &c.

CCCXXI.

*Die 7. Iulij, 1567.*

IN cauſa Vniuerſitatis Terræ Caſalis noui, cum Magnificis Cornelia Pagana Auguſtino Palauicino, Catharina Vincapilli, Magnifico Franciſco Gomez & aliis poſſidentibus introitus annuos ſuper gabellis, & bonis dictæ Vniuerſitatis, de, & ſuper contributione in functionibus fiſcalibus ordinariis, & extraordinariis

dinariis Regiæ Curiæ tanquam bonatenentibus pro dictis introitibus pro tempore præterito,& in futurum,vt in actis.

Viſis actis per Magnificum vtriuſque iuris Doctorem Dom. Berardinum de Santa Cruce Præſidentem Reg. Cameræ & cauſæ Commiſſarium , & facta de eis relatione in dicta Regia Camera coram Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram prouiſum, & decretum quod detur provt præſenti decreto datur terminus iuris dictis Partibus ad probandum incumbentia in præſenti cauſa, tam quoad contributionem petitam pro tempore præterito quàm pro futuro, & quod liceat dictæ Vniuerſitati Caſalis noui exigere ab hinc in antea, & in futurum dictas functiones fiſcales à dictis particularibus pro introitibus prædictis, quos tenent, ſuper gabellis, & bonis dictæ Terræ, præſtita per ipſam Vniuerſitatẽ cautione de reſtituendo in caſu retractaionis, dummodo in inſtrumentis emptionum dictorum introituum non ſit clauſula in ſpecie de tractando eos immunes à dictis functionibus fiſcalibus , & collectis , & quoad contributionem pro tempore præterito ſuperſedeatur. Hoc ſuum, &c.

## CCCXXII.

*Die 7. Iulij, 1567.*

SVper inſtantia facta per Vniuerſitates huius Regni prætendentes exigere collectas, tam pro tempore præterito, quam pro futuro pro introitibus, quos Particulares poſſident ſuper gabellis, & aliis rebus ipſarum Vniuerſitatum abſque ſpeciali pacto , quod pro illis non teneantur contribuere in gabellis prædictis, &c.

Facta de prædictis omnibus relatione per Magnificum V. I. D. Dom. Berardinum de Santa Cruce Præſidentẽ Regię Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium in dicta Regia Camera, coram Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram prouiſum, & decretum, quod detur, provt præſenti decreto datur curſus dierum decem ad probandum incumbentia prædictis Vniuerſitatibus, & Particularibus, tam reſpectu præteriti, quam futuri. Verum deinceps Vniuerſitates ipſæ exigere valeant dictas collectas à Particularibus prædictis pro dictis introitibus, donec in dicta cauſa fuerit aliter de iuſtitia prouiſum data cautione per dictas Vniuerſitates de reſtituendo exigendum in caſu retractationis præſentis decreti. Hoc ſuum, &c.

## CCCXXIII.

*Die 12. menſis Iulij, 1567.*

IN cauſa Magnifici Raphaelis Spinula Arrendatoris ferri Prouinciarum Aprutij, cum Regio fiſco ſuper excõm puto petito ob intereſſe paſſum ex cauſa claſſis Turcarum, & aliis provt in actis, &c.

Per Regiam Cameram Summariæ referente Magnifico V. I. D. Domino Didaco Scobar eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidente, & cauſæ Commiſſario, fuit prouiſum, & decretum, quod ſuperſedeatur determinatio ſi debetur, vel non excomputum vſque ad finem Arrendamenti , verum ſuſpendatur eidem Arrendatori exactio pro ſumma ducatorum mille extalei Arrendamenti prædicti, donec aliter fuerit per RegiamCameram prouiſum. Hoc ſuum, &c.

## CCCXXIV.

*Die 12. Iulij, 1567.*

IN cauſa Saluatoris de Saluatore, & aliorum cum Regio fiſco ſuper extractione certæ quantitatis olei naufragati de quo erant ſoluta iura noui impoſiti,& aliorum diricťuum.

Per Regiam Cameram Summariæ,referente Domino Franciſco Antonio de Dauid cauſæ Commiſſario, fuit prouiſum, & decretum, quod ſtante ſolutione diricťuum iam facta prędeceſſori Arrendatori liceat,& licitum ſit dicto Saluatori extrahere cõſimilem olei quantitatẽ abſque alia ſolutione diricťuum.Hoc ſuum,&c.

## CCCXXV.

*Die 27. menſis Septembris, 1567.*

IN cauſa fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis cum Arrendatoribus Sbarrarum ſuper infraſcriptis capitibus,& aliis,provt in actis, &c.

Per Reg. Cameram Summariæ Referente Magnif. Dom. Pręſidente Maiorica quoad primum caput, ſi Neapolitani ſint immunes pro fructibus ſuorum territoriorum,quæ tenent,& poſſident extra territoriorum huius fideliſſimę Ciuitatis, & illos immittunt Neapolim non cauſa commercij; fuit prouiſum, & decretum, quod tractentur immunes.

Quò verò ad caput ſi Neapolitani capientes territoria aliorum Neapolitanorum ad parſonariam ſita extra territorium Neapolis debeant eſſe immunes, fuit prouiſum , & decretum,quod tractentur immunes.

Quò verò ad caput ſi Neapolitani ementes in territorio Neapolis victualia ab aliis Neapolitanis nata in territoriis ipſorum ſint immunes,fuit prouiſum,& decretum quod detur terminus iuris ad finem videndi, quis lite pendente in poſſeſſione manuteneri debeat.

Quò

Digitized by Google

Quo verò ad caput, ſi d. Arrendator potuit exigere gabellam in caſalibus pro victualibus, quæ ibi venduntur, redemuntur, fuit prouiſũ, & decretũ, quod detur terminus iuris, & interim lite pendẽte, nihil innouetur. Hoc ſuũ, &c.

## CCCXXVI.

*Die 8. Octobris; 1567.*

IN cauſa Magnif. & Fideliſſimę Ciuitatis Neapolis cum Magnif. Arrẽdatore gabellæ Sbarrarum d. Ciuitatis, ſuper deductis in proceſſu.

Viſis actis cauſæ prædictæ per Magnif. V.I.D. Dom. Annibalem Moles Reg. Cam. Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſariũ, factaque per eundem relatione in d. Reg. Cam. coram aliis Magnif. Dom. Præſidẽtibus ipſius, fuit per d. Reg. Cam. auditis Reg. Fiſco, & Magnif. Aduocatis Partium prædict. prouiſum, & decretũ, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod decretum per eandem Reg. Cam. interpoſitũ olim die 14. Maij, 1567. ſeruetur, provt ſeruari mandatur reſpectu frumentorum, quæ Neapolitani recolligunt ex eorum territoriis propriis ſitis etiam extra territorium Neapolis, etiam quod ſeruiant cauſa commercij, &c.

Super capite ſi Ciues Neapolitani erant tractandi immunes d. gabellæ pro victualibus, quę percipiunt ex terris aliorũ Neapolitanorũ ſitis extra territorium Neapolis, quas terras capiunt ad partionariam, ſeu affictum; fuit prouiſum, & decretum, quod pro d. victualibus d. terrarum, quas capiunt ad partionariam d. Neapolitani, lite pendente tractentur, provt tractari mandatur immunes d. gabellæ, etiam quod ſeruiant cauſa commercij; pro illis vero victualibus aliarum terrarum, quæ capiunt in affictum, & aſportant illa Neapolim cauſa cõmercij, non pro eorum vſu, ſoluant medietatem d. gabellę iuxta decretum interpoſitum per eandẽ Reg. Cam. ſub die 15. Maij, 1548. in cauſa Magnif. Io. Andreæ Oriliæ cum Gabellotis d. gabellæ, &c.

Super capite, ſi Neapolitani erunt etiam tractandi immunes d. gabellæ pro victualibus, quæ emunt intus territorium Neapolis ab aliis Neapolitanis illa recolligentibus ab eorũ terris ſitis intra, vel extra d. territorium Neapolis, fuit per eandem Reg. Cam. prouiſum, & decretũ, quod lite pendente ſeruentur immunes d. gabellæ, verum fiat annotatio victualiũ prædictorũ, &c.

Super capite, ſi licet d. Gabellotis exigere gabellam prædictam intus caſalia Neapolis pro victualibus, quæ aſportantur ab extra territorium pro vſu, ſeu cauſa commercij, licet non tranſeant per loca, in quibus exigitur d. gabella, nec ducantur Neapolim; fuit prouiſum, & decretum, quod lite pendente nihil innouetur contra ſolitum & conſuetum, verum interim fiet annotatio.

Super capite exactionis prætenſæ per d. Gabellotos ab illis, qui veniunt Neapolim empturi victualia, & alias res ad rationem denariorum duorum pro catolino pro sũma pecuniæ, quã expendunt, & tornienſis vnius pro tumulo victualium, quæ extrahunt ab ipſa Ciuitate, & prætenditur in hoc non debere comprehendi Neapolitanos; fuit prouiſum, & decretũ, quod d. Neapolitani in extractione d. victualium ab ipſa Ciuitate ſoluãt dirictus d. gabellæ in illis caſibus, in quibus ſoluunt d. dirictus pro victualibus, quæ intrant in Ciuitate prædicta, & non aliter.

Super capite grauaminis prętenſi per d. Neapolitanos, qualiter d. Gabelloti pro victualibus, pro quibus ipſi Neapolitani tenentur ſoluere mediam gabellam, prætendunt exigere grana quinque pro ſalma, licet ſolitum & conſuetum ſit iuxta decreta Reg. Cam. exigere pro ſalma frumenti tumulorum quatuor tornienſes ſeptem cum dimidio, & pro ſalma ordei tumulorum quinque denarios tredecim; fuit prouiſum, & decretum, quod d. Gabelloti exigant iuxta decreta Reg. Cam. Summariæ, ſub pœna vnciarum quinquaginta, & detur terminus dierum decem ad probandum incumbentia: Hoc ſuum, &c.

## CCCXXVII.

*Die 4. menſis Maij; 1568.*

EXcellens Dom. Locumtenens propoſuit ſi Regens Caſtellanus Caſtri Salerni nouiter Deputatus teneatur dare cautionem pro ſua adminiſtratione. Per Reg. Cam. prouiſum, & decretum fuit, quod caueat de reddendo computum tantùm pro ſumma vnciarum centum, & idem prouiſum quoad omnes alios Caſtellanos circa dationem cautionis, &c.

## CCCXXIII.

*Die 12. Ianuarij, 1568.*

PRoponente Dom. Milite V.I.D. Scipione Cutinario Reg. Cam. Summariæ Præſidente, quod multi feudatarij Regni huius volentes, provt tenentur, intra annum, & diem, prædeceſſorum mortem Regiæ Curiæ denunciare, curant vt Magnif. Magiſter Actorum Reg. Cam. det eis copiam petitionum releuiorum prædeceſſorum, ad finem, vt eoſdem introitus per prædeceſſores denunciatos denunciare & ipſi poſſint, ex quo notabile Regij Fiſci intereſſe exoritur. Vnde

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictus Magnif. Magiſter Actorum de cætero non audeat dictas copias conſignare abſque expreſſo ipſius Regiæ Cameræ mandato.



Digitized by Google

CCCXXIX.

*Die 4. Maij, 1568.*

IN cauſa appellationis interpoſitæ ad Reg. Cam.Summariæ per Particulares Terræ Caſtrignani appellantes à Decreto lato per Capitaneũ Terrę Montis Ardui,in fauorem Vniuerſitatis Terrę Pati,per quod fuerũt condemnati ad cõtribuendum in functionibus fiſcalibus vti bonatenentes,cum d. Vniuerſitate Pati pro bonis,quæ poſſident in eius prætenſo Territorio, & aliis, vt ex actis.

Viſis actis per Magnif. V.I.D.Dom.Alphonſum de Salazar Præſidentem Reg.Cameræ, & cauſæ Commiſſarium,& facta de eis relatione in d.Reg.Cam.coram aliis Magnif.Dom.Præſidentibus ipſius;Fuit per Cam.ipſam conſenſu prouiſum,& decretum, malè fuiſſe iudicatum per Capitaneum prædictum Terræ Montis Ardui,& benè appellatum per d.Particulares Caſtrignani, & proinde fore, & eſſe declarandum, provt præſenti decreto declaratur d.territorium promiſcuum inter d. Vniuerſitates Pati,& Caſtrignani,& alios quoſuis poſſeſſores bonorum in eodem Territorio debere pro eiſdem bonis ſoluere, & contribuere in d. functionibus fiſcalibus in loco eorum habitationum, & exactum contra formam præſentis decreti reſtituatur, oppoſitis ex aduerſo non obſtantibus. Hoc ſuum, &c.

CCCXXX.

*Die 12. Iulij, 1568.*

IN cauſa Particulariũ Terrę Cupertini cum Vniuerſitate Terræ Leuerani, ſuper contributione in debitis contractis per d.Vniuerſitatem Leuerani pro bonis emptis, & alias habitis poſt contractionem dictorum debitorum ab hominibus d.Terræ Leuerani, qui contraxerunt debita,& alias, vt in actis.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Berardinum de Santa Cruce Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, & facta de eis relatione in dicta Regia Camera, Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus; Fuit per dictam Regiam Cameram prouiſum, & decretum, quod ſi Ciues dictæ Terræ Leuerani, qui alienauerunt bona, ſunt ſoluendo, non cogantur d. Poſſeſſores exteri ad contribuendum pro d.bonis in d. debitis contractis; ſed d.venditores, ſeu aliter alienantes contribuant, ſi autem non ſunt ſoluendo; d.Poſſeſſores pro eiſdem bonis ſoluere teneantur in d. debitis contractis,ſaluis iuribus eis competentibus contra d. venditores, ſeu aliter alienantes. Hoc ſuum,&c.

CCCXXXI.

*Die 13. Iulij, 1568.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Magnificum Tiberium Serſalem, cum Vniuerſitate Cuſentię,ſuper immunitate,qua gaudere prætendit vti continuus S. Maieſtatis, vt ex actis, &c.

Viſis actis per Dom.Militem V.I.D.Scipionem Cutinarium Præſidentem Reg. Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in d.Reg. Cam. fuit per Cam. ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, quod contribuat,vti bonatenens cum d. Vniuerſitate,exceptis debitis contractis antequam fuiſſet continuus. Hoc ſuum,&c.

CCCXXXII.

*Die 14. Maij, 1569.*

IN cauſa Magnif. Ioannis Mazzoleni Veneti, cum Magnif. Arrendatore Pandolfino,ſuper extractione ſtariorum quincentum ſexaginta vnius olei per extra Regnum ſine ſolutione dirictuum iam ſolutorum in prima extractione pro totidem naufragatis in Portu S. Cataldi, quæ erant extracta, ſeu onerata per Andream Thomaſinum nomine ipſius Ioannis,& de eis erant ſoluti d.dirictus, vt in actis clarius continetur.

Viſis actis per Magnificum vtriuſque iuris Doctorem Dominum Franciſcum Antonium de Dauid Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque de eis relatione in dicta Regia Camera, Excellenti Domino Locumtenenti, ac aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius; Fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod liceat,& licitum ſit dicto Magnifico Ioanni Mazzoleni extrahere, ſeu extrahi facere per extra Regnum d.ſtaria 561.olei abſque ſolutione in prima extractione pro totidem naufragatis in d. Portu Sancti Cataldi, pro quibus erant ſoluti d.dirictus. Hoc ſuum,&c.

CCCXXXIII.

*Die 3. Iunij, 1569.*

SVborto dubio an Magiſtri Actorum M. C. V. præſtare debeant fideiuſſiones de benè, & fideliter adminiſtrando eorum officia.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod pro nunc ſeruetur ſolitum in non præſtando fideiuſſiones prædictas, &c.

CCCXXXIV.

Digitized by Google

## CCCXXXIV.

*Die 7. menſis Iunij, 1569.*

IN cauſa Vniuerſitatis Bari cum Reg. fiſco, & Magnific. Roberto Pandolfino, Reg. Arrendatore dohanę Bari, & aliarũ, ſuper prętenſione immunitatis, qua d. Vniuerſitas gaudere prętẽdit vigore priuilegij Sereniſſ. Regis Ferdinandi primi, Sub datũ 26. Nouemb. 1463. de extrahẽdo extra Regnum oleum à d. Ciuitate Bari, ſoluendo tantum diriċtum tarenorum decem pro milliare, ac etiam vigore priuilegij Sereniſſ. Regis Federici, Sub datum 9. Decembris, 1499. per quod prætenditur, Ciues Barenſes gaudere poſſe priuilegiis olim Mediolanenſibus conceſſis.

Viſis actis omnibus per Magnificum Militem V. I. D. Dom. Franciſcum Antonium de Dauid, factaque de his omnibus relatione in Reg. Cam. Summariæ, coram Excellente Domino Locumtenente, ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius; Fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, Regium fiſcum, ac prędictum Magnificum Arrendatorem fore, & eſſe abſoluendos, & liberandos ab impetitione d. Vniuerſitatis, declarando Vniuerſitatem ipſam, eiuſque ciues, non poſſe vti dicto priuilegio Sereniſſimi Regis Federici, & propterea ciues commorantes, & extrahentes oleum, & alias merces debere ſoluere iura Regiæ Curiæ, provt alij ſoluunt, d. priuilegiis non obſtantibus, non tamen derogando decretis per Regiam Cameram latis in fauorem dictæ Vniuerſitatis, & ciuium circa ſolutionem iuris Plateæ, & franchitiæ Mercati diei Lunæ, provt ipſis decretis minimè derogari mandatur. Hoc ſuum, &c.

## CCCXXXV.

*Die 15. Octobris, 1569.*

SVper memoriali porrecto per Regios Capellanos Regiæ Capellæ, & Magiſtrum Cærimoniarum, qui vulgò Vſcerius appellatur Regij Palatij, ad hoc vt eis conſignentur veſtes lugubres pro funeralibus faciendis ob mortem ſequutam Cæſareæ Maieſtatis Caroli V. ac Sereniſſimæ Reginæ.

Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod fiat conſultatio Excellentiſſimo Dominò Proregi, in qua dicatur, quod de iure dictæ veſtes lugubres nullatenus prædictis Regiis Capellanis, & Magiſtro Cærimoniarum à Regia Curia debentur, nec aliis ſimilem petitionem habentibus, ſed duntaxat illis, quibus Excellentia Sua mandauerit. Hoc ſuum, &c.

## CCCXXXVI.

*Die 16. Februarij, 1570.*

SVper inſtantia facta per Vniuerſitatem Terræ Nucum petentem cogi nonnullos eius Ciues, qui eorum bona donarunt filiis Clericis ad contribuendum in collectis, & cæteris oneribus vniuerſalibus, ſtante quod ipſimet patres donantes poſſident bona donata, & fructus percipiunt.

Viſis actis per Dominum Militem V. I. D. Bernardinum de Santa Cruce Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque de his omnibus relatione in eadem Regia Camera, coram Excellente Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius. Fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod patres, qui fecerunt donationes filiis Clericis inſimul cum eo habitantibus, conſtito, quod ipſi donantes remanſerunt in poſſeſſione bonorum donatorum, ſic eorum fructus percipientes cogantur ad ſoluendum pro d. bonis onera omnia Vniuerſitatis ordinaria, & extraordinaria, provt per prius ante donationes ſoluebant. Hoc ſuum, &c.

## CCCXXXVII.

*Die 28. Februarij, 1570.*

PRoponente Domino Locumtenente, fuit ſatis diſcuſſum ſi præſens, & alij ſucceſſiuè futuri Caſcerij Regiæ Dohanæ Menæ pecudum Apuleæ debeant dare bilancia exactionis, quam faciunt.

Per Regiam Cameram Summariæ fuit prouiſum, concluſum, & decretum, quod dictus Caſcerius menſatim præſentet bilancia exactionis, quam fecit, & in menſibus Aprilis, & Maij, de quindecim, in quindecim dies, & cum nota, & particulari diſtinctione totius quantitatis exactæ, tam in pecunia contanti, quam in cambiis, & quod Credenzerius dictæ Regiæ Dohanæ interueniat in omni exactione prędictis modis facienda, quodque idem Credenzerius certiorem faciat Regiam Cameram de cambiis prædictis, ſuas declarando literas ſuper hoc ad Regiam Cameram tranſmittendas, &c.

## CCCXXXVIII.

*Die 16. Martij, 1570.*

PRoponente Domino Locumtenente, ſi in cauſa criminali, datis inquiſito defenſionibus, poſſit in partibus committi audientia teſtium, vel potius teſtes examinandi debeant ad ciuitatem accedere, &

Per Regiam Cameram Summariæ conſen-

ſu fuit prouiſum & decretum, quod committatur Doctori, qui ad teſtes recipiendo in Partibus ſe conferat, &c.

## CCCXXXIX.

*Die 5. Aprilis*, 1570.

IN cauſa Vniuerſitatis fideliſſimæ Ciuitatis Capuæ ſuper immunitate, qua gaudere prætendit circa Militum hoſpitationes.

Per Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Milite V.I.D. Annibale Moles Regiæ Cameræ Præſidente fuit prouiſum, quod fiat conſultatio Excellentiſſimo Domino Proregi, in qua dicatur, Cameram eſſe voti, quod ſtante quod Vniuerſitas Capuæ non habet priuilegium immunitatis prædictæ, de iure non poteſt prætendere immunitatem hoſpitandi, & quod propterea ipſa ciuitas, eiuſque caſalia, quando caſus occurrit hoſpitandi, hoſpitentur, &c.

## CCCXL.

*Die 12. Iulij*, 1570.

IN cauſa Ciuilitatis Neapolitanæ prætenſæ per Nicaſſium Veſole, ex quo habet domum propriam in ciuitate, & in ea per plures annos habitauit, & etiam fuit aſcitus per Vniuerſitatem, &c.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Annibalem Moles Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque de his omnibus relatione in eadem Regia Camera, coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius, per eandem Regiam Cameram fuit conſenſu prouiſum, & decretum, quod dictus Nicaſſius non gaudeat ciuilitate prædicta. Hoc ſuum, &c.

*De hac determinatione teſtatur idem Dominus Moles* in ſuis deciſionibus manuſcriptis, in tit. qualiter quis dicatur ciuis Neapolitanus, *vbi ait, quod vt quis poſſit gaudere ciuilitate Neapolitana, requiritur omninò, vt habeat vxorem Neapolitanam, & domum propriam, &c.*

## CCCXLI.

*Die 13. Septembris*, 1570.

SVper reformatione, & bono regimine Regiæ Ratiæ Calabriæ, circa quam Excellentiſſimus Dominus Prorex mandauit fieri ei conſultationem.

Viſo decreto per Regiam Cameram lato ſub die 12. menſis Decembris, 1558. cuius tenor eſt, Videlicet Die Lunæ 12. menſis Decembris, 1558. In cauſa Magnifici Ioannis Aloyſij de Roggerio, cum Magnifico Aſcanio Caracciolo, ſuper adminiſtratione officij Gubernatoris Regiæ Ratiæ Prouinciæ Capitinatæ, & alias vt in actis. Viſis actis per Magnificum, & Reuerendiſſimum V.I.D. Dominum Ioannem Baptiſtam Hogeda electum Archiepiſcopum Tranenſem Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, facta prius de prædictis omnibus, per eundem Dominum Commiſſarium relatione in Regia Camera Summariæ Excellenti Domino Locumtenenti, & aliis Magnificis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram prouiſum, pariterque decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, Iuriſdictionem ciuilem, & criminalem cum mero, & mixto imperio in homines, & ſuper homines, & officiales ſeruientes Regiæ Ratiæ Prouinciæ Capitinatæ ſpectare, & pertinere ad Illuſtrem D. Antonium de Toledo Magnum Caballeritium, & pro eo ad Magnificum Aſcanium Caracciolum Præfectum dictæ Regiæ Ratiæ, & Locumtenentem dicti Magni Caballeritij, vt decernitur, prouidetur, & declaratur in concernentibus, & ſpectantibus ad gubernum, & bonum regimem dictæ Regiæ Ratiæ, tam reſpectu animalium, iumentarum, & equorum, & rerum ſpectantium ad prouiſionem dictorum animalium, quàm etiã reſpectu hominum, & officialium dictæ Regiæ Ratiæ, dictum Magnificum Ioannem Aloyſium, tanquam Gubernatorem debere, & teneri parere, & obedire mandatis, prouiſionibus, & inſtructionibus prædicti Magnifici Aſcanij Præfecti, & Locumtenentis per eum factis, & faciendis, emanatis, & emanandis in beneficium dictæ Regiæ Ratiæ, & ſi dictus Magnificus Aſcanius, vt ſupra Præfectus, & Locumtenens virtute ſuorum Priuilegiorum habet iuriſdictionem, merumque, & mixtum imperium in perſonam dicti Ioannis Aloyſij vti Gubernatoris reſeruat ſibi meliorem deliberationem.

Item per dictam Regiam Cameram fuit prouiſum, pariterque decretum, deputationem, creationem, mutationem, & punitionem guardianorum, & magiſtrorum ſtabuli, & aliorum officialium ſpectare, & pertinere tantumodo ad dictum Magnificum Aſcanium Caracciolum, vt ſupra Præfectum, & Locumtenentem. Verum quando dictus Magnificus Ioannes Aloyſius Gubernator vt ſupra, & alij Magnifici pro tempore futuri Gubernatores ſteterint, & dimorati fuerint in partibus Apuleæ in gubernatione dictæ Regiæ Aratiæ, ſi officiales, & homines in officio ſibi incumbenti fuerint inobedientes, & renitentes, vel aliter deliquerint, valeant capere informationem contra eoſdem, & ſi opus fuerit prædictos carcerare, ſiue aliter aſtringere, prædictoque Magnifico Aſcanio vt ſupra Præfecto, de omnibus

Digitized by Google

nibus per eum factis, atque prouiſis, ſtatim notitiam dare, & ad eundem informationes tranſmittere.

Itemque per dictam Regiam Cameram fuit prouiſum, pariterque decretum, appraetia, repartimenta, venditioneſque in futurum faciendas in beneficium, & exonerationem Regiæ Curiæ, iumentorum, equorum, pollitrorum dictæ Regiæ Aratiæ debere fieri, atque expediri per prædictum Magnificum Aſcanium Caracciolum tantum, vt ſupra Præfectum, & Locumtenentem, exactionemque Pollitri ſoliti dictorum iumentorum, & equorum dictæ Regiæ Ratiæ non ſpectare, nec pertinere ad dictum Magnificum Aloyſium, vt ſupra Gubernatorem; Verum ſi prædicti Pollitri exactio tanquam gagium, & emolumentum pertineat, & ſpectat ad dictum Magnificum Aſcanium virtute ſuorum priuilegiorum, Regia Camera, audito Regio Fiſco prætendenti neutri debere dari, & conſignari, reſeruat ſibi meliorem deliberationem. Hoc ſuum, &c.

*Io Baptiſta Ogeda.*

Factaque de his omnibus relatione in Regia Camera, per Dominum Militem V. I. D. Bernardinum de Sancta Cruce Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod fiet conſultatio Suæ Excellentiæ, in qua dicatur, quo ad primum caput, Regiam Cameram eſſe voti, Gubernatorem dictæ Regiæ Ratiæ, in officio loco ſui alium ſubſtituere non poſſe, & quo ad caput iuriſdictionis dicti Gubernatoris dicatur, Cameram eſſe voti quod habet iuriſdictionem ciuilem, & criminalem in omnes Officiales Ratiæ actu ſeruientes, & pariter in alios offendentes dictos Officiales intuitu Officij, ac pariter iuriſdictionem habere in delinquentes in Territoriis Ratiæ; Verum quod non poſſit delicta componere inconſulto Regia Camera, qua certiorata, fiet relatio Suæ Excellentiæ; Quo verò ad numerum Officialium, qui ſunt neceſſarij pro ſeruitio dictæ Ratiæ; Fuit prouiſum, quod ſeruentur inſtructiones Magnifici Leonardi de Herrera tunc Regij Commiſſarij in dicta Regia Ratia.

Inſuper prouiſum eſt, quod dictus Gubernator non poſſit gratiam facere pœnarum Fidæ, & diffidæ animalium, quæ capiuntur in defenſis, & foreſtis Regiis, & pratis, & quod non permittat in eiſdem defenſis, foreſtis, & pratis paſcere boues, & animalia exterorum abſque fidæ ſolutione, & quod prohibeatur omninò Officialibus prædictis in Territoriis Regiæ Ratiæ maſſarias facere.

Inſuper prouiſum eſt, quod annotentur, & bullentur omnes boues, & alia animalia, quæ paſcua ſumere debent in Regia Ratia, & fiat quinternum per Rationalem, Magiſtrum Maſſarium, & Gubernatorem.

Inſuper prouiſum eſt, quod equi, equæ, & alia animalia priuatorum, inſimul cum Regiis iumentis paſcua ſumere non poſſint, ac pariter, quod non poſſit Regius Gubernator, nec Magiſter ſtabularius permittere, vt in Regiis ſtabulis permaneant alij equi, & animalia niſi Regij ſtallones, & alij equi, & equæ Regiæ Ratiæ, ſic ſeruantes inſtructiones ſuper his editas; Tandem prouiſum eſt, quod totus caſeus, qui ex Regiis bacchis percipitur, conſignetur Magnifico Rationali Ratiæ, qui computum in Regia Camera de illo reddere teneatur, provt eidem Rationali ordinatum eſt. Hoc ſuum, &c.

## CCCXII.

*Die 3. Octobris*, 1570.

PRoponente Magnifico Rationale Longo, & ſecum aſportante librum, in quo deſcriptæ ſunt partitæ compoſitionum, & pœnarum exigendarum pro obligationibus accuſatis in M. C. contra diuerſos, fuit vocatus Magnificus Io. Antonius Corteſius Perceptor M. C. V. qui à Dominis de Regia Camera interrogatus fuit, quare tot partitæ in dicto libro deſcriptæ exactæ non fuerunt in tam maximo intereſſe Regiæ Curiæ, & reſpondit ſe excuſando, quod non eſt onus ſuum facere impoſſibilia, niſi dare liſtas Capitaneis Iuſtitiæ hic Neapoli, & quoad debitores, qui ſunt extra Neapolim liſtas conſignare Commiſſariis, qui deputati fuerunt, & in dies per M. Curiam deputantur, provt diſponunt Regiæ Pragmaticæ, & ſuæ inſtructiones, quæ quidem Regiæ Pragmaticæ, & inſtructiones de hoc loquentes cum lectæ fuiſſent, Partibus demum abſentibus, fuit prouiſum, provt ſequitur.

Facta relatione in Banca Regiæ Cameræ, coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus de liſta reſiduorum, ac pœnarum accuſatarum ſuper tenore inſtrumentorum, obligationum, ac compoſitionum factarum intus ciuitatem Neapolis exigendarum, præſentata per Magnificum Io. Antonium Corteſium Regium Perceptorem prouentuum M. C. V. ab anno 1566. per totum annum proximè elapſum 1569. & diſcuſſis diſcutiendis, auditis eius Magnificis Aduocatis. Per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum fuit, provt præſenti decreto prouidetur, quod infra ſex menſes à præſenti die numerandos, dicta reſidua aſ-

cendentia ad ſummam ſcutorum 45992. exigantur per eundem Magnificum Perceptorem, & ſoluantur in Regia generali Theſauraria, & hoc citra præiudicium, quoad alias exactiones præteritas. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.

## CCCXLIII.

*Die 6. Octobris*, 1570.

PRoponente Magnifico Rationale de Aſſaro Liquidationem releuij Regiæ Curiæ debiti per Io. Mariam Transmundi pro feudo de Collemari motiuabatur ſatis conueniens eſſe, vt generalirer decideretur, an in liquidatione releuiorum eſſent Partes citandæ, an potius in ea procedi poſſet iuxta informationes captas, & capiendas, Partibus non citatis, auditoque Magnifico fiſci Procuratore (cum Dominus fiſci Patronus non reperiebatur præſens) qui dixit, quod Camera nunquam conſueuit in releuiorum liquidatione Partes citare, ſed facere liquidationes iuxta informationes.

Vnde facta ſuper his matura conſideratione, cum veniſſet Dominus fiſci Patronus, & diſcuſſis de iure diſcutiendis, fuit generaliter prouiſum, & decretum, quod in liquidatione releuiorum citentur partes intereſſe habentes ſummarie tamen & hoc modo, vt ſi Partes fuerint hîc Neapoli citentur per Magnificum Rationalem, ſi extra ciuitatem, citentur per Regiam Cameram vt compareant ad videndum fieri per Magnificum Rationalem liquidationem informationis captæ. Hoc ſuum Regia Camera generale interponente decretum.

## CCCXLIV.

*Die 10. Octobris*, 1570.

PRoponente Excellente Domino Locumtenente vtrum debitores Regiæ Curiæ vigore ſignificatoriarum, & certificatoriarum teneantur ad intereſſe ob retardatam ſolutionem.

Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum quod expediatur certificatoria Regio Generali Theſaurario, quod in omnibus introitibus, qui ex nunc in antea fient in Generali Theſauraria pro computo ſignificatoriarum, vel certificatoriarum, declaretur, & recipiatur pecunia cum reſeruatione iurium fiſci circa intereſſe, & quod hoc ſit pro ſtilo ordinario. Hoc ſuum, &c.

## CCCXLV.

*Die 14. menſis Nouembris*, 1570.

PRroponente Domino Præſidente Annibale Moles, inſtantiam Domini Regentis Scipionis Cutinarij, quæ eſt, quod cum obtinuerit à ſua Catholica Maieſtate gratiã ſcutorum mille ad rationem vndecim regalium Regni Caſtellæ pro quolibet ducato, fuit tractatum de liquidatione dictorum Regalium, auditoque Magnifico fiſci Patrono.

Per Regiam Cameram Summariæ fuit prouiſum quod fiat conſultatio relatiua Excellentiſſimo Domino Proregi, in qua dicatur, quod valor ducati Caſtigliani vndecim regalium fuit liquidatus ad rationem carolenorum duodecim monetæ huius Regni, minus vno marauedi, &c.

## CCCXLVI.

*Die 10. Maij*, 1571.

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Vniuerſitatem Terræ Trechinæ & Dominicum de Simone, Antonium de Bello, Iacobum Ritium, & alios ſexagenarios dictæ Terræ prætendentes immunitatem capitis, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, & alias, vt in actis, &c.

Viſis actis per Magnificum vtriuſque iuris Doctorem Dom. Franciſcum Aluarez de Ribera Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & facto de eis verbo in dicta Regia Camera coram aliis Magnificis Dominis Præſidentibus, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum quod ſexagenarij prædicti ſint, & eſſe debeant immunes à prædicta ſolutione capitis, non obſtante quod faciant artem, vel induſtriam, verum ſi in dicta Terra exigitur, nedum ſolutio pro capite; ſed etiam pro induſtria, tunc ſoluant pro induſtria, non obſtante quod ſint ſexagenarij, quia eorum immunitas eſt pro capite tantum; verum ſi ſolutio capitis, & induſtriæ confusè imponitur, & exigitur debeat dicta exactio minorari à ſexagenariis, habito reſpectu, quod ſi diuisè eſſet facta impoſitio, ſeruarentur immunes à prædicta ſolutione capitis. Hoc ſuum, &c.

## CCCXLVII.

*Die 17. Martij*, 1571.

PRoponente Domino Præſidente Annibale Moles negotium tractatum in Collaterali Conſilio prætenſæ immunitatis diri&tuum, & noui impoſiti, qua gaudere prætendit Legatus Sereniſſimi Regis Portugalliæ in extractione

ne vinorum per extra Regnum ſuper qua S.E. mandauerat fieri conſultationem cum voto, &c

Per Regiam Cameram pleniſſimè negotio diſcuſſo, fuit prouiſum fieri conſultationem, in qua dicatur, Cameram eſſe voti, quod legatus dicti Regis Portugalliæ non ſit immunis.

## CCCXLVIII.

*Die* 4. *Aprilis*, 1571.

IN cauſa Magnifici Franciſci de Ferrariis cum Vniuerſitate Galatonæ ſuper contributione functionum fiſcalium pro ſua induſtria, quam facit in quadam maſſaria extra territorium, pro qua ſoluit decimam Regiæ Curiæ.

Viſis actis per Dom. Militem vtriuſque iuris Doctorem Alphonſum de Salazar Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & de his omnibus facta relatione in eadem Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram, fuit conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Magnificus Franciſcus de Ferrariis pro induſtria, quam facit in ſua maſſaria extra territorium Terræ Galatonæ contribuat cum dicta Vniuerſitate in ſolutione functionum fiſcalium, tam pro præterito, quam in futurum, dummodo ſit ciuis dictæ Terræ, & habitator. Hoc ſuum, &c.

## CCCXLIX.

*Die* 12. *Iunij*, 1571.

SVper memoriali porrecto per Magnificum & circumpeſpectum Dom. Franciſcum Fernandez de Lleuana, vt liquidetur ſalarium Conſiliarij Status apud Regiam Maieſtatem, quod eſt ducatorum mille vndecim Carolenorum Regni Caſtellæ, & vno marauedi pro quolibet ducato.

Per Regiam Cameram Summariæ, proponente Domino Præſidente Pyrro Antonio Stinca, conſenſu fuit prouiſum quod fiat conſultatio Excellentiſſimo Domino Proregi, iuxta formam alterius conſimilis, menſibus ſuperioribus eidem Domino Proregi factæ ad inſtantiam Magnifici & circumſpecti Domini Regentis Scipionis Cutinarij, in qua dicatur, quod fuerunt liquidati in ſcutis mille, & biſcentum, videlicet in carolenis duodecim monetæ Regni huius pro quolibet ducato vndecim regalium, & vno marauedi Regni Caſtellæ, &c.

## CCCL.

*Die* 4. *menſis Auguſti*, 1571.

SVper differentia, ſeu dubietate orta in Regia Camera, inſtante Regio fiſco, an mulieres viduæ relictæ patrum duodecim filios, qui in vita gaudebant ſolitis immunitatibus, ac etiam ipſorum filij vnite viuentes, & continuantes foculare patrum debeant viuente matre gaudere eiſdem immunitatibus, quibus gaudebant Patres tempore quo viuebant.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dominum franciſcum Antonium de Dauid Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium, decretis alias ſeper hoc per Regiam Cameram interpoſitis, ac prouiſionibus antiquitus expeditis ad inſtantiam dictarum viduarum, & facto de eis verbo in dicta Regia Camera coram aliis Magnificis Dominis Præſidentibus, fuit per eandem Regiam Cameram audito Magnifico fiſci Patrono, diſcuſſo negotio, conſenſu prouiſum, & decretum, quod dictis mulieribus viduis ſeruantibus viduitatem, & filiis, & priuignis, ac propriæ familiæ eorum vnite viuentibus cum eis ſeruentur, & ſeruari debeant illæmet immunitates, & exemptiones functionum fiſcalium, & aliarum ſolutionum, quæ durante vita eorum virorum eiſdem ſeruabantur, donec tamen dictæ mulieres vidualiter vixerint, & dicti eorum filij, & priuigni, filij legitimi, & naturales viri, qui immunitatem obtinuit vnitè vixerint, & habitauerint in eadem familia, & protectione, & vnico victu, cum his matribus ſeu nouercis, & in Regiis numerationibus generaliter in Regno faciendis eorum focularia deducantur, & deduci debeant, & ſimiliter fuit prouiſum, & decretum quod quoad patres, qui completo numero duodecim filiorum legitimorum, & naturalium antequam immunitatis priuilegium obtinuiſſent amiſerunt aliquem ex dictis eorum filiis, gaudeant eiſdem immunitatibus pro ipſis, & eorum filiis, & familia vnite viuentibus cum eis, & deſuper expediantur opportunæ prouiſiones. Hoc ſuum, &c.

*De hac deciſione meminit Dominus Regens Moles* in ſuis manuſcriptis in quæſtione *quæ incipit*, an vidua cum duodecim filiis debeat gaudere, &c.

## CCCLI.

*Die* 11. *Auguſti*, 1571.

SVper inſtantia facta per Franciſcum Biſfuli, & ſocios, vt ſeruarentur immunes à diričtibus Dohanæ pro canapo per eos vendito

dito pro ſeruitio Triremium Sereniſſimi Domini D. Ioannis ab Auſtria.

Facta relatione in Regia Camera per Magnificum vtriuſque iuris Doctorem Dominum Franciſcum Antonium Aluarez de Riuera Regiæ Cameræ Præſidentem; coram Excellente Domino Locumtenente & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, diſcuſſoque, an ſicut fiſcus emptor eſt immunis, ita pariter, & venditor, qui non aliter venderet ſine immunitate, fuit prouiſum, quod vterque eſt immunis, ac proinde dicti venditores ad ſolutionem conſuetorum dirictuum non cogantur, verum præſtent cautionem de ſoluendo dirictus forſam debitos reſpectu ipſorum venditorum. Hoc ſuum, &c.

## CCCLII.

*Die 17. Octobris, 1571.*

IN cauſa Mercatorum Mediolanenſium commorantium in Ciuitate Theatina cum Vniuerſitate eiuſdem Ciuitatis ſuper immunitate gabellarum, & aliarum ſolutionum, vt ex actis.

Viſis actis per Dominum Militem vtriuſque Iuris Doctorem Franciſcum Antonium de Dauid Regię Cameræ Summariæ Præſidentē, & cauſæ Commiſſarium, & de his facta relatione in Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, &. decretum fuit, quod detur terminus in cauſa, & interim dicti Mercatores Mediolanenſes vti commorantes mercantiliter in ciuitate prædicta Theatina non moleſtentur, ſed tractentur immunes ab omnibus gabellis, aliiſque ſolutionibus vniuerſalibus. Hoc ſuum, &c.

## CCCLIII.

*Die 22. Decembris, 1571.*

SVper dubio propoſito in Regia Camera vtrum in præſenti anno, in quo Regia Curia non vtitur territoriis extraordinariis ſolitis ob defectum pecudum, debeat ſolui pretium ſolitum ſoluit vtilibus dominis dictorum territoriorum.

Facta de prædictis relatione in Sacro Regio Collaterali Conſilio Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Granuelano Locumtenenti generali, per Regiam Cameram Summariæ referente Magnifico vtriuſque iuris Doctore Domino Bernardino de Sancta Cruce ipſius Regiæ Camerę Præſidente, & cauſæ Commiſſario, fuit per dictam Regiam Cameram, accedente voto Excellentium Dominorum Regiam Cancellariam Regentium prouiſum, & decretum, quod pretium prædictum ſolui ſolitum pro territoriis prædictis, ſoluatur, provt præſenti decreto, ſolui mandatur Dominis ipſorum in iſto præſenti anno, non obſtante, quod ex defectu pecudum, Regia Curia non vtatur illis. Hoc ſuum, &c.

## CCCLIV.

*Die 16. menſis Ianuarij, 1572.*

CVm Dominus Præſidens Pirrus Antonius Stinca referret acta Magnifici Ioannis de Victorio Hiſpani petentis per Regiam Cameram declarari, ipſum debere gaudere Ciuilitate Neapolitana vigore Regiæ Pragmaticæ, ex quo vxorem duxerat ortam in ciuitate & aſſerebat habere domum propriam, quia in cauſa fuit excitatus iuris articulus, fuit illa commiſſa Domino Pręſidenti de Ribera vtriuſque iuris Doctori, cum Dominus Stinca relator eſſet Præſidens idiota, vnde, vt cauſa decideretur, dubitatum fuit, an eſſet declarandum dictum Ioannem gaudere debere Ciuilitate Neapolitana, ex quo domus non erat ipſius propria vt aſſerebat, ſed dotalis, nec data in dotem eſtimata, vt emptionem, & venditionem faceret, diſcuſſoque articulo, tandem fuit per Regiam Cameram deciſum quod d. Io. gaudeat ciuilitate prædicta per ipſum petita, donec tamen in ciutate habitauerit. Hoc ſuum, &c.

## CCCLV.

*Die 21. Aprilis, 1572.*

PRoponente Domino Locumtenente Magni Camerarij prætenſionem Illuſtr. Magni Regni huius Admirati, ipſum habere iuriſdictionem generalem in toto Regno in perſonas omnes de induſtria & arte maritima viuentes, & pariter pro exercitio illius Locumtenentem deputare in omnibus locis, & Terris maritimis Regni, & vigore eorundem priuilegiorum ipſi etiam decerni naufragia applicantia in maritimis dicti Regni, & è contra inſtante Regio fiſco, Magnum Admiratum à ſua petitione eſſe excludendum, cum nunquam fuerit in poſſeſſione ſeu quaſi iuriſdictionis prædictæ.

Diſcuſſoque negotio Regia Camera cenſuit, Magnum Admiratum non poſſe vti iuriſdictione prædicta, niſi in Ciuitate Neapolis tantum, & in illas perſonas, & eo modo provt in præſentiarum vtitur, & exercet, & hoc donec aliter fuerit per Suam Catholicam Maieſtatem ordinatum, & quoad naufragia, eadem Regia Camera decreuit, illa omnia Illuſtr. Magno Admirato eſſe applicanda, tam vaſcellorum, quam bonorum illorum, in qui-

bus

Digitized by Google

bus tamen debitis peractis diligentiis non inuenietur dominus, exceptis tamen omnibus, & quibuſcunque naufragiis vaſorum, artellariæ, ac perſonis, & bonis Infidelium, & inimicorum Suæ Catholicæ Maieſtatis; Verum ſi Admiratus ipſe voluerit deputare aliquas perſonas in locis maritimis Regni, vt curam, & intelligentiam habeant naufragiorum, vel pro exercenda iuriſdictione in locis, in quibus Sua Maieſtas fortè mandauerit, Regia Camera fuit voti, quod hæ perſonæ non gaudeant immunitatibus ſolutionum fiſcalium, hoſpitiorum, ſeruitiorum perſonalium, nec exemptionis iuriſdictionis, ſed in omnibus, & per omnia tractentur, ac ſi tale munus non habuiſſent, &c.

*Vide aliud decretum latum ſub die 22. Martij, 1585. & quæ dixit Dominus Regens Moles* in ſuis deciſion. manuſcriptis in tit. de pœnis, quibus tenentur Officiales, quæſtione 13. *Vide etiam Dom. Reg. Reuert.* deciſ. 77. *& quæ ego ibi obſeruaui, & dictus Regens Conſtant.* in l. 1. intra n. 73. C. de Claſſicis lib. 11.

## CCCLVI.

*Die 29. Maij, 1572.*

SVper inſtantia facta per conceſſionarios functionum fiſcalium, ſuper caſalibus Ciuitatis Coſentiæ, licere eis bona, quæ exequuntur pro debito Vniuerſitatum, pro illis vendendis extrahi facere, & aſportari ad d. Ciuitatem.

Factaque de his omnibus relatione per Dominum Militem V. I. D. Annibalem Moles Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, coram Excellente Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus; Fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod executiones reales fiant in eodem caſale, & deinde in ipſomet caſale debitæ fiant ſubhaſtationes, & mandatum ad reluendum, verum ſi perſonæ, contra quas fuit facta executio, non reluerint, nec inuenitur emptor in caſale, tunc, & eo caſu liceat, & licitum ſit dictis Commiſſionariis executiones factas extrahi facere pro illis vendendis in Ciuitate Coſentiæ, quo verò ad executiones perſonales prouidebitur. Hoc ſuum, &c.

## CCCLVII.

*Die 20. Octobris, 1572.*

SVper memoriali porrecto Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali de Granuela Locumtenenti Generali per Regium fiſcum petentem declarari, quod in Regio indultu expedito per Regiam, & Catholicam Maieſtatem; Sub datum in oppido Madrid, die 26. Ianuarij, 1572. non comprehendantur cauſæ interceptorum, nec cauſæ quæ dependent ex contrauentione Regiorum bannorum per Regiam Curiam, & eius Officiales emanatorum, tam ſuper venditione, reuelatione, & pretio frumentorum, quàm ſuper herbagiis Regiæ Dohanæ Menæ pecudum, & aliorum bannorum, alias per Regiam Curiam emanatorum, & quod nec Officiales per Regiam Cameram ſignificati, comprehendantur, vt in Memoriali prædicto, & actis continetur, ac etiam ſuper memorialibus porrectis per Locatos Regiæ Dohanæ, & alios Particulares cum Regio fiſco litigantes, vt in eis & actis deſuper factis continetur; Facta relatione prædicto Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali in Regio Collaterali Conſilio per Regiam Cameram Summariæ, referente Magnifico V. I. D. Domino Annibale Moles Præſidente, & cauſæ Commiſſario; Fuit per dictam Regiam Cameram, accedente voto Magnificorum Dominorum Michaelis de Villanoua, & Vincentij de Franchis Regiorum Conſiliariorum, & in præſenti cauſa adiunctorum, ac etiam Excellentium Regentium Regiam Cancellariam, prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod omnes cauſæ interceptorum, & omnes cauſæ contrauentionis bannorum prædictorum, tam in cauſis frumentorum, quam ſuper herbagiis dictæ Regiæ Dohanæ Mæne pecudum, & alias quouis modo emanatorum comprehendantur ſub indultu prædicto, ita quod omnes inquiſiti conuenti, ſeu moleſtati per Regium fiſcum ſuper cauſis prædictis, gaudeant, & gaudere habeant indultu prædicto, cum hac tamen declaratione, quod in cauſis prædictis interceptorum prædicti inquiſiti, qui voluerint gaudere indultu prædicto teneantur reſtituere Regiæ Curiæ omnes dirictus tam dohanarum, quam exituræ, vel tractæ, vel alias quouis modo eidem Regię Curię debitos, teneantur ſoluere Regiis Arrendatoribus medietatem totius intercepti, vel ratas eiſdem debitas virtute capitulationis ipſorum, nec non teneantur ſoluere quartam partem reuelatoribus, vel ratam eis fortè legitimè debitam, &c.

Et quod Inquiſiti prædicti, qui vendiderunt frumentum vltra pretium in Regia Pragmatica cõtentum teneantur illud plus ſuperexactum reſtituere emptoribus frumentorum, quæ reſtitutio fiat de pretio per Regiam Cariam reſtituendo illis emptoribus, qui certi fuerint, & comparuerint.

Et qnod emptores incerti, & non comparentes, pretium, & rata prædicta remaneant

in Regia Generali Theſauraria loco depoſiti in beneficium ipſorum, quando forte in Regia Camera comparuerint.

Quo autem ad contrauentiones bannorum ſuper herbagiis Regiæ Dohanæ Mene pecudum, fuit prouiſum, quod debeant gaudere indultu prædicto, verum ſint ſalua, & reſeruata iura Regiæ Curiæ ſuper pretio affictus facti per Locatos,& intereſſe per Regiam Curiam paſſi ob contrauentiones prædictas, quæ iura remaneant Regiæ Curiæ reſeruata, liquidanda tamen, & declaranda per Regiam Cameram &c.

Et inſuper fuit prouiſum, quod ab his omnibus excipiantur tantum omnes ſententiæ continentes confiſcationes bannorum, quæ tempore emanationis dicti Indultus ſcilicet 26. Ianuarij 1572. fecerant iam tranſitum in rem iudicatam, taliter, quod dicto die ab eis reclamari non poterat.

Fuit etiam prouiſum, quod excipiantur omnes condemnationes pecuniariæ, & aliarum pœnarum, quæ ante datam prædictam fuerint factæ, & exequutæ, exactæ, incorporatæ, & aſſignatæ, compoſitæ, vel aliter ſit de ipſis cautum Regiæ Curiæ, dummodo ſententiæ deſuper latæ ſimiliter feciſſent tranſitum in rem iudicatam dicto die, vt ſupra &c.

Quo verò ad ſignificatorias expeditas contra Miniſtros Regiæ Cameræ ob computa non præſentata, & ob reſponſalia non producta, fuit prouiſum, quod non gaudeant indultu &c.

Et quoad ſignificatorias expeditas contra alios pro pœnis contumaciæ,vel mandati ſpreti, fuit prouiſum, quod omnes prædicti gaudeant, & gaudere debeant beneficio indulgentiæ prædictæ. Hoc ſuum, &c.

## CCCLVIII.

*Die 1. Decembris, 1572.*

OCcaſione generalis indultus promulgati in hac ciuitate, & Regno, fuit exortum dubium, an aliqui Particulares Terræ Pomigliani citari poterant, dum inquirebantur, quod falſò ſe declarari feciſſent gaudere debere ciuilitate Neapolitana.

Factaque de his omnibus relatione per Domin. Præſidentem Franciſcum Antonium Villanũ coram Domino Locumtenente aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum,& decretum, quod dicti Particulares citentur pro cauſa prædicta, verum ſi comparuerint,& petierint gaudere indultu, quod gaudeant. Hoc ſuum, &c.

## CCCLIX.

*Die 4. Decembris, 1572.*

CVm conſeruator ſigilli M. C. Vicariæ recuſaſſet abſque ſolutione dirictuũ apponere ſigillum in quodam mandato exequutiuo expedito per M. C. ad inſtantiam vxoris Domini Præſidentis Annibalis Moles,inſtante eodem Domino Præſidente, vt per Regiam Cameram decideretur, an vxores Dominorum Præſidentium Regiæ Cameræ debeant eſſe immunes à iure ſigilli, prout ſunt immunes ipſi Domini Præſidentes.

Diſcuſſoque negotio in Regia Camera coram Domino Locumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum,& decretum, quod dicta Domina vxor ſit immunis, ac proinde expediantur prouiſiones pro immunitate ſigilli prædicti &c.

## CCCLX.

*Die 11. Decembris, 1572.*

SVper inſtantia facta per Octauium Foglia filium Pomponij Porterium Regiæ Cameræ, vt per Regiam Cameram declararetur ortus in hac ciuitate Neapolis, ipſumque tanquam ortum haberi, non obſtante quod verè alibi fuerit ortus,cum eius mater iter agens verſus Terram Gifoni, aufugeret à ciuitate, occaſione maximi tumultus exorti, cum pretenderetur inſtitui Tribunal inquiſitionis,ſicque per iter pepererat.

Factaque de his omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Præſidentem Franciſcum Antonium de Dauid cauſæ Commiſſarium coram Excellenti Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, audito Io. Baptiſta Coppola vocato, quod aliàs in ſimilibus fuerint alij declarati orti in Ciuitate Neapolis, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod hoc reperto dictus Octauius declaretur, prout preſenti decreto declarari mandatur ortus in ciuitate Neapolis. Hoc ſuum, &c.

*Vide decretum latum ſub die 11. Martij, 1573.*

## CCCLXI.

*Die 16. Decembris, 1572.*

VIſo memoriali porrecto à Carolo Camarda, Agatio Hermocida, & aliis Particularibus Calabriæ, qui cum certas merces à Regno Vlterioris Siciliæ extraxiſſent, cauſa illas ducendi extra hoc Regnum, ventorum

Digitized by Google

rum vi ad quandam maritimam Regni huius ducti fuerunt, ibique moleſtabantur pro ſolutione dirictuum Regiæ Dohanæ, vel quod præſtarent cautionem de eundo ad Terram fundacum habentem, id quod nullo iure prætendi poſſe declarari petebant.

Factaque de his omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Franciſcum Antonium de Dauid eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium coram Excellente Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum quod dicti Particulares non moleſtentur, dummodo doceant, merces illas extraxiſſe à Regno Siciliæ per extra hoc Regnum, & quod vi ventorum, vel pernoctando, vel cauſa emendi bona commeſtibilia applicauerunt ad partes Regni, non aliter mercibus prædictis venditis, nec in totum, nec in partem. Hoc ſuum, &c.

## CCCLXII.

*Die 9. menſis Februarij, 1573.*

CVm dubitaretur in Regia Camera Summariæ ad quemnàm ſpectarent dirictus iuris Tapeti, qui debentur Magno Camerario Regni huius, quando ſoluitur Regiæ Curiæ releuium, an ad Regium Fiſcum, vel potiùs ad Magnum Camerarium, ſi contigerit mors Baronis tempore quo officium Magni Camerarij reperitur vacans ob mortem illud tenentis, licet poſtea tempore denunciationis mortis Baronis reperiatur iam facta prouiſio à Rege de officio prædicto, ſicque dubitatum quodnam tempus ſit attendendum in ſoluendo hos dirictus, an mortis Baronis, vel potius denunciationis mortis eiuſdem.

Facta de his omnibus relatione in Regia Camera, & coram circunſpecto Domino Locumtenente, ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius, per Dom. Militem Pirrum Antonium Stinca eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem à votando tamen ſe abſtinentem, ex quo tractabatur de articulo iuris, diſcuſſoque pleniſſimè negotio, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod in ſoluendo dirictus iuris Tapeti, attendatur tempus denunciationis mortis Baronis, non autem tempus ipſius mortis. Hoc ſuum, &c.

## CCCLXIII.

*Die 11. menſis Martij, 1573.*

PRoponente Domino Præſidente Franciſco Antonio de Dauid, ac inſimul atteſtante, benè fuiſſe informatum, quod Regia Camera ſolet interponere decreta ad fauorem ortorum ex matribus prægnantibus Neapoli, quæ ab hac ciuitate ob aliquam neceſſitatem diſceſſerunt, ac alibi pepererunt, & poſtea reuerſæ ſunt, proinde decretum per Regiam Cameram ad ſui relationem latum ſub die 11. Decembris proximi elapſi ad fauorem Octauij Foglia filij quondam Pomponij olim Porterij Regiæ Cameræ publicari debere.

Per Regiam Cameram audita relatione prædicta fuit prouiſum & decretum provt præſenti diffinitiuo decreto decernitur, & prouidetur, quod Octauius Foglia filius quondam Pomponij ortus in Terra Giſuni, ad quam aufugerat mater prægnans ob tumultus Neapolitanos, gaudeat vt cæteri Ciues orti in hac ciuitate Neapolis. Hoc ſuum, &c.

## CCCLXIV.

*Die vltima Iunij, 1573.*

CVm ſub die 8. currentis menſis, referente Domino Præſidente de Santa Cruce eſſet per Regiam Cameram determinatum, vt Magnificus huius ſupremi Tribunalis Secretarius in Aula ſederet, in banca tamen, ad inſtar illius in quo ſedent Magnificus Fiſci Procurator, & Magnifici Rationales quando referunt, ac inſimul vt haberet ingreſſum ad Capellam Tribunalis, dum miſſæ Sacrificium celebratur, exortum fuit dubium, cum pariter fiſci Procurator, ac duo ex magnificis Rationalibus poſſint in eadem capella miſſæ Sacrificio aſſiſtere, quis nàm iſtorum præcedere deberet, an Magnifici Rationales, an verò Magnificus Fiſci Procurator, an & tandem Magnificus Secretarius.

Factaque de his omnibus matura deliberatione, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, vulgari eloquio, pro faciliori intelligentia, in hunc modum, provt ſequitur; *che lo primo, che viene in detta capella, douendo entrare ſolamente duo delli Magnifici Rationali ſi ponga nell'eſtremo del Banco verſo l'altare, e chi verrà dopò habbia dà entrare della parte dell'altare, e ponerſi in detto luogo eſtremo con ſalire lo primo più in ſuſe che nel medemo modo facci poi il terzo, e poi il quarto nel modo, e come fãno li Signori Præſidenti nell'entrare nel Banco, doue eſſi ſtanno ad intẽdere la meſſa, di modo che chi ſerà lo primo habbia da ſtare l'ultimo verſo della porta della capella*



Digitized by Google

*pella, e chi ſarà l'ultimo habbia da eſsere lo primo verſo l'altare*, ſic Regia Camera in ſcriptis ſuum proferente decretum, &c.

## CCCLXV.

*Die* 8. *Auguſti*, 1573.

SVper inſtantia facta in Reg. Camera Summariæ per fratres Angelum, & Nicolaum Antonium de Penna habitantium in Terra Capriatæ, vt declararetur ipſos tanquam milites ordinis Sancti Lazari eſſe immunes ab omnibus impoſitionibus ordinariis, & extraordinariis, quæ in dicta Terra pro functionibus fiſcalibus perſoluendis imponuntur.

Facta de his omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Militem Pyrrum Antonium Stinca Præſidentem, & cauſæ Comiſſarium coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod dicti fratres Angelus, & Nicolaus Antonius de Penna, aliqua non gaudeant immunitate. Hoc ſuum, &c.

## CCCLXVI.

*Die* 18. *menſis Nouembris*, 1573.

IN cauſa vertente in Regia Camera Summariæ inter Illuſtr. Ciccum de Loffredo olim Gubernatorem, & Capitaneum ad Guerram in Prouinciis Terræ Hydrunti, & Bari, & alios litis conſortes actores, & Magnificos circumſpectos exequutores teſtamenti Illuſtr. quondam Ducis de Alcala Proregis, & Capitanei Generalis in præſenti Regno conuentos ſuper reſtitutione pretij mancipiorum in actis deductorum.

Facta relatione per eandem Regiam Cameram, referente Magnifico Domino V.I.D. Fabricio Villano eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidente, Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino Cardinali de Granuela in Collaterali Conſilio cum interuentu Magnificorum Dominorum Antonij Orificij, Antonij Cadenæ & Franciſci de Rocha Regiorum Conſiliariorum in præſenti cauſa per ipſum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſimum Dominum adiunctorum, fuit per eandem Regiam Cameră, accedente voto dictorum Magnificorum Adiunctorum, & Magnifici ac circumſpecti Domini Regentis Reuerterij prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur mancipia prædicta in proceſſu deducta non ſpectauiſſe ad quondam Illuſtriſſ. Ducem de Alcalà Proregem, & Capitaneum Generalem in præſenti Regno, nec ad Illuſtrem Ciccum Loffredo olim Gubernatorem, & Capitaneum ad Guerram in Prouinciis Terræ Hydrunti, & Bari, nec ad Regium fiſcum, nec ad Magnificum Marcum Quirenum olim Præpoſitum claſſis venetorum, nec ad Magnum Admiratum præſentis Regni, ſed ſpectauiſſe, & ſpectare ad eos tantum qui dicta mancipia cœperunt, & ad Magnificum Capitaneum Valerium Girardum, & ad Magnificum quondam Carolum Caracciolum olim Gubernatorem Prouinciæ Capitanatæ qui in ipſorum captura interfuerunt iuxta diſtributionem per eandem Regiam Cameram faciendam, & propterea prætium ipſorum mancipiorum ad rationem ſcutorum centum pro quolibet iuxta diſpoſitionem ipſius Illuſtriſſimi Ducis de Alcala deponi debere, prout præſenti decreto deponi mandatur prædictos Magnificos, & circumſpectos Dominos Exequutores in Regia Generali Theſauraria liberandum per eandem Regiam Cameram dictis capientibus, & prædicto Capitaneo Valerio, & hæredibus dicti quondam Magnifici Caraccioli. Hoc ſuum, &c.

## CCCLXVII.

*Die* 9. *menſis Decembris*, 1573.

CVm Dominus Regius Conſiliarius Vincentius Maſtrillus ad Tribunal Regiæ Cameræ ad ſe defendendum in quadam cauſa ciuili acceſſiſſet, ac ibi ſederet in loco vbi ſedent Regij Conſillarij, quando ad hoc ſupremum Tribunal accedunt ad votandum tanquam adiuncti in aliqua cauſa, eo demum ad Sacrum Conſilium reuerſo, Regia Camera ægrè tulit, quod ſedit tanquam Conſiliarius, vnde plene diſcuſſo negotio;

Per Regiam Cameram conſenſu fuit generaliter prouiſum, & decretum, quod quando contigerit, aliquem ex Dominis Regiis Conſiliariis accedere ad hoc ſupremum Tribunal pro ſuo priuato intereſſe, & ſic cauſa ſe ipſum defendendi, in aula ſedere debeat poſtremus omnium Dominorum Præſidentium, & proprie in loco, vbi ſedent titulati, ſic Regia Camera ſuum interponente decretum, &c.

## CCCLXVIII.

*Die* 19. *menſis Decembris*, 1573.

IN cauſa Thomæ Gauditore petentis debere gaudere Ciuitate Neapolitana vigore Regiæ Pragmaticæ, ex quo habet domum propriam vxoremque habuit ortam in ciuitate, & è contra inſtante Regio fiſco prouideri non eſſe locum petitis per dictum Thomam, ex quo vxor eius, quamuis orta in ciuitate reperiebatur mortua, priuſquam actor ipſe comparuiſſet



Digitized by Google

paruiſſet in Regia Camera, inſtando pro declaratione ciuilitatis.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Annibalem Moles Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque de his omnibus relatione in eadem Regia Camera coram aliis Dominis Præſidẽtibus ipſius, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum quod dictus Thomas gaudeat Ciuilitate Neapolitana, non obſtante quod eius vxor reperiatur mortua, donec tamen in Ciuitate habitauerit. Hoc ſuum, &c.

*Vide Dom. Reg. Moles, qui de hac deciſione ad ſui relationem meminit in ſuis deciſionibus manuſcriptis.*

## CCCLXIX.

*Die* 30. *Iulij*, 1574.

CVm fuiſſet in Regia Camera tractatum, & diſcuſſum, an Dominus Fiſci Patronus poteſtatem haberet carcerandi actuarios, & ſcribas ſui Tribunalis, quando iuſtum, & honeſtum ſibi videbitur, fuit communi omnium voto prouiſum, & decretum, hoc ei licere &c.

## CCCLXX.

*Die* 22. *Septembris*, 1574.

SVper differentia vertente inter vniuerſitatem Caſalis Struta Hydruntinæ Prouinciæ ex vna, & hæredes quondam Pauli, & alios de Domo Longa Ciues dictæ vniuerſitatis ex altera, ſi pro bonis ſitis in feudo diſhabitato in Viſcigliano debeant contribuere cum dicta Vniuerſitate Strutà in functionibus fiſcalibus vti bonatenentes, vel in omnibus ſolutionibus dictæ vniuerſitatis, provt ſoluunt ciues.

Factoque de prædictis verbo in Regia Camera Summariæ per Magnificum V.I.D. Berardinum de Santa Cruce Præſidentem Regię Cameræ & Commiſſarium, coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod dicti Poſſidentes bona in prædicto feudo de Viſcigliano contribuant, onuſque collectarum ſuſtineant in propria Patria, in qua numerati reperiuntur, vt cæteri ciues tam pro præterito, quam in futurum. Hoc ſuum, &c.

*Vide Dom. Reg. Salernit.* deciſ. 38. *& quæ ego ſcripſi* lib. 1. mearum reſolution. cap. 63. in nouiſſimis, &c.

## CCCLXXI.

*Die* 10. *menſis Decembris*, 1574.

CVm Gaſpar de Sancto Iacobo militari habitu ab Imperatore inſignitus prætenderet, ſe ipſum gaudere debere in hoc Regnò omnibus priuilegiis, immunitatibus, & exceptionibus quibus fruuntur cæteri, qui habitu militari inſigniti ſunt.

Per Regiam Cameram, proponente Domino Præſidente Fabricio Villano fuit generaliter prouiſum, & decretum, quod hi milites, qui vulgo Caualeri nuncupantur, ſic ab Imperatore creati, nulla immunitate in hoc Regno gaudere poſſint, excepta tamen immunitate capitis. Hoc ſuum, &c.

## CCLXXII.

*Die* 15. *&* 22. *menſis Decembris*, 1574.

SV' orta controuerſia inter Vniuerſitatem Pedeuigliani ex vna, & Vniuerſitatem Cupani ex altera, cum qua ex dictis Vniuerſitatibus functiones fiſcales aliaque onera ſoluere deberent aliqui particulares ciues numerati in Cupano, ſed habitantes in Pedeuigliano.

Facta relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem Pyrrum Antonium Stinca Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Comiſſarium, coram aliis Dominis Præſidentibus eiudem, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum quod particulares ciues numerati in Caſtro Cupani ſoluant cum ipſa Vniuerſitate, quæ ſuſtinet onus illorum focülariorum, iuxta cataſtum, quamuis habitent in Caſtro Pedeuigliani. Inſuper prouiſum eſt, quod filij illorum ciuium numeratorum in dicto Caſtro Cupani, qui domicilium tenebant in dicto Caſtro Pedeuigliani, ſoluant ſimiliter cum dicta Vniuerſitate Cupani, ſi ibi non remanſerint alij, qui onus hoc focülariorum ſuſtinuerunt, ſic Regia Camera ſuum interponente decretum, &c.

## CCCLXXIII.

*Die* 12. *Ianuarij*, 1575.

IN cauſa Illuſtr. Marchionis Latertiæ, eiuſque fratrum Fabricij, & Fabij de Azzia, & Io. Franciſci Barrilis in iudicio pro ſuo præſento intereſſe ſubintrantis, cum Regio fiſco prætendente annuam conceſſionem ſcutorum quatuorcentum à ſua Catholica Maieſtate in ſeruitiorum renumerationem factam Cæſari de Azzia fratri dictorum Marchionis Fabritij, & Fabij per profeſſionem eiuſdem Cæſaris ſequutam in Religione S. Franciſci Capuccino-



Digitized by Google

rum fuiſſe, & eſſe extinctam, nec aliter vita durante dicti Cæſaris deberi dictis fratribus renunciatariis, ſiue ab inteſtato hæredibus,& in bonis ſuceſſoribus.

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Franciſcum Antonium de Dauid Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque de his omnibus relatione in eadem Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti diffinitiuo decreto decernitur,& prouidetur,gratiam dictæ annuæ præſtationis ſcutorum quatuorcentum à Sua Catholica Maieſtate factam Cæſari de Azzia per ſolemnem profeſſionem eiuſdem Cæſaris in Religione Capuccinorũ non eſſe extinctam, ſed durare vſque ad mortem naturalem ipſius Cæſaris & de fructibus debitis, & debendis debere frui omnes dictos eius fratres, qui ab inteſtato dicto Cæſari ſucceſſerunt. Hoc ſuum, &c.

*Ad ornatum huius determinationis vide, quæ ego ſcripſi* lib. 1. mear. reſolution. cap. 166. *poſt Dom. Reg. de Ponte* conſ. 159. lib. 2. *vide pariter ad materiam Io. Vinc. Hondedeum* conſ. 61. libro 2.

## CCCLXXIV.

*Die* 15. *Ianuarij*, 4. *Februarij*, 1575.

CVm quædam nauis Chriſtianorum, Hebræorum,& aliquorũm Chriſti fidelium, mercibus onerata, ad maritimam Ciuitatis Cutronis applicuiſſet.

Per Regiam Cameram Summariæ referente Domino Præſidente Pyrro Anton. Stinca auditis Domino Fiſci Patrono, domino Nauis, Magnifico Conſule Venetorum, & aliis intereſſe habentibus conſenſu fuit prouiſum, & decretũ quod retentis bonis Hebreorum liberetur nauis cum omnibus aliis bonis,quæ non prætenduntur infidelium, Magnifici Conſulis Venetorũ prætenſione,quod ſibi bona omnia conſignetur non obſtante, & quod patronus nauis ſubſtitutus ſi non detinetur pro alia cauſa carceratus liberetur, & expediantur prouiſiones, Hoc ſuum, &c.

## CCCLXXV.

*Die* 15. *Martij*, 1575.

SVborto dubio à quonam die, ſoluendum eſſet ſalarium Illuſtr. Io. Andreæ ad Auria, ad Collaterale Conſilium Regni huius promoto, à die forſan datæ priuilegij, vel potius à die delati iuramenti, & ſic captæ prouiſionis.

Facta de hoc relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Milite V. I. D. Annibalem Moles eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum & decretum quod fiat conſultatio Illuſtriſſimo Domino Proregi, in qua dicatur, Cameram eſſe voti ſtante quod quando Illuſtr. Io. Andreas ab Auria fuit electus Collateralis Conſiliarius, & expeditum priuilegium cum ſolito, & conſueto ſalario reperiebatur in ſeruitio Suæ Catholicæ Maieſtatis, ſalarium petitum ſoluatur eidem à die datæ priuilegij. Hoc ſuum, &c.

## CCCLXXVI.

*Die* 9. *Martij*, 1575.

IN cauſa vertente inter Vniuerſitatem Canuſij ex vna, & hæredes quondam Notarij Antonij Crucinij ex altera ſuper ſolutione,vel immunitate in aliquibus, cum dictus quondam Notarius Antonius Pater exiterat onuſtus duodecim filiorum.

Viſis actis per Magnificum Militem V.I.D. Dom. Fabricium Villanum Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque de his relatione in Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod pro ſalario Medici ſi dictus Notarius Antonius Crucinius vſus eſt illo, hæredes prædicti ſoluant, ſi autem non fuit vſus, quod non ſoluant. Pro hoſpitio militum quod non moleſtentur. Pro impoſitione Cauallariorum ſimiliter non moleſtentur, ſi tamen ſoluitur per impoſitionem generalem in Regno. Pro induſtria, quæ fit in alienis territoriis ſimiliter ſint immunes, ac ſi in proprio territorio fieret. Pro famulis exteris ſint etiam immunes, idemque pro meſſoribus ſi non ſunt ciues. Quò verò ad Molendinum, fuit prouiſum, quod ſi per deducta in proceſſu conſtiterit, quod aliqui ciues obligati ad ſolutionem gabellarum acceſſerunt ad molendum in dicto Molendino; exigatur etiam dicta gabella ab illis. Inſuper fuit prouiſum quod pro animalibus macellatis per dictum Patrem 12. filiorum, & venditis cum aſſiſia, in qua gabella includitur, ſoluant. Item quod pro maſſaria ſuum, ſiue porcorum non ſoluant, & idem pro maſſaria vaccarum, & caprarum, & pro aratia immentorum, & idem pro aſinis,& pro animalibus, quæ dictus Pater 12. filiorum pro vſu tenebat. &c.

CCCLXXVII.

CCCLXXVII.

*Die 17. menſis Martij, 1575.*

IN cauſa Magnificorum Iulij Spinæ, Io. Andreæ de Riſo, & Cæſaris Conchæ militum grauis armaturæ ex vna, cum Regio fiſco, & Illuſtr. Magno Admirato ex altera ſuper petitione certorum mancipiorum captorum in Ciuitate Flubriatici, & alias, vt in actis, &c.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Dom. Fabricium Villanum Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, ac de illis omnibus facta relatione in dicta Regia Camera aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur dicta mancipia, ſeu pretium ipſorum ſpectare, & pertinere ad dictos capientes. Hoc ſuum, &c.

CCCLXXVIII.

*Die 27. Septembris, 1575.*

PRoponente Domino Præſidente Annibale Moles, & inſtante Domino fiſci Patrono. Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod ab hodie in antea commiſſiones cauſarum, quæ fient per Dom. Pro Magno Camerario aliis Dominis Præſidentibus, ſubſcribantur per eum ad finem euitandi fraudem, quæ poſſet fieri à Partibus commiſſionem alicui ex Dominis procurantibus; Inſuper fuit prouiſum, quod fiat liber dictarum cauſarum, qui aſportetur per eum, qui fuerit in domo Domini. pro Mag. Camer. pro Magnifico Magiſtro Actorum, pro dicta Commiſſione cauſarum, in quo quidem libro notentur dictæ Commiſſiones eodem tempore, in quo fiunt, & ſimiliter ſubſcribantur per dictum Domin. Commiſſarium. Hoc ſuum, &c.

CCCLXXIX.

*Die 24. Octobris, 1575.*

IN cauſa Vniuerſitatis Terræ S. Petri in Galatina cum aliquibus eius ciuibus prætẽdentibus non teneri ad ſolutionem collectarum pro bonis, quæ emerunt à clericis, & perſonis Eccleſiaſticis aliiſque perſonis immunibus, &c.

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Fabricium Villanum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque de his relatione in Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus eiuſdem, Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ciues dictæ Terræ cogantur ad ſoluendum functiones fiſcales, aliaque onera ordinaria, & extraordinaria pro bonis quæ emerunt à clericis, & perſonis Eccleſiaſticis, aliiſque perſonis immunibus, ex quo mutando bona dominum, mutant conditionem & hoc pro futuro, non autem reſpectu præteriti, in quo bona illla per immunes fuerunt poſſeſſa. Hoc ſuum, &c.

CCCLXXX.

*Die 6. Iulij, & 4. Nouembris, 1575.*

IN cauſa Magnifici Marci Antonij Pepe, cum Vniuerſitatibus ſuarum Terrarum Toccaniſij, & Torraioni, S. Angeli ad Faſanellam, Optati, Luſciani, & Paretis, ſuper petita ſubuentione, vt ex actis latius continetur, &c.

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Fabricium Villanum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem & cauſæ Commiſſarium factaque per eundem relatione in Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod condemnentur Vniuerſitates Toccaniſij, & Torraioni, S. Angeli ad Faſanellam, Optati Luſciani, & Paretis ad ſoluendum Magnifico Marco Antonio Pepi Carolenos quinque pro quolibet foculare, iuxta taxam Regiæ Cameræ ex cauſa emptionum factarum per ipſum Marcum Antonium Terrarum in actis deductarum, dummodo in eodem anno non currat duplicatum onus, & quod exactio fiat infra annum vnum in tribus tertiis. Hoc ſuum, &c.

CCCLXXXI.

*Die 1. menſis Februarij, 1576.*

IN cauſa Vniuerſitatis Foggiæ cum Regio fiſco prætendentis, ipſam non teneri ad contribuendum in impoſitionibus Turrium, ex quo diſtat à Maritima per milliaria quatuordecim, provt clarius in actis continetur, &c.

Facta de prædictis omnibus relatione in Regia Camera Summariæ per Magnificum Dom. Militem V. I. D. Bernardinum de Sancta Cruce Præſidentem dictæ Regiæ Cameræ & cauſæ Commiſſarium coram Excellente Domino Locumtenente aliiſque Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, atque decretum, quod producta fide Magnifici Dohanerij Apuleæ de ſupradicta diſtantia loci, dicta Vniuerſitas contribuat in dictis impoſitionibus Turrium pro medietate. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

## CCCLXXXII.

*Die 7. Februarij, 1576.*

SVper inſtantia facta per Magnificum Iulium Cangianum prætendentem vt perſona, ad cuius beneficium renunciauit officium Credenzerij Sballimenti Regiæ Dohanæ, non teneatur cautionem præſtare de bene, & fideliter adminiſtrando. vt in actis continetur, &c.

Facta de eiſdem omnibus relatione in Reg. Camera Summariæ per Magnificum Dom. Bernardinum de Santa Cruce Præſidentem eiuſdem Regiæ Cameræ, & Comm ſſarium coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Prſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum pariter, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod perſona ad cuius beneficium Iulius Cangianus renunciauit officium Credenzerij Sballimenti Regiæ Dohanæ, cautionem præſtet de bene, & fideliter adminiſtrando, ſtante ſtylo Regiæ Cameræ, quod omnes officiales præſtent cautionem prædictam. Hoc ſuum, &c.

## CCCLXXXIII.

*Die 7. Februarij, 1576.*

IN cauſa Arrendatoris Dohanarum Apuleæ cum Regio fiſco & aliis ſuper id intereſſe habentibus petentis, officiales Dohanæ Vigiliarum, ipſiuſque Arrendatoris homines non eſſe cogendos ad contributionem actualis Hoſpitij, provt in proceſſu clarius continetur, &c.

Referente Magnifico V. I. D. Domino Fabricio Villano Præſidente Reg. Cameræ Summariæ, & Commiſſario, ac facta de omnibus iis relatione in dicta Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti, aliiſque Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, atque decretum, quod officiales Dohanæ Vigiliarum pro actuali hoſpitio contribuant tantum in pecunia. Hoc ſuum, &c.

## CCCLXXXIV.

*Die 16. Martij, 1576.*

IN cauſa Vniuerſitatis Sancti Petiti cum Santo Santullo Patre duodecim filiorum prætendentis, dictum Santullum eſſe cogendum ad ſoluendum eidem Vniuerſitati functiones fiſcales pro debitis contractis ſuper bonis per ipſum emptis à ciuibus prædictæ Vniuerſitatis poſt immunitatem obtentam, vt latius ex actis.

De quibus omnibus facta relatione in Regia Camera Summariæ per Magnificum Dom. Ioan. Dominicum Brancaleonem Præſidentē dictæ Regiæ Cameræ, & Commiſſarium coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum pariter, & decretum, quod d. Santullus pro bonis propriis ſit immunis, verum quoad bona, quæ emit à ciuibus eiuſdem Vniuerſitatis poſt immunitatem adeptam, ex quo reperiuntur illa ab Vniuerſitate obligata pro debitis contractis ante immunitatem conſequutam Patris onuſti, contribuat cum dicta Vniuerſitate ſicut alij ciues. Hoc ſuum, &c.

## CCCLXXXV.

*Die 28. Martij, 1576.*

SVborto dubio, an exteri, qui habitando in Terris Regni viuunt mercantiliter, debeant contribuere pro eorum induſtriis in Terris prædictis, vt in actis.

Referente Magnifico Domino Ioanne Dominico Brancaleone Præſidente Regiæ Cameræ Summariæ, & Commiſſario coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram, diſcuſſis diſcutiendis conſenſu prouiſum, & decretum, quod reſpectu dictorum exterorum, qui habitando cum aliqua familia in terris Regni, prætendunt eſſe immunes, allegando viuere in illis mercantiliter, ſoluant provt præſenti decreto ſolui mandatur donec non docuerint tenere alibi eorum familias. Hoc ſuum, &c.

## CCCLXXXVI.

*Die 29. Martij, 1576.*

SVper prouiſione facienda circa merces ſerici, quæ extrahuntur à diuerſis perſonis per extra, & infra Regnum abſque illarum ponderatione in Regia Dohana, Sigillatione, & Regiorum dirictuum ſolutione, in graue damnum, & intereſſe tam Regij fiſci, quam Arrendatoris dictæ Regiæ Dohanæ, provt clarius in actis, &c.

Referente Magnifico Domino Bernardino de Santa Cruce Præſidente Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſario coram Excellente Domino Locumtenente & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, pariterque decretum, quod expediatur prouiſio in beneficium dicti Magnifici Arrendatoris, quod ab hodie in antea non permittat extractionem mercium ſerici faciendam à diuerſis

Digitized by Google

diuerſis perſonis per extra,& infra Regnum à domibus,& apothecis,ſi prius dictæ merces nõ fuerunt aſportatæ ad Reg. Dohanam Neapol. in qua erunt ponderandæ, & ſigillandæ cum interuentu ipſiuſmet Regij Arrendatoris vt decet; itavt in damnum Regiæ Curiæ non oriatur aliqua fraus, & vt ſic exigi poſſit dirictus noui impoſiti. Hoc ſuum, &c.

## CCCLXXXVII.

*Die 3. Aprilis, 1576.*

IN cauſa Ioannis Bernardini Buongiorno cũ Vniuerſitate Biccari petentis ipſum non eſſe adſtringendum à dicta Vniuerſitate ad ſoluendum functiones fiſcales,non obſtante,quod in ea reperiatur numeratus pro capite focularis, dum ex cauſis dictas functiones contribuere prætendit in Ciuitate Cauæ vbi ſimiliter eſt numeratus pro foculare fratris,vt in actis.

Referente Magnifico Dom. V.I.D. Ægidio de Tapia Præſidente Reg. Cam. Summariæ, & Commiſſario,ac de eiſdẽ omnibus facta per eundem relatione in Aula Reg. Cameræ corã Excellẽte Domino Locumtenente,& aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius,fuit per Regiam ipſam conſenſu prouiſum,& decretũ, quod prædictus Io.Bernardinus, allegatis non obſtantibus,ſoluat functiones fiſcales in dicta Terra Biccari. Hoc ſuum, &c.

## CCCLXXXVIII.

*Die 11. Maij, 1576.*

IN cauſa Vniuerſitatis,& Gabelloti Ciuitatis Hydrunti,cum nonnullis Patronis,ſeu Nautis Fragatarum Ciuibus eiuſdem Ciuitatis prętendentium,ipſos particulares nautas cogendos eſſe ad ſoluendum gabellam pro biſcottis, qui per eos emuntur in dicta ciuitate, quando prædicti nautæ ſunt diſceſſuri cum d. fragatis pro conficiendo Regium Seruitium, non obſtante quod ſunt Regij Stipendiarij, provt clarius ex actis, &c.

De quibus omnibus facta relatione in Reg. Camera Summariæ per Magnificum Dominũ V.I.D. Fabritium Villanum d. Reg. Cameræ Præſidentem & cauſæ Commiſſarium coram Excellente Dño Locumtenẽte,& aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Reg. Cameram prouiſum pariterque decretum,quod ſi dicti Nautæ ſunt Ciues dictæ Vniuerſitatis teneantur ſoluere gabellam pro d.biſcottis,qui conſummutur dum extant intus d.ciuitatem, pro aliis verò biſcottis conſumptis,& conſumendis tempore,quo nauigabunt,tractentur immunes d.gabellæ, reſpectu verò nautarum exterorum permanſurorum ſimul cum dictis ciuibus in dicta ciuitate, tractentur etiam immunes dictæ gabellæ pro victu ad illos ſolum ſpectane, & non aliter. Hoc ſuum, &c.

## CCCLXXXIX.

*Die 21. Martij, 1576.*

AD euitandum fraudes, quæ fieri occurrunt in damnum Reg. Curiæ per nonnullos priuilegiatos Neapolitanos,& Coſtæ Amalphiæ, fuit per Reg. Cameram referente Magnifico Dño Annibale Moles Præſidente d. Regiæ Cam.& Cõmiſſario cõſenſu prouiſum, pariter, & decretum, quod renouentur ordines Regiæ Dohanæ Neapolis, quod deinde in antea non admittãt aliquem Ciuem de Coſta Amalphiæ,nec Ciuem Neapolitanum virtute Regiæ Pragmaticæ pro franco, niſi cum prouiſione d.Reg. Cameræ, qualiter produxit fidem Capitanei plateæ,in qua habitat,quod habet domicilium in Ciuitate. Hoc ſuum,&c.

## CCCXC.

*Die 2. Iunij, 1576.*

SVper inſtantia facta per Ioſephum Perrone Porterium Regiæ Cameræ pro exequutione eius prouiſionis ad inſtar aliarum annis præteritis expeditarum ſuper immunitate bonatenentis,vt in actis, &c.

Facta de prædictis omnibus relatione in Regia Camera per Magnificum Dom. Io. Dominicum Brancaleonem Præſidentem d. Regiæ Cameræ, & Commiſſarium coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius,fuit per d.Reg. Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod fiat obſeruantia dictarum prouiſionum cum clauſula Iuſtitiæ. Hoc ſuum, &c.

## CCCXCI.

*Die 26. Septembris, 1567.*

SVper prætẽſionibus Vniuerſitatis Aquilæ, quod Florentini,Mediolanenſes,& alij exteri habitantes in ea,quamuis mercantiliter teneantur contribuere cum illa pro induſtria, quam intendit dicta Vniuerſitas appretiare in nouo cataſto conficiendo,vt in actis.

Facta de prædictis omnibus relatione in Regia Cam. Summariæ per Magnificũ D. Annibalem Moles Præſidentem Reg. Cameræ, & cauſæ Commiſſarium coram Excellente Dño Locumtenente,& aliis Magnificis DD.Præſidentibus ipſius, & plena ſuper hinc inde diſcuſſione facta,fuit per eandem Reg. Cameram conſenſu prouiſum, & decretũ quod reſpectu exterorum, qui habitauerunt in d.ciuitate ab annis quinque citra,nihil illi ſoluant, præſtita tamen cautione,& facta annotatione,alij verò exteri,qui habitauerunt in d.ciuitate vltra annos quinque,ſoluant, facto depoſito, & detur terminus,quo verò ad vnum Hiſpanum habitantem in d. ciuitate quod ſoluat,& quod non moleſtetur pro caſtraiis in eius poſſe exiſtentibus. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

CCCXCII.

*Die 11. Octobris, 1576.*

SVborto dubio, ſi pater, exempli gratia, habitat in Ciuitate Auerſæ, in qua eſt numeratus, & filius, qui eſt Doctor eſt numeratus ſub foculare Patris, ſed habitat in ciuitate Capuæ pro tractandis negotiis ſuæ profeſſionis, an filius ipſe teneatur contribuere in Ciuitate Capuæ, vbi habitat, &c.

Per Regiam Cameram Summariæ referente Domino Milite V.I.D. Annibale Moles Præſidente, conſenſu prouiſum, & decretum fuit, quod dictus filius teneatur contribuere in Ciuitate Capuæ, vbi habitat, ſtante, quod habetur pro foculare acquiſito per d. Ciuitatem Capuę, donec tamen pater viuit, & ſoluit in ciuitate Auerſæ, quia eo mortuo filius tenetur ſoluere foculare Patris in dicta Ciuitate Auerſæ. Hoc ſuum, &c.

CCCXCIII.

*Die 16. Octobris, 1576.*

SVborto dubio ſuper quadam prouiſione facta per Magnificum de Simone, videlicet Quidam pater reperitur numeratus in Ciuitate Capuæ, filij reperiuntur numerati in Ciuitate Nolæ, in qua habitant, pater obiit, vtrum filij teneantur ſoluere vltra eorum foculare, quod ſoluunt in Ciuitate Nolæ, foculare patris in Ciuitate Capuæ.

Referente Magnifico Dom. V.I.D. Fabricio Villano Præſidente Reg. Cam. Summariæ, & Commiſſario corā Excellente Dom. Locumtenente, & aliis Magnificis DD Præſidentibus ipſius, fuit per ipſam Reg. Cameram conſideratis conſiderandis, conſenſu prouiſum, & decretum, quod eſt extinctum foculare Patris in damnum Ciuitatis Capuæ, & propterea filius ſoluat in Ciuitate Nolæ, in qua reperitur numeratus. Hoc ſuum, &c.

CCCXCIV.

*Die 21. Decembris, 1576.*

IN cauſa Vniuerſitatis Neritonis, contra Arrendatorem Dohanarum Prouinciæ Terræ Hydrunti, de, & ſuper immunitate iuris fundaci pro oleis, & aliis rebus, quæ naſcuntur in territorio, & venduntur inter ciues, vt in actis.

Facta de omnibus his relatione in Reg. Cameraper Magnif. Dominū Franc. Antoniū de Dauid Pręſidentem d. Reg. Camerę, & Cōmiſſarium corā Excellente Dn̄o Locumtenente & aliis Magn. Dominis Pręſidentibus ipſius, fuit per eandem Reg. Camerā conſenſu prouiſum, & decretum, quod pro fructibus, & mercibus, quæ naſcuntur in territorio, & ibi conſumuntur, etiam quod cōtractentur inter Ciues, dummodo non exeant territorium d. Ciuitatis, Ciues ipſi tractentur immunes, etiam à iure fundaci, prout ſic tractari mandatur, taliter decretum per Reg. Cameram latum declarantes etiam ex nouiter deductis. Hoc ſuum, &c.

CCCXCV.

*Die 10. Ianuarij, 1577.*

REferente Magnifico Rationale Reg. Cameræ Aurelio Campanile Compotum Magnifici Portulani Terræ Bari.

Per Regiam Camerā Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum prout præſenti decreto decernitur, & preuidetur, quod ſcribatur Magiſtris actorum Audientiæ d. Magiſtri Portulani, quod facere debeat librum particularē de omnibus prouentibus faciendis in d. Curia cū ſubſcriptione Magnifici Auditoris, & procuratoris fiſcalis, & trāſmittant quolibet anno de menſe Septembris vna cum liſta reſiduorū ad Reg. Cameram incipiendo d. reſidua à primo Februarij, 1572. citra Hoc ſuum, &c.

CCCXCVI.

*Die 26. Ianuarij, 1577.*

SVper inſtantia facta per Dom. Præſidentē Ægidium de Tapia, vt tractetur immunis à ſolutione bonatenentiæ in Ciuitate Lanciani, & alibi pro bonis ei ab vxore in augmentum dotis donatis, & aſſignatis.

Viſis actis per Militem V.I.D. Annibalem Moles Reg. Cameræ Summariæ Præſidentē, & cauſæ Commiſſarium, & de eis facta relatione in d. Reg. Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino Fiſci Patrono, fuit per Reg. Cameram conſenſu prouiſum, & decretū prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod d. Dom. Præſidens Ægidius de Tapia, ſtante inſtrumento præſentato, per quod apparet, quod bona prędicta fuerunt ipſi in augmentum dotis donata, tractetur immunis ab onere bonatenentiæ durante tamen matrimonio. Hoc ſuum, &c.

*Nota ex hac determinatione, quod bona vxorum Dominorum Præſidentium Regiæ Cameræ à Collectarum ſolutione non ſunt immunia, ſed tantum illa, quæ in dotem aſſignata ſunt, &c.*

CCCXCVII.

*Die 20. Martij, 1577.*

CVm Vniuerſitas Terræ Roccæ Romanæ, eiuſque Caſale Statiliani in perſoluendis Regiæ Curiæ functionibus fiſcalibus vnitè viuerent, cupientes pro bono pacis ſeparatim viuere & facta iam ſeparatione, quia in æſtimo Vniuerſitatis Roccæ reperiebantur deſcripta, ſiue accataſtata multa bona Ciuium dicti Caſalis, & in æſtimo Caſalis reperiebantur deſcripta, ſiue accataſtata multa bona Ciuium dictæ Terræ, orta fuit controuerſia ſuper contributione functionū fiſcalium, in quo loco

loco poſt diuiſionem factam, bona dictorum ciuium eſſent deſcribenda ſiue accataſtanda, & reſpectu Exterorum, qui bona poſſident in territorio dictæ Terræ, & Caſalis, in cuius æſtimo eſſent bona illa deſcribenda, ſiue accataſtanda, an in illo Terræ Roccæ, vel in illo Caſali Statiliani.

Viſis actis per Magnificum Militem Dom. Pyrrum Antonium Stinca Reg. Cameræ Summariæ Præſidentem, & præſentis cauſæ Commiſſarium, & de prædictis omnibus per eundem facta relatione in dicta Regia Camera aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Reg. Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur quod in omnibus attendatur deſcriptio corporum bonorum prædictorum, & cataſtum, in quo dicta bona poſt dictam diuiſionem fuerunt deſcripta, & ita ſoluant poſſeſſores prædictorum bonorum, provt pro dictis bonis ſoluebatur poſt diuiſionem, ſcilicet in primo æſtimo, & tàm Ciues prædictæ Vniuerſitatis Roccæ Romanæ, quam caſalis prædicti, & alij exteri poſſidentes dicta bona, contribuant pro illis cum illa Vniuerſitate ſub cuius æſtimo ſunt deſcripta, Ciues vero prædicti, qui emerunt bona ab exteris prædictis, pro quibus tempore diuiſionis prædictæ contribuerunt cum vtraque Vniuerſitate prorata, ſimiliter nunc contribuant cum vtraque Vniuerſitate, provt contribuebant hi à quibus cauſam habent. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## CCCXCVIII.

*Die 15 Maij, 1577.*

IN cauſa Franciſci Paſcalis patris 12. filiorum cum Vniuerſitate Magdaloni ſuper immunitate, vel ſolutione in aliquibus impoſitionibus vt in pluribus capitibus continetur, provt ex actis.

Per Regiam Cameră Summariæ referente Magnifico Milite Domino Pyrro Antonio Stinga Cauſæ Commiſſario; circa illud caput, ſi dictus Franciſcus teneatur contribuere in elemoſina Prædicatoris, in expenſa Orologij, in ſalario Iuratorum, in expenſis cuſtodiarum, & in gabellis pro mercatura induſtriæ, & victualiarum, quæ venduntur, obuentarum ex portionibus Terrarum, quas dictus Franciſcus tenet ad parſonariam, conſenſu fuit prouiſum, & decretum quod ſoluat in omnibus exceptis, ſalariis Iuratorum, & cuſtodiarum, ſalua prouiſione facienda reſpectu induſtriæ, & reliquorum capitum in actis deductorum viſis decretis per Regiam Cameram latis ſuper dicta immunitate in ſimilibus. Hoc ſuum, &c.

*Vide decretum latum in cauſa Vniuerſitatis Aquilæ ſub die* 13. *Ianuarij*, 1550.

*D. de Marin. Collect. Decr. Gener. & exempl.*

## CCXCIX.

*Die 22. Maij, 1577.*

IN cauſa Illuſtr. Magni Admirati contra Regium Fiſcum ſuper naufragiis occurrentibus in præſenti Regno, ac ſuper petitione triũ hæbreorum, & eorum bonorum captorum de menſe Octobris, 1575. in maritima Hoſtuni occaſione naufragij, vt clarius in proceſſibus penes Paulũ de Curtis, & Io. Hieron. Latinum.

Facta relationo per Reg. Cameram Summariæ in Regio Collaterali Conſilio, referente Magnifico V. I. D. Fabricio Villano d. Reg. Cameræ Præſidente, & Cõmiſſario, fuit per eandem Reg. Cameram, accedente voto Excellentium Dominorum Regiam Cancellariam Regentium prouiſum, pariter, & decretum, ac declaratum, omnia bona, & vaſcella naufragata, & quę in poſterũ naufragari contigerit, quorũ domini ſunt, & erunt ignoti, & incerti ſpectare ad perceptionẽ & cognitionẽ Illuſt. Magni Regni huius Admirati, omnia verò bona, vaſcella, & perſonas hoſtium, & diffidatorum Suæ Catholicæ Maieſtatis, etiam quod ſint naufragata, & naufragatas, vel in poſterum naufragarentur non ſpectare neque ad perceptionem, neque ad cognitionem ad dictum Illuſtr. Magnum Admiratum, & proinde quoad dictos tres Hebræos & eorum bona captos, & capta in maritima Hoſtuni occaſione naufragij, & nauium naufragatarum Regium Fiſcum abſoluendũ eſſe, & abſolui debere ab impetitione, & prętẽdentia d. Illuſtr. Magni Admirati. Hoc ſuũ, &c.

*Ad ornatum huius determinationis vide Dom. Regent. Reuert.* in deciſ. 76. & 77. *& quæ ego ibi obſeruaui, & Dom. Reg. Conſtăt.* in l. 1. à n 73. C. de claſſic. lib. 11. *vbi hoc decretum imprimi curauit. Vide pariter decretum latum in gradu reclamationis ſub die* 26. *Febr.* 1580.

## C D.

*Die 11. Septembris, 1577.*

SVper inſtantia facta in Regia Camera pro parte Ciuium Neapolitanorũ de Corpore quod milites non debeăt hoſpitari in eorum domibus & Ruribus, quæ habent in Villis, & Caſalibus d. Ciuitatis Neapol. & aliis, vt in actis.

Facta de prædictis relatione in Reg. Cameræ Summariæ per Dom. V. I. D. Dom. Bernardinũ de S. Cruce d. Reg. Cameræ Præſidentẽ corã aliis DD. Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Reg. Cameră prouiſum, & decretũ, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur quod quando d. Neapolitani habităt in dictis eorũ domibus, & Ruribus, vel in eis tenent eorum Agentes, & Factores, nõ hoſpitetur in illis milites, verum quando in d. domibus habităt affictatores rurum, Ciues dictorũ Caſaliũ, & Villarũ, dicti milites hoſpitentur. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

CDI.

*Die 13. Nouembris, 1577.*

PEr Regiam Cameram Summariæ referente Domino Milite V.I.D. Fabricio Villano fuit concluſum, prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur quod in commiſſionibus, quæ deinde in antea per ipſam Regiam Cameram expediuntur pro exactione focula riorum abſentium, dicatur pro annis decem præteritis tantum, & quod ita ſemper obſeruetur. Hoc ſuum, &c.

CDII.

*Die 18. Decembris, 1577.*

IN cauſa Vniuerſitatis, & hominum Terræ Mercugliani, & aliarum Terrarum, ſeu Caſalium vaſſallorum Sacri Monaſterij Montis Virginis ſuper immunitate, qua gaudere prætendunt, in paſſu, & Dohana Nolæ, & in gabella Plateæ Maioris, tum Magnifico Hieronymo Albertino domino dictorum paſſus, & iuris Dohanæ, & cum Regio Fiſco, & aliis, vt in magno proceſſu.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Franciſcum Antonium de Dauid Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque de his omnibus relatione in Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod tam Monaſterium prædictum, & homines ipſius, quã etiam Vniuerſitates, & homines Caſalium Mercugliani, Hoſpitaletti, Mugnani, Quatrellarum, feudi Montis Virginis, Cutiani, S. Martini, Terræ nouæ, & Lentace Caſalium Montis Virginis, & vaſſalli dicti Monaſterij fuerunt, & ſunt franchi, & immunes in paſſu Summæ, qui exigitur per Ducẽ d. Terræ Summæ, & in quartucio, quod exigitur per Vniuerſitatẽ d. Terræ, nec nõ in paſſu, ſeu Dohana quæ dicitur Porta, & graſſa, quæ exigitur in Ciuitate Nolæ per Io. Hieronym. Albertinum; Item in gabella Plateæ Maioris, quæ exigitur in Foro Magno huius Ciuitatis extra Regiam Dohanam dictæ Ciuitatis tantum, & quod conſeruentur, & manuteneantur in dicta quaſi poſſeſſione franchæ, & immunes vigore priuilegiorum dictis Monaſterio, & eius Vaſſallis conceſſorum, & in actis deductorum, &c.

CDIII.

*Die 14. Ianuarij, 1578.*

SVb orto dubio an ſeruus quondam Magnifici Federici Longi nominatus Alphonſus natus in partibus Infidelium gaudere poſſit ciuilitate Neapolitana, ſtante, quod eſt baptizatus in hac Ciuitate.

Per Regiam Cameram referente Magnifico Domino Pirro Antonio Stinca Præſidente dictæ Regiæ Cameræ fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Alphonſus Longus tanquã baptizatus Neapoli cum fuiſſet ſeruus Magnifici Frederici Longi, gaudeat ciuilitate Neapolitana. Hoc ſuum, &c.

CDIV.

*Die 15. Aprilis, 1578.*

PRætendente Aloyſio de Mattheis orto in Terra S. Laurenzelli non poſſe ipſum cogi ad contribuendum cum illa Vniuerſitate in functionibus fiſcalibus, quamuis ibi eſſet ortus, ſtante quod non reperiebatur in illa numeratus, & domicilium tenebat in hac Ciuitate.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Bernardinum de Sancta Cruce Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, ac de iis facta ralatione in eadem Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod expediantur prouiſiones pro Vniuerſitate S. Laurenzelli, quod Aloyſius de Mattheis ortus in dicto loco contribuat in functionibus fiſcalibus cum dicta vniuerſitate, vt foculare, non obſtante, quod in ea non ſit numeratus, nec habitet, dummodo habitando Neapoli teneat eius vxorem, & familiam in eodem loco, & licet Neapoli habitet, exercendo officium procuratoris. Hoc ſuum, &c.

CDV.

*Die 21. Aprilis, 1578.*

SVper inſtantia facta per Vniuerſitatem Terræ Auigliani, vt cogantur aliqui eius ciues ad exercendum officium Syndicatus, non obſtante, quod Patres ſint quinque filiorum.

Per Regiam Cameram Summariæ proponente Milite V.I.D. Fabricio Villano Præſidente conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod ſi in dicta Terra non exiſtant aliæ perſonæ habiles, cogantur ad exercendum officium Syndicatus Ciues illi adhuc quinque filios habentes. Hoc ſuum, &c.

CDVI.

Digitized by Google

## CDVI.

*Die 14. Maij, 1578.*

IN cauſa Baiuli huius Ciuitatis Neapolis cum Magiſtris Actorum Magnæ Curiæ Vicariæ ſuper cognitione quarumdam cauſarum.

Viſis actis per Magnificum V.I.D.Dom. Annibalem Moles Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque de his omnibus relatione in eadem Regia Camera coram Excellente Domino Locumtenente,& aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod infra quatuor dies audiantur Partes ſuper omnibus hinc inde prætenſis, & interim lite pendente pro caſibus in priuilegio baiuli contentis ſcilicet cauſarum quantitatis infra duos augustales,& damnorum datorum, d. Magiſtri actorum abſtineant. Hoc ſuum, &c.

## CDVII.

*Die 1. Octobris, 1578.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Arrendatorem gabellæ granorum pro rotulo huius Ciuitatis Neapolis, & Regium Caſtellanum caſtri noui ſuper exemptione,& immunitate dictæ gabellæ.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Bernardinum de Sancta Cruce Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem,& cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in Regia Camera,& coram Excellente Domino Locumtenente,ac aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per ipſam Regiam Cameram Partibus auditis, conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod pro militibus & aliis habitantibus intus Caſtrum, dictus Regius Caſtellanus non moleſtetur; aliis non liceat vendere ſub pœna intercepti, ac propterea liceat, & licitum ſit Arrendatori tenere Credenzerium, ſeu cuſtodem intus & extra caſtrum prædictum. Hoc ſuum, &c.

## CDVIII.

*Die 17. Octobris, 1578.*

PRoponente Dom. Milite Ioan. Dominico Brancaleone Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, ſi donationes, quæ fiunt clericis, vt promoueantur ad ſacros ordines ſub titulo beneficij, ſeu Patrimonij iuxta Sacrum Tridentinum Con. pro quibus ſunt immunes à ſolutione functionum fiſcalium intelligendæ ſint tantummodo de his, quæ fiunt per patres filiis, & non ab aliis.

Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictæ donationes ſuum debeant ſortiri effectum, non ſolum reſpectu illarum, quæ fiunt à patribus filiis clericis, verum & reſpectu aliorum quantumuis extraneorum, verum quod in prouiſionibus in poſterum expediendis, vltra clauſulas ordinarias, ponatur illa, *dummodo non ſint in fraudem.* Hoc ſuum, &c.

## CDIX.

*Die 23. Decembris, 1578.*

IN cauſa Vniuerſitatis Ciuitatis Brunduſij cum militibus Caſtri eiuſdem ciuitatis.

Per Regiam Cameram Summariæ referente Domino Milite Ioan. Domino Brancaleone Præſidente conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod Bombarderij, & alij milites Caſtri Brunduſij, qui ſunt ciues, vel numerati in eadem ciuitate, & habitant extra Caſtrum, ſoluant cum dicta Vniuerſitate, non obſtante prætenſa per eos immunitate, iuxta tamen prouiſiones alias in ſimilibus per Regiam Cameram expeditas, &c.

## CDX.

*Die 14. Ianuarij, 1579.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Vniuerſitatem S.Placantij,& Vniuerſitatem Litij ſuper contributione functionum fiſcalium Donati Antonij de Loſſa habitantis in Caſali Guagnani, & numerati in vtraque numeratione dictarum Vniuerſitatum S.Placantij, & Litij, vt ex actis, &c.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Franciſcum Aluarez de Ribera Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in dicta Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius. Fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur, quod ſupradictus Donatus Antonius de Loſſa contribuat in vno prædictorum duorum locorum, in quibus eſt numeratus, vbi eſt originarius. Hoc ſuum, &c.

## CDXI.

*Die 6. menſis Februarij, 1579.*

IN cauſa reclamationis interpoſitæ per Illuſtr. Magnum Admiratum & Regium fiſcum à decreto lato per Regiam Cameram



Digitized by Google

olim die 17. Martij 1575. in fauorem Magnifici Iulij Spinæ, Ioan. Andreæ de Riſo, & Cæſaris Conchæ ſuper petitione liberationis vndecim Turcarum captorum per prædictos in Maritima Vbriatici, provt in actis, &c.

Viſis actis per Excellentem V.I.D. Dom. Annibalem Moles Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, ac de his omnibus per ſuam Dominationem facta relatione in dicta Regia Camera aliis Excellentibus Dominis Præſidentibus fuit conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, bene fuiſſe, & eſſe prouiſum per decretum latum per dictam Regiam Cameram, olim die 17. Martij 1575. in fauorem dictorum Magnificorum Iulij Spinæ, Ioan. Andreæ de Riſio, & Cæſaris Chonchæ, & fuiſſe, & eſſe male reclamatum per prædictos Regium fiſcum, & prædictum Illuſtr. Magnum Admiratum, & proinde dictum decretum latum die 17. Martij exequatur, provt præſenti decreto exequi mandatur. Hoc ſuum, &c.

## CDXII.

*Die 9. Aprilis, 1579.*

PEr Regiam Cameram, audita relatione facta per Dom. Militem V.I.D. Franciſcum Antonium de Dauid Præſidentem dictæ Regiæ Cameræ, fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod duo fratres vnite habitantes, & ſuſtinentes foculare patris numerati in alio loco, quam in eo, in quo ad præſens prædicti habitant, non ſoluant cum Vniuerſitate, in qua habitant, ſtante quod in ea non ſunt numerati. Hoc ſuum, &c.

## CDXIII.

*Die 4. & 8. Iulij, 1579.*

IN cauſa Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ cum Regio fiſco ſuper immunitate tractarum noui impoſiti, & aliorum diricuum pro rebus extrahendis pro vſu Sacræ Religionis vigore ſuorum priuilegiorum, & obſeruantiæ provt in actis.

Viſis actis per Excellentem Dominum Militem Franciſcum Antonium de Dauid Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium, factaque per eundem relationem in dicta Regia Camera aliis Exiſtentibus Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictæ Sacræ Religioni obſeruetur decretum per Regiam Cameram interpoſitum facto verbo in Regio Collaturali Conſilio ſub die 30. Martij, 1560. & quod pro quibuſuis bonis, quæ extrahuntur pro vſu Magni Magiſtri Magnæ domus, & conuentus dictæ Sacræ Religionis, & pro claſſe & munitionibus bellicis, ipſa Sacra Religio ſit immunis à ſolutione diricuum, & noui impoſiti; verum reſpectu bonorum, quæ non poſſunt extrahi ſine licentia extrahantur præuia licentia cum eadem immunitate, & proinde fideiuſſiones præſtitæ per dictam Sacr. Religionem caſſentur, provt præſenti decreto caſſari mandamus. Hoc ſuum, &c.

## CDXIV.

*Die 8. menſis Auguſti, 1579.*

FActa relatione Suæ Excellentiæ in Regio Collaterali Conſilio per Regiam Cameram Summariæ, referente Magnifico V.I.D. Franciſco Aluarez de Ribera Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, & cauſæ Commiſſario de prætenſionibus aliquorum Baronum, circa quædam concernentia Reg. Dohanam Mæne pecudum Apuleæ, & eius Officiales & de capitibus ſuper hoc per aliquos duputatos oblatis, auditis pluries aduocatis tam Baronum, & aliorum, quam Locatorum, ac Regio fiſco; Et tandem facta matura diſcuſſione, S. E. mandauit prouideri, atque decerni, provt in calce vniuſcuiuſque capitis continetur, quorum capitum, & decretationum tenor talis eſt.

*Capi quali ſi pretendono per li Baroni del Regno, douernoſi prouedere per riforma dell'inſtruttioni, & eſercitio dell'officio di Regio Dohaniero di Puglia.*

*In primis pretendono detti Baroni, che lo Regio Dohaniero non habbia giuridittione ciuile, criminale, ne miſta, eccetto che nelle perſone, che calano perſonalmente nella Dohana, & aſſiſtono con le pecore, & altri animali di Dohana nelle Regie Locationi, e che habbino poteſtà di trahere innanzi al Regio Dohaniero per l'offeſe fatte nelle loro perſone, e beſtiami ſolo, mentre aſſiſteno in dette locationi, e città di foggia, e non quando ſtaranno nelle loro proprie patrie, & fora le Regie locationi, e Regij tratturi.* Et diſcuſſo tenore, & continentia dicti capitis, Sua Excellentia mandauit, quod nihil innouetur, mò obſeruentur inſtructiones & reformationes dictæ Regiæ Dohanæ.

2. *Item ſi pretende per li Baroni, che lo Regio Dohaniero debbia per lo primo d'ottobre chiarire le defeſe extraordinarie inſolite, che hà biſogno per ſeruitio della Regia Dohana, e non chiarendolo à detto di, ſiano liberi li Baroni di venderle, & à perſone di Dohana;* Et diſcuſſo tenore dicti capitis, Sua Excellentia mandauit, quod nihi innouetur.

*Item,*

Digitized by Google

3 *Item, che quando il Regio Dohaniero, vorrà dette deſeſe extraordinarie inſolite, le debbia pagare per quello che detti Baroni moſtreranno hauerle vendute per inſtrumenti, hauendo quelle vendute, ò almeno quelle ſe debbiano apprezzare per apprezzatori eligendi per li Baroni, e Locati, e quando queſto non pareſſe, ſe debbia ſtabilire lo prezzo, & rinouarlo ogni dieci anni, ò quanto parirà meglio alla Regia Camera*, Sua Excellentia mandauit, quod nihil innouetur, imò obſeruetur decretum ſuper hoc latum de anno 1551. inſertum in vltima reformatione capitum expeditorum ſuper bono regimine dictæ Regiæ Dohanæ.

4. *Item, che pigliandoſi lo Regio Dohaniero alcune difeſe extraordinarie inſolite, nelle quali fuſſero gliande, debbia pagare alli Padroni non ſolo li prezzi dell'herbaggi, ma ancora delle gliande, non potendo il Padrone paſcolandoci le pecore, ſeruirſi di vendere le gliande alli porci, perche guaſtariano l'herba*, Sua Excellentia mandauit, quod obſeruentur decreta ſuper his lata.

5. *Item che lo Regio Dohaniero debbia pagare in Foggia, prima che la caſcia ſi parti tutto lo prezzo dell'herbagij, tanto ordinarij quanto extraordinarij, delli quali ſe ſarà ſeruito per la Regia Dohana, conforme alli capitoli di queſta fideliſſima Città di Napoli per tuto la metà d'Aprile*, Sua Excellentia prouidebit quod herbaggia ſoluantur temporibus, & locis debitis.

6. *Item, che volendo li Padroni dell'herbaggij tanto ordinarij, quanto extraordinarij, ſoliti ſeruirſi d'eſſi per le ſue pecore con pagare alla Regia Corte quello li compete, ſianno preferiti à qualſiuoglia altro, & hauendo herbagi extraordinarij inſoliti, & volendo ſeli godere con le ſue pecore, non ſianno moleſtati, ne obligati à coſa alcuna*, Sua Excellentia mandauit quod nihil innouetur, verum in diſtributione herbagiorum habeatur ratio de petitis, quantum fieri, ſine Locatorum grauamine poſſit.

7. *Item, che quando le pecore, ò altri animali de Dohana ſono fuori delle Regie locationi, e tratturi, e commetteranno danno nelli ſeminati, vigne, & horti, & altri luochi chiuſi, maſſimè quando ſono guardati delli Cuſtodi, debbiano pagare le pene iuſta l'ordinatione delli Bagliui delli lochi & bagliue delle Terre, doue commetteranno detti danni, per eſecutione delle quali pene ſiano ſogetti alli Bagliui, & Capitanei delli luoghi, non douendo eſſere eſemti di pagare pena, eccetto per il tempo, che ſtaranno nelle dette Regie locationi, e caminaranno per li detti tratturi*, Sua Excellentia mandauit, quod nihil innouetur, imò obſeruentur inſtructiones, & reformationes dictæ Regiæ Dohanæ.

8. *Item, che per la liquidatione delli danni, che commetteranno detti animali di Dohana quando ſtaranno nelle proprie patrie, & altri luochi extra le Regie locationi e tratturi, non ſi debbia andare al Dohaniero, ma ne ſia Giodice l'Officiale, & Bagliui delli luochi*; Sua Excellentia mandauit, quod nihil innouetur, imò obſeruentur inſtructiones, & reformationes dictæ Regiæ Dohanæ.

9. *Item che quando li compaſſatori delli Territorij grauaſſem alcuna delle Parti, la quale dimandaſſe reuiſione, non ſia obligato à depoſitare li ſei docati aduerſum, prima che ſi ricompaſſi, ma dando plegiaria, ſia inteſo nelle ſue ragioni. con pagare le giornate alli officiali di Dohana, che anderanno con lo compaſſatore à compaſſare*; Sua Excellentia mandauit, quod adueniente caſu, Regia Camera prouideat.

10. *Item che per li danni dati, e diſordini, che ſi commettono nell'herbe di Dohana, non ſi poſſi citare ad informandum, ma ſe debbia procedere ciuilmente* S. E. mandauit, quod obſeruetur ſolitum Regiæ Cameræ, quæ iam prouidit, quod non citentur ad informandum, ſed ad ſoluendam pœnam.

11. *Item che lo Regio Dohaniero, e ſuoi Miniſtri non poſſano, ne per ſe, ne per ſuoi dependenti, ne per intermediam perſonam fare comprare l'eſequutione, che farà vendere in Foggia detto Regio Dohaniero*, Sua Excellentia mandauit, quod obſeruentur inſtructiones, & reformationes, quæ hoc ſub graui pœna prohibent; & quod hucuſque fuit obſeruatum, nec de contrauentione conſtat.

12. *Item che detto Regio Dohaniero, & altri officiali non poſſano tenere maſſarie d'animali, ne ſeminare in dicta Regia Dohana*; Sua Excellentia mandauit, quod obſeruentur inſtructiones, & reformationes, quæ hoc ſub graui pœna prohibent, præter quam quo ad præſentem Dohanerium, qui cum Regia diſpenſatione ſibi conceſſa poteſthabere maſſariam pecudum, &c.

13. *Item che detto Regio Dohanerio, & ſuoi miniſtri non poſſano pigliare pagamento nullo per le licentie, che daranno per brugiare le reſtoppie, & altre coſe*, Sua Excellentia mandauit, quod obſeruentur inſtructiones, & reformationes, quæ hoc ſub graui pœna prohibent, & hucuſque non conſtat de inobſeruantia.

14. *Item che li Padroni delle pecore, le quali calano in Capitinata di Puglia l'Eſtate, le ſia poi lecito tornarſene nelle loro patrie per li Regij tratturi, ſenza licenza del Regio Dohaniero*; Sua Excellentia mandauit, quod obſeruetur ſolitum.

15. *Item, che lo Regio Caſciero dela Regia Dohana non poſſa eſſere in conto nullo mercante, ne poſſa fare ſorte nulla di mercantia, ne per ſe, ne per intermediam perſonam*; Sua Excellentia mandauit, quo ad primam ipſius capitis partem obſeruetur ſolitum, quoad ſecundã, quod obſeruentur inſtructiones, quæ hoc ſub graui

pœna

Digitized by Google

pœna prohibent in rebus concernentibus Regiam Dohanam. Hoc ſuum, &c.

*Ad materiam huius determinationis vide, quæ latè ſcripſi* in obſeruat. ad deciſ.526. Dom. Reg. Reuerter.

## CDXV.

*Die 2. Septembris, 1579.*

IN cauſa in Regia Camera Summariæ vertente inter milites Ciuitatis Brunduſij ex vna cum dicta Vniuerſitate ſuper exemptione functionum fiſcalium, & aliarum impoſitionum,& alias,vt in actis, &c.

Viſis actis per Excellentem Militem D. Ioannem Dominicum Brancaleone Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & præſentis cauſæ Commiſſarium, & facta per eundem relatione de prædictis in dicta Regia Camera Illuſtriſſ. Domino Locumtenenti, & aliis Excellentibus Dominis Præſidentibus fuit per dictam Regiam Cameram, conſenſu Prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod milites, qui fuerunt creati milites ante numerationem, & perſiſtunt in militia, etiam ſi ſint numerati, ſint immunes à ſolutionibus prædictis, & milites, qui fuerunt, & ſunt milites poſt numerationem, & non ſunt numerati ſimiliter ſint exempti, verum milites qui ſunt effecti milites poſt numerationem, & tamen reperiuntur prius numerati, ſoluant, vt cæteri ciues; verum in oneribus perſonalibus contribuant in pecunia tantum. Hoc ſuum, &c.

## CDXVI.

*Die 23. menſis Septembrij, 1579.*

PEr Regiã Cameram audita relatione facta per Dom. Præſidentem Ioan. Dominicum Brancaleone, fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur quod in prouiſionibus deinde expediendis per Cameram ad inſtantiam illorum, qui ſunt focularia in vno loco, & habitant in alio, in eo, in quo habitatur volunt eſſe immunes hoſpitij & contributionis hoſpitiorum, allegando contribuere in hoſpitiis, in loco, in quo ſunt numerati, dicatur quod ſint immunes, dummodo contribuant in loco, in quo ſunt numerati, in omnibus oneribus, & hoſpitiis. Hoc ſuum, &c.

## CDXVII.

*Die 21. menſis Octobris, 1579.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Arrendatorem Sbarrarum & Vniuerſitatem Neapolis, Particulares Iuliani, & alios ſuper exactione dictæ gabellæ pro victualibus quæ vltra quatuor tumulos in qualibet ſalma aſportantur,vt ex actis, &c.

Facta relatione de contentis in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V. I. D. Fabritium Villanum Præſidentem dictæ Regiæ Cameræ & cauſæ Commiſſarium coram Spectabili Domino Locumtenente aliiſque Dom. Præſidentibus ipſius. Fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod obſeruetur ſolitum, & conſuetum, & nihil innouetur, & proinde exigatur ad rationem ſalmarum, & non tumulorum, intelligendo ſalmam magnam, ſeu groſſam, quando erit vltra tumulos quatuor ad quancumque ſummam aſcenderit ſalma, & ſalmam paruam, quando erit infra tumulos quatuor vſque ad tumulos, quatuor. Hoc ſuum, &c.

## CDXVIII.

*Die 14. Ianuarij, 1580.*

VIſa inſtantia facta per D. Marcellum de Mauro Regalis Patrimonij fiſci Patronum, quod declaretur immunis ab onere ſolutionis collectarum pro bonis ſtabilibus, quæ poſſidet in Ciuitate Monopolis, eidem obuentis pro dotibus eius nurus, provt ſunt immunes cæteri Domini Præſidentes.

Viſiſque actis omnibus per Dom. Militem V. I. D. Franciſcum Aluarez de Ribera Regię Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium factaque per eundem relatione in eadem Regia Camera Summariæ coram Excellente Dom. Locumtenente, cæteriſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod expediantur prouiſiones directæ Capitaneo, & Vniuerſitati Monopolis, quod dictus Dominus Marcellus de Mauro vti fiſci Patronus Regiæ Cameræ pro bonis ipſi, eiuſque filio aſſignatis pro dotibus eius nurus, tractetur immunis ab onere ſolutionis collectarum. Hoc ſuum, &c.

Quod Domini Præſidentes ſint immunes à ſolutione collectarum pro bonis ſtabilibus, quæ in hoc Regno poſſident, fuit pariter per Regiam Cameram deciſum ſub die 7. Auguſti 1579. & quod pariter ſint immunes à dirictibus iuris ſalmarum, fuit per eandem Regiam Cameram deciſum ſub die vltima Iunij 1580. eſt etiam immunis à ſolutione Collectarum Dominus Magnus Camerarius pro bonis, quæ poſſidet, vt fuit per Regiam Cameram deciſum ſub die 5. Iulij, 1580.

CDXIX.

Digitized by Google

CDXIX.

*Die* 19. *Ianuarij*, 1580.

CVm Magnificus Aurelius Campanilis Regiæ Cameræ Rationalis eſſet electus in vnum ex Magnificis Gubernatoribus Sacri Hoſpitalis, & Eccleſiæ Sanctiſſ. Annunciatæ huius fideliſſimæ Ciuitatis, ſupplicarunt cæteri Magnifici Guberbatores vt Regia Camera dignaretur huic electioni aſſentire, promittentes quod d. Magnificus Rationalis eſſet exemptus ab onere menſarij, & quod ſat erat, ipſum bis in hebdomada acceſſum habere ad gubernium prædictum,

Auditaque inſtantia prædicta fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, nullatenus permittendum, vt dictus Magnificus Rationalis Aurelius Campanilis vti occupatus negotiis Regij Patrimonij poſſit exercere officium Gubernatoris in d. Sacro Hoſpitali, & Eccleſia.

CDXX.

*Die* 23. *menſis Ianuarij*, 1580.

COntendentibus Reuerẽdo Epiſcopo Monopolitano Barone Caſtri Ciſternini, & Io. Vincentio de Tolſa, qui in eodem Caſtro quamdam habet iuriſdionem criminalem, ad quemnam ex illis remitti deberet cauſa inquiſitionis formatæ contra Petrum, & Domitium de Lauado inquiſitos de inſultu cum lapidibus in perſonam Roberti de Roberto, & de tentata falſitate.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Franciſcum Antonium de Dauid Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in eadem Regia Cam. coram aliis Dom. Præſidentibus ipſius, Partibus auditis; Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum quod dicti Petrus, & Domitius inquiſiti de inſultu cum lapidibus in perſonam Roberti de Roberto, remittantur ad Capitaneum, qui criminalem iuriſdictionem exercet. Hoc ſuum, &c.

*Grauis ſemper fuit in Regno quæſtio, de qua in hac determinatione, ad cuius pleniſſimam intelligentiam, vide quæ poſt alios ex noſtratibus ſcripſi ego* in obſeruat. ad deciſ. Dom. Reg. Reuert.

CDXXI.

*Die* 10. *menſis Februarij*, 1580.

IN cauſa in Regiam Camera vertente inter Magnificum Baiulum huius fideliſſimæ Ciuitatis ex vna, & Actorum Magiſtros ac ſubactuarios M.C. Vicariæ ex altera de, & ſuper nonnullis capitibus de quibus in actis.

Facta relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V.I.D. Annibalem Moles eiuſdem Reg. Cameræ Præſidentem, & cauſæ Cõmiſſarium coram Excellente Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Reg. Cameram pro nunc prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod pro obligationibus captis infra ſummam ducatorum trium, Actorum Magiſtri, & Subactuarij M.C. Vicariæ nullatenus de cætero in futurum ſe intromittant in cauſis ex dictis obligationibus exorientibus, ſalua prouiſione facienda reſpectu obligationum, quæ capiuntur vltra ſummam prædictam. Partibus plenius auditis. Hoc ſuum, &c.

CDXXII.

*Die veneris* 26. *menſis Februarij*, 1580.

IN cauſa reclamationis interpoſitę pro parte quorundam Iudeorum, qui cum per mare iter agentes, vi ventorum applicuiſſent ad Ciuitatem Hoſtuni, fuit per Regiam Cameram diffinitiuè prouiſum, & decretum non ſolum bona fuiſſe amiſſa, & ſucceſſiuè illa ad Regiam Curiam ſpectare, ſed etiam perſonas ipſorum Iudæorum eſſe ſeruos effectos, ſic ipſis Iudæis prætendentibus reuocationem dicti decreti, Et è contra inſtante Reg. Fiſco decretum alias interpoſitum fore, & eſſe confirmandum, &c.

Facta de his omnibus relatione Illuſtriſſ. D. Proregi in Collaterali Conſilio per Reg. Cameram Summariæ referente Domino Milite V.I.D. Franciſco Antonio de Dauid eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidente, & cauſæ Commiſſario, auditis D. Fiſci Patrono, ac Magnificis Aduocatis dictorum Iudæorum, fuit per Regiam Cameram accedẽtę voto circumſpectorum Dominorum Regiam Cancellariam Regentium, prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur benè fuiſſe, & eſſe iudicatum reſpectu amiſſionis bonorum, ac proinde imponendum eſſe perpetuum ſilentium, quo verò ad captiuitatem, ſeu interceptionem perſonarum ipſorum Iudæorum, benè fuiſſe, & eſſe reclamatum, & proinde fore, & eſſe illos in priſtinam libertatem reponendos. Hoc ſuum, &c.

*Ad plenam intelligentiam eorum, quæ in hac determinatione habentur, vide Domin. Reg. Reuert.* deciſ. 76. & 77. & quæ ego ibi obſeruaui.

## CDXXIII.

*Die 28. Nouembris, 1580. & 16. Februarij, 1581.*

SVper inſtantia facta per Franciſcum Antonium Buonocore, vt declaretur ciuis Neapolitanus tanquam ortus in ciuitate Neapolis licèt verè ortus ſit in Caſtro Amalphiæ, ex quo eius mater cum eſſet prægnans propter timorem peſtis, & belli aufugit ab hac ciuitate, & ſe contulit ad Coſtam Amalphiæ, & poſtea reuerſa fuit Neapolim vbi ad præſens habitat, & habitauit.

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Marcellum de Mauro Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eum de his omnibus relatione in eadem Regia Camera coram Excellente Domino Locumtenente, ac aliis Magnificis DD. Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur, quod Franciſcus Antonius Buonocore tanquã conceptus Neapoli & ortus in Coſta Amalphiæ gaudeat ciuilitate Neapolitana, vt cæteri ciues orti Neapoli. Hoc ſuum, &c.

## CDXXIV.

*Die 9. Ianuarij, 1581.*

PRoponente Domino Locumtenente inſtantiam Bartholomæi de Angelo mercatoris artis ſerici, vt declaretur, an de ſericis, quæ in drappo aſportantur Neapolim à Prouinciis Calabriæ debeant ſolui diri ctus Magnifico Arrendatori, iſtoque vocato, & audito, ac deſuper diſcuſſione, facta, per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod liceat vnicuique ſine diri ctuum ſolutione conduci facere decem, vel duodecim petias velluti Catanzarij cum cautione de ſoluendo quicquid fuerit iudicatum per Regiam Cameram, firmis remanentibus prouiſionibus, alias per Regiam Cameram expeditis circa concordiam cum Magnifico Arrendatore, & hoc attento, quod dubium, eſt, an dictæ petiæ drappi ſint confectæ ante, vel poſt concordiam. Hoc ſuum, &c.

## CDXXV.

*Die 22. Octobris, 1580. & 10. Ianuarij, 1581.*

SVper differentia orta inter Mercatores, & particulares exercentes artem ſerici, & alios, qui intendunt extrahere per extra Regnum tàm ſerica ſana, quàm laborata, quæ à Regia Dohana fuerunt extracta franaca pro vſu Artis ante diem 18. Octobris, 1580. quam alia, quæ poſt illam diem fuerunt extracta à Regia Dohana, ſoluto Caroleno, iuxta decretum Cameræ virtute ordinis Suæ Excellentiæ, etiam de conſenſu artis expediti ex vna, & Arrendatorem ex alia prætendentem omnia prædicta ſerica debere ſoluere tempore extractionis à Regno granos decem, ſiue carolenum vnum pro libra, ne defraudentur ſuo iuſto diri ctu, ſub pretextu, quod ſint ex ſericis, quæ ſoluerunt tempore, quo fuerunt à Regia Dohana extracta, & aliis vt in actis, &c.

Per Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Locumtenente, prouiſum, & decretum eſt, provt præſenti decreto, decernitur, & prouidetur quod ſtante perplexitate negotij, & difficultate cognoſcendi pro quibus ſericis fuerint ſoluti diri ctus, vel non, firmis remanentibus Prouiſionibus expeditis circa ſolutionem Caroleni vnius pro omnibus ſericis, quæ extrahuntur à Prouinciis Regni, & à dicta Regia Dohana Neapolis tam ſana, quam laborata, pro vſque ad vltimum Maij proximè venturum pro ſericis tàm ſanis, quam laboratis, quæ reperiuntur extracta à Regia Dohana ſoluantur grana quinque pro libra tempore extractionis per extra Regnum, nulla facta differentia ſi ante vel poſt dictas prouiſiones, & decretum fuerunt extracta, & hoc ex dictis, & aliis cauſis in Banca diſcuſſis, citra præiudicium Iurium Regij Fſci, verum ad euitandum grauamen inter extrahentes propter inæqualitatem ſolutionis cum alij ſoluerint diri ctum caroleni, & alij non, ſint ſalua iura inter eos, provt Regia Camera eis reſeruat, vt ipſis comparentibus eorum indemnitati prouideri poſſit, & ſolutionem ad æqualitatem reducere. Hoc ſuum, &c.

## CDXXVI.

*Die 18. Aprilis, 1581.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Vniuerſitatem Caſali, & Magnificum Perceptorem Terræ Hydrunti, de, & ſuper ſolutione ducati vnius cum dimidio pro centenario ſignificatoriarum expeditarum nomine Reg. Curiæ pro ſolutionibus fiſcalibus, & aliis, vt in actis, &c.

Viſis actis per Excellentem Militem V. I. D. Io. Martinez de Quadra Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſarium, & de prędictis omnibus per eundem facta relatione in d. Reg. Camera Illuſtr. Domino Locumtenenti, &

Digitized by Google

& aliis Excellentibus Dominis Præſidentibus ipſius,fuit per d.Reg.Cameram conſenſu,prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur,quod per d.Magnificum Perceptorem non exigatur aliquid ab Vniuerſitate prædicta pro exactione dictorum ſignificatoriarum,ſed prædicto Perceptori ſufficiat ius, quod habet à Regia Curia ad rationem vnius, & medij pro centenario, verum Commiſſariis, qui vacant in exactione ſignificatoriarum ſoluatur ſalarium ad rationem carolenorum trium pro die ſoluendorum per debitores dilatantes ſolutionem. Hoc ſuum, &c.

## CDXXVII.

*Die 8. Iunij, 1581.*

SVper memoriali porrecto pro parte Marci Antonij Pipini Syndici ciuitatis Oyræ ſe conquerentis,quod Octauius Pellegrinus Cōmiſſarius deſtinatus pro reuiſione computorum adminiſtratorum Vniuerſitatis dictæ Ciuitatis procedit ad illorum reuiſionem, non facta prius ſolutione illarū pecuniarum quantitatum, ad quas dicti Adminiſtratores litteris ſignificatorialibus mediantibus fuerunt condemnati.

Facta de his relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Ioannem Martinez de Quadra eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem coram Excellenti Dño Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum,& decretum, quod mandetur d. Octauio quod nullo modo procedat ad reuiſionem dictorum computorum, donec ei non conſtet de ſoluto penes Magnificum Perceptorem Prouinciæ pecuniarum quantitatum in litteris ſignificatorialibus contentarum, vel ad minus facto depoſito illarum, ac inſuper prouiſum eſt quod ſcribatur eidem Magnifico Perceptori, quod de prædictis ſe informet, & habita informatione, dictum Octauium ſic proceſſiſſe, provt Sindicus dictæ Ciuitatis in dicto memoriali exponit, mandet dicto Octauio nomine Regiæ Cameræ,quod ſe abſtineat à ſua commiſſione. Hoc ſuum, &c.

## CDXXVIII.

*Die 12. Decembris, 1581.*

IN cauſa Lauræ Suriano cum Reuerendo Fabio Suriano eius Fratre,& Liuia Suriana eius ſorore in capillo ſuper inueſtitura Terrarum Calimeræ, & Sancti Caloiri, & aliorum bonorum feudalium per mortem Iulij Cæſarij Suriani eorum communis fratris mortui abſque filiis legitimis, & hæredibus, rationibus, & cauſis, vt in proceſſu, ac etiam in cauſa reconuentionis ſuper petitione æſtimationis eorumdem feudorum ex parte dicti Reu. Fabij, & aliis pro eorum parte oppoſitis, petitis & allegatis, ſuper quibus fuerunt pluries auditi Magnifici Aduocati vtriuſque Partis.

Congregatis ordine Illuſtriſſ. & Excellentiſſimi Domini Proregis,Sacro Regio Conſilio de Regia Camera Summariæ in Aula M.C.Vicariæ,vbi congregari ſolent pro audienda relatione prædictæ cauſæ, referente Domino Milite V. I. D. Marthos de Garaſtiola Regiæ Cameræ Præſidente & cauſæ Commiſſario, fuit per eandem Regiam Cameram accedente voto dicti S. R. C. prouiſum, & decretum, inueſtituram dictorum feudorum Calimeræ, & S.Caloiri, & omnium aliorum bonorum feudalium quæ remanſerunt per mortem dicti quondam Iulij Cæſaris Suriani eſſe concedendam, & concedi debere, provt præſenti decreto conceditur dictæ Lauræ Suriano, excluſis tàm dicta Liuia Sorore in capillo, non obſtantibus renunciatione dictæ Lauræ, & aliis per eam prætenſis.quam dicto Reuerendo Fabio Suriano tanquam incapace, ac proinde dicta feuda eſſe reſtituenda prædictæ Magnificæ Lauræ vna cum fructibus liquidandis, tàm reſpectu temporis, quàm quantitatis; Inſuper prouiſum eſt,eandem Lauram à petita æſtimatione dictorum feudorum eſſe abſoluendam,provt præſenti decreto abſoluitur & liberatur. Hoc ſuum, &c.

*Hæc determinatio fuit à me relata* lib.2. mearum reſolution.cap.189. num.80.

## CDXXIX.

*Die 1. Februarij, 1582.*

SVper inſtantia facta per Vniuerſitatem Ciuitatis Hoſtuni contra Vniuerſitatem Ciuitatis Brunduſij, vt non moleſtentur eius Particulares ciues orti in ciuitate Brunduſij, ſed commorantes in dicta ciuitate Hoſtuni, ex quo Brunduſij remanſerunt fratres, qui ibi ſuſtinent onus focul ariorum patrum ad ſolutionem aliquam.

Viſis actis per Dominum Militem V. I. D. Ioan. Martinez de Quadra Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaq; de his relatione in eadē Regia Camera coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dom. Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod illi Particulares ciues orti in Ciuitate Brunduſij, qui ad præſens habitant in Ciuitate Hoſtuni,

ſoluant in oneribus ordinariis, & extraordinariis cum ipſa Vniuerſitate Hoſtuni, tanquam eius ciues vti focularia acquiſita, dummodo in Ciuitate Brunduſij remanſerint eorum fratres, ſiue nepotes, qui ſuſtinent onus foculariorum eorum patrum, & quod idem ſeruetur cum illis Brunduſinis habitantibus in Ciuitate Hoſtuni, quos non conſtat fuiſſe numeratos Brunduſij. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## CDXXX.

*Die 2. Martij, 1582.*

PEr Regiam Cameram Summariæ, proponente Domino Milite V.I.D. Fabritio Villano Præſidente ipſius, conſenſu fuit prouiſum, & decretum quod expediantur prouiſiones directæ Vniuerſitati Terræ Magdalunenſium, vt pro bonis patrimonalibus, quæ Reuerendus Epiſcopus Iſchiæ, & Magnificus Ioan. Antonius Puluerinus fratres poſſident in territorio dictæ Terræ, tractentur immunes à ſolutione bonatenentiæ, ex quo dictus Reuerendus Epiſcopus de iure eſt immunis vti Eccleſiaſticus, & dictus Magnificus Ioan. Antonius pariter eſt immunis vti Rationalis Regiæ Cameræ, & circa contributionem bonatenentiæ faciendam per Io. Hieronymum Puluerinum Artium, & Medicinæ Doctorem fratrem prædictorum Epiſcopi, & Ioan. Antonij requiratur prius eius Partionarius, vt ſoluat, & in caſu renitentiæ contributionis quantitatis debitæ pro rata bonatenentiæ, liceat deinde exequi, & non aliter. Hoc ſuum, &c.

## CDXXXI.

*Die 3. Martij, 1582.*

IN cauſa appellationis in Regia Camera vertente inter Petrum & Vitum de Vito, appellantes ex vna, & Vniuerſitatem Terræ Candelæ appellatæ ex altera, ſuper reuocatione, vel confirmatione decreti lati per Regiam Dohanam Menæ pecudum Apuleæ, per quod fuit prouiſum, vt dicti Petrus, & Vitus ſoluant gabellas pro fructibus naſcentibus in territoriis affictatis à Regia Curia.

Viſis Actis per Magnificum Militem V.I.D. Fabritium Villanum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque de omnibus relatione in eadem Regia Camera coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, prout præſenti diffinitiuo decreto decernitur, & prouidetur quod reſcribatur Regiæ Dohanæ Menæ pecudum Apuleæ, quod ſuum exequatur decretum latum in fauorem Vniuerſitatis Candelæ appellatæ contra Petrum, & Vitum de Vito appellantes ſuper ſolutione gabellarum pro fructibus naſcentibus in territoriis affictatis à Regia Curia, & quod inſimul ſoluant expenſas factas ab appellatione citra liquidandas per eandem Regiam Dohanam. Hoc ſuum, &c.

*Ad confirmationem huius determinationis vide, quæ ego ſcripſi* lib. 1. mear. reſolut. cap. 99. in fine & latius cap. 169.

## CDXXXII.

*Die 9. Martij, 1582.*

SVper inſtantia facta per Ioan. Bapt. de Verdutiis de Terra Pollechæ, vt pro bonis dotis titulo acquiſitis ex cauſa matrimonij contracti cum Conſtantino de Iacobino Terræ Rotini Cilenti non moleſtetur ad ſoluendum bonatenentiam cum dicta Vniuerſitate Rotini, vbi bona prædicta ſita ſunt, ex quo inter dictas Terras adeſt promiſcuitas territorij.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Marcellum de Mauro Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, factaque de his relatione in eadem Regia Camera coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dom. Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod Ioan. Baptiſtæ de Verdutiis obſeruentur prouiſiones per Regiam Cameram expeditæ de menſe Iulij anni proxime præteriti, vt non moleſtetur pro bonis ſitis in dicta Terra Rotini, quæ in dotem accepit, ex cauſa matrimonij contracti cum Conſtantia de Iacobino, cum in Terra Rotini non ſit numeratus, nec in ea pro maiori parte anni habitet, dummodo inter dictas Terras Pollechæ, & Rotini adſit promiſcuitas territorij, & quod conſtet dictum Ioannem Baptiſtam eſſe alibi numeratum. Hoc ſuum, &c.

## CDXXXIII.

*Die 13. Martij, 1582.*

PRoponente Domino Locumtenente per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod ab hodie in antea, & in futurum in prouiſionibus per Regiam Camaram expeditis circa immunitatem capitis militum nouæ militiæ ponatur clauſula, quod ſint immunes pro capite, ſi impoſitio capitis ſit æqualiter à quolibet ſed ſi in impoſitione capitis habetur ratio de induſtria & per militem ſit induſtria, tunc ſoluat reſpectu induſtriæ, & ſi immunis pro capite, eo tamen modo, & forma, vt fuit ſuper impoſitione, ſeu ſolutione capitis generaliter prouiſum

prouiſum per Regiam Cameram reſpectu ſexagenariorum; Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## CDXXXIV.

*Die 10. Maij, 1582.*

SVper inſtantia facta per Reuer. D. Nicolaum de Benedictis aſſertum Commendatarium S. Lazari, vt mandetur Vniuerſitati Ciuitatis Sulmonis, ne ipſum moleſtet ad ſoluendum gabellas pro rebus commeſtibilibus, quibus indiget pro ſuſtentatione Hoſpitalis.

Facta de his relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Franciſcum Antonium de Dauid eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem coram Excellente D. Locumtenente, ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Reuer. D. Nicolaus de Benedictis commendator, vt dicitur S. Lazari tractetur immunis in Ciuitate Sulmonis à ſolutione gabellarum pro rebus commeſtibilibus, quibus indiget pro victu infirmorum, quos hoſpitatur in ſuo hoſpitale, ſic eis expenſas ſubminiſtrans miſericorditer, verum, quod hæc immunitas reſpiciat tantum perſonas infirmorum, & pro illis expenſis quæ ſunt neceſſariæ pro ſeruitio hoſpitalis non autem, quæ reſpiciunt perſonam dicti D. Nicolai Comendatoris & quod ſuper his, ne fraus contingat, inuigilet Magnificus Gubernator Ciuitatis. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## CDXXXV.

*Die 30. Maij, 1582.*

IN cauſa Vniuerſitatis Aquilę cum Mediolanenſibus, & Lombardis habitantibus, & cõmorantibus in dicta Ciuitate Aquilæ ſuper contributione functionum fiſcalium, collectarum, gabellarum, hoſpitiorum, ſolutionum, & onerum d. ciuitatis provt oluunt, & ſuſtinent cæteri ciues.

Viſis actis per Excellentem Militem Dom. Franciſcum Antonium de Dauid V. I. D. Præſidentem Regiæ Cameræ & cauſæ Commiſſarium, & facta de eis relatione in dicta Regia Camera coram Domino Locumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto prouidetur, quod illi Mediolanenſes, & Lombardi, qui habitant cum familia in dicta ciuitate Aquilæ, aut in ea poſſident bona ſtabilia contribuant in ſolutionibus fiſcalibus, collectis, gabellis & aliis impoſitionibus, & oneribus, provt contribuunt cæteri ciues d. Ciuitatis, & taliter etiam gaudeant honoribus eiuſdem Ciuitatis. Alij verò qui non poſſident in ea bona, & habitauerınt in ciuitate prædicta per decemnium contiuum, ſoluant ſimiliter, & gaudeant vt ſupra. Verum ſint immunes à debitis contractis ante eorum habitationem, & ab ipſorum debitorum impoſitionibus. Illi autem, qui permanent in ciuitate prædicta exercendo eorum artes, qui, & ire, & redire ſolent ad eorum Patrias, non cogantur ad dictas contributiones, & onera ciuitatis prædictæ; idemque ſemper obſeruando circa ſolutionem debiti contracti ante habitationem, à quo omnes ſint immunes. Hoc ſuum, &c.

*Vide alia decreta ſub die* 17. *Octobris* 1571. 28. *Martij, & 26. Septembris* 1576. *&* 16. *Septembris* 1651.

## CDXXXVI.

*Die 1 Iunij, 1582.*

SVper inſtantia facta pro parte Venerabilis Monaſterij Sancti Gabrielis Terræ Airolæ, vt tractetur immune in Terris Montis Herculis, Airolæ, Argentij, & in aliis locis de conuicinio à ſolutione gabellarum, aliorumque onerum pro vino, & victualibus, quas ad vendendum tranſmittit ad Terras prædictas.

Facta de his relatione in Reg. Camera Summariæ per Dom. Militem V. I. D. Marcellum de Mauro eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem coram Excellente Domino Locumtenente, ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod Gabelloti exactores, & Datiarij Terrarum Montis Herculis, Airolæ, & Argentij pro vino, & victualibus, quæ ad vendendum aſportantur ad Terras prædictas nomine, & pro parte dicti venerabilis Monaſterij cum fide, & atteſtatione Reuerendorum Patrum, quod ſint fructus nati in propriis territoriis Monaſterij, & ab ipſius famulis, & operariis collecti, nullatenus moleſtent aſportantes ad ſoluendum gabellas, aliaque onera, ſed illos tractent immunes, & francos ab omni gabella onere, & impoſitione, dummodo territoria prædicta non ſint à Monaſterio in affictum data perſonis particularibus, à quibus fructus fuiſſent percepti. Inſuper prouiſum eſt quod dictum Monaſterium tractetur etiam immune *dal peſo della calce*, quam emit pro fabricia. Hoc ſuum, &c.

## CDXXXVII.

*Die 20. Iunij, 1582.*

PEr Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Præſidente Ioan. Dominico Brancaleone, conſenſu fuit prouiſum,



Digitized by Google

& decretum quod expediantur prouiſiones directæ Capitaneis, & Vniuerſitatibus & aliis officialibus Terrarum Cerentiæ, Caccherij, Verzini, & Curri, vt tractent immunes perſonas illas, quæ Eccleſiis, & Monaſteriis ordinis S. Franciſci ſe, & bona ſua obtulerunt, donatione facta bonorum dictis Eccleſiis, & Monaſteriis, tam in proprietate, quam in vſufructu, itavt ab eiſdem Eccleſiis, & Monaſteriis, quibus inſeruiunt dietim alimenta percipiant. Hoc ſuum, &c.

*Ad confirmationem huius determinationis vide ſcripta per me* lib. 1. reſol. iur. capit. 117. numero 7.

## CDXXXVIII.

*Die* 1. *Octobris*, 1582.

SVper inſtãtia facta per Manzum de Firenza, vt tractetur immunis vt pater onuſtus duodecim filiorum, quamuis aliquis ex dictis eius filiis habitet ſeorſum ab ipſo, ratione commodioris habitationis.

Facta de his relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem Aurelium Campanilem eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod Manzus de Firenza vti pater onuſtus duodecim filiorum tractetur immunis ab omnibus impoſitionibus ordinariis, & extraordinariis, non obſtante, quod aliquis ex eius filiis habitet ſeorſum pro commodiori habitatione, dummodo omnes viuant ſub paterna obedientia, ſub vno pane, & in communi, abſque bonorum diuiſione. Hoc ſuum, &c.

## CDXXXIX.

*Die* 6. *Octobris*, 1583.

PEr Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Milite V.I.D. Marthos de Garaſtiola, eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidente, conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod Dom. Aloyſius de Toledo, ex quo fuit filius quondam Illuſtriſſ. D. Petri olim Regni huius Proregis aggregati in ſedile Montaneæ huius fideliſſimæ Ciuitatis, & habitat Neapoli, & habitauit, ac in dicta Ciuitate bona poſſidet, & ad præſens conſtruit magnam domum, gaudeat Ciuilitate Neapolitana. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

*Ad confirmationem vide ſcripta per Dom. Reg. Moles in ſuis deciſionibus manuſcriptis*, in tit. qualiter quis dicatur ciuis Neapolitanus art. 6.

## CDXL.

*Die* 8. *menſis Octobris*, 1583.

IN cauſa Ioan. Martinez de Malga ſuper reuocatione ſententiæ contra eum latæ per Dominos Regiam Cancellariam Regentes in Collaterali Conſilio, per quam ipſe Ioann. Martinez fuit declaratus mancipium prætextu quod cum eſſet in captiuitate Infidelium, fidem Chriſtianam renunciauerat.

Facta de his omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Marthos de Garaſtiola, eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem coram Excellente Domino Locumtenente, ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram fuit prouiſum, & decretum quod fiat conſultatio Excellentiſſ. Domino Proregi, in qua dicatur, Cameram eſſe voti quod detur libertas dicto Ioan. Martinez, ſtante quod ex nouiter deductis conſtat, in Triremibus Regiæ Curiæ, in quibus ad præſens reperitur captiuus, chriſtiane ipſum vixiſſe. Hoc ſuum, &c.

## CDXLI.

*Die* 14. *Iulij*, 1584.

PEr Regiam Cameram proponente Domino Locumtenente conſenſu prouiſum, & decretum eſt, quod fiat ordo Magnificis Rationalibus quod quolibet die non feriato accedant ſummo mane ad Tribunal Regiæ Cameræ & ibi aſſiſtant toto tempore, quo ipſum Tribunal regitur ſub pœna vnciarum duarum per quemlibet, & iterum prouiſum ſub die 16. Maij 1585. ſub pœna vnciarum 25. & iterum ſub die 2. Octobris 1586.

*Vide decretum latum ſub die* 12. *Aprilis*, 1542.

## CDXLII.

*Die* 29. *Octobris*, 1584.

SVper differentia quæ vertitur inter Illuſtr. Marchionem Corati Regentem Officium Magni Admirati, & Arrendatores ferri Apuleæ ſuper immunitate terzariæ pro quarto Curiæ de ferris naufragij, ac ſuper petitione, quod de ferro veteri pro tribus partibus ſuis ſoluat tantum tarentes pro vncia, &c.

Facta de his omnibus relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V.I.D. Martos de Garaſtiola eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium coram Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram, Partibus auditis, fuit conſenſu prouiſum, & decretum quod pro quarta parte ſpectante ad Regiam Cameram de ſupradictis ferris, dictus Illuſtr. Marchio nomine, quo ſupra

Digitized by Google

ſupra ſit immunis, & pro aliis tribus partibus ſpectantibus ad Magnum Admiratum, ſoluat Arrendatoribus ferri id quod pro ſimilibus ferris veteribus ſolent alij ſoluere. Hoc ſuum, &c.

## CDXLIII.

*Die 27. Nouembris, 1584.*

CVm eſſet relatum Dominis Locumtenenti, & Præſidentibus Regiæ Cameræ, quod ad ſupremum hoc Tribunal accedebat Dominus Diomedes Carrafa de nouo creatus Regius generalis Theſaurarius Regni huius, vt ſederet in tribunali, provt, & Prædeceſſores ſui ſederunt, & de occurrentibus negotiis tractaret, fuit dubitatum, an eſſet ei dandus ingreſſus priuſquam eius priuilegium legeretur, & in quo loco tribunalis ſedere deberet.

Per Regiam Cameram, viſo libro notamentorum anni, quo ad Tribunal habuit ingreſſum D. Ioan. Bapt. Caracciolus immediatus prædeceſſor in officio generalis Theſaurarij, fuit prouiſum, & ordinatum, quod antequam d. Diomedes ad Tribunal ingrederetur, legeretur eius priuilegium, ex quo ſui officij iam poſſeſſionem in Regio Palatio cæperat, & quod poſtea ſederet in prima ſede tribunalis poſt Dom. Præſidentem Decanum, citra tamen præiudicium omnium, & quorumcunque iurium, cuilibet forte competentium tam in petitorio, quam in poſſeſſorio, & ſic acceſſit, & ſedit ſupra ſedem D. Ferdinandi Fornarij Regij Conſiliarij, & Regalis Patrimonij fiſci Patroni in frontiſpicio D. Præſidentis Franciſci Antonij de Dauid Decani aliorum DD. Præſidentium, &c.

## CDXLIV.

*Die 12. Decembris, 1584*

NVmerato in vltima generali numeratione Io. Cicchetto de Ciuitate Santi Angeli Lombardorum ſub foculare patris, tranſlatoque poſtea eius domicilio ad Terram Cerignolæ, prætenſionem habuit non poſſe pro ſolutione collectarum cogi ad contribuendum cum Vniuerſitate dictæ Ciuitatis Santi Angeli, neque pro præterito, neque in futurum, ſed teneri, ipſum ſoluere cum Vniuerſitate dictæ Terræ Cirignolæ tanquam foculare ibi acquiſitum, vnde diſcuſſione facta & primo quod d. Ioannes à Ciuitate S. Angeli diſceſſerat invita patris poſtea defuncti; Secundo quod in Ciuitate S. Angeli remanſit alter frater, qui per certum tempus focularis defuncti patris ſuſtinuit onus, licet poſtea effectus ſit clericus, provt tam de habitu, quam de continuato ſeruitio in diuinis per fidem Vicarij conſtare fecit, & ſic immunis.

Per Regiam Cameram, his omnibus mature conſideratis, & bene diſcuſſis, referente Domino Præſidente D. Petro de Caſtelleto, fuit prouiſum, & decretum quod reſpectu temporis præteriti, quod d. Io. Cicchettus in dicta Terra Cirignolæ, ſoluat cum illius Vniuerſitate vt alij ciues ſoluunt tanquam foculare eidem Vniuerſitati Cerignolæ acquiſitum: A die verò 17. Decembris, 1581. quo die frater germanus dicti Ioannis qui olim ſuſtinebat onus dicti focularis in Ciuitate S. Angeli factus eſt clericus, & ſic immunis à ſolutionibus reſpectu dicti focularis, dictus Ioannes contribuat, & ſoluat vt alij Ciues numerati in dicta Ciuitnte S. Angeli, non autem cum Vniuerſitate dictæ Terræ Cirignolæ, licet ad præſens in ea habitet, habitauit, vel habitabit, verum ab eo tempore clericatus, & immunitatis dicti fratris clerici, & in futurum d. Ioan. ſoluat vt bonatenens cum Vniuerſitate prædicta Cirignolæ pro bonis, quæ ibi poſſidet, nec gaudeat in ea immunitatibus, & prærogatiuis, quibus gaudent cæteri ciues eiuſdem Terræ Cirignolæ. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## CDXLV.

*Dei 12. Ianuarij, 1585.*

CVm procederetur ad liquidationem releuij Regiæ Curiæ debiti per mortem Decij Carrafa Baronis Caſalis Mariglianellæ fuit per Regiam Cameram conſenſu generaliter prouiſum, & decretum, quod quando ſucceſſor in feudo pro obtinenda inueſtitura vult denunciare mortem eius prædeceſſoris, & ſic ſoluere debitum releuium, teneatur docere de ſucceſſione &, deſcribere fines feudi, cuius inueſtituram petit, & vt de hac determinatione omnes Regni feudatarij notitiam haberent, & cauſæ ignorantiam in futurum allegare non poſſent, fuit ordinatum quod de hoc fiant banna, nedum in hac Ciuitate Neapolis, ſed per totum Regnum.

## CDXLVI.

*Die 27. & 28. Martij, 1585.*

CVm eſſet denunciatum Regiæ Cameræ, quod Magnus Regni Admiratus emanare fecerat banna per totum Regnũ ſic prętendens cognitionem habere omnium delictorum, quæ committuntur per Nautas cæteroſque de arte maritima viuentes.

Per Regiam Cameram referente Domino Ferdinando Fornario, fuit conſenſu prouiſum, & decretum quod pro exequutione decreti

lati

Digitized by Google

lati ſub die 14. Iunij, 1584. præuia conſultatione Illuſtriſſimo Domino Proregi facta, fiat ordo dicto Magno Admirato, quod de cætero non ſe intromittat, niſi in cauſis nautarum, & aliorum de arte maritima viuentium, in hac tantum Ciuitate Neapolis commorantium, & quod ſcribatur omnibus Regiis Audientiis Regni, quod ſic exequi faciant, & quod capiatur informatio in caſu contrauentionis, &c.

*Vide aliud decretum latum ſub die 21. Aprilis, 1572.*

## CDXLVII.

*Die 6. Aprilis, 1585.*

IN cauſa Magnifici Iacobi Colutij Arrendatoris Regiæ Gabellæ Cartarum, cum Magnifico Montalto, ac vener. Hoſpitali Sanctæ Mariæ Annuntiatæ Ciuitatis Auerſæ dominis gabellæ pœnarum ludi Ciuitatis Neapolis, remiſſa per Suam Excellentiam Regiæ Cameræ Summariæ per decretum interpoſitum die 15. Ianuarij, 1585, quod in dicta cauſa procedat, de iuſtitia prouideat, & interim nihil innouetur citra obſeruantiam 8. capituli contenti in banno per dictam Regiam Cameram emanato in beneficium dicti Arrendamenti, prout in actis cauſæ prædictæ continetur.

Viſis priuilegiis, ac bannis dictæ gabellæ pœnarum ludi, Regiis pragmaticis emanatis ſuper ludis, & Barattariis, ac prædicto cap. 8. dicti Arrendamenti & aliis actis dictæ cauſæ, per Excellente Dom. Marthos de Garaſtiola V. I. D. Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in dicta Regia Camera Illuſtr. Domino Locumtenenti, & aliis Excellentibus Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram attendendis, & conſideratis conſiderandis prouiſum, & decretum, quod non liceat ſupradictis Dominis gabellæ pœnarum ludi, in futurum banna prohibentia ſequentes ludos facere, nec occaſione præfata contra Luſores ad exactionem alicuius pœnæ procedere, videlicet A'Picchetto, Tarocchi, ventifigure, Gile, ſbracare, allo Schiauicchiello, Scartare, à noue carte, à Trionfo due per due, alo male contento, à Trapulare, alla Gabella, à Primera ordinaria à Primera ſcouerta, ſeu Mammaria, & à Runfo, prout præſenti decreto prohibentur talia banna facere, & eorum occaſione procedere contra Luſores ad actionem alicuius pœnæ Hoc ſuum, &c.

## CDXLVIII.

*Die 16. menſis Decembris, 1585.*

IN cauſa Magnifici Bendinelli Sauli cum Regio fiſco ſuper petione intereſſe per eum vt prætenditur paſſi ob retardatam ſolutionem ſui ſtipendij pro duobus Triremibus, cum quibus ſeruiuit Regiæ, & Catholicæ Maieſtati, ac ſuper liquidatione dicti intereſſe quod dict. Magnificus Bendinellus prætendit debere liquidari, eo modo, & forma, prout in Regia Contadoria Regnorum Hiſpaniæ liquidari conſueuit intereſſe ſtipendij Illuſtr. Principis Ioan. Andreæ d'Oria, ſcilicet cumulando intereſſe totius anni ad rationem ſcutorum duodecim pro centenario, & in fine cuiuſlibet anni illud coaceruando cum capitale, ita vt ex eo currat nouum intereſſe, & ita continuando per ſingulos annos, faciendoque nouam aggregationem, & continuando curſum noui intereſſe, & aliis prout in eius memoralibus, & proceſſu; Regio fiſco in contrarium prætendente, nullatenus deberi aliquod intereſſe, aut ſi forte vigore Regiarum litterarum deberetur, illud debet liquidari ſolummodo ad rationem duodecim pro centenario, ita vt nulla penitus ſit facienda coaceruatio dicti intereſſe cum capitale, nec ex intereſſe prædicto currere debeat aliquod nouum intereſſe, & quod in calculo faciendo ſolutiones factæ de ſtipendio prædicto tendant ad extinctionem ſummæ capitalis per tempora debiti, quoniam imò declarari debet ſcutos 99600. per ipſum receptos occaſione dicti intereſſe debere reſtitui Regiæ Curiæ vna cum fructibus, damnis, & intereſſe, & aliis vt in dicto proceſſu.

Viſis actis, & litteris Regiæ & Catholicæ Maieſtatis ſub datum in Guadalupo die 24. Septembris, 1576. & aliis Regiis litteris ſub data in S. Lorenzo die 28. Maij, 1578. ac aliis Regiis nouiſſimis litteris ſub data 24. Februarij, 1583. & aliis in proceſſu deductis, factaque de omnibus relatione Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Domino Proregi in Regio Collaterali Conſilio per Regiam Cameram Summariæ referente Excellente Domino Regente Franciſco Antonio de Dauid de Supremo Conſilio Italię penes Catholicam Maieſtatem, & eiuſdem cauſæ Commiſſario, accedenteque voto Excellentium Dominorum Annibalis Moles Regentis Regiam Cancellariam, & Regentium Antonij Cadena de prædicto ſupremo Italiæ Conſilio, & Ioannis Anatonij Lanarij Regiæ Cancellariæ Proregentis, auditiſque plene Regio Fiſco, & Partibus; Per eandem Regiam Cameram fuit prouiſum, & decretum, ac declaratum, prædicto Magnifico Bendinello deberi per Regiam Curiam intereſſe ex cauſa retardatæ ſolutionis dicti ſtipendij ſingulis quatuor menſibus ad rationem ſcutorum duodecim pro centenario, quolibet anno, iuxta litteras Regiæ Maieſtatis; verum nullo modo fiat coaceruatio aliqua dicti intereſſe, ita vt in fine anni conuertatur in capitale,

Digitized by Google

pitale, & ex eo currat nouum intereſſe, provt dictus Magnificus Bēdinellus prætendit, à qua prætenſione Regius fiſcus penitus abſoluatur, & liberetur. Et inſuper declaratum eſt, quantitates per Regiam Curiam ſolutas dicto Magnifico Bendinello ex cauſa dicti ſtipendij ceſſiſſe, & cedere in extinctionem capitalis ſtipendij prædicti per tempora debiti, ita quod de capitale ſic extincto non intelligatur decurriſſe vlterius aliquod intereſſe, & quod iuxta declarationes prædictas fieri debeat calculus prædicti intereſſe, & ſi ex calculo modo prædicto faciendo apparuerit intereſſe prædictum non aſcendere ad ſummam prædictorum ducatorum 99600. per dictum Magnificum Bendinellum receptorum, illud quod vltra ſummam modo prædicto liquidandam recepit, teneatur dictus Magnificus Bendinellus reſtituere Regiæ Curiæ, provt præſenti decreto ad dictæ ſummæ reſtitutionem condemnatur, ſalua meliori deliberatione ſuper intereſſe fructuum, & intereſſe quantitatis prædictæ ſuperexactæ per Regium fiſcum prætenſorum explicanda, Partibus auditis, ita præſenti decreto decernitur, declaratur, prouidetur, & condemnatur. Hoc ſuum, &c.

## CDXLIX.

*Die 19. Decembris, 1585.*

PEr Regiam Cameram Summariæ, inſtante Domino fiſci Patrono Regalis Patrimonij, conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ab hodie in antea, & in futurum conſultationes cum voto, quæ fiunt directæ Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Domino Proregi nullatenus regiſtrentur in Regiſtris penes Actorum Magiſtrum, ſed fiat Regiſtrum ſeparatum, quod conſeruetur penes Magnificum Secretarium Regiæ Cameræ, & mandetur Magnificis Rationalibus, & actitantibus, quod conſultationes cum voto regiſtrentur in dicto Regiſtro penes Magnificum Secretarium, &c.

## CDL.

*Die 5. Martij, 1586.*

SVborto dubio circa interpretationem priuilegij Brunduſini, an illud proſit omnibus ad habitandum in ciuitate illa confugientibus & ſic tam Regnicolis, quam exteris, viſoque decreto lato per Reg. Cameram ſub die 26. Septembris, 1525. cuius tenor talis eſt, videlicet, Per Regiam Cameram fuit prouiſum, facta prius relatione Illuſtriſſ. Domino Locumtenenti generali in Collaterali Conſilio, quod illi, qui acceſſerunt, vel acceſſerint ad habitandum, & incolatum faciendū in Ciuitate Brunduſij ab aliis terris, in quibus reperiuntur numerati pro focularibus, teneantur exhibere priuilegium, in quo ab ipſa Vniuerſitate Brunduſij ſint aſciti in ciues, & facta inquiſitione per Regium Commiſſarium ſi reperiantur actu habitare, & incolatum facere in dicta Ciuitate Brunduſij cum familia, & bonis, & mutaſſe domicilium, data prius per eos idonea fideiuſſione de ſoluendo functiones fiſcales, & alios Regios dirictus tam præteritos, quam futuros, in caſu in quo diſceſſerint prædicto incolatu dictæ Ciuitatis Brunduſij, tractentur tanquam ciues dictæ Ciuitatis Brunduſij, & conſeruentur in immunitate non ſoluendi ipſas functiones fiſcales, ſicut fiet de aliis ciuibus ordinariis dictæ Ciuitatis, reſeruata deliberatione ipſi Reg. Cameræ, ſi immunitas prædictorum ciuium ita aſcitorum, cedat ad onus Regiæ Curiæ, vel Vniuerſitatum, in quibus ciues prædicti numerati, & deſcripti fuerunt. Hoc ſuum, &c.

Per Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Præſidente Aurelio Campanile, conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod expediantur prouiſiones directæ Magnifico Dohanerio, & aliis officialibus Dohanæ Brunduſinæ, & ad hoc vt notitiam habeant, quod illi, qui non ſunt Regnicolæ, & effecti ſunt Ciues Brunduſini ad finem gaudendi priuilegio conceſſo illis, qui ſe conferunt ad habitandum in dicta Ciuitate non gaudent immunitate aliqua, & quod ſi fuerint expeditæ prouiſiones in contrarium, reuocentur, itavt nullum ſortiantur effectum, ex quo decretum alias per Regiam Cameram de anno 1525. interpoſitum reſpectu ciuium agregatorum, Regnicolas tantum comprehendit. Hoc ſuum, &c. Regia Camera interponente decretum, &c.

## CDLI.

*Die 2. Maij, 1586.*

PRoponente Domino Locumtenente Magni Camerarij memoriale porrectum, & præſentatum pro parte Dom. Marcelli de Mauro Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentis prætendentis eſſe illi dandam partem dirictuum declaratoriarum, & propinarum, quas vulgo vitellas appellamus, ac inſuper eidem conſignandum ſaccharum ſal, & fœnum, quibus gaudent cæteri Domini Præſidentes de Regia Camera & hoc non obſtante, quod decreto Regiæ Generalis Viſitationis reperiatur ſuſpenſus ab officio Præſentis.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod dicto Domino Marcello de Mauro ab officio Præſidentis ſuſpenſo detur ſal Saccarum, & fænum tantùm, ſalua meliori deliberatione reſpectu dirictuum declaratoriarum, & propinarum, Hoc ſuum, &c. Reg. Camera interponente decretũ.

Idem pariter fuit deciſum, & ordinatũ pro Domino Præſidente Fabritio Villano ſuſpenſo pariter ex decreto Regiæ generalis viſitationis ab officio Præſidentis, idque ſub die 28. Iunij eiuſdem anni 1586. quamuis Magnificus Fiſci Procurator allegaſſet litteris ſuæ Catholicæ Maieſtatis non niſi de Salario tantum alloquutas.

## CDLII.

*Die 13. Maij, 1586.*

VIſo memoriali porrecto, & præſentato pro parte Vniuerſitatis Terræ Candelæ conquerentis, quod aliqui eius Ciues officiales, Scribæ portionis, & Magiſtri Portulani prætendunt gaudere pluribus immunitatibus & ſignanter, quod cogi non poſſint ad hoſpitandum, & hoc in graue præiudicium ipſius Vniuerſitatis.

Per Reg. Cameram, proponente Dño Præſidente Ferdinando Fornario, conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt pręſenti decreto decernitur & prouidetur, quod Ciues Terrę Cãdelæ, officiales, Scribę portionis, & Regij Magiſtri Portulani ſoluant in omnibus cum d. Vniuerſitate, & hoſpitentur, vt cæteri ciues. Hoc ſuum, &c.

## CDLIII.

*Die 19. Iulij, 1586.*

INſtante Dño Fiſci Patrono Regalis Patrimonij, per Reg. Cameram Summariæ conſenſu generaliter fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod illi qui ex mandato Regiæ Cameræ tenentur pro aliqua cauſa fideiuſſoriam præſtare cautionem, poſſint ad eorum libitum illam pręſtare penes acta cuiuſlibet ex actorum Magiſtro, ad quem fideiuſſionem recipere ſpectat. Hoc ſuum, &c.

## CDLXIV.

*Die 22. Auguſti, 1586.*

PEr Regiam Cameram Summariæ generaliter fuit prouiſum, & decretum quod in prouiſionibus ab hodie in antea expediendis ad inſtantiam militum tam equeſtris, quã pedeſtris militiæ ſuper immunitatibus, quibus ex diſpoſitione iuris, & Regiarum pragmaticarum gaudere prætendunt, apponatur clauſula *dummodo miles equeſtris militia retineat penes ſe equum, & arma ad militiam actum, & acta, & miles noua pedeſtris militia qua dicitur del Battaglione, dummodo retineat archibugium & murrionem.* Hoc ſuum, &c.

*Sub die 3. Octobris hoc anno fuit ordinatum quod in prouiſionibus expediendis dicatur*, hos milites ad ſeruitia perſonalia non teneri.

## CDLV.

*Die 11. Decembris, 1586.*

PEr Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Præſidente Aurelio Campanile conſenſu generaliter fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti generali decreto decernitur & prouidetur quod ab hodie in antea, & in futurum nullatenus expediantur prouiſiones obſeruatoriales aliarum prouiſionum prius expeditarum, niſi fuerint illæ prius expeditæ, & originales penes Actuarium exhibitæ, & à Dominis Præſidentibus Commiſſariis recognitæ, ad finem vt videatur quid fuerit in illis reſponſum, & replicatum, & quando allegaretur fuiſſe illas deperditas, renouentur dicendo, quod renouantur quia à Parte fuit allegatũ eſſe deperditas, & ſi allegaretur quod officialis, cui dirigebantur, penes ſe retinuit, nec illas reſtituere curauit, mandetur illas reſtitui, & obſeruari cõminatione, alias &c. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## CDLVI.

*Die 12. Decembris, 1586.*

PRoponente Domino Locumtenente per Reg. Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod in qualibet die Iouis tractent Domini Præſidentes de his quæ in ſequenti die Veneris erunt tractanda, & referenda in Collaterali Conſilio, ad hoc vt cogitato accedant, & quod poſtea in die Sabbati ſequenti de mane, ſiue prima die Tribunalis, ſi in die Sabbati celebratur aliqua feſtiuitas, vnuſquiſque ex dictis Dominis Præſidentibus portet ſecum notam diſtinctam de eo quod in Collaterali Conſilio externa die fuerit relatum, & reſolutum, ad finem vt Magnificus Secretarius eiuſdem Regiæ Cameræ poſſit omnia bene, & ordinate notare in libro notamentorum. Hoc ſuum, &c.

## CDLVII.

*Die 23. Februarij, 1587.*

SVper inſtantia facta per Aloyſium Sanſeuerinum Africanum, vt declaretur poſſe, & debere, ipſum gaudere ciuilitate Neapolitana & vti Neapolitanum tractari, ex quo ab Africa cum Iſabella vxore, & Iulia filia diſceſſerunt, ac

Digitized by Google

ac Neapolim ſe contulerunt, vbi ſacro fonte lauati ſunt.

Facta relatione in Regia Camera per Dom. Militem Aurelium Campanilem eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem coram Excellenti Domino Locumtenente, & aliis Dom. Præſidentibus ipſius. Per Reg. Cameram prouiſum, & decretum eſt, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod d. Aloyſius Sanſeuerinus, Iſabella vxor & Iulia filia Africani, qui, & quæ in hac fideliſſima Ciuitate Sacrum Baptiſma ſuſceperunt, gaudeant ciuilitate Neapolitana in forma, ac ſi eſſent hic Neapoli ortus, & ortiæ, cum clauſula ſolita reſpectu filiæ. Hoc ſuum, &c.

## CDLVIII.

*Die 5. Martij, 1587.*

SVborto dubio quando à Reg. Camera expediuntur Literæ hortatoriales directæ S.R.C. quibus verbis concipiantur.

Facta relatione in Reg. Camera per Dom. Militem V.I.D. Ferdinandũ Fornarium eiuſdem Reg. Cameræ Præſidentem coram Excellente Dño Locumtenente aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, viſiſque Litteris hortatorialib9 olim expeditis per Reg. Camerã, ac S.R.C. directis ſub datum 15. Aprilis 1500. in cõmune 47. fol. 176. in quarum initio ſic legitur, *Sacro Regio Conſilio, Ferdinandus Franciſcus de Auolos &c.* & in concluſione habentur hæc verba videlicet *placeat dicto S.R.C. &c.* Per Reg. Cameram facta ſuper his longa diſcuſſione conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod ab hodie in antea, & in futurum, quando contigerit expediri has Litteras hortatoriales Sacro Conſilio directas, his verbis modo expreſſis concipiantur. Hoc ſuum, Regia Camera interponente decretum, &c.

## CDLIX.

*Die 11. Martij, 1587.*

PRoponente Domino Præſidente Ferdinando Fornario, aliquos eſſe Ciues in Terra Tramontium Status Amalphiæ, qui annuos poſſident introitus in diuerſis Terris Regni, pro quibus in locis, in quibus dicti annui introitus ſiti ſunt, non ſoluunt bonatenentiam, vtrum poſſint poni in æſtimo d. Terræ Tramontium, cuius ſunt ciues poſſeſſores.

Per Reg. Cameram Summariç conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur & prouidetur, quod Vniuerſitas Tramontium adeat ſuam Excellentiam; & interim dicti annui introitus non ponantur in æſtimo dictæ Terræ, nec pro eis illorũ poſſeſſores contribuant cum dicta Vniuerſitate. Hoc ſuum, Reg. Camera interponente decretũ, &c.

*Ad confirmationem vide aliud decretum ſub die 4. Aprilis, 1607. & ad maiorem declarationem, vide quæ ego ſcripſi* lib. 1. mear. reſol. c. 11. à num. 16.

## CDLX.

*Die 8. Iunij, 1587.*

SVper facto Magnifici Berardi Citi prætendentis gaudere immunitate tanquam equitis nouæ militiæ Societatis Magnifici D. Franciſci de Aquino, non obſtante ordine expedito per quondam Illuſtriſſ. D. Ioannem de Zunica tunc Viceregem huius Regni 24. Iunij, 1582. cum ipſe Berardus ſit adſcriptus in Militia die 7. Iulij, 1579. & ſic ante dictum Ordinem, qui non comprehendit equites adſcriptos, ſed tantum adſcribendos, quæ immunitas ſibi ſeruari debeat in Terra Caſtellutij, Vallis Maioris vbi eſt Ciuis, vt in actis, &c.

Viſis actis per Excellentem Militem V.I.D. Ferdinandum Fornarium Præſidentem Reg. Cameræ & cauſæ Commiſſarium memoriali porrecto Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Domino Proregi, & ad Regiam Cameram remiſſo, ordine ſupra mentionato, & actis, & de eis facta relatione in d. Regia Camera Excellenti Domino Locumtenenti & aliis Dominis Præſidentibus fuit per d. Regiam Cameram prouiſum & decretum, quod à dicto die 7. Iulij, 1579. quo die dictis Berardus cæpit eſſe eques vſque ad dictum 24. Iunij 1582. quo die fuit per dictum Illuſtriſſ. Dom. Proregẽ expeditus ordo, quod habentes in bonis vltra ſcutos quadringẽtum non adſcribantur in equites pro omnibus bonis, quæ ipſe Berardus poſſidet in territorio dictæ Terræ Caſtellutij, licet ſummam ſcutorum quingentum excedant, ſtante quod erat iam miles equeſtris, antequam fuerit declaratio prædicta, pro medietate ſoluat vt bonatenens, & pro alia medietate vti ciuis iuxta prouiſiones ad eius inſtantiam expeditas per Reg. Cameram 10. Iulij, 1579. & à ſupra dicto die 24. Iunij, 1582. exemptio, & immunitas per prouiſiones Reg. Cameræ ordinata, ſit, & eſſe debeat pro ſummam ſcutorum quingentum tantum, id eſt, quod de ducatis 250. eius bonorum ſoluat vt bonatenens, & de aliis ſcutis 250. vt ciuis, & ſic etiam in futurum, donec in militia perſtiterit, verum pro aliis bonis, quæ poſſidet vltra ſummam prædictam ſcutorum quingentum, ſoluat integrè vt alij Ciues ſine immunitate aliqua, tam de præterito à ſupra dicto die 24. Iunij, 1582. quam etiam in futurum. Hoc ſuum, &c.

## CDLXI.

*Die 5. & 12. Nouembris, 1588.*

PRoponentibus Dominis Regiæ Cameræ Præſidentibus Tiberio Coppola & Aurelio Campanile memoriale porrectum, & præſentatum pro parte Vniuerſitatis Ciuitatis Aquilæ conquerentis, quod in dicta Ciuitate laici cohabitãtes cum clericis non hoſpitantur.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu generaliter fuit prouiſum, & decretum, quod ab hodie in antea expediantur prouiſiones, quod ſi domus ſunt Clericorum, ſint illæ ab hoſpitio exemptæ, verum conſanguinei laici habitantes in eis contribuant in pecunia, & ſi laici ipſi poſſiderent alias domus, quod in illis hoſpitentur, ſi verò domus ſunt laicorum, & cum illis cohabitant clerici, quod laici in eis non hoſpitentur, ſi domus diuiſionem nõn patiuntur, ſed tantum contribuant in pecunia. Hoc ſuum, Regia Camera interponente decretum, &c.

*Vide aliud decretum latum ſub die 5. Martij*, 1588.

## CDLXII.

*Die 17. Nouembris*, 1588.

IN cauſa Particularium Terræ Galatoræ cum Vniuerſitate dictæ Terræ ſuper petitione non ſoluendi pro bonis ſitis extra territorium vel ſaltem deduci bonatenentiam, quæ pro dictis bonis ſoluitur in locis vbi bona ſita ſunt, & aliis vt in actis, &c.

Viſis actis per Excellentem Militem V.I.D. Dominum Marthos de Garaſtiola Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & facta de eis relatione in dicta Regia Camera fuit per Cameram ipſam prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod fiat calcalus de eo quod aſcendit quantitas vigeſimæ, & de eo, quod aſcendit quantitas bonatenentiæ, & deducta dicta quantitate bonatenentiæ, & quantitate prædicta vigeſimæ, Particulares ipſi pro reliquo ſoluant. Hoc ſuum, &c.

Idem per Reg. Cameram iudicatum inueni ſub die 21. Maij, 1593. prout in libro notamentorum illius anni fol. 441. vbi hæc verba habentur. *Propoſui prouiſiones factas Commiſſario Domino Barba, & dubitatas pro D. Valcarcer Capitaneo Argentij ad inſtantiam Vniuerſitatis vt cogat ciues ad hoſpitandum, & contribuendum in hoſpitiis pro rata introituũ, quos poſſident Neapoli tam ex cauſa dotis, quam ex quauis alia & dixi vt mihi exhiberetur decretum Reg. Cameræ ſub die* 17. *Nouemb.* 1588. *in fauorem Vniuerſitatis Terræ Galatolæ, vbi fuit dictum quod ſoluant, & diſcuſſo fuit concluſum, quod expediantur, &c.*

## CDLXIII.

*Die 19. Decembris*, 1588.

SVper inſtantia facta per Hieronymum Capurro, vt exdediantur prouiſiones directæ Dohanis Regni ad hoc vt tractetur immunis à ſolutione diri ctuum, ex quo ab annis decem, & vltra cum tota eius familia habitauit, & habitat in ciuitate Regij.

Facta de hoc relatione in Regia Camera per Dom. Militem Aurelium Campanilem eiuſdẽ Regiæ Cameræ Præſidentem coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius. Per Reg. Camerã conſenſu fuit prouiſum, & decretũ prout præſenti decreto decernitur & prouidetur quod dictus Hieronymus tractetur vbique in Dohanis Regni vti habitator in Ciuitate Regij ab annis decem, & vltra, donec in illa habitauerit, cum cautione tamen de ſoluendo duplicatos dirictus, caſu, quo fortè à dicta ciuitate diſceſſerit. Hoc ſuum, &c.

Idem eodem die prouiſum pro Io. Pelliccione vti ordinariè habitator cum tota familia in Ciuitate Bari ab annis decem, & vltra.

## CDLXIV.

*Die 22. Decembris, 1588. firmatum per Notatorem die 13. Ianuarij*, 1589.

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Coriarios Baiulationum Ciuitatis Cuſentiæ ex vna, & Magnificos Arrendatores ferri Prouinciarum Calabriæ ex altera ſuper prætenſione quod de coriis vt vulgo dicitur acconciatæ, de quibus fuerunt ſoluti dirictus fundici, & Dohanæ tempore, quo erant ruſtica, & piloſa non teneantur ad ſolutionem dictorum diri ctuum ratione meliorationis deinde in eis factæ, vt in actis, &c.

Viſis actis per Excellentem Militem V.I.D. Dom. Marthos de Garaſtiola Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in dicta Regia Camera Illuſtriſſ. Domino Locumtenenti & aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Reg. Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod prædicti Coriarij non moleſtentur ad ſolutionem Iuris fundaci pro melioratione dictorum coriorum, pro quibus dictum ius fundaci fuit ſolutum tempore, quo erant ruſtica, & piloſa, ſtante quod Regio fundico ſemel ſoluto, vlterius non ſoluitur ius idem; ſi verò tempore, quo ius fundaci ceſſit & ſolui debet dicta coria reperirentur accommodata, ſolutio dicti iuris fundaci ſolui debet, etiam habito reſpectu ad meliorationem in eis factam, reſpectu verò iuris Dohanæ an debeat

Digitized by Google

beat ſolui toties, quoties venduntur merces, fuit prouiſum, & decretum, quod de dictis coriis ſoluatur dictum ius Dohanæ, provt reperiuntur ruſtica, & piloſa, vel accommodata, & meliorata tempore contractationis & venditionis ipſorum, & non aliter. Hoc ſuum, &c.

## CDLXV.

*Die .. menſis .....*

CVm Dominus Aurelius Campanilis Regiæ Cameræ Summariæ Præſes tractaret de prouiſione per eum dubitata, cuius ſummarium eſt Videlicet *Al Capitulo & Vniuerſità di Santo Naſtaſo per li predetti figli de Padre di dodeci figli, che non li faccino contribuire alli debiti contratti per detta Vniuerſita à tempo che loro padre era viuo, & godeua l'immunità di dodeci figli, ſe eſſi ſtauanno vniti col padre.* Dicente Illuſtr. Domino Regente Dauid Locumtenenti, quomodo debeat intelligi ſolutio pro debitis contractis ante conſequutam immunitatem, quia aliqua debita, licet ſint antea contracta, cum fuerint extincta, & ſolutum debitum ante immunitatem eorum; ſed capta pecunia factæ fuerunt obligationes, ac impoſitæ gabellæ, & collectę poſt eorum immunitatem & hoc erit declarandum, ne contingat vniuerſitatem grauari, & ſimiliter reſpectu exterorum ordinarie habitantium in terris Regni, qui non ſunt alibi numerati dum petunt non debere cogi ad contribuendum pro debitis contractis per Vniuerſitatem antequam venerint ad habitandum in loco vbi habitant.

Et diſcuſſo pluries negotio, fuit concluſum, quod ſtetur deciſis per ordinationes Regiæ Cameræ quod patres duodecim filiorum contribuant pro rata debitorum contractorum ante conſequutam immunitatem, & pariter viduæ eorundem patrum, & filij vnite viuentes cum eis, & ne contingat Vniuerſitates aut particulares grauari circa intelligentiam, declaratur quod dum tractatur de ſolutione debitorum contractorum, & non extinctorum, nec ſolutorum ante conſequutam immunitatem, licet Vniuerſitates, & homines earum cæperint pecuniam ad intereſſe, vel ſe obligauerint pro ea poſt dictam conſequutam immunitatem, vel fuerunt impoſitæ, vel imponuntur collectæ, gabellæ, & impoſitiones pro illis, & eorum intereſſe ſoluendis, teneantur dicti priuilegiati in omnibus ſoluere, & contribuere, ac ſi dicta pecunia eſſet capta ad intereſſe, & obligationes eſſent factæ, ac gabellę, & collectæ impoſitę ante conſequutam immunitatem, ſtante quod debitum oritur ex tempore retro; quo nondum erant immunes, & caſu in quo dictæ gabellæ collectæ, & impoſitiones eſſent factæ, vel fierent nedum pro dictis debitis contractis, & obligatis, ſed & etiam pro aliis poſtea contractis, & pro aliis ſolutionibus, ad quas patres duodecim filiorum non tenentur, fiat calculus, & ſeparentur antiqui à nouis modo prædicto, ne contingat Vniuerſitates & particulares grauari.

Et quo ad prædictos de Sancto Anaſtaſio, & alios filios patrum, & matrum duodecim filiorum defunctorum, eſt prouiſum, quod pro rata debitorum contractorum per Vniuerſitatem tempore vitæ patris, & matris viduæ, dum vnite vixerunt cum eis, non contribuant in dictis debitis, nec in gabellis, impoſitionibus, & collectis impoſitis, & imponendis pro extinctione eorum, ſi tamen debitum non oritur à tempore retro ante conſequutam immunitatem patris, vt in præcedenti declaratum eſt, vel ſi eſſent debita contracta tempore eorum ciuilitatis, pro cauſa quæ afferat propriam vtilitatem veluti pro obtinendo priuilegio, emendo aut redimendo aliquas commoditates, aut aliter, quibus nunc iſti filij vtuntur provt alij ciues obligati ad debita.

Quò verò ad exteros ordinarie habitantes in Terris Regni, & alibi non numeratos, dum prætendunt non debere cogi pro debitis contractis ante eorum habitationem, fuit prouiſum, quod ſeruentur ordines, alias ſuper hoc expediti, quod non contribuant, taliter illos declarando in beneficium ipſorum exterorum, quod licet Vniuerſitates, & homines ceperint pecuniam ad intereſſe, & ſe obligauerint pro ea poſt earum habitationem, vel impoſuerunt gabellas, & collectas poſt habitationem pro ſoluendis tamen debitis, quæ contraxerunt, & non ſoluerant ante habitationem, non teneantur in illis, niſi tantummodo pro debitis, quæ Vniuerſitas ſui origine ex tempore præterito, & ab initio à tempore habitationis cepit contrahere, & contraxit, & etiam in illis, & pro illis, de quibus vt habitantes participant, & commodum ſentiunt, ac ſi ciues eſſent, vel afferunt vtilitatem perpetuam etiam ſi expenſæ habuerint initium ante habitationem, veluti pro debito forte contracto pro lite, & deffenſa territorij, in quo eorum animalia paſcua ſumunt, & alia commoda percipiunt, ac ſi eſſent ciues, in refectione, & accommodatione murorum, viarum, ac pontium, cuſtodia ab incurſu infidelium, medico, & magiſtro Gymnaſij, ſi vtuntur, & aliis de quibus vt ciues gaudent, & fruuntur, &c.



Digitized by Google

## CDLXVI.

*Die 24. Ianuarij, 1589.*

SVborto dubio an illæ Terræ Regni huius, quæ ab eorum Baronibus fuerunt nominatæ in Cameras reſeruatas, ſicut ab actuali militum hoſpitatione ſunt immunes, ita pariter, & à contributionibus in pecunia cum aliis Terris de conuicinio, quæ hoſpitantur.

Per Regiam Cameram Summariæ dubitante Domino Locumtenente, conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Vniuerſitates dictarum Terrarum contribuant in pecunia, ex quo Terræ, quæ ſunt Cameræ reſeuatæ ſunt immunes ab actuali militum hoſpitatione tantum, non autem à contributione in pecunia cum aliis Terris de conuicinio, quæ hoſpitatur. Hoc ſuum, &c.

*Aduerte quod ſi contrarium inuenies deciſum pro Vniuerſitate S. Ioannis Rotundorum contra Vniuerſitatem Ciuitatis Sipontinæ, vt non teneretur nec etiam contribere, ideo ſic decretum, quia compertum fuit Vniuerſitatem illam S. Ioannis vltra continuam hoſpitationem Baronis, ſuſtinere pariter onus Regiæ Ratiæ, & commiſſariorum, qui dicuntur* della voce *ſic inueni in libro notamentorum anni prædicti ſub die primo Februarij, fol. 71.*

## CDLXVII.

*Die 27. Ianuarij, 1587.*

SVborto dubio an Dominus fiſci Patronus Regalis Patrimonij poſſit interuenire in cauſis fiſci, ſi eius frater vtrinque coniunctus in illis cauſis interuenit pro Aduocato Partis aduerſæ.

Per Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Præſidente D. Petro de Caſtellett, conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod Dominus fiſci Patronus Regalis Patrimonij interueniat, ſic tuens iura Regij fiſci, non obſtante, quod eius frater patrocinatur pro Parte aduerſa contra fiſcum. Hoc ſuum, &c.

## CDLXVIII.

*Die 14. Iunij, 1589.*

IN cauſa Vniuerſitatis, & Particularium Terræ Andredochi cum Vniuerſitate Ciuitatis Aquilæ ſuper contributione collectarum pro bonis, quæ dicti Particulares poſſident in pertinentiis caſtri N. diruti, quod eſt de Comitatu Aquilano, & aliis provt in actis, &c.

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Didacum de Aldana Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque de his relatione in eadem Regia Camera coram Excellente Domino Locumtenente & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius per Reg. Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod infra quatuor dies audiantur Partes ſuper omnibus hinc inde prætenſis, & interim dicti Particulares non moleſtentur ab Vniuerſitate Aquilæ, ſed pro bonis, quæ poſſident in dicto Caſtro diruto ſoluant cum Vniuerſitate Antrodochi præſtita cautione de ſoluendo quicquid fuerit iudicatum per Regiam Cameram in caſu ſuccumbentiæ. Hoc ſuum, &c.

*Ad confirmationem huius determinationis vide ſcripta per Alex. Trentacinq.* conſ. 23. *per Dom. Reg. Salernit.* deciſ. 38. *& per me* lib. 1. reſolut. iuris cap. 63.

## CDLXIX.

*Die 23. Auguſti, 1589.*

PEr Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Præſidente Tiberio Cappula fuit prouiſum, quod reformetur decretum generale latum ſub die 24. menſis Septembris, 1541. in principio, in quo dicitur *che debbiano godere quelli clerici, che haueranno ordini ſacri, & anderanno in habito, e tonſura, & ſeruiranno in Diuinis*, ex quo cum clericis in ſacris conſtitutis hæ conditiones non concurrunt, dicatur quod ſit clericus in ſacris conſtitutus, vel in minoribus, dummodo iſte incedat in habitu, & tonſura, & ſeruiat in Diuinis. Hoc ſuum, &c.

## CDLXX.

*Die 16. Septembris, 1589.*

PEr Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Præſidente Ioanne Franciſco de Ponte, conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti ducati decernitur, & prouidetur, quod duacti triginta octo peruenti ex pretio vuarum Caſalis Caſollæ ad Regiam Curiam deuoluti conſignentur & reſtituantur hæredibus, quondam Baronis tanquam fructus maturati ante menſem Septembris, & poſt Kalendas Martij, expenſis, cultura, & induſtria feudatarij defuncti, & de ducatis ſexcentum octuaginta quinque affictus herbarum Pontis nicti pro anno completo decimaquinta die Auguſti, fuit prouiſum, quod pro nunc reſtituantur dictis hæredibus ſcuti biſcentum viginti octo 1. 13. $\frac{1}{3}$ ex eis tertiæ partis pro territoriis burgenſaticis, ſalua declaratione facienda dictorum burgenſaticorum, & pro

Digitized by Google

pro reliquis ſcutis 156.3.6.fructuum feudalium, fuit prouiſum quod cum effectus conſiſtat in fructibus mere naturalibus, qui quotidie naſcuntur, & percipiuntur, diuidatur affictus prædictus inter Regiam Curiam, & dictos hæredes pro rata temporis ſequentis, videlicet Regiæ Curiæ detur rata à die 24. Iunij, 1588. obitus dicti Baronis liquidata in ſcutis 65.4.17. qui vadant in generali Theſauraria loco depoſiti, ſtante quod prætenditur quod maior pars dicti feudi eſt burgenſatica, & prædictis hæredibus rata decurſa per totum 23. Iunij tempore vitę dicti Baronis, quæ eſt ducatorum 390.3.9. Hoc ſuum, &c.

## CDLXXI.

*Die 23. Septembris, & 20. Octobris, 1589.*

SVper inſtantia facta per Reuerendiſſ. Dom. Cardinalem Cietanum, vti Abbatem Sancti Leonardi in Apulea, vt ei permittatur extractio, quam petiit à ſua Maieſtate annuorum curruum tercentorum frumenti per extra Regnum de fructibus dictæ Abbatiæ.

Facta relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem Aurelium Campanilem, eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem coram Domino Locumtenente, ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod fiat Conſultatio Excellentiſſimo Domino Proregi, in qua dicatur, Cameram eſſe voti, extractiones frumenti per extra Regnum, tunc poſſe concedi, quando in illo anno, in quo petitur extractio maxima fertilitas contingit, & quod cum Reuerendus Epiſcopus Aſculanus de Marca pro fructibus ſui Epiſcopatus, quos in Regno colligit extractionem per extra Regnum petiiſſet, fuit ei denegata, cum ſit mera gratia, quando conceditur, vnde hæc omnia remanent in arbitrio Suæ Excellentiæ. Hoc ſuum, &c.

## CDLXXII.

*Die 28. Septembris, & 6. Octobris, 1589.*

SVper inſtantia facta per Auream Muraſnam, vt taxetur fideiuſſio Baliatus Victoriæ Sirſalis.

Facta relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V. I. D. Ioan. Franciſcum de Ponte eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, coram Excellente Domino Locumtenente, aliiſque DD. Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram fuit prouiſum, & decretum, quod taxetur fideiuſſio dicti baliatus pro ſumma ducatorum quatuor mille, dummodo dicta Aurea anno quolibet præſentet computum adminiſtrationis prædicti Baliatus in Regia Camera, ibique illud liquidari faciat, & obtineat debitas declaratorias adminiſtrationis prædictæ. Hoc ſuum, &c.

*Ad maiorem declarationem huius determinationis vide eundem D. de Ponte* in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de diuerſ. prouiſion. fieri ſolit. §. 1. ſub rubr. de baliis dandis feudatariis minoribus, *ſic & etiam his diebus iudicauimus in Baliatu Illuſtr. Ducis Grauinæ, nimirum, vt fideiuſſio ſit pro ſumma introituum bonorum feudalium vnius anni, dummodo mater Balia anno quolibet præſentet computum in Regia Camera, ſic enim cautum eſt pupillo feudatario & non aliter, nec alio modo, &c.*

## CDLXXIII.

*Die 12. Octobris, 1589.*

IN cauſa, & differentia vertente in Regia Camera Summariæ inter Magnificum Arrendatorem Regiæ Dohanæ, & Maioris fundaci huius fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis ex vna prætendentem ſibi licere exigere ius fundaci à Neapolitanis pro bonis & mercibus, quæ per eos immittuntur in dicta Regia Dohana Neapolis, & quod ſint per eos empta, & contractata in iuriſdictione Regiarum Dohanarum Terræ Bari, & Capitinatæ, Terræ Hydrunti, & Baſilicatæ, ac in fundacis, & Dohanis Calabriæ, & Magnificos Arrendatores dictorum Dohanarum, prætendentes ipſis licere, & exigere ius prædictum à dictis Neapolitanis in Dohanis & fundacis, in quibus merces ipſæ contractantur, & conſignantur, maximè quia Neapolitani in toto præſenti Regno præterquam in Regia Dohana Neapolis ſunt immunes à iure fundaci, & alias vt in actis, &c.

Viſis actis per Excellentem Militem Dom. Aurelium Campanilem Præſidentem, Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, & facta de eis relatione in dicta Regia Camera Illuſtr. Domino Locumtenenti, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur licuiſſe, & licere Regiæ Curiæ, & pro ea dicto Magnifico Arrendatori Regiæ Dohanæ Neapolis exigere dictum ius fundaci in dicta Regia Dohana Neapolis à ciuibus Neapolitanis, non obſtante, quod merces, & bona per eos empta ſint contractata, & conſignata in ſupradictis Dohanis, & fundacis dictorum Prouinciarum Apuleæ, & Calabriæ, & proinde pecuniam exactam per Arrendatores dictarum Dohanarũ à dictis Neapolitanis pro dicto iure fundaci tempore Arrendamenti Magnifici Hieronymi Campora, & poſtmodum intereſſe ſolutum per eos in dicta Reg. Dohana Neapolis pro eodem iure fũdaci debere eiſdem Neapolitanis reſtitui per dictos Magnificos Arrendatores

tores

ores Apuleæ, & Calabriæ, provt præſenti decreto reſtitui mandatur; verum pecunia exacta pro dicto iure fundaci per dictos Arrendatores Dohanarum prædictarum Apuleæ, & Calabriæ pro bonis, & mercibus contractis, & conſignatis in dictis fundacis, & Dohanis Apuleæ, & Calabriæ, & immiſſis per dictos Neapolitanos in dicta Regia Dohana Neapolis tempore Arrendamenti Magnifici Hieronymi Campora debitoris Regiæ Curiæ ſoluatur in generali Theſoreria in extinctionem debiti dicti Magnifici Hieronymi Campora, & pecunia exacta vt ſupra tempore Arrendamenti Magnifici Ioannis Baptiſtæ Recchi ad præſens Arrendatoris Regiæ Dohanæ Neapolis reſtituatur, & ſoluatur eidem Magnifico Ioanni Baptiſtæ, provt præſenti decreto reſtitui, & ſolui mandatur, & expediantur debitæ prouiſiones. Hoc ſuum, &c.

## CDLXXIV.

*Die* 16. *Octobris*, 1589

SVper inſtantia facta per Sacram Religionem Hieroſolimitanam, vt abſque ſolutione dirictuum permittatur extractio lignaminum cuiuſuis generis à Prouinciis Calabriæ ſeruata forma ſuorum priuilegiorum.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, licere Sacræ Religioni Hieroſolimitanæ extrahi facere à Prouinciis Calabriæ lignamina, quibus indiget abſque ſolutione dirictuum, ſoluto tamen lignaminum extrahendorum iuſto pretio, ſeruata forma ſuorum priuilegiorum. Hoc ſuum, &c.

## CDLXXV.

*Die* 23. *Octobris*, 1589.

PEr Regiam Cameram Summariæ, inſtante Domino fiſci Patrono, conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur Dominis Gubernatoribus Regiarum Prouincialium Audientiarum Regni non deberi ſalarium pro dietis, ſiue acceſſibus intra Prouinciam in concernentibus tamen eorum officium, quando verò contingit fieri acceſſum tam intra, quam extra Prouinciam pro negotiis eorum officium non concernentibus, ſoluatur ſalarium ſcutorum trium pro quolibet die vltra ordinarium ſalarium taxatum ſingulo quoque anno Gubernatoribus Prouinciarum. Hoc ſuum, &c.

## CDLXXVI.

*Die* 16. *&* 23. *Nouembris*, 1589.

SVborto dubio in Regia Camera, quænam pœna ſit exigenda, cum propoſitis nullitatibus aduerſus determinationes, quæ fiunt per Regiam Cameram, Pars quæ nullitates allegauit, ſuccubuit.

Viſa Regia pragmatica, quæ eſt quinta de officio Sac. Reg. Conſ. tenoris ſequentis. *Carolus, &c. Quamplurium litigantium querula diſpoſitione, pariterque S.R.C. relatione percepimus à certo tempore citra ex quadam abuſione introductum aduerſus omnes fere ſententias eiuſdem S. C. de nullitate opponi ad impediendum, & pertrahendum ipſam ſententiarum exequutionem, adeo vt per diuerſas Aduocatorum, & Procuratorum aſtutias longe plus in conſequutione exequutionis poſt ſententiam, quam in ipſa ſententia obtinenda elaboretur, quo fit vt interdum nonnullis litibus, & expenſis fatigati, derelictis cauſis ſuis iuſtitiam conſequi deſperetur. Volentes igitur de optimo iuris remedio prouidere, præſenti ſanctione in perpetuum valitura, ſancimus, quod quando contigerit aduerſus ſententias, ſeu ſententiam præfati Sac. Conſilij per Procuratores, ſeu Aduocatos, ſeu per ipſas Partes principales de nullitate, ſeu nullitatibus calumnioſè ad differendum exequutionem opponi, & quas nullitates, ſeu nullitatem in iure, aut in facto minime ſubſiſtere compertum fuerit, dum per idem S. C. procedendum fore ad exequutionem obiectis nullitatibus non obſtantibus, pronunciari contigerit, qui de nullitate dixiſſe comperietur ſententia lata citra mille ducatos duarum vnciarum, ſi vltra mille ducatos, quindecim vnciarum pœnam ſe nouerit incurſurum & quod pecunia prouenienda à dictis pœnis conuertatur pro ſalario Capellanorum, miſſas quotidianas celebrantium in eodem S. R. C. & ad ornatum dictæ Capellæ, & veſtimentorum pro celebrandis dictis miſſis, ac eleemoſinarum ad arbitrium noſtrum, quas quidem pœnas omni & inuiolabili modo exigi volumus, atque mandamus, & vt præmiſſa noſtra Regia Sanctio, & Pragmatica omni futuro tempore perpetua ſtabilitate vigeat, & nihil detrimenti patiatur, mandamus prædictis Regiis officialibus, & cæteris omnibus, ad quos ſpectabit, ſpectareque poterit in futurum, quatenus hanc præſentem noſtram ſanctionem & pragmaticam, & in ea contenta ad vnguem, & inuiolabiliter obſeruent, & obſeruari faciant, illamque publicent, & publicari faciant, atque mandent, provt ſolitum eſt, & conſuetum; ad hoc vt vnuſquiſque notitiam habeat, & aliter ignorantia allegari non poſſit, & contrarium non faciant, neque fieri permittant occaſione aliqua, ſiue cauſa, ſi præter ira, & indignationis Regia incurſum, pœnam ſcutorum auri mille cupiunt euitare, in quarum fidem*

Digitized by Google

*fidem præſentes fieri iuſſimus Regio Sigillo impreſſas. Datum in Caſtro nouo Neapolis die 20. menſis Ianuarij*, 1545.

Per Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Locumtenente conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur, quod attento tenore dictæ Regiæ Pragmaticæ Sanctionis, publicetur, quod exigantur pœnæ in Regia Camera, provt exiguntur in S.R.C. citra præiudicium circa præteritum. Hoc ſuum Regia Camera generale interponente decretum, &c.

## CDLXXVII.

*Die 29. Nouembris*, 1589.

CVm Excellens Dominus Alphonſus de Salazar Regiam Cancellariam Regens, ac Magnifici Domini Præſidentes Reg. Cameræ Fabricius Villanus, & Marcellus de Mauro inquirerentur in Regia generali viſitatione, & inquiſitione pendente, quamuis abſentes conſequuti ſint conſuetum annuum ſalarium vigore litterarum Suæ Catholicæ Maieſtatis expeditarum ſub die 19. Octobris, 1585. quia poſtea condemnationis ſententias paſſi ſunt, fuit dubitatum an reſtituere debeant ſalarium quod inquiſitione pendente virtute dictarum Regiarum litterarum conſequuti ſunt.

Factaque de his pluries relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio referente Domino Præſidente Dom. Petro de Caſtelett, per Regiam Cameram accedente voto Excellentium Dominorum Regiam Cancellariam Regentium fuit prouiſum, & decretum, quod pro exequutione ſententiarum Regiæ Viſitationis Excellens Alphonſus de Salazar Regiam Cancellariam Regens, & Magnifici Domini Præſidentes Regiæ Cameræ Fabricius Villanus, & Marcellus de Mauro reſtituant & ſoluant pecuniam per eos receptam virtute litterarum Suæ Catholicæ Maieſtatis expeditarum ſub die 19. Octobris, 1585. oppoſitis ex aduerſo non obſtantibus, &c.

*Ad materiam huius determinationis, vide, quæ ego ſcripſi* lib. primo mear. reſolut. capit. 310.

## CDLXXVIII.

*Die 28. Martij*, 1590.

PEr Regiam Cameram Summariæ, Commiſſario Domino Præſidente Aurelio Cãpanile, viſo memoriali porrecto pro parte Petri de Paulo, fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur & prouidetur quod expediantur prouiſiones directæ Gubernatori & Vniuerſitati Ciuitati Baroli, ne moleſtari faciant d. Petrũ de Paulo ad ſoluendum gabellas, nec ad milites hoſpitandum, & exactum reſtituatur, ſtante quod eſt exterus, & in dicta Ciuitate commoratur ad tempus abſque familia pro aliquibus ſuis negotiis, & occurrentiis, nec ibi bona poſſidet. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## CDLXXIX.

*Die 23. Iulij*, 1590.

SVper inſtantia facta per Vniuerſitatem, & Baronem D. Mauritium Moles Caſalium Cotroni & Calfizi contra aliquos ciues, & vaſſallos qui à collectarum onere prætendunt ſe eſſe immunes, & à iuriſdictione dicti Baronis exempti, ſub prætextu quod ſint tertiarij ſiue oblati quorumdam Monaſteriorum, quibus ſimulatè eorum bona donauerunt, ſic poſt donationes ex bonis donatis fructus percipientes & in proprios vſus conuertentes, nec aliter ſub obedientia Prælatorum dictorum Monaſteriorum viuentes.

Per Regiam Cameram Commiſſario Domino Præſidente Proſpero de Piatto, conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur, quod illi Ciues dictorum Caſalium, qui poſt cõtractus donationum factarum dictis Monaſteriis remanſerũt in poſſeſſione bonorum donatorum, fructus ab illis percipiendo, & de eis ad eorum libitum diſponendo, cogantur iuris, & facti remediis opportunis ad contribuendum in omnibus cum dictis Vniuerſitatibus, provt cæteri ciues, & quando caſus contigerit vti ſubditi, & ſubiecti iuriſdictioni dicti Baronis, ab illius Officialibus ad Iuſtitiam miniſtrandum deputatis cognoſcantur vti alij ſubditi merè laici cognoſcuntur. Hoc ſuum, &c.

## CDLXXX.

*Die 15. & 16. Octobris, 5. & 19. Decembris*, 1590.

SVper inſtantia facta per Victoriam Campagna, vt declaretur immunis à muneribus ordinariis, & extraordinariis, quorum immunitate, gaudent Patres duodecim filiis onuſti, ex quo ſub eius educatione habet duodecim filios, & priuignos, cum eius vir ex prima vxore quinque procreaſſet filios, & cum ipſa Victoria ſecunda coniuge ſeptem, quorum poſtremus ortus eſt poſt mortem Patris, qui deceſſerat, ipſa Victoria ſuperſtite relicta prægnante.



Digitized by Google

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Tiberium Coppola Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & de his facta relatione in eadem Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, pluries diſcuſſo negotio, per Reg. Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur quod Victoria Campagna gaudeat in forma conſueta provt gauderet eius vir ſi viueret, donec tamen lectũ viduale ſeruauerit, & dicti eius quinque filij, & ſeptem priuigni vnitè cum ipſa vixerint. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## CDLXXXI.

*Die 11. menſis Ianuarij, 1591.*

PEr Reg. Cameram Summariç, inſtante Domino Fiſci Patrono Regalis Patrimonij fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod pro exequutione prouiſionũ alias per Reg. Camerã expeditarũ de anno 1579. liceat & licitũ ſit Magnifico Perceptori Prouinciæ Capitanatæ in ſubſidium, (quando in exactione functionum fiſcalium, factis debitis diligentiis, nil exigere potuit) exequi facere animalia omnia, quamuis dohanata, dummodo poſtea vendantur perſonis, quæ illa tenent ſub Regia fida, nec aliter macellentur, & quod Magnificus Auditor Regiæ Dohanæ ſic obſeruare faciat. Hoc ſuum Reg. Camera interponente decretum, &c.

## CDLXXXII.

*Die 2. Martij, 1591.*

IN cauſa Domanij vertente inter Vniuerſitatem, & aliquos particulares Ciues Caſtri Fontecchiç venditi ſub haſta cum duobus aliis Caſtris Videlicet S. Mariæ delli Puonti, & Roccæ Petruræ ex vna, & Franciſcum Antonium de Petro Paulo, cui caſtra prædicta ad extinctum candelæ remanſerunt vti vltimo licitatori, & plus offerenti pro vnico pretio ducatorum 18100. ex altera.

Facta relatione per Reg. Cameram in Collaterali Conſilio, referente Domino Præſidente Petro Balcarcer, & diſcuſſis omnibus de iure diſcutiendis, Domino Fiſci Patrono, & Magnificis Aduocatis vtriuſque Partis pleniſſimè auditis. Per Regiam Cameram accedente voto Excellentium Dominorum Regiam Cancellariam Regentium, fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod dicta Vniuerſitas Caſtri Fontecchiæ, eiuſque particulares Ciues in ſupplici libello nominati infra dies octo faciant depoſitum Scutorum 18100. ratione integri pretij, quo fuerunt vendita Caſtra prædicta Fontecchiæ, S. Mariæ delli Puenti, & Roccæ petruræ, quod quidem depoſitum fieri debeat pro duabus partibus de propria pecunia particularium abſque ſpe repetendi à dicta Vniuerſitate directè, vel indirectè, & pro tertia parte de pecunia Vniuerſitatis prædictæ cum cõditione, quod introitus Caſtri prædicti Fontecchiæ integrè cedere debeat in beneficium dictæ Vniuerſitatis, & quod dicti Particulares non participent de rata introituum prædictorum, & quod iidem particulares contribuant cum aliis ciuibus dictæ Terræ in omnibus gabellis, ſeu collectis imponendis occaſione pretij d. Terræ partis ſoluendæ per dictam Vniuerſitatem, verum de pretio proueniendo ex venditione fortè facienda per dictam Vniuerſitatem & particulares de prædictis Caſtris Roccæ Petruræ, & S. Mariæ delli Puonti prædicti Particulares participent pro duabus partibus, & Vniuerſitas prædicta pro tertia parte, & eodẽ modo participent de rata introituum prædictorum duorum Caſtrorum, donec procedatur ad eorum venditionem, & facto prædicto depoſito infra dictum tempus dierum octo cum conditionibus prædictis, dicta Vniuerſitas Fontecchiæ admittatur ad Regium Domanium, verum ſi dictum depoſitum factũ non fuerit infra dictum tempus, ſtipulentur clauſulæ cum Magnifico Franciſco Antonio de Petro Paulo emptore, ipſique conſignetur poſſeſſio dictorum trium Caſtrorum. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.

*Ad materiam huius determinationis vide Domin. Reg. Cancell. de Curte* de feud. parte prima cap. 3. num. 69. *eſt pariter videndus Dom. Camill. de Medic.* conſ. 164. num. 3. *Ricc.* collect. 832. *& Thor.* parte prima ſui compendij in verbo, Domanium petitum, &c.

## CDLXXXIII.

*Die 11. Septembris, & 17. Octobris, 1591.*

SVper differentia orta in Regia Camera Summariæ, an bona, quæ poſſidentur per Presbiteros, & clericos Regni, eiſdem peruenta per hæreditatem, & ſucceſſionem eorum patrum, fratrum, & aliorum Ciuium laicorum, debeant contribuere in ſolutionibus, & pagamentis Vniuerſitatũ reſpectu debitorum contractorum per eaſdem Vniuerſitates tempore, quo dicti laici viuebant, & poſſidebant bona, non exiſtentibus bonis ipſis in ſpecie obligatis.

Recognitis aliquibus prouiſionibus ſuper hoc alias per Regiam Cameram expeditis, diſcuſſoque negotio in Banca eiuſdem Regiæ Cameræ, referente Excellente Milite V. I. D. Dom.

Digitized by Google

Dom. Tiberio Coppula Præſidente dictæ Regiæ Cameræ, fuit per Reg. Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod dicta bona hæreditaria laicorum peruenta ad clericos, debeant contribuere in ſolutionibus, & pagamentis Vniuerſitatum impoſitis, & imponendis ex cauſa debitorum contractorum tempore quo poſſidebantur per d. Ciues laicos, non obſtante, quod bona ipſa nõ ſint in ſpecie obligata, ſed generaliter cùm ſic, quod in contractibus Vniuerſitatum interuenrunt obliganes generales, & pro quantitate, quæ conſequi debetur ab iſtis bonis hæreditariis, exequatur ſupra eiſdem bonis. Hoc ſuum, &c.

## CDLXXXIV.

*Die 22. Octobris, 1591.*

SVper differentia orta in Reg. Camera inter Petrum Priore Magiſtrum Portulanum ex vna, & Donatum Laurelium Locumtenentẽ & litis conſortes ex altera, ad quam rationem ſint exigenda emolumenta peruenienda ex expeditionibus per prædictos Magiſtrum Portulanum, & Locumtenentem faciendis, tàm pro extractionibus per infra, & extra Prouinciam, quam pro immunitatibus, & pro reſponſalibus præſentandis per extrahentes, & caſſatione fideiuſſionum, & ſuper declaratione, ad quos ipſorum ſpectant dicta emolumenta, ſcilicet, quæ rata ad Magiſtrum Portulanum, & quæ portio ad Locumtenentes, ſeu ſubſtitutos in locis, in quibus non reſidet Magiſter Portulanus.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Dom. Petrum de Caſtellet Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, factaque de his omnibus per eundem relatione in eadem Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius; Per Regiam Cameram fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur, declarando ſententiam alias latam ſub die 20. Iunij, 1580. inter Portulanum, & Portulanotum Ciuitatis Salerni, in qua Regia Camera reſeruauit facere declarationem, declarat emolumenta prædicta eſſe exigenda ad rationem infraſcriptam; provt infra deſcribetur, videlicet pro expeditione vnius mandati extractionis cuiuſvis quantitatis victualium, olei, & aliarum rerum extrahendarum à locis, & carricatoriis dictarum Prouinciarum per infra, vel per extra Regnum tàm expediendi per dictum Magiſtrum Portulanum in loco ſuæ reſidentiæ, quam per prędictos Locumtenentes in locis eorum Iuriſdictionis, vbi adeſt fideiuſſio; debere tantum exigi à quolibet mercatore, & negotiante pro quolibet mandato carolenos duos, qui integrè ſpectant ad dictum Magiſtrum Portulanum, & ei ſoluantur etiam, quod pro celeri expeditione negotiantium mandata prædicta expediantur per dictos Locumtenentes abſque ordinatione dicti Portulani, & pro illis mandatis, in quibus non adeſt fideiuſſio exigatur à dicto Magiſtro Portulano carolenus vnus tantum, iuxta declarationem alias per Regiam Cameram factam per banni emiſſionem, & expeditionem prouiſionum, ad quorum mandatorum expeditionem teneantur dicti Locumtenentes ſub pœna eorum bonæ adminiſtrationis, & quod ex quauis cauſa, & colore non impediantur contractiones, & extractiones, & emolumenta prædicta integrè ſoluantur dicto Magiſtro Portulano abſque retentione aliqua per dictos Locumtenentes. Emolumenta verò prædictorum reſponſalium immiſſionis fuiſſe, & eſſe carolenorum quatuor pro quolibet reſponſali iuxta ſolitum, & conſuetum, & illa ſpectare pro tribus partibus ad dictum Magiſtrum Portulanum, & pro reliqua quarta parte ad prædictos Regios Locumtenentes, cuilibet ipſorum pro reſponſalibus immiſſionum faciendarum in loco eorum Iuriſdictionum. Emolumenta cuiuſlibet fidei per dictos Regios Locumtenentes faciendæ pro rebus extrahendis à locis eorum Iuriſdictionum vigore mandatorum, vt ſupra faciendorum per dictum Magiſtrum Portulanum, ſeu per dictos Regios Locumtenentes eſſe vnius Caroleni pro qualibet ipſarum, & dictum Carolenum tantum ſpectare ad dictos Regios Locumtenentes, provt præſenti decreto decernitur, & declaratur; verum quando fides fit directo Dohanerio, nil exigat dictus Locumtenens: Pro litteris verò exequutorialibus, quæ expediri ſolent per dictum Magiſtrum Portulanum pro exequutione prouiſionum, quæ per Regiam Cameram expediuntur, fuit prouiſum nihil debere exigi per dictum Magiſtrum Portulanum, ratione dicti eius officij, provt fuit declaratum oretenus in banca pro ipſius parte, nihil pro præterito pro dictis prouiſionibus exequutorialibus fuiſſe exactum. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.

## CDLXXXV.

*Die 5. Nouembris, 1591.*

SVper deductione petita *ducatorum* nonaginta trium, tarenorum trium, & granorum 15. per Illuſtr. Ioſeph. Spinellum Marchionem Ipſirò à ſignificatoria expedita contra eundem pro releuio debito ob mortem Illuſtr. quondam Ferdinandi eius fratris pro rata iuris paſcendi in defenſis nuncupatis la Piana Cappel

Cappellieri, & Santa Venere emptis per dictum Marchionem ab Vniuerſitate Terræ prædictæ pro pretio ſcutorum quinque mille, ſtante declaratione facta eſſe burgenſaticum, & fuiſſe denunciatum feudale in petitione præſentata in anno 1578. in liquidatione facta releuij ob mortem Magnifici Ioannis Vincentij Spinelli Domini Terrarum Verzini, Calapizati, & Terræ prædictæ Ipſirò, ſtante etiam deductione facta quantitatis prædictæ pro eadem cauſa in liquidatione vltimo loco facta releuij ob mortem dicti Illuſtr. Ferdinandi.

Facta relatione in Regia Camera per Magnificum Rationalem Tiberium Cardinum, viſiſque ſcripturis præſentatis, ac liquidatione facta in anno 1579. prædicti ob mortem dicti Magnifici Io. Vincentij Spinelli, in qua liquidatione non fuit deducta rata iuris paſcendi defenſarum prædictarum, ac deductione facta ſcutorum nonaginta trium, tarenorum trium, & granorum quindecim pro cauſa prædicta à ſignificatoria vltimi releuij, ob mortem dicti Marchionis Ferdinandi, ac etiam ſolutione facta ſignificatoriæ releuij prædicti anni 1579. fuit prouiſum condemnari, prout præſenti decreto condemnatur Regius fiſcus ad reſtituendum dicto Illuſtr. Ioſeph Spinello Marchioni moderno dictos ducatos nonaginta tres, tarenos tres, & granos quindecim, & expediantur litteræ certificatoriales Regiæ generali Theſaurariæ pro reſtitutione ipſorum, qui breui manu ſoluantur Regiæ generali Theſaurariæ prædictæ in extinctionem ſignificatoriæ ſcutorum 1510.℔.2. & gran.7. in quibus vltimo loco fuit liquidatum releuium prædictum. Hoc ſuum, &c.

*Ad declaratione huius ſingularis, & exemplaris determinationis vide quæ ego ſcripſi* lib.2. mearum reſolut. cap. 21. à numer. 34. vſque ad 38.

## CDLXXXVI.

*Die 22. Ianuarij, 1592.*

SVper dirictibus exigendis per Magnificos Secretarium, Rationales, Actorum Magiſtros, & Actuarios Regiæ Cameræ pro decretis, accenſionibus candelarum, & prouiſionibus expediendis circa affictus Terrarum Saldarum, ne affictatores grauentur.

Per Regiam Cameram, proponentibus Dominis Præſidentibus Antonio Aldano, & Ioan. Franciſco de Ponte, audito Magnifico Actorum Magiſtro, & pro eo Magnifico Paulo de Curtis, conſenſu fuit prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod pro quolibet decreto, & prouiſione expedienda ad inſtantiam dictorum affictatorum ſoluatur Magnifico Magiſtro Actorum, & Actuario, qui expedit prouiſiones caroleni octo in totum, non obſtante quod in decreto, & prouiſionibus prædictis fiat mentio de pluribus candelis accenſis, & affictibus, dummodo quod ſint accenſæ ad inſtantiam vnius particularis, nec non fuit prouiſum, quod pro quolibet dictorum decretorum, & prouiſionum vt ſupra ſoluantur Magnifico Rationali pro eius ſubſcriptione, & viſione ſcripturarum caroleni duo, & vnus Magnifico Notatori. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.

## CDLXXXVII.

*Die 28. Iulij, 1592.*

SVper inſtantia facta per Franciſcum Lamola de Claromonte, quod tractetur immunis Hoſpitio, ex quo eſt braccialis.

Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ſi dictus Franciſcus eſt Braccialis, & in Terra Clarimontis viuitur per gabellas, non autem per Cataſtum, tractetur immunis hoſpitio. Hoc ſuum, &c.

## CDLXXXVIII.

*Die 7. Auguſti, 1592.*

IN cauſa Magnifici Ioan. Griſone Baronis Caſalium S. Mauri, & Cannicchi de Baronia Cilenti cum Vniuerſitate ipſorum Caſalium, ſuper petitione adiutorij maritagij eius filiæ nomine Antonia, nuptæ cum Magnifico Ioan. Vincentio Capicio Piſcicello, filio Ioan. Aloyſij Capicij Piſcicello ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculare, vt clarius in mandato apparet, & ſcripturis.

Viſis actis, & ſcripturis prædictis per Excellentem Militem V. I. D. Gomez de Meſcuà Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ prædictæ Commiſſarium, ac de eiſdem facta relatione in dicta Regia Camera coram aliis Magnificis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & declaratur, quod prædictæ Vniuerſitates prædictorum Caſalium S. Mauri, & Cannicchi, ſoluant prædictum adiutorium maritagij dictæ Antoniæ Griſone ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculare iuxta taxam focularium cuiuſlibet ipſorum caſalium, pro quibus ſoluunt iura fiſcalia Regiæ Curiæ, prout præſenti decreto ſolui mandatur. Hoc ſuum, &c.

CDLXXXIX.

Digitized by Google

## CDLXXXIX.

*Die 8. Auguſti, 1592.*

PEr Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod exteri qui habitant in diuerſis ciuitatibus, Terris, & Caſtris Regni mercantiliter in illis viuentes gaudeant immunitate hoſpitij dummodo conſtet in propriis patriis familias tenere. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## CDXC.

*Die 22. Ianuarij, 1593.*

PEr Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Præſidente Ioan. Franciſco de Ponte, cōſenſu fuit prouiſum, & decretū, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ab hodie in antea, & in futurum computa adminiſtratorum Vniuerſitatum Ciuitatum, & Terrarum Regni, viſa, & liquidata per Commiſſarios, ſeu ſcribas per Regiam Cameram deputatos, cum reuideri Partes inſtiterint, illorum reuiſio non committatur niſi Theſaurariis, ſeu Perceptoribus Prouinciarum, ſiue aliis officialibus huius Tribunalis. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## CDXCI.

*Die 5. Martij, 1593.*

PEr Regiam Cameram Summariæ proponente Dom. Præſidente Ioan. Franciſco de Ponte conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Domus Patrum, & fratrum clericorum ſint, & eſſe debeant immunes à militum hoſpitiis, ſi tamen Patres, vel fratres ipſi cum filiis, vel fratribus clericis inſimul, & vnite habitent. Hoc ſum Regia Camera generale interponente decretum, &c.

*Aduerte, quod licet domus patrum, vel fratrum clericorum ſint immunes hoſpitiorum, provt in hoc decreto, tenentur tamen patres vel fratres laici contribuere in pecunia cum conciuibus provt in decreto ſub die 5. & 12. Nouembris 1588. & quod dictum eſt reſpectu immunitatis hoſpitij cohabitantium cum clericis, intelligantur etiam nepotes, provt fuit deciſum ſub die 6. Iulij dicti anni 1593. vt in libro notamentorum fol. 580.*

## CDXCII.

*Die 8. Martij, 1593.*

SVper memoriali porrecto Suæ Excellentiæ per Capitaneum nouæ militiæ Ioan. Antonium de Alama, & ad Regiam Cameram remiſſo, vt de iuſtitia prouideret, petentem expediri prouiſiones, vt eius pater, & frater hoſpitari non cogantur.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod reſpectu Militum nouæ militiæ obſeruetur decretum ſub die 5. præſentis menſis per eandem Regiam Cameram latum ad fauorem clericorum ſcilicet, quod domus eorum patrum, & fratrum ſint immunes hoſpitiorum, ſi fratres, & patres habitant cum illis. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## CDXCIII.

*Die 11. Matij, 1593.*

SVper inſtantia facta per Magnificum Sebaſtianum Lumellium, vt declaretur ei licere tanquam Neapolitano orto in Ciuitate negotiari per procuratorem, quamuis ad præſens reperiatur habitare in Ciuitate Ianuæ.

Facta relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem Proſperum de Piatto eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum non eſſe locum petitis per Magnificum Sebaſtianum Lomellinum, donec, & quouſque extra Regnum habitauerit. Hoc ſuum, &c.

## CDXCIV.

*Die 18. Maij, 1593.*

EXorto dubio in Regia Camera an pater duodecim filiorum poſſit facere mercaturam, factaque deſuper matura diſcuſſione referente Domino D. Petro Caſtellet, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum quod ſi non poſſidet bona, ex quibus poſſit ſe, filios, & familiam alere, liceat eidem, & licitum ſit aliquam facere mercaturam cum immunitate à iure ei tributa, dummodo lucrum ex ea proueniens non excedat eius, & familiæ vſum, & victum, &c.

*Ad maiorem declarationem vide aliud decretum ſub die 19. Aprilis, 1611.*

## CDXCV.

*Die 18. menſis Maij, 1594.*

IN cauſa Reuer. Capituli, & Cleri Ciuitatis Cauæ cum Vniuerſitate, & gabellotis dictæ Ciuitatis ſuper immunitate gabellę Macinæ, nedum illis, qui macinare fecerint frumentum, ſed etiam illis, qui non macinauerint,

ſed emunt panem in platea, ſeruata forma prouiſionum per Regiam Cameram expeditarum 1. Decembris, 1593. & decreti deſuper lati 12. præſentis menſis.

Viſis actis ſcripturis præſentatis, ac replicationibus hinc inde factis per Excellentem Militem Ioannem Camillum Barba Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & de his omnibus facta per eundem relatione in Banca coram Illuſtriſſimo & Excellentibus Dominis Locumtenente, & Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod Clero, & Clericis Ciuitatis Cauæ obſeruetur, provt præſenti decreto obſeruari mandatur immunitas in gabella macinæ farinæ iuxta taxam Cameræ, & non tenendo Iaconum, aut famulum, immunitas prædicta intelligatur pro medietate, & quoad illos, qui propter paupertatem, vel ex alia cauſa non mancinauerint, ſed emerint in platea publica panem, in quo adeſt gabella, fuit prouiſum quod in vnoquoque caſale, & aliis locis deſtinetur apotheca, & in ea perſona à qua valeant emere panem dietim cum immunitate gabellæ prædictæ, & ne oriatur differentia circa quantitatem, fuit ex cauſis in dicta Regia Camera diſcuſſis prouiſum, & declaratum, quod vniquiſque Eccleſiaſticus qui detinet ad eius expenſas, & ſeruitia Iaconum, vel famulum habeat cum immunitate vt ſupra ratulos duos panis quolibet die, & qui non tenet Iaconum, nec famulum habeat tantum rotulum vnum quolibet die, ita quod intelligatur francus gabellarum impoſitarum, & in futurum imponendarum, & dicta franchitia, & immunitas excomputetur, & fiat bona in quolibet menſe per gabellotos præſentes, & futuros in pecunia pro temporibus tantum, & diebus, in quibus clerici, & Eccleſiaſtici fuerint præſentes, & commorantes in ciuitate prædicta non autem pro tempore abſentiæ extra ciuitatem, &c.

## CDXCVI.

*Die 7. menſis Septembris, 1594.*

IN cauſa Vniuerſitatis Caſtri maris de Stabia cum Regio fiſco prætendentis, ipſam non eſſe cogendam ad contribuendum in hoſpitio militum, provt clarius in actis continetur, &c.

De quibus omnibus facta relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V. I. D. Ioan. Carolum Gallum Præſidentem eiuſdem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium coram Excellente Domino Locumtenente & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, atque decretum quod Vniuerſitas prædicta Caſtri Maris de Stabia non teneatur contribuere in hoſpitio militum, & ſcribatur officio Scribæ Portionis, quod faciat repartimentum inter alias Vniuerſitates, & faciat reſtituere dictæ Vniuerſitati ſolutum pro dicta cauſa, ſtante eius immunitate. Hoc ſuum, &c.

## CDXCVII.

*Die 30. Ianuarij, & 18. Februarij, 1595.*

SVper conſultatione facienda Illuſtriſſimo Domino Proregi circa prætenſionem Illuſtriſſimor. & Reuerendiſſimor. Dominorum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, circa tractã, ſeu extractionẽ vinorum ab hoc Regno, quę ex mera Suæ Catholicæ Maieſtatis gratia dictis Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dominis Cardinalibus ſingulis annis concedi ſolet, an ſi ex aliquo accidenti aliquis ex dictis Dominis Cardinalibus dicta gratia in vno anno ſiue indictione vſus non fuerit, poſſit in ſequenti vti; Facta de his omnibus matura diſcuſſione, referentibus Dominis Locumtenente, & Præſidente Surgente, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod fiat conſultatio negatiua, dicendo quod de iure non debetur, verum, quod remaneat in ipſius Dom. Proregis arbitrio ſi vult gratificari, &c.

## CDXCVIII.

*Die 11. Ianuarij, 1596.*

PEr Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Decio Rapario Præſidente fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur (quod cum alias per ipſam Regiam Cameram fuerit declaratum, vncias duas, de quibus in capitulo 15. instructionis generalis numerationis reſpectu viduarum intelligi debere annuatim) nullatenus eſſe numerandas viduas, quæ vncias tantum duas in reditu habent, & ſi fuerint numeratæ, quod deducantur. Hoc ſuum, &c.

## CDXCIX.

*Die 4. Aprilis, 1596.*

COnquerentibus nonnullis ciuibus diuerſarum ciuitatum & Terrarum Regni, cur fuerint in propriis Patriis numerati, cum in hac ciuitate Neapolitanis à pluribus annis habitent cum familia.

Per Regiam Cameram Summariæ referente Domino Præſidente Decio Barba fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod conſtito ciue-

Digitized by Google

ciues prædictos domicilium habuiſſe & habere cum familia in hac ciuitate per decemnium, deducantur. Hoc ſuum, &c.

## D.

*Die 22. Maij, 1596.*

IN cauſa vertente inter Ioannem Baptiſtam Ferrarium Dominum cuiuſdam Hoſpitij, ſiue Tabernæ ſitæ in Territorio Terræ Caiuani prætendentem quod pro bonis quæ venduntur in eius Taberna per cauponem exteris, & iter agentibus & non ciuibus dictæ Terræ eſſe immunem, eique obſeruandas eſſe prouiſiones per Regiam Cameram Expeditas ſub die 1. Febr. proxime elapſi ex vna, & Vniuerſitatem dictæ Terræ ex altera, inſtantem dictas prouiſiones nullatenus fore obſeruandas, ex quo dictus Caupo bona comeſtibilia vendit non ſolum exteris, ſed etiam ciuibus, qui pro bonis comeſtibilibus, quæ emunt in Terra, & Territorio prædicto gabellam ſoluere tenentur, vt alias, provt in actis, &c.

Viſis actis omnibus per Magnificum Militem Decium Paparium Reg. Cameræ Commiſſarium, factaque per eundem de omnibus relatione in dicta Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Reg. Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum quod obſeruentur, provt præſenti decreto obſeruari mandatur, prouiſiones per dictam Regiam Cameram alias exppditæ ad inſtantiam dicti Ioan. Baptiſtæ, quarum vigore pro bonis, quæ in dicto hoſpitio, ſiue Taberna venduntur exteris, & iter agentibus, nihil exigatur per Vniuerſitatem dictæ Terræ, ſeu ipſius gabellotos, verum ne fiat fraus in venditione dictorum bonorum in damnum Vninerſitatis, ipſiuſque gabellotorum, prohibeatur ciuibus dictæ Terræ, provt præſenti decreto prohibetur, ne emant bona à Caupone dicti Hoſpitij ſub pæna tareni vnius pro qualibet vice exigenda irremiſſibiliter ad beneficium dictæ Vniuerſitatis Caiuani. Hoc ſuum, &c.

*Vide aliud decretum latum ſub die 3. Iunij, 1549.*

## D I.

*Die 8. Iulij, 1596.*

SVborto dubio in Regia Camera Summariæ ſuper liquidatione releuij Regiæ Curiæ debiti per Illuſtr. Marchioniſſam Piſcariæ ob mortem Illuſtr. Marchionis Vaſti eius patris, an à dicto releuio deduci debeat onus vitæ, & militiæ, quod in bonis feudalibus hæreditariis fuit repertum deberi Illuſtribus D. Iannico, D. Cæſari, D. Ioanni, & D. Carolo de Auales patruis dicti quondam Marchionis Vaſti defunct.

Viſo memoriali porrecto Excellentiſſimo Domino Proregi pro parte dictæ Illuſtr. Marchioniſſæ hæredis cum Regia decretatione quod Regia Camera ſuper ſuppoſitis per dictam Illuſtr. Marchioniſſam de iuſtitia prouideat, auditaque relatione Magnifici Cæſaris de Campora Rationalis dictæ Regiæ Cameræ, ac pariter auditis Magnificis Aduocatis dictæ Illuſtr. Marchioniſſæ, ac Domino Camillo de Curte Regalis Patrimonij fiſci Patrono, & diſcuſſo pleniſſime negotio in Regia Camera coram Dominis Præſidentibus eiuſdem, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, pariterque decretum, vitam, & militiam debitam dictis Illuſtr. Fratribus de Auolos patruis dicti quondam Illuſtr. Marchionis, & ſucceſſiue dictæ Illuſtr. Marchioniſſæ hæredis debitam, & aſſignatam nullatenus diminuere releuium Regiæ Curiæ debitum ob mortem dicti Illuſtris Marchionis Vaſti. Hoc ſuum, &c.

*Ad maiorem intelligentiam huius determinationis videnda ſunt ſcripta per Dom. Camill. de Curte, qui in hac cauſa fiſci iura tutatus fuit* reſol. feudal. cap. 3. num. 70.

## D I I.

*Die 8. menſis Auguſti, 1596.*

IN numeratione habita Caſtri S. Stephani Aprutinæ Prouinciæ cum fuiſſet numeratus quidam ſacerdos, qui ante clericatum ex legitima vxore duos filios ſuſceperat, alterum annorum decem, alterum verò quatuordecim, conquerente ſacerdote prædicto, & inſtante à numeratione eius foculare deduci, ex quo immune.

Per Regiam Cameram Summariæ referente Domino Præſidente Decio Rapario, fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod deducatur. Hoc ſuum, &c.

## D I I I.

*Die 3. Octobris, 1596.*

COntinuante Magnifico Rationale de Campora referre occurrentiam in liquidatione Releuij debiti per Illuſtr. Marchioniſſam Piſcariæ, ob mortem Illuſtr. Marchionis Vaſti eius Patris, fuit in Regia Camera dubitatum quando decedit Baro, qui quamplurimas in vita fecerat alienationes introituum feudalium Regio interueniente aſſenſu, cum pacto quod emptores ſint exempti ab onere ſolutionis adohæ, an ſicut in ſolutione releuij paſſim detrahuntur annui illi introitus cum Regio aſſenſu alienati, quia exigitur releuium

leuium pro illis quando contingit mors emptorum eorundem annuorum introituum, ita pariter detrahi debeat totum id quod debetur pro adoha ex introitibus penes Baronem remanentibus vel potius deducatur adoha pro rata annuorum introituum remanſorum. Diſcuſſoque pleniſſime articulo, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod detrahatur tantummodo ſumma, quæ per æs, & libram capitur pro introitibus remanſis penes Baronem, non obſtante quod tota quantitas adohæ ſoluatur per venditorem dictorum annuorum introituum, ſaluis iuribus Illuſtr. Marchioniſſæ contra emptores introituum. Hoc ſuum, &c.

*Dom Præſidens Iulius Ceſar Minandous, qui fuit vnus ex votantibus in apoſtilla ad hoc decretum ſic loquitur.* Et ratio fuit quia Regia Camera non obſtante quod alienationes fiant abſque onere adohæ in releuiis ipſorum emptorum deducitur rata adohæ, & tanto minus exigit, ergo per neceſſe debet exigere à venditore, ne ſit cum damno, cum ſemper exigat tantum quod exigere debet, non obſtante pacto, quod cum ſit inter Partes, inter eas ſint ſalua iura. Fuit etiam dictum, quod reuideantur releuia antiqua, & reducantur in iſtam formam, nam diuerſimode fuerat practicatum, &c.

## D I V.

*Die 3. Martij, 1597.*

IN cauſa Ciuilitatis Neapolitanæ Rogerij, & Sebaſtiani Dalerani de Terra Summæ petentium declarari originarios Neapolitanos vti filios Notarij Andreæ Valerano orti in dicta Ciuitate, quia fuit detectum, matrem dicti Notarij Andreæ cum propè partum exiſteret, fuiſſe in fraudem ad dictam Ciuitatem introductam, vt ibi pareret, provt paruit, ac demum ſtatim orto filio, qui fuit dictus Notarius Andreas, reuerſa fuit ad dictam Terram Summæ, facta de his omnibus relatione in Regia Camera referente Domino Locumtenente, fuit prouiſum, & decretum quod non gaudeat.

*Conſimilem deciſionem de anno 1571. menſis Septembris refert Dom. Reg. Moles* in ſuis deciſionibus in tit. qualiter quis dicatur ciuis Neapolitanus deciſ. 1.

## D V.

*Die 2. Iunij, 1597.*

PRoponente Domino Præſidente Valcarcer inſtantiam Regij fiſci contra nonnullos Maſſarios, quos ſupponitur occupaſſe maiorem partem territoriorum vltra illam, quæ fuit eis data in vltimis affictibus eis factis in anno 1591. auditiſque Fiſco, & Partibus, fuit diſcuſſum, & tractatum, qua pœna veniant puniendi Maſſarij prædicti, qui occupauerunt territoria vltra affictum, & per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum quod incurrerunt, & incurrunt in pœnam ſcutorum ſex pro qualibet verſura, & quod ſoluat etiam locatis alios ſcutos duos pro verſura pro reſtauro damni locatorum, & quod etiam amittant ſegetes ſeminatas in dictis territoriis occupatis applicandas Regiæ Curiæ, & quia ſegetes ipſæ fuerunt per eos recollectæ teneantur vltra pœnam iam dictam ſoluere Regiæ Curiæ ratam affictus pro terris occupatis, provt ſoluunt de aliis terris ſibi locatis.

## D V I.

*Die 27. Iunij, 1597.*

COntinuante Domino Valcacer diſcuſſionem inſtantiæ Regij fiſci contra Maſſarios, qui à Regia Curia terras, quas vocant ſaldas in affictum habuerunt, ſic diſordinantes in occupando maiorem partem territoriorum vltra affictum, fuit tractatum, & diſcuſſum an Maſſarij prædicti condemnari debeant ſolum pro illo anno, in quo fuit factus compaſſus, vel etiam pro aliis annis ſequentibus pro quibus durauit affictus, & per Regiam Cameram conſenſu fuit ptouiſum, & decretum, quod reſpectu pœnæ quæ eſt ſcutorum ſex pro qualibet verſura, Maſſarij, qui diſordinauerunt illam ſemel ſoluant, licet etiam in aliis ſequentibus annis ſeminauerint, & recollexerint ſegetes in prædictis territoriis occupatis; ſed reſpectu aliarum terrarum ſeruetur infraſcriptus ordo, videlicet, quod illi Maſſarij, qui diſordinauerunt in illo anno, in quo fuit factus compaſſus, & non docuerunt, quod in annis ſequentibus deſtiterunt à ſeminãdo terras occupatas, teneantur ad emendam ſcutorum duorum pro qualibet verſura in beneficium locatorum, ac etiam ad ſoluendum Regiæ Curiæ ratam penſionis, quam ſoluerunt pro aliis terris occupatis, non ſolum pro anno compaſſus; ſed etiam pro aliis annis ſequentibus pro quibus durauit affictus illarum terrarum, & quod ſufficiat Regiæ Curiæ probaſſe per compaſſum occupationem factam in vno anno, ad hoc vt teneantur pro aliis prædictis ſequentibus, verũ quoad illos Maſſarios, qui ex deductis in proceſſu legitime, ac ſufficienter probauerunt, quod diſordinauerunt in vno anno tantum quo fuit factus compaſſus, & quod in annis ſequentibus dereliquerunt quantitates territorij occupati in beneficium locatorum, & eam non ſeminauerunt, Regia Camera viſis, & diſcuſſis probationibus prædictis in cauſis particularibus vniuſcuiuſque ex dictis Maſſariis, debite prouidebit.

DVII.

Digitized by Google

## D V I I.

*Die 18. Iulij, 1597.*

VIſa inſtantia aliquorum Regni feudatariorum, ſiue eorundem Baronalium introituum conductorum prætendentiũ nullo pacto cogi poſſe ad ſoluendum diričtus in Regiis Dohanis pro fructibus rerum feudalium, qui inibi immittuntur,ex quo pro illis ſoluitur adoha ac proinde non debent feudatarij duplici onere grauari,quapropter ſunt immunes à collectis,ac ab aliis impoſitionibus,quæ inter ciues imponuntur, factaque de his omnibus matura diſcuſſione,fuit per Reg.Camerã conſenſu prouiſum,& decretum,quod fiant ordines generales directi omnibus Dohanis Regni vt quando caſus contigerit immiſſionis fructuum rerum feudalium ad dictas Regias Dohanas,cogantur immittentes ad ſoluendũ debitos diričtus, quia ius Dohanæ ſoluitur ex contractatione, cuſtodia, & exitura,vnde ita venduntur, & cuſtodiuntur fructus feudi, ſicut alij, eoque magis quia ſeparati à ſolo habentur vti burgenſatici, &c.

## D V I I I.

*Die 15. Octobris, 1597.*

SVper inſtantia facta in Reg.Camera Summariæ pro parte aliquorum Ciuium Neapolitarum declaratorum per dictam Reg. Cameram prætendentium, quod ius fundaci per ipſos ſolutũ, ſiue depoſitum in aliquibus Dohanis Prouinciarum Terræ Bari,& Capitanatæ,Terræ Hydrunti,& Baſilicatæ pro oleis, & aliis mercibus emptis, & contractatis in dictis Dohanis,& fundacis, & immiſſis in Reg. Dohanã huius fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis vbi etiam fuerunt coacti ſoluere vel depoſitare idem ius fundaci reſtitui debet ab vno eorundem Dohanarum,& fundicorum,ſtante quod dictum ius fundaci ſemel ſoluitur ab emptore, & non obſtante prætenſione dictarum Dohanarum Apuleæ prætendentium quod ab illis Neapolitanis,per quos fuerunt extractæ dictæ merces, & olea,ex quo non obtinuerunt limitationem à d.Regia Camera circa dictam extractionem, propterea dictum ius fundaci in dictis Dohanis ſolutum fuiſſe de iure, & licitè exactum, ſtante etiam petita reclamatione pro parte eorundem Arrendatorum aduerſus decretum latum ſub die 12. Octobris, 1589. Et è contra Magnifico Arrendatore dictæ Regiæ Dohanæ Neapolis prætendente dictum ius fundaci non obſtantibus allegatis per dictos Arrendatores dictarum Dohanarũ Apuleæ, fuiſſe licitè per eum exactum, & depoſita in eius poſſe facta debere liberari, & exequi dictum decretum, ſtante quod fecit tranſitum in rem iudicatam, & alias vt in actis &c.

Viſis actis per Magnificum Aurelium Campanile dictæ Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium & facta de eis relatione in dicta Regia Camera Circunſpecto Regenti Ferdinando Fornario eiuſdem Regię Camerę Locumtenenti, & aliis Magnificis Præſidentibus ipſius, & facta prius relatione Illuſtriſſ. & Excellentiſſimo Dño Proregi in Regio Collaterali Conſilio & eidem Reg.Cameræ remiſſa quod de iuſtitia prouideat,auditis pluries Aduocatis ambarũ Partium, & etiam Regij Fiſci Patrono fuit per eandem Regiam Cameram cõſenſu prouiſum,& decretum,provt præſenti decreto decernitur & prouidetur,quod reſpectu mercium,& oleorum per dictos Neapolitanos emptorum,ſiue contractorum in dictis Dohanis Apuleæ, ſi per eos non fuerunt empta à particularibus perſonis non priuilegiatis, per quos per prius fuiſſent empta ab aliis, quo caſu dictum ius fundaci fuiſſe acquiſitum Arrendatori dictorum Dohanarum Apuleæ reſpectu primorum emptorum, ſed prædictos Neapolitanos primos emptores, in tali caſu condemnandos eſſe, & condemnari debere dictos Arrendatores Dohanarum Apuleæ ad ſoluendum,& reſtituendum eiſdem Neapolitanis omne totum, & quicquid fuerit per eos exactum,vel depoſitum,& pecuniam per ipſos Neapolitanos ſolutam, ſiue depoſitam in poſſe Arrendatoris dictæ Regiæ Dohanæ Neapolis liberari, provt præſenti decreto liberari mandatur, non obſtantibus prætenſionibus dictorum Arrendatorum Apuleæ, quod non ſit facta limitatio circa extractionem prædictam,ſeruata forma ſupradicti decreti per dictam Regiam Cameram interpoſiti ſub die 12. Octobris, 1589. ac non obſtante petita reclamatione per eoſdem Arrendatores Dohanarum Apuleæ, & proinde expediantur debitæ prouiſiones. Hoc ſuum, &c.

## D I X.

*Die 13. Februarij, 1598.*

PEr Regiam Cameram, proponente Domino Præſidente Decio Rapario, fuit prouiſum,& decretum,quod Antonius, Ioannes Baptiſta, & Fabricius filij legitimi, & naturales quondam Ioannis Caroli Expoſiti Sanctiſſimæ Annunciatæ huius Ciuitatis declarentur originarij Neapolitani ex patre, qui vti expoſitus Sactæ Domus fuit declaratus, ſicut ortus in Ciuitate. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.



Digitized by Google

*Hæc deciſio nullo iuris fundamento innititur, & contrarium alias per Regiam Cameram determinatum refert Dom. Reg. Moles* in ſuis deciſionibus manuſcript. in tit. quando quis dicatur Ciuis Neapolitanus ad finem gaudendi immunitatibus art.4. *& hoc ne dũ concurrant ſpecialia*: Secundum quam deciſionem à D.Reg. Moles relatam, Regia Camera nouiſſimè iudicauit; ſic deferens reſtitutioni in integrum petitæ pro parte Regij fiſci, aduerſus decretum alias per eandem Regiam Cameram latum, per quod fuerat prouiſum, quod filij expoſitorum gaudeant vti originarij; etenim Regia Camera benè diſcuſſo articulo, cum contrariæ referebantur determinationes, habuit his noſtris temporibus pro abſoluto filios expoſitorum Sanctiſſimæ Annunciatæ, qui gaudent ciuilitate Neapolitana, nullo pacto poſſe declarari originarios Neapolitanos ad finem gaudendi illius ciuilitate, iſtoque iure hodie vtimur, *prout videre eſt infra in decreto lato ſub die....*

## D X.

*Die* 11. *Martij*, 1598.

IN cauſa in Reg.Camera vertẽte inter Matthæum de Lione affictatorem paſſus *detto della Catena*, Iacobum Baſile affictatorem paſſus Pomiliani de Arco, & Donatum Santella affictatorem paſſus Cimitini ex vna, & fideliſſimam Ciuitatem Neapolis ex altera, ſupra ſolutione iuris curreturæ pro frumentis conductis pro ſeruitio d.Ciuitatis Neapolis liquidatis per Rationalem d. Ciuitatis in ſcutis ducentum triginta vnum, tarenis quatuor, & gran.13. pro quolibet paſſu &c.

Viſis actis per Magnificum Militem V.I.D. Dom. Petrum de Valcarcer Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem & Commiſſarium, & de illis facta relatione in d. Regia Camera coram circumſpecto Regente Ferdinando Fornario Locumtenente & aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per d.Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretũ, prout præſenti decreto decernitur & prouidetur, quod ſeruata forma aliorum decretorum, & prouiſionum, prædicta fideliſſima Ciuitas ſoluat prædictis affictatoribus, & cuilibet ipſorum ſcutos ducentũ triginta, tarenos quatuor, & gran.13. pro dicto iure curreturæ pro frumentis pro ſeruitio dictæ Ciuitatis conductis iuxta dictam liquidationem, & calculum prædicti Rationalis Ciuitatis prædictæ in actis exiſtentem. Hoc ſuum, &c.

## D X I.

*Die* 19. *Maij*, 1598.

IN cauſa in Reg.Camera vertẽte inter Reſta Lucium Terræ Migianei, & Arrendatores introituum Terræ prædictæ, ſuper differentia (ſi pro bonis, quæ poſſidet in Territorio Terræ prædictæ ex ſucceſſione quondam D.Franciſci Lucij eius patris) teneatur ſoluere decimam, & alias impoſitiones impoſitas ex cauſa debitorum contractorum per dictam Vniuerſitatẽ tempore qmo bona prædicta poſſidebãtur per dictum quondam Franciſcum virtute capituli dicti Arrendamenti, vel debeat ſeruari immunis iuxta prouiſiones ad inſtantiam dicti Reſtæ per Regiam Cameram expeditas, vt in actis latius continetur &c.

Viſis actis per Magnificũ Militem Aurelium Campanilẽ Reg.Cameræ Præſidẽtẽ, & cauſæ Cõmiſſarium, & facta de eis relatione in d.Reg. Camera circũſpecto Regenti Ferdinando Fornario d.Reg. Cameræ Locumtenenti, & aliis Magnif. Præſidentibus ipſius, fuit per d.Reg. Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod dictus Reſta Lucius pro bonis prædictis contribuat in omnibus cum d. Vniuerſitate Migianei à die quo bona prædicta in eius poſſe per venerunt, prout præſenti decreto contribui mandatur. Hoc ſuum, &c.

## D X I I.

*Die* 15. *Ianuarij*, 1599.

SVper differentia orta in Reg.Camera circa modum conficiendi liſtam ſalis, & ſaccari conſignandorum ſcribis d.Regiæ Cameræ, & cum inſpectione temporis, ex quo dicti ſcribæ pro habendo dicta ſal, & ſaccarum aſſiſtere debẽt ad ſeruitia eiuſdẽ Tribunalis, vt in actis &c.

Factaque de prædictis omnibus relatione in d.Reg.Camera per Excellentem D.Locumtenentem coram aliis Magnificis Dominis Pręſidentibus ipſius, fuit per ipſam Reg.Cameram conſenſu prouiſum, & decretũ prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod deinde in antea in liſta pro cauſa pr̨edicta facienda, ponãtur ſcribæ, quos vnuſquiſque Rationalis, ſiue actitantes apud eos tenent, & etiam illi, qui abſque ordine dictæ Reg.Cameræ ſeruierunt dicto Tribunali per ſpatium annorum duorum, vel ſaltem vnius. Hoc ſuum, &c.

## D X I I I.

*Die* 18. *Ianuarij*, 1599.

SVborto dubio an miles grauis armaturæ, qui gaudet, vt dicitur, *Piazza Morta* ſit deducendus à numeratione generaliter in præſenti Regno facienda prout in actis.

Per D.Militem V.I.D. D. Bernardinum de Montaluo

Digitized by Google

Montaluo Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ & Commiſſarium, facta de prædictis omnibus relatione in Aula Reg. Cameræ coram Excellente Dño Locumtenente, aliiſque Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Reg. Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod qui fuit miles grauis armaturæ ex nunc gaudens vt dicitur *Piazza morta* deducatur à numeratione prædicta, provt præſenti decreto deduci mandatur. Hoc ſuum, &c.

## D X I V.

*Die 27. Ianuarij, 1599.*

IN cauſa Caſtellani, & Militum Caſtri Ciuitatis Hidrũti prætendentiũ eos debere gaudere immunitate gabellarum Vniuerſitatis d. Ciuitatis provt clarius in actis continetur, &c.

Referente Magnifico Dño Montoia de Cardona Præſidente Reg. Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſario corã Excellente Dño Locumtenente, & aliis Magnif. Dominis Præſidentibus ipſius; fuit per eandem Reg. Cameram conſenſu prouiſum, pariterque decretũ, quod detur terminus in cauſa, & interim tractentur immunes pro eorum perſonis, & familia à debitis currentibus, verum circa debita contracta ante militiam ſoluant pro bonis pro quantitate liquidanda. Hoc ſuum, &c.

## D X V.

*Die 4. Martij, 1599.*

SVborto dubio in Reg. Camera, quidam numeratus in Ciuitate Caſertæ oſtiatim ſine familia, & poſtea iterum numeratus in Terra Marateę cum vxore, & familia, à qua etiam trahit originem, vbi remanere debet & ſic onus focularis ſuſtinere, an in d. Ciuitate Caſertæ, vel potius in d. Terra Marathեæ.

Per Reg. Camerã Summariæ inſtante Magnifico Dño Fiſci Patrono, fuit conſenſu prouiſum pariter & decretum, auditis prius in omnibus Partibus intereſſe habentibus, quod dictus Particularis bis numeratus ſuſtineat onus focularis in Terra Marateæ, & deducatur à numeratione Caſertæ. Hoc ſuum, &c.

## D X V I.

*Die 11. Martij, 1599.*

SVper inſtantia facta in Regia Camera pro parte Regij Fiſci, quod Illuſtr. Marchio Paduli Regius Dohanerius Regiæ Dohanæ Mene pecudum Apuleæ præſentare debeat bilancium totius exactionis factæ, & faciendæ per ipſum, & eius Commiſſarios, cauſa adminiſtrationis dicti eius officij, ſingulis quindecim diebus, ſeruata forma mandati d. Reg. Camerę.

Viſis actis per Magnificum Militẽ Decium Raparium Præſidentem Reg. Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, & facta de eis relatione in d. Reg. Camera Magnifico & circumſpecto Regenti Ferdinando Fornario Locumtenẽti d. Reg. Cameræ aliiſque Magnificis Præſidẽtibus ipſius, ac auditis Dño Regij Fiſci Patrono, Aduocatis, & Computante d. Regij Dohanerij, fuit prouiſum conſenſu, & decretũ quod citra præiudicium exequutionis, & exactionis factæ, & faciendæ à dicto Illuſtr. Marchione Reg. Dohanerio, & ſignificatoriarum contra ipſum expeditarum, & expediendarum per ipſam Regiam Cameram, d. Reg. Dohanerius teneatur quolibet menſe in Reg. Camera præſentare bilancium particulare omnium, & quarumcunque exactionum factarũ, tam per ipſum Dohanerium, quam per eius Commiſſarios & ſubſtitutos à debitoribus Reg. Curiæ pro quauis cauſa cum diſtinctione dierũ, quãtitatum, cauſarum, & à quibus fuerit facta exactio, & pro quo anno, non confundendo exactionem ordinariam anni currentis cum exactione reſiduorum, & ſic etiam de ſolutionibus per ipſum factis nomine Regiæ Curiæ.

Nec non fuit prouiſum quod dictus Reg. Dohanerius teneatur, & debeat percipere, & exigere ab omnibus Commiſſariis per ipſum deputatis, & deputandis ſuper exactione reſiduorum, & aliorũ omnes quantitates pecuniarum per illos exactas, & exigendas infra terminum vnius menſis computandi à die exactionum per dictos Commiſſarios factarum extra Ciuitatem Neapolis, & hoc ſub pœna dupli, & aliis pœnis in pragmaticis, inſtructionibus, & ordinibus ſtatutis, & ad finem vt d. Dohanerius adimplere poſſit prædicta, & præſentare bilancium prædictũ abſque alia cõtradictione & excuſatione datur etiam dilatio aliorum dierum viginti, elapſo menſe prædicto, vt infra ipſum terminum formare, & præſentare poſſit cum effectu bilancium prædictum, ita quod bilancium exactionis factæ in præſenti menſe Martij teneatur pręſentare vigeſima die mẽſis Aprilis, & bilanciũ menſis Aprilis in vigeſima die Maij, & ſic deinde in antea. Hoc ſuum, &c.

## D X V I I.

*Die 26. Martij, 1599.*

PRętendente Magnifico Dño Fiſci Patrono Realis Patromonij eſſe cogendas nõnullas Vniuerſitates huius Regni ad contribuendum in diuiſione generaliter facienda circa nouum donatiuum ſcutorum ducentorum mille Suæ Catholicæ Maieſtati factũ ob fœliciſſimas nuptias, non obſtante quod prædictæ Vniuerſitates habeant priuilegia immunitatis omniũ donatiuorum, & quatenus tractarentur immunes, ad onus cuius debeat cedere d. immunitas; provt clarius in actis continetur.



Digitized by Google

Factaque de his omnibus relatione in Regia Camera Summariæ per Magnificum Rationalem Sebaſtianum coram Excellente Domino Locumtenente & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Reg. Cameram diſcuſſis diſcutiendis, attentis attendendis, conſideratis conſiderandis, & demum habita ſuper eiſdem matura deliberatione, conſenſu prouiſum, pariterque decretum, quod d. Vniuerſitates immunes contribuant in d. donatiuo, & ſic Vniuerſitas Capuæ, & aliæ, quæ tenent conuentionem cum Regia Curia contribuant pro integro numero focularioru, & contribuant etiam Barones, qui ſunt immunes à ſolutione adohæ; nec non Illuſtr. Princeps Aſculi ſimiliter contribuat in donatiuo prædicto habito reſpectu ad clauſulam in d. donatiuo appoſitam, quod integrè ſoluatur, & nil à Rege diminuatur. Hoc ſuum, &c.

## D X V I I I.

*Die 20. Aprilis, 1599.*

PRopoſito dubio, an Antonius Perriello ortus in Ciuitate Neapolis ſed commorãs in ciuitate Cauæ ſub patria poteſtate, ſi à patre alimenta recipiens debeat gaudere immunitate gabellarum, quæ in dicta Ciuitate Cauæ exiguntur.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictus Anton. Perrellus ortus in hac Ciuitate Neapolis, & ad præſens viuens ſub patria poteſtate in Ciuitate Cauæ, victu ei à patre ſubminiſtrato, nullatenus tractetur immunis à ſolutione gabellarum, quæ in dicta Ciuitate exiguntur. Hoc ſuum, Regia Camera interponente decretum, &c.

## D X I X.

*Die 22. Aprilis, 1599.*

IN cauſa Regij fiſci prætendentis non debere obſeruari immunitatem aliquam hominibus, qui poſtquam exceſſerint annos ſexaginta, fuerunt adſcripti in bello pro militibus leuis armaturæ provt clarius in actis &c.

Referente Domino Decio Rapario Præſidente Regiæ Cameræ, & Commiſſario coram Excellente Domino Locumtenente, aliiſque Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod expediantur prouiſiones pro Vniuerſitate Giurdignani, dictantes prædictos milites non debere gaudere immunitatibus in d. Terra, ſi fuerunt adſcripti in bello poſt mentionatã ætatem. Hoc ſuum, &c.

## D X X.

*Die 3. Iulij, 1599.*

IN cauſa Angeli Maffei cum Vniuerſitate Venuſij ſuper petitione immunitatis gabellarum, vt olim Miles grauis armaturæ per ſpatium annorum viginti quinque, vt in actis continetur, &c.

Viſis actis per Dom. Præſidentem Decium Raparium cauſæ Commiſſarium, ac per eundem facto de omnibus iis relatione in d. Reg. Camera coram Excellente Domino Locumtenente, aliiſque Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, pariterque decretum, quod dictus Angelus gaudeant immunitate prædicta. Hoc ſuum, &c.

## D X X I.

*Die 23. Iulij, 1599.*

SVper eo quod intereſt Regiæ Curiæ circa modum obſeruandum in liquidatione numerationum Terrarum huius Regni renumeratarum, ſi debet attendi tempus numerationis, vel renumerationis pro focularibus mortuis, ſexaginariis, & aliis, provt in actis continetur.

Factaque de eiſdem omnibus relatione in Aula Reg. Cameræ Summariæ per Dominum Decium Raparium eiuſdẽ Reg. Cameræ Præſidentem cauſæque Cõmiſſarium, coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per d. Reg. Cameram diſcuſſis diſcutiendis, ac plenius audito in his Regio Fiſco conſenſu prouiſum atque declaratum, quod quoad Terras numeratas oſtiatim attendatur tempus renumerationis, quo verò ad alias Terras renumeratas per diligentias ſcripturarum, attendatur tempus numerationis. Hoc ſuum, &c.

## D X X I I.

*Die 27. Auguſti, 1599.*

SVper declaratione vnius Capituli inſtructionis numerationis, in quo dicitur, quod mulieres viduę cum filiis maſculis, & aliquibus bonis ponantur in numeratione, formata eſt difficultas an cenſeatur de filiis puberibus, vel proximis pubertati.

Factaque de prædictis omnibus relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Decium Raparium dictæ Regiæ Camerę Præſidentem & cauſæ Commiſſarium corã Excellente Domino Locumtenente, aliiſque Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod dictæ mulieres viduæ ponantur

tur

Digitized by Google

tur in numeratione etiam quod filij non ſint proximi pubertati ſi poſſident bona ſufficientia ad victum. Hoc ſuum, &c.

DXXIII.

*Die 15. Octobris, 1599*

SVper interloquutione cuiuſdam Epiſtolæ Magnifici Pompei Capicij Gubernatoris Ciuitatis Sanctæ Agathæ Reg. Cameræ Summariæ directæ ſcribentis in dicta Ciuitate eſſe nonnullos filios Preſbiterorum Græcorum, qui prætenduut gaudere eiſdem immunitatibus quibus gaudent eorum Patres, non obſtante quod ſeparate viuant.

De quibus facta relatione in dicta Regia Camera per Excellentem Dom. Locumtenentem coram Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod ſcribatur dicto Magnifico Pompeo vt cogat ſupradictos filios ſeorſum à Patribus viuentes ad contribuendum, & ſoluendum in dicta Ciuitate, vt alij ciues illius. Hoc ſuum, &c.

DXXIV.

*Die 29. Octobris, 1599.*

SVper obſeruantia quarumdam prouiſionum Regiæ Cameræ directarum Regiæ Dohanæ Apuleæ, pro cogendo ſcribas in dicta Regia Dohana exiſtentes ad contribuendum in illis Terris, in quibus ſunt ciues in functionibus fiſcalibus & aliis, vt in actis, &c.

Referente Excellente Domino Locumtenente in Regia Camera Summariæ coram Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum & decretum, quod reſcribatur Magnifico Proauditori Foggiæ pro obſeruantia dictarum prouiſionum iuxta illarum ſeriem, continentiam, & tenorem; verum gaudeant ſolum illi ſcribæ, qui aſſiſtunt apud Cauallarios dictæ Regiæ Dohanæ, & pro tempore, quo aſſiſtunt. Hoc ſuum, &c.

DXXV.

*Die 17. Nouembris, 1599.*

PRo faciliori intelligentia numerationum huius Regni, ſuborto dubio in Regia Camera vtrum mulieres Viduæ Ciuium Neapolitanorum comprehendantur in dictis numerationibus, vel deducantur, habito reſpectu ad immunitates gauiſas per dictos earum viros tempore, quo viuebant, &c.

De his omnibus facta relatione in dicta Regia Camera per Dominum Decium Raparium eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium coram Excellente Domino Locumtenente, aliiſque Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod prædictæ viduæ ciuium Neapolitanorum ponantur in numerationibus. Hoc ſuum, &c.

DXXVI.

*Die 16. Decembris, 1599.*

SVper difficultate facta in Regia Camera Summariæ, an illi qui fuerunt numerati hoſtiatim in domibus propriis, & deinde per Vniuerſitatem refertur eos ad ſeruitia aliena morari, pendente numeratione debeant deduci, vel non.

Factaque de prædictis relatione in Aula Regiæ Cameræ per Dominum Decium Raparium Præſidentem illius, & cauſæ Commiſſarium coram Excellente Domino Locumtenente, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus dictæ Regiæ Cameræ fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, pariterque decretum, quod prædicti tales modo prædicto numerati, & relati remaneant pro focularibus in numeratione. Hoc ſuum, &c.

DXXVII.

*Die 23. Decembris, 1599.*

SVborto dubio an particularis, qui fecit ceſſionem bonorum, debeat in noua numeratione remanere pro foculare, aut potius deduci.

Facta de hoc relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V. I. D. Iulium Cæſarem Minadoum eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium coram Excellente Dommino Locumtenente, ac aliis Magnificis Dominis, Præſidentibus ipſius; fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum pariter, & decretum quod remaneat, nec aliter deducatur. Hoc ſuum, &c.

DXXVIII.

*Die 19. Februarij, 1600.*

SVper memorialibus porrectis per nonnullas Vniuerſitates Prouinciæ vlterioris Aprutij conquerentes de Capitanio Graſſiæ, qui illos cogit contra ſolitum ad præſentandum notam animalium, ac pro illius præſentata nonnullas pecuniarum quantitates extorquens.

Facta de his relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Iulium Cæſarem Minadoum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium coram Excellente Domino Locumtenente aliiſque Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam

Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur,& prouidetur quod obſeruentur prouiſiones Regiæ Cameræ alias expeditæ, mandantes, illas Vniuerſitates ſingulo quoque anno teneri præſentare notam animalium penes Capitaneum Graſſiæ, quæ diſtant à confinibus Regni infra viginti miliaria, illas autem Vniuerſitates, quæ diſtant vltra viginti miliaria non teneri, & reſpectu prætenſi diričtus præſentatæ dictæ notæ prouiſum eſt,quod dictus Capitaneus Graſſiæ, nihil exigat. Hoc ſuum, &c.

*Vide aliud decretum latum ſub die 23. menſis Iunij, 1659.*

## DXXIX.

*Die 20. Maij, 1600.*

SVper inſtantia facta pro parte Illuſtr. Ducis Sueſſæ petentis ipſum vti Oratorem Suæ Catholicæ Maieſtatis apud Sanctiſſimum tractari immunem pro extractione ordei ab ab hoc Regno ad Vrbem.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur,& prouidetur, quod mandetur Magiſtro Portulano huius Prouinciæ Terræ Laboris, quod tractet immunem à ſolutione diričtuum tractæ dictum Illuſtr. Ducem Oratorem, nec ab eo aliquid pro cauſa prædicta exigatur. Hoc ſuum, &c.

## DXXX.

*Die vltima. Iunij, 1600.*

SVborto dubio an viſis computis Adminiſtratorum Vniuerſitatis per Rationales electos, poſſit Baro procedi facere ad reuiſionem illorum.

Per Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Præſidente Petro Antonio Maſtrillo conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, hoc Baroni non licere; ac proinde de reuiſione facta abſque ordine Regiæ Cameræ, nullam habendam eſſe rationem. Hoc ſuum, &c.

*Illud autem Baroni permittitur vt electis per Vniuerſitatem Rationalibus pro viſione computorum, poſſit deputare perſonam, quæ aſſiſtat viſioni, & Rationalis aduertat ſuper his, quæ animaduerſione digna ſunt, provt hoc menſe Nouembris, 1659. iudicauit Regia Camera pro Barone Miſaniarum, referente Domino Præſidente Didaco Moles.*

## DXXXI.

*Die 12. menſis Iulij, 1600.*

IN cauſa in Regiá Camera vertente inter Alexandrum Paſſarum, Ioan. Baptiſtam Claro olim Syndicos, & Ioan. Mariam Gadaletta olim Caſſerium Ciuitatis Melficti ex vna. Et Vniuerſitatem, ac Particulares dictæ Ciuitatis ex altera, de, & ſuper reſtitutione certæ quantitatis pecuniæ ſolutæ vigore litterarum ſignificatorialium expeditarum per Franciſcum Bartirotta Commiſſarium Regiæ Cameræ in reuiſione computorum olim Adminiſtratorum pecuniarum, & introituum dictæ Vniuerſitatis iuxta relationem Iulij Cęſaris de Rogerio factam ordine Regiæ Cameræ,& aliis vt in actis, &c.

Viſis actis per Magnificum V. I. D. Iulium Cæſarem Minadoum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem & cauſæ Commiſſarium, factaque per ſuam Dominationem de prædictis omnibus relatione in dicta Regia Camera coram Dominis Præſidentibus ipſius,fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod omnes partitæ ſolutæ cum mandato, vel concluſione admittantur ad beneficium dictorum Syndicorum, & Caſcerij, ſaluis iuribus dictæ Vniuerſitati, & particularibus contra male mandantes, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur. Hoc ſuum, &c.

## DXXXII.

*Die 12. Iulij, 1600.*

SVper inſtantia facta per nationem Venetam, vt mandetur, ſuos debitores in hoc Regno indultu aliquo, aut ſaluaguardia gaudere non poſſe, ſeruata forma priuilegiorum dictæ nationis.

Per Regiam Cameram Summariæ fuit conſenſu prouiſum, & decretum, quod fiat conſultatio Illuſtriſſimo Domino Proregi, in qua dicatur, Regiam Cameram eſſe voti, quod illi Regnicolę qui ſunt debitores nationi Venetæ nullo poſſint gaudere indultu, moratoria, aut ſaluaguardia, & hoc ſtantibus ampliſſimis priuilegiis dictæ nationi conceſſis. Hoc ſuum, &c.

## DXXXIII.

*Die 24. Iulij, 1600.*

PEr Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Locumtenente fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur quod expediantur prouiſiones pro Collegio Societatis Ieſu Ciuitatis Theatinæ,& pro Monaſterio S. Dominici

Terræ

Digitized by Google

Terræ Bucchianici, vt pro bonis emptis, & donatis dictis Collegio, & Monaſterio tractentur immunia, etiam ab onere bonatenentiæ cum clauſula in forma reſpectu debitorum contractorum ante contractus donationis, vel venditionis. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## DXXXIV.

*Die 6. & 7. Septembris, 1600.*

CVm Domini Præſidentes, de Regia Camera notitiam habuiſſent, quod Dominus Regens Ferdinandus Fornarius eiuſdem Regiæ Cameræ Locumtenens, ex quo magno morbo chiragrico laborabat, prouiſiones, aliaſque Scripturas huius ſupremi Tribunalis ſubſcribebat, vt vulgo dicitur *con la Stampiglia*.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum & decretum hoc dicto Domino Locumtenenti abſque Regia diſpenſatione non licere, ac proinde eſſe illum certiorandum, quod abſtineat, data etiam de hoc notitia Excellentiſſimo Domino Proregi. Hoc ſuum, &c.

## DXXXV.

*Die 2. Octobris, 1600.*

SVper differentia orta in anno 1598. in feria Ciuitatis Salerni & in Regia Camera vertente inter Regium fiſcum, & Magnificum Arrendatorem Regiæ Dohanæ, & Maioris fundaci huius Ciuitatis Neapolis, & Vniuerſitatis Ciuitatis prædictæ Salerni, & nonnullos mercatores petentes declarari, & prouideri, ſi merces, vel bona quæ conducuntur in dictam feriam tam ab extra, quam infra Regnum ſunt immunes à iure fundaci, & ſi pro mercibus, quæ conducuntur per terram in feriam prędictam, & tranſeunt per paſſus aquę Malorum, & Veteris de iuriſdictione dictæ Regiæ Dohanæ, debent ſoluere dictum ius fundaci, & aliis, vt in actis, &c.

Viſis actis per Magnificum Militem Ioan. Camillum Barba Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, & facta de eis relatione in dicta Regia Camera Magnifico, & circumſpecto Regenti Ferdinando Fornario Locumtenenti dictæ Regiæ Cameræ, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, auditis Domino fiſci Patrono, & Aduocatis tam dicti Regij Arrendatoris, quam Ciuitatis prædictæ Salerni, per dictam Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod detur provt præſenti decreto datur terminus dierum ſex vtrique Parti ad probandum incumbentia in cauſa prædicta, & interim lite pendente pro bonis, quæ veniunt ab extra Regnum per mare recto tramite in dicta feria ſalerni, & ibi venduntur, & contractantur, & extrahuntur per mare non exigatur dictum ius fundaci, ſed pro iis bonis, quæ non venduntur, nec contractantur in feria prædicta, ſoluatur dictum ius fundaci, vel debeant præſtare cautionem de illis aſportandis in Terra Regij fundaci, tam ſi extrahuntur per mare, quam per terram, verum pro illis bonis, & mercibus, quæ non veniunt recto tramite in feriam prædictam ab extra Regnum, ſed commoditate Mercatorum, & dominorum applicantur in aliis locis, & deinde conducuntur in dicta feria, teneantur ſoluere pro illis dictum ius fundaci, excepto tamen, ſi vaſcella, & nauigia prædicta, quæ fuerint deſtinata per dictam Feriam Salerni vi ventorum, aut Piratarum applicuiſſent in Maritima veteris iuriſdictionis dictæ Regiæ Dohanæ, & ibi non fuerunt exonerata bona, & merces, in dicto caſu non exigatur dictum ius fundaci, ſed ſi bona prædicta applicata, vt ſupra contigerit extrahi per Terram, ſi fuerint immiſſa in Regia Dohana Neapolis, vel in aliis locis iuriſdictionis dictæ Dohanæ exigatur dictum ius fundaci. Verum ſi contigerit extrahi per Terram per extra Regnum, & non attigerint loca, & iuriſdictionem dictæ Regiæ Dohanæ Neapolis, non ſoluatur dictum ius fundaci.

Item fuit prouiſum, quod pro bonis, & mercibus immiſſis in præſenti Regno ab extra, quæ aſportantur per Terram in dicta feria ſalerni, exigatur dictum ius fundaci.

Inſuper fuit prouiſum, quod pro bonis, & & mercibus natis in Regno, quæ conducuntur in dictam feriam ſalerni, & tranſeunt per paſſus aquæ Malorum, Veteris, vel alterius loci iuriſdictionis dictæ Regiæ Dohanæ Neapolis non exigatur ius prædictum fundaci, verum tempore extractionis ipſorum bonorum, ſi illa aſportantur in dictam Regiam Dohanam Ciuitatis Neapolis, teneantur ſoluere ius fundaci, & ſi aſportantur in alia loca etiam, quod ſint de iuriſdictione dictæ Regiæ Dohanæ, non teneantur dictum ius fundaci ſoluere, & ſic per præſens decretum decernitur prouidetur, & mandatur, quod modo prædicto exigatur dictum ius fundaci in dicta feria Salerni, tam pro præſenti anno, & feria, & in futurum, quam reſpectu annorum præteritorum 1598. 1599. pro quibus annis mercatores, & particulares fecerunt nonnulla depoſita pro mercibus, & bonis immiſſis, & extractis in feria prædicta pro dicto iure fundaci & ſi aliquid fuerit depoſitatum contra formam præſentis decreti reſtituatur, & ſi aliquid non fuerit ſolutum, ſoluatur. Hoc ſuum, &c.

*Idem fuit iudicatum ſub die 2. Octobris 1617. provt videre eſt in libro notamentorum fol. 739.*

DXXXVI.

## DXXXVI.

*Die 11. Decembris, 1600.*

SVborto dubio ſi Mercatores exteri, & alij habitantes in Ciuitate Litij, Bari, & in aliis locis debeant gaudere in Regiis Dohanis,tam dictorum locorum vbi habitant, quam in aliis Dohanis Regni, provt gaudent ciues orti in dictis locis, ex quo alij ex dictis Mercatoribus fuerunt aſciti in ciues dictarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum, & aliis in locis prædictis habitarunt, vltra decemnium cum eorum vxoribus, & familiis, & ſunt numerati pro focularibus in præſenti noua numeratione, & contrahunt cum Vniuerſitatibus vt ciues.

Facta relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Ioannem de Montoya eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram diſcuſſis diſcutiendis, habitaque matura deliberatione conſenſu fuit prouiſum, & decretum,provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod omnes illi, qui habitauerunt in aliqua Ciuitate, Terra, vel loco per decem annos cum vxore, & familia, & ibi ſuſtinuerunt onera vt ciues, gaudeant immunitatibus & exemptionibus, provt gaudent ciues loci, vbi habitant tam in Dohana loci prædicti quam in toto Regno, donec tamen, & quouſque incolatum fecerint in eodem loco,& quod præſtent cautionem ſoluendi duplicatos dirictus, caſu quo diſceſſerint.Hoc ſuum Regia Camera generale interponente decretum, &c.

## DXXXVII.

*Die 9. Ianuarij, 1601.*

PEr Regiam Cameram Summariæ, proponente Domino Præſidente Ioan. de Montoya, conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ſingulo quoque trimeſtre, vnus ex Dominis Præſidentibus Regiæ Cameræ accedat ad Regiam generalem Theſaurariam pro numeranda pecunia, quæ conſeruatur in Regia Arca militari, & quod Magnificus Secretarius eiuſdem Regiæ Cameræ de hoc ſit memor; Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## DXXXVIII.

*Die 30. Ianuarij, 1601.*

SVper inſtantia facta per Pium Piſcicellum, vt declaretur ciuis originarius Neapolitanus ex eo quod eſt filius Petri Pauli Piſcicelli Hæbræi,qui in Eccleſia Sanctiſſimę Annuntiatæ huius Ciuitatis Baptiſmatis Sacramentum ſuſcepit.

Facta relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Don.Bernardinum de Montaluo eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictus Pius Piſcicellus filius Petri Pauli Piſcicelli, qui in Eccleſia Sanctiſſimæ Annuntiatæ huius Ciuitatis Baptiſmatis Sacramentum ſuſcepit gaudeat Ciuilitate Neapolitana vti originarius, &c.

*Nota hîc, quod contrarium eſt determinatum in filij expoſitione, provt in decretis infra, & ſupra.*

## DXXXIX.

*Die 10. Aprilis, 1601.*

SVborto dubio ſi Archiuarij Prouinciarum debeant tranſmittere Archiuario Neapolitano copiam librorum faciendorum in Prouinciis,vel potius originales.

Per Regiam Cameram fuit conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod tranſmittant originale relicta copia, & quando tranſmittuntur ſcripturæ, & notæ Archiuario Neapolitano à Prouinciis, nihil exigatur pro regiſtratura dictarum notarum;Inſuper prouiſum eſt,quod contractus ſtipulandi extra Regnum cum obligatione bonorum in Regno exiſtentium, nullam habeant hypothecam, ſi non fuerint regiſtrati in dicto Archiuio, hoc eſt illi qui ſtipulantur in Ciuitate Beneuenti infra menſem, alij in ſtatu Eccleſiaſtico, vel in Regno vlterioris Siciliæ infra duos menſes, alij ſtipulandi in aliis locis Italiæ infra ſex menſes; in aliis verò locis vltra Montes infra annum. Hoc ſuum, &c.

## DXL.

*Die 1. Octobris, 1601.*

SVper inſtantia facta per vxorem Magnifici Rationalis Iulij Cæſaris Siculi, vt tractetur immunis à iure ſigilli.

Per Regiam Cameram Summariæ fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod expediatur ordo directus Conſeruatori Sigilli Magnę Curiæ Vicariæ, quod quando contigerit ſigillari ſcripturas, quæ per Magnam Curiam expediuntur ad inſtantiam vxorum Magnorum Rationalium Regiæ Cameræ Summariæ, nihil exigat pro iure ſigilli, ex quo immunes. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

## D X L I.

*Die 21. Februarij, 1502.*

SVper inſtantia facta per Magnificum Secretarium Regiæ Cameræ prætendentem ſibi deberi portionem vitulorum, provt datur Dominis Præſidentibus.

Per Regiam Cameram proponente Domino Præſidente Camillo de Curte pro Magnifico Camerario, fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ex nunc in antea dicto Magnifico Secretario detur portio vitulorum, provt aliis Dominis Præſidentibus datur ex quo habet ratam Criſtallorum, Salis, & Sachari, provt cæteri Domini Præſidentes habent. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## D X L I I.

*Die 19. Martij, 1602.*

SVper memoriali porrecto per Tiberium de Vgno conquærentem quod Vniuerſitas terræ Guardiæ, in qua domicilium habet, eum cogit ad hoſpitandum, cum immunis eſſe debeat, ex quo Comitis & Baronis titulo decoratus reperitur.

Per Reg. Cameram proponente Domino Præſidente Io. de Montoia conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur quod dictus Tiberius non cogatur ad actualem militum hoſpitationem in Terra prædicta in qua habitat, ſed quod contribuat tantum. Hoc ſuum, &c.

## D X L I I I.

*Die 15. Aprilis, 1602.*

PEr Reg. Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt pręſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod D. Dux Sueſſanus vti Orator Suę Catholicę Maieſtatis apud Summum Pontificem tractetur immunis à dirictibus tractarum vini per extra Regnum, & noui impoſiti provt conſueuerunt tractari omnes Oratores Domini noſtri Regis Romæ reſidentes. Hoc ſuum, &c.

## D X L I V.

*Die 10. Maij, 1602.*

SVper inſtantia facta per Vniuerſitatẽ Terræ Cilij, vt cogatur Bernardinus Manduca habitans in Terra prædicta ad exercendum officium Erarij Baronis dictæ Terræ.

Facta relatione in Reg. Camera Summariæ per Dom. Militem V.I.D. Camillum de Curte eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem & cauſæ Commiſſarium, per Reg. Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur & prouidetur, quod d. Bernardinus teneatur exercere officium Erarij Baronis d. Terræ Cilij, non obſtante quod ſit numeratus in Ciuitate Vigiliarum. Hoc ſuum &c,

## D X L V.

*Die 22. Iunij, 1602.*

CVm Ferdinandus Monſolinus eſſet creatus Dohanerius Regiæ Dohanæ Menæ pecudum Apuleæ, fuit in Regia Camera dubitatum pro capienda poſſeſſione officij, penes quem Iuramentum de benè, & fideliter adminiſtrando præſtare teneatur, & accedens ad Regiam Cameram, in quo loco ſedere debeat, & quo titulo ſit honorandus.

Factaque de his omnibus relatione in Reg. Camera pr Dom. Militem V.I.D. Io. de Montoia Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem coram aliis Dominis Pręſidentibus ipſius, viſo libro notamentorum anni 1581. quo tempore de his dubitari contigit in perſonam Alphonſi Caraccioli; per Reg. Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur, quod d. Ferdinandus præſtet iuramentum de benè, & fideliter adminiſtrando in poſſe Illuſtriſſ. Domini Proregis, & quando acceſſerit ad Tribunal Reg. Cameræ, quod ſedeat in loco ſolito immediatẽ poſt Dom. Fiſci patronum, & circa titulum, quo honorari debet, fuit prouiſum, quod Reg. Camera alio titulo, quem honorare non poteſt, *eccetto che del Magnifico*. Hoc ſuum, &c.

## D X L V I.

*Die 7. Auguſti, 1602.*

IN cauſa vertente inter venerabile Collegium Societatis Ieſu cum Vniuerſitate Ciuitatis Vici ſuper immunitate bonatenentiæ.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Petrum Antonium Maſtrillum Reg. Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, factaque de his relatione in eadem Regia Camera coram aliis Dom. Præſidentibus ipſius, per Reg. Camerã conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod d. Collegium tractetur immune à ſolutione bonatenentiæ pro bonis quæ poſſidet in territorio dictæ Ciuitatis, verum ſoluat debita contracta, tempore quo bona illa poſſidebantur per laicos. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

## D X L V I I.

*Die 9. Septembris, 1602.*

IN cauſa Gubernatorum Arrendamenti Regiæ Dohanæ, & Maioris fundaci huius Ciuitatis Neapolis cum Conſulibus Artis Serici ſuper petitione quod Mercatores, qui fuerunt matriculati per dictos conſules, & actu non exercent, nec exercere faciunt eorum nomine artem prædictam in hac Ciuitate Neapolis ſeruata forma decretorũ Regiæ Cameræ, non gaudeant immunitate aliqua in dicta Regia Dohana in extractione Drapponum Sericorum,& aliis,vt in actis,&c.

Viſis actis per Magnificum Militem Iulium Cæſarem Minadoum vtriuſque Iuris Doctorem, Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & facta per eundem relatione in dicta Regia Camera coram aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, auditis pluries Aduocatis ambarum Partium, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum quod detur, terminus dierum decem vtrique Parti ad probandum incumbentia in præſenti cauſa, & interim obſeruentur decreta Regiæ Cameræ, iuxta eorum ſeriem, continentiam, & tenorem ac proinde Mercatores qui emunt, vendunt, & extrahunt ſerica manufactaalterius nomine, licet ſint matriculati, non gaudeant immunitate aliqua in dicta Regia Dohana, & de cætero non matriculentur mercatores, qui non exercent, vel exercere faciunt eorum nomine artem prædictam in hac Ciuitate Neapolis, ſalua prouiſione facienda, auditis Regio fiſco, Partibus contra dictos conſules, qui matriculauerunt contra formam dictorum decretorum. Hoc ſuum, &c.

## D X L V I I I.

*Die 12. Octobris, 1602.*

PEr Regiam Cameram facta relatione in Collaterali Conſilio, relatore Domino Milite vtriuſque Iuris Doctore Iulio Cæſare Minadoi eiuſdem Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, accedente etiam voto Spectabilium Dominorum Regiam Cancellariam Regentium, fuit prouiſum, & decretum, quod ſeruetur conſuetudo, quæ viget in Regia Camera, quod quando in deciſionibus cauſarum votorum contingit parilitas, ſententia pro reo publicetur, & quando quatuor tantum eſſent votantes & duo pro actore, duo verò pro reo pronunciarent, adhuc pro reo publicetur ſententia, non obſtante quod in S. C. vigeat pragmatica Sanctio, vt publicari non poſſit ſententia, niſi tria adeſſent vota conformia, ex quo in Regia Camera ad cauſas decidendas duo ſufficiant vota, cum duo Præſidentes faciunt Regiam Cameram, & ſic in futurum ſeruari mandetur, provt in præteritum fuit ſeruatum, quamuis innouatione prorſus abolita. Hoc ſum Regia Camera interponente decretum, &c.

## D X L I X.

*Die 3. menſis Decembris, 1603.*

IN cauſa in Reg. Camera vertente inter Magnificum Marcum Antonium Lombardum Ciuitatis Troiæ ex vna, & Vniuerſitatem eiuſdem Ciuitatis ex altera, ſuper immunitate in gabellis, qua dictus Marcus Antonius gaudere prætendit pro victu famulorum exterorum, quos tenet pro cuſtodia animalium,& Terrarum ſaldarum.

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Don Bernardinum de Montaluo Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & præſentis cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in eadem Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius; Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ſi famuli ſunt exteri, & non habitantes in dicta Ciuitate Troiæ pro ordinaria habitatione, & reperirentur alibi numerati, & illuc ſoluant vt alij Ciues, tractentur immunes, provt præſenti decreto tractari mandatur, hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.

*Aduertendum eſt, quod poſt interpoſitionem huius decreti, quia dubitari poterat, ſi hæc immunitas cedebat in beneficium Marci Antonij, cùm mens Regia Camera fuiſſet, vt cederet ad beneficium famulorum, aliud interpoſuit decretum, quo fuit ordidatum, vt hæc immunitas cederet ad beneficium famulorum, provt ex libro notamentorum percepi, in quo ſequens legitur notamentum.* Die Lunæ 15. Decembris 1603. Proponente Domino Montaluo fuit prouiſum, quod in decreto interpoſito in beneficium Marci Antonij Lombardi ſub die 3. præſentis menſis addatur, *ſi gabella cedit ad beneficium operariorum.*

D L.

Digitized by Google

D L.

*Die 15. Ianuarij, 1604.*

VIſo retroſcripto memoriali per Excellentem Militem V.I.D.Iulium Cæſarem Minadoum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem,& præſentis cauſæ Cõmiſſarium,& facta de contentis in eo relatione in d.Reg.Camera coram Circumſpecto Locumtenente d.Regiæ Cameræ & Magnificis Dominis Præſidẽtibus ipſius,fuit per eandem Reg.Cameram conſenſu prouiſum,& decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur quod prędicto Reuelanti detur provt datur ſexta pars de omni eo quod reuelauerit & peruenerit in poſſe Regiæ Curiæ ex cauſa dictæ reuelationis, dummodo non conſtet per libros,& ſcripturas Regiæ Cameræ, neque ſit de reintegratione Status olim Principis Salerni,nec de diligentiis notatis in libro,qui conſeruatur per Magnificum Procuratorem Regij Patrimonij, nec de conceſſionibus factis per Illuſtr. Principem Orangiæ, verum ſi conſtiterit per libros, & ſcripturas Regiæ Cameræ ab annis viginti retro, detur etiam ſexta pars, dummodo non excedat ſummam ſcutorum trium mille,& cum aliis clauſulis ſolitis,& ordinariis in forma. Hoc ſuum, &c.

D L I.

*Die 22 menſis Ianuarij, 1604.*

PEr Regiam Cameram Summariæ audita relatione Domini V.I.D.Iulij Cæſaris Minadoi Præſidentis d.Reg. Cameræ, fuit prouiſum,& decretum, provt præſenti decreto decernitur,& prouidetur quod in prouiſionibus, quæ in dies expediuntur ad inſtãtiam clericorum pro immunitate bonorum titulo donationis ad titulum patrimonij, quod non excedat portionem virilem, dicatur quod non excedat portionem, includendo partem Patris, atque matris. Hoc ſuum,&c.

D L I I.

*Die vltimo menſis Ianuarij, 1604.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter particulares Caſalis Parrellæ pertinentiarum Montis Ruri cum, Vniuerſitate Caſalis Petrurij ſuper diuiſione hoſpitiorum, vt ex actis, &c.

Facta relatione de contentis in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V.I.D.Iulium Cæſarem Minadoum Præſidentem dictæ Reg. Cameræ & cauſæ Commiſſarium coram ſpectabili Dño Locumtenente aliiſque Dom. Præſidentibus ipſius,fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, quod ſeruentur prouiſiones Cameræ, quod hoſpitia inter Terram & Caſalia diuidantur pro numero foculariorum,verum inter Ciues Terræ, & Caſalium,diuidatur per æs, & libram. Hoc ſuum, &c.

D L I I I.

*Die 12. menſis Iulij, 1604.*

IN cauſa Illuſtriſſ.Principis Roccellæ petentis, ad ipſum ſpectare cognitionem eius vaſſallorum de Cartello, & Macriata inquiſitorum, non obſtante, quod ſint fidati Reg. Dohanæ Menæ pecudum, vt ex actis.

Per Regiam Cameram Summariæ referente ſpectabili Domino Locumtenente fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur,& prouidetur,quod ſi delictum eſt commiſſum ante fidam, cauſa remittatur ad Baronem. Hoc ſuum, &c.

D L I V.

*Die 18. menſis Martij, 1605.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Vniuerſitatem Caſtrouillaris cum Caſalibus & eorum ciuibus ſuper contributione pro bonis poſſeſſis in territorio communi, vt ex actis &c.

Facta relatione in Reg.Camera Summariæ de contentis in actis per Dom. Militem V.I.D. Camillum de Curte dictæ Reg. Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium coram ſpectabili Domino Locumtenente,aliiſque Dom.Præſidentibus ipſius,fuit per Cam. ipſam conſenſu prouiſum,& decretum, quod Ciues Caſalium pro bonis, quæ poſſident, contribuant in loco, cuius ſunt ciues deducto cenſu, & domini cenſuum contribuant pro illis,vbi ſunt Ciues & bona peruenta in poſſe clericorum contribuant in debitis contractis antequam perueniſſent in eorum poſſe.Hoc ſuum, &c.

D L V.

*Die 25. Octobris, 1605.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Vniuerſitates Merculiani Mugnani, Spitalecti,Quatrellarum,& aliarum Terrarum Vaſſallos Sacri Monaſterij Montis Virginis ex vna, & Ioannem de Antignano exactorem paſſus Pomiliani de Arcu ex altera ſuper immunitate, qua dictæ Vniuerſitates gaudere prætendunt in paſſu prædicto, & in aliis paſſibus præſentis Regni, & alias, vt in actis &c.



Digitized by Google

Viſis actis per Magnificum Militem V.I.D. Iulium Cæſarem Minadoum Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, & per eundem de omnibus facta relatione in Banca dictæ Regiæ Cameræ coram Magnifico, & circumſpecto Locumtenente, & aliis Magnificis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod citra præiudicium iurium ambarum Partium, pro nunc prædictæ Vniuerſitates Merculiani, Mugnani, Spitalecti, Quatrellarum, & aliarum Terrarum Vaſſalli Sacri Monaſterij Montis Virginis, tractentur, prout tractari mandatur immunes à iure curreturæ, quando cum eorum animalibus propriis, bona propria aſportantur, de quibus ſtetur fidei Vniuerſitatum prædictarum, & aliarum, vbi bona quæ trahentur, ſunt onerata. Hoc ſuum, &c.

## D L V I.

*Die 18. Nouembris, 1605.*

IN cauſa Magnifici Ioannis Ortiz de Meſtaza Regij Caſtellani Caſtri Inſulæ Brunduſij cum Regio fiſco ſuper petita declaratione quod perſonæ, & bona Turcharum applicata in littore Maris prope Turrim de Penda dictæ Ciuitatis Brunduſij, ſpectant ad ipſum Caſtellanum, tanquam capta per ipſum, & è contra prætendente Regio fiſco perſonas, & bona dictorum Turcharum, tanquam naufragata fuiſſe, & eſſe acquiſita Regio fiſco rationibus, & cauſis prout in actis, &c.

Facta de omnibus relatione Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo huius Regni Viceregi in Regio Collaterali Conſilio per Regiam Cameram Summariæ referente Magnifico Milite V. I. D. Domino Ioanne Montoia de Cordona Regio Conſiliario ipſius Regiæ Cameræ Præſidente, & cauſæ Commiſſario, auditis Magnifico V. I. D. Dom. Iacobo Salutio Aduocato Regij Patrimonij, & Magnificis Aduocatis dicti Ioan. Ortiz Regij Caſtellani, & accedēte voto Illuſtrium Magnificorum, & Circumſpectorum Regiam Cancellariam Regentium, Prouiſum, & declaratum eſt perſonas, & bona dictorum Turcharum, tanquam naufragata ſpectauiſſe, & ſpectare ad Regium fiſcum, nullumque ius in bonis naufragatis ſpectare ad capientes, verum ex cauſis diſcuſſis, dentur dicto Regio Caſtellano de pretio dictorum bonorum ſcuti mille. Hoc ſuum, &c.

*Scripſit in hac cauſa elegantiſſimam deciſionem Dom. Reg. de Ponte quæ eſt 21. in ordine, &c.*

## D L V I I.

*Die 20. Iunij, 1606.*

SVborto dubio in Regia Camera, an Vniuerſitas Turani pro bonatenentia, quam ab aliquibus particularibus prætendit pro bonis, quæ in eius territorio poſſident, valeat via exequutiua agere.

Facta relatione per Dom. Militem Claudium Blanditium eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium, coram Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum quod pro quantitate, quam Vniuerſitas Turani prætendit ex cauſa bonatenentiæ contra particulares vltra decemnium, dirigat greſſus ſuos ordinarie. Hoc ſuum, &c.

## D L V I I I.

*Die 4. menſis Aprilis, 1607.*

IN cauſa Vniuerſitatis & Particularium Terræ Lacus liberi, cum V. I. D. Pirro de Orlando, & aliis Particularibus dictæ Terræ reclamantibus à decreto domi lato ſub die 15. menſis Nouembris, 1606. per Præſidentem D. Didacum de vera, per quem fuit prouiſum, quod in catasto dictæ Terræ apprētientur, & collectentur annui introitus, & cenſus, qui poſſidentur extra Territorium Terræ prædictæ, functiones fiſcales, & introitus empti ſuper Regiis impoſitionibus, atque bona ſtabilia, animalia, aliaque bona, quæ non ſunt taxata, & liquidata pro verò valore, &c.

Viſis actis per Magnificum Militem V. I. D. Iacobum Salutium Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque de prædictis relatione in dicta Regia Camera coram circumſpecto Ioanne Alonzo Suarez Locumtenente, & aliis Magnificis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ſuſpenſo dicto decreto lato ſub die 15. Nouembris, 1606. reuideatur appretium generale dictæ Terræ, & reducatur ad equalitatem, & propterea in biduo Partes dent liſtam ſuſpectorum; verum interim non impediatur exactio iuxta cataſtum; nec non fuit prouiſum, quod introitus empti ſuper functionibus fiſcalibus & ſuper aliis Regiis impoſitionibus, non ponantur in appretio; nec non annui introitus empti ſuper bonis ſitis in pertinentiis & territoriis aliarum Terrarum Regni, ſimiliter non ponantur in appretio, & ſi fuerint poſiti, ab eo deducantur, ſalua nihilominus prouiſione pro rata debitorum per Vniuerſitatem contractorum explicanda, Partibus

Digitized by Google

tibus plenius auditis, quæ infra ſex dies deducant omnia eorum incumbentia. Hoc ſuum, &c.

## D L I X.

*Die 4. Iulij, 1607.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Vniuerſitatem Terræ Cracchi ex vna, & Ioan. Franciſcum Nigrum Baronem d. Terræ ex altera, de, & ſuper ſolutione, & contributione functionum fiſcalium gabellarum, & aliarum ſolutionum, pro quibus Vniuerſitas ipſa prætendit quod dictus Baro debet ſoluere, & contribuere vt ciuis eiuſdem Terræ, & aliis vt in actis, &c.

Viſis actis per Militem V. I. D. Iacobum Salutium Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ & cauſæ Commiſſarium, factaque de his omnibus relatione in d. Regia Camera Summariæ coram ſpectabili Dom. Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per d. Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum quod infra quatuor dies ambæ Partes deducant omnia eorum incumbentia, & interim donec aliter fuerit prouiſum Baro contribuat vt ciuis tanquam numeratus in d. Terra in vltima numeratione Regni ſub foculare patris, & ſuſtinens onus eius focularis tanquam filius primogenitus, exceptis tamen bonis allodialibus forſan emptis vna cum feudo, pro quibus bonis allodialibus contribuant vt bonatenentes; nec non exceptis etiam animalibus, quæ idem Baro forſan tenet ad inſtructionem feudi, ad hoc vt ex bonis feudalibus vberiores fructus percipiat, ſalua prouiſione facienda quoad hoſpitia, nec non quoad expenſas litis circa domanium explicanda per Cameram, Partibus melius auditis, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur. Hoc ſuum, &c.

## D L X.

*Die 1. Iulij, 1608.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Vniuerſitatem, & homines Caſalis Cornutorum Terræ Noui, & alios Caſales eiuſdem Terræ, de, & ſuper petitione quod pro bonis emptis per ciues prædictorum caſalium ab hominibus, & ciuibus Terræ prædictæ, ſoluere teneantur poſſeſſores vbi fumant, & ſic è contra bona empta per ciues eiuſdem Terræ ab hominibus dictorum Caſalium, teneantur ſoluere cum prædicta Vniuerſitate Terræ Noui, nulla habita conſideratione de cataſtis, vbi prædicta bona fuerunt per prius accataſtata, & aliis, vt in actis.

Viſis actis per per Magnificum V. I. D. Ioannem Aloyſium Mormilem Reg. Cameræ Summariæ Præſidentem, & præſentis cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem de prædictis omnibus relatione in d. Regia Camera, & coram Magnifico, & circumſpecto Ioan. Alonzo Suarez Locumtenente eiuſdem Regiæ Cameræ, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per d. Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod ciues Caſalium Cornutorum, & aliorum Caſalium Terræ Noui pro bonis per eos poſſeſſis tam ante diuiſionem prędictorum Caſalium à Terra prædicta quam poſt, ſoluant, & contribuant cum dictis Caſalibus vbi ſunt ciues, & habitant, & è contra ciues prædictæ Terræ Noui ſoluant pro omnibus bonis, quæ poſſident per eos emptis tam ante, quam poſt diuiſionem à ciuibus Caſalium prædictorum in propria Patria, nulla habita conſideratione, nec ſolutione bonatenentiæ inter ipſos, à qua ſolutione bonatenentiæ Partes ipſæ ad inuicem abſoluantur, provt præſenti decreto ſic decernitur, & prouidetur. Hoc ſuum, &c.

## D L X I.

*Die 17. Nouembris, 1609.*

IN cauſa in in Regia Camera vertente inter Donatum Lupum cum Regio fiſco, & Vniuerſitate Terræ Caſtri Grandis ſuper immunitate duodecim filiorum, licet ad præſens habeat tantũ vndecim filios viuẽtes, quia vnico tempore habuit duodecim viuentes, & poſt completum hunc numerum, amiſit vnum ex duodecim poſt expeditionem prouiſionum Cameræ pro capienda informatione, videlicet, prouiſiones fuerunt expeditæ ſub die 10. Aprilis 1609. & Roſa filia eſt mortua ſub die 20. Maij dicti anni, provt in actis, &c.

Factaque de his omnibus relatione in Regia Camera per Dominum Militem Ioannem Quintana Regiæ Cameræ Præſidentem & cauſæ Commiſſarium coram Domino Locumtenente, ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Donatus Lupus gaudeat immunitate tanquam Pater duodecim filiorum, non obſtante oppoſitione facta per Vniuerſitatem quod ad præſens non habeat, niſi duodecim fiios, ex quo tempore obtentarum prouiſionum numerum habebat completum. Hoc ſuum, &c.

## D L X I I.

*Die 11. Decembris, 1610.*

IN cauſa Abbatis Fabricij Caraccioli, cum Magnificis Gubernatoribus Arrendamenti Dohanæ huius Ciuitatis Neapolis, ac Regio fiſco ſuper immunitate diricuum ſpectantium



Digitized by Google

ad dictum Arrendamentum pro oleis immiſſis Neapolim per dictum Abbatem, qua quidem immunitate d. Abbas gaudere prætendit, ex cauſa, quod dicta olea ſunt prouenta ab eius Abbatia, vt ex actis.

Factaque de his omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Didacum de Vera eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem coram Domino Locumtenente aliiſque Dominis Pręſidentibus ipſius, auditis Partibus, ac Regio fiſco, per Regiam Cameram Summariæ facta longa diſcuſſione fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod pro oleis per d. Abbatem immiſſis pro vſu ſuo iuxta quantitatem ordinandam per Dom. cauſæ Commiſſarium, prædictus Abbas tractetur immunis à dirictibus, & pro oleis per ipſum vendendis ſoluantur dirictus iuris fundaci à futuris emptoribus. Hoc ſuum, &c.

## DLXIII.

*Die 15. Martij, 1611.*

PRætendente Regio fiſco exigere duplicatum releuium ex fundo remanſo in hæreditate quondam Raphaelis delli Falconi, ex quo infra annum & diem non fuit denunciata mors d. Raphaelis, quæ contigit in anno 1563. & replicante eius hærede tempore mortis feudatarij remanſiſſe ipſum in pupillari ætate annorum ſcilicet duorum, at proinde non teneri, niſi ad ſimplum, &c.

Per Regiam Cameram Summariæ fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod d. hæres ſoluat ſimplum tantum cum intereſſe tamen à die maioris ætatis, ſalua prouiſione facienda, quoad tempus præteritum fiſco, & feudatario auditis, quæ quidem liquidatio fructuum fiat ad rationem ſcutorum ſeptem pro centenario. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## DLXIV.

*Die 19. Aprilis, 1611.*

SVborto dubio ſuper exequutione prouiſionum per Regiam Cameram expeditarum ad inſtantiam Petri Iacobi Papa continentium, quod Dohana Ciuitatis Cayetæ tractare debeat ipſum Petrum Iacobum immunem à dirictibus pro oleis, & fructibus prouentis, & proueniendis ex propriis bonis vti patrem onuſtum duodecim filiorum, non obſtante, quod fructus illos vendat, ex quo contractatio fructuum, qui ex propriis bonis proueniunt, non eſt induſtria, auditiſque Magnificis Gubernatoribus tam Regiæ Dohanæ Cayetæ, quàm huius Ciuitatis Neapolis, & contendentibus, prouiſiones vt ſupra expeditas nullatenus eſſe exequendas; ſed omnino reuocandas ex eo quod immunitas conceſſa patri duodecim filiorum prodeſſe non poteſt niſi pro vſu tantùm, & non cauſa commercij, & vſus conceditur in propria patria, in qua gaudet immunitate, non autem in hac Ciuitate Neapolis, ad quam d. Iacobus dictos fructus introducit, & quatenus eidem prodeſſet immunitas pro d. oleo vti prouento ex propriis bonis, tenetur ſoluere ius fundaci pro futuro emptore, ac dirictus gabellæ boni denarij, & conſtito prius dictum olim ex propriis bonis fuiſſe & eſſe prouentum, &c.

Factaque de his omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Iulium Cæſarem Minadoum eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem & Commiſſarium, coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod prouiſiones prædictæ expeditæ ad inſtantiam d. Petri Iacobi obſeruentur, provt præſenti decreto obſeruari mandatur per Regiam Dohanam Neapolis, non obſtante prætenſione prædicta, & quod non comparet perſonaliter, licet Neapoli non habitet, conſtito tamen prius per fidem Ciuitatis Cayetæ, quod oleum ſit natum in propriis territoriis, & ſolutis dirictibus debitis pro futuro emptore. Hoc ſuum, &c.

## DLXV.

*Die 10. Aprilis, 1612.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Eleonoram Brancatiam Baroniſſam Terræ Martignani, cum dicta Vniuerſitate ſuper adiutorio petito ex cauſa Monacatus Sororis Liuiæ Caracciolæ eius filiæ vt ex actis.

Viſis actis per Spect. Dominum Regentem D. Bernardinum Montaluo, Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in dicta Regia Camera coram circumſpecto Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, quod præſtetur adiutorium ad rationem granorum viginti quinque pro foculare. Hoc ſuum, &c.

## DLXVI.

*Die 4. Iulij, 1612.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Camillum Caſtiglione, & Vniuerſitatem Ciuitatis Pennarum ſuper immunitate in gabellis, qua prædictus Camillus gaudere prætendit pro fructibus feudalibus, pro quibus ab ipſo ſoluitur adoha Regiæ Curiæ, & hoc

pro

Digitized by Google

pro exequutione decreti Domini Præſidentis Salutij Commiſſarij lati ſub die 13. menſis Martij proximè præteriti, per quod fuit ordinatum, quod infra quatuor dies capiatur informatio de incumbentibus, & interim obſeruentur prouiſiones Cameræ expeditæ ad inſtantiam dicti Camilli, quod pro fructibus, qui deſeruiunt pro victu ſuo, & eius familia prouentis ex eius territoriis, pro quibus ſoluitur adhoa Regiæ Curiæ, ſit immunis in gabellis, vt ex actis &c.

Viſis actis per Reuer. Iacobum Salutium Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem Relatione in dicta Regia Camera coram ſpectabili Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictum decretum latum ſub die 13. menſis Martij proximè præteriti per præfatum Dom. cauſæ Commiſſarium debitæ exequutioni demandetur. Hoc ſuum, &c.

## D L X V I I.

*Die 15. Ianuarij, 1613.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Io. Baptiſtam Campolongo & alios feudatarios Ciuitatis Tricarici prætendentes immunitatem in gabella Macinæ pro fructibus prouenientibus ex eorum feudis, debere eis ſeruari pro vſu eis neceſſario, tam reſpectu eorum, & familiæ, quam famulorum, & operariorum exterorum, & non iuxta taxam Cameræ, provt prætendunt ciuitas, & eius gabelloti, vt in actis &c.

Viſis actis per Magnificum Militem V.I.D. Iacobum Salutium Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, & facta de eis relatione in dicta Regia Camera coram Spectabili Locumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod obſeruetur immunitas dictis feudatariis pro vſu tantum, & reſpectu taxæ obſeruetur taxa, provt obſeruatur in clericis, & aliis perſonis immunibus, verum quoad famulos, & operarios exteros, immunitas cedere debeat in beneficium dictorum exterorum. Hoc ſuum, &c.

## D L X V I I I.

*Die 12. menſis Septembris, 1613.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Sempronium Fiore cum Regio Fiſco, & Gubernatoribus Regiæ Dohanæ Neapolis ſuper ciuilitate Ciuitatis Litij, qua dictus Sempronius gaudere prætendit ex cauſa, quod in dicta Ciuitate habitat, duxit vxorem, & poſſidet bona ſtabilia, vt in actis &c.

Viſis actis per Dominum Militem V. I. D. Scipionem Brandolinum Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium factaque per eundem relatione in dicta Regia Camera coram Spectabili Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum quod dictus Sempronius Fiore gaudeat ciuilitate prædicta. Hoc ſuum, &c.

## D L X I X.

*Die 13. menſis Septembris, 1613.*

IN cauſa vertente inter Vniuerſitatem Florentiæ, cum nonnullis particularibus ſuper ſolutione collectarum pro capitali tot annuorum introituum ſuper Vniuerſitate prædicta, vt in actis, &c.

Viſis actis per Magnificum Iulium Petra Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque de prædictis omnibus relatione in dicta Regia Camera coram Circumſpecto Regente de Caſtellett pro Magno Camerario, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Vniuerſitas prædicta correſpondeat ad rationem ſcutorum ſeptem pro centenario, & particulares teneantur ſoluere collectas, non obſtante pacto præmiſſæ immunitatis, & aliis per eos prætenſis. Hoc ſuum, &c.

## D L X X.

*Die 13. Ianuarij, 1614.*

IN cauſa Ciuilitatis Neapolitanæ petitæ per Sebaſtianum Incola vigore Regiæ Pragmaticæ, non obſtante quod eius vxor fuit mortua ante deciſionem, & obtentionem decreti, & priuilegij à Regia Camera vt in actis.

Factaque de his relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Io. Aloyſium Mormilem eiuſdem Reg. Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium coram Domino Locumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram Summariæ Partibus, & Regio Fiſco pleniſſimè auditis conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod dictus Sebaſtianus gaudeat ciuilitate Neapolitana vigore Regiæ pragmaticæ in forma. Hoc ſuum, &c.

## D L X X I.

*Die 10. Aprilis, 1614.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Vniuerſitatem Ciuitatis Aquilæ, & Magnificum

Digitized by Google

ficum Caſtellarum Caſtri illius ſuper immunitate danda in gabellis hominibus deſeruientibus in Caſtro prædicto, & aliis provt in actis &c.

Factaque de his omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Militem V.I.D. Iulium Cæſarem Minadoum eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram Partibus plenius auditis, fuit prouiſum, & decretum, quod obſeruentur prouiſiones Regij Collateralis Conſilij ſub die 31. Iunij, 1611. quod ſoluant provt alij ciues, & fiant conſimiles prouiſiones per totum Regnum. Hoc ſuum, &c.

*Hæc determinatio procedit in deſeruientibus caſtro prædicto qui ſunt ciues Aquilani, ſecus verò ſi eſſent exteri provt fuit deciſum ſub die 2. Septembris, 1617. & in decreto ſequenti, &c.*

## DLXXII.

*Die 26. Maij, 1614.*

IN cauſa Militum Campaneæ Regiæ Audientiæ Prouinciæ Principatus citra, cum Vniuerſitate Ciuitatis Salerni ſuper immunitate, in gabellis, & aliis provt in actis, &c.

Factaque de his omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Iacobum Salutium eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram facta diſcuſſione ſuper prouiſionibus eiuſdem Regiæ Cameræ expeditis ſub die 17. Nouembris 1598. quod ſint immunes à gabellis, ſi non ſunt ciues, fuit prouiſum, & decretum, quod infra quatuor dies audiantur Partes ſuper omnibus hinc inde prætenſis, & interim ſeruentur prædictæ prouiſiones anni 1598. quod ſi non ſunt ciues, tractentur immunes. Hoc ſuum, &c.

## DLXXIII.

*Die 26. Maij, 1614.*

SVper inſtantia facta per Magnificum Ioan. de Arcamone Neapolitanum vt exequutioni mandentur preuiſiones per Reg. Camer. expeditę directæ Magnifico Gubernatori Caſalis Afragolæ, quod non permittat Milites grauis armaturæ hoſpitari in domibus dicti Magnifici Ioannis, non obſtante quod in illa habitet eius Colonus ſiue parſonalis, qui eſt ciuis dicti Caſalis, &c.

Factaque de his omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Militem Claudium Blanditium eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem coram Domino Locumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum quod dictæ prouiſiones alias expeditæ ad inſtantiam d. Magnifici Ioannis exequantur provt præſenti decreto exequi mandatur iuxta illarum ſeriem, continentiam, & tenorem. Hoc ſuum, &c.

## DLXXIV.

*Die 12. Ianuarij, 1615.*

PRoponente Domino Locumtenente, fuit tractatum de modo tenendi circa expeditiones cauſarum, & facta diſcuſſione.

Per Regiam Cameram fuit prouiſum, & decretum, quod in diebus Lunæ, Mercurij, & Iouis referantur cauſæ per dietas inter Dominos Præſidentes gradatim, dies verò Martis, Veneris, & Sabbati inter Dominos Præſidentes ſint communes; verum ante omnia in qualibet die in prima hora legantur, & expediantur billetta Illuſtriſſimi Domini Proregis, & conſultationes per ipſam Regiam Cameram faciendæ, deindeque cauſæ referantur.

Inſuper prouiſum eſt, quod continuetur aſſiſtentia in Aula computorum, & quod in qualibet die martis vocetur Perceptor ſignificatoriarum, qui in qualibet die Martis referat ſtatum illarum. Hoc ſuum Regia Camera generale interponente decretum, &c.

## DLXXV.

*Die 25. Maij, 1615.*

IN cauſa Vincentij Nelli patris Philippi Nelli, qui quidem Philippus filius gaudet immunitate numero duodecim filiorum, cum Vniuerſitate Terræ Pedimontis ſuper immunitate etiam reſpectu dicti Vincentij Patris.

Factaque de his omnibus relatione in dicta Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V. I. D. Iulium Cæſarem Minadoum coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur benè fuiſſe, & eſſe prouiſum per decretum latum per Dominum Præſidentem de Vera ſub die 3. Iulij 1612. ac proinde prædictus Vincentius pater dicti Philippi gaudeat iiſdem immunitatibus quibus gaudet d. Philippus eius filius, donec vnite vixerit in eadem familia. Hoc ſuum, &c.

## DLXXVI.

*Die 2. menſis Martij, 1616.*

VIſa inſtantia facta in Regia Camera Summariæ ab aliquibus Vniuerſitatibus præſentis Regni ſuper exactione debitorum contractorum à ſuis ciuibus, & circa focularia, expenſas extraordinarias, & hoſpitationes, cum poſt interpoſitionem decreti generalis ſub

ſub die 13. proximi lapſi menſis Ianuarij aliqua propoſita eſſent dubia; facta iterum relatione in dicta Regia Camera per Magnificum Militem V.I.D. Iacobum Salutium eiuſdem Præſidentem, & negotij Commiſſarium coram Illuſtriſſ. Domino Regente Dom. Bernardino Ramirez de Montaluo Sancti Iuliani Marchione, & dictæ Regiæ Cameræ Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, modo, vt ſequitur.

Primo circa exactionem reſpectu debitorum donec aliter prouiſum fuerit, mandetur Perceptoribus vniuſcuiuſque Prouinciæ, vt exigant à ciuibus, aliiſque obligatis pro debitis contractis ratam, quæ iis competit in beneficium Vniuerſitatis vbi ſita ſunt bona obligata pro dictis debitis contractis, quæ quidem exactio fieri debeat abſque vlla mercede, in iis verò locis, in quibus dicti Perceptores nullam habent exactionem fiſcalium, fiat exactio à Capitaneis locorum, vt quilibet in ſua iuriſdictione exigat ratam ad beneficium dictarum Vniuerſitatum, & pariter ſine ſalario, inſtantibus tamen Vniuerſitatibus.

Secundo Quantum attinet ad exactionem foculariorum abſentium, fieri debeat exactio à qualibet Vniuerſitate, vbi habitant pro foculare tantum, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ ad rationem carolenorum quindecim ſingulis annis pro vnoquoque foculario; reſpectu verò aliarum impoſitionum, & collectarum, expediantur prouiſiones directæ Perceptoribus Prouinciarum, & Capitaneis vt ſupra, ad hoc vt per illos fiat exactio ad beneficium illorum locorum, qui ſuſtinent onus dictorum foculariorum, &c.

Tertio Quantum attinet ad focularia acquiſita, fieri debeat exactio pro foculare, & pro omnibus impoſitionibus, & collectis ad beneficium locorum, in quibus habitant, & nihilominus poſſeſſores obligentur ad ſoluendum vti bonatenentes pro bonis, quæ fortè poſſiderent in pertinentiis aliarum Terrarum extra locum habitationis ipſarum, ſine deputatione Commiſſariorum ſed per Perceptores, & Capitaneos vt ſupra.

Quarto vt dicta focularia abſentium numerata in aliis Terris Regni, debeant quoque contribuere in locis vbi habitant pro expenſis extraordinariis viarum, Pontium, Fontium, Medici, Horologij, Prædicatoris, & Ludi Magiſtri & ſimiliter ſoluere debeant bonatenentiam in locis, vbi habitant pro bonis, quæ ibi poſſident, eo modo, ac ſi habitarent in terris vbi numerati ſunt.

Quinto reſpectu foculariorum illorum, qui in aliis Terris Regni numerati ſunt, & qui demum receperunt ſe Neapolim debeant in omnibus contribuere cum Terris, in quibus numerati ſunt, eo modo, & forma, prout ſeruabatur ante emanationem nouiſſimæ Pragmaticæ Sanctionis.

Sexto vt illi qui numerati ſunt in aliis Terris Regni & poſtea alibi tranſtulerunt domicilium ſuſtinere debeant onus actualium hoſpitationum in Terris, in quibus habitant, niſi doceant, quod in locis, in quibus numerati ſunt, ſuſtineant onus actualium hoſpitationum, quemadmodum de præterito in ſimilibus ſeruatum eſt, &c.

Septimo & vltimo reſeruat hæc Regia Camera determinationem faciendam in caſibus prædictis pro tempore iam elapſo &c.

## DLXXVII.

*Die 21. menſis Maij, 1616.*

IN cauſa Vniuerſitatis Terræ Roccæ Glorioſæ cum Iudicibus ad contractus dictæ Terræ circa immunitatem capitis, ſuper qua fuit interpoſitum decretum per Dominum cauſæ Commiſſarium ſub die 18. Ianuarij inſtantis anni, quod Iudices ad contractus, & Notarij pro ſolutione capitis non moleſtentur, ex eo quod propriis manibus territoria propria vel conducta colunt, verum, ſi alias artes nobilitate indignas exerceant, ad ſolutionem functionis capitis adſtringantur.

Factaque de his omnibus relatione in Regia Camera per Dominum Militem vtriuſque Iuris Doctorem Petrum Iordanum Vrſinum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium coram Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram fuit prouiſum, & decretum prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, bene fuiſſe, & eſſe prouiſum per decretum latum per præfatum Dominum cauſæ Commiſſarium ſub dicta die 18. præſentis anni 1616. & ita in futurum ſeruata forma decreti prædicti obſeruetur &c.

*Vide decretum latum ſub die 18. Februarij, 1617.*



Digitized by Google

## DLXXVIII.

*Die 31. Auguſti, 1616.*

SVborto dubio in Regia Camera an Sabatinus, Andreas, ac Dominicus dell'Annunciata gaudere poſſint ciuilitate Neapolitana vti originarij ex patre expoſito Sanctiſſimæ Annuntiatæ huius Ciuitatis.

Factaque de his omnibus relatione in Reg. Camera Summariæ per Dom. Militem V.I.D. Ioannem Enriquez Regiæ Cameræ Præſidentem & Commiſſarum, coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram fuit prouiſum,& decretum,provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dicti Sabatinus, Andreas, & Dominicus dell'Annuntiata gaudeant ciuilitate Neapolitana in forma,vti originarij ex patre expoſito Sanctiſſimæ Annuntiatæ. Hoc ſuum, &c.

*Hæc determinatio nullo iuris fundamento innititur prodiitque inaduertentur, pace illorum Dominorum Præſidentium tunc Iudicantium; Etenim Regia Camera ſemper iudicauit contrarium & ante hanc determinationem, & poſtea vſque ad noſtra tempora*: Videatur quæſo Dom. Reg. Moles *in ſuit deciſion. manuſcript. in tit. qualiter quis dicatur ciuis Neapolitanus ad finem gaudendi immunitatibus art.*4. cuius verba ſunt hæc. *Quid in expoſitis in hoſpitali Diuæ Annuntiatiæ huius Ciuitatis, tunc iudicauimus idem, quod gaudeant vti Ciues orti, quia nullam aliam originem habent, & non deducentur à foculari, licet nunquam habitent, in hac ciuitate, & ita deciſum in cauſa Simoncelli de Nigro in banca Caſaris Surrentini, & alias pluries per deciſionem Bart.* in l. fin. ff. de Iudic. in fine, *quo verò ad filios Expoſitorum, fuit prouiſum, quod non gaudeant vt oriundi,vt in libro notamentorum anni 1568. ne fortè duo ſpecialia concurrerēt.* Hæc Domin. Reg. Moles; Iuxta cuius relatam deciſionem fuit deciſum temporibus noſtris ſub die 14. Aprilis 1655. reuocato decreto lato ſub die 7. Iulij, 1654. cum eſſet iudicatum ſecundum determinationem factam in cauſa prædicta illorum dell'Annuntiata, iſtoque iure vtimur hodie in Regia Camera, nimirum, vt filij Expoſitorum Sanctiſſimæ Annuntiatę nullatenus tanquam Originarij Neapolitana Ciuilitate gaudeant.

## DLXXIX.

*Die 8. Nouembris, 1616.*

PEr Regiam Cameram Summariæ referente Domino Præſidente Iacobo Salutio conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur & prouidetur, quod Emanuel Iordanus Vrſinus filius Domini Præſidentis Petri Iordani Vrſini,vti conceptus in hac Ciuitate Neapolis gaudeat ciuilitate Neapolitana in forma, ac ſi fuiſſet ortus in hac Ciuitate, quamuis ſit natus in Terra Foueæ. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum &c.

## DLXXX.

*Die 24. Ianuarij, 1617.*

SVper inſtantia facta in Reg.Camera Summariæ per Aloyſium, & Marium Ricca fratres de Terra Montiſauri ſubfeudatarios Illuſtriſſ. Principis Ricciæ prætendentes non poſſe moleſtari à dicto Illuſtriſſ Principe ad ei contribuendum pro noua impoſitione donatiui gratioſè facti per Barones Regni Sereniſſimo Principi Hiſpaniarum,& aliis,vt in comparitione.

Facta relatione in dicta Reg.Camera Summariæ per Magnificum Militem V. I. D. Scipionem Brandolinum Præſidentem Regiæ Cameræ, & negotij Commiſſarium coram Domino,Circumſpecto Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Regiam Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, quod expediantur prouiſiones aduerſus petita, & interim non moleſtentur, & præſtita per eos cautione de ſtando iuri, & ſoluendo quicquid fuerit iudicatum,exactum eis reſtituatur provt præſenti decreto reſtitui mandatur. Hoc ſuum, &c.

*Vide Dom. Reg.Capyc Galeota contr. lib.2.controu.*18.

## DLXXXI.

*Die 18. Februarij, 1617.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Griſepium Caſcellum Iudicem ad contractus Terræ Riuelli, cum nonnullis particularibus ipſius ſuper immunitate capitis.

Viſis actis per Magnificum Militem V.I. D. Io.Hieronymum Natalem Reg.Cameræ Præſidentem, & præſentis cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in d. Reg. Camera coram Illuſtriſſ.Regente Montaluo Marchione S.Iuliani & Locumtenente d.Reg.Cameræ,aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per d.Reg.Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod ſupradictus Griſepius Caſcellus Iudex ad contractus teneatur,ſoluere,& cōtribuere in ſolutione capitis.Hoc ſuum,&c.

*Huius determinationis ratio inuenitur in libro notamentorum fol.*131. *& per hæc verba.* Et notatur, quod fuit diſcuſſum non viuere nobiliter.

*Et vide decretum latum ſub die 21. menſis Maij, 1616.*

DLXXXII.

Digitized by Google

DLXXXII.

*Die 30. menſis Martij, 1618.*

PRoponente Domino Locumtenente, & dicente, *che da alcun tempo à queſta parte li Attuarij, & Scriuani di Camera indifferentemente fanno prouiſioni, & commettono la confettione de Cataſti à Capitanei de luoghi in partibus, contra lo ſtile, & oſſeruanza antica del Tribunale. qual è che non ſi poſſino ſimili negotij commettere, eccetto che ad huomini eſperti, e da bene del medemo Tribunale della Camera*, diſcuſſoque negotio.

Per Regiam Cameram fuit prouiſum, & decretũ quod fiat ordo Actuariis, & ſcribis ipſius Regiæ Cameræ quod ab hodie in antea & in futurum nullatenus talia negotia committantur Capitaneis Locorum in partibus, ſed iuxta ſtilum Regiæ Cameræ quando occurrit præſentntur ab intereſſe habentibus memorialia in ipſa Regia Camera, nam facto verbo eligetu r perſona experta, & integra famæ eiuſdem Tribunalis, ad hoc vt ſe conferat in partibus pro ſimilibus negotiis. Hoc ſuum, &c.

DLXXXIII.

*Die 17. Aprilis, 1619.*

SVper inſtantia facta per Donatum Spinellum olim ſeruum quondam Caroli Spinelli, vt declaretur poſſe, & debere gaudere Ciuilitate Neapolitana, ex eo quod in hac ciuitate aqua Sacri Baptiſmatis renatus fuit, cum priùs eſſet ille Turca vocatus Manuch.

Factaque de his omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Propræſidentem Ioannem Caputum coram Spectabili Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod dictus Donatus Spinellus gaudeat ciuilitate Neapolitana in forma. Hoc ſuum, &c.

DLXXXIV.

*Die 25. menſis Septembris, 1619.*

LEctis Litteris in Regia Camera per Dom. Præſidentem Scipionem Brandolinum miſſis à Magnifico Secretario Bolino reſidente in nundinis Salerni circa differentiam inter Arrendatores Regiæ Dohanæ ex vna, & Mercatores, ac alias perſonas ſuper ſolutione dirictuum pro bonis, rebus, & mercibus immiſſis ante tempus nundinarum, & deſtinatis pro nundinis, & vocato Magnifico Doctore Naccarella, ipſoque audito, & exeunte per Regiam Cameram fuit prouiſum, & decretum, quod Mercatores à quibus merces fuerunt immiſſæ in Ciuitate Salerni ante tempus Nundinarum, & priuſquam illæ inciperent, deſtinatæ, & conſeruatæ pro illis vendendis in nundinis prædictis, non moleſtentur pro ſolutione dirictuum, ac ſi tempore nundinarum immiſſæ eſſent. Hoc ſuum, &c.

DLXXXV.

*Die 11. Ianuarij, 1620.*

PEr Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Marchione Sancti Iuliani Locumtenente fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decretro decernitur, & prouidetur, quod fiat Ordo Actuariis, & Scribis eiuſdem Regiæ Cameræ vt ab hodie in antea, & in futurum ſeruata forma aliorum antiquorum ordinum, ſummaria prouiſionum, quæ per Regiam Cameram expediuntur, ſcribantur manu illorum qui ſimiles prouiſiones ſubſcribendi poteſtatem habent, & quod in principio ſummariè deſcribantur nomen, & cognomen Domini Præſidetis, & Prouincia, cuius ipſe Dominus Præſidens eſt Commiſſarius & hoc ſub pœna ſuſpenſionis, & ducatorum viginti citra præiudicium pœnarum incurſarum. Hoc ſuum, Regia Camera interponente decretum &c.

DLXXXVI.

*Die 18. Februarij, 1620.*

IN cauſa vertente in Regia Camera Summariæ inter particulares habitantes extra Griptim, vt vulgo dicitur, *fore grotte* ex vna, & Regium Magnificum Portulanum Neapolis ex altera ſuper prætenſione, non teneri ad ſeruitia Portulaniæ, neque ad lignamina, quæ inciduntur, & conducuntur per homines Caſalium huius Ciuitatis pro ſeruitio Domus Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Proregis vti Ciues de corpore Ciuitatis Neapolis vt in actis &c.

Viſis actis per Militem V. I. D. Fabium Capicium Galeota Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ & cauſæ Commiſſarium factaque de omnibus relatione in dicta Regia Camera coram Illuſtriſſ. Regenti D. Bernardino Montaluo Marchione S. Iuliani Locumtenente dictæ Regiæ Cameræ, aliiſque Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per d. Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, ac declaratum, provt præſenti decreto decernitur prouidetur, atque declaratur Particulares habitantes extra Gryptim non teneri



Digitized by Google

ad ſeruitia perſonalia, nec ad lignamina, tanquam de Corpore Ciuitatis Neapolis. Hoc ſuum, &c.

## DLXXXVII.

*Die 1. Aprilis, 1620.*

SVper inſtantia facta per Affictuarium arrendamenti Protomedicatus huius Regni eidem licere, & licitum eſſe viſitare Aromatarios omnium Ciuitatum Terrarum & locorum Regni, diſcuſſoque negotio in Aula Regiæ Cameræ.

Poponente Domino Milite V.I.D. Laurentio de Franchis dictæ Regiæ Cameræ Præſidente per ipſam Regiam Cameram Partibus pleniſſimè auditis conſenſu fuit prouiſum, & decretum, licere, & licitum eſſe Affictuario Arrendamenti Protomedicatus in qualibet parte anni ſemel tantum viſitare Aromatarios commorantes in omnibus Ciuitatibus, Terris, & locis huius Regni, cum hoc tamen, vt Aromatarij prædicti non remaneant ſubiecti viſitationi, niſi ſemel in anno, verum remaneat in arbitrium, & in electionem dicti Affictuarij in qua parte anni viſitationem prædictam perficere voluerit. Hoc ſuum, Regia Camera interponente decretum &c.

## DLXXXVIII.

*Die 18. menſis Iunij, 1621.*

SVper inſtantia facta per Illuſtriſſ. Ruiz Gomez de Silua, & Mendozza Ducem Paſtrani, & Principem Mileti, vt per Regiam Cameram declararetur, poſſe ipſum, & debere gaudere ciuilitate Neapolitana quamuis non ſit, neque ortus in Ciuitate, neque originarius, ſed ex eo quod gaudet honoribus Sedilis Mōtaneæ, & ſucceſſiuè licere ei negotia gerere per procuratorem.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Simeonem Vaaz Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem & Cōmiſſarium, factaque per eundem relatione in Reg. Camera coram Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram auditis Domino Fiſci Patrono, ac Magnificis Gubernatoribus Regiæ Dohanæ Neapolis conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod Illuſtriſſ. Ruiz Gomez de Silua, & Mendozza gaudeat ciuilitate Neapolitana in forma eique liceat negotia gerere per procuratorem, quamuis non ſit ortus in ciuitate, neque originarius, ex eo quod gaudet honoribus Sedilis Montaneæ. Hoc ſuum, &c.

## DLXXXIX.

*Die 27. Iulij, 1621.*

SVper inſtantia facta per Io. Iacobum Silo petentem declarari poſſe, & debere gaudere omnibus immunitatibus à iure conceſſis patri duodecim filiorum numero onuſto; ſed fiſco opponente, non eſſe dictum Io. Iacobum audiendum, ex eo quod vnus ex duodecim eius filiis eſt naturalis, quamuis legitimatus per reſcriptum Principis.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Pompeum Battaglinum Regiæ Cameræ Summarię Præſidentem & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in Regia Camera coram Domino Marchione Sancti Iuliani Locumtenente aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram, conſenſu fuit prouiſum & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Io. Iacobus Silos gaudeat tanquam pater onuſtus numero duodecim filiorum in forma, non obſtante, quod vnus ex illis ſit naturalis, ex quo poſtea fuit legitimatus per reſcriptum Principis. Hoc ſuum Reg. Camera interponente decretũ, &c.

*Ad confirmationem huius determinationis vide* Dom. Reg. de Ponte *in conſ. 16. & ſeq. lib. primo* Alex. Trentacinque *variar. reſolut. lib. 1. in tit. de iure immunit. verſ. 2. procedit*, Theſaur. *deciſ. 267. num. 7. vbi ait ſic per illum Senatum iudicatum*, Ferdin. Paez *in tract. de excuſat. parent. num. 55. & 56.* Ruin. *conſ. 124. lib. 4.* Roland. à Valle *conſ. 52. num. 6. & nouiſſimè* Dom. Reg. Conſtit. *in l. ſi quis Decurio num. 30. C. de decurion. lib. 10. Et aliud decretum Regiæ Cameræ ſub die 31. Ianuarij*, 1642.

## DXC.

*Die 18. menſis Aprilis, 1622.*

IN cauſa Reu. Capituli, & Cleri Terræ Cupertini petentium eis obſeruari Franchitias in gabellis ſeruata forma prouiſionum, & taxarum generalium Regiæ Cameræ, etiam reſpectu clericorum in minoribus viuentium cum patribus, & ſub eorum poteſtate, vt ex actis &c.

Facta relatione de prædictis in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V.I.D. Scipionem Pappacodam Præſidentem dictæ Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, coram Illuſtriſſ. Domino Locumtenente, aliiſq; Dom. Pręſidentibus ipſius; Fuit per Cameram ipſam cōſenſu prouiſum, & decretũ, quod expediantur prouiſiones ad inſtantiã Capituli, & Cleri Terrę Cupertini cum inſertione decreti domi lati per præfatum Dom. cauſæ Commiſſarium, quod obſeruentur dicto Capitulo, & Clero Franchitiæ in gabellis, ſeruata forma taxarum gene

generalium, & prouiſionum dictæ Regiæ Cameræ, & reſpectu clericorum in minoribus viuentium cum patribus, & ſub eorum poteſtate, dummodo ſint clerici quatuor ordinum minorum, ſeu primæ tonſuræ incedantque cum habitu, & tonſura clericali, & ſeruiant in Diuinis, prouiſionibus in contrarium expeditis non obſtantibus. Hoc ſuum, &c.

## D X C I.

*Die 24. menſis Nouembris, 1622.*

IN cauſa Sabatini de Mauro, & Franciſci Chiarchietta Terræ Apicij Prouinciæ Principatus vltra, petentium non moleſtari à Regia Dohana Menæ pecudum Apuleæ ad ſolutionem aliquam pro eorum pecudibns non ſolitis, neque dependentibus à Regia Dohana, ſtante quod non gauiſi ſunt herbagiis, neque Regiis tracturis, vt ex actis.

Facta relatione de prædictis in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V. I. D. Pompeum Battaglino Præſidentem dictæ Regiæ Cameræ, & Commiſſarium coram Iluſtr. Domino Marchione S. Iuliani Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod expediātur prouiſiones, quod ſi pecudes, quæ dicti Sabatinus, & Franciſcus poſſident in d. Terra Apicij non ſunt ſolitæ, neque dependentes ex pecudibus Regiæ Dohanæ, non paſcuunt, neque paſcularunt herbas Regiæ Curiæ, neque gaudent Regiis tracturis, non moleſtentur ad ſolutionem Regiæ fidæ. Hoc ſuum, &c.

## D X C I I.

*Die 11. menſis Maij, 1623.*

IN cauſa Vniuerſitatum Caſalium S. Damiani, Ventulæ Sellicti, Cupæ, & Bucchæ Sacchi, cum Vniuerſitate Terræ Caſtri fortis, & Regio fiſco ſuper ſeparatione petita per dicta Caſalia à dicta Terra, itavt eis liceat circa ſolutionem functionum fiſcalium, & aliorum onerum vniuerſalium, ratam ipſis Caſalibus tangentem directo ſoluere Regiæ Curiæ, nec de cætero communionem aliquam habere cum Vniuerſitate dictæ Terræ ex cauſis, provt in actis, &c.

Viſis actis per Dom. Militem Michaelem Perez de Biuera Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, ac de eis facta relatione in Regia Camera coram Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod citra præiudicium iurium Regij fiſci exigendi functiones fiſcales à quo voluerit, liceat, & licitum ſit dictis Caſalibus ab hodie in antea, & in futurum, ſeparate viuere à dicta Terra Caſtri fortis, nec cum ea communionem aliquam habere. Hoc ſuum, &c.

## D X C I I I.

*Die 6. Martij, 1624.*

COnquerentibus Porteriis Regiæ Cameræ, quod Actuarij eiuſdem Supremi Tribunalis contra ordines Regiæ Cameræ admittunt relationes in ſcripturis cauſarum, quæ actitantur, cum intimationibus factis ab Alguzeriis Magnæ Curiæ Vicariæ.

Factaque de his relatione in Regia Camera per Dom. Militē V. I. D. Simeonem Vaaz eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem coram Domino Locumtenente aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod ſeruata forma ordinum antiquorum Tribunalis, Actuarij, cæterique Scribæ ordinarij, & actitantes cauſas, quæ agitantur in Regia Camera ab hodie in antea, & in futurum nullo modo recipiant ſcripturas intimatas per Alguzerios, ſiue Porterios Magnæ Curiæ Vicariæ, & hoc ſub pœna ſuſpenſionis ab officiis, & nullitatis dictarum relationum, & notificationum. Hoc ſuum, &c.

*Nota, quod idem poſtea mandauit Regia Camera ſub die 26. Aprilis, 1641. provt conſtat ex decreto & libro notamentorum huius anni fol. 361.*

## D X C I V.

*Die 16. Maij, 1625.*

SVper inſtantia facta per D. Aloyſium Caſtellet Regium Arrendatorem Arrendamenti *di Salenitro, e poluere* Prouinciæ Apuleæ, vt eius operarij deputati ad confecturam Salinitri, tractentur immunes ab onere ſolutionis gabellarum, hoſpitiorum, & aliarum impoſitionum.

Facta relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Pompeium Battaglinum Regiæ Cameræ Præſidentem coram Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, licere dicto Arrendatori deputare quatuor homines pro quolibet (vt vulgo dicitur) *acconcio*, quibus fori exemptio concedatur ac immunitas à ſeruitiis perſonalibus, & ſi fuerint exteri, & non poſſident bona, in locis, in quibus pro dicto ſeruitio commorantur, tractentur etiam immunes à gabellis pro illorum victu tantùm ac etiam ab actuali militum hoſpitatione, & illius contributione, & ſi fuerint ciues contribuant in hoſpitiis in pecunia, ac ſoluant etiam gabellas,



Digitized by Google

ſolumque tractentur immunes ab actualibus hoſpitiis. Hoc ſuum, &c.

## D X C V.

*Die 29. Octobris, 1625.*

SVper inſtantia facta per Reuer. Sacerdotem D. Mauritium de Lecto de Terra Tocci, vt tractetur immunis vna cum eius filiis legitimis, & naturalibus natis in conſtantia matrimonij, dum erat vxoratus ab omnibus impoſitionibus, & oneribus, &c.

Facta relatione in Regia Camera per Dom. Militem V.I.D. Simeonem Vaaz eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem Commiſſarium coram Domino Locumtenente aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod dictus Reuer. Sacerdos D. Mauritius, eiuſque filij legitimi, & naturales nati ante clericatum in conſtantia matrimonij, & ad præſens exiſtentes, & viuentes ſub patria poteſtate, tractentur immunes ab onere ſolutionis collectarum, & à militum hoſpitiis, ac omni alia illorum contributione; verum reſpectu debitorum contractorum per Vniuerſitatẽ dictæ Terræ ante clericatum, obſeruentur decretum generale Regiæ Cameræ cum reſtitutione exacti. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## D X C V I.

*Die 17. Iunij, 1626.*

SVper inſtantia facta in Regia Camera Summariæ per Notarium Franciſcum Squatrinum procuratorem Thomæ Manuelli, & Simeonis Zatæ, Caroli Ginori, & Iacobi Iacopi, Antonij Vecchietti, Antonij Scalandrini, & Iacobi de Baptiſta, & per Iulium Caxapati procuratorem Marcelli Varani Dominorum Bonorum repertorum in Terra Vetri in actis deductorum, quæ fuerunt onerata in Portu Liburni ſuper Nauigio Franciſci lo Monaco, & per eundem Franciſcum exinde exonerata in dicta Terra Vetri abſque ſolutione diri͏ctuum Regiæ Dohanæ Neapolis petentes reſtitutionem tam dictorum bonorum vt ſupra repertorum, quam aliorum recuperandorum, ex quo conducebantur nomine dictorum Mercatorum ab extra Regnum, per extra Regnum iuxta expeditiones in actis præſentatas, & alias provt in actis, &c.

Facta de prædictis relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V. I. D. Camillum de Marra Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & præſentis cauſæ Commiſſarium coram Illuſtr. Marchione S. Iuliani Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, auditis Dom. Fiſci Patrono, ac Magnificis Gubernatoribus Regiæ Dohanæ huius Ciuitatis Neapolis, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod bona in actis deducta reſtituantur Dominis ipſorum vel eorum procuratoribus, & caſu, quo dicta bona ſunt extrahenda per extra Regnum, iuxta expeditiones in actis exiſtentes, reſtitutio prædicta fiat abſque ſolutione diri͏ctuum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur. Hoc ſuum, &c.

## D X C V I I.

*Die 3. menſis Nouembris, 1626.*

IN cauſa vertente in Regia Camera inter Claudium de Blaſio de Terra Montis Herculis ex vna, petentem admitti ad gaudendum priuilegio, quo gaudent Patres onuſti numero duodecim filiorum, quamuis ad præſens non habeat, niſi decem filios, ex quo iam peruenit ad numerum duodecim filiorum legitimorum, & naturalium omnium eodem tempore viuentium, & illico natis duobus filiis gemellis vndecimo, & duodecimo, comparuit in Regia Camera pro obtinendo priuilegio, ſed antequam priuilegium obtinuiſſet, ſicut Domino placuit, mortui ſunt dicti duo vltimi filij gemelli, & Regium Fiſcum, & Magnificos Arrendatores Regiæ Dohanæ Neapolis, & Plateæ Maioris, & Vniuerſitatem prædictam Terræ Montis Herculis ex altera prætendentes non debere admitti, vt in actis, &c.

Viſis actis per Magnificum Militem Melchiorem Perez de Biuero Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & præſentis cauſæ Commiſſarium factaque per eundem de prædictis omnibus relatione in dicta Regia Camera coram Illuſtr. Marchione S. Iuliani Locumtenente dictæ Regiæ Cameræ, aliiſque Magnificis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ſupradictus Claudius de Blaſio, ſtante quod iam peruenit ad numerum duodecim filiorum legitimorum, & naturalium eodem tempore petitionis viuentium, non obſtante quod ad præſens non viuant, niſi tantum decem filij, gaudeat, & ſimiliter gaudeant dicti eius filij, donec ſub patria poteſtate habitauerint immunitate, & exemptione iurium fiſcalium ordinariorum, & extraordinariorum, & aliorum vectigalium, & impoſitionum, quæ per Vniuerſitates Regni huius, & ſignanter per dictam Vniuerſitatem Montis Herculis imponuntur, nec non pro eorum vſu, & familia, & non comercij cauſa, ſint immunes ab omnibus diri͏ctibus Regiarum Dohanarum, & fundicorum, & aliorum quorumcumque vectigalium, & impoſitionum, tam in ciuitatibus, & Terris Domanialibus, quam Baronum

Baronum in toto præſenti Regno; provt & quemadmodum gaudent, gaudereque ſolent, & debent alij patres habentes duodecim filios legitimos, & naturales, & in eius perſona expediatur priuilegium in forma &c. Hoc ſuum, &c.

## DXCVIII.

*Die 13. menſis Martij, 1627.*

IN cauſa in Regia Camera Summariæ vertente inter Antonium della Mamba de Terra Leuorani ex vna, petentem admitti ad gaudendum priuilegio, quo gaudent patres onuſti numero duodecim filiorum legitimorum, & naturalium, omnium eodem tempore petitionis viuentium, & antequam priuilegium obtinuiſſet, ſicut Domino placuit, mortuus eſt vnus ex dictis filiis, & Regium fiſcum, ac Magnificos Arrendatores Reg. Dohanæ Neapolis, & Plateæ Maioris, & Vniuerſitatem prædictæ Terræ Leuorani ex altera prætendentes non debere admitti, vt in actis, &c.

Viſis actis per Magnificum Militem V.I.D. Hieronymum Puobla y Valdes Præſidentem Regiæ Cameræ & præſentis cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem de prædictis omnibus relatione in dicta Regia Camera coram Illuſtr. D. Bernardino Montaluo Marchione S. Iuliani dictæ Regiæ Cameræ Locumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ſupradictus Antonius della Mamba, ſtante quod iam procreauit numerum duodecim filiorum legitimorum, & naturalium, tempore petitionis viuentium, non obſtante quod ad præſens non viuant niſi tantùm vndecim filij, gaudeat & ſimiliter gaudeant dicti eius filij donec ſub patria poteſtate habitauerint immunitate, & exemptione iurium fiſcalium ordinariorum, & extraordinariorum, & aliorum vectigalium, & impoſitionum, quæ per Vniuerſitates Regni huius, & ſignanter per dictam Vniuerſitatem Leuerani imponuntur, nec non pro eorum vſu, & familia, & non commercij cauſa, ſint immunes ab omnibus dirictibus Regiorum Dohanarum, & fundicorum, & aliorum quorumcumque vectigalium, & impoſitionum, tam in ciuitatibus, & Terris Demanialibus quam Baronum, & in toto præſenti Regno, provt, & quemadmodum gaudent, gaudereque ſolent, & debent alij patres duodecim filiorum legitimorum, & naturalium, & expediantur, debitæ cautelæ in forma. Hoc ſuum, &c.

## DXCIX.

*Die 7. menſis Augusti, 1627.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Regium fiſcum Regalis Patrimonij, & Gubernatores Arrendamenti Reg. Dohanæ Neapolis actores ex vna, & aliquos Mercatores, & negotiatores in dicta Regia Dohana conuentos ex altera, ſuper obſeruantia ordinis ipſius Reg. Cameræ circa immunitates per eos prætenſas vti Neapolitanos priuilegiatos pro bonis, & mercibus per eos immittendis, & extrahendis à dicta Regia Dohana tam per Liburnum, quam per alias Partes, vt ex actis, &c.

Viſis actis per Magnificum Militem V.I.D. Matthiam Caſanatæ Regię Camerę Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem de prædictis omnibus relatione in d. Regia Camera coram Illuſtr. Marchione S. Iuliani dictæ Regiæ Cameræ Locumtenente, & aliis Magnificis Præſidentibus ipſius, & Magnifico Aduocato Regij Patrimonij, fuit per Cameram ipſam conſenſu, prouiſum, & decretum quod Regia Dohana Neapolis ab hodie in antea, & in futurum non admittat compartiones Mercatorum Neapolitanorum, nec aliorum mercatorum quantumuis priuilegiatorum pro bonis, & mercibus per eos immittendis in dicta Regia Dohana, & ab ea extrahendis per portum Liburni; reſpectu verò bonorum, & mercium immittendorum, & extrahendorum per extra Regnum, obſeruetur capitulum vigeſimum ſextum inſtructionum Regiæ Cameræ, quod loquitur de forma, quam obſeruare debeant Mercatores Neapolitani priuilegiati pro immittendo mercimonias & mercantias ab extra Regnum cum prouiſionibus per Regiam Cameram expeditis in menſibus Martij, & Nouembris 1618. & Mercatores ipſi, qui præſentabunt comparitiones iuxta prædictas inſtructiones, & prouiſiones, debeant declarare quo modo, & forma prouident pecuniam pro mercibus eorum nomine emendis in locis, in dictis eorum comparitionibus aſſertis ad finem ſciendi ſi dictæ prouiſiones pecuniæ ſunt veræ, & abſque fraude, quæ ſi non interuenerit, expediantur in dicta Regia Dohana abſque impedimento aliquo, quamuis in reſponſalibus legatur emiſſe de propria pecunia Neapolitana, qui comparitionem præſentauit, & ſi videbitur, quod negotiatio effectiuè non fuit de pecunia Neapolitana, in tali caſu citra præiudicium aliarum pœnarum impoſitarum, dicta Regia Dohana cogat eos ad ſoluendum dirictus tanquam exteros. Hoc ſuum, &c.

DC.

Digitized by Google

## D C.

*Die 7. Septembris, 1627.*

LEcto memoriali in Regia Camera per Magnificum Rationalem Ametranum, porrecto pro parte Caſtellani Caſtri Ciuitatis Aquilæ petentis per Regiam Cameram prouideri quod officiales & milites dicti caſtri tractentur ab Vniuerſitate dictæ Ciuitatis immunes à ſolutione gabellarum.

Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod omnes officiales, & milites Caſtri dictæ Ciuitatis, ſi ſunt exteri, & non ciues dictæ Ciuitatis tractentur immunes ab onere ſolutionis gabellarum, & expediantur prouiſiones directæ Regiæ Prouinciali Audientiæ, quæ in caſu contrarij ſic obſeruari faciat. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.

*In officialibus, & militibus huius caſtri, qui ſunt Ciues Ciuitatis Aquilæ quod non gaudeant immunitate aliqua, habemus expreſſum decretum latum ſub die 10. Aprilis, 1614.*

## D C I.

*Die 18. menſis Februarij, 1628*

PEr Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Milite V.I.D. Matthia Caſanate eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidente, fuit prouiſum, & decretum, quod illi priuilegiati, & matriculati in arte lanæ gaudeant in Regio maiori fundico huius Ciuitatis Neapolis priuilegio, ſiue immunitate dictæ artis, qui actu intus ciuitatem exercent artem prædictam, illi verò, qui actu non exercent, quamuis in dicta arte ſint matriculati, nullatenus in dicto Regio maiori fundico immunitate aliqua gaudeant. Hoc ſuum Regia Camera generale interponente decretum, &c.

## D C I I.

*Die 9. menſis Maij, 1629.*

IN cauſa Antonij de Alferio, & Didaci de Roberto matriculatorum artis lanæ cum Gubernatoribus Regiæ Dohanæ Neapolis petentium tractari immunes pro bonis, & mercibus per eas immiſſis, & immittendis in dicta Regia Dohana pro vſu artis prædictæ ſeruata forma priuilegiorum, & decreti lati per Dom. Commiſſarium ſub die 7. Aprilis proxime præteriti præſentis anni, per quod fuit prouiſum, quod dicti de Alferio, & Didacus de Roberto tractentur immunes pro dictis bonis, & mercibus per eos immiſſis, & immittendis in dicta Regia Dohana pro vſu artis lanæ, vt ex actis, &c.

Facta relatione de prædictis in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V. I. D. Scipionem Rouitum Præſidentem dictæ Regiæ Cameræ, & Commiſſarium coram Domino Marchione S. Iuliani Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, quod decretum latum per præfatum Dom. cauſæ Commiſſarium ſub die 7. Aprilis præſentis anni obſeruetur iuxta illius ſeriem, continentiam, & tenorem, ita tamen, quod bona, & merces, quæ immittuntur pro vſu artis lanæ non vendantur, niſi ſubditis eiuſdem artis, & in caſu contrarij ſoluant debitos diricțus, ſeruata forma capituli quadrageſimi in actis producti. Hoc ſuum, &c.

## D C I I I.

*Die 18. menſis Iunij, 1629.*

IN cauſa Vniuerſitatis Furiæ propè Terram Cammarotæ petentis adſtringi eius ciues natos, & oriundos de dicta Terra, & præſertim Lelium & Perſianum Colicigni ad ſoluendum eorum focularia cum dicta Vniuerſitate, non obſtante, quod habitent in hac Ciuitate Neapolis vt ex actis, &c.

Facta relatione de prædictis in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V. I. D. Scipionem Pappacoda Præſidentem dictæ Regiæ Cameræ, & Commiſſarium coram Domino Marchione S. Iuliani Locumtenente, aliiſque Dominis Præſiden[illegible]bus, fuit per Cameram ipſam conſenſ[illegible]ouiſum, & decretum, quod obſeruetur decretum ſeptem capitum, & expediantur prouiſiones contra particulares ciues natos, & originarios Terræ prædictæ, quod adſtringantur realiter, & perſonaliter pro omnibus vti ciues, non obſtante, quod Neapoli habitent. Hoc ſuum, &c.

## D C I V.

*Die 25 Februarij, 1630.*

SVper inſtantia facta per Dom. Cardinalem Pamphilium petentem ſibi concedi tractam vini Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus anno quolibet ex gratia Suæ Catholicæ Maieſtatis dari ſolitam, & contradicente Regio fiſco, & opponente, non eſſe concedendam, ex quo Dominus Cardinalis ad Almam Vrbem adhuc non peruenerat.

Facta de his omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Didacum Salinas eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, Commiſſarium coram Domino Locumtenente, aliiſque Dom. Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, tractam petitam pro parte dicti Reuerendiſſimi Cardinalis eſſe eidem

Digitized by Google

eidem denegandam, ſeruata forma ordinis ſuæ Catholicæ Maieſtatis mandantis, tractas non eſſe concedendas Reuerendiſſimis Cardinalibus in alma Vrbe non reſidentibus, verum cum primum dictus Reuerendiſſimus Cardinalis ad Vrbem peruenerit, prouidebitur. Hoc ſuum, &c.

## D C V.

*Dei* 10. *Aprilis*, 1630.

SVper memoriali S. E. porrecto per Illuſtr. Duciſſam Cirifalci & ad Regiam Cameram pro conſultatione facienda remiſſo, in quo aſſeritur *che per li terremoti ſucceſſi nella ſua Terra di Girifalco s'ordinò precedente conſulta di Camera, che fuſſe quella immune da pagamenti fiſcali & crediti inſtrumentarij per termine d'anni dieci, e tenendo eſſa Ducheſſa ſopra detta Terra ann. ſcutos* 868. *dimanda la refettione di queſta Summa douutali della Regia Corte, e coſi ſe li debbiano aſſignare ſopra altre Terre, durante detto decenio.*

Factaq; relatione in Reg. Camera per Dom. Militem V. I. D. Claudium Bláditium, eiuſdem Reg. Cameræ Præſidentem coram Dño Locútenente, ac aliis Dominis Præſidentibus illius, Domino fiſci Patrono, & Magnificis Aduocatis dictæ Illuſt. Duciſſæ pleniſſimè ſuper eorum iuribus auditis. Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, eſſe faciendam conſultationem Illuſtr. Domino Proregi, in qua dicatur, Cameram eſſe voti prædictæ Illuſtr. Duciſſæ durante dicto tempore annorum decem eſſe faciendam petitam refectionem dictorum annuorum ſcutorum 868. ſuper aliis effectibus Regiæ Curiæ. Hoc ſuum, &c.

## D C V I.

*Die* 17. *menſis Decembris*, 1630.

SVper inſtantia facta in Regia Camera Summariæ per Vniuerſitatem Terræ Cogliani, quod D. Phyſcius Nicolaus Antonius, Ioſeph, & Marius de Mancuſio exteri, incolatum facientes in d. Terra cogantur ad ſoluendum collectas vti ciues pro bonis dotalibus, quæ poſſident in territorio ipſius Vniuerſitatis ex cauſa matrimonij contracti cum Laura Æmilia, & Antonia de Vecchis filiabus & hæredibus quondam Vincentij de Vecchis ciuis numerati d. Vniuerſitatis, ex quo in d. Terra non extabant aiij hæredes dicti quondam Vincentij, qui ſuſtineant onus eius focularij, & prædicti de Mancuſio tanquam Ciues Terræ Giſoni vbi onus portabant vti alij ciues prætendebant ſoluere pro dictis bonis dotalibus vti bonatenentes vigore prouiſionum expeditarum ad eorum inſtantiam per Regiam Cameram pro obſeruatia generalis decreti focularium abſentium, in qua cauſa per Dom. Præſidentem Salinas Commiſſarium fuit domi prouiſum, quod dicti de Mancuſio ſoluant collectas prædictas, vt alij ciues pro bonis dotalibus tanquam de bonis hæreditariis dicti quondam Vincentij ciuis d. Terræ Cogliani, prouiſionibus prædictis non obſtantibus, & alias provt in actis, &c.

Facta de prædictis relatione in Reg. Camera per Magnificum Militem V. I. D. Didacum de Salinas Reg. Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſariũ coram Illuſtr. Marchione S. Iuliani Locũtenente eiuſdem & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Cameram ipſam auditis Magnificis ambarum Partium Aduocatis, conſenſu prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, bene fuiſſe, & eſſe prouiſum per decretum latum per Dom. cauſæ Commiſſarũ ſub die 8. Martij præſentis anni, per quod fuit ordinatum, quod D. Phyſicus Nicolaus Antonius, Ioſeph, & Marius de Mancuſio ciues Terræ Giſoni pro prædictis bonis dotalibus, quæ poſſident in Territorio Terræ Cogliani, ratione matrimonij contracti cum prædictis Laura Æmilia, & Antonia de Vecchis filiabus, & hæredibus dicti quondam Vincentij de Vecchis ciuis d. Terræ, ſoluant collectas vt alij ciues, tanquam de bonis hæreditariis, quæ fuerunt dicti quondam Vincentij non obſtantibus prouiſionibus expeditis ad inſtantiam dicti de Mancuſio, dummodo, quod in d. Terra Cogliani non adſint alij hæredes dicti quondam Vincentij, qui ſuſtineant onus eius focularij, & expediantur prouiſiones. Hoc ſuum, &c.

## D C V I I.

*Die* 23. *menſis Ianuarij*, 1631.

INſtante Domino fiſci Patrono fuit tractatum, & diſcuſſum circa atteſtationes, quæ fiunt cum legalitatibus reſpectu illorum, qui poſſident annuos introitus ipſis venditos à Regia Curia eorum vita durante.

Per Regiam Cameram fuit prouiſum, & decretum, *che à reſpetto di quelle fedi di vita, che vengono da Genua, s'oſſerui lo ſtile paſſato, che hà ſoluto oſſeruare la Regia Camera quanto alla legalita di quelle, cioè, che venghi con fedè dell'Ambaſciatore ò Secretario dell'Ambaſciata, quale teſtifica, che ſi viua quella perſona, che tiene intrate à vita, & à riſpetto di quelli di queſta Città di Napoli ſi ſtia alla fede della vita, che farà vno delli ſette Notari, che furono nominati per la Camera l'anno* 1625. Hoc ſuum, &c.

## DCVIII.

*Die 13. Februarij, 1631.*

SVborto dubio in Reg, Camera ſuper alienationibus ciuitatum, Terrarum Domanialium cum venditio facienda ſit ad rationem ſcutorum tot pro quolibet foculare, an in numeratione facienda connumeranda ſint etiam focularia illarum perſonarum, quæ non poſſident vltra vnciam iuxta inſtantiam Dom. fiſci Patroni dicentis, quod non agitur de numeratione, quæ fit ad finem ſoluendi functiones fiſcales Regiæ Curiæ; ſed de vendenda iuriſdictione quæ ita exercetur in perſonas pauperes, ſicut in perſonas diuites; nam alias illa iuriſdictio in perſonas pauperes, gratis à Regio fiſco emptori concederetur.

Facta de prædictis relatione in Regia Camera per Dom. Militem vtriuſque Iuris Doctorem Simonem Vaaz Comitem Molæ Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium; Per Regiam Cameram facta longa diſcuſſione, fuit prouiſum, concluſum, & decretum, quod omnia focularia numerentur; verum reſpectu focularium illarum perſonarum quæ non poſſident bona vltra vnciam, emptores ſoluant tertiam partem pretij focularij illius, qui poſſidet bona vltra vnciam. Hoc ſuum, &c.

## DCIX.

*Die 26. Maij, 1631.*

SVper memoriali porrecto S. E. & ad Regiam Cameram remiſſo per Cæſarem de Dino, in quo aſſeritur, *che deſidera far cauare nelli Territorij di perſone priuate per ritrouare alcuni Teſori con il conſenzo delli Padroni, ſenza però darne parte alcuna al Regio fiſco, mentre non è in luogo publico, ò di Domanio di S. M. ſeruata la forma del Capitolo del Rè Carlo II.*

Factaque de prædictis omnibus relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V. I. D. Vincentium Corcionum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium coram Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius; Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod liceat, & licitum ſit d. Cæſari fodi facere theſauros in locis priuatorum cum conſenſu tamen dominorum exhibendo in ſcriptis coram Officialibus, qui in illis locis iuriſdictionem exercent, ſaluis tamen iuribus Regio fiſco forſan competentibus. Hoc ſuum, &c.

*Nota quod Capitulum Reg. Caroli II. quod hic refertur, incipit* Quia non decet, *ſecundum ordinem* Nigri 160. *ad cuius materam vide plura ſcripta per* Dom. Reg. de Ponte *in tract. de poteſt Proreg. tit.* 10. *in Rubr. de Theſaur. vbi illam principaliter ingreditur quæſtionem, ad quemnam ſpectet theſaurus in Eccleſia, ſiue in loco religioſo inuentus, & refert in hac Ciuitate fiſcales Eccleſiaſticos, & ſeculares ſe concordaſſe præuio decreto Collateralis Cōſilij, quod Theſaurus fortè inueniendus diuideretur inter Cameram Apoſtolicam, Regiam & Inuentores, ſic reuelantibus expoſcentibus, pro quo reperiendo fuerunt deſtinati fiſcales Regiæ Curiæ, & Nuntij Apoſtolici, & tandem teſtatur* Dom. Reg. quod factis debitis diligentiis iuxta ſolitum, nihil fuit inuentum, &c.

## DCX.

*Die 28. Iunij, 1631.*

IN cauſa Io. Bernardini de Elia Terræ Montis Sani, cum Reg. fiſco ſuper petitione, quod non debeat moleſtari ad ſolutionem Regiæ fidæ pro alliſtamento ei facto in anno 1628. & 1629. in defenſa Cannizzani Vaccarum 140. & æquorum 40. & in anno 1629. & 1630. eidem Io. Bernardino in d. defenza Cannizzani inuentarum ſexdecim ſub prætextu, quod in d. anno 1628. & 1629. fuiſſent alliſtatæ in herbagio diſpenſato in relatione in actis præſentata fol. 1. ſtante quod non inducitur ſolitum, & aliis, vt in actis.

Viſis actis per Dom. Militem. V. I. D. Spectabilem Comitem Molæ Præſidentem Reg. Cameræ, & præſentis cauſæ Commiſſarium, & facta de prædictis omnibus relatione in d. Reg. Camera coram Illuſtr. Marchione S. Iuliani Locumtenente d. Reg. Cameræ, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per d. Reg. Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt pręſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod pręd ctus Ioannes Berardinus de Elia pro cauſa prædicta non moleſtetur provt pręſenti decreto non moleſtari mandatur. Hoc ſuum, &c.

## DCXI.

*Die 29. Ianuarij, 1632.*

PEr Reg. Camerā Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod expediatur ordines generales directi omnibus Perceptoribus, & Theſaurariis Prouincialibus, quod ab hodie in antea, & in futurum, ſalariū Regiis Auditoribus Regiarum Audientiarum Regni debitum, minime, nec modo aliquo ſoluant, niſi cum expreſſo mandato ſubſcripto à Spectabilibus Præſidentibus, vno ex Regiis Auditoribus, & fiſci Patronis Regiarum Audientiarum, & quod expediatur certificatoria Regiæ Areæ militari, quæ ſolutiones non admittatur, ſi hac ſolemnitate non ſeruata ſalaria fuerint ſoluta. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

CXII.

## DCXII.

*Die 13. Martij, 1632.*

SVper memoriali porrecto per Magnificum Caſtellanum Ciuitatis Veſti circa immunitatem gabellæ farinæ, quæ ipſi, cæteriſque militibus,& ſeruientibus d.Caſtri debetur.

Facta relatione in Reg. Camera per Dom. Militem V. I. D. Fabium Capicium Galeotam Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium coram Illuſtriſſ. Domino Locumtenente,aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum,provt præſenti decreto decernitur & prouidetur quod,dicti Magnificus Caſtellanus, Milites,& inſeruientes in dicto Caſtro, tam pro præterito, quam in futurum, tractentur immunes à gabella farinæ, quæ impoſita reperitur in dicta Ciuitate Veſti iuxta taxam, quæ cum ciuibus Neapolitanis ſeruatur, attento numero perſonarum inſeruientium, eorumque familiarum, dummodo milites,& inſeruientes prædicti ſint exteri, & non Ciues dictæ Ciuitatis. Hoc ſuum, &c.

## DCXIII.

*Die 10. Ianuarij, 1633.*

IN cauſa vertente inter Magnificos Rationales Regiæ Cameræ ex vna,& Magnificos Secretarium,& Procuratorē Fiſcalem ex altera ſuper præcedentia in præſtando iuramentum de ſeruando ſecretum,quod ſingulo quoque anno iuxta tenorem Regiæ Pragmaticæ poſt Dominos Præſidentes, & fiſci Patronum præſtare tenentur, &c.

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Matthiam Caſanate Regiæ Cameræ Præſidentem & Commiſſarium, factaque de prædictis relatione in eadem Regia Camera coram Domino Locumtenēte,aliiſque Dominis Præſidentibus, ipſius, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum,& decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod detur terminus dierum decem vtrique Parti ad probandum incumbentia,& interim dictum iuramentum præſtetur alternatiue, itavt in primo anno præſtetur iuramentum, primò per alteram ex eiſdem Partibus,in ſequenti anno per aliam,& ſic deinceps,donec non fuerit aliter per Regiam Cameram declaratum, & ſuper dubio quis primò in præſenti anno debeat iuramentum præſtare, fuit prouiſum, & decretum quod ſorte dirimatur, citra præiudicium ambarum Partium,tam reſpectu primi, quam ſecundi Capitis. Hoc ſuum.

## DCXIV.

*Die 21. & 22. Februarij, 1633.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Vniuerſitates Regni cum creditoribus ipſarum inſtrumentariis, ſuper bonatenentia pro annuis introitibus per dictas Vniuerſitates debitis, contendentibus creditoribus ad hoc onus non teneri, ex quo annuos introitus emerunt francos,& immunes ab onere bonatenentiæ,de,& provt in actis.

Facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio referente Domino Præſidente Vincentio Corcione,auditis Magnificis Aduocatis ambarum Partium; per Regiam Cameram, accedente voto ſpectabilium Dominorum Regiam Cancellariam Regentium, fuit prouiſum, & decretum, quod tàm exteri huius Regni,quàm Vniuerſitatum ipſius ſuper quibus poſſident annuos introitus,ſoluāt ipſis Vniuerſitatibus bonatenentiam ad rationem ducatorum duorum pro ſingulis centenis,itavt ex annuis ſcutis ſeptem, quos prius dictæ Vniuerſitates ſuis creditoribus ſoluebant, ab hodie in antea,& in futurum retineant penes ſe annuos ducatos duos pro bonatenentia,pacto prædicto immunitatis ab onere bonatenentiæ non obſtante. Hoc ſuum, Regia Camera interponente decretum &c.

*Pro exequutione huius determinationis, prodiit reſcriptum Excellentiſſimi Domini Proregis ſub die 22. Martij eiuſdem anni Regiæ Cameræ directum, quo fuit ordinatum expediri ordines generales per totum Regnum &c. vt omnes Vniuerſitates de illa notitiam habeant, & de his omnibus meminerunt* Domin. Reg. Hector Capic. Latro *deciſ. 116. numero 51. vbi ſic pariter de anno 1637. per Sacrum Conſilium deciſum teſtatur, &* Nicolaus Antonius Marotta *qui pro Vniuerſitatibus patrocinatus fuit in ſuo opuſculo de collecta cap. vltimo num. 6.*

## DCXV.

*Die 14. Nouembris, 1634.*

SVborto dubio in Regia Camera ſuper liquidatione dietarum vacatarum per D. Io. de Pineda Iudicem M. C. V. qui pro ſeruitio Regij Fiſci ſe contulit Orbitellum, ad quam rationem eſſet dieta taxanda, & liquidanda, ex quo taxatio, & liquidatio in pragmaticis Sanctionibus præſcripta, loquitur de dietis vacandis intus Regnum, non autem extra.

Factaque de prædictis relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Matthiam Caſanatæ eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium, fiſco, Partibus au-

ditis;per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum eſſe faciendam conſultationem Excellentiſſim. Domino Proregi,quod hæc taxatio, & liquidatio remittitur arbitranda per Suam Excellentiam. Hoc ſuum,&c.

## DCXVI.

*Die 26. menſis Iunij, 1635.*

IN cauſa Vniuerſitatis Saponariæ cum militibus Nouæ Militiæ d.terræ ſuper ſolutione gabellarum,vt in actis &c.

Viſis actis per Spectabilem Dominum Militem V.I.D.Simeonem Vaaz, Comitem Molæ, Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in dicta Regia Camera coram aliis Dominis Pręſidentibus ipſius,Fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, bene prouiſum per decretum præfati Domini Commiſſarij latum ſub die 8. menſis Februarij præſentis anni, per quod fuit prouiſum, quod omnes milites nouæ militiæ ſoluant, & contribuere debeant cum dicta Vniuerſitate in omnibus gabellis, & impoſitionibus vt alij Ciues dictæ terræ; verum ſeruentur immunes à ſeruitiis tantum perſonalibus, hoſpitiis, & contributionibus ipſorum, & in gabellis poſt eorum militiam ex cauſa hoſpitiorum impoſitis. Hoc ſuum, &c.

## DCXVII.

*Die 11. Septembris, 1635.*

SVper inſtantia facta per Dom.Fabium Capicium Galeotam, vt declaretur immunis à ſolutione adohæ, & donatiui pro bonis, & iuribus feudalibus, quæ poſſedit,& poſſidet in territorio,& diſtrictu Ciuitatis Litterarum, ex quo reperitur Præſidens Regiæ Cameræ, & olim fiſci Patronus, provt alias cum Dominis Præſidentibus & Fiſci Patronis ſeruari fuit ordinatum &c.

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Matthiam Caſanate Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem & Commiſſarium, factaque per eundem relatione in Reg.Camera coram Domino Locumtenente aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Dominus Fabius Capicius Galeota pro bonis, & iuriſdictionibus feudalibus, quæ, & quas tenet, & poſſidet in territorio, & diſtrictu Ciuitatis Litterarum à die quo ad officium fiſci Patroni Regalis Patrimonij fuit promotus tractetur immunis ab annua præſtatione adohæ, & à donatiuis, quæ à Baronibus Regni exiguntur, provt in ſimilibus cum aliis Dominis Præſidentibus, ac Fiſci Patronis Regiæ Cameræ fuit ſeruatum. Hoc ſuum,&c.

## DCXVIII.

*Die 12. menſis Septembris, 1635.*

SVper inſtantia facta in Regia Camera pro parte Franciſci Guindatij, vt non moleſtetur pro retentione tertij annuorum introituum functionum fiſcalium & inſtrumentalium, quas ſuper aliquibus Vniuerſitatibus Regni huius, ac etiam ſuper Arrendamentis terræ tenet & poſſidet, ex quo pater onuſtus duodecim filiorum, ſic declaratus per decretum Regiæ Cameræ, & aliis provt in actis.

Viſis actis per Spectabilem Comitem Molæ Simeonem Vaaz vtriuſque Iuris Doctorem Præſidenten Regiæ Cameræ & negotij Commiſſarium, ac facta per eundem relatione in dicta Regia Camera, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod dictus Franciſcus Guindatius vti pater onuſtus numero duodecim filiorum, non moleſtetur pro retentione tertij, & exactum reſtituatur. Hoc ſuum, &c.

*Nota quod ſecundum hanc determinationem iudicauit Regia Camera pro Ioanne Baptiſta Riario ſub die 10. Ianuarij, 1641. ac iterum pro vidua Violante Borrelli ſub die 18. eiuſdem menſis, & anni donec lectum vidualem ſeruauerit vt ex libro notamentorum huius anni percepi, &c.*

## DCXIX.

*Die 12. menſis Nouembris, 1635.*

SVper inſtantia facta in Reg.Camera Summarię per Doctorem Franciſcum Viſconte petentem gaudere ciuilitate Neapolitana vigore Regiæ Pragmaticæ tanquam habentem vxorem ortam Neapoli, & domum propriam dotalem prædictæ eius mulieris, prætendente Domino Fiſci Patrono, quod domus debeat eſſe propria,& non dotalis,vt in actis.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Antonium Caracciolo Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ,& cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in d.Regia Camera coram Illuſtriſſ. Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius; fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum,& decretum, quod dictus D. Franciſcus Viſconte gaudeat cum clauſula in forma. Hoc ſuum,&c.

DCXX.

Digitized by Google

## DCXX.

*Die 26. Maij, 1637.*

IN cauſa appellationis interpoſitæ per Ciprianum Pappa dia à decreto lato per Curiam Terræ S. Petri in Galatina, cum Vniuerſitate Terræ prædictæ, & eius gabellotis, prætendente dicto Cipriano vti patre onuſto duodecim filiorum numero ſic declarato mediante decreto Regiæ Cameræ, ipſum non teneri ad ſoluendum gabellas pro induſtria, quam facit in emendo pellas crudas, & putridas, quas poſtea accommodat, & vendit pro ſuſtentando eius familiam, ſic inſtando reuocari decretum per dictam Curiam S. Petri latum ad fauorem Vniuerſitatis prædictæ provt in actis.

Facta de his omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Martinum de Burgueda Regiæ Cameræ Sumariæ Præſidente, & cauſæ Commiſſarium coram Spectabili Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, benè fuiſſe, & eſſe appellatum predictum Ciprianum à decreto lato per Curiam S. Petri in Galatina, ac proinde ſeruandam eſſe eidem immunitatem vigore eius priuilegij, ita, & taliter vt in futurum pro cauſa prædicta non moleſtetur oppoſitis per Vniuerſitatem non obſtantibus. Hoc ſuum, &c.

## DCXXI.

*Die 17. menſis Aprilis, 1638.*

SVper inſtantia facta per Lucam de Alcalà Alferium reformatum vt declaretur ſibi deberi ſtipendium pro tempore quo fuit captiuus in manibus Turcarum, & eo modo, provt fuerat ſibi conſtitutum ante captiuitatem, & provt per prius illo fruebatur.

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Ioan. Camillum Cacacium Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, factaque per eundem relatione in Regia Camera coram Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, Domino Fiſci Patrono, & Magnifico Aduocato dicti Lucæ pleniſſime auditis, fuit prouiſum, & decretum ſtipendia pro tempore captiuitatis non deberi, ac proinde non eſſe locum petitis per dictum Alferium Lucam de Alcalà. Hoc ſuum, &c.

*In hac cauſa ſuam compoſuit deciſionem.* Dom. Præſ. Ganauer. *vt videre eſt in deciſ. 24. vide conſimilem determinationem ſub die 31. Auguſti 1658. & ſub die 27. menſis Maij, 1659.*

## DCXXII.

*Die 21. Iulij, 1638.*

SVper memoriali Excellentiſſimo Domino Proregi porrecto per Partitarios Regiarum Turrium, & ad Regiam Cameram remiſſo, vt prouideat.

Facta relatione in eadem Regia Camera per Dom. Militem D. Gomez de Carauz Præſidentem, & Commiſſarium coram Domino Locumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius, viſaque conſultatione Facta S. E. ſub die 2. Maij, 1635. per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod mandetur Regiæ generali Theſaurariæ, vt de pecunia quæ exigitur ex impoſitionibus Regiarum Turrium, nullatenus diſponat, ſed illam conſeruet in Archa ſeparata, provt conſeruatur pecunia, quæ exigitur ex impoſitiotionibus ſtratarum, & quod computum formetur ſeparatum, nec non fiant ordines generales Theſaurariis, & Perceptoribus Prouinciarum, vt pecuniam prædictam, quæ per ipſos venerit exigenda, nullo modo, nec pro quauis cauſa ad alios vſus expendant. Et hoc ſub pœnis per Regiam Cameram arbitrandis, &c. Hoc ſuum, &c.

## DCXXIII.

*Die 24. Ianuarij, 1641.*

SVper inſtantia facta per Vniuerſitatem Ciuitatis Puteolorum, vt cogantur ciues Neapolitani habitantes in dicta Ciuitate ad ſoluendum expenſas extraordinarias pro conſeruatione ſtratarum, pontium, fontium, & horologij, ac etiam pro elemoſina quæ datur Reuerendo P. Prædicatori, ac pariter ad contribuendum pro aliis expenſis, quæ erogantur pro cuſtodia ab incurſu inimicorum, provt alij Ciues Puteolani tenentur.

Facta de prædictis omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Militem vtriuſque Iuris Doctorem Ioan. Camillum Cacacium, eiuſdem Reg. Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium coram Spectabili Domino Locumtenente, ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod Ciues Neapolitani habitantes in Ciuitate Puteolorum pro tempore quo habitauerint, ſoluant dictæ Ciuitati annuos Carolenos quindecim pro expenſis extraordinariis. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

## DCXXIV.

*Die 1. Ianuarij, 1641.*

SVper inſtantia facta per Carolum, & Ioſeph de Luca, vt declaretur ipſos poſſe, & debere gaudere Ciuilitate Neapolitana vti originarios filios quondam Ioan.Bapt.de Luca, qui fuit conceptus in hac Ciuitate, quamuis alibi natus, ſic declaratus per Regiam Cameram, mediante decreto lato ſub die 11. Maij, 1595.

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Ioan. Camillum Cacacium Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium, ac facta de prædictis relatione in Regia Camera, coram Spectabili Locumtenente ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dicti Carolus, & Ioſeph de Luca gaudeant Ciuilitate Neapolitana in forma vti originarij filij quondam Ioan. Bapt. de Luca concepti in Ciuitate Neapolis. Hoc ſuum, &c.

## DCXXV.

*Die 31. Ianuarij, 1642.*

SVper inſtantia facta per Franciſcum Sanſeuerinum de Caſtrouillazo petentē declarari poſſe, ipſum vti Patrem 12. filiorum gaudere omnibus immunitatibus, & exemptionibus, quibus gaudent cæteri patres duodenario numero filiorum onuſti, quamuis vnus ex dictis eius duodecim filiis eſſet naturalis, ſed legitimatus.

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Antonium Caracciolum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, factaque de prædictis relatione in Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram facta magna diſcuſſione, conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictus Franciſcus Sanſeuerinus gaudeat in forma, vti pater onuſtus duodecim filiorum, non obſtante, quod alter ipſorum ſit naturalis, ex quo poſtea fuit legitimatus. Hoc ſuum, &c.

*Ad confirmationem vide aliud decretum latum ſub die 27. Iulij, 1621.*

## DCXXVI.

*Die 9. Iulij, 1642.*

VIſa inſtantia Franciſci Maicchi petentis declarari, poſſe ipſum, ac debere gaudere Ciuilitate Neapolitana vigore Regiæ Pragmaticæ, ex quo babet vxorem ortam in Ciuitate, & domum propriam, & habitat in ea, ſed fiſco opponente dictum Franciſcum non eſſe audiendum, ex quo domus, quam allegat habere in Ciuitate, fuit ab ipſo empta cum pacto de retrouendendo, quod poteſt per venditorem exerceri quandocumque ei placuerit & ſic remanere dictum Franciſcum ſine domo in ciuitate, & gaudere ciuilitate prædicta.

Factaque de prædictis relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Gregorium de Ganauerro eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem & Commiſſarium coram Domino Locumtenente, ac aliis Dominis Præſidentibus; per Regiam Cameram, facta longa diſcuſſione conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictus Franciſcus Maicchius gaudeat in forma, non obſtante pacto de retrouendendo appoſito in emptione dictæ domus. Hoc ſuum, &c.

## DCXXVII.

*Die 18. Auguſti, 1643.*

PEr Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Locumtenente, fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod Spectabiles Domini Regiam Cancellariam Regentes, & Præſidentes Regiæ Cameræ Summariæ tractentur immunes à iure ſigilli. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

Placet hic notare quod Domini Præſidentes Regiæ Cameræ, aliis nonnullis fruuntur prærogatiuis, & immunitatibus, de quibus in ſequentibus litteris Excellentiſſimo Domino tunc Proregi directis, quarum tenor eſt videlicet.

### *Excellentiſsimo Signore.*

*Poſt debitam commendatinem, hauemo riceuuto ordine di V. E. per mano del Magnifico Gironimo Inſauſti ſuo Secretario per lo quale ci comanda che li mandiamo vna relatione deſtinata delle Franchitie, che tieneno, e godeno li Magnifici Praſidenti di queſta Regia Camera; E per obedire à quanto V. E. ci comanda, li facemo relatione, come li detti Signori Praſidenti hanno la parte de' Emolumenti, che li Miniſtri pecuniarij pagano per le declaratorie, che ſi ſpedicono per la Regia Camara de loro conti, che ſi liquidano nel detto Supremo tribunale, che poſſono aſcendere à circa venti ſcuti l'anno per ciaſcheduno d'eſsi Signori Praſidenti; Sono franchi dell'adohi, ſi alcuno di eſsi poſſedeſſe boni feudali; ſono anco franchi del deritto della terzaria per lo ferro, che li biſogna per loro vſo; In tutte le Dohane, gabelle, e paſſi del Regno godeno immunità, e franchitia per tutte quelle caſe, che hanno di biſogno per vſo, & vitto de*

*de loro caſe, e fameglie; Per le robbe, che poſſedeno nelle terre del Regno, non pagano, ne contribuiſcono coſa alcuna per la bonatenenza; godeno ancora per la dignità antiqua del tribunale dodeci rotola di Zuccaro l'anno, che vagliano tre carlini lo rotolo, & ſei tomola di ſale per ciaſchedune di eſſi, che valeno circa quindeci grana il tumulo, & una corda di fieno di quello che ſi miete al mazzane per vſo di loro caſe, che con pagare da circa due docati che ci corrono di ſpeſa ne hanno da ſei ſome di fieno per ciaſcheduno, e queſto e tutto quello che hanno, & godeno li detti Signori Preſidenti, oltre la prouiſione ordinaria che la Regia Corte li paga, & in gratia di V. E. di continuo ci raccomandiamo.* Ex eadem Regia Camera Die 30. menſis Maij, 1550. Di V. E.

Deuotiſſimi ſeruitori.
Il Luocotenente & Præſidenti della Regia Camera.

Franciſcus Reuerterius M.C. Locumtenens.
Doctor Guerrera.
Paulus de Magnanis.
Marcellus Pignonus.
Ioan. Baptiſtam Ogeda.
Luxiar.
Pyrrus Antonius Saponus.
Ioan. Paulus Criſpus Magiſter Actor.
Notauit Nardus Antonius per taxatore.

## DCXXVIII.

*Die 15. Septembris, 1643.*

VIſo retroſcripto memoriali per Magnificum Militem V.I.D. Thomam de Franchis Regium Conſiliarium, & Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium, & de eis omnibus per eundem facta relatione in dicta Regia Camera coram Spectabili Regente Ferdinando Azcon P. M. C. & aliis Magnificis Præſidentibus ipſius fuit pre dictam Rgiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod de theſauro inueniendo fiant tres partes conſimiles, vna quarum ſit Regiæ Curiæ, alia detur, & conſignetur Domino Loci, & alia ſit reuelanti de eo quod prouenerit & liceat ipſi reuelani fodere, & fodi facere in retroſcripto loco concordato dicto Domino Loci, cum interuentu Scribæ cauſæ. Hoc ſuum, &c.

## DCXXIX.

*Die 29. Februarij, 1644.*

SVper memoriali porrecto per Dominum Lucium Caracciolum petentem ordinari Magnificis Gubernatoribus Arrendamenti ferri, vt ipſum Lucium tanquam Collateralem tractare deberent immunem pro duobus cantariis ferri, pro vſu, & replicantibus dictis Magnificis Gubernatoribus, hanc immunitatem nequaquam practicatam cum officialibus breuioris togæ.

Facta relatione in Regia Camera per Dom. Militem Fabricium Cenamum eiuſdem Reg. Cameræ Præſidentem coram Spectabili Dño Locumtenente, ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod dictus Dominus Lucius, vti de Conſilio Collaterali tractetur immunis à iure tertiariæ pro dictis duobus cantariis ferri pro eius vſu, oppoſitis, & replicatis per dictos Magnificos Gubernatores non obſtantibus. Hoc ſuum, &c.

## DCXXX.

*Die 17. Decembris, 1644.*

OCcaſione obitus Sereniſſimæ Dominæ Noſtræ Reginæ, cum acceſſiſſent omnia tribunalia ad Regium Palatium, vt cum Excellentiſſimo Domino Prorege doloris ſigna demonſtrarent, in ingreſſu Dominorum de Regia Camera, quia Magnifici Rationales, & Procurator fiſcalis eiuſdem ſupremi tribunalis, vna inſimul cũ Dominis Præſidentibus ingredi volebant; id ægreferentes Magnifici Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ inſtiterunt hoc Magnificis Rationalibus non licere, quia ſic ipſos Magnificos Iudices præcedebant, quare ſuborto dubio an Magnifici Rationales in ea functione præcedere poſſent Magnificos Iudices M. C. ſupremum Collaterale Conſilium reſpondit, in omnibus functionibus, in quibus Rationales aſſociantur Dominos Præſidentes, quia faciunt vnum corpus, illos præcedere Magnificos Iudices M. C. vnde per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, hoc notari ad futuram rei memoriam, &c.

## DCXXXI.

*Die 7. Februarij, 1645.*

SVper exequutione cap. nouarum inſtructionum de modo ſignificandi Regios Perceptores, Theſaurarios Prouinciarium pro reſiduis eorum adminiſtrationis.

Viſo tam dicto cap. quam aliis ſcripturis pro parte Regij fiſci productis, & ſignanter ordinato per Regiam Cameram ſub die 29. menſis Octobris 1640. tempore relationis bilancij computi Perceptoris Terræ Laboris anni 1639. ad relationem tunc quondam Magnifici Rationalis Porra per Dom. Militem V. I. D. Dom. Ioan. Camillum Cacace Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium, facta relatione Spectabili Regenti D. Ferdinando Aſcone Locumtenente dictæ Regiæ Cameræ, aliiſque

Digitized by Google

aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, auditiſque Domino Ioanne Baptiſta Piſanello fiſci Patrono, & Magnifico Iacobo Salerno fiſcali computorum, fuit, per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, pro exequutione Regij ordinis prædicti quod pro reſiduis, pro quibus tempore præſentationis computorum nullæ ſunt præſentatæ diligentiæ, expediantur ſignificatoriæ, prout eſſet debitum de bilancio; pro reſiduis verò, quorum ſunt præſentatæ diligentiæ, ſtatim diſcutiantur, recognitis ſcripturis, & actis ſuper hoc præſentatis, & ſi repertæ fuerint non ſufficientes, ſimiliter expediantur ſignificatoriæ contra dictos Miniſtros, prout de bilancio, ſi autem pro aliquibus partitis dictorũ reſiduorũ producuntur diligentiæ, quæ altiorẽ requirunt indaginem, non impediatur liquidatio, & declaratio computi, ſed expediantur ſignificatoriæ cum termino duorum menſium, intra quem debeat Miniſter procurare diſcuſſionem, quo elapſo, & diſcuſſione non facta, ſignificetur, prout de bilancio, quod etiam obſeruari debeat pro reſiduis à prædeceſſore ſucceſſori relictis poſt lapſum anni à die, quo ſucceſſori fuerunt conſignata, ſalua prouiſione facienda reſpectu reſiduorum in computis præſentatis, vel præſentandis, nondum elapſo anno, à die quo Miniſtro, qui computum præſentauit fuerunt ex prædeceſſore conſignata, quæ prouiſio fiat habita ratione perſonarum, temporis, & cauſarum, & aliorum, prout de iure, ac præſens decretum notificetur, tam omnibus Magnificis Rationalibus, qui ibidem debeant obſeruare in computorum relatione, & liquidatione, quam omnibus Perceptoribus, & Theſaureriis Prouinciarum, vt de illo notitiam habeant, & ſibi caueant præſentare vna cum computis pro reſiduis, diligentias ſufficientes, & debito modo factas, quæ vt legitime in futurum fiant, formentur capita, ſeu inſtructiones, tam prædictis Rationalibus, quam Perceptoribus, & Theſaurariis Prouinciarum. Hoc ſuum, &c.

## DCXXXII.

*Die 9. menſis Maij, 1646.*

IN cauſa vertente in Regia Camera inter Regium fiſcum ex vna, & hæredes quondam Conſiliarij D. Ferdinandi Mugnoz ſuper exequutione cuiuſdam ordinis ſuæ Catholicæ Maieſtatis dati Valentiæ ſub die primo Nouembris 1645. pro iuſtificatione dietarum liquidatarum per Regiam Cameram ad beneficium dicti quondam Regij Conſiliarij, & prætenſa reſtitutione ipſarum, vt ex actis.

Viſis actis per Dom. Præſidentem D. Gaſparem de Sobremonte, factaque per eundem de omnibus relatione in dicta Regia Camera, prouiſum, & decretum eſt, quod tam liquidatio, & certificatoriæ expeditæ per Regiam Cameram ſub die 21. menſis Aprilis 1644. quam liberatio expedita per Regium Officium Scribæ portionis ſub die ſeptima menſis Maij eiuſdẽ anni ac directa Regiæ Arcæ Militari pro ſolutione ſcutorum trium mille ducentum quinquaginta duorum in quibus aſcendit liquidatio prædicta ad complementum dictarum dietarum vacatarum debitæ exequutioni demandentur ſtãte quod non adſunt Pragmaticæ, nec ordines Suæ Catholicæ Maieſtatis ſtatuentes determinatum numerum famulorum, ſiue ſeruientium, quam officiales deputati ad exercẽdas commiſſiones pro fiſco ducere debeant, nec qualitas ipſorum reperitur declarata, ſi equeſtres, vel pedeſtres eſſe debeant, ſtante etiam quod ſemper officialibus prædictis deputatis pro exercitio dictarum commiſſionum, talis numerus famulorum, ſiue ſeruientium, fuit eis ſtatutus, qualis fuit Dominis ſuperioribus viſus neceſſarius pro exequutione earum ſecundum facti, & negotij qualitatem, & vrgentiam, prout ſic per ipſam Regiam Cameram fuit declaratum in liquidatione præfata, oppoſitis per Regium fiſcum non obſtantibus. Hoc ſuum, &c.

## DCXXXIII.

*Die 21. menſis Auguſti, 1646.*

SVper memoriali porrecto per Nicolaum Atteraſium Terræ Paſitani petentem ſibi concedi ſolitas, & conſuetas immunitates pro materialibus, cæteriſque inſtrumentis neceſſariis ad conſtructionem vnius nauis.

Viſa relatione facta per Franciſcum Triſtarolum vnum ex primis Magiſtris Regij Arſenalis, per quam conſtat de ſolita conceſſione immunitatum prædictarum.

Per Dom. Militem Fabricium Cenamum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem & negotij Commiſſarium, facta de his omnibus relatione in Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram conſenſu, prouiſum, & decretum, quod exequatur relatio prædicta, ac proinde expediantur prouiſiones iuxta ſolitum, &c.

## DCXXXIV.

*Die 13. Februarij, 1647.*

IN cauſa Antonij de Ariemma, cum Regio fiſco, & Vniuerſitate Terræ Sancti Erami ſuper immunitate, qua gaudere prætendit tanquam Pater onuſtus duodecim filiorum, quia habet quinque filios, & ſeptem nepotes ex duobus filiis viuis, qui nominantur Paulus, Dominicus,

Dominicus, Io.Baptiſta, Carolus, & Santa, & nepotes vocantur Franciſcus,Laurentius,Michael, Archangelus,Anna,Catherina, Magdalena,& Gratia de Ariemma, vt ex actis,&c.

Viſis actis per Dom. Militem Io. Iacobum Mercurium Præſidentem Reg.Cameræ Summariæ, & cauſæ Commiſſarium factaque de prædictis omnibus relatione in dicta Reg.Camera Illuſtriſſimo Dom. D. Didaco de Vceda eiuſdem Rugiæ Cameræ Locumtenente,aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius,fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur,& prouidetur,quod ſupradictus Antonius de Ariemma tanquam habens quinque filios, & ſeptem nepotes ex duobus filiis legitimis, & naturalibus,& omnes ad præſens viuentes, gaudeat, & ſimiliter gaudeant dicti eius filij, & nepotes, donec ſub eius patria, & auita poteſtate permanſerint, immunitate, & exemptione iurium fiſcalium ordinariorum, & extraordinariorum, & aliorum vectigalium,gabellarum, collectarum, datiorum, & impoſitionum, quæ per Vniuerſitates huius Regni, & ſignificanter per dictam Vniuerſitatẽ Sancti Erami imponuntur,nec non Arrendatores pro eius vſu, ſuæ domus, & familiæ, & non commercij cauſa, ſit etiam immunis ab omnibus dirictibus Dohanarum,fundicorum,& aliarum impoſitionum, & vectigalium, tam in Ciuitatibus, & Terris Domanialibus, quam Baronum in toto pręſenti Regno,provt & quemadmodum gaudent, gaudereque poſſunt, ſolent, & debent alij Patres duodecim filios legitimos, & naturales habentes.Hoc ſuum,& expediantur debitæ patentes in forma, &c.

## DCXXXV.

*Die 18. Iunij, 1649.*

PEr Regiam Cameram proponente Domino Præſidente Ioan. Bapt. Confalone conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod quando acta vnius negotij ſunt penes duos Actorum Magiſtros, ſiue Actuarios Regiæ Cameræ, & inter Partes litigantes contigerit controuerti apud quem ex d. Actuariis debeant vniri, hæc cognitio committatur decidenda per duos Actuarios Magiſtros, ſiuẽ Actuarios eiuſdem Regiæ Cameræ in negotio intereſſe non habentes,à quorum terminatione, ſi aliqua ex Partibus ſe grauatam ſenſerit, appellationem interponat coram Magnifico eiuſdem ſupremi Tribunalis Secretario,à quo cum primũ fuerit determinata,ſi altera ex Partibus adhuc ſe grauatam allegauerit, appellationem interponat coram Domino Præſidente Commiſſario.Hoc ſuum Regia Camera generale interponente decretum.

## DCXXXVI.

*Die 21. Iunij, 1649.*

IN cauſa N. cum Regio fiſco ſuborto dubio, an feudo ad Regiam Curiam deuoluto ob lineam finitam debeatur vita, & militia ſuper eodem feudo filio naturali, attenta etiam diſpoſitione defuncti patris feudatarij.

Viſis actis, ac de omnibus prædictis facta relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Ioan. Baptiſtam Confalonum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium coram Spectabili Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fiſco, & Partibus plenius auditis; per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur N. filio naturali quondam Illuſtr. N. non deberi vitam, & militiam ſuper feudis ad Reg.Curiam ob mortem Illuſtr.N.deuolutis Hoc ſuum Reg.Cam.interponẽte decrtum.&c.

## DCXXXVII.

*Die 18. menſis Nouembris, 1649.*

SVper immunitate gabellarum quoad victualia, quæ hucuſque gaudere ſoliti ſunt in præſenti Regno extra Ciuitatem Neapolis perſonæ Eccleſiaſticæ iuxta taxã olim factã per Reg.Camerã videlicet *Aciaſchuno Prete, ò Clerico con vno ſeruo, ò ſerua, ſeu Iacono loco famuli 25. tomola di grano l'anno, tre ſtara d'oglio, due botte di vino 30. rotola di caſo, 40. rotola di carne per ſalare, vno rotolo di carne freſca il giorno & non tenendo detto ſeruo, ò ſerua ſeu Iacono pro medietate dicta taxa*, vt in actis, &c.

Viſis actis, & inſtantia facta per Dom. fiſci Patronum in Reg. Camera per Spect. Regentem,& Præſidentem Reg.Cameræ Summariæ V.I.D.Io.Camillum Cacacium Commiſſarium, factaque per eundem de omnibus relatione in in d. Reg. Camera coram Spect.Dño D. Didaco de Vceda Locumtenente aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius ex cauſis diſcuſſis in eadem Reg.Camera,& habita cõſideratione ſtatus huius Regni præſenti tẽpore & tantæ immunitatis, qua gaudent Præsbiteri, & reliqui de clero huius Fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis, fuit generali decreto per d. Reg.Camerã conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, taxam ſupradictam antiquam reformandam eſſe ad infraſcriptam taxam videlicet *vn rotolo di pane il giorno per ciaſchuna perſona, vn rotolo di carne per ogni quattro perſone à paſto, ita che viene vn mero rotolo il di per ciaſchuna perſona; vna carafa di vino di taberna di Neapoli à paſto per ciaſchuna perſona, che ſono due Carrafe il di per perſona a 70. Carafe il barile, vno rotolo di peſce, e formagio confuſo per ogni quattro perſone à*

*paſto, ita che viene mezzo rotolo di peſce, & altro mezzo rotolo di formagio confuſo per ogni quattro perſone.* Quæ immunitas non eis concedatur in pecunia, ſed tantum in ipſis rebus comeſtibilibus, & proinde ita Regia Camera mandat idem obſeruari in toto Regno, vt immunitates hucuſque conceſſæ prædictis Præsbiteris, & clericis, ſoluantur iuxta prædictam nouam taxam & expediantur prouiſiones generales per totum Regnum, ac etiam prouiſiones particulares in quolibet contingenti caſu, non obſtante quacumque obſeruantia in contrarium hucuſque habita. Hoc ſuum, &c.

## DCXXXVIII.

*Die 18. Nouembris, 1649.*

SVper ſolutionibus gabellarũ, & aliarum ſolutionum fiſcalium faciendarum per Spectabiles Præſides Auditores & alios Miniſtros Prouinciales provt in actis.

Viſis actis per Spect. Regentem, & Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ V.I.D. Io. Camillum Cacacium Commiſſarium factaque per eundem de omnibus relatione in dicta Regia Camera coram Spectabili Dom. D. Didaco de Vgeda Locumtenente, aliiſque Dom. Præſidentibus ipſius, fuit per Cameram ipſam conſenſu, prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod expediantur ordines generales quod Spectabiles Præſides, Magnifici Auditores, & alij Miniſtri Prouinciales non ſint immunes à gabellis, & aliis ſolutionibus fiſcalibus, quibus gaudere prætendunt ex cauſa eorum officiorũ, niſi ſint ciues Neapolitani, vel ciues, qui in propria Patria ſoluant gabellas & vti tales non tanquam Regij Miniſtri gaudere poſſint immunitate ſolita talibus ciuibus conceſſa pro eorum, & familia illorum vſu tantum quæ immunitas nullo modo eis in pecunia concedatur, & expediantur ordines generales, & in contigentibus caſibus, etiam prouiſiones. Hoc ſuum, &c.

*Vide aliud decretum latum ſub die 1. Decembris, 1650.*

## DCXXXIX.

*Die 18. Nouembris, 1649.*

SVper immunitate prætenſa per Barones huius Regni pro fructibus feudalibus, qui colliguntur in eorum Terris, provt in actis, &c.

Viſis actis per Spectabilẽ Regentem, & Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ V. I. D. Io. Camillum Cacacium Commiſſarium, factaque per eundem de omnibus relatione in dicta Regia Camera, coram Spectabili Domino D. Didaco de Vceda Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram, viſa etiam inſtantia Domini fiſci Patroni conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & declaratur, quod expediantur ordines generales, quod liceat Baronibus huius Regni pro eorum vſu, & eorum familia eſſe immunes pro fructibus feudalibus, qui colliguntur in eorum Terris & non vltra pro ea tantum quantitate dictorum fructuum, qua indiguerint pro vſu eorum, & familia, ita tamen quod ſi fructus prædicti non aſcenderent ad dictam quantitatẽ non alia immunitas eis cõcedatur, verum non gaudeant immunitate prædicta niſi prius data notitia de quantitate bonorum, & fructuum, qui percipiuntur, & de numero eorum familia, & comparentibus in dicta Regia Camera prouidebitur de Iuſtitia. Hoc ſuum, &c.

## D C X L.

*Die 1. Februarij, 1650.*

CVm de ordine Excellentiſſimi Proregis eſſet iniunctum Regiæ Cameræ vt citaretur quidam feudatarius Principatus titulo decoratus, quia erat profugus, & non inueniebatur, ſic notitiam habens de ordinata eius citatione, fuit dubitatum quid agendum.

Per Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Locumtenente conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod dictus feudatarius citetur in loco feudi vbi reſidere ſolet, & vt eo magis actus iuſtificetur, citatio notificetur etiam Erario eiuſdem feudi. Hoc ſuum, &c.

*Vide ad confirmationem huius decreti, qua Ego dixi* lib. 2. mear. reſolut. cap. 43.

## D C X L I.

*Die 9. menſis Februarij, & 5. Martij, 1650.*

PRo recta adminiſtratione patrimonij Catholicæ Maieſtatis facta relatione in Regia Camera per Spectabile Dom. Regentem, & Præſidentem dictæ Regiæ Cameræ Io. Camillum Cacacium Superintendentem Regij Patrimonij, factaque maxima diſcuſſione, audito Domino Fiſci Patrono coram Spectabili Domino D. Didaco de Vceda Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, decreto generali per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum eſt. Primò omnes quantitates ex quibuſcunque impoſitionibus tam ordinariis, quam extraordinariis ſiue temporalibus, ſiue perpetuis, adhuc non exactas, quæ in futurum non fuerint exactæ intra annum quo ſolui debebant, quæ quantitates ſub appellatione reſiduorum dicuntur ſpectatuſſe,

Digitized by Google

uiſſe, & ſpectare, ac cum fuerit exactæ ſolui debebunt tantum in illis cauſis, pro quibus impoſitæ ſunt, nec poſſe in aliam cauſam expendi, ſeu ſolui abſque ſpeciali licentia Excellentiſſimi Domini Proregis, qui pro tempore fuerit, nec debent expediri prouiſiones per Regiam Cameram contra formam præſentis decreti, & ſi quæ aliter fuerint expeditæ illarum exequutio vſque ad alium ordinem eiuſdem Regiæ Cameræ ſuſpendatur; Secundo ſimiliter decretum eſt omnes quantitates non exactas ab Arrendatoribus, & Caratariis, eorumque fideiuſſoribus, aliiſque obligatis pro extaleo arrendamentorum iam completorum ſpectauiſſe, & ſpectare tantum ad creditores aſſignatarios dictorum arrendamentorum, nec pro alia cauſa eſſe expendendos, & ſi fortè reperiuntur prouiſiones in contrarium expeditæ, ſuſpendatur illarum executio vſque ad alium ordinem Regiæ Cameræ. Tertiò ſimiliter prouiſum eſt, bona intercepta in præſenti & in futurum intercipienda, vel illorum pretia etiam non adhuc exacta ex cauſa non ſoluti vectigalis, ſeu diri ctuum quorumcumque arrendamentorum ſpectare tantum ad creditores aſſignatarios dictorum arrẽdamentorum, nec pro alia cauſa eſſe expendenda, & ſi fortè reperiuntur prouiſiones in contrarium expeditæ, ſuſpendatur illarum exequutio vſque ad alium ordinem dictæ Regiæ Cameræ, alias verò pœnas vltra intercepta prædicta, vel illorum pretia ſpectare tantum ad Regium fiſcum; Quartò decretum eſt omnes quantitates reſiduas adhuc non exactas ex introitibus, & fructibus ſpectantibus ad Regiam Dohanam Menæ pecudum Apuleæ, non debere ſolui, niſi Partitariis Regiæ Curiæ, quibus ſpecialiter per Excellentiſſimum Dominum Proregem facta eſt aſſignatio, vel in futurum fieret de introitibus, & effectibus dictæ Regiæ Dohanæ, & in defectum creditoribus aſſignatariis annuorum introituum dictæ Regiæ Dohanæ, præuio tamen ordine Regiæ Cameræ, nec debere ſolui creditoribus Regiæ Curiæ ex alia cauſa, niſi de ſpeciali ordine Excellentiſſimi Domini Proregis huius Regni, qui pro tempore fuerit, neque contra formam præſentis generalis decreti debere per Reg. Cameram prouiſiones expediri, & ſi fortè fuerint expeditæ ſuſpendatur, illarum exequutio vſque ad alium ordinem Regiæ Cameræ; Quinto decretum, & ordinatum eſt, appellatione bonorum extraordinariorum non comprehendi reſiduas quantitates quaſcumque tàm prouenientes ex functionibus fiſcalibus ordinariis, & extraordinariis, & quibuſcumque aliis impoſitionibus tàm perpetuis, quam temporalibus impoſitis, vel imponendis ad beneficium Regiæ Curiæ, quam etiam debitas, & debendas ex cauſa extalei arrendamentorum cuiuſcunq; generis, neque ex interceptis dictorum Arrendamentorum ob non facta ſolutionem diri ctuum ad illos ſpectantium nec etiam comprehendi reſiduas quantitates non exactas ex introitibus vel effectibus Regiæ Dohanæ Menæ pecudum Apuleæ, neque debitas à Regio Generali Theſaurario, & pagatoribus ab eo deſtinatis, neque debentur, vel debebuntur ex cauſa extractionũ permiſſarum, ſeu pro diritibus tractarum conceſſarũ, neque comprehendi prouentas & prouenturas, ex bonis ſequeſtratis ad inſtantiam fiſci vti creditoris, niſi pro ea parte, quæ ex dictis introitibus, & fructibus fuerit cum effectu liberata Regiæ Curiæ, quæ tamen non dependeat ab aliquo ex ſupradictis exceptuatis; demum, nec etiam comprehendi omnes quantitates ſituatas Regiæ Theſaurariæ ex quacumque cauſa, & proinde omnes prouiſiones per Regiam Cameram expeditæ, & expediendæ, quod fiant ſolutiones de bonis extraordinariis non ſituatis, non debere ſuper dictis bonis exceptis vt ſupra, exequutioni demandari. Hoc ſuum, &c.

## DCXLII.

*Die 17. Februarij, 1650. & 26. Ianuarij, 1651.*

IN cauſa Pauli Beuil'acqua Caſalis Sancti Cipriani pertinentiarum Ciuitatis Auerſæ cum Regio Fiſco, Arrendatoribus Regiæ Dohanæ Neapolis, Plateæ Maioris, & Vniuerſitate dicti Caſalis ſuper immunitate, qua dictus Paulus gaudere prætendit vti pater onuſtus tredecim filiorum numero hoc eſt ſeptem filiorum, & ſex nepotum ex filio viuo.

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Thomam de Franchis Regium Conſiliarium, ac Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, ac de his facta per eundem relatione in Regia Camera coram Spectabili Domino Locumtenente aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius Partibus pleniſſimè auditis; Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Paulus Beuil'acqua Caſalis S. Cipriani pertinentiarum Ciuitatis Auerſæ gaudeat in forma, vt pater onuſtus duodecim filiorum numero, ex quo habet ſeptem filios, & ſex nepotes ex filio viuo, qui omnes ad præſens in vita exiſtunt. Hoc ſuum, &c.



Digitized by Google

## DCXLIII.

*Die 3. & 5. Martij, 1650.*

SVper inſtantia facta per Regium fiſcum pro recta ordinatione tam Quinternionũ, quam Cedularij Regiæ Cameræ circa ſucceſſores in feudis ob mortem anteceſſorum poſſeſſorum, facta relatione in Regia Camera per Spectabilem Dom. Regentem, & Præſidentem dictæ Regiæ Cameræ V. I. D. Ioan. Camillum Cacacium Commiſſarium Delegatum per Suam Catholicam Maieſtatem Cedularij præſentis Regni coram Spectab. Dom. D. Didaco de Vceda Locumtenentem aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino Aduocato Regij Patrimonij, Decreto generali per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum eſt primò, quod quotieſcumque in feudis ſucceditur per mortem alicuius feudatarij, in libris Quinternionum dictæ Regiæ Cameræ deſcribatur nomen, & cognomen illius immediati ſuccesſoris ex cauſa ſucceſſionis, ac gradus, quo erat defuncto coniunctus vna cum copia decreti præambuli, quo ille fuit declaratus hæres, vt ſucceſſor in feudalibus, quæ deſcriptio fieri debeat præcedente decreto Regiæ Cameræ, vel Domini Præſidentis Delegati Regij Cædularij, & non aliter. Secundò prouiſum eſt, quod ſuccedente morte alicuius feudatarij, quando per illius ſucceſſorem mors illa denunciatur Regiæ Cameræ pro facienda liquidatione Releuij debiti Regiæ Curiæ, teneatur Magiſter Actorum, cui præſentatur comparitio ſub pœna pro vna vice ducatorum quinquaginta, & pro ſecunda vice ſuſpenſionis ab officio per ſpatium vnius anni, ſtatim dare notitiam dictæ comparitionis, tam Domino fiſci Patrono, quam Magnifico Rationali Cædularij, qui videre debeat, ſi in dicto libro reperitur notatum nomen feudatarij defuncti, cui denuncians mortem intendit ſuccedere, quod ſi non reperitur notatum, debeat dictus Magnificus Rationalis Cedularij dare notam dictæ denunciationis, & diligentiæ factæ Domino fiſci Patrono, vt valeat proponere, quæ ſibi incumbunt pro indemnitate Regij fiſci. Tertiò prouiſum eſt quod facta prius liquidatione, & ſolutione Releuij nomen talis feudatarij ſucceſſoris deſcribatur in libro Cedularij, facta etiam prius illius deſcriptione in libris quinternionum, & non aliter, nec alio modo, &c. Quartò quoad refutationes feudorum, quæ in futurum fieri contigerit, quando præſentantur conſeruatori quinternionum Regiæ Curiæ, vt in eis regiſtrentur, prædictus Gubernator debeat ſtatim de illis dare notam, tam Magnifico Rationali Cedularij, quam Domino fiſci Patrono, cui ſi nihil in contrarium occurrerit, præuio decreto Domini Delegati dicti Cedularij, debeat deſcribi in dicto libro Cedularij, facta tamen prius deſcriptione in libris Quinternionum Quintò quod reſpectu alienationum, venditionum, permutationum, donationum, ſeu alio quouis modo trãſlationis feudorum, ſimiliter quando præſentantur ſcripturæ, ſiue Regij aſſenſus prædicto Conſeruatori Quinternionum ad finem eas deſcribendi, ſimiliter dictus Conſeruator dare debeat notam prædicto Magnifico Rationali Cedularij, ac etiam Domino fiſci Patrono, cui ſi nihil in contrarium occurrerit, præuia vt ſupra deſcriptione in dictis libris Quinternionum, ac decreto dicti Domini Delegati, prædictus Magnificus Rationalis debeat deſcribere in Cedulario dictas tranſlationes, & perſonas, quibus factæ fuerint pro indemnitate iurium Regij fiſci. Et ita quoad omnia prædicta capita, obſeruari debeat in futurum, ſalua prouiſione facienda reſpectu ſucceſſionum, & alienationum feudorum, quæ contigerint pro præterito. Hoc ſuum, &c.

## DCXLIV.

*Die 23. menſis Martij, 1650.*

SVper quantitatibus functionum fiſcalium, quæ exiguntur à Commiſſariis deſtinatis à creditoribus aſſignatariis, vel ad eorum inſtantiam diuidendis inter omnes aſſignatarios illarum Vniuerſitatum cum quibus exiguntur, &c. etiam pro recta exequutione Regiæ Pragmaticæ, facta de omnibus relatione in Regia Camera Summariæ per Spectab. Dominum Militem Regentem, & Præſidentem dictæ Regiæ Cameræ V. I. D. Ioannem Camillum Cacacium Commiſſarium coram Spectabi Domino D. Didaco de Vceda Locumtenente aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino Aduocato Regij Patrimonij, fuit per Cameram ipſam decreto generali conſenſu prouiſum, quod quantitates, quas Commiſſarij deſtinati à creditoribus aſſignatariis fiſcalium maioris Summæ exigunt ab Vniuerſitatibus huius Regni, ex cauſa fiſcalium non ſoluantur integrè dictis aſſignatariis maioris ſummæ, ſed diuidi debeant per æs, & liberam inter omnes aſſignatarios fiſcalium, etiam eos cum quibus tanquam aſſignatariis minoris ſummæ non fuerunt dicti Commiſſarij deſtinati, & ſimiliter prouiſum eſt, quod quando in Caſalibus à Regia Pragmatica permiſſis deſtinantur Commiſſarij à creditoribus aſſignatariis minoris ſummæ pro exactione dictorum fiſcalium, quantitates per illos exigendæ non ſoluantur integrè creditoribus aſſignatariis, à quibus, vel à quorum inſtantiam ſunt dicti Commiſſarij deſtinati, ſed ſolui, & diuidui debeant pes æs, & libram omnibus creditoribus aſſignatariis, etiam illis à quibus, vel

Digitized by Google

vel ad quorum inſtantiã prædicti Commiſſarij non fuerunt deſtinati, quod inuiolabiliter obſeruare debeant in futurum, & etiam de præſenti reſpectu earum quantitatum, quæ adhuc non reperiuntur ſolutæ dictis creditoribus aſſignatariis, à quibus, vel ad quorum inſtantiam fuerunt Commiſſarij deſtinati, ſed penes ipſos Commiſſarios reperiuntur. Hoc ſuum, &c.

## DCXLV.

*Die 20. menſis Maij, 1650.*

VIſo memoriali porrecto pro parte Magnificorum Magiſtrorum Actorum Reg.Cameræ, ac decreto dictæ Regiæ Cameræ generali lato ſub die 3. Martij 1650. factaque relatione in dicta Regia Camera coram Spectabili Domino D.Didaco de Vceda Locumtenente aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius per ſpectabilẽ Dom.Regentem,& Præſidentem dictæ Regiæ Cameræ V. I. D. Ioannem Camillum Cacacium Commiſſarium Delegatum, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur, quod quando contigerit fieri denunciationem mortis alicuius feudatarij in penultimo, vel vltimo die anni mortis feudatarij per Magiſtrum actorum, cui comparitio præſentabitur, fiat præſentata in capite comparitionis in forma ſolita; & nihilominus infra biduum poſt factam dictam præſentationem det notam ordinatam in dicto decreto generali tàm Domino Fiſci Patrono, quàm Magnifico Rationali Cedularij, iuxta formam præſcriptam in dicto decreto generali. Hoc ſuum, &c.

## DCXLVI.

*Die 9. Iunij, 1650.*

SVper memoriali porrecto pro parte Magnifici Didaci Spinoſa Gubernatoris, & Magnifici Ioann. Pauli Frances V.I.D.Iudicis Ciuitatis Oſtuni petentium declarari, ipſos vti Hiſpanos, in Regnis Hiſpaniarum natos, vna inſimul cum eorum familiis fore, & eſſe immunes à ſolutione gabellarum, ſicut, & provt ſunt immunes Neapolitani,non obſtante, quod Vniuerſitas dictæ Ciuitatis contrarium prætendat, quodque decretum generale loquatur de Neapolitanis tantum non autem de Hiſpanis.

Facta Relatione in Regia Camera per Domin. Militem V.I.D,Ioannem Comillum Cacacium, eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem & Commiſſarium coram Spectabili Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod dicti Magnifici Didacus, & Io.Paulus, cæterique Hiſpani omnes, in Regnis Hiſpaniarum nati, in gabellis pro eorum vſu, tractentur immunes, eo modo, & forma, provt tractantur Neapolitani. Hoc ſuum, Regia Camera generale interponente decretum, &c.

## DCLVII.

*Die 1. menſis Decembris, 1650.*

SVper ſolutionibus gabellarum, & aliarum ſolutionum fiſcalium faciendarũ per Spectabiles Præſides,Auditores, Capitaneos, Aſſeſſores, ſeu Iudices,Actuarios,& alios Miniſtros Curiarum Ciuitatum, Terrarum, & Caſalium totius huius Regni provt in actis.

Facta de his omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Militem V.I.D.Io. Camillum Cacacium Regiæ Cameræ Præſidentem, coram ſpectabili Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod decretum latum per Regiam Cameram ſub die 18. Nouembris, 1649. per quod fuit prouiſum, quod Spectabiles Præſides, Magnifici Auditores, aliique Miniſtri Prouinciales non ſint immunes à gabellis, & aliis ſolutionibus fiſcalibus, quibus gaudere prætendunt ex cauſa eorum officiorũ, niſi ſint Ciues Neapolitani vel Ciues aliarum Vniuerſitatum, qui in propria patria ſoluant Gabellas, & vti tales, non tanquam Regij Miniſtri gaudeant immunitate ſolita,talibus Ciuibus conceſſa pro eorum, & familia illorum vſu tantum, quæ immunitas nullo modo eis in pecunia concedatur, & expediantur ordines generales,& in contingentibus caſibus etiam prouiſiones, decretum prædictum generale iuxta ſui ſeriem, continentiam, & tenorem, obſeruetur etiam reſpectu Capitaneorum Aſſeſſorum, ſeu Iudicum, Actuariorum, & aliorum Miniſtrorum Curiarum vniuſcuiuſque Ciuitatis,Terræ, & Caſalis totius huius Regni, itavt prædicti non ſint immunes,niſi ſint Ciues Neapolitani, vel Ciues, qui in propria patria ſoluant gabellas. Hoc ſuum, &c.

## DCXLVIII.

*Die 28. Ianuarij, 1651.*

SVper inſtantia facta per Vniuerſitatem Terræ Capurſij contra Vniuerſitatem Ciuitatis Bari,vt cogatur D.Franciſcus Mattheus de Adamo eius Ciuis in dicta Terra Capurſij ad contribuendum cum ipſa in omnibus fun-



Digitized by Google

ctionibus fiſcalibus, vt cæteri ciues ex quo filius eſt & ſucceſſor in omnibus bonis quondam Lucij de Adamo eius patris; focularis numerati in dicta Terra Capurſij, in qua dictus Lucius pater non reliquit alium ſucceſſorem, qui ſuſtineat onus eius focularis, niſi d.Franciſcus Mattheus filius, & hæres; & è contra prætendente Vniuerſitate dictæ Ciuitatis Bari fore, & eſſe cogendum dictum Doctorem Franciſcum Mattheum ad contribuendum cum ipſa, ex quo fuit ille aggregatus ciuis in dicta Ciuitate Bari, & ad illam domicilium tranſtulit.

Viſis memorialibus porrectis tam per Vniuerſitatem Ciuitatis Bari, quam per dictum Mattheum Franciſcum de Adamo, reclamantes etiam per viam reſtitutionis in integrum à decreto lato per Regiam Cameram ſub die primo Decembris 1650. viſiſque actis omnibus per Dom. Militem V.I.D. Vincentium de Andrea Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, ac de his facta per eundem relatione in eadem Regia Camera coram Spectabili Domino Locumtenente ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius, Partibus pleniſſimè auditis, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, bene fuiſſe, & eſſe prouiſum per ipſam Regiam Cameram per decretum latum ſub die prima Decembris, 1650. per quod fuit prouiſum, quod remittatur cauſa ad Curiam Terræ Capurſij quę exequatur decretum per ipſam latum ſub die tertio Decembris, 1649. quod dictus Franciſcus Mattheus ſoluat, & contribuat in dicta Terra Capurſij, prout cæteri ciues, non obſtantibus prouiſionibus per Regiam Cameram expeditis, ad fauorem dicti Franciſci Matthei, ac proinde non eſſe deferendum reſtitutioni in integrum petitæ per Vniuerſitatem Ciuitatis Bari ſub die 13. Decembris proximi præteriti. Hoc ſuum, &c.

## DCXLIX.

*Die 1. Februarij, 1651.*

Viſo memoriali porrecto per Don Franciſcum Franzeſium Sacerdotem Ciuitatis Sarni aſſerentem, quod cum ſolus inhabitet in eius domo de franchitia farinæ, qua vti clericus gaudet, certa quantitas ei ſupereſt, quod proinde petit declarari eidem licere, & licitum eſſe ſuperfluum illud dare alicui perſonæ eidem inſeruienti, quamuis, extra domum inhabitet.

Facta de his relatione in Regia Camera per Dom. Militem V.I.D. Vincentium de Andrea, Regiæ Cameræ Summariæ Prædentem, & Commiſſarium coram Spectab. Dom. Locumtenente, aliiſque Dominis Pręſidentibus ipſius per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & generaliter decretum, prout præſenti decreto decernitur, & generaliter prouidetur, non eſſe locum immunitati pro famulo inhabitanti iuxta domum clerici. Hoc ſuum, &c.

## DCL.

*Die 27. Februarij, 1651.*

In cauſa reclamationis interpoſitæ pro parte Vniuerſitatis Nuceriæ Paganorum ſe grauantis à decreto domi interpoſito per Dom. cauſæ Commiſſarium ſub die 28. Decembris, 1650. per quod fuit prouiſum, quod Dominus Fredericus Villanus infra dies ſex præciſè, & peremptorie ſoluat ad beneficium Regiæ Curiæ releuium ipſi debitum ob mortem quondam Cæſaris ſui patris pro territorio ſubfeudali nominato delli Pizzoni ſito in pertin. dictæ Ciuitatis, oppoſitis per ipſum in ſua comparitione in actis præſentata non obſtantibus, alias ipſo termino elapſo prouidetur quod contra ipſum exequatur etiam pro duplo, & nihilominus ad omnem inſtantiam, & requiſitionem prædicti Doctoris Frederici Villani expediantur prouiſiones quod de prædicto territorio & eius fructibus, ex quo ſunt bona ſubfeudalia tractetur immunis cum dicta Vniuerſitate Nuceriæ ab omni onere ſolutionis collectarum, replicatis per ipſam Vniuerſitatem non obſtantibus.

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Ioan. Bapt. Confalonum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, ac de his omnibus facta relatione in Regia Camera coram Spect. Domino Locumtenente, ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius, Partibus pleniſſimè auditis; Per Regiam Cameram conſenſu, fuit prouiſum, & decretum prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur benè fuiſſe, & eſſe prouiſum per decretum prædictum latum per Dom. cauſæ Commiſſarium ſub dicto die 23. Decembris, 1650. ac proinde expediantur prouiſiones quod dictus Doctor Fredericus Villanus poſſeſſor ſubfeudi, in actis deducti, tractetur immunis à ſolutione collectarum, donec aliter fuerit prouiſum ſi Vniuerſitas dictæ Ciuitatis Nuceriæ aliud deduxerit vltra hucuſque deducta. Hoc ſuum, &c.

## DCLI.

*Die 31. Martij, 1651.*

Super memoriali porrecto pro parte Vniuerſitatis Terrę Montis Auri petentis mandari, Neapolitanos, qui emerunt annuos introitus ab ipſa Vniuerſitate, vt pro dictis annuis in-

troitibus eidem Vniuerſitati ſoluant bonatenentiam, & hoc pro exequutione Regiæ Pragmaticæ nouiſſimè promulgatæ.

Factaque relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Vincentium de Andrea, eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium coram Spectab. Domino Locumtenente aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius; Viſo tenore Regiæ Pragmaticæ emanatæ ſub die 5. Septembris, anni proximè præteriti 1650. viſoque reſcripto tunc Illuſtriſſimi Domini Proregis ſub die 22. Martij, 1633. per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Vniuerſitas prædicta Terræ Montis Auri ſoluat annuos introitus venditos Neapolitanis, ad rationem ſcutorum quinque pro quolibet centenario, ſeruata forma ſupradictæ Regiæ Pragmaticæ, abſque tamen deductione bonatenentiæ. Hoc ſuum, &c.

*Pragmatica hic citata eſt 18. ſub tit. de admin. vniuers.*

## DCLII.

*Die 19. Aprilis, 1651.*

DE mane in prima Aula Regiæ Cameræ coram Illuſtr. Domino D. Didaco de Vçeda Locumtenente dictæ Regiæ Cameræ, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius audito Domino Fiſci Patrono; factaque relatione per Magnificum Franciſcum Caraſſa Rationalem eiuſdem Regiæ Cameræ taxarum faciendarum, Portulaniarum Siclæ ponderum, & menſurarum primarum, & ſecundarum cauſarum ciuilium criminalium, & mixtarum, catapaniarum, baiulationum, & officiorum Magiſtri actorum, venditarum, & venditorum per Regiam Curiam in feudum, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, quod in effectu taxentur iuxta alias prouiſum per dictam Regiam Cameram, hoc eſt Portulaniæ Terrarum, vbi reperiuntur releuia præſentata ob mortem propriorum Dominorum ſucceſſorum ipſarum, qui emerunt eas, aut dominorum, qui emerunt à primis emptoribus, accipiendo vltimum releuium, & ſuper introitibus denunciatis formetur taxa ad rationem ſcutorum 26.$\frac{1}{4}$ pro quolibet centenario redituum, & pro illis Portulaniis vbi non adſunt releuia, formetur taxa ad rationem focu1ariorum eodem modo, quo fuerunt taxatæ Portulaniæ Vniuerſitatibus iuxta decretum Regiæ Cameræ anni 1692. idem pro baiulationibus ad rationem ſcutorum 30. pro quolibet centenario redituum, ſeruata forma taxarum cedularij, & vbi non adeſt denunciatio introituum in Releuiis, calculetur iuxta prætium emptionis ipſarum ad dictam rationem ſcutorum 30. per centum redituum, & eodem modo pro officiis Magiſtri actorum, ſalua prouiſione facienda pro iuriſdictione primarum, & ſecundarum cauſarum ſiclæ, ponderum, & menſurarum, & catapaniarum, &c.

## DCLIII.

*Die 2. Maij, 1651.*

SVper inſtantia facta per Magnificos Gubernatores Arrendamenti Regiæ Dohanæ Neapolis, ad hoc vt mandetur Magnificis Gubernatoribus Regiarum Dohanarum Apuleæ, ne exigant, nec exigere permittant diriƈtus pro bonis, quę deſtinate ſunt aſportari ad hanc fideliſſimam Ciuitatem.

Viſis actis per Dom. Militem V. I. D. Iacobum Capicium Galeota Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, ac de his facta relatione in Regia Camera, coram Spect. Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, quod Magnifici Gubernatores Regiarum Dohanarum Apuleæ nullatenus exigant, nec exigere præſumant, aut permittant diriƈtus pro bonis, quæ aſportari deſtinata ſunt ad hanc fideliſſimam Ciuitatem, ſed ſolum eorumdem bonorum conductores cogant ad fideiuſſionem præſtandam aſportandi, & ducendi bona prædicta ad Regiam Dohanam huius Ciuitatis. Inſuper prouiſum, & decretum eſt, quod reſpectu arrendamenti Regiæ Dohanæ huius Ciuitatis renouentur prouiſiones directę Officialibus Regiarum Dohanarum, & aliarum ipſis annexarum pro exactione diriƈtuum pro bonis, quæ immittuntur ab extra Regnum in dictis Dohanis, & in feriis eiuſdem iuriſdictionis, non obſtantibus expeditionibus, & extractionibus factis per Officiales Regiarum Dohanarum Apuleæ Terræ Hidrunti, & Calabriæ. Hoc ſuum, &c.

## DCLIV.

*Die 16. Septembris, 1651.*

SVper inſtantia facta in Reg. Camera Summariæ pro parte Vniuerſitatis Ciuitatis Sulmonis petentis quod omnes mercatores Veneti Mediolanenſes & alij exteri habitantes in dicta Ciutate ſoluant cum Ciuitate prædicta vt cæteri ciues, vt in actis, &c.

Facta de prædictis omnibus relatione S. E. in Regio Collaterali Conſilio per Regiam Cameram Summariæ, referente Domino Præſidente V. I. D. Iacobo Capicio Galeota ſub die veneris 15. inſtantis, fuit per dictam Regiam Cameram, accedente quoque voto Spectabilium

Digitized by Google

ctabilium DD. Regiam Cancellariam Regentium conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Mediolanenſes, & alij exteri huius Regni habitantes in Ciuitate Sulmonis ſoluant vt alij ciues omnia onera vniuerſalia;& ſignanter ius prohibendi, pro confecturis, & hoc pro exequutione decretorum Regię Cameræ, Hoc ſuum, &c.

*Vide omnino aliud decretum ſub die 30. Maij, 1582. ſumma cum circuſpectione prolatum quod eſt 435.*

## D C L V.

*Die 26. Septembris, 1651.*

PEr Regiã Camerã Summariæ, proponente Domino Locumtenente, fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti generali decreto decernitur, & prouidetur, quod expediantur ordines generales directi Tribunalibus Regiarum Audientiarum, vt ab hodie in antea, & in futurum dictæ vacatæ pro ſeruitio Regij fiſci per Magnificos Auditores, & alios officiales Regiarum Audientiarum nullatenus liquidentur in dictis Tribunalibus Regiarum Audientiarum; ſed in hac Regia Camera, & hoc etiam pro exequutione ordinum Suæ Catholicæ Maieſtatis. Hoc ſuum, &c.

## D C L V I.

*Die 26. & 30. menſis Octobris, 1651.*

SVper inſtantia facta per Regium Fiſcum petentem, & inſtantem, ciues Neapolitanos vigore Regiæ Pragmaticæ declaratos per Regiam Cameram, non debere gaudere, neque tractari vti alios Neapolitanos ortos, originarios, & conceptos in prædicta Ciuitate pro eorum annuis introitibus, quos poſſident iuxta prouiſum in noua ſituatione, ex cauſis in dicta eius inſtantia contentis, ac proinde ratam in dicta noua ſituatione ordinatam, & per eos virtute eorum priuilegiorum gauiſam aſſignari debere Regiæ Curiæ à dicto die 1. Septembris, 1648. in antea, quo die incipit dicta noua ſituatio,& alias, &c.

Facta de prædictis omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Militem Hyacinthum Barracanum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Realis Patrimonij Suæ Maieſtatis Commiſſarium, coram Spectab. Dom. D. Didaco de Vceda Locumtenente dictę Regiæ Cameræ, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius audito Domino fiſci Patrono, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum,& decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Ciues Neapolitani vigore Regiæ Pragmaticæ declarati per Regiam Cameram virtute eorum priuilegiorum, vti tales non gaudeant, nec tractentur neque gaudere, & tractari debeant, provt præſenti decreto minimè tractari, neque gaudere mandatur, vti alij Ciues Neapolitani orti, vel originarij, ſiue in hac Ciuitate Neapolis concepti in noua ſituatione fiſcalium à 1. Septembris, 1648. in antea pro eorum annuis introitibus, quos poſſident in Prouinciis huius Regni, ac proinde rata eis bonificata vti talibus ciuibus aſſignetur, provt præſenti decreto aſſignari mandatur Regiæ Curiæ à prædicto die 1. Septembris, 1648. in antea, & expediantur prouiſiones. Hoc ſuum, &c.

## D C L V I I.

*Die 26. Octobris, 1651.*

CVm nonnulli Ciues Terrarum Regni, & ſignanter huius Prouinciæ Terræ laboris tenentes vxores grauidas, illas ad hanc ciuitatem ducant, cauſa hîc pariendi, & hoc ad effectum, vt poſt partum, qui in ciuitate orti ſunt gaudere poſſint ciuilitate Neapolitana, conquerentibus Vniuerſitatibus Terrarum id fieri in fraudem, quæ ſatis probatur, ex quo partu ſequuto, parentes ad propriam patria recedunt, dubitatum fuit quid agendum.

Factaque de his relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Ioannem Camillum Cacacium Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, ac Regentem electum apud ſuam Maieſtatem in ſupremo Italico Conſilio, coram Spectabili Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum,& decretum, provt præſenti generali decreto decernitur, & prouidetur, quod ſeruata forma aliorum antiquorum decretorum Regiæ Cameræ, illi, qui nati ſunt in hac Ciuitate ex mulieribus, quæ ductæ ſunt ab eorum viris ad eandem Ciuitatem cauſa ibi pariendi, provt pepererunt, & demum poſt partum reuerſæ ſunt ad proprias patrias, nullatenus gaudeant, nec gaudere poſſint Ciuilitate Neapolitana; ſed vti prorſus exteri reputentur, ac ſi in hac Ciuitate nati non eſſent. Hoc ſuum Regia Camera generale interponente decretum.

## D C L V I I I.

*Die 20. Nouembris, 1651.*

SVborto dubio in Regia Camera, an vxor relicta quondam Tiberij Perezzo Caſalis Iuliani, eiuſque filij durante viduitate gaudere poſſint immunitate in gabellis, qua dictus Tiberius fruebatur, vti miles Locumtenens cohortis grauis Armaturæ.

Per Regiam Cameram Summariæ proponente Domino Locumtenente, conſenſu fuit prouiſum,

Digitized by Google

prouiſum & generaliter decretum, provt decernitur & prouidetur, quod viduæ militum nullatenus gaudeant, nec gaudere poſſint immunitate in gabellis, qua Milites eorum viri gaudebant, ac proinde teneri illas, mortuis viris, ad contribuendum in gabellis, & collectis, vt alij ciues tenentur, non obſtante, quod in viduitate permanſerint. Hoc ſuum Regia Camera generale interponente decretum, &c.

## DCLIX.

*Die 24. Nouembris, 1651. in Regio Collaterali Conſilio, & die 29 eiuſdem in Regia Camera.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Milites Cohortis de numero tercentum Straticotæ, & nonnullas Vniuerſitates huius Regni Neapolis ſuper immunitate, qua gaudere prætendunt ſicut cæteri Milites ordinarij grauis armaturæ, vt in actis, &c.

Factaque de prædictis omnibus relatione in Regio Collaterali Conſilio per Regiam Cameram Summariæ referente Domino V.I.D. Dom. Iacobo Capicio Galeota, eiuſdem Regiæ Cameræ, & negotij Commiſſario fuit prouiſum, & decretum, quod milites cohortis numero trecentum Straticotæ teneantur ad ſolutionem iurium fiſcalium ordinariorum tantum, quocunque modo, & forma exigantur per Vniuerſitates, ſiue per gabellas, ſiue aliter. Item teneantur vti bonatenentes, & ad debita contracta, ſeruata forma decretorum Regiæ Cameræ; à cæteris verò impoſitionibus extraordinariis, hoſpitiis, & contributionibus, ſeruentur immunes, & expediantur certificatoriæ, & ordines neceſſarij. Hoc ſuum, &c.

## DCLX.

*Die 31. Ianuarij, 1652.*

CVm Illuſtriſſ. Dom. Comez de Garauz Marchio Caſalicchi Regię Cameræ Summariæ Præſidens Laicus à ſua Cathalica Maieſtate eſſet electus Præſes & Gubernator Prouinciarum Capitanatæ, & Comitatus Molitij, ſubortum fuit dubium in Regia Camera, an duplex ſalarium conſequi poſſit, illud nimirum Præſidentis Regiæ Cameræ & aliud Præſidis, & Gubernatoris dictarum Prouinciarum, vel vnum tantum, ſtantibus geminatis ordinibus ſuæ Catholicæ Maieſtatis prohibentibus, vt duplex ſalarium vni præſtetur.

Per Regiam Cameram proponente Domino Locumtenente conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur prędicto Illuſtriſſ. Marchioni Caſalicchi duplex ſalarium deberi, alterum Præſidentis Regiæ Cameræ, aliud Præſidis, & Gubernatoris dictarum Prouinciarum, ex quo litteræ ſuæ Catholicæ Maieſtatis eiuſque Regalis mens hunc caſum comprehendere non poſſunt. Hoc ſuum, &c.

## DCLXI.

*Die 1. Februarij, 1652.*

SVper inſtantia facta in Reg. Camera Summariæ per V.I.D. Flauium de Monica, petentem tractari vti Neapolitanum vigore Regiæ Pragmaticæ ſeruata forma eius priuilegij, provt fuit per Reg. Iunctam fiſcalium tractatum, & reuocari prouiſiones in contrarium expeditas per Regiam Cameram virtute quarum fuerunt minorata eius fiſcalia quæ tenet in Prouinciis Principatus Citra, & Vltra, prætextu, quod non debet tractari vti Neapolitanus ipſo inaudito, & reintegrari ad eius beneficium ratam deductam dictorum fiſcalium à primo Septembris, 1648. in antea, & alias vt in actis &c.

Viſis actis per Dom. Militem Hyacinthum Barracanum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & præſentis negotij Commiſſarium, factaque de prædictis omnibus relatione in d. Regia Camera coram Spect. Domino D. Didaco de Vceda eiuſdem Regiæ Cameræ Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino fiſci Patrono; Fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ſtante longiſſima notoria, & continua habitatione in hac Ciuitate Neapolis dicti Doctoris Flauij de Monica in eius propria domo, & familia, gaudeat ciuilitate Neapolitana vigore Regiæ Pragmaticæ virtute eius priuilegij, firmo remanente decreto generali lato ſub die 26. & 30. menſis Octobris, 1651. reſpectu aliorum. Hoc ſuum, & expediantur prouiſiones.

## DCLXII.

*Die 26. Aprilis, 1652.*

SVper controuerſia excitata in Regia Camera circa exactionem, & liquidationem bonatenentiæ faciendam per Vniuerſitates huius Regni.

Facta relatione in Reg. Camera Summariæ per Dom. Militem V.I.D. Io. Baptiſtam Piſanellum d. Reg. Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium, fuit per dictam Reg. Cameram conſenſu prouiſum, & decretum provt infra.

Primo quod anno quolibet fiat cataſtum iuxta Reg. Pragmaticam primam de appretio,

& inſtructiones Regiæ Cameræ, præcipuè habita ratione de reditu bonorum appretiandorum, ac etiam valoris, & proprietatis illorum, provt conueniens fuerit, & iuxta dictum cataſtum, ſoluatur bonatenentia.

Secundo quod ſi aliqua Vniuerſitas conſueuerit facere cataſtuũ, aliter quam diſpoſitum eſt per ſupradictam Regiam Pragmaticã, & inſtructiones Regiæ Cameræ, & talis obſeruantia fuit continuata per annos decem continuos, permittatur continuatio dictæ conſuetudinis in futurum, & ad illam rationem ſoluatur bonatenentia.

Tertio quod in prouiſionibus expediendis pro ſolutione dictæ bonatenentiæ pro bonis accataſtandis, quæ non ſunt annui introitus, ponatur clauſula, quod facta ſemel taxa variari non debeat ſolutio quouſque fiat nouum cataſtum, quod fieri debeat iuxta dictam Reg. Pragmaticam primam de appretio anno quolibet in menſe Maij, verum non impediatur reuiſio appretij, quando aliquis ab eo ſenſerit ſe grauatum, ſoluendo interim iuxta cataſtum, provt ordinariè expediuntur prouiſiones à Regia Camera.

Quarto quoad bonatenentiam pro annuis introitibus venditis creditoribus Inſtrumentariis, ſi dicti creditores ſunt ciues, dicti annui introitus ponantur in cataſto per collectas, & non per bonatenentiam, & ſi ſunt exteri ſicuti per prius, quando correſpondebatur ad rationem ducatorum ſeptem pro centenario, erat permiſſum Vniuerſitatibus retinere ducatos duos de dictis ducatis ſeptem pro bonatenentia ſtante diminutione dictorum introituum facta per Regiam Pragmaticam emanatam per Illuſtriſſ. Dom. Beltranum de Gueuara, liceat Vniuerſitatibus retinere tantum Carolenos quatuordecim, gran. tres, & tertium vnum grani de dictis ducatis quinque pro bonatenentia. Hoc ſuum, &c.

## DCLXIII.

*Die 7. menſis Februarij, 1653.*

SVper memoriali Excellentiſſimo Domino Proregi porrecto per Capitaneos Franciſcum de Oruè, & D. Antonium Ximenes de Oruiedo petentes vti Hiſpanos intrattenidos pro ſeruitio ſuæ Maieſtatis non moleſtari ab Vniuerſitate Terræ Tauiani, Prouinciæ Hydruntinæ ad ſolutionem bonatenentiæ pro annuis introitibus, quos poſſident cum eadem Vniuerſitate, & hoc quia vti Hiſpani debent reputari, & tractari tanquam Neapolitani, omnibuſque priuilegiis gaudere, quibus gaudent orti in Ciuitate Neapolis, non obſtantibus prouiſionibus per Regiam Cameram ad fauorem Vniuerſitatis prædictæ expeditis, in calce cuius memorialis per ſuam Excellam fuit ordinatum, quod Regia Camera ſupra ſupplicatis prouideat, provt ex actis &c.

Viſis actis omnibus per Dom. Militem V.I. D. Io. Camillum Cacacium Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, factaque per eundem de omnibus relatione in dicta Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum fuit provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dicti Capitanei Franciſcus de Oruè, & D. Antonius Ximenes de Oruiedo gaudeant, & expediantur prouiſiones in forma, prouiſionibus ad fauorem dictæ Vniuerſitatis expeditis non obſtantibus. Hoc ſuum, &c.

*Nota quod Neapolitani pro annuis introitibus, quos poſſident cum Vniuerſitatibus Regni, ſiue cum eorum particularibus onus bonatenentiæ non ſubeunt, ſecus verò pro bonis ſtabilibus, pro quibus ſemper iura fiſcalia ſoluerunt tanquam bonatenentes; videatur* Dom. Reg. Rouit *in pragm. 14. de immunit. Neapolitan.*

## DCLXIV.

*Die 18. Februarij, 1653.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Regium Conſiliarum Franciſcũ Antonium Muſcettula cum Regio Fiſco, Magnificis Gubernatoribus Regię Dohanæ Neapolis, & Plateæ Maioris ſuper immunitate, qua gaudere prætendit tanquam Pater onuſtus duodecim filiorum numero, ex quo habet ſex filios, & ſex nepotes ex eius filio primogenito, & alias, vt in actis.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Don. Io. Lopez de Baiulo Reg. Cameræ Summariæ Pręſidentem & Commiſſarium, & facta de prædictis omnibus relatione in dicta Reg. Camera coram Spectab. Milite V. I. D. Ioanne Camillo Cacacio Præſidente d. Regiæ Cameræ & ad præſens pro M.C. aliiſque Dominis Pręſidentibus ipſius, audito Domino Fiſci Patrono, fuit per d. Reg. Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod ſupradictus Regius Conſiliarius Franciſcus Antonius Muſcettula tanquam habens ſex filios, & ſex nepotes ex eius filio primogenito, omnes ad pręſens viuentes, gaudeat, & ſimiliter gaudeant prædicti eius filij, & nepotes donec ſub eius patria, & auita poteſtate permanſerint immunitate & exemptione iurium fiſcalium ordinariorum, & extraordinariorum, & aliorum vectigalium, gabellarum Collectarum, datiorum, & impoſitionum, quæ per Vniuerſitates huius Regni imponuntur, nec non pro eorum vſu & non comercij cauſa ſint immunes ab omnibus diricibus Regiarum Dohanarum,

Digitized by Google

hanarum, fundicorum, & aliorum quorumcumque vectigalium, & impoſitionum tàm Regiorum, quàm Baronum, tam in hac ciuitate Neapolis, quam in omnibus aliis terris, caſtris, & locis huius Regni, provt, & quemadmodum gaudent, gaudere que ſolent, & debent alij Patres duodecim filios legitimos, & naturales habentes. Hoc ſuum, & debitæ patentes expediantur in forma &c.

## D C L X V.

*Die 15. menſis Maij, 1653.*

PEr Spectabilem Dom. V. I. D. Ioannem Camillum Cacacium olim Regentem electum per Sacram Catholicam Maieſtatem in Supremo Conſilio Italiæ, Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & Commiſſarium Delegatum cædularij fuerunt propoſita infraſcripta puncta generalia decidenda per Regiam Cameram, quorum determinatio habeat vim decreti generalis.

Primo an deuoluto feudo Regiæ Curiæ ob lineam finitam, vel culpam feudatarij, debeant etiam reſolui conceſſiones factæ ſubfeudatariis tenentibus feuda ſub Barone, vel à Barone tanquam reſoluto iure datoris, ſit etiam reſolutum ius acceptoris.

Fuit reſolutum negatiuè, tales Inueſtituras non eſſe reſolutas, ſed adhuc perſiſtere, ſiquidem illa regula, *reſoluto iure datoris, ſic eſt ius acceptoris reſolutum*, procedit quando conceſſiones factæ ſunt abſque aſſenſu Regio, ac prædictæ conceſſiones ſunt cum aſſenſu; ſiquidem tales conceſſiones ſunt in duplici diſcrimine quædam ſunt feuda quaternata, ſecundum quid, quæ tenentur à Rege, ſed ſub Barone, & in iſtis adeſt Regius aſſenſus, qui requiritur in conceſſionibus, & alienationibus, quæ de illis fiunt; quædam tenentur tantum à Barone, & iſta dicuntur feuda plana, ſiue ſint militaria, ſiue ruſtica, & iſta ſunt ea, quæ dicuntur excadentia, nempè ſolita concedi, quæ per conſtitutionem Regni, *conſtitutionem Diuæ memoriæ*, permiſſum eſt Baronibus concedi poſſe & ſic adeſt aſſenſus legis, qui eſt loco aſſenſus Domini, verum ſi prædictæ conceſſiones, ſeu ſubinfeudationes factæ fuerunt de Rebus non ſolitis concedi, tunc ſunt ipſo iure nullæ ab initio, etiam viuente Barone.

Secundo an reſoluantur ſubinfeudationes factæ à Barone quando non habebat ſucceſſorem.

Fuit concluſum negatiuè, non eſſe reſolutas, quia prædictæ ſubinfeudationes fiunt poteſtate ſibi à lege conceſſa, quæ non diſtinxit ſi ſubinfeudantes habeant, vel non habeant ſucceſſores, & vbi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus; in aſſenſu verò hominis, quando in alienationibus feudorum requiritur, ſolet apponi clauſula, dummodo habeant ſucceſſores, quæ non eſt appoſita in aſſenſu Regio.

Tertio ſi facta deuolutione ad Regiam Curiam debeat fieri noua taxa dictis ſubfeudatariis, habito reſpectu ad introitus tempore deuolutionis.

Fuit reſolutum negatiuè, non eſſe faciendam nouam taxam quæ tantum fit, quando ipſum ſubfeudum deuoluitur, & poſtea alteri conceditur, non quando deuoluitur feudum principale, ſub quo eſt ſubfeudum.

Quarto an deuolutis feudis ad Regiam Curiam, ſubfeudatarij Baronum, qui ſubfeuda poſſident, debeant ſoluere adoham, & releuium eidem Regiæ Curiæ, & ab ea recipere inueſtituras, ſicut ſoluebant Baronibus, à quibus feuda tenebant.

Fuit concluſum affirmatiuè, quod teneantur dicti ſubfeudatarij, facto caſu deuolutionis feudorum Regiæ Curiæ, illi ſoluere adoham, & releuia, & ab ea recipere inueſtituras, ex quo Regia Curia per deuolutionem acquirit omnia, quæ pertinebant ad Barones, quorum defectu fuit facta deuolutio.

Quinto ſi taxa adohæ, quæ facto prædicto caſu deuolutionis ſoluenda eſt Regiæ Curiæ, debeat notari in debitum feudatariorum in libro cedularij, provt notantur alij feudatarij, qui immediatè ſoluunt adoham Regiæ Curiæ, fuit concluſum debere fieri notam in libro cædularij, verum tanquam ſubfeuda dicti feudi principalis ad fiſcum deuoluti, & non tanquam feudatarij, niſi, in caſu, quo dicta feuda deuoluta non vellet Regia Curia retinere & apud ſe manere.

Sexto aſſenſus, qui requirebatur in alienationibus dictorum ſubfeudorum, & præſtabatur à Barone, à quo ſubfeuda tenebantur, ſi in caſu deuolutionis præſtari debeat à Regia Curia.

Fuit concluſum affirmatiuè quia Regia Curia ſuccedit in omne ius, quod ſpectabat ad Baronem, cuius aſſenſus in prædictis alienationibus requirebatur. Hoc ſuum, &c.

## D C L X V I.

*Die 28. Martij, 1653.*

SVper inſtantia facta per V. I. D. Angelum Antonium Spalletta Ciuitatis Neritoni, vt declaretur, poſſe ipſum, ac debere gaudere priuilegio conceſſo quondam Io. Vincentio Spallettæ



Digitized by Google

Spalletta eius patri, vti onuſto duodecim filiorum numero, non obſtante, quod è viuis deceſſerit, ex quo adhuc viuebat illius vxor nouerca ipſius Angeli Antonij, quæ licet cum ſuis filiis viuat ſeparatè ab ipſo Angelo Antonio, hoc contigit contra eius voluntatem, ex quo ſemper inſtitit, & inſtat velle viuere cum dicta eius nouerca, & fratribus ſuis; ſed ipſa recuſauit, & recuſat, vnde eſt eidem omninò ſeruandum dictum priuilegium, in quo filij ſunt contemplati.

Facta de prædictis relatione in Regia Cagia Camera per Dom. Militem V.I.D. Dom. Carolum Calà eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, non eſſe locum petitis per dictum Angelum Antonium Spalletta, ex quo priuilegium conceſſum dicto Io. Vincentio patri, licet eo mortuo proſit eius vxori, hoc tamen donec, & quouſque vxor, quæ in viduitate remanſit, vixerit, & vnitè cum filiis defuncti viri habitauerit. Hoc ſuum, &c.

## DCLXVII.

*Die 6. menſis Martij, 1654.*

PEr Regiam Cameram Summariæ, proponente Domino Locumtenente, fuit prouiſum, & decretum, quod Magnifici Rationales eiuſdem Regiæ Cameræ in qualibet die ſabbati dent notam Spectabili Domino Locumtenenti bilanciorum, quæ à Regiis Theſaurariis, & Perceptoribus Prouincialibus ad Regiam Cameram tranſmittuntur, tàm pecuniarum exactarum, & ſolutarum, quam illarum, quæ ſunt exigendæ, & caſu, quo bilancia prædicta per dictos Theſaurarios, & Perceptores non tranſmitterentur, dent ſimiliter notam dicto Domino Locumtenenti, quod in illa hebdomada bilancia prædicta non fuerunt tranſmiſſa, & hoc ſub pœna Carolenorum viginti pro quolibet in qualibet vice.

Inſuper fuit prouiſum, & decretum, quod prædicti Magnifici Rationales dent copias bilanciorum, & dubia, quæ ab ipſis in Regia Camera ſunt referenda Domino Fiſcali breuioris togæ.

Inſuper fuit prouiſum, & decretum, quod prædicti Magnifici Rationales ſub pœna ſcutorum quinquaginta pro quolibet in qualibet vice, irremiſſibiliter exigenda aſſiſtere debeant *nelle loro Camere, e non altrimente fuora di quelle nelle loro banche*, & hoc ſeruata forma aliorum ordinum alias expeditorum. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## DCLXVIII.

*Die 30. Maij, 1654.*

SVper inſtantia facta per Magnificum Fabricium de Bernardo Baronem Terræ Roſelli, ciuem, ſiue habitatorem in ciuitate d'Ortone à Mare, vt tractetur immunis in gabellis pro fructibus proueniendis ex ſuis territoriis feudalibus, & qui demum immittuntur ad dictam Ciuitatem.

Viſis actis per Dom. Militem D. Carolum de Ardia Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium factaque per eundem relatione in eadem Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod dictus Magnificus Fabricius Baro Terræ Roſelli tractetur immunis in dicta Ciuitate d'Ortone à Mare in qua habitat, pro bonis tantum, quæ ſunt neceſſaria pro eius vſu, & familia, conſtito, quod bona prædicta prouenerint ex fructibus, qui naſcuntur in territoriis feudalibus dictæ Terræ Roſelli. Hoc ſuum, &c.

*Vide decretum generale ſub die* 18. *Nouembris,* 1649. *& alia, quæ notantur in calce decreti lati ſub die* 3. *Iunij*, 1538.

## DCLXIX.

*Die 9. Iunij, 1654.*

IN cauſa Vniuerſitatis Caſalis Tuberolæ cum nonnullis Militibus grauis armaturæ eius Ciuibus, vt declaretur dictos milites pro induſtria territoriorum, quæ à Dominis ipſorum in affictum cæperunt teneri ad ſolutionem Collectarum, provt cæteri Ciues, allegato militari priuilegio non obſtante, ſicque confirmari decretum latum per Dom. Præſidentem Capicium Galeota tunc cauſæ Commiſſarium ſub die 24. Decembris, 1653. per quod fuit prouiſum, quod reſpectu territoriorum Eccleſiarum deducatur rata penſionis, ſiue extalei dictis Eccleſiis ſolutæ, & pro reliqua quantitate ſoluant; reſpectu vero territoriorum particularium, integrè ſoluant ad beneficium Vniuerſitatis, tam pro eorum rata, quam Dominorum territoriorum, & alias provt in actis.

Facta relatione in Regia Camera Summariæ per Spectabilem Regentem V.I.D. Io. Camillum Cacacium Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium coram Spectab. Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur,

prouidetur, benè fuiſſe, & eſſe prouiſum per decretum domi interpoſitum ſub die 24. Decembris, 1653. per Dom. Præſidentem Galeota, tunc temporis cauſæ Commiſſarium, & proinde illud debitæ exequutioni demandetur. Hoc ſuum, &c.

## DCLXX.

*Die 14. & 18. Iulij, 1654.*

PEr Regiam Cameram Summariæ, proponente Domino Locumtenente fuit prouiſum, & decretum, quod quando contingit fieri conſultationem aliquam Excellentiſſimo Domino Proregi, ſi in votando omnes Domini Præſidentes fuerunt concordes, dicatur in conſultatione, quod Regia Camera de communi conſenſu fuit voti, &c. quando verò aliqua extitit contradictio, dicatur, Cameram pro maiori parte Dominorum Præſidentium fuiſſe voti, &c. & quod tantum vnus, vel duo, ſiue tres fuerunt in contraria ſententia, ſic explicando id, quod votarunt, & ſi votum interuenit ſingulare, dicatur etiam, vnum ex Dominis Præſidentibus fuiſſe voti, &c. vel qui contradixerunt conſultationi factæ, tranſmittant cum illa votum in ſcriptis eius quod votarunt.

Inſuper prouiſum, & decretum eſt, quod poſtquam conſultatio eſt in ſcriptis redacta, nullatenus ſubſcribatur à Dominis Locumtenente, & Præſidentibus, niſi prius legatur in plena Aula. Hoc ſuum Regia Camera interponente, &c.

## DCLXXI.

*Die 10. Aprilis, 1655.*

SVborto dubio in Regia Camera, an eſſet locus prætẽſioni Illuſtriſſ. Marchionis Torrecuſij, cum inſtaret, nullatenus eum cogi poſſe ad ſolutionem Releuij ob mortem Illuſtr. quondam Marchionis eius patris, ex eo quod mortuus fuit in ſeruitio ſuæ Catholicæ Maieſtatis contra Gallos; & quatenus, eſſet condemnandus, fieri locum compenſationi cum eius credito, quod eſt maioris ſummæ; & replicante Regio fiſco, compenſationem cum ſeruitio perſonali procedere in adoha, non autem in releuio, nec etiam hodie in adoha, ex quo Barones non ſeruiunt gratis, ſed cum ſtipendiis, eoque magis quia releuium debetur à ſucceſſore, non autem à mortuo, & ſeruitium mortui non poteſt compenſari cum debito ſucceſſoris viuentis, qui ad releuium tenetur pro inueſtitura obtinenda.

Viſis actis per Dom. Militem Don Petrum Moſcoſa Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, ac de prædictis facta relatione in Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius Regio fiſco, & dicto Illuſtr. Marchione pleniſſimè auditis, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, non eſſe locum petitis per Illuſtr. Marchionem Torrecuſij, ac proinde ſoluat releuium Regiæ Curiæ debitum ob mortem Illuſtr. quondam Marchionis eius patris. Hoc ſuum, &c.

## DCLXXII.

*Die 14. Aprilis, 1655.*

IN cauſa reclamationis interpoſitæ, etiam per viam reſtitutionis in integrum pro parte Regij fiſci à decreto lato per Regiam Cameram ſub die 7. Iunij, 1654. per quod fuit prouiſum, Alexandrum, Paulum, & Antonium dell'Annuntiata, poſſe, & debere gaudere Ciuilitate Neapolitana, vti filios primogenitos quondam Petrutij dell'Annuntiata expoſiti Sacri Hoſpitalis Sanctiſſimæ Annuntiatæ huius Fideliſſimæ Ciuitatis, quamuis ortos in Caſtro Palmæ, cum eſſet prouidendum iuxta deciſionem eiuſdem Regiæ Cameræ relatam per Dom. Regentem Moles, vt filij expoſitorum nullatenus gaudere poſſint Ciuilitate Neapolitana vti originarij ne duo ſpecialia concurrant.

Viſis actis per Dom. Militem Franciſcum Sanchez Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, facta de prædictis relatione in Regia Camera, coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, ac pleniſſimè diſcuſſis omnibus de iure diſcutiendis, fiſco, & partibus pleniſſimè auditis, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, eſſe deferendum reſtitutioni in integrum petitæ pro parte Regij fiſci, & proinde dictos Alexandrum, Paulum, & Antonium dell'Annuntiata non poſſe, nec debere gaudere Ciuilitate Neapolitana vti filios originarios dicti quondam Petrutij. Hoc ſuum, &c.

*In hac deciſione octo interuenerunt votantes, & vt ex libro notamentorum percepi, omnes fuerunt concordes, ſic tranſientes cum deciſione* Domini Regentis Moles; *Dominus Commiſſarius Præſidens breuioris togæ, quia tractabatur de iuris articulo, noluit votum ſuum proferre, ſed vti bonus ſenex iuri ſe remiſit, provt ſemper obſeruarunt Domini Præſidentes huius ordinis, qui Deum Omnipotentem Dominum noſtrum præ oculis habuere.* Et cum pro parte dictorum dell'Annuntiata ab hoc decreto reſtitutionis in integrum delatæ ad fauorem Regij fiſci eſſet reclamatum, facta iterum relatione per eundem Dominum cauſæ Commiſſariũ ſub die 6. Martij, 1656. Regia Camera cenſuit, benè fuiſſe, & eſſe prouiſum ſub die prædicta 14.

 Aprilis,

Aprilis, 1655. Idemque poſtea deciſum ſub die 24. Ianuarij, 1656. ſuper inſtantia facta per Santolum expoſitum, eiuſque filios, Scipionem Antonium, Petrum, & Marium; hi enim omnes cum inſtitiſſent prouideri, poſſe eos, ac debere gaudere Ciuilitate, patrem nimirum vti expoſitum Sanctiſſimæ Annunciatæ, & filios vti originarios; Regia Camera vnanimi Dominorum conſenſu reſpondit, quod d. Santulus pater tantum gaudeat, & nullatenus eius filij.

## DCLXXIII.

*Die 7. Iulij, 1655.*

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Vniuerſitatem Ciuitatis Terlitij, & Ioſephum de Francô de Ciuitate Cauæ ſuper ſolutione bonatenentiæ, reclamante ipſo Ioſepho à decreto lato per Regiam Cameram ſub die 22. Maij, 1654. referente Domino Præſidente Capicio Galeota Commiſſario pro exequutione decreti per ipſum domi lati ſub die 24. Aprilis, 1654. per quod fuit ordinatum, viſa fide facta per Vniuerſitatem Ciuitatis Bitunti, ex qua apparet dictum Ioſephum de Franco Ciuitatis Cauæ non habitare in illa Ciuitate eius patria, ſed in prædicta Bitunti, quod ad omnem inſtantiam Ciuitatis Terlitij cogatur realiter tantum d. Ioſeph ad ſoluendum cum Vniuerſitate Terlitij bonatenentiam pro ſtabilibus, ac annuis reditibus, per ipſum Ioſephum forſitan poſſeſſis in territorio dictæ Terræ Terlitij, iuxta cataſtum, non obſtante conuentione cum eadem Vniuerſitate per eundem Ioſephum facta, dummodo non ſit Regio aſſenſu vallata, ac non obſtantibus prouiſionibus Regiæ Cameræ per eundem Ioſephum obtentis in contrarium, provt in actis.

Viſis actis per Dominum Militem V. I. D. Iacobum Capycium Galeota Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem iterum de prædictis omnibus relatione in dicta Regia Camera coram aliis Dominis Præſidētibus ipſius, fuit per Regiam Cameram Partibus pleniſſimè auditis conſenſu prouiſum, & decretum, ſtante quod priuilegium immunitatis Ciuium Cauenſium pro bonatenentia, requirit neceſſario originem, & habitationem in propria patria, provt in ſimilibus fuit per Regiam Cameram interpretatum, & declaratum, benè fuiſſe, & eſſe prouiſum in decreto lato per ipſam Reg. Camer. ſub dicta die 22. Maij, 1654. & præſens decretum ſit pro generali declaratione, quando ſimiles caſus contigerint, & notificetur omnibus Actuariis Regiæ Cameræ, vt de illo notitiam habeant. Hoc ſuum, &c.

## DCLXXIV.

*Die 25. Septembris, 1655.*

SVborto dubio in Regia Camera, inſtante D. Don Carolo Cala an eidem, ex quo duplex exercet officium Pręſidentis nimirum, & fiſci Patroni huius ſupremi Tribunalis, duplex debeatur ſalarium, vel potius hæc prætenſio comprehendatur ſub prohibitione litterarum ſuæ Catholicæ Maieſtatis, quibus mandatur, duplex ſalarium non deberi, duplex officium exercenti.

Factaque relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Iacobum Capicium Galeota Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram fuit conſenſu prouiſum, & declaratum, eſſe faciendam conſultationem Excellentiſſimo Domino Proregi, qua dicatur, Cameram eſſe voti, inſtantiam factam per dictam Dom. Præſidentem D. Carolum Calà non comprehendi ſub prohibitione litterarum ſuæ Catholicæ Maieſtatis, ac proinde eidem deberi ſalarium conſtitutum, tam pro officio Præſidentis quam fiſci Patroni Regalis Patrimonij, ex quo vtrumque officium maxima cum diligentia, ſummoque labore exercuit, & exercet. Hoc ſuum, &c,

## DCLXXV.

*Die 21. menſis Ianuarij, 1656.*

IN cauſa Illuſtr. Ducis Terræ Vetri cum officialibus Regię Dohanæ Menę pecudum Apuleæ ciuibus, & habitatoribus in dicta Terra prætendentibus, ſtantibus eorum commiſſionibus, fore & eſſe exemptos à iuriſdictione dicti Illuſtr. Ducis, nec ab alio iudice, eos cognoſci poſſe, niſi à Tribinali dictæ Regiæ Dohanæ; factaque de his omnibus relatione in dicta Regia Camera Summariæ per Dom. Præſidentem Ioannem Baptiſtam Amendola Commiſſarium, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu generaliter prouiſum, & decretum, quod vbi in aliqua Terra adſunt animalia Regiæ Dohanæ, & perſonæ huic tribubunali ſubiectæ, aut negotia à dicta Regia Dohana dependentia, itavt opus ſit aſſiſtentia officialum dictæ Regiæ Dohanæ nullatenus permittatur, vt in illa Terra aſſiſtere poſſint, niſi vnus tantum officialis, vnus ſcriba, & vnus Alguzerius prædictæ Regiæ Dohanæ, & iſtorum antiquiores electi, dummodo ſint habiles ad iuſtitiam miniſtrandam. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

DCLXXVI.

Digitized by Google

## DCLXXVI.

*Die 29. Ianuarij, 1656.*

SVper inſtantia facta per Don Anacletum de Rubeis petentem per Regiam Cameram ordinari, vt ſibi reſtituatur illa pecuniarum quantitas penes ipſum reperta in Ciuitate Fundorum, & pro intercepta à cuſtodibus confinium capta, ex quo ſupponebatur, quod ſe Romam conferebat, non aliter obtenta licentia pecuniã prædictam à Regno extrahendi; ſed ipſo Don Anacleto replicante, quod cum primum in dicta Ciuitate Fundorum audiuerat, pecuniam illam extrahi à Regno non poſſe, determinauit ad Patriam regreſſum habere, ſic vltro iter agere ſe pœnitens.

Viſis actis, ac informatione ſuper dicto intercepto capta per Dominum Militem V.I.D. Iacobum Capicium Galeota Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, factaque per eundem relatione in dicta Regia Camera coram Spectab. Domino Locumtenente aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram fiſco, & Partibus auditis, conſenſu fuit prouiſum, & decretum provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod pecunia prædicta reſtituatur dicto Don Anacleto, ex quo adhuc non peruenerat ad confinia Regni, & loca per Regiam Pragmaticam prohibita. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

*Ad ornatum, & maiorem intelligentiam huius determinationis, vide, quod Ego ſcripſi* in obſeruationibus ad deciſ. Dom. Reg. Reuert. 222. & 552.

## DCLXXVII.

*Die 2. menſis Martij, 1656.*

SVper inſtantia facta per Vniuerſitatem Terræ Chiuſani, vt cogatur Vitus Antonius della Rocca ad exactionem cedulæ ipſius Vniuerſitatis, non obſtante quod anno præcedenti exercuit officium Electi ipſiuſmet Vniuerſitatis.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Donatum Antonium de Marinis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem de his omnibus relatione in Regia Camera coram Spectab. D. Locumtenente, aliiſque DD. Præſidentibus ipſius, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod Vitus Antonius della Rocca nominatus in exactorem cedulæ excuſetur, provt præſenti decreto excuſari mandatur, nec aliter cogatur ad exercendum aliud quoduis officium durante triennio numerando à die elapſi anni, quo exercuit officium electatus, & ad idem durante quinquennio, ſeruata forma iuris. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

*Hæc determinatio habet pro fundamento vulgatam diſpoſitionem text. in l. 2. C. de muneribus, & honoribus non continuandis, li. 10. cuius verba ſunt.* Ab oneribus ad honores eoſdem quinquennij datur nouatio: triennij verò ad alios: legatione autem perfunctis biennij vocatio conceſſa eſt. *Habemus igitur in hoc textu ſancitum, vt electus in aliquo officio pro vno anno, per quinquennium integrum ad idem officium non admittatur; ad alia verò officia per triennium, ſicque ſemper apud nos ſeruatum, excepto ſi alij idonei non reperiantur, teſtatur* Dom. de Franch. *deciſ.* 210. *num.* 2. *&* 3. *& deciſ.* 264. *numero* 1. Et quod hoc procedat, non ſolum in officialibus, qui ſingulo quoque anno pro alicuius Ciuitatis, Terræ, vel Caſtri regimine eliguntur; ſed in omni Collegio, vel arte, ſemel, atque iterum deciſum habemus per Regiam Cameram in cauſa vertente inter Mercatores exercentes Artem Serici in hac Ciuitate ex vna, & conſules, ac deputatos eiuſdem Artis ex altera, provt ex libro notamentorum anni 1636. percepi, in quo determinationem per hæc verba notatam inueni. *Die 9. Februarij 1636. Ill. S.r Preſidente Caſanata referi la cauſa delli Cõſuli della Nobil Arte della ſeta con li Mercanti di detta Nobil Arte ſopra la pretenſione che tengono di che habbi vacanza di cinque anni ad idem officium, & di tre in alieno, iuxta tenorem Regiarum litterarum, & decreti Regiæ Cameræ, e fù detto* benè prouiſum per decretum Regiæ Cameræ latum ſub die 14. Nouembris, 1626. per quod fuit prouiſum quod literæ S. E. eiuſque Collateralis Conſilij exequantur, tam circa electionem duputatorum, quàm circa electionem conſulum in futurum eligendorum, ita quod non poſſunt nominari, nec eligi de nouo conſules, & deputati Conſeruatorij dictæ Nobilis Artis Serici, niſi poſt elapſum quinquennium à die quo alias reliquerunt officia, ſeruata forma dictorum Regiarum literarum.

*Et demum in eodem libro notamentorum de Menſe Aprilis inueni aliud notamentum per hæc verba,* die 21. Aprilis, 1636. D. Caſanata referente, partibus præſentibus, cauſam inter Mercatores exercentes Nobilem Artem Serici in hac Ciuitate Neapolis, cũ conſulibus, & deputatis ipſius Artis ſuper declaratione quod in electione conſulum, & deputatorum dictæ Nobilis Artis non eligantur, niſi elapſo quinquennio in eiſdem officiis, & in officio diuerſo, quod eſt à deputato ad conſulem, & à conſule ad deputatum elapſo triennio, ſeruata forma iuris, & decreti Regiæ Cameræ lati ſub die 9. Februarij, 1636. & Partibus plenius auditis, & exeuntibus, fuit prouiſum, quod dictum decretum Regiæ Cameræ Summariæ

latum

latum dicto die 9. Februarij, 1636. debitæ exequutioni demandetur, cum declaratione tamen, quod reſpectu officialium à conſule ad deputatum, & à deputato ad conſulem, quæ ſunt officia diuerſa, non poſſint eligi, niſi elapſo triennio, ſeruata forma iuris, & ſic obſeruetur inpoſterum ſingulis annis.

## DCLXXVIII.

*Die 14. menſis Martij, 1656.*

IN cauſa A. & M. Doctoris Ioan. Baptiſtæ de Melchiconne cum Patrimonio quondam Illuſtr. Ducis Nucariæ Donati Antonij Loffredi, ſuper ſolutione ſalarij ex cauſa medicamenti facti dicto quondam Illuſtr. Duci tempore, quo viuebat, & aliis prout in actis, &c.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Donatum Antonium de Marinis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium ac facta per eundem relatione in eadem Regia Camera, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dictus Doctor Medicus Ioan. Baptiſta declaretur, prout declaratur creditor patrimonij dicti quondam Illuſtr. Ducis in ducatis triginta pro ſalario, & mercede vltimæ infirmitatis dicti quondam Illuſtr. Ducis, pro quibus præferatur cæteris creditoribus dicti patrimonij etiam hipothecariis abſque tamen aſſenſu. Hoc ſuum, &c.

## DCLXXIX.

*Die 31. menſis Maij, 1656.*

SVper inſtantia facta per Capitaneos, & Patronos Nauium Petacchiorum, Tartanarum, & aliorum Vaſcellorum, ad hoc, vt ipſis obſeruentur prouiſiones ad eorum inſtantiam alias per Regiam Cameram expeditæ, ne Vniuerſitates illarum Ciuitatum, & Terrarum Regni, in quibus adſunt oneratoria, & præciſè Vniuerſitas Manfredoniæ, Baruli Brunduſij, Gallipoli, Tarenti, Cutronis, Fortorij, & Campi Marini pro bonis comeſtibilibus, & aliis, iuxta taxam Cameræ, ipſos Capitaneos, & Patronos moleſtent, nec moleſtari faciant pro ſolutione gabellarum, & alias, prout in actis, &c.

Facta de his omnibus relatione in Regia Camera per Dominum Militem V. I. D. Iacobum Capicium Galeota eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod prouiſiones prædictæ, alias per ipſam Regiam Cameram expeditæ, ne Vniuerſitates Regni moleſtent, nec moleſtari faciant prædictos Capitaneos, & Patronos ad ſoluendum gabellas pro bonis comeſtibilibus, & aliis iuxta taxam Cameræ pro eorum vſu tantum, obſeruentur, prout præſenti decreto obſeruari mandatur, iuxta illarum ſeriem, continentiam, & tenorem ſub pœna vnciarum auri vigintiquinque Reg. fiſco irremiſſibiliter applicanda. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.

## DCLXXX.

*Die 8. menſis Iunij, 1657.*

SVper inſtantia facta in Reg. Camera Summariæ per D. Antoniam de Montibus, vt tollatur ſequeſtrum, inſtante Regio fiſco ordinatum, ſuper bonis, quæ fuerunt quondam Illuſtr. Alexãdri de Montibus Marchionis Acayæ ob relationem D. Vincentij de Montibus hæredis dicti Marchionis, & olim dictorum bonorum poſſeſſoris, ſtante quod ob defectum maſculorum familiæ de Montibus à dicto quondam Marchione in eius teſtamento vocatorum, & rebellionem dicti D. Vincentij hæredis, factus eſt caſus ſubſtitutionis, & fideicommiſſi in perſonam dictæ D. Antonij, ac proinde ſublato ſequeſtro prædicto, fore, & eſſe ipſam immittendam in poſſeſſionem dictorum bonorum vti proximiorem ex vocatis in teſtamento prædicto, ſic declaratam mediante decreto M. C. V. & alias prout in actis, &c.

Facta de prædictis omnibus relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V.I.D. Donatum Antonium de Marinis dictæ Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium coram Spectabili Domino Regente D. Gaſpare de Sobremonte Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius. Viſa diſpoſitione ordinata per quondam Illuſt. D. Alexandrum de Montibus Marchionẽ Acaijẹ fol. 15. Viſo etiam decreto M. Curiæ lato ſub die 23. Iulij, 1655. fol. 2. Viſiſque comparitionibus præſentatis pro parte D. Antoniæ de Montibus fol. 1. & 45. fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, quod ſequeſtrum factum ad inſtantiam Regij fiſci ſuper bonis ſubiectis fideicommiſſo ordinato per dictum quondam Illuſtrem Marchionem Acayẹ D. Alexandrum de Montibus tollatur prout præſenti decreto tolli mandatur, ac proinde eandem D. Antoniam de Montibus immittendam eſſe, prout præſenti decreto immitti mandatur in poſſeſſionem illorum, ſeruata forma diſpoſitionis prædictæ. Hoc ſuum, &c.

*Ad confirmationem huius determinationis vide quæ ſcripſi lib. 1. mearum reſolut. cap. 166. & lib. 2. cap....*

DCLXXXI.

Digitized by Google

DCLXXXI.

*Die 20. Iunij, 1657.*

IN cauſa Regij fiſci cum Andrea della Mura & Petro Donna rumma ſuper ſolutione ducatorum 7110. debitorum Rugerio Hactem & aliis Anglis Sociis vigore publici inſtrumenti omni ſolemnitate vallati, vbi adeſt pactum, quod ſolutio non poſſit probari per teſtes, ſed tantum per ſcripturas, prætendentibus & allegantibus dictis Andrea, & Petro debitoribus iam ſoluiſſe, & quod non obſtante pacto prædicto, ſolutionem dictorum ducatorum 7110. probare poterat per teſtes, qui diuerſis temporibus ſolutioni iam factæ interfuerunt, ſicque inſtantibus impartiri terminum in cauſa, & è contra prætendente Regio fiſco ex perſonis dictorum creditorum ſtandum eſſe pacto, & quod nullatenus allegata ſatisfactio probari poſſet per teſtes, ſed tantum per ſcripturas,ſeruata forma pacti, &c.

Viſis actis per Regium Conſiliarium Dom. Didacum Moles Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem de meritis cauſæ relatione in Regia Camera Summariæ coram Spectab. Regente Dom. Gaſpare de Sobremonte Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod in biduo præciſè, & peremptoriè dicti Andreas, & Petrus præſtent ſcripturas ſolutionum factarum, ſeruata forma pacti, & interim bona dicti Petri ſequeſtrentur, & fiat empara dicto Andreæ. Hoc ſuum, &c.

*Ad confirmationem huius determinationis, vide deciſ. S. conſ. relatam per* Vrſill. ad Afflict. *deciſ. 398. num.* 4.

DCLXXXII.

*Die 30. menſis Auguſti, 1657.*

SVper inſtantia Domini Fiſci Patroni petentis bona quondam Alphonſi Mugnoz Rebellis incorporata Reg. Curiæ vigore ſententiæ latæ per Regiam Iunctam bonorum vacantium ſub die 12. menſis Aprilis, currentis anni declarari eſſe immunia à qualibet ſolutione prætenſa per Regiam Dohanam huius fideliſſimæ Ciuitatis, vbi bona prædicta ad præſens reperiuntur, ſiue ab alia quauis impoſitione, quæ à quouis prætendi poſſet vti bona propria ipſius Regiæ Curiæ, eaque immunitate frui quoque debere cum ipſa Regia Curia contrahentes, idque declarari etiam per modum decreti generis, & alias vt in actis.

Facta de contentis relatione in dicta Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Ioannem Dominicum Aſtutum Præſidentem dictæ Regiæ Cameræ, coram Spectabili Domino Regente D. Gaſpare de Sobremonte, Locumtenente eiuſdem, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, ac declaratur bona, quæ fuerunt prædicti quondam Alphonſi Mugnoz Rebellis fuiſſe, & eſſe immunia à quibuſuis diri ctibus,& ſolutionibus tam per Magnificos Gubernatores Regiæ Dohanæ, quàm per quemuis alium prætenſis, vti bona propria ſereniſſimi, & inuictiſſimi Dom. noſtri Regis, nullatenus in ſimilibus diri ctibus, & ſolutionibus faciendis pro quauis impoſitione comprehenſi; ac proinde nedum ipſius Regiam Curiam vti immunem & francam tractandam eſſe, & tractari debere; ſed etiam cum ipſa contrahentes provt negotiatores, qui ad præſens bona prædicta emerunt pro emptione prædicta cum dicta Regia Curia ſub haſta celebrata immunes, & francas, fuiſſe, & eſſe decernimus, provt pariter in ſimilibus in poſterum decernimus, & declaramus. Hoc ſuum, &c.

DCLXXXIII.

*Die 12. Septembris, 1657.*

IN cauſa in Regia Camera introducta pro parte Vrſulæ Guadagno Virginis in Capillo, contra V. I. D. Antonium, & Ioan. Bapt. de Angelis fidatos Regiæ Dohanæ Menæpecudum Apuleæ carceratos in carceribus ipſius ex cauſa homicidij commiſſi in perſonam quondam Marij Guadagno fratris, d. Vrſulæ provt ex prouiſionibus per Regiam Cameram expeditis ſub die 26. menſis Iunij proximè præteriti ad Regiam Dohanam directis pro tranſmiſſione informationis contra dictos de Angelis per ipſam captæ ex cauſa dicti homicidij; ſtante electione fori facta per dictam Virginem in Capillis, vt ex dictis prouiſionibus, in actis *fol.* 1. apparet.

Viſis ſcripturis in actis præſentatis per Dom. Militem V. I. D. Donatum Antonium de Marinis Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem relatione in dicta Regia Camera coram Spectabili Regente Domino D. Gaſpare de Sobremonte Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino Ioanne Hieronymo de Philippo Regalis Patrimonij fiſci Patrono, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & declaratum, Regiam Dohanam Menæpecudum Apuleæ in prima inſtantia actiuè, & paſſiuè, in ſubditos ſuos cognitionem habere omnium cauſarum ciuilium



Digitized by Google

lium, criminalium, & mixtarum priuatiuè, quoad omnes alios iudices, tam ſuperiores, quàm inferiores, etiam cum derogatione *leg. vnica C. quando Imperator inter pupillos, & viduas, vel alias miſerabiles perſonas cognoſcat, & ne exhibeantur*, ac proinde in cauſa homicidij commiſſi in perſonam quondam Marij Guadagno eadem Reg. Dohana procedat, & iuſtitiam faciat, fori electione facta in hac Regia Camera per Vrſulam Guadagno Virginem in Capillis ſororem dicti quondam Marij, non obſtante. Hoc ſuum, &c.

## DCLXXXIV.

*Die 11. Octobris, 1657.*

VIſo memoriali porrecto S.E. pro parte Magnifici Baronis Pompei Procaccini Gubernatoris Dohanellæ Aprutij petentis reuocari prouiſiones Collateralis Conſilij expeditas ad inſtantiam Illuſtr. Comitiſſæ Loreti, & aliorum Baronum Prouinciarum Aprutinarum, per quas ordinabatur, vt illi fidati, ſeu Locati Reg. Dohanellæ Aprutij, qui non poſſident oues quatuorcentum, in eorum cauſis cognoſcantur ab eorum Baronibus contra ampliſſima priuilegia Reg. Dohanæ, quorum vigore quilibet locatus, qui oues poſſidet ſupra viginti deſcriptas in libris Reg. Dohanæ, non poteſt cognoſci, niſi à Regio Dohanerio, & remiſſo negotio ad Reg. Cameram, vt deductis prouiſionibus Regij Collateralis Conſilij ad ius, & Iuſtitiam, eadem Reg. Camera de iuſtitia prouidere deberet.

Facta de his omnibus relatione in Regia Camera per Dom. Militem V.I.D. Donatum Antonium de Marinis, Præſidentem eiuſdem Reg. Cameræ coram Spect. Regente D. Gaſpare de Sobremonte Locumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per ipſam Reg. Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, cognitionem cauſarum ciuilium, criminalium, & mixtarum fidatorum, ſeu locatorum Reg. Dohanæ, qui tenent, & poſſident oues effectiuas, & reales deſcriptas in libris Regiæ Dohanæ ſupra numerum vicenarium priuatiuè in prima inſtantia ſpectare, & pertinere ad Regium Dohanerium, & ſic pariter illorum fidatorum, qui ex relatione vt dicitur poſſident animalia quatuorcentum, & expediantur prouiſiones.

## DCLXXXV.

*Die 12. menſis Maij, 1658.*

IN cauſa Illuſtr. D. Iſabellæ de Sancto Seuerino, cum Regio Fiſco, ſuper aſſecuratione ſuarum dotium petita ob vergentiam viri ad inopiam ſuper propriis corporibus eidem viro in dotem datis, & aſſignatis, non obſtante exceptione oppoſita per Regium Fiſcum prætendente dictam Illuſtr. Actricem ab inteſtato aſſecurationis iudicio forè, & eſſe excludendam, ex eo quod vir exiſtens Regni huius generalis Theſaurarius, in officio deliquerat, ob quod fiebat locus priuilegio primipili, & replicante dicta Illuſtr. Actrice aliud eſſe officium Theſaurarij, & aliud primipili ſicque oppoſitam ei non obſtare exceptionem.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Ioan. Bapt. Amendola Reg. Cameræ Summariæ Commiſſarium, factaquè per eundem relatione in Regia Camera coram aliis Præſidentibus ipſius, audito Domino fiſci Patrono Regalis Patrimonij, fuit per ipſam Reg. Cam. conſenſu prouiſum, & decretum, quod Illuſtr. D. Iſabella de Sancto Seuerino aſſecuretur ſuper eiſdem bonis in Capitulis matrimonialibus in dotem datis tantum, ac ſuper vſufructu domus in actis deductæ, primipilari priuilegio pro parte Regij fiſci oppoſito non obſtante, ac proinde ſequeſtrum ad eiuſdem Regij fiſci inſtantiam ſuper dictis bonis in dotem datis factum tollatur, provt præſenti decreto tolli mandatur. Hoc ſuum, &c.

*De hac deciſione memor fui lib. 1. mear. reſol. cap. 20. circa fin.*

## DCLXXXVI.

*Die 15. menſis Iunij, 1568.*

SVper memoriali porrecto Excellentiſſimo Dom. Proregi per Capitaneum Mauritium Diaz, & ad Reg. Camer. remiſſo, vt ſuper ſupplicatis prouideat, in quo aſſeritur, *che hauendo S. Eccellenza ordinato ſe li ſpediſchi patente per andare in corſo con due Bergantini, dando plegiaria in forma, & eſſendo ſpedita detta patente, e ſtando pronta à dar la plagiaria, non sà appreſſo di qual tribunale debbia darla, mentre eſſendo andato due volte in Camera ſe li è riſpoſto dalli Maſtrodatti, che non ſpetta ad eſſi, ne anco all'officio di Guardiano del Porto, e coſi l'officiali della Regia Cancellaria, ricuſano di conſignarli la patente, ſupplicando però S.E. reſtaſſe ſeruita ordinare in qual tribunale doueſſe dare detta plegiaria, acciò dopò data ſe li poſſi conſignare la patente.*

Factaque de prædictis relatione in Regia Camera per Dom. Militem V.I.D. Donatum Antonium de Marinis Reg. Cameræ Summariæ Prεſidentem, & Commiſſarium, coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino fiſci Patrono, per Reg. Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Capitaneus Mauritius Diaz, vna inſimul cum eius officialibus ſe obligent ad pœnam mortis naturalis de obſeruando omnia, & ſingula contenta in præcibus porrectis Excellentiſſimo Domino Proregi, ac inſimul præſtent idoneam cautionem pro

Digitized by Google

pro ſumma ducatorum mille de dando & conſignando ad beneficium Regiæ Curiæ decimam partem omnium prædarum, quæ cum ſuis bergantinis, ſeu vaſcellis capientur. Hoc ſuum, &c.

## DCLXXXVII.

*Die 22. Iunij, 1658.*

IN cauſa in Regia Camera Summariæ vertente inter Baltaſſarem Gagliardum,& alios Ciues Cauenſes priuilegiatos ex vna,& Vniuerſitatem Caſalis Diuæ Mariæ Maioris Ciuitatis Capuæ ex altera,ſuborto dubio an Ciues Cauenſes domicilium in aliqua Ciuitate huius Regni habentes cum vigore ſuorum priuilegiorum ſint immunes à ſolutione gabellarũ de rebus comeſtibilibus,quas immittunt ad locum vbi habitant, dummodo res illas non vendant poſtea Ciuibus eiuſdem loci,an faltẽ teneantur dare notam gabellotis illarum rerum comeſtibilium,quæ immittuntur.

Viſis actis per Dom. Militem V.I.D. Donatum Antonium de Marinis Reg.Cameræ Summariæ Præſidentem,& Commiſſarium, factaque de prædictis relatione in Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius; per Reg.Cameram conſenſu fuit prouiſum,& decretum, quod Ciues Cauenſes commorantes in Caſali Sanctæ Mariæ de Capua, pro Caſeo, Lardeo, cæteriſque ſalſuminibus, quæ immittunt ad dictum Caſale,dent gabellotis tam tempore immiſſionis, quam extractionis notam veram,& diſtinctam quantitatis immiſſæ, ac demum extrahendæ,& hoc ſub pœna commiſſi. Hoc ſuum, &c.

*Ego fui in voto contrario, ſic adhærens dictis per* Anchar. *in clem. præſenti, de cenſib.* Ferrett. *de Gabell. n.* 172. Firma. *eod. tract. q.* 29. *par.* 9. *&* Bertaz. *conſ. crimin.* 336. *n.* 2. *lib.* 2. *& conſ.* 193. *lib.* 1. *quos recenſet* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 17. *n.* 8. *&* 9. *& deciſ.* 148. *à num.* 5.

## DCLXXXVIII.

*Die 31. Auguſti, 1658.*

VIſo memoriali Excellentiſſimo Domino Proregi porrecto per Dominicum Actricium militem Hiſpanum,& ad Regiam Cameram remiſſo pro facienda conſultatione S.E. ad hoc vt declaretur deberi ipſi Dominico ſtipendium pro tempore quo fuit captiuus in poſſe Turcharum cum captus eſſet præliando ſuper Trireme denominata Sancta Agata.

Factaque relatione in Regia Camera per Dom. Militem V.I.D. Donatum Antonium de Marinis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, Domino Fiſci Patrono, ac dicto Dominico auditis, per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum eſſe faciendam conſultationem Excellentiſſ. Domino Proregi, in qua dicatur, Cameram eſſe voti non deberi ſtipendium pro tempore captiuitatis, ac proinde non eſſe locum petitis per dictum Dominicum Militem, vt ſupra. Hoc ſuum, &c.

*Vide alia decreta lata ſub diebus 17. Aprilis, 1638. & 27. menſis Maij, 1659.*

## DCLXXXIX.

*Die 25. Octobris, 1658. & 23. Ianuarij, 1659.*

CVm N. ob prætenſum crimen læſæ Maieſtatis eſſet ad mortem condemnatus, quia erat feudatarius, & Marchionatus titulo decoratus, certiorata Regia Camera ad hoc vt procedere poſſet ad feudi, cæterorumque bonorum ſequeſtrationem,& confiſcationem, ad id etiam accedente mandato Excellentiſſimi Proregis,præuio reſcripto eidem Reg.Cameræ directo, ſubortum fuit dubium, an hoc ſupremum Tribunal non cognito prius de iuſtitia prolatæ, & exequutæ ſententiæ, ſicque proceſſu prius non viſo teneretur ad ſequeſtrum procedere, ſic iuncto mandato Domini Proregis obtemperans.

Facta de his relatione in Regia Camera per Dom. Militem V.I.D. Didacum de Vlloa, eiuſdem Reg.Cameræ, Præſidentem,& Commiſſarium coram aliis Dominis Præſidẽtibus ipſius, audito Domino fiſci Patrono, pro ſequeſtro acerrimè inſtante; per Reg.Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, fore, & eſſe faciendam conſultationem Excellenlentiſſimo Domino Proregi, in qua dicatur, Cameram eſſe voti, non eſſe procedendum ad ſequeſtrum prædictum, niſi prius ad ipſam Regiam Cameram tranſmiſſo proceſſu inquiſitionis dicti N. feudatarij, vt cognoſcatur an benè, vel malè condemnationis ſententia proceſſerit. Hoc ſuum, &c.

## DCXC.

*Die 7. Nouembris, 1658.*

SVper inſtantia facta per Paulum Pepè, vt non teneatur ad ſoluendum tractam pro frumento, quod emit extrahendo, à Regno, ex quo illam ſoluit pro frumento, quod amiſit tempore onerationis ſuper naui, quæ naufragium paſſa eſt in Portu. Viſis teſtimoniali à fol. 1. vſque ad fol. 6. ac atteſtationibus Regij Gubernatoris Ciuitatis Baruli, & Regentis officium Magiſtri Portulani Apuleæ fol. 1. 8. & 9. ex quibus conſtat frumentum oneratum in maritima dictæ Ciuitatis ſuper naui nominata S. Paolo, & Sant'Antonio pro quãtitate modiorum, ſeu tumulorum qua-

tuor milli um, biſcentum octuaginta quatuor fuiſſe emiſſum tempore onerationis ob naufragium paſſum dictæ Nauis in eadem Maritima; Viſiſque retroſcripta comparitione, præsẽtata per retroſcriptum Magnificum Paulum Pepè fol. 10. ac memoriali porrecto per eundem Excellentiſſimo Domino Proregi & ad Regiam Cameram remiſſo, vt de iuſtitia prouideretur.

Facta relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Donatum Antonium de Marinis eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino fiſci Patrono; per Regiam Cameram conſenſu, fuit prouiſum, & decretum, quod liceat ſupradicto Magnifico Paulo Pepi continuare extractionem pro reſtanti quantitate modiorum ſeptem millium, tercentum octuaginta octo pro complemento modiorum duodecim millium, & quincentum abſque alia ſolutione dirictuum, ſtante naufragio dictorum modiorũ quatuor millium, biſcentum octuaginta quatuor. Hoc ſuum, & expediantur prouiſiones.

*Ad confirmationem huius determinationis, vide* Dom. Reg. Moles *in ſuis deciſion. manuſcript. in tit. de offic. Mag. Portul. qua incipit* an Regia Camera poſſit inconſulto Domino Proreg. *vide etiam aliud decretum ſub die* 8. *menſis Iunij,* 1536. *quod eſt* 35. *& ſub die* 29. *menſis Martij,* 1557. *quod eſt* 186.

## DCXCI.

*Die* 18. *&* 19. *menſis Nouembris*, 1658.

CVm per Reg. Cameram eſſet facta venditio, ſiue inſolutum datio Baroniæ Vallis Longhe Vlterioris Calabriæ D. Emanueli Carrafa, ſiue Doctori Franciſco Riccio, perſonæ per ipſum D. Emanuelem nominatæ, eo expreſſo in venditione, ſiue inſolutum datione, vt adoha taxari deberet iuxta nouiſſimos ordines Suæ Catholicæ Maieſtatis ſecundum taxam nouam, non autem ſecundum taxam antiquam, ſubortum fuit dubium in Regia Camera an taxatio hæc fieri debeat deductis, expenſis, quæ ſingulo quoque anno eroganturin collectione, & conſeruatione fructuum feudalium, vel potius taxari debeat abſque deductione expenſarum.

Facta relatione in Reg. Camera per Illuſtr. Dominum Militem V. I. D. D. Carolum Galà eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium, coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino Ioan. Hieronymo de Philippo Regalis Patrimonij fiſci Patrono, per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod in venditione Terræ Vallis Longhæ facta D. Emanueli Carrafa, fiat noua taxa adohę abſque deductione expenſarum, & ſic intelligatur ab hodie in antea in aliis venditionibus Terrarum factis, & faciendis, iuxta inſtantiam Dom. fiſci Patroni. Hoc ſuum Regia Camera particulare, & generale interponente decretum.

*Si vis ſcire, qua fuerit mea ſententia in hac cauſa, in qua vti vnus ex iudicibus interueni, vide ſcripta per me in obſeruat ad deciſ.* 300. *Dom. Reg. Reuert.*

## DCXCII.

*Die* 4. *Aprilis*, 1659.

PRoponente Domino D. Fælice de Lanzina y Vlloa Regiam Cancellariam Regente, & Pro M. C. reſcriptum Excellentiſſimi Domini Proregis, quo Regiæ Cameræ Summariæ ſignificabatur, ſuam Catholicam Maieſtatem Regiis litteris mediantibus, ſub datum Madriti 19. Decembris 1658. mandaſſe, vt Magnifici Præſidentes breuioris togæ, qui ab Inuictiſſimo Carolo Cæſare olim Rege noſtro laici, & à vulgo Idiotæ nuncupantur, de cætero in cauſis in quibus de iuris articulo dubitari; contigerit, votum proferre non poſſint, Regia Camera, vnico ſpiritu, vnanimique conſenſu, reſpondit, ſupradictas Regias Litteras fore, & eſſe omnino ſeruandas, iuxta illarum ſeriem, continentiam, & tenorem, qui talis eſt.

## EL REY.

*ILluſtr. Conde de Peñaranda Pariente, Gentilhombre de mi Camera, de mi Conſejo de Eſtado y Preſidente en el de Indias y mi Virrey, Lugarteniente y Capitan General, Siendo muy pueſto en raçon y conforme a las leyes y neceſſario a la recta adminiſtracion de la iuſticia, que los Iuezes y Miniſtros deputados para alguna profeſſion y cierto genero de negocios no ſalgan de los limites de ſu proprio exercicio, ni ſe confundan los miniſterios, que con particular prouidencia ſe han eſtablezido en las inſtituciones de los Tribunales y officios, ſe ha iuzgado ſiempre por conueniente dar alguna forma, paraque los Preſidentes legos del Tribunal de mi Regia Camera dela Summaria, que ſe han formado de ordinario del miſmo Tribunal para la determinaçion y deſpacho de las quentas y materias pecuniarias ſe hayan de abſtener preciſamente de votar en los pleitos que contienen puntos y articulos de derecho, cuya determinacion debe eſtar reſeruado tan ſolamente a los Preſidentes togados como lettrados, que tienen la ſufficiencia neceſſaria para iuzgar en ſemejantes cauſas, mayormente en los pleitos arduos y graues como ſon los feudales y otros qualesquiera, en los quales entran propiamente punctos de derecho. Y aunque ſe ha eſtilado*

Digitized by Google

*lado que en ſemejantes caſos los dichos Preſidentes legos reconociẽdo la calidad de los pleitos de Iuſticia con articulos de derecho, vſando de ſu modeſtia, y cumpliendo con ſu obligacion ſe hayan abſtenido de votar, ſin que les fueſſe aduertido por el Lugarteniente, eſcuſando eſcrupolos a ſi miſmos, y cauſas de quejas a las partes, diciendo que ſe remitten a lo que dice el derecho, con que no hazen voto ninguno, Toda via no dejando de tener los miſmos inconuenientes el eſtilo que haſta oy ſe ha obſeruado, pudiendo ſuceder, que por eſtar en ſu libre facultad el votar, ò el remittirſe, vſen de ſu arbitrio en los caſos, en que por trattarſe de materia de juſticia y puntos de derecho tan agenos de ſu profeſſion deuieran abſtenerſe. Ha parecido, que es bien determinar la differencia, que huuo el año de 1562. de que tratta,* la pragmatica 58. de offic. Procur. Cæſ. *entre el Lugarteniente de la Camera, y los Preſidentes legos, que ſe agrauiaron de la orden, que les dio el Lugarteniente, para que no votaſſen en vn pleito de juſticia, alegando que el dar la dicha orden me tocaua à mi, y à mi Virrey con el Collateral, por el qual ſe ordenò, que no ſe hizieſſe nouedad, porque deſpues ſe daria la orden conueniente, y ſiendo aſsi, que es proprio de los Miniſtros Togados en votar en las cauſas de juſticia donde entran puntos y articulos de derecho, que para eſſe effecto principalmente ſe han inſtituido en dicho Tribunal por los Sereniſsimos Reyes mis predeceſſores de glorioſa memoria, como los Preſidentes legos en el miſmo Tribunal para los negocios de quentas, y adminiſtracion de mi Real Patrimonio, ordeno y mando que en los dichos pleitos de juſticia que tienen diſcuſsion de derecho no puedan dar voto los dichos Preſidentes legos, y que para mayor obſeruancia deſta mi orden, el Lugarteniente del Tribunal al qual le ha de tocar el declarar ſi ſon negocios de Iuſticia ò no, ſe lo aduierta en las occaſiones, paraque ſe abſtengan, ò ſe remittan al derecho, declarandoſe que con eſto no ſe quitte que los Preſidentes legos puedan en dichos negocios lo que ſe les offreciere por ſu intelligencia y noticia para mayor ſeruicio de mi Regio Fiſco, y claridad de los negocios con que ſe regularà eſta materia en la forma que conuiene a la recta adminiſtracion de la juſticia, y no ſe da lugar à las alegaciones friuolas y affectadas que hizieren las Partes en los caſos, que no tengan proprios, y verdaderos punctos de derecho y para la execucion deſta mi orden, dareis lo que conuenga, que en la miſma conformidad ſe han dado las que conuienen à mi Vierrey de Sicilia y Gouernador de Milan. Madrid à 19. di Deciembre 1658. YO EL REY.* Vidit Anzalone Regens, Vidit Comes de Mora Conſiliarius, Vidit Trelles Regens, Vidit Galeota Regens, Carate Secretarius.

## DCXCIII.

*Die 27. menſis Maij, 1659.*

VIſo memoriali porrecto S.E. pro parte Ludouici Graſſi olim officialis ſiue Militis Regiæ Triremis ſub denominatione Sanctæ Agathæ, prætendentis fore, & eſſe declarandum ſtipendium, ſiue Salarium ſibi conſtitutum pro munere, ſiue ſeruitio in dicta Regia Trireme explendo ab illa die, qua à Turcis fuit captus, ſic in mari præliando, dum cum in dicta Regia Trireme, & alia ſub denominatione S. Ioannis à Maritimis Hiſpaniarum ducebatur Dominus D. Ioannes ab Auſtria iter ſuum agens Belgicam verſus; & è contra prætendente Regio Fiſco petitum ſtipendium, ſiue ſalarium pro tempore Captiuitatis dicto Ludouico nullatenus de iure fore decernendum remiſſoque negotio ad Regiam Cameram, ad hoc vt ſuper ſuppoſitis per dictum Ludouicum de Iuſtitia prouideri deberet.

Viſis actis per Regium Conſiliarium D. Didacum Moles. Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundem de meritis cauſæ relatione in dicta Regia Camera coram Spectabil. Regente D. Felice Lanzina de Villoa pro M. C. aliiſque DD. Præſidentibus ipſius, audito D. Io. Hieronymo de Philippo Regalis Patrimonij fiſci Patrono, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, decretum & declaratum, non eſſe locum petito ſalario pro parte Ludouici Graſſi pro tempore, quo, fuit captus, & apud hoſtes detentus. Hoc ſuum, &c.

*Adde, ſic per Regiam Cameram alias iudicatum de anno 1638. ſub die 17. Aprilis, vt teſtatur* D. Præſ. Ganauerr. *deciſ. 24. ac iterum me referente ſub die 3. Auguſti, 1658. & pro pleniori materiæ cognitione, vide* Dom. Reg. Conſtant. *in l. 1. C. de re milit. lib. 12.* vbi teſtatur, quod hoc iure vtimur in Regno, obſeruaui pariter aliam conſultationem factam per Regiam Cameram de anno 1563. tunc Excellentiſſimo Domino Proregi Duci de Alcala, cuius tenor eſt, vt ſequitur.

*Poſt debitam commendationem. Hauemo riceuuto lettere di V. E. dirette à queſta Regia Camera del tenor ſequente. Philippus Dei gratia Rex, Caſtellæ Aragonum, vtriuſque Siciliæ &c. Illuſtr. & Magnifici viri Collaterales Conſiliarij fideles dilectiſſimi; li meſi proſſimi paſſati comparendo auanti di noi diuerſi officiali, e ſoldati dell'Infantarie Spagnuole di queſto Regno, che ſi perſero l'anno del 1560. nel forte de la Inſula de li Gerbi à dimandare ſue paghe, ne parſe conſultare con la predetta Maeſtà, ſi era ſeruita che ſi pagaſſero per poſſerle riſoluere nelle loro pretenſioni. Al quale ne hà mandato reſpondere quello che vederete in vn Capitolo de ſua Carta, ſub datum en Ma-*

*drid à 25. del meſe d'Agoſto del preſente anno, qual è del tenor ſequente, videlicet.*

*Lo que toca al Sueldo de los officiales y ſoldados, que ſe perdieron en los Gelues por el tiempo que eſtuuieron captiuos que como ſcriueis eſtan depoſitados haſta ſaber nueſtra voluntad ſe os remitte, paraque examinandoſe alla ſi de juſticia ſe les deue lo proueays conforme ella. Et a tal che ſi poſſa dare alli ſupplicanti, officiali, e ſoldati la reſolucione, che ſi conuiene ſopra la pretendenza delle ditte paghe, ci e parſo farui la preſente, per la quale vi dicemo, & ordinamo, che debbiate trattare, & concludere in queſta Regia Camera, per che ſe tratta d'intereſſe del Regio Patrimonio, ſi de iuſticia ſe deueno pagare a li officiali, & ſoldati predetti le paghe che dimandano; & inteſo al tutto il Regio Fiſco, ne farete conſulta con il voſtro parere, e coſi l'eſequerete, che per eſſere tale la volonta di ſua Maeſtà tal'è anco noſtra intencione.* Datum Neap. die 15. menſis Nouembris, 1563. D. Peraſan, Vidit Villanus Reg. Vidit Reuerterius Regẽs, Vidit Patignus Reg. Soto Secretarius in Curiæ .... fol. 144. *Et per eſequire quanto V. E. con le preinſerte lettere ne ha comandato, hauendo diſcuſſo il detto dubio in queſta Regia Camera, inteſo il Regio Fiſco, ſemo di parere, che la Regia Corte de Iuſtitia non è tenuta pagare le prouiſioni, e ſoldi alli officiali, e ſoldati di S. M. che ſi preſero in la impreſa deli Gerbi per lo tempo che ſono ſtati cattiui in potere dell'inimici, ſincome per vn altra conſulta di queſta Regia Camera lo hauemo declarato, & riferito à V. E. in la cauſa del Capitano Franciſco Cogliaros. In gratia della quale di continuo ne raccomandamo.* Ex eadem Regia Camera, die 18. menſis Decembris, 1563.

Di V. E.

*Deuotiſſimi Seruitori.*

*Il luogotenientte, & Preſidẽte de la Reg. Camera.*
*Andreas Ponz de Leon.*
*Antonius de Caſtrillo Commiſſarius.*
*Didacus de Eſcobar.*
*Michael Io. Gomez.*
*Hieronymus de Segura.*
*Io. Paulus Criſpus Act. Magiſter.*

*Palumbus pro notatore.*

## DCXCIV.

*Die 23. Iunij, 1659.*

SVper inſtantia facta per Angelum Stefanellum petentem vti braccialem non moleſtari ab Vniuerſitate Caſalis Tuberolæ ad ſolutionem Gabellarum, ex quo nil habet in bonis, & propriis brachiis, ſiue manibus ſingulis diebus victum ſibi quærit, ſicque eum non teneri, niſi pro ſua induſtria ſoluere carolenos decem, quolibet anno, ſeruata forma decreti generalis Regiæ Cameræ, & aliis, vt in actis, &c.

Facta de prædictis omnibus relatione in dicta Regia Camera per ſubſcriptum Dominum Militem V. I. D. Donatum Antonium de Marinis Regiæ Cameræ Summariȩ Præſidentem, & Commiſſarium coram Spect. Domino D. Felice de Lanzina y Vlloa Regiam Cancellariam Regente, & P. M. C. aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum quod ex quo in dicto Caſale Tuberolæ viuitur per gabellas, & non per cataſtum cogatur dictus Angelus ad ſoluendum cum Vniuerſitate prȩdicta omnes, quaſcumque gabellas ſuper rebus comeſtibilibus impoſitas, nec non ad ſoluendum ſimiliter ſingulo quoque anno carolenos decem pro induſtria. Hoc ſuum, &c.

## DCXCV.

*Die 23. menſis Iunij, 1659.*

IN cauſa Regij fiſci, & Magnifici Marci de Laurentiis Capitanei Graſſiæ Prouinciarum Terræ Laboris, & Comitatus Moliſij cum Vniuerſitatibus Ciuitatis S. Germani, eiuſque, Caſalium, ſiue oppidorum prætendentibus non teneri, ſingulo quoque anno de menſe Ianuarij præſentare in Regia Camera, ſiue in poſſe Magnifici Capitanei Graſſiæ notam omnium animalium in territorio dictæ Ciuitatis, & Caſalium pro tempore exiſtentium.

Viſis actis ac informatione nouiſſimè capta de ordine Regiæ Cameræ per Magnificum Gubernatorem Ducatus Sueſſȩ per quam conſtat, dictam Ciuitatem S. Germani, eiuſque Caſalia ſitam, & ſita eſſe intra viginti miliaria à confinibus Regni, & ſtatus Eccleſiaſtici, Per Dom. Militem V. I. D. Donatum Antonium de Marinis Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, & per eundem facta de prædictis omnibus relatione in Regia Camera coram Spect. D. Fœlice de Lanzina, y Vlloa Regiam Cancellariam Regente P. M. C. aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius audito Domino Ioan. Hieronimo de Philippo Regalis Patrimonij fiſci Patrono, ac Magnifico Aduocato dictarum Vniuerſitatum; Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ſeruata forma Regiarum inſtructionum, Ciuitatos, & Caſalia, ſiue oppida Sancti Germani ſingulo quoque anno de menſe Ianuarij præſentent in Regia Camera, ſiue in poſſe Magnifici Capitanei Graſſiæ notam veram, & diſtinctam omnium animalium in eorum territorio exiſtentium ſub pœnis in eiſdem Regiis inſtructionibus, Pragmaticis Sanctionibus, & bannis contentis, & præſcriptis. Hoc ſuum, &c.

*Vide aliud decretum ſub die 19. Februarij, 1600.*

TCXCVI.

Digitized by Google

## DCXCVI.

*Die 8. Iulij, 1659.*

SVper inſtantia facta per Vniuerſitatem Inſulæ Procitæ, debere cogi Patres onuſtos duodecim filiorum, alioſque priuilegiatos in ea commorantes ad ſuſtinendum onus cuſtodiæ in Marinis ipſius, ne Turcharum, aliorumque inimicorum inuaſio ſuccedat, vt ex actis, &c.

Facta relatione de prædictis in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V. I. D. Donatum Antonium de Marinis dictæ Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur quod tam ciues Neapolitani, quam Patres onuſti duodecim filiorum, & alij priuilegiati commorantes in Inſula Procitæ ſuſtineant onus cuſtodiæ in maritimis ipſius, ne Turcharum, aliorumque inimicorum inuaſio ſuccedat, non obſtante quod ſint priuilegiati. Hoc ſuum, &c.

## DCXCVII.

*Die 18. menſis Auguſti, 1659.*

SVper inſtantia facta, vt per Regiam Cameram decidatur apud quem ſint præſtandæ fideiuſſiones, quas præſtare tenentur extrahentes victualia à locis maritimis permiſſis, & non prohibitis Regni huius, pro illis immittendis tam intra quam extra Regnum.

Viſa diſpoſitione capitulorum Regni; edita ſuper Portubus, aliaque per ſuam Catholicam Maieſtatem promulgata in capitulis nouiſſimæ reformationis, factaque de his omnibus relatione in Reg. Camera Summariæ per Dom. Militem V. I. D. Donatum Antonium de Marinis Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium coram Spectab. Dom. D. Fœlice de Lanzina y Vlloa pro M. Camerario ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius audito Domino fiſci Patrono, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti diffinitiuo decreto decernitur, & prouidetur, quod fideiuſſiones præſtandæ per extrahentes victualia à locis maritimis permiſſis, & non prohibitis Regni huius, pro illis immittendis tam intra, quam extra Regnum, recipiantur per Magnificos Magiſtros Portulanos illorum locorum, à quibus fit extractio, niſi ex aliqua cauſa, quæ iuſta, & conuenieris videbitur, Per Regiam Cameram mandetur fideiuſſiones prædictas præſtari, & recipi in eadem Regia Camera; verum quando hoc contigerit ad fraudes euitandas, tranſmittatur ad eoſdem Magnificos Magiſtros Portulanos copia fideiuſſionum captarum in tribunali Reg. Cameræ vna cum reſponſalibus, vt de illis plenam habeant notitiam. Hoc ſuum, &c.

## DCXCVIII.

*Die 13. menſis Nouembris, 1659.*

SVper memoriali porrecto pro parte RR. Prioris, & Patrum venerab. Conuentus Sanctorum Ioſephi, & Thereſiæ ordinis Carmelitanorum Diſcalzeatorum conſtructi in Ciuitate Altamuræ petentium expediri prouiſiones directas Gabellotis, & cæteris de Regimine dictæ Ciuitatis, ne audeant moleſtare inſeruientes, & famulos dicti conuentus ad ſoluendum gabellam farinæ pro pane, quem dietim dicti RR. Prior, & Patres eis ſubminiſtrant pro victu, vt latius in dicto memoriali continetur.

Facta de his omnibus relatione in Regia Camera Summariæ per Dom. Militem V. I. D. Donatum Antonium de Marinis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod famuli dicti conuentus, quibus pro eorum victu dietim ſubminiſtratur panis à dictis RR. Patribus, vt ſic viuentes poſſint vacare ſeruitio dicti venerab. conuentus, nullatenus moleſtentur à Gabellotis, ſiue ab illis de Regimine d. Vniuerſitatis Ciuitatis Altamuræ ad ſoluendum gabellam pro pane prædicto; verum ſi Vniuerſitas habet cauſam in contrarium compareat in hac Reg. Camera, vt de iuſtitia, ea in iuribus ſuis audita, prouideri poſſit. Hoc ſuum, &c.

***Ratio huius determinationis fuit, quia alias per indirectum RR. Patres hoc onus gabellæ ſuſtinerent, etenim ſi hi famuli, ſiue operarij ad gabellam ſoluendam cogerentur, huius oneris intuitu maiorem eorum laborum mercedem à RR. Patribus extorquerent.***

## DCXCIX.

*Die 10. Aprilis, 1660.*

SVper inſtantia facta per Alferium Michaelem de Campos Hiſpanum Capitaneum Regiorum tormentorum æneorum in Ciuitate Trani aſſerentem per Gabellotos farinæ d. Ciuitatis fuiſſe denegatum, & adhuc eius filiis denegari immunitatem illius gabellæ, eo ſub prætextu, quod ſunt in minori ætate conſtituti, quodque immunitate prædicta gaudere non poſſint, niſi ipſe Michaël, eiuſque omnes de familia maiores, & cum dictorum Gabellotorum prætenſio ſit contra expreſſa decreta generalia

generalia Regiæ Cameræ, petitur per hoc prouideri, ſimulque mandari dictis Gabellotis, quod tractent dictos filios quamuis minores immunes ab onere dictæ gabellæ, ſeruata cum illis taxa Regiæ Cameræ vnius rotuli panis pro quolibet, ſingulo quoque die, & cum reſtitutione exacti.

Recognito decreto alias per Regiam Cameram in ſimilibus interpoſito cuius tenor eſt, videlicet.

In cauſa in Regia Camera vertente inter Milites grauis, & leuis Armaturæ Ciuitatis Tricarici cum Vniuerſitate prædicta, ſuper immunitate, qua gaudere prætendunt tanquam milites & alias vt in actis. Viſis per Magnificum Militem V. I. D. Fabium Capicium Galeota Reg. Cameræ Summariæ Præſidentem & cauſæ Commiſſarium factaque de prædictis omnibus relatione in dicta Regia Camera coram Illuſtriſſ. Marchione Sancti Iuliani Locumtenente dictæ Regiæ Cameræ, & aliis Magnificis Dominis Pręſidentibus ipſius, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Militibus grauis, & leuis Armaturæ Ciuitatis Tricarici detur immunitas ad rationem vnius rotuli panis ſingulis diebus pro quolibet, iuxta taxam Regiæ Cameræ, verum ſi maluerint, vel opus fuerit eiſdem dari immunitatem in farina, detur præcedente ſtima, ſeu ſcannagio faciendo expertis, ita quod non excedat taxam Regiæ Curiæ vnius rotuli panis pro perſona, quolibet die, & ſimiliter quod filij dictorum Militum à bimatu ſupra gaudeant immunitate prædicta panis, & non infra, & quoad famulos, & famulas exteros non gaudeant immunitate aliqua, niſi doceant ſubire onera in eorum propriis patriis, iuxta decretum Cameræ generale; quo verò ad famulos exteros, qui non ſunt de Regno, non ſeruetur immunitas & expediantur prouiſiones. Hoc ſuum, &c.

Per Dom. Militem V.I.D. Donatum Antonium de Marinis Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium, fuit prouiſum & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Vniuerſitas, Gabelloti, & Exactores Gabellæ Farinæ Ciuitatis Frani, obſeruent præinſertum decretum Regiæ Cameræ ad beneficium ſupradicti Alferij Michaëlis, eiuſque familiæ, ac proinde ſi illius filij conſtituti ſunt in ætate à bimatu ſupra, hoc eſt, excedant annos duos, tractent, ac tractare faciant dictum Michaëlem Patrem immunem, etiam reſpectu perſonarum dictorum filiorum, adhuc cum illis ſeruata taxa Regiæ Cameræ vnius rotuli panis pro quolibet, ſingulo quoque die, & cum reſtitutione exacti. Hoc ſuum, &c.

## DCC.

*Die 12. menſis Aprilis, 1660.*

SVper inſtantia facta per Vniuerſitatem Terræ Spezzani Parui, vt declaretur, priuilegium conceſſum quondam Ioann. Iacobo Ciollari vti patri onuſto duodecim filiorum numero per illius, eiuſque vxoris mortem fuiſſe, & eſſe extinctum, ac proinde Mauritium, & Ioannem Ciollari filios teneri ad ſolutionem collectarum provt alij ciues tenentur à die mortis ſuperſtitis vxoris, quæ poſt virum è viuis deceſſit.

Facta relatione in Regia Camera per Dom. Militem V. I. D. Donatum Antonium de Marinis, eiuſdem Regiæ Cameræ, Præſidentem coram Spectab. Domino Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram Summariæ conſenſu prouiſum, & decretum eſt, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, priuilegium à iure tributum patri duodecim filiorum numero onuſto, per illius mortem, ſuperſtite vxore, adhuc, dummodo filij inſimul cum matre vnitè viuant, matre autem poſtea defuncta ceſſare prorſus, adhuc ſi filij vnitè viuant, ac proinde mandetur Curiæ terræ Spezzani Parui, & Regiæ Prouinciali Audientiæ in ſolidum, quæ iuris, & facti remediis opportunis cogat dictos Mauritium, & Ioannem Ciollari ad ſuſtinenda onera dictæ Vniuerſitatis tam ordinaria, quàm extraordinaria, provt alij Ciues à die mortis vltimi parentis. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

*Vide alia decreta lata ſub diebus 24. menſis Iunij, 1552. 14. Maij, & 13. menſis Iunij, 1563. & 4. Auguſti 1571.*

## DCCI.

*Die 4. Iunij, 1658.*

IN cauſa Regij fiſci, cum Angelo Migliauio, Grandonio Moneta, Sebaſtiano Paſcale, Patrono Benedicto Nocco, Vincentio Garillo, Nicolao Irritiello, Vincentio Azzarino, & Stephano Buſſo inquiſitis, & carceratis omnibus, præter dictum Angelum, de tentata extractione doliorum Vini triginta quinque à Maritima Lacchi pertinentiarum Foriæ Iſchiæ per extra Regnum, cæpto itinere, nullâ extrahendi licentiâ obtentâ, & ſic abſque debitis expeditionibus, citatis dictis inquiſitis, & carceratis ad dicendum cauſam quare non debeant dicta dolia Vini, & Tartana, ſuper qua onerata erant, declarari intercepta, ſic inſtante Regio fiſco, vt abſque alia cauſæ cognitione procedi

Digitized by Google

procedi deberet ad venditionem dictæ Tartanæ, & vini, de,& prout in actis, &c.

Viſis actis omnibus per Dominum Militem V. I. D. Donatum Antonium de Marinis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem,& cauſæ Commiſſarium, ac de his omnibus facta relatione in Regia Camera, coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum,& decretum, prout præſenti decreto decernitur,& prouidetur, quod procedatur ad venditionem Vini, & Tartanæ, & pretium incorporetur ad beneficium Regiæ Curiæ, & Partitarij iuxta capitulationem,& nihilominus Grandonius Moneta, Sebaſtianus Paſcalis, Benedictus Nocco, Vincentius Garrillus, Nicolaus Irritellus, Vincentius Azzorinus, & Stephanus Ruſſus carcerati intus Carceres Admirati reducantur in prouiſione, & Angelus Migliaccius citetur ad informandum,& capiatur. Hoc ſuum.

De iuſtitia huius determinationis, & alterius diuerſimodè factæ ſub die 2. Iunij 1657. verba fecimus in *obſer.* ad *deciſ.*552. D. Reg. Reuerterij, vbi plura de intellectu tex. in *l.cotem ferro.* §. *Dominus ff. de public. & vectigal.* quo cauetur, nauem quoque fiſco acquiri, dum illius dominus, vel victores illicita ibi impoſuerint. Nunc addo quicquid DD. dixerint ad intelligentiam *tex.* prædicti, ſic expresſè cautum eſſe iure noſtro municipali, *in c. Regni*, quod incipit, *Vt illorum fraudibus*, cuius conditor extitit olim Rex noſter Carolus primus, qui duos caſus principales in hac re conſtituit, quorum Primus, quando inuenta eſt Nauis mercibus onerata, nullis obtentis expeditionibus. Secundus quando conſtat de licentia extrahendi, ſed ſuper Naui maior quantitas eſt onerata, quàm illa, quæ in expeditionibus continetur, vt in Primo, tàm onus, ideſt merces, quàm Nauis ad opus Curiæ, hoc eſt ad vſum, & vtilitatem, ſiue beneficium Curiæ capiantur, ibi in tex. *Volumus vt Portulani, vel eorum vicem gerentes loci, ad quem contigerit Nauim aliquam, ſeu Vaſcellum aliquod oneratum victualibus applicari, ad Nauim, ſeu Vaſcellum illud ſtatim accedant cum quatuor bonis, & legalibus viris, qui non attineant Portulanis, & cum Notario publico loci ipſius, & illis præſentibus faciant ſibi oſtendi apodiſſam, quam habere Mercatores ſe dicunt, ſeu litteras de licentia extrahendi victualia, ſeu alia à Portulanis illis, ſub quorum cuſtodia portus exiſtit, in quo Vaſcellum, ſeu Nauis dicitur onerata; Et ſi non oſtenderint eis litteras Mercatores de dicta licentia, tàm onus, quàm nauis ad opus Curiæ capiantur, & Mercatores ipſi de perſonis tanquam temerarij capiantur.* In ſecundo verò caſu Nauem, & merces pro parte Regij fiſci fore detinendas, hoc eſt, ſequeſtrandas, & ſtatim proceſſum formari, & ad Regiam Curiam tranſmitti, ibi in tex. *Quod ſi in dicta Naui, ſeu Vaſcello maior quantitas eſt victualium onerata, quàm de ipſorum oneratione contineat apodiſſa, ſi contigerit maiorem quantitatem eſſe, vt præſcriptum eſt, nauim, & onus ipſum pro parte noſtræ Curiæ faciant detineri, & Mercatores de perſonis arreſtare curabunt, & ſtatim proceſſum eorum totum per eos in præmiſſis habitum per inſtrumentum publicum inde confectum de prædictis noſtræ Curiæ volumus intimari, &c.* Notamus ex hoc tex. diuerſimodè legiſlatorem diſpoſuiſſe, quando inuenta eſt Nauis mercibus onerata abſque debitis expeditionibus, & ſic nullâ extrahendi obtentâ licentiâ; Et quando conſtat de legitimis expeditionibus, verùm maior quantitas eſt onerata, quàm in licentia continetur, vt in primo, tàm merces, quàm Nauis fiſco applicentur; in ſecundo verò detineri tantùm nauim, & merces, ideſt ſequeſtrari, & capi informationem, ad Regiam Curiam demùm tranſmittendam, ad hoc (voluit dicere Rex Carolus) vt viſo proceſſu de iuſtitia prouideri poſſit; Etenim dari poteſt caſus, vt Dominus Nauis in nihilo deliquerit, ſic putans, vt illa tantùm mercium quantitas à Mercatoribus ſit onerata, quæ in apodiſſa continetur, quo quidem caſu Nauis erit eidem omninò reſtituenda, quod ſecus eſſet, ſi fraudis in mercium oneratione ſuper Naui particeps fuiſſet.

## DCCII.

*Die 17. menſis Decembris, 1658.*

IN cauſa Regij fiſci, cum Illuſtriſſ. Don Hippolito Reuerterio Duce Terræ Salandriæ, & poſſeſſoribus Terrarum Calciani, & ſancti Antami, ſuper exequutione mandati contra dictum Illuſtriſſ. Ducem relaxati, ad hoc vt compareat in Regia Camera ad dicendum cauſam quare non debet ſoluere duplicatum releuium, vel ſimplum cum intereſſe ad electionem Regij fiſci, ob mortem Illuſtr. Don Franciſci Reuerterij olim Ducis, & poſſeſſoris dictarum Terrarum, infra legitima tempora non denunciatam; Excipiente dicto moderno Duce ad ſolutionem aliquam ex cauſa dicti prætenſi releuij non teneri, ex quo in bonis feudalibus dicti quondam Illuſtr. Ducis Don Franciſci eius fratris, ob illius mortem non ſucceſſerat, ſed per refutationem,& renunciationem ſibi factam, priuſquam profiteretur in venerabili congregatione RR. Clericorum regularium Teatinorum, & ſolemnem profeſſionem indè ſequutam, de, & prout in actis.

Viſis actis per Dominum Militem V. I. D Don Didacum de Vlloa Regiæ Cameræ Sum-

mariæ Præſidentem, & Commiſſarium factâque per eundem relatione in Regia Camera in ſecunda aula coram aliis Dominis Præſidentibus deputatis per S.E. in expeditione cauſarum Regij cedularij, audito Domino fiſci patrono; per Regiam Cameram Summariæ conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Illuſtr. Dux Salandriæ, & poſſeſſores Terrarum Calciani, & Sancti Antami non moleſtentur pro cauſa in mandato contenta. Hoc ſuum.

Hæc determinatio nitidiſſimo iuris fundamento fulcitur; quandoquidem receptiſſimum eſt, releuium moribus in Regno introductum, non niſi per feudatarij mortem à ſucceſſore in feudo deberi, vt poſt Andr. & alios noſtrates paſſim Dominus Reg. Reuert. *deciſ.* 564. Et ſi quis dicit, adhuc per refutationem, quando ea eſt omnium feudorum, idquè ad fraudem euitandam, vt ex Andr. Afflict. Capyc. Frec. & aliis D.Reg. Rouit. in *prag.* 1. *numer.*10. *de offic. procur. Cæſ.* & Dom. Reg. Reuerter. *deciſ.*564. Reſpondeas, nec etiam deberi per refutationem omnium feudorum, quando in fraudem facta non eſt, provt in caſu huius determinationis; hinc communiter apud nos receptum eſt, quòd quando refutatio à patre filio fit contemplatione matrimonij, quamuis omnium feudorum, quia ceſſet fraus, releuium non debetur D. Reg. Reuert. *deciſ.*404. & alibi.

Ceſſabat deniquè omnis controuerſia, quia adhuc ſi refutatio facta non eſſet dominium feudorum, de quibus agebatur quæſitum extiterat Duci Don Hippolito per profeſſionem Ducis Don Franciſci feudatarij ſolemniter in Religione emiſſam, quo caſu nullies per Regiam Cameram iudicatum, releuium non deberi; videatur idem D. Reg. Reuert. ſic his pronepotibus ſuis deſcendentibus prouidens, *deciſ.*564. & quæ Ego ibi obſeruaui.

## DCCIII.

*Die* 16. *Septembris*, 1660.

SVper memoriali porrecto pro parte Scipionis Valignani Ciuitatis Theatinæ ſe conquerentis, quod Theſaurarius Prouincialis in feudo denominato *Villa Valignano*, quod pro diuiſo poſſidetur tam ab ipſo Scipione, quàm à Barone Ioacchimo Conſtantino, & à Barone Ioſepho Valignano, ex quo in eo viuitur de iure Longobardorum, intendit exigere iura foculariorum, & ſalis, ad quæ dictum feudum tenetur, ſiue Ciues in eo habitantes ex integro à parte, quæ poſſidetur ab ipſo Scipione, ſic nimis grauando habitatores, & Ciues illius partis, quod proinde petit mandari dicto Theſaurario, vt exigat à parte, quæ per ipſum Scipionem poſſidetur, ſiue à Ciuibus in eo habitantibus, pro numero foculariorum, iuxtà nouiſſimam numerationem dicti feudi in Regia Camera præſentatam, & relationem ſuper indè factam per Magnificum Rationalem Trotti.

Factâque de prædictis relatione in Regia Camera per Dominum Militem D. Carolum Ardìa Regiæ Cameræ Summariæ breuioris togæ Præſidentem, & Commiſſarium, fuit per ipſam Reg. Camerã conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur & prouidetur, quod Magnificus Theſaurarius Prouincialis exigat iura foculariorum, & Salis à Ciuibus, & habitatoribus dicti feudi, quod denominatur *Villa Valignano* ad præſens pro diuiſo poſſeſſi à dictis Barone Scipione, Ioacchimo, & Ioſepho, ex quo in eo viuitur de iure Longobardorum; hoc eſt à parte, quæ poſſidetur per dictum Scipionem pro numero ſeptem foculariorum, ab alia parte, quæ poſſidetur à dicto Ioacchimo pro numero trium foculariorum, & ab alia parte, quæ poſſidetur à dicto Ioſepho pro numero duorum foculariorum iuxtà relationem factam per Magnificum Rationalem Ioannem Alfonſum Trotti. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.

## DCCIV.

*Die* 15. *menſis Ianuarij*, 1661.

IN cauſa venerabilis Monaſterij Sancti Benedicti huius fideliſſimæ Ciuitatis in Burgo Plagæ petentis mandari Vniuerſitati Sancti Germani, vt ei ſoluat tertias per ipſam Vniuerſitatem debitas ex cauſa annuorum ducatorum centum ſexaginta dicto Monaſterio cum eorum capitale ceſſorum per Ioannẽ Carolum Gaëtanum, non obſtante prætentione dictæ Vniuerſitatis, circa retentionem Bonatenentiæ, in qua quidem cauſa cum per infraſcriptum Dominum Præſidentem Commiſſarium fuiſſet latum decretum, recognitis aliis per Regiam Cameram in ſimilibus interpoſitis, quod dicta Vniuerſitas ſoluat dicto Monaſterio tertias debitas ad rationem quinque pro centenario abſque retentione Bonatenentiæ, dicta Vniuerſitas à decreto prædicto appellauit *fol.* 27. & obtinuit Regiam decretationem, quod Dominus Commiſſarius referat *fol. eodem a.* & filiis provt ex actis.

Viſis actis, ac memoriali porrecto per Vniuerſitatem Sancti Germani cum Regia decretatione *fol.* 22. per Spectabilem Dominum Regentem Donatum Antonium de Marinis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem,

tem, & cauſæ Commiſſarium, factaquè per eundem de prædictis omnibus relatione in dicta Regia Camera coram aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, benè fuiſſe, & eſſe prouiſum per dictum Dominum cauſæ Commiſſarium ſub die 7. menſis Iunij anni proximè elapſi *fol.* 20. cum clauſula in forma reſpectu debitorum per dictam Vniuerſitatem contractorum ante contractum ceſſionis factæ per dictum Ioannem Carolum dicto Venerabili Monaſterio. Hoc ſuum.

Quòd Eccleſia pro bonis emptis, vel ſibi donatis ſit immunis ab onere ſolutionis bonatenentiæ, quicquid dicant noſtrates in Clerico, cum in Eccleſiâ ceſſet prorſus fraus, quæ in Clerico, vt plurimum conſiderari poteſt; priuſquam decretum prædictum fuiſſet per me domi interpoſitum, quod per Regiam Cameram demùm confirmatum extitit, obſeruaui expreſſam diſpoſitionem pro Eccleſia *c. Regni huius*, quod incipit *Item ſtatuimus*, ibi, *nec pro bonis Eccleſiaſticis*, ſecundùm ordinem Ioann. Ant. de Nigris 98. Obſeruaui pariter Regiam Cameram ſic iudicaſſe ſub diebus 12. Februarij, 1563. 24. Iulij 1600. & 7. Auguſti 1602. Obſeruaui etiam ſic D. Cardinalem Grauelanum Regni huius Locumtenentem reſpondiſſe tunc Regi noſtro Philippo II. immortalis memoriæ, & per hæc verba: *Circa il contribuire de Clerici, & perſone Eccleſiaſtiche per li beni comprati, ò per altra maniera per eſſi acquiſtati, ſerà informata la M. V. che in queſto Regno à Clerici, & perſone Eccleſiaſtiche ſe l'oſſerua indeminutamente l'eſentione à riſpetto di beni de legitima ſucceſſione, & delli beni Eccleſiaſtici in qualſiuoglia maniera acquiſtati per cauſa Eccleſiaſtica, & queſto non è ſenza gran fauore, che ſi fà all'immunità Eccleſiaſtica, perche eſſendo beni de laici ſottopoſti all'apprezzi, & cataſti, da doue ſi cauano li pagamenti fiſcali tanto ordinarij, quanto extraordinarij, come beni vna volta affecti, & ſottopoſti al peſo predetto, douriano paſſare con il medemo peſo, conforme anchora alla diſpoſitione della ragione canonica, non dimeno ſe li fà buona la detta eſentione, come hò detto. Però in quanto all'altri beni comprati, ò nouamente acquiſtati per donatione ò altro titulo da Clerici particulari, ſi è oſſeruato perpetuamente, conforme alla Bulla dil Papa Honorio, pragmatiche, & decreti, che hanno contribuito come gl'altri, & queſto biſogna eſſer coſſi, perche altrimente tutte le perſone del Regno per euitare il peſo di pagare, ponerieno li loro beni ſotto finti, & ſimulati tituli in teſta di Clerici, figli, fratelli, nepoti con confuſione, & danno del Regno.* Obſeruaui, & tandem conſultationem Regiæ Cameræ Excellentiſſimo tunc D. Proregi factam ſub die 7. Aprilis 1590. vbi inter alia ſic legitur. *Et acciò V. E. reſti informata del tutto, le facciamo relatione come in queſto Regno à Clerici, & perſone Eccleſiaſtiche ſe gli oſſerua indiminutamente l'eſentione non ſolo per li beni Eccleſiaſtici acquiſtati per le Chieſe in qualſiuoglia modo, & per qualſiuoglia titulo, ma anchora riſpetto di beni, che ſe acquiſtano alli Clerici per legitima ſucceſſione di loro padri, & altri propinqui, & queſto non è ſenza gran fauore, che ſi fà all'immunità Eccleſiaſtica, atteſo che peruenuti detti beni da laici ſono ſottopoſti al peſo delle collette, & come beni digià affetti, & ſottopoſti al peſo predetto, doueriano paſſare con l'iſteſſo peſo reale; però non obſtante il predetto il quondam Sereniſſimo Rè Carlo II. à tempo che gouernaua il Regno à nome del Rè Carlo I. ſuo padre, volendo procedere fauoreuolmente, per vna ſua legge con capitulo particulare, ordinò, che li Clerici fuſſero trattati immuni dalle collette, non ſolo per li beni Eccleſiaſtici, mà anchora nè i beni, che à loro perueneſſero per legitima ſucceſſione; mà non quanto alli beni comprati da Clerici, ò ad eſſi donati, perche altrimente tutti poneriano li loro beni ſotto finti, & ſimulati tituli in teſta di figli, & fratelli Clerici, &c.* Ex quibus conſtat patenter in Regno ſemper fuiſſe ſeruatum, vt Eccleſia pro bonis emptis, vel ſibi legatis, aut donatis immunis ſit ab onere ſolutionis bonatenentiæ, cum in illa, quouis titulo acquirente ceſſet fraus, quæ ſæpè ſæpius conſiderari poteſt in Clerico; vnde de hoc vlterius dubitandum non eſt, ne dicam dubitantem grauiſſimâ intellectus infirmitate laborare.

Cætera ad ſaturitatem pro hac ſententia tuenda ſcripſit non minus doctus, quàm religioſus vir P. Ioannes Iuuenis Societatis Ieſu; provt videre eſt *in allegat.....* inter *allegationes* diuerſorum impreſſas poſt *librum* 2. mearum *iuris reſolut.*

## DCCV.

*Die 8. menſis Februarij, 1661. decreto.*

SV per deductione petita per hęredes quondam Ioannis Monſorij ducatorum 779. $\frac{1}{7}$ à litteris ſignificatorialibus expeditis cõtra dictum quondam Ioannem ex cauſa intereſſe retardatæ ſolutionis ducatorum 619.3.18. Regiæ Curiæ debitorum pro releuio Terrarum Sancti Saluatoris & Caſtri veneris, ob mortẽ quõdam Lucretiæ de Capua matris dicti quondã Ioannis ſtante quod dictus quondem Ioannes ante, &. poſt expeditionem litterarum ſignificatorialium dictorum ducatorum 619.3.18. oppoſuerat compenſationem cum maiori ſumma per Regiam Curiam debita dictæ quondam Lucretiæ, & ſucceſſiuè eius hæredibus ſuper Dohana Menæpecudum Apuliæ; quæ quidem

quidem compenſatio, quamuis de iure contra fiſcum opponi non poſſit, quando credita, & debita ex diuerſis ſtationibus procedunt, attamen ſat eſt ad impediendum curſum vſurarum ſortis fiſco debitæ, nam ſi per Regiam Curiam in anno 1621. quo tempore fuerunt expeditę litterę ſignificatoriales contra dictum Ioannem hæredem vt ſupra pro dicta ſumma ducatorum 619.3.18. ex cauſis dicti releuij, fuiſſet dictis hæredibus ſoluta quantitas eis debita ſuper dicta Dohana Menæpecudum, provt decreto Collateralis Conſilij eodemmet anno 1621. ordinatum extiterat, dictus Ioannes eodemmet tempore ſoluiſſet Regio fiſco dictos ducatos 919.3.18. ex cauſa releuij debitos, cùm fuiſſent poſtea in anno 1638. Regio fiſco ſoluti ex affictu dictarum Terrarum, & ſucceſſiuè intereſſe aliquod currere non poterat, & aliàs provt in actis.

Factaque de prædictis omnibus relatione in Regia Camera per Magnificum Rationalem Andream Staracium coram Dominis Præſidentibus ipſius, audito Regio fiſco, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, viſa petitione Partis *fol.* 6. & decreto Collateralis Conſilij lato ſub die 5. Nouembris 1621. *fol.* 11. ac ſolutione ſortis principalis *fol.* 8. 9. *&* 26. quod fiat deductio ſignificatoriæ expeditæ pro intereſſe dictorum ducatorum 779.2.$\frac{1}{7}$ ex cauſis vt ſupra. Hoc ſuum.

Ad confirmationem huius determinationis vide D. Reg. Reuert. *deciſ.* 443. & quæ ego ibi obſeruaui, ſic referens omnes Doctores & priores, & recentio res qui hanc ſententiam tutati ſunt.

## D C C V I.

*Die 3. menſis Martij, 1661. Neap.*

VIſa inſtantia Ioannis del Rè petenti mandari Gabellotis, & Affictatoribus Gabellæ piſcium, ne ipſum moleſtent quando contigerit ſe conferre ad piſcandum pro vſu ſuo in maritimis Puteolorum, Baiæ, Reſinæ, Portici. Turris octauæ, & in aliis huic fideliſſimæ Ciuitati proximis, recognitoque decreto aliàs per Regiam Cameram in ſimilibus interpoſito ſub die 22. Ianuarij 1568. cuius tenor eſt.

*Die 22. menſis Ianuarij 1568. Neap.*

IN cauſa nobilis Baptiſtæ de Ariano Sartoris petentis ſibi reſtitui Piſces, & alia bona exequuta per Nobilem Ioannem Auguſtinum Pappalettora Affictatorem Gabellæ piſcium Ciuitatis Neapolis, provt latius in actis.

Per Magnificum Militem Pirrum Antonium Stinca Regiæ Cameræ Summariæ breuioris togæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium facta relatione in Regia Camera, coram Domino Locumtenente, ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per ipſam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, ſupradictum Affictatorem fore, & eſſe condemnandum, provt præſenti decreto condemnatur ad reſtituendum prædicto Baptiſtæ pretium Piſcium exequutorum ad rationem granorum octo pro quolibet rotulo, & quod liceat ſupradicto Baptiſtæ venari in maritimis prædictis pro eius vſu, & non commercij cauſa. Hoc ſuum.

Facta de his omnibus relatione in Regia Camera per Dominum Militem V.I.D. Donatum Antonium de Marinis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, ac Regentem electum apud ſuam Catholicam Maieſtatem in ſupremo Italiæ Conſilio, coram Domino Locumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod Gabelloti, & Arrendatores Gabellæ piſcium obſeruent ad beneficium dicti Ioannis del Rè præinſertum decretum Regiæ Cameræ, ac proinde liceat eidem in maritimis prædictis Piſces venari, ſiue piſcari pro vſu ſuo tantùm, & non commercij cauſa; hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.

## D C C V I I.

*Die 14 menſis Martij, 1661.*

VIſo memoriale porrecto per Vniuerſitatem in Gabellotos Gabellæ Terræ Miſaniarum, Hydruntinæ Prouinciæ ſe conquerentes, quod nonnulli eius Ciues bona poſſidentes ſtabilia in territoriis locorum conuicinorum, ad illaquè ſe conferentes, alibi ad panem emendum accedunt, & nullatenus in propria patria, ex qua diſcedunt, ſic fraudantes Gabellam prædictam, quod proinde petitur mandari ciuibus dictæ Terræ, vt de cætero non audeant quando ad propria bona extra territorium ſita accedunt cauſa illa colendi, ſiue colligendorum fructuum alibi quàm in propria patria panem emere, & hoc ne Gabella prædicta impoſita pro functionibus fiſcalibus perſoluendis, ac aliis extraordinariis vniuerſalibus oneribus ſuſtinendis, inutilis reddatur.

Factaquè de his omnibus relatione in Regia Camera per Spectabilem Dominum Regentem Donatum Antonium de Marinis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, coram Spectabile Domino



Digitized by Google

Locumtenente, ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod ciues, & homines Terræ Miſaniarum quando contigerit ſe conferre ab bona eorum in territoriis Terrarum, vel locorum conuicinorum ſita, nullatenus panem, ſiue farinam pro eorum vſu & ſuſtentatione deſeruientem emere præſumant alibi, quàm in dicta Terra Miſaniarum eorum patria, quæ onus ſuſtinet ipſorum focul ariorum, & hoc ſub pœna præſcripta in bannis promulgatis, ſiue promulgandis aduerſus illos Ciues, qui Gabellam prędictam fraudauerint. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum.

## DCCVIII.

*Die* 14. *menſis Martij*, 1661.

SVper inſtantia facta per Vniuerſitatem, & Gabellotos Gabellæ farinæ Terræ Miſaniarum exponentes, nonnullos exteros bona poſſidentes ſtabilia in territorio Terræ prædictæ, aliosquè ſimiliter exteros ad laborandum illuc accedentes ſecum aſportare panem, & farinam non ſolùm pro eorum vſu, & ſuſtentatione, ſed etiam commercij cauſa, ſic vendentes panem, & farinam ciuibus Terræ prædictæ, in fraudem dictæ Gabellæ, quod proinde petitur mandari exteris prædictis, vt in futurum à prædictis abſtineant, ſub pœnis Regiæ Cameræ benè viſis.

Factaquè de his omnibus relatione in Regia Camera per Spectabilem Dominum Regentem Donatum Antonium de Marinis Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, Spectabile Domino Locumcumtenente, & aliis Dominis Præſidentibus ipſius. Per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod exteri diſcedentes à propria patria, & accedentes ad territorium Terræ Miſaniæ non audeant ſecum aſportare panem, ſiue farinam cauſa illum, ſiue illam vendendi ciuibus dictæ Terræ, & hoc ſub pœna præſcripta in bannis promulgatis, ſiue promulgandis aduerſus illos, qui Gabellam farinæ in dicta Terra impoſitam fraudauerint; ſed tantùm liceat vnicuique extero ſingulo quoque die ſecum aſportare rotulum vnum panis tantùm, ad hoc, vt ſe alere poſſit. Hoc ſuum Regia Camera interponente decretum, &c.

## DCCIX.

*Die* 17. *menſis Martij*, 1661.

IN cauſa in Regia Camera vertente inter Vniuerſitatem Terræ Cermignani ex vna, & Magnificum Euſtachium Sterlich eius Baronem ex altera, ſuper ſolutione functionum fiſcalium; ſuborto dubio in terminis pragmaticæ ſanctionis, an eſſent recipiendæ nullitates per dictum Magnificum Baronem propoſitæ ſub die 4. menſis Februarij proximi elapſi, aduerſus decretum per Regiam Cameram latum ſub die 14. menſis Ianuarij, & notificatum ſub die 27. eiuſdem menſis currentis anni; contendente dicta Vniuerſitate nullatenus illas recipi poſſe ex quo fuerunt propoſitæ elapſis iam ſex diebus à die notificationis decreti, & ſic contra diſpoſitionem dictæ pragmaticæ ſanctionis, & replicante dicto Magnifico Barone in die ſexta poſt decreti notificationem non potuiſſe nullitates præſentare, cùm dies eſſet feriata in honorem Dei.

Facta de prædictis relatione in Regia Camera per Illuſtrem Ducem Diani Don Carolum Calà Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, coram Spectabili Domino Locumtenente, ac aliis Dominis Præſidentibus ipſius; per Regiam Cameram conſenſu fuit prouiſum, & decretum, provt præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod nullitates propoſitæ per Magnificum Euſtachium Sterlich Baronem Terræ Cermignani ſub die 4. menſis Februarij proximi elapſi, aduerſus decretum per Regiam Cameram latum ſub die 14. menſis Ianuarij, & notificatum ſub die 27. eiuſdem menſis inſtantis anni, recipiantur, provt illas recipi mandatur, & ad earum diſcuſſionem procedatur, audita Vniuerſitate. Hoc ſuum.

*LAVS DEO.*



Digitized by Google

# INDEX
## SIVE
# COLLECTANEA
## QVÆSTIONVM OMNIVM,
### quæ reſoluuntur in Arreſtis Regiæ Cameræ Summariæ Neapol. vulgò Decreta generalia, & exemplaria nuncupatis.

## A


*ACTORVM Magiſtri Magnæ Curiæ Vicariæ non præſtant fideiuſſiones de bene adminiſtrando, ex ſolito ſic ſeruato. Arreſto 333. fol.862*

*Actuarij Regiæ Cameræ debent quolibet die ſabbati cuiuſlibet hebdomadæ dare notitiam Procuratori fiſcali de his, quæ geſta ſunt in illa hebdomada in cauſis Regij fiſci. Arreſt.221. fol.839*

*Adiutorium debetur Baroni ementi aliam Terram ad rationem Carolenorum quinque pro foculario. Arreſt.187. fol.832, Arreſt.220. fol.839, & Arreſt.380. fol.875*

*Debetur ad eandem rationem Carolenorum quinque pro maritagio filiæ. Arreſt.93. fol. 807, Arreſt. 98. fol. 809, Arreſt. 107. fol. 811, & Arreſt.488. fol.904*

*Debetur ſimiliter pro maritagio ſororis. Arreſt. 30. fol.789, Arreſt.60. fol.796, & Arreſt.68. fol.799*

*Debetur pro Monacagio filiæ ad rationem granorum viginti quinque pro foculario. Arreſt.92. fol.807, Arreſt.127. fol.875, & Arreſt.565. fol.922*

*Debetur ſimiliter pro Monacagio Sororis. Arreſt.78. fol.803, & Arreſt.92. fol.807*

*Debetur vnum Adiutorium, & non duplex in eodem anno, ſi caſus occurrerit. Arreſt.380. fol.875*

*Adoha debetur ſine deductione expenſarum. Arreſt.691. fol.960*

*Et ſine deductione annuorum introituum venditorum cum Regio Aſſenſu. Arreſt.503. fol.908*

*Eius taxa quomodo fiat. Arreſt.253. fol.846*

*Debetur à Monaſterio habente feudum. Arreſt. 243. fol.844*

*Debetur etiam de Alumeria Iſchiæ. Arreſt.262. fol.849*

*Non debetur quando Baro ſeruiuit perſonaliter illo anno. Arreſt.26.31. & 32. fol.788 & 789*

*Non debetur à Præſidentibus Regiæ Cameræ. Arreſt.19. fol.786*

*Nec ab Aduocato fiſcali Regiæ Cameræ. Arreſt. 617. fol.936*

*Nec à Magno Cancellario. Arreſt. 20. & 39. fol.786. & 790*

*Non debetur Baroni à ſubfeudatariis pro ſubſidio donatiui, niſi ſit in poſſeſſione exigendi. Arreſt.38. fol.790, Arreſt.76. fol.803, Arreſt. 289. fol.854, & Arreſt. 580. fol. 926*

*Aduocatus fiſcalis Regiæ Cameræ habet poteſtatem carcerandi Actuarios, & Scribas ſui Tribunalis, quando ei iuſtum videbitur. Arreſt.369. fol.873*

*Interuenit in cauſis non obſtante, quod eius frater vtrinque coniunctus ſit Aduocatus Partis. Arreſt.467. fol 898*

*Habet dimidiam horam, pro ſuis occurrentiis, in Regia Camera qualibet die. Arreſt.172. fol.828*

*Aggregatus ad ſedile Equitum Neapolitanorum, gaudet Ciuilitate Neapolitana, etiam ſi fuerit exterus; & tantò magis, ſi habitat, & domum habet. Arreſt.439. fol.890*

*Appretium bonorum pro contributione onerum Vniuerſitatis, quomodò, de quibus bonis fiat, & per quos ſoluatur. Arreſt.1. fol. 781*


*Animalium*

Digitized by Google

*Animalium quomodò fiat pro eadem contributione. Arreſt.71. fol.800*

*Pecudum in Regia Dohana fidatorum, quomodò fiat. Arreſt.105. fol.811*

*Induſtria animalium ſeruientium Centimulo feudali, ponitur in appretio, pro contributione Affictatoris Centimuli, ſi non viuitur per Gabellas. Arreſt.212. fol.837*

*Nobiliter viuentes ponuntur in appretio ratione bonorum, nec minoratur appretium, ex cauſa Nobilitatis. Arreſt.61. fol.796*

*Archiuarius Regiæ Cameræ debet conſeruare omnia computa, eique debentur emolumenta computorum liquidatorum, vel liquidandorum Prædeceſſorum. Arreſt.295. fol.855*

*Archiuarij Prouinciarum debent tranſmittere librum originale ad Archiuium Neap. retentâ copiâ. Arreſt.539. fol.916*

*Arrendatores Ferri, & Acciarij vnius loci, poſſunt liberè Ferrum, & Acciare extrahere per alias Prouincias, & vendere aliis Arrendatoribus. Arreſt.303. fol.856*

*Articulorum impertinentia reſeruatur ad merita cauſæ. Arreſt.52. fol.793*

*Audientia teſtium in cauſis criminalibus committitur Doctori, qui ſe conferat in Partibus. Arreſt.338. fol.863*

B

*Baptizatus Neapoli cum vxore, & filia gaudet tanquam ortus Neap. Arreſt.457. fol.894*

*Eius filius alibi natus poſt Baptiſmum patris gaudet vti Originarius. Arreſt.538. fol.916*

*Barones alibi habitantes ſunt immunes à Gabellis pro fructibus feudalibus pro vſu ſuæ domûs, & familiæ. Arreſt.40. fol.791, Arreſt.158. fol.824, Arreſt.566. fol.922, Arreſt.567. fol.923, & Arreſt.668. fol.952*

*Cogunt vaſſallos ſoluto pretio, conducere extra territorium cum ſuis animalibus victualia, & fructus, qui in feudo colliguntur, & ſunt ſoliti ire ad vecturam, Si verò fructus, & victualia in feudo collecta non ſufficiunt pro domo, & victu Baronis, tenentur conducere, etiam fructus extra feudum natos. Arreſt.21. fol.786*

*Non poſſunt ſe intromittere viſioni, & reuiſioni Computorum Vniuerſitatis, ſed tantùm deputare Perſonam, quæ aſſiſtat pro Aduertentiis. Arreſt.530. fol.914*

*Sunt franchi ab actuali hoſpitatione militum, ſi habitant in alia Terra, ſed contribuunt in pecunia. Arreſt.542. fol.917*

*Tenentur demoliri facere Tapetum oliuarum, nouiter conſtructum ad emulationem Tapeti antiqui Epiſcopi, nec prohibere poſſunt ſuos vaſſallos accedere ad Tapetum Epiſcopi. Arreſt.164. fol.826*

*Bilancia exactionis Dohanæ Menæpecudum Apulea ſunt conſignanda ſingulis menſibus per Caſcerios. Arreſt.337. fol.863*

*Bona hæreditata per Clericos contribuunt debitis contractis per Vniuerſitatem tempore, quo poſſidebantur per laicos. Arreſt.483. fol.902, Arreſt.546. fol.917, & Arreſt.554, fol.919*

*Bonatenentia liquidatur, & ſoluitur per Cataſtum, & Appretium bonorum, habita ratione fructuum; Et annui introitus etiam ponuntur in Cataſto, facta taxa Bonatenentiæ, ſolutio iuxta taxam variari non poteſt, quouſque fiat nouum Cataſtum; Qui ſe dicit grauatum in Cataſto, & Appretio, ſoluit interim iuxta Cataſtum, & fit reuiſio. Arreſt.558. fol.920, Arreſt.639. fol.942, & Arreſt.662. fol.949*

*Bonatenentiam ſoluunt Barones pro bonis burgenſaticis, ſed non pro feudalibus. Arreſt.227. fol.840, & Arreſt.559. fol.921*

*Bonatenentiam ſoluunt poſſidentes annuos introitus ſuper Gabellis Vniuerſitatis, non obſtante pacto franchitiæ, ad rationem ducatorum duorum, Introituum ſeptem pro centenario. Arreſt.614. fol.935, Arreſt.321. & 322, fol.860, & Arreſt.569. fol.923*

*Neapolitani non ſoluunt bonatenentiam. Arreſt.651. fol.946*

*Exigitur via exequutiua, ſed lapſo decennio, via ordinaria. Arreſt.559. fol.920*

*Deducitur à contributione onerum Vniuerſitatis. Arreſt.462. fol.896*

*Non ſoluentes Bonatenentiam in loco, vbi habent introitus, non ex hoc, dicti introitus ponuntur in Appretio vbi habitant. Arreſt.459. fol.895*

*Bonatenentia ſoluitur in loco, vbi quis habitat, & non vbi poſſidet, ſi Territoria ſunt promiſcua. Arreſt.329. fol.862, & Arreſt.423, fol.888*

*Eam ſoluunt Ciues Ciuitatis Cauæ alibi habitantes, ſed non ſoluunt in propria Patria, ex Priuilegio. Arreſt.673. fol.954*

*Non ſoluunt Bonatenentiam Præſidentes Regiæ Cameræ. Arreſt.188. fol.832*

*Bonatenentes contribuunt Vniuerſitati in impoſitionibus Ordinariis, & extraordinariis ſi habitent. Arreſt.29. fol.788, & Arreſt.569. fol.923*

*Boues & alia animalia baccina, non poſſunt exequi nec pro debitis particularibus, nec fiſcalibus, etiam ſi eſſent in ſpecie obligata. Arreſt.200. fol.835*

*Sed in ſubſidium pro debitis fiſcalibus exequuntur, etiam ſi fuerint fidata in Regia Dohana: Venduntur fidatis eiuſdem Dohanæ, nec macellari poſſunt. Arreſt.481. fol.982*

*Braccialis, ideſt viuens ex laboribus ſuarum manuum, ſoluit Gabellas, ſi viuitur per Gabellas, ſed non ſoluit Cataſtum, quia non habet*

habet bona. Et ſoluit tantùm Carolenos decem pro induſtria. Arreſt.694. fol.962

Et eſt immunis ab hoſpitio Militum. Arreſt.487. fol.904

Brunduſij habitantes, gaudent illius Priuilegiis, ſi ab Vniuerſitate ſint adſciti ciues, mediante Priuilegio, & actu habitent cum familia, & bonis. Arreſt.450. fol.893

Caſtellanus, & Milites Brunduſij ſunt immunes pro debitis Vniuerſitatis currentibus, ſed pro contractis ante militiam contribuunt. Arreſt.514. fol.911

## C

Camera reſeruata Baronibus ideſt Terræ, quas eligunt pro habitatione ſunt exemptæ ab hoſpitatione actuali Militum, ſed non à Contributione. Arreſt.466. fol.898

Capitanei, & Patroni vaſcellorum ſunt immunes in locis, vbi onerant à ſolutione Gabellarum pro eorum vſu tantùm, iuxta taxam Regiæ Cameræ. Arreſt.679. fol.956

Carcerato pauperi Creditor debet ſubminiſtrare alimenta, aliàs excarceratur. Arreſt.49. fol.793

Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, qui ſolent quolibet anno habere tractam vini à Regno ex Gratia ſuæ Maieſtatis, ſi in vno anno non petant, in ſequenti anno duplicatam tractam habere non debent: Verum eſt in arbitrio Suæ Excellentiæ gratificari. Arreſt. 497. fol.906

Sed Cardinalibus non morantibus in Vrbe Romana non debetur tracta prædicta. Arreſt.604. fol.932

Carrugium pecuniæ introituum Regiæ Dohanæ Apuliæ debet rectà via adduci & transmitti ad Regiam Theſaurariam; Illa verò quantitas, quæ eſt deſignata Conceſſionariis, poteſt ſolui extra Theſaurariam. Arreſt.95. fol.808

Cartarum ludi prohiberi non poſſunt à Dominis pœnarum in damnum Arrendatoris Gabellæ Cartarum. Arreſt.447. fol.892

Caſale viuens vnitum Terræ quoad onera, ſi poſtea diuidatur, quomodò fiant ſolutiones, & contributiones à TerraZanis, & Caſalenſibus, & ab Emptoribus bonorum. Arreſt.397. fol. 878, & Arreſt.560. fol.921

Caſale poteſt ſe diuidere, & ſeparare à Terra, cum qua priùs in commune manebat circa ſolutiones fiſcalium, ſed hoc citra præiudicium iurium fiſci, à quo voluerit exigere. Arreſt.592. fol.929

Caſalia exigunt functiones fiſcales pro bonis accataſtatis, & ſitis in ipſis Caſalibus, quæ ſunt Ciuium Terræ. Arreſt.293. fol.855, Arreſt.514. fol919

Caſalia Merculiani, Hoſpitaletti, Ciucciani Terra Noua Sancti Martini, Truſtulani, Sancti Iacobi, Petræ Fuſarum, Mugnani, & Quatrellarum, quæ ſunt feuda Montis Virginis habent immunitatem Contributionis Platearum, Barricellorum, & Hoſpitationis Militum. Arreſt.226. fol.840, & Arreſt.244. fol.844

Et à Gabella Sbarrarum. Arreſt.270. fol.851

Et à paſſu Summæ & Quartucio, & Portæ Nolæ. Arreſt.402. fol.880

Caſalium Neapolis Ciues gaudent immunitatibus Neapolitanorum. Arreſt.236. fol.842

Caſtellanus Regius habet franchitiam Dohanæ tanquam Ciuis. Arreſt.166. fol.827

Caſtellanus, Caſtri Noui, & Caſtri Oui habet immunitatem Gabellæ Carnis, quæ fit in dictis Caſtris pro ſuo vſu, & Militum. Arreſt.276. fol.852, & Arreſt.407. fol.884

Caſtellani debent dare cautionem vnciarum centum de benè adminiſtrando. Arreſt.327. fol.861

Cataſtum non eſt faciendum ſingulis annis, ſed ſi aliqui ſe læſos dicunt infra menſem poſt petionem, eliguntur Reuiſores, qui infrà alios duos menſes cognoſcunt de intereſſe Conquerentium, & interim ſoluitur iuxta Cataſtum. Arreſt.65. fol.798

Quomodò fiat Cataſtum, & contributio in collectis pro bonis, pro mercibus, pro induſtria, pro focularibus, à Sexagenariis, & miſerabilibus, à focis abſentibus, & pro debitis contractis. Arreſt.66. fol.798, Arreſt.74. fol.802, & Arreſt.576. fol.924

Animalium Cataſtum quomodo fiat. Arreſt.71. fol.800

Cataſtum Vniuerſitatum committitur per Regiam Cameram expertis, & non ſcribis, vel Capitaneis locorum. Arreſt.582. fol.927

Cauſæ fiſcales expediuntur deſignatis diebus, videlicet die Lunæ cauſæ, in quibus fiſcus eſt actor; die Martis Significatoriæ; die Mercurij & Sabbati cauſæ Partium; die Iouis, & Veneris Computa. Arreſt.219. fol.839

In diebus Lunæ, Mercurij, & Iouis expediuntur ſecundùm dies aſſignatos Dominis Præſidentibus; In diebus verò Martis, Veneris, & Sabbati ſunt Communes. Arreſt.574. fol.924

Cauſæ dubiæ vertentes in Regia Camera compromittuntur eidem Tribunali, ſed hodie id prohibetur. Arreſt.55. fol.794

Cedularium, & Quinterniones Regiæ Cameræ quomodò regulari debent circa Alienationes, Refutationes & ſucceſſione declaratur. Arreſt.644. fol.944

Ceparum Comina non debetur Gabellotis pro quolibet Curru, vel ſalma Ceparum, & exactum reſtituitur. Arreſt.312. fol.858

Ciues Neapolitani habentes domum in Ciuitate, ſed

Digitized by Google

ſed habitantes in Maſſariis ibi exiſtere intelliguntur, vbi pro maiori parte anni habitant, vt ſic poſſint gaudere priuilegiis habitantium. Arreſt.7. fol.783
Ciues Amalphiæ habent immunitatem, & franchitiam dirictuum Dohanæ in toto Regno vt Ciues Neapolitani, donec incolatum fecerint in Ciuitate Neapolis. Arreſt.173.176.178.179.& 185. fol.828.cum ſeqq.
Ciues Brunduſini, vel exteri aſcripti vt Ciues Brunduſini habent immunitatem donec incolatum fecerint in Ciuitate Brunduſij. Arreſt.224. fol.840
Ciues Barenſes non habent priuilegium extrahendi Oleum extra Regnum ſine ſolutione dirictuum Dohanæ. Arreſt.334. fol.863
Ciues Capuæ, eiuſque Caſalium non habent priuilegium non hoſpitandi Milites. Arreſt.339. fol.864
Ciues Cauæ alibi habitantes ſunt immunes à gabellis pro rebus commeſtibilibus pro eorum vſu; ſed debent dare notitiam Gabellotis, vt ſciatur vſus. Arreſt.687. fol.959
Sunt etiam immunes à ſolutione dirictuum Dohanæ pro mercantiis, quas contractant iuxtà eorum priuilegia; ſed Emptores tenentur ſolùm ſoluere ius fundaci, ſi non ſunt franchi. Arreſt.27. fol.788. Ciues licienſes, vel aſcripti in Ciuitate litienſi.
Ciues Caſtri Maris habent immunitatem non hoſpitandi Milites, nec contribuendi. Arreſt.496. fol.906
Per habitationem, & numerationem habent franchitiam dirictuum in Dohana licienſi. Arreſt.189. fol.832
Et in toto Regno. Arreſt.259. fol.848
Ciues Manfredoniæ habent franchitiam granorũ ſex pro vncia, tàm ſi ſint Ciues oriundi, quàm habentes domicilium cum maiori parte bonorum, vel habitauerint per decennium cum familia. Arreſt.183. fol.831
Ciues Regitani alibi poſſidentes bona ſoluunt bonatenentiam. Arreſt.216. fol.838
Sed ſunt immunes dirictuum in omnibus Dohanis. Arreſt.463. fol.896
Ciues Turris Octauæ ſunt exempti à ſeruitio Curruum, & Barcarum, quia eſt Caſale Neapolis. Arreſt.152. fol.822
Ciues Terræ Mizaniarum, quando contigerit ſe conferre ad bona eorum in territoriis terrarum & locorum conuicinorum ſita non poſſunt panem ſiue farinam pro eorum vſu & ſuſtentatione deſeruientem alibi, quàm in dicta Terra Mizaniarum emere. Arreſt.707. fol.968. & 969
Nec Exteri diſcedentes à propria patria, & ad dictum Territorium Terræ Mizaniæ accedentes poſſunt ſecum panem ſiue farinam aſportare, cauſa, illum vel illam vendendi ciuibus dictæ Terræ. Arreſt.708. fol.969
Ciues exteri habitantes in aliqua Terra, & in eadem numerati pro foculari, vel adhuc non numerati contribuunt oneribus, & debent gaudere honoribus aliorum Ciuium Arreſt.151. fol.822
Ciuilitas Neapolitana competit, eaquè gaudet ducens vxorem ortam Neapoli, & habens domum, licet Emphyteuticam. Si verò domus Emphyteutica in commiſſum inciderit, non gaudet. Arreſt.292. fol.854
Si domus ſit dotalis, ſufficit. Arreſt.354. fol.808, & Arreſt.619. fol.936
Vel empta cum pacto de retrouendendo, etiam ſufficit. Arreſt.626. fol.938
Mortua vxore poſt petitum priuilegium gaudet. Arreſt.570. fol.923, & Ar.368. fol.872
Habentes ſolam domum, non gaudent, ſed debent etiam ducere vxorem. Arr.340. fol.864
Hæc ciuilitas debet confirmari per prouiſiones Regiæ Cameræ, & fidem Capitanei Plateæ, vt in Dohana admittatur pro franco. Arr.389. fol.877
Eadem ciuilitate gaudet allectus ad ſedilia Nobilium Neapolis, licèt non ſit ortus nec originarius Neapolis. Arreſt.588. fol.928
Non gaudent hac ciuilitate ementes domum fictitiè, imò in pœnam vendentes priuantur dominio domus, & ipſi emptores ſoluunt pretium fiſco. Arreſt.54. fol.794
Non etiam filij expoſitorum in Hoſpitali Sanctiſsima Annuntiatæ, prætextu ſint originarij, ſed ſolùm gaudent ipſi expoſiti. Arreſt.261. fol.848, Arreſt.509. fol.909, Arreſt.578. fol.926, & Arreſt.672. fol.953.
Notoria ciuilitas Neapolitana, & longiſſimi temporis præbet immunitatem à retentione fiſcalium. Arreſt.661. fol.949
Ciuis ortus in aliqua Ciuitate gaudet priuilegiis, & immunitatibus illius. Arreſt.254. fol.847. & Arreſt.267. fol.850
Numeratus in vna Terra pro foculari ſi diſceſſerit, adhuc remanet ibidem pro foculari, ibique ſoluit, non obſtante quod ſit aggregatus ad aliam Terram. Arr.251. fol.846
Si verò fuerit numeratus in vna, & numeratus in alia, tenetur contribuere pro debitis contractis in prima Terra, ante numeratione in ſecunda. Sed pro debitis contractis poſt numeratione in ſecunda ſoluit vt Bonatenẽs tantùm. Arr.165. fol.826, & Arr.283. fol.853
Clerici habent immunitatem collectarũ, & aliarũ impoſitionũ fiſcalium iuxta declarationem Regiæ Curiæ. Arreſt.56. fol.794, Arreſt.590. fol.928, & Arreſt.637. fol.941
Non tenentur in futurum ſoluere collectas, nec functiones fiſcales pro bonis priùs accataſtatis, & emptis ante clericatũ, niſi pro reſiduò illius anni, quo fit clericus. Arreſt.17. fol.788
Poſſunt extrahere vina peruenietia ex ſuis beneficiis ſine ſolutione gabellæ. Ar.34. fol.790



Digitized by Google

Ementes à Clericis vinum natum ex eorum beneficiis, & territoriis non includuntur in prohibitione, & noua impoſitione. Arreſt. 33. fol. 789. & Arreſt. 40. fol. 791

Clerici non poſſunt extrahere frumentum ſuarum Abbatiarum extra Regnum, niſi cum licentia Proregis, & in caſu maximæ fertilitatis. Arreſt. 471. fol. 899

Pro oleis immiſſis in Dohana peruenientis ex ſuis Abbatiis, ſunt immunes pro vſu; Pro reliquo ſoluunt dirictus Emptores. Arreſt. 562. fol. 921

Clerici habent immunitatem pro filiis ante clericatum ex legitimo matrimonio ſusceptis. Arreſt. 502. fol. 907. & Arr. 595. fol. 930

Sed non habent pro filiis naturalibus. Arr. 302. fol. 856

Habitantes cum laicis, & è contra, non hoſpitantur Milites, ſiue domus ſit laicorum, ſiue clericorum, ſed laici contribuunt in pecunia. Arreſt. 461. fol. 896, & Arreſt. 491. fol. 905

Si ſoli habitent clerici, non hoſpitantur Milites, nec contribuunt. Arreſt. 157. fol. 824

Sed in reparatione murorum contribuunt. ibid.

Habent Franchitiam à gabellis pro vno famulo, idemquè ſeruatur, ſi aliquis conſanguineus eis ſeruiret confidenter. Arr. 154. fol. 823

Si verò haberent alios famulos exteros, qui nihil habent in eorum Terris, & viuunt continuo victu clerici, ſunt etiam Franchi dicti famuli, ſed ſi aliquid poſſident non ſunt franchi. Arreſt. 203. fol. 836

Habent Franchitiam Farinæ, etiamſi non macinent. Arreſt. 495. fol. 905

Clerici ſunt immunes, ſi ſint in ſacris, vel ſi ſunt in minoribus ſeruiant Eccleſiæ in habitu, & tonſura. Arreſt. 469. fol. 898

Clerici Græci habent eandem immunitatem clericorum Latinorum. Arreſt. 207. fol. 836

Quid de eorum vxoribus, filiis, bonis, & animalibus. Arreſt. 156. fol. 823

Eorum filij ſeparatè viuentes, non habent immunitatem. Arreſt. 523. fol. 913

Coloni bonorum Eccleſiæ ſunt immunes à gabellis, etiam pro rata fructuum propria induſtria, ſi ſunt numerati pro focularibus in alia Terra, ſecus ſi in eadem, vbi tenent affictum. Arreſt. 88. fol. 806. & Arreſt. 669. fol. 952

Sed Cenſuarij non ſunt immunes, & contribuunt functionibus cum Vniuerſitatibus, vbi ſita ſunt bona, quæ tenent ab Eccleſia cum cenſu annuo frumenti, tanquàm Bonatenentes, deducto tamen onere cenſus, quem ſoluunt Eccleſiæ. Arreſt. 268. fol. 850

Coloni, ſeu Affictatores bonorum, & territoriorum Regij fiſci ſoluunt gabellam pro fructibus natis in territoriis affictatis. Arreſt. 431. fol. 888

Commiſſarium petentes in Regia Camera pro viſione compùtorum Vniuerſitatis, ſi viſis computis aliqui apparuerint debitores, ſalarium Commiſſarij ſoluitur per debitores, ſi verò non fuerint reperti debitores, ſoluitur per petentes. Arreſt. 194. fol. 834

Commiſſarij deſtinati per Creditores maioris ſummæ debent pecuniam diuidere per as, & libram omnibus Creditoribus pro rata. Arreſt. 644. fol. 944

Commiſsiones Cauſarum factæ per Dominum pro Magno Camerario debent ſubſcribi per eundem, & notari quæ ſunt cauſæ commiſſæ per actorum Magiſtrum. Arreſt. 378. fol. 875

Comparitio denunciationis mortis Feudatarij vltimo die anni facta, debet oſtendi Aduocato fiſcali, & Rationali Cedularij. Arreſt. 645. fol. 945

Compenſatio non admittitur de credito feudatarij cum fiſco, cui debet ſoluere releuium. Arreſt. 671 fol. 953

Computa Vniuerſitatis bis viſa, tertio non reuidentur. Arreſt. 320, fol. 859

Viſa per ſcribas Regiæ Cameræ reuidentur per Theſaurarios, Perceptores & alios Officiales Regiæ Cameræ. Arreſt. 490. fol. 905

Non tamen reuidentur, niſi facta priùs ſolutione, vel depoſito ſignificatoriarum. Arr. 427. fol. 887

Computantes, & Miniſtri pecuniarij debent notare dies, in quibus ſoluitur pecunia in Theſauraria, & producere cautelas exitus cum data illius diei ſub pœna quadrupli. Arreſt. 91. fol. 806. 32

Conceptus Neapoli; ſed ortus extra Neapolim cauſa fugiendæ peſtis, vel tumultus habetur tanquam natus Neapoli, omnibuſque priuilegiis Neapolitanorum gaudet. Arreſt. 182. fol. 853, Arreſt. 360. fol. 870. Arreſt. 363. fol. 871. Arr. 423. fol. 886. & Arr. 570. fol. 926

Condemnatus ad mortem per Regiam Cameram exit abſque Pennoe Magnæ Curiæ Vicariæ. Arreſt. 297. fol. 855

Confiſcatio bonorum Rebellis non comprehendit bona ſubiecta fideicommiſſo in damnum aliorum, qui ad fideicommiſſum vocantur. Arreſt. 680. fol. 956

Conſiliarius ſtatus, & belli habet franchitiam ſuper Arrendamento ferri. Arreſt. 629. fol. 939

Conſules artis, eiuſque Iudex, & Actorũ Magiſter debent mutari ſingulis annis, & ſtare ſindicatui. Arreſt. 145. fol. 820

Conſulum Artis, aliquo impedito, per Regiam Cameram ſubrogatur alius. Arr. 135. fol. 817

Conſultatio, quæ fit per Regiam Cameram Domino Proregi, debet explicari quod ſit de communi conſenſu, ſi verò aliquis, vel aliqui contradixerint, debet dici pro maiori Parte, Dominos Præſidentes fuiſſe voti, & quod vnus, duo, vel tres fuerunt in voto contrario. Arr. 294. fol. 855, & Arreſt. 670. fol. 953

Et

Et debet conſignari in manibus Suæ Excellentiæ, vel eius ſecretarij, & non Partibus. Arreſt.239. fol.843

Continui ſuæ Maieſtatis ſoluunt bonatenentiam tantùm vbi poſſident bona, exceptis debitis contractis antequam fuiſſent continui. Arreſt.331. fol.862

Contrabannum Serici Calabriæ, vulgò, di Biſignano, ſpectat ad eundem Principem Biſignani, ſi ſua Gabella granorum ſeptem fuerit fraudata; Si verò etiam Gabella Regiæ Curiæ granorum quinque fuerit fraudata, ſoluenda eſt extimatio ſerici Regiæ, Curiæ. Arreſt.191. fol.833

Contractus ſtipulati extra Regnum cum obligatione bonorum in Regno, debent regiſtrari in Archiuio Neapolitano infra menſem, ſi fuerint ſtipulati Beneuenti, ſi in ſtatu Eccleſiaſtico, vel vlteriori ſiciliæ infrà duos menſes, ſi in aliis Partibus Italiæ infra ſex menſes ſi vltra montes, infra annum, aliàs nullam habent hypothecam. Arreſt.539. fol.916

Contributio pro conſtructione Turrium Maritimarum fit generaliter ab omnibus Vniuerſitatibus; ſed ſi diſtant à locis marìtimis duodecim milliaria ſoluunt medietatem contributionis. Arreſt.301. fol. 856, & Arreſt.381. fol.875

Sed Vniuerſitas Inſulæ Capræ non contribuit, quia illas cuſtodiunt, & quandoque conſtruxerunt. Arreſt.313. fol.858

Contributio fit per filium pro bonis patris in debitis Vniuerſitatis contractis, antequam ſuccederet. Arreſt.511. fol.910

Contributio fit etiam pro induſtria maſſaria in ſolutione fiſcalium. Arreſt.348. fol. 867

Credenzerij, & alij officiales Regiæ Dohanæ nihil poſſunt recipere pro munere ab Arrendatoribus ſub pœna priuationis officij. Arreſt.217. fol 838

Curia Baiuli cognoſcit cauſas infra duos Auguſtales, quæ non pertinent ad Magnam Curiam Vicariæ. Arreſt. 406. fol. 881

Sic etiam cognoſcit cauſas ducatorum trium. Arreſt.421. fol.885

Habet determinatum numerum Notariorum, qui recipiunt ſuas obligationes, videlicet, ſexdecim in Ciuitate, & octo in Caſalibus. Arreſt.316. fol.859

Cuſtodiam Maritimæ ab hoſtibus tenentur facere etiam pàtres onuſti duodecim filiorum, & Neapolitani alibi habitantes. Arreſt.696. fol.963

D

Debilitatus, & mancus eſt franchus, & immunis pro capite tantùm. Arreſt. 133.fol.817, & Arreſt.184. fol.831

Et ſi eſt mutus deducitur à numeratione. Arreſt.264. fol.849

Debitores Regiæ Curiæ vigore ſignificatoriarum exiguntur cum reſeruatione iurium pro intereſſe. Arreſt.344. fol.866

Declaratoriarum ius ſoluunt miniſtri pecuniarij pro rata, eo quod habent vnum cum dimidio pro centenario impoſitionis, quam exigunt. Arreſt.284. fol.853

Sed nulla portio datur Aduocato fiſcali. Arreſt. 230. fol.841

An & quando fiat Deductio ſignificatoria expedita pro intereſſe alicuius ſummæ ex cauſa retardatæ ſolutionis. Arreſt.705. fol 968

Dietæ Iudicis extra Regnum euntis pro ſeruitio ſuæ Maieſtatis taxantur arbitrio Domini Proregis. Arreſt.615. fol.935

Et Regij Conſiliarij taxantur per Regiam Cameram. Arreſt.632.fol.940, & Arreſt.655. fol....

Dirictus Secretarij, & Rationalium pro decretis, accenſionibus Candelarum, & Affictus Terrarum Saldarum taxantur certo modo. Arreſt.486. fol.904

Doctor de Collegio remittitur in ſuis cauſis ad Magnū Cancellarium. Arreſt.256.fol.847

Deputatus ſuper liquidatione numerationis ſedet in Regia Camera, in pede Bancæ inter Procuratorem fiſcalem, & Notatorem. Arreſt.245. fol.844

Dohana Neapolis regitur cum acceſſu qualibet hebdomada, alicuius Præſidentis. Arr.139. fol.818

Dohana ſemel ſoluta, ſi poſtea res melioretur iterum non ſoluitur, niſi tempore primæ ſolutionis Dohana reperiatur meliorata. Arreſt.464. fol.896

Dohanæ dirictus debentur de ſerico, quod aſportatur Neapolim in Petiis Velluti de Catanzario. Arreſt.424. fol.886

Similiter debentur quando extrahitur per extra Regnum. Arreſt. 425. fol.886

Dohanæ dirictus pro extractionibus taxantur certo modo. Arreſt.484. fol.903

Dohana Menapecudum Apuliæ capere poteſt aliena territoria pro Erbagio, ſoluto pretio. Arreſt.104.109,110,111,112,113,114,115, 117,118,119,120,121,122,123,128,129,130, 131, fol.811. cum ſeqq.

Sed hoc intelligitur, ſi ſunt ſolita capi pro Erbagio, vel ſi non ſunt ſolita capi, tamen Erbagia venduntur aliis. Si verò Erbagia deſeruiunt pro vſu Ciuium, capere non poteſt. Arreſt.231. fol.841

Eſtque notandum, quod Dohana prædicta Me-



Digitized by Google

na pecudum ſoluit pretium ſolitum Dominis territoriorum pro erbagio, licèt non vtatur aliquo anno ex defectu pecudum. Arreſt. 353. fol. 868
Huius Dohanæ regimen requirit, vt quolibet anno libri præſententur in Regia Camera. Arreſt. 140. fol. 818
Eiuſdem Dohanæ Dohanerius ſedet in Regia Camera poſt fiſci Patronum. Arreſt. 545. fol. 917
Et præſtat iuramentum de fideliter exercendo in manibus Proregis. ibidem
Et debet præſentare bilancium exactionis factæ & faciendæ ſingulis quindecim menſibus. Arreſt. 516. fol. 911
Eiuſdem Dohanæ diuerſa capitula deciſa ponuntur. Arreſt. 414. fol. 882
Domanium ſi petitur per Vniuerſitatem, ſoluitur pretium infra certum tempus, & contribuunt Particulares. Arreſt. 482. fol. 902
Domicilium habens Neapoli ſubſtinet onus focularis in Terra, vbi eſt ortus & retinet vxorem, licèt non reperiatur numeratus. Arreſt. 404. fol. 880
Donatio omnium bonorum facta per patrem filio militi ſecum viuenti, non excuſat à ſolutione fiſcalium, & aliis oneribus Vniuerſitatis, tanquam ſimulata, & fraudulenta. Arreſt. 305. fol. 857
Similiter donatio bonorum facta per patrem filio clerico, in quorum poſſeſſione remanſit, fructus percipiendo, non excuſat ipſum à contributione Collectarum & onerum Vniuerſitatis. Arreſt. 336. fol. 863
Sed donationes bonorum factæ Clericis, vt promoueantur ad ſacros Ordines, ſunt immunes à ſolutione fiſcalium, & onerum Vniuerſitatis, tàm ſi fiant à patribus, quàm ab aliis, dummodò non fiant in fraudem. Arreſt. 408. fol. 881
Et tales donationes ſi fiant à patre non debent excedere portionem tangentem filio, ne dicantur in fraudem. Arreſt. 551. fol. 919
Donatiuo, quod fit ſuæ Maieſtati contribuit Ciuitas Caieta. Arreſt. 211. fol. 837, Ciuitas Cauæ, Arreſt. 37. fol. 790, Ciuitas Capuæ, Arreſt. 517. fol. 911, & omnes Ciuitates habentes immunitatem, non obſtantibus ſuis priuilegiis, ibidem.
Dos, & Antephatum, & eorum intereſſe deducitur à bonis confiſcatis etiam feudalibus. Arreſt. 149. fol. 821
Dotis aſſecuratio conceditur vxori, in bonis viri, etiam ſi fuerit Theſaurarius Regis, vel Primipilus. Arreſt. 685. fol. 958

## E

Eccleſia non tenetur contribuere functionibus fiſcalibus pro bonis emptis, & donatis, quia in ea non conſideratur fraus. Arreſt. 272. fol. 857, Arreſt. 533. fol. 914, & Arreſt. 546. fol. 917
Eccleſia pro bonis emptis, vel ſibi donatis, immunis eſſe debet ab onere ſolutionis bonatenentiæ, quia in ea fraus ceſſat. Arreſt. 704. fol. 967
Ementes à Rege bona confiſcata non ſoluunt gabellam tanquam contrahentes cum Rege. Arreſt. 682. fol. 957
Ementes bona à Clericis non ſunt immunes ab oneribus vniuerſalibus in futurum, quia mutando dominium, mutant conditionem. Arreſt. 379. fol. 875
Ementes bona Ciuium alicuius Terræ tenentur contribuere ad debita contracta per Vniuerſitatem illius Terræ, ſi venditores non ſint ſoluendo. Arreſt. 330. fol. 862
Emolumenta Nundinarum ſpectant ad Magiſtrum Nundinarum, etiam tempore prorogationis ipſarum Nundinarum. Arreſt. 143. fol. 819
Epiſcopus non ſoluit bonatenentiam. Arreſt. 430. fol. 888
Erarij officium, quis cogitur exercere in Terra vbi habitat, licèt ſit numeratus in alia. Arreſt. 544. fol. 917
Excuſantur ſenex, Infirmus, vel habens octo filios. Arreſt. 291. fol. 854
Euntes in curſum cum vaſcellis contra Hoſtes, ſe obligant ad mortem naturalem de ſeruandis promiſſis, ac etiam præſtant cautionem ducatorum mille de danda decima Regiæ Curiæ, prædæ, quam faciunt. Arreſt. 686. fol. 958
Exactio pœnarum vigore obligationum incuſatarum ſpectat ad Perceptorem Magnæ Curiæ, qui debet conſignare liſtas Capitaneis Iuſtitiæ Neapolis, foris verò mittere Commiſſarium. Arreſt. 342. fol. 865
Significatoriarum fit à Perceptore, ſine aliquo dirictu, quia habet à fiſco Carolenos quindecim pro centenario. Sed commiſſarij, qui vacant, habet ſolùm tres Carolenos ſingulis diebus, Arreſt. 428. fol. 886
Focvlariorum diuiſim fieri debet, & pro parte cuiuſque feudi poſſeſſi. Arreſt. 703, fol. 966.
Exactio pecuniarum debitarum Regio Patrimonio ſuper Arrendamentis quomodò fiat, Arreſt. 641. fol. 942
Excomputum debetur Arrendationi per aduentum Claſſis Turcarum. Et interim ſuſpenditur exactio alicuius ſummæ pro extaleo Arrendamenti, Arreſt. 323. fol. 860
Exequutiones factæ pro debito Vniuerſitatis ſubhaſtantur, & vendantur in eadem Terra, nec

Digitized by Google

nec extrahuntur, niſi non reperto Emptore. Arreſt.356. fol.869

Exitura ius non ſoluitur pro Oleo onerato in Nauigio ferendo Neapolim vbi effectiuè delatum fuit. Arreſt.24. fol.787

Sed ſoluitur regulariter toties, quoties Nauis onerata mercibus exierit, etiam ſi cum eiſdem mercibus ad eundem Portum redeat, vndè iterum exeat, niſi ventorum vi redierit. Arreſt.4. fol.782

Expenſa vltimæ infirmitatis, medelæ, funeris, & Salarium Medici præferuntur aliis creditoribus hypothecariis, & etiam fiſco, ſed non præferuntur Creditoribus cum Regio aſſenſu ſuper feudalibus. Arreſt.17. fol.786, & Arreſt.678. fol.956

Expoſiti Sanctiſſimæ Annuntiatæ numerati in diuerſis Terris pro focularibus deducuntur à numeratione, quia habentur tanquam orti Neapoli, ſed non eorum filij. Arreſt.261. fol.848. vide in verbo Ciuilitate Neapolitana.

Exteri iter agentes ementes à Tabernariis nihil ſoluunt pro Gabellis; Ciues verò ſoluunt, ſi Taberna ſit alterius Domini, & non Vniuerſitatis. Arreſt.500. fol.907

Habitantes in aliqua Terra ad tempus pro ſuis negotiis ſine familia non ſoluunt Gabellas, nec ſuſtinent hoſpitium militum. Arreſt. 478. fol.901, & Arreſt.489. fol.905

Sed mercantiliter viuentes ſuſtinent onera Terræ, in qua habitant pro induſtria. Arreſt. 385. fol.876, & Arreſt.654. fol.847

Extimatio mercantiarum fit iuxta tariffam, ſi extrahuntur à Regiis Dohanis, ſi verò venduntur intus Dohanam fit extimatio iuxta pretium, quo venduntur, & ita regulantur dirictus Dohanerij. Arreſt.296. fol.855

Extractio biſcotti pro ſeruitio Sanctiſſimi Domini Papæ eſt francha dirictuum pro Papa, non pro venditore. Arreſt.45. fol.792

Extra Regnum facta ab aliis habet onus ſoluendi Magiſtro Portulano tarenum vnum, & granos duos pro Cantario à foraſterio; ſed à Ciue granos vndecim; Si verò Extractio fiat infra Regnum, fit ſine aliqua ſolutione. Arreſt. 6. fol.783, & Arreſt.45. fol.792

Extractio Equorum fit cum fideiuſſione. Et ſi poſtea Equi reuerſi fuerint in Regno debent Extrahentes illos præſentare Capitaneo Graſciæ & caſſari facere fideiuſſionem, nec admittitur probatio per teſtes, quod reuerſi fuerint. Arreſt.318. fol.859

Extractio mercium à Rigio pro Nundinis Salerni, ſi applicauerunt in Dohana Veteris nihil ſoluunt, ſi priùs fuerit data cautio de ferendo Salernum, vbi adeſt fundacus Regius. Arreſt.299. fol.856

Extractio Vini, nè ſit fraudulenta debet notari de partita in partitam, Prouiſionibus Extractionum expeditis per Regiam Cameram cum die, partita & Barca cum mentione de aliis partitis, & ita ſeruare debent Portulani. Arreſt.307. fol.875

Extractio Vini non debet fieri, abſque licentia, & debitis expeditionibus obtentis, aliàs proceditur ad venditionem Vini & Tartanæ, & pretium incorporatur ad beneficium Regiæ Curiæ & Partitarij. Arreſt. 701. fol.965

Extractio Vegetum duarum vini, vel mediæ olei pro ferendo Neapolim fit ſine aliquo ſalario, ſed tantùm cum cautione de ferendo. Arreſt.218. fol.839

Extractio prohibita pecuniæ extra Regnum non comprehendit Mercatores accedentes ad Nundinas, & ex venditione mercium retrahentes pretium, & pecunias, quas extrahunt. Arreſt.193. fol.833, & Arreſt.214. fol.838

Non committitur pœna extractionis pecuniæ, eiuſque amiſſio, niſi extrahens fuerit repertus in confinibus Regni. Arreſt.676. fol.955

Extractio nè fiat cum fraude, debet in locis Maritimis deputari vir probus, qui cum Portulano vbi adeſt, & Notario fidem faciat de quantitate exonerata & immiſſa cum reſponſalibus. Arreſt.59. fol.790

Et debet fieri per totum menſem Septembris, niſi captum ſit onerari & non potuerit compleri. Arreſt.58. fol.795

Debet concedi per vnum locum, & non per duos alternatiuè. Arreſt.285. fol.853

Extrahens victualia à locis maritimis tenentur præſtare fideiuſſionem de aſportando in locis permiſſis, quæ fideiuſſiones præſtantur apud Magiſtros Portulanos, niſi ordinatum fuerit præſtari in Regia Camera, quo caſu, Copia fideiuſſionis præſtita, tranſmittitur ad Portulanum. Arreſt.697. fol.963

Extrahentes frumentum, vinum, oleum vel alia cum ſolutione dirictuum, illis amiſſis per Naufragium in eadem Maritima, poſſunt extrahere ſimilem quantitatem ſine noua ſolutione dirictuum. Arreſt.134. fol.817, Arreſt.186. fol.832, Arreſt.324. fol.860, Arreſt. 332. fol.862, & Arreſt.690. fol.959

Extrahentes per infra Regnum nihil ſoluunt. Arreſt.6. fol.783, & Arreſt.45. fol.792

## F

Famuli Monaſterij non ſoluunt Gabellam farinæ pro pane, quem dietim eis dat Monaſterium. Arreſt.698. fol.693

Famuli Sacerdotum habitantes extra domum non gaudent immunitate Gabellæ farinæ. Arreſt.649. fol.946



Digitized by Google

Famuli exterorum immunium à gabellis ſunt etiam ipſi immunes, quæ immunitas eſt in beneficium famulorum, & non Dominorum ſed in eorum patria ſi manent pro famulis, ſoluunt vt alij Ciues. Arreſt.549. fol. 918

Feudatarius citatur in loco feudi, & ibi notificatur Ærarius. Arreſt.640. fol.942

Feudo deuoluto ad Regiam Curiam, ſubinfeudationes non reſoluuntur, quando ſunt feuda quaternata, ſecundum quid, quæ tenentur à Rege, ſed ſub Barone: Quod ſi ſint feuda plana, & de tabula, ſiue excadentialia ſolita concedi, neque reſoluuntur ſubinfeudationes, quia primo caſu adeſt Aſſenſus Regis, in ſecundo caſu, aſſenſus legis. Similiter Barone carente ſucceſſore, tempore ſubinfeudationis, neque ſit locus deuolutioni. Arreſt.665. fol.951

Fida animalium Regiæ Dohanæ Menæpecudum Apuliæ non ſoluitur, ſi oues non ſunt fidatæ in Regia Dohana, nec dependent ab illis. Arreſt.591. fol.929

Neque ſoluitur per Abbatiam Sancti Leonardi della Matina pro animalibus Abbatiæ ex priuilegio. Arreſt.25. fol.787

Hæc fida deducitur ab appretio, ſi viuitur per appretium, ſecùs ſi per gabellas, Arreſt.317. fol.859

Fida vnius anni non renouata in aliis, non ſoluitur, quia non inducitur ſolitum. Arreſt. 610. fol.934

Fidati Regiæ Dohanæ delinquentes non remittuntur Baroni, ſed pro delictis commiſſis antequam eſſent fidati remittuntur. Arreſt.553. fol.919

Contra eos non datur electio fori in prima inſtantia in cauſis Ciuilibus, Criminalibus, & mixtis. Arreſt.683. fol.957

Fideiuſſiones præſtandæ in Regia Camera poſſunt à quocunque actorum Magiſtro illius recipi. Arreſt.453. fol.894

Debent referri qualibet Hebdomada in banca, & dietim de illis dari nota Aduocato fiſcali. Arreſt.172. fol.828

Fideiuſſiones Baliatus taxantur pro valore fructuum vnius anni, cum obligatione Balij præſentandi computa quolibet anno. Arreſt. 472. fol.899

Filius ſubintrat in foculari patris, cuius eſt hæres, numerati in ſua Terra, licet alibi habitauerit, & fuerit aggregatus, ſi alius non adſit, qui ſuſtineat foculare, proinde ibi ſoluit. Arreſt.648. fol.945, Arreſt.606. fol.933, Arreſt.392. & 393. fol.878

Filius numeratus ſub foculari patris Auerſæ, ſed tanquam Doctor habitat Capuæ, tenetur contribuere Capuæ vti foculare acquiſitum, donec pater vixerit; Eo verò mortuo, ſoluit Auerſæ, quia ſubintrat, & ſuſtinet foculare patris Auerſæ numerati, niſi alij fratres ſubintrent idem foculare patris. Arreſt.392. fol.878, Arreſt.429. fol. 887, & Arreſt.444. fol.891

Quod ſi filius ſit numeratus Nolæ, & pater Capuæ, mortuo patre extinguitur foculare patris Capuæ; Ipſe verò filius continuat ſoluere Nolæ, vbi numeratus fuit. Arr.393. fol.878

Viuens ſub patria poteſtate ſoluit gabellas. Arreſt.518. fol.912

Fiſcalia, & augmentum fiſcalium ordinariorum tantùm ſpectat ad conceſſionarium, cui fuerunt conceſſa fiſcalia cum augmento. Arreſt.79.80.81.& 82. fol.803, & 804

Foculariorum augmentum ſpectat ad illum, cui conceſſa fuère fiſcalia, vigore priuilegiorum; Tenetur tamen ſoluere expenſas Regiæ Curiæ erogatas pro numeratione. Arreſt.263. fol.849

Foculariorum deductio fit pro condemnatis ad triremes, ex quo ſunt pauperes, Arreſt.277. fol.852

Exactio foculariorum abſentium committitur cum clauſula pro annis decem præteritis tantùm. Arreſt.401. fol.880

Fructus feudi deuoluti Regiæ Curiæ diuiduntur inter hæredes Baronis mortui, & fiſcum pro rata temporis, & qualitate eorum. Arreſt. 470. fol.898

Fructus feudales ſoluunt ius Dohanæ, quando venduntur, quia ius prædictum ſoluitur pro mercantia, & cuſtodia. Arreſt.507. fol.909

Fundaci ius debetur Gabelloto temporis, in quo venduntur merces, non verò priori Gabelloto temporis, in quo ſeruatæ fuerunt in fundaco. Arreſt.5, fol.783

Soluitur ab Extrahentibus merces à fundaco, licèt eas non contrahent, & vendant, ſed aſportent ad Terras fundacum non habentes; Si verò aſportent ad Terras fundacum habentes, præſtant ſolum fideiuſſoriam cautionem de immittendo in illo fundaco. Arreſt.8. fol.783, Arreſt.43. fol.791, & Arreſt.86. fol.805

## G

Gabella Curritura non ſoluitur ab his, qui coguntur ire ad vecturam pro Regia Curia, vel Barone cum ſalario Regiæ Pragmaticæ. Arreſt.67. fol.799

Sed ſoluitur per Ciuitatem Neapolitanam. Arreſt.510. fol.910

Gabella boni denarij non ſoluitur à Neapolitanis, ſed exteri ſoluunt pro qualibet ſalma denarios duos, & pro quolibet Curru granos quatuor. Arreſt.18. fol.786

Gabella pro exitura Equorum, & Mularum extra Regnum, eſt granorum quinque pro qualibet

Digitized by Google

qualibet Bulletta vnius,vel plurium Equorum,vel Mularum, nec exigitur ius Decini. Arreſt.15. fol.785
Gabella sbarrarum plateæ maioris exigit ſolùm granos tres pro ſalma, Arreſt.12.fol.784,& Arreſt.417. fol.884
Gabella pro ſcutellis,& Pignatis,& aliis vaſis creteis,ad quam rationem ſit taxata.Arreſt.14 fol.785
Gabelloti & Affictatores Gabellæ Piſcium venationem in Maritimis Puteolorum, & aliis vrbi Neap. proximis impedire non poſſunt, niſi commercij cauſa fiat.Arr.706. fol.968
Graſſiæ Capitaneus debet habere notam Animalium ſingulis annis in menſe Ianuarij. Arreſt.695. fol.962
Nec ſoluitur aliquis dirictus.Arr.528. fol.913
Græci habitantes in Ciuitate Brunduſij habent eadem priuilegia, ſed debent contribuere Vniuerſitati.Arreſt.199. fol.835
Guardianorum deputatio fit per Dohanerium Regiæ Dohanæ in præſentia Arrendatoris, & Gredenzerij.Arreſt.138. fol.818

H

Habitantes Neapoli ſoluunt foculare in Terra, vbi ſunt nati,vel oriundi. Arreſt.603 fol.932.
Sed ſi habitauerint per decennium deducuntur à numeratione Terrarum, vbi prius manebant.Arreſt.499. fol.906.
Habitantes extra Griptim Neap. ſunt de corpore Ciuitatis Neap. & immunes à ſeruitiis perſonalibus. Arreſt.577. fol.927
Habitantes in aliqua Terra per decennium cum vxore,& familia,ſuſtinendo onera Vniuerſitatis, gaudent,vt alij Ciues immunitatibus, & priuilegiis, tàm in Dohana illius Terræ,quàm in toto Regno.Arr.536.fol.916, & Arreſt.568. fol.923
Habitantes in Plano Surrenti contribuunt cum Vniuerſitate Plani; Et habitantes in Ciuitate Surrenti contribuunt cum eadem Ciuitate.Arreſt.309. fol.858
Hæreticis,qui abiurauerunt,reſtituuntur bona confiſcata per Reg. Curiam.Arr.246. fol.844
Hiſpani nati in Regnis Hiſpaniarum ſunt franchi à gabellis in hoc Regno Neap. pro vſu, vt Neapolitani.Arreſt,646. fol.945
Hortatoria, quæ fit per Regiam Cameram Sacro Regio Conſilio, fit cum certa forma deſcripta.Arreſt.458. fol.895
Hoſpitale habet franchitiam pro vſu,& victu infirmorum.Arreſt.434. fol.889
Hoſpitia Militium diuiduntur pro numero foculariorum,inter Terram, & Caſalia per as,& libram.Arreſt.552. fol.919

I

Immiſſio Salis,Ferri, Acciarij,& Picis ab extra Regnum,quomodo fiat ab Vniuerſitatibus quæ habent priuilegium non ſoluendi dirictus pro earum vſu.Arreſt.70. fol.800
Immunitas habentis duodecim filios conceditur etiam habenti ſex filios,& ſex nepotes ex filio præmortuo in Aui poteſtate exiſtentes. Arreſt.664. fol.950
Vel habenti decem filios,& duos nepotes ex filio præmortuo in poteſtate patris exiſtentes. Arreſt.754. fol.802
Vel habenti vndecim filios, & vnum nepotem. Arreſt.155. fol.823
Vel quinque filios,& vndecim nepotes. Arreſt. 159. fol.825
Vel ſex nepotes ex filio præmortuo, & quinque ex filio viuo. Arreſt.160. fol.825
Vel habenti duodecim nepotes ex filio præmortuo.Arreſt.136 fol.817
Vel nouem filios,& tres nepotes,Arreſt.168.fol. 827.& Arreſt.634. fol.940
Vel habenti vnum filium naturalem legitimatum per reſcriptum Principis, & vndecim filios legitimos,& naturales.Arreſt.589.fol. 928.& Arreſt.625. fol.938
Vel habenti vndecim filios in poteſtate ſecum viuentes, & vnam filiam maritatam viuentem ſeorſum cum Marito. Arreſt.150. fol.821
Conceditur vxori remanſæ viduæ, ſi viuat ſimul cum filiis,non verò conceditur filiis ſeparatè viuentibus.Arreſt.665. fol.952, & Arreſt.480. fol.901
Si verò prius pater, deinde mater vidua moriantur extinguitur hæc immunitas, nec conceditur filiis,licèt vnitè viuant. Arreſt. 53.fol.793,& Arreſt.700.fol.964, & Arreſt.279. fol.852
Conceditur etiam viduæ lectum vidualem ſeruanti,ſi adſint filij ex prima vxore defuncta cum aliis, ex ipſa vidua viuente, & omnes ſimul vnitè viuant. Arreſt.274. fol. 851.& Arreſt.350. fol.867
Conceditur etiam hæc immunitas, licèt vnus filius habitet,ſeorſum pro cõmodiori habitatione, dummodo viuant in communi ſub vno pane.Arreſt.438. fol.890
Conceditur patri duodecim filiorum quamuis faciat Mercaturas,ſi non poſſidet bona, ſed pro vſu tantùm.Arreſt.494.fol.905,Arreſt. 620.fol.937,& Arreſt.642. fol.943
Sic pariter,ſi vendit fructus recollectos ex propriis bonis,erit immunis.Arreſt.564.fol.922
Hac immunitate gaudent etiam filij viuentes cum patre.Arreſt.575. fol.924
Et gaudentes immunitate duodecim filiorum ſunt franchi à retentione tertiorum. Arreſt. 618. fol.936

Veniens

Veniens Neapolim pro denunciando numero filiorum Regiæ Cameræ, & obtinendi immunitatem, licèt in itinere vltimus filius ſit mortuus, habet immunitatem. Arreſt.232. fol.841, & Arreſt.308. fol.857

Si poſt obtentum priuilegium, vel prouiſiones pro capienda informatione aliquis filius moriatur, adhuc gaudet. Arr.561 fol.921. Arreſt.597.fol.930, & Arreſt.598. fol.930

Non conceditur, nec iuuat hæc immunitas in expenſis Pontium, Fontium Murorum, Turrium Maritimorum, Salario Aduocati, & Procuratoris, Salario Medici, & Magiſtri Scholarum, ſi tamen Medico, & Magiſtro Scholarũ vti velit. Arr.96.fol.808, Arr.376. fol.874, Arr.288.fol.854.& Arr.310.fol.858

Nec in contributione Regij Domanij. Arr.132. fol.817

Nec conceditur in Eleemoſina Prædicatoris, & expenſis Horologij. Arreſt.398. fol.879

Neque in debitis Vniuerſitatis contractis ante immunitatem obtentam. Arreſt.96.fol.808

Nec in bonis emptis ab aliis ciuibus, quæ erant obnoxia debitis Vniuerſalibus per Vniuerſitates contractis. Arreſt.384. fol.876

Immunitas non conceditur contrahenti cum fiſco ante traditionem. Arreſt.9. fol.784

Indultum generale comprehendit contrabanna; Tenentur tamen ſoluere dirictus ſolitos Regiæ Curiæ, medietatem contrabanni Arrendatoribus, & quartam partem reuelantibus. Comprehendit pœnas ſpreti mandati, & contumaciæ. Non comprehenduntur condemnationes pecuniariæ, & aliarum pœnarum, quæ ante datam Indultus fuerunt exequutæ, exactæ, incorporatæ aſsignatæ, compoſitæ, vel aliter Regiæ Curiæ ſit cautum, dummodo fecerint tranſitum in rem iudicatam. Item non comprehenduntur ſententiæ continentes confiſcationes bonorum. Item contrauentiones bonorum in erbagiis Dohanæ Menæpecudum, in quibus ſunt ſalua iura Regiæ Curiæ liquidanda ſuper pretio affictus facti per locatos. Item non comprehendunt vendentes frumentum vltra pretium taxatum; Tenentur enim reſtituere emptoribus, quibus incertis exiſtentibus, debet illud plus deponi in Generali Theſauraria loco depoſiti, quando comparuerint. Arreſt.357. fol.869

Indultu prædicto gaudent etiam inquiſiti de falſo. Arreſt.358. fol.850

Inſultus cum lapidibus pertinet ad habentem iuriſdictionem criminalem, non verò ad Baronem ciuilem iuriſdictionem habentem. Arreſt.420. fol.885

Intereſſe ſtipendiorum ſeruientium cum Triremibus, liquidatur ad duodecim pro centenario, ſed non ponitur in capitale ad nouum intereſſe producendum. Arreſt.448. fol.892

L

Lanæ artem exercentes intus Ciuitatem Neapolis, & Matriculati habent priuilegia artis. Si verò ſint Matriculati, & non exercent, nullum priuilegium habent. Arr.601. fol.932

Pro lana, pro vſu artis non ſoluunt Dohanam. Arreſt.602. fol.932

Legati, ſeu Ambaſciatores alicuius Sereniſsimi Regis non ſunt immunes in extractione vinorum extra Regnum. Arreſt.347. fol.866

Secus in legato, ſeu Ambaſciatore noſtri Regis Hiſpaniarum apud Sanctiſsimum pro extractione vini ad Vrbem Romæ, vel Ordei. Arreſt.543.fol.917, & Arreſt.529. fol.914

Liber faciendus eſt Prouentuum Ciuitatis Bari per actorum Magiſtrum cum ſubſcriptione Auditoris, & Procuratoris fiſcalis, & tranſmittendus ad Regiam Cameram quolibet anno, de menſe Septembris, cum liſta reſiduorum. Arreſt.395. fol.878

Liberi duo conficiendi ſunt in Regia Camera, vnus Commiſſariorum, alter negotiorum. Arreſt. 172. fol.828

Liparoti ſunt immunes à iure fundaci pro mercibus, quas emunt, & extrahunt extra Regnum. Arreſt.265. fol.849

Si verò diſtrahunt infra Regnum ſoluunt. Arreſt.300. fol.856

Locati Regiæ Dohanæ habentes eorum animalia ad numerum viginti non poſſunt cognoſci in prima inſtantia, niſi in Regia Camera. Arreſt.684. fol.958

Locumtenens Regiæ Cameræ, quando finito Tribunali diſcedit, omnes Præſidentes cum illo diſcedere debent. Arreſt.175. fol.829

Lombardi, & Mediolanenſes habitantes in Ciuitate Aquilæ cum eorum familia & poſsidentes bona, contribuunt functionibus fiſcalibus, Collectis, & gabellis, ſi verò non poſsident, ſed per decennium habitauerint, ſimiliter ſoluunt, verum ſunt immunes à debitis contractis ante eorum habitationem, ſi verò mercantiliter viuunt, eundo, & redeundo ad eorum Patrias non ſoluunt. Arreſt.435. fol.889

M

Magazenum Monachorum ſitum in Maritima, in quo fiunt contrabanna, debet demoliri. Arreſt.235. fol. 842

Magnus Admiratus habet iuriſdictionem in perſonas de induſtria, & arte maritima viuentes. Item applicat ſibi naufragia, & bona naufragata non repertis Dominis. Præterea deputat perſonas pro cura naufragiorum; Quæ perſonæ non gaudent immunitate fiſcalium, Hoſpitiorum, ſeruitiorum



Digitized by Google

*rum perſonalium, & exemptione iuriſdictionis. Non tamen ſibi applicat Naufragia vaſcellorum, Artellariæ, Bona, & Perſonas Infidelium, vel Inimicorum ſuæ Maieſtatis. Arreſt.355. fol.868*

*Sua verò iuriſdictio eſt in cauſis Nautarum, & de arte maritima viuentium Neapoli tantùm. Arreſt.446. fol.891*

*Non eſt immunis à gabella pro ferro veteri ex nauibus naufragatis. Arreſt.442. fol.890*

*Mancipia Turca ſunt Capientium tantùm, & non Magni Admirati, nec Capitanei ad guerram, nec Regij fiſci. Arreſt.366. fol.872. Arreſt.377. fol.875, & Arreſt.411. fol.881*

*Mercatores ementes domum in loco, vbi negotiantur, vt ſic fiant Ciues, & ſoluant minorem gabellam, tractantur, vt exteri, niſi in totum transferant domicilium, & fiant veri ciues. Arreſt.2. fol.782*

*Mercatores ſoluentes dirictus pro mercibus immiſsis, & venditis, ſi de pretio alias emunt, non ſoluunt dirictus. Arreſt.181. fol.830*

*Mercatores, & alij ferentes merces in feria Salerni, eaſque vendentes, & extrahentes, quomodò ſoluant ius fundaci, & alios dirictus, tranſeundo per alia loca Dohanæ. Arreſt.535. fol.915*

*Mercatores artis ſerici Matriculati, ſed non exercentes non gaudent in Dohana immunitate pro drappis, quos alieno nomine emunt, vendunt, & extrahunt. Arr.547. fol.918*

*Mercatores Mediolanenſes, Florentini, & alij mercantiliter viuentes ſunt immunes à gabellis. Arr.352. fol.868*

*Niſi vltra annos quinque habitauerint. Arreſt.391. fol.877*

*Merces miſſæ pro Nũdinis, & repoſitæ in loco Nundinarum ante tempus captum Nundinarũ non ſoluunt Dohanam. Arr.584. fol.927*

*Aſportandæ Neapolim non ſoluunt Dohanam alibi. Arreſt.653. fol.947*

*Oneratæ extra Regnum per extra Regnũ cum expeditionibus, ſi de facto exonerentur per Nautas in aliquo loco Regni non ſoluunt Dohanam, ſed reſtituuntur Dominis. Arr.596. fol.930*

*Aſportatæ ab extra Regnum in Marina Veteris; vel Acoſtæ ſoluunt dirictus Regiæ Dohanæ Salerni. Arreſt.202. fol.835*

*Meſſanenſes ſunt franchi à iure fundaci pro mercibus, quas emunt in Regno, & extrahunt extra Regnum. Arreſt.266. fol.850*

*Milites capti ab hoſtibus in actu belli, non habent ſtipendium durante captiuitate. Arr.688. fol.959. Arr.621. fol.937. & Arr.693. fol.961*

*Habent franchitiam panis ad rationem vnius rotuli, ſingulis diebus. Similiter eorum filij, licet minores, ſi tamen excedant duos annos. Eorum famuli, & famulæ non habent franchitiam, niſi ſubeant onera gabellarum in eorum Terris; Famuli verò exteri, qui non ſunt de Regno non ſunt immunes. Arreſt.699. fol.964*

*Habent etiam franchitiam à functionibus fiſcalibus, & à quibuſcunque impoſitionibus, & gabellis pro eorum vſu, & aquis iuxta taxam Regiæ Cameræ. Arr.83. & 84. fol.804. & 805. & Arreſt.520. fol.912*

*Tenentur ſoluere collectas pro Territoriis, quæ tenent in affictum ab Eccleſia, ratione induſtriæ deducta penſione, quæ ſoluitur pro affictu; Si verò territoria fuerint, Particularium, ſoluunt ſimpliciter collectas. Arr.669. fol.952*

*Milites ſtraticotæ tenentur ſoluere fiſcalia, & bonatenentiam, ſiue Vniuerſitas viuat per gabellas, ſiue aliter à cæteris verò impoſitionibus extraordinariis, & hoſpitiis, & cõtributionibus ſunt immunes. A.659. f.949*

*Milites hiſpani ſiſtentes in Regno ad ſtipendium ſuæ Maieſtatis non numerantur pro focularibus in Terris vbi habitant. Arreſt.247. fol.845*

*Milites hiſpani, vulgò intrateniti pro ſeruitio ſuæ Maieſtatis gaudent tanquam Neapolitani circa ſolutionem bonatenentiæ. Arr.663. fol.950*

*Milites, vulgo Piazzamorta deducuntur à numeratione. Arreſt.513. fol.910*

*Milites Caſtro ſeruientes, ſi ſunt Ciues non ſunt immunes; Si verò exteri ſunt immunes. Arreſt.571. fol.924*

*Idem eſt in Militibus Campaneæ. Arreſt.572. fol.924. Arr.600. f.932. & Arr.612. fol.935*

*Milites facti ante numerationẽ pro foculari, etiã ſi poſtea ſint numerati ſunt immunes à ſolutionibus, ſed ſi erant numerati, ſoluunt vt Ciues, & in oneribus perſonalibus contribuunt in pecunia. Arreſt.415. fol.884*

*Milites noua militia habent franchitiam pro capite, ſed ſi faciunt induſtriam, ſoluunt reſpectu induſtriæ. Arreſt.433. fol.888. & Arr.616. fol.936*

*Poſsidentes vltra ducatos 400. non recipiuntur in milites; Sed antea facti ſoluunt pro medietate vt ciues, & pro alia medietate vt bonatenentes. Arreſt.460. fol.895*

*Milites Caſtri Brũduſij ſi ſunt Ciues, & numerati in eadẽ Ciuitate, ſed habitãt extra Caſtrũ ſoluunt cum Vniuerſitate. Ar.409. f.881*

*Milites in prouiſionibus pro ſuis franchitiis habent clauſulam, dummodò, ſi eſt æqueſtris militiæ teneat equum, & arma, ſi pedeſtris militiæ teneat Archibuſium, & Morrionem. Arreſt.454. fol.894*

*Milites nihil ſoluunt ſcribæ Portionis, vel Officialibus Regiæ Cameræ pro ordinibus factis Hoſpitiorum. Arr.198. fol.835*

*Milites Sancti Lazari non gaudent immunitate functionum fiſcalium. Arr.365. fol.872*

*Idem eſt in aliis Militibus, qui ſunt æquites, excepto pro capite. Arreſt.371. fol.873*

*Monachus in Religione incapaci, vt eſt Capuccinorum, ſi renunciauit ante profeſſionem ſuis fratribus, annua penſio conceſſa eidem per ſuam Maieſtatem dum erat in ſeculo, debetur Renunciatariis, durante vita naturali ipſius Monachi. Arreſt.373. fol.873*

*Monaſterium habet taxam franchitiæ pro vſu. Arreſt.180. fol.830*

*Eſt franchum, & immune pro fructibus natis in propriis territoriis, quos fert alibi ad vẽdendum, ſi tamen territoria tenet pro ſe, nec dedit in affictum; Similiter eſt francum à gabella Calcis, quæ deſeruit pro fabrica. Arreſt.436. fol.889*

*Moniales tertij ordinis, vulgò Bizoccariæ habitãtes in domibus propriis tenẽtur ſoluere functiones fiſcales, ſi bona poſſident, vel ea donauerunt, reſeruato vſufructu. Ar.69. f.799*

*Muti deducuntur à Numeratione focylariorum. Arreſt.264. fol.849*

N

*NAti in Ciuitate Neapolitana fraudulenter, quia mater extera, data opera venit Neapolim, vt filium pareret, & poſt partum rediit, vnde venerat, nõ gaudent Ciuilitate Neapolitana, vti orti Neapolis. Arreſt.504. fol.908. & Arreſt.657. fol.948*

*Nauis onerata bonis Hæbreorum, & Chriſtianorũ, ſi applicuerit Portum Regni, retentis, & amiſsis bonis Hæbreorum pro fiſco dimittitur. Arreſt.374. fol.874. & Arr.399. fol.879*

*Nauis inuenta, nullis obtentis expeditionibus, mercibus onerata, tam merces quàm Nauis fiſco applicantur. Arreſt.701. fol.965*

*Quid ſi conſtat de legitimis expeditionibus, verùm maior quantitas quàm in licentia continetur, eſt onerata? ibid.*

*Naui naufragata, bona, & vaſcellum ſunt Magni Admirati. Bona verò, & vaſcellum diſfidatorum ſuæ Maieſtatis ſpectant ad fiſcum, ſi naufragentur, & Iudei amiſsis bonis, dimittuntur. Arreſt.399. fol.829. Arr.422. fol.885. & Arr.556. fol.920. Vide in verbo* Magnus Admiratus.

*Naues conſtruentes habent immunitatem pro materialibus. Arreſt.633. fol.940*

*Nautæ ſunt franchi pro Biſcoctis conſumendis tẽpore nauigationis pro Regio ſeruitio, non verò dum ſunt in Terra, ſi ſunt Ciues, ſi verò ſunt exteri ſunt franchi pro victu. Arr. 388. fol.877*

*Neapolitani ſunt immunes à gabellis pro vino, & greco peruento ex ſuis maſſariis. Quid de parte Partionariorum empta ab ipſis. Arr. 97. fol.809. & Arreſt.147. fol.810*

*Similiter ſunt immunes à gabellis pro Oleribus, quæ fiunt in territoriis propriis, & Maſſariis, & ducuntur Neapolim. Arr.101. f.810*

*Neapolitani orti in Ciuitate, ſed habitantes alibi, habent immunitatẽ à datiis, & gabellis pro ſuo vſu, domus, & familiæ. Ar.94. f.807*

*Sunt etiam immunes ab hoſpitatione ſi alibi habitauerint. Arreſt.201. fol.835*

*Et à functionibus fiſcalibus. Arr.146. fol.820*

*Tàm ipſi, quàm eorum Procuratores, & Agentes habitantes in maſſariis propriis, non tenentur hoſpitari, ſed affictatores tenentur. Arreſt.400. fol.879. & Arreſt.573. fol.924*

*Sunt immunes etiam pro mercantiis. Arreſt.153. fol.822. & Arreſt.326. fol.861*

*Et pro fructibus territoriorum extra Neapolim exiſtentium, quæ ſunt propria, vel in affictum tenent, aut partionariam, & Neapoli immittunt, non ſoluunt gabellas, ſi verò cauſa commercij ſoluunt medietatem gabellæ. Arr.325. fol.860. & Arr.326. fol.861*

*Habitantes Genuæ non poſſunt negotiari per Procuratores, cauſa gaudendi franchitij. Arreſt.492. fol.905*

*Originarij dicuntur, qui ſunt nati ex Neapolitano concepto Neapoli, licet alibi orti. Arreſt.624. fol.938*

*Declarati Neapolitani per priuilegium habitationis non gaudent vti Neapolitani orti & originarij in noua ſituatione introituum fiſcalium. Arreſt.656. fol.948*

*Habitantes in Ciuitate Puteolorum ſoluunt Carolenos quindecim pro expenſis extraordinariis Ciuitatis, præcipuè pro refectione viarum, & Cuſtodia Inimicorũ. A.623. f.935*

*Nobiliter viuentes ſunt immunes pro capite tantùm, & qui ſint iſti. Arreſt.57. fol.795*

*Notarij, & Iudices ad contractus non ſoluunt pro capite in eorũ Terris, licèt propriis manibus colant ſua territoria. Arr.577. fol.925*

*Niſi viuant ignobiliter, ſe immiſcendo in rebus ſordidis. Arreſt.577. & 581. fol.925. & 926*

*Nullitates proponentes in Reg. Camera, & ſuccumbentes ſoluunt pœnam eodem modo, vt ſoluitur in S. Regio Conſilio. Arr 486. fol.900*

*Nullitates aduerſus Decretum, an & quando recipi poſsint. Arreſt.709. fol.969*

*Numeratio focylariorum facta oſtiatim, attẽditur tempore remunerationis, ſi verò facta fuerit per diligentias attenditur tempore numerationis. Arreſt.521. fol.912*

*Numeratio fit de viduis cum filiis maſculis, & non proximis pubertati; ſi poſsident bona. Arreſt.522. fol.912*

*Numeratio fit etiam de iis, qui ceſsionem bonorum fecerunt. Arreſt.527. fol.913*

*Numeratus in vna Terra, ſi tranſtulit domicilium in alia, adhuc ſoluit functiones fiſcales vbi numeratus fuit, non obſtante contentamento Terræ, quod ſoluat, vbi trãſtulit domicilium. Arr.304. f.857. A.372. f.873. & Arr.412. f.882*

*Eorum*

Digitized by Google

Eorum filij mortuo patre ibidem ſoluunt, etſi alibi habitent, nec alius ſubſtineat foculare. Arr. 372. fol. 873. vide in verbo Filius.
Numeratus in duabus Terris pro foculari, ſoluit functiones fiſcales, vt ciuis in illa Terra vbi habitat, in alia verò, vt bonatenens. Arreſt. 258. fol. 848. Arreſt. 387. fol. 877. & Arreſt. 410. fol. 881
Numeratus in vna Terra habitans in alia non ſuſtinet hoſpitium Militum in Terra habitationis, ſi conſtet ſuſtinere onera in Terra Numerationis. Arreſt. 416. fol. 884
Numeratus ſemel in domo propria, ſi ad alios ſeruiendum ſe transferat, adhuc remanet numeratus. Arr. 526. fol. 913

O

OBlati tenentur ſoluere functiones fiſcales. Arreſt. 47. fol. 792. & Arr. 479. fol. 901
Sed ſi obtulerunt ſe, & bona Monaſterio, cui ſeruiunt, & alimenta percipiunt, non ſoluunt. Arreſt. 437. fol. 889
Occupantes territoria Regiæ Dohanæ Apuliæ, ſi fuerint Maſſarij ſoluunt ducatos ſex pro verſura Regiæ Curiæ, & ducatos duos locatis, & amittunt ſegetes ſeminatas. Arr. 505. fol. 908
Quid pro annis ſequentibus. Arreſt. 506. fol. 908
Officialis ad idem officium eligi non poteſt, niſi lapſo quinquennio, & ad aliud officium niſi lapſo triennio; ſed ſi alius idoneus non reperiatur, eligi poteſt. Arr. 672. fol. 955
Habens quinque filios excuſatur, niſi alius idoneus non reperiatur. Arreſt. 405. fol. 888
Debet perſonaliter ſeruire, ſed habens poteſtatem ſeruiendi per ſubſtitutum, debet nominare perſonam idoneam quæ approbatur per Regiam Cameram. Arreſt. 77. fol. 803
Si eſt impeditus per exilium, poteſt ſeruire per ſubſtitutum cum licentia Regiæ Cameræ. Arreſt. 319. fol. 859
Nihil recipere poteſt pro decretis interloquutoriis, vel diffinitiuis, ſed debet eſſe contentus ſua prouiſione. Arreſt. 257. fol. 848
Electus per ſuam Maieſtatem, habebit poſſeſſionem officij, licet non demonſtret priuilegium expeditum, ſi Prorex hoc atteſtetur, & ordinet. Arreſt. 208. fol. 837
Renuncians officium Tertio, qui mortuus eſt, antequam fuiſſet officium effectiue in illum tranſlatum poteſt continuare officium. Arr. 275. fol. 851
Non poteſt firmare prouiſiones con la ſtampiglia, etiam ſi fuerit impeditus morbo chiragrico ſine diſpenſatione Regia. Ar. 534. f. 915
Officiales Regiæ Dohanæ Menæpecudum Apuliæ alibi habitantes, ſubſunt iuriſdictioni Baronis, niſi in illa Terra adſint animalia Regiæ Dohanæ, vel negotia illius, & neceſſaria ſit eorũ aſſiſtentia, quo caſu vnus tantum officialis cum vno ſcriba, & vno Alguzerio non eſt ſubiectus iuriſdictioni Baronis. Arr. 675. fol. 954
Excuſantur ab hoſpitatione Militum, ſi ſunt exteri, ſecus ſi ciues. Arr. 306. fol. 857
Quo caſu contribuunt in pecunia, ſed non tenentur ad actualem hoſpitationem Militum. Arreſt. 382. fol. 876
Scribæ Dohanerij contribuunt functionibus fiſcalibus, niſi pro tempore, quo aſſiſtunt Cauallariis. Arreſt. 524. fol. 913
Officiales omnes Reg. Cameræ præſtant cautionẽ de bene, & fideliter adminiſtrãdo. Ar. 382. f. 876
Officium ampliatum reintegratur perſonæ comprehenſæ in ampliatione. Arr. 125. fol. 815

P

PAludes propè Neapolim præſumuntur domanialia Regis, proinde earum cauſæ tractantur in Regia Camera. Arr. 108. fol. 811
Paragium debetur ſorori in feudo, & bonis confiſcatis per Rebellionem fratris primogeniti. Arr. 170. fol. 828
Parcum pro vſu ratiæ equorum remanet Baroni, prout reperitur cum mandato non ampliandi. Arreſt. 116. fol. 813
Patentes pro Graſſia Ciuitatis obtinentes debent præſtare fideiuſſionẽ, quod infra duos menſes præſentabunt reſponſale rerum pro Graſſia latarum. Arreſt. 137. fol. 818
Pecudes, & animalia ſiſtentia ſub Regia fida Dohanæ non poſſunt exequi pro functionibus fiſcalibus, nec pro aliis debitis, niſi in ſubſidium, reſeruata fida Reg. Dohanæ, pro qua poſſunt exequi. Arreſt. 215. fol. 838
Pecunia, quæ mittitur per Dohanerios in Reg. Theſauraria ſi reperiatur tonſa, eſt damnum Dohanerij. Arr. 141. fol. 819
Contrariũ deinde deciſũ, Arr. 142, & 144. f. 819
Diſtingue ſi pecunia prout exigitur, & exigi poteſt ſic recta via mittitur per Carrugium ad Reg. Theſaurariam, damnum eſt Regij fiſci, ſi tonſa reperiatur, ſi verò non prout exigitur, nec recta via mittitur per Carrugium damnum eſt Dohanerij mittentis, ſic conciliantur dictæ deciſiones. Pecunia, quæ exigitur ex impoſitionibus Turrium ad alium effectum, quàm pro Turribus conſtruẽdis, applicari non poteſt. Ar. 622. f. 937
Pœna trium per centũ, quam exigit fiſcus contra Vniuerſitates non ſoluentes fiſcalia ſuo tẽpore, & tannis, non poteſt exigi ab emptore, vel Aſſignatario fiſcaliũ. Arr. 62. fol. 797
Perceptores Prouinciarum debent dare fideiuſſionẽ in Reg. Camera ducatorũ decẽ mille pro ſecuritate adminiſtrationis. Arr. 103. fol. 810
Retinentes aliquam partitam tenentur ad nonuplum in pœnam, ſed non tenentur ad intereſſe nonupli, quia eſſet duplex pœna. Arreſt.



Digitized by Google

*Arreſt.177. fol.829*

*Nihil recipere poſſunt pro pecunia ſoluenda Militibus, vel aliis ſub pœna quadrupli. Arreſt.249. fol.845*

*Debent de quolibet anno numerare focularia ſclauonum, & numerationem præſentare in Regia Camera, aliàs tenentur iuxta Numerationem anni præcedentis. Arr.22. fol.787*

*Perceptores ſignificatoriarum non exigunt dirictum quatuor pro centenario, niſi priùs exactorealiter debito fiſci. Arreſt.51. fol. 793*

*Porterij Regiæ Cameræ debent cuſtodire ſcripturas, & proceſſus remanſos in Rota poſtquam exierint Præſidentes, nec aliquis ingredi poteſt Rotam inuito Porterio. Arreſt. 167. fol.827*

*Non debent aliquem ingredi facere in Aula, dum manent Præſidentes in Rota ſub pœna expulſionis. Arreſt.314. fol.858*

*Non ſoluunt bonatenentiam. Arreſt. 390. fol.877*

*Portulani ſedent in loco Rationalium in Regia Camera. Arreſt.44. fol.792*

*Non debent permittere extractionem Victualium, nec recipere dirictus ſine interuentu Credenzerij. Arreſt.209. fol.837*

*Debent ſingulis tribus menſibus præſentare in Regia Camera fideiuſſiones, & reſponſalia extractionum ſub pœna duplicatæ tractæ. Arreſt.148. fol.821. & Arreſt.172. fol.828*

*Si ſunt ciues alicuius Terræ ſoluunt in omnibus cum Vniuerſitate, ac etiam hoſpitantur ſine aliqua immunitate. Arr.452. fol.894*

*Poſſidentes ſtabilia in feudis inhabitatis contribuunt Terræ vbi ſunt ſita dicta feuda deductis oneribus debitis Dominis feudorum. Arreſt.237. & 238. fol.842, Arreſt. 269. fol.850, & Arreſt.370. fol.873*

*Præambulum factum coram Auditore Militum pro Militibus defunctis non admittitur in Regia Theſauraria, vt eorum hæredibus ſoluantur ſtipendia & Penſiones, niſi fuerit citatus Regius Fiſcus; Pro ſumma tantùm ducatorum decem admittuntur ſine alia ſolemnitate. Arreſt.315. fol.859*

*Præcedentia inter Rationales ex vna, Secretarium, & Procuratorem fiſcalem ex alia circa delationem iuramenti, dirimitur, vt alterum præcedat alternis annis, & in primo anno ſorte terminatur quis præcedere debeat. Arreſt.613. fol.935*

*Præda facta in mari contra Turcas diuiditur inter capientes, dando priùs decimam partem Magno Admirato, excluſo Regio fiſco à quinto. Arreſt.250. fol.845*

*Præſidentes Regiæ Cameræ ſunt franchi à iure ſigilli, eorum filij, & vxores, vide in verbo* Sigillum. *Similiter ſunt franchi à collectis, & bonatenentiis. Arreſt.188. fol.832*

*Eorum vxores pro dotibus tantùm ſunt franchæ à collectis. Sed pro extradotalibus ſunt franchæ ab onere bonatenentiæ tantùm, conſtante matrimonio. Arreſt.396. fol.878*

*Nurus etiam dotes ſunt franchæ. Arreſt.418. fol.884*

*Debent aſſiſtere in Tribunali tribus horis de mane, & duabus de ſero, exceptis diebus Mercurij, & ſabbathi, quibus vacat de ſero audientia Partium in eorum domo. Arr. 192. fol.833*

*Suſpenſi ab officio habent interim ſal, Zaccarum, Ferrum, & ſalarium, ſed non habent vitellas declaratoriarum; Verùm ſequuta condemnatione reſtituunt, Arr.451. fol.893. & Arreſt.477. fol.901*

*In die Iouis proponunt, quæ ſunt tractanda in Regio Collaterali in die Veneris. Arr.456. fol.894*

*Habent varia priuilegia relata. Arreſt. 627. fol.938*

*Præſides Prouinciarum, & Auditores nullam habent immunitatem non ſoluendi gabellas, & functiones fiſcales ratione officij, niſi ſint Neapolitani, vel in propria patria ſoluant gabellas. Arreſt.638. fol.942. & Arr.647. fol.945*

*Primum beneficium, & ſecundum beneficium, vt petant perſonæ priuilegiatæ fiebat eis præceptum, quod peterent. Sed hodia per Pragmaticam aliter eſt prouiſum. Arr.41. 42. & 43. fol.791. & 792*

*Procurator fiſcalis non debet interuenire in Aula, quando cauſæ votantur in Regia Camera. Arreſt.240. fol.843*

*Promiſcuitas territorij efficit, quod Ciues vnius Terræ accataſtentur, & ſoluant ad inuicem bonatenentiam cum Ciuibus alterius Terræ, & è contra. Arr.228. fol.840*

*Prothomedicus tenetur dare in Regia Camera cautionem vnciarum centum de bene, & fideliter facienda viſita Neapoli. Et commiſſarij deſtinandi per ipſum in Regno tenentur dare cautionem vnciarum quinquaginta, & tàm ipſe, quàm commiſſarij debent ſtare ſindicatui. Arreſt.197. fol.834*

*Poteſt tàm ipſe, quàm Affictuarius Arrendamenti Prothomedicatus ſemel viſitare Aromatarios, ſed in qualibet parte anni. Arreſt.587. fol.928*

*Prouiſiones obſeruatoriales expediri non poſſunt, niſi priùs prouiſionibus expeditis præſentatis penès acta, vt videri poſſit quid fuerit replicatum. Quod ſi dicantur perdita, renouentur, ſi retentæ per Partem, fit ordo, quod reſtituat. Arr.455. fol.894*

*Quartaticum*

Digitized by Google

Q

QVartaticum non ſoluunt Neapolitani pro grano, & farina pro vſu, vel ſi ex propriis territoriis ferunt ad vendendum, ſi verò emunt, & vendunt, ſoluunt medium ius quartatici. Arreſt.18. fol.786

R

RAguſci non ſunt immunes à ſolutione granorum ſex pro qualibet vncia, ſed alia priuilegia habent, vt Veneti, Arreſt.204. fol. 636

Ratia equorum, eiuſque regimen, & iuriſdictio ſpectat ad Magnum Caballaritium,& quomodo. Arreſt.341. fol.864

Rationales Regiæ Cameræ debent venire in Tribunali de mane tempore miſſæ. Arreſt.225. fol.840

Et de ſero ante horam vigeſimam. Arreſt.90. fol.806

Et aſſiſtere toto tempore Tribunalis. Arr.441. fol.890

Et debent ſtare in Cameris, & non in banca. Arreſt.667. fol.952

Aliter eorum abſentia notatur, & iuxta merita ſoluitur Salarium. Arreſt.10. fol.784, & Arreſt.64. fol.797

Debent per ſe, & non per ſcribas admittere in computis diſcarricum cautelarum ſub pœna priuationis officij. Arreſt.46. fol. 792

Debent qualibet die ſabbathi tradere notam Domino Locumtenenti bilanciorum, quæ à Regiis Theſaurariis tranſmittuntur tam pecuniarum exactaram, quàm exigendarum, ac etiam dare copiam dubiorum ſuper bilanciis fiſcali breuioris togæ. Arreſt. 667. fol.952

Nihil recipere poſſunt pro liquidatione numerationum ſine ordine Regiæ Cameræ ſub pœna priuationis officij, & exactum reſtituunt. Arreſt.242. fol.843

Non poſſunt eligi in gubernatores Sanctiſſimæ Annuntiatæ, quia ſunt occupati in Regio Patrimonio. Arreſt.419. fol.885

Non ſoluunt bonatenentiam. Arreſt.430. fol. 888

Nec ſoluunt Regium ſigillum ipſi,ac eorum filij. Arreſt.50. fol.793

Præcedunt Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, quando vniti cum toto Tribunali facientes vnum corpus gerunt aliquas functiones. Arreſt.630. fol.939

Refectio introituum aſſignatorum ſuper Terra poſtea deſtructa per Terremotum fieri debeat ſuper alia. Arreſt.605. fol.933

Regia Curia poteſt capere partem maſſariæ ſibi neceſſariam pro fortificatione Caſtri Sancti Erami licet ſit Eccleſiæ, ſoluto tamen pretio. Arreſt.126. fol.815

Regij Conſiliarij venientes ad Regiam Cameram pro ſuis cauſis priuatis ſedent vltimi poſt Præſidentes, & non ſedent cum præcedentia Regij Conſiliarij. Arreſt.367. fol.872

Releuium duplicatum ſoluitur, non denunciata morte Feudatarij intra annum, & diem, verùm excuſatur pupillus, ſoluit tamen intereſſe poſt maiorem ætatem ad rationem ſeptem pro centenario. Arreſt.563. fol. 922

Soluitur etiam quando feudatarius moritur in bello pro ſeruitio Regis. Arreſt.671. fol. 953

Debetur etiam ſi in illo anno nulli recolligantur fructus, quo caſu ſoluitur habita ratione trium annorum præcedentium. Arreſt. 174. fol.829

Debetur etiam à pupillis non obſtante pupillari ætate. Arreſt.72. fol.801

Debetur ab hærede retrouendente feudum infra annum, & diem mortis feudatarij, & non à Reemente. Arreſt.87. & 89. fol. 806

Debetur etiam pro ſubfeudis. Arreſt.650. fol. 946

Releuium non niſi per feudatarij mortem à ſucceſſore in feudo debetur. Arr.702. fol.965. & 966

An debeatur, quando refutatio filio fit contemplatione matrimonij. ibid.

Non minuitur per viam Militiam. Arreſt.501. fol.907

Sed minuitur pro rata introituum venditorum cum Regio aſſenſu. Arreſt.503. fol.907

Solutum cum errore denunciationis corporis burgenſatici pro feudali declarato poſtea illo corpore burgenſatico, exactum reſtituitur. Arreſt.485. fol.903

Liquidatur releuium ſummariè, parte citata. Arreſt.343. fol.866

Et debet præſentari preambulum ſucceſſionis, Arreſt.445. fol.891

Non tamen debet dari copia releuij præcedentis ſucceſſori vltimi feudatarij mortui, ad euitandas fraudes. Arreſt.328. fol.861

Religio Hieroſolymitana habet immunitatem ſcutorum trium pro quolibet Cantario Canapi pro vſu ſuarum Triremium. Arreſt.223. fol.839

Similiter habet immunitatem in tractis pro vſu. Arreſt.234. fol.842, & Arreſt.413. fol. 882

Et etiam pro extractione lignaminum. Arreſt. 484. fol.900

Renegatus, ideſt qui in captiuitate infidelium

*fidem renunciaſſe prætendebatur ſi captus deinde à fidelibus, & factus ſeruus in Triremibus chriſtianè vixit, dimittitur ad libertatem. Arreſt.440. fol.890*

*Renunciatio facta ſucceſsioni feudorum, non obſtet filiæ renuncianti, deficientibus maſculis, vel illis exiſtentibus incapacibus. Arreſt. 428. fol.887*

*Releuantes fiſco res occupatas conſequuntur ſextam partem eius, quod peruenerit in poſſe Curiæ. Arreſt.550. fol.919*

S

*Sacerdos poteſt eſſe Præſidens Regiæ Cameræ, dummodò non iudicet in cauſis Criminalibus. Arreſt.195. fol.834*

*Sal aſſignatum per Regiam Curiam Terris, earumque focularijs recipiendum à Regiis Fundacis, & Salinis aſportatum ad Terras prædictas poteſt deinde liberè vendi per focularias. Arreſt.11. fol.784*

*Sal, & Zaccarum datur Præſidentibus, Rationalibus, & ſcribis Regiæ Cameræ iuxta liſtam, ſed ſcribis qui per biennium ſeruierunt. Arreſt.515. fol.910*

*Datur etiam Secretario Regiæ Cameræ cum portione vitellarum, & Chriſtallorum. Arreſt.541. fol.917*

*Salis nitri operarÿ ſunt immunes iuxta declarationem Regiæ Cameræ. Arr.594. fol.929*

*Salis exoneratio fit data prius nota Regio Credenzerio. Arreſt.190. fol.833*

*Salarium duplex debetur Præſidenti Regiæ Cameræ, qui mittitur Præſes Prouinciæ. Arreſt.660. fol.949*

*Similiter debetur duplex Salarium ſi Præſidens exerceat etiam officium Aduocati fiſcalis. Arreſt.674. fol.954*

*Ita etiam debetur duplex Salarium Regio Conſiliario, qui exercet officium Præſidentis Sacri Conſilÿ. Arreſt.287. fol.853*

*Ac etiam debetur duplex Salarium Præſidentibus Regiæ Cameræ, qui exercent officium Locumtenentis per Hebdomadas. Arr.287. fol.853*

*Salarium Auditorum debet ſolui cum mandato Regiæ Cameræ, & cum certificatoria Regiæ Arcæ Militaris. Arreſt.611. fol.934*

*Salarium electi ad munus Collateralis Conſilÿ debetur à die datæ priuilegÿ, & non captæ poſſeſſionis, ſi electus reperitur in ſeruitio ſuæ Maieſtatis, Arr.375. fol.874*

*Salarium Gubernatoribus Prouinciarum non debetur pro acceſſu ratione officÿ, intra Prouinciam. Pro acceſſu verò tàm intra, quàm extra Prouinciam in negotiis non concernentibus officium debetur ad rationem ducatorum trium pro qualibet dieta. Arreſt.485. fol.90*

*Salarium intratenitorum debetur etiam Relegatis, quia datur, vt ſe alant, non vt ſeruiant. Arreſt.281. fol.852*

*Salarium Rationalium Regiæ Cameræ eſt acutum in annuis ducatis tercentum. Arreſt. 260. fol.848*

*Salarium Regÿ Dohanerij Menæpecudum Apuliæ eſt acutum in ducatis mille, ſed non poteſt tenere pecudes. Arreſt.106. fol. 811*

*Scribæ Regiæ Cameræ non poſſunt recipi ſine expreſſa licentia Locumtenentis, & Præſidentium. Arreſt.182. fol.831*

*Debent ſummaria prouiſionum manu propria ſcribere ſi ſunt ordinarij ſcribæ cum nomine, & cognomine Præſidentis, & Prouinciæ. Arreſt.585. fol.927*

*Et ab eodem Præſidente Prouinciæ illas firmari facere. Arreſt.271. fol.851*

*Scripturæ Regiæ Cameræ debent intimari per Porterios eiuſdem Tribunalis, & non per alios, nec aliter admittuntur. Arreſt.593. fol.929*

*Secretarius Regiæ Cameræ ſedet in banca Aulæ, vbi ſedent etiam Procurator fiſcalis, & Rationales, quando verò veniunt ad Cappellam pro miſſa audienda, qui primò ingreditur, ſe ponit verſus Altare, & ſic alij venientes vnus poſt alium. Arreſt.364. fol. 871*

*Secretarius Regni eſt immunis à tertiaria ferri. Arreſt.28. fol.788*

*Secretum ſeruare debet officialis de his, quæ geruntur in Tribunali ſub pœna priuationis officij. Arreſt.63. fol.797*

*Seminantes in territoriis Regiæ Dohanæ amittunt Seminatum, quod datur ad paſculandum. Arreſt.252. fol.846*

*Sequeſtrum confiſcationis bonorum Rebellis non fit per Regiam Cameram niſi tranſmiſſo proceſſu inquiſitionis, vt cognoſcatur, an benè, vel malè ſententia condemnationis proceſſerit. Arreſt.689. fol.959*

*Seruus Turca baptizatus Neapoli gaudet Ciuilitate Neapolitana, ſi fuerit manumiſſus à Domino. Arreſt.583. fol.927. vide in verb.* Baptizatus.

*Sexagenarÿ ſunt immunes pro capite, & non pro induſtria, ſed ſi impoſitio confusè ponitur, ſolutio debet minorari. Arr.346. fol.866*

*Si hac ætate fiant milites non habent priuilegium Militum. Arr.519. fol.912*

*Sigillum, eiuſque dirictus non exigitur ab illius hæredibus, qui erat immunis ſi priuilegium aſſenſus ipſo viuente fuerat expeditum, licèt poſt mortem veniat ſigillandum. Arreſt. 16. fol.781*

*Non debetur, nec ſoluitur à Præſidentibus Regiæ Cameræ. Arreſt.124. fol.815*

*Nec*

Digitized by Google

*Nec à filiis Præſidentium. Arr. 36.* fol. 790

*Nec ab vxoribus Præſidentium. Arreſt. 359.* fol. 870

*Nec à Rationalibus, eorumque filiis, & vxoribus, Arr. 50. fol. 795. & Arr. 540.* fol. 916

*Nec ab Aduocato fiſcali Regiæ Cameræ. Arreſt. 171.* fol. 829

*Significatoria contra Perceptores Prouinciarum, quomodò expediatur. Arreſt. 631.* fol. 939

*Solutio, quæ ex pacto debet probari per ſcripturas non poteſt probari per teſtes. Arreſt. 681.* fol. 957

*Solutiones factæ per Sindicos, & Caſcerios cum concluſione Vniuerſitatis admittantur in eorum beneficium, ſaluis iuribus contra malè mandantes. Arreſt. 531.* fol. 914

T

*Tapeti ius ſoluitur inſpecto tempore denunciationis in Regia Camera mortis feudatarij, non verò inſpecto tempore mortis eiuſdem, vnde ſi tempore mortis vacabat officium Magni Camerarij, ad quem ſpectat dictum ius, & tempore denunciationis aderat, & debetur ius tapeti, & non Regiæ Curiæ. Arr. 362.* fol. 871

*Taxa adoharum in feudis, vel corporibus non taxatis, quomodò fiat. Arreſt. 652.* fol. 947

*Terra Vignolæ donata per Reginam Ioannam Hoſpitali Sanctiſſimæ Annuntiatæ eſt burgenſatica, & non ſoluit adohas, nec releuia. Arreſt. 205.* fol. 836

*Terra Biſacciarum habet priuilegium non ſoluendi iura foculariorum, etiam illis accitis in noua numeratione. Arreſt. 273.* fol. 851

*Terris impotentibus fit remiſſio de eo, quod ſunt in reſiduo, dummodò in futurum ſoluant, ſed Terris non impotentibus omninò datur dilatio duorum annorum. Arreſt. 286. fol. 853*

*Territoria, quæ receperunt beneficium, & vtilitatem ex demolitione molendinorum tenentur contribuere ad rationem granorum viginti quinque pro quolibet modio pro pretio, & ſatisfactione molendinorum dirutorum. Arreſt. 85.* fol. 805

*Terra domanialis, ſi vendatur, numerantur foculares etiam pauperes ratione iuriſdictionis, ſed emptores ſoluunt tertiam partem pretij reſpectu illius, qui poſſidet bona vltra vnciam. Arr. 608.* fol. 934

*Teſtium numerus refrenatur vſque ad ſeptem pro quolibet articulo. Arreſt. 52.* fol. 793

*Theſauraria Regia ſingulis trimeſtribus debet viſitari per vnum ex Præſidentibus Regiæ Cameræ ad finem numerandi pecuniam, quæ conſeruatur in Regia Arca Militari. Arr. 537.* fol. 916

*Theſaurarius Generalis Regni ſedet in Regia Camera poſt Præſidentem Decanum, lecto prius priuilegio in eadem Regia Camera, antequam ingrediatur. Arreſt. 443.* fol. 891

*Theſaurus in locis priuatis requiri poteſt cum conſenſu Dominorum exhibendo in ſcriptis officialibus locorum, ſaluis iuribus fiſci. Arr. 609.* fol. 934

*Quid de Theſauro in Eccleſia? Diuiditur inter Cameram Apoſtolicam, & fiſcum per concordiam, ibidem, & Arreſt. 628.* fol. 939

*Tubicta Magnæ Curiæ Vicariæ exigit vnum Carolenum dirictus, quando bona exequuta venduntur, non quãdo ſolùm ſunt exequuta; ſi verò exequuta reſtituuntur, ſoluitur vnus Carolenus pro conſeruatione bonorum. Arreſt. 311.* fol. 858

V

*Valor monetæ Realium Caſtellanorum Hiſpaniæ liquidatur Neapoli ad rationem Carolenorum duodecim, minus vno Maranedis, in ſingulis vndecim realibus. Arr. 241. fol. 843. Arr. 278. fol. 852. Arr. 345 fol. 860. & Arr. 349.* fol. 867

*Vaſcellum appulens Portum vi tempeſtatis, nihil ſoluit pro iure fundaci, ſed tantùm pro iure Anchoragij. Arr. 3.* fol. 782

*Si verò trabalzauit merces in alia Naui ſecuriori, cauſa euitandi naufragium, ſoluit ius Trabalcij. Arr. 233.* fol. 841

*Quod ſi non trabalzauit, ſed ſolùm pernoctauit, vel appulit cauſa emendi commeſtibilia, nihil ſoluit. Arreſt. 361.* fol. 870

*Dùm exoneratur frumentum à vaſcello debent aſſiſtere Portulanus, & Credenzerius; Et ſi plures ſint vaſcelli debet denunciari Regiæ Cameræ, quæ deputabit perſonas ad aſſiſtendum exonerationi. Arreſt. 102. fol. 810*

*Venditio fiſcalium facta ad vitam per Regiam Curiam tempore ſolutionis debet certificari vita per fidem Notarij infra Regnum, & extra Regnum per fidem Ambaſciatoris, vel eius ſecretarij. Arreſt. 607.* fol. 933

*Vendens Canapum Regiæ Curiæ eſt immunis à ſolutione diri̇ctuum, ſicut fiſcus emptor eſt immunis. Arreſt. 351.* fol. 867

*Veneti non habent immunitatem, & franchitiam dirictus fundaci in Regiis Dohanis pro oleis contractis, vel contractandis in Dohanis Hidrunti, Baſilicatæ, Bari, & Capitanatæ. Arr. 161. & 162. fol. 825. & Arreſt. 290.* fol. 854

*Venetorum vaſcelli habent franchitiam pro vſu reſpectu menſæ, & rinfreſchi ſed pro panatica requiritur licentia ſuæ excellentiæ; Arreſt. 280.* fol. 852

Habent

Digitized by Google

Habent priuilegium, nè eorum debitores poſſint vti indultu moratoria, & ſaluaguardia. Arreſt. 532. fol. 914

Veſtes lugubres non debentur expenſis Regia Curia Cappellanis Regiis, Magiſtro Ceremoniarum, nec aliis; ſed iis tantùm, quibus ſua excellentia mandauerit in tempore funeralium ſua Maieſtatis. Arreſt. 335. fol. 863

Vidua Militis non gaudet in gabellis immunitate, quam vir viuendo habebat. Arreſt. 658. fol. 948

Vidua habentes vncias duas tantùm reditus annuatim, ſi fuerint numerata pro foculari, deducuntur à numeratione. Arr. 498. fol. 906

Vidua Ciuium Neapolitanorum numerantur in eorum Terris. Arr. 525. fol. 913

Vita militia debetur ſecundogenito in feudo confiſcato per rebellionem fratris primogeniti. Arreſt. 170. fol. 828

Non debetur filio naturali, neque in feudo deuoluto. Arreſt. 636. fol. 941

Vnio actorum deciditur in Regia Camera, primo per duos Actuarios, ſecundò per ſecretarium, tertiò per Præſidentem Commiſſarium. Arreſt. 635. fol. 941

Votorum paritate facta in Regia Camera, ſententia fertur pro Reo. Arreſt. 548. fol. 918

Vxor exteri ſoluit in bonis ſua dotis foculare patris à quo hæreditauit, ſi non eſt alius, qui onus dicti focularis ferat. Arr. 606. fol. 933

Z

Zaffaranarij ementes in locis ſubiectis Regiis fundacis dant cautionem de aſportando ad fundacos Regios; Ementes verò in locis non ſubiectis nullam præſtant cautionem, ſed vltra decem libras aſportare non poſſunt. Arreſt. 298. fol. 856



Digitized by Google

# INDEX LOCVPLETISSIMVS

## Rerum ac Sententiarum inſignium quæ in hiſce Deciſionibus, & Obſeruationibus continentur.

### A

*Abbas.*


ABBAS ſolus cum tribus Monachis an poſſit territorium in Emphyteuſim perpetuam concedere, deciſ.88. numero 4. 133

Abbas, vt poſſit primam Clericalem tonſuram conferre, an debeat eſſe prius ab Epiſcopo benedictus, deciſ.101. n.1. in fin. 150

Abbates tàm ſeculares, quàm Regulares an poteſtatem habeant ordines conferendi ſuis ſubditis tantùm, ibidem, & in obſer.n.1. 151


*Ablatiuus abſolutus.*


Ablatiuus abſolutus conditionem an faciat, deciſ.352. num.2. in fin. 471


*Abolitio generalis.*


Abolitione generali per Regem delinquentibus conceſsâ, an, & quando gaudere poſſint Officiales in officio delinquentes, deciſ.112. num.3. 167. & in obſer.num.2. 168. vide in verb. *Indultus*, & in verb. *Officiales*.


*Abſens.*


Abſens Reipublica cauſa, ſi relicto Procuratore, per quem potuit defendi, ſuccubuerit in cauſa, petere an poſſit reſtitutionem in integrum, deciſ. 288. num.2. 397

Maximè ſi Procurator fuerit in omnibus auditus, in obſeru. num.2. 398. & deciſ. 483. num.2. in fin. 641

Abſens Reipublicæ cauſâ; ſupplicare an poſſit Principi; vt abſentia durante ſuper litibus ſuis ſuperſedeatur, ibidem num.1. & 2. 397. & in obſeru. num.1. 398

Abſens Reipublicæ cauſa procuratorem relinquere an cogatur, ſi cauſa ſit grauis, & abſentia non ſit perpetua, vel potius debeat Iudicium differri. ibidem n.2. in med. 398

Et quid dicendum, ſi abeſſe contigerit, priuſquàm ei lis moueatur, ibid.n.2. in fin.

Et quid dicendum, ſi abſentia eſſet perpetua, aut longo tempore duratura, ibid. n.2. in fin.


*Abſolutio à iuramento.*


Abſolutio à iuramento an, & quando concedi debet poſt incurſum periurij, deciſ.238. n.2. circa fin. 343. & in obſer.num.3. 344

Et an prius ſit petenda abſolutio à periurio, ibid. in obſer. num.3.

Abſolutio à iuramento ad finem agendi, hæredi iurantis an ſit neceſſaria, ibid.num.2. & in obſer.n.2.

Abſolutionem iuramenti ad obtinendam, an requiratur Partis citatio, ibid.num.2. in prin. & in obſer.n.1.


*Acceſſus ad Principem.*


Accedere ad Principem, ſiue Regem an liceat cuicunque, niſi prius licentiâ petita & obtentâ ab eo, qui vices illius gerit, dec.500.n.2.661.& n.3. 662


*Accuſans, & Accuſatus.*


Accuſans aliquem de crimine læſæ Maieſtatis, nùm poſſit tormentis ſubijci pro eius verificandâ confeſſione, deciſ.266.num.2. in med. 372

Accuſans Officialem Syndicandum ſub prætextu, quod in Carceribus illum pecunia compoſuit, an ſit audiendus à Syndicatoribus, ſi iuſta fuerit carceratio, deciſ.561, & in obſer.num.1. in fin. 753

Accuſatus de falſo nùm poſſit de conſocijs interrogari, deciſ.6.num.2.9. & in obſer. num.2.10. & vide in verb. *Falſi criminis*.


*Acta iudicij.*


Acta facta in vno iudicio, aliqualem probationem, nùm faciant in alio, ſi diuerſæ ſint perſonæ, dec.64. & in obſer.num.5. 91

Acta originalia alicuius litis ſi reperiantur penes Actorem, & non Actuarium cauſæ an faciant fidem, deciſ.224.num.2. in prin. 320


*Actio.*


Actio an, & quando iudicetur mobilis, vel immobilis, ſiuè diuerſam conſtituat ſpeciem; deciſ.374.n.2. in med. 500

Actio an dicatur feudalis, ſi rem feudalem reſpiciat, deciſ.515.num.2. 682

Actio omnis ſiue perſonalis, ſiue realis triginta, vel quadraginta annorum ſpatio præſcribitur, deciſ.83. num.2. 122

Et an id procedat contra fiſcum in Regno. ibid.

Actio merè perſonalis, ſi rei cohæreat, an iudicetur, ſicut res mobilis, ſcilicet, vel immobilis, deciſ.116. num.2. 172

Actio perſonalis ad conſequendum feudum, feudalis




Digitized by Google

cenſetur, eſtquè de illa iudicandum, ſicut de feudo. ibid.n.2.& in obſer.n.1. 173

Et an poſſit alienari, vel obligari ſine Domini aſſenſu.ibid.n.2.

Actio tutelæ,an detur contra,illum, qui pro Tutore ſe geſſit,licèt Tutor eſſe non potuit, defectu ſuæ perſonæ,ſiuè putet ſe Tutorem eſſe, ſiue non, dec.576. num.3.in med. 769

Actione in negatiua pro ſeruitutibus, quid requiratur ex parte Actoris, quidvè ex parte Rei,deciſ.68.n.4. in fin. 98

Actionem perſonalem ad rem immobilem Eccleſiæ conſequendam, an poſſit Prælatus alienare inconſulto Romano Pontifice,dec.116.n.2. 172

Et an idem dicendum ſit in Pupillo ibid.

Actionem perſonalem ad rem immobilem conſequendam an poſſit Ciuis diſtrahere in forenſem, poſito Statuto quod ciuis non poſſit alienare in forenſem immobilia,ibid.n.3. 173

*Actor.*

Actor conſtitutus à Tutore ob eius abſentiam, vel infirmitatem, an teneatur adimplere, quæ à Tutore adimplenda ſunt,deciſ.310.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 423.

Et an,& quando Actoris iſtius bona ſint tacitè obligata pupillo pro mala eius adminiſtratione, ibid. num.2.

Et an ſint obligata Tutori,ibid.

Et quid ſi eſſet electus à Iudice,tutore petente, ibid. num.2.in fin.

Actor ſi rem petat non certam, Reus eſt abſoluendus, deciſ.541.n.1.in fin. 720

Actor ſuum libellum generalem, vel obſcurum an teneatur declarare Parte petente. deciſ.521.n.2.691. & in obſer.n.1. 692

Et an poſſit declarare libellum vſquè ad Sententiam, vide in verb.*Libellum.*

Actor an teneatur cedere Reo ad eius exceptionem fundandam,ibidem n.2.circa fin. 692

Actor,ſiuè Reus, ſi facta publicatione in cauſa,publicam præſentauerit ſcripturam, & terminum petierit ad concomitandum, an poſſit producere teſtes ad comprobandum,quod aſſeritur in ſcriptura, deciſ.340.n.2. 457

Et an teſtes deponere poſſint vltra veritatem eorum,quæ in ſcriptura præſentata continentur, ibid. num.1.

Actor ſi fiat hæres debitoris, actiones nùm confuntur,dec.513.n.2.circa fin. 680

*Actuariorum numerus.*

Actuariorum numerus in Tribunali Regiæ Cameræ fiſco inſtante nùm poſſit augeri in præiudicium eorum,qui hoc officium emerunt, deciſ.185.n.1.& 2. 267.& in obſer.n.1. 268

*Actus.*

Actus agentium vltra eorum intentionem non operantur,dec.390.n.3. 520

Actus geminatio maximi ponderis eſt, deciſ.538 & in obſer.n.3. 717

Actus geminatio,ſiue verbis,ſiue re factâ,an,&quando purget metum præcedentem,ibid.in obſer.n.2.

*Adiectus ſolutioni.*

Adiecto ſolutioni, an poſſit ſolui, ſi mutata ſit eius conditio in deterius, deciſ. 372. num.2.498.& in obſer.n.1. 499

*Adiutorium.*

Adiutorium, quod à Vaſſallis debetur Baroni pro ſuis maritandis filiabus, an ſimilitèr debeatur Regi pro filia ſua nubenda,deciſ.369.n.1.& in obſer.n.1.494

Et ad quam ſummam aſcendere debeat hoc Adiutorium debitum Regi,ibid.n.1.in fin.

Et quid dicendum pro maritandis ſororibus, neptibus,vel amitis, tùm Baronis, tùm Regis.ibid. & in obſer.n.2.& dec.505.& in obſer.n.11. 669

Et quid dicendum ſi ſorori Baronis à communi patre dos ſit relicta.dec.505.& in obſer.n.5. 669

Adiutorium vulgò, ( *la faſcia* ) an debeatur Regi à Vaſſallis pro natiuitate ſui filij, maximè primogeniti,ibid.in obſer.n.3.

Et an debeatur Baronibus pro creatione filiorum in milites Melitenſes,ibid.in obſer.n.4.

Adiutorium an debeatur Baroni pro maritanda, vel monachanda filia Baſtarda,deciſ.505.n.1.& 2.& in obſer.n.1.& 2. 668

Adiutorium huiuſmodi, quantum ſit pro maritandis, & quantum pro monachandis filiabus Baronis, ibid.n.1. 668

Adiutorium ad præſtandum pro monachanda filia Baronis nùm cogi poſſint Vaſſalli, vel tempore ingreſſus in Monaſterium, vel potiùs profeſſione ſequuta,ibid.in obſer.n.3.

Et an debeatur hoc adiutorium non ſolum pro prima filia maritanda,ſiue monachanda;ſed etiam pro omnibus aliis Baronis filiabus.ibid.in obſer.n.4.669

Adiutorium pro filiabus maritandis,vel monachandis, an debeatur Baroni,qui feudum emit cum pacto de retrouendendo,ibid.in obſer.n.6.

Et an debeatur Baroni, cui feudum ſit in allodium conceſſum,ibidem,in obſer.n.7.

Adiutorium hoc an debeatur Auiæ maternæ feudatariæ pro maritanda nepte, ſtante paupertate parentum,ibid.in obſer.n.8.

Adiutorium huiuſmodi an debeatur, ſi Baronis filia, illo accepto,ſit effecta vidua, dotemquè amiſit, & iterum deinde nubat.ibid.in obſer.n.9.

Et an debeatur Baroniſsæ, cum primum ſe ipſam nuptui tradat.ibi.in obſer.n.10.

Et an debeatur fratri, qui ſororem habens Terram cum Vaſſallis emat, & poſt emptionem ſororem maritet,ibid.in obſer.n.12.

Adiutorium, cui debeatur ſi duo ſint Barones alicuius Terræ quorum vnus habeat iuriſdictionem Ciuilem,alter verò Criminalem;ibid.in obſer.n.12.in fi.

*Adminiſtrator.*

Adminiſtrator loci Pij ſi à ſententia lata contra ſe pro reddendis rationibus ſuæ adminiſtrationis appellauerit, nùm appellatione non obſtante poſſit Iudex, à quo illum cogere ad rationes reddendas, & ſic exequi ſuam ſententiam, deciſ.518.& in obſer.n.1. 688

Et quid dicendum in adminiſtrationibus cuiuſuis alterius,ibid.in obſer.n.1.in fin.

Adminiſtrator quilibet ſiue cum mandato, ſiue ſine mandato an teneatur reddere computum, & reliqua reſtituere,dec.29.n.2.& in obſer.n.1. 37

Et quid dicendum ſi Teſtator, vel Dominus neceſſitatem reddendi computum remiſerit,non obſtante hac remiſſione nùm teneatur reddere,ibid.in obſer. num.1.in med.

Et quid operetur remiſſio iſta,ib.in obſer.n.1.in fin.





Digitized by Google

*Admiratus.*

Admiratus Maris nùm limitatam habeat Iuriſdictionem,nempe in omnes maritimos Officiales, & familiares Curiæ & in quinquaginta alios,qui vulgò raccommandati appellantur.dec.299.n.2.409.& in obſer.n.1. 410

Et an iuriſdictionem habeat in homine Plagæ,Planuræ,& Succaui,licèt nō ſint artis Maritimæ.ib.n.1.

Et an debeat lite pendente à iuriſdictione abſtinere,ſi prætendat in alios iuriſdictionem habere fiſco tamen contradicente ibid.n.2.

Et an poſſit in alias perſonas acquirere iuriſdictionem per præſcriptionem ſaltem centenariam, ibid. n.2.in med.& vide verb.*Magnus Admiratus.*

*Adoha.*

Adoha ſi imponatur in Regno eodem anno, quo releuium ſolui contigerit ob mortem ſcilicet feudatarij,an excomputari debeat in ſolutione releuij,ſicut & quodlibet ſeruitium perſonale, deciſ.247.n.1.in med.& in obſer.n.1. 354

Et quid dicendum ſi Adoha iam impoſita, per defunctum iam ſoluta fuerat per multos menſes ante eius mortem an deducenda ſit de ſolutione releuij, deciſ.371.n.2.& in obſer.n.1. 497

Adoha cui ſit ſoluenda Regi, an Baroni ſi feudum ſit in territorio Baronis, & non conſtet à quo illud teneatur,dec.179.n.1.& 2.258.& in obſer.n.1. 259

Et vbi ſoluenda eſt Adoha, ſi aliquæ Terræ ipſius feudi ſitæ eſſent in territorio alterius Baronis. ibid. num.3.& in obſer.n.1.in med.

Adoha iuxtà quam taxam ſoluenda,vel iuxtà nouam, vel iuxtà antiquam,quoties feudum iam alienatum, retroemitur ob poteſtatem luendi, ſtante gratia in Regno, quod circa taxam nulla fieret innouatio. deciſ.515.n.1.& 2. 682

Et quid dicendum in feudis deuolutis ad Regiam Curiam & per illam in alium translatis, quæ taxa ſeruari debeat,ibid.in obſer.n.1. & 2. 683

Quidvè dicendum ſi feuda deuoluta ſint ære alieno affecta,ibid.in obſer.n.2.

Et an ſit aliquod diſcrimen inter taxam, nouam, & antiquam,ibid.in obſer.n,3. 684

Et an eius taxa poſſit hodie alterari, vel minui, deciſ.300.n.2.in med. 411

Adoha nùm ſit medietas fructuum feudi vnius anni, & an Seruitium, quod præſtatur Domino in pecunia,dicatur adoha ibid.in obſer.n.1. 683

Adoha, ſimulquè Releuium an debeatur Regi ratione directi dominij,dec.558.n.2. 747

Adoha an, & quando, & quo temporis ſpatio poſſit à fiſco præſcribi,ibid.n.2.in med.

Et nùm Adohę ſolutio cauſā habeat diſcontinuā, ib.

Adoha in Regno non exigitur ſicut per prius exigebatur, ſed eius exactio fit in donatiuo, quod ſingulo biennio à toto regno fit, deciſ.300. & in obſer.n.1. & 2. 411

Adoha ob quam cauſam imponi poſſit, nùm ob bellum Regno imminens, & an hodie tractetur de ſolutione Adohæ,ibid.n.2.in med.& in obſer.n.1.

Adoha in taxanda, an ſit habenda ratio illius Adohæ, quæ per ſubfeudatarium ſoluitur ipſi Baroni, ibid. num.2.& n.3.

Adoha per Regiam Cameram taxatur de fructibus feudi facta coaceruatione trium annorum, ibid.n.2. in fin.Et in obſer.n.3.

Adoha, quæ ſoluitur per ſubfeudatarium ipſi Baroni an ſit aggreganda cum Adoha,quæ ſoluitur ipſi Regiæ Curiæ.ibid.n.1.410.& n.2.in med. 411

Adoha ſi ſit per errorem ſoluta ab eo, qui illam ſoluere non tenebatur an reſtitui debeat per fiſcum,deciſ. 558.n.2.in fin. 747.

Adoham, ſiuè donatiuum ſi per multum tempus Baro non ſoluerit,an competat fiſco actio ad illum compellendum,vel potius Combaronibus, vel Vniuerſitatibus, qui donatiuum Regi ad certam ſummam dederunt in obſer.ad deciſ.300.n.1.in fin. 411

Adoham,& releuium ſoluens,an poſſit prætendere, ſe per hanc ſeruitij præſtationem, vtile feudi dominium acquiſiuiſſe, dec.560.n.3.in fin. 750

Adohæ in taxatione an ſint deducendæ expenſæ, quæ fiunt pro cuſtodia caſtri &c.dec.225.n.1.& 2.321.& vid. in verb.*Releuij in liquidatione.*

Et an ſint deducendæ impenſæ, quæ fiunt in cultura,& collectione fructuum feudi, in obſer.ad deciſ. 300.n,3.411.vid.in verb.*Adoha in taxanda.*

Adohæ ſolutio, ſeu præſtatio quamuis diuturna, nùm noceat ſoluenti,ſi cauſa ſolutionis non fuit allegata, puta,Soluo Regiæ Curiæ Adoham pro tali Caſtro, deciſ.558.n.2.circa fin. 747

*Aduocatus.*

Aduocati patrocinantes pro Spoliato an debeant in libello deducere titulum,in obſer.ad dec.13.n.2. 18

Aduocatus largè venit appellatione Procuratoris, deciſ.153.n.3.in fin. 225

Aduocatus cur non poſſit eſſe Iudex in cauſa, in qua patrocinatus eſt,dec.219.n.2.in med. 313

Aduocatus,qui pro augmento, & conſeruatione alicuius patrimonij, patrocinium præſtitit, nùm pro ſuo ſalario ſuper bonis prædicti patrimonij tacitam habeat hypothecam,vt præferatur omnibus creditoribus anterioribus,dec.270.n.1.& 2.& in obſer. n.1. 376

Aduocatus, vel Medicus à Communitate Conductus, nùm pro ſuo ſalario conuento tacitam ſuper bonis Communitatis habeat hypothecam,in dicta obſer, num.1. 38

*Affectus,Affinis,& Caſale Afragolæ.*

Affectus,an,& quando puniatur, non ſequuto effectu? in obſer.ad dec.42.n.2.in med. 57

Et an debeat Affectus puniri eadem lege, ſed non eadem pœna,ibidem.

Affines alicuius inquiſiti, nùm examinari poſſint ad illius innocentiam probandam,In obſer.ad dec.154. num.1. 226

Et quid dicendum ſi contra inquiſitum, aliqui ſint examinati teſtes, & ad eos repellendos valeat examinari affines,in dicta obſer.n.1.in med.

Afragole Caſale longiſſimo tempore,ſupra annos centum eſt ſegregatum, & diuiſum à Ciuitate Neapolis, vt amplius dici non poſſit de corpore Ciuitatis, deciſ.215.n.2. 307

*Agens, & agere.*

Agens in aliquo actu,vt Iudex, Notarius,vel vt teſtis, an ſibi tanquam priuato præiudicet, deciſ.235.n.3. circa finem 338.& in obſer.n.1. 339

Agere an poſſim contra illum,qui contra me ius habere prætendit,vel vt ſua iura proponatur,vel vt declaretur,nullū ius ei competere,dec.577.n.1.in med.770

*Agnatus.*

Agnati vſque ad quem gradum ſuccedant in feudo quaternato,vel plano,& de tabula, dec.399.n.1. & in obſer.n.1.& 2. 530

Agnato nùm potius aperiatur feudum ex pacto, & prouidentia, vel fiſco, bonis omnibus feudatarij confiſcatis, propter crimen læſæ Maieſtatis, dec. 336. num. 2. in med. 452

Agnatus proximior, ſi feudum paternum ſit venditum extraneo, vel agnato remotiori, an poſſit intra annum pretium offerre emptori, & feudum recuperare, deciſ. 22. n. 2. 29

Et an id ſit intelligendum in feudo ex pacto, & prouidentia, ibid. in obſer. n. 4. 30

*Alapa, & Albaranum.*

Alapam ſi quis alicui dederit in Palatio Papę vel Proregis; nùm ſit morti tradendus, vel manus amputanda, deciſ. 50. in obſer. n. 3. in fin. 68

Albaranum iuramento firmatum, nùm cenſeatur reuocatum non facta expreſſa mentione de diſpoſitione iurata, deciſ. 184. n. 4. 266

*Alienatio.*

Alienare prohibitus extra familiam, an poſſit alienare in vnum de familia, quamuis in vlteriori gradu poſitum, deciſ. 478. n. 2. in fin. & in obſer. n. 1. 635

Alienatio bonorum minoris, vel pupilli, nùm ſit nulla, ſi quæ de iure deſiderantur; non concurrant, licèt vtilis ſit pupillo; deciſ. 211. n. 2. in med. & in obſer. num. 1. 300

Et quæ requirantur; vt valeat talis alienatio, ibid. in obſer. n. 1. 301

Alienatio rerum Eccleſiæ, vt de iure valeat, quænam præcisè concurrere debeant, dec. 88. n. 4. & in obſer. num. 2. 133

Alienationis prohibitio ſi fiat in contractu, nùm impediat dominij translationem, vel potius contraueniens actione perſonali teneatur; deciſ. 240. n. 3. in med. & in obſer. n. 3. 346

Et quid dicendum ſi prohibitio fiat cum hypotheca rei alienari prohibitæ, ibid. n. 3. in fin.

Vel ſi prohibitio facta ſit à lege, vel ab homine in vltima voluntate, ibid. n. 3. in fin.

Et quid dicendum ſi prohibitio fiat Iudicis præcepto, ibid. in obſer. n. 3.

*Alimenta.*

Alimenta an debeantur vxori diſcedenti de domo Viri; in obſer. ad deciſ. 169. n. 2. in med. 246

Et an lite pendente, & donec de iuſto diſceſſu conſtet, poſſit hæc præſtatio reditus excedere ſolutæ dotis, ibid.

Et an, & quando bona viri ſint tacitè hypothecata vxori pro alimentis, ibid. in obſer. num. 1. & vide in verbo, *Mariti bona.*

Alimenta an ſint præſtanda vxori extra domum viri, ſi videns illum tenere concubinam ab illius domo diſceſſit, in obſer. ad deciſ. 30. n. 5. 39

Alimenta an debeantur vxori diſcedenti à viro abſque cauſa ſed ex praua illius conſuetudine in obſer. ad deciſ. 169. n. 3. 246. & in obſer. ad deciſ. 30. num. 5. in med. 39

Et an ſint præſtanda vxori fugitiuæ, ibid. in obſer. n. 5. in med.

Alimenta, & litis expenſæ an ſint ſubminiſtrandæ per Reum diuitem Actori pauperi lite pendente, deciſ. 296. n. 1. & in obſer. n. 1. 406

Et quid dicendum ſi non conſtet de bono iure actoris, ibid. n. 1. in fin.

Et ſi fuerint per Reum præſtita, & deinde Actor ſuccubuerit in cauſa, nùm Actor teneatur illa Reo reſtituere, ibid. in obſer. n. 2. 407

Alimenta, quæ debentur vxori viduæ ab hæredibus mariti durante anno luctus conceſſo ad reſtituendam dotem, in pecunia conſiſtentem, an, & quando debeantur, ſi ſint præterita, deciſ. 30. n. 1. & 2. & in obſer. n. 1. 38

Et an requiratur viduæ interpellatio, & hæredum mora, ibid. n. 1. & in obſer. n. 1.

Et an debeantur hæc alimenta vxori viduæ, ſi aliunde habuit, vnde ſe alere potuit, ibid. n. 2.

Et quid dicendum attenta conſuetudine huius ciuitatis Neapolis, ibid. n. 3. & in obſer. n. 2.

Alimenta ſi debeantur ex diſpoſitione legis, & officio Iudicis, aliundè habenti non debentur. ibid. n. 2. in med. & in obſer. n. 3. 39

Alimenta præterita an, & quando debeantur, ibid. in obſer. n. 3.

Alimenta præſtita filio per extraneum, an, & quando teneatur pater ſoluere, ibid. in obſer. n. 4.

Alimenta ſi debeantur virtute legati, nùm peti poſſint ſi ſint præterita, & nulla interceſſerit interpellatio, licet legatum eſſet factum diuiti. deciſ. 62. n. 2. 88

Alimentis pro petendis, an vxor habeat actionem hypothecariam ſicut pro dote, deciſ. 30. numer. 2. circa fin. 38

Allegans præſcriptionem, vide in verb. *Præſcriptionem.*

*Amita, Andreas de Iſernia, & Animalia.*

Amita nùm ſuccedere poſſit ab inteſtato Nepoti Spurio, ſcilicet filio fratris ſui, legitimato tamen per reſcriptum Principis in ampliſſima forma, dec. 138. num. 1. & 2. 202. & in obſer. n. 1. 203

Et an id procedat in hac Ciuitate Neapolitana, ibid. in obſer. n. 2.

Andreas de Iſernia in Regno dicitur feudorum auriga, nec in iudicando poſſumus ab eius opinione recedere, dec. 244. n. 2. 351. & dec. 470. n. 2. 625

Animalia propria paſcens in feudo alieno, ad omnem damni eſtimationem tenetur, dec. 259. n. 2. 365

*Annua conceſſio.*

Annua conceſſio ſi ſit facta à Principe alicui benemerito, eo addito, vt annus incipiat à prima die Ianuarij, an ſolutio fieri debeat in principio, vel in fine anni, vel tempore collectionis fructuum, deciſ. 75. num. 1. & 2. 109

Annua conceſſio, ſcilicet tot annorum redituum alicui facta, nulla de hæredibus habita mentione, an cenſeatur facta etiam pro hæredibus, & ad illos tranſeat, in obſer. ad dec. 337. n. 1. in fin. 454

Annua præſtatio debita alicui, ſi per triginta annos non exigetur, nùm erit locus legitimæ pręſcriptioni, deciſ. 286. n. 2. in fin. & in obſer. n. 3. 395

Annua præſtatio debita per Regiam Curiam ſi per centum annos non ſit ſoluta, an cenſeatur præſcripta; dato quod debeatur monaſterio, in obſer. ad dec. 83. n. 1. 123

Annua prǽſtatio ſi debeatur ex contractu, nùm vnica præſcriptione tollatur pro omnibus annis, à die tamen, quo à ſolutione ceſſatum eſt, ibid. in obſer. n. 4.

Et quid dicendum ſi obligatio verbis eſſet concepta diſtributiuis, denotantibus temporum perſeuerationem, ibidem.

*Annui introitus, ſiuè reditus.*

Annui introitus ſtipulatione, vel legato debiti, nùm poſſint per debitorem non ſoluentem præſcribi, & quanto tempore, deciſ. 83. n. 1. 121. & n. 3. & 4. 122.

&

Digitized by Google

& in obſer. num.3. 123
Annui reditus alicui adiudicati vigore ſententiæ ſuper fructibus certi fundi, quo tempore ſint ſoluendi, nùm in principio, vel in fine anni, vel tempore, quo fructus recolliguntur, deciſ.252.num.1. & 2. 359
Annui reditus conſtituti ſuper feudis, vel burgenſaticis ad rationem decem pro centenario,an in Regno ſint ſoluendi tertiatim. ibid. num.2.in fin. & in obſer.n.2.
Et quid dicendum ſi fuerint conſtituti ad minorem rationem, quàm decem, puta ad rationem ſeptem, vel octo, an poſſit exigi ſingulis tribus ſemeſtribus vel ſemeſtribus, ibid. in obſer.n.2. in fin. 360
Annui reditus, nùm veniant appellatione ſtabilium, deciſ.27.n.1.& in obſer.n.1. 35
Annuos reditus emens, vid.verb. *Emens.*
Annuus reditus conſtitutus alicui in perpetuum ſuper certa re, an importet tranſlationem dominij ad beneficium conceſſionarij, vel potius hypothecam, deciſ.245.n.2. 352
Et an poſſit dici conſtitutus vſusfructus, ibidem, & in obſer.n.3.

*Annus.*

Annus, & dies, qui dantur ſucceſſori in feudo ad denunciandam Domino mortem feudatarij, & ad nouam petendam inueſtituram, an ſint vtiles, vel continui, deciſ.371.n.4. 498
Et an incipiat currere à die ſcientiæ mortis, in obſer. ad deciſ.280. num.3.388. & in obſer. numer.4. 389
Annus inceptus nùm habeatur pro completo in legatis in diem præſtandis, deciſ.75. & ibid. in obſer. num.2. 110
Annus inceptus nùm ſufficiat, vel debeat eſſe completus, lege, vel ſtatuto diſponente, vt quis obtinere non poſſit ante 25. annum, vel niſi fuerit in 25. anno, ibid. in obſer.n.3.
Annus, qui datur fiſco,intra quem capere debeat poſſeſſionem feudi vigore text. *in cap. ex præſumptuosè*, feudatario defuncto ſine legitimo ſucceſſore, an currere debeat à die ſcientiæ mortis. deciſ.280.n.3. 388.& in obſer.n.4. 389
Annus quotuplex ſit,deciſ.371.n.2.circa fin. 497

*Antefatum.*

Antefati intereſſe nùm debeatur ratione illius non ſoluti, deciſ.263. numer.1. in fin.369. & in obſer. num.2. 370
Antefatum dici an poſſit de bonis maternis, deciſ.93. num.2.in fin. 139
Antefatum an lucretur mulier per mortem viri, ſi ſcienter matrimonium intra gradus prohibitos ſit contractum, deciſ.429. numer.2. 575. & in obſer. num.1. 576
Et quid dicendum ſi coniuges ignorauerint impedimentum, ibid.n.2. 576
Antefatum mulieri conſtitutum nùm peti poſſit, ſi conſtante matrimonio dos ſit mulieri conſtituta in caſibus à iure permiſſis, in obſer. ad deciſ.10. numero 2. 14
Antefatum quomodo lucretur mulier ex Conſt. Regni *mulier dotarium*, ſi filios habens ad ſecunda vota non tranſiit, deciſ.470.n.2.in fin. 626
Et quid dicendum ſi fuerit conſtitutum, vt lucretur ſeruata forma conſuetudinis Neapolitanæ incip. *Quartam autem.* ibid.
Antefatum ſi à viro fuerit vxori ſuper feudo conſtitutum abſque aſſenſu, nùm vxor pro illius conſequutione ſuper dicto feudo poſſit recurrere, maximè ſi non fuerit Neapolitana, neque Neapolitanis nupta, deciſ.470. num.1.& 2.625. & in obſer. num.3. 626

*Apoſtata, & Apoſtaſia.*

Apoſtata in bonis agnati ſui, an poſſit ex teſtamento ſuccedere iure Regni noſtri, deciſ.426.num.1.& 2. & in obſer.n.1.& 2. 570
Et an id procedat tam in Apoſtata à fide, quàm à religione, ibid.n.2.& in obſer.n.1.
Et nùm Apoſtata ſit de foro Eccleſiaſtico,vel ciuili, ibid.num.2.
Apoſtaſiæ ſpecies quot ſint, ibid.in obſer.n.1.in fin.

*Appellans, & Appellatio.*

Appellans à decreto M. Curiæ ad Sacrum Conſilium ſi appellantem non proſequatur,vel ſit negligens ad præſentandum Apoſtolos, quamuis impedimentum alleget, nùm de æquitate Sacri Conſilij poſſit cauſa reuideri ex eiſdem actis,in obſer.ad deciſ.535. num.3. 714
Et quid dicendum ſi aduerſarius præuenerit cum inſtantia, petendo declarari appellationem deſertam, ibid. in fin.
Appellans, & Appellatus nùm poſſint probare in ſecunda inſtantia id, quod in prima non probarunt, in obſer.ad deciſ.253.n.2. 361
Appellari an poſſit à Regentibus Regiam Cancellariam, ſed ſolùm ſupplicari. deciſ.273.num.4.in fin. 380
Appellari an liceat à ſententia Præfecti Prætorio, ſed ſolùm ſemel ſupplicari, deciſ.226. num.2. in med. 314
Appellari an poſſit à ſententia iudicis delegati in cauſa viſionis computorum Sindicorum Vniuerſitatum, deciſ.518.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 688
Et quid dicendum in Adminiſtratoribus loci pij,vel alterius rationem de adminiſtratis non reddentibus, licet ab interloquutoria appellauerint, an appellatione non obſtante poſſit Iudex, à quo illos compellere ad rationem reddendam, ibid. in obſer. n.1 in fin.
Appellari an poſſit à ſententia Regia, ſi Iudices proceſſerint, vt delegati, deciſ.48.num.2.65.& in obſer.n.2. 66
Et quid dicendum ſi Iudex delegatus ferat ſententiam ſecundùm Conſilium Principis, in obſer. n.2. in fin.
Appellari an poſſit à ſententiis Regiæ Cameræ, vel Sacri Conſilij, vel ſolùm reclamari, vel ſupplicari, in obſer. ad deciſ.7. num.1. 11. & deciſ.178. num.1.. 257
Appellari an,& quando prohibeatur à decreto de exequendo, deciſ.48.n.2.circa fin. 66
Appellatio, ſiue reclamatio an declaretur deſerta fatalibus elapſis, ſi per appellantem non ſteterit, quominus cauſa expediretur, deciſ.535. n.1. & 2. 713
Et ne declaretur deſerta, an requiratur impetratio ſecundi fatalis, vel ſufficiat proteſtatio, quod cauſa expediatur, dicta deciſ.535. num.2. & in obſer. num.1.
Et an requiratur quod ſuperiori porrigatur ſupplicatio, vt mandet inferiori, vt ad cauſæ determinationem procedat,d. n.2.
Appellatio nùm fieri poſſit in Curia Romana ex eo, quòd Iudices Criminales dicant in ſententiis facto



Digitized by Google

verbo cum Sanctiſſimo, in obſer.ad deciſ.48.n.2.in fin. 66

Appellatio an declaretur deſerta per lapſum, quorumcunque fatalium ſi cauſa ſit conſiſtorialis, & expedienda in Collaterali Conſilio, dicta deciſ.535.n.2. circa finem.

Appellatio in dubio nunquam debet iudicari deſerta dicto n.2.in fin. & in obſer.n.3.714. & deciſ.238. num.2.in fin. 343

Appellatio, ſeu reclamatio vbi fuerit à ſententia interpoſita, & ſimul de nullitate dictum, ſi reſpectu appellationis ſint elapſa fatalia, an adhuc de nullitate tractari poſſet. deciſ.401.num.1.& 2.532.& in obſer.n.1. 533

Appellatio an ſuſpendat ſententiam, quæ ſecum trahit exequutionem, deciſ.49. n.1.66. & n.2.67. & in obſer.n.1.

Appellatio ſi ſit remota reſcripto Principis mediante, ſi adhuc interponatur, an illa non obſtante poſſit Iudex, à quo ſuam exequi ſententiam, deciſ.504. num.2. 667

Appellatio in quibus caſibus ſententiam non ſuſpendat in obſer. ad deciſ.49.n.1.2.& 3. 67

Appellatio à ſententia excommunicationis an, & quando illius ſuſpendat exequutionem, in obſer.ad deciſ.516.n.4.circa fin. 686

Et quid dicendum ſi appelletur à ſententia declaratoria excommunicationis, & Iudex à quo appellationem reiiciat, dicto n.4.

Quidvè ſeruet Curia Archiepiſcopalis Neapolitana in hac materia, quando friuola erit appellatio, dicto num.4.in fin.

Appellationem ſi interpoſui à ſententia contra me lata, nùm poſſim poſtea renunciare illi, Aduerſario inuito, in obſer.ad deciſ.504.n.2. 667

Appellationi futuræ an poſſit renunciari per pactum de non appellando in aliquo inſtrumento adiectum, dicta deciſ.504. num.1.& 2. & in obſer. num.1. 667

Et quid dicendum ſi pactum non eſſet reciprocum, ſed ex parte vnius tantùm in obſer. dicto num.1.

Et an teneat appellationis renunciatio facta ſine pacto, ſaltem quoad ipſam appellationem interpoſitam, non verò, quoad ipſam interponendam, in obſer.dicto n.1.in fine.

Appellationis cauſa intra annum terminari debet, aliàs ſententia lata firma remanet, deciſ.139.n.2. 204.& in obſer.n.4. 205

Et quid dicendum, ſi ob iuſtum, quod ſuperuenit impedimentum tempus illud prorogetur, dicto num.2.

Appellationum tempora nùm ſint ſeruanda in Sacro Conſilio, etiam circa fatalia, in obſer.ad deciſ.178. n.1.in med. 258

Et quid dicendum in reclamationibus ad Collaterale Conſilium, in obſer.dicto n.1.in fin.

Appellatus in termino ſibi dato, an poſſit ponere illud idem, quod fuit in prima inſtantia poſitum, & articulatum, & de directo contrarium, deciſ.203. num.3. 390

Et quid dicendum ſi cum appellatione interpoſita fuerint ſimul, & ſemel propoſitæ nullitates per viam principalis petitionis, dicto n.3.

### *Aqua, & Aqua ductus.*

Aqua naſcens in alicuius territorio, an poſſit per Dominum quocunque diuerti ad ſui libitum, etiam cum maximo damno fundi inferioris iure ſeruitutis ceſſante, in obſer.ad deciſ.575.n.1.in fin. 768

Aqua naturaliter currens abſque facto hominis, an ex tali curſu præſcriptionem inducere poſſit ad alterius beneficium, licèt per mille annus ita decurrat, dicta deciſ.575. num.2.in med. & in obſer. n.1. 768

Aqua pluuia, quam appellamus lauam, an poſſit capi per Dominum fundi, ſeu domus ſuperioris, eaquè vti ad libitum, in præiudicium illius, qui domum, vel fundum habet inferiorem, in dicta obſer.n.4.

Aqua, quæ naſcitur in fundo ſuperiori, an poſſit diuerti per Dominum fundi, ne defluat in fundum inferiorem, quamuis ad illum per immemorabile tempus fluxerit, in dicta obſer.n.1.

Et an dominus fundi ſit Dominus prædictæ aquæ, ibid.

Aqua ſi alibi naſcatur, & ad fundum ſuperiorem peruenerit, an poſſit diuerti per Dominum fundi in præiudicium fundi inferioris, in dicta obſer.n.3.

Aqua ſi naſcatur in meo Cuniculo, ſed vicino affert vtilitatem, an liceat mihi quocunque voluero facere, eoquè lucro vicinum meum priuare, in dicta obſer.n.1 in med.

Aquæ ductus, cuius origo hominum exeedit memoriam, an, & quando iure habeatur conſtituti, in dicta obſer.n.2. 768

### *Arbitrium Iudicis.*

Arbitrio Iudicis pœna relinquitur imponenda, quoties illam non habemus à lege præſcriptam, dec.221. n.2.in med.315.& deciſ.242.n.3. 348

Arbitrium Iudicis in criminibus coërcendis, nùm poſſit extendi vſque ad mortem, deciſ.14.num. 3.& in obſer.n.4.19.& deciſ.242.n.3. 348

### *Archiuium.*

Archiuij Principis, ſeu ſuorum officialium libris nùm ſit fides adhibenda, in obſer. ad deciſ.24.n.2. 32

### *Aromatarius.*

Aromatarius an, & quando pro medicis datis infirmo præferatur cæteris infirmi creditoribus, expreſſam hypothecam habentibus, deciſ.486.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 646

Et quid dicendum pro medicis datis in vltima infirmitate, in qua infirmus deceſſit, in dicta obſer, num.2.

### *Arrendator.*

Arrendator nùm ſit in probatis, ſi damnum paſſum ex libris probet Credenzeriorum, deciſ.455. n.2. 608

Arrendatores, qui ſunt immunes à iuribus fundaci, ſi aliquid emant propriis nominibus in Ciuitate extera, cum pacto, quod ſit conſignandum in loco fundaci, ita tamen, vt dominium adhuc remaneat in poſſe venditorum, nùm ſint immunes à regiis dirictibus, ſi propriis eorum nominibus fiat immiſſio, deciſ.189. num.1.& 2.272.& in obſer. num.1. 273

### *Articuli.*

Articulari an liceat, facta publicatione in cauſa illud, idem; quod in primo termino articulatum fuit, deciſ.340.n.1.& 2. 457

Articuli in cauſa liquidationis præſentati continentes illud idem, quod in primo termino, in cauſa principali

Digitized by Google

principali poſitum fuit, an tanquam impertinentes ſint reiiciendi, in obſer. ad deciſ.340.n.2. 457
Articuli in termino repulſæ præſentati, continentes illud idem, quod in primis articulis poſitum fuit, an ſint reiiciendi tanquam impertinentes, dicta obſer. num.3.
Et an, & quando tanquam impertinentes ſint reiiciendi; vel potius admittendi, dicta obſer.n.5.
Articuli in iudicio ſummariiſſimo præſentati, & teſtibus ſuper illis productis, an poſſint iterum produci in cauſa principali, continentes illud idem, vel de directo contrarium, in dicta obſer.n.4. in obſer.ad deciſ.448.n.1.in med. 599
Articuli quando dicantur impertinentes, & an ſint admittendi in prima inſtantia, ſi eſt dubium an faciant ad cauſam, deciſ.448.num.1. & in obſer.n.1. 599
Et quid dicendum ſi modicum faciant ad cauſam, vel releuent in minimo, dicto num.1. & in dicta obſer.n.1.
Et num ſint admittendi per Iudicem cum proteſtatione impertinentium non admittendorum, ſi Iudex probabiliter dubitet, eos debere admitti, dicta deciſ.n.1.in fin.
Articulorum copia num in Regno detur ex praxi, deciſ.521.n.2.691.& in obſer.n.1. 692
Articulorum impertinentia ſi incidat in prima inſtantia, an debeant illi reiici, vel concedatur nouus terminus parti aduerſæ ad ſe defendendum, aduerſus ibi deducta, & probata, in obſer.ad deciſ.448. num.2. 600
Articulorum impertinentium in reiectione quid ſeruet praxis, in obſer.ad deciſ.203.n.5. 290

*Aſſecuratus, ſiue guidatus.*

Aſſecurato, ſeu guidato à Principe num ſit fides ſeruanda, deciſ.187.n.1.& 2. 270
Et ſi ſit captus aſſecuratione pendente, an ſit in priſtinam libertatem reponendus, in obſer. ad dictam deciſ.n.1.
Et quid dicendum ſi Iudex poteſtatem aſſecurandi non haberet, in d.obſer.n.2.in fin. 271

*Aſſenſus Regius.*

Aſſenſum denegandi, an iuſta ſe offerat cauſa Domino, ſi feudatarius legitimo careat ſucceſſore, licèt in inueſtitura adſit clauſula (*ad habendum, vendendum &c.* in obſer.ad deciſ.352.n.2. 472
Aſſenſum an faciat ſubreptitium taciturnitas eius, quod ſi exprimeretur, moueret vtique Regem ad illum denegandum, in obſer. ad deciſ.274. num.2. 382
Aſſenſum obtinens ad vendendum feudum, num poſſit illud pignorare, deciſ.374. num.2. in fin. & in obſer. num.3.501. & deciſ.579. numer.2. in princ. 773
Aſſenſum ſi deneget Rex Vaſſallo volenti alienare feudum, & ſine cauſa, num illi faciat iniuriam, deciſ.99.n.2.n.2. 147
Aſſenſum ſi impetrauit creditor ſuper bonis feudalibus Debitoris ſui, num cenſeatur impetraſſe reſpectu illorum feudorum, quæ dignitatis titulo decorata ſunt, deciſ.118.n.3. 175
Aſſenſum ſi præſtet Rex Spurio ementi feudum num valeat præſtatio, niſi conſtet de Regis ſcientia, illum ſcilicet eſſe Spurium, deciſ.250.n.2. in med. & in obſer.n.2. 357
Aſſenſum Regium expediendi in feudi diſtractione, cuius ſit onus, num emptoris, vel venditoris, in obſer. ad deciſ.498. num.1. 659
Aſſenſus Apoſtolicus impetratus ſuper alienatione bonorum Eccleſiæ facienda, ſi emptor non inuenitur, num comprehendat conſtitutionem annui cenſus ſuper eiſdem bonis, in obſer. ad deciſ.579. in fin. 774
Aſſenſus generaliter conceſſus mulieribus Neapolitanis, vt pro præſcripto habeatur ſuper obligatione bonorum feudalium viri pro conſeruatione,& reſtitutione ipſarum, an extendatur ad bona Soceri dotem recipientis,deciſ.3.num.3.5.&in obſer.n.2.6. & in obſer. ad deciſ.229.num.1.in med. & num.2. 328
Et num locum habeat in obligatione facta per Socrum, in obſer.d.n.1.in med.
Et an extendatur ad bona feudalia cuiuſcunque alterius, etiam extranei, in obſer. d. numero 1. in medio.
Et quid dicendum ſi Socer vna cum filio ad dotem Nurui reſtituendam ſe obligauit; vel ad dotem genero dandam, deciſ.579.num.1. & 2.773.& in obſer.n.1. 774
Et an talis Aſſenſus cenſeatur pariter conceſſus in feudis ſoceri pro intereſſe debito viro ex cauſa dotis non ſolutæ, deciſ.169.n.3. 245
Et quo tempore fuerit conceſſa talis gratia mulieribus Neapolitanis, in obſer. ad deciſ.130. n.1.178. & deciſ.110.n.1. 162
Aſſenſus conceſſus Mulieribus Neapolitanis, vt pro præſtito habeatur ſuper obligatione bonorum feudalium viri, an proſit filiæ ſpuriæ alicuius Magnatis Neapolitani; extra tamen Ciuitatem ortæ, & extero viro nuptæ, volenti ab eo recuperare dotem,deciſ.4.n.1.& 2.6.& in obſer.n.1.& 2. 7
Aſſenſus conceſſus Mulieribus Neapolitanis modo, quo ſupra, ſuper obligatione,ſcilicet bonorum feudalium viri, an extendatur ad conſequendum intereſſe,& vſumfructum dotis, deciſ.66. num.2.94. & in obſer.n.5. 95
Et an proſit mulieribus prædictis contra fideiuſſores, qui pro viris ſe obligarunt ad dotis, & antefati reſtitutionem, deciſ.229.n.2.& 3. & in obſer. num.1. 327
Aſſenſus conceſſus Mulieribus Neapolitanis ſuper obligatione bonorum feudalium viri, an extendatur ad feuda, quæ tempore conceſſionis gratiarum erant quæſita Regiæ Curiæ ob viri rebellionem, & quæ ante conceſſionem ad fiſcum reuerſa erant, deciſ.228. num.1. & 2.325. & in obſer. numero 1. 326
Et an extendatur ad Mulieres Neapolitanas nuptas tam ante,quàm poſt conceſſam dictam gratiam,deciſ.110.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 162
Aſſenſus conceſſus Mulieribus Neapolitanis, vt pro præſtito habeatur, an locum habeat reſpectu antefati, d. deciſ.228. num.1.325.& in obſer.num.1. 326.Et in obſer.ad deciſ.229.n.2. in fin.328.& deciſ.256. num.2. in med.363. & deciſ.368. num.2. in med. 493. & in obſer. ad deciſ.377. numer.4. 505
Aſſenſus conceſſus Mulieribus Neapolitanis vt ſupra, num locum habeat in dote confeſſata tantùm, deciſ.120.num.1. & 2.177. & in obſer. num.1.178.& deciſ.513.n.2.in med. 679
Aſſenſus conceſſus Mulieribus prædictis, an ſit ſtrictiſſimi iuris, & extenſionem aliquam non patiatur, neque de re, ad rem, neque de caſu ad caſum, deciſ.229.n.3. 327
Et num ſit exorbitans, vt ad alium caſum non poſſit extendi,in obſer.ad deciſ.579.n.2. 774
Aſſenſus conceſſus Mulieribus Neapolitanis, vt pro recupera

Digitized by Google

recuperatione ſuarum dotium poſſint recurrere ſuper bonis feudalibus viri, an competat viduis, dec. 228.num.2.in med. 326

Et an fuerit conceſſus Mulieribus Regnicolis, in obſer.ad deciſ.229.n.2. 328

Et an proſit Patri, ad quem ſpectat reſtitutio dotis, deciſ. 377. num.1. & 2. 504. & in obſer. n.1. 505

Et quid dicendum attenta gratia elargita à Philippo II. de anno 1586.in d.obſer.n.2.

Anvè proſit omnibus, quibus ſoluto matrimonio dos eſt reſtituenda, in d.obſer.n.2.

Aſſenſus conceſſus Mulieribus Neapolitanis ad finem prædictum, nùm illis ſuffragetur ſi inſtrumentum receptionis dotis conſtante matrimonio non fuerit ſtipulatum, ſed poſtea eo ſoluto, deciſ.513.n.1.& 2. 679. & in obſer.n.1. 680

Et quid dicendum ſi bona feudalia viri, tempore, quo ſtipulatur inſtrumentum adhuc ſint in poſſe eiuſdem hæreditatis, in d.obſer.n.1.

Et an ſuffragetur aſſenſus prædictus, ſi ſumus in puris terminis confeſſionis dotis. d.n.2.in med. 679

Aſſenſus generaliter conceſſus Mulieribus Neapolitanis, vt pro præſtito habeatur ſuper obligatione bonorum feudalium viri pro ſuarum dotium conſeruatione, & reſtitutione, an cenſeatur pariter conceſſus pro alimentis, vxori debitis, tàm conſtante matrimonio, quàm eo ſoluto, dotis tamen reſtitutione pendente, deciſ.169.num.1.& 2.245. & in obſer.n.1.& 2. 246

Et nùm aſſenſus prædictus dicatur potius legis, quàm hominis, in obſer.ad deciſ.470.n.2. 626

Aſſenſus generaliter conceſſus Mulieribus Neapolitanis ad finem de quo ſupra, an ſuffragetur ſi tempore obligationis Maritus legitimo carebat ſucceſſore, in d.obſer.n.2.

Et nùm proſit Mulieribus non Neapolitanis, nec nuptis cum Neapolitanis in d. obſer.n.3. 626

Aſſenſus generaliter conceſſus Mulieribus Neapolitanis ad finem, de quo ſupra, an proſit Mulieribus naturalibus tantùm, & illegitimè natis, deciſ.250. n.1.& 2.& in obſer.n.1. 357

Aſſenſus generaliter conceſſus Mulieribus Neapolitanis vt pro præſtito habeatur modo quo ſupra, an extendatur ad inſtrumenta extra Ciuitatem Neapolis ſtipulata, d.deciſ. 250. num.2.in med. 357

Aſſenſus omnes per Proreges præſtiti ſuper feudorum alienationibus, fuerunt per Regem confirmati, & quando, deciſ.577.n.1.770.& in obſer.n.1. 771

Aſſenſus præſtitus à Principe, vel à lege an ſit ſtricti Iuris deciſ. 579. n.2. in med. 774. & vide in verb. *Aſſenſus Regius ſuper alienatione* Et ſi extendi debeat aſſenſus, an ſit ſtricti iuris, vel non, vel potiùs an cauſa ſit fauorabilis, vel odioſa, d.n.2.in med.

Aſſenſus Regij in impetratione, nùm in Regno admittantur relationes ad contractum, vel debeant omnia in memoriali exprimi, dec.305.n.2. 417

Aſſenſus Regius impetratus ſuper obligatione feudalium in contractu multo temporis ante ſtipulato an retrotrahatur ad diem contractus in præiudicium Tertij, dec.3.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 5

Aſſenſus Regia ex largitate conceſſus Mulieribus Neapolitanis, Vide in verbo *Aſſenſus conceſſus.*

Aſſenſus Regius impartiri an debeat ſuper alienatione feudi, ſi feudatarius legitimum habeat ſucceſſorem, ſed de prole deſperatum, dec.99.n.1.&2.147. & inobſer.n.1. 148

Et quid dicendum ſi legitimus ſucceſſor eſſet clericus beneficiatus, ſed in minoribus ordinibus conſtitutus, in d.obſer.n.2.in fin.

Aſſenſus Regius impetratus ſuper alienatione feudi, per ſupplicationem tamen longè difformem à contractu, an, & quando dicatur nulliter conceſſus, itavt dominium feudi penès remaneat alienantem, ſi ſupplicans ſe retulerit ad inſtrumentum, deciſ.106. num.1.& 2.& in obſer.n.1.& 2. 159

Aſſenſus Regius impetratus ſuper donatione feudi purè facta, abſque tamen mentione alterius donationis in continenti factæ, & coram eodem notario, & teſtibus, in qua Donans ſua vita durante reſeruabat ſibi dominium, & vſumfructum feudi, poteſtatemquè reuocandi, an ſit nulliter impetratus tanquam difformis à conſenſu donantis, deciſ. 133.n.1.& 2. 196

Aſſenſus Regius impetratus ſuper alienatione, vel obligatione feudorum, nùm ſcripturam requirat, vt per teſtes probari non poſſit, in obſer ad dec.435. num.2. 584

Aſſenſus Regius impetratus per verbum (*fiat*) in calce memorialis porrecti, ſi ſit deperditus, nùm poſſit per teſtes probari, deciſ.166.n.1. & 2.241. & in obſer.n.1. 242

Aſſenſus Regius impetratus ſuper venditione feudi, an remaneat nullus, niſi regiſtretur, ſiue exequutorietur infra tempus, à Regiis Sanctionibus præſcriptum, deciſ.21.n.3. 27

Et intra quod tempus minor læſus in hoc, factus deinde maior poſſit petere, vt reſtituatur in integrum, d.n.3.& in obſer.n.4. 28

Aſſenſus Regius impetratus per verbum (*Fiat*) nùm debeat intra certum tempus in forma Cancellariæ. & Priuilegij, expediri, extendi, & regiſtrari ſub pœna nullitatis, deciſ.166. n.2.in med.242.& dec.244. num.2. 351

Et intra quod tempus debeat expediri, ſeu extendi, in obſer.ad d.deciſ.166.n.1. 242

Et quid dicendum ſi aſſenſus non ſint expediti in calce memorialium, d.deciſ.244.n.2. 351

Aſſenſus Regius impetratus ſuper obligatione bonorum viri pro conſeruatione dotium ab ipſo viro receptarum, & pro omnibus in inſtrumento contentis, nùm proficuus ſit pro aſſecuratione petenda, dum de ea narratum non extiterat, deciſ.205. n.1. 292.& in obſer.n.2. 293

Et nùm ſit proficuus reſpectu, antefati in eodem inſtrumento conſtituti, ſi neque de illo expreſſa ſit facta mentio, d.n.1.in med.& in obſer.n.1. 292

Aſſenſus Regius impetratus ſuper contractu feudali iam celebrato, an retrotrahatur, ad tempus celebrati contractus, ſi de tertij præiudicicio non agatur, cui medio tempore ſit ius quæſitum, in obſer. ad deciſ.490.n.1. 649

Aſſenſus Regius nùm retrotrahatur in præiudicium tertij, deciſ.9.n.3.in fin. 13

Aſſenſus Regius impetratus lite pendente ſuper aliqua ceſſione, nulla facta mentione de lite mota, neque de ſtatu litis, an ſit nulliter impetratus tanquam ſubreptitius, deciſ.389. n.1.& 2. & in obſer. n.1.& 2. 519

Aſſenſus Regius impetratus ſuper conceſſione alicuius corporis feudalis facta à Barone, an cenſeatur difformis à contractu, & conſequenter nullus, ſi Rex dixit in aſſenſu, vt Conceſſionarius immediatè à Rege teneret, & in capite; In conceſſione verò baronis ſolùm fuit dictum, vt aſſenſum peteret, & nullo modo, vt teneret ab ipſo in capite cum ſolutione adohæ, & releuij, deciſ.186.n.1. & 2.269.& in obſer.n.1. 270

Et quid dicendum ſi Baro concedens diceret dummodo teneat in capite à nobis, idemquè ſimiliter dixerit Rex in aſſenſu, an feudum fieret quaternatum ſecunùdm quid, in d.obſer.n.1.

Et

Digitized by Google

Et quid dicendum ſi Rex in aſſenſu ſtrictiorem apponeret clauſulam, ſcilicet, dummodo teneat immediatè à nobis, an feudum efficeretur quaternatum ſimplex, in d.obſer.n.1.in med.

Et quid dicendum ſi Baro talem ſtrictiorem apponeret clauſulam, vt ſcilicet immediatè teneret ab ipſo Barone, & Rex ſimpliciter aſſentiret, an feudum efficeretur planum, & de tabula, in d.obſer. n.1.in med.

Et quid dicendum ſi Rex non ſimpliciter aſſentiret, ſed cum eadem clauſula ſtrictiori, an aſſenſus eſſet difformis à conceſſione, d.n.1.in fin.

Aſſenſus Regius impetratus ſuper obligatione feudalium facienda, nùm ſit alicuius importantiæ ſi obligationem longè antea factam eſſe comperiatur, deciſ.200.n.2.circa fin.& in obſer.n.2. 286

Aſſenſus Regius ſuper obligatione bonorum feudalium viri, nùm poſſit impetrari poſt illius mortem, ſi bona illa penès heredem exiſtant, dec.110.n.2.in fin.& in obſer.n.2. 162

Aſſenſus Regius ſuper obligatione feudi, nùm poſſit impetrari poſt mortem feudatarij, abſque nouo conſenſu hæredis, licèt feudum obligatum penes hæredem obligantis reperiatur, deciſ.228. num.2. circa fin. & in obſer.n.2.326. & deciſ.368. n.2.& in obſer.n.2.493.& deciſ.513.n.2.in fin. 680

Et quid dicendum fauore dotis,& antefati, in obſer. ad d. deciſ.228. num.2.326. & in d.deciſ.368. numero 1. & 2. in medio 492.& in obſer.n.1.493.& in obſer.ad deciſ.513.n.1. 680

Aſſenſus Regius an poſſit impetrari per emptorem feudi poſt mortem venditoris abſque nouo hæredis conſenſu diſpoſitiuo, vel ſaltem approbatiuo, in obſer.ad d.deciſ.368.num.2. 493

Aſſenſus Regius an poſſit impetrari per Dominos Proreges ſubſtitutioni, quæ fit per feudatarium, deciſ.79.num.3. 115

Aſſenſus Regius nùm poſſit præſtari ſuper diſpoſitione per vltimam voluntatem, ſeu contractu defuncti feudatarij ſine nouo conſenſu hæredis itavt ſuper illo, & non ſuper diſpoſitione defuncti dicatur præſtari aſſenſus, d. deciſ.79. n.1. & 2. 114. & in obſer.num.4. 116

Aſſenſus Regius præſtitus generaliter ſuper omnibus pactis, conuentionibus, & obligationibus in inſtrumento contentis, nùm proſit Parti impetranti, ſi de vnoquoque pacto in ſupplicatione porrecta ſpecialis non ſit facta mentio, ſi tamen Rex voluit inſtrumenti tenorem pro expreſſo haberi, deciſ.231.num.2.330.& in obſer.n.1. 331

Aſſenſus Regius preſtitus ſuper alienatione, nùm cenſeatur præſtitus ſuper obligatione, in obſer. ad deciſ.244. numero 2. 351.& in obſer.ad deciſ.579. num.2. 774

Aſſenſus Regius præſtitus ſuper obligatione bonorum feudalium pro euictione,& obſeruantia contentorum in inſtrumento, an ſit creditori proficuus tàm pro conſequutione ſortis, quàm tertiarum, dec.290. n.3.400. & in obſer. num.2. 401

Et quid dicendum ſi in aſſenſu adſit clauſula, (*quoad expreſſa tantum*) in obſer.d.n.2.

Aſſenſus Regius præſtitus an cenſeatur per ſolam memorialis oblationem, cum ſit gratia, deciſ.291.n.2. in med. 402

Aſſenſus Regius preſtitus ſuper capitulis matrimonialibus, nùm donationem comprehendat factam filio à patre contemplatione matrimonij, non obſtante clauſula in aſſenſu (*quoad expreſſa tantum*) dec.318. n.4.& in obſer.n.3. 431

Aſſenſus Regius præſtitus à Prorege ſuper alienatione feudi cum clauſulis (*Iuribus Regiæ Curiæ ſemper ſaluis, & feudi natura in aliquo non mutata*) cuius ſit importantiæ, deciſ.577.n.1.in fin. 770

Aſſenſus Regis nùm requiratur in conſtitutione Procuratoris ad feudum vendendum, deciſ. 133.n.2. circa fin.196.& in obſer.n.2. 197

Aſſenſus Regius an,& quando requiratur in prorogatione pacti de feudo retrouendendo, d. deciſ.133. num.3. 197

Aſſenſus Regius an requiratur, nec ſufficiat Proregis aſſenſus, ſi feudatarius vellet ſuper feudo fideicommiſſum imponere, dec.478.n.3. 635

Aſſenſus Regius an requiratur ſi pater in feudo hæredem inſtituat ſecundogenitum, conſentiente tamen primogenito, dec.465.n.1.& 2.& in obſer.n.2. 620

Aſſenſus Regius nùm requiratur in dando feuda creditoribus in ſolutum,& pro ſoluto. dec.204. n.3. in fin.291.& in obſer.n.1.in med. 292

Aſſenſus Regius requiſitus pro firmitate contractuum bonorum feudalium, an præſumatur conceſſus ex longiſſima poſſeſſione feudi, ſi in forma ſolita impetratus non producatur, in obſer.ad dec.166.n.2.242

Aſſenſus Regius requiſitus pro firmitate contractuum bonorum feudalium, nùm in Regno ſucceſſerit in locum inueſtituræ, in obſer.ad dec.376.n.2. 504

Aſſenſus Regius an ſit concedendus feudatario volenti alienare feudum, ſi legitimo careat ſucceſſore, dùm in eiuſdem feudi acquiſitione Rex facultatem dedit alienandi, vendendi &c. ſaluo Regio aſſenſu, deciſ.274. per totam 381.& in obſer. n.1. 382. & deciſ.352.n.1.& 2.471. & in obſer.n.1. 472

Et quid dicendum, ſi in inueſtitura adſit clauſula (*noſtro aſſenſu penitus reſeruato*) vel aſſenſus ſit conceſſus per ablatiuum abſolutum.d.n.2.in fin. 471

Aſſenſus Regius ſi caſu, vel culpa fuerit amiſſus, an, & quando per teſtes probari poſſit, deciſ.166.n.2. circa fin.& in obſer.n.1. 242

Aſſenſus Regius ſi ſit conceſſus alienationi factæ cum pacto de retrouendendo, nùm in retrouenditione vigore dicti pacti nouus requiratur aſſenſus, deciſ. 463.n.1.2.& 3. 617.& in obſer.n.1. 618

Et an requiratur nouus aſſenſus in remiſſione huius pacti de retrouendendo, quæ fit emptori per venditorem, in d.obſer.n.2.

Et quid dicendum in ceſſione huius pacti, quæ per venditorem fit alteri, an requiratur Regius aſſenſus in d.obſer.n.2.in fin.

Aſſenſus Regius ſi ſit conceſſus ad alienandum, pignorandum feudum &c. ſi fiat alienatio cum pacto de retrouendendo, nùm poſſit vigore dicti aſſenſus diſponere de illo iure luendi, deciſ.374.n.1.& 2.500 & in obſer.n.1. 501

Aſſenſus ſi ſit conceſſus ſuper hypotheca bonorum feudalium, nùm poſſint diſtrahi vigore dicti aſſenſus, dec.506.n.2. in med. 670

Aſſenſus Regius ſuper feudorum alienatione conceſſus, nùm ſit ſtrictiſſimi iuris, vt extenſionem de contractu ad contractum, vel de perſona, ad perſonam, vel de tempore ad tempus non recipiat, deciſ.374. num.2.500.& in obſer. num.2.501. & in obſer. ad deciſ.200.n.2. 286

Aſſenſus Regius ſuper alienatione feudi, nùm poſſit ex poſt facto impetrari, in obſer. ad deciſ. 127. n.1. in med. 187

Aſſenſus Regius ſuper alienatione feudi conceſſus cum clauſula, *nec aliter*, *nec alio modo*, nùm reddatur nullus ſi conditiones in eo appoſitæ non ſeruentur, deciſ.527. numer.1. & 2. 702. & in obſer. num.1. 703

Aſſenſus Regius ſuper ceſſione Crediti, an poſſit

omni tempore impetrari, ſi ſuper principali feudi obligatione ſit impetratus. In obſer. ad deciſ.9.numero 1. 13

Aſſenſus Regius ſuper ceſſione crediti,an ſit omnino impetrandus,ſi non ageretur de actione hypothecaria ſuper feudo, ſed de liberatione pecuniæ ex ipſo feudo obuentæ. In d. obſer. ad deciſ. 9. numero 1. in med. 13

Aſſenſus Regius ſuper validitate contractus ſi non ſit expeditus,nùm ſit licitum contrahentibus, contractum reuocare. In obſer.ad deciſ.498.n.2. 659

Et quid dicendum ſi inter emptorem, & venditorem feudi v. g. ſit initum pactum de non reuocando,an,& quando valeat pactum. In d.obſer. num.3. 660

Aſſenſus vt ſuffragetur, neceſſe eſt, vt in memoriali omnia in contractu apposita exprimantur.in obſer. ad deciſ.305.num.2. 418

*Aſſeſſores.*

Aſſeſſores, de qua negligentia ſyndicari debeant, an ſolum de diſſoluta,& dolo proxima, deciſ.114.n.2. circa fin. 170

*Aſſignatio.*

Aſſignatio facta per annulum Regis,vim,& efficaciam nùm habeat veræ, & realis traditionis, ac corporalis poſſeſſionis,deciſ.160.n.2.in med. 254

*Audientia teſtium.*

Audientia teſtium in cauſis ciuilibus examinandorum nùm in Regno committatur in partibus, vt recipiantur à Iudicibus Ordinariis locorum,vel ab vno ex examinatoribus deſtinando,in obſer.ad dec.542. num.1. 722

Et quid dicendum in cauſis criminalibus, ſi teſtes ſint ſenes,& valetudinarij, in d.obſer.n.1. in med. & vid.in verb. *Teſtes.*

Quidvè dicendum in cauſis Neapolitanorum, ſiuè habitantium in hac Ciuitate Neapolis, in d.obſer. num.1.

Audientia teſtium, nùm committatur in partibus in termino repulſæ,in d.obſer.n.1.in fin. 722

*Auerſa Ciuitas,& Auus maternus.*

Auerſæ Ciuitas,vide in verb. *Ciuitas Auerſana.*

Auus Maternus nùm poſſit ſtipulari pro nepotibus fauore nuptiarum,& dotis,deciſ.5.n.4. 8

*Auxilium.*

Auxilium præſtantes ad extrahendum bona contra bannum,qua pœna puniri debeant, deciſ.383.n.2. 513

Auxilium præſtantes oſculantibus Mulierem, qua pœna ſint puniendi, in obſer.ad deciſ.221. num.1. in med. 315

B

*Balius.*

Balius datus alicui, nùm cenſeatur remotus, ſi ob eius abſentiam à Iudice detur Conbalius,deciſ. 289. n.1.& 2. & in obſer.n.1. 399

Et nùm reuertente Balio, deficiat Conbalius, in d. obſer. num.2.

Balius teſtamentarius ſi ſit Miles, vel Cardinalis, nùm ſit remouendus, & admittiendus Balius legitimus,deciſ.335.nùm.1.450.& n.2.& 3.Et in obſer. n.1.& 2. 451

Balius teſtamentarius nùm poſſit de iure Regni adminiſtrare abſquè alia ſolemnitate, deciſ.563.n.2. in med.& in obſer.n.1. 755

Et nùm ſaltem conficere debeat repertorium bonorum pupilli, fideiuſſoremque præſtare de bene, & fideliter adminiſtrando,in d.obſer.n.1.

Et ad quam ſummam aſcendere debeat hæc fideiuſſio, in d.obſer.n.1.

Et quid hodie ſeruet praxis circa Balium, in d. obſer.n.1.

Et nùm Balius debeat computum reddere quolibet anno,in d.obſer.n.1.

*Bancum.*

Banco decocto, ſi plures creditores concurrant, nùm omnes ſint graduandi in eodem loco, nulla habita ratione anterioritatis, & poſterioritatis, deciſ. 367. num.1. & in obſer. num.1.491. & in obſer. num.2. 492

Et quid dicendum ſi ſubintret fiſcus, an omnibus creditoribus ſit præferendus,d. deciſ.367. num.1.2. & 3.491.& in d.obſer.n.1. 491

Et quid dicendum ſi Campſor creditorem habeat hypothecarium ex aliis cauſis, & reſpectibus, quàm ex rationibus banci, an in pecuniis in menſa nummularia repertis præferatur cæteris, in d.obſer.n.2.

*Banna, & Bannum.*

Banna pro affictu Gabellarum, ſub qua forma promulgari debeant, deciſ.539.n.1. 718

Et nùm Bannum ſit nullum, ſi nouam contineat formam, quæ non ſit de iure communi, nec ſecundùm ſtilum Regiæ Cameræ, d.n.1.

Banna prohibentia pecuniæ extractionem extra Regnum, nùm comprehendant exterum, qui pecuniam ſecum adductam extrahit, dum venit in Regnum, non animo ibi permanendi,ſed per viam tranſitus aliò, deciſ.441. num.1. & 2.& in obſer. num.1. 591

Et nùm apud nos ſtante Regia Sanctione ne poſſit extrahi pecunia, etiam extera, & introducta per viam tranſitus,abſque licentia Domini Proregis, & quare, in dicta obſer. num.2. 591

Et an de conſuetudine Regiæ Cameræ ſit introductum, vt nemo poſſit pecuniam extrahere de Regno ſine licentia Proregis,deciſ.22.num.2.circa fin. 317

Banno ſi caueatur, vt nemo à Dominio frumentum audeat extrahere, cauſa aſportandi illud ad alienam iuriſdictionem, an dicatur illi contraueniſſe, qui cum Equis, & Mulis, frumento onuſtis in itinere inuenitur, antequam tamen ad locum perueniat, ex quo exire non licet,in obſer.ad deciſ.552 num.2. 738

Bannum emanatum à Principe de non extrahenda pecunia extra Regnum, an perſonas comprehendat immunes,& Principi non ſubditas, & per conſequens exteros, maximè ſi capiantur in itinere, & aſſerant ſe nolle extrahere, ſed per aliquam Ciuitatem permutare.d.222.n.1.& 2. 316

Et nùm ſi quis cum pecunia extrahi prohibita reperiatur in ciuitate Caietæ & alleget ſe velle illam permutare

permutare per Romam, pecunia illa incidat in commiſſum.d.n.1.& 2.& in obſer.n.2. 318

Bannum ſi accedat cum contumacia, nùm inſurgat indicium ad torturam. deciſ.276.n.3. & in obſer.n.2. 383.& vide in verb. *Contumacia.*

*Banniti.*

Banniti caput, ſi quis præſentauerit in Regia prouinciali Audientia, ſi alius non compareat qui dicat bannitum occidiſſe,nùm præſumatur occiſus à præſentante,dec.236.n.3. 340

Banniti, & foriudicati in noſtro Regno magno cum numero more militari deprædantes occidendo etiam Officiales Regios, nùm tanquam Rebelles puniri poſſint crimine læſæ Maieſtatis,deciſ.416.n.1.& 2. & in obſer.n.1. 555

Banniti occidi an poſſint, etiam per mandatarios & quocunque alio modo, ſi banno hoc caueatur, deciſ.236.n.3. 340

*Barattaria.*

Barattaria quænam propriè dicatur,in obſer. ad deciſ. 46.num.1. 63

Barattariarum pœna nùm ſit extraordinaria, & non vltra relegationem,d.dec.46.n.2.

Barattariarum crimen,nùm poſſit per vnum teſtē probari, itavt poſſit ſequi condemnatio,d.dec.46.n.1. in fin.

Et nùm hoc crimen ſit publicum, itavt Officialis de hoc crimine condemnatus non poſſit appellare; ſed ſolùm ſupplicare,in obſer.ad d.dec.46.n.3. 64

Et an hoc crimen ſit priuilegiatiſſimum, in d. obſer.num.4.

Et nùm ſit comparandum crimini aſſaſſinatus,in d. obſer.n.4.

*Barbarica Regio.*

Barbaricam ad regionem, quæ res aſportari nobis prohibeantur,in obſer.ad deciſ.545.n.6. 726

*Baro.*

Baro nùm poſſit bona præoccupare Vaſſallorum, qui aliò ad habitandum ſe contulerunt pro ipſis reuocandis ad Terram ſuam,dec.129.n.2. 191

Baro, an, & quando poſſit ſuum reuocare Vaſſallum, qui cum vxore, & familia ad Terram domanialem tranſtulit domicilium,ſi non ſit parangarius, deciſ. 398.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 529

Baro poſt latam, & lectam ſententiam foriudicationis contra ſuum Vaſſallum per M.Curiam Vicariæ, eoquè demùm ad carceres dictæ M. Curiæ aſportato, nùm poſſit comparere, & cauſæ remiſſionem ad ſuam Baronalem Curiam petere, deciſ. 268.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 374

Et ob quas rationes Baroni denegatur talis remiſſio, in d.obſer.n.2.in fin.

Et quid dicendum in cauſis receptatorum contumacium M.C. vide in verb. *Barones.*

Baro pro fructibus, quos ex feudo colligit, nùm teneatur ſoluere Vniuerſitati collectas, ſeu Gabellas,& Datia, in obſer. ad deciſ.373.n.1. 500

Et nùm idem ſit dicendum in conductore ipſius feudi, in d.obſer.n.1.

Baro Sancti Viti in Prouincia Hydruntina an poſſit reuocare diſceſſum ſuorum vaſſallorum, aliò demigrantium ad habitandum, & bona recuſantium redire præoccupare, deciſ.129.n.1. 190

Baro ſi habeat Terram, & Caſalia, nùm poſſit pro iuſtitia adminiſtranda duos eligere Officiales,vnum pro Terra, quæ eſt caput Baroniæ, & alterum pro Caſalibus.In obſer.ad dec.163.n.1. 238

Et nùm ad id requiratur Regius aſſenſus, in d. obſer. num.3.& 4.

Baro ſi plura habeat caſtra in vno territorio, veluti in vno comitatu, nùm poſſit exercitium iuriſdictionis diuidere pro commodiori vaſſallorum regimine,in d. obſer.n.2.

Et an id ſit diſmembratio, vel diuiſio feudi, in d. obſer.n.5.& 6. 239

Et an ſit diuiſio iuriſdictionis, in d.obſer.n.7.

Baro an teneatur de culpis, & defectibus à ſuo Officiale, commiſſis, ſi officialis ſyndicatui non paruerit, ſed aufugerit, in obſer.ad deciſ.530.num.1.in med. 706

Et nùm ſaltem teneatur diligentiam adhibere ad illum exhibendum, in d.obſer.n.1.in fin.

Barones contra ſuas Ærarias nùm poſſint exequi realiter,& perſonaliter, in obſer. ad deciſ.518. num.2. circa fin. 688

Barones habentes ampliſſima priuilegia circa omnimodam iuriſdictionem, tùm ciuilem, tùm criminalem cum mero, & mixto imperio, etiam priuatiuè, quoad Tribunalia Regia, & Baronalia, nùm poſſint remiſſionem petere cauſarum ad eorum Curiam, receptatorum, contumacium, tam Magnæ Curiæ, quàm Regiarum Audientiarum, licet receptatio contigiſſet in territorio, & Iuriſdictione Baronis, vel ſola Magna Curia ſit Iudex competens,deciſ.243.num.1.& 2.349. & in obſer.num.1. 350

Barones huius Regni, an poſſint ad Sereniſſimum noſtrum legatum, vel Oratorem mittere,Prorege inconſulto, in obſer.ad deciſ.500.n.1. 662

Barones ſi ſoluant Regiæ Curiæ Adoham, & ſic ſeruitium præſtent per triginta annos, an cenſeantur de feudo inueſtiti, deciſ.376.n.2. 503

Barones vxorem ducere, vel filias, ſorores,aut neptes maritare, nùm poſſint ſine Regis permiſſu de iure Regni, in obſer.ad deciſ.45.n.5. 62

Baronibus in Terris ſuis abſque Principis priuilegio nùm liceat mercatum facere, deciſ.111. n.5.163. & in obſer.n.3. 166

*Baſtardi.*

Baſtardi nùm ſint habiles, & capaces ad feudum acquirendum puta per emptionem, &c. deciſ.250. n.2.& in obſer.n.2. 357

Et quid dicendum Rege ſciente, & aſſentiente, vel ex motu proprio ipſius, d. num.2. & in obſer. num.2.

*Beneficium Eccleſiaſticum.*

Beneficia Eccleſiaſtica omnia ſunt de iure poſitiuo, eorumque omnimoda poteſtas ad Summum Pontificem ſpectat, deciſ.485.n.2.in fin. 643

Beneficij collatio,ſeu præſentatio vnica ſed ſuum effectum ſortita, nùm ſufficiat ad conſtituendum aliquem in quaſi poſſeſſione conferendi, & præſtandi in obſer.ad d.deciſ.485.n.1. 643

Et nùm vltima collatio, ſiue præſentatio ſit attendenda, d.n.2.in med.

Beneficij præſentationem ſi quis habere prætendat, nùm poſſit impedire exequutionem bullarum à Sancta Sede expeditarum ſi forſan ab ea alteri reperitur collatum, vel debet ſua iura loco, & tempore reſeruare, audita in omnibus dicta Sancta Sede,



Digitized by Google

d.deciſ.485.n.3.

Beneficiorum permutatio ſi fiat inter duos, quæ ſuum non ſortiatur effectum, decedenribus tandem permutantibus, an dicantur beneficia vacare per mortem, non autem per reſignationem, deciſ.94. n.2. in fin. 139

Beneficiorum reſignationes, ſi ſint factæ in Romana Curia, infra ſex menſes ſunt publicandæ, ſi verò extra, infra menſem, d.deciſ.94.n.3. 140

Beneficium Eccleſiaſticum, ſi fuerit alicui à ſede Apoſtolica collatum, in exequutione bullarum nùm poſſit per aliquem impediri, prætextu, quod ſit de iure patronatus, deciſ.485.n.1. 643

Beneficium Eccleſiaſticum, ſiue officium, ſi duobus reperiatur collatum, quorum vnus eſt prior in data, ſed poſterior in poſſeſſionis captura, alter verò è contra poſterior in data; ſed prior in poſſeſſione, vter eorum præferendus ſit, dec.107.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 160

Beneficium ſi impetraui à Papa primo vacaturum, quod tamen ſit valoris centum, ſi contingat vacare beneficium, quod ſit valoris tercentum, ſed biſcentum erogantur in illius gubernio, nùm gratia in hoc beneficio debeat ſortiri effectum, in obſer. ad deciſ.300.n.3.in fin. 411

Beneficium ſi reſignetur in manibus Papæ ad alterius fauorem, cum clauſula non aliter, nec alio modo, ſi beneficium nunquam fuerit in reſignatarium tranſlatum, an reſignatio euaneſcat, deciſ.94.n.2. circa fin. 139

Beneficium reſignans ad alterius fauorem, nunquam cenſetur illo exutus, niſi perfectè acquiratur reſignatario, in obſer.ad d.deciſ.94.n.1. 140

Beneficium reſignatum in manibus Papæ, qui reſignationem admiſit, nùm ipſo iure vacet, d. deciſ.94. n.2.circa fin. 140

*Beneplacitum.*

Beneplacitum nùm duret, quouſquè reuocetur, & an morte extinguatur, deciſ.511. numer.2. circa fin. & in obſer. num.1. 677.& vid. verb. *Gratia ad Beneplacitum.*

*Bona.*

Bona adminiſtratorum rerum fiſcalium, nùm ſint hypothecata fiſco à die cæptæ adminiſtrationis, in obſer. ad deciſ.65.n.4. 93

Bona capta ab hoſtibus in acie belli, vel extra, nùm ſpectent ad capientem, vel ad Regium fiſcum, deciſ.545.n.1.& 2.725.& in obſer.n.1. 726

Et nùm requiratur quod bellum ſit iuſtum, vel ſufficiat, quod ſit indictum à Principe, d.n.2.

Bona capta in bello ſi ſint mobilia an, & quando ſtatim fiant capientium, vel ſint præſtanda Duci exercitus, vt ipſe diuidat illa inter milites, d.num.2. Et quid ſeruetur de conſuetudine, d. n.2.& deciſ.421. num.2. 563

Bona committentium crimen læſæ Maieſtatis, ſeu rebellis an tranſeant in fiſcum, quoad dominium ac poſſeſſionem à die patrati delicti ipſo iure, ipſóque facto, in obſer. ad deciſ.126.n.1. 185

Bona committentium aliquod crimen læſæ Maieſtatis, ſi à fiſco ſint occupata, & in alium tranſlata, nulla præcedente ſententia condemnationis; ſuperueniente demùm Regis indultu, nùm ſint delinquenti reſtituenda, deciſ.72.n.1.& 2. 105

Et an dominium bonorum committentium hoc magnum, ipſo iure in fiſcum transferatur, in obſer. ad d.deciſ.n.1.

Et nùm requiratur, quod feratur ſententia, in d.obſer.n.1.

Anvè id tantùm procedat in delinquente notorio, & manifeſto, in d.obſer.n.1.

Bona debitoris creditori hypothecata pro ſorte principali, & pro vſuris hypothecata cenſentur, deciſ. 290.n.3. 400

Bona dotem promittentis vid. in verb. *Bona promittentis.*

Bona empta pecunia fiſcali, ſed nomine emptoris, non Regiæ Curiæ, cui cenſeatur quæſita, quoad Dominium, deciſ.71.n.2.& in obſer. num.3.& 4. 104

Bona, & iura poſſidens obuenta ſibi ex conceſſione Sereniſſimorum Regum Alphonſi, Ferdinandi, & Federici de Aragonia, nùm poſſit ab aliquo ſub quouis prætextu moleſtari, ita vt ſi aliquis ſuper dictis bonis aliquam habuerit actionem, ea contra poſſeſſorem vti non poſſit abſque ſpeciali Regis licentia, deciſ.232.n.1. 332

Et quid dicendum de Eccleſia, & Eccleſiaſticis perſonis litem mouentibus ſuper prædictis bonis tam allodialibus, quàm feudalibus contra poſſeſſorem, vtrum conuenti poſſint ſe tueri exceptione de qua ſupra, quod ſcilicet non poſſint moleſtari, &c. d. num.1.& 2.circa med.& in obſer.num.1. 333

Bona ex iure tranſmiſſionis alicui quæſita, ſequuta acceptatione, nùm dicantur de hæreditate tranſmittentis, ita vt eius creditoribus, & legatariis obligata cēſeantur, ac in inuentario bonorum tranſmittentis ſint deſcribenda, in obſer. ad deciſ.551. num.3.in med. 737

Bona feudalia viri obligata pro dote per inſtrumentum ſoluto matrimonio ſtipulatum, ſi tempore obligationis reperiantur in hæreditate viri, prodeſt inſtrumentum mulieri, & aſſenſus impetrari poteſt poſt mortem illius, ſi verò in alium reperiuntur tranſlata, in nihilum prodeſt inſtrumentum mulieri, in obſer. ad deciſ.513.n.1.& 2. 680

Bona fideicommiſſo ſubiecta, nùm poſſint confiſcari propter crimen læſæ Maieſtatis Diuinæ, vel potius ſint reſtituenda fideicommiſſariis vna cum fructibus medio tempore perceptis, deciſ.336. num.1. & 2.452.& in obſer.n.1. 453

Et an reſtituenda ſint mortuo reo talis criminis poſſeſſore talium bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, durante verò vita illius, eiſdem fruetur fiſcus, in d. obſer.n.2.

Et nùm fiſcus poſſit de dictis bonis detrahere duas quartas, ſicut filius ſub conditione grauatus, ſtante prohibitione per teſtatorem facta, d.deciſ.336.n.3. 452.& in obſer.n.3. 453

Et quid dicendum ſi reus decederet cum filiis, an eſſent reſtituenda filiis, vel ipſi hoc caſu haberentur pro mortuis, d. deciſ.336. numer.2. circa finem.

Bona fideicommiſſo ſubiecta ſicut non poſſunt alienari per hæredem grauatum, neque in hæredem extraneum tranſire, an ita pariter nequeant alienari in Regium fiſcum per publicationem, d.deciſ. 336.n.2. 452

Bona hæredis futuri propria nùm poſſit quis expreſsè obligare pro obſeruantia promiſſorum, ita vt eo defuncto valeat creditor ſuper illis bonis hypothecaria actione experiri, deciſ.565. num.1.& 2.& in obſer. num.1.757. Et vide in verbo *hæredis propria bona.*

Bona hoſtium mobilia, ipſorúmque perſonæ, puta Turcæ ſi capiantur extra aciem belli, & ſine prælio, ad quem de iure ſpectent, deciſ.421.n.1. & 2.563. & in obſer.n.1. 564

Et

Et quid dicendum ſi capiantur in territorio alieno, & vbi hoſtes ſunt affidati, in d.obſer.n.2.
Et quid dicendum in bonis hoſtium naufragatis, in d.obſer.n.1.3.& 4. 564
Bona omnia poſita in æſtimo nùm ſint tacitè hypothecata fiſco pro functionibus, & collectis fiſcalibus ordinariis, deciſ.227. num.2.& in obſer.n.1. 324
Et quid dicendum pro collectis extraordinariis, d. deciſ.227.n.3.
Bona poſſidens in alieno territorio, ſi pro illis per tempus immemorabile ſoluerit collectas ſuæ Ciuitati, ex eo quod in illa Tertia viuebatur per Gabellas, ſi deinde dicta Terra intendat viuere per cataſtum, nùm poſſit bona illa collectare in præiudicium ſuæ Ciuitatis, in obſer.ad deciſ.387.n.2. 517
Bona poſſidens in feudo aliquo inhabitato, nùm teneatur ſoluere collectas in loco, in quo fuit numeratus, in dicta obſer.n.3. 518
Bona poſſidens ſtabilia, vide in verbo. *Bona ſtabilia.*
Bona priuatorum licèt fauore Reipublicæ capi poſſint, pretium tamen Domino eſt ſoluendum, deciſ.402. n.2.circa fin.534.& in obſer.n.3. 535
Et an pretium ſit ſoluendum in pecunia numerata, vel cogi poſſit Dominus ad habendam fidem de pretio, in d.obſer.n.3.
Bona promittentis dotem ſicut ſunt tacitè hypothecata viro pro dote conſequenda, an ſint pariter hypothecata pro eius intereſſe, ſi ſoluta non ſit tempore conuento, deciſ.169. num.3.245.& in obſer. n.4. 246
Bona propria hæredis, vide in verb. *Bona hæredis.* Et in verbo *hæredis propria.*
Bona pupilli alienari an poſſint abſque ſolemniis, ſi à teſtatore ſit data poteſtas alienandi ſaltem tacita, deciſ.563.n.2.in med. 755
Bona ſi ratione delicti ipſo iura ſint quæſita fiſco, vel ex conſuetudine, aut ſtatuto, nùm ceſſet omnis inſtantia, & text. *in l. properandum, C.de iudic.* deciſ. 139.n.2.in med. 204
Bona ſtabilia poſſidens aliquo in loco, nùm debeat pro illis collectas ſoluere, licèt alibi incolatum habeant, in obſer. ad deciſ.27.n.1. 35
Bona tenens pro bonis in alieno territorio ſitis, in quo ipſe non eſt foculare, nùm ſolùm teneatur contribuere in functionibus fiſcalibus ordinariis, & extraordinariis, non autem pro aliis oneribus, quæ ex cauſa aliarum neceſſitatum imponuntur, deciſ. 387.n.2.in fin. 517
Bonatenentes in aliquo territorio nùm teneantur ad contributionem pro refectione, & reparatione, murorum illius Ciuitatis, in obſer. ad deciſ.27.n.1. in fin. 35
Bona viri nùm tacitè ſint hypothecata vxori pro alimentis, in obſer.ad deciſ.169.n.1.& 2. 246
Et nùm hæc hypotheca incipiat à die conſtitutionis dotis, vel à die quo ceſſatum eſt ab alimentorum præſtatione, in d.obſer.n.2.
Et nùm hoc priuilegium tacitæ hypothecæ tranſeat ad filios hæredes, in d.obſer.n.2.
Et nùm hæc tacita hypotheca locum habeat ſi viro non ſit ſoluta dos, in d.obſer.n.2.
Et nùm hæc hypotheca locum habeat pro alimentis, dotis quantitatem excedentibus, in d. obſer. num.2.

*Bonæfidei poſſeſſor.*

Bonæfidei poſſeſſor etiam cum titulo, ſi titulus annulletur, & reducatur ad non titulum, an teneatur ad reſtitutionem rei, & fructuum, etiam conſumptorum, deciſ.55. num.2. in med. 76.& in obſer. n.1. & 2. 77
Bonæfidei poſſeſſor licèt titulum non habeat, an, & quando faciat omnes fructus ſuos perceptos, niſi locupletior ſit effectus, deciſ.560. num.2. in med. 750. & in obſer.n.1. 751
Bonæ fidei poſſeſſor, nùm faciat fructus ſuos extantes, ſi illos triennio poſſederit, d. deciſ.560. numero 2. in fin.
Bonorum poſſeſſio è manibus hæredis inquiſiti de rebellione, nullo iure auferri poteſt, ſententia aliqua non ſequuta declaratoria ſuper crimine, deciſ.157. n.2.in fin. 229
Et quid dicendum ſi eſſemus in notorio, & manifeſto rebelle, d.n.2. 230

*Brachium.*

Brachium ſi pro exequutione iudicati petatur, nùm ſit idem diſcutiendum, quod coram iudice, qui iudicauerit, diſcuſſum eſt, in obſer.ad deciſ.502.nu.1. in med. 665

*Brunduſij Ciuitas.*

Brunduſij Ciuitas vide in verb. *Ciuitas Brunduſij.*

*Bulla.*

Bulla Cœnæ Domini *in 5. cap.* prohibens nouas gabellas & datia imponi, nùm comprehendat Imperatores, & Reges, Superiorem non recognoſcentes, deciſ.53.n.4.73.& in obſer.n.2. 74

## C

*Capitanius.*

CApitanius Generalis, licèt treguam facere non poſſit, an tamen illam facere valeat, pro belli neceſſitate, vt cadauera ſepeliantur, deciſ.215.n.2. circa fin. 307

*Capitulatio.*

Capitulatio inita inter Baronem, & Vniuerſitatem nùm ſit valida, licèt ſuper illa Regius aſſenſus non producatur, ſi iam ſint elapſi centum anni quorum ſpatio aſſenſus præſumptus inducitur, in obſer. ad deciſ.166.n.2.in fine. 242

*Cappellani Regij, & Cappellanus maior.*

Cappellani Regij nùm priuilegium habeant à ſummo Pontifice, vt quando actu inſeruiunt Regiæ Capellæ fructus percipere poſſint ſuorum beneficiorum, canonicatuum, & præbendarum, dec.272.n.2. 378
Cappellani Regij nùm ſint exempti à iuriſdictione ordinarij, in obſer. ad deciſ.495.n.1.in med. 655
Cappellanus maior in Regno, & Ciuitate Neapolis, quam habeat iuriſdictionem, & in quas perſonas, d. deciſ.495.n.1.& in obſer.n.1. 654
Et an iuriſdictionem exerceat ciuilem, & criminalem in Cappellanos Regios, tùm in Regio Palatio, tùm in Caſtro nouo, Sancti Erami, & in Caſtro Oui, d.n.1.& in d.obſer.n.1.
Cappellanus maior an iuriſdictionem exceat ciuilem, & criminalem ſuper Regiis Gimnaſiis in bidellos, & ſcolares, quarumcunque ſcientiarum, in d.obſer. num.2. 655



Digitized by Google

Cappellanus maior nùm diſpenſare poſſit cum Armigeris Proregis, vulgò *Alabardieri*, nuncupatis, vt tãquam pauperes comedere poſſint Caſeum, & Oua in diebus Quadrageſimæ, d.deciſ.495. num.1.in fin. 654

*Capſerij.*

Capſerij noſtrorum publicorum bancorum, qui pecuniam bancalem inſciis Gubernatoribus in proprios vſus conuertunt, an teneantur pœna legis Iuliæ peculatus, vel pœna furti, in obſer.ad deciſ. 112.num.3. 168

*Capua Ciuitas.*

Capuæ Ciuitas in hoc Regno præclariſſima, & omni tempore Regi fideliſſima, quo potiatur priuilegio exemptionis Gabellarum per totum Regnum, deciſ.97.n.1.144.& in obſer.n.1. 145
Et an huic priuilegio cenſeatur derogatum per aliud priuilegium alicui conceſſum cum clauſula *non obſtante quacunque conceſſione, &c.* & cum clauſulis derogatoriis, d.n.1.& 2.

*Carcer, & Carceratus.*

Caput vbi eſt, ibi eſt pars principalior corporis, deciſ.179.n.3.in fin. 258
Carcer quid ſit, in obſer. ad deciſ.561. numero 1. 753
Carcerari an quis poſſit pro debito ciuili, deciſ.530. n.2.in med. 706
Carcerari an ſolùm poſſit accuſatus, vel inquiſitus de crimine, cuius pœna eſt corporis afflictiua, d.n.2.
Carcerati promiſſio in Carcere facta Carceranti regulariter nulla eſt, in obſer. ad deciſ.561. n.1.in fin. 753
Et quid dicendum ſi carceratio fuerit iuſta, d.nu.1. in fin.
Carceratum eximens de manu familiæ Curiæ, qua pœna ſit puniendus, deciſ.383. num.2.in fin.& in obſer.n.1. 513
Et qua pœna puniatur ſi Carceratus erat ex cauſa ciuili, vel criminali, in dicta obſer.n.1.& 2.
Carceratus iuſtè nùm poſſit intus Carceres contractum facere cum illo, qui eum carcerare fecit, & talis contractus teneat, deciſ.561.n.2.in med. 752
Et quid dicendum ſi Carceratus eſſet iniuſtè, d.n.2. in med.& in obſer.n.1. 753
Et nùm valeat obligatio, & contractus factus mætu Carceris, d.n.2.in med.
Carceratus iniuſtè ſi predium ſuum vendiderit, & pretium receperit, vt ſe à Carceribus redimeret, nùm poſſit poſtea prędium ab emptore recuperare, pretio non reſtituto, in obſer.n.1.in med. 753
Et quid dicendum ſi Carceratio iuridica fuiſſet, in d.obſer.n.1.in med.
Carceratus, quis, & quando dicatur, in d. obſer. num.2.
Et nùm Carceratus dicatur quilibet, qui ire non poteſt, quò vult, licèt fuerit relaxatus ſub fideiuſſoribus, & etiam ſub iuratoria cautione, in d. obſer.n.2.in fin.
Carceri, an, & quando quis per pactum obligari, emanciparique poſſit, deciſ.530. n.2.706. & deciſ. 561.n.2.in fin. 752

*Cardinalis.*

Cardinalis nùm poſſit eſſe tutor teſtamentarius, vel balius, deciſ.335. num.3. & in obſer. nùm.2. 451

*Carolus II. Rex.*

Carolus II. Rex conceſſit Monaſteriis Sancti Dominici, Sancti Laurentij, & Sancti Auguſtini Ciuitatis Neapolis annuas vncias 150. ſuper iuribus tertiariæ Arzurij, Ferri, & Picis, & pro qua rata, & portione ſingulis ipſorum, deciſ.245. numer.1. 352

*Carrugia.*

Carrugia, quæ ſint, & an quilibet aſſociare teneatur Carrugia per ſuam prouinciam, & quælibet Terra per ſuum territorium, in obſer. ad deciſ.181.n.1. in fin. 261

*Caſale, & Caſalia.*

Caſale nùm poſſit à Ciuitate ſeparari reſpectu exactionis functionum fiſcalium, & iuriſdictionis, deciſ.163.n.2. 237
Caſale ſi à Rege concedatur alicui cum iuriſdictione, & priuilegio, vt ciues coram alio iudice conueniri non poſſint, quàm coram iudice ipſius Caſalis, nùm poſſit idem Rex concedere Ciuitati, vt eius Gubernator cognoſcere poſſit de omnibus cauſis tam ciuilibus, quàm criminalibus, quoad omnes perſonas omnium Caſalium & ſic per hoc ſecundum priuilegium cenſeatur derogatum primo, Caſalis Baroni conceſſo, deciſ.467. num.1.& in obſer.n.1. 622
Et quid dicendum ſi in ſecundo priuilegio ſpecialis mentio de primo facta non fuerit, in d. obſer. num.1.
Et quid dicendum ſi conceſſio facta in vim contractus tranſierit, d.deciſ.467.n.1.in med.
Caſalia huius Ciuitatis Neapolis ex gratia ſibi conceſſa, non poſſunt vendi, vel alteri concedi, ſed ſemper illa vnita cum ipſa Ciuitate permanere debent, deciſ.215.n.3.307. & in obſer.n.3. 308
Et nùm id procedat reſpectu Caſalis Afragolæ, in d.deciſ.n.3. 307

*Caſtellanus.*

Caſtellanus ſi frumentum in Caſtro repoſitum vendiderit, animo renouandi, & deinde pecuniam illam in proprios vſus expenderit, quod crimen dicatur commiſiſſe, & qua pœna puniri debeat, deciſ. 104.n.1.& 2. 156
Et nùm puniri debeat tantùm pœna priuationis caſtri, in d.obſer. ad dictam deciſ.n.1.
Et nùm Caſtellanus teneatur noua victualia emere, cum primum illa vendiderit, d.n.2. & in obſer. num.3. 157

*Caſtra.*

Caſtra omnia in Regno nùm feuda cenſeantur quaternata, licèt à Barone teneantur, & recognoſcantur, in obſer. ad deciſ.69.n.4.in med.102. & deciſ. 558.num.1. 747
Caſtrum cum iuriſdictione, & vaſſallis in feudum ſubconceſſum, nùm planum, & de tabula cenſeri poſſit, in d.obſer.n.4.in medio. 101
Et quid dicendum ſi in ſubinfeudatione Regius aſſenſus ſit per ſimplex verbum (*fiat*) impartitus abſque alia clauſula, nec in forma Regiæ Cancellariæ redactus, in d. obſer. num.4.

Et

Digitized by Google

Et nùm tale ſubfeudum ſit nobile, in d. obſer.n.4.

Caſtrum ſi ſimpliciter concedatur; nùm veniat iuriſdictio, ſi de illa ſpecialis mentio non fiat, dec.391. n.1.& 2.522. & deciſ.468. n.1.623. & in obſer. ad deciſ.172.n.2. 252

Et nùm pariter conceſſum intelligatur merum, & mixtum Imperium, in obſer. ad d.deciſ.n.1. 523

Et quid dicendum ſi Caſtrum ſit de territorio, & ſub iuriſdictione alicuius Ciuitatis, d. deciſ.391. num.3.

Et quid dicendum ſi caſtrum concederetur in officium, in obſer. ad deciſ.468.n.1.in fin. 624

Caſtrum ſi ſit conceſſum antequam regnaret Rex Alphonſus primus, ſimpliciter, & cum deſtinatione territorij, an veniat ſub hac conceſſione iuriſdictio ciuilis, in obſer.ad deciſ.85.n.10.128. in princ.

Et ſi alter deinde de iuriſdictione criminali ſit inueſtitus, de quibus criminalibus cognoſcere poſſit, d.n.10.in princ.

Caſtrum, vel Terra ſi vendatur cum iuribus, & pertinentiis ſuis, ac integro ſtatu nùm comprehendantur functiones fiſcales, quas Baro venditor ibi tenebat, in obſer.ad deciſ.172.n.1. 251

Caſtrum ſi vendatur, vel concedatur à Rege cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis in ampliſsima forma, nùm cenſeatur tantùm venditum, vel conceſſum, id quod Rex tanquam Baro illo in Caſtro tenebat, non autem ea, quæ Regi, vt Regi competebant, deciſ.537. num.2. & in obſer.n.1.716.& vid.verb. *Rex*.

### *Caſus fortuitus.*

Caſu de fortuito, an quis teneatur ſi culpa præcedat caſum, deciſ.67.n.1.in fin. 95

### *Cataſti liber.*

Cataſti liber, quod hodie in Regno Neapolitano celebratur pro collectis Regiæ Curiæ ſoluendis an poſſeſsionem probet bonorum illorum pro illo, cuius ſcriptum eſt in Cataſto, in obſer. ad deciſ.64. num.4. 91

### *Caua Ciuitas.*

Cauæ Ciuitas priuilegium habet, nè quilibet ex ciuibus poſsit ex officio inquiri, & condemnari, ac etiam foriudicari ſub pœna nullitatis proceſſus, & ſententiæ, niſi præcedente partis offenſæ accuſatione, deciſ.267.n.1. 373

Et quid dicendum ſi Cauenſis fuerit factus foriudicatus per Magnam Curiam in contumaciam, ex eo, quia non comparuerit, & priuilegium non allegauit, d.deciſ.267.n.2. 373

### *Cauſa ciuilis, & Criminalis.*

Cauſa ciuilis quãdo dicatur vide in verb. *Ciuiles Cauſæ.*

Cauſa criminalis quando dici poſsit, vide in verb. *Criminales Cauſæ.*

Cauſa dicitur Criminalis ſi pœna ex delicto oriatur, eaque applicetur fiſco, licèt pecuniaria ſit pœna, deciſ. 549.n.in fin. 732

### *Cauſa durior.*

Cauſa durior, ſeu grauior, in quam debitor in dubio ſoluere cenſetur, quænam dicatur, in obſer. ad deciſ.475.n.1. 632

### *Cedens, Ceſsio, Ceſsionarius, & Cenſus.*

Cedens alteri, ſiue vendens partem annuorum, ex ſumma, quam ipſe ab aliquo emit, cum pacto de retrouendendo quandocunque, Quod tamen pactum reemendi ab ipſo debitore alteri cedatur, virtute cuius ceſsionis Ceſsionarius reemat partem ipſam annuorum introituũ, ſi deinde debitor ipſe ceſſerit bonis, & fiet graduatio Creditorum, quiſnam præferri debet, nùm Ceſsionarius ipſe pro parte reempta, an creditor principalis pro reſiduo, vel ambo concurrere debeant, quilibet ſcilicet pro rata, deciſ.580.n.1. & 2.775.& in obſer.n.1.in med. 776

Cedens alteri ſuum creditum, ſuaſque actiones, an poſſit poſt Ceſſionem contra debitorem aliquod inſtituere iudicium virtute actionum directarum penès ipſum remanſarum, deciſ.290.n.1.& 2.400.& in obſer.n.1. 401

Et quid dicendum, ſi aliquis ſubintret caſus ex illis tribus, de quibus *in l.2. C.de nouat.d. num.2.* & in d. obſer.n.1.

Et quid dicendum ſi ceſsio facta ſit longo tempore poſt litem motam, nùm inſtantia transferatur in ceſsionarium, d.n.2.

Et an, & quando ad inſtantiam creditoris cedentis poſsit inſtrumentum alteri ceſſum liquidari, ſiue incuſari via ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, in d.obſer. num.1.in fin.

Cedens rem aliquam, nùm ius tantùm, quod in illa re habet cedere videatur, in obſer. ad deciſ.295.n.1. 406

Cedens ſua iura, quæ aduerſus aliquem debitorem habet, nè teneatur de euictione, nùm oporteat, quod prædicta iura tempore ceſſionis ſint efficacia, deciſ. 430.n.2.in fin.577.& in obſer.n.2. 578

Cenſum exigendi, nùm creditor conſtituatur in quaſi poſſeſſione per vnicam ſolutionem ſibi à debitore factam ad finem manutenendi, in obſer. ad deciſ. 485.n.1.in fin. 644

Cenſus Dominus, vide in verb. *Dominus cenſus.*

Ceſſante cauſa, non ceſſet effectus conſummatus, deciſ.477.n.2.in med. 634

Ceſsibile, quod eſt, ad hæredes etiam eſt tranſmiſsibile, deciſ.465.n.2.in med. 620

Ceſsio nominis debitoris nùm dicatur emptio. deciſ.9. num.3. 13

Ceſsio ſimplex nùm idem operetur in incorporalibus, ac traditio in corporalibus, in obſer. ad deciſ.508. n.1.circa med. 673

Ceſsionario nùm illud ius prælationis competat, quæ Domino cedenti competit. deciſ.134. num.1. & 2. 198

Ceſsionario, quænam actiones per Ceſsionem transferantur, nùm vtiles, vel directæ, deciſ.290. n.2. 400.& in obſer.n.1. 401

Ceſsionarius in creditorum concurſu, an graduandus ſit in loco cedentis, deciſ.9. n.1. & 2.& in obſer.n.1. 13

Et quid dicendum in Ceſsionario bonorum feudalium, nullo ſuper ceſsione impetrato aſſenſu, d. deciſ.9.n.3.

Et an ſuper ceſsione crediti poſsit omni tempore impetrari aſſenſus, ſi ſuper principali obligatione feudi ſit impetratus, in d.obſer.n.1.

Et an ſuper ceſsione crediti ſit Regius aſſenſus omnino impetrandus, ſi ſolùm agatur de liberatione pecuniæ obuentæ ex feudo, non autem de actione hypothecaria ſuper feudo obligato, in d. obſer. n.1.in med.

Ceſsionarius iuris luendi annuorum introituum, ſi vti talis ſoluerit Creditoribus, à quibus in actu ſolutionis,

Digitized by Google

tionis, & retrouenditionis obtinuit iurium ceſſionem tranſlatiuè in ampla forma, an ſuper bonis debitoris, quis ius luendi ceſſerat, anterioritatem habeat, non modo pro ſorte principali creditoribus ſoluta, ſed etiam pro annatis, in futurum decurrendis, in obſer. ad deciſ. 580. n. 2. 776

Ceſſionarius nùm poſſit debitorem capere de perſona, ſi ſtatuto caueatur quod creditore inſtante poſſit debitor capi de perſonas, d. deciſ. 580. num. 2. circa med. 775

Et nùm poſſit Ceſſionarius poſſeſſionem rei alterius intrare propria authoritate, ſi creditor cedens hoc ius habebat, d. n. 2. circa med.

Ceſsionarius primus, an ſecundus ſit præferendus, vel omnes ſimul concurrere debent ſi creditor alicuius, hodie partem vni cedat, & cras alteri, in obſer. ad deciſ. 580. n. 3. 776

Ceſsionarius, vide in verb. *Creditor exiſtens*.

Ceſsionis actionis in inſtrumento ſi ſint appoſita verba illa (*ponens eum in locum ſuum*) nùm videatur mandatum Ceſsionario actionis execitium, vt ampliùs cedens agere non poſsit, d. deciſ. 580. num. 2. in med. 775

*Character.*

Character nùm imprimatur, ſi prima tonſura conferatur non ſubdito, deciſ. 101. n. 2. 150. & in obſer. num. 1. 151

Et quid dicendum, ſi ordines conferrentur non ſubdito ab Epiſcopo, qui à iure ſimpliciter, & indiſtinctè ordines conferendi poteſtatem habet, an hoc caſu imprimatur Character, licèt ordinum impediatur exequutio, dicto num. 2. in fin. & in d. obſer. num. 2. 151

*Chriſtiani.*

Chriſtianis an liceat Alexandriam proficiſci pro captiuis redimendis, dummodò illuc merces non deferant, in obſer. ad deciſ. 545. numer. 6. circa fin. 726

Chriſtianis mercatoribus nùm liceat portare ad Barbaros aurum pro mancipiis, vel aliis rebus emendis, in d. obſer. n. 6. in medio.

Et quænàm res ad Barbaros aſportari prohibeantur, in d. obſer. n. 6. in med.

*Citatio.*

Citatio ad ſententiam, quæ in Sacro Conſilio monitio ad dicendum appellatur, ſi omittatur, nùm ſententiam reddat nullam, in obſer. ad deciſ. 273. n. 3. 380

Citatio circumducta quando dicatur, & an per illam inducatur litis pendentia, in obſer. ad deciſ. 87. n. 2. 131

Citatio an inducat litis pendentiam, ſi Actor non compareat in termino, deciſ. 224. numero 2. in med. 320

Et nùm citatio ſola litis pendentiam inducat, in obſer. ad deciſ. 87. num. 1. 131. & vide in verb. *Litis pendentia*.

Citatio prima nùm ſit perſonaliter Reo conuento notificanda, ſi reperiatur, vel ſat ſit ſi fiat citatio domi ſolitæ habitationis, deciſ. 224. n. 2. in med. 320. & in obſer. n. 3. 321

Et an ſufficiat notitiam habuiſſe citationis, d. nu. 2. in med.

Citatio ſi fiat Procuratori generali alicuius, contra quem inſtituitur iudicium, ſi Procurator compareat, & dicat ſe nolle in cauſa interuenire, an procedatur ad vlteriora, vel terminus concedetur ad denunciandum Principali, in d. obſer. n. 3. 321

Citationem eſſe circumductam ſolùm à Reo allegari poteſt, ſecus ab Actore, in obſer. ad deciſ. 87. n. 2. in med. 132

Citatus legitimè nùm teneatur iudicium proſequi apud iudicem, coram quo fuit citatus, quamuis poſt talem citationem forum mutauerit, in d. obſer. n. 1. in fin. 131

*Ciues.*

Ciues, an, & quando ſint legitimi, & integri teſtes in cauſa Vniuerſitatis, deciſ. 177. n. 2. in med. & in obſer. n. 2. 256

Ciues oriundi ſi in loco originis non habitant, & munera non ſubeunt, nùm gaudeant vt ciues originarij, dec. 297. n. 2. 407

Ciues pro bonis, quæ in alieno territorio poſſident, nùm teneantur ſoluere collectas Vniuerſitati eius loci, in quo habitant, ſi in territorio vbi bona ſita ſunt, non collectentur, vel quia ſoluunt Baroni illius territorij aliquem cenſum, vel quia viuitur per Gabellas, deciſ. 387. num. 2. & in obſer. num. 2. 517

Et nùm deducendum ſit, quod ſoluunt Baroni d. num. 2.

Et an ſoluere teneantur, ſeu contribuere vti bonatenentes, ſcilicet pro functionibus fiſcalibus ordinariis, & extraordinariis, & non pro aliis, quæ ab Vniuerſitate ex cauſa aliarum neceſſitatum imponuntur, d. n. 2. in med.

Ciuis allecti filius, vel eius, qui ciuis eſt per Regiam Cameram nùm gaudere debeat, prout eius pater gaudet, in obſer. ad deciſ. 297. n. 3. 408

Ciuis allectus, vt ciuilitate gaudeat, nùm in Ciuitate habitare debeat, d. dec. 297. n. 2. 407

Ciuis allectus nùm gaudeat omnibus immunitatibus, & exemptionibus, quibus gaudent ciues originarii, in obſer. ad d. deciſ. 297. n. 2. 408

*Ciuiles cauſa.*

Ciuiles cauſæ magnæ, criminalibus cauſis æquiparantur, deciſ. 542. n. 2. 721

Ciuile an dicatur iudicium, ſi pœna ſolùm applicatur Parti, & non fiſco, deciſ. 568. num. 1. in med. 760

*Ciuitas.*

Ciuitas Auerſana priuilegium habet, vt eius Gubernator cognoſcere poſſit de omnibus cauſis Ciuibus, & Criminalibus Ciuitatis, & Caſalium, etiam quod eſſent ſub dominio quorumcunque Baronum, deciſ. 467. n. 1. & in obſer. n. 1. 622

Ciuitas Brundúſij in prouincia Hydruntina priuilegium habet aggregadi in ciues omnes, & quicunque homines, & Vaſſallos tam domaniales quàm Baronales, deciſ. 129. n. 1. 19

Ciuitas, eiuſque Adminiſtrator ſi pecuniam acceperit in communitatis beneficium conuertendam, nùm poſſit bona Ciuitatis obligare abſque iudicis decreto, deciſ. 255. n. 2. 362

Et nùm hodie requiratur etiam Regius aſſenſus, in obſer. ad dictam deciſ. n. 1.

Ciuitas fideliſſima Neapolis nùm valeat Legatum, vel Oratorem ad Sereniſſimum Regem mittere, niſi petita, & obtenta prius licentia à Domino Prorege, deciſ. 500. n. 1. & 2. 661. & in obſer. n. 1. 662



Digitized by Google

Ciuitas nùm poſſit nouas imponere gabellas. Vide in verbo *Vniuerſitas*.

Ciuitas,quæ frumenti gabellam locauit,ſi poſtea contingente penuria frumentum emerit pro vſu Ciuium , & non pro cauſa mercimonij , an teneatur ſoluere Arrendatoribus gabellam pro dicto frumento,dec.277.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 384

Et quid dicendum ſi frumentum prædictum non modo pro vſu ciuium,ſed etiam exterorum deſeruiret,d.n.2.circa finem.

Ciuitas ſi ſpecialiter mandet ſyndico , vt pecuniam mutuo accipiat, & ſindicus illam in ſuos proprios vſus conuerterit , nùm hoc non obſtante Ciuitas teneatur ad mutuum , deciſ.109.n.2. circa finem & in obſer.n.1. 163

Et quid dicendum ſi ſyndicus ad pecuniam accipiendam vſus ſit mandato generali cum libera,an teneatur niſi creditor probet pecuniam in ciuitatis vtilitatem eſſe verſam,d.n.2.circa finem.

Et nùm ciuitas aduerſus id reſtitui poſſit in integrum exemplo minoris,In d.obſer.n.1.in fin.

Ciuitas ſufficientem nùm habeat cauſam prohibendi per bannum,nè extera repleatur gente, ſi plena populo deindè victualibus non abundaret , & hoſtium timeretur inuaſio,dec.218.n.2.in med. 312.

Ciuitas,Terra,vel Caſtrum, ſi alienetur nùm cum territorio veniant etiam Vaſſalli,deciſ.488. n.1. 646

*Claſsici.*

Claſſicorum , ſeu Commilitonum in cauſis ciuilibus, nùm Dux claſſium ſit Iudex competens , iure communi attento,In obſer.ad dec.81.n.9. 119

Et quinam in cauſis criminalibus , In dicta obſer. à num.3. 118

Claſſicus ſi delinquat contra claſſicum , vel non claſſicum , dum reperitur in Claſſe , nùm cognitio patrati criminis ſpectabit ad Ducem claſſium,In dicta obſer.n.4. 118

Et quid dicendum ſi delictum commiſerit in Terra, & in perſonam non ſubditam Duci Claſſium, licèt ſit captus ab illo,nùm ſit remittendus ad Iudicem territorij,In d.obſer.n.5.& 6.& vide in verbo *Delictum*.

Claſſium Duci nùm liceat ſententias ſuorum Iudicum exequutioni demandare in Terra , abſque Præſidis Prouinciæ licentia,In d.obſer.n.13.

Et nùm illius Iuriſdictio ſit conceſſa priuatiuè , vel cumulatiuè quoad alios,In d.obſer.n.10.

Et an ad ipſum ſpectet cognitio dè omnibus , criminibus , tam grauibus,quàm leuibus , in claſſe,vel exercitu commiſſis,In d.obſer.n.11.

Claſſium ſubditus ſi è Terra ad mare res extraxerit, extrahi prohibitas,ſi demum contingat carcerari à Iudice territorij,ſeu Ciuitatis, vnde proceſſit extractio, nùm poſſit ab eodem Iudice cognoſci , licèt, allegetur delictum eſſe commiſſum in mari , In d. obſer.n.8. 19

*Clauſula.*

Clauſula codicillaris ceſſare nùm faciat nullitatem teſtamenti ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis filiorum in obſer.ad dec.555.n.3. 743

Et an per hanc clauſulam cenſeatur filius grauatus, vt retenta legitima, hæreditatem ſcripto hæredi reſtituat,In d.obſer.n.3.

Clauſula ( *cum integro ſtatu* ) cuius ſit importantiæ , & nùm exemptionem functionum fiſcalium importet, dec.172.n.4. 251

Et nùm conceſſa domo à Principe cum integro ſtatu, cenſeantur conceſſa adiacentia, municipia ſcilicet & pecora,d.n.4.

Clauſula ( *ex certa ſcientia* ) nùm inducere ſoleat confirmationem,cauſa cognita, deciſ.319. n.2. in med. 432.& dec.376.n.1.in fin. 503

Et cuius ſit vis, quotvè producat effectus, in obſer. ad dec.n.2.433.& in obſer.ad dec.376.n.3. 504

Et nùm factum ex certa ſcientia poſſit in dubium reuocari,dec.557.n.2.in fin. 746

Et an operetur effectũ,vt præſumatur Principè fuiſſe informatũ de eo,quod fecit,d.n.2.& in obſ.n.1.746

Et an tollat ſubreptionis vitium,dec.16.n.3. 21

Clauſula ( *ex motu proprio* ) an , & quando omnem ſubreptionem tollat,d.dec.319.n.2.in med.432.& in obſer.n.1. 433

Et an clauſulæ (*ex certa ſcientia*) *ex motu proprio*(& *de plenitudine poteſtatis*) ſimul iunctæ omnem tollãt ſubreptionem,importetquè ſcientiam Principis, & quod Princeps voluerit tollere Ius Tertij,dec.13. num.3.in fin.17.& in obſer.n.4. 18

Clauſula(*ex motu proprio*),*& ex certa ſcientia*,nùm operetur in præiudicium Tertij, dec.91.num.2.in med, 136.& in obſer.n.3. 137

Clauſula ( *ex nunc prout ex tunc* ) facit,vt præſens tempus ad futurum trahatur , & futurum ad præſens, dec.184.n.2.in med. 266

Clauſula ( *nec aliter,nec alio modo* ) nùm importet conditionem in obſer.ad deciſ.527.n.1. 703

Clauſula ( *omni meliori modò* , &c. ) nùm habeat vim clauſulæ derogatoriæ dec.5.n.6. 8

Clauſula ( *pro quibus omnibus obſeruandis ambæ Partes ſe obligauerunt &c.* ) nùm referatur ad omnia inſtrumenti capitula , proinde , ac ſi in quolibet ipſorum ſpecialiter, & expreſſa bonorum obligatio appoſita eſſet,dec.244.n.2. 350

Clauſula ( *ſi preces veritati nitantur* ) in Principis reſcripto ſemper intelligitur,in obſer.ad dec.16.num.1. circa fin. 21

Clauſula ſubreptionem excludens, nùm excludere intelligatur ſolum ſubreptionem procedentem ex ignorantia,vel etiam,quæ oritur ex mendacij expreſſione,in obſer.ad dec.190.n.2.circa fin. 274

Clauſulæ, quæ potiùs de ſtylo Cancellariæ , quàm ex Principis voluntate appoſitæ cenſentur nullius ſunt momenti d.dec.190.n.3. 274

*Clerici.*

Clerici,aliæquè perſonæ Eccleſiaſticæ contribuere nùm teneantur in donatiuis , Regi pro Regni tuitione, & conſeruatione elargitis dec.36.n.1.& 2.46. & in obſer.n.1.& 2. 47

Et quid dicendum pro reparatione,ſeu constructione pontium,& murorum ciuitatum , vel pro extirpandis à ciuitate facinoroſis hominibus,d.num.2.& dec.439.n.2.in fin.& in obſer.n.2. 589

Et an Clerici collectari poſſint pro tuitione Regni, nè ab infidelibus inuadatur,d.dec.36.n.2.

Et per quem iudicem ad talem contributionem eſſent compellendi d. deciſ.36.n.3.47.& in obſer. ad dec.439.n.3. 589

Et nùm contribuere teneantur cum laicis , ſi de generali clericorum , & laicorum vtilitate tractetur; dec.130.n.2.in fin.192.& in obſer.n.3. 193

Clerici committere nùm poſſint crimen læſæ Maieſtatis in Regem vel Principem ſecularem,dec.43.n.1. in fin.57.& in obſer.n.3.58. & dec.401.n.3. 542

Et quid dicendum ſi clericus teneat feudum à Rege, an poſſit pro crimine læſæ Maieſtatis coram Iudice laico conueniri,d.n.3.circa med.& in obſer.n.2.533

Clerici, aliæquè perſonæ Eccleſiaſticæ an comprehendantur ſub banno Principis prohibente rerum extractionem extra Regnum.dec.222.n.3. 317

Et quid dicendum quoad pœnas in banno contentas

tas. d. num.3. in fine.

Clerici exercere num valeant tutellam teſtamentariā, vel legitimam, in obſer. ad dec. 335.n.3.in med. 452

Clerici frumentum vendentes, num in conſcientia teneantur ſeruare taxam prætij frumenti factam à Principe ſeculari, prout laici, ita vt, ſi taxam excedant, teneantur exceſſum reſtituere, in obſer. ad d. deciſ. 222.n.1. 317

Clerici præſentantes litteras Cambij, illiſque à Mercatore acceptatis, num deinde poſſint habere recurſum contra dictas litteras ſcribentem, etiam omiſſa proteſtatione infra quatuor dies, elapſo termino ſolutionis, in obſer. ad deciſ. 232.n.2. 333

Clerici ſoluere an teneantur ius Dohanæ, aliaſquè gabellas pro fructibus, qui in bonis ſuorum beneficiorum, & patrimonialibus naſcuntur, deciſ. 18.n.1. 22.& in obſer.n.1. 23

Et quid dicendum in Emptoribus laicis prædictorum fructuum, d.dec.18.n.2. & 3. & in d.obſer. n.1. circa fin. 23

Clerici ſub ſtatuto laicorum, num comprehendantur, ſi de communi clericorum, & laicorum vtilitate tractetur, dec.222.n.2.circa med. 317

Clerico ſi feudum concedatur pro ſe, ſuiſquè hæredibus, & ſucceſſoribus, an intelligatur facta conceſſio pro collateralibus, dum filios habere non poteſt, deciſ.536.n.2.in fin. 715

Clericus actor num reconueniri poſſit coram Iudice laico poſt concluſum in cauſa, in obſer. ad dec.413. num.3. 552

Clericus agere volens pro feudi recuperatione, coram domino feudi comparere debet, deciſ.232. num.2. circa fin. 332

Clericus Beneficiatus iure communi, & Regni, num ſit feudorum ſucceſſionis incapax, in obſer.ad dec. 103.n.2.in med.155.& dec.563.n.2.circa fin. 755

Et quid dicendum, ſi beneficio, & clericatui renunciet, vel ſi dimiſerit habitum, in d.obſer.n.2.in med.

Et an ſtatim, ac feudum acquiſiuerit, cenſeatur clericatui, & beneficio renunciaſſe, d.dec.563. num.2. circa finem.

Clericus in ſacris, num ſuccedere prohibeatur in feudo; & quid dicendum ſi ſit Clericus in minoribus. dec.94.n.2. 139

Et an clericus in minoribus, eo ipſo quod declarat ſe velle in feudo ſuccedere, cenſeatur clericatui renunciaſſe, d.n.2.

Clericatus ordinatus, Vide in verb. *Ordinatus*.

Clericus pro feudo num poſſit ciuiliter, vel criminaliter conueniri coram Iudice laico, dec.401.n.3.circa med. 533

Clericus, qui coram Iudice ſeculari vti teſtis depoſuit, num poſſit torqueri ad facilius veritatem eruendam, In obſer.ad dec.234.n.3. 337

Clericus ratione feudi num ſit ſubditus Principi laico, dec.231.n.2.in fin.332.& dec.426.n.2. 576

Clericus ſi in Criminalibus depoſuerit abſque ſuperioris licentia, nulla erit eius depoſitio, d.deciſ.234. num.2.circa medium. 336

Et an clericus contra laicum deponere poſſit, ſi pœna ſanguinis veniat infligenda, d.n.2.circa medium.

Clericus, vel Monachus feudum poſſidens, num reſpectu feudi dicatur de Iuriſdictione Iudicis laici. deciſ. 426.n.2.in medio. 570

Clericus, vel Monachus feudum poſſidens ſi contra dominum aliquam proditionem faciat, licet poſſit feudo priuari, num poſſit aliqua pœna corporali puniri.d.n.2.in med. 570

### *Collatio beneficij.*

Collatio beneficij. Vide in verb. *Beneficij collatio*.

### *Collatio inter Hæredes.*

Collatio inter hæredes ex teſtamento, & ab inteſtato, an ceſſet, ſi teſtator expreſsè collationem prohibuerit. dec.100.num.3.149.& in obſer.n.2.in med. 150

Et an ſufficiat prohibitio expreſſa verbis generalibus, vel requiratur expreſſa verbis ſpecialibus, d.n.3.

Et an ſufficiat prohibitio tacita, quæ ex probabilibus coniecturis deſumitur, & quænam ſit probabilis coniectura. In d.obſer.n.2.circa fin.150.& deciſ. 534.n.2.& in obſer.n.1. 712

Collatio num prorſus ceſſat ſi Pater filios ſuos inæqualiter hæredes inſtituat, & plus vni, quàm alteri de bonis ſuis aſſignet. d.deciſ.534.n.2.in fin.712.& in obſer.n.1.in med.713.

Collatio pretij feudi noui à Patre ſcilicet empti debita inter fratres ſecundogenitos à fratre primogenito, an ſit denegenda, ſi pater feudatarius illos inæqualiter, hæredes inſtituat, In d.obſer.n.1.in fin.713.

### *Collecta.*

Collecta, ſiue gabella, num ſolui debeat de feudo quaternato & de fructibus eius, In obſer.ad deciſ.469. num.1.in medio. 625

Et quid dicendum de feudo non quaternato, vel plano, & de tabula, in d.obſer.n.1.in med.

Collectarum onus quando dicatur ordinarium, certamquè, perpetuam, & inuariabilem habeat cauſam, & quando dicatur extraordinarium, deciſ.227. n.2. & 3.& in obſer.n.1. 324

Collectarum onus in Regno an dicatur patrimoniale, & ordinarium, vel perſonale, aut reale, vel mixtum, In d.obſer.n.2. 325

Collectarum onus ab vniuerſitate impoſitarum per æs, & libram pro ſoluendo ære alieno, num dici debeat perſonale, In d.obſer.n.2.in medio.

Collectas in quo loco ſoluere, quis debeat, ſi in vno natus eſt, & in alio domicilium habet, In obſer.ad dec.387.n.2.in fine. 518

Collectæ an ſolui debeant de bonis donatis à laicis clerico, ſi poſt donationem factam ipſimet laici reperiantur in illorum poſſeſſione, & quid in hoc ſeruet Regia Camera circa prouiſiones expediendas, In obſer.ad dec.227.n.3. 325

Collectæ vide in verb. *Ciues*, & in verbo *Bonatenentes*.

Colluſores, vide in verbo *Ludentes*.

### *Colonus partiarius.*

Colonus partiarius alicuius Clerici, vel Eccleſiæ ſi ſit laicus, gabellam pro ſua portione fructuum ſoluere an teneatur deciſ. 192.num.2. in fin. & in obſer. num.2. 278

### *Commentarienſis.*

Commentarienſis an teneatur de dolo ſui ſubſtituti, adeò vt neque eum exhibendo liberetur, In obſer.ad dec.325.n.1.in fin. 439

Et an teneatur eadem pœna, quæ tenetur ſubſtitutus, vel mitiori, d.n.1.in fin.

### *Commiſſarius.*

Commiſſarius in partibus an, & quando poſſit deſtinari ad teſtes examinandos legitimè impeditos, puta ſenes, valetudinarios &c. & tam in cauſis feudalibus, criminalibus, vel ciuilibus magni momenti, dec.541.n.1.& 2. 721

Et quid dicendum in cauſis Neapolitanorum, vel habitantium in hac ciuitate Neapolis. In obſer. ad d.deciſ.541.n.2. 722



Digitized by Google

*Comparens per Procuratorem.*

Comparens per Procuratorem non inſtructum,vel ſpeciale non habentem mandatum, comparere non dicitur,dec.224.n.2.circa fin. 320

*Compater.*

Compater ad teſtificandum pro ſuo cōmpatre, & ſic pro filio ſuo ſpirituali,an repellatur, deciſ.154. n.1. circa finem. 226

*Compenſatio.*

Compenſatio debiti cum credito, nùm potius ſit admittenda cum vſuris ipſius crediti, quàm cum ſorte principali, ſi vſuræ iam ſint decurſæ vſque ad concurrentem debiti quantitatem.dec.443.n.1. 593

Compenſatio debiti ad curſum impediendum vſurarum, nùm fiat ipſo iure,ſi modò debitum ſit vſque ad concurrentem crediti quantitatem. d.num.1.in medio.

Compenſatio debiti, & crediti ſi procedant ex diuerſis ſtationibus, an admittatur ſi quis ſit debitor,& creditor fiſci,d.n.1.circa finem.& in obſer.n.1.593. & in obſer.n.2. 594

Et quid dicendum ad impediendum curſum vſurarum,in d.obſer.n.2.& in obſer.ad dec.494.n.2.654.

Compenſatio debiti,& crediti ex diuerſis ſtationibus procedentium ſolum aduerſus fiſcum non admittitur,d.deciſ.494.n.1. 653

Compenſatio ſemper admittenda, ipſoque iure fit,ſi ab homine apponatur, quoties debitum, & creditum ſunt liquida, d. n.1. & in obſer. ad deciſ.443. num.4. 594

Compenſatio in præiudicium tertij creditoris anterioris, nùm ſit admittenda,in d.obſer.n.4.& 5. 594

Compenſatio nùm ſit ſolutio, & ſoluere dicatur, qui compenſat d.n.2.in med. 593

Compenſationis exceptio nùm poſſit opponi aduerſus depoſitum tàm regulare,vt quando pecunia eſt depoſita,vt ſpecies, & in ſacculo ſignata, quàm irregulare, ſcilicet quando pecunia eſſet depoſita ad numerum,deciſ.494.num.1.circa fin.653. & in obſer.n.1. 654

Et quid dicendum in depoſito confeſſionato, vel ficto, vel etiam illiquido,nùm compenſatio admittatur,in d.obſer.n.1.in fin.

*Compromiſſum.*

Compromiſſum num peti poſſit faciendum inter Titium,& Caium conſanguineos,ſtante ſtatuto,quod cauſæ inter conſanguineos compromittantur,ſi Titius ſit laudatus in Authorem à Caio ſuper fundo ab ipſo empto,dec.406.n.2.in med.540.& in obſer. num.3. 541

*Computum.*

Computo facto inter duos de rebus geſtis per eos in menſa, & vnus alterius in certa ſumma ſe debitorem conſtituat, nùm ſtandum ſit illi ſaldo, omniaque alia menſam concernentia cenſeantur remiſſa; deciſ.135.n.2.circa fin. 199

*Conatus.*

Conatus nùm puniri debeat etiam in atrociſſimis, ſi quis ad actum facti, & proximum delicto non deuenit,ſed ſolùm ad actum verbi,deciſ.56.n.6. circa med.79. & in obſer.n.5. 80

*Conceſſio.*

Conceſſa re duobus per Principem mediante contractu,vter ſit præferendus,dec.201.num.2. 287

Et quid dicendum ſi res ſit conceſſa mediante Priuilegio,d.n.2.& in obſer. n.1.

Conceſſa reſcindere,minuere, vel alterare ſumma eſt iniquitas,deciſ.185.n.3.in fin. 268

Conceſſio alicuius rei facta cum clauſula (*prout, & quemadmodum Predeceſſores tui, ſiue alias tenuerunt, & poſſiderunt*) ſi hoc relatum alio modo reperiatur, nùm corruat conceſſio, vel vt noua diſpoſitio ſubſiſtat,deciſ.11.in princ.14.& n.4.& 5. 15

Conceſſio facta alicui pro ſe,nùm cenſeatur facta pro ſe,& hæredibus,licet non dicatur) *pro heredibus*)deciſ.337.n.2.circa fin. 454

Conceſſio de re aliqua facta duobus, & cuilibet ipſorum, vita tamen eorum durante, vno deinde moriente,nùm tota re conceſſa ſuperſtes donec vixerit frui debeat,in obſer.ad deciſ.479.n.1. 637

Conceſſio facta ad beneplacitum num ſit perpetua, & duret quouſque reuocetur, in obſer. ad deciſ.511. n.1. in fin. 677

Conceſſio facta ſuper bonis mobilibus, & immobilibus,nùm compræhendat nomina debitorum, deciſ. 249.n.1.& in obſer.n.1. 356

Conceſſio iuramento firmata nunquam reuocata cenſetur,niſi de iuramento expreſſa mentio fiat, deciſ. 184.n.4.266.& in obſer.n.3. 267

*Concluſio.*

Concluſio facta à nobilibus non vocatis popularibus, an ſit nulla, deciſ.128.n.2. 189

Concluſio facta per Vniuerſitatem,collegium,& contra tamen ius commune,nùm poſſit tolli per maiorem partem,contradicente minore,d.n.2.in fin.

Concluſum eſſe in cauſa, & latam eſſe ſententiam, paria ſunt,deciſ.389.n.2.circa fin. 519

*Conditio.*

Conditio,*ſi ſine hærede, &c.* impoſita illi,qui filios habere non poteſt legitimos,vel quia Religioſus, vel quia in ſacris eſt conſtitutus, nùm intelligenda ſit de hærede extraneo,& non ſuo,in obſer.ad dec.510. num.1. 676

Conditio ſi adimpleta non ſit per illum, ad quem adimplementum ſpectat,nùm adimpleta cenſeatur ad ſui damnum,deciſ.498.n.2.in med. 659

*Conductor.*

Conductor bonorum feudalium de fructibus, ſiue introitibus, quos percipit ex illis, an teneatur ſoluere gabellam,& Datia.dec.353.num.1.& 2.499. & in obſer.n.1. 500

Conductor nùm dicatur poſſidere, vel tantùm detinere,d.n.2.in med. 499

Conductor domus an, & quando ob incendium in ea exortum ad damni emendationem ſit obligatus, in obſer.ad dec.26.n.1.in med. 34

Conductor prædiorum fiſcalium, completo conductionis tempore an admittatur ad conductionẽ reiterandã,niſi priùs præcedentis cõputa reddiderit,& inſimul reliqua ſoluerit,in obſ.ad dec.539.n.1. 718

Et quid dicendum in affictu gabellarum, & introituum Vniuerſitatum, d.n.1.

Conductor prædiorum fiſcalium ſi pro affictu præcedenti debitor non remanſit, non modò admittitur ad offerendum, ſed cuilibet offerenti præfertur, in d.obſer. num.2.



Digitized by Google

Conductor rerum priuatarum antiquus, nùm præferatur nouo in affictu, vel ſit in libera voluntate Domini, cui voluerit rem ſuam locare, in d.obſer. num.3.
Et an id procedat tàm in prædiis ruſticis, quàm Vrbanis in Ciuitate Neap. d.num.3.
Et quid dicendum in conductore prædiorum Eccleſiæ, nùm antiquus præferatur nouo, in d.obſer. num.4. 719
Conductori an, & quando fieri debeat remiſſio mercedis ob ſterilitatem fructuum, deciſ.509. n.1. & 2. 673.& in obſer.n.1. 674
Et ad quam ſummam debeat aſcendere conductoris damnum, vel fructuum ſterilitas, vt ei remiſsio fieri debeat, d. n.2.
Et nùm fieri illi debeat excomputum per viam ſuſpenſionis, ſaltem de æquitate, in d.obſer.n.2. 674

*Confeſſio, & Confeſſus.*

Confeſſio Creditoris, vt illi præiudicium inducat, num requiratur, vt non modo fiat Parte præſente, ſed etiam ipſamet Parte acceptante, in obſer. ad deciſ.57.n.2.in med. 82
Confeſſio dotis receptæ, vid. in verb. *Dotis receptæ.*
Confeſſio emanata in Iudicio, notorium facit, dec.512. num.1.circa med. 678
Confeſſio emanata in Iudicio nùm habeat vim ſententiæ in ciuilibus ita vt confitens aliud non expectet, niſi præceptum de ſoluendo, in obſer.ad deciſ.523. num.2. 695
Et nùm tantæ ſit potentiæ vt licèt fiat in proceſſu inualido, poſſit adhuc ex tali proceſſu inepto ferri ſententia, in d.obſer.n.2. 695
Confeſſio emanata in Iudicio in cauſis criminalibus per delinquentem per quam fatetur delictum commiſiſſe, num ſatis ſit ad confitentem pœna ordinaria puniendum, in d.obſer.n.3.
Confeſſio etiam iurata, & in iudicio facta, ac à parte acceptata num poſſit per confitentem reuocari, ſi conſtet de errore probabili ipſius confitentis, deciſ.90.n.2.in fin. 135.& in obſer.n.1. 136
Et quid dicendum ſi fuerit à Parte acceptata ante reuocationem, & confitens in promptu vellet docere de confeſſionis errore, in d.obſer.n.1.
Confeſſio erronea facta per defunctum, an poſſit per eius hæredes reuocari, in d.obſer.n.1. in fin.
Confeſſio ex errore probabili in iudicio facta, nùm vſque ad ſententiam reuocari poſſit, poſtea verò non, deciſ.523.n.2.circa fin. 694
Confeſſio erroris prætextu reuocari an poſſit ſi error cadat in latam culpam, d.n.2.in fin. 694
Confeſſio extorta à Reo ſubiecto tormento abſque ſufficientibus indiciis, an nullius ſit momenti, licèt fuerit à Reo millies ratificata, in obſer.ad deciſ.43. num.2. 58
Confeſſio facta in Iudicio, vid. in verb. *Confeſſio emanata.*
Confeſſio pecuniæ receptæ poſt lapſum tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, nùm probet veram vel fictam numerationem, deciſ.120. n.2.circa med. 177
Confeſſio prætextu erroris reuocari an poſſit, ſi confeſſio facta appareat ex inſtrumento in iudicio producto, deciſ.90.n.3. 135
Confeſſio prætextu erroris, nùm amplius reuocari, poſſit, compilato iam proceſſu, & cauſa relata, d.n.3.
Confeſſio ſi ſit facta in Iudicio, & ab aduerſario acceptata, nùm amplius reuocari poſſit, d.dec.90.n.2.
Confeſſio ſi ſit facta in mandato, & ab aduerſario acceptata, ſi ſit erronea, nunquid cenſeatur reuocata non priùs docto de errore, ſi mandatum procurationis fuerit à principale reuocatum, in obſer. ad d.deciſ.90.n.1. circa finem. 136
Confeſſio ſocij criminis læſæ Maieſtatis, ſiue eiuſque dictum, nùm indicium faciat ad torturam contra alium eiuſdem criminis ſocium, deciſ.42.n.1. & in obſer.n.1. 56
Confeſſio ſocij criminis læſæ Maieſtatis in tortura emanata, & in facie conſocij ratificata, nùm faciat indicium ad torturam, vel conſocius inquiſitus ſit liberandus, ſi confitens ad mortem damnatus in ſumptione ſanctiſsimi Sacramenti ſe reuocauerit, falſamquè illam depoſitionem eſſe declarauerit, deciſ.44.n.1. & 2.58. & in obſer.n.1. 59
Confeſsio vulnerati, ſiue offenſi quod ſcilicet Petrus illum vulnerauerit, ſiue offenderit, nùm faciat indicium ad torturam contra ipſum Petrum, deciſ.276. n.1.& in obſer.n.1. 383
Et quid dicendum concurrente contumacia ipſius Petri.d.n.1.& 2.& in obſer.n.2.
Confeſſus, vide in verb. *Confitens.*
Confeſſus in iudicio, ſi nouum terminum petat ad probandum ſuæ confeſsionis errorem, nùm ſit illi concedendus, deciſ.90.n.1.& 2. 135
Confeſſus in tormentis, ſi antequam damnetur, vel in ipſa damnatione dicat, quod ſit mentitus circa ea, quæ contra alios depoſuit, licet ſibi non proſit hæc retractatio, nùm valebit reſpectu aliorum, ita vt huic poſtremo dicto ſit ſtandum, deciſ.44.n.1. 59

*Confirmatio.*

Confirmatio an dicatur in forma communi, vel ex certa ſcientia, ſi in ſcriptura confirmante inſeratur tenor ſcripturæ confirmatæ, deciſ.337.n.3. in med. & in obſer.n.2. 454

*Confiſcatio bonorum.*

Confiſcationis bonorum pœnæ de iure communi, an ſint penitus ſublatæ, præterquam in crimine læſæ Maieſtatis, & hæreſis, in obſer.ad deciſ.143.num.2. verſ. *ſed deueniendo.* 209

*Confitens.*

Confitens ſe decem recepiſſe à Titio, quæ illi debet ſi ſit Creditor maioris ſummæ, nùm poſsit illam petere, vel ſibi præiudicauit, deciſ.135. n.2. 199. & in obſer.n.1. 200
Et quid dicendum ſi confiteatur ſe recepiſſe decem, quæ ſibi debentur ex reſta, vel ex reſiduo.d.num.2. & in d.obſer.n.1.in fin.

*Conſanguinei, & Conſanguinitas.*

Conſanguinei nùm conſentire cogantur mulierum contractibus, ſi iuſta eſſet cauſa contradicendi, ſtante ſtatuto, quod Mulieres contrahere non poſsint ſine conſenſu conſanguineorum, deciſ.99.n.3. 148
Et cui incumbat onus probandi cauſam eſſe iuſtam, vel iniuſtam, d.n.3.
Conſanguinei affines, & compatres inquiſiti, ad eius defenſionem, eiuſque innocentiam probandam, nùm ſint legitimi, & integri teſtes, deciſ.154.n.1. circa fin.& in obſer.n.1. 216
Et quid dicendum ſi contra inquiſitum ſint examinati aliqui teſtes, ad quos reprobandos, vellet inquiſitus producere hos Conſanguineos, vel affines, &c. in d.obſer.n.1.in medio.
Conſanguinei, affines, &c. an dicatur teſtes integræ fidei,

Digitized by Google

ſidei, omniquè exceptione maiores, in d. obſer. n. 1. in fin. 226

Conſanguinei familiares, & Domeſtici, an ſint legitimi teſtes ad aliquid probandum, ſi veritas aliunde haberi non poſſit, & agatur de his, quæ domi facta ſunt, deciſ. 321. num. 2. 434. & in obſer. num. 1. 435

Conſanguinitas ad finem, vt quis Conſanguineo decedenti ab inteſtato ſuccedere poſſit, nùm probetur per Epiſtolas miſſiuas, in quibus defunctus vocabat illum fratrem, vel ſororem, deciſ. 34. n. 2. 44. & in obſer. n. 2. 45

## *Conſenſus.*

Conſenſus alicuius de cuius præiudicio non agitur, an, & quando interuenire poſſit ex poſt facto, in obſer. ad dec. 127. n. 1. 188

Conſenſus Conſanguineorum, ex ſtatuto requiſitus in aditione hæreditatis faciendæ per Mulierem, ſi ex poſtfacto interueniet, an conualidet aditionem prædictam, in d. obſer. n. 1. 188

Conſenſus Patris in contractu filij requiſitus ex diſpoſitione Pragmaticæ Sanctionis, an contemporaneè interuenire debeat in ipſo actu, vel ſufficiat interuenire ex interuallo, in d. obſer. num. 1. in fin. 188

Et quid dicendum in conſenſu requiſito de iure communi, provt in mutuo accepto per filium, in d. obſer. n. 1. in fin.

Conſenſus ſi requiratur per modum ſolemnitatis, & formæ in aliquo actu, nùm ex interuallo accedere poſſit, in d. obſer. n. 1. 188

Conſenſus, vel Conſilium ſiue interuentus alicuius, requiſitus in actu ex legis, vel hominis diſpoſitione, an debeat interuenire in ipſo actu, vel ante, non autem ex poſt facto, aliàs actus eſſet nullus, d. deciſ. 127. numer. 2. circa fin. 186. & in d. obſer. numer. 1. 187

Cõſentire an cenſeatur tacens in actu, quem ſcit, & cui contradicere poteſt, ac contradicendo impedire, & non contradicit, deciſ. 39. num. 2. verſ. *Nec fuit*, & in obſer. n. 1. 51

## *Conſuetudo.*

Conſuetudinem ad inducendam nùm requiratur tacitus conſenſus Regis, deciſ. 24. n. 2. 32

Conſuetudinem ad inducendam, an ſatis ſit, bis fuiſſe iudicatum, d. n. 2. & in obſer. n. 5. 32

Conſuetudo Neapolitana quæ incipit. *Si quis, vel ſi qua*, omnéſque aliæ conſuetudines de ſucceſſione ab inteſtato loquentes, ac etiam de ſucceſſione ex teſtamento, nùm ceſſent prorſus, & ſeruandum ſit ius commune, patre, vel matre exiſtentibus in medio, deciſ. 331. n. 1. & 2. 445. & in obſer. num. 1. 446

Et an ita pariter ceſſare debeant Auo, vel Auia exiſtentibus in medio, ex eo, quia pater, & mater ſint præmortui, d. num. 1. 445. & num. 3. & in obſer. n. 2. 446

Conſuetudo quid ſit, & an omnibus publicè competat, vel vni priuato tantùm, deciſ. 68. n. 3. 97

## *Contrabanna.*

Contrabanna, ſeu vulgò dicta intercepta, quæ fiunt contra fraudantes Gabellam, an ſpectent ad Regem, vel ad conceſſionarium Regis, deciſ. 28. n. 1. & 2. 36

Et an ſpectent ad Exactorem Gabellæ, ſiue Dominus ſit, ſiue conductor, in obſer. ad d. deciſ. 28. num. 1. 36

## *Contractus.*

Contractum an, & quando inducat promiſſio ſola faciendi illum, deciſ. 214. n. 1. in fin. 305

Contractus in dubio, nùm potius præſumendus ſit ſit cenſualis, quàm Emphyteoticus, deciſ. 35. n. 1. 45. & n. 2. & in obſer. n. 1. 46

Contractus metu initus, nùm regulariter ſit ipſo iure nullus, vel mero iure valeat, & probato metu debeat reſcindi, deciſ. 21. num. 1. verſ. *quoad primum*. 27. & in obſer. n. 1. 28

Et quid dicendum in contractibus ſpiritualibus, metu geſtis, an ſint ipſo iure nulli, in d. obſer. n. 2.

Et in quibus caſibus talis contractus metu initus ſit nullus ipſo iure, in d. obſer. n. 2.

Et an poſſit talis contractus ratificari, & ratificatus cenſeatur ex actu voluntariè deinde geſto, d. n. 1. verſ. *quoad primum*.

Contractus metu initus an annullari, & reſcindi debeat, ſi metus fuerit iuſtè illatus, deciſ. 561. n. 2. in med. 752. & in obſer. n. 2. in med. 753

Contractus omnis per Mulierem, maximè coniugatam initus, per quem conditio dotis fit deterior, nùm ſit ipſo iure nullus, poſt promulgationem Pragmaticæ Sanctionis, licèt iuramento ſit firmatus, in obſer. ad deciſ. 148. n. 5. circa med. 218

Contractus per vim, & metum, vt dicatur initus, nùm requiratur violentia in perſonam contrahentis, vel ſufficiat ſola præſentia metum inducentis, deciſ. 146. n. 2. 213. & in obſer. n. 1. 214

Et nùm ſufficiat violentiam probari per duos teſtes, licèt pars aduerſa probet contrarium per mille, d. n. 2. 213. & deciſ. 321. n. 2. in fine. 433

Contractus, quibus ex cauſis probatur ſimulatus, deciſ. 529. n. 2. & in obſer. n. 1. 705

Contractus ſi de ſui natura poteſt fieri in ſcriptis, & ſine ſcriptura nùm cenſeantur Partes voluiſſe celebrare contractum in ſcriptis, ſi expreſſè non dixerint ſe nolle ſine ſcriptura contrahere, deciſ. 547. n. 1. circa fin. 729

Contractus, ſi dictum ſit, vt de illo fiat inſtrumentum, an dicatur perfectus, ita vt ab illo neutra pars recedere poſſit, antequam prædictum inſtrumentum conficiatur, d. n. 1. in princip.

Cõtractus ſi inter duos fit, eo tamẽ expreſſo, vt de illo publicum ſtipuletur inſtrumẽtum, an antequam ſtipuletur inſtrumentum, quælibet pars poſſit ſe pœnitere, & à cõtentis recedere, deciſ. 5. n. 3. & in obſer. n. 1. 8

Contractus ſi reſoluatur potius dicitur diſtractus reſolutio illa, quàm nouus contractus, deciſ. 515. num. 2. in fin. 682

Contractus ſi ſolo conſenſu proficiatur, ſcripturam non requirit, deciſ. 547. n. 1. circa fin. 729

Contractus Vniuerſitatis initus ſolùm per Syndicum, electos, & quadraginta ciues, nùm validus ſit, dec. 177. num. 1. & 2. 256

Et an requiratur, quod ſaltem duæ ex tribus Partibus Vniuerſitatis interueniant, d. n. 1.

Et an hodie requiratur, vt contractus fiat, conuocatis omnibus ciuibus ad ſonum Campanæ, vel vt aliter moris eſt, & pro maiori parte concludatur, in obſer. ad deciſ. 177. n. 1.

Contractuum vicinitas an, & quando faciat præſumere ſimulationem, in obſer. ad deciſ. 133. num. 1. in med. 197

## *Contrahens*

Contrahens in dubio intentionem habere cenſetur

contrahendi ſecundùm iuris communis diſpoſitionem, deciſ.186.n.2.circa fin. 269

*Contumacia.*

Contumacia ſola inquiſiti an ſit ſufficiens indicium ad torturam illi inferendam, deciſ.276.n.3.in fin.& in obſer.n.2. 383

Et quid dicendum, ſi cum contumacia accederet bannum,& foriudicatio, in d. obſer.num.2.& vid. in verb.*Bannum.*

Contumacia ſola an dicatur delictum, deciſ.549. n.2. in fin. 731

*Conuentio.*

Conuentio ſi fiat de aliqua re vendenda, pro certo, & determinato pretio, & ſit dictum, quod de illa ſtipuletur inſtrumentum, an dicatur perfecta ante ſtipulationem, vt neutra Pars ab illa recedere poſſit, deciſ.5.n.3.& in obſer.n.1. 8

*Correus.*

Correus debendi ſi diu ſteterit in obligatione, an, & quando petere poſſit à correo, vt ab obligatione eximatur ad inſtar fideiuſſoris, in obſer. ad deciſ. 499.n.3. 661

*Creditor.*

Creditor an cenſeatur ius pignoris remittere, ex ſola ſcientia, quod Debitor pignus alienat, deciſ.402. num.2. 534

Et quid dicendum fauore fiſci.d.n.2.

Creditor annui reditus ſuper feudo,vide in verb. *Emptor alicuius annui reditus.*

Creditor annuorum introituum,an poſſit agere contra ſuum debitorem, vt ſibi ſoluat de præſenti, quod debet de præterito, & quod correſpondeat in futurum, in obſer.ad deciſ.677. numer.1. circa fin. 771

Et an facta hoc caſu condemnatione, amplius neceſſe non ſit, quod ſingulis annis porrigatur libellus, ſed ſatis ſit, quod iudicis officium imploretur, in d.obſer.n.1.in fin.

Creditor ad cuius inſtantiam res debitoris ſubhaſta venduntur, an teneatur emptori, à quo creditum conſequitur euictionem permittere, vel ſolùm illa quatuor de quibus per Gloſ. *in l.1. C. Cred. euict. pignor. non debere*, deciſ.442. n.1.592.& deciſ.121. n.1.178.& in obſer. n.1.179.& vide in verbo *Creditor pignus.*

Creditor anterior, cui res ſibi à debitore in ſolutum data eſt, nùm vigore quaſi hypothecæ poſſit illam retinere, quouſque ſecundus Creditor offerat ei creditum, deciſ.10. num.2. & in obſer. num.1.circa med. 26

Creditor anterior ex cauſa oneroſa an poſſit auocare pecuniam ſolutam creditori poſteriori ex cauſa lucratiua, & ab illo conſumptam, etiam bona fide, deciſ.149.n.1.& 2.& in obſer.n.1.219.& in obſer. ad deciſ.380.n.1. 510

Et quid dicendum ſi creditor poſterior eſſet ex cauſa oneroſa, & creditor anterior ageret contra illum actione hypothecaria, d. deciſ.149.n.2.

Et quid dicendum ſi Creditor anterior eſſet fiſcus, deciſ.380.n.1.2.& 3.509.& vid.in verb.*Fiſcus.*

Et quid dicendum ſi Creditor anterior eſſet fabrica Diui Petri, in obſer. ad deciſ.380. num.2. in fin. 510

Et an poſterior Creditor teneatur hoc caſu pecuniam reſtituere, vna cum intereſſe Creditori anteriori, in obſer.ad d.deciſ.380.n.3. 510

Creditor anterior ſuper re vendita, vel eius pretio, an præferatur ipſi venditori, ſi fidem habuit de pretio,ſequuta emptoris decoctione, deciſ.8.num.2. & in obſer.n.1. 12

Et quid dicendum ſi in inſtrumento venditionis adiectum ſit pactum impeditiuum tranſlationis dominij,d.n.2.

Et quid dicendum in venditione mercium facta in nundinis, in d.obſer.n.3.

Creditor cedens, vide in verb. *Cedens.*

Creditor, cui fuit liberata pecunia cum cautione de conuertendo illam in emptionem tot annuorum introituum, ſi conuentus ab anteriore compellatur pecuniam illam reſtituere, nùm teneatur pecuniam ſic acceptam, vna cum intereſſe reſtituere,in obſer. ad deciſ.82.num.3. 121

Creditor, cui in concurſu aliorum creditorum liberatur pecunia redacta ex venditione bonorum debitoris cum ſolita cautione de reſtituendo, cui, & quibus, & ad omnem ordinem, &c. an poſſit petere condemnari debitorem ad fideiuſſionem præſtandam, de ſeruando illum indemnem, & ad beneficium emptoris bonorum prædictorum,d. deciſ.82. n.1.& 2. 120

Et an cautio hæc debitoris debeat eſſe cum fideiuſſoribus, vel ſufficiat ipſius debitoris obligatio, d. deciſ.82.n.3.& 4.& in obſer.n.4. 121

Et an cogi poſſit debitor ad hanc fideiuſſionem præſtandam, ſi vult pati, vt pecunia ſic liberata cõuerteretur in emptionem annuorum introituum, in d.obſer.n.2.

Creditor, cui pecunia ſic fuit liberata, vt emptionem annuorum introituum conuerteretur, ſi fuerit conuerſa, & periret, quia debitor annuorum deficeret, ſuperueniente creditore anteriore, ad quid teneretur, d.obſer.n.2. 121

Creditor cui hypothecaria agenti ſuper re ſibi obligata, & ab alio tertio poſſeſſa ſit à dicto tertio poſſeſſore creditum ſolutum, præuia tamen ceſſione iurium ad beneficium ſoluentis contra principalem debitorem abſque tamen euictionis promiſſione, ſi demum alij ſuperueniret Creditores anteriores, qui rem illam euincerent, an teneatur huic tertio Creditum ſibi ſolitum reſtituere, deciſ.430.num.1. & 2. 577.& in obſer.n.1. 578

Et an tertio prædicto ſit imputandum,ſi ſciebat debitorem ceſſum non eſſe ſoluendo, d.deciſ.430.n.2. in med.

Creditor cum conſtituto, & præcario, an poſſit contra tertium poſſeſſorem agere etiam hypothecaria actione, non diſcuſſo prius hærede principalis debitoris, ſi debitor ipſe reperiatur mortuus, in obſer. ad dec.567.n.2. 760

Creditor cui pretium venit liberandum ex venditione rei debitoris ſubhaſta, ad cuius fauorem, iura ſua cedere teneatur, an ad fauorem debitoris, vel potius noui emptoris,deciſ.121.n.1. 178

Et an iſte creditor teneatur de euictione, d. n.1. in med.& in obſer.n.1. 179

Creditor feudatarij ſi poſtquam illum condemnare fecerit in actione perſonali, & ſuper bonis allodialibus non poteſt ei eſſe conſultum, nec velit nouum inſtituere iudicium, quo cogatur debitor vendere feudum, an inſtare poſſit, quod ſententia exequatur ſuper fructibus feudi, qui vel à ſolo ſeparati,vel ſeparandi ſunt, in obſer. ad deciſ.503. numer.3. 667

Et an in hac exequutione deducenda ſit pars, quæ feudata-

Digitized by Google

feudatario eſt neceſſaria pro ſeruitio Domino præſtando, vel pro eius alimentis,& vitæ ſubſtentatione, in d.obſer.n.3.

Creditor hypothecarius in maiori ſumma, an poſſit cogere creditorem ſimiliter hypothecarium minoris ſummæ, ad accipiendum in ſolutum bona debitoris, iuſto tamen pretio, ſi iuſtus emptor non inueniatur, in obſer.ad deciſ.128.n.4. 190

Creditor illius, qui Gabellam fraudauit ſi ſuper intercepto concurrat cum Domino, vel conductore Gabellæ, an ipſis ſit præferendus, in obſer.ad dec. 28.n.3. 36

Creditor in diem certam, an poſſit ante diem debitorem ſuum in ius vocare, vt adueniente die illi ſoluat, quod debet, in obſer. ad deciſ.577.n.1. in med. 771

Creditor mariti an cogatur pecuniam dotalem recipere ſtante pacto in capitulis matrimonialibus adiecto de illa conuertenda in emptionem annuorum introituum, in obſer.ad deciſ.86. numer.5. in fin. 131

Creditor pignus vendens iure Creditoris, an,& quando teneatur de euictione, in obſer. ad deciſ.121. num.1.179.& deciſ.322.num.2.in med. & in obſer. num.2. 436

Et ad quæ teneatur Creditor in hoc caſu, d. deciſ. 121.n.1.178.& in obſer.n.3. 179

Creditor pignus vendens tam ipſe, quàm hæres eius an poſſit illud ab emptore euincere ex alia cauſa ſeparata à Credito, in d. obſer. ad deciſ.121. num.2. 179

Creditor poſterior ex cauſa lucratiua, ſi rem hypothecatam vendiderit, pretiumquè receperit,& ſi demum res illa non extaret, vel quia conſumpta, vel quia ab emptore vſucapta, an poſſit primus Creditor in ſubſidium agere ad pretium, quod ex illa habuit, deciſ.149.n.2.in fin. 219

Et quid dicendum ſi ſit Creditor ex cauſa oneroſa, d.n.2.in fin.

Creditor poſterior an habeat ius offerendi, ſi Creditor anterior emerit rem debitoris ſub haſta, in obſer.ad deciſ.20.n.3.circa fin. 26

Creditor poſterior an habeat ius offerendi contra primum Creditorem ſi hypotheca nullo pacto ſuperſit, in d.obſer.n.4.

Creditor poſterior in quibus caſibus ius offerendi non habeat,in d.obſer.n.2.

Creditor poſterior poſſidens rem ſibi hypothecatam donec,& quovſque creditum ſibi ſoluatur,an poſſit Creditori anteriori offerre creditum ſuum ad ſibi rem, quam poſſidet conſeruandam, deciſ.482.n.1. 640

Et an teneatur totam pecuniam debitam offerre, vel ſolùm rei obligatæ æſtimationem, d. numer.1. in fin.

Et quid dicendum in debitore domino rei pignoratæ, an teneatur totum Creditum Creditori poſſidenti offerre, vel ſufficiat æſtimationem,d.n.1.& in obſer.n.1. 640

Et quid dicendum in tertio poſſeſſore hypothecaria actione conuento, an teneatur integrum Creditum offerre, vel ſolùm rei æſtimationem, in d.obſer.n.2.

Creditor poſtquam in iudicio reali obtinuit ſuper aliquo corpore debitoris ſui, an poſſit ſententiæ exequutionem deſerere, & ſuper alio corpore eiuſdem debitoris recurrere, & conſequenter variare an poſſit donec, & quovſquè realis exequutio facta ſit, & rei dominium in illum tranſlatum, dec.173. n.1.& 2.& in obſer.n.1. 252

Creditor, qui confitetur quantitatem recepiſſe pro reſiduo ſui crediti, an tacitè confiteatur, ſe totum creditum recepiſſe, in obſer.ad deciſ.57.n.1. 81

Creditor, qui in inſtrumento ſui Crediti pactum apponi curauit de ingrediendo, & apprehendendo propria authoritate bona debitoris, in caſu quo debitor ceſſauerit adimplere, quæ promiſit, & cum clauſula conſtituti, & præcarij, an poſſit pactum hoc exercere contra tertium, ad quem bona fuerunt alienata, & tranſlata, illo non citato, maximè ſi conſtet notoriè, hunc tertium habere cauſam à debitore, deciſ.567. num.1. & 2. & in obſer. num.1. 759

Et an, & quando hoc ius exequutiuè tranſeat in ſingularem Creditoris ſucceſſorem, d.num.2. circa finem.

Creditor, qui præſens,& ſciens patitur rem ſibi obligatam alteri pignorare, an,& quando videatur ius ſuum remittere, in obſer. ad deciſ.39. num.1. circa finem. 51

Creditor, qui ſe ſubſcripſit inſtrumento venditionis rei ſibi obligatæ, an videatur pignus ſuum remiſiſſe, in obſer.ad deciſ.235.n.3. 339

Et quid dicendum ſi Creditor ſit deceptus, in d.obſer.n.3.

Creditor, qui ſuum creditum à fiſco conſequitur, ad quem ob lineam finitam, vel debitoris feudatarij culpam feudum reuertitur, an teneatur cedere fiſco iura ſua, in obſer.ad deciſ.506.n.3. 671

Creditor ſecundus vide in verb. *Creditor poſterior*.

Creditor ſi facto computo cum ſuo debitore eundem in ampla forma liberauerit, nùm poſſit debitorem illum ex alia cauſa moleſtare, deciſ.135.nu.1. & 2. 199

Creditor ſi iudicialiter egit pro ſorte, cum intereſſe, & Iudex protulit ſententiam tantum ſuper ſorte, an, & quando nulla ſuperſit actio pro conſequutione intereſſe, in obſer. ad deciſ.298.n.1. 408

Et quid dicendum ſi Creditor egit tantùm pro ſorte, in d.obſer.n.1.circa medium.

Et quid dicendum ſi intereſſe debeatur iudicis officio, vel iure actionis,in d. obſer. num.1. in medio. 408

Creditor ſi mandauerit per Epiſtolam debitori ſuo,ſibi ſolui certam præſtationem annuorum ducatorum centum, an inducta cenſeatur tacita confeſſio ſatisfactionis in præteritum, in d.obſer. ad deciſ.135. n.1.circa medium. 200

Creditor vendens rem debitoris iure crediti, ad quæ teneatur, deciſ.121.num.1.178. & in obſer.num.3. 179

Et an teneatur de euictione vide in verb. *Creditor pignus*.

Creditores anteriores nùm moleſtare poſſint emptorem, & poſſeſſorem bonorum debitoris, ſi facto depoſito pecunia fuerit à iudice liberata poſterioribus, neglectis ipſis anterioribus, in obſer.ad dec. 442.n.2. 592

Creditor, ſiue emptor tot annuorum introituum cum pacto de retrouendendo, ſi ex illis partem alteri vendiderit, cum eodem pacto, quæ pars ab alio fuit reempta vigore iuris luendi à debitore ſibi ceſſi, ac deinde debitor foro cedat, in graduatione Creditorum, quiſnam ſi præferendus, Creditor pro reſiduo, an verò Ceſſionarius pro parte reempta virtute ceſſionis dicti iuris luendi,deciſ.580. num.1. & 2.775.& in obſer.n.1. 776

Creditores banci decocti,vid.in verb. *Banco decocto*.

Creditores omnes in caſibus, in quibus maior pars minori præiudicat,an debeant in vnum congregari, & omnium vtilitas ruminari, ac abſentes citari,in obſer.ad deciſ.128.n.6. 190

Creditores

Digitized by Google

Creditores priuilegiati, qui cæteris non priuilegiatis in actionibus perſonalibus præferuntur, quinàm ſint, in obſer. ad deciſ.74.n.2. 109
Creditori mariti poſteriori, an competat ius offerendi aduerſus Mulierem pro ſuis dotibus, & antefato aſſecuratam in bonis mariti, deciſ.240.num.1.& 2. 345
Et quid dicendum ſi Mulier pro parua dote rem vellet retinere ſuper qua aſſecurationem obtinuit, quæ eſſet magni valoris, d.num.2. circa med. & in obſer.n.1. 346
Creditori poſteriori an competat ius offerendi, ſi Creditor anterior emerit rem debitoris ſub haſta, in obſer. ad deciſ.20.n.3.in fin. 26
Creditoribus in maiori ſumma an liceat partem debiti communi debitori remittere in præiudicium Creditorum in minori ſumma, vel numero, in obſer. ad deciſ.128.n.4. 190
Et quid dicendum, ſi debitore defuncto, eius hæres hæreditatem nollet adire, in d.obſer.n.4.
Et quid dicendum ſi debitor fugam arripuerit, vt nulla ſit ſpes illum conueniendi, in d.obſer.n.4.
Creditoribus inſtantibus, vt procedatur ad venditionem bonorum debitoris, quid ſeruetur in Sacro Conſilio, in obſer. ad deciſ.442.n.1. 592
Creditorum poſteriorum hypothecæ, an, & quando cenſeantur extinctæ, ſi res pluribus obligata vendita ſit ſub haſta, in obſer. ad deciſ.20. num.2. & 3. 26
Et an Creditor poſteriori in hoc caſu competat ius offerendi, in d.num.2. & vide in verb. *Creditor poſterior an habeat.*

## *Creditum.*

Creditum ſi ſit radicatum ſuper feudo cum aſſenſu Domini an ſit ſemper firmum, & ſaluum, licèt feudum reuertatur ad dominum ex cauſa rebellionis, vel lineæ finitæ, in obſer. ad deciſ.362.n.2. 484

## *Criminalis, Criminaliter, & Crimen.*

Criminales cauſæ, quænam ſint, & an ſit cauſa criminalis, non ſolùm quando imponitur pœna mortis naturalis, vel ciuilis, ſed quotieſcunque pœna applicatur fiſco, deciſ.568. n.1. circa fin.760. & in d.obſer.n.1.& 2. 761
Et quid apud nos fuerat antiquitùs ſtatutum, in d. obſer.n.1.
Criminalis cauſa nùm ſit incurſus periurij, in obſer. ad deciſ.549.n.2. 733
Criminaliter puniri, non modo quis poteſt ex dolo, ſed etiam ex lata culpa, d. deciſ.549. num.2. in fin. 732
Criminaliter puniri pro culpa ſerui, an quis poſſit pœna tantùm pecuniaria, & non corporis afflictiua, deciſ.26.n.1.in fin. 34
Crimen legis Iuliæ de reſiduis, quiſnam committere dicitur, & qua pœna puniatur, in obſer. ad dec.400. num.3. 531
Crimen legis Iuliæ repetundarum, quiſnam committat, & qua pœna puniatur. in d.obſer.n.4.
Crimen læſæ Maieſtatis, an committat, qui exiſtens in loco tuto, & benè munito cum vxore, & familia, in quo domicilium habebat, tranſtulit ſe cum vxore, & familia ad locum feudi apertum, in quo fidelitatem ſuo Principi ſeruare non poterat, dec.67. num.1. 95
Et quid dicendum ſi iſte exiuerit de feudo, & inimico obuiam venerit, & cum eo ſecreto alloquutus ſit, d.deciſ.67.n.2.
Et an ſit crimen læſæ Maieſtatis, & feloniæ conferre ſe apud hoſtes, vel hoſtibus nuncium, & litteras mittere, d.n.2.
Crimen læſæ Maieſtatis eſſe à ſubdito commiſſum, quibus, & quot modis probetur, in obſer. ad d. deciſ.67.n.1. 69.& 79
Et quæ ſint huius atrociſſimi criminis priuilegia, in obſer.ad deciſ.42.n.2. 57
Et vide in verb. *Leſa Maieſtatis.*
Crimen peculatus, quodnàm ſit, & qua pœna puniatur, deciſ.400.num.1.& 2. & in obſer. num.1. 531
Et an pro hoc crimine inquiſitus torqueri poſſit, ſi delictum non ſit ſufficienter probatum, d.num.2. in medio.
Crimen proditionis, vide in verb. *Proditionis crimen.*
Criminis ſocius, vid. in verb. *Socius.*

## *Culpa.*

Culpa lata an æquiparetur dolo, & in quibus caſibus æquiparetur delicto, deciſ.104.n.2.in med. 156
Culpa propria alteri nocere non debet, deciſ.498.n.2. in med. 659
Culpa ſi præcedat caſum, an quis teneatur de caſu fortuito, deciſ.67.n.1.in fin. 95
Culpa vnius ex duobus Reis debendi an, & quando noceat alteri, deciſ.168.n.2.in fin.& n.3. 244

## *Curator.*

Curator datus hæreditati iacenti, an teneatur conficere inuentarium, in obſer. ad deciſ.310. num.1. 423

## *Cuſtos Carceris, vel Arcis.*

Cuſtos Carceris nùm puniri debeat pœna vltimi ſupplicij, ſi ex nimia eius negligentia, & lata culpa Reus ibi captus aufugerit, qui tali pœna veniebat puniendus, deciſ.104. num.2. circa fin. & in obſer. num.2. 156
Et quid dicendum in Cuſtode Arcis, d.num.2. circa finem.
Cuſtos Carceris nùm adeò teneatur de dolo ſui ſubſtituti, vt neque eum exhibendo liberetur, in obſer. ad deciſ.325.n.1. 439
Et quid dicendum ſi ſubſtitutus tempore quo à principali commentarienſe fuit ſubſtitutus ab omnibus fuit tentus, & reputatus fidelis, in d. obſer.n.1. in med.
Et an debeat puniri eadem pœna, qua puniri debet ipſe ſubſtitutus, vel minori, puta priuationis officij, in d.obſer.num.1. in fin.

# D

## *Damnatus.*

Damnatus ad mortem, cuius bona erant publicata, ſi ſit reſtitutus, an recuperat feudum apertum domino, deciſ.172.num.3. 250

## *Data.*

Datæ tempus an ſit attendendum in gratioſis, & beneficialibus, deciſ.508.num.1. 672

## *Datio.*

Datio in ſolutum plurium rerum, an tota corruat, ſi vna

Digitized by Google

vna res tantùm ſit euicta, in obſer.ad deciſ.278. num.2. 386

### *Datum.*

Datum alicui contemplatione mea, mihi datum videtur,in obſer.ad deciſ.285.n.1. 394

Datum filio contemplatione patris, nùm acquiratur patri,vt totum pater poſsit alienare, ſiue ſit emancipatus filius,ſiue in poteſtate,in d. obſer.n.1.

Datum filio ab extraneo, an ſemper præſumatur datum contemplatione patris, in d.obſer. num.1. circa medium.

### *Debiti appellatio.*

Debiti appellatione, id ſolùm continetur, quod exigi poteſt, quia propriè debitum eſt, deciſ.57. n.3. in fin. 81.& in obſer.n.3. 82

### *Debitor, & debitores.*

Debitor ceſſus, nè creditori cedenti ſoluere teneatur, an ſufficiat ceſsionis notitia, vel requiratur denunciatio, deciſ.264. num.2. & in obſer. numer.1. 370

Debitor credere an debeat ceſsionario creditoris, niſi priùs oſtenſo ceſsionis inſtrumento, deciſ.126.n.2. in med. 185

Debitor an conſtituatur in mora, ſi creditor abſque iuſta cauſa pecuniam recipere recuſat, deciſ.473. n.1.verſ.*& per Regiam*, circa finem. 629

Debitor an conſtituatur in mora, ſi pecuniam debitam offerat creditori hora verbi gratia vigeſima, & hora vigeſima tertia bannum emanetur reprobationis pecuniæ, de quo creditor notitiam habuit, d.n.1.in med. 629

Debitor conueniri, & citari an debeat coram ſuo iudice ſi in inſtrumento appoſitum ſit pactum, vt in omni curia,loco, & foro conueniri poſsit,in obſer. ad deciſ.191.n.2. 276

Et quid dicendum ſi certus fuit electus forus, & debitor antequam conueniretur pactum non reuocauit, in d.obſer.n.2.in fin.

Et an tale pactum generaliter in inſtrumento appoſitum alicuius ſit importantiæ, in d. obſer. n.2. in medio.

Debitor ex diuerſis cauſis,& proprio nomine, & alieno,ſi ſoluat aliquam pecuniæ quantitatem,in quam cauſam cenſeatur ſoluiſſe, ſi ipſe non declarat, nec creditor exprimat, in quam cauſam recipiat, deciſ. 475. numer.1. & 2. 631. & in obſer. numero 1. 632

Et an præſumatur ſemper ſoluere in duriorem cauſam ſeu grauiorem, quævè ſit cauſa grauior, vel durior,in d.obſer.num.1.

Debitor facta adiudicatione, & ſequuto appretio, an poſſit offerre creditum creditori, & rem adiudicatam recuperare, in obſer. ad deciſ.252.num.1.circa finem. 359

Et quid dicendum ſi appretium adhuc non ſit factum, in d.obſer.n.1.circa finem.

Et quid dicendum ſi debitor eſſet pupillus, vel minor, in d.obſer.num.1.in fin.

Debitor fiſci, & minoris nùm conſtituatur in mora abſque alia die, & interpellatione, deciſ.473.n.1. verſ. & per Regiam circa med.629.& in obſer. num.1. 630

Debitor in loco contractus tunc conuenitur, quoties ibi reperitur,alias coram ſuo iudice erit conueniendus,deciſ.191.n.1.in med. 275

Debitor præſtare an teneatur fideiuſſionem de reſtituendo pretium in caſu euictionis, ſi res ab aliquo poſſeſſa vendatur à iudice creditoribus inſtantibus dum poſtea reperitur rem illam non eſſe liberam, ſed alteri creditori obligatam, quamuis ipſe debitor non vendiderit, & per conſequens nec euictionem promiſerit, in obſer. ad deciſ.208. num.5. 297

Et an teneatur præſtare fideiuſſionem tantùm pro quantitate pretij ſoluti, vel pro maiori, quo curſu temporis rem valere ab emptore prætenderetur, in d.obſer.num.5.in medio.

Et quid dicendum in venditione voluntaria per ipſum debitorem facta, in d.obſer.n.5.in fine.

Debitor præſtare an teneatur fideiuſſionem de ſeruando creditorem indemnem,caſu,quo alius ſuperueniret creditor anterior, ſi ipſi creditori ſit per iudicem liberata pecunia cum ſolita cautione de reſtituendo, cui,& quibus,& ad omnem Sacri Conſilij ordinem, & creditum ſuum erat liberum,dec.82.n.1.& 2.120

Et an ſufficiat ſola debitoris obligatio, vel debeat eſſe cum fideiuſsione, d. deciſ.82. num.3. & in obſer.n.4. 121

Debitor,qui ad pretium certæ rei tenetur,an poſsit liberari, tradendo remiſſam creditori,non deterioratam,& cum intereſſe,in obſer.ad deciſ.582.n.2.779

Debitor, qui purè debet, & in diem ſi ſoluat partem huius debiti, in cuius debiti cauſam cedat ſolutio, in obſer.ad deciſ.283.n.1. 391

Debitor, qui ſortem cum intereſſe debet, ſi aliquam ſoluat quantitatem, priùs pro intereſſe,ſeu pro vſuris intelligitur facta ſolutio, & ſi aliquid remaneat intelligitur facta pro ſorte, deciſ.443.n.1. 593

Debitor ſi rem hypothecatam, vel pignoratam conſenſu creditoris vendiderit, & poſtea ex noua cauſa, à prima non dependente recuperauerit, an reincidat res illa in hypothecam, & pignus, deciſ.477. num.2.in med. 634

Debitor ſi ſit in mora ſoluendi, quod debet, nùm periculum reprobationis pecuniæ, ſiue alterius caſus fortuiti cedat ipſi debitori, vel creditori, ſi pecunia eodem modo periiſſet penès ipſum creditorem, quo periit penès debitorem, deciſ.474. num.1. circa fin. & in obſer.n.1. 631

Et quid dicendum ſi in re dubia verſaremur, d. n.1. circa med.& in d.obſer.n.1.

Debitor ſi ſolum pignoris æſtimationem creditori offerat, & non integrum debitum, nùm audiri debeat, deciſ.482.n.1.& in obſer.n.1. 640

Debitor ſoluens debitum creditori ſuo, qui læſæ Maieſtatis crimine notatus erat, ſiue eius ceſſionario, nùm rectè ſoluiſſe dicatur, deciſ.126.n.1.& 2.185. & in obſer.n.1.in fin. 186

Debitores contra fiſcales tantùm exequi poteſt realiter,& perſonaliter,deciſ.518.num.2.& in obſer.n.2. 688

Et quid dicendum in debitoribus Vniuerſitatum,an poſſit contra illos exequi realiter, & perſonaliter, d.n.2.& in d.obſer.n.2.

Debitor conſtituto in mora, ne currat intereſſe an concedendum ſit aliquod breue temporis ſpatium, intra quod ſoluere poſſit, puta decem dierum, vel arbitrio iudicis, deciſ.514.n.2.in med. 681

Debitori poſt diem à lege, vel ab homine præſcriptam,nùm ſit concedenda breuiſſima dilatio, nimirum trium,vel quatuor dierum & non vltra decem, & interim mora non dicatur contracta, deciſ.181. n.2.circa fin. 261

### *Decedens ab inteſtato.*

Decedente aliquo ab inteſtato in Ciuitate Neapolitana

tina iure conſuetudinario huius Ciuitatis, quiſnam ſuccedere debeat in bonis omnibus defuncti, & quiſnam in bonis maternis, vel ex linea materna, dec.331.n.1. 445
Et quid dicendum Patre, vel matre exiſtentibus in medio, an prorſus eſſet ius conſuetudinarium, & ſeruandum ſit ius commune, d.n.1.& in obſer. n.1. 446
Et quid dicendum Auo, vel Auia, cæteriſquè aſcendentibus in medio exiſtentibus, in d.obſer.n.2.

*Decima.*

Decimam totius pretij rei emptæ ſi quis pro Gabella ſoluere teneatur, nùm hæc decima ſolui debeat ex toto pretio rei, vel ex reſiduo pretij, deductis prius expenſis propter itinera, vel in proxenetis, vel alio modo erogatis, in obſer. ad deciſ.394. nu.1.& 2. 526

*Deciſio.*

Deciſio Sacri Conſilij ſub Regis nomine prolata, nùm ius faciat in Regno, deciſ.149. num.1.in fin. 219

*Declaratio.*

Declaratio circa vſum, vt facta dicatur in forma valida quomodo ſit facienda, in obſer.ad deciſ.140. num.2. 206
Declaratio circa vſum, vt fieri poſſit à Procuratore, an requiratur mandatum ſpecialiſſimum, d. deciſ.140. n.1.205.& in obſer.n.1. 206
Declaratio libelli obſcuri incerti, vel generalis ab actore principali fieri debet, non ab eius procuratore, niſi ſpeciale ad id haberet mandatum, in obſer.ad deciſ.541.n.5. 721
Declaratio alicuius verbi dubij nùm fieri poſſit à Papa, vel Rege abſque Partis citatione, deciſ.487.num.1. circa fin. 645
Et quid dicendum ſi declaranda eſſet horum intentio, nùm fieri poſſit Parte non citata, d.n.1.in med.

*Decretum.*

Decretum de feudo vendendo, nùm à ſolo Rege, vel eius Vicario poſſit interponi, deciſ.503. num.1. in med. 666
Decretum in parte verum, & in parte nullum, an, & quando in totum nullum ſit, in obſer. ad deciſ.31. num.1.40.& deciſ.256.num.1.& 2.363.& in obſer. num.1. 364
Et quid dicendum ſi plura contineat capita, nùm ſubſtineatur in vno, licèt quoad aliud infringatur, in d.obſer.n.1. circa fin. & in obſer. ad deciſ.256. num.2. 364
Et an, & quando poſſit pro parte acceptari, & pro parte non, in d. obſer.num.1.in fin.& vide in verb. *Sententia.*
Decretum latum ex duplici cauſa, quarum vna eſt vera, altera falſa, nùm ſubſtineatur ex cauſa vera, nec vitietur ex cauſa falſa, deciſ.31. n.3. in med.& in obſer.n.1. 46
Decretum latum ex falſa cauſa, an ſit ipſo iure nullum, deciſ.88. num.1. circa fin. & in obſer.num.1. 129
Decretum præambuli ex teſtamento, in quo filius eſt ſolum nominatus, ſed nec inſtitutus, nec exhæredatus, an poſſit interponi, prædicto filio non citato, in obſer. ad deciſ.555. numero 1. 743
Et an in huiuſmodi decreti interpretatione tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato nemo citari debeat, in d.obſer.n.1.
Et quid dicendum ſi ex lectura teſtamenti aliud appareat, in d.obſer.n.1.

*Defectus.*

Defectus iuris agendi notarius litis impedit ingreſſum, deciſ.334.n.1.449.& in obſer.n.1. 450

*Defenſa.*

Defenſa Marchionis Lauelli, vulgo dicta *de Stringhetto* nùm comprehendatur ſub territoriis captis pro herbagiis Regiæ Curiæ tempore Alphonſi primi, & Ferdinandi primi, deciſ.436. num.1.in fin. 585

*Defenſor.*

Defenſor neceſſarius nùm principalem conuentum ex iure proprio iuuare poſſit, deciſ.406.n.2. in fin. 541

*Delicti, & Delictum.*

Delicti ratione an, & quando ſucceſſio denegetur delinquenti tam in feudis, quàm in allodiis, & ſuccedat fiſcus, vel fiat locus ſequenti in gradu, in obſer.ad deciſ.519.n.2.3.& 4. 689
Delicti reiteratio caſum multum aggrauat, & pœnam auget, deciſ.302.n.3.& in obſer.n.3. 414
Delictum defuncti nùm ad hæredes tranſeat delinquentis in criminibus repetundarum, peculatus, & de reſiduis, in obſer.ad deciſ.512.n.2. 679
Et ſi cum defuncto nihil actum ſit, nùm poſſit cum eius hærede inchoari quoad rei perſequutionem, non autem quoad pœnas corporis afflictiuas, deciſ. 516.num.2.684.& in obſer.n.2.& 3. 685
Delictum grauiſſimum, vt eſt aduerſus receptatores facinoroſorum hominum, vt probari poſſit per teſtes ſingulares, nùm per Principem ſtatui, & ſanciri poſſit, deciſ.188.num.1.& 2.& in obſer.num.1. 271
Delictum in quibus cauſis morte delinquentis minimè extinguatur, deciſ.516. numero 2. in medio. 684
Delictum Patris in officio commiſſum, ob quod fuit officio priuatus, an noceat filio, cui ante facinus commiſſum ius quæſitum extiterat per nominationem, deciſ.375.n.2.& in obſer.n.1. 502
Et quid dicendum in feudo, licèt ſit ex pacto, & prouidentia, vel in Emphyteuſi, ſiue in vſufructu, d. num.2.
Delictum per delinquentis mortem, nùm extinguatur vnà cum pœna etiam quoad bonorum publicationem, deciſ.139.num.2.circa fin.204.& in obſer. ad deciſ.440.n.2. 590
Et quid dicendum ſi ſtatuto caueatur, vt ipſo iure fiat publicatio, d. num.2.circa fin.& deciſ.440.n.4. 590
Et quid dicendum in crimine peculatus, repetundarum, & de reſiduis, in d.obſer.ad deciſ.440. num.3. 590
Delictum quoad pœnam pecuniariam, nùm tranſeat ad hæredes, ſi defunctus confeſſus ſit illud in iudicio, in obſer. ad deciſ.512.n.1. 678
Delictum ſi committatur ab eo, cui de iure debita eſt defuncti ſucceſſio, nùm fiſcus auferat ab eo ſucceſſionem tanquam ab indigno, vel ſuccedat qui eſt in eodem gradu, filio excluſo, in obſer.ad deciſ. 519.num.4. 689
Delictum ſi committatur à claſsicis in terra, in perſonam

Digitized by Google

ſonam non ſubiectam Duci Claſſium, à quo debeat cognoſci,in obſer.ad deciſ.81.num.5. 118

Delictum ſi committatur à non Claſſico,ſed in Claſſe, & contra non Claſſicum morantem in Claſſe ſimul cum delinquente,à quo cognoſci debeat;in d.obſer. num.4.

Et quid dicendum ſi quis accedens de terra ad Claſſem, & crimen in ea committat contra non Claſſicum nùm ſit remittendus ſuo iudici, licèt captus ſit à Miniſtris Duci Claſſium,in d.obſer.n.6.

Delictum ſi committatur à Claſſico in Claſsicum in terra,vel in mari ad quem ſpectabit cognitio, in d. obſer.n.2.& 7. 118

Delictum ſi committatur à Militibus Regiarum Triremium ſiue in Terra, ſiue in mari, nùm cognoſci debeat à Generali Triremium, vel potius à iudice loci,in quo delicta commiſſa ſunt, deciſ.81. num.2. 118

Et vid. in verbo *Generalis Regiarium Triremium.*

Delictum cuius conſocij, an noceat alteri conſocio in iis, quæ duobus, vel pluribus in ſolidum competunt, in obſer.ad deciſ.168.n.1. 244

Et quid dicendum in feudo, quod commune eſt duobus, in d. obſer. num.1.

*Delinquendi, & delinquens.*

Delinquendi conſuetudo nùm delictum aggrauet,pœnamquè augeat, deciſ.259.num.2.verſ. *Vlterius*, & in obſer.n.2. 366

Delinquendi ex frequentia, nùm quis ad mortem puniri poſsit, in d.obſer.n.2.in fin.

Delinquens an, & quando ſucceſsione priuatur propter delictum, in obſer. ad deciſ.519. n.1.2.3.& 4. 689

*Deportatus.*

Deportatus, cui filius, vel proximiores ſucceſſerunt,ſi reſtituatur à Principe, an recuperabit bona, per filium, proximioreſque in alium tranſlata, in obſer. ad deciſ.487.n.1.in fin. 646

Deportatus, cui legata fuerunt alimenta,reſtitutus demum, petere nùm poſsit alimenta, etiam præteriti temporis, deciſ.66.n.1.in med. 93

*Depoſitum.*

Depoſitum pecuniæ, ſi fiat vt ſpecies in ſacculo ſignato, nùm remaneat in dominio depoſitantis, itavt tanquam Dominus præferatur omnibus depoſitarij creditoribus, deciſ.367. nu.2.491. & in obſer. n.3. 492

Et quid dicendum ſi depoſitum factum eſſet in pecunia numerata, d.n.2.& in d.obſer.n.3.

*Deſcendentes.*

Deſcendentes ſi cum expreſsione maſculinitatis in aliqua diſpoſitione vocentur, nùm diſpoſitio illa intelligenda ſit de maſculis deſcendentibus ex maſculis, non autem ex fœminis,& ſic contemplata cenſeatur agnatio, in obſer. ad deciſ.345. n.3. in fin. 464

*Deſcriptiones.*

Deſcriptiones in marmore, licèt non probent, poſitæ tamen in loco publico, vel de Partium voluntate, vel ſi in antiquis verſemur, benè probant, deciſ.376. numero 2. in med. & in obſer. num.4. 504

*Dictio.*

Dictio (*Diù*) licèt importet decennium, in materia tamen fideiuſsionis,an importet quinquennium, vel iudicis arbitrio remittatur, dec.449.n.2.in med. 660.& in obſer.n.1. 661

Dictio (*& cuilibet ipſorum*) nùm æquiparetur dictioni (*in ſolidum*) in obſer.ad deciſ.479.n.1. 637

Dictio (*in perpetuum*) nùm neceſſario intelligenda ſit in infinitum, vel ad tempus, deciſ.510. numer.2. in medio 675. & in obſer. numero 4. 676

Dictio (*non aliter*) cuius ſit importantiæ, deciſ.105. num,3. 157

Dictio (*ſuper*)nùm importet hypothecam, vel tranſlationem dominij, ſi alicui legetur annuus reditus ſuper fundo, deciſ.245. num.2. in med. & in obſer. num.1.352. & deciſ.576. num.2. in med. & in obſer.n.1. 769

Et vid. in verb. *Hypotheca.*

Dictio (*tunc*, ſiue *tùm*) cuius ſit importantiæ, in obſer. ad deciſ.489. num.2. 648

*Diffidatus.*

Diffidato vno, nùm diffidati cenſeantur omnes eius complices, auxiliantes, adhærentes, & confœderati, deciſ.76. circa fin. 111

*Dilatio.*

Dilatio ad denunciandum nùm dari debeat habenti cauſam ab abſente, & interim lis ſuſpenditur, ad hoc vt denunciatione facta, poſſit in vtraque cauſa procedi, & iudicium vnica ſententia terminari, deciſ.406.n.2. 540

Dilatio aliqua deliberatoria nùm Reo ſit concedenda, ſi libellus actoris ſit adeo certus, & clarus, vnde poſſit Reus certus eſſe de re, ſuper qua conuenitur, deciſ.569. numero 1. 761. & in obſer. num.1 762

Dilatio præparatoria cur de iure inuenta, & an in Regno conſueuerit dari ante litis conteſtationem, d. n.1.circa fin. 761

Et an omnes dilationes præparatoriæ in Regno hodie ſint ſublatæ, d.n.1.circa fin. 761

Dilatio quinquennalis ex beneficio Principis conceſſa omnibus debitoribus cruce ſignatis, nùm proſit illorum fideiuſſoribus, deciſ.406.n.2.circa fin.& in obſer.n.2. 541

Dilatio ſecunda dari an poſſit maximè in cauſis ſummariis, deciſ.413.n.2.circa fin. 551

Dilationibus, quæ maioribus concedi non poſſunt, ſi minoribus concedantur, an poſſit maior aduerſarius vti, licèt minor illis renuncunciauerit, deciſ.262. n.2.in fin. 368

*Diſpoſita, & diſpoſitio.*

Diſpoſita ex teſtamento, an cenſeantur & in codicillis, cum omnibus ſuis qualitatibus repetita, deciſ.237. numero 2. in fin. & in obſer. numer.1. 342

Diſpoſitio facta ab eo,qui voluit,& potuit, & ſit adeo clara, & aperta, ſed ſe referat ad aliud, quod non reperitur, an ſemper ſtet cauſatiuè, & non conditionaliter, deciſ.11.num.1.verſ. *Primus eſt* 14. & in obſer.n.1.in med. 15

Diſpoſitio de per ſe incerta, veluti concedo tibi omne ius, quod habeo in tali re, provtin inſtrumento continetur, an valeant niſi inſtrumentum producatur,

ducatur, ad quod ſit relatio, d. deciſ.11. num.2. & in obſer.n.3. 15
Diſpoſitio omnis, nùm ſemper intelligatur rebus ſic ſtantibus, deciſ.581.n.2.in med. 777
Diſpoſitio ſi prorogetur, an, & quando ſit prima, vel cenſeatur noua, deciſ.235.n.5. 338
Diſpoſitio ſi ſit certa, & ad aliam referatur diſpoſitionem, vel inſtrumentum, ſi tale inſtrumentum reperiatur, nùm limitetur, & declaretur inſtrumentum, ſecundum illud, deciſ.11.n.3. 14

*Diſpoſitum.*

Diſpoſitum in vno, ad aliud an extendatur in materia exorbitanti, vide in verb. *Exorbitans.*
Diſpoſitum de iure communi ſi deducatur in pactum, nùm adeo alteret, vt actionem producat, quem de iure communi non præſtaretur, in obſer. ad dec.352. num.1. 472

*Diſtractus.*

Diſtractus nùm dicatur contractus, ita vt de eo ſit ſoluenda Gabella, ſtante ſtatuto, quod de omni contractu ſoluatur Gabella, deciſ.515.n.2.in fin. 682

*Doctoris conſilium.*

Doctoris conſilium, licèt non ſit verum, nùm excuſet illum, cui datum eſt, deciſ.178.n.3. 257

*Dohana.*

Dohana Regia Menæpecudum Apuliæ, an cognoſcat quemuis offendentem ſuum ſubditum tam in bonis, quàm in perſona, in obſer. ad deciſ.526.n.5. 699
Dohanæ, & Gabellæ vti de regalibus ſine Principis conſenſu nùm poſſint conſtitui. deciſ.111. n.4.165. ſiue. 163

*Dohanerius.*

Dohanerius Regiæ Dohanæ Menæpecudum Apuliæ nùm ipſe ſolus cognoſcat ſubditos, non ſolùm paſſiuè, ſed etiam actiuè, & Neapolitanos, in obſer. ad deciſ.526.n.4. 699

*Dolus.*

Dolus an præſumatur ex enormi læſione coniuncta cum reuerentia paterna, deciſ.444. num.2. in med. 595
Et an magnus exceſſus dolum faciat præſumere, d. n.2.circa med.
Dolus præſumptiuè interdum probatur ex ipſius facti qualitate, & euidentia, deciſ.154.n.1. 225
Et an cenſeatur doloſè, & malo animo factum omne, quod eſt de genere prohibitorum, d.n.1.

*Domanium.*

Domanium nùm poſſit à particularibus ciuibus prætendi, non obſtante quod Vniuerſitas ſit ab hoc iure per ſententiam excluſa, deciſ.431.nu.1.2.& 3. 580
Et an hoc ius prouocandi ad domanium competat vni tantùm de Vniuerſitate, in obſer.ad deciſ.432. num.1. 581
Domanium an ſit concedendum Vniuerſitati illud petenti poſt venditionem factam, & poſſeſſionem emptori traditam, offerendo illud idem pretium, quod ab emptore fuerit ſolutum, deciſ.488.num.1. 646.& in obſer.n.1. 647
Domanium per Vaſſallos an poſſit peti, ſi emptorem feudi pacificè, & quietè in dominium receperunt, dec.527.n.2.in fine. 703
Et quænàm res dicantur de domanio Regis, deciſ. 566.num.1. 758
Et an dicatur de domanio Regis illa res, quæ per Regem tenetur in domanio per annos triginta, d.n.1.

*Domeſtici.*

Domeſtici familiares, & conſanguinei an ſint legitimi teſtes in his, in quibus aliundè veritas haberi non poſſit, in obſer. ad deciſ.321.num.1. 435

*Dominij exceptio.*

Dominij exceptio, licèt in promptu probanda nùm admittatur in interdicto recuperandæ, retinendæ, vel adipiſcendæ poſſeſſionis, deciſ.103. n.2. circa med. 155.& deciſ.559.n.3. 748
Et an poſſit opponi in interdicto recuperandæ poſſeſſionis, deciſ.125.num.6.184.& in obſer.ad deciſ. 493.n.2. 653
Dominij exceptio licèt admittatur in interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis, quando opponens, offert illam probare in incontinenti, ſi tamen ex partium conuentione, Iudex viderit eam intricari, & proceſſum prolongari an poſſit illam reſeruare ad merita cauſæ, deciſ.108.n.3.in fin.162.& deciſ.559. n.3. 748
Dominij exceptio nùm admittatur in interdicto adipiſcendæ, ſi altiorem requirat indaginem, dec.516. num.3. 685
Dominij exceptio in feudis an notoriam poſſeſſionis reſtitutionem impediat, deciſ.13.n.3.in fin. 18
Dominij exceptio an poſſit opponi aduerſus ſpoliatum, niſi facta priùs reſtitutione, in obſer. ad deciſ.122. n.1.180.& in obſer.ad deciſ.493.n.1. 653
Et quid dicendum in iudicio manutentionis, in obſer.ad deciſ.122.n.2. 180
Et in quibus caſibus opponi poſſit contra ſpoliatum, in obſer.ad d.deciſ.493.num.1. 653

*Dominium.*

Dominium ex ſola donatione Principis, abſque alia traditione an transferatur in donatarium, dato quod non ſit Pia cauſa, dec.184.n.2.in fin.226. & deciſ. 328.n.2.441.& in obſer.n.1. 442
Dominium per procuratorem nùm acquiratur ipſo iure, etiam domino ignoranti, deciſ.104.n.2. 156
Dominium nùm probetur ex priuilegiis, vel per famam in antiquis, d.n.2. 441
Et an probetur ex ſolutione cenſus per tot annos, deciſ.64.n.2. 90
Et an probetur per inſtrumentum emptionis, & venditionis, d.n.2.
Et an probetur per inſtrumentum locationis iunctis aliis adminiculis, d. num.2.& in obſer.n.3.verſ. *Sed quod.* 91
Et an probetur ſtatim conſtito, quod actoris prædeceſſor poſſedit tanquam Dominus, & Patronus, d. deciſ.64.n.3.
Et an probetur indiciis, & coniecturis, & quæ ſint iſta indicia, in obſer.ad d.deciſ.64.n.2. 90
Dominium nùm plenè probetur ex inſtrumento, in quo aſſeritur rem illam fuiſſe alteri in Emphyteuſim conceſſa, deciſ.88.n.2. 132
Et an probetur per teſtes de auditu, & fama publica, d.deciſ.88.n.3.& in obſer.n.1. 133
Dominiũ cùm ſit difficilis probationis, coniecturis tantùm rectè probatur, d.dec.88.n.1.& in obſer.n.1. 133

Et,

Digitized by Google

Et quibus indiciis probetur dominium, in d.obſer. num.1.in med.

Dominium num transferri poſſit ad tempus, vt poſt illud tempus reuertatur ad eundem, dec.45.n.2. 61

Dominium an transferatur in incorporalibus abſque traditione ſequuta, dec.353.n.2.in fin. 473

Dominium an transferatur ipſo iure abſque corporali poſſeſſione ex contractu inito cum Rege, ſi Rex contrahat gratiam faciens, deciſ.160.n.2.234. & in obſer.n.1. 235

Et quid dicendum ſi Rex contraheret vti priuatus in d.obſer.n.2.

Dominium rei procuratorio nomine emptæ, an transferatur in mandantem, ſi procurator expreſsè nomine proprio contraxit, dec.497.n.1.657.&in obſer. n.1.in fin. 658.& vide in verb. *Mandatum*.

Dominium rei venditæ pro pretio iuxta liquidationem introituum taxando ad rationem tot pro centenario an transferatur in emptorem ex tunc à principio contractus, vel ex nunc à die liquidationis, dec.547. num.1.& in obſer.n.1. 729

Et an dominium transferatur ante menſurationem, ſi venditio fiat ad menſuram, d.n.1.in med.

Et num transferatur antequam ſtipuletur Inſtrumentum, ſi ſit dictum, vt debitæ conficiantur cautelæ, d.n.1.in med.

Dominium rei iudicatæ an tranſeat in creditorem ſtatim lata ſententia adiudicationis, vel requiratur traditio, maximè ſi in inſtrumento ſit clauſula conſtituti d. deciſ. 252. num.2. & in obſer. numer.1. 359

Dominium vtile, quod quis habet in feudo, num acquiratur fiſco ipſo iure per crimen rebellionis, deciſ. 98.num.2. 246

*Dominus.*

Dominus cenſus pro ipſius conſequutione, an poſſit agere perſonali actione contra tertium poſſeſſorem, deciſ.362.num.2.484. & in obſer. numer.2. 485

Et num poſſit agere contra tertium poſſeſſorem actione in rem ſcripta, in d.obſer.n.4.

Dominus directus ad ſibi canonem ſoluendum contra emptorem rei Emphyteoticæ an poſſit agere actione perſonali, in d.obſer.n.3.

*Domus.*

Domo vendita, vel legata an cenſeatur ſimul venditus hortus ibi cohærens, in obſer.ad deciſ.172.n.3. 252. & deciſ. 464. num.2.618. & in obſer.num.2. 619

Et an veniant vacua circa eam poſita vt ibi perpetuò remaneat, licèt affixa non ſint, d.dec.464.n.2. & in obſer.n.1. 619

Et num veniat camera, quæ ad vſum domus venditæ deſtinata erat, d. deciſ. 464. numer.2. in med. 619

Domus ex quibus conſiſtat, d.deciſ.464.n.2. 618

Domus mea ſi in duabus Parochiis ſita ſit, num ero parochianus illius in cuius pertinentiis domus prædicta principalem aditum habet, ſeu portam, deciſ. 179.n.3.in fin. 258

Domus propriæ appellatione etiam conducta continetur, dec.434.n.1.in med. 583

Domus ſi ſit vendita, an veniant vaſa vinaria ad perpetuum vſum deſtinata, in obſer. ad dec.464.n.1.in fine. 619

Et an veniant res ad ornamentum ibi poſitæ, in d.obſer.n.1.in fin.

*Donans.*

Donans rem alicui, ius, quod in illa re habet donare dicitur, deciſ.294.n.2.405. & in obſer.num.1.406. & vide in verb. *Donator*.

*Donatarius.*

Donatarius num poſſit quandocunque donationem acceptare ſi Notarius pro ipſo abſente ſtipulatus ſit, in obſer.ad dec.3.n.4. 6

Et quid dicendum ſi ante acceptationem dominium ſit alteri quæſitum, d.n.4.in fin.

Donatarius ſi præmoriatur donanti, an caducetur donatio, in obſer.ad deciſ.451.n.2. 603

Et quid dicendum ſi donatio facta ſit ex tunc pro nunc, in d.obſer.n.2.in medio.

*Donata.*

Donata per laicos clericis an, & quando fiant immunia à collectis fiſcalibus.

Et quid ſeruetur circa hoc in Regia Camera, in obſer.ad dec.227.n.3. 325

*Donatio.*

Donatio ab adminiſtratore quantumuis cum libera poteſtate &c.num fieri poſſit, dec.512.n.2.in med. 678 81

Donatio conditionalis num ſit impropria, deciſ.57. num.7.

Donatio ex quibus cauſis ſimulata cenſeatur in obſer. ad dec.529.n.1. 765

Ex quibus cauſis præſumatur facta in fraudem, dec. 532.n.2. 709

Donatio num euaneſcat per rebellionem donantis, ſeu donatarij in obſer.ad dec.56.n.1. 80

Donatio inter patrem, & filium, iuramento firmata, num ſubſiſtat de iure, deciſ. 550. numer.2. in fin. 734

Donatio facta filiæ in ſubſidium maritagij, contemplatione patris, num poſſit per patrem in proprios vſus conuerti, in obſer.ad deciſ.285. numer.1. circa fin. 394

Donatio facta à Patre filiis naſcituris, Notario ſtipulante pro ipſis demum natis, an perfectè acquiratur ſine alia acceptatione, ſeu ratihabitione, in obſer. ad dec.318.n.2. 431

Donatio facta alicui ex nunc pro tunc ſequuta morte donantis, an dicatur cauſa mortis, vel inter viuos, deciſ.324.n.2.in fin.437.& in obſer. ad deciſ.404. num.2. 538

Et quid dicendum ſi in donatione appoſita ſit clauſula conſtituti, & precarij, in obſer.ad d. deciſ.324. num.2. 438

Et quid dicendum ſi interim donans poſſeſſionem retinuerit rei donatæ, in d.obſer.n.3. 438

Et quando talis donatio operetur translationem dominij, deciſ.451.num.1.& 2.602.& in obſer.n.1. 603

Donatio feudi, vide in verb. *Feudi donatio*.

Donatio ſi ſit facta alicuius rei alteri obligatæ, venditæ cum pacto de retrouendendo, ad quem ſpectet onus redimendi, in obſer. ad deciſ. 360. numer.2. 482

Donatio facta duobus, & cuilibet ipſorum de re aliqua, vita eorum durante, an per mortem vnius tota res donata ſuperſtiti accreſcat, vel potius dicatur facta in Viriles, deciſ.479.n.1. & 2.636. & in obſer.n.1. 637



Digitized by Google

Donatio ſi fiat à viro, & vxore perſonæ coniunctæ reſeruato tantùm eis, & cuilibet ipſorum vſufructu vita durante, altero ex donatoribus defuncto, an vſusfructus ex integro ad ſuperſtitem ſpectet, in d. obſer.n.2. 637

Donatio ſi fiat alicui omnium bonorum, reſeruata tantùm certa portione, de qua donans poſſit diſponere, ſi donans deinde de illa portione non diſponat, ſed ab inteſtato decedat, nùm portio illa ſpectet ad venientes ab inteſtato, vel ad donatarium, in obſer. ad dec. 520.n.2, 691

Donatio ſi fiat alicui à viro, & vxore de omnibus eorum bonis, reſeruatis ſolùm quolibet anno dum viuerent, decem modiis frumenti, quinque ſextariis vini &c. vno demum moriente, nùm ſuperſtites habere debeat integra decem, vel quinque, an verò medietatem, in obſer. ad dec. 194.n.5. 280

Donatio ſi fiat à patre filio primogenito pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus in perpetuum, itavt in re donata non niſi deſcendentes maſculi ſuccedere poſſint, fœminis prorſus excluſis, an poſſit Donatarius rem donatam in vnum ex filiis ſuis, quem ipſe elegerit alienare, deciſ. 478.n.1.& 2. 635

Et an per dictam donationem cenſeatur inductum fideicommiſſum, d.n.1. in fin.

Et an requiratur Regius aſſenſus, ſi res donata eſſet feudum, d.n.2.

Donatio facta Titio, vt poſt tempus alteri acquiratur nùm valeat etiam in materia feudi, deciſ. 79.n.2. in fin. 114

Donatio alicuius rei ſi ſit facta duobus, quiſnam præferatur, in obſer. ad deciſ. 107.n.3. cum pluribus ſequentibus. 161

Donatio iam reuocata ob ſuperuenientiam filiorum, an reuiuiſcat, ſi filij in incontinenti decedant, deciſ. 477. numer. 2. in med. & in obſer. numero 1.& 2. 634

Donatio iuris patronatus, vide in verb. *Iuſpatronatus.*

Donatio propter nuptias, quæ filiis veniret reſtituenda, nùm quæratur filio ob rebellionem patris, dec. 233.n.2. circa med. 334

Donatio vltra 500. ſolidos facta nùm inſinuari debeat, dec. 394.n.2. in fin. 526

Et quid dicendum ſi ſit vſquè ad 500. ſolidos, vel ſi ſoluta gabella non remaneant ſolidi 500. d. n.2. in fin.

Donatio vt facta intelligatur ob benemerita, quæ requirantur, dec. 409.n.3. in med. 545

Donatio vt valeat nùm requiratur donatarij acceptatio, dec. 3.n.2.5.& in obſer.n.3. 6

Donationis appellatione nùm veniat illa ſolum, quæ eſt mera, & pura, non autem ob cauſam vel conditionalis, deciſ. 214.num.2. 305

***Donator.***

Donator an & quando teneatur de euictione pro re donata, deciſ. 433. num.1.581. & in obſer. num.2. 582.& vide in verb. *Donans.*

***Donatiuum.***

Donatiui à ſolutione nùm ſint exempti Reges alienigenæ feuda poſſidentes in Regno, in quo fit donatiuum, dec. 117.n.3. 174

Et nùm ſint quoque immunes à ſolutione Adohæ, d.dec. 117.n.4.& in obſer.n.2. 175

Donatiui ſolutio nùm ſit confundenda cum ſolutione Adohæ, & releuij, ſi eo anno, quo ſoluitur donatiuum, mors contingat feudatarij, d.dec. 117. num.5. 174.& in obſer.n.3. 175

Donatiuo à præſtando an ſit immunis Ciuitas illa, quæ eſt exempta ab onere functionum fiſcalium ordinariorum, & extraordinariorum, ſi donatiuum fiat Regi pro expellendis inimicis, dec. 130.num.1.& 2. 192.& in obſer.n.1. 193

Donatiuum ſi fiat per Regnum Domino Regi, eo expreſſo, vt nullus Baro, nullaquè vniuerſitas, quouis priuilegio immunitatis gaudens, ab eo ſit exempta, nùm comprehendat priuilegiatos expreſsè in donatiuo, dec. 54.n.2.74.& in obſer.n.1. 75

Et nùm illud, quod exempti non ſoluunt de donatiuo, cedat in damnum Regis, vel debentis ſoluere, d.deciſ. 54.n.3.& in obſer. n.4.75. & deciſ. 117. per totam. 173

Et nùm ad donatiuum hoc teneantur Eccleſiæ, quæ ſunt ſub feudo Regis, d.dec. 54.n.4. 75

Donatiuum ſi fiat Regi certæ quantitatis, & aliqua Vniuerſitas ſit impotens ad ſoluendum, an, & quando pro impotente teneatur vniuerſitas potens, vel cedat in damnum Regis, deciſ. 161.num.2.& in obſer.n.2. 236

***Donatum.***

Donatum filio contemplatione patris, nùm poſſit per patrem renunciari, deciſ. 346. numer.2. in med. 466

Donatum filio à conſanguineis patris, an cenſeatur donatum contemplatione patris in obſer. ad d. dec. 348.num.2. 467

***Dos.***

Dos an cenſeatur confeſſata, ſi vir confiteatur dotem recepiſſe, & ſocrus eodem die per aliud inſtrumentum confiteatur recepiſſe mutuo à Genero quantitatem in dotem datam, dec. 57.n.2. 81

Dos confeſſata, nùm dicatur vera, vel ficta dos, dec. 120. num.2. 177

Et an eius confeſſio probet veram, vel fictam numerationem, ſi ſint elapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis. d.n.2.

Dotis confeſſio, an præiudicet ſolum viro confitenti, vel etiam ipſius creditoribus tempore confeſſionis exiſtentibus, deciſ. 370.num.1. in med. & in obſer. num.1. 495

Et quid dicendum ſi aliqua fraudis ſuſpicio ſubeſſet, d.n.1. in medio.

Et quid dicendum ſi non conſtet de dotis promiſſione, & maritus confiteatur dotem recepiſſe, an, & quando talis confeſſio præiudicet creditoribus, in d. obſer.n.2.

Et quid dicendum ſi elapſum non ſit longum tempus poſt factam confeſſionem; ſed ſolum biennium, in d.obſer.n.3. 496

Dotis confeſſionem eſſe factam potiùs animo donandi, quam ſub ſpe futuræ numerationis, ex quibus coniecturis dignoſcitur, in d.obſer.n.5. 496

Dotis receptæ confeſſio, nùm differat ab eius ſolutione ſi amplius opponi non poſſit exceptio non numeratæ dotis deciſ. 513. num.2. in med. 679. & in obſer. num.1. 680

Et quid dicendum ſi exceptioni prædictæ fuerit cum Iuramento renunciatum, vel capitula præcedunt matrimonialia, d.n.2. in medio.

Dos conſtante matrimonio, nùm vxori regulariter poſſit reſtitui, licèt vxor locupletior efficeretur, puta ſi cum dote emeret fundum, dec. 10.n.1. & 2.13. & in obſer.n.1. 14

Et quænàm ſint cauſæ legitimæ reſtituendi dotem vxori conſtante matrimonio, in d.obſer.numer.1. in medio.

Et in quibus caſibus dos ſit reſtituenda vxori à marito,

Digitized by Google

rito, matrimonio conſtante, in obſer. ad deciſ. 146. num. 8. 215
Dos de paragio nùm ſit taxanda ad inſtar legitimæ, vel arbitriò Iudicis, dec. 52. n. 1. verſ. *Quoad primum*, & in obſer. n. 1. 71
Dos de paragio debita Monialibus quomodo taxanda, in obſer. n. 2. in medio.
Dos de paragio debita filiabus Magnatum, & procerum huius Regni, an poſſit eſſe minus legitima, in d. obſer. n. 2. in princ.
Dos de paragio in filia nupta, vel dotata ab extraneo, an ſit taxanda ad inſtar legitimæ, in d. obſer. num. 3. 72
Dos an ſit onus feudi, feudumque pro dote filiæ dicatur hypothecatum, dec. 256. n. 2. 363
Dos promiſſa ſub conditione, nùm ſit dos impropria, dec. 57. n. 3. circa fin. 81
Dos promiſſa an ſit vera, & propria dos, & comprahendatur in ſtatuto loquente de dote, dec. 533. n. 2. in fin. & in obſer. n. 2. 711
Et an comprehendatur in pacto, quod ſit in capitulis matrimonialibus de lucranda dote in totum, vel in partem, ſi vxor præmoriatur marito abſque liberis, in d. obſer. n. 2.
Dos putatiua nùm eiſdem potiatur priuilegiis, ac vera dos, in obſer. ad dec. 429. n. 2. 576
Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, ſed bene è contra, dec. 158. n. 2. 231
Dos ſoluta matri num ſit filiis imputanda in ſucceſſione Aui, ſi ipſis non obſtet matris renunciatio, in obſer. ad dec. 40. n. 5. 54
Dotis aſſecuratio vel potius exactio competat vxori, ſi vir deportetur, vel efficiatur bannitus, omniaque eius bona fiſco applicentur deciſ. 292. n. 2. in med. 403
Dotis aſſecuratio propter quas cauſas vxori competit in obſer. ad dec. 292. n. 1. 403
Dotis intereſſe ob non reſtitutam dotem à quo tempore hæredes mariti ſoluere teneantur mulieri, dec. 263. num. 1. 369
Et quid dicendum de iure conſuetudinis ciuitatis Neapolitanæ d. n. 1. & in obſer. n. 1. 370
Et quid dicendum ſi omnia mariti bona peruenerint ad fiſcum ob illius rebellionem, d. num. 1. in medio. 369
Dotis, eiuſque intereſſe actio ſi fuerit ceſſa per Mulierem, nùm tranſeat in ceſſionarium cum eodem priuilegio, dec. 169. n. 4. 245. & in obſer. n. 5. 246. & in obſer. ad dec. 193. n. 2. 279
Dotis Ius, quod mulier habet ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, nùm tranſmitat ad hæredes, in obſer. ad deciſ. 193. n. 1. 279
Dotis legatum, vide *Legatum dotis*.
Dotis priuilegium mulieri competens pro ſuarum dotium reſtitutione, nùm ipſa mortua tranſeat ad eius hæredes, etiam extraneos, in d. obſer. numer. 1. 279
Et quid dicendum ſi ageretur de dote conſtituenda, d. num. 1.
Dotis reſtitutio vera, & realis non dicitur, niſi matrimonium per mortem naturalem vnius ex coniugis ſoluatur, dec. 292. n. 2. 403
Dotis titulus nùm deficiat ſi matrimonium inter ſponſos defectu ætatis contrahi non poſſit, deciſ. 158. num. 2. 231
Dotalis fundus datus æſtimatus, ſi fuerit à marito alienatus, eiuſque hæreditas non fuerit ſoluendo, nùm poſſit Mulieri in ſubſidium agere contra tertium pro dicto fundo, in obſer. ad deciſ. 86. num. 2. & 5. 130
Et quid dicendum ſi emptor fundi prædicti pretium ſoluiſſet creditoribus viri, ex eius delegatione, nùm Mulier agens priùs debeat contra creditores agere, quàm contra emptorem fundi prædicti poſſeſſorem, in d. obſer. n. 4.
Dotale inſtrumentum ſi ſtipuletur ſoluto matrimonio ad mulieris beneficium, nùm retrotrahatur ad tẽpus contracti matrimonij circa obligationem bonorum feudalium viri, vel incipiat obligatio à die initæ ſtipulationis, in obſer. ad dec. 513. n. 1. 680
Dotale inſtrumentum ſi ſtipuletur ad beneficium Mulieris tempore, quo bona feudalia viri reperiuntur in alium tranſlata, an illi proſit, in d. obſer. n. 2.

*Dubitatio.*

Dubitatio lucri, & damni an faciat contractum licitum, quod aliàs eſſet illicitum, deciſ. 59. num. 1. 84. & in obſer. n. 1. circa med. 85

*Dummodò.*

*Dummodo*, dictio nùm importet modum, vel conditionem, deciſ. 216. num. 2. in fin. & in obſer. num. 2. 310

*Dux belli.*

Dux belli ſi cum hoſte pactum faciat illud ſeruare nùm teneatur, dec. 187. num. 2. 270

*Dux Claſſium.*

Dux Claſſium vide in verbo *Claſſium Dux*.

E

*Eccleſia.*

Eccleſia eo ipſo, quod lapſum eſt tempus ad aliquid peragendum, læſa dicitur, deciſ. 573. n. 2. in medio. 766
Eccleſia ex capute ignorantiæ nùm poſſit in integrum reſtitui etiam poſt centum annos, in obſer. ad deciſ. 83. n. 2. 123
Eccleſia feudum tenens à Rege, Prælato defuncto nùm teneatur ad releuij ſolutionem, in obſer. ad dec. 403. num. 3. 536
Et an & quando teneatur ſoluere releuium, ſeu laudemium ſingulis quindecim annis, quod vulgò appellamus quindennium, in d. obſer. n. 3. verſ. *Et ſi dices*. 537
Eccleſia feudum ſi poſſidere reperiatur, niſi in promptu doceat de titulo nùm poſſit illo priuari, vel debeat in poſſeſſione manuteneri, & interim dari terminum, vt doceat de titulo, deciſ. 480. num. 1. 637. & in obſer. n. 1. 638
Eccleſia feudum ſi poſſideat, quod ei ſimpliciter ſit conceſſum & nulla appareat inueſtitura, nùm cenſebitur allodium, vel feudum, deciſ. 391. n. 4. in med. & in obſer. n. 2. in medio. 523
Eccleſia læſa an poſſit reſtitui aduerſus præſcriptionem triginta triginta annorum, deciſ. 83. num. 2. in fine. 122
Eccleſia pro bonis obuentis ſibi à laicis, nùm teneatur contribuere in collectis fiſcalibus vniuerſitati, in cuius territorio bona ſita ſunt, deciſ. 227. numer. 2. & 3. 324. & in obſer. numero 1. circa fin. & 2. 325
Eccleſia pro bonis, quæ aliquo acquirit titulo, an teneatur ſoluere gabellas, Datia &c. quamuis dum per laicum poſſidebantur huic oneri obnoxia erant, in obſer. ad dec. 18. n. 2. 23

Eccleſia

Digitized by Google

Eccleſia ſi ſpecialiter mandet alicui, vt pro ſe mutuo pecuniam accipiat, an teneatur ex dicto mutuo, ſi Mandatarius non in mandantis vtilitatem, ſed in proprios vſus conuerterit, deciſ.9.n.2. in med. & in obſer.n.1. 163

Eccleſia ſi vniatur cum altera Eccleſia, nùm priuilegium vnius transferatur ad alteram, deciſ.287.n.2. circa med. 396

Eccleſia vendere rem ſuam alteri Eccleſiæ pro illius ampliatione, nùm cogi poſſit, dec.284.n.2.in medio. 392.& in obſer.n.8. 393

Eccleſiarum Coloni, ſiue conductores earum prædiorum, nùm gabellam ſoluere teneantur pro fructibus, quos colligunt in prædiis prædictis, dec.32.num.1. & 2. 42

Eccleſiaſtica res ſi cum debita ſolemnitate fuerint obligatæ, nùm poſſint deinde alienari, & diſtrahi abſque alia ſolemnitate, deciſ.506.num.2. circa fin. 670.

Eccleſiæ res nùm poſſint per Prælatum obligari tam ſpecialiter, quàm generaliter, dec.255.n.2.circa med. & in obſer.n.2. 362

*Electio.*

Electio in alternatiuis, quæ regulariter eſt debitoris, nùm ſit quoque ipſius in gratiis, & priuilegiis Principum, alternatiuè conceſſis, vel illius, cui gratia conceſſa eſt, deciſ.353.num.1.& 2.472. & in obſer. num.1. 473

Et an id ſolum procedat in gratiis per Principem factis motu proprio, in d. obſer. numer.1. circa finem.

Electio in alternatiuis, vt ſit debitoris, nùm alternatiua cadere debeat inter duo, quorum vtrumque ſit in obligatione, aliàs erit electio creditoris, in d.obſer.n.2.

Et an ſit debitoris, vel creditoris, ſi debitor promiſerit ſoluere debitum tali die, vel dare pignus, in d.obſer. num.2.in medio.

Electio in vltimis voluntatibus, an ſit legatarij, vel hæredis, ſi fiat legatum incertum de certis, d. deciſ. 353.n.2.in med. 472

*Electio Syndici Ciuitatis.*

Electio ſyndici Ciuitatis facta non ſeruata forma conuentionis inter ciues, quæ repugnabat iuri communi, ſed ſeruata forma iuris an ſubſiſtere debeat, dec. 128.n.1. 189

*Eligendi poteſtas.*

Eligendi, ſiuè declarandi habens poteſtatem ſi ſuam mutet conditionem, nùm eligere, vel declarare poſſit, dec.372.num.2.in med.498.& in obſer. num.2. 499

*Eligentes.*

Eligentes, ſeu ſupremo Principi nominantes ad officium Iuſtitiæ exercendum perſonas inhabiles, & inſufficientes, qua pœna teneantur, & an peccent, & ad reſtitutionem teneantur. in obſer.ad dec.114. numer.2.in medio. 170

*Emancipatus.*

Emancipatus filius. Vide in verb. *Filius.*

*Emens, Emptio, & Emptor.*

Emens annuos cenſus an teneatur ſoluere collectas pro eo, quod habet ſuper fundo, in quo poſitus eſt cenſus, & venditor teneatur pro reſiduo fundi, qui ſibi remanet ſine cenſu, in obſer.ad deciſ.27.num.2. 35

Et in quo loco erit ſoluenda iſta collecta, ſi emptor, & venditor eſſent diuerſi fori, in d.obſer. num.2.in medio.

Et quid dicendum ſi eſſent de annuis reditibus, qui venduntur per Regiam Curiam ſuper functionibus fiſcalibus, vel aliis Regiis impoſitionibus, vtrum emptor teneatur ſoluere collectas, in d.obſer.num.2. in fin.

Emens fructus ab Eccleſia, ſi ſit laicus, nùm teneatur ſoluere gabellam, vel poſſit ſe tueri immunitate Eccleſiaſtica, in obſer. ad deciſ.373. numer.1. in fin. 500

Emens fructus ex feudo collectos, nùm teneatur ad gabellæ ſolutionem, d.deciſ.373.n.2. in fin.& in d. obſer.n.1.in med. 500

Emens fructus, vel ſegetes, hoc anno ex agro prouenturas, an faciat contractum vſurarium, in obſer.ad dec.59.n.1.in fine. 85

Emens fundum cum pacto de retrouendendo, & tempore, quo venditor vtitur pacto prædicto, fundus ſit fructibus plenus, quomodo fructuum faciet diuiſionem inter ipſum, ac venditorem, deciſ.338. num.2.in fin.& in obſer.n.3. 455

Emens rem debitoris ſub haſta venditam à Iudice, inſtantibus creditoribus, ſi deinde inueniat illam alteri creditori obnoxiam, an poſſit à debitore fideiuſſionem petere de pretio reſtituendo in caſu euictionis, in obſer.ad dec.208.n.5. 297

Et an hæc fideiuſſio ſolum debeat eſſe pro quantitate pretij ſoluti, vel pro quantitate valoris rei, qui ab emptore prætenderetur, in d. obſer. numer.5.in med.

Et quid dicendum ſi emptio eſſet voluntaria, an poſſit emptor petere intereſſe ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis, in d.obſer. num.5. in fin. 297

Emptio ſi declaretur nulla, nùm ſit reſtituenda res vendita venditori vnà cum fructibus, & pretium emptori vnà cum vſuris, dec.527.n.2.702.& in obſer. num.2. 703

Emptio an, & quando declarari debeat nulla ob ſimulationem, deciſ.529.num.1.704. & in obſer.num.1. 705

Emptor alicuius annui reditus ſuper primis fructibus feudi cum Regio aſſenſu, ſi deinde feudum deuoluatur ad fiſcum, qui illud alteri concedat, an poſſit contra nouum feudi poſſeſſorem actione perſonali, vel hypothecaria ſuper feudo obligato, vel potius eius creditum ſit extinctum, deciſ.362.n.2.& in obſer.n.1.484

Emptor bonorum alteri obligatorum, an, & quando teneatur reſtituere fructus perceptos, tam ſi conueniatur hypothecaria actione quàm Saluiano interdicto, vel iure aſſiſtendi, in obſer. ad deciſ.560.n.4. 752

Emptor cui vnico pretio plures fundi ſunt venditi, ſi vnus tantùm ſit illi euictus, an debeat tantùm pro illo contra venditorem agere de euictione, vel poſſit in totum diſſoluere contractum, deciſ. 278. num.1. circa fin.& in obſer.n.2. 386

Emptor cum pacto de retrouendendo, qua actione conueniri poſſit ad retrouendendum, deciſ.570.n.1. 762

Emptor de euictione contra venditorem num agere poſſit, niſi cum effectu rei emptæ ſit ſequuta euictio, deciſ.196.n.2.& in obſer.n.1. 282

Et quid dicendum, ſi vellet agere emptor actione ex empto, ſiue, vt venditor liberam rem tradat, d.n.2.

Et

Digitized by Google

Et an hoc procedat tàm ſi res vendatur à domino voluntariè,quàm à iudice,d.n.2.in med.& in obſer. num.2. 283

Emptor Emphyteuſis vide in verb. *Emphyteuta.*

Emptor fundi ſub haſta,maximè fiſco inſtante,ſi illum reperiat aliis hypothecæ traditum nùm poſſit cogere debitorem ad liberandum fundum prædictum ab hypothecis,d.deciſ.196.n.1.& 2. 282

Emptor in quibus caſibus contra venditorem agere non poſſit de euictione nec ad pretij reſtitutionem, in obſer.ad dec.170.n.3.vſque ad n.13 248

Emptor, qui rem emit cum oneribus, re euicta, an poſſit petere pretium ſolutum,itemque illud, quod ſoluit pro dictis oneribus,d. deciſ. 170. numero 3. 247

Emptores rerum confiſcatarum,& ad Regiam Dohanam immiſſarum nùm teneantur ſoluere gabellam, dirictus, & iura fundaci, ac vectigalia, in obſer.ad deciſ.548.num.3.4.& 5. 731

## *Emphyteuſis, & Emphyteuta.*

Emphyteuſis Eccleſia conceſſa alicui pro ſe, & hæredibus in perpetuum, & in infinitum, nùm poſſit compræhendere fœminas, deciſ. 381. num.3. in fin. 511

Emphyteuſis Eccleſiæ conceſſa alicui pro ſe, & hæredibus, nùm compræhendat ſolum hæredem ſanguinis, vel etiam extraneum,dec.382.n.2.circa fin. & in obſer.n.4. 512

Et quid dicendum ſi in verbo ( *hæredibus* ) appoſitum eſſet ſignum vniuerſale, veluti ſi concedatur alicui pro ſe,& omnibus hæredibus,in d.obſer.n.4. in med. 513

Emphyteuſis ſi peruenerit ad manum mortuam, puta ad Eccleſiam &c. an, & quando teneatur Emphyteuta ſoluere directo domino laudemium ſingulis quindecim annis,quod vulgo quindennium appellamus,in obſer.ad deciſ.403. n.3. 537

Emphyteuta ad canonem ſoluendum nùm teneatur, ſi res Emphyteotica in totum ſit deuaſtata, deciſ.501. num.2. 663

Et quid dicendum ſi ob bella fructus non perceperit, d.numero 2. circa fin. & in obſer. numero 2. 664

Emphyteuta cur ſoluat Canonem, nùm in recompenſam fructuum, vel recognitionem dominij, in d. obſer.n.2.

Emphyteuta laicus an teneatur ad collectas ſuæ Vniuerſitati pro bonis,quæ ab Eccleſia tenet, in obſer. ad deciſ.32.n.2. 42

Emphyteuta ratione ſuæ naturalis poſſeſſionis,an poſſit præſcribere,deciſ.558 n.2. 747

Emphyteuta ſi intendat ſubconcedere alteri partem ſuæ Emphyteuſis cum pacto, vt pars, quæ remanet apud eum, libera ſit à ſolutione Canonis, an poſſit cogere directum dominum ad ſibi præſtandum aſſenſum,dec.326.n.1.& 2. 439

Emphyteuta ſi intendat vendere Emphyteuſim, vel illam ſubconcedere,& directi domini requirat conſenſum,Domino non conſentiente,& bimeſtro expectato à die requiſitionis, nùm poſſit ad libitum contractum perficere.d.n.2.

Emphyteuta ſi ſuum velit vendere vtile dominium, nùm teneatur requirere directum dominum, eumque expectare per duos menſes, deciſ. 22.n.3. in med. 29

Et nùm directus Dominus in emendo dictum vtile dominium,omnibus præferendus ſit,d.n.3.

Emphyteuta ſi vendat alteri Emphyteuſim, ſeruatis ſeruandis, nùm poſſit deinde Emptor cogi ad ſoluendum Canonem, ſicut ipſe Emphyteuta, niſi expreſsè ad hanc ſolutionem ſe obligauerit, dec.362. n.2.in med.484.& in obſer.n.3. 485

Et nùm poſſit cogi per actionem in rem ſcriptam,in d.obſer.num.4.

Emphyteuta ſoluens Canonem in partem, & non in totum,nùm Commiſſi pœnam reſpectu totius euitabit,deciſ.326.n.2.in fine,& in obſer.n.1. 439

Emphyteuta vendens partem Emphyteuſis, domino directo irrequiſito, nùm cadat à tota, vel ſolum à parte vendita,d.n.2.in fin.& in obſer.n.2. 440

## *Enunciatiua verba.*

Enunciatiua verba inſtrumentorum nùm probent in antiquis,& antiquiſſimis, dec.412.n.2.& in obſer. num.1.550. & in d.obſer.n.2. 551

Enunciatiua verba, ſiue narratiua in priuilegiis, nùm diſpoſitionem inducant,ſi ſumus infra tempus, ſpatium centum annorum non attingens, dec.428.n.1. in med.& in obſer.n.1. 573

Et quid dicẽdum ſi verba enunciatiua propter aliud inter diuerſas perſonas ſint prolata, & concurrat centum annorum ſpatium,d.n.1.in med.

Enunciatiua verba propter aliud emiſſa diſpoſitionem nùm inducant fauore piæ cauſæ,dec.480.num.1.in medio 637.& in obſer.n.2. 638

Enunciatiua verba per Principem prolata, etiam in geſtis ab alio, & non à ſe nùm ſufficientem præſumptionem inducant, niſi contrarium probetur, d.num.1.in medio.

## *Epiſcopus.*

Epiſcopus reuocare an poſſit ſimplices ſuæ diœceſis præsbyteros commorantes in aliena, eoſque ad reſidendũ,& propriis, quibus adſcripti ſunt Eccleſiis, cogere ad inſeruiendũ,in obſ.ad dec.398.n.1. 529

Et quid dicendum, ſi in Eccleſia,in qua ſunt hi ſacerdotes adſcripti ob eorum abſentiam ſeruitium deficeret,in d.obſer.n.2. 530

Epiſcopus,vel Papa ſciens aliquem eſſe Ordinum incapacem,quia naturalem,vel ſpurium, conferendo illi ordines, an cenſeatur ſuper dicta incapacitate diſpenſare,in obſer.ad deciſ.437.n.2. 587

Epiſcopus ſi in diœceſi alterius aliquas poſſederit Eccleſias,& conueniatur ad illas relaxandas, ſi præſcriptionem alleget, nùm debeat allegare titulum, nec ei ſufficiat bona fides, in obſer. ad deciſ.495. num.3. 655

Et quid dicendum ſi præſcriptionem alleget immemorabilem, in d.obſer.n.3.

Epiſcopus tutelam teſtamentariam,vel legitimam, ſeu baliatum an & quando exercere poſſit,dec.335.n.3. & in obſer.n.3. 451

## *Equa, & Equus.*

Equam ſuam ſubagitare faciens à ſtallone alterius, etiam ſi ſit Regiæ Curiæ, ſi id non faciat animo iniuriandi,an ſolùm teneatur actione in factum ad intereſſe, deciſ.259.n.3.verſ.*Tertio inquirebatur.* 366

Equum alienum, maximè Regiæ Curiæ ſignans ſuo ſigno,nùm videatur voluiſſe illum furto ſubtrahere,d. deciſ.259.n.2.verſ.*Secundo inquirebatur.*

## *Error.*

Error in facto proprio, nùm errantem excuſet, deciſ. 523.n.2.in med. 694

Error quomodo probari debeat, d.n.2.



Digitized by Google

Error ſi cadat in latam culpam,nùm confeſſio illius prætextu reuocari poſſit,d.n.2.in fin.

Errorem ſuum, quis reuocare nùm regulariter poſſit, & probare,rem aliter ſe habere,dec.90.n.2. 135

Erroris prætextu nùm poſſit quis ſuam confeſſionem in iudicio factam reuocare vſque ad ſententiam, poſtea verò non,dec.523.n.2.circa fin. 694

Erroris prætextu nùm quis poſſit reuocare confeſſionem factam in inſtrumento,dec.90.n.5. 135

*Euentus.*

Euentus dubius lucri, & damni, an faciat contractum licitum,& purum à ſuſpicione vſuræ, deciſ.59.n.1. in fin.84.& in obſer.n.1.in med. 85

*Euicta res, & Euictio.*

Euicta re conceſſa per Principem in remunerationem ſeruitiorum nùm teneatur idem Princeps de euictione,dec.241.n.2.& in obſer.num.1.347.& dec.433. num.1.581.& in obſer.n.1. 582

Euicta re data creditori in ſolutum,nùm poſſit ipſe creditor ad primæua ſua iura redire,dec.293.n.2.403. & in obſer.n.2. 404

Et quid dicendum ſi ex dicta datione in ſolutum, dominium ſit quæſitum creditori reuocabiliter, in d.obſer.n.2.in fine.

Euicta re data in ſolutum pro dote promiſſa, vel reſtituta,nùm reuiuiſcant iura primæua,itavt poſſit Mulier hypothecaria agere ad dotalem rem conſequendam,d.dec.293.num.2.in fin.& in d. obſer. num.1. 404

Euicta re legata, nùm hæres teſtatoris legantis de euictione teneatur, in obſer. ad dec.433. n.3. 582

Euictio in quibus caſibus locum non habeat, in obſer. ad dec.170.à n.3 vſque ad n.13. 248

Euictio nùm locum habeat in donatione maximè remuneratoria,deciſ.241.n.2.& in obſer. n.1.347. & deciſ.733.n.1. 581

Et quid dicendum in donatione facta per Principem in ſeruitiorum remunerationem,d.n.2.in fine.

Et quid dicendum ſi Donatarius ſeruiuit Principi abſque ſtipendio,in d.obſer.n.1.in med.347. Et vid. in verb.*Donator.*

Euictionis cautio nùm præſtanda ſit etiam quoad maius pretium, quo res curſu temporis valere poterit,& quoad intereſſe lucri ceſsãtis, & damni emergentis,ſi res voluntariè vendatur à debitore & deinde reperiatur illam non eſſe liberam,ſed alteri obligatam,in obſer,ad dec.208.n.5. 297

*Exactionum bilancia.*

Exactionum bilancia nùm ſint tranſmittenda ſingulo quoque menſe ad Regiam Cameram ſummariæ per Perceptores Prouinciarum,in obſer.ad dec.181.n.1. in med. 261

*Exceptio.*

Exceptio clericatus, vel Monachatus ſi opponatur aduerſus eum, qui vult in feudo ſuccedere nùm impediat litis ingreſſum, vel ſit reſeruanda ad merita cauſæ,dec.108.n.2. 161

Et quid dicendum ſi Clericus eſſet beneficiatus, d. dec.108.n.3.

Et quid dicendum ſi hæc exceptio altiorem requireret indaginem,d.n.3.circa med. 162

Exceptio an,& quando litis impediat ingreſſum, vel vti requirens altiorem indaginem reſeruanda ſit ad merita cauſæ,in d.obſer.n.1. 162

Exceptio nùm debeat eſſe clara, non autem obſcura, nec generalis, deciſ.521. num.2.691. & in obſer. num.1. 692

Exceptio diſcuſſionis inuentarij nùm poſſit opponi per hæredem poſt ſententiam condemnatoriam ad illius exequutionem impediendam, deciſ.414. n.1. 552.& in obſer.num.1.553.& in obſer. ad dec.502. num.3. 666

Exceptio diſcuſſionis inuentarij, & quælibet alia modificatiua ſententiæ, intra quot dies eſt opponenda poſt latam ſententiam,in d.obſer. ad deciſ.414.n.2. 553

Exceptio hoſtica in quo differat ab exceptione, quæ erit ob abſentiam Reipublicæ cauſa,deciſ.288.n.2. circa medium. 398

Exceptio hoſtica nùm poſſit opponi poſt concluſum in cauſa,& poſt ſententiam latam, dec.397.num.2. 528.& in obſer.n.1. 529

Exceptio hoſtica nùm poſſit opponi contra Mulierem pro dote agentem,in d.obſer.n.2.

Exceptioni hoſticæ nùm poſſit per militem renunciari cum iuramento, deciſ.483.num.1. & 2. & in obſer. num.1. 641

Exceptio hoſtica nùm ſit introducta ob publicam, vel priuatam vtilitatem,& cuius intereſſe principaliter concernat,dec.483.n.1.& 2. 641

Exceptio hoſtica oppoſita ab Authore laudato, an differat iudicium motum à tertio contra rei emptorem, ſicut differt iudicium inter ipſum, & rei prædictæ emptorem,dec.406.n.5.405.& in obſer. n.1. 415

Exceptionem opponens contra ſuos creditores, nùm poſſit conuenire in ius ſuos debitores, in obſer. ad deciſ.397.n.4. 529

Exceptionem hoſticam ſi miles non proponat, nùm iudicium benè procedet ob tacitam huius exceptionis renunciationem,dec.483.n.2.in med. 641

Exceptio non numeratæ dotis, nùm poſſit opponi per creditores viri aduerſus Mulierem agentem pro reſtitutione,ſeu dotis aſſecuratione,dec.370.n.1.& in obſer.n.1. 495

Et vide in verb.*dotis Confeſſio.*

Exceptio non numeratæ dotis nùm ceſſabit,ſi conſtante matrimonio decennium ſit lapſum, d.num.1.in fine.

Et quid dicendum ſi poſt factam confeſſionem à viro, ſe dotem recepiſſe,conſtante matrimonio non ſit elapſum longum tempus, ſed tantùm tempus biennij à iure præſcriptum, in d.obſer. n.3. 496

Exceptio peremptoria quælibet licet non notoria,nùm impediat litis ingreſſum, in obſer.ad deciſ.334.n.2 450

Exceptio Pragmaticæ ſanctionis æditæ Theri in ſecundo capite,ſi fuerit reiecta,nùm iterum poſſit opponi,dec.31.n.1. 39

Et an poſſit opponi in quacunque parte iudicij, in obſer.ad d.dec.31.n.3. 41

Et an poſſit opponi ſimul cum exceptione notorij defectus iuris agendi,dec.334.n.1. 449

Exceptio, quæ oritur poſt ſententiam, & quæ illam non impugnat, nùm opponi poſſit in ipſius ſententiæ exequutione,in obſer.ad dec.147.n.1. 216

Exceptio rei iudicatæ orta in iudicio perſonali, nùm poſſit opponi contra agentem actione reali,dec.392. num.1.& 2. 524

Et vt poſſit opponi nùm requirantur tria copulatiuè,in obſer.ad d.dec.392.n.1. 524

Exceptio rei iudicatæ nùm inducatur,oponiquè poſſit in iudicio plenario ex ſententia lata in iudicio ſummario,dec.449.n.1.& in obſer.n.1. 600

Exceptio retentionis pro expenſis factis,an,& quando poſſit opponi poſt ſententiam ad illius exequutionem

Digitized by Google

nem impediendam, deciſ.167.n.1. & 2. & in obſer. num.1. 243
Exceptio venditori competens, nùm competat emptori, licèt perſonalis ſit, dec.406.n.2. 540
Exceptiones, quæ altiorem requirunt indaginem, ſi opponantur in iudicio ſummario, an reſeruari debeant in iudicio plenario, dec.103.n.2.in med.& in obſer.n.3. 155
Et an id procedat ſi indaginem altiorem requirant, tam in facto, quàm in iure d.n.2.in med.

*Excommunicationis ſententia.*

Excommunicationis in ſententiam latam à lege, vel ab homine contra committentes tale ſcelus ipſo iure, vel ipſo facto, vt incurratur à delinquente, an opus ſit alia ſententia declaratoria, in obſer.ad dec. 516.n.4.in med. 686
Et ſi delinquens ab hac ſententia declarante appellauerit, an ſuſpendatur ſententiæ exequutio, in d. obſer.n.4.in med.
Excommunicationis ſententia an, & quando ſuſpendatur per appellationem, vide in verb. *Appellatio.*

*Exemplum.*

Exemplum litterarum Regis Roberti, vt probet, duo concurrere debent, deciſ.312.n.2. in fine. 425
Exemplo nùm regulariter credatur, niſi originale exhibeatur, in obſer.ad d.dec.312.n.1. 425
Exemplum ſi producatur poſt longiſſimum tempus, an præſumatur, interueniſſe in illo ſolemnitatem extrinſecam, in d.obſer.n.2.

*Exemptus.*

Exemptum ſi quis ſe alleget, ſi contra eum ius commune habeat, an ſufficiat priuilegium producere exemptionis, vel opus ſit, quod ſit in poſſeſſione exemptionis, dec.279.num.3. 387
Exemptio vide in verb. *Immunitas.*

*Exequutio, & Exequutor.*

Exequutio inſtrumenti, ſiue eius liquiditas nùm poſſit impediri ſaltem de æquitate, lite pendente ſuper reſtauro damnorum paſſorum, in obſer. ad dec.509. num.2.in medio. 674
Exequutio ſi fiat nullo ſeruato iuris ordine, & debitum ſit verum, nùm reuocetur dec.72.n.2.in medio.105. & in obſer.n.3. 106
Exequutio ſuper feudo an fieri poſſit pro debito feudatarij in actione perſonali, ſaltem in ſubſidium bonis, ſcilicet allodialibus non exiſtentibus, deciſ. 503.n.1.& in obſer.n.1.& 2. 666
Et nùm exequutio fieri poſſit ſuper fructibus feudi tam à ſolo ſeparatis, quàm ſeparandis, in d. obſer. n.3.667
Exequutor alicuius reſcripti, maximè Principis, an cognoſcere poſſit de illius obreptione, vel ſubreptione, in obſer.ad dec.16.n.1. 21
Exequutor mixtus alicuius ſententiæ, nùm poſſit de illius viribus cognoſcere, in obſer.ad deciſ.502.n.1. 665

*Exitus.*

Exitus de ſtylo Regiæ Cameræ probari debet per ſcripturas, & non per teſtes, deciſ.90. num.3. circa medium. 135

*Exorbitans.*

Exorbitans ſi ſit materia nùm fiat extentio, & diſpoſitum in vno extendatur ad aliud, dec.579.n.2.773.& in obſer.n.2. 774
Et quid dicendum fauore piæ cauſæ, dotis, & Republica, d.n.2.in medio.
Et quid dicendum per modum compræhenſionis, in d.obſer.n.2.in medio.

*Expeditio.*

Expeditio aſſenſus, quænam requirat ſolemnia, in obſer.ad dec.498.n.2.in fin. 659

*Expenſa.*

Expenſæ factæ ab hærede pro legato conſequendo, ſeu recuperando, nùm ſint illi reficiendæ per legatarium, deciſ.582. num.2.779. & in obſer.numer.5. 780
Expenſæ factæ per maritum in exactione nominum debitorum aſſignatorum in dotem, an, & quando ſpectent ad maritum, & quando ad vxorem, in d. obſer.n.6.
Expenſæ, quæ fiunt cauſa colligendorum fructuum, vtrum dicantur neceſſariæ, & ante omnia ſint deducendæ, dec.270.n.2.circa fin. 376
Expenſæ, quæ fiunt pro cuſtodia caſtri in anno mortis Baronis, an in taxatione releuij, & adohæ deducendæ ſint ex fructibus, & introitibus baronalibus, dec. 225.n.1.& 2.321.& in obſer.n.1. 322
Et an ſint deducendæ expenſæ, ſeu ſalarium, quod à Barone ſoluitur propter fructus feudi, quos exigit, in d.obſer.n.2.
Expenſæ, quæ fiunt à Barone pro conſtruendis molendinis, barcheriis, cartheriis &c.in ſolo, & aqua feudali an aperto feudo deducantur, & ſoluantur hæredibus ipſius in burgenſaticis, in d.obſer.n.4. 322
Expenſæ, quæ fiunt in molendino feudali, puta in renouando molam, in reficiendis inſtrumentis ligneis &c.nùm deducendæ ſint in deuolutione feudi, in d. obſer.n.2.in med.& n.5.in fin.
Et quid dicendum in taxatione releuij, & adohæ & expenſæ prædictæ reperiantur factæ in anno mortis Baronis, in d.obſer.n.5.
Et quid dicendum ſi in meliorando molendino feudali, quod erat in reditu centum, ſi fuerit multum expenſum ita vt poſt meliorationem reperitur eſſe biſcentum, an in liquidatione releuij ſit deducenda rata reditus, ex melioramento ſuborti, in d.obſer. num.3.
Expenſæ, quæ fiunt pro pecudum alimentis, nùm deducendæ ſint ex fructibus pecudum, d. dec.225.n.2. in fin. 322

*Extenſio.*

Extenſio aliqua nùm fieri poſſit in feudalibus, dec.579. num.2.in fin. 773
Extenſio an dici debeat, vel potiùs comprehenſio, ſi ratio expreſſa in ſtatuto vniformiter militet in pluribus caſibus, d.n.2.circa finem. 773
Et quænam cauſa inſpici debeat, ſi tractetur de extenſione aſſenſus, vel priuilegij, nùm ſcilicet ſit fauorabilis, vel odioſa, vel nùm ſit ſtricti iuris, nec ne, d.num.2. 774

*Exterus.*

Exterus allectus in ciuem, eique conceſſo, vt immunitatibus gaudeat ciuium originariorum, vt hoc priuilegio frui poſſit nùm debeat in ciuitate affecta inhabitare,



Digitized by Google

habitare,deciſ.297.num.1.& 2. & in obſer.num.1. 407

*Extractio.*

Extractio frumenti extra Regnum, vide in verb. *Tratta.*

*Extrahendi licentia.*

Extrahendi licentiam habens mille,v.grat. dolia vini, vel centum libras ſerici, croci &c. ſi in naui, vel curru reperiatur maior quantitas, quàm extrahi fuerit permiſſa, an ſolum incidat in commiſſum quantitas illa exceſſiua, vel tota. In obſer. ad deciſ. 222.num.3. 318

*Extrahens.*

Extrahens pecuniam extrahi prohibitam, & cum illa pecuniam extrahi permiſſam, nùm iſta pariter in commiſſum incidat ſicut illa prohibita,in obſer. ad dec.222.n.3.in principio.

F

*Fabrica.*

Fabrica Diui Petri de Vrbe ſi ſit creditrix anterior, an poſſit ad inſtar fiſci pecuniam à poſteriori creditore auocare,in obſer.ad deciſ.380.n.2.in fine. 510

*Facies.*

Faciem incidens pueri ad alterius inſtantiam, pecunia mediante,ex eo, quod noluit vltio nefando conſentire,nùm morti damnari poſſit,in obſer. ad deciſ.50. num.3.circa finem. 68

*Factum.*

Factum in continenti an, & quando præſumatur, ſi eodem die,& loco eiſdemque teſtibus fiat, dec.133. num.2.in medio. 196

Factum Iudicis dicitur factum Partis, dec.208.num.2. in fine 296.& in obſer.num.3.297. & dec.498.n.2. in fin. 659

*Falcidia,& Trebellianica.*

Falcidia, & Trebellianica an,& quando cenſeantur à teſtatore prohibita,deciſ.100.num.3.in medio. 149. & in obſer.num.3.150. & deciſ.534. n.2. 712

Et an prohiberi poſſit per verba generalia, d.n.2.in medio.

Falcidia nùm cenſeatur prohibita, ſi teſtator mandadauit,vt hæres integrè, & indiminutè ſolueret legata,d.dec.534.n.2.circa finem. 712

Falcidia an cenſeatur prohibita, ſi teſtator dixerit, quod hæres non poſſit plus petere,nec plus habere, d.num.2.in fin.& vid.in verb.*Trebellianica.*

*Falſa moneta.*

Falſa moneta ſi penès aliquem reperiatur, an præſumatur ab illo fabricata,dec.207. num.2. & in ober. num.2. 295

*Falſi Crimen.*

Falſi crimen an ſit bullas Regias amouere à panno bullato,eaſque in non bullato apponere, deciſ.207. num.1.& 2. 295

Falſi criminis inquiſitus, nùm torqueri valeat ad veritatem eruendam,dec.6.n.3. 9

Et nùm poſſit ex ſolitis indiciis puniri, d. deciſ.6. num.4. 10

Falſificans litteras Regis, & Prouiſiones Regiæ Cameræ nùm puniri poſſit pœna mortis, dec.302.n.1. & 2. 413

Falſi pœna nùm ſit arbitraria, & modo maior modo minor ſit, iuxta caſuum diuerſitatem, poſſit que in illo mortis pœna practicari, in obſer. ad deciſ.303 num.2.414.& dec.415.n.1. 553

Falſitatis ſpecies quot ſint,& quæ grauiores, in obſer. add.dec.302.n.1. 414

Falſum committens ſi ſit liber homo, an puniri poſſit pœna mortis,vel ſolum deportatione, & bonorum publicatione,d.dec.302.n.2. 413

*Fama.*

Fama publica regulariter nùm ſufficiat ad torturam inferendam,deciſ.365.num.3. & in obſer. numer.1. 488

Et quid dicendum ſi fama publica ſit vehemens, d. num.3.

Et quando fama dicatur vehemens, vel non, an remittatur arbitrio Iudicis, in obſer. d. numer.1.in fine.

Fama publica nùm ſit difficilis probationis, & quæ requirantur ad ipſam legitimè probandam, in d. obſer.n.2.

*Familia.*

Familia Epiſcopi,an gaudeat illius priuilegio, ſiuè in perpetuum, ſiue ad tempus ad ſeruitium Epiſcopi ſit deputata,dec.192.n.2. 277

Et vide in verſ.*Familiares.*

Familia nobiliſſima de Ponte ſemel, atque iterum fuit reintegrata ad honores ſedilis Portæ Nouæ, in obſer.ad dec.428.n.2.573.cum duob.ſequent.

Familia poteſtatis in terminis text. *in l.Creditores C.de pignor.*nùm concedenda ſit Parte non citata, in obſer.ad dec.567.n.1. 759

Familiæ aſſociatio an concedenda ſit contra tertium poſſeſſorem,Parte non citata, in d. obſer. num.1.in med. 760

Familia poteſtatis,vid.in verb. *Officialis ſi ſuos exequutores.*

*Familiares.*

Familiares Epiſcoporum,quinam dicantur, vt gaudere poſſint priuilegiis, & exemptionibus Epiſcoporum familiæ tributis,dec.192.n.2.in fin. 277

Et an dicantur familiares Epiſcopi, qui ab eo pro breuiſſimo temporis ſpatio conducuntur, puta ad frumentum metendum &c.&quibus dietim merces ſoluitur d. num.2.in medio.277. & in obſer. num.1. 278

Familiares ſcholarium, aliorumque priuilegiatorum, an illorum gaudeant priuilegiis, etiam quoad forum,deciſ.7.n.6. 11

*Fatalia.*

Fatalia an currant in Principis conſiſtorio puta in collaterali conſilio,dec.578.num. 1. in med.& in obſer. num.1. 772

Et an currant in ſacro conſilio, & Regia Camera ex Regia ſanctione Ferdinandi primi, d.num.1.in med.



Digitized by Google

Fatalia an currant,& à quo tempore in reclamationibus interpoſitis à decretis definitiuis Regiæ Cameræ Summariæ, deciſ.178. num.2.257. & in obſer. num.1. 258
Fatalia an currant, ſi per actorem non ſteterit, quin cauſa decideretur, deciſ.578. ner.1. circa finem. 772
Et an currant fatalia inter Illuſtres perſonas, d.n.1. in fine.
Et an in dubio declarari debeat fatalia non curriſſe, d.n.1.in fine, & in obſer.n.3. 773
Fatalia quæ ſint, d. deciſ.578. num.1. in medio.
Fatalia ſi ſint decurſa quamuis qui in prima inſtantia ſententiam obtinuit fauorabilem non curauerit in ſecunda allegare appellationem eſſe deſertam, an poſſit iudex de cætero ſuper interpoſita appellatione, vel reclamatione pronunciare, in obſer. ad deciſ.535.num.2.714.& in obſer.ad deciſ.178.num.1. in fine. 258
Fatalia vt non currant, appellatione, ſiue reclamatione interpoſita, núm requiratur, vt qui appellauit, vel reclamauit antequam labatur primum fatale proteſtetur, vt cauſa expediatur, d. deciſ.535. n.2. & in obſer.n.1. 713
Fatalia lapſu non obſtante, an cauſa reuideri poſſit de ſtylo Sacri Conſilij, deciſ.178. numer.2. circa fin. 257
Et quid dicendum ſi appellatio fiat deſerta per non præſentationem proceſſus intrà legitima tempora, d. num.2. circa finem.

*Fœmina.*

Fœminæ vide infra in ver. *Fœmina.*

*Feudalis natura, & qualitas.*

Feudalis natura, an cenſeatur mutata, ſi probetur feudum fuiſſe poſſeſſum vti burgenſaticum per tempus immemorabile, in obſer. ad deciſ.280. num.3. in fin. 389
Feudalis qualitas, quomodo, & quibus modis probetur, d. deciſ.280. num.2. & in obſer. num.1.388. & in obſer.num.2.& 3. 389

*Feudalis res.*

Feudalem rem eſſe an probetur ex confeſſione feudatarij, in obſer. ad deciſ.399.num.3. 531

*Feudatarius.*

Feudatarij filius ſi in Dominum deliquerit, mortuo deinde feudatario; an feudum capiet fiſcus, vel ſit locus ſucceſſorio edicto, in obſer. ad deciſ.96. n.4. 145
Feudatario contumace propter aliquod delictum, an ſequeſtrari debeat eius iuriſdictio, in obſer.ad deciſ. 143.n.1.verſ. *ſed quid dicemus*, in med. 209
Et an adminiſtrari debeat iuriſdictio per officialem à Proræge deſtinatum, in obſer.ad deciſ.51.n.2. 70
Et quid practicetur in Sacro Conſilio circa feudatarium contumacem,in obſer.n.3. 70
Feudatario delinquente, vel ſine ſucceſſore decedente, quo iure fiſcus illius præoccupabit bona, núm ex lege contractus, vel tanquam hæres feudatarij, in obſer. ad deciſ.392.num.2.524.& deciſ.396.n.1. in fin. 527
Feudatario defuncto an poſſit feudum ſequeſtrari penès Regiam Curiam, fiſco inſtante, *ex cap. Regn.* incip. *ex præſumptuosè* ſi legitimus ſucceſſor claro, & aperto iure non poſſit ad feudi ſucceſſionem deuenire, deciſ.103.num.1. & 2.154. & in obſer.n.1. 155
Feudatario defuncto pluribus ſuperſtitibus filiis, quorum primogenitus ſit foriudicatus an feudum ſpectet ad fiſcum ex perſona ipſius foriudicati, deciſ. 143.num.1.& 2.208.& in obſer.n.1. 209
Et quid dicendum ſi in dicto feudo viuatur iure francorum, d.n.2.in medio.
Et quid dicendum ſi pater filium foriudicatum exhæredaſſet vel præteriiſſet, d.n.2.in fin.
Feudatario foriudicato, vel bannito declarato,an, & quando fiat locus feudi deuolutioni, in d. obſer.n.3. 209
Feudatario foriudicato declarato,filiis exiſtentibus pupillis, núm fiſcus accipiet curam, & baliam feudi, quouſque puberes efficiantur, & interim fiſcus vita foriudicati durante, de fructibus feudi virilem tantùm accipiet portionem, in d.obſer.n.4.
Feudatario ſine legitimo ſucceſſore decedente, an fiſcus poſſit vigore *cap.ex præſumptuosè*, poſſeſſionem capere feudorum, nulliter alienatorum, & quæ reperiuntur penès tertios poſſeſſores, deciſ.315.n.1.& in obſer.n.1.cum ſequentibus. 428
Feudatario ſi ſit conceſſum priuilegium ſubinfeudandi an intelligatur, vt ſubinfeudare poſſit ea lege, qua ipſe habet à Domino directo,deciſ.522.num.2. in med. 693
Feudatario ſi ſit data poteſtas feudum pignorandi, an poſſit illud vendere, deciſ.506. numer.2. circa fin. 670
Feudatarius irrequiſito Domino, núm poſſit alienare actionem perſonalem, quam habet ad feudum conſequendum, deciſ.116. numer.2. circa finem 172
Feudatarius an poſſit per indirectum ſucceſſorem ſuum immediatum priuare feudo, grauando illum in pecunia, vſque ad integrum valorem feudi, in obſer. ad deciſ.532.n.2. 710
Feudatarius an poſſit matrimonium contrahere, vel filiam, ſororem, aut nepotem maritare ſine Regis licentia de iure Regni,in obſer.ad deciſ.45.n.5. 62
Feudatarius, qui ex facultate ſibi conceſſa diſponendi de feudo ad beneficium illius qui tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſuccedere poteſt, facto teſtamento, certóque ſibi nominato hærede, núm poſſit, illo teſtamento reuocato, alium ſibi hæredem facere, vel potius cenſeatur data facultas pro primo hærede, in obſer. ad deciſ.520. numer.3. 691
Feudatarius, qui feudum habet cum clauſula *pro hæredibus ex corpore*, ſi filios non habens, fratrem, qui illi erat ab inteſtato, vel ex teſtamento in allodio ſucceſſurus in feudo prædicto hæredem inſtituat, aſſenſu ſuper hoc impetrato, & hic frater,relicto filio præmoriatur, nec ipſe feudatarius aliud teſtamentum condat, an poſſit dictus filius, & ſic nepos feudatarij in dicto feudo ſuccedere vigore teſtamenti prædicti, d. deciſ.520.num.1.& 2.690.& in obſer.n.1. 691
Feudatarius, qui tempore belli exiſtens in loco tuto, & benè munito, ſe tranſtulit ad locum feudi apertum, vt ex quacunque modica inuaſione inimicis reſiſtere non poſſit, an per hoc crimen rebellionis exiſtat probatum, deciſ.67.n.1. 95
Et quid dicendum ſi eius ſubditi ipſo præſente, & non contradicente erexerint vexilla hoſtis, & acclamauerint,*Viuat,Viuat*,d.deciſ.67.n.3. 96
Feudatarius refutando feudum,núm poſsit cedere loco, & remanere in loco, reſeruando ſibi in feudo aliquod ius,in obſer.ad deciſ.550.n.2.in medio.734



Digitized by Google

Feudatarius ſi bona obliget feudalia, & ab hac vita decedat, nùm poſt eius mortem impetrari poſſit aſſenſus, deciſ.513.n.2.in fin. 680

Feudatarius ſi feudum vendere voluerit, an directus dominus præferri debeat omnibus pro eodem pretio, deciſ.22.n.3. 29

Feudatarius ſi legitimum habens in feudo ſucceſſorem, gratiam obtinuerit à Domino Prorege diſponendi de feudo, tam per contractum, quàm per vltimam voluntatem in perſonam illius, qui aliàs de iure ſuccedere non poterat, ſi demùm legitimus ſucceſſor decedat, priuſquam de feudo diſponat, an gratia corruat, & non poſſit ampliùs ea vti, deciſ.407. num.1. & 2. 541. & num.3. & in obſer. num.1. 542

Feudatarius ſi ob delictum commiſſum contumax declaretur, an poſſit priuari feudi poſſeſſione ante lapſum anni, deciſ.51. n.1.& 2. & in obſer.n.1.69. & vid.in ver. *Feudatario contumace*.

Et quid diſponatur in hoc de iure Regni, & in hac Ciuitate Neapolitana, d.n.2.in medio.

Feudatarius ſi ob prætenſam rebellionem fuerit à fiſco bonis omnibus ſuis priuatus, ſi deinde declaretur ſolùm incidiſſe in felloniam, & propterea teneri fiſcum ad reſtitutionem allodialium, an teneatur reſtituere etiam fructus ex illis perceptos.

Feudatarius, ſi propter aliquod graue delictum foriudicetur, an lecta foriudicationis ſententia cenſeatur feudo priuatus, & ad Regiam Curiam deuoluto, in obſer.ad deciſ.143.n.1.ver. *ſed quid*. 209

Feudatarius ſoluens adoham pro feudo, quod poſſidet, an etiam ſoluere teneatur gabellam, & datia, deciſ. 373.n.2.circa med. 499

Et quid dicendum in conductore feudi, d.deciſ.373. num.1.& 2.

Feudatarius ſub prætextu, quod feudum non ſit in fructu, an poſſit iuſtè prætendere, ſe non teneri ad releuium, & Adohæ ſolutionem, deciſ.501.n.1.& 2. 663.& in obſer.n.1. 664

Et quid dicendum ſi feudatarius erogando pecuniam poſſet feudum reddere fructuoſum, d. num.2. in med. 664

Feudatarius ſuper ſuo feudo an poſſit mulieri conſtituere dotarium abſque licentia Regis, deciſ.256. num.2.circa med. 363

Et quid dicendum ſi vnum tantùm habeat feudum, an ſuper illo poſſit dotarium conſtituere, d.n.2.circa medium.

Feudatarius ſi ſubſtitutionem faciat in feudo, an poſſit ſuper ea præſtari aſſenſus per Dominum Proregem, deciſ.79. num.3. 115

*Feuda, & Feudum.*

Feuda dignitatum, nùm diuerſam habeant naturam ab aliis feudis, & dicantur feuda regalia, deciſ.118. num.2. 175

Feuda ſi ſint quaternata an poſſit ſine aſſenſu concedi, & alienari, deciſ.522.n.2. 692

Et an in dubio cenſeantur in Regno noſtro quaternata, licèt non reperiantur ſcripta in quinternionibus Regiæ Cameræ, nec pro illis Barones ſoluerint Adoham, deciſ.399. num.2. & in obſer.num.1. 530

Feuda ſunt iuris publici, nec in illis patria poteſtas attenditur, deciſ.550.n.1.in fin. 734

Facta in Regno, quo temporis ſpatio præſcribantur contra priuatum, in obſer. ad deciſ.68.n.2. 98

Et quo temporis ſpatio præſcribantur contra fiſcum, in d.obſer.n.3. 99

Feudi alienatio an ſit nulla ex defectu Regij aſſenſus, ſi adimpletæ non fuerint conditiones poſitæ in dicto aſſenſu præſtito cum clauſula *nec aliter, nec alio modo*, deciſ.527.n.1.& 2. 702

Et quid dicendum ſi pretium exburſatum per emptorem ſit verſum in augmentum aliorum bonorum feudalium ad Regiam Curiam deuolutorum, d.n.2.circa medium.

Feudi alienatio an valida ſit, ſi fiat reſeruato vſufructu alienanti, & in ſupplicatione aſſenſus, verbum nullum de reſeruatione vſusfructus, in obſer.ad dec.21. num.3. 28

Feudi alienatio, ſeu venditio ſi ſit permiſſa, an cenſeatur permiſſa eiuſdem pignoratio, ſiue hypothecatio, deciſ.374. num.2.in fin. & in obſer. num.3. 501

Feudi alienatio abſque Regio aſſenſu, an poſſit per alienantem reuocari vigore text. in Conſtit. Regni *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, ſi inter Baronem, & Vniuerſitatem inita eſſet conuentio, vt ſoluto pretio reduceretur Vniuerſitas ad Regium domanium, deciſ.358.n.1.& 2.& in obſer.n.1.& 2. 479

Et quid dicendum ſi per Vniuerſitatem ſit memoriale porrectum Domino Proregi pro aſſenſu, & per ſuam Excellentiam ſit Regiæ Cameræ remiſſum, in d.obſer.n.1.

Feudi augmentum puta ſeruitutem, vel hypothecam, quam habeo ſuper feudo, an poſſim remittere ſine aſſenſu, dec.305.n.2. 417

Feudi de natura eſt, vt detur pro ſe, & hæredibus, deciſ.337.n.2.in fin. 454

Feudi donatio facta matri per filium, Regio aſſenſu mediante, an, & quando firma ſit, itavt Agnatus, qui in feudo prædicto erat proximè ſucceſſurus, audiendus non ſit, ſi alleget donationem factam eſſe in fraudem, deciſ.532.num.1.& 3.709.& in obſer. num.1. 710

Feudi emptor, ſi fortè ex aliqua cauſa poſſet fiſcus poſt mortem venditoris, venditionem declarare nullam, nùm poſſit fiſcum in ius vocare morte venditoris nõ expectata, atque inſtare, vt declaretur venditionem fuiſſe, & eſſe validam, deciſ.577.num.1.770.& in obſer.n.1. 771

Feudi emptor, ſi emptionem reuocat defectu aſſenſus Regij non regiſtrati, an fiat locus dictæ reuocationi, & poſſit pretium repetere à venditore, maximè ſi venditor potiùs ceſſerit, quàm ven diderit, dceiſ.498.num.1.& 2. 658

Feudi emptor ſi emptionem reuocat, an habebit pretium cum intereſſe, in obſer. ad deciſ.215. num.1. in medio. 308

Feudi emptor ſi ex pacto promiſit aſſenſum impetrare, ſi non impetrauit, & ob id emptionem reuocat, nùm teneatur venditori ad intereſſe, quod forſan ex hac reuocatione pateretur venditor, in obſer. ad deciſ.49.num.2. 659

Et an liceat emptori reuocare emptionem, ſi in aſſenſu deficiat vna tantùm ſolemnitas, quæ omnino ſpectat ad emptorem, puta præſtationis iuramenti, quod vulgo appellamus ligium, vel homagium, & an hoc caſu emptor teneatur emptori ad omne damnum, in d. obſer. num.2. circa fin. 660

Feudi ius, an dicatur præſcriptum, ſi res ſit poſſeſſa, vt feudalis, & per annos 78. ſit ſolutum releuium, & Adoha, deciſ.231.n.4. 330

Et an cenſeatur præſcriptum ex longæua poſſeſſione, cum præſtatione ſeruitij, & releuij, & per quot annos, in obſer.ad d.deciſ.231.n.2. 331

Feudi in augmentum nùm poſſit remittere quis ſine aſſenſu ius, quod ſuper feudo habet, in obſer.ad deciſ. 271.num.4. 378



Digitized by Google

Feudi noui pretium, quod à patre fuit in illo erogatum, an ſit inter omnes filios conferendum, ſi à patre non reperiatur prohibita collatio, deciſ. 100. num. 2. 148

Et quid dicendum ſi primogenitus ſit hæres inſtitutus in feudalibus, & ſecundogeniti in allodiis, d. deciſ. 100. n. 1. & in obſer. n. 2. 149

Feudi obligationem factam pro dotis reſtitutione an poſſit maritus, vel eius hæres reuocare, ſtante Regni conſtitutione, *Conſtitutionem Diuæ Memoriæ*, deciſ. 368. n. 2. in med. 493

Feudi omninò incapax, quia mutus, ſurdus, vel debilitatus, &c. ſi feudum poſſideat, & diſpenſationem non oſtenderit, an debeat feudi poſſeſſione priuari, deciſ. 480. n. 1. 637

Feudi priuatio nùm ſit pœna ciuilis, vel criminalis, in obſer. ad deciſ. 401. n. 3. 534

Feudi refutatio, quæ fit à feudatario in perſonam ſibi proximè ſucceſſuram, an valeat aſſenſu, deciſ. 155. n. 2. circa fin. 227

Feudi refutatio ſi fiat à patre in filium primogenitum reſeruato tamen ſibi vſufructu, an corruere debeat tam reſpectu refutationis, quàm vſusfructus, deciſ. 21. numer. 2. ver. *Quoad ſecundum* 27. & in obſer. num. 3. 28

Et quid dicendum ſi refutans reſeruauerit ſibi habitationem in Caſtro, vel aliquid annuum pro victu ſoluendum à refutatario, deciſ. 550. num. 1. & 2. 733. & in obſer. n. 1. 734

Et vide in verb. *Refutatio feudi.*

Feudi repudiatio facta à filio primogenito, an valeat ſine aſſenſu, deciſ. 155. n. 2. circa fin. 227

Feudi ſucceſſio an ſit Agnato deneganda ob inceſtum, & ſtuprum cum feudataria commiſſum, deciſ. 519. n. 1. & 2. & in obſer. n. 1. & 2. 689

Feudi venditio, ſeu alienatio an poſſit per venditorem reuocari, ſi porrectum ſit memoriale pro aſſenſu, nulla adhuc declaratione ſequuta, deciſ. 291. num. 1. & 2. 401. & in obſer. n. 1. 402

Et quid dicendum ſi feudum eſſet conceſſum à principio cum facultate alienandi, & vendendi, in d. obſer. n. 1. in medio.

Feudi venditio ſi fiat cum pacto de retrouendendo, & in impetratione aſſenſus ſuper venditione prædicta, nulla de tali pacto mentio fiat, an inualidetur venditio, & aſſenſus, deciſ. 21. n. 2. verſ. *Quoad ſecundum* in medio. 27

Feudi venditione reuocata ex defectu aſſenſus vigore Conſtitutionis Regni, *Conſtitutionem Diuæ Memoriæ*, an feudum ſit reſtituendum venditori, vna cum fructibus, & emptori pretium cum intereſſe, in obſer. ad deciſ. 215. n. 1. 308

Feudi venditor ſi ante contractum, membrum aliquod ex corpore feudi diſtraxerit, an, & quandoteneatur ad corporis diſtracti refectionem, deciſ. 63. n. 1. & in obſer. n. 1. 89

Et quid dicendum ſi membrum ſit diſtractum titulo lucratiuo, d. n. 2. in fin.

Et quid dicendum ſi res diſtracta eſſet adeò conſiderabilis æſtimationis, vt venditor maiori pretio vendidiſſet feudum, in d. obſer. n. 2. 89

Feudo deuoluto ad Regiam Curiam, an teneatur Dominus Rex omnibus ſatisfacere creditoribus pro integro feudi valore, qui illud cum Regis conſenſu obligatum tenet, in obſer. ad deciſ. 515. num. 2. circa medium. 683

Feudo ſi quis ſit inueſtitus pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, de quibus ſucceſſoribus intelligi debeat, nùm de Vniuerſalibus, vel de particularibus, deciſ. 528. n. 2. in fine. 704

Feudo ſi quis ſit inueſtitus, vt per eius mortem ſuccedant Agnati proximiores, nùm locus fiet ſucceſſioni per mortem ciuilem ipſius inueſtiti, deciſ. 56. num. 5. circa medium. 79

Feudo vendito agnato remotiori, vel extraneo, an poſſit Agnatus proximior intra annum offerre pretium emptori, & feudum recuperare, deciſ. 22. n. 2. 29

Et vide in verb. *Agnatus.*

Feudum antiquum, vel paternum an efficiatur nouum ob nouam inueſtituram, & conſequenter mutet naturam, deciſ. 158. n. 3. circa finem. 232

Et quid dicendum ſi in noua inueſtitura noua apponatur qualitas, nùm dicatur nouum reſpectu illius qualitatis tantùm, & reſpectu dictæ nouæ qualitatis intelligatur facta alteratio, d. n. 3. in fin.

Feudum an, & quando, & quo temporis ſpatio ſuam mutet naturam, & de quaternato fiat planum, de nobile ruſticum, & de feudo burgenſaticum, in obſer. ad deciſ. 60. n. 1. 2. & 3. 86

Feudum an dicatur antiquum, vel nouum ad finem videndi quomodo taxari debeat, ſi contendentibus fiſco ſcilicet pro deuolutione ob lineam finitam vltimi poſſeſſoris feudatarij, & alio prætendente ſe eſſe legitimum feudi ſucceſſorem, huiuſmodi quæſtio ſit tranſactione finita, & legitimus ſucceſſor, filio ſoluta quantitate, feudum retinuerit, deciſ. 562. n. 1. & 2. 753. & in obſer. n. 2. 754

Feudum an dicatur antiquum, vel nouum, ſi vaſſallo per Principem reſtituatur ex gratia, quo priùs ob delictum priuatus extiterat, d. n. 2. circa finem, & in d. obſer. n. 2. in fine. 754

Et quid dicendum ſi Princeps in reſtitutione vtatur hoc verbo (*de vno concedimus*), d. numer. 2. in fin.

Feudum concedens, vide in verb. *Feudum ſi quis concedat.*

Feudum conceſſum patri, & filio ſub propriis nominibus, an in dubio cenſeatur conceſſum filio proprio ſua contemplatione, vel patris, deciſ. 343. n. 1. in fin. 460

Et an filius viuente patre debeat habere medietatem feudi, eoque defuncto teneatur ad releuium, d. deciſ. 343. n. 2. in medio.

Feudum conceſſum à Rege cum primum illud ad ipſum deuoluatur, ſi deinde per poſſeſſorem vendatur cum ipſius Regij aſſenſu, an hæc venditio fieri poſſit in præiudicium illius qui expectatiuam obtinuerat, deciſ. 73. n. 1. & 2. 106

Feudum datum patri, & filio eius nomine proprio à Conſanguineo patris non præcedentibus filiis meritis, an totum cenſeatur patri quæſitum, deciſ. 348, n. 2. circa finem. 467

Feudum datum filiæ in dotem à patre an dicatur antiquum, vel nouum, ſi pater moriatur, matrimonio adhuc non contracto, ſed ſolùm initis capitulis matrimonialibus, deciſ. 158. n. 1. & 2. 231

Feudum datum alicui pro ſe non adito (*& hæredibus*) an cenſeatur datum etiam pro hæredibus, deciſ. 337. n. 2. in fin. & in obſer. n. 1. 454

Feudum de longobardo, an efficiatur francum per poſſeſſionem triginta annorum vti francum, in obſer. ad deciſ. 60. n. 2. in fin. 86

Feudum deuolutum ad fiſcum ob feudatarij rebellionem, an dicatur filio acquiri ob delictum, vel potiùs ex contractu, itavt illud iudicium ciuile ſit, vel criminale, deciſ. 341. n. 2. in medio. 458

Feudum emens, vide in verb. *Feudum ſi quis emat.*

Feudum emptum cum qualitate hæreditaria an diuerſum reputetur patrimonium à bonis burgenſaticis, itavt locus non ſit contributo, in obſer. ad dec. 144. n. 1. in fin. 211

Feudum emptum ex pecunia redacta à venditione rei allodialis

Digitized by Google

allodialis quæ vxori erat pro ſuis dotibus hypothecata, an remaneat pariter obnoxium hypothecæ vxoris, Regis aſſenſu non interueniente, dec.204. n.3.in med. 291

Feudum ex pacto, & prouidentia ob delictum in Dominum commiſſum, mortuo delinquente, quamuis nullo ſuperſtite deſcendente, nùm ſit deferendum Domino, vel Agnato, deciſ.336.n.2.circa medium. 452

Et an viuente criminis Reo, debeat fiſcus illo frui, in obſer.ad d.deciſ.336.n.2. 453

Feudum ex pacto, & prouidentia quando dicatur, & quando hæreditarium, in obſer.ad deciſ.79. num.1. 115

Feudum hæreditarium iudicatur tanquam res allodialis, ſi in diſpoſitione per feudatarium facienda, voluntas Domini accommodetur, in obſer.ad dec.532. num.1. 710

Feudum hæreditarium an poſſit pater donare ſecundogenito adhuc inſcio, & ignorante primogenito, deciſ.133. num.4. in fine 197. & in obſer. num.4. 198

Et ſi primogenitus conſentiat, an, & quando ſibi, & ſuis hæredibus præiudicet, d.n.4.

Feudum legari an poſſit ſine Regio aſſenſu, & ſi legetur, an debeatur æſtimatio, deciſ.359.n.1.480. & in obſer.n.1. 481

Et quid dicendum ſi feudum ſit emptum de propria pecunia legatarij, in d. obſer. numero 1. in medio.

Feudum locari nùm poſſit ad modicum tempus, abſque conſenſu directi Domini, deciſ.105.n.3. in fin. & in obſer.n.4. 158

Feudum nobile an efficiatur ruſticum, ſi per ſpatium centum annorum vti ruſticum ſit poſſeſſum, in obſer.ad dec.60.n.1.in fine. 86

Feudum nouum, & acquiſitum pro ſe, & deſcendentibus ex corpore, an deuoluatur ad Dominum directum, ſi primus acquirens abſque prole deceſſerit, deciſ.563.n.2. 755

Feudum planum, & de tabula, quid ſit, in obſer.ad dec. 69.num.4. 101

Et cuius ſit naturæ, in d.obſer.n.5. 102

Feudum poſſidens abſque titulo, ſi illo ſpolietur, an ei competat interdictum recuperandæ, dec.251.n.2. circa fin. 358

Feudum poſſidens ab ipſo pecunia emptum pro ſe, & vno hærede nominando, ſi ab inteſtato deceſſerit, pluribus ſuperſtitibus fratribus, an ſolùm frater ſuus, qui locum tenet primogeniti in feudo illo ſuccedat, nec teneatur cum aliis fratribus æſtimationem illius conferre, in obſer. ad deciſ.551. num.2. 736

Feudum poſſidens in capite à Regia Curia, an teneatur vendere, vel alteri concedere eodem modo, & qualitate, qua illud tenet, imò ita in dubio, vt actus valeat cenſeatur feudum alienatum, deciſ.186. n.2. in fine. 269

Feudum poſſidere an dicatur, qui ſolam habet commoditatem percipiendi fructus ex re feudali, in obſer.ad deciſ.449.n.2.verſ.*vltima.* 601

Feudum poſſideri in capite, nùm poſſit à duobus, d.n.2. circa medium.

Feudum poſſideri an poſſit, abſque titulo ſaltem ratione poſſeſſionis, deciſ.251.n.2.in med. 358

Feudum præſcribi an, & quando poſſit tàm contra Dominum, quàm contra priuatum, in obſer. ad deciſ.558.n.1.747.& in d.obſer.n.2. 748

Feudum pro dotario in pecunia conſtituto, nullo pacto obligatum cenſetur ſine ſpeciali hominis aſſenſu, deciſ.479.num.2. 625

Feudum pro paragio debito per fratrem ſorori, vel pro dote, an dicatur obligatum, deciſ.256. num.2.363. & in obſer.num.3. 364

Et an fratre condemnato in ſubſidium poſſit fieri exequutio contra poſſeſſorem feudi, in d. obſer. num. 3.

Feudum quaternatum cum vaſſallis an ſit nobile, feudum verò planum, & de tabula ruſticum, plebeium, ac pœnitus ſit ignobile, in obſer. ad deciſ. 69. n.4.in fin.& n.5. 101

Feudum quaternatum an, & quando in dubio dicatur, deciſ.399.n.2. 530

Et an omne Caſtrum, vel villa dicatur feudum quaternatum, ſi in feudum detur cum vaſſallis, in obſer. ad deciſ.69.n.2. 101

Feudum, quod longo tempore poſſidetur pro burgenſatico, an ſit verè feudum, dec.280.n.1.& 2. 388

Feudum quod immediatè, quis tenet à Barone ob crimen læſæ Maieſtatis per feudatarium commiſſum, cui aperiatur, an fiſco, vel Baroni, deciſ.69.n.1. 99

Feudum, quod poſſidetur ab alio, nùm poſſit viuente Vaſſallo, alteri per Regem concedi, ſub conditione tamen, ſi contigerit ad directum Dominum forè deuoluendum, deciſ.184. num.2. in medio. 265

Feudum, quod potiùs præſumitur planum, & de tabula, quàm quaternatum, ex eo quia ab annis centum illud penitùs deſeruerunt, mortuo feudatario ſine legitimo ſucceſſore, cui aperiatur an Regiæ Curiæ, vel Baroni, in cuius territorio ſitum eſt, deciſ.60.nu.1.& 2.85.& in obſer.n.1. 86

Feudum an ſit quid vniuerſale, & nùm ſit Vniuerſitas iuris, vel facti, deciſ.396. num.1. in fin. 527

Feudum ſi acquirat filiusfamilias, an acquiratur vſuſfructus Patri, deciſ.550.num.2.in fin. 734

Feudum ſi acquirat, quis pro ſe, & filiis natis, & naſcituris, & non niſi vnicum habeat naturalem, idque Dominus concedens ſciuerit, an iſte naturalis erit hæres in feudo, deciſ.536. numer.2. in fin. 715

Feudum ſi alienet vaſſallus, ſine Domini conſenſu, ſed cum proteſtatione, ſaluo iure filiorum, & ipſius directi domini, nec aliter, nec alio modo, an dicatur facta alienatio, deciſ.105. num.3. in med. 158

Feudum ſi non apparet ſub qua forma ſit à Rege conceſſum, an ſemper præſumatur conceſſum pro ſe, & hæredibus, in obſer. ad deciſ.69.n.7. 102

Feudum ſi alienetur propter Rebellionem fratris primogeniti, an cenſeatur pariter diſtractum reſpectu vitæ, & militiæ ſecundogeniti, deciſ.92.num.2. 138

Feudum ſi alienet Vaſſallus abſque Domini conſenſu, & poſſeſſionem emptori tradat, licèt ipſo iure feudum incidat in commiſſum, an poſſit Dominus emptorem poſſeſſione ſua ſpoliare, deciſ.251. n.2. in fine, & in obſer.n.1. 358

Feudum ſi concedat Baro cum clauſula, vt immediatè conceſſionarius teneat ab ipſo Barone, & Rex ſimpliciter aſſentiat, an efficiatur planum, & de Tabula, in obſer. ad deciſ.186. numer.1. circa fin. 270

Et quid dicendum ſi Rex in aſſenſu dixerit, vt Conceſſionarius immediatè teneat in capite à nobis, & à noſtra Regia Curia, an aſſenſus ſit difformis, & nihil operetur, vel potius feudum illud efficiatur quaternatum ſecundùm quid, & quomodo, in d. obſer.n.1.circa med.

Et vid. in verb. *Feudum ſi quis concedat.*

Feudum, ſeu Caſtrum ſi concedatur à Rege cum gabellis,

Digitized by Google

Gabellis,& Dohanis,an intelligatur tantùm de illis, quæ ibi conceſſionis tempore impoſitæ reperiuntur, & non de illis, quæ deinde à Rege, vti Rege imponuntur, deciſ.537. num.1.& 2. & in obſer.n.1. 716

Feudum ſi concedatur à Rege pluribus in ſeruitiorum remunerationem,& illorum vnus decedat ſine liberis,nùm ſuperſtitibus ad partem defuncti admittantur per ius accreſcendi, deciſ.195.n.1.& 2.& in obſer.num.1. 281

Et quid dicendum ſi conceſſionarij eſſent fratres,in d.obſer.n.2.

Feudum ſi cum Regio aſſenſu fuerit à muliere in dotem datum, an, & quando per mortem viri ſit per eius hæredem ſoluendum releuium Regiæ Curiæ, deciſ. 45.n.1.& 2.60.& num.3.& in obſer.n.1.& 2.61.& n.3.& 5. 62

Et an, & quando per mortem viri feudum reuertatur ad vxorem ipſo iure,& legis miniſterio, d.n.2.60

Et an poſſit dari in dotem feudum ſine Regis aſſenſu, in d.obſer.n.4. 62

Feudum ſi cum Regio aſſenſu donetur, retento ſolùm vſufructu an poſſit deinde vſusfructus remitti ſine aſſenſu, deciſ.271. num.2.circa medium. 377

Feudum ſi peruenerit ad manus mortuas puta ad Eccleſiam, &c. an debeatur releuium ſingulis quindecim annis, in obſer. ad deciſ.403. num.3. 537

Feudum ſi quis concedat eo expreſſo, vt immediatè teneat conceſſionarius ab ipſo concedente, & quod ei Adoham, & releuium ſoluat, conceſſionarius verò ſupplicando pro aſſenſu, nullam de his qualitatibus mentionem faciat; ſed ſolùm verbis vtatur generalibus, & ob id præſtetur aſſenſus, vt immediatè feudum teneatur à Rege, eique præſtetur Adoha, & releuium, an propter difformitatem aſſenſus habeatur pro non præſtito, & nullo modo teneat conceſſio,deciſ.106.n.1.& 2.& in obſer.num.1. 159

Feudum ſi quis emat à Regia Curia eo conuento, vt ſi abſque liberis mori contigerit, poſſet in illo nominare ſibi hæredem verbo, vel ſcripto, ſi deinde emptor deceſſerit ab inteſtato, nulla facta nominatione hæredis,nec in vita nec in morte,an feudum illud ſpectet ad ſucceſſorem legitimum ab inteſtato,deciſ.411. n.1.& 2.& per totam 548.& in obſer. n.1. 549

Et quid dicendum ſi feudatarius iſte condiderit teſtamentum, ſibique inſtituerit hæredem Vniuerſalem Petrum nulla facta expreſſione, quod eum nominabat hæredem in feudo, an feudum ipſum ſpectet ad Petrum, in d. obſer. numero 2. 549

Feudum ſi ſit alienatum cum pacto de retrouendendo, & feudatarius ſine legitimo ſucceſſore decedat, ſed de hoc iure diſponat ad alterius beneficium vigore poteſtatis ſibi à lege conceſſæ vendendi, diſponendi, & alienandi feudum prædictum, an dictum ius luendi deuoluatur ad fiſcum, vel teneat diſpoſitio, deciſ.374.num.1.& 2.500. & in obſer.n.1. 501

Feudum ſi ſit commune duobus, nùm delictum vnius noceat confeudatario,in obſer. ad deciſ.168.num.1. 244

Et an id locum habeat in feudo diuiduo, in d. obſer. n.1.circa finem.

Feudum ſi ſit quaternatum, in illo ſuccedunt agnati vſque ad tertium gradum, ſi verò ſit planum, & de tabula ſuccedunt vſque ad ſeptimum, deciſ.399. num.1. 530

Feudum ſi ſit refutatum ab Auo nepoti ex filio primogenito poſt tamen eius mortem ſi contigerit nepotem in perduellionis crimen incidere, an mortuo demùm Auo fiſcus ſuccedat, vel potiùs Agnatùs proximior, & ſic filius refutantis, deciſ.56.n.1. cum plurib.ſeq.78.& in obſer.num.1.79.& num.2. & 3. 80

Feudum ſi ſit venditum cum aliquibus corporibus, quorum aliquod ſit euictum, an emptor tantùm agere poſſit pro corpore euicto, vel contractus in totum corruat, deciſ.304. num.1. & 2. & in obſer. num.1. 416

Feudum ſi ſit venditum cum pacto de retrouendendo, & ob feudatarij rebellionem omnia illius bona deuoluantur ad fiſcum, nùm etiam deuoluatur actio perſonalis, ſeu præſcriptis verbis recuperandi feudum,tanquam etiam feudalis, deciſ.116. num.2. 172

Feudum ſi ſit venditum ſimpliciter, & poſtea in alio inſtrumento initum ſit pactum de retrouendendo, impetrato aſſenſu ſuper venditione, nulla huius pacti facta mentione, an totus aſſenſus dicatur eſſe nullus, deciſ.133.n.2.circa med. 196

Feudum tenere an prohibeatur, mangus, mutus, ſurdus, &c. deciſ.480. num.1. in fin. & in obſer. n.3. 638

Feudum titulo decoratum ſi vendatur, vel alicui legetur, Regio aſſenſu mediante, nulla tamen de titulo in aſſenſu, vel in venditione, aut legato facta mentione, an titulus tranſeat in emptorem, aut legatarium, vel remaneat penès ipſum feudatarium, deciſ.303. num.2. circa med. & in obſer. num.1. 415

Et an poſſit Dominus Prorex huiuſmodi feudi titulati venditioni, vel legato aſſenſum præſtare, d. deciſ.303.num.1.414.& deciſ.304.num.2.circa fin. & in obſer. n.2. 416

Et quid dicendum ſi vendatur feudum abſque titulo, in d. obſer. num.2. 416

### *Fideicommiſſum.*

Fideicommiſſi ex vi nùm ſuccedatur hæredi grauato, vel teſtatori, deciſ.254.num.1.361.& in obſer.n.3. 362

Fideicommiſſum, ſeu maioratum prætendens, an poſſit petere, poſſeſſore adhuc viuente, vt ſententia mediante declaretur, bona ſuppoſita fideicommiſſo, vel maioratui poſt illius mortem ad ipſum ſpectare, in obſer. ad deciſ.577.n.2. 771

Fideicommiſſum ſi ſit ſimplex, & abſolutum, & reſtitutorium in caſu mortis & in eo vocetur proximior de familia, pluréſque ſint agnati proximiores in eodem gradu, an poſſit hæres grauatus vni bona fideicommiſſo ſubiecta reſtituere, alienare, vel legare, in obſer.ad deciſ.478.n.2. 636

Et an omnes ſimul admittantur, d. numero 2. in medio.

Et quid dicendum, ſi teſtator iuſſerit, bona ad proximiorem agnatum indiuiſa peruenire, d.n.2.circa finem.

Fideicommiſſum vbi ſit petendum, nùm in loco, in quo eſt relicta hæreditas,in obſer. ad deciſ.191.n.8. 277

Et quid dicendum ſi hæres ſit abſens, an ſit petendum in loco domicilij hæredis,d.n.8.

### *Fideiuſſio.*

Fideiuſſionem,qui præſtare tenetur,ſi illam non inueniat, nùm admitti poſſit ad cautionem iuratoriam, deciſ.208.num.1.& in obſer. nu.1.296. & in obſer. num.2. 297



Digitized by Google

Et quid dicendum, ſi is, qui illam præſtare tenetur, ſit perſona ſuſpecta, vel lex, ſeu alia diſpoſitio idoneam, & ſufficientem requireret fideiuſsionem, in d. obſer. n. 1. in medio.
Et an poſsit ex ſe ipſo iurare, ſe fideiuſsorem non poſſe inuenire, vel debeat iurare iudice mandante, in d. obſer. n. 2. 297
Fideiuſsionem, qui præſtare non poteſt in caſu retractationis ſententiæ, quia ſcilicet eſt pauper, nùm admitti debeat ad cautionem iuratoriam, d. dec. 208. num. 1. in fine. 296
Fideiuſsionem, qui non tenetur præſtare ſimpliciter, ſed alternatiuè, aut ſcilicet ſatisdare, aut aliud agere, puta reum ab onere hypothecæ liberando, ſi fideiuſſores non inueniat, an admittatur ad cautionem iuratoriam, d. deciſ. 208. n. 2. 296

*Fideiuſſor.*

Fideiuſſor an, & quando cogere poſsit ſuum principalē debitorem, vt eum à fideiuſsionis nexu liberet, antequā ſoluat, dec. 499. n. 1. & 2. 660. & in obſer. n. 1. 661
Et quid dicendum ſi debitor diù à ſolutione ceſſauerit, vel bona ſua diſſipare cæperit, vel ipſe fideiuſſor ſit condemnatus, vel inimicitia ſit orta inter ipſum, & principalem, d. deciſ. 409. n. 2.
Et quid dicendum ſi ipſe fideiuſſor ſteterit in fideiuſſione per quinquennium, d. n. 2. in med.
Et quid dicendum in fideiuſsione obligato per inſtrumentum guarentigiatum, quod nos liquidum appellamus, in d. obſer. n. 2. 661
Fideiuſſor datus pro euictione nùm poſsit cogere principalem, vt ipſum ab obligatione eximat, antequam res euincatur, in d. obſer. n. 1. in medio. 661
Fideiuſſor datus pro Tutore, & curatore, & quolibet adminiſtratore an poſsit petere, vt à fideiuſsionis obligatione eximatur, antequam finiatur officium, vel adminiſtratio, in d. obſer. n. 1. circa finem.
Fideiuſſor datus pro debitore cenſus, licet ſteterit in fideiuſsione, per centum annos, an poſsit petere vt ab obligatione eximatur, in d. obſer. n. 1. in fin.
Fideiuſſor datus in contractu filij familias, patris conſenſu ex interuallo firmato, an obligatus remaneat, in obſer. ad deciſ. 127. n. 1. in fin. 188
Fideiuſſor in contractibus bonæ fidei an teneatur ad intereſſe, quamuis non ſit expreſsè promiſſum, deciſ. 298. n. 1. 408
Et quid dicendum in contractibus ſtricti iuris, d. num. 1. in fin.

*Fides.*

Fidem fallere, an liceat, ſi rationabilis ſuperuenerit cauſa, fidem non implendi, in obſer. ad dec. 425. num. 1. 569
Fidem habere de pretio nùm quis cogatur, qui ex lege, vel ſtatuto rem ſuam alteri vendere compellitur, in obſer. ad deciſ. 483. n. 5. 643
Fides bona nùm ſufficiat ad præſcriptionem, vel etiam reperiatur titulus, quoties ius commune poſſeſſori reſiſtit, in obſer. ad deciſ. 495. n. 3. circa medium. 655
Et quid ſi allegetur præſcriptio tanti temporis, cuius contrarij memoria non extet, d. n. 3. circa med.
Fides ſeruanda eſt ab omnibus, magis tamen à Principibus, deciſ. 187. n. 2. 270

*Filia.*

Filia dotata à patre, minùs tamen legitima portione, eo mortuo, nùm poſſit petere à fratre congruæ dotationis ſupplementum, vel potius debet eſſe contenta dote in vita patris accepta, deciſ. 275. num. 1. & 2. & in obſer. num. 1. 381
Filia dotata à patre, licèt ex vi ſtatuti, vel propriæ renunciationis non admittatur ad partem, facit tamen partem in computatione legitimæ, in obſer. ad deciſ. primam n. 3. 2
Et quid dicendum, ſi nihilo recepto renunciaſſet, in obſer. ad deciſ. 3. in med.
Filia dotata à patre, ſi nuptiarum tempore ampliſſimè eidem renunciauerit, an pretextu enormiſſimæ læſionis venire poſſit aduerſus renunciationem etiam iuratam, & omni ſolemnitate vallatam, dec. 444. n. 1. & 2. & in obſer. n. 1. 595
Filia dotata à Patre, vide in verb. *Soror.*
Filia excluſa à patris ſucceſſione propter dotem receptam, an partem faciat in computatione *legitimæ*, & vitæ, & militiæ aliorum filiorum, deciſ. 1. n. 1. & 2. & in obſer. n. 4. 2
Filia fœmina alicuius Rebellis, an ſit incapax ſucceſſionis paternæ, & maternæ, deciſ. 350. n. 1. & 2. & in obſer. n. 1. 469
Et an legitimam conſequi poſſit an bonis matris tantùm, d. n. 2. in fine.
Et an hæc legitima ſit tertia tertiæ, vel tertia totius, deciſ. 25. n. 2. & in obſer. n. 2. 33
Et an debeat habere legitimam in antefato, dec. 23. n. 2. in med. 31
Filia fœmina alicuius Rebellis in hac Ciuitate Neapolitana an poſſit petere quartam ſuper antefato, per eius matrem lucrato, deciſ. 23. n. 1. 30. & n. 2. & in obſer. n. 2. 31. & deciſ. 350. n. 1. in fin. 469
Filia adhuc impubes ſi nuptui à patre tradatur, & bonis feudalibus dotetur prçuio Regis aſſenſu, mortuo deinde patre, matrimonio adhuc non contracto, ſed ſolùm initis capitulis matrimonialibus, nùm dicatur in feudis ſuccedere per mortem patris, vt illa exiſtimentur antiqua, an potius dicatur ex titulo dotis acquirere, vt illa dicantur noua, deciſ. 158. num. 1. & 2. 231. & in obſer. n. 1. 232
Filia in Ciuitate Neapolitana mortuo patre, ſi non vult maritari ſed caſtè viuere, an aſſignari illi debeat legitima, in obſer. ad deciſ. 52. n. 6. 72
Et quid dicendum ſi vellet monachari, in d. obſer. num. 7. 8. & 9.
Filia in Ciuitate Neapolitana dum nuptui traditur, an efficiatur ſui iuris, & à patria poteſtate liberetur, in obſer. ad deciſ. 531. n. 2. in med. 708
Et quid dicendum ſi matrimonium contrahatur extra Ciuitatem & territorium, licèt contrahentes ſint Neapolitani, in d. obſer. n. 2. in med.
Filia in loco, vbi viget ſtatutum excluſiuum fœminarum à ſucceſſione patris, ſi fuerit ab ipſo patre in teſtamento præterita, nullum non erit eius teſtamentum, deciſ. 417. n. 2. circa fin. 556
Filia in Regno dotem de paragio tantùm habere debet, & non legitimam, d. n. 2. in med.
Filia in Regno an poſſit ſuccedere in bonis Auiæ Maternæ, vel tantùm in illis petere paragium, d. deciſ. 417. n. 3.
Filia pro liberando patre à vinculis, an teneatur renunciare hypothecæ, quam vti filia, & hæres matris habet in bonis patris, deciſ. 321. n. 3. 435
Filia quæ renunciauit hæreditati paternæ, & maternæ, an intelligatur renunciatio ſolùm reſpectu maſculorum, qui patri, vel matri ſuccedere poſſunt, non verò extraneorum, deciſ. 56. n. 6. in fin. 79. & deciſ. 58. n. 2. in fin. 82
Filia, quæ ampliſſimè renunciauit in manibus patris tempore, quo nupſit, & fuit dotata, an poſſit ſuccedere ſorori ſuæ ab inteſtato decedenti in bonis paternis, maximè ſi pater præmoriatur, d. deciſ. 58. n. 1. & 2. 82. & in obſer. n. 1. 83


Digitized by Google

Filia,ſiue ſoror,quæ patri,ſiue fratri renunciauit, ſi ab inteſtato decedant, an ab eorum ſucceſſione excludatur per Collaterales, in obſer. ad deciſ.185.n.1. in fin. 778
Et vid. in verb. *Renunciatio.*
Filiabus ſuper feudo paterno an debeatur vita,& militia,vel paragium,in obſer. ad deciſ.1.nu.1. in fin.2. in d.obſer.n.6. 3
Filiæ fœminæ in Ciuitate Neapolitana à ſucceſsione patris, an excludantur per maſculos, & ſolùm debeant maritari ſecundùm paragium, & facultates, in obſer. ad deciſ.52.n.6. 72
Filiæ fœminæ, etiam nuptæ, & dotatæ à patre, & ſiue ſint in poteſtate, ſiue non, proſunt quoque patri onerato duodecim vel quinque liberis ad obtinendam immunitatem à muneribus patrimonialibus, deciſ.261.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 367

*Filiatio.*

Filiatio quibus probetur, deciſ.138.n.2.in fine. 203
Filiationem ad probandam duo ſolent articuli fieri, & qui, in obſer.ad deciſ.190.n.1. 274

*Filij, & Filius.*

Filij Dominorum Præſidentium, & Patronalium Regiæ Cameræ an ſint immunes à iure ſigilli, ſicut eorum Patres, deciſ.395.n.1.& in obſer.n.1. 526
Filij duorum fratrum in ſucceſsione Patrui nùm admittendi ſint in ſtirpes, vel in capita, in obſer. ad deciſ.418.n.8. 560
Filij exhæredati, depoſitati, vel banniti, aliique ex forma ſtatuti inſucceſsibiles, vel ſi ſint de ordine fratrum minorum, vel hæretici, an diminuant aliquid de legitima aliorum filiorum, quin integrum habeant trientem. deciſ.25.n.2. in fin. & in obſer. num.2. 33
Filij ex illicito coitu procreati, nùm patris, vel matris ſequantur conditionem, vel originis, deciſ.4.n.1.6. & in obſer.n.2. 7
Filij fratrum in feudo nouo patrui, vel amitæ an ſuccedere poſſint, in obſer.ad deciſ.316.n.1. 429
Filij fratrum nùm ſuccedant Patruis,ſimul cum aſcendentibus, & fratribus defuncti vtrinque coniunctis,in obſer.ad dec.418.n.4.559.& in d.obſer.n.5.6. & 7. 560
Et quid dicendum ſi non concurrant fratres, ſed ſolùm Aſcendens, in d.obſer.n.4.
Filij in fauorem matris nùm teſtes eſſe poſſint, deciſ. 146.n.2.in medio. 213
Filij inſtituti hæredes contemplatione patris, nùm cenſeantur honorati, vt totum patri quæratur, nec temporis momento penès filios reſideat, in obſer.ad deciſ.285.n.1.in medio. 374
Filij iure noſtro municipali, vt ſuccedere valeant in antefato, per matrem lucrato,an opus ſit,vt ſint patris hæredes; Et quid dicendum iure communi attento, in obſer. ad deciſ.23.n.1. 31
Filij naturales nùm inſtituti cenſeantur, ex eo quod eorum pater intendens illos in certa parte inſtituere, diſpenſationem pro illis inſtituendis obtinuerit, deciſ.510.n.2.in fine. 676
Filij profeſſi in Religione bonorum incapace, nùm faciant partem in computatione legitimæ, ſi nihilo recepto renunciarunt, in obſer. ad deciſ.1. n.3. in medio. 2
Filij Rebellis, an dicantur incapaces ſucceſſionis maternæ, cæterorúmque, vel indigni, itavt ſucceſſio iſtorum ab eis auferatur,& fiſco applicetur,dec.96. num.2.142.& in obſer. ad deciſ.233.nu.1. 335
Filij Rebellium habilitati per Principem ad ſuccedendum in bonis maternis burgenſaticis, an habilitati cenſeantur quoque,vt ſuccedere poſſint in antefato, deciſ.93.n.1.& 2.138.& in obſer.n.1. 139
Filij Rebellium,nùm ſuccedere valeant in bonis dotalibus maternis burgenſaticis, vel ſuccedere debeat fiſcus,aut dotans,dec.233.n.1.& 2.333.& in obſer. num.1. 335
Et an ſuccedere poſſint in bonis maternis ex gratia Neapolitanis conceſſa, maximè ſi mater defuncta reperiebatur tempore,quo gratia fuit conceſſa,d.deciſ.233.n.3. 334
Filij ſi ſint hæredes à patre inſtituti, illiſq; ſi ſine liberis decederent,Caius ſit ſubſtitutus,ſi inter filios aliquis reperiantur in ſacris conſtitutus, nùm eius perſonam comprehendat ſubſtitutio, in obſer. ad dec.510.n.2. & 3. 676
Filiis ſecundogenitis, qui ſimul cum primogenito in bonis allodialibus fuerunt à communi patre hæredes inſtituti, an competat actio ad conſequendam partem meliorationum, quas eorum pater fuit in feudo,deciſ.471.n.3.& in obſer.n.3. 627
Filiis vocatis,nùm veniant tam maſculi, quàm fœminæ, in obſer. ad deciſ.197.n.2. 283
Filius ciuis allecti, nùm gaudere debeat immunitatis priuilegio,provt eius pater,in obſer.ad dec.297.n.3. 408
Filius deportatus,vel iuſtè exhæredatus,aut franciſcanam Religionem ingreſſus, nùm partem faciat in computatione legitimæ,& vitæ, & militiæ aliorum filiorum,licèt non admittatur ad partem, dec.1.n.2.
Filius emancipatus, hæreditatem patris non agnitam, nùm tranſmittat ſolùm ad ſuos,& non ad extraneos, in obſer.ad deciſ.551.n.3. 737
Filius an tanquam emancipatus ſit habendus,ſi per decennium habitet ſeorſum à patre propria peragens negotia,deciſ.354.n.2.474.& in obſer.n.3. 475
Et quid dicendum ſi filius emancipationem non alleget,ſed inuitatur ſolùm tempore, quo ſtetit ſeorſum à patre,propria peragendo negotia,an requiratur ſpatium viginti annorum, d.n.2. 474
Filiusfamilias in Regno contrahere an poſſit ſine conſenſu patris,in obſer.ad dec.127.n.1.circa finem.188
Et an patris conſenſus poſſit ex interuallo, & ex poſt facto in contractu filij accedere,in d.obſer.n.1. in fine,vid.in verb. *Conſenſus.*
Filiusfamilias fideiubens pro parte, & cum illo inſolidum ſe obligans,an,& quando efficaciter obligetur, deciſ.538.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 717
Et quid dicendum ſi fideiubet pro parte in cauſam dotis, in d.obſer.n.4. 718
Et quid dicendum ſi nihil ad officium peruenerit, vel ſolùm concurrat metus reuocabilis,d.n.2.
Et quid dicendum ſi mediante alio contractu iurato fideiuſsionẽ ratificauerit,d.n.2.in fin.& in obſer.n.1.
Filiusfamilias donare an poſſit rem,in qua pater vſumfructum non habet abſque ipſius patris conſenſu, in obſer.ad deciſ.212.n.2. 302
Filiusfamilias in iudicio eſſe an poſſit, ſine conſenſu patris,d.deciſ.212.n.1.301.& in obſer.n.1.& 4. 302
Et an conualidetur iudicium, ſi patris interueniat ratihabitio, vid. in verb. *Iudicium.*
Filiusfamilias propter feudi acquiſitionem, nùm à patris poteſtate liberetur,deciſ.354.n.2.in fine 474.& in obſer.n.4. 475
Filius in bonis patris eo viuente,an habeat tantũ ſpem ſuccedendi,& nullũ aliud ius,dec.532.n.3.in fin.709
Filius naturalis, vel ſpurius legitimatus à Principe, etiam quoad feudorum ſucceſsionem, nùm ſuccedat in feudo à patre quæſito, vel ſpectet ad hæredem ſcriptum in teſtamento, deciſ.510. n.1.& 2.675.& in obſer.n.1. 676



Digitized by Google

Filius natus, vide in verb. *Natus.*

Filius prætextu ſuæ legitimæ an poſſit reuocare alienata à patre ex alio titulo, quàm donationis, deciſ. 532.n.5.circa finem. 709

Filius primogeniti præmortui, an præferatur ſecundogenito in feudo antiquo, deciſ.155.n.1. 226

Filius primogenitus, qui mortuo patre feudatario in feudo ſucceſſit, an teneatur fratribus ſecundogenitis vitam, & militiam præſtare, tàm ſi ſit feudum antiquum, quàm nouum, in obſer.ad deciſ.1.n.1.2

Filius primogenitus ſuccedens in officio à patre cum pecunia quæſito pro ſe, & vno hærede nominando, & hoc ex cauſa nominationis non factæ, an teneatur conferre cum fratribus ſecundogenitis æſtimationem officij prædicti, in obſer. ad deciſ.551. n.1. in medio 736. & vid.in verb. *Officium.*

Filius priuilegio patris gaudet ſaltem ipſo viuente, deciſ.395.n.1. 526

Et quid dicendum ſi priuilegium ſpectet ad patrem ratione dignitatis, nùm competat etiam filio, patre mortuo, d.n.1.in medio.

Filius, qui in patris eſt poteſtate, eo mortuo, nùm ſtatim, ipſóque iure illius efficiatur hæres, licèt iure prætorio ius habeat abſtinendi, in obſer. ad deciſ. 551.num.2. 736

Et quid dicendum ſi non abſtinuerit, an præſumatur adiiſſe, vel ſaltem agnoſcere intendiſſe, in d.obſer.n.2.in medio. 537

Filius Rebellis ſi hæres inſtituatur à matre, an ab illo auferatur hæreditas, & fiſco applicetur, deciſ.25.n.1. circa medium. 33

Et quid dicendum ſi mater ab inteſtato decedat, d. n.1.in medio.

Filius ſecundogenitus alicuius Rebellis, qui ob Rebellionem amiſit vitam, & militiam, ſi reſtituatur à Principe per indultum pleniſſimum, an poſſit petere præſtationes præteritas, deciſ.66. n.1.93. & in obſer.n.1. 94

Filius ſi à patre nominatus ſit in aliquo officio virtute facultatis nominandi ſibi à Rege conceſſæ, ſi pater delinquat poſt nominationem, propter quod delictum officio priuari debeat, nùm hoc delictum noceat filio, dec.375.n.1. & 2.& in obſer.n.1. 502

Et quid dicendum in feudo, vel Emphyteuſi, dato quod ſint ex pacto, & prouidentia, d.n.2.

Et quid dicendum ſi filius vocetur ad officium, non tanquam hæres, ſed vti filius, d.n.2.in medio.

Et quid ſi conceſſio officij ſit facta patri pro ſe, & vno ex filiis nominando, vel pro perſona nominanda, nulla de hærede mentione facta, in d.obſer. num.2. 503

Filius ſi ſit præteritus in patris teſtamento, vbi adiecta eſt clauſula codicillaris, an virtute huius clauſulæ grauatus cenſeatur, vt retenta legitima, reliquum hæreditatis reſtituat hæredi ſcripto, in obſer, ad deciſ.555.n.3. 743

Et quid dicendum ſi adiecta ſit clauſula (*omni meliori modo*), in d.obſer.n.3. 744

Filius ſuus ad hæreditatem patris acquirendam, an indigeat admixtione, vel aditione, in obſer. ad deciſ. 551.n.2.in medio. 737

Filius ſuus ex potentia ſuitatis hæreditatem paternam non aditam an tranſmittat ad ſuos, vel ad hæredem ſcriptum; vel etiam ad proximiorem, & vt acquiſitam, velut acquirendam, in d.obſer. num.2. in medio.

*Fiſcalis, & Fiſcus.*

Fiſcalis officialis, vide in verb. *Officialis pecuniarius.*

Fiſcales functiones, vid. in verb. *Functiones fiſcales.*

Fiſci cauſa, an ſit prius terminanda concurrentibus circa eandem rem vindicandam, deciſ.239.n.2.344

Fiſci debitores, vide in verb. *Debitores fiſci.*

Fiſco applicantur ea, quæ ab indignis auferuntur, non verò quod ab incapacibus, deciſ.25. n.1.verſ. *Quoad primum.* 33

Et an, & quando fiſcus ob delictum auferat ab aliquo hæreditatem tanquam ab indigno, in obſer. ad deciſ.519.n.3.& 4. 689

Fiſco an competat reſtitutio in integrum, ſiue primum, & ſecundum beneficium, vt in cauſa reclamationis poſſit illud idem deducere, & articulare quod in prima inſtantia deduxit, deciſ.341.n.1.& 2. 458

Et quid dicendum in cauſis criminalibus, & pœnalibus, d.n.2.& in obſer.n.1.

Et an in criminalibus habeat fiſcus hoc beneficium ad pinguius probandum, in d.obſer.num.2.& deciſ. 491.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 650

Et an competat hoc beneficium fiſco, ſi agat ad conſequendam pœnam deſcendentem potius ex contractu, quàm ex delicto, d.n.2.circa medium 458. & in obſer.n.3. 459

Fiſco an competat vtilis actio ex ſpeciali illius priuilegio in depoſito facto de pecunia fiſcali ab alio non nomine fiſci, ſed proprio, vt præferatur omnibus aliis creditoribus perſonalem actionem habentibus, deciſ.367.n.3. 491

Fiſcus agens ex cauſa lucratiua, an præferatur priuato agenti ex cauſa oneroſa, vel è contra priuatus præferatur fiſco, deciſ.378.n.2.in fin. 506

Et quid dicendum ſi vterque tractaret de cauſa oneroſa, nùm tantùm in rebus dubiis fiſcus præferetur priuato, dicto n.2.in fine. 507

Fiſcus de euictione an teneatur, ſi ſic euicta res in ſeruitiorum remunerationem donata à Rege illi, qui ſeruiuit, mediante ſtipendio, dec.241. n.2. & in obſer. num.1 347

Fiſcus an, & quando poſſit auocare pecuniam creditoribus à debitore ſolutam, etiam conſumptam, deciſ. 380.n.1.2.& 4.509.& in obſer.n.1. 510

Et quid dicendum ſi debitor creditores dimiſerit cum pecunia fiſcali, quæ iam extaret, d.deciſ.380.n.2.

Et an priùs opus ſit diſcuſſione cum principali debitore, d.n.3.in medio.

Et quid dicendum ſi creditores eſſent fiſco anterioriores, eſſetquè illis ſoluta pecunia fiſcalis, an poſſet fiſcus illam auocare, d.n.4.in medio.

Fiſcus in bonis debitoris poſt obligationem acquiſitis, an præferatur omnibus creditoribus etiam hypothecam anteriorem habentibus, d.n.4.circa med.in obſer.n.4. 510

Fiſcus capere an poſſit bona inquiſiti de crimine læſæ Maieſtatis ante ſententiam, deciſ.72.n.2. 105

Fiſcus creditori ſuo an, & quando teneatur ad vſuras, in obſer.ad deciſ.514.n.4. 682

Fiſcus in actione perſonali an præferatur omnibus creditoribus anterioribus, perſonalem actionem habentibus, deciſ.74.n.2.in medio, & in obſer.n.1. 108

Et an præferatur creditoribus tacitam hypothecam habentibus, d.n.2.in fine, & in obſer.n.3. 109

Fiſcus in termino repulſæ an gaudeat primo, & ſecundo beneficio, in obſer.ad dec.491.n.1.in medio. 650

Fiſcus ad quem feudum ob lineam finitam reuertitur, ſi illud alteri locatum reperit, nùm à conductore conueniri poſſit ad damnum reſarciendum, paſſum in affictu, dec.450.n.1.601.& in obſer.n.2. 602

Fiſcus, ad quem propter feudatarij rebellionem omnia illius bona fuerunt deuoluta, an petere poſſit reintegrationem ad bona, & feuda, quæ per Rebellem alienata reperiuntur, non ſeruatis ſeruandis, & ſine aſſenſu requiſito, deciſ.522.n.1.& 2. 692

Fiſcus

Digitized by Google

Fiſcus legitimus dicitur ſucceſſor illius, qui ab inteſtato decedit, nullis relictis aſcendentibus, deſcendentibus, & collateralibus vſque ad decimum gradum, in obſer. ad deciſ. 34. n. 1. 44
Fiſcus ob publicam cauſam an, & quando poſſit priuatorum bona capere, ſoluto tamen domino iuſto pretio, vel dato excambio, dec. 445. num. 1. 595. & in obſer. n. 1. 596
Fiſcus ob publicam vtilitatem an poſſit prohibere priuato, nè ſuo vtatur dominio, ſi illud ipſi priuato fiat omninò inutile, d. deciſ. 445. numer. 2. in medio. 596
Fiſcus ad petendam reſtitutionem in integrum an ęquiparetur minori, & Eccleſiæ, deciſ. 573. numer. 2. in medio. 766
Fiſcus ex perſona delinquentis, illo viuente, núm retinere poſſit bona fideicommiſſo ſubiecta, illiſque frui, in obſer. ad dec. 336. n. 2. 453
Fiſcus ex perſona delinquentis, & vti hæres extraneus ipſius, an poſſit detrahere duas quartas, nequè legitimam, & Trebellianicam, quemadmodum filius potuiſſet ſub conditione grauatus, ſi vtraque à teſtatore in teſtamento prohibita reperiebatur, ipſumque teſtamentum fuerit ab omnibus filiis iuramento mediante approbatum, d. dec. 336. n. 3. 452. & in obſer. n. 3. 453
Fiſcus pro iure gabellæ, an ſit præferendus Domino domus conductæ pro facienda Taberna ſuper vegetibus vino plenis, dec. 378. n. 2. 506
Fiſcus, qui ſubditum cogit ad rem ſibi vendendam tam ex neceſſitate, quàm vigore ſtatuti, quodnam pretium ſoluere tenetur iuſtum, & commune, an verò pretium, quod inuenitur, deciſ. 436. numer. 1. 585
Fiſcus reſtituere an teneatur fructus ex bonis allodialibus perceptos, confiſcatis ob rebellionem feudatarij, ſi deinde conſtet ſolum felloniam commiſiſſe feudatarium, vid. in verbo *Feudatarius.*
Fiſcus ſi concurrat in bonis banci, vel campſoris decocti, núm præferendus ſit omnibus, dec. 367. n. 2. & in obſer. n. 1. 491
Fiſcus, ſi ſuccedat patri ob foriudicationem filij, an teneatur ad onera defuncti, in obſer. ad deciſ. 143. num. 1. 209
Fiſcus ſi ſuccedat priuato an teneatur ad vſuras, ad quas ipſe priuatus tenebatur, in obſer. ad deciſ. 514 num. 5. 682
Fiſcus ſi vendat rem, vna cum oneribus illi annexis, re demum euicta, an ſolum teneatur ad pretij recepti ſolutionem, vel etiam ad illud, quod pro dictis oneribus per emptorem ſolutum eſt, deciſ. 170. n. 3. & 4. 247
Fiſcus ſoluere an teneatur dirictus, ſcilicet ius fundaci pro bonis, cuiuſdam Rebellis confiſcatis, & per ipſum immiſſis ad Regiam Dohanam, in obſer. ad deciſ. 548. n. 2. 731
Fiſcus ſoluere an teneatur gabellam pro rebus emptis ad vſum Regiarum Triremum, d. deciſ. 548. num. 1. & 2. & in obſer. num. 1. 730
Et vide in ver. *Gabella.*
Fiſcus an ſuccedat in bonis feudalibus foriudicati, exiſtentibus filiis, & parentibus vſque ad tertium gradum, in obſer. ad deciſ. 143. num. 5. 209. & n. 8. 210
Et quinam intelligantur hoc caſu ſub verbo parentum, in d. obſer. n. 5.
Fiſcus an ſuccedat in feudo ſi primogenitus reperiatur foriudicatus, & feudatarius deceſſerit pluribus relictis liberis, dec. 143. n. 1. & 2. 208
Et quid dicendum ſi in feudo viuatur iure francorum, d. n. 2. in medio.
Et quid dicendum ſi pater filium foriudicatum exhæredauerit, d. n. 2. in fine. 209
Fiſcus ſuccedens priuato, an vtatur iure priuati, deciſ. 396. n. 1. in medio. 527
Et an vtatur iure priuati in inſtantia cepta per priuatum, d. n. 1. &
Fiſcus ſuccedens feudatario rebelli, an ſuccedat vti hæres illius vniuerſalis, vel potius vti hæres particularis, d. n. 1. in fine.
Et an iure Dominico, ſeu iure conſolidationis cum dominio directo, deciſ. 506. numer. 2. 669. & in obſer. n. 1. 670
Et an ſit propriè ſucceſſor, deciſ. 531. numero 2. 707
Et quomodo ſuccedat in bonis allodialibus, in obſer. ad dec. 506. n. 2. 670
Et ſit proprie hæres, vel habeatur loco hæredis, in d. obſer. n. 2.
Fiſcus ſuccedens ob defectum legitimi ſucceſſoris, an ſuccedat tanquam hæres, in d. obſer. num. 2. in fine.
Fiſcus ſuccedens in feudis ob rebellionem feudatarij, an teneatur ad debita per ipſum contracta in actione perſonali, d. deciſ. 506. numer. 2. circa medium. 670
Et an teneatur ad debita contracta cum feudi obligatione, aſſenſu mediante, d. n. 2. in medio.
Fiſcus à vectigalibus an ſemper ſit immunis, dec. 548. num. 2. in fine. 730

*Foculare.*

Focularibus ab abſentibus núm iura, & collectæ ſint exigenda per ipſas vniuerſitates, à quibus receſſerunt, ac ſi non receſſiſſent, in obſer. ad dec. 208. n. 1. in fine. 312

*Fœmina.*

Fœmina hæres inſtituta in feudo, licet ſit incapax ſucceſſionis illius, eſt tamen in poſſeſſionem immittenda, deciſ. 359. num. 3. in fin. & in obſer. num. 4. 481
Fœmina an ſuccedere poſſit in officio conceſſo pro ſe, & hæredibus, vel pro vno hærede, deciſ. 381. n. 3. & in obſer. num. 2. 511. & deciſ. 382. n. 2. & in obſer, num. 3. 512
Et an fœmina poſſit nominari in officio conceſſo cum facultate nominandi hæredem, in d. obſer. n. 3. 512
Et an poſſit ſeruire per ſubſtitutum ſi ſit nominata hæres in officio, vel ſucceſſerit ab inteſtato, in d. obſer. n. 3. in med. & n. 5. 513
Fœminæ núm veniant appellatione ſuorum in ſtatuto puniente patrem, & ſuos, dec. 350. n. 2. 469

*Foriudicatio, & Foriudicatus.*

Foriudicationis ſententia lata in Magna Curia Vicariæ contra Vaſſallum, qui demum in vinculis traditus eſt, an poſſit Baro comparere, & huius cauſæ petere remiſſionem, deciſ. 268. n. 1. & 2. & in obſer. num. 1. 374
Foriudicatus declaratus per Magnam Curiam Vicariæ ſi fuerit per eandem carceratus an poſſit allegare nullitatem foriudicationis prætextu incompetentiæ iudicis, & petere remiſſionem ad iudicem competentem, deciſ. 267. numer. 2. & in obſer. numer. 1. 373
Foriudicari an quis poſſit pro contumacia legitimè contracta, d. dec. 267. n. 2. 373



Digitized by Google

*Forum.*

Forum quibus ex cauſis,quis ſortiatur,in obſer.a d dec. 191.n.3.cum ſequentib. 276

Forum an quis ſortiatur ratione quaſi contractus, in d.obſer.n.7. 277

*Frater.*

Frater fratrem alere an,& quando cogatur, deciſ.471. num.2.in fine. 627

Frater in feudo nouo an ſuccedat fratri,ſi ſit conceſſum pro ſe,& hæredibus ex corpore,dec.89.num.1.134. & in obſer.ad dec.195.n.2. 281

Et quid dicendum in Regno noſtro ſtantibus gratiis à ſua Catholica Maieſtate conceſſis, & ſiue ſit frater vtrinque coniunctus, ſiue conſanguineus, ſiue vterinus,in obſer.ad deciſ.89.n.1.134.& in obſer.ad dec.407.n.1.542. & deciſ.411.n.2.548. & in obſer.n.1. 549

Et an ſuccedat frater excluſis nepotibus ex fratre, ſtantibus gratiis prædictis,in d.obſer.ad deciſ.407. num.1. 542

Frater in feudo nouo an ſuccedat fratri, ſi ſit conceſſum in forma larga nempe pro ſe, & hæredibus ſimpliciter,aſſenſus verò ſit præſtitus in forma ſtricta,ſcilicet pro ſe, & hæredibus ex corpore,d.deciſ. 89.n.2. & in obſer. n.2.134.& deciſ.204.n.1. & 2. 291.& in obſer.n.1. 292

Frater in Regno an teneatur ſororem ſuam ruptui tradere, eique aſſignare dotem de paragio, deciſ.275. num.2. 382

Et quando teneatur illi ad portionem virilem, d. num.2.

Frater an, & quando ſuccedat fratri, qui deceſſit ſuperſtite filio, qui etiam intra paucos dies poſt mortem patri paterna non agnita hæreditate ſimiliter mortuus eſt,in obſer.ad deciſ.551.n.3. 737

Et quid dicendum ſi filius iſte fuiſſet emancipatus, & deſcendentes ſuos non haberet, in d. obſer. num.3.

Frater patruelis an ſuccedat ſorori patrueli in feudo ſaltem attenta gratia per Cæſaream Maieſtatem, huic Regno conceſſa, deciſ. 315. numer.1.428. & deciſ.351.numer.1.& 2. 469.& in obſer. numer.1. 470.

Frater primogenitus pretium feudi noui cum fratre ſecundogenito,an,& quando teneatur conferre, in obſer.ad deciſ.534.num.1.in fine. 713

Et vide in verb.*Collatio.*

Frater ſi bona non habeat hæreditaria, an poſſit patrem obligare feudi pro dote ſororis, in obſer. ad deciſ.45.n.5. 62

Frater tertiogenitus, an poſſit petere à fratre ſecundogenito, qui primogenito ſucceſſit, vitam, & militiam, ſi illam à communi patre ſit conſequutus, deciſ.471. numer.1. & 2.626. & in obſer.numer.1. 627

Et an petere poſſit partem pretij erogati à fratre in emptionem feudi noui,in d.obſer.n.2.

Frater vterinus an ſuccedat ſimul cum ſorore vterina in bonis matri obuentis per filium ipſis vtrinque coniunctum, in obſer. ad deciſ.58.numer.2.in fine. 83

Fratres duos ſi fuerint à Rege de feudo inueſtiti, quorum vnus ſine liberis decedat, nùm ſuperſtes ſuccedat per ius accreſcendi,deciſ.195.num.1.& 2.& in obſer.n.1.& 2. 281

Et quid dicendum in Regno, ſtantibus nouiſſimis gratiis illi per Regem conceſſis, in d.obſer. numer.2.

Fratres ſecundogeniti an teneantur contribuere primogenito in oneribus contractis occaſione feudi, deciſ.144.num.1.& in obſer. numer.1. & 2. in fine. 211.

Fratres ſi bona parentum in commune, & indiuiſa retinuerint, vt in his emolumentum, & damnum commune ſentirent, an teneantur redigere in commune quæſita aliundè, in obſer.ad dec.524.num.1. in fine. 696

Fratri defuncto, ſuperſtitibus fratribus, ſororibus, & aſcendentibus iure municipali Neapolitano attento, an ſolum ſuccedant fratres, & aſcendentes excluſis ſororibus, in obſer. ad deciſ. 417. numer.4. 558

Et quid dicendum attento iure communi, in d. obſer.num.4.

*Fraus.*

Fraus carentiæ prolis an, & quando nullam reddat ſubinfeudationem,in obſer. ad dec.522.n.3.in fine. 694

*Fructus.*

Fructus,ciuiles, provt ſunt penſiones damnorum, Aſfictus,Magiſtratus, Molendinorum, herbagiorum &c.quomodo ſint diuidendi inter hæredes feudatarij in allodio, & fiſcum mortuo feudatario, deciſ. 265.numer.1.& 2.371. & in obſer. numer.1. & 2. 372

Et quomodo diuidantur penſiones quæ ſoluuntur quolibet menſe,vel tertiatim d.n.2.

Et an omnia iura, que de fructibus loquuntur locum habeant in penſionibus d.n.2.in fine.

Fructus dicuntur,qui deductis expenſis ſuperſunt, dec. 270.n.2.in fine. 376

Et an id procedat ſiue verbum (*Fructus*) proferatur à lege,ſiue ab homine,in obſer. ad dec.300.n.3. 411

Et quid dicendum in tributo debito Regi ratione vniuerſalis dominij,quod habet in Regno,& in appretio, quod ſingulis annis fit ab vniuerſitatibus pro ſolutione fiſcalium, in d. obſer. num.3. in fine. 412

Fructus eo ipſo, quod ſunt collecti, & à ſolo ſeparati in dominum tranſeunt conductoris, & de ipſis ſoluere tenetur gabellam, licet ſit conductor prædij Eccleſiaſtici, deciſ.32. numer.1. verſ. *hac dictio.* 41

Fructus feudi,ad quem ſpectent,ſi feudatarius decedat ante,vel poſt Kalendas Martij, & feudum deuoluatur ad dominium, deciſ. 246. num.1. & in obſer. num.1. 353

Et quid dicendum, ſi feudum deuoluatur ad agnatum, qui hæres non eſt in allodio, in d. obſer. numer.2.

Fructus pendentes tempore, quo venditor fundum vigore pacti de retrouendendo, quomodò ſint diuidendi inter ipſum venditorem,& emptorem, deciſ. 338.n.2.& in obſer.n.3. 455

Fructus rei iudicatæ nùm faciat ſuos creditores ſequuta ſententia adiudicationis, & appretio,deciſ.252.n.2. 359

Fructus rei legatæ,à quo tempore legatario debeantur, dec.62.n.1.& in obſer.n.1. 88

Et quid dicendum in legato relicto ad pias cauſas pro dote,vel minori,in d.obſer.n.2.

Et ſi legatum ſit purum, an debeantur legatario à die aditæ hæreditatis,deciſ.582.num.1. in fin.obſer. num.3. 779

Et quid dicendum in legato ſub conditione relicto, d.n.1.in fine.

Fructus ſi debeantur Officio iudicis, an peti poſſint

poſt

Digitized by Google

poſt ſententiam , in obſer. ad deciſ. 55. numero 3. 77
Fructus ſi debeantur iure actionis, nùm poſt ſententiam peti poſſint, in d. obſer. n. 3.
Fructus ſi petantur vna cum re , & iudex condemnans reum ad rei reſtitutionem , nihil dicat de fructibus, an, & quando ampliùs peti poſſint, in d. obſer. num. 3.
Fructuum liquidatio, & pretium victualium, nùm relinquatur iudicis arbitrio, deciſ. 127. num. 1. in fine. 187

*Frumentum.*

Frumenti pretium an poſſit per Principem taxari, & taxa obliget in conſcientia, itavt contraueniens teneatur ſub peccato mortali reſtituere exceſſum pretij, in obſer. ad dec. 217. n. 2. 311
Frumentum emi, & victualia an poſſint ante tempus meſſium, in d. obſer. n. 1.
Frumentum & hordeum, ne quis emere poſſit cauſa illud reuendendi, & commercium habendi, ſed tantùm pro ſuæ domus indigentia, an poſſit per Principem, vel ſtatutum prohiberi, d. deciſ. 217. num. 1. & 2. 310
Frumentum extrahere ſi quis per bannum prohibeatur, & deinde cum frumento in itinere inueniatur, antequam tamen ad locum prohibitum perueniat, an dicatur contraueniſſe banno in obſer. ad deciſ. 552. num. 2. 738

*Fuga.*

Fuga alicuius è ciuitate, vbi delictum perpetratum eſt, an, & quando indicium faciat ad torturam, deciſ. 44. n. 5. 59. & in obſer. n. 4. 60
Fuga delinquentis an contra eum plenam, vel ſemiplenam faciat probationem, vel ſufficiens indicium ad torturam, in obſer. ad deciſ. 257. n. 1. 364
Et quid dicendum ſi delinquens aufugerit poſt informationem captam, & ſic formatam inquiſitionem, in d. obſer. n. 1. in medio. 365

*Functiones fiſcales.*

Functiones fiſcales alicuius Terræ à Rege Baroni ſi ſint conceſſæ; augmentum proueniens ex futura numeratione, an erit Baronis, vel Regiæ Curiæ, deciſ. 342. n. 1. & 2. & in obſer. n. 1. 459
Functiones fiſcales nùm comprehendantur in ampliſſima reſtitutione omnium bonorum feudalium, & allodialium virtute indultus generalis, ſi in dicta reſtitutione excipiatur aliqua terra cum iuribus, & pertinentiis ſuis ac integro ſtatu, & functiones prædictæ ſpectarent ad ditam Terram, deciſ. 172. n. 1. & 2. 250. & n. 4. 251
Functiones fiſcales nùm comprehendantur, vendita Terra, vel caſtro cum iuribus, & pertinentiis ſuis, & cum integro ſtatu, in obſer. ad deciſ. 172. num. 1. 251
Functiones fiſcales an ſint de regalibus, & in generali includantur diſpoſitione, d. n. 1. 250

*Fundacum.*

Fundaci ius, nùm ſit ſoluendum de mercibus ſemel fundacatis, dec. 314. n. 1. & 2. 427

*Fundus.*

Fundus an cenſeatur obligatus ex eo quod in inſtrumento legitur fuiſſe data mutuo cenſū ſuper fundo, deciſ. 576. n. 2. 769
Fundus ex pecunia dotali emptus, vide in verb. *Prædium.*
Fundus an præſumatur allodialis, ſi probetur taliter fuiſſe tentum, & poſſeſſum per tempus immemorabile, in obſer. ad dec. 280. n. 2. 389

*Funerum impenſa.*

Funerum impenſæ an præferantur omnibus defuncti creditoribus, etiam expreſſam hypothecam habentibus, deciſ. 486. n. 1. & 2. & in obſer. num. 2. 644

*Furata, & furtiua res.*

Furatam rem ſi quis bona fide, & procul ab omni dolo emat, ſi deinde dominus compareat, & rem vendicet, an teneatur exburſare Emptori pretium, quod impendit, in obſer. ad deciſ. 207. n. 2. 296
Furtiua res ſi penes aliquem reperiatur, an teneatur oſtendere à quo rem habuit, aliàs præſumatur fuiſſe ab eo ſubtractam, d. deciſ. 207. n. 1. circa medium, & in d. obſer. n. 1. 295
Et an poſſit iudex contra eum ad torturam deuenire, num. 2. in fine. 295

G

Gabella, cui gabelloto ſoluenda, nùm illi, qui erat tempore celebrati contractus, an illi, qui erat tempore purificatæ conditionis, ſi mercium venditio facta fuerit ſub conditione, vel ad diem &c. deciſ. 189. n. 2. circa finem. 272
Gabella imponi an poſſit ab Vniuerſitate, abſque Principis interuentu, deciſ. 235. n. 3. circa medium. 338.
Gabella impoſita pro comeſtibilibus ad beneficium Ciuitatis, nùm ſit ſoluenda per forenſes pro comeſtibilibus, quæ ad propria immittunt domicilia, dec. 544. n. 1. & 2. 724
Gabella in ciuitatibus, & Terris huius Regni Neapolis, an poſſit imponi, ſolo Regis aſſenſu accedente, vel etiam requiratur ſummi Pontificis, deciſ. 53. n. 1. & 2. 73. & in obſer. n. 1. 74
Gabella noua an dicatur, ſi Princeps gabellæ antiquæ aliquid augeat, vel diminuat, dec. 258. n. 2. in medio. 365
Gabella ſerici Calabriæ omnino in Ciuitate Coſentię ſolui debet, dec. 552. n. 2. 738
Gabella ſi ſecundum vnam qualitatem contractus ſit ſoluenda ſecundum verò aliam minimè, an attendi debeat qualitas, ſecundum quam non ſoluitur gabella, dec. 544. n. 2. in medio. 724
Gabella ſi ſit impoſita ſuper pretio alicuius rei, vt exigatur ad rationem tot pro centenario, ſi deinde ob aliquam cauſam noua imponatur gabella ſuper eodem pretio rei, an iſta noua gabella ſit ſoluenda, habito reſpectu ad pretium rei cum dicta gabella antiqua, vel ſolum habito reſpectu ad verum pretium rei, dec. 394. num. 1. & 2. 525. & in obſer. numer. 1. 526
Gabella ſi imponatur à Rege verbi gratia quinque granorum pro libra ſerici, alterique concedatur, deinde alia imponatur gabella vnius Caroleni, ad quemnàm ſpectent contra banna, & intercepta ad conceſſionarium, vel ad Regem, deciſ. 28. numer. 1. & 2. 36
Gabella nùm ſit ſoluenda pro rebus exercitui paratis, & quæ deſeruiunt victui, & alimoniæ nautarum, & militum Regiarum Triremium, pugnantium contra inimicos Chriſtianæ Religionis, deciſ. 548. num. 2. in medio. 730
Et quid dicendum ſi in impoſitione eſſet dictum

non

Digitized by Google

( *non obſtante priuilegio* ) dicto numero 2. in medio.
Et an ſit ſoluenda gabella pro victualibus, quæ emuntur pro victu nauigantium ſuper dictis triremibus d.n.2.in fine.
Gabella ſi non ſoluatur in loco, vbi exigi ſolitum eſt ob ignorantiam illius, qui ſoluere debet, an fiat locus pœnæ fraudatæ gabellæ, & res incidat in commiſſum, deciſ.552. num.1. & 2. & in obſer. num.1. 738
Gabella, ſiue ius Dohanæ vbi ſolui debeat ſi mercium venditio fuit facta in vno loco, & illarum traditio in alio, dec.189.n.1. 272
Gabella ſuper re aliqua impoſita, & per Regem alteri conceſſa, vel vendita, ſi deinde per Regem progreſſu temporis augeatur, ad quem ſpectet augmentum prædictum, dec.258.num.2. & in obſer. num.1. 365
Gabellam ſi Rex imponat ſuper re aliqua, eamque alteri concedat, an aliam ſuper eadem re poſſit imponere, deciſ.28.n.1.& 2.in fine. 36
Et an ſi reficiendum damnum, & præiudicium, quod infertur domino primæ gabellæ ex impoſitione ſecundæ, ſi prima ſit alteri conceſſa d. num.2.in fine.
Gabellam ſoluere an teneatur Ciuitas pro frumento, ad vſum ciuium empto, vrgente penuria, ſi gabellam ipſam Ciuitas vendidit, vel locauit, dec.277.n.1. & 2.& in obſer. n.1. 384
Gabellam ſoluere laico an teneatur Colonus partiarius Clerici, vel Eccleſiæ pro ſua portione fructuum, quando ab Eccleſia eius bona in affictum dantur, deciſ.192.n.2.in fine.& in obſer.n.2. 278
Gabellam ſoluere in ingreſſu Ciuitatis an teneatur conductor prædiorum Eccleſiæ pro fructibus in dictis prædiis collectis, & quos in Ciuitatem, vbi gabella ſoluitur, introduxit, deciſ.32. num.1.41. & in obſer.n.1. 42
Gabellam ſoluere an teneatur fiſcus pro rebus emptis ad ſeruitium Regiarum Triremium, ſi ſit impoſita per ciuitatem cum Regis aſſenſu, eo expreſſo, & ſtatuto, vt ab illa nemo eſſet exemptus, quouis priuilegio munitus, etiam clauſo in corpore iuris, deciſ.548.num.1.& 2.& in obſer.n.1. 730
Gabellam ſoluere an teneatur Rex, qui aſſenſum præſtitit impoſitioni illius, eo expreſſo, vt nemo immunis eſſet, quouis priuilegio munitus, etiam in corpore iuris inſerto, in d.obſer.num.1. 730
Gabellam ſoluere an, & quando teneantur emptores rerum confiſcatarum, ementes à fiſco, in d. obſer. num.5. 731
Et vid.in verb. *Emptores*.
Gabellam non ſoluens ad portam, num animum eam fraudandi habere præſumatur, deciſ. 552. numer.2. 738
Et quid dicendum ſi gabella eſſet inſolita, & prorſus incognita, d.n.2.
Gabellarum impoſitio eſt de regalibus, & ſolo Principi reſeruata, dec.388.n.2. 518
Et an illarum impoſitio, & exactio ſit odioſa, omnique iure damnata, dec.544.n.2. 724
Gabellarum à ſolutione num ſit immunis fiſcus, cum res aliquas emit, deciſ.314. num.2. & in obſer. n.1. 427
Et quid dicendum de Eccleſia emente, an ſit immunis, in d.obſer.n.2.
Gabellas fraudantes Canonicè impoſitas, an peccent mortaliter, & teneantur ad reſtitutionem, in obſer. ad dec.544.n.2. 725
Gabellas nouas imponere, an ſit licitum Imperatori, & Regibus, dec.53.n.2. 73
Et an Bulla Cœnæ Domini in *cap.5.* prohibens imponi noua Datia, & gabellas comprehendat Imperatores, & Reges ſuperiorem non recognoſcentes, d.deciſ.53.num.4.& in obſer.n.2. 74
Et an peccet mortaliter Princeps nouas imponendo gabellas, & vectigalia abſque legitima cauſa, in obſer.ad dec.544.n.1. 724
Gabellæ conſtitui an poſſint abſque Principis conſenſu, dec.111.n.4. 165
Gabellæ & dohanæ poſſideri an poſſint abſque titulo, deciſ.543.n.2.in medio. 723
Gabellæ immunitas, vide in verb. *Immunitas*.
Gabellæ Vniuerſitatum, Terrarum, Caſtrorum &c. an ſint in æſtimo ponenda, quod vulgò ( *Cataſtum* ) appellamus, deciſ.27.n.1.& 2. 35
Gabellæ num veniant appellatione bonorum ſtabilium, d.n.1.verſ. *Pro exteris*, & in obſer. n.2. 35

### *Gaeta, ſiue Cayeta Ciuitas.*

Gaetæ ſiue Cayetæ Ciuitas ampliſſimis gaudet priuilegiis immunitatis ab omnibus impoſitionibus, & collectis ordinariis, & extraordinariis impoſitis, & imponendis, deciſ.130. per totam 192. & in obſer. num.4. 193
Et num ſit etiam immunis à Donatiuorum præſtatione, d.dec.130.n.2.
Et num ſit quoque immunis à ſolutione granorum quinque, & vnius impoſita pro ſuſtentatione Militiæ æqueſtris huius Regni, in d. obſer.n.4. 193

### *Generale, & Generalis.*

Generalia verba an, & quando ad ſpecificata referri poſſint, ſalua ratione recti ſermonis, deciſ.332.n.2. 447
Et an, & quando reſtringantur ad expreſſa d. numer.2.
Generalis Regiarum Triremium huius Regni Neapolis, an cognoſcere poſſit de omnibus delictis, quæ per illarum milites patrantur tam in Terra, quàm in Mari, deciſ.81.num.2.& 3. & in obſer. numer.1. & 2. 118
Et an, & quando teneatur reddere computum de his, quæ ſpectant ad ſuum officium, dec.29. num.1. & 2. 37
Generalis Regiarum Triremium huius Regni proprias habens triremes ſub ſtipendio tamen Regis, an poſſit in illis recuperare condemnatos per Officiales Baronum, dec.434.n.1. 582

### *Genus.*

Generi per ſpeciem non derogatur, quoties ſpecies in augmentum generis poſita eſt, dec.289.n.2. 399

### *Gratia.*

Gratia ad beneplacitum conceſſa, num de per ſe ſit reuocabilis, & morte concedentis expiret, in obſer. ad dec.511.n.1. 677
Et quouſque duret, in d.obſer.n.2.
Gratia alicui conceſſa per litteras, vel per Nuncium, vt ei proſit num præſentare debeat litteras prædictas, vel Nuncium, deciſ.223.n.2.in fine. 319
Gratia conceſſa Officio ſemper dicitur realis, dec.557. num.2.in medio. 746
Et an cenſeatur data Officio, vel perſonæ ſi quis vti Officialis Principis gratiam ſupplicauerit, d. n.2. in medio. 746
Gratia conceſſa per Principem num reuocari poſſit, in

Digitized by Google

inaudito conceſſionario,dec.183.n.2.263.& in obſ. num.2.264.& dec.184.n.2. 266

Gratia conceſſa per Principem prædeceſſorem, nùm poſſit per Principem ſucceſſorem reuocari,in obſer. ad deciſ.481.n.2. 639

Gratia conceſſa per Principem ſuo ſubdito,nùm poſſit per teſtes probari vel ſolùm per ſcripturam, deciſ. 435.n.1.& in obſer.n.1. 584

Et an qualitas gratiæ poſſit per teſtes probari d.n.1. in fine.

Gratia conceſſa per Regem,ſi infra annum in Regno non fuerit præſentata in Regia Cancellaria, an efficiatur nulla,deciſ.481.n.1.verſ. *dicebat* 638. & in obſer.n.1. 639

Gratia conceſſa per Regem noſtrum Catholicum Mulieribus Neapolitanis, vt in obligatione bonorum feudalium viri pro dotium conſeruatione & reſtitutione,aſſenſus cenſeatur præſtitus, nùm locum habeat in antefato,dec.368.n.2.in fin. & in obſer.n.3. 493

Et an hæc gratia proſit patri mulieris nuptæ, cui dos erit reſtituenda,dec.377.n.2. 504

Et vide in verbo *Aſſenſus Regius*.

Gratia conceſſa per verba ampliſſima, nùm comprehendat naturales tantùm dec.250.n.2. 357

Gratia de ſui eſſentia,an requirat ſcripturam, dec.166. num.2.241.& dec.184.n.3.266.& in obſer.n.2.267

Gratia diuerſa continens capitula,ſi ſit ſubreptitia reſpectu vnius tantùm, quando vitietur in totum, & quando reſpectu illius capituli tantùm,dec.317.n.1. & 2.429.& dec.319.n.2. 432

Gratia facta à Principe ſi fuerit iuramento munita, nùm reuocata cenſeatur ſi de ea ſpecialis mentio in reuocatione non fiat, in obſer. ad dec.184.n.3.267. & dec.481.n.1.in medio. 639

Gratia in dubio nùm præſumatur realis, vel perſonalis,dec.557.n.2. 746

Gratia in gratioſis, nùm per quamlibet ſubreptionem ſit ipſo iure nulla,dec.317.n.2. 429

Et efficiatur nulla ſi ſubreptio conſiſteret in tacendo factum alienum,quod probabiliter impetrans ignoraſſet,d.n.2.

Et an faciat ſubreptionem id quod tacetur,ſi ſit nimis generale,& ſatis notorium,d.n.2.

Et vide in verb. *Subreptio*.

Gratia mediante contractu conceſſa, etiam de futuro, & quæ dicitur expectatiua, an reuocata cenſeatur, generaliter reuocatis omnibus gratiis de futuro, & expectatiuis,dec.481.n.1.in medio. 639

Gratia remuneratoria ſeruitiorum cauſam habeo oneroſam, & an reuocata cenſeatur per generalem reuocationem,dec.184.n.5.266.& in obſer.num.3.in medio. 267

Gratia ſummi Pontificis nùm ſolùm per ſcripturam probari poſſit,dec.166.n.2. 241

*Guidati.*

Guidati vid.in verb. *Aſſecurati*.

H

*Hebræi.*

HEbræorum bona deprædari nùm poſſint, & deprædata an ſpectent ad Prærogem, vti capitaneum generalem,in obſ. ad dec.77.n.2.in fine. 113

*Hæredis appellatio.*

Hæredis appellatione in inueſtitura feudi contenta, nùm veniat hæres ſanguinis, vel extraneus, ſi feudo inueſtitus legitimos ex vxore non poteſt habere filios,dec.510.n.2.in fine.675.& in obſer.n.1. 676

Hæredis appellatione iure communi feudorum ſolus hæres ſanguinis venit,in d.obſer.n.1.

Hæredum appellatione in materia non tranſmiſſibili, nùm intelligatur ſolùm de primo hærede,deciſ.363. num.1. 487

Hæredum appellatione an veniant omnes hæredes in infinitum d.deciſ.363.n.2. & in obſer.n.1. & deciſ. 520.n.2.690.& in obſer.n.3. 691

Hæredum,& ſucceſſorum appellatione an veniant tam maſculi, quàm fœminæ, & etiam extranei, deciſ. 197.num.2.& in obſer.n.1. 283

Hæredum viri bona nùm ſint obligata vxori pro dote, ſi ipſe vir non ſolùm ſua,ſed etiam ſuorum hæredum bona obligauerit,in obſer. ad deciſ.565.n.1.in medio. 757

Et an hæc obligatio, ſeu hypotheca in bonis hæredis incipiat à die aditæ hæreditatis, in d.obſ.num.1. in fine.

Hæredum propria bona an valeat teſtator obligare pro obſeruantia contractus, & creditor deinde poſſit ſuper his bonis hypothecaria actione experiri, d. deciſ.565.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 757

*Hæreditaria onera, & pecunia.*

Hæreditaria onera quomodo inter hæredes diuidenda,ſi ex aliqua conſuetudine(prout eſt Neapoli) vel ſtatuto proximiores ex parte patris ſuccedant defuncto in bonis paternis, vel à defuncto quæſitis, proximiores verò ex parte matris ſuccedant in bonis maternis,in obſer.ad dec.144.n.2. 211

Et quomodo ſint diuidenda onera prædicta, ſi aliqui ſuccedant in bonis immobilibus, & aliqui in bonis mobilibus,in d.obſer.n.2.

Hæreditaria pecunia ſi ſit conuerſa per hæredem in proprios ſuos vſus, deinde hæreditas alteri ſit reſtituenda, nùm pecunia prædicta reſtitui debeat vna cum intereſſe,& qua actione,dec.131.n.2. 194

*Hæreditas.*

Hæreditas ſi ſit auferenda ab indigno ob delictum in defuncti perſonam commiſſum, an ſpectet ad ſequentem in gradu,vel ad fiſcum,in obſ. ad dec.519. num.4. 589

Hæreditas ſi ſit delata fiſco, qui poſtea ſeruus pœnæ fuit effectus,ſi reſtituatur à Principe, nùm illud ius recuperet,dec.233.n.3.circa finem. 335

Et an hoc ius delatum poſſit Princeps vni auferre,& alteri dare ex poteſtate Ordinaria,in obſer.ad d.dec. 233.n.2. 335

Hæreditatis delatæ ius an ſit in eſſe deductum, formatum,ac à lege approbatum,& infra annum ad hæredes etiã extraneos tranſmittatur,d.n.3. circa finem. 333

*Hæres.*

Hæredes, & ſucceſſores (*verba*) ſi cumulentur nùm per verbum (*hæredes*) deſignetur hæres vniuerſalis, & per verbum (*ſucceſſores*) deſignetur hæres particularis,in obſer. ad dec.419.n.2. 562

Hæredis grauati bona an ſint tacitè obligata fideicommiſſario pro mala adminiſtratione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum,in obſ.ad dec.270.n.2. 376

Hæres adminiſtratoris rerum fiſcalium,puta Perceptoris prouinciæ &c. ſi condemnetur ad reſtitutionem pecuniarum,per defunctum exactarum, nùm poſſit ſimul condemnari ad intereſſe,deciſ.65.n.1.& 2.91. & in obſer.n.1. 92

Et quid dicendum ſi ſit hæres cum beneficio legis, & inuentarij,d.dec.65.n.3. 92

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij ad pœnas non tenetur,niſi lite conteſtata,d.n.3.



Digitized by Google

Et an teneatur ad intereſſe d. n.3. & in obſer. n.2. circa med. 92
Et quid dicendum ſi hæres eſſet pupillus, in d.obſer. num.2.circa medium.
Et quid dicendum ſi intereſſe debeatur officio iudicis in d.obſer.n.3.
Hæres declaratus in tribunali noſtro Neapolitano licet ſit forenſis puta mediolanenſis &c. an ſortiatur forum Neapolitanum, vt in eo ſit à creditoribus, & legatariis conueniendus, in obſ.ad dec.191.n.7. 277
Hæres, & filius in materia feudi, & emphyteuſis ſinonima ſunt, in ob ſer.ad deciſ.381.n.1. 511
Hæres ex teſtamento præſumitur legiſſe teſtamentum, deciſ.286.n.2.in fin. 395
Hæres ex tranſmiſſione veniens nùm dicatur venire ex ſua propria perſona, vel vt perſonam tranſmittentem repræſentans, in obſer. ad dec.551.num.1.in medio. 737
Hæres extraneus nùm ſuccedere poſſit in officio acquiſito ab aliquo pro ſe, & hæredibus legitimis ex ſuo corpore deſcendentibus, dec.381.n.2. 510
Et vide in verb. *Officium.*
Et quid dicendum ſi officium ſit acquiſitum pro ſe, & vno hærede an veniat hæres extraneus, dec.382. num.2.& in obſer.n.1. 512
Hæres feudatarij ad petendam de feudo inueſtituram à Regia Camera, annum habet, & diem, deciſ.338. num.2. 455
Et an tempus hoc potiùs miſerationis cauſa illi concedatur, d.dec.338.n.3.
Hæres fiduciarius quiſnam ſit, & nùm nudus dicatur Miniſter, quævè requirantur, vt quis relictus cenſeatur hæres fiduciarius, in obſer. ad dec.131.n.1. 194
Hæres grauatus de reſtituenda hæreditate Agnationi an poſſit eligere quem velit de Agnatis, eique hæreditatem reſtituere, in obſ.ad dec.478.n.1.& 2.636
Hæres in allodialibus an teneatur contribuere hæredi in feudalibus oneribus, feudi occaſione contractis, & ſignanter pro ſoluendis annuis introitibus ſuper feudo venditis, dec.144.n.1.& in obſer. n.1. 211
Hæres in feudo pro Releuio Regiæ Curiæ ſoluendo ad quam fructuum intra annum perceptorum quantitatem tenetur, dec.371.n.1. 497
Et vide in verb. *Releuium.*
Hæres in feudo mortem feudatarij Domino denunciare intra quod tempus tenetur, in obſer. ad d. deciſ. 371.n.1.& 3. 498
Hæres in peculio Caſtrenſi, & hæres in peculio paganico, quomodo teneantur ad onera hæreditaria, deciſ.144.n.1.in medio. 211
Hæres nominatus in officio ab Officiali, qui nominandi habet facultatem à Domino conceſſam, nùm debeat immitti in officij poſſeſſionem, non obſtante quod defunctus inquirebatur de delicto, pro quo veniret Officio priuandus, in obſ.ad dec.516.n.1. 685
Hæres nominatus in officio ab habente poteſtatem nominandi nùm teneatur de mala adminiſtratione nominantis, dec.70.n.1.& 2.& in obſ.n.1. 103
Hæres particularis nùm grauari poſſit oneribus, deciſ. 390.n.4. 520
Hæres præſtare an teneatur vſuras legatario poſt litem conteſtatam, ſi iuſtam habeat litigandi cauſam, in obſer.ad dec.540.n.2. 720
Hæres ſi condemnetur ad reſtituendum bona fideicommiſſo ſubiecta, an teneatur pariter ad fructus, quos ex bonis prædictis percepit, in d.obſer.n.1. 720

*Homicidium.*

Homicidij pœna de iure communi, nùm ſit vltimi ſupplicij, dec.15.n.1. 20
Et quid dicendum de iure Regni, d.n.1.

*Hoſpitale.*

Hoſpitale nùm cogere poſſit Monaſterium, vel aliam Eccleſiam, ſibi adhærentem, ad ſibi vendendam partem Viridarij pro ſe ampliando, vt maiorem numerum poſſit recipere infirmorum, dec.284.n.1.&2.& in obſer.n.1. 392
Hoſpitale an, & quando dicatur locus pius, d.n.2.in medio.

*Hoſtes.*

Hoſtibus venundari ferrum, frumentum, vel ſalem, an liceat, in obſer.ad dec.545.n.6. 726
Hoſtium bona mobilia alibi reperta, quàm in libello capta an concedantur occupantibus, dec.77.n.3. 117
Hoſtium bona ſiue burgenſatica ſiue feudalia, ſi capiantur tam in acie belli, quàm extra bellum, illi Dño confiſcantur, qui bellum indixit, dec.183.n.1.

*Hypotheca.*

Hypotheca an cenſeatur remiſſa, ſi debitor, conſentiente creditore, rem hypothecam dixtraxerit, vel pignus vendiderit, dec.402.n.2.534.& in obſ.n.1. 535
Et quid dicendum in muliere conſentiente, vt Maritus bona hypothecata alienare poſſit, ſeu expreſsè renunciante iuri hypothecæ, ſi ipſa mulier indotata remaneret, in d.obſer.n.2.
Hypotheca an competat ſecundogenitis ſuper feudis pro eorum vita, & Militia, dec.576.n.2.in fine.769. & in obſer.n.1.in medio. 770
Et vide in verb. *Vita, & Militia.*
Hypotheca an inducatur per dictionem (*ſuper*) puta ſi vendantur, vel concedantur tot annua ſuper tali fundo, licet ex alio fundus non appareat hypothecatus, d.n.2.& in d.obſer.n.1. 769
Et quid dicendum ſi in genere dicatur, nempe *ſuper omnibus bonis*, in d.obſer.n.1.in medio. 770
Hypotheca an inducatur ſuper bonis, & poteſtate data Creditori, vendendi, pignorandi, & diſponendi de bonis, d.n.2.769.& in obſer.n.2. 770
Hypotheca Mariti ſuper bonis ſoceri à quo die incipiat, nùm ſcilicet à die initorum capitulorum matrimonialium, vel à die contracti matrimonij, in obſer.ad dec.379.n.2. 508
Hypotheca poſterioris creditoris an extinguatur per donationem in ſolutum factam creditori anteriori per debitorem de re vtrique obligata, dec. 20.n.25. & in obſer.n.1. 26
Hypotheca, quam habet Mulier ſuper bonis viri pro dote tam tacita, quàm expreſſa à quo die currere incipiat, nùm à die promiſſionis, vel potius à die, quo viro ſoluta fuit, d.dec.379.n.1.& 2.507.& in obſer. num. 1. 508
Et nùm incipiat à die contracti matrimonij, in d. obſer.n.1.in medio 3.& 4
Et á quo die incipiat hypotheca Mulieris pro augmento, in d.obſer.n.4.in fine.
Hypotheca ſuper re feudali, nùm poſſit in alium transferri abſque Regis aſſenſu, dec.105.n.2. 137
Hypotheca tacita, bona præſentia, & futura comprehendit, dec.576.n.3.circa finem. 769
Hypotheca tacita cum prælatione competens Domino nauis pro Naulo, nùm competat etiam mutuanti pecuniā pro ſoluendo Naulo, dec.134.n.2.in fine. 198
Hypotheca tacita competens Domino domus pro penſione, nùm competat ſine prælatione, in obſer. ad d. deciſ.134.n.2. 199
Hypotheca tacita an inducatur ex adminiſtratione Mulieris, vt Tutrix, licet Tutrix eſſe non poſſit, dec. 576.n.3.in medio. 769
Et quid dicendum in quouis tutore, qui defectu ſuæ perſonæ tutor eſſe non poteſt d.n.3.in medio.
Hypotheca tacita ſolum inducitur in caſibus à iure expreſſis, dec.270.n.2.& in obſer.n.1. 376



Digitized by Google

Hypotheca tacita, vt priuilegium habeat prælationis, quænam concurrere debeant, dec.134.n.2. 198
Hypotheca an tollatur,& ab ea diſceſſum videatur per ſatiſdationem datam ad fauorem Creditoris, deciſ. 392.n.2.in medio. 524
Hypothecam ad inducendam, nùm attendatur tempus contractus,vel tempus numerationis, ſi in poteſtate contrahentis ſit, ſe non obligare,dec.380.num.4.in fine 509.& in obſer.n.6. 510
Hypothecam ad inducendam in bonis Adminiſtratoris, vel Officialis ad fauorem fiſci, an attendendum ſit tempus incepti Officij,vel commiſſæ fraudis, d. num. 4.in medio.509.& in obſer.n.5. 510
Hypothecæ exceptio,vt quis alteri præferatur,an poſſit opponi etiam poſt ſententiam, in obſer.ad deciſ. 559.num.2. 748
Hypothecæ poſteriorum creditorum an cenſeantur extinctæ,ſi res hypothecata ſit vendita ſub haſta,& de pretio creditor anterior ſit dimiſſus,in obſer. ad dec. 20.num.2. 26
Et quid dicendum ſi creditor anterior emerit, in d. obſer.n.3.
Hypothecæ ſuper feudo an poſſit creditor renunciare in augmentum feudi,dec.105.n.2.157.& in obſ.n.2. 158.& dec.358.n.1.& in obſer.n.3. 479
Hypothecæ vis an ſit tanta, vt immiſſus in poſſeſſionem alicuius rei ſibi hypothecatæ ex proceſſu inordinato aut nullo, nullo pacto poſſit ab eo auferri poſſeſſio,niſi prius eidem ſoluta fuerit pecuniæ quantitas, ob quam in poſſeſſionem fuerat immiſſus,in obſer.ad dec.72.n.3. 106

*Hypothecaria actio.*

Hypothecaria actio an, & quando cenſeatur ſublata reſpectu tertij poſſeſſoris per pactum de non petendo,dec.57.n.2.in fine,& n.3. 81
Hypothecaria actio an competat ſecundogenitis ſuper feudo pro eorum vita,& Militia,in obſer.ad dec.66. num.4.95.& dec.91.n.1.136.& in obſer.n.1.137.& deciſ.576.n.2.in medio. 769
Et nùm competat ſororibus pro paragio ſibi debito à feudatario in obſer.ad d.dec.91.n.2. 137
Hypothecaria actio extincta per dationem in ſolutum rei hypothecatæ an reuiuiſcat, euicta re prædicta, deciſ.293.num.1. 403
Et quid dicendum fauore dotis, an ſcilicet reuiuiſcat,d.dec.293.n.2.in fine,& in obſer.n.1. 404
Hypothecaria actio à principio in eſſe deduci nùm poſſit abſque actione perſonali,in obſer.ad dec.105. num.3. 158
Hypothecaria actione agens pro credito recuperando, quod habet ſuper re aliqua feudali,quæ à tertio poſſidetur, nùm poſſit repelli exceptione Pragmaticæ editæ Thori,dec.533.n.1.& 2.& in obſ.n.1. 711
Hypothecaria actione conuentus nùm poſſit lite pendente rem hypothecatam alienare, maximè ſi agatur iure aſſiſtentiæ,dec.150.n.1.& 2.220.& in obſ. num.1. 221
Hypothecaria actione an poſſit legatarius legatum conſequi,tam aduerſus hæredem, quàm aduerſus illum,in quem hæres rem legatam tranſtulit, vel cogatur præcisè actionem intentare reiuendicationis, in obſer.ad dec.582.n.4.in medio. 780

*Hypothecata res.*

Hypothecata res ſi ſit vendita ſub haſta, vide in verbo *Hypotheca poſteriorum.*



I.

*Ignorantia.*

Ignorantia exactionis gabellæ in ciuitate,& Regno Neapolis nùm tranſeuntem excuſet à pœna intercepti,dec.552.n.2. & in obſer.n.1. 738
Et quid dicendum de iure communi,in d.obſer.n.1.
Et an ſtetur iuramento tranſeuntis circa ignorantiam prædictam,in d.obſer.n.1.
Et quid dicendum ſi merces non à Domino, ſed à Mulione conducto aſportentur, qui gabellam non ſoluit, an iſte teneatur Domino ad pretium rerum admiſſarum,in d.obſer.n.1.in medio.

*Immunis.*

Immunis à collectis ex aliquo priuilegio,an ſit quoque immunis à collecta ,quæ ob bellum ſuperueniens nouiter imponitur,deciſ.130.n.2.192.& in obſ.n.4. 193
Immunis ex priuilegio ab onere functionum fiſcaliū, ordinariarum, & extraordinariarum, an cenſeatur pariter immunis à ſolutione donatiui,quod ex aliqua cauſa,maximè ob Regni tuitionem ab inimicis ſit Domino Regi,d.dec.130.n.1.& 2.192.& in obſer. num.1. 193
Et quid dicendum ſi factum ſit donatiuum, eo expreſſo, vt nemo ſit immunis quouis priuilegio munitus,d.n.2.in medio.
Et quid dicendum ſi in priuilegio immunitatis expreſsè legeretur immunitas à donatiuis, in d.obſer. num.1.circa finem.

*Immunitas.*

Immunitas conceſſa alicui ab onere ſoluendi gabellas, nùm ſemper ſit perſonalis,in obſ.ad dec.32.n.1. 42
Immunitas conceſſa Baronibus in Dohanis huius Regni pro fructibus in feudis collectis, nùm comprehendat ipſorum feudorum conductores, in d.obſer.num.3. 42
Immunitas conceſſa alicui ab onere ſolutionis fiſcalium pro ſe,& hæredibus,ac ſucceſſoribus in perpetuum, ſi conceſſionarius decedat pluribus relictis filiis, an tranſeat in quemlibet ipſorum inſolidum, vel pro rata iuxta quam conceſſionario ſucceſſerunt,dec.281.n.1.389. & in obſer.n.1. 390
Immunitas conceſſa alicui à ſolutione gabellæ, & ab aliis iuribus Regiæ Curiæ debitis, & debendis, an extendatur ad incrementum gabellæ, ſi illius directus augeri contigerit ob maximam belli neceſſitatem,deciſ.553.n.1.& 2.739.& in obſer.n.2.740
Immunitas conceſſa alicui pro ſe & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis, an tranſeat ad eius filiam hæredem vniuerſalem inſtitutam,deciſ.197.num.1. & 2. & in obſer.n.1.& 2. 283
Immunitas conceſſa genero,& poſteris,an tranſeat ad deſcendentes per filias fœminas, licet maſculi ſint, d.deciſ.197.n.9.
Immunitas conceſſa patri, & filiis, an competat filiis viuo patre,dec.281.n.1.circa medium. 389
Immunitas conceſſa patri ob numerum duodecim liberorum,an extendatur ad munera iam impoſita,ſiue ad debita per Vniuerſitatem iam contracta,dec.438. n.1.& verſ. *Et per Regiam,*& in obſer.n.1. 588
Immunitas conceſſa per priuilegium Regis Frederici, nùm ſit obſeruanda per noſtrum Regem Auſtriacum, in obſer.ad deciſ.553.n.2. 740
Immunitas conceſſa rebus,& fructibus feudalibus realis,& minimè perſonalis eſt, in obſer. ad deciſ.373. num.1.circa medium. 500
Immunitas conceſſa ſimpliciter à gabella nùm extendatur

datur ad gabellam in futurum imponendam ex cauſa noua,& vrgenti,dec.553.n.2.in fine. 740
Immunitas conceſſa Vniuerſitati ab omnibus oneribus ordinariis, & extraordinariis, an extendatur ad gabellas impoſitas pro conſtructione Mœniorum, & Militium hoſpitalitate, deciſ.439.n.1.& 2.588. & in obſer.n.1. 589
Immunitas à gabellæ ſolutione pro vino,oleo,&c.quæ naſcuntur in tali fundo, ſeu rure conceſſa alicui pro ſe,ſuiſque hæredibus & ſucceſſoribus, an tranſeat ad ſucceſſorem ſingularem in illo fundo, ſeu rure,in obſer. ad deciſ.281.n.1. in medio.390. & in obſer. ad dec.345.n.2. 463
Immunitas functionum fiſcalium, & aliorum onerum realium alicui conceſſa pro ſe,eiuſque hæredibus,& ſucceſſoribus vtriuſque ſexus in perpetuum, nùm tranſeat ad maſculos ex filiabus deſcendentes, deciſ. 345.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 463
Et an competat filiabus conceſſionarij,quantumuis nuptis,d.n.2.in fine,& in d.obſer.n.1.in medio.
Immunitas non ſoluendi vectigalia an poſſit contra fiſcum præſcribi,deciſ.309.num.2.422. & in obſer. num.4. 423
Et quid dicendum in Regno noſtro Neapolitano,d. num.2.
Immunitas quantumuis ampla à ſolutione fiſcalium, an comprehendat donatiua,in obſer.ad dec.38.n.1. 50.& in obſer.ad dec.54.n.1.&3.75.& dec.130.n.1. & 2.192. & in obſer.num.1. 193
Immunitate Eccleſiaſtica an ſit indignus occidens Principis Conſiliarium, prout quilibet læſæ Maieſtatis Reus.in obſer.ad deciſ.416.n.3. 556
Immunitatis conceſſio, nùm in dubio ad ſingularem ſucceſſorem tranſitoria ſit, in obſer. ad deciſ.281. num.1.circa finem. 390
Immunitatis priuilegium generaliter conceſſum, nùm exemptionem compræhendat à donatiuis, in obſer. ad dec.130.n.1. 193

*Impedimentum.*

Impedimentum allegans non excuſatur illud probando,niſi ſimul diligentiam adhibuiſſe probet, deciſ. 286.n.2.in fine. 395

*Imperium.*

Imperium merum, & mixtum contra Principem præſcriptione centenaria ſolum præſcribitur,deciſ.299. num.2.in fine,& in obſer.n.3. 410
Et quanto tempore præſcribatur contra Priuatum, deciſ.391.num.2. verſ. *vltimo nec obſtat*,& in obſer. num.3. 523
Imperium merum quanto tempore contra Eccleſiam præſcribatur,d.n.2.verſ.*vltimo nec obſtat.* 523
Imperium merum vti de regalibus ſine priuilegio poſſideri non poteſt,dec.467.n.1.in medio. 622
Imperium merum ſi quis obtinuerit ad Principis beneplacitum, nùm reuocatum cenſeatur per generalia verba Conſt.Regni incip.*Ea quæ ad decus*.in obſer.ad dec.511.n.1.in fine. 677

*Impubes.*

Impubes incapas eſt Officij publici cum adminiſtratione,dec.437.n.2. 587
Incapaces,& indigni in quo differant, dec.96.num.2. 142.& in obſer. n.1.143. & in obſer. ad deciſ.233. num.1. 335

*Incapax.*

Incapax ſi quis ſit alterius ſucceſſione, nùm bona ſpectent ad proximiores conſanguineos defuncti, vel ad fiſcum,d.dec.96.n.2. 142

*Incendiarij.*

Incendiarij,quorum culpa incendium contingit an,& quando,& quibus pœnis affici debent, in obſer. ad deciſ.26.n.1. 34

*Inceſtum.*

Inceſtum committens cum feudataria, ea defuncta nùm priuetur feudi ſucceſſione, deciſ.519.n.1.& 2. & in obſer.num.1. 689
Et quid dicendum ſi cum illa contraxerit inceſtas nuptias,d.n.2.circa finem.
Et an hoc caſu fiet locus ſucceſſorio edicto pro ſequentibus in gradu, vel feudum deueluatur ad fiſcum,in d.obſer.n.2.
Inceſtum committens, vel cõtrahens inceſtas nuptias, nùm priuetur ſucceſſione bonorum allodialium perſona cum qua inceſtum commiſit, vel inceſtas nuptias contraxit,in d.obſer. n.3.& 4.

*Indemnitas.*

Indemnitatis cautio nùm ſit cum fideiuſſione præſtanda,vel ſufficiat ſolum obligatio illius,qui ad indemnitatem tenetur,in obſer.ad dec.82.n.4. 121
Indemnitatis promiſſio nùm probari poſſit per teſtes familiares,& domeſticos,dec.385.n.2. 515
Et an probari poſſit per familiares prælatorum, puta Abbatum &c.d.n.2.
Indemnitatis promiſſo nùm ſubſtineatur de iure, & quando dicatur in eſſe producta,d.n.2.
Et quid importet indemnitatis promiſſio, in obſer. ad d.dec.385.n.1.
Indemnitatis promiſſor nùm poſſit conueniri non excuſſo prius principali debitore,d.n.2.in medio,& in d.obſer.n.1. 689

*Indicium.*

Indicia, quæ nam ſufficiant ad quæſtionem inferendam,& num remittantur arbitrio iudicis, in obſer. ad deciſ.365.n.3. 489
Indicium vt ſit ſufficiens ad Reum torquendum, num debeat eſſe probatum,& luce merediana clarius, in d.obſer.n.3.in fine.

*Indignitas, & Indignus.*

Indignitas ſucceſſionis, quo iure fuit cognita, num dumtaxat iure communi Romanorum, in obſer.ad deciſ.96.n.2. 143
Indignus ſi quis ſit ex ſuo proprio delicto, & non omninò incapax,num bona ab eo auferantur, & fiſco applicentur,d.dec.96.n.3.
Et cuinam fiſco applicari debeant, num fiſco loci commiſſi delicti,vel loci, vbi bona illa ſita ſunt, in d.obſer.n.3. 143

*Indulgentia.*

Indulgentia ſi ſit conceſſa delinquentibus de omnibus delictis patratis num cenſeatur ſolum remiſſa pœna, vel etiam delinquens ad bona confiſcata reſtitutus, deciſ.546.n.2.circa finem,& in d.obſer.n.2. 728

*Indultus.*

Indultus conceſſus à Rege quantumuis generalis,num comprehendat Officiales in officio delinquentes, deciſ.112.n.3. 167
Indultum concedere crimionſo quoad pœnam corporalem,quæ fiſci,& Reipublicæ vindictam concernit,

Digitized by Google

nit, an poſſit Princeps abſque Partis remiſſione, deciſ.236.n.2.in medio. 340
Et quid dicendum quoad pœnam pecuniariam, d. num.2.in medio.
Indultus declaratio nùm valeat, ſi fiat in Dei præiudicium,ipſo non citato, deciſ.330.n.2. 444
Indultus generalis ab omnibus patratis delictis,& pœnis incurſis, per Regem conceſſus, nùm comprehendat omnes ſuos ſubditos, tam de Regio Domanio, quàm Vaſſallos Baronum, deciſ.546.n.1.& 2. 727.& in obſer.n.1. 728
Et nùm Rex id facere poſſit de ordinaria, vel de plenitudine poteſtate, d.n.2.
Indultus generalis à Rege conceſſus, an & quando comprehendat pœnas pecuniarias prouenientes ex interceptis fraudati vectigalis, vel contrauentione bannorum, quæ ex iuſta, & rationabili cauſa promulgari ſolent, deciſ.549.n.1.& 2.732.& in obſer. num.1. 733
Et nùm comprehendat pœnas pecuniarias prouenientes ex incuſationibus inſtrumentorum, & obligationum penès acta Magnæ Curiæ Vicariæ, in d. obſer.n.2. 733
Et an per huiuſmodi indultum cenſeatur remiſſum illud plus, quod vltra ſtatutum pretium ab emptoribus fuerit extortum, vel ſit omnino venditoribus reſtituendum, d.deciſ.549.n.2.in medio. 732
Et an comprehendat pœnas in quas incidunt fidati Regiæ Dohanæ, qui abſque Regij Dohanerij licentia herbagia emunt, d.num.2.in medio.
Indultu generali, vide in verb. *Abolitione*.
Indultu an gaudere poſſit delinquens abſque Partis offenſæ remiſſione, deciſ.236.n.1. 340
Indultu vt gaudeat, vel non gaudeat, quis, nùm ſit cauſa merè ciuilis, deciſ.220. num.2.313.& in obſer.num.1. 314
Indultu vt quis gaudere poſſit ob occiſionem alicuius banniti Magnæ Curiæ, quænam requirantur, deciſ. 236.num.1.& 2. 340

*Induſtria.*

Induſtria perſonæ incertæ, & quæ ignoratur eligi minimè poteſt, deciſ.230.n.2.circa finem. 329

*Infans.*

Infanti ſi deferatur hæreditas, nùm ei tutor acquirere poſſit, abſque alia ratihabitione, deciſ.318.num.3. in fine. 431
Et ſi infans tutorem non habeat, an poſſit iudex illi decernere hæreditatem, conſanguineis tamen petentibus, d.n.3.in fine.

*Infideles.*

Infidelium bona naufragantium,nùm poſſint vti naufragata intercipi, deciſ.76.n.1.in fine. 111

*Infirmus.*

Infirmus quantumuis in extremis conſtitutus, nùm prohibeatur donationem facere inter viuos, deciſ. 532.num.3. 709

*Inhabilis.*

Inhabili ſi Princeps ſcienter conferat officium,an cenſeat in illius inhabilitate diſpenſare,deciſ.437.nu.2. & in obſer.n.1. 587
Et quid dicendum in inferiore ipſo Principe, d.n.2. in medio.

*Iniuria, & Iniurioſum.*

Iniuria nùm ſolùm inferatur facto, vel etiam verbis, deciſ.50.num.1.verſ. *fuit conſideratum*, & in obſer. num.2. 68
Iniuria nùm reputetur atrox, ſi infamatoria verba, proferantur in perſonam Magiſtratus, d. n.1. verſ. *fuit conſideratum.* 67
Iniuriarum actio quanto tempore præſcribatur,in obſer. ad deciſ.242.n.3. 348
Iniuriarum pœna nùm remittatur arbitrio iudicis, deciſ.50. num.1. verſ. *fuit conſideratum*, circa medium. 68
Iniuriarum pœna quæ ſit, in obſer. ad deciſ.242.n.3. 348
Iniuriarum pro crimine nùm poſſit iudex ſuum extendere arbitrium vſque ad vitæ ſupplicium,in d.obſer. ad deciſ.50.n.3. 68
Iniurioſa verba proferens in perſonam Excellentiſsimi Proregis, qua pœna ſit puniendus, d. num.1. 69
Et an ſit condemnandus ad perpetuò remigandum, etiam nobilitate concurrente, deciſ.50.n.1.verſ. *fuit conſideratum*, circa finem. 68
Iniurioſa verba qui protulerit in Principem abſentem nùm ſit plectendus pœna mortis, in d. obſer. numero 1. 68
Iniurioſa verba proferens in Regios officiales,qua pœna ſit plectendus, deciſ.242.n.1.2.& 3. 348
Iniurioſa verba prolata calore iracundiæ, nùm alicuius ſint conſiderationis,in obſer. ad d.deciſ.242.n.1. 348
Et an Iniurians calore iracundiæ,ſi ſe pœniteat puniri debeat, in d.obſer.n.1.in medio.

*Iniuriatus.*

Iniuriatus officialis nùm contra Iniuriantem ipſum procedere poſsit, in obſer.ad deciſ.242.n.2. 348
Et vide in verb. *Officialis*.

*Inquiſitus.*

Inquiſiti de falſo ad veritatem eruendam, an, & quando torqueri,poſsint, deciſ.6.n.3. 9
Et vide in verb. *Falſi*.
Inquiſito crimine læſæ Maieſtatis nùm inquiſitione pendente, interdici poſsit ſuorum bonorum adminiſtratio, deciſ.157.n.2.in medio, & in obſer.nu.1. 230

*Inſtantia.*

Inſtantia iudicij cæpta cum feudatario, qui in crimen perduellionis, ſeu fœloniæ incidit, ob quod omnia illius bona feudalia ad Regiam Curiam reuertuntur, nùm tranſeat ad fiſcum, vel nouum ſit inſtituendum iudicium, deciſ.396.n.1.527.& in obſer. num.1. 528
Inſtantia cauſæ nùm regulariter tranſeat in ſucceſſorem ſingularem voluntarium, in d.obſer.n.2.
Inſtantia cæpta per feudatarium de re ad ipſum feudum pertinente, nùm tranſeat ad emptorem feudi, ſingularémque ipſius feudi ſucceſſorem, in d. obſer. n.2.in medio. 528
Inſtantia cæpta cum debitore, & poſſeſſore in hypothecaria an, & quando tranſeat in emptorem & ſingularem ſucceſſorem ementem ſubhaſta, deciſ. 171.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 249
Inſtantia conquieſcere debet pendente relatione facienda ad ſuperiorem,deciſ.325.in fine. 439
Inſtantia in cauſa ciuili, vel criminali nùm dicatur



Digitized by Google

peremptа per lapſum biennij,deciſ.139.num.1.204
Et an in cauſa criminali perempta inſtantia, perimat etiam ius agendi, d.n.1.in fine. 204
Et quid dicendum in cauſa ciuili, nùm perempta inſtantia, perimat actio, d.n.1.in medio.
Et an perimat inſtantia in criminalibus, ſi iuſtum adfuit impedimentum, quo cauſa non potuit biennio terminari, d.deciſ.139.n.2.
Inſtantia in cauſis criminalibus in Tribunali Magnæ Curiæ Vicariæ, & in cæteris omnibus huius Ciuitatis Neapolis, etiam delegatam cauſam habentibus, an cenſeatur ſemper prorogata, nec peremptioni ſit locus, in obſer. ad d. deciſ.139. num.1. 204
Inſtantia in cauſis fiſcalibus an pereat, in d.obſer.n.3. 205.& deciſ.178.n.2. 257
Inſtantia in Collaterali Conſilio,an pereat, licèt cauſa per plures annos ſteterit expedienda, deciſ.535. num.2. in fine 713. & deciſ.578.num.1.& in obſer. num.1. 772
Inſtantia in Sacro Conſilio, nùm pereat per lapſum biennij, in obſer.ad d.deciſ.578.n.2. 773
Inſtantia in Tribunali Regiæ Cameræ Summariæ an pereat aliquo temporis lapſu,in obſer.ad deciſ.139. n.3.in medio. 205
Inſtantia licèt tranſeat in ſucceſſorem vniuerſalem, nùm etiam tranſeat in ſucceſſorem particularem ex cauſa voluntaria, deciſ.290. n.2. in fine 400. & in obſer.n.3. 401
Inſtantia mota contra rei poſſeſſorem nùm tranſeat in ſingularem ſucceſſorem actoris,in obſer.ad deciſ. 171.n.2. 249
Inſtantia an pereat lapſu biennij quoad bona fiſco per delictum quæſita, deciſ.139. numer.2. in fine. 204
Inſtantia perempta in cauſis criminalibus per lapſum biennij, an non ſolùm acta pereant ordinaria, ſed etiam probatoria, ita vt non detur amplius accuſandi,vel inquirendi facultas,in obſer.ad d.dec.139. n.1.verſ. *ſed in terminis*, in medio. 204
Et quid dicendum ſi biennium decurrerit ob inquiſiti impedimentum, d. num.1. verſ. *ſed in terminis*, in fine.
Et an perempta inſtantia inquiſitus debeat liberari, d.verſ. *ſed in terminis*, in fine.
Inſtantia, quæ fit poſt concluſum in cauſa, nùm cauſæ impediat expeditionem, deciſ.320. n.2. in fine. 434
Inſtantia an reuiuiſcat, reo liberato ex ſuperuenientibus indiciis,& lapſo biennio à die decreti interpoſiti, quod non moleſtetur, ſi nouæ ſuperueniant probationes, etiam perfectæ, puta teſtes de viſu, vel cõfeſſio ipſius rei, in obſer. ad deciſ.139.nu.2. 204
Inſtantia an tranſeat ad fiſcum vniuerſalem bonorum ſucceſſorem, deciſ.171. num.2. in medio,& in obſer.n.3. 250
Inſtantia nùm tranſeat ad ſucceſſorem vniuerſalem, vide in verb. *Inſtantia licet.*

## *Inſtitor.*

Inſtitoris culpa nùm regulariter noceat Domino in materia commiſſorum,ſeu interceptorum, dec.216. num.2. 309
Et quo iure vtamur in Regia Camera circa inſtitoris culpam, in obſer. ad d. deciſ.216. num.1. 310
Inſtitoris factum abſque culpa, & dolo, vel abſque mandato, & ſcientia Domini an noceat ipſi Domino, d.deciſ.216.n.1. 309

## *Inſtructiones.*

Inſtructionum Regiæ Dohanæ Menępecudum cap.28. in obſer. ad deciſ.526.n.5. 699
Eiuſque reformatio, & declaratio, in d. obſer.n.5. 700

## *Inſtrumentum.*

Inſtrumenta edere,qui tenentur, vel rem reddere,ſi recuſent, quot remedia contra eos per legem ſint introducta,deciſ.180.n.2.259.& in obſer.n.2. 260
Inſtrumenta duo ſi vno eodémque die ſtipulata reperiantur, vnum pro fiſco, alterum pro priuato, nec aliter conſtet de anterioritate, quòdnam prius ſtipulatum præſumatur, deciſ.378.n.2.in medio.506. & in obſer.n.2. 507
Et quid dicendum ſi alterum inſtrumentum eſſet pro muliere concurrente cum fiſco pro eius dote recuperanda, in d.obſer.n.3.
Inſtrumenta omnia ſtipulata per Notarium alicuius Baronis Vaſſallum tam pro,quàm contra Baronem, nùm valeant in Regno noſtro Neapolitano, deciſ. 386.n.2.& in obſer.n.3. 516
Et an valeant vt ſcripturæ priuatæ,d.n.2.in medio.
Et quid dicendum ſi teſtes non atteſtentur de ſtipulatione ſolemniter facta, ſcilicet mediante interrogatione,& reſponſione, ſed tantùm ſe referant ad inſtrumentum, d. n.2. in medio.
Et quid dicendum ſi Notarius habitatione tantùm ſit ſubditus, in d. obſer.n.4.in medio. 517
Et quid dicendum ſi Baro condere vellet teſtamentum, an prohibeatur notarius vaſſallus ſcribere, in d. obſer. num.4. in fine,& vide in verb. *Notarius Vaſſallus.*
Et quid dicendum in obligationibus penès acta ad fauorem Baronis captis, non vti notarium, ſed vt baronalis curiæ actuarium, in d.obſer.n.4.
Inſtrumenti exequutio, ſiue liquiditas, vide in verb. *Exequutio.*
Inſtrumenti exemplum, vide in verb. *Exemplum.*
Inſtrumenti matrix, ſiue originale ſi productis prothocollis non reperiatur, nùm per hoc, inſtrumentum præſentatum præſumatur falſum, in obſer. ad deciſ.320.n.2.circa finem. 434
Inſtrumenti prœmium, contrahentium mentem declarat, deciſ.231.n.4. 330
Inſtrumenti tranſumptum, vid.in verb. *Tranſumptum.*
Inſtrumento annullato, num contractus probari poſſit per teſtes, deciſ.550.n.2.circa finem. 734
Inſtrumento nùm ſtandum ſit, deciſ.427.n.1. 571
Inſtrumentum originale nùm producere cogatur, qui ſemel illud in iudicio produxit, exemplum relinquendo in actis, maximè ſi originale eſſet amiſſum, vel combuſtum, deciſ.320. num.2.433.& in obſer.n.1. 434
Et quid dicendum ſi originale inſtrumentum eſſet penès notarium, in d.obſer.n.2. 439
Inſtrumentum productum in iudicio, nùm poſſit per ipſum producentem impugnari tanquam nullum, & falſum, in obſer. ad deciſ.210.num.3.in medio. 299

## *Intentio.*

Intentio Regis, vel Papæ ſi ſit dubia nùm declarari poſſit per Dominum Proregem, vel declarari debeat per ipſum Regem citata Parte, cuius intereſt, deciſ.487.n.1.in fine. 645

## *Intercepta.*

Intercepta eximens è manibus Regiorum officialium, qua

Digitized by Google

qua pœna ſit plectendus, deciſ.383. num.1. & 2. 513

Intercepti cauſa nùm ſit ciuilis,& in ea iudiciarij actus ſint ſeruandi,in obſer. ad deciſ.552. num.3. in fine. 739

*Interdictum.*

Interdicto recuperandæ poſſeſſionis nùm poſſit agere reus perduellionis contra fiſcum, ſi probet ſe poſſediſſe, & ſpoliatum fuiſſe,deciſ.98.num.1.& 2. 146

Interdictum vtile recuperandæ poſſeſſionis, nùm locum habeat in iuribus incorporalibus, ſi quis eis de facto ſit ſpoliatus, deciſ.493.num.1.& 2.652.& in obſer.n.1. 653

*Intereſſe.*

Intereſſe nùm debeatur ceſſante mora, deciſ.514.n.2. 681

Intereſſe rei iudicatæ à quo tempore currere incipiat, ſi fuerit à ſententia appellatum, deciſ.443. num.2. 593

Intereſſe rei iudicatæ ex ſententia Regiæ Cameræ, & Præfecti prætorio ſi ab ea fuerit reclamatum, nùm debeatur poſt quatrimeſte tempus à die tamen ſententiæ latæ, vel potius confirmatæ, d. deciſ.443. n.1.in fine,& n.2.& in obſer.n.6. 594

Intereſſe rei legatæ, vide in verb. *Fructus*, & in verb. *Legatum.*

Intereſſe an,& quando peti poſſit, ſi ſententia tantùm lata ſit pro ſorte principali, & verbum nullum de intereſſe, deciſ.298.n.2.& in obſer.n.1. 408

Et quid dicendum in iudiciis vniuerſalibus provt eſt in dote, &c. in d.obſer.n.2. 409

Intereſſe quantitatis debitæ minoribus, vel fiſco, nùm ſtatim currat ob moram irregularem, abſque alia interpellatione,deciſ.514.num.2.& in obſer.num.1. 681

Intereſſe quantitatis debitæ minori, nùm currat, ſi minor legitimam non habeat perſonam cui debitor ſoluat, in d.obſer.n.2.

Et quid dicendum ſi ad debitorem ipſum ſpectaret tutela, vel cura pupillorum, nùm poſſet ſe excuſare, quod legitimam perſonam non habeat, cui ſoluat, in d.obſer.n.2.in medio.

Intereſſe,quod ex mora Regio fiſco debetur, nùm per ſortis receptionem cenſeatur remiſſum, in obſer. ad deciſ.443.n.3. 594

Intereſſe quodnam remiſſum cenſeatur per receptionem ſortis, nùm id,quod debetur ex iudicis officio, vel id quod debetur per conditionem ex lege, in d. obſer. n.3.in fine.

Intereſſe nùm veniat ex natura ſua in actione negotiorum geſtorum, deciſ.131.n.2.in medio. 194

*Interpellatio.*

Interpellatio legis,vel hominis, nùm quoddam debeat continere ſpatium, intra quod debitor ſuo creditori ſoluat,deciſ.181.n.2. circa finem.261.& deciſ.514. n.2.in medio. 681

Et an dictum ſpatium debeat eſſe trium, vel quatuor dierum, & non vltra decem, d.nu.2.in medio. 261

Et an ſit decem dierum, vel arbitrio relinquatur iudicis, d.num.2.in fine. 681

*Interpetrari.*

Interpetrari legem illius eſt, cuius eſt condere, deciſ. 351.n.2. 469

*Inteſtatus.*

Inteſtatus decedens, nùm videatur tacitè inſtituere eum, qui illi ab inteſtato eſt ſucceſſurus,deciſ.411. num.2. in fine 548. & n.4. 549. & deciſ.520. n.2. circa finem.690.& in obſer.num.2. 691

*Inuentarium.*

Inuentarij confectione pendente nùm hæres à defuncti creditoribus moleſtari poſſit, deciſ.349. num.2. 467

Et quid dicendum ſi hæres conueniretur actione reiuendicationis, d.n.2.& in obſer.n.1. 468

Et quid dicendum ſi coouenirettur actione hypothecaria, d.n.2.in medio, & in d.obſer.n.2.

*Inueſtiri, & Inueſtitura.*

Inueſtiri de feudo an quilibet poſſit, licèt ſeruus ſit, vel naturalis modò Dominus inueſtiens illius ſciat qualitatem, deciſ.536.n.2.in fine. 715

Inueſtiri an poſſit quis de feudo, quod primo ſit ad Regiam Curiam reuerſurum, deciſ.316. num.1. 429

Inueſtitura feudi, nùm feudi probet poſſeſſionem, in obſer.ad deciſ.279.n.2. 387

Inueſtitura feudi præſumpta an inducatur, ſi actus per quos inueſtitura probetur,fiant cum eo,qui de nouo poſſet facere inueſtituram,provt eſt Rex, in obſer. ad deciſ.558.n.1.in medio. 748

Et quid dicendum ſi actus fierent cum eo, qui tali poteſtate careret, vt eſt Vicerex, an induceretur inueſtitura præſumpta, in d.obſer. n.1. in medio.

Inueſtitura tam in Emphyteuſi, quàm in feudo ſemper eſt attendenda, deciſ.381. n.2. & in obſer. n.1. 511.& deciſ.510.n.1. 675

Inueſtituram ad petendam infra annum, & diem à morte feudatarij, quænam cauſæ ſucceſſorem excuſent, in obſer. ad deciſ.371.num.4. 498

*Iudæi.*

Iudæi confœderati cum Solimano, hoſtilitatem nobiſcum contrahere videntur, in obſer.ad deciſ.76.n.2. & 3. 111

Iudæi nùm de iure fuerint expulſi per Regem Catholicum, & Carolum Cæſarem.in d.obſer.n.5.

Iudæi ſi ſint ſubditi Principi Chriſtiano, nùm poſſint priuari bonis, effici ſerui,& intercipi,ſi naufragium faciant, in d.obſer.n.4. 111

Iudæorum bona ex naufragio intercepta,nùm ſpectent ad Regium fiſcum,vel ad capientes, deciſ.77.nu.1. 111.& n.2.& in obſer.n.1. 112

Et quid dicendum ſi eſſent ſubditi Principi Chriſtiano, puta Sereniſſimæ Venetiarum Reipublicæ, in obſer. ad deciſ.545.n.8. 727

Iudæorum naufragantium bona,ac perſonæ,ſi ſint ſubditi Turcarum dominio nùm dicantur intercepta,& deperdita, ac ſi eſſent Turcarum, ipſique Iudæi ſerui effecti, deciſ.76.num.1.110. & in obſer. n.1. 111

*Iudex.*

Iudex alterare, vel minuere pœnam à lege taxatam an regulariter poſſit, deciſ.525.n.2. 696

Et quid dicendum ex iuſta,& legitima cauſa,& quæ ſint cauſæ iuſtæ,& legitimæ,d.n.2.

Iudex coram quo inſtatur pro exequutione ſententiæ per iudicem alterius territorij latæ, nùm poſſit cognoſcere de viribus illius ſententiæ, quantumuis ſit

Digitized by Google

ſit competens, deciſ.502. num.1.664. & num.2. & in obſer.num.1. 665
Et quid dicendum ſi de illis iniuſtitia, & nullitate euidenter appareat ex reuolutione cartarum, d.n.2. & in d.obſer.n.1.in medio, & n.2.
Et quid dicendum in mandato exequutiuo, quod nos litteras exequutoriales appellamus procedente ex incuſatione inſtrumenti guarentigiati, vel obligationis in forma Cameræ, in d. obſer. num.1. in fine.
Iudex nùm debeat eſſe clementior lege, deciſ.15. n.1. verſ. *dubium.* 20
Iudex ferre ſententiam an poſſit ſuper implicitè petitis, & per viam exceptionis, deciſ.450.n.1. in medio, & in obſer.n.1.in medio. 602
Et an poſſit proferri ſententia ſuper probatis, ſed in libello non deductis, in d.obſer.n.2.
Iudex homicidij pœnam, taxatam à lege an poſſit commutare in pecuniariam, deciſ.15.n.2. & in obſer.n.1. 20
Et quid dicendum ſi Partis offenſæ accedat remiſſio, d.n.2.& in d.obſer.n.1.
Iudex in atrociſſimis delictis à minore commiſsis, an poſsit pœnam minorare arbitrio ſuo, deciſ.525.n.1. & 2. 696
Iudex inferior ſi declaret ſe nolle ferre ſententiam, niſi prius conſulto ſuperiore, ſi deinde illam proferat, ſuperiore non conſulto, nùm ſit valida, deciſ.37.n.2. & in obſer.n.1. 48
Et quid dicendum ſi proceſſum ad ſuperiorem tranſmiſit, & nullo accepto reſponſo ſententiam protulit, an ſit ipſo iure nulla, d.num.2. in medio, & in d. obſer.n.1.
Et quid dicendum ſi ſuperior, cui relatio fuerit præſentata è viuis diſceſsit, antequam conſulerit, an debeat Iudex conſultationem expectare ſucceſſoris, in d.obſer.n.1.in medio.
Iudex inferior ſi ſpreto ſuperioris mandato, quod ſcilicet ſibi cauſa referatur, & nulla facta relatione ſententiam proferat, an nulla dicatur ſententia prædicta, d.deciſ.37.n.2.circa finem. 48
Iudex inferior ſi poſt appellationem, recuſationem, vel ante relationem aliquid agat, omne dicitur attentatum, & conſequenter nullum, d.n.2.in fine, & in d. obſer.n.1. in medio.
Et an hæc ſententia in caſibus prædictis conualidari poſſit de conſenſu Partium, in dicto obſer.n.1. in medio.
Iudex in quibus caſibus teneatur ex officio Principem conſulere antequam ad cauſæ deciſionem deueniat, in d. obſer.n.2. 49
Iudex interueniens in aliquo actu vt Iudex, an in re propria ſibi præiudicet, deciſ.235. num.3.338. & in obſer.n.1. 339
Iudex iudicare an poſſit in cauſis, in quibus aliquis ſuus conſanguineus, vel affinis vſque ad quartum gradum patrocinatur tam pro actore, quàm pro reo, in obſer.ad deciſ.517.n.6. 687
Iudex loci deſtinatæ ſolutionis, nùm cogere poſſit debitorem ad ſoluendum, ſi aliter illi ſubditus non ſit, deciſ.191.n.1.in medio, & in obſer.n.2. 276
Iudex mandare an poſſit, vt procedatur in cauſa cum procuratore, qui talis non eſt, in obſer.ad deciſ.224. num.4. 321
Iudex an, & quando cognoſcere poſſit, nùm ſua ſit iuriſdictio, deciſ.556. num.1. in medio. 744. & in obſer.n.2. 745
Et quid dicendum in magiſtratu ſeculari ſupremo, nùm ſemper cognoſcere poſſit, an ſua ſit iuriſdictio, in d.obſer.n.3.
Iudex oppoſita à reo exceptione, nùm poſſit ſine eius conſenſu ad vlteriora procedere, in obſer. ad deciſ. 31.num.2. 41
Et an talem conſenſum præſtare poſſit procurator ſine ſpeciali mandato, in d.obſer.n.2. 41
Iudex pronunciare an poſsit, vt editio habeatur pro facta in omnibus illis cauſis, in quibus, quis contumax eſt in non edendo, deciſ.180. n.2.circa finem. 259
Iudex, qui oppoſitis exceptionibus ad vlteriora procedit, nùm videatur exceptiones reiicere, deciſ.31. n.6.in medio 40.& in obſer.n.4. 41
Iudex, qui pecuniam recipit vt iuſtè, vel iniuſtè iudicet, qua pœna ſit puniendus de iure digeſtorum, & authenticorum, deciſ.46.n.3. 63
Iudex ratione contumaciæ, nùm poſsit negotio imponere ſilentium, vel ſolùm denegare audientiam, deciſ.180.n.2.in fine. 259
Iudex recuſari an poſsit, vt ſuſpectus in cauſa alicuius Eccleſiæ ex eo, quod rector illius ſuus eſt amicus, in obſer.ad deciſ.153.n.3. 225
Iudex recuſari an poſsit à tutore eius inimico, nè interueniat in cauſa ſui pupilli.in d.obſer.n.3.
Iudex recuſari an poſsit vt ſuſpectus prætextu, quod alter litigantium ſit affinis in quarto gradu vxori ipſius iudicis, deciſ.517.num.1.& 2.686. & in obſer.n.3. 687
Iudex recuſari an poſsit, ſi ipſe Iudex meus ſit inimicus, & coram eo cauſam habeat Conſanguineus, vel affinis meus, in d.obſer.n.4.
Et an iudicis recuſatio extendatur vſque ad decimum gradum affinitatis, ſicut extenditur ratione Conſanguinitatis, in d.obſer.n.2.
Iudex recuſari an poſsit vt ſuſpectus prætextu quod Aduocatus Partis aduerſæ ſit illi Conſanguineus, deciſ.153.num.1.& 2.224. & deciſ.517.n.2.686.& in obſer.n.1. 687
Et quid dicendum ſi Aduocatus eſſet Iudicis Gener, d.deciſ.153.n.3.& in obſer.n.1. 225
Iudex recuſari an poſsit vt ſuſpectus, ſi vni ex litigantibus ſit affinis, d.deciſ.153.n.2.in fine, & n.3. & in obſer.n.2. 225
Iudex recuſari vt ſuſpectus ex quibus cauſis poſſit, d. n.2.in medio. 224
Iudex recuſari an poſſit vt ſuſpectus, ſi ante expeditionem cauſæ votum ſuum declarauerit, deciſ.219. n.1.& 2.312.& in obſer.n.1. 313
Iudex recuſari an poſſit vt ſuſpectus poſt concluſum in cauſa, d.n.2.circa finem 313. & in obſer. ad dec. 517.num.5. 687
Et quid dicendum ſi recuſationis cauſa ita ſit notoria, vt nullam requirat probationem, d.num.2.circa finem. 313
Et quid dicendum ſi noua ſuperueniat cauſa, in d.obſer.ad deciſ.517.n.5. 687
Iudicis recuſatione oppoſita, ſi opponens, in illa ſuccubuerit, an interim dicatur tempus curriſſe, dec. 578.n.1.circa finem.772.& in obſer.n.4. 773
Iudex ſecularis in multis caſibus cognoſcere poteſt de iurepatronatus Eccleſiaſtico, in obſer. ad deciſ.346. num.2. 464
Iudex ſi iudicet in cauſa propria, qua pœna puniatur, deciſ.365.n.4. 488
Iudex ſi torturam inferat alicui ſine cauſa, & proinde tortus moriatur, qualiter ſi puniendus, d. deciſ.365. num.1.& 2. 488
Iudex ſi videat Sempronium occidi à Titio, nùm poſſit contra Titium ordinare torturam, ſi alia non adſunt indicia, d.n.2.in medio.
Iudex teſtium numerum, & multitudinem, nùm refrenare poſſit, deciſ.384.n.2.in medio. 514
Iudex vendens rem debitoris ad finem ſatisfaciendi

Creditori

Digitized by Google

Creditoribus, an teneatur promittere euictionem, vel ſolùm illa quatuor de quibus per Gloſ. *in l. 1. C. creditor euict. pignor. non deber.* deciſ. 442. n. 1. 592

Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ in criminalibus incidenter, & in conſequentiam cognoſcere poſſunt de cauſis ciuilibus, deciſ. 496. n. 2. in medio. 656

Iudices ordinarij nùm corrigere poſſint eorum ſententiam latam tam in cauſa ciuili, quàm criminali prætextu ſcripturarum nouiter repertarum, deciſ. 220. n. 2. circa medium. 314

Iudicis arbitrium nùm poſſit vſque ad mortem incluſiuè extendi, dec. 50. n. 1. circa medium, & in obſer. n. 3. 68. & deciſ. 242. n. 3. 248. & in obſer. ad dec. 525. n. 1. in fine. 697

Et quid dicendum in iudice ordinario, in obſer. ad deciſ. 50. n. 4. 69

Iudicis arbitrium, vt poſſit extendi vſque ad mortem incluſiuè, nùm requiratur, vt præcedat accuſatio offenſi legitimè facta in iudicio, in d. obſer. n. 5. 89

Iudicis competentia, quot modis conſiderari poſſit, in obſer. ad deciſ. 191. à num. 3. vſque ad 6. 276

Iudicis competentia nùm poſſit conſiderari ratione quaſi contractus, in d. obſer. n. 7. 277

Iudicis decretum, quo mediante, quis poſſeſſionem acquiſiuit, nùm ſatis ſit pro titulo vt lite pendente ſit in poſſeſſione manutenendus, deciſ. 449. n. 1. circa finem 600. & in obſer. n. 2. 601

Iudicis factum, factum Partium dicitur, idémque operatur, ac factum Partium, deciſ. 196. n. 2. in fine. 282

Iudicis officium an, & quando conquieſcat pendente curſu termini, deciſ. 413. n. 2. 551

Iudici an, & quando liceat interrogare reos de conſotiis, in obſer. ad deciſ. 6. num. 2. 10


### *Iudicium.*


Iudicium ciuile quando ſit, vide in verb. *Ciuiles cauſæ.*

Iudicium criminale quando dicatur, vide in verb. *Criminales cauſæ.*

Iudicium an ſit ciuile, vel criminale, ſi ſolùm agatur contra tutorem, officialem, vel beneficiatum, vt tutela, officio, vel beneficio priuetur, dec. 341. n. 2. 458

Iudicium à filiofamilias intentatum abſque patris conſeſu nùm valeat, dec. 212. n. 1. 301. & in obſ. n. 1. 302

Et an conualidetur patris ratificatione, d. deciſ. 212. n. 2. 301. & in d. obſer. n. 3. 302

Et nùm patris conſenſus interuenire poſſit in quacunque parte iudicij, etiam poſt ſententiam, d. n. 2. verſus finem 301. & in d. obſer. n. 3. 302

Iudicium à filiofamilias intentatum abſque conſenſu patris nùm valeat ſi ſit de illis bonis, in quibus pater vſumfructum non habet, in d. obſer. n. 1. in medio, & in fine. 302

Iudicium à filiofamilias intentatum an valeat ſi pater eſſet abſens, & de facili conſenſus illius haberi non poſſit, in obſer. ad deciſ. 212. n. 4. in fine. 302

Iudicium mixtum, quando dicatur, deciſ. 568.

Iudicium ſine actione intentatum, an conualidetur, ſi lite pendente, actio ipſa ſuperuenerit, deciſ. 389. n. 2. in medio 519. n. 1. 760

Et quid dicendum ſi actio ſuperuenerit poſt concluſum in cauſa, d. n. 2.


### *Iura.*


Iura, & actiones nùm veniant appellatione mobilium, & ſtabilium adiecta dictione vniuerſali (*omnia*), in obſer. ad deciſ. 249. n. 2. 356

Et quid dicendum in donatione bonorum mobilium, & ſtabilium, nùm veniant iura, & actiones, in d. obſer. n. 1. 356

Iura venandi, aucupandi in alieno fundo, aquam hauriendi ex puteo vicini, &c, nùm ſint ſeruitutes, vel pacta, & quo tempore præſcribantur, in obſer. ad deciſ. 68. num. 1. 98

Iuri canonico magis, quàm ciuili ſtandum eſt in materia peccati, deciſ. 575. n. 2. in medio. 768

Iuri dicendi de nullitate, nùm per pactum renunciari poſſit, in obſer. ad dec. 504. n. 3. 667


### *Iuramentum.*


Iuramenti abſolutio, vide in verb. *Abſolutio.*

Iuramentum, & fidei proteſtatio à pari procedunt, dec. 481. n. 1. circa finem. 639

Iuramentum fidelitatis præſtitum à Ciuitate, omnes ligat ciues, deciſ. 183. n. 1. in medio. 263

Iuramentum in donatione appoſitum, nùm habeat vim clauſulæ derogatoriæ, deciſ. 5. n. 6. 8

Iuramentum nùm operetur, vt verba enunciatiua diſpoſitionem inducant, deciſ. 35. n. 1. in fine. 46

Iuramentum præſtitum per ſyndicum Ciuitatis, nùm obliget ciues ad reatum periurij, dec. 183. n. 1. in fine. 263. & in obſer. n. 1. 264

Iuramentum quoad reatum periurij nùm ſit perſonale, ita vt hæredes iurantis, non afficiat, deciſ. 238. n. 2. 343

Iuramentum quot pariat vincula, & quo vinculo ligentur hæredes iurantis, d. n. 2. 343

Iuramentum nùm vim habeat clauſulæ derogatoriæ, deciſ. 481. n. 1. circa finem. 639


### *Iurata diſpoſitio.*


Iurata ſi ſit diſpoſitio, an cēſeatur reuocata per generalem reuocationem, ſi de ea ſpecialis mentio non fiat, deciſ. 481. n. 2. in medio. 639


### *Iuriſdictio, & Iuriſdictionalia.*


Iuriſdictio concedi poteſt tum in dominium, tum in officium, in obſer. ad deciſ. 466. n. 2. 621

Iuriſdictio an comprehendatur ſub ſimplici conceſſione caſtri, maximè gratioſè facta, deciſ. 391. n. 2. 522. & in obſer. n. 1. 523

Et quid dicendum ſi caſtrum de per ſe iuriſdictionem non habeat, & territorium, ſed ſit ſub alicuius Ciuitatis iuriſdictione, d. deciſ. 391. n. 3. 522

Iuriſdictio eſt de Regalibus, & ſine titulo poſſideri non poteſt, dec. 449. n. 1. in medio. 600

Iuriſdictio baiulationis, quam ex Principis conceſſione habent nonnullæ Vniuerſitates pro damnis datis, & cognitione certarum cauſarum ciuilium parui momenti, an ſit cumulatiuè vel priuatiuè ad iudices ordinarios, in obſer. ad dec. 526. n. 2. 698

Iuriſdictio conceſſa vni ſpecialiter, an cenſeatur cumulatiuè conceſſa cum ordinario, in d. obſer. n. 3. 699

Iuriſdictio conceſſa vni, an cenſeatur abdicata ab aliis, deciſ. 7. n. 7. 11

Iuriſdictio conceſſa Dohanerio Regię Dohanę Menæpecudum Apuliæ, an ſit priuatiuè quoad alios, in obſer. ad dec. 526. n. 4. 699. & in d. obſer. n. 1. verſ. *Plus his diebus.* 700

Et nùm hæc iuriſdictio ſit actiuè, & paſſiuè non modò in ſuos ſubditos, ſed etiam in nō ſubditos, & etiam Neapolitanos, & priuilegiatos, in d. obſ. n. 4. in fine.

Et an hæc iuriſdictio Dohanerij huiuſmodi ſit cum derogatione *legis vnic. C. quando Imp. inter pupill. & vid.* ita vt viduis, pupillis, &c. non competat fori electio, in d. obſer. n. 7. & 8. 701

Iuriſdictio Dohanerij Regiæ Dohanæ Menæpecudum Apuliæ, quod ſit priuatiuè quoad omnes alios in prima inſtantia, pronunciatum adducitur per ſententiam Regiæ Cameræ, in d. obſer. n. 9. 701




Digitized by Google

Iuriſdictio an dicatur excitata, vel potius delegata, ſi cauſa committatur iudicibus ordinariis, dec.556.n.1. 744.& in obſer.n.1. 745

Iuriſdictio in genere ſumpta, nùm comprehendat imperium,& iuriſdictionem ciuilem, dec.568.n.1. 760

Iuriſdictio feudatarij debitoris nùm ſequeſtrari poſſit ad inſtantiam creditorum carentium aſſenſu, in obſer.ad deciſ.503.n.2. 666

Iuriſdictio ſi ſit alicui conceſſa ſimpliciter, nùm cenſeatur ſublata iuriſdictio alteri per prius generaliter conceſſa, vel potius conceſſa intelligatur cumulatiuè, deciſ.526.n.2. & in obſer.n.1. 698

Et quid dicendum ſi conceſſa ſit Iuriſdictio vni ſpecialiter, eo expreſſo, vt ipſe ſolus, & nemo alter ſpecialiter cognoſcat de illis cauſis ſpecialibus, an cenſeatur derogata iuriſdictio illis iudicibus, qui iuriſdictionem habebant ordinariam in omnibus cauſis, d.n.2.in medio,& in d.obſer.n.1.

Et quid dicendum ſi hæc ſpecialis conceſſio fiat ſimpliciter,& nô expreſſo, vt nemo alter,&c.in obſ.n. 1

Et quid dicendum ſi fieret per verba taxatiua (*tantùm*), in d. obſer.n.1.in fine.

Et quid dicendum, ſi hæc ſpecialis conceſſio fieret ad ſupplicationem Partis, non autem ex motu proprio Principis, vel de illius voluntate conſtaret, nolentis illam ab ordinario auferre, d.n.2.circa finem. 698

Iuriſdictio mixta ad quem ſpectet, quando in caſtro vnus habet iuriſdictionem ciuilem, alter verò criminalem, deciſ.85.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 125

Et quæ ſit iuriſdictio mixta, d.deciſ.85.n.2.

Iuriſdictio, quæ à Rege, vel Barone tam in Ciuitate, quã in Caſalibus exercetur, nùm ſeparari poſſit, vt vnus eligatur Gubernator pro Ciuitate, alter pro Caſalibus, deciſ.163.num.2. 237

Iuriſdictione conceſſa, nùm intelligatur conceſſum quoque territorium, deciſ.557.n.2. 746

Iuriſdictione conceſſa, nùm conceſſa intelligantur omnia ad ipſam ſpectantia, deciſ.243.n.2. 349

Iuriſdictione criminali inueſtitus, de quibus criminibus cognoſcere poſſit, dec.85.n.3.126. & in obſer.n.10. 127.& 128

Et nùm poſſit prætendere iuriſdictionem ciuilem cumulatiuè cum Barone, in d.obſer.n.10. 128

Iuriſdictionem ciuilem ſi quis habeat in aliquo caſtro, & alter criminalem, de quibus cauſis officialis vnius, & de quibus officialis alterius cognoſcere poſſit, deciſ.568.n.1. 760

Iuriſdictionem exercens in vnam perſonam tantùm, alio tamen exiſtente in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis vniuerſalis, nùm tantùm in illam perſonam dicatur acquiſiuiſſe iuriſdictionem, deciſ.299.n.2.in fine. 409

Iuriſdictionem exercens per tempus immemorabile, etiam cum mero,& mixto imperio, non conſtito tamen de titulo hominis, per quod appareret, an in dominium, an verò in officium conceſſa ſit, an fiet locus præſcriptioni, & vtile dominium dicatur acquiſitum, in obſer. ad deciſ.466.n.2. 621

Iuriſdictionem habens ciuilem, de quibus delictis cognoſcere poſſit, dec.85.n.2.in fine.125.& n.3. 126

Iuriſdictionem habens criminalem in aliquo Caſtro, an poſſit appellari illius Dominus,& Baro, in obſer. ad dec.85.n.5.verſ.*ad cuius quidem*,& n.6.& 7. 126

Et adducitur declaratio tempore Regiæ Ioannæ ſecundæ, in d.obſer.n.7.verſ.*id quod pariter*,& num.8. verſ. *Ludouicus.* 127

Iuriſdictionem habens criminalem, de quibus delictis cognoſcere poſſit, ſi ex tenore inueſtituræ aliud non conſtet, d. deciſ.85.n.3. in medio, & in obſer.nu.8. verſ. *cætera.* 126

Et notantur literæ Regis Ferdinandi ſub die 24. Septembris 1465.ad fauorem Epiſcopi Caſſanenſis, in d.obſer.num.11. 128

Iuriſdictionem habens ciuilem ſi intendat emere criminalem, nùm illo obſtet aliqua prælatio Vniuerſitatis, deciſ.215.n.3.307.& in obſer.n.2. 308

Iuriſdictionem habens ex priuilegio in certum genus perſonarum, nùm poſſit eandem in alias perſonas ex præſcriptione acquirere, dec.299.n.1.& 2. 409

Iuriſdictionem habens vniuerſalem in toto Regno, illaque non vtatur in vno particulari loco, nùm ſibi præiudicet, vel potius dicatur etiam vti illa in eo particulari loco per poſſeſſionem,& exercitium vniuerſale in toto Regno, deciſ.313.n.1.in fine. 426

Iuriſdictionem iudicis non ſui nùm poſſit quilibet prorogare, etiam non accedente conſenſu proprij iudicis, deciſ.191.n.1. 275

Et quid dicendum in clerico, vel feudatario, an poſſint Iuriſdictionem prorogare in alium, quæ non ſit perſona Eccleſiaſtica, vel Domino feudi, non conſentiente, d.n.1.circa medium, & in d.obſer.num.1. circa finem. 276

Et quid dicendum in vaſſallo alicuius Regis, cui ligium,& homagium præſtitit, prout ſunt in Regno omnes vaſſalli noſtri Regis, d.n.1.in fine. 276

Iuriſdictionem limitatam ſi concedat Princeps in certis cauſis,& perſonis, nùm prorogari etiam de voluntate Partium, in obſer. ad deciſ.299.n.2. 410

Iuriſdictionem ſi quis concedat eo expreſſo, vt conceſſionarius immediatè teneat à concedente, eique ſoluat Adoham, & releuium, & deinde impetretur aſſenſus, in quo Rex dicat, vt immediatè illam teneat ab ipſo Rege, eique ſoluat Adoham, & releuium, an valeat conceſſio,& aſſenſus, deciſ.106.n.1. & in obſer.n.2.in fine. 159

Iuriſdictionalia abſque titulo nùm poſſideri poſſint, deciſ.540.n.2.in fine. 719

Iuriſdictionalia,& regalia nùm præſcribi poſſint per tempus immemorabile, in obſer. ad deciſ.466.n.2. in medio. 621

*Ius.*

Ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi an, & quando locum habeat in feudis, dec.479.n.3.636.& in obſer. n.3.637.& dec.536.n.1.& 2.714.& in obſer.n.1.715

Et an locũ habeat in feudo indiuiduo,& in quo viuitur iure francorũ, d.n.2.714.& in obſer.n.1.& 2.715

Ius accreſcendi in quo differat à iure non decreſcendi, in obſer. ad deciſ.536.n.3. 715

Ius adeundi aliquam hæreditatem, eſt merè de iure ciuili,& nùm poſſit Princeps illud ad libitum tollere, in obſer. ad deciſ.426.n.2. 570

Ius ad rem,& ius in re quid ſint,& nùm facilius tollatur ius ad rem, quàm ius in re, deciſ.56.n.3. 78

Ius deliberandi nùm tranſmittatur in hæredem extraneum, ſi defunctus hæreditatem non adiuerit, deciſ. 531.n.2. 707

Et nùm requiratur ſcientia ipſius defuncti, d.n.2.

Et nùm tranſmittatur ad fiſcum ex aliquo delicto ſucceſſorem, d.n.2.& in obſer.n.3. 709

Ius fidæ, & diffidæ pro paſcendis animalibus in agris alienis, exiſtentibus in territorio Baronis, nùm competat agrorum Dominis, vel ipſi Baroni, deciſ.472. n.1.& in obſer.n.1.628.& in obſer.n.2. 629

Et quid dicendum reſpectu herbagiorum territorij, ſeu fidæ in agreſtibus herbis, d. deciſ.472.n.2. 628

Ius luendi feudum, nùm deuoluatur ad Regiam Curiam, ſi feudatarius decedat finita linea, vel ſine legitimo ſucceſſore, deciſ.374.n.1.& 2. 500

Ius offerendi nùm competat creditoribus aduerſus mulierem petentem aſſecurationem ſuarum dotium in bonis mariti effecti rebellis, vel foriudicati, dec.292. n.1.402.& in obſer.n.2. 403

Et

Digitized by Google

Et quid dicendum ſi vxor petat aſſecurationem in bonis mobilibus, ſiue mercibus mariti, in d.obſer. num.2.in fine.

Ius offerendi an competat cuicunque poſſeſſori alicuius rei hypothecaria actione conuento, deciſ.322. n.1.435.& in obſer.n.1. 436

Et nùm locum habeat in Iudicio aſſecurationis pro dotibus mulierum,deciſ.152.n.1.circa medium 222. & in obſer.n.3.223.& dec.240.num. 2.345. & deciſ.292. 402

Et quid dicendum ſi mulier pro parua dote retinere vellet rem magni valoris, dec.204.n.2.in medio 345.& in obſer.n.1. 546

*Iuſpatronatus.*

Iuſpatronatus Eccleſiaſticum ſi ſit adnexum feudo, nùm eius cognitio ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum priuatiuè quoad Dominum feudi,dec.346.n.1. & 2.& in obſer.n.1. 464

Et in quibus caſibus Iudex laicus cognoſcere poſſit de Iurepatronatus Eccleſiaſtico,in d.obſer.n.2.

Et an confiſcari poſſit cum vniuerſitate bonorum ob rebellionem Patroni,dec.123.n.3.& in obſ.n.2.182

Et an poſſit Iudex Eccleſiaſticus declarare delictum Patroni,& confiſcare bona fiſco Eccleſiæ, ob quam Eccleſia patronata remanebit libera,in d.obſer.n.2. in medio. 183

Et an transferatur in hæredem extraneum, d.n.3. circa medium.

Et quid dicendum ſi Iuſpatronatus ſit quæſitum pro ſe,& hæredibus ex corpore deſcendentibus,d.n.3.

Iuſpatronatus nùm ſit indiuiduum,ita vt ſi duo ſint patroni,quorum vnus efficiatur rebellis,totum accreſcat non Rebelli per ius non decreſcendi,vel confiſcetur pro medietate, d.deciſ.123.n.5. 182

Iuriſpatronatus donatio facta laico, ſi ſummi Pontificis,vel Epiſcopi non interueniat beneplacitum, ſeu conſenſus,dec.123.n.1.& 2.181.& in obſ.n.1. 182

Et quid dicendum ſi donaretur aliquod Vniuerſale, in quo eſt Iuſpatronatus,puta Caſtrum,vel hæreditas,d.n.2.& in d.obſer.n.1.

Et nùm poſſit Epiſcopi conſenſus donationem prædictam ſubſequi,d.n.2.circa medium.

Et an ſatis ſit tacitus Epiſcopi conſenſus in donatione iuriſpatronatus,quæ ſit laico,d.n.2. circa mediũ.

Iuriſpatronatus donatio, nùm reuocetur propter donatarij ingratitudinem, d.dec.123.n.4. 182

L

*Ladiſlaus.*

LAdiſlaus de Aquino Marchio Quarti,& Baro Criptæ Minardæ cur fuerit priuatus ſuis ſtatibus,in obſer.ad dec.56.n.1.79.& in obſer.n.3. 80

*Laicus.*

Laici ementes fructus à Clericis, qui in bonis beneficiorum,& patrimonialibus naſcuntur,nùm ſint immunes à iure fundaci,Dohanæ,ſeu aliarum gabellarum,dec.18.n.2.& 3.& in obſer.n.1. 23

Laicus Emphyteuta,vid.in verb. *Emphyteuta.*

*Laudum.*

Laudum ſi plura,& ſeparata cõtineat capita,nùm poſſit quoad vnum acceptari, & quoad alterum ab eo reclamari,in obſer.ad deciſ.256.n.2. 364

Laudum ſuper feudo latum per Arbitros,nùm ſit nullũ ſi ſuper compromiſſo Regius non ſit impetratus aſſenſus,dec.361.n.1.& in obſer.n.1. 483

Et an valeat in vim pacti, vel ſuſtineri poſſit de voluntate Partium,in d.obſer.n.2.



*Legatarius.*

Legatario ſi ſoluat hæres primo venienti, itavt nihil amplius remaneat in hæreditate,num poſſint cæteri collegatarij ab eo auocare pecuniam, & concurrere pro rata,in obſ.ad dec.149.n.1.in fine. 220

Legatarius num habeatur loco hæredis,eiuſque veniat appellatione,dec.419.n.3. 561

Legatarius num poſſit à teſtatore grauari oneribus,deciſ.390.n.4. 520

Legatarius num teneatur reficere hæredi expenſas, quas ille erogauit in recuperationem rei legatæ, in obſer.ad dec.582.n.5. 780

*Legata res, & Legatum.*

Legata res ſi ſit euicta,num hæres teneatur legatario de euictione,in obſer.ad dec.433.n.3. 582

Legata res ſi peti non poſſit,num debeatur illus æſtimatio,dec.582.n.1. 778

Legata ſi ſit certa quantitas,ſingulo quoque anno præſtanda, an debeatur in principio anni, vel in fine, dec.75.n.2.& in obſer.n.1. 110

Legatæ rei dominium, adita per hæredes hæreditate, nùm ipſo iure in legatarium tranſeat,in obſer. ad d. deciſ.582.num.4. 779

Legatæ rei,& legati fructus,vid.in verb. *Fructus.*

Legato fundo, cuius vſusfructus alterius eſt,& ſolum proprietas eſt teſtatoris,an debeatur vſusfructus,ita vt hæres teneatur illum redimere, & legatario tradere,deciſ.360.n.2.in fine. 482

Legato pro conſequendo, quot actiones dentur legatario,in obſer.ad deciſ.582.n.4. 779

Legatorum diminutio num ſit facienda pro rata, quoties hæreditas non ſufficit pro omnibus legatis perſoluendis,dec.327.n.1. 440

Et quid dicendum ſi legata conſiſtant in quantitate, vel in ſpecie,d.n.2.& in obſer.n.1. 440

Legatorum diminutioni pro rata nùm ſit locus, hæreditate exiſtente non ſoluendo, & vnus ex legatariis ſit Eccleſia, vel alius pius locus, in d. obſer. ad deciſ.327.n.2. 441

Et quid dicendum in legato dotis,in d.obſer.n.3.

Legatum ad tempus certum,& incertum,an valeat,deciſ.79.n.2.in fine,114.& in obſer.n.2. 115

Legatum annuum factum alicui, nùm cenſeatur factũ pro ſe,& hæredibus,in obſ.ad dec.337.n.1.in fin.454

Legatum annuum num debeatur à die mortis teſtatoris,ſi diù non ſit ſolutum, & nulla præceſſit interpellatio,dec.62.n.2.& in obſer.n.1. 88

Legatum annuum quomodo extinguatur, in obſer. ad dec.75.n.1.verſ. *extinguitur* 110.& dec.230.num.2. circa finem. 329

Legatum annuum an pro primo anno dicatur purum, pro cæteris verò dicatur conditionale, d.deciſ.230. n.2.circa finem.

Et quid dicendum ſi in legato mentio fiat de heredibus,d.n.2.circa finem. 329

Legatum annuum ſi fiat ad aliquod tempus, puta ad decennium, & interim moriatur legatarius, an extinguatur,vel tranſmittatur ad hæredes, in obſer. ad d.deciſ.230.n.2. 329

Et quid dicendum in legato annuo facto ex cauſa alimentorum,in d.obſer.n.2. 330

Legatum dotis an ſit conditionale,nec aliter debeatur, niſi matrimonium ſequatur, & ſucceſſiue non ſit tranſmiſſibile,dec.366.n.6.in fin. 490

Et quid dicendum ſi fiat à patre ſuæ filiæ, deciſ.58. n.4.83.& in obſer.n.3.& n.5. 84

Et an ſit conditionale reſpectu legitimæ, d.deciſ.58. num.4. 83

Legatum dotis ſi fiat filiæ à ſuo patre,ea demũ mortua antequam nubat, num tranſmittatur ad ſuos hæredes,d.dec.366.n.6.490.& in obſer.n.7. 491



Digitized by Google

Et an tranſmittatur ſaltem pro concurrenti quantitate paragij, d.n.6.

Et quid dicendum ſi legatum dotis fiat mulieri ab extraneo, d.deciſ.366.num.6.490.& in obſer. nu.7. 491

Legatum dotis an, & quando dicatur Pium, vt Tribunal Reuerendæ Fabricæ de illo cognoſcere poſsit, in obſer.ad deciſ.357.nu.1. in medio,& n.3. 478

Legatum factum à debitore creditori, an, & quando cenſeatur factum animo compenſandi cum debito, deciſ.366.n.1.489.& in obſer.n.1. 490

Legatum factum à patre filiæ, nùm factum cenſeatur animo compenſandi cum dote, d.n.1.

Legatum factum à viro ſuæ vxori nùm cenſeatur factum animo compenſandi cum antefato,d.n.1.circa finem. 489

Legatum factum de argento teſtatoris, puta ſi dicat lego Titio argentum meum, an contineat tantùm argentum, quod habet tempore teſtamenti, vel etiam quod poſtea acquiſiuit, deciſ.342.n.2.in fine. 459

Legatum factum pro Virginibus maritandis, an, & quando dicatur pium, deciſ.357. num.1.477. & in obſer.n.2. 478

Legatum factum filio de re feudali,nùm valeat abſque Regis aſſenſu, deciſ.582.n.1. 778

Et an debeatur æſtimatio, d.n.1.

Et an poſsit hæres in ſatisfactionem dictæ æſtimationis cedere rem prædictam legatam,præuio tamen Regis aſſenſu, d.n.1.in medio.

Legatum feudi, in quo quis vtile tantùm habet dominium, ſi ſimpliciter fiat Domino directo,an cenſeatur ſolùm legatum dominium vtile, deciſ.294. num.2. 405

Legatum omnium bonorum, quæ in domo ſunt, nùm comprehendat venalia,quæ ibi reperiuntur,dec.72. n.2.in fine. 105

Et quid dicendum ſi in legato apponatur dictio vniuerſalis geminata ( *quoquomodo* ), d. num.2. in fine.

Legatum Pium ſi ab hærede non ſoluatur, per quem iudicem cogi poteſt ad ſoluendum, deciſ.357. n.1. 477.& in obſer.n.1. 478

Et quid dicendum ſi à die aperti teſtamenti lapſum ſit anni ſpatium, d.n.1.in medio. 478

Legatum quantitatis ſi fiat, vt donec hæres quantitatem ſoluerit, teneatur ad tot annuos pro intereſſe, an hæc annua ſeu hoc intereſſe debeatur à die mortis teſtatoris, in obſer.ad d. deciſ.62.n.4. 88

Legatum rerum, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtunt,nùm comprehendat augmentum ſuper eiſdem rebus factum, poſt conditum teſtamentum, in obſer. ad deciſ.342.n.2. 460

Legatum ſi fiat de rebus alteri obligatis, vel venditis cum pacto de retrouendendo, ad quem ſpectet onus eximendi ab obligatione, vel reemendi, nùm ad legatarium, vel hæredem Vniuerſalem, deciſ.360. n.2.& in obſer.n.1. 482

Et quid dicendum ſi alias legatum eſſet inutile, & ex mente teſtatoris conſtaret voluiſſe legatum valere,& legatario eſſe proficuum, d.num.2.in medio, & circa finem.

Et quid dicendum ſi legatum factum eſſet perſonæ coniunctæ, d.n.2.in medio.

Legatum ſi fiat alicui de certa quantitate ſuper fructibus alicuius rei,an cenſeatur annuum, vel pro vnica vice tantùm,maximè ſi antecedenter aliud eidem ſit factum legatum, adiecta qualitate ( *eius vita durante* ), nùm in ſecundo legato cenſeatur repetita eadem qualitas, deciſ.366.n.3. 489

Legatum ſi fiat de eo, quod Sempronius teſtatori debet,& Sempronius debeat teſtatori, & purè, & in diem, an intelligatur tantùm factum legatum, de eo, quod purè debetur, in obſer. ad deciſ.283. n.1. 391

Legatũ ſi fiat ſuper fructibus feudi an valeat ſine aſſenſu,vt ſaltem ad conſequendum illud legatario competat actio perſonalis, d.n.3.in medio.

Legatum ſi fiat à teſtatore vni ex ſua familia, quem hæres elegerit, nùm electus dicatur capere à manu hæredis, vel potius ex diſpoſitione teſtatoris,deciſ. 516.n.2. 684

Legatum ſi ſit factum alicui certi prædij in quo tempore teſtamenti fuit impoſita quædam collecta, cuius exactio porrecta fuit ad aliud tempus quo prædium reperiebatur traditum legatario, nùm ad collectam teneatur hæres, vel legatarius, deciſ.338. n.3.in fine. 455

Legatum ſi ſit nomen debitoris, nùm hæres teneatur tantùm cedere legatario actionem,omnis tamen ſumptus ſpectet ad ipſum legatarium,deciſ.582.n.2. 779.& in obſer.n.5. 780

Legatum ſpeciale an ſit prius ſoluendum, quàm legatum generale,& an detractum cenſeatur à generali, deciſ.237. num.4. 342

*Legatio.*

Legationem ſuſcipiens lite ſibi mota, nùm cogatur relinquere ſibi procuratorem, vel ſuperſeſſoria ſit illi concedenda, deciſ.288. num.2. circa medium. 398

*Legis diſpoſitio, & legis ratio.*

Legis diſpoſitio an potius vltimæ voluntati, quàm contractui æquiparetur, deciſ.564.n.1. 756

Legis ratio, & mens vt ſeruetur an, & quando liceat tam in legibus, quàm in ſtatutis à verbis diſcedere, dec.434.n.1.in medio, & in obſer.n.2. 583

Legis ratio nùm potius, quàm verba ſint attendenda, d.n.1.in medio.

Legis ratio ſi ſit amplior, quàm eius dictum, nùm dictum extendatur ad amplitudinem ipſius rationis,d. n.1.in medio.

*Legitima.*

Legitima debita filiis iure naturæ nùm per patrem prohiberi poſsit, deciſ.336.n.3. 452

Et an teneat prohibitio, ſi filius approbet teſtamentum patris,in quo eſt prohibita legitima,d.n.3.

Legitima primogeniti in feudo, nùm ſit tertia totius, vel tertia, aut medietas illius partis, in qua quis erat ab inteſtato ſucceſſurus, deciſ.359.n.1. in fine. 480. & in obſer. n.2. 481

Legitima, quæ debetur filiæ alicuius Rebellis in bonis matris in caſu *l. quiſquis, C. ad leg. Iuliam maieſt.*nùm ſit tertia tertiæ,vel tertia totius,dec.25.n.2. verſ.*Quo verò*, & in obſer.num.2. 3

*Legitimandi poteſtas, & legitimatio.*

Legitimandi poteſtas filios ſpurios ſi ſit conceſſa patri, & filiis,nùm filius etiam viuo patre legitimare poſſit, deciſ.281.n.1.in fine. 389

Legitimatio per reſcriptum Principis, ſi fuerit ſubreptitia,vel obreptitia, nùm ſit ipſo iure nulla, deciſ. 190.n.2. 273

Legitimatio nùm reuocetur ſi filios non habens legitimos, naturales legitimauerit,poſtea ducat vxorem,& filios procreet legitimos,& naturales, deciſ. 407.n.3. 542

Legitima

Digitized by Google

Legitimatio nùm ſit nulla,ſi in actu legitimationis citati non ſint illi,de quorum præiudicio agitur, dec. 102.n.4. 151

Legitimare an poſſit Princeps filium naturalem in præiudicium Agnatorum, per quos defuncti hæreditas fuit adita,dec.409.n.3. 544

*Legitimatus.*

Legitimatus filius, nùm dicatur propriè legitimus, & nihil differat ab illo, qui de legitimo matrimonio eſt natus,dec.102.n.2. 152

Legitimatus in his tantum habetur pro legitimo, quæ dependent à lege,ſecus in his, quæ iudicio deferuntur teſtatoris, in obſer. ad deciſ.405.n.3. 540

Legitimatus per reſcriptum Principis cum clauſulis ampliſſimis, nùm gaudere poſſit omnibus honoribus, & prærogatiuis, quibus maiores ſui gaudent, etiam in vno ſedilium huius ciuitatis, dec.102.n.1. 152.& in obſer.n.3.154.& dec.138.n.2.& in obſer. num.1.203.& dec.190.n.1. 273

Et nùm poſſit ad honores ſedilium admitti, d. n.1. & in d.obſer.n.3. 154

Et an per omnia habeatur vt legitimatus per ſubſequens matrimonium,d.dec.102.n.2.in medio, & in obſer.n.1. 153

Et nùm efficiatur hæres ſuus, & ſit in poteſtate patris, eiuſque teſtamentum rumpat ſi ſit præteritus, excludatquè ſubſtitutum vocatum in caſu, quo hæres decedat ſine liberis,d.n.2.in medio, & in obſer. num.2. 153

Et an in huiuſmodi legitimatis verificetur ſtatutum, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant,d.n.2.in fine. 152

Legitimatus per reſcriptum Principis ſecularis, ſi tempore legitimationis erat Clericus, vel beneficiatus, an nulliter ſit legitimatus, tanquam à non habente poteſtatem,d.dec.102.n.3. 152

Et quid dicendum ſi in facto probetur nunquam illum inceſſiſſe in habitu, & tonſura, ſed ſemper fuiſſe vti laicum reputatum,d.n.3. 152

Legitimatum per reſcriptumPrincipis,etiam vt in feudis ſuccedere poſſit, nùm ſuccedere poſſit in feudo dignitatis titulo decorato, deciſ.118.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 175

Legitimatus per reſcriptum Principis, nùm dicatur verè legitimus, deciſ.138. num.2.202. & in obſer. num.1. 203

Et an excludat à ſucceſſione fœminas de legitimo matrimonio natas, ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum,in d.obſer.n.1.in fine.

Legitimatus per reſcriptum Principis, licet in ampliſſima forma, nùm ſuccedat in bonis antiquis in hac ciuitate Neapolitana, patre ab inteſtato defuncto, in d.obſer.n.2.

Et in qua parte ſuccedat, ſi pater decedat facto teſtamento,in d.obſer.n.2.in medio. 203

Legitimatus per reſcriptum Principis tanquam filius naturalis, ſi conſtet non fuiſſe natum ex ſoluto, & ſoluta,an corruat eius legitimatio, tanquam ſubreptitia,in obſer. ad deciſ.190.n.2. 274

Legitimatus per reſcriptum, eo expreſſo in reſcripto, quod natus eſſet ex concubina,nùm ſit legitimatus nulliter tanquam ſubreptitiè, ſi concubina non ſit domi retenta,in d.obſer.n.3.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium nùm poſſit præſentare in iurepatronatus in quo ex lege fundatoris præſentari non poteſt, niſi ex legitimo matrimonio ſit natus, in obſer. ad deciſ.405.n.3.540. & in obſer.ad deciſ.118.n.3.in fine. 176

Legitimatus per ſubſequens matrimonium nùm ſuccedere poſſit in feudis dignitatum,in obſer.ad deciſ. 118.num.2. 175

Et an deficere faciat conditionem ſi ſine liberis hæres grauatus deceſſerit, poſito, quod decedat cum filio legitimato per ſubſequens &c.in d.obſ.n.3.176

Et quid dicendum ſi teſtator hoc modo conditionem illam conciperet, ſi abſque filiis legitimis, & naturalibus, ac de legitimo matrimonio nato deceſſerit,in d.obſer.n.3.in medio.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium nùm ſit capax beneficij, & lucri Montis erecti pro legitime procreandis,in d.obſer.n.3.in fine.

*Læſæ Maieſtatis crimen.*

Læſæ Maieſtatis crimen an committat, & dicatur quaſi transfuga ad hoſtes,qui exiſtens in loco tuto, & munito,in quo domicilium habebat,ſe transferat cum tota familia,& vxore ad locum feudi apertum, & ſine mænibus,vt difficiliter inimicis reſiſtere potuiſſet,& ſuo Principi fidelitatem ſeruare, deciſ.67. num.1. 95

Læſæ Maieſtatis crimen quiſnam propriè dicatur committere,dec.416.n.2. 555

Et an hoc crimen committat,quiRegium Officiale offenderit ex particulari inimicitia,vel odio,d. n.2.

Et quid dicendum ſi Officialem offenderet inferiorem,d.n.2.& in obſer.n.2. 555

Et quid dicendum ſi offenderet Officialem ſupremum à latere Principis puta Conſiliarium Principis,d.n.2.& in d.obſer. n.2.

Læſæ Maieſtatis crimen, quibus modis probetur,dec. 67.n.1.95.& in obſer.n.1. 96

Læſæ Maieſtatis crimen, qui committit, an ipſo iure bonis feudalibus, & burgenſaticis priuetur, & ipſo facto in fiſcum deuoluantur,dec.92.n.1. 137

Et an requiratur prius ſententia declaratoria, d. num.1.

Læſæ Maieſtatis criminis, quænam ſit pœna, deciſ. 330.num.1. 444

Læſæ Maieſtatis in crimen an incidat, qui inimico obuiam venit,& cum ipſis ſecretò alloquitur, dec. 67.num.2. 95

Læſæ Maieſtatis an fiat Reus, qui in campo inimicorum in manibus Ducis exercitus iuramentum præſtat fidelitatis,dec.330.n.1. 444

Vel ſi ad locum rebellatum accedit,d.n. 1.in medio.

*Læſio.*

Læſio vltra dimidiam, vel vltra ſextam iuſti prætij, vid.in verb.*Venditio.*

Læſionis iudicium nùm poſſit inſtituti contra hæredes,& tertios poſſeſſores,vid.in verb.*Venditor.*

*Lex,& Lege.*

Lex ipſo iure abſque traditione, & poſſeſſione nùm poſſit transferre dominium,dec.160.n.2.234.& in obſer.n.1. 235

Lex noua, ſiuè noua conſtitutio à quo tempore ligare incipiat,deciſ.434.nu. 1.circa finem, & in obſer. num.3. 583

Lex ſi imponat pœnam etiam ipſo iure nùm ad ipſam incurrendam requiratur ſententia declaratoria, dec. 516.num.3.in medio, & in obſer.n.4.685.& deciſ. 519.num.2. 689

Et quid dicendum in ſententia excommunicationis,in d.obſer.n.4.in medio. 686

Lege Iulia peculatus,& lege Iulia de reſiduis, quinam teneantur, deciſ. 112. numer.2. 167. & in obſer. num.1.



Digitized by Google

num.1.168. & deciſ. 226. numer.2. circa medium 323

*Libellus.*

Libelli claritas ex quadruplici reſpectu deſideratur, in obſer.ad deciſ.521.n.1. 692
Libelli concluſio ſemper attenditur, eiuſque narratio à concluſione declaratur, deciſ.175. n.2.253. & in obſer.n.1. 254
Libelli partes ſi ſint declarandæ tanquam obſcuri, incerti,& generalis à quo declarari debeant, nùm à principali actore, vel ab eius procuratore, in obſer. ad dec.541.n.5. 721
Et quid dicendum ſi procurator ſpeciale ad hoc habeat mandatum,in d.obſer.n.5.
Libellum declarare nùm poſſit actor vſque adſententiam,dec.541.n.1.in fine. 720
Libellus accuſatorius contra iniuriantem porrectus, niſi in eo apponatur locus, & tempus prælatarum iniuriarum, nùm valeat,dec.242.n.2.348.& in obſer.ad dec.541.n.4. 721
Libellus alternatiuus nùm de iure ſubſiſtat, in obſer.ad deciſ.541.n.3. 721
Libellus clarus eſſe debet,vt Reus inſtrui valeat, ſi velit cedere,vel potius contemnere, dec.521.n.2.691. & in obſer.n.1. 692
Libellus generalis nùm admittatur in cauſa ſummaria, etiam Parte opponente, in obſer. ad deciſ.541.n.1. 720
Libellus incertus nùm admittatur,ſi incertitudo cauſetur ex facto rei, d. deciſ.541. numer.1. in medio. 720
Libellus in criminalibus ſi ſit obſcurus, vel generalis, puta accuſo Titium de omnibus maleficiis, etiam Parte non opponente obſcuritatem, an procedat iudicium,d.num.1.in medio, & in obſer. numer.4. 721
Libellus in criminalibus nùm debeat eſſe ſpecialis certi criminis,loco, & tempore circumſcripti, in d. obſer.n.4.in fine.
Libellus obſcurus, quot modis dici poſſit, in d. obſer. num.2. 721
Libellus ſi ſit generalis,obſcurus,vel alternatiuus,Parte tamen id non opponente,num iudicium reddatur nullum,dec.541.n.1.& in obſer.n.1. 720

*Liberatio.*

Liberatio generalis nùm comprehendat incognita, & incogitata,dec.332.n.2. 348

*Liberorum numerus.*

Liberorum numerus quantus præſtet patri vacationem à muneribus patrimonialibus, & quantus à perſonalibus, deciſ.261.n.2. & in obſer.n.1.367.& in obſer.n.2.& 3. 368
Et vid.in verb.*filij*,& in verb.*Pater*.
Liberorum numerus ſi deficiat, nùm noceat patri quoad immunitatem adeptam. Et ſi ſuperueniat, an proſit quoad munera ſuſcepta, in obſer.ad dec.438. num.1. 588

*Liber.*

Liber catasti, qui in Regno conficitur pro collectis Regiæ Curiæ ſoluendis,nùm probet dominium, & poſſeſſionem bonorum in eo deſcriptorum, in obſ. ad dec.179.n.2. 387
Liber rationum,quod ſcriptus ſit à principali,vel à ſuo factore,paria ſunt,dec.127ln.3. 187
Et an contra ſcribentem detur plena fides libro rationum d.n.3.
Libris eorum,qui deputantur ad exigendum gabellas, vel collectas an, & quando ſit ſtandum, deciſ.234. num.2.in fine.336.& in obſer.n.2. 337

*Licentia.*

Licentia Epiſcopi Ordinarij, quæ ex Tridentino requiritur in renunciationibus nouitiorum tempore ſuæ profeſſionis, an ex longo tempore præſumatur, in obſer.ad deciſ.285.n.1.in fine. 394
Licentiam peti,nùm ſufficiat vel ſit neceſſe, quod obtineatur,quoties in aliqua diſpoſitione ſit mentio de licentia,dec.500.n.2. 662

*Litteræ Cambij.*

Litteras cambij præſentantes,eiſque acceptatis à Mercatore, vt recurſum habere poſſint contra ſcribentem,infra quot dies ſe proteſtare debent,in obſer.ad deciſ.232.n.2. 333
Et quid dicendum in clericis, aliiſque Eccleſiaſticis perſonis,in d.obſer.n.2.
Litteræ cambij à campſore ſi ſint ſcriptæ alterius contemplatione,& ſub ſpe futuræ numerationis, ab eo, cui dirigebantur acceptatæ, cedente die ſolutionis, nùm cogatur acceptans ſoluere, licet campſor valorem non acceperit ab illo,cuius contemplatione litteræ ſcriptæ ſunt, deciſ.431.n.1.& 2.578. & in obſer.n.3. 579
Et quid dicendum ſi acceptans poſt acceptationem aufugerit, nùm campſor cenſeatur liberatus, d.n.2. 579
Et quid dicendum ſi campſor, qui litteras ſcripſit, decoxerit,illis præſentatis,& acceptatis,priuſquam tamen dies ſolutionis ceſſerit, nùm acceptans die adueniente ſolutionis, ſoluere cogatur, d.n.2. circa medium,& in obſer.n.2. 579
Litteras cambij acceptans, ſi pecunia ſit ſoluenda tertio & nón agenti negotia illius, cuius contemplatione litteræ ſcriptæ ſunt, nùm teneatur omninò ſoluere, nec exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere poſſit,d.n.2.in fine,& in obſer.n.3. 579

*Ligius.*

Ligius duorum nemo eſſe poteſt, deciſ.183. num.1. in fine. 263

*Lignandi ius.*

Lignandi ius nùm ſine titulo poſſideri poſſit, dec.251. num.2. 358
Et nùm poſſidens hoc ius abſque titulo, tam in poſſeſſorio ſummario, quàm ordinario manutenendus ſit in quaſi poſſeſſione lite pendente,d.n.2.

*Liquidari,& Liquidatio.*

Liquidari an poſſit via ritus Magnæ Curiæ Vicariæ inſtrumentum alteri ceſſum ad inſtantiam cedentis, ſi id ex pacto promiſit, vel requiratur inſtantia creditoris cedentis, in obſer. ad deciſ. 290. num.1. in fine. 401
Liquidatio inſtrumentorum an ſpectet ad iudicé ciuilem,vel criminalem,in obſer.ad dec.568.n.2. 761

*Litigandi cauſa,litigioſa res,& lis.*

Litigandi cauſam habens iuſtam, nùm excuſetur à mora,& per conſequens ab intereſſe,in obſ. ad dec. 540.num.2. 720

Litigioſa

Litigioſa res quando efficiatur, deciſ. 150. numer. 1. 220

Litigioſi vitium nùm contrahatur, ſi ad rem conſequendam agatur actione perſonali, veluti ex empto, in obſer. ad d. deciſ. 150. n. 2. 221

Lite pendente ſuper incidentibus in Tribunali ſupremo, ſi Pars compareat in alio Tribunali, etiam ſupremo, nùm opponi poſſit exceptio litis pendentiæ, deciſ. 87. n. 1. & 2. 131

Litis pendentia allegari nùm poſſit, ſi moto iudicio inſtantiæ coram vno iudice coram alio diffamator ſua iura proponeret, in obſer. ad d. dec. 87. n. 3. 132

Litis pendentia ex ſola citatione nùm inducatur, vel requiratur litis conteſtatio, d. n. 2. & in obſer. n. 1. 131. & in d. obſer. n. 3. 132. & in obſer. ad deciſ. 224. num. 1. 321

Et quid dicendum ſi citatio eſſet circumducta, & quænam dicatur citatio circumducta, in obſer. ad d. deciſ. 87. n. 2. 131

Litis proſequutio nùm poſſit transferri de perſona in perſonam, deciſ. 171. num. 2. 249

*Locator.*

Locator habitationis, qui patientiam vtendi, & fruendi rei locatæ conductori præſtare non poteſt, nùm liberetur præſtando aliam habitationem non minus commodam, in obſer. ad deciſ. 582. num. 2. in fine. 779

Locator ſi præſtare non vult patientiam, vt conductor fruatur re conducta nùm teneatur ad intereſſe etiam lucri ceſſantis, dec. 127. n. 3. 187

Locator ſi remiſerit conductori penſionem, nùm ſtare teneatur locationi pro tempore conuento, dec. 282 num. 2. 390

*Locumtenens.*

Locumtenentis Regiæ Cameræ Officium ſi vacet, nùm exerceatur per Dominum Præſidentem Decanum, vel per ſingulos Præſidentes in ſingulas hebdomadas, in obſer. ad dec. 308. n. 1. in fine. 422

*Locupletior.*

Locupletior ex fructibus perceptis an, & quando quis dicatur factus, vt illos reſtituere teneatur, deciſ. 55. num. 2. 77

*Ludens, & ludus.*

Ludens nùm poſſit ad effectum ludendi ſuo colluſori mutuare pecuniam illamque deinde repetere, in obſer. ad dec. 423. n. 1. 566

Et an colluſor accipiens teneatur illam reſtituere, licet eam non perdat, in d. obſer. num. 1. in medio. 567

Et quid dicendum ſi colluſor pecuniam accipiat in ludo licito, & permiſſo, in d. obſer. numer. 1. circa finem.

Et quid dicendum ſi Colluſor accipiens ex interuallo ſe obligauerit ad eam reſtituendam, d. num. 2. circa finem 566. & in d. obſer. numer. 1. in fine. 567

Et quid dicendum ſi tertius non ludens, pecuniam mutuet ludenti, an poſſit ab eo illam petere, & recuperare. in d. obſer. n. 2. 567

Ludens credito nùm poſſit tuta conſcientia pecuniam amiſſam non ſoluere, in obſer. ad deciſ. 496. num. 3. 657

Ludo taxillorum, qui pecuniam amiſit, & non ſoluit ex eo, quod pecunia non erat præſens, nùm iure cogi poſſit ad illam ſoluendam, eiuſque hæredes, deciſ. 423. numer. 1. & 2. 565. & in obſer. numer. 1. 566

Et ſi ſit ſolutum nùm repeti poſſit à ſoluente, d. n. 2. circa medium 566. & deciſ. 496. n. 2. 656. & num. 3. 657

Et quid dicendum de lucro ludi qui non à fortuna dependet ſed pro corpore fit exercitiò, prout eſt ludus pilæ, latrunculorum &c. d. n. 2. circa medium, 566

Et an conſuetudo generalis totius mundi in hoc contraria dicatur corruptela, & nutritiua peccati, d. dec. 423. n. 3. 566

Ludus taxillorum, nùm de iure ſit prohibitus, d. n. 2. circa medium, 566. & deciſ. 496. numer. 2. in fine. 656

Et quid dicendum in foro conſcientiæ, d. num. 2. in fine.

M

*Magiſtratus.*

Magiſtratus duplex exercens Officium, nùm duplici ſalario frui poſſit, in obſer. ad deciſ. 308. num. 1. 421

Magiſtratus ſecularis ſuperior, nùm ſemper cognoſcere poſſit, an ſua ſit iuriſdictio, in obſer. ad dec. 556. num. 3. 745

*Magna Curia Vicaria.*

Magnæ Curiæ Vicariæ domus de anno 1525. combuſta fuit cum omnibus ſcripturis ibi exiſtentibus, deciſ. 299. num. 2. in medio. 409

*Magnus Admiratus.*

Magno Admirato maris, nùm competant bona Iudeorum, & hoſtium naufragata, eorumque perſonæ, vel ſpectent ad Regium fiſcum, deciſ. 77. n. 111. & num. 2. & 3. & in obſer. n. 1. 112

Magnus Admiratus Maris, de quibus delictis & quas perſonas cognoſcere poſſit, vid. in verb. *Admiratus Maris.*

*Maioratus.*

Maioratum prætendens vid. in verb. *fideicommiſſum.*

*Maior Pars.*

Maior Pars. vid. in verb. *Pars maior.*

*Mala fides.*

Mala fides authoris quoad vſucapionem complendam, an noceat ſucceſſori vniuerſali, deciſ. 560. n. 2. circa medium. 750

Et an mala fides adeò ſit maximi ponderis, vt ſi incipiat à primo iniuſto poſſeſſore, noceat deinde hæredi, dato quod hic ſit in bona fide, d. n. 2.

Mala fides an præſumatur eiuſque tollatur præſumptio per poſſeſſionem 30. annorum pacificè, & quietè, d. dec. 560. n. 3. in fine. 750

*Malæ fidei poſſeſſor.*

Malæ fidei poſſeſſor ſiue cum titulo, ſiue abſque titulo an teneatur omnes fuctus perceptos reſtituere, & naturales, Ciuiles, vel induſtriales, d. dec. 560. n. 2. & in obſer. n. 2. 751

Et in quibus caſibus teneatur reſtituere fructus, qui percipi potuiſſent, in d. obſer. n. 2. in medio.



Digitized by Google

*Mandans, & Mandatarius.*

Mandans falſum fieri nùm teneatur crimine falſi, dec. 415.n.1. 553

Et an poſſit iſte mandans torqueri ex proceſſu informatiuo, d.n.1.

Mandans nùm teneatur, ſi mandatum dedit Titio ad accipiendum pecuniam mutuo cauſa reficiendæ nauis, & Titius pecuniam in proprios vſus conuertit, deciſ.109.n.2.in medio. 163

Et an id procedat contra perſonas priuilegiatas,puta Eccleſiam,vel Ciuitatem,d.n.2.in medio.

Mandans vulnerari aliquem, ſi inde mors ſequatur, nùm teneatur de vulnerato,vel de occiſo, dec.422. num.2.564.& in obſer.n.1. 565

Et quid dicendum ſi mandet,vt baculo,pugnis, vel alapa aliquem percutiat,in d.obſer.n.1.

Et quid dicendum ſi expreſsè prohibeat mandatario illum occidere, & Mandatarius adhuc occiderit,in d.obſer.n.1. in fine.

Mandantem nùm comprehendat ſtatutum,loquens de Indulgentia, ſiue loquatur in perſonam,ſiue in rem, deciſ.236.n.3.in fine. 340

Mandatarius nùm contra Mandantem multa facere poſſit,ſi mandans maximis opprimatur neceſſitatibus,deciſ.215.n.2. 306

Mandatarius an teneatur ad intereſſe, ſi pecuniam in mandato contentam, honeſto non implicuit lucro, deciſ.131.num.2. 194

*Mandatum.*

Mandati fines, nùm diligenter ſint cuſtodiendi, deciſ. 215.n.2.in fine. 306

Mandatum acceptatum an videatur ex eo, quod quis mandati litteras retineat,dec.39.n.2. 51

Mandatum ad lites factum à tutore in alicuius perſonam nùm cenſeatur extinctum,ſi priuſquam lis moueatur tutela finiatur,dec.124.n.2. 183

Mandatum factum in perſonam ſubſtituti nùm expiret per mortem ſubſtituentis re integra, deciſ.339. num.2.& in obſer.n.1. 456

Et quid dicendum ſi ſubſtituens poteſtatem ſubſtituendi non habuerit à Domino, ſed ſolùm à lege,d. n.2.in medio.

Mandatum generale tutoris,ab ipſo tutorio nomine factum nùm extinguatur,ſi re integra decedat actor, vel talis eſſe deſinat, in obſer. ad deciſ.124.num.1. 183

Mandatum habens generale cum libera,&c. nùm poſſit alienare, vel etiam donare, deciſ.215.num.2.in medio. 307

Mandatum habens generale à lege cum libera,&c. an cenſeatur reuocatum per mandatum ſpeciale,datum ab homine, d.n.2.in medio,& in fine.

Mandatum habens generale à Republica, vel Principe,nùm poſſit eorum bona alienare, deciſ.512.n.2. in fine.678.& in obſer.n.2. 679

Mandatum an, & quando morte mandantis finiatur, dec.124.n.2.183.& deciſ.339.n.1. 456

Mandatum nùm præſumatur adhuc per mille annos, ſi de illo non appareat,deciſ.224. n.2. in fine. 320

Mandatum nùm reuocatum cenſeatur, ſi Mandatarius mutauerit conditionem,deciſ.372.n.2. 498

Mandatum ſi accipiat quis, vt eius nomine fundum emat, ipſéque accepto mandato ſimpliciter emat fundum,nùm procuratorio nomine cẽſeatur emiſſe, vt mandati actione cogatur mandanti fundum tradere, deciſ.497. num.1.657.& in obſer. numer.1. 658

Et quid dicendum ſi venditor animum habuit vendere, & tradere procuratori nomine Domini, procurator verò intendebat ſibi acquirere,d.n.1.in fine. 657

Et quid dicendum ſi venditor hunc animum non habebat,ſed totum contrarium,d.n.1.in fine. 658

Et quid dicendum ſi procurator proprio ſuo nomine contraxit, in d.obſer.n.1.in medio.

Et an in dubio præſumatur proprio nomine contrahere, in d.obſer.n.1.in fine. 658

Mandatum ſi iniungat Princeps,vel fiſcus alicui de accipiendo pecuniam vel argentum ex aliquorum domibus, ſuo loco, & tempore reſtituendum, ſi Mandatarius vltra pecuniam,vel argentum accipiat alia bona, quæ non ad Regiæ Curiæ beneficium, ſed in proprios vſus conuertat, an teneatur Princeps ipſe, vel fiſcus,deciſ.109.n.1.162.& n.2. 163

Mandatũ ſpeciale ſi detur Titio,vid.in verb.*Mandans.*

Mandatum ſpeciale an deroget mandato generali,dec. 127.n.3. 186

Mandatum ſpeciale an,& quando requiratur,dec.140. n.2.in fine. 205

*Manifeſtans.*

Manifeſtans volentem committere crimen læſæ Maieſtatis ab initio, & venia,& præmio dignus eſt, ex poſt facto verò ſolùm venia,ſed non præmio,deciſ. 266.n.2. 372

*Marchio.*

Marchio Villæ Franchæ Prorex Regni Neapolis obiit Florentiæ,& quo tempore,& quare, deciſ.507.n.1. 671

*Maritus.*

Mariti bona nùm ſint tacitè hypothecata vxori non ſolùm pro dote,ſed etiam pro alimentis, & vſuris, deciſ.65. num.3. in fine. 92. & deciſ.290. num.3. 400

Maritus,& vxor ſi in venditione rei confeſſi ſint, pretium recepiſſe,an præſumatur totam pecuniam perueniſſe in poſſe mariti, vel medietatem tantùm,deciſ.199.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 285

Et quid dicendum ſi confeſſi ſint mediante atteſtatione Notarij, d.n.2.

Et quid dicendum reſpectu emptoris, ſi vxor confiteatur pretium recepiſſe,an,& quando ſibi præiudicium inferat, in d.obſer. n.2. 285

Maritus ſi confiteatur dotem recepiſſe,& de dotis promiſſione non conſtet, nùm talis confeſſio non ſolùm noceat ipſi marito, ſed etiam eius creditoribus, deciſ.370.per totam,& in obſer.n.2. 495

Et vid.in ver. *Dotis confeſſio.*

*Maſculi, & Maſculinum.*

Maſculi deſcendentes ex fœminis, an comprehendantur in priuilegio immunitatis à muneribus realibus alicui conceſſo pro ſe, & hæredibus ſuis vtriuſque ſexus in perpetuum, deciſ.345.n.1.& 2.& in obſer. num.1. 463

Et quid dicendum in beneficio Principis, quod latiſſimè eſt interpretandum,d.n.2.

Maſculinum in odio irrationali nùm comprehendat fœmininum,deciſ.350.n.2.& in obſer.n.1. 469

*Mater.*

Mater nùm admittatur ad tutelam, & baliatum filiorum tanquam legitima, remoto tutore,vel balio teſtamentario, ſi ſit Miles aut Cardinalis, deciſ.335. num.3.in fine. 451

Mater

Digitized by Google

Mater in baliatu filiorum núm præferatur Auo paterno, maximè ſi Auus paternus non ſit bonæ vitæ & famæ, dec.354.n.3.& in obſer.n.1. 474
Mater propter famis neceſſitatem núm poſſit vendere filium, ſicut poteſt pater, in obſer. ad deciſ.448. n.3. 467
Mater núm ſuccedat filio in feudis, dec.532.n.2. 709

*Matrimonium.*

Matrimonium ſi ſcienter contrahatur intra gradus prohibitos, dos amittitur, antefatum non lucratur, & nulla donatio ſubſiſtit, dec.429.num.2. circa medium. 576
Et an debeatur antefatum, & alia lucra nuptialia ſi coniuges ignorauerint impedimentum, d.n.2. circa medium, & in obſer.n.1.

*Medicus.*

Medicus à Communitate conductus, núm pro ſalario conuento ſuper bonis communitatis tacitam habeat hypothecam, in obſer. ad deciſ.270.n.1. 376
Medicus pro ſuo ſalario núm præferatur cæteris infirmi creditoribus anterioribus expreſſam hypothecam habentibus, deciſ.486.n.1.& 2.& in obſer.n.1 & 2. 644.

*Meliorationes.*

Meliorationes in aliqua re factæ an compenſari debeant cum fructibus perceptis, dec.559.num.4.& in obſer.n.2. 749
Meliorationes factæ in feudo an ſpectent ad hæredem in allodio, ſi feudum Domino directo aperiatur ob lineam finitam, dec.572.n.1.764.& in obſ.n.1. 765
Et núm ſint præciſè à Domino ſoluendæ, vel ſat erit ſi Dominus patiatur, vt hæres meliorationes tollat, & à feudo euellat, d.dec.572. n.2.764. & in obſer. num.2. 765
Et quid dicendum ſi meliorationes conſiſterent in fabrica, cuius demolitio nullam afferrat vtilitatem hæredi, an Dominus teneatur præciſè ſoluere, d.n.2. in fine, & in d.obſer.n.2.
Et quid ſit ſeruandum in Iudicio reuocationis, vel diſmembrationis feudi, in d.obſer.n.2.in fine. 765
Meliorationes factas in feudo per illius Emptorem, ſi poſtea reuocetur venditio defectu Regij Aſſenſus, & ſint de illis, quæ pro ſe ſtant, nec feudum melius reddunt, an cogatur venditor ſoluere emptori, vel poſſit contendere, vt remaneant ad commodum ipſius Emptoris, in d.obſer.n.2.in fine. 765
Meliorationum circa ſolutionem in fundo factarum, núm ſit inſpiciendum tempus meliorationum factarum, vel tempus condemnationis, ſicque quod eſt impenſum, vel quod eſt melioratum, in obſer. ad deciſ.167.n.2. 243
Meliorationum exceptio oppoſita per eum, qui ad fundum relaxandum condemnatus eſt, núm impediat exequutionem ſententiæ, in obſer. ad dec.486.n.1. 644

*Mendax.*

Mendax præcator carere debet impetratis, deciſ.190. num.3. in fine. 274

*Menapecudum Apuliæ.*

Menæpecudum Apuliæ Dohanæ Regiæ Inſtructionum Caput 28. eiuſque reformatio, & reformationis declaratio, in obſer. ad deciſ.526.num.5. 699. & 700

*Mercatura, & Merces.*

Mercaturas exercere, & negotiationes facere, núm ſit vnum factum, vnumque conſummatum delictum, vel ſint plura, dec.159.n.2.circa finem. 233
Merces impoſitæ in naui, ſi à fiſco intercipiantur, an, & quando etiam nauis fiſco applicari debeat, in obſer.ad deciſ.552.n.3. 739
Merces inuectæ in nauem, núm ſint tacitè hypothecatæ Domino nauis pro naulo, in obſer.ad deciſ.134. num.1. 198
Merces venales illatæ in domum ad habitandum conductam an, & quando hypothecatæ cenſeantur pro penſione domus, deciſ.378.n.2.506. & in obſer.n.1. 507
Mercium venditio ſi fiat in nundinis, núm venditor pro prætio præferatur in illis omnibus emptoris Creditoribus, etiam anterioribus, in obſer. ad dec.8. num.3. 12

*Mercedis remiſſio.*

Mercedis remiſſio, ſeu Excomputum an ſit facienda, quoties conductor facto locatoris non vtatur re conducta, deciſ.84. num.2. & in obſer. n.1. 124
Mercedis remiſſio ex cauſa ſterilitatis an ſit facienda ſi illa veniat ex cauſa naturali, d.dec.84.n.3.
Et quid dicendum ſi veniat ex facto locatoris, d.numer.3.
Et quid dicendum ſi ſterilitas veniret ex caſu fortuito, & conductor caſibus fortuitis renunciaſſet, in d.obſer.n.2.
Et an iſta renunciatio intelligatur de caſibus fortuitis ſolitis, qui ſæpè ſcilicet contingere ſolent, vel etiam de inſolitis, & inopinatis, in d.obſer.n.3.
Et referuntur Doctores, qui ſcripſerunt renunciantem caſibus fortuitis non teneri de caſu fortuito inſolito, & inopinato, in d.obſer.n.3. 125
Mercedis remiſſioni, vt ſit locus ad quam ſummam aſcendere debet damnum à creditoribus paſſum, in d.obſer.num.4. 125

*Meretrices.*

Meretrices núm repellantur à teſtimonio ferendo tanquam infames, dec.146.n.2. 213

*Merum, & mixtum Imperium.*

Merum, & mixtum Imperium, vid.in verb. *Imperium.*

*Meſſanenſes.*

Meſſanenſes ementes aliquid núm ſint immunes à iure fundaci, & ſolutione gabellarum, deciſ.314.n.2. 427
Et quid dicendum ſi vendant aliquas merces, & mercium venditio, & traditio fiat alibi, quàm in eorum Ciuitate, núm Emptores teneantur ad ius fundaci, d.num.2.

*Metus.*

Metu carceris, qui non reclamauit, núm reclamare poſſit, non obſtãte temporis lapſu, dec.561.n.2.752
Et quid dicendum ſi carceratio proceſſiſſet de iure, & fuiſſet iuſta, d.n.2.
Metu Iudicis, qui non appellauit, núm habeatur, ac ſi appellaſſet, & quid in hoc requiratur, d.n.2.
Metum iuſtum ad inducendum in vxore reſpectu viri, an ſufficiat ſola viri præſentia, vel requiratur vis, deciſ.146.n.2.213.& in obſer.n.1. 214

Et an Iudex circa hunc metum debeat examinare perſonarum qualitatem in d.obſer.n.1.in medio.
Metum iuſtum an inducat ſolus Iuſſus ſuperioris, dec. 386.n.2. 516
Metum quem ceſſare faciat Iudicis amicorum, & conſanguineorum præſentia & an ſolùm reuerentialem,dec.321.n.2.circa finem.434. & in obſer.n.3. 435
Metus carceris nùm ſit iuſtus, dec.561.n.2. 751
Metus cruciatus corporis an ſufficiat ad contractum reſcindendum,dec.321.n.2. 434
Metus minor nùm requiratur in muliere, quàm in viro,d.dec.321.n.2.in medio.
Et an in Muliere ſufficiant ſolæ minæ ad mætum inducendum,d.n.2.in medio,& in obſ.n.2. 435
Metus per teſtes domeſticos, familiares,& conſanguineos nùm poſſit probari,d.n.2.& dec.448.n.2. 466
Metus reuerentialis an inducatur ex ſola præſentia illius, cui reuerentia debetur,in obſer. ad deciſ.146. num.3.& 7. 214
Metus reuerentialis abſque minis, & verberibus,nùm ſufficiant ad reſcindendum contractum, & actum aliquem annullandum,in d. obſer.n.3.214. & deciſ. 538.n.2.in medio. 717
Metus reuerentialis inter quas perſonas conſideretur, in obſer.ad dec.146.n.2. 214
Metus reuerentialis an conſideretur in Nuru reſpectu ſoceri,in d.obſer.n.5. 214
Et quid dicendum in ſorore reſpectu fratris, in d. obſer.n.6.
Metus reuerentialis an ſufficiat ad annullandum teſtamentum,in d.obſer.n.1.in fine.
Metus ſi eius cauſa non duret, quotuplici modo purgetur,in obſer.ad dec.538,n.1.circa finem. 717
Et an purgetur per actus geminationem , ſiue verbis ſiue re factam,ſi metus cauſa ſubſit,&duret,in d. obſer.n.2. 717

*Miles.*

Miles duas habens militias , nùm conſequi poſſit duplex ſtipendum,dec.308.n.1. 421
Miles an poſſit eſſe tutor, vel alius teſtamentarius , vel legitimus,dec.335.n.1.450.& n.2.& in obſ.n.1.451
Miles an poſſit foro ſuo renunciare,dec.483.n.2. 641
Miles ſi fuit defenſus in iudicio per procuratorem, nùm poſſit reſtitui aduerſus ſententiam contra ipſum latam,in obſer.ad d.dec.483.n.2.& 3. 641
Militem nùm excuſet ignorantia iuris, deciſ.365.n.3. 488
Milites teſtimonium dicere poſſunt voluntariè , ſed non coguntur inuiti,dec.483.n.3. 641

*Minæ.*

Minæ licet ſint ſufficienter probatæ , nùm de toto rigore tantùm faciant indicium ad torturam, in obſ. ad dec.221.n.4. 316
Minæ à marito illatæ vxori ante teſtamentum , nùm vitient teſtamentum,in obſer. ad deciſ.321.n.2. in fine. 435
Minæ , & verbera nùm requirantur ad metum reuerentialem vel ſufficiat ſola præſentia illius , cui reuerentia debetur,vid.in verb.*Metus.*
Minæ tantùm abſque verberibus an ſufficiant in Muliere ad iuſtum metum inducendum,deciſ.321.n.2. in medio. 434

*Minor.*

Minor ætas nùm poſſit ex aſpectu probari , deciſ.415. num.1.circa finem. 554
Minor in atrocibus delictis , nùm poſſit ad mortem condemnari,vel arbitrio Iudicis ſit puniendus , dec. 525.n.1.& 2.696.& in obſer.n.1. 697
Et quid dicendum ſi talis minor eſſet ſolitus atrociſſimum crimen perpetrare,d.n.2.circa finem. 697
Et quid dicendum ſi minor iſte eſſet ſagax,d.n.2.in fine.
Minor, cæteræque perſonæ priuilegiatæ in cauſis criminalibus an poſſint petere primum , & ſecundum beneficium ad pinguius probandum, deciſ.491.n.1. & 2.& in obſer.n.1. 650
Et quid dicendum in cauſa ciuili,d.n.2.in medio.
Et quid dicendum in termino repulſę,in d.obſer.n.1. circa medium.
Minor decem,& octo annis, maior tamen quatuordecim an ligetur pragmaticis ſanctionibus, & ſtatutis, dec.269.n.2. 375
Et nùm ligetur Pragmatica dictante , quod aſſenſus Regij obtenti per verbum *fiat* , infra certum tempus debeant in forma Cancellariæ expediri , d. dec. 269.n.1.& in obſ.n.1.
Et an ligetur ſtatuto, vt cauſæ inter conſanguineos, & affines compromittantur in arbitros, d.num.2.& dec.384.n.2.in fine. 514
Minor 18.annis nùm poſſit de iure ſubiici tormentis, dec.415.n.1.in medio. 554
Minor de iure Regni quando efficiatur maior , deciſ. 525.n.2.in fine. 697
Minor factus maior intra quod tempus petere poſſit reſtitutionem in integrum aduerſus lapſum temporis,dec.21.n.3.27.& in obſer.n.4. 28
Minor factus maior an poſſit intra quadriennium petere reſtitutionem in integrum aduerſus lapſum biennij conceſſi ad obtinendum priuilegium in forma cancellariæ pro firmitate aſſenſus expediti per verbum *fiat*,in obſer. ad dec.266.n.1. 375
Minor nominatus ab aliquo in officio ex facultate nominandi , quam habet, nùm poſſit per ſubſtitutum deſeruire,in obſer.ad dec.390.n.3. 521
Et an in hoc requiratur licentia Regis , in d. obſer. num.4. 521
Minor poſt dicicita teſtificata , quando poſſit producere teſtes,dec.384.n.2. 514
Minor pro ſuo dimittendo creditore,qui non vrget,an poſſit ab alio pecuniam recipere , eique bona ſua obligare , abſque iuris ſolemnitatibus , in obſer.ad deciſ.211.n.2. 301
Minor,qui petiit primum,& ſecundum beneficium ad pinguius probandum , an poſſit illi renunciare in præiudicium maioris , qui vult illo vti , in obſer.ad deciſ.174.n.2. 253
Minor, qui ſe reſtitui poſtulatur aduerſus venditionem fundi indiuiſibilis factam à ſe cum aliis condominis maioribus, an ſit audiendus , niſi totum fundam ſit paratus recipere,vel totum prætium emptori reſtituere,in obſer.ad dec. 164.n.2. 240
Minor ſi delictum ſponte in iudicio confiteatur , & de eo aliundè non conſtat , quàm per eius confeſſionem, nùm poſſit aduerſus eam in integrum reſtitui, in obſer.ad dec.523.n.4. 695
Minor , ſi in iudicio procuratorem conſtituat cum iuramento, & facta iam publicatione in cauſa petat primum,& ſecundum beneficium , an ſit illi concedendum,dec.476.n.1.& in obſ.n.1. 233
Minor ſi lite pendente efficiatur maior an poſſit petere primum , & ſecundum beneficium,& quando, in obſer.ad dec.115.n.1. 172
Minor ſi per ſe ipſum litigauerit,& cum iuramento declarauerit ſe nolle venire contra proceſſum , & ſententiam, nùm in caſu ſuccumbentiæ ad beneficium reſtitutionis in integrum poſſit recurrere , in obſer. ad deciſ.476.n.2.& 3. 633

Minor

Digitized by Google

Minor ſi renunciet cum iuramento nùm teneat renunciatio,dec.348.n.2.466.& in obſer.n.4. 467
Minor ſi vſus iure communi deceptus ſit, nùm debeat in integrum reſtitui,dec.115.n.1.in medio. 171
Et nùm debeat ſolùm reſtitui cum eſt deceptus, vel ſui facilitate,vel dolo aduerſarij,d.n.1.in medio.
Et an ſit deneganda reſtitutio in integrum minori in Iudicio ſummario,ſi ea, quæ per minorem opponuntur altiorem requirant indaginem,& in Iudicio ordinario veniant reſeruanda,d.n.1.in fine.
Minor ſub ſtatuto dictante, quod cauſæ inter conſanguineos,& affines compromittantur, num comprehendatur,& ſi ſit læſus poſſit reſtitui,deciſ.269.n.2. 375.& deciſ.384.n.2.in fine. 514
Et vid.in ver. *Minor decem,& octo annis.*
Minores viduæ, aliæque miſerabiles perſonæ aduerſus delictum nùm poſſint petere reſtitutionem in integrum,in obſer.ad deciſ.491.n.2. 650
Et an in cauſis criminalibus habeant fori electionem,& gaudeant priuilegio *l.vnic.C. quando Imper. inter pupill.& vid.* in d.obſer.n.2.
Minoris fauore,an currat intereſſe ipſo iure, & abſque interpellatione,in obſer.ad dec.62.n.3. 88
Minori contra lapſum temporis an detur reſtitutio in integrum,dec.269.n.2.in medio. 375
Minori Iudex an,& quando poſſit ex arbitrio pœnam minorare,deciſ.415.n.1. in medio. 554

## *Monachus.*

Monachi, & Clerici Apoſtatantes à Religione nùm fiant inſucceſſibiles,dec.426.n.2.in fine. 570
Et quid dicendum de iure Regni, d.n.2. in principio,& in obſer.n.2. 570
Monachus profeſſionem emittens minima tantùm afficitur capitis diminutione, in obſer. ad dec.492. num.2. 652

## *Monaſterium.*

Monaſterij Sancti Laurentij propè Padulam fundator fuit Dominus Thomas de Sancto Seuerino Comes Marſici,dec.287.n.1. 396
Et quot animalium habeat ius paſcendi in Terra Piſticij,d.dec.287.n.2. 396
Monaſterium an teneatur contribuere Vniuerſitati laicorum in collectis pro bonis,quæ in eius territorio poſſidet,& quæ à laicis ſibi obuenerunt,dec.227. n.1.324.& ibi in obſer.per totam.

## *Moneta.*

Moneta ſi non ſit mutata neque in materia, neque in forma,ſed tantum in valore circa ſatisfactionem faciendam creditori num ſit attendendum tempus contractus,vel tempus ſolutionis, dec.366. num.2. 489
Monetæ dubiæ qualitatem an declaret continuata ſolutio in illa facta per decennium, dec.333. n.3. in fine. 448
Monetæ reprobatio num cedat damno,& periculo debitoris,qui in mora eſt ſoluendi, quod debet, deciſ. 473.n.1.629.& in obſer.n.2. 630
Et quid dicendum in debitore fiſci, puta Reg. Dohanerio, qui illam ſic reprobatam exegit ab aliis fiſci condebitoribus,dec.474.n.1. 630
Monetæ reprobatio nùm cedat damno debitoris, qui eſt in mora, ſi eodem modo peritura fuiſſet penès creditorem, ſicut periit penès debitorem, d. n.1.in medio,& in obſer.n.1. 631
Monetæ valor nùm inſpiciendus ſit de tempore contractus,in obſer.ad dec.333.n.1. 449
Monetæ valor ſi fuerit immutatus an,& quando augmentum,& detrimentum ſit creditoris, vel debitoris,d.dec.333.n.2. 448
Moneta vide in ver. *Pecunia.*

## *Monitio.*

Monitio ad dicendum ſi omittatur, nùm faciat ſententiam nullam,in obſer.ad dec.273.n.3. 380

## *Mora.*

Mora nùm contrahatur per interpellationem,dec.514. num.1. 681
Et in quibus caſibus contrahatur abſque hominis interpellatione,d.dec.514.n.2.in medio. 681
Mora irregularis, quænam ſit, & nùm introducta ſit ſpeciali fauore minoris, & fiſci, vt ſcilicet fauore ipſorum intereſſe currat abſque vlla interpellatione,in obſer.ad deciſ.514.n.1. 681
Et an reſpectu minoris procedat tantum durante minori ætate,in d.obſer.n.1.in medio.
Et an extendatur in Eccleſia,Republica,aliiſque locis piis,& perſonis miſerabilibus,in d.obſer.n.3.
Et quid dicendum ſi debitores fiſci,Eccleſiæ,Reipublicæ,& perſonarum miſerabilium legitimam non habeant perſonam, cui ſoluere poſſint, in d.obſer. n.3.in medio. 682
Et an hoc reſpectu fiſci procedat tantum, quando habet ſuum creditum dependens à contractu ſecus ſi à pœna,vel à mulcta,in d.obſer.n.3.in medio. 682
Mora an poſſit purgari infra modicum tempus in pacto de retrouendendo temporali, deciſ.142. n.2.in medio. 207
Et an purgari poſſit poſt longum tempus,d.num.2. circa finem.
Et quid dicendum in venditione annuorum introituum cum pacto de retrouendendo, in obſer.ad deciſ.142.n.1. 208
Mora nùm intelligatur purgata per oblationem pecuniæ factam,verbi gratia, hora 20.& hora 23.bannum emanetur reprobationis pecuniæ,ſi de emanatione facienda notitiam habebat creditor, & propterea pecuniam recipere recuſauit,dec.473. n.1.in medio. 629
Mora ſeptem dierum nùm dicatur modica, deciſ.181. num.2. 261
Moræ purgatio an admittatur,vbi duplex conſideratur mora,dec.473.n.2. 630
Moræ purgatio an detur ſucceſſori in feudo, qui infra annum,& diem à morte feudatarij inueſtituram non petiit,in obſer.ad deciſ.371.n.4. 498
Moræ purgatio de ſtylo Sacri Conſilij ſemper admittitur re integra, & quoties ius Partis non eſt effectum deterius,in obſer.ad dec.142.n.3. 208
Moræ purgationem num impediat Iuramentum, d.deciſ.142.n.2.in fine. 208

## *Mors, & Mortuus.*

Mors Ciuilis an,& quando æquiparetur morti naturali maximè in hominis,ſiue teſtatoris diſpoſitione, deciſ.492.n.2.651.& in obſer.n.2. 652
Mortis appellatione nùm veniat mors ciuilis,& quando,dec.233.n.2. circa finem. 334
Mortuus ciuiliter vt quis dicatur, opus eſt, vt maximam,vel mediam patiatur capitis diminutionem,in obſer.ad dec.492.n.2. 652

## *Mulier.*

Mulier aſſecurata pro eius dotibus,& viribus dotalibus ſuper



Digitized by Google

ſuper bonis viri, an dominium illorum acquirat, quos fructus faciat ſuos,& de quibus rationem reddere teneatur tanquam adminiſtratrix, dec.180.n.1. 259.& in obſer.n.1. 260
Et an mulierum aſſecuratio in caſu vergentiæ viri ad inopiam ſit vera dotis reſtitutio, vel conſignatio, in d.obſer.n.1.in medio.
Mulier aſſecurationem petens pro ſuis dotibus ſuper bonis viri,& vir diuerſa habeat corpora, & minoris,& maioris æſtimationis, an poſſit reſpuere corpus minoris,dato quod ei ſufficiat, & petere corpus maioris ſupplendo in pretio creditoribus, in obſer. ad dec.240.n.2. 346
Mulier aſſecurationem petere pro ſuis dotibus ſuper bonis feudalibus viri an poſſit ſi promiſſio aſſecurationis non ſit expreſſa in aſſenſu ſed tantùm in inſtrumento,dec.205.n.1. 292
Et quid dicendum ſi in aſſenſu ſit clauſula *quoad expreſſa tantùm*,d.n.1.
Mulier aſſecurationem,vide in verb. *Mulier viro.*
Mulier, & minor aliique priuilegiati in quolibet iudicio, duo habent beneficia, nempè primum, & ſecundùm, eaquè tendunt ad pinguius probandum decif.156.n.2.in fine. 228
Mulier priuilegium tacitæ hypothecæ quoad prælationem,quod pro dote habet,an poſſit tranſmittere in ceſſionarium,deciſ.148.num.3.217. & in obſer.n.1. 218
Et an tranſmittere poſſit hypothecam expreſſam anteriorem,d.n.3.
Mulier pro dote nùm præferatur omnibus creditoribus anterioribus, deciſ.74.num.2.108. & in obſer.n.3. & 4. 109
Mulier pro dote promiſſa viro,eo defuncto nùm poſſit contra promittentem agere proprio nomine, vel opus habeat ceſſione ab hæredibus viri, cui fuit facta promiſſio,deciſ.424.n.1.& 2.567.& in obſer. num.1. 568
Mulier pro recuperatione ſuarum dotium, & antefati, an poſſit inſtare, vt procedatur ad venditionem bonorum feudalium viri deuolutorum ad Regiam Curiam ob illius rebellionem, ſeruata forma pacti adiecti in capitulis matrimonialibus cum Regio aſſenſu,dec.506.n.1.& 2. 669
Et an teneatur cedere fiſco omnia ſua iura,d.n.2. in fine. 670
Mulier, quæ vigore conſuetudinis Ciuitatis Neapolitanæ conſequitur vſumfructum ſuarum dotium pro alimentis ob moram hæredum in reſtituendo dotem, an ea mortua tranſmittat vſumfructum prædictum ad hæredes ſuos,deciſ.193.n.2.& 2. 278
Mulier ſi ad eius beneficium ſtipuletur inſtrumentum dotále, ſoluto matrimonio cum obligatione omnium bonorum viri in forma,nùm poſſit prætendere obligationem prædictam validam in forma cum retrotractione ad diem contracti matrimonij, vel à die ſtipulationis,in obſer. ad dec.513.num.1.680. & vid.in verb. *Dotale inſtrumentum.*
Mulier ſi ceſſerit alteri ſua iura pro conſequutione ſuarum dotium,ac illarum intereſſe,an Ceſſionarius pro intereſſe futuro poſſit illis vti in bonis viri cum priuilegio,deciſ.169.num.4.245.& in obſer.num.5. 246
Mulier ſi dotem cedat alicui an tranſeant in ceſſionarium omnia iura illius cum priuilegio, in obſer. ad deciſ.134.n.3. 199
Mulier ſi in dotem dedit viro ſuo fundum æſtimatum, ea æſtimatione, quæ facit emptionem & venditionem fundusquè ſit alienatus, & de pretio creditoribus viri ſatisfactum, viro deinde effecto non ſoluendo,an poſſit contra dictos creditores agere, & pecuniam condicere, in obſer. ad deciſ.86. num.3. & 5. 130
Mulier ſi viro dedit pecuniam in dotem, eaque per virum fuit ſoluta ſuis creditoribus, ſi deinde efficiatur non ſoluendo, an poſſit mulier pecuniam illam à creditoribus condicere, in d. obſer.n.5. in medio. 130
Mulier an ſit teſtis idonea in criminalibus, in obſer.ad deciſ.221.n.2. 316
Mulier veniens ad iudicium poſt concluſum in cauſa nùm petere poſſit primum, & ſecundum beneficium,dec.323.in fine. 437
Mulier, viro ad inopiam vergente,an poſſit aſſecurationem ſuarum dotium petere ſuper illius bonis ſibi obligatis & à tertio poſſeſſis non prius diſcuſſis bonis,quæ ab ipſo viro poſſidentur, dec.152.n.1.222. & in obſer.n.1. 223
Et quid dicendum ſi Mulier agat remedio. *l.final.C. de acq.poſſ.*in d.obſer.n.2.
Mulieres licet admittantur in teſtes, minor tamen eis adhibetur fides,dec.348.n.1. 466
Mulieri atteſtanti ſe fuiſſe deoſculatam, an ſit credendum,in obſer.ad dec.221.n.1. 315
Mulieri renuncianti hypothecæ, quam habet ſuper vno corpore viri ſibi obligato, nùm obſtet, quin agere poſſit ſuper aliis,dec.148.n.2.217.& in obſer. num.3. 218
Et quid dicendum ſi Mulier ceſſerit omnia ſua iura in beneficium creditorum,d.n.2. 217

*Mulio.*

Mulio ſi gabella non ſoluta tranſeat cum mercibus per locum,vbi gabella ſoluitur, nùm domino mercium inferat præiudicium, & merces incidant in commiſſum,tanquam interceptæ, deciſ.552.n.2. & in obſer.n.1. 738

*Mutuans.*

Mutuans mille, verbi gratia infra certum tempus reſtituenda cum pacto, quòd infra annum teneatur Mutuatarius dare pro fideiuſſore Alexandrum (verbi gratia)alias ſtatim mutuum,ſit ſibi reſtituendum, ſi Alexander decedat antequam fideiubeat, an ſtatim Mutuans poſſit agere pro conſequutione ſui crediti,vel elapſo anno,in obſer. ad dec.489.num.1. 648
Mutuans pecuniam gerenti negotia alterius, intuitu tamen ipſius gerentis, ſi pecunia verſa ſit in vtilitatem Domini negotiorum, nùm contra ipſum Dominum habeat actionem ex mutuo, deciſ.176. num.3. 255

## N

*Naturalis, & Natus.*

NAturales nùm poſſint eſſe Conſiliarij Principis, armaquè Agnationis portare, in obſer.ad deciſ.4.num.2. 7
Naturales de conſuetudine quorundam locorum, nùm paternam retineat nobilitatem,in d.obſ.n.2.
Naturales tantùm, ſeu baſtardi nùm capaces ſint feudorum ſi Rex ex motu proprio illos inueſtiat, deciſ. 250.n.2.in medio, & in obſ.n.2.357.& deciſ.536. num.2.in fine. 715
Et an Naturales tantùm valeant feuda emere, in d. obſer.n.1. 357
Et an non ſolùm ſint incapaces acquiſitionis feudi, ſed etiam nequeant ſuper feudo hypothecam acquirere,in d.obſer.n.2.in fine.
Naturales tantùm an connumerentur in numero quinque

Digitized by Google

que, vel duodecim liberorum ad obtinendum à patre immunitatem à muneribus patrimonialibus, vel perſonalibus, dec. 261. n. 2. circa finem. 367
Naturales tantùm nùm comprehendatur in gratia per verba generaliſſima conceſſa, dec. 250. n. 2. 357
Naturales licet non poſſint in feudo ſuccedere, an poſſint feudum acquirere, aſſentiente Rege, vel eius viceſgerente, dec. 563. n. 2. in fine. 755
Naturaturales an non ſolùm ſint feudi incapaces, ſed etiam illius acquiſitionis vigore alicuius gratiæ generaliter conceſſæ, dec. 250. n. 1. 357
Naturalis filius legitimatus à Principe ad feudorum ſucceſſionem, an ſit capax feudi acquiſiti à patre pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, dec. 405. n. 1. & 2. & in obſer. n. 1. 539
Et quid dicendum ſi Naturalis legitimetur per ſubſequens matrimonium d. n. 2. in fine.
Et quid dicendum ſi cum naturali legitimato concurreret frater feudatarij ſiue vtrinque coniunctus ſiue ex altero tantùm latere, & feuda eſſent pecunia quæſita, quiſnam ſuccedere debeat, in d. obſer. n. 2. 540
Natus ex legitimo matrimonio, nùm præſumatur à viro & vxore procreatus licet probetur, quod vxor cum alio eo tempore adulterium commiſerit, deciſ. 138. n. 2. circa finem, & in obſer. n. 3. in medio. 203
Natus ex concubina in domo concubinarij, nùm præſumatur ex concubinario procreatus, d. num. 2. circa finem, & in d. obſer. n. 3. in medio.

*Naufragantes.*

Naufragantium bona ſi ſint hoſtium, puta Iudeorum ſi intercipiantur, an ſpectent ad fiſcum, vel ad Dominum Proregem, vel ad Magnum Admiratum Maris, dec. 77. n. 1. 111. & n. 2. & in obſer. n. 1. & 2. 112
Et an, & quando fiſco acquirantur, in obſer. ad dec. 545. num. 8. 727

*Nauigium, & Nauis.*

Nauigium ducentes ſi ſigna non oſtendant defenſionis, nùm poſſit illis imputari colluſio, vel barattaria, in obſer. ad deciſ. 545. n. 4. 726
Nauis arenatæ damnum, vid. in verb. *Nauis ſi iter ſuum.*
Nauis capta à Regali claſſe Nauali Domini Regis, an dicatur fiſco quæſita, ex eo quod obedientiam non præſtiterit vexillo Claſſis prædictæ, ſed potiùs ſigna præliandi oſtenderit, eleuando vexillum rubeum, in d. obſer. n. 2. & 3. 726
Nauis an dicatur fiſco quæſita & ab ipſo vendicetur, ſi ipſius Dominus, vel Rectores aliquid in ea illicitè impoſuerint, in d. obſer. n. 7. 727
Et quid dicendum ſi imponantur res extrahi prohibitæ, niſi ſoluto vectigali, in d. obſer. n. 7.
Nauis Dominus, ſiue eius ceſſionarius ſi pro naulo conſequendo concurrat in prætio mercium inuectarum, cum creditore anteriore Domini Mercium ipſarum, quiſnam præferri debeat, dec. 134. num. 2. 198
Et quid dicendum ſi creditor anterior eſſet fiſcus, d. num. 2.
Nauis hæbreorum Venetarum in Alexandriam Ægipti profectorum ad merces illas capiendas, ſi in regreſſu in manibus noſtras hic in Italia incideret, nùm, & nauis, & merces eſſent dictis hæbreis reſtituendæ, in d. obſer. n. 8. 727
Nauis onuſta bonis Iudæorum conductis ab Alexandria Ægipti, qui inimici ſunt noſtri Regis, ſi capiatur à claſſe Nauali ipſius noſtri Regis, an ſpectet ad fiſcum, in d. obſer. n. 2. & 3. & 5. 726
Et quid dicendum ſi dominus Nauis eſſet Venetus, & Venetiis publicè contractum feciſſet locationis nauis, Iudeis ipſis Venetis morantibus, in d. obſer. num. 5.
Nauis ſi ad euitandum naufragium, vel ad conſeruandas merces aliquod patiatur damnum, puta ſciſſionem arboris, vel antennarum, vtrum tale damnum cedat domino nauis, vel ſit contribuendum inter dominos mercium, deciſ. 213. num. 1. & 2. 303. & in obſer. n. 1. 304
Et quid dicendum ſi talis ſciſſio fiat ex propoſito, & ex conſilio illorum, qui ſunt in naui ad ſaluandas merces, & ad euitandum naufragium, d. n. 1. in fine, & in d. obſer. n. 1.
Et quid dicendum ſi ſciſſio fiat vi ventorum, d. n. 2. in fine. 304
Nauis ſi iter ſuum agens vi ventorum ad aliquos littus arenetur, & damnum patiatur, an hoc damnum cedat domino Nauis, vel ſit contribuendum inter dominos mercium, quæ ſaluæ fuerunt, in d. obſer. num. 1.
Nauis vt fiſco dicatur quæſita ob merces in illa illicitè impoſitas, nùm neceſſe ſit, vt à portu diſceſſerit ſine debitis expeditionibus, in obſer. ad dec. 552. n. 3. 739
Et quid dicendum concurrente bona fide domini nauis, in d. obſ. n. 3. in fine.

*Neapolitani, & Neapolitanus.*

Neapolitanam vxorem ducens, vt Ciuilitate gaudeat habitare debet in ciuitate, dec. 297. n. 2. 407
Neapolitani, & habitantes Neapoli, eiuſque diſtrictu nùm priuilegium habeant ex largitione Reginæ Ioannæ ſecundæ, vt non ſolùm vocari in iudicium non poſſint, neque ciuiliter, neque criminaliter, etiam ex delegatione extra Ciuitatem Neapolitanam, nec ratione rei, nec contractus, vel delicti, ſed ipſi poſſint quoſcunque conuenire, & trahere ad Tribunal Magnæ Curiæ Vicariæ, & Sacri Conſilij, & cuiuſuis alterius Regij Tribunalis, excluſo quouis priuilegio in contrarium, in obſer. ad deciſ. 215. n. 3. circa finem. 308
Et an hoc idem ſit conceſſum contra Neapolitanos extra Ciuitatem commorantes, in d. obſer. n. 3. circa finem.
Neapolitani nùm poſſint ciues caſalium ciuitatis Neapolitanæ alteri alienatorum, & conceſſorum conuenire in Magna Curia Vicariæ, vel debeant eos conuenire coram iudice loci, in d. obſer. n. 4. & 5. 308
Neapolitanorum bona tam burgenſatica, quàm feudalia, nùm ob aliquod crimen publicari poſſint, præter læſæ maieſtatis, deciſ. 51. num. 2. in fine, & in obſer. n. 1. 69
Neapolitanus contrahens Romæ, an cenſeatur prorogare iuriſdictionem, ſuo proprio iudice non conſentiente, & ratione contractus forum ſortiatur Curiæ Romanæ, dec. 191. n. 1. 275
Et quid dicendum ſi Romæ fuerit condemnatus, nùm teneatur Curia Neapolitana brachium impartiri, ſeu concedere exequatur Regium, vt ſententia illa poſſit exequi, d. n. 1. in fine, & in obſer. num. 1. 276
Neapolitanus ſi ſit inquiſitus, torqueri nùm poſſit abſque diſpenſatione Domini Proregis, deciſ. 276. num. 2. 383

*Neceſſitas.*

Neceſſitas legem non habet, nec lege reſtringitur, dec. 130. num. 2. 192

*Negans.*

Negans vnum de duobus illatis, alterum affirmare cenſetur, in obſer. ad deciſ.93.n.1. 139

*Negotiorum geſtor.*

Negotiorum geſtor nùm teneatur ad vſuras, & intereſſe, deciſ.131. num.2. 194

*Nepos, & Nepotes.*

Nepos an ſolùm dicatur filius filij, deciſ.153. num.2. 224

Nepos deſcendens ex fœmina, nùm ſuccedat in feudo, deciſ.305. num.1.416. & n.2.417. & in obſer. num.1. 418

Nepos ex filio primogenito præmortuo in ſucceſſione feudi, nùm potior ſit ſuo patruo ſecundogenito iam viuo, deciſ.465. num.2. & in obſer. num.1. 620

Nepos ex fratre an ſuccedat in feudo emptor per Patruum pro ſe, & nepote, deciſ.343.n.1.& 2.460.& in obſer.n.1. 461

Et an iſte nepos ſuccedat vt hæres defuncti, vel ex pacto, & prouidentia, & teneatur ad releuium, d. num.1.& 2.

Nepos ex fratre quando poſſit Patruo, vel Amitæ in feudo ſuccedere, deciſ.316. num.2. & in obſer.n.1. 429

Nepos ex ſorore in ſucceſſione feudi nùm excludat fratrem patruelem in terminis gratiæ de qua in Pragmatica 11. *ſub titulo de feudis*, deciſ.40. num.1.52. & in obſer.n.1. 53

Nepos in ſucceſſione feudi nùm excludat Patruum, deciſ.305.n.1. 416

Nepos an ſuccedat Patruo in feudo nouo, deciſ.137. n.2.in fine.201.& in obſer.n.1. 202

Et quid dicendum de iure Regni Neapolitani, vid. in verb. *Nepotes ex fratre, vel ex ſorore.*

Nepotes, & Neptes nùm ſuccedant Auo in feudo, quoties filij maſculi patris feudatarij ſint feudorum incapaces, quia rebelles, in obſer. ad deciſ.550.n.5. 735

Nepotes, & pronepotes nùm ſimul ſuccedant in bonis Patrui Magni, & Auunculi Magni ab inteſtato decedentis, ſaltem per viam repræſentationis, deciſ. 418.n.2.& 3.558.& in obſer.n.1. 559

Et quid dicendum attento iure municipali Neapolitano, in d.obſer.n.2.

Et quid dicendum in ſucceſſione feudorum, in d. obſer.n.1.in fine.

Nepotes ex filio nùm poſſint ſuccedere Auo in feudo ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata, ſi eorum pater delictum commiſerit, ob quod feudo prędito ſuccedere non poſſint, , in obſer. ad deciſ.519. num.2. in fine. 689

Et quid dicendum ſi pater delictum commiſerit læſæ Maieſtatis, nùm nepotes, & ſic filij delinquentis ſint pariter feudi incapaces, in d.obſer.n.2. in fine.

Nepotes ex filio præmortuo nùm proſint Auo ad immunitatem conſequendam à muneribus ob numerum duodecim liberorum, deciſ.329. num.1. & in obſer.num.1. 443

Et quid dicendum in nepotibus ex filio viuo, in d. obſer.num.1.

Nepotes ex fratre, vel ſorore, an ſuccedant in feudo nouo de Iure Regni, deciſ.158. num.1.231.& in obſer.ad dec.407.n.1.542.& in obſer. ad deciſ.562. num.1. 754

Et quid dicendum attentis nouis gratiis Catholicæ Maieſtatis Baronibus conceſſis, d. deciſ.158.n.1. 231.& in obſer. n.1.232. & in obſer. ad deciſ.483. num.3.618.& in obſer.ad deciſ.562. n.1.in medio. 754

Nepotes iure communi attento an ſuccedant Patruo decedenti ab inteſtato, concurrentibus aliis Patruis ſuperſtitibus, in obſer. ad deciſ.418.n.3. 559

Et quid dicendum ſi adhuc ſupereſſent aſcendentes, an poſſent cum illis concurrere, in d.obſer.n.3.

Et quid dicendum ſi defuncto ſolùm ſupereſſet pater, mater, ac nepos ex fratre præmortuo, nùm poſſit ſimul cum Auo, & Auia defuncto Patruo ſuccedere, non obſtante quod nullus ſuperſit ex fratribus, in d.obſer. n.3. in medio, & n.4.& n.5.6. & 7.560.& n.9. 561

Nepotes maſculi ex filiabus procreati, nùm venire poſſint in defectum filiorum maſculorum in rei conceſſione facta alicui pro ſe, & deſcendentibus ſuis maſculis, in obſer. ad deciſ.345.n.3. 463

Nepotes nùm veniant liberorum appellatione in numero quinque & 12. liberorum ad obtinendam à patre vacationem à muneribus perſonalibus, & patrimonialibus, in obſer. ad deciſ.261.n.4. 368

*Nobiles.*

Nobiles huius Ciuitatis Neapolis, nùm poſſint ad Regem noſtrum oratorem mittere non obtenta prius licentia Domini Proregis, deciſ.500.n.1. & 2.661. & in obſer.n.1.662.& n.3. 663

Nobiles Ciuitatis Sarni nùm immunitate gaudeant à functione, fiſcalium ſiue collectarum pro tertia parte, deciſ.136.n.1.& in obſer.n.1. 200

Nobiles de ſedilibus tantùm gaudere poſſunt honoribus, & prærogatiuis huius Ciuitatis Neapolis, in obſer. ad deciſ.418.num.1.in medio. 573

*Nomina.*

Nomina debitorum an veniant appellatione mobilium, vel ſtabilium vel tertiam conſtituant ſpeciem, deciſ.249.n.2. in obſer.n.1. 356

Et an comprehendantur in conceſsione bonorum mobilium, & ſtabilium vbicumque ſitorum, d.nu.2. in fine.

Et veniant in donatione omnium bonorum loco circumſcriptorum, d. num.2. in fine.

*Nominandi facultas, & Nominandus.*

Nominandi facultas ſeu poteſtas hæredem in feudo, vel in officio an tranſeat ad hæredem, in obſer. ad deciſ.411.n.1.in medio. 549

Nominandi facultas aliquem in aliquo officio, an ſit intelligenda, vt fiat ſimpliciter, vel per contractum venditionis, aut dotis, deciſ.214. numer.2. in fine. 305

Et an poſita tali facultate nominandi officium de ſui natura poſſit vendi, d.n.2.in fine.

Nominandi poteſtatem habens in officio ſibi à Rege conceſſo vnum hæredem vel filium aut generum, vel alium quemuis, an poſſit nominare hæredem extraneum, & particulariter inſtitutum, deciſ.390. n.2.520.& in obſer.n.1.& 2. 521

Nominandus in feudo, vel in officio, an debeat expreſsè nominari, vel ſufficiat tacitè, deciſ.411. n.2. & 3. 548

Et quid dicendum ſi nominari debeat verbo, vel ſcriptura, d.deciſ.411.n.4. 549

Nominantes in officio, vide in verb. *Eligentes.*

*Nominatio,*

Digitized by Google

*Nominatio, & Nominatus.*

Nominatio facta in officio de hærede extraneo cum aliquo onere, an contractum ſapiat emptionis, & venditionis, deciſ.390.n.3. 510

Nominatione facta extra Regnum per vnum ex duobus reis conuentis, vel per eius procuratorem, an poſsit vti Correus, ſi nominatione facta ante literarum commiſsionalium conſignationem è viuis deceſſerit, deciſ.164.n.1.& 2. 239

Nominatus nùm cenſeatur ex intentione illum nominandi, vel ex poteſtate data nominandi, deciſ.510. n.2.in fine. 676

Nominatus ad officium cum qualitate hæreditaria, an poſſit illud habere abſque hac qualitate, & teneatur ad omnia onera per defunctum officio impoſita,& in obſer. n.1.375.n.1.503. & in obſer. ad deciſ.382.n.2. 512

Nominatus hæres in aliquo officio ab habente poteſtatem nominandi, qui in officio talia delicta commiſerant, ob quæ tam ipſe, quàm hæres veniebat priuandus, an poſſit conſequi officium prædictum, delictis non obſtantibus, deciſ.516.n.1.& 2. 684

Et an prædicto nominato, mortuo nominante ſtatim dicatur tranſlata poſſeſſio abſque apprehenſione, d.deciſ.516.n.3. 685

Et an contra nominantem ſit ſaltem ferenda ſententia declaratoria, licèt ob delicta priuetur officio ipſo iure, d.n.3.in medio,& in obſer.n.4.

Et quid dicendum ſi nominans non priuetur ipſo iure, an requiratur ſententia priuatiua, & inductiua, d.n.3.in medio.

Et quæ ſit iſta ſententia priuatiua, in d.obſer.num.4. 685

Nominatus in officio ab habente poteſtatem nominandi vnum hæredem an ſit ad illum immittendus, non obſtante mala adminiſtratione nominantis, nec delictis in tali adminiſtratione admiſſis, deciſ. 512.num.1.& 2.678.& deciſ.516.n.1. 684

Et quid dicendum ſi nominans ſuam malam adminiſtrationem ſit in iudicio confeſſus, d.deciſ.512. num.2. & in obſer. num.1. 678

*Notarius.*

Notarius, qui interuenit in actu vt Notarius an præiudicet ſibi tanquam priuato, in obſer.ad deciſ.235. num.1. 339

Notarius, qui inſtrumentum ſtipulatus eſt venditionis rei ſibi hypothecatæ, nùm ſibi præiudicet in ſua hypotheca, in d. obſer. n.2.

Notarius ſi dicat ſe falsò fabricaſſe inſtrumentum, præcibus, vel pecunia inductus, an præiudicet inſtrumento, deciſ.6.n.1.9.& in obſer.n.1. 10

Notarias ſi in inſtrumento, quod ſtipulatur aliquid atteſtetur, ſe referens tamen ad alium inſtrumentum, quod ab ipſomet ſtipulatum eſt, an faciat aliquam fidem, vel probationem, deciſ.454. n.2.circa finem, & in obſer.n.2. 607

Notarius ſi officium exerceat abſque priuilegio, licèt Notarius communiter reputetur, an probent inſtrumenta, quæ ab eo conficiuntur, deciſ.356.n.1.476. & in obſer.n.2.& 3. 477

Notarius ſolùm in his, in quibus à Partibus fuit rogatus fidem, & probationem facit, in obſer.ad deciſ.454.n.2. 607

Notarius ſolùm à ſupremo Principe creari poteſt, dec. 356.num,1. 476

Notarius tanquam ſeruus publicus pro quolibet abſente ſtipulari poteſt, ipſique abſenti acquiritur actio abſque ratihabitione, deciſ.432.n.3. 580

Notarius vaſſallus nùm poſſit pro Barone aliquid ſtipulari, deciſ.386. num.2.516.& in obſer. n.3. & 4. 517.& deciſ.550.n.2.in fine. 733

Et an, & quando poſſit capere obligationes penès acta ad fauorem Baronis, in d.obſer.n.4. 517

Et nùm poſſit ſcribere teſtamentum Baronis, in d. obſer.n.4.in fine. 517

Et nùm poſſit aliquod ſtipulari pro conductore iuriſdictionis illius loci, in quo notarius eſt ſubditus, in d.obſer.n.4.circa finem.

Et an hæc procedant non ſolùm in Notario ſubdito natalibus, ſed etiam habitatione, in d. obſer. n.4.in medio.

*Notorium.*

Notorium an dicatur id quod conſtat ex ſententia, deciſ.152.n.1. 222

Notorium nùm inducatur ex Partis confeſſione, deciſ. 279.n.2. 386

*Nouatio.*

Nouatio nùm inducatur abſque expreſſa Partium conuentione, deciſ.105.n.1.157.& in obſer.n.1. 158

Nouatio nùm inducatur ex coniecturis claris, & indubitatis, d.n.1.in medio,& in d.obſer.n.1.

Nouatio nùm inducatur, ſi in ſecundo contractu fiat reſeruatio iurium primi contractus, d.n.1.in medio.

*Nullum, & Nullitatis remedium.*

Nulla ab initio, tractu temporis minimè confirmantur, vt retrotrahantur, deciſ.158.n.2.in fine. 231

Nullitatis remedium, ſi tempora non largiuntur ad appellandum, intra quod tempus opponi poſſit, dec. 401.num.2.532.& in obſer.num.1. 533

*Numerus.*

Numerus quot liberorum patrem immunem reddat ab oneribus patrimonialibus, & quot à perſonalibus, deciſ.261. num.1. & 2. 367

*Nundinæ.*

Nundinæ, quæ pluribus diebus quolibet anno, aliquo in loco fiunt, nùm abſque Principis priuilegio fieri poſſint, deciſ.111.n.5. 165

Et quid dicendum de mercato, quod vna, vel duabus vicibus fit in qualibet hebdomada, d.n.5.

O

*Oblatio.*

Oblatio pro affictu Gabellæ acceptata à Deputatis illius, an ſit annullanda ſi bannum per deputato publicatum nouam contineat formam, neque de iure communi, neque ſecundùm ſtylum Regiæ Cameræ, deciſ.539.n.1. 718

Et an ſit acceptanda oblatio illius, qui præcedenti anno fuit arrendator, niſi prius computa reddiderit, & reliqua, quæ debuerit ſoluerit, d.n.1.in medio.

*Obligari, Obligatio, & Obligatus.*

Obligari vt valeant bona pupilli, & minoris; quænam requirantur, in obſer. ad deciſ.211.num.1.300, & 301

Obligatio appoſita in contractu, an ſuper quolibet contractus capitulo cenſeatur repetita, deciſ.205. n.1.in medio. 292


Obligatio

Digitized by Google

Obligatio in forma Cameræ, nùm paratam habeat exequutionem, & cuius ſit naturæ, in obſer. ad deciſ. 502.n.1.in fine. 665
Obligatione in generali omnium bonorum, an veniat pecunia, mutuo accepta per debitorem, deciſ.372. n.2.in fine.498.& in obſer.n.3. 499
Et nùm veniat ipſa pecunia accepta ab ipſomet creditore, cui bona obligantur, d.num.2.in fine,& in d.obſer.n.3.
Obligationes penès acta ad fauorem baronis an poſſint capi per notarium vaſſallum, non vti notarium, ſed vti Baronalis Curiæ actuarium, in obſer. ad deciſ.386.n.4. 517
Obligatus ad faciendum intra certum tempus, vel ad pręſtandum aliud in caſu non ſequuti adimplementi ſi adimplementum ſequi non poſſit ob impoſſibilitatem, nùm ſtatim cogi poſſit ad præſtandum, vel poſt elapſum tempus, quo factum promiſſum fuit, deciſ. 489.n.1.& in obſ.n.1. 648

*Obreptio.*

Obreptio, & ſubreptio, etiam minima an reſcriptum vitiet, in obſer. ad deciſ.190.n.2. 274
Obreptionis vitium quando dicatur, & per quam clauſulam purgetur, d.deciſ.190.n.2. 273
Et vid. in verb. *Subreptio.*

*Obtinens.*

Obtinens facultatem renunciandi aliquod officium ad fauorem alterius, an poſſit illud vendere, vel renunciare accepta pecunia, in obſer. ad deciſ.223. num.2. 319
Obtinens in poſſeſſorio, ſi ſuccumbat in petitorio, an teneatur ad reſtitutionem fructuum, in obſer.ad deciſ.540.n.1. 720

*Occidens.*

Occidens conſanguineum, cui ab inteſtato erat ſucceſſurus, nùm efficiatur indignus, & fiſco bona applicentur, in obſer. ad deciſ.96.n.2. 143
Et an applicentur fiſco, etiam iſtius bona ex defuncti hæreditate obuenta, in d.obſer.n.2.
Occidens feudatarium, cui in feudo erat ſucceſſurus, an efficiatur indignus, & in feudo ſuccedat fiſcus, vel proximiores conſanguinei, ſublata occidentis perſona, ac ſi in mundo non eſſet, in d.obſer.n.2.in medio.

*Officialis.*

Officialem contra nùm poſſit Iudex per inquiſitionem procedere, dec.259.n.2.verſ. *Etenim* in medio. 366
Officiales creati à Rege ad iuſtitiam miniſtrandam ad ſui beneplacitum, nùm ſine legitima cauſa remoueri poſſint, in obſer. ad deciſ.511.n.3. 678
Officiales, qui in officio deliquerunt, an gaudeant indultu generali conceſſo à Rege omnibus delinquentibus, deciſ.112.n.3.167.& in obſer. n.2. 168
Officiali electo, à quo tempore debeatur ſalarium, nùm à die quo præſtitit iuramentum de benè, & fideliter adminiſtrando, vel à die, quo cœpit adminiſtrationem, dec.162.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 237
Officiali, qui fuit ab officio ob aliquod delictum ſuſpenſus, & deinde per viam iuſtitiæ, fuit reſtitutus, an debeatur Salarium pro eo tempore, quo non inſeruiuit, in d.obſer.n.2.
Officialis accuſatione pendente, nùm debeat ab officio ſuſpendi, deciſ.2.n.3.& in obſer.n.3. 4
Et in quo voto fuit Regia Camera in caſu, quo delicta per officialem commiſſa non erant ita grauia, d.deciſ.2.n.5.& 6. 4
Officialis adminiſtrans iuſtitiam in aliquo loco, an poſſit munus recipere notabilis quantitatis, deciſ.12. n.1.& in obſer.n.4. 16
Officialis committens delictum, an, & quando officio ſit priuandus, deciſ.2.n.2.& 4. & in obſer.n.2.4
Officialis committens in officio plura delicta, an condemnari poſſit ad Regias Triremes, & ad pœnam pecuniariam, deciſ.259.num.2.verſ.*vlterius*, in fine. 366
Officialis condemnari an poſſit ex generali tantùm inquiſitione, d.n.2.in medio. 366
Officialis contrahere an poſſit cum ſubditis, vide in verbo *Officialis perpetuus.*
Officialis contrahere an poſſit cum aliis de rebus, quæ ſunt in Ciuitate, vbi eſt officialis, deciſ.59.n.2. 84
Et an poſſit ratificare contractum finito officio, d. num.2.
Et an talis contractus firmetur iuramento, d. nu.2. in fine. 84
Officialis extorſionem, aut barattariam committens, vel plus debito exigens pœna dupli punitur, & quandoque pœna mortis, deciſ.260. num.1. & in obſer.n.1. 367
Officialis grauius delinquere an dicatur, quàm perſona priuata, deciſ.259.n.1.& in obſer.n.1. 366
Officialis iniuriatus an, & quando procedere poſſit contra ſe iniuriantem, in d. obſer. ad deciſ.242. n.2. 348
Officialis in officio deliquens, vt poſſit ab adminiſtratione ſuſpendi, quæ requirantur, in obſer. ad deciſ.2.n.4. 4
Officialis inquiſitus de barattariis an torqueri poſſit ex proceſſu informatiuo, deciſ.46. num.1.& num.3. in fine. 63
Officialis mercaturam exercens in prouincia, quam regit, nùm ſit officio priuandus, vel pro prima vice ſolùm priuari debeat prouiſione vnius anni cum emolumentis, pro ſecunda verò vice officio, deciſ.159. n.1.& 2. 233
Officialis ob delictum in officio commiſſum, pendente inquiſitione, nùm poſsit ab officio ſuſpendi, deciſ. 301.num.2. 412
Et quid ſeruetur in Reg. Camera tam in delictis grauibus, quàm leuibus, d.n.2.& in obſer. n.1. 413
Officialis pecuniarius adminiſtratione pendente effectus diues, an præſumatur diues effectus de pecunia Domini, deciſ.380.n.4. 509
Officialis pecuniarius fiſci, ſi durante adminiſtrationis tempore aliqua bona acquiſiuit, nùm præſumatur acquiſiuiſſe pecunia fiſcali, vel potius propria, dec. 71.n.2.& in obſer.n.1. 104
Officialis pecuniarius fiſci, ſi fiſci pecuniam in proprios vſus expenderit, qua pœna ſit plectendus, in d.obſer. n.2.104.& deciſ.112.n.2. 167
Et nùm teneatur ad duplum, vel ad nonuplum, aut lege Iulia repetundarum, vel lege Iulia de reſiduis, d.dec.112.n.2.167.& in obſer.n.1.168.& deciſ.259. num.1. 366
Et quid dicendum ſi expenderit pecuniam incorporatam fiſco, puta ſi eſſet iam exacta per Perceptorem, d.n.2.circa finem. 167
Et an huiuſmodi officialis detineri debeat in carceribus, & non aliter relaxandus, quàm ſub fideiuſſoria cautione, d.n.2.in fine.
Officialis pecuniarius Regis ſi in introitu ſuorum computorum omiſit ponere quandam partitam pecuniæ fiſcalis, quam exegerat, an puniri poſsit pœna nonupli, deciſ.523.n.1.& 2. 694
Officialis perpetuus in prouincia, quam regit, an poſsit licitè contrahere, deciſ.2.n.1.3.& in obſer.n.1. 4
Et quid dicendum de officiale ſine iuriſdictione, ſiue perpetuus,

Digitized by Google

perpetuus, ſiue temporalis ſit, an poſſit licitè contrahere, d.n.1. 3
Et quid dicendum de officiale temporali, nùm durante officio poſſit cum ſubditis contrahere, dec.12. n.1.verſ.*fuit*,& in obſer.n.1. 16
Et cui ſit applicanda pœna, Parti,an fiſco, etiam ſi Officialis contrahat ſine oppreſſione, d.dec.12.n.2.
Et an ſit applicanda Parti, ſi contrahat cum oppreſſione,vt oppreſsio probetur,d.deciſ.12.n.3.
Et quid dicendum ſi oppreſſio non probetur, d. deciſ.12.n.4.
Et quid dicendum ſi contractus fiat ab officiale publicè, & palam, ac bona fide,ita vt nedum oppreſſio probetur,ſed nec præſumatur, an ſolùm contractus ſit nullus, ſed officialis puniri non debeat, d. deciſ.12.n.5.
Officialis perpetuus an poſſit cum ſubditis contrahere, oppreſſione ceſſante, in obſer. ad d. deciſ.12. num.2. 16
Et an, & quando poſſit à ſubditis recipere donationem remuneratoriam, d. deciſ.12.n.5.in fine, & in d.obſer.n.3. 16
Officialis pro crimine barattariæ, an poſſit conueniri durante officio, ſufficiatquè ſola promiſſio ad barattariam committendam, in obſer. ad deciſ.160. n.1.in fine. 367
Officialis propter culpam, & negligentiam in officio commiſſam,an poſsit priuari officio, deciſ.114.n.1. & in obſer.n.1. 170
Officialis propter inſufficientiam, & inhabilitatem, nùm poſſit officio ſuo priuari, d.deciſ.114.n.2.& in obſer.n.2. 170
Officialis, qui facultatem habet aliquem nominandi in officio, ſi promittat aliquem nominare, an talis promiſsio vim habeat nominationis, deciſ.214.n.1. 304.& 305.& in obſer.n.1. 305
Officialis Regius ad portus cuſtodiam deſtinatus, ſi licentiam dat extrahendi victualia à Regno, quibus pœnis affici debeat, deciſ.14.n.3. 19
Officialis Regius ſi ſurripuerit pecuniam fiſcalem,qua pœna teneatur,deciſ.226.num.2. & in obſer. nu.1. 323
Et qua pœna puniatur ſi in computis de aliqua partita introituum non fecit, vel dixerit illam eſſe in reſiduo,& verùm non erat,d.n.2.
Officialis Regius ſi de barattaria, vel aliis inquiratur, nùm ex ſola fuga ſit delictum probatum, deciſ.257. n.1.& 2. 364
Et an ipſa fuga ſit delictum, in obſer.ad d.dec.257. num.1. 364
Officialis ſi inquireretur de crimine, pro quo veniret officio priuandus vel pecunia mulctandus, & decedat ante litem conteſtatam, an poſsit fiſcus iudicium proſequi cum hærede, in obſer. ad deciſ.2. num.5. 5
Officialis ſi pecuniam fiſcalem exegerit eamquè Regiæ Curiæ non reſtituerit, ſed penès ſe retinuerit totam, qua pœna puniatur,& qua pœna,ſi partem, deciſ.14.n.2. & in obſer. nu.2.19. & deciſ.226.n.2. 323
Officialis ſi ſuos exequutores, ſeu familiam, in officio delinquentes iudici præſentauerit,an debeat,& poſſit carcerari,vel cum eo agatur tantùm ciuiliter,dec. 530.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 706
Officialis an ſtatim ingreſſus Prouinciam poteſtatem habeat adminiſtrandi vel debeat prius præſtare iuramentum, deciſ.236.n.3. 346
Officialis ſubſtituens alium in ſuo officio, an teneatur de culpis,& defectibus ſubſtituti,deciſ.206.n.3.293. & in obſer.n.3.294.& dec.325.n.1.438.& dec.530. n.2.& in obſer.n.2. 70



Et quid dicendum ſi officialis ſubſtituerit idoneum à ſuperiore tamen non approbatum, d. deciſ.206. n.3.in fine. 293
Et quid dicendum ſi ſubſtituens poteſtatem ſubſtituendi haberet à lege, vel ab homine, in obſer. ad deciſ.206.n.4. 294
Et an, & quando liberetur ſubſtituens, ſi ſubſtitutum delinquentem exhibuerit,d. deciſ.206.num.4. 293. & in obſer. num.5.295. & deciſ.325. num.1. 438
Officialis ſubſtituere alium in ſuo officio an poſsit, ſi ſubſtituendi poteſtatem non habeat, d. deciſ.260. n.2.293.& in obſer.n.1. 294
Et quid dicendum ſi officium ſuum aliter exercere non poſſit,niſi aliorum vtatur miniſterio,d.dec.206. n.4.in medio. 394
Officialis ſubſtituens in locum alterius abſentis, nùm cenſeatur pariter ſubſtitutus in caſu mortis ejuſdem, in obſer.ad d.deciſ.206.n.2. 294
Officialis ſupremi potius perſona, & dignitas ſpectatur, quàm ſeruitium,deciſ.507.n.2. 671
Et qua ratione illi debeatur Salarium, nùm potius ratione dignitatis,quàm ſeruitij,d.n.2.
Officialium Regię Cancellarię electio nùm ſpectet ad Dominum Regem vel ad Regni Secretarium pro tempore, deciſ.356.n.1.476.& in obſer.n.1. 477

## *Officia, & Officium.*

Officia magis ſimbolum habent cum feudis, quàm cum allodiis, in obſer. ad deciſ.551.num.1. in fine. 736
Officia manualia an poſsit Rex ad ſui libitum vni dare, & ab altero auferre, deciſ.511. numero 1. 676
Officia omnia,an ita ſint in manu Regis, ita vt poſsit illa vni auferre,& alteri concedere,dec.185.num.2. 267
Et an Rex peccet,ſi id faciat ſine cauſa, d.num.2.in medio. 268
Officia de ſui natura nùm tranſeant ad hęredes,vel extinguantur cum perſona,cui fuerant conceſſa,deciſ. 230.n.2.& in obſ.n.1. 329
Et an tranſeant ad filios,d.n.2.
Et quid dicendum ſi in conceſsione apponatur clauſula, ( *in perpetuum* ), d.n.2.
Officia de ſui natura an ſint perſonalia, & cum perſona extinguantur.deciſ.70.n.2. 103
Et an tranſeant ad hæredes, d.n.2.
Et an ſint ad inſtar vſusfructus,d.n.2.
Officia plura ſi quis exerceat,nùm plura poſsit habere ſalaria, in obſer. ad deciſ.308.n.1. 421
Officia ſi ſint compatibilia an poſsit vnus ſubſtinere vicem duorum, deciſ.78.n.2.& in obſer.n.1. 113
Officij priuationis cauſa ciuilis eſt, deciſ.440. n.2. in fine. 590
Officium ampliatum in hæredem, nùm in illius perſona dicatur nouum, licèt à primo conceſsionario facta fuerit nominatio, deciſ.185.nu.3. & in obſer. num.2. 268
Officium conceſſum vni,an poſsit Princeps ab illo auferre,& alteri dare,& etiam nulla concurrente cauſa, deciſ.554.n.1.& 2. 740
Et an peccet Princeps id faciens ſine cauſa, deciſ. 185.n.2.in medio. 268
Officium conceſſum à Rege ad ſui beneplacitum,licèt ſit perpetuum,an poſsit ad libitum reuocare, deciſ. 511.n.2.& in obſer.n.1. 677
Officium conceſſum pro ſe, & hæredibus ex corpore deſcendentibus, an comprehendat hæredem extraneum,deciſ.381.n.2. 510

Et quid dicendum ſi ſit conceſſum pro hæredibus in perpetuum, d. numero 2.

Et an comprehendat fœminas, d.dec.381.n.3. 511

Et quid dicendum ſi fœmina eſſet capax officij de conſuetudine, in obſer.ad d.deciſ.381.n.2. 511

Et quid dicendum ſi ſit conceſſum pro ſe, & vno hærede, an comprehendat hæredem extraneum, deciſ. 382.n.1.& 2. 512

Et an comprehendat fœminam hæredem inſtitutam in prædicto officio, d.n.2.& in obſer.n.3. 512

Officium conceſſum pro ſe, & hæredibus ſuis, an extinguatur cum perſona, deciſ.230.n.2.in medio. 329

Officium conceſſum patri, & filio inſolidum, vt vno defuncto ſuperuenienti acquiratur, ſed contemplatione patris ſit conceſſum, an poſſit per patrem renunciari in præiudicium filij, dec.285.n.1.& 2.393

Et an hoc officium dicatur profectitium, d. num.2. 394

Officium cur extinguatur cum perſona, dec.230.nu.2. in medio. 329

Officium de ſui natura perſonale eſt, neque ad hæredes ſanguinis tranſmittitur, deciſ.364.n.1. 487

Et quid dicendum ſi ſit conceſſum in perpetuum, d. num.1.

Officium iudicis conquieſcere debet pendente relatione ad ſuperiorem, deciſ.325.n.1.in fine. 438

Officium pecunia à patre, quæſitum pro ſe, & vno hærede in vita, vel in morte nominando, & nominatione non facta, is ſuccederet, qui legitimus eſſet hæres, ſi pater ipſe tres habens filios primogenitum hæredem vniuerſalem inſtituat, ſecundogenitũ verò nominet in officio, & tertiogenito legatum relinquat, eo addito, vt legato ſit contentus, & deinde ſecundogenitus patri præmoriatur, quo, & tandem defuncto, nulla alia in dicto officio nominatione facta, & demum è viuis decedat primogenitus, qui patris adiuit hæreditatem, inſtituto ſibi hærede tertiogenito, nũm officium ſpectet ad tertiogenitum, vel ad fiſcum, deciſ.551.n.1.& 2. 735

Et quid dicendum ſi primogenitus decedat non adita patris hæreditate, in obſer.ad d.deciſ.551.n.3.736

Officium pecunia quæſitum per patrem pro ſe, & vno hærede in vita, vel morte nominando, eo addito, vt nominatione facta non ſuccedat legitimus hæres, ſi pater ab inteſtato decedat, nulla facta nominatione, an ſuccedat primogenitus ad inſtar feudi, vel omnes filij, in obſer. ad deciſ.551.n.1. 736

Et an filius primogenitus ſuccedens in feudo teneatur illius æſtimationem cum fratribus conferre, in d.obſer.n.1.in medio.

Et quid dicendum ſi ſimus in linea collaterali, in qua ceſſat collatio, in d.obſer.n.2. 736

Officium per Dominos Proreges prouideri an poſſit, ſi eius ſalarium ſummam excedat annuorum ducatorum centum, deciſ.554.n.3. 741

Officium prorogatum in alicuius perſonam nũm cenſeatur de nouo conceſſum, vel eſſe illud idem, & cum eadem qualitate, deciſ.185.n.2.circa finem.268

Et quid dicendum ſi fiat prorogatio cum noua qualitate, d.n.2.in fine.

Officium, quod competit filio ex nominatione patris, an dicatur profectitium, deciſ.375.n.2. 502

Officium Regium ſi quis poſſideat, vti Regis Miniſter, nũm poſſit contra Regem aliquam allegare præſcriptionem, deciſ.466.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 621

Officium Regium ſi ſit à patre relictum filio, nũm ſit in legitimam imputandum, dec.582.n.2.in fine.779

Officium ſi ſit acquiſitum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, an poſſit venire hæres, ſeu ſucceſſor ſingularis, in obſer.ad deciſ.390.n.2. 521

Officium ſi ſit acquiſitum pro ſe, & hæredibus an veniant omnes hæredes in infinitum, & in illo ſuccedant etiam fœminæ, deciſ.364. n.1. & in obſer. num.1. 487

Officium ſi ſit alicui conceſſum pro ſe, & hæredibus in perpetuum, an, & quando conceſſionarius, eiuſque hæredes, & ſucceſſores teneantur ſoluere collectas pro eo, quod dictum officium ſingulis annis eſt in redditu, deciſ.469.n.1. 624

Et an ſit collectandum officium, quod non eſt conceſſum in perpetuum, ſed morte conceſſionarij extingueretur, d.n.1.in fine.

Officium ſi ſit conceſſum ſimpliciter, nec dictum ſit in feudum, nũm intelligatur conceſſum in feudum, vel in burgenſaticum, vt propterea conceſſionarius teneatur ad collectas, d.n.1.& in obſer.n.1. 624

Officium ſi duobus reperitur conceſſum, quorum vnus eſt prior in data, ſed poſterior in poſſeſſione, alter verò è contra poſterior in data, ſed prior in poſſeſſione, vter eorum præferendus ſit, deciſ.107.n.1.& 2. & in obſer.n.1. 160

Et quid dicendum ſi prior in data obtinuit à Prorege, poſterior verò ab ipſo Rege, d.n.2.

Officium ſi duobus ſit conceſſum diuerſis temporibus, ita vt vnus ſit prior in data, alter verò prior in adminiſtratione, vter eorum præferri debeat, dec.447. n.1.& in obſer.n.1. 598

Et quid dicendum ſi Princeps, dando Officium non feciſſet gratiam, ſed cõtraxiſſet, d.n.2.& in d.obſ.n.2.

Et vide in verb. *Prior.*

Officium ſi duobus ſit inſolidum collatum, nũm delictum vnius noceat ſuo collegæ, deciſ.168. n.1.& 2. & in obſer.n.1. 244

Officium ſi ſit collatum alicui à Principe, qui eodem die mandauit Proregi, vel præſidi, vt illud idem alteri conferretur, vter præferri debeat, ſi de anterioritate temporis illius diei, non conſtat, & prouiſus à Prorege, prius adeptus ſit poſſeſſionem, deciſ.508.n.1. 672.& in obſer.n.1. 673

Officium ſi quis acquiſierit cum facultate nominandi vnum hæredem, vel ſucceſſorem tam in vita, quàm in morte; ſi ob delictum huiuſmodi officio priuetur, nũm, poſt condemnationem poſſit nominationem facere, dec.440.n.1.589. & num.2. & in obſer. n.1. 590

Officium ſi quis à Rege aſſequatur cum facultate nominandi vnum hæredem, vel filium, aut generum, vel quemlibet, an poſſit nominare hæredem extraneum, deciſ.390.n.2.520.& in obſer.n.1. 521

Officium ſi fuerit à Principe conceſſum cum clauſula, (*prout prædeceſſores tui tenuerunt*), an hic nouus conceſſionarius fieri poſſit aliqua prærogatiua, puta augumenti Salarij, &c. qua fruitus fuit poſtremus conceſſionarius, dec.557.n.1.& 2.745.& in obſ.n.1.746

Et quid dicendum ſi prærogatiua fuerit conceſſa per gratiam perſonalem, vel realem, d.n.1.

Et an in dubio conceſſa cenſeatur per gratiam realem, d.n.2.

Et quid dicendum ſi conceſſio eſſet facta nouiſſimo conceſſionario ex certa ſcientia, in d.obſer.n.1. 746

Officium ſi quis acquiſiuerit à Rege cum facultate illud renunciandi perſonæ ſibi bene viſæ, an valeat renunciatio, ſi illud renunciauerit in mortis articulo, dec. 223.n.2.319. Et vid. in verb. *Renunciatio.*

Officium ſi quis procurauerit, an teneatur de culpa leuiſſima, nec ſufficiat eligere in officio perſonam diligentem, ſed debeat diligentiſſimam, dec.182.n.2. & in obſer. n.1. 262

*Omnis.*

*Omnis* dictio, facit, vt veniat in diſpoſitione id quod abſque illa non veniret, deciſ.265.n.2.in fine. 371


*Onera.*

Digitized by Google

*Onera.*

Onera adiuncta rei venditæ,ſi propter illa vilius vendatur pars pretij dicuntur,deciſ.170.n.4. 247
Onera rei legatæ,vel donatæ ſi ſint extrinſeca, vel intrinſeca à quo ſint ſoluenda,núm à legatario,vel donatario,an ab hærede vniuerſali,deciſ.360.n.2.& in obſer.n.1. 482
Et quid dicendum ſi legatum fiat perſonæ coniunctæ, d.n.2.in medio.
Et quid dicendum ſi legatum cum oneribus legatario non eſſet proficuum,& ex teſtatoris mente conſtaret voluiſſe legatum valere, d.n.2.
Onere duplici vno eodémque anno nemo debet grauari,dec.371.n.1. 497

*Oppoſitio,& Oppoſitum.*

Oppoſitio,quæ fit in iudicio de iure tertij an,& quando releuet opponentem,deciſ.464.n.2. in fine,& in obſer.n.3. 619
Oppoſitum id operatur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito,in obſer.ad deciſ.438.n.1. 588

*Ordinatus, & Ordo.*

Ordinatus prima clericali tonſura ab aliquo Abbate Sancti Benedicti,ſi delinquat, & capiatur, núm ſit ad iudicem Eccleſiaſticum remittendus, deciſ.101.n.1.150.& in obſer.n.1. 151
Ordinatio prima clericali tonſura à non habente poteſtatem,an imprimatur character, d. deciſ.101.n.2.circa finem. 151
Ordo ſi conferatur non ſubdito an, & quando imprimatur Character,vel ordinis impediatur exequutio, d.n.2.in fine,& in d.obſer.n.2. 151

*Originale.*

Originale ſi non reperiatur,núm ſtandum ſit Regiſtro, deciſ.363.n.1.in fine. 486
Originali in dubio ſemper ſtandum eſt, quoties diuerſum eſt à Regiſtro,d.n.1.circa finem.

*Oſculans,& Oſculum.*

Oſculans mulierem per vim, núm puniri debeat pœna mortis, deciſ.221.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 315
Et qua pœna puniri debeat, ſi præceſſerit tractatus matrimonij,in d. obſer.n.1.circa finem.
Oſculantis delictum núm ſit extraordinarium,& pœna extraordinaria puniendum, d.n.2.in medio.
Et an ob delictum poſſit procedi ad foriudicationis ſententiam elapſis ſex menſibus à die contractæ contumaciæ, in d.obſer.n.1.
Oſculum pars dicitur adulterij, d.n.2.

P

*Paciſci, Pacta, & Pactum.*

PAciſci de feudo cum Agnato aliter,quàm per refutationem núm liceat,in obſer. ad deciſ.550.n.2. in medio. 734
Pacta incontinenti appoſita in contractu,núm cẽſeantur illi ineſſe, dec.133.n.2.in fine.196.& deciſ.563.in fine. 755
Pacta in refutatione appoſita ſi non ſubſiſtant defectu aſſenſus,an corruat tota refutatio, in obſer. ad deciſ.550.n.2.in medio. 734
Pactum an cenſendum ſit perſonale,ſi ſonet in merum factum, deciſ.111.n.2. 165
Pactum an cenſendum ſit reale ſi fiat pro hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſalibus, & particularibus in perpetuum, d. deciſ.111. numero 3.
Et an cenſeatur reale ſi fiat promiſſio ſub nomine dignitatis, d.n.3.
Pactum de futura ſucceſſione an, & quando ſit validum, in obſer. ad deciſ.5.n.2. 9
Et an valeat ſi fiat ſuper certa parte bonorum,& non ſuper tota hæreditate, deciſ.318.n.2.430.& in obſer.n.1. 431
Pactum de non exigendo ius Dohanæ in alterius territorio, an ſit perſonale, vt non noceat ſucceſſores particulares, deciſ.111.n.1.165.& in obſer.n.1. 166
Pactum de non reuocando venditionẽ feudi ex defectu aſſenſus non impetrati,núm de iure ſubſiſtat,ſi fiat à principio, vel ex interuallo,& ex poſt facto, deciſ.498.n.2.in fine.659.& in obſer.n.3. 660
Pactum de re feudali an valeat ſine Regis aſſenſu, quamuis incontinenti fiat in contractu de iure valido, deciſ.563.n.2.in fine. 755

*Pactum de retrouendendo.*

Pactum de retrouendendo ad certum tempus reſtrictum,an exerceri poſſit, ſi probabilis de eo concurrat ignorantia,in obſer.ad deciſ.573.n.1.in fine.766
Pactum de retrouendendo ad certum tempus reſtrictũ, núm extinguatur eo tempore elapſo, d.dec.573.n.2. 765
Et an adhuc exerceri poſſit hoc pactum per repreſentantem venditoris perſonam tempore elapſo, ſi venditoris perſonæ competat reſtitutio in integrum ex clauſula generali, (*ſi qua mihi iuſta cauſa*) ex capite ignorantiæ, d.deciſ.573.n.1.& 2. 765
Pactum de retrouendendo appoſitum in contractu, ea tamen lege, vt exerceri non poſſit,niſi tali tempore elapſo,& non prius,núm de iure ſubſiſtat,in d.obſer.num.2. 766
Et quid dicendum ſi hoc pactum appoſitum fuerit in venditione annuorũ introituum,in d.obſ.n.2.in med.
Pactum de retrouendendo an,& quando contra ſingularem rei venditæ ſucceſſorem exerceri poſſit,deciſ.570.n.1.& in obſer.n.1.& 2. 762
Et quid dicendum ſi emptor pro obſeruantia contractus bona ſua obligauit, d.n.1.in fine.
Et quid dicendum ſi ſpecialis eſſet interpoſita conuentio, vt nullo pacto res vendita poſſit in alium transferri, cum ſpeciali tamen hypotheca eiuſdem rei, in d.obſer.n.2.in fine. 763
Pactum de retrouendendo feudum, núm poſsit ſine aſſenſu remitti, deciſ.116.n.4.& in obſer.n.2. 173
Et ſi hoc pactum ſit temporale, núm poſſit abſque aſſenſu prorogari,deciſ.133.n.3. 197
Pactum de retrouendendo ſi ſit perpetuum,& abſq; præfinitione temporis,núm præſcribatur aliquo temporis ſpatio, in obſer. ad deciſ.61. n.2.& 3.87.& in obſer. ad deciſ.573.n.1. 766
Pactum de retrouendendo tẽporale,núm fiat perpetuũ ex modicitate pretij, in d.obſ.n.1.circa medium. 87
Pactum de retrouendendo temporale,an poſſit exerceri poſt lapſum tempus,ſi concurrat læſio in pretio,in obſer.ad deciſ.133.n.3.197.& in obſer.ad dec.573.n.1.in medio. 766
Pactum de retrouendendo temporale, núm tempore elapſo poſsit contra emptorem exerceri moram purgando intra modicum tempus, deciſ.142.n.2. 207
Et an poſsit venditor purgare moram poſt longum tempus, d.n.2.
Et quid dicendum in venditione bonorum ſtabilium, in obſer. ad d.deciſ.142.n.1. 208
Pactum factum ſuper eo, quod Partes diſponere non poſſunt, licet fiat incontinenti poſt contractum, quem facere poſſunt, núm vitietur, firmo remanente principali contractu,dec.563.n.2.in fine. 557

Pactum in contractu appoſitum venditionis annuorum introituum, per quod liceat vẽditori intra certum tempus tantùm redimere, & non vltra, vel ſit dictum, vt cenſus arbitrio emptoris maneat, an ſit illicitum, & reprehenſibile, in obſer. ad dec. 573. n. 2. in fine. 766

Pactum, quod in inſtrumentis ſolet indies apponi, vt ſolutio per teſtes probari non poſſit, ſed ſolùm per ſcripturas, nùm de iure ſubſtineri poſſit, in obſer. ad deciſ. 435. n. 2. 584

Pactum, vt non poſſit venditor intra certum tempus annuos reditus redimere, ſed poſt, an licitè poſſit apponi, in obſer. ad dec. 142. n. 2. 208

*Paludes.*

Paludes, quæ ſunt in teſtamento, & pertinentiis huius Ciuitatis Neapolis, an ſint de Regio domanio, deciſ. 566. num. 1. 758

*Papa.*

Papa, ſeu Epiſcopus ſciens aliquem eſſe ordinum incapacem, conferendo eidem ordines nùm cenſeatur ſuper incapacitate diſpenſare, in obſer. ad dec. 473. num. 2. 587

Papa ſi primo vni beneficium conferat, idemquè deinde alteri, qui illius poſſeſſionem acquirit vter eorum ſit in beneficio præferendus, deciſ. 446. n. 2. 597

Papa ſi vno eodemque die beneficium alicui conferat, ipſaque die, vt idem beneficium alteri conferretur mandauerit, nec conſtet de anterioritate datæ nùm præferatur ille, cui beneficium fuit collatum à Papa, tanquam habens in illo pinguius ius, deciſ. 508. n. 1. in fine 672. & in obſer. n. 1. in medio. 673

*Paragium.*

Paragio in taxando in bonis feudalibus, nùm ſint imputanda bona burgenſatica, dec. 52. n. 4. 71

Paragio pro conſequendo à fratre in aliquo feudo, an competat ſorori actio hypothecaria, vel perſonali, in obſer. ad dec. 91. n. 2. 137

Paragium an debeatur tam in bonis paternis, quàm maternis, & tam in bonis feudalibus, quàm allodialibus, dec. 417. n. 2. 556

Et an debeatur vna cum fructibus à die mortis patris, vel ſolùm debeantur alimenta, d. n. 2. & in obſer. num. 1. 557

Paragium fœminis debitum, quantum ſit in obſer. ad deciſ. 1. n. 7. 3

Paragium fœminis debitum an ſit præſtandum in pecunia, in d. obſer. n. 6. 3

Et an audiatur frater primogenitus, qui in feudo ſucceſſit, ſi pro paragio debito ſorori, velit illi correſpondere tot annuos, vel aſſignare ſorori corpus allodiale pendente ſolutione ſortis principalis, in d. obſer. n. 6.

Et quid dicendum ſi tractaretur de taxando paragio ſuper bonis allodialibus, an poſſit cogi frater ad præſtandum paragium in pecunia, in d. obſer. n. 6. in medio.

Paragium filiæ, vel ſororis nuptæ, & dotatæ, à patre, vel ab extraneo, quomodo taxetur in bonis maternis, in obſer. ad dec. 52. n. 3. 72

Paragium filiarum Magnatum, & Procerum Regni, & Monialium quantum ſit, in obſer. ad dec. 1. n. 7. 3. & in obſer. ad deciſ. 52. n. 2. 71

Paragium an ſit taxandum ad inſtar legitimæ. d. deciſ. 52. n. 1. & in obſer. n. 1. 71

Et quod tempus ſit inſpiciendum ad illud taxandum, nùm mortis fratris, vel Aui, in caſu, quo paragium per Neptem peteretur à Patruo, vel à Nepotibus, d. dec. 52. n. 1. & 2. 71

*Parentes.*

Parentum nomine nùm ſolum veniant Aſcendentes, vel etiam Collaterales, in obſer. ad dec. 143. num. 6. 210

*Pars maior.*

Pars maior creditorum an præiudicet minori in concedenda dilatione debitori, in obſer. ad dec. 128. n. 1. & num. 4. 190

Pars maior creditorum diſſentiente minore, an poſſit ſtatuere, vt communis debitoris patrimonium adminiſtretur à duobus, vel tribus, aut quatuor ex ipſis, in d. obſer. n. 4.

Pars maior nobilium de ſede huius ciuitatis Neapolis an præiudicet minori in aggregando alium nobilem ad ſedile, in obſer. ad dec. 388. n. 2. in medio. 518

Pars maior an præiudicet aliis in actibus meræ voluntatis, dec. 130. n. 2. in fine 192. & dec. 432. n. 2. 580. & in obſer. n. 2. 581

Pars maior, vt minori præiudicet nùm requiratur, vt omnes ſint vocati, qui in Ciuitate reperiuntur, dec. 128. n. 2. 189

Pars maior nùm repreſentet vniuerſos, d. n. 2.

*Pars maior Vniuerſitatis.*

Pars maior Vniuerſitatis, vel collegij, vt præiudicet minori, quæ requirantur, in obſ. ad dec. 128. n. 2. 190

Pars maior Vniuerſitatis an ſufficiat in his, quæ pluribus communia ſunt, vt vniuerſis, d. dec. 128. n. 1. & in d. obſ. n. 1.

Et an ſufficiat in his, quæ pluribus communia ſunt, vt ſingulis, d. n. 1. & in d. obſer. n. 1.

Et an in his, quæ ſunt communia pluribus, vt ſingulis poſſit conſenſus ſeparatim adhiberi, in d. obſer. num. 3. 190

Pars maior Vniuerſitatis, an liget minorem partem, & ſic non conſentientes in actibus meræ voluntatis, dec. 432. n. 2. 580. & in obſ. n. 2. 581

Et quid dicendum in donatiuis, quæ per Vniuerſitatem fiunt Domino Regi ob imminentes neceſſitates belli, in d. obſer. n. 3. 581

Pars maior Vniuerſitatis an, & quando præiudicet minori, deciſ. 388. num. 2. & in obſer. n. 2. 518

Et an præiudicet abſentibus, & diſſentientibus, d. num. 2. in fine.

Et quænam requirantur, vt pars maior minori præiudicet, in d. obſer. n. 3.

Pars maior Vniuerſitatis an præiudicet minori in confirmatione Officialis, in d. obſer. n. 2. in medio. 518

Pars maior Vniuerſitatis an poſſit reuocare geſta per totam Vniuerſitatem, dec. 128. n. 2. 189. & in obſer. ad dec. 388. n. 4. 518

Partem non facit, qui non admittitur ad partem, nec ſperat admitti, dec. 25. n. 2. 33

*Pater.*

Pater adminiſtrans bona filij aduentitia an teneatur conficere inuentarium, in obſer. ad dec. 310. n. 1. 423

Pater donans filio feudum cum Regio aſſenſu, ſi deinde decedat filius ſine liberis, an in illo ſuccedat pater, in obſer. ad dec. 403. n. 5. 537

Pater, & filius ſi confiteantur recepiſſe dotem promiſſam filio, nùm præſumatur totam perueniſſe in poſſe patris, in obſer. ad deciſ. 199. n. 3. 285

Pater feudum, quod poſſidet, an poſſit donare, vel obligare

Digitized by Google

gare filio primogenito abſque aſſenſu Regis, deciſ. 244.n.3.& in obſer.n.1. 351
Pater feudum hæreditarium an poſſit donare, vel alienare in ſecundogenitum, inſcio, vel ignorante primogenito,dec.133.n.4. 197
Pater in feudo, vel Emphyteuſi ipſius contemplatione quæſita,an poſſit filio præiudicare, tum contrahendo, tum delinquendo, deciſ.375.numer.2. in fine. 502
Pater in feudo à ſe refutato ſuo filio an ſuccedat ipſi filio decedenti ſine liberis,in obſer.ad dec.143.n.2. in fine, 210. & in obſer.ad dec.403.n.4. 537
Pater inſtituens filium hæredem, eique alium ſubſtituens ſi ſine liberis decedat, an poſſit tacitè,vel expreſsè prohibere illi detractionem falcidiæ, vel trebellianicæ, deciſ.355. num.2. 475.& in obſer. n.1. 476
Pater licet poſſit filio feuda refutare ſine aſſenſu, non poteſt abſque illo aliquid ſibi in refutatione reſeruare, deciſ.294. num.1.in medio 404. & in obſer. num.3. 405
Pater an poſſit denegare filio alimenta in omnibus illis caſibus,in quibus poteſt eum exhæredare, dec. 80.n.2.116.& in obſer.n.4. 117
Pater propter famis neceſſitatem, nùm poſſit vendere filium.dec.348.n.2.in fine. 468
Pater ſi donet aliquid filio ſua vita durante, & poſt eius mortem donet nepoti præſenti, & ſtipulanti pro ſe,& hæredibus,qui demum viuo eius patre primo donatario deceſſit relicto filio,& ſic pro nepote donantis,an donatio debeatur pronepoti prædicto, deciſ.183.n.3. 263
Pater ſi duodecim ſit oneratus liberis an ſit exemptus ab omnibus gabellis, cæteriſque muneribus realibus,& perſonalibus, dec.113.n.1. 168. & dec.261. num.2. 367
Et quid dicendum ſi ſit oneratus quinque liberis, an habeat vacationem à muneribus perſonalibus,d. dec.261.n.2.in fine. 367
Et quid dicendum ſi inter duodecim liberos reperiantur aliquæ filiæ fœminæ nuptæ, d. deciſ.261. num.1. 367
Et quid dicendum reſpectu excuſationis à muneribus perſonalibus,an proſint filiæ nuptæ,in obſer.ad d.dec.261.n.2. 368
Et an præſtent patri vacationem à muneribus perſonalibus ante ſuperuenientiam liberorum ſuſceptis,in obſer.ad dec.261.n.3. 368
Et an in hac materia liberorum appellatione contineantur nepotes,in d.obſer.n.4.
Et an iſta immunitas competat patri ipſo iure, vel requiratur ſententia declaratoria, vel ſatis ſit patrem ſupplicaſſe pro immunitatis declaratione, dec. 113.n.2.& in obſer.n.3. 169
Et an ceſſet immunitas prædicta, ſi vnus ex duodecim,vel quinque liberis poſtea moriatur,in d. obſer.num.1.
Et an ceſſet patre defuncto, in d. obſer. numer.2. 169
Pater ſi filio primogenito feudum refutet retento vſufructu, an corruat tàm vſuſfructus, quàm refutatio,dec.550.n.2. 733
Et quid dicendum ſi reſeruaret ſibi tantum habitationem,d.n.2.in fine.
Pater ſi filium hæredem inſtitutum grauet,vt poſt mortem hæreditatem reſtituat, an tacitè intelligatur ſi ſine liberis deceſſerit,in obſer. ad deciſ.183. num.3. 264
Et quid dicendum ſi pater donet filio, vt poſt mortem donationem reſtituat,in d.obſer.n.3.
Et quid dicendum ſi filius hæres, vel donatarius ſit grauatus reſtituere ante mortem,in d.obſer.n.5.
Et quid dicendum ſi filius grauatus decederet cum filiis naturalibus tantum,in d.obſer.n.6. 264
Et an hæc tacita conditio intelligatur quoque in fideicommiſſis particularibus filio relictis, in d.obſer.n.7. 265
Pater ſi nuptui tradens filiam ſtipuletur dotem reſtitui ipſi filiæ,hæredibuſque ſuis,ſi poſtea ipſa filia decedat abſque liberis ſuperſtitibus patre dotante, fratribus,& ſororibus, quiſnam in dote ſuccedere debeat,an pater ſolus,vel omnes ſimul,deciſ.531.n.1. & 2. 707.& in obſer.n.1. 708
Et quid dicendum ſi pater efficiatur rebellis, an dos ſpectet ad fiſcum,d.n.2.in fine.
Pater ſi pactus ſit dotem filiæ datam ſibi, hæredibuſque ſuis reſtitui, & ipſi filiæ præmoriatur, an cenſeatur pactum extinctum, ita vt filia poſſit ad libitum de dote diſponere, in obſer. ad deciſ.531.n.2. 708
Pater ſi refutet filio omnia bona feudalia,nùm præſumatur facta refutatio in fraudem fiſci,ne releuium ſoluatur,deciſ.564.n.1.in fine. 756
Pater non ſoluens Canonem, nùm præiudicet filio in emphyteuſi conceſſa pro ſe, & filiis,vti filiis,in obſ. ad dec.375.n.2. 503
Pater ſoluere an teneatur datum filio, vt ſe aleret,in obſer.ad dec.30.n.4.39.
Pater vti legitimus adminiſtrator ſui filij,an poſſit pro eo in Iudicio agere, & conueniri, in obſer. ad deciſ.212. num.5. 302

*Patrimonium.*

Patrium debitoris ſi ſit decoctum,nùm in illo eligi debeant deputati, per quos adminiſtretur, accedente tamen conſenſu omnium creditorum, in obſer. ad deciſ.128.num.5. 190

*Patronus.*

Patronus ſi prætendat ad ſe ſpectare ius præſentandi, nùm debeat ſua iura proponere ſuo loco, & tempore, & interim non impedire exequutionem bullarum Sanctæ ſedis Apoſtolicæ,dec.485.n.3. 643

*Patruus.*

Patruus an ſuccedat Nepoti in feudo auito, vel paterno,deciſ.137.n.2.201.& in obſer.n.1. 202
Et quid dicendum ſi inueſtitura careat pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, d. n.2.in medio.
Et an ſuccedat in feudo nouo,& ab ipſo nepote quęſito,d.n.2.in fine,& in d.obſer.n.2. 202

*Paupertas.*

Paupertas an præferatur proximitati circa aſſequendum factum mulieri pro maritagio de quarterio, quæ ſit pauperior,& proximior, dec.237. n.1.341. & in obſer.n.2. 342
Paupertatis qualitas quomodo conſiderari debeat inter plures vocatos ad legatum factum mulieribus pauperioribus, & proximioribus de familia, vel de quarterio,d.n.1.per totam,& n.1.& 2. 342

*Peccatum.*

Peccatum nullum eſt tam paruum, quod ob inobedientiam non fiat maius, deciſ.500. n.2. in medio. 662



Digitized by Google

### *Peculatus Iudicium, & pœna.*

Peculatus iudicium, de reſiduis, & repetundarum an poſſit intentari contra hæredes delinquentis, deciſ. 440.n.2.& in obſer.n.2. 590

Peculatus pœna an præſcribatur per lapſum quinquennij, dec.226.n.2. circa medium 323. & in obſ. num.2. 324

Peculatus pœna, qui teneantur, in obſer. ad deciſ.112. num.1. 168

Peculatus pœna nùm ſit deportatio, deciſ.104.num.2. 156

### *Pecunia.*

Pecunia anticipatè ſoluta ab arrendatoribus gabellarum, an cenſeatur in computum primi anni, vel primæ ſolutionis, an pro rata totius temporis, deciſ. 283.n.1.& 2. 391

Pecunia an dicatur intercepta, ſi prohibitus illã extrahere extra Regnum reperiatur cum pecunia in confinibus Regni, in obſer. ad dec.552.n.2. 738

Pecunia in banco exiſtens in faciem Generalis Theſaurarij Regni, nùm præſumatur fiſcalis, vt banco decocto fiſcus omnibus præferatur, deciſ.74.num.1. 108

Pecunia mea, vel mihi debita, ſi ad te perueniat ex cauſa lucratiua, an tenearis mihi reſtituere, deciſ.149. num.2.circa medium. 219

Pecunia mutuo accepta per debitorem, nùm veniat in obligatione generali omnium bonorum, deciſ.372. num.2.in fine.498.& in obſer.n.3. 499

Et an veniat ipſamet pecunia ab eodem creditore accepta, cui bona obligantur, d.n.2.in fine, & in d. obſer.n.3.in medio.

Pecunia redacta ex feudi venditione, an efficiatur feudalis, in obſer.ad dec.202.n.2. 288

Et quibus creditoribus ſit liberanda, nùm illis, qui ſunt cum aſſenſu, licet qui ſine aſſenſu ſunt, creditores ſint anteriores, in d.obſer.n.2.

Pecunia redacta ex venditione rei patrimonialis, an efficiatur patrimonialis, in d.obſer.num.1.288.& in obſer.num.3. 289

Pecunia ſi conſignetur alicui in ſacculo ſuo ſigno ſignata, & conſignatarius ſigillum amouat, atque monetam expendat, an committat crimen falſi, deciſ. 234.num.3. 336

Pecunia ſi ſit depoſitata penès aliquem in ſacculo ſigillato an poſſit Depoſitarium propria authoritate ſacculus reſignari, vel debeat coram iudice id fieri, aliiſque perſonis honeſtis, d.num.3. circa medium. 337

Pecunia vt ſit bona, quænam copulatiuè requirantur, d.deciſ.234.n.1. 336

Pecuniam conſignans non iuſti ponderis, vel falſam, puta plumbeam pro argentea, qua pœna puniatur, d.dec.234.n.1.& 2.

Pecuniam extra Regnum ſi quis prohibeatur extrahere, ſi cum pecunia reperiatur in ciuitate Cayetæ nùm pecunia incidat in commiſſum, in obſer.ad deciſ.222.n.2. 318

Et quid dicendum ſi reperiatur in confinibus Regni, in d.obſer.n.2.

Pecuniam extra Regnum prohibitus extrahere, an prohibeatur quoque extrahere pecuniam exteram, & aliorum Principum, quàm Regis noſtri, in d.obſ. num.3. 318

Pecuniam impendens ad rem conſeruandam, vel reficiendam, nùm tacitam ſuper re illa habeat hypothecam cunctiſque præferatur creditoribus, deciſ. 270.num.1. 376

Pecuniæ dominium, quæ in bancis deponuntur, an trãsferatur in nummularium, etiam ex tacita deponentium voluntate, in obſer.ad dec.74.n.1. 108

### *Pedagium.*

Pedagium ſoluere an teneatur, quis pro ſe, quam portat ad vſum proprium, deciſ.277.num.2. in medio. 384

Et quid dicendum ſi portet rem deſeruientem partim ad vſum proprium, partim pro aliis, d.n.2.circa finem.

### *Pœna.*

Pœna à lege non determinata, nùm remittatur in arbitrium iudicis, dec.242.n.3.348. & dec.500.n.2.in medio. 662

Pœna dicitur fructus Iuriſdictionis, deciſ.243. num.2. 349

Pœna grauis nùm imponi poſſit pro leui contemptu, deciſ.500.n.2.in medio. 662

Pœna pecuniaria ſi imponatur pro delicto, nùm Reus detineri debeat in carceribus, vel ſatis ſit præſtare fideiuſſorem, deciſ.26.n.1.circa medium. 34

Pœnam pœnæ adiici æquitas non patitur, in obſer.ad dec.514.n.3. 682

Pœnæ impoſitæ filiis ob patris delictum, an locum habeant in filiis emancipatis in obſer.ad deciſ.350. num.1. 469

Pœnæ maleficiorũ nùm cenſeantur eſſe in fructu, itavt ſpectent ad emptores gabellarum, dec.28. num.1. verſ. *hac cauſa*, in medio, & in obſer.n.2. 36

Pœna maleficiorum nùm veniant in reſtitutione feudi nulliter alienati ob defectum aſſenſus, itavt emptor eas reſtituere teneatur, in d.obſer.n.2.

Pœnæ maleficiorum nùm ſint conſiderandæ in liquidatione releuij, in d.obſer.n.2.in medio.

Pœnæ pecuniariæ ex interceptis, & contrabannis prouenientes, vel ex incuſatione inſtrumentorum, an cenſeantur remiſſæ per indultum generalem, deciſ. 549.n.1.&2.732.& in obſer.n.1. &.2. 733

Pœnæ ſi plures impoſitæ ſint à lege, nùm ſit in Iudicis electione eligere quam velit, vel debeat eligere mitiorem, dec.180.n.2.in fine. 260

### *Penſio.*

Penſio ſi ſit conceſſa à Rege alicui ad vitam ob ſeruitia, ſi deinde velit conceſſionarius in religionem ingredi, & in illa profeſſionem emittere, an poſſit in alterius beneficium illam renunciare, deciſ.492. num.1.& 2.651.& in obſer.n.1.& 3. 652

Penſiones domorum, & ſimilium, quomodo diuidantur, ſi inquilinus, vel colonus decedat ante, vel poſt calendas martij, deciſ. 246. numer.1. & in obſer. num.1. 353

### *Perceptor Prouinciarum.*

Perceptor Prouinciarum ſi plus debito exigat, vel aliquid ab Vniuerſitatibus extorqueat, qua pœna puniri debeat, dec.260.n.1.& in obſer.n.1. 367

Perceptores Prouinciarum an teneantur ſingulo quoque menſe tranſmittere ad Regiam Cameram exactionum bilancia, in obſer. ad deciſ.181.num.1. in medio. 261

Perceptores Prouinciarum, nùm ſint propriè tributorum exactores, & ad id mandatum habeant à lege, dec.257.n.2.in fine. 364

Perceptores, ſeu Theſaurarij Prouinciarum ex mora, quam contrahunt in tranſmittendo ad Regiam Theſaurariam pecuniam fiſcalem, an & quando teneantur ad intereſſe, ſi pecunia illa fuerit deperdita,

Digitized by Google

dita, dec. 181. n. 1. & 2. & in d. obſer. n. 1. 261. & dec. 182. n. 1. & 2. 262
Et nùm teneantur quamprimum pecuniam prædictam exegerit ſtatim ad Regiam Cameram tranſmittere, d. dec. 181. n. 1. 261
Perceptorum Prouinciarum bona, nùm ſint fiſco tacitè hypothecata pro pecuniarum fiſcalium exactione, deciſ. 65. n. 3. in fine. 92

*Periurium, & Periurus.*

Periurij exceptio an, & quando locum habeat, & poſſit opponi contra hæredem iurantis, deciſ. 238. n. 2. 343
Et quodnam vinculum iuramenti tranſeat ad hæredes iurantis, d. n. 2. circa medium.
Periurium licet in omnibus graue ſit, in perſonis verò Principum, & Prælatorum grauiſſimum eſt, dec. 187. n. 2. in fine. 270
Periurium nùm incurrat, qui contrauenit his, quæ promiſſa ſunt ſub verbo, & fide Regia, dec. 481. n. 1. in fine & in obſer. n. 3. 659
Periurus an poſſit petere abſolutionem à iuramento, vel debeat prius petere abſolutionem à periurio, in obſer. ad deciſ. 238. n. 3. 344

*Perſona induſtria.*

Perſonæ induſtriam eſſe electam, quomodo dignoſcatur, in obſer. ad dec. 206. n. 2. 294

*Petitorium.*

Petitorium nùm intentari poſſit, ſi ſuper poſſeſſorio ſit interpoſitum decretum, deciſ. 347. num. 2. circa medium. 465
Petitorium vid. in verb. *Poſſeſſorium.*

*Pignus.*

Pignoris remiſſionem nùm inducat conſenſus creditoris ex neceſſitate præſtitus, in obſer. ad dec. 39. n. 1. in fine. 51
Pignus nùm conualidetur, ſi ſuccedat quis illi, qui eius rem, abſque ſua voluntate obligauit, deciſ. 565. n. 2. 757
Pignus nunquam extinguitur, niſi rei dominium irreuocabiliter peruenerit ad creditorem, deciſ. 152. n. 1. circa medium. 223
Pignus ſi à debitore vendatur de creditoris voluntate, nùm tollatur, dec. 402. n. 2. in medio. 534
Et quid dicendum fauore fiſci nùm tollatur pignus ſi vendatur ex ſola ſcientia creditoris, d. num. 2. in medio.

*Polycaſtrum.*

Polycaſtri Ciuitas per Regem Ferdinandum Primum conceſſa fuit Antonello de Petrucijs cum tertiaria, quæ dicitur vulgò (*del ferro, & acciaio*), aliiſque iuribus, dec. 344. num. 1. 461

*Poſitiones.*

Poſitiones, vid. in verb. *Articuli.*

*Poſſeſſio.*

Poſſeſſio nùm amittatur per obliuionem, & negligentiam longi temporis, dec. 60. n. 2. circa finem. 86
Poſſeſſio antiqua nùm valeat pro titulo colorato ad effectum, vt poſſeſſor huiuſmodi, ſit in illa manutenendus lite pendente, etiam lege reſiſtente, in obſ. ad deciſ. 251. n. 1. 358. & in obſer. ad deciſ. 566. n. 1. in fine. 759
Poſſeſſio Officij, in quo quis eſt nominatus virtute facultatis nominandi ex priuilegio conceſſæ an tranſeat in nominatum abſque apprehenſione, dec. 516. num. 3. 685
Poſſeſſio an probetur per Partium confeſſionem, dec. 279. n. 3. in fine. 387
Et an probetur per priuilegia, & inſtrumenta, quæ producuntur, in obſer. ad d. deciſ. 279. n. 1. 387
Poſſeſſio probata per inſtrumentum antiquiſſimum, nùm dicatur continuata, & de præſenti, d. n. 3. in fine. 387
Poſſeſſio ſemper dicitur coadiuuata titulo colorato ad effectum, vt poſſeſſor lite pendente ſit in ea manutenendus, quamuis ius reſiſtat, in obſer. ad dec. 566. num. 1. in fine. 759
Poſſeſſio nùm transferatur per Principem diſponentem mediante priuilegio, in obſ. ad dec. 508. num. 1. 673
Et quid dicendum ſi diſponat mediante contractu, in d. obſer. n. 1.
Poſſeſſione ſua priuari an quis debeat, quoties priuilegium, quo mediante poſſidet, eſt dubium, deciſ. 543. num. 2. circa finem. 723
Poſſeſſionem feudi habere nùm poſſit qui illius ſucceſſionis, & dominij incapax eſt, in obſer. ad deciſ. 449. n. 2. verſ. *vltimo ad pleniorem*, in medio. 601
Poſſeſſionem feudi fuiſſe traditam an probetur per inueſtituram, quam producit Vaſſallus, in obſer. ad deciſ. 279. n. 2. 387
Poſſeſſionem, qui prius adeptus eſt ex conceſſione Principis, an ſemper præferatur, ſi Princeps proceſſit per viam contractus, vel priuilegij, in obſer. ad deciſ. 508. n. 1. in medio. 673
Poſſeſſionem rei alterius propria authoritate apprehendere non prius citata Parte, an liceat quamuis ex iudicis permiſſu, in obſer. ad deciſ. 129. n. 1. 191
Poſſeſſionem rei, vel iuris, nùm quis acquirere poſſit, ſi eius proprietatem de iure habere non poſſit, deciſ. 449. num. 1. in fine. 600. & in obſer. n. 2. verſ. *vltimo ad pleniorem*, in medio. 601
Et quid dicendum in materia feudali, in d. obſer. n. 2. verſ. *vltimo ad.*
Poſſeſſionis recuperandæ remedia, nùm competant pro rebus incorporalibus, dec. 122. n. 2. in fine. 180
Poſſeſſionis, ſeu quaſi manutentio, nùm ſit concedenda illi lite pendente, cui ius reſiſtit, ſi longiſſimam alleget poſſeſſionem, ſeu immemorabilem, deciſ. 313. num. 1. in medio. 426

*Poſſeſſor, Poſſidens, & Poſſidere.*

Poſſeſſor abſque titulo à poſſeſſione abſtinere debet lite pendente, dec. 344. n. 1. 461
Poſſeſſor bonæ fidei, vid. in verb. *Bona fidei poſſeſſor.*
Poſſeſſor bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, à quo die teneatur reſtituere fructus perceptos, nùm à die purificati fideicommiſſi, vel potiùs à die litis motæ, in obſer. ad dec. 560. n. 3. 751
Poſſeſſor bonorum, ſiue Iurium, quæ ſine titulo poſſideri non poſſunt, provt ſunt regalia, & domanialia, nùm cogi poſſit ad titulum oſtendendum fiſco inſtante, & niſi oſtenderit, poſſit poſſeſſione priuari, deciſ. 566. n. 1. & in obſer. n. 1. 758
Et an ſaltem de rigore iuris debeat à poſſeſſione abſtinere lite pendente, in d. obſer. n. 1. circa medium.
Et an debeat in poſſeſſione conſeruari, ſi exceptionem opponat, & immemorabilem alleget poſſeſſionem, in d. obſer. n. 1. in medio. 759



Digitized by Google

Poſſeſſor contra ius,ſed titulo colorato,nùm ſit in poſſeſſione manutenendus lite pendente, in obſer. ad deciſ.251.n.1. 358

Poſſeſſor malæ fidei, vid.in verb. *Male fidei poſſeſſor.*

Poſſeſſor ſi condemnetur ad rem relaxandam, an ſit pariter condemnandus ad reſtituendos fructus perceptos,in obſer.ad dec.560.n.1. 751

Poſſeſſores bonorum, ſiue iurium, quæ ſine titulo poſſideri non poſſunt,vid.in verb. *Poſſeſſor bonorum, ſeu Iurium.*

Poſſeſſores lite pendente ſemper fuerunt per Regiam Cameram in eorum poſſeſſione conſeruati,etiam in cauſis fiſci,in obſer.ad deciſ.480.n.1. 638

Poſſidens aliquid ſine titulo, & iure reſiſtente,ſi præſcriptionem alleget immemorabilē,nùm debeat lite pendente à poſſeſſione abſtinere,dec.136.n.2. 200

Et quid ſi poſſideat iure non reſiſtente,d.n.2.

Poſſidens etiā contra ius,vt lite pendente ſua non deſtituatur poſſeſſione an ſatis ſit ſola priuilegiorum confirmatio,dec.543.n.1.verſ.*pro cuius*,circa finem.723

Poſſidens rem aliquam an poſſit comparere in iudicio,& petere,vt ſibi poſſeſſio confirmetur, dec.577. num.1.in medio. 770

Poſſidens rem ratione hypothecæ, relaxare non cogitur, niſi preuia ſolutione, non autem fideicommiſſorum præſtatione,dec.167.n.2.in fine. 243

Et num relaxare cogatur,ſi creditum deponatur, d. num.2.in fine.

Poſſidens tempore litis motæ nùm debeat in poſſeſſione conſeruari licèt ius commune reſiſtat,vel iuris communis præſumptio contra eundem poſſidentem ſe offerat, in obſer.ad deciſ.252.n.1.in fine. 359

Poſſidere nùm is dicatur,cuius nomine poſſidetur,dec. 373.num.2. 499

*Poſſeſſorium.*

Poſſeſſorium adipiſcendæ, ſeu recuperandæ an ſimul cum petitorio intentari poſſit, in obſer. ad dec.347. num.2. 466

Poſſeſſorium, & petitorium an cenſeantur ſimul in libello deducta, ſi ipſius narratiua proprietatem reſpiciat,concluſio verò reſpiciat poſſeſſionem,dec. 175.n.1.& 2.253. & in obſer.n.1. 254

Poſſeſſorium retinendæ,& petitorium an ſimul cumulari poſſint,dec.347.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 465

Et quid dicendum ſi ſuper poſſeſſorio interpoſitum ſit decretum,nùm poſſit intentari petitorium, d.n.2. circa medium.

*Poſterorum appellatione.*

Poſterorum appellatione nùm veniant deſcendentes ex fœminis in priuilegio immunitatis ab oneribus publicis realibus,dec.345.n.2. 463

Et quid dicendum in qualibet alia materia, d.n.2.

*Poteſtas.*

Poteſtas reſiſtendi armata manu, & poſſeſſionem capiendi propria authoritate à Iudice conceſſa, nùm intelligatur modo Aduerſarius non reſiſtat, ſecus vero eo reſiſtente dec.160.n.2.in fine. 235

Poteſtas ſi ſuos exequutores, vid. in verb. *Officialis ſi ſuos exequutores.*

Poteſtatis verbo in priuilegio appoſito, nùm contineatur merum,& mixtum imperium,dec.468.n.1. 623

*Pragmatica.*

Pragmatica edita Thori *in* 2. *Capite*, quæ tuetur poſſeſſores rerum conceſſarum à Regibus domus Aragoniæ nùm comprehendat illum, cui vtilis Dominus & poſſeſſor feudum prædictum vendidit, cum conſenſu, & beneplacito dictorum sereniſſimorum Regum,dec.452.n.2.603.&n.2.& in obſer.n.2.604

Et an præcitata Pragmatica locum habeat ſolum, quando Reges illi bona feudalia, vel allodialia aliquo iure,vel iniuria cœperunt,quæ vel penès ſe retinuerat,vel aliis conceſſerat,non autem, quando aſſenſum præſtiterunt venditioni rei feudalis, d.n.2.in medio.

Pragmatica edita Thori *in* 2. *Capite* an tantùm procedat,quando poſſeſſor rei,quæ ex titulo Regum Aragonum, detinetur eiſdem Regibus viuentibus corporalem adeptus ſit poſſeſſionem, deciſ.160. n.1.in fine. 234

Pragmatica edita Thori quid diſponat,& an, comprehendat Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas, deciſ. 232.num.1.332.& in obſer.n.1.333. & in obſer.ad deciſ.543.n.1. 723

Pragmatica edita Thori,quo caſu procedat, deciſ.129. num.3. 191

Pragmatica ſanctio edita Thori quatuor habet concluſiones,& quæ,in obſer.ad dec.31.n.1. 40

Pragmaticæ ſanctionis editæ Thori exceptio, nùm poſſit opponi contra fiſcum,vel Eccleſiam, dec.95. num.2.141.& in obſer.n.3. 142

Et nùm fiſcus conuentus poſſit ſe tueri diſpoſitione huius Pragmaticæ,in d.obſer.n.3.in fine.

Pragmaticæ ſanctionis editæ Thori exceptio nùm poſſit opponi contra fiſcum, ſi eſſet actor, & quæſtionem moueret contra illos cauſam habentes à Regibus Aragoneis,deciſ.543.n.1.& 2.722. & in obſer. num.1. 723

Et quid ſi fiſcus eſſet conuentus à priuato,nùm poſſet ſe tueri exceptione huius pragmaticæ,in d.obſer. num.1.

Pragmaticæ ſanctionis editæ Thori exceptio nùm poſſit opponi contra agentem actione hypothecaria pro recuperatione crediti, quod habet ſuper re,quæ à tertio poſſidetur,dec.533.n.1.& 2.& in obſ.n.1.711

Et nùm ſolum locum habeat quando actio infringit titulum,d.n.1.& in d.obſer.n.1.& dec.543.n.2.circa finem. 722

Pragmatica à quo tempore ligare incipiat, deciſ.434. num.1.circa finem,& in obſer.n.3. 583

Pragmatica prohibens extractionem pecuniæ extra Regnum, an comprehendat exterum extrahentem pecuniam,quam ſecum duxit non animo expendendi in Regno,ſed per modum tranſitus, dec.441.n.1. & 2.& in obſer. n.1. 591

Et nùm requiratur licentia Proregis,ad fraudes euitandas,in d.obſer.n.2.

Pragmatica, vulgò appellatur, de *Petro Piccolo* quæ formam ponit appretiorum, nùm comprehendat gabellas Vniuerſitatum Regni,dec.27.n.2. 35

Pragmatica Regis Ferdinandi Primi,quæ incipit (*Magnifico viro Rentio de Afflicto*) quid diſponat, & declaratur,d.dec.27.n.1.verſ.*pro exteris.*

Pragmatica ſexta §.*quarto de litteris Cambij* quid diſponat,& an comprehendat Clericos,& in obſer. ad deciſ.232.n.2. 333

*Præcedentia materia.*

Præcedentiæ materia apud quos Doctores videnda, in obſ.ad dec.446.n.3. 597

*Præda.*

Præda quomodo hodie diuidatur,in obſer. ad deciſ.24. num.1. 32

Prædæ quæ cum Regiis Triremibus acquiruntur tam ex bonis furcarum,quàm Maurorum,& Infidelium, quomodo de conſuetudine Regni diuidantur inter



Digitized by Google

Regium fiſcum,& capientes,d.dec.24.n.1. verſ. *dictum fuit.* 32
Et quomodo diuidantur de conſuetudine iuris communis,d.n.1.verſ. *dictum in medio.*
Et an illa portio, quæ debetur Duci Claſſis,illo abſente,adhuc ſit ei debita,vel potius eius vicegerenti,in d.obſer.n.1.
Et an portio tunc debeatur Duci Claſſis, cum vi armorum bona capiantur, ſecus ſi ex naufragio,in d.obſer.n.1.in medio.
Et an debeantur Magno Admirato Maris,ſi ex naufragio capiantur,in d.obſer.n.1.in medio. 32
Et quid dicendum ſi hoſtes metu noſtratum Triremium ad Terrã appulerint,& ab incolis capiantur, an debeantur Duci Claſſis,in d.obſ.n.1.in fine. 32

### *Prædium.*

Prædia fiſci,vel Reipublicæ locari an poſſint ſine ſubhaſtationibus,dec.278.n.1.in medio. 385
Prædium pecunia dotali emptum,an fiat dotale & ſuccedat loco pecuniæ datæ in dotem, in obſer.ad dec. 202.n.5. 289

### *Prælatio, & Prælatus.*

Prælationi nũm locus ſit in venditione,quæ fit ſub haſta,dec.278.n.1.circa medium.385. & in obſer.n.3. 386
Prælatus Eccleſię,Papa inconſulto,nũm alienare poſſit actionem perſonalem , quam habet ad rem immobilem conſequendam,dec.116.n.2. 172

### *Præſcribere, & Præſcriptio.*

Præſcribere non poteſt,qui ſuo nomine non poſſidet, dec.466.n.2.in fine. 621
Præſcriptio centenaria, ſeu centum annorum,an in acquirendo vim habeat tituli,dec.83.n.3. 122
Et an tollat omne ius,& inducat præſumptam conceſſionem,dec.328.n.4. 442
Præſcriptio centenaria,nũm cenſeatur ſublata , ſi per ſtatutum , vel pactum omnis tollatur præſcriptio,d. num.3. 122
Præſcriptio centenaria nũm cenſeatur excluſa,ſi nullo vnquam tempore res aliqua poſſit præſcribi, in obſer.ad dec.309.n.3. 425
Præſcriptio centenaria an ſuffragetur, ſi conſtet de vitio litigioſi, vel mala fides concurrat, dec.427.n.1. in medio.571. & in obſer.n.1.2.& 3. 572
Præſcriptio centenaria , vel immemorabilis quomodo probetur,& de quibus debeant teſtes deponere , & cuius ætatis debeant eſſe teſtes,dec.328.n.4. in fine, & in obſer.n.3. 442
Præſcriptio centenaria vim tituli habet, dec.376.n.1. 503.& dec.408. n.1.& 2.543.& dec.427.num.1.in medio.571.& 572.& dec.495.n.1.654. & in obſer. num.3. 655
Et an hæc præſcriptio ſit ad inſtar Priuilegij, d.n.1. in medio. 654
Et an in feudo,vel Emphyteuſi æquiparetur priuilegio,vel præſumptæ inueſtituræ,in obſ.ad deciſ.376. num.1. 504
Præſcriptio nũm inducatur per centum , & tot annos, dec.333.n.4. 448
Prężcriptio nũm detur cum mala fide,dec.575.n.2.768
Præſcriptio in Regno contra Regem nũm procedat ob eius abſentiam,in obſ.ad dec.558.n.1.in med.747
Præſcriptio quadragenaria nũm ſatis ſit contra Eccleſiam,dec.328.n.2.in medio. 441
Et an ſufficiat contra Eccleſiam Romanam, d.n.2. in medio.
Et an cõtra quadragenariam præſcriptionem competat Eccleſiæ reſtitutio in integrum , infra quod tempus,& à quo die currere incipiat,d.dec.328.n.3. & in obſer.n.2. 442
Pręſcriptio ſine poſſeſſione non procedit,dec.466.n.2. in fine.621.& dec.558.n.2. 747
Præſcriptio,vt maiori non currat tempore belli,an requiratur eius proteſtatio , quod ſcilicet agere non poſſit,vel ſine proteſtatione currat, dec.286.n.2.in fine,& in obſer.n.2.. 395
Pręſcriptione cẽtenaria tutus nũm alia indigeat probatione tàm reſpectu tituli,quàm reſpectu ſciẽtię illius, contra quem dicitur præſcriptum,dec.376.n.1. 503
Pręſcriptione immemorabili tutus,ſi in Iudicio conueniatur,allegare non debet præſcriptionẽ,ſed conceſſionẽ,eamquè ad probandam tãtum tempus immemorabile afferre , in obſ.ad dec.408.n.2. 543
Præſcriptione innitens centenaria,nũm lite pendente, ſit in poſſeſſione manutenendus,licèt poſſideat,iure cõmuni reſiſtẽte,dec.495.n.1.654.& in obſ.n.3.655
Præſcriptionem allegans,donec ea probetur , nũm debeat à poſſeſſione abſtinere,dec.309.n.2. 422
Præſcriptionem allegans,ſimulquè titulum adhuc dubium,an ſit manutenendus lite pendente, quamuis aduerſarius fundatam habeat intentionem de iure communi,in obſer.ad dec.313.n.1. 426
Et quid dicendum,ſi in ſola præſcriptione ſe fundet, in d.obſer.n.1.
Præſcriptionem allegare an poſſit pro futuris collectis, & nouis impoſitionibus, qui per multum tempus collectas Vniuerſitati non ſoluit,in obſ.ad dec.469. n.1.& 2. 625
Præſcriptionem nũm inducat naturalis poſſeſſio,deciſ. 558.n.2. 747
Præſcriptiones omnes, fundantes ſe in ſolo curſu temporis,nũm hodiè ſint correctę,in obſer.ad d.dec.558. num.1.in medio. 747
Præſcriptionis ex tempore decurſo, nũm deducendum ſit tempus pupillaris ætatis, peſtis,& belli, dec.19. n.4.24.& dec.286.n.2. circa finem,& in obſer.n.2. 395

### *Præſentatio.*

Præſentatio in beneficio ſi ſit vnica, nũm conſtituat præſentantem in quaſi poſſeſſione præſentandi in futurum,ſi præſentatio fuerit ſuum effectum ſortita, dec.485.n.2.& in obſer.n.1. 643
Præſentatio vltima quoad ius præſentandi , an ſemper ſit attendenda,d.n.2.in medio.

### *Præſentia.*

Præſentia Iudicis , Amicorum, & conſanguineorum, omnem metum tollit, dec.321. n.2. & in obſer.n.3. 485

### *Præteritio.*

Præteritio filij,ſi non conſtet ex facie teſtamenti, nũm poſſit impediri immiſſio hæredi ſcripto, dec.555. n.2.in medio. 742

### *Pretium.*

Pretij pars erogati à fratre primogenito in emptione feudi noui , an competat fratri tertiogenito , ſi in feudo empto ſuccedat frater ſecundogenitus,in obſer.ad deciſ.471.n.2. 627
Pretij partem,quam erogauit pater in emptionem feudi noui,nũm teneatur filius primogenitus ſuccedens in feudo prædicto conferre fratribus ſecundogenitis,æqualiter in allodiis hæredibus inſtitutis , in obſer.num.4. 627



Digitized by Google

Pretium an,& quando ſuccedat loco rei,dec.202.n.1. & 2.& in obſer. n.1.288. & in obſer.n.4. 289
Et an ſuccedat loco rei in dote quoad hypothecam, deciſ.204.n.3. 291
Pretium, quodnam ſoluere debeat fiſcus, vel Regia Curia,cùm ex aliqua cauſa cogit ſubditum, ad rem ſibi vendendam, deciſ.436.num.1.581. & in obſer. num. 1. 586
Pretium quodnam ſit ſoluendum ab Emptore ex conſuetudine Ciuitatis Neapolitanæ, nùm illud, quod ab aliis offertur,an verò illud quod declarant Tabularij,ſeu experti,in d.obſer.n.2. 586
Pretium, quodnam ſit ſoluendum in prælatione, quæ Agnatis competit in feudi venditione, nùm illud quod ab Emptore offertur, an verò illud, quod ab expertis æſtimatur,in d.obſer.n.3.
Pretium quodnam ſit ſoluendum, ſi moto iudicio ſuper retractu, diu lis ſit habita inter Partes, nùm illud, quo res valebat tempore venditionis, ſiue petitionis, aut litis conteſtationis, an verò tempore exequutionis ſententiæ,in d.obſer.n.2. 586
Pretium redactum ex re mihi obligata, an ſit pariter mihi obligatum,in obſer. ad deciſ.202.num.1.circa finem. 288
Pretium redactum ex venditione feudi, an ſit feudale, & in concurſu ſit liberandum creditoribus cum aſſenſu, licèt creditores ſine aſſenſu, tempore ſint anteriores,in d.obſer.n.2. 288
Pretium rei certæ,ſi quis præſtare teneatur, nùm liberetur,præſtando ipſam rem,deciſ.582. num.1. circa medium. 778
Et quid dicendum ſi pretium eſſet incertum, ſed certificandum per æſtimationem rei,d.n.1.in medio.
Et an liberetur quis præſtando rem, ſi ad illius pretium non teneatur ex legis diſpoſitione, ſed ex hominis conuentione,d.n.1.in medio.
Pretium rei venundandæ ſub haſta, quodnam dicatur iuſtum;nùm illud, quod forſan ab extraneo inuenitur, vel potiùs illud, quod ab expertis, conſiderata rei qualitate & attentis reditibus, refertur,dec.453. num.1.& 2.605.& in obſer.n.1. 606
Et quid dicendum, ſi tractetur de æſtimandis bonis mobilibus,in d.obſer.n.2.
Et quid dicendum ſi tractetur de æſtimando nomine debitoris,in d.obſ.n.3. 606


*Prior.*


Prior in adminiſtratione alicuius Officij, ſed poſterior in data priuilegij, per quod conceditur Officium, nùm ſit præferendus priori in data ſed poſteriori in adminiſtratione,dec.446.n.1.& 2.& in obſ. num. 2. 597.& dec.447.n.1. 598
Et vid.in verb.*Officium.*


*Primogenitus.*


Primogeniti, vel ſecundogeniti ſi in aliqua diſpoſitione mentio fiat,nùm intelligatur de eo, qui talis reperitur tempore mortis diſponentis, dec.551.num.2. 735
Et quid dicendum ſi mentio fiat per nomen proprium primogeniti vel ſecundogeniti, & non per nomen appellatiuum,d.n.2.in medio. 736
Primogenitus,vid.in verb.*Filius*,& in verb.*Frater.*


*Primum,& ſecundum Beneficium.*


Primum, & ſecundum beneficium nùm competat fiſco, cæteriſque priuilegiatis, in cauſis criminalibus, dec.491.n.2.& in obſ.n.1. 650
Et an etiam competat in termino repulſæ,in d. obſ. num.1.
Primum,& ſecundum beneficium ſi petatur à muliere, vel minore, quoad ponenda de nouo tantùm, non autem reſpectu deductorum, eóque conceſſo, nùm poſſit petere aduerſarius, ſe velle vti eo tam ſuper poſitis,quàm ſuper de nouo ponendis. dec.174.n.1. & 2.& in obſer.n.1. 253
Primum,& ſecundum beneficium,vid.in verb.*Reſtitutioin integrum.*


*Princeps.*


Princeps bannitum plenariè reſtituere nùm poſſit, etiam in præiudicium proximiorum conſanguineorum, quibu banniti bona fuerunt quæſita, in obſer.ad deciſ.554.n.2.in medio. 742
Princeps corrigere an poſſit ſententiam latam ſub prætextu ſcripturarum nouiter repertarum,dec.220. num.2.circa medium. 314
Princeps de damnis à ſuis militibus illatis,nùm teneatur,dec.119.n.2. 163
Et quid dicendum attento mandato ſpeciali ipſius Principis,d.n.2.
Princeps de plenitudine poteſtatis, nùm poſſit diſponere contra ius Gentium, & Naturale, etiam ſine cauſa,dec.554.n.2.in medio. 740
Et an peccet,ſi hoc faciat abſque cauſa, d.num.2.in fine. 741
Princeps ex ſua præeminentia,& poteſtate in his,quæ ſunt iuris Gentium, & naturalis, an poſſit contra ſuum ſubditum diſponere, d.dec.554.n.5.740. & in obſer.n.1. 741
Princeps filium illegitimum poſt mortem patris, nùm legitimare poſſit in præiudicium venientium ab inteſtato,in obſer. ad deciſ.554.n.2. 741
Princeps gratiam factam alicui,& rem donatam,nùm reuocare poſſit,etiam ſine cauſa, dec.183.n.2.263. & in obſer.n.2. 264
Princeps nùm habeat poteſtatem transferendi dominium ad ſui libitum abſque corporali poſſeſſione, vel traditione,eiuſque contractus vim legis habeat, deciſ.160.n.2.in medio. 234
Princeps inhabilem ad officium exercendum, nùm poſſit facere habilem,dec.437.n.2. 587
Princeps indulgere delinquentibus abſque Partis remiſſione nùm poſſit, publica aliqua ſuadente cauſa, in obſer.ad dec.487.n.3. 646
Princeps ius, & dominium alterius auferre an poſſit ſine cauſa, & ſi cum cauſa auferat, an teneatur ſoluere pretium, dec.243.n.2.349. & in obſer. ad dec. 554.num.1. 741
Princeps legitimare an poſſit naturalem in præiudicium Agnatorum per quos hæreditas defuncti fuit adita,dec.409.n.3.544.& in obſer.n.2 545
Princeps licèt ſuum teneatur ſeruare contractum,nùm tamen iuſta ſuperueniente cauſa reuocare poſſit, quod promiſit,dec.425.n.2. circa medium. 569
Princeps modum acquirendi inductum à ſe, nùm tollere poſſit,etiam ſine cauſa,ſed ex ſola eius voluntate,in obſ.ad dec.554.n.1.in fine. 74
Princeps prohibere an poſſit frumenti Emptionem, cauſa illud reuendendi,dec.217.n.1. & 2. 310
Et vid.in verb.*Frumentum.*
Princeps pro ſuo proprio negotio, nùm vti poſſit nauibus, plauſtris, aliiſque priuatorum,ſoluta tamen mercede,in obſ.ad dec.445.n.2. 596
Princeps reuocare an poſſit priuilegium, quod tranſiuit in contractum,in obſ.ad deciſ.160.n.2. 235
Et an poſſit reuocare priuilegium conceſſum ob ſeruitia,vid.in verb.*Priuilegium conceſſum.*
Princeps ſciens aliquem eſſe inhabilem, conferendo illi officium an videatur ſuper inhabilitate diſpenſare,dec.437.n.2.& in obſer.n.1. 587




Digitized by Google

Princeps ſeruare an teneatur contractum cum ſubdito celebratum, in obſer. ad dec. 54. n. 5. 76
Et quid dicendum in ſucceſſore Principis, num teneatur ſeruare contractū prædeceſſoris, in d. obſ. n. 6.
Princeps ſi benemeritum, qui filios legitimos habere non poteſt, quia Religioſus, vel in ſacris, de feudo, vel Officio inueſtiat pro ſe, & vno hærede, an videatur ſenſiſſe de hærede extraneo, in obſer. ad deciſ. 510. n. 1. 676
Princeps ſi diſponat per viam contractus, vel priuilegij, num transferat dominium ſine traditione, poſſeſſionemquè abſque illius apprehenſione, in obſer. ad dec. 508. n. 1. 673
Princeps ſi duobus rem aliquam concedat, vel vendat, quorum vni fuit tradita poſſeſſio, alteri verò non, vter eorum præferendus ſit, deciſ. 201. n. 1. & 2. & in obſer. n. 1. 287
Et quid dicendum ſi conceſſio fieret per viam priuilegij. d. n. 2. & in d. obſer. n. 1.
Princeps ſi faciat gratiam alicui de condemnationibus factis, num gratia locum habeat, ſi condemnatio ſuum ſit ſortita effectum, dec. 228. n. 2. circa medium. 325
Princeps ſi reſtituat aliquid ex falſa cauſa an nulla ſit reſtitutio, deciſ. 512. n. 2. in fine. 678
Princeps ſi in ſupplicatione ſibi porrecta ſimpliciter reſpondeat per verbum (*fiat*, vel *placet*), num videatur reſpondere ad omnia contenta in illa, dec. 466. num. 2. 621
Princeps tollere num poſſit contractum initum cum ſuo ſubdito ex cauſa publicæ vtilitatis, dec. 409. n. 3. in fine. 545. & in obſer. n. 3. 546
Princeps vaſſallum priuatum feudo ex ſententia, num poſſit ad illud reſtituere, dato quod proximiori Agnato fuerit per ſententiam quæſitum, in obſer. ad dec. 554. n. 2. in fine. 742
Principem legem à ſe conditam ſeruare an, & quando conueniens ſit, dec. 543. n. 2. in medio. 722
Principi aſſerenti in aliquo priuilegio, an ſit credendum, ſi in illo ſubſcripti ſint Conſiliarij Regis, dec. 409. n. 4. 545. & in obſer. n. 6. 546
Principi Salerni, qui propter rebellionem commiſſam omnibus fuerat ſpoliatus bonis vigore tandem Capitulationis pacis omnia fuerunt illi reſtituta præter regalia, dec. 543. n. 2. in fine. 722
Principi ſi factum integrum narretur, & ſimpliciter reſponderit, an ſit neceſſaria clauſula (*non obſtante*) deciſ. 306. n. 3. 418
Principis ex priuilegio ius quæritur prouiſo ſine poſſeſſione, deciſ. 201. n. 2. 287. & deciſ. 446. n. 2. 597. & deciſ. 447. n. 1. 598. & deciſ. 508.
Principis priuilegium, vid. in ver. *Priuilegium Principis.*
Principis ſupremi narratiua plenè probat, dec. 285. n. 1. in fine. 393. & in obſer. n. 2. 394

## *Principium.*

Principium in delictis num ſit attendendum, an verò finis, deciſ. 213. n. 2. 304

## *Priuilegia, Priuilegiati, & Priuilegium.*

Priuilegia intuitu meritorum, ſeu ſeruitiorum, num intelligatur conceſſa, ſi de ſeruitiis in genere, & non in ſpecie eſt facta mentio, dec. 409. n. 3. in medio. 545
Et an ſatis ſit ſeruitiorum expreſſio, vel aliunde ipſa ſint probanda, d. n. 3. in medio.
Priuilegia omnia à Rege noſtro conceſſa ex diſpoſitione Pragmaticæ, quæ eſt in viridi obſeruantia, infra annum ſunt præſentanda Domino Proregi, in obſ. ad deciſ. 404. n. 3. 539. & dec. 481. n. 1. 638. & in obſ. num. 1. 639
Priuilegia omnia conceſſa depoſito num locum habeant in depoſito confeſſato, & fiſco, in obſer. ad deciſ. 494. n. 1. in fine. 654
Priuilegiatis primo, & ſecundo beneficio num ſit permiſſum alios examinare teſtes etiam poſt didicta teſtificata, & non ſolum ſuper eiſdem articulis, ſed etiam ſuper aliis de directo contrariis, dec. 253. n. 1. 360
Priuilegiatis poſt compilatum terminum Ordinarium, an concedatur reſtitutio in integrum ad pinguius probandum, d. n. 1. & in obſer. n. 1. in fine. 361
Priuilegiatus ſi non vtatur priuilegio, an, & quando amittat priuilegium, dec. 19. n. 6. 25
Priuilegij confirmatio in forma communi, non plus iuris tribuit, quàm quod eſt in priuilegio, dec. 287. n. 2. in medio. 396. & in obſ. n. 1. 397
Et quomodo dicatur facta confirmatio in forma communi, d. n. 2. in medio.
Priuilegij confirmatio quando dicatur facta in forma communi, & quando ex certa ſcientia, in d. obſer. num. 2. 397. & dec. 376. n. 1. 503
Priuilegiorum confirmatio num ſufficiat, vt poſſidens, etiam contra ius, lite pendente ſua non deſtituatur poſſeſſione, dec. 543. n. 1. verſ. *pro cuius*, circa finem. 723
Priuilegij data num ſit attendenda, dec. 446. n. 2. 597. & dec. 447. n. 1. 598. & dec. 508. n. 1. 672
Priuilegij verba ſi ſint dubia, num ſemper recurrendum ſit ad Principem pro illorum interpretatione, in d. obſer. ad dec. 351. n. 3. 470
Priuilegio renunciare quando quis cenſeatur per vnum ſolum actum contrarium, in obſer. ad deciſ. 39. num. 2. 52
Priuilegium an amittatur per non vſum decennalem, dec. 19. n. 3. 24. & in obſer. n. 2. 25. & dec. 33. n. 1. & in obſer. n. 2. 43. & dec. 38. n. 3. 50
Et quid dicendum ſi quis vti non potuit priuilegio, vel quia caſus priuilegij non euenit, d. deciſ. 19. n. 6. in fine. 25
Priuilegium an amittatur per non vſum, ſiue per contrarium vſum, quoties per illud tranſlatum eſt dominium, dec. 328. n. 2. in medio. 441
Priuilegium anterius num attendendum ſit, ſi regiſtratum non reperitur in Regia Camera, dec. 467. n. 1. in fine. 622
Priuilegium à Rege conceſſum Magno Domino vti poſſeſſori alicuius feudi, num tranſeat in ſingularem eiuſdem feudi ſucceſſorem inferius conditionis, cui Rex non fuiſſet priuilegium illud conceſſurus, in obſer. ad deciſ. 344. n. 2. 462
Priuilegium conceſſum ad beneplacitum, num morte, concedentis extinguatur, dec. 38. n. 1. 49
Priuilegium conceſſum à Ferdinando Primo Monaſterio ſanctiſſimæ Trinitatis Ciuitatis Cauæ in quo conſiſtat, & num cenſeatur amiſſum per non vſum, dec. 33. num. 1. & 3. 43
Priuilegium conceſſum à Principe ſuo ſubdito in ſeruitiorum remunerationem, num per ipſum reuocari poſſit, dec. 409. n. 2. 544
Et num poſſit reuocari abſque cauſa ſi ſit conceſſum ob merita etiam mediante pecunia, deciſ. 551. num. 2. 677
Priuilegium conceſſum doti an tranſeat ad hæredem extraneum mulieris, in obſer. ad dec. 377. n. 7. 506
Priuilegium conceſſum patri num tranſeat ad filium, dec. 395. n. 1. & in obſ. n. 1. 526
Priuilegium conceſſum pecunia mediante, ſi pecunia præponderet gratiæ, num cenſeatur gratuitò conceſſum, dec. 409. n. 3. 545

Priuilegium conceſſum per viam contractus,& ob benemerita,an poſſit per Principem reuocari, dec.97. num.2. 144
Priuilegium conceſſum Vniuerſitati, Ciuitati, loco vel officio ſemper erit reale, dec.557. num.2. circa finem. 746
Priuilegium Ciuitati conceſſum, vt immunis ſit ab aliqua gabella, nùm cenſeatur ſublatum, ſi conſtet aliquos Ciues gabellam ſoluiſſe,in obſer.ad dec.38. n.2.50.& in obſer.ad dec.97. n.4. 145
Priuilegium Ciuitati conceſſum exemptionis gabellarum,cum ampliſſimis Clauſulis derogatoriis omnium aliorum priuilegiorum, & gratiarum factarum,& faciendarum,nùm cenſeatur reuocatum per conſimile priuilegium conceſſum alteri Ciuitati exigendi gabellas ab omnibus, & quibuſcunque perſonis, ac Vniuerſitatibus, d.dec.97. n.1.3.& 4. 144.& in obſer.n.2. 145
Et an requiratur expreſſa, & ſpecialis mentio de clauſula derogatoria exiſtente in primo priuilegio, d.num.3. 144
Priuilegium datum rebus propter perſonam, mutata perſona nùm extinguatur,dec.60.n.2.in fine. 86
Priuilegium nùm etiam extendatur ad futura, ſi eius verba indefinitè prolata ſint, & agatur de ſolo præiudicio concedentis,in obſer.ad deciſ.311.n.1.circa finem. 424
Priuilegium exemptionis ab omnibus gabellis in omnibus Terris concedentis, nùm extendatur adhuc ad Terras poſt conceſſionem acquiſitas, in d.obſer. n.1.in fine.
Priuilegium extenſionem,& interpretationem recipit ex vſu,& conſuetudine, in d.obſer.n.1.in principio 424.& dec.313.n.1.in medio. 426
Priuilegium generale nùm auferatur per ſpeciale deciſ.97.num.4. 145
Priuilegium habens effectum momentaneum, nùm amittatur per vnicum actum contrarium, in obſer. ad deciſ.39.n.2. 52
Et quid dicendum ſi effectum habeat ſucceſſiuum, vt amittatur, quod tempus requiritur, quo priuilegio contrauentum ſit,in d.obſer.n.2.in medio.
Priuilegium habẽs exemptionis ab omnibus collectis, & datiis, ſi patiatur ſe deſcribi in libris communium debentium, non aliter appellans infra decem dies,an ſibi præiudicat,dec.38.n.4. 50
Priuilegium habentes nimis largum, ſi ipſo vtantur ſtrictè, nùm eodem poſtea vti poſſint largè, d.deciſ.38.n.2.in fine. 49
Priuilegium interpretari nùm poſſit à Iudice inferiore,ſi illius verba dubia ſint, dec.351.n.2. 469
Et quid dicendum ſi interpretatio fieret per modum correctionis, vel præſente Principe concedente, d. n.2.in medio. 470
Priuilegium nùm interpretationem recipiat ex vſu,deciſ.38.n.2.49.& in obſer.n.1.in fine. 50
Priuilegium primum nunquam cenſetur reuocatum per ſecundum, niſi fiat in ſecundo expreſſa mentio de primo, dec.184. n.6.in medio. 266
Priuilegium primum nùm derogetur per ſecundum, ſi in ſecundo non fiat expreſſa mentio de primo, in obſer.ad dec.467.n.1. 622
Priuilegium primum ſpeciale,nùm tollatur per ſecundum generale, in obſer. ad dec.215. n.6. circa medium. 309
Priuilegium Principis plura continens capita, ſi fuerit falſum reſpectu vnius, an vitietur in totum, vel reſpectu tantum capituli falſi,dec.319.n.2. 432
Priuilegium tacitæ hypothecæ competens mulieri pro ſuis dotibus,nùm tranſmitti poſſit in ceſſionarium, dec.148.n.2.217.& in obſer.n.1. 218
Priuilegium tacitæ hypothecæ,vt mulier pro dote præferatur omnibus viri creditoribus tacitam quoque hypothecam habentibus,etiam anteriorem, nùm tranſeat ad hæredes ipſius mulieris, vel ſolùm ad filios,deciſ.377.n.2.circa medium. 505.& in obſer. num.6. 506
Et an competat patri cum priuilegio,ſi mortua filia agat ad dotem recuperandam,d.n.2.circa finem.

### *Probare, & Probatio.*

Probare an poſſit quis poſt didicita teſtificata ad primam probationem corroborandam, dec.90.num.3. circa medium. 135
Probatio in iudicio nùm ſit actus ipſius Iudicij formam reſpiciens,vel ius Partis, dec.165.n.2. in fine. 241
Et an illius omiſſio ſententiam annullet, d.num.2. in fine.
Probationes nouæ ſi admittantur poſt concluſionem, nùm cenſeatur reuocata cõcluſio,dec.262.n.2. 368

### *Proceſſus.*

Proceſſus nùm dicatur legitimè compilatus cum procuratore,de cuius mandato non conſtat,ſi Principalis ſcientiam habuerit moti Iudicij,dec.413.num.2. circa finem,& in obſer.n.4. 552
Et nùm acta conualidentur, ſi ſuperueniat ratihabitio Principalis,dec.200.n.1.& 2.& in obſ.n.1.286
Proceſſus,& ſententia facta in vno Iudicio contra vnã perſonam,nùm probent in alio contra aliam,in obſer.ad dec.64.n.5.in medio. 91
Et quid dicendum in Iudicio diſcuſſionis inuentarij,in d.obſer.n.6.
Et quid dicendum in cauſa ſtatus,in d.obſer.n.7.

### *Procurator.*

Procurator ab aliquo conſtitutus vti balio, vel tutore, re integra,an cenſeatur extinctus, extincto baliato, vel tutela,dec.413.n.1. 551
Procurator conſtitutus ad agendum,nùm cenſeatur pariter conſtitutus ad defendendum, in obſer.ad deciſ. 574.n.1. 767
Et an id procedat tàm in procuratore actoris, quàm rei,in d.obſer.n.1.
Procurator conſtitutus ad agendum, exigendum, & gurbendandum, an poſſit comparere in Iudicio, & defendere ſuum Principalem contra litem motam, d.dec.574.n.1.& in obſer.n.1. 767
Procurator conſtitutus ad contrahendum ſi ſimpliciter contraxit non expreſſo procuratorio nomine, nùm cenſeatur tali nomine contraxiſſe,dec.176.n.1.& 2. & in obſer.n.1. 255
Et quid dicendum reſpectu tertij;d. n.5.
Procurator conſtitutus ad emendum, ſi emat proprio nomine,nùm teneatur ad tradendam rem emptam Domino conſtituenti actione mandati,ipſeque Dominus actione cõtraria teneatur Procuratori ad ſoluendũ pretium, in obſ.ad d.dec.176.n.1.in fine.255
Procurator conſtitutus ad omnes cauſas actiuas,& paſſiuas motas,& mouendas an poſſit agere cauſas feudales,in d.obſer.n.2. 767
Procurator conſtitutus ad vendendum, an poſſit ſibi ipſi vendere,dec.78.n.2.& in obſer.n.1. 113
Procurator conſtitutus ad vendendum à Priuato, nùm poſſit fidem habere de pretio, in obſer. ad dec.484. num.2. 642
Procurator conſtitutus ſimpliciter ad vendendum, nùm poſſit pretium recipere,in d.obſer.n.4. 643



Digitized by Google

Procurator Cæſaris nũm quemcunque contractum facere poſſit in fauorem fiſci,dec.306.n.4. 419

Procurator Cæſaris conſtitutus ad vendendum bona fiſci,an poſſit habere fidem de pretio, licèt ſit Prorex,dec.484.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 642

Et quid dicendum ſi eſſet conſtitutus procurator ſimpliciter abſque limitata poteſtate, neque in cauſa, neque in tempore,neque in re, d.num.2.in fine. 642

Et nũm poſſit habere fidem de pretio, ſi non impediatur actus in quem pecunia illa debet conuerti, d.num.2.in fine.

Et ſi vendat habita fide de prætio, & non præſenti pecunia,an transferat dominium in Emptorem, deciſ.13.n.3. 17

Procurator Cæſaris eſt Iudex deputatus inter fiſcum, & priuatum,dec.7.n.6. 11

Procurator Cæſaris ſolus de cauſis fiſcalibus cognoſcere poteſt,d.n.6.

Procurator Cæſaris,vid.in verb. *Regia Camera.*

Procurator conſtitutus ad vendendum, & ad pretium recipiendum, ſi confiteatur pecuniam recepiſſe, quam forſan non accepit, an præiudicet Domino principali, ita vt emptor liberatus remaneat, deciſ. 410.n.1.& in obſer.n.1. 547

Et quid dicendum ſi in mandato data ſit poteſtas non ſolùm pretium recipiendi,ſed etiam illud recepiſſe confitendi,d.deciſ.410.n.2. 547

Et quid dicendum in Tutore,Curatore,exequutore, ſindico,ac in patre bonorum filij legitimo adminiſtratore,in d.obſer.n.2. 548

Procurator conſtitutus ad vendendum, ſi fidem habeat de pretio in caſibus, in quibus habere non poteſt, nũm traditione transferat dominium, & contractus ſubſtineatur.in obſer.ad dec.484.n.3. 642

Procurator conſtitutus in iudicio cum poteſtate ſubſtituendi, ſi ſubſtituat alium, cum quo fuit ad multa proceſſum, ſi demùm ſubſtitutus non reperiatur,locuſque ignoretur,nũm poſſit cum dicto procuratore ſubſtituente ad vteriora procedi,dec.198.n.1.& 2. & in obſer. n.1. 284

Procurator cum poteſtate ſubſtituendi ſi moriatur poſtquam ſubſtituit, nũm ceſeatur extinctum mandatum in perſonam ſubſtituti,dec.151.n. 1.& 2.221. & in obſer.n.1. 222

Procurator generalis nũm poſſit vendere,& locare,deciſ.127.n.3. 188

Procurator iuriſdictionem Iudicis ordinarij, vel Delegati an poſſit prorogare ſine ſpeciali mandato, in obſer.ad dec.31.n.2. 41

Procurator quis conſtitutus an cenſeatur, ſi in Iudicio agat nomine alterius,illo ſciente, præſente, & patiente,dec.200.n.2. 286

Procurator ſubſtituens an teneatur de facto ſubſtituti, in obſer.ad dec.151.n.1.in fine. 222

Et an poſſit citari, ſi cum ſubſtituto procedi non poſſit,in d.obſer.n.2.222.& dec.198.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 284

Procurator ſubſtitutus,an,& quando poſſit alium ſubſtituere,in obſer.ad dec.198.n.2. 284

Procurator vt reſpondere poſſit poſitionibus, & Domino principali præiudicare vel declarationem facere circa vſum, an debeat habere mandatum ſpeciale, deciſ.140.n.2.205.& in obſer.n.3. 206

Procuratores fiſci prætendentes bona pertinentia ad fiſcum,fuiſſe ab aliquo occupata, nũm debeant iura,quæ habere credunt proponere ordinariè & coram Iudice cõpetente,nec aliter poſſeſſorem poſſeſſione,priuari, niſi ſeruatis ſeruandis, in obſer.ad deciſ.480.n.1. 638

Procuratori an debeatur ſalarium, ſi à principio non fuerit illi conſtitutum,vide in verſ. *Salarium.*

### *Proditio.*

Proditionis crimen committendum in Principe ſi quis non reuelet, an efficiatur reus læſæ maieſtatis, licèt tanti ſceleris particeps non ſit, dec.41.n.1.54.& in obſ.n.1.& 2. 55

### *Prohibitus.*

Prohibitus alienare vide in verb. *Alienare prohibitus.*

### *Promittens, & promiſsio.*

Promittens aliquid facere intra certum tempus, & in caſu non ſequuti adimplementi aliud præſtare, ſi infra dictum tempus adimplementum reddatur impoſſibile,an ſtatim conueniri poſsit ad præſtandum, vel ſit expectandum vt tempus finiatur, deciſ.489. n.1.& in obſer.n.1. 648

Promittens non contrauenire pacto ſub aliqua pœna ſi contra pactum illud porrexerit ſupplicationem Principi, an per hoc dicatur contrauenire pacto prædicto,dec.291.n.2.in fine. 402

Promittens non ædificare Turrim in fundo ſuo,ſi fundum vendat,an poſsit emptor Turrim ædificare,deciſ.111.n.2. 164

Promiſsio de renunciando futuræ filiorum ſucceſsioni, quæ fieri ſolet à ſponſis in capitulis matrimonialibus,nũm ſit vera renunciatio, vt ſuccedente caſu, ſucceſsio denegetur,in obſer.ad dec.214.n.4. 306

Promiſsio facta ſub verbo,& fide Regis, cuius ſit importantiæ,dec.409.n.4. 545

Promiſsio nominandi aliquem in officio,nũm ſit vera nominatio, deciſ.214.n.1.& 2.504.& in obſer.n.1. 505

Promiſsio,quæ continetur in priuilegio,licèt exprimet perſonam priuilegiatam, ſi tamen cauſa priuilegij contineat dignitatem, an dicatur realis,& tranſeat in ſucceſſorem,dec.557.n.2.in fine. 746

Promiſsio vendendi certo pretio, nũm ſit vera venditio,dec.214.n.2.& in obſer.n.2. 505

### *Pronepotes.*

Pronepotes nũm poſsint petere paragium ex perſona eorum matris,dec.418.n.3. 558

Pronepotes an ſuccedant ſimul cum nepotibus in bonis Patrui, vel Auunculi Magni,vide in verb.*Nepotes.*

### *Proreges, & Prorex.*

Proreges aſſentiri an poſsint feudorum alienationibus, ſi feudatarius legitimo careat ſucceſſore,deciſ.274. n.2.circa finem 381.& dec.407. num.2.541. & deciſ.577.n.1. 770

Et an aſſentiri poſsint feudorum diſpoſitionibus, quæ fiunt mutata feudi natura,dec.532.n.2. 709

Proreges noſtri in ingreſſu Regni iuriſdictionem non habent,ſed cum ad Ciuitatem peruenerint, & iuramentum de bene adminiſtrando præſtiterint,in obſ. ad dec.236.n.2.341.& vid.in verb.*Prorex nouus.*

Proreges reuerſuri ad Curiam Regis noſtri, nũm in conſpectu ſucceſſoris faciant gratias pro delictis, & conferant officia vacantia abſque illius quærimonia,in obſ.ad dec.462.n.1.in fine. 617

Proregi atteſtanti de aliquo ſatis eſt credendum,deciſ. 285.n.2. in fine. 394

Proregis præſentia, nũm ſufficiat ad conualidandam feudorum alienationem,vel obligationem,dec.244. n.2.& in obſer.n.3. 351



Digitized by Google

Proregum poteſtas licèt ſit ampliſſima, tamen reſtringitur per inſtructiones, quæ ipſis dantur ſecreto per Regem, deciſ. 107. n. 2. in medio. 160
Prorex aſſenſus præſtare poteſt, Regis verò priuilegium confirmare non valet, deciſ. 319. n. 5. 432
Prorex aſſenſum præſtare feudatario circa feudi diſpoſitionem, an, & quando poſſit, deciſ. 407. num. 2. in medio. 541
Et an poſſit præſtare aſſenſum feudatario, volenti imponere fideicommiſſum ſuper feudo, deciſ. 478. num. 3. 635
Prorex an habeat generale mandatum cum libera à Rege Gubernandi Regnum, deciſ. 215. nu. 1. circa medium. 307
Prorex in eligendis Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ Auditoribus Prouinciarum, & Aſſeſſoribus Terrarum, & Ciuitatum Domanialium, an teneatur conſulere Collaterale Conſilium, in obſer. ad deciſ. 114. num. 2. in fine. 171
Prorex nouus iuriſdictionem in hoc Regno non habet niſi actualem poſſeſſionem accipiat, & iuramentum præſtet de benè, & fideliter adminiſtrando, in obſer. ad deciſ. 462. n. 1. 617
Et in cuius manibus, & vbi iuramentum hoc præſtare debet, in d. obſer. n. 1.
Prorex prouidere an poſſit officia Regia excedentia in emolumenta annuos ducatos centum, deciſ. 107. n. 2. circa medium, 160. & deciſ. 554. n. 3. 741
Et an teneat hæc Proregis prouiſio, ſi per Regem confirmetur, d. n. 3. circa medium. 741
Prorex rem Regis donare nùm poſſit abſque ſpeciali eius mandato, deciſ. 557. n. 1. in fine. 745
Prorex ſi conſtituatur à Rege Procurator ad vendendum bona fiſcalia, an poſſit vendendo fidem habere de pretio, deciſ. 483. n. 1. & 2. 642
Et vid. in verb. *Procurator Cæſaris.*

*Prorogatio.*

Prorogatio ſi fiat alicuius diſpoſitionis, an remaneat prima diſpoſitio, vel potius cenſeatur noua. dec. 235. num. 3. 338

*Proteſtatio.*

Proteſtatio Actoris, quæ fit ad declarandam propriam voluntatem, ſi fiat parte abſente, nùm ſit efficax, deciſ. 175. n. 3. & in obſer. n. 2. 254
Proteſtatio ſi fiat in præſentia Partis conſentientis per verba futuri temporis, nùm tollat actum ſequentem, etiam initum ex interuallo, & incompatibilem cum proteſtatione, deciſ. 5. num. 5. 8

*Provt dictio.*

*Provt* dictio, in aliqua diſpoſitione poſita, quando ſtet relatiua caſualiter, & quando conditionaliter, dec. 95. n. 3. 4. & 5. 141

*Publicatio.*

Publicationis actus, ſi in proceſſu omittatur, nùm vitiet proceſſum, in obſer. ad deciſ. 273. n. 2. 380

*Puella, & Puer.*

Puella in quo loco ſit reponenda ad finem explorandi eius voluntatem, vbi educari, vel manere vellet, deciſ. 132. n. 2. 195
Et in quo loco eſſet reponenda, ſi tractaretur de matrimonio contrahendo, & patrem haberet, & nollet nubere illi, quem pater in ſponſum deſtinauit, d. n. 2. & in obſer. n. 1.
Puella, quæ generaliter ſe ſubſcripſit in capitulis matrimonialibus, in quibus aliqua pro ea faciebant, aliqua verò non, an videatur ſubſcripſiſſe ea, quæ ſibi erant præiudicialia, in obſer. ad deciſ. 235. n. 4. 339
Puella ſi audiatur exclamare, & deinde reperiatur flere, fracto vrceo, quem portabat in capite, nùm ſit indicium vehemens illam fuiſſe oſculatam, in obſer. ad deciſ. 221. n. 1. 315
Puellam ſi quis per vim ſit amplexatus, qua pœna puniatur, & in d. obſer. n. 1. 315
Pueri duo minoris ætatis fuerunt Romæ furcis ſuſpenſi tempore Pij V. & quare, in obſer. ad deciſ. 525. n. 1. in fine. 697
Et de alio adoleſcente, qui etiam fuit ſuſpenſus per pedes tempore Gregorij XIII. in d. obſer. n. 1. in fine.

*Pupillus.*

Pupilli aduerſus delictum nùm reſtituatur, eiſque competat fori electio, cæteráque priuilegia, *l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* &c. in obſer. ad deciſ. 491. n. 2. 650
Pupilli bona ſi cum iudicis decreto, aliiſque ſolemnitatibus ſint obligata, nùm poſſint abſque alia ſolemnitate vendi, deciſ. 506. n. 2. in fine. 670
Pupilli prædium ſi vendatur, & de pretio ipſius creditoribus ſit ſatisfactum, licèt nulla ſit venditio, & poſſit pupillus vendicare prædium, vna cum fructibus perceptis, nùm poſſit emptor illum repellere exceptione doli, donec pretium ſoluatur vna cum vſuris, deciſ. 215. n. 1. in fine. 307
Pupillorum bona, vt poſſint per Tutores legitimè alienari, vel obligari, quæ de iure requirantur, dec. 211. n. 2. 300. & in obſer. n. 1. 301
Et an ſi nulla horum bonorum alienatio, ſi ſequatur non ſeruatis ſeruandis, in d. obſer. n. 1. 300
Pupillus nùm efficaciter comprehendatur in omni obligatione legali, deciſ. 269. num. 2. 375

## Q

*Qualitas.*

QValitas in vno legato apposita, in alio cenſetur repetita, in obſer. ad deciſ. 366. n. 4. 490

*Quaſi poſſeſſio.*

Quaſi poſſeſſio conferendi beneficium, vel præſentandi in illo, nùm per vnicam collationem, vel præſentationem, quæ tamen effectum ſortita ſit, acquiratur, in obſer. ad deciſ. 485. n. 1. 643
Quaſi poſſeſſio exigendi cenſum, nùm acquiratur per vnicam ſolutionem factam creditori à debitore ad finem manutenendi, in d. obſer. n. 1. in fine. 644

*Quadriennium.*

Quadriennium, quod conceditur minori facto maiori, aliiſque priuilegiatis ad petendam in integrum reſtitutionem, an currat ignoranti, vel ſolùm ſcienti, in obſer. ad deciſ. 269. n. 1. 375
Et an incipiat currere à die ſcientiæ, deciſ. 573. n. 2. in medio. 766
Quadriennium, quod datur Eccleſiæ ad petendum reſtitutionem in integrum, an currat, ſi probabilem Eccleſia habeat ignorantiam, licèt ſtetiſſet per centum annos, deciſ. 83. n. 4. in fine, 122. & d. deciſ. 573. num. 2. in medio. 766

Qui.

Digitized by Google

*Qui.*

Qui non habet in ære, luat in corpore, deciſ.14. numero 3. 19

*Quietatio.*

Quietatio cum clauſulis generalibus, & generaliſsimis ſuper vna re facta in aliquo contractu, nùm extendatur ad omnia, etiam in eo contractu ſpecialiter non expreſſa, dec.332.n.1.446. & in obſer. n.1. 447

*Quoquomodo.*

*Quoquomodo*, dictio, quid importet maximè in materia legatorum, deciſ.72.num.2. in fine, 105. & in obſer.n.4. 106

R

*Raguſei.*

RAguſei mercatores, & Nautæ pro cauſis ciuilibus, & maritimis, nùm ſolùm à conſule nationis cognoſci poſsint priuatiuè quoad Magnum Admiratum Maris, deciſ.526. num.1.& 2. 698

*Ratificatio, & Ratihabitio.*

Ratificatio alterius de actu geſto promiſſa ab eo, qui actum geſsit, ſi non ſequatur, nùm teneatur promittens ad pœnam inter partes conuentã, vel ad intereſſe loco pœnæ, in obſer.ad deciſ.211.n.3. 301

Ratihabitio nùm retrotrahatur ad tempus celebrati contractus, ſi de tertij præiudicio non agatur, dec. 490.n.20.in fine. 649

*Ratiocinia.*

Ratiociniis obligati, nùm repellantur ab ordinum ſuſceptione, donec rationem reddant, in obſer.ad dec. 29.num.2. 3

Et quid dicendum de hærede adminiſtratoris, in obſer. num.2. in fine.

*Rationales, & Ratio.*

Rationales electi ad computa diſcutienda Adminiſtrantium Vniuerſitates, nùm habeant prærogatiuam exequendi contra Adminiſtrantem realiter, & perſonaliter, in obſer.ad deciſ.518.num.2.in fine. 688

Rationem reddere quicunque tenentur, nùm teneantur conficere libros, deciſ.180.n.1. 259

Et quo remedio contra illum agi poſſit, ſi iurauerit libros non confeciſſe, d. deciſ.180. num.1. & 2. in obſer.n.2. 260

Et quid dicendum ſi dicat, libros confeciſſe, & amiſiſſe, & an ſit ei credendum, in d.obſer. n.2.

*Rebellio, & Rebellis.*

Rebellionis in crimine an, & quando agi poſſit interdicto recuperandæ poſſeſſionis, deciſ.98. num.2.& in obſer.n.1. 146

Rebellionis ob crimen nùm dominium vtile feudorum ipſo iure acquiratur fiſco, d.n.2.in principio.

Rebellis an ſit, qui cum ſit ligius alicuius Regis, eique homagij iuramentum præſtitit, tandem expulſi partes tuetur, deciſ.83.n.1. in medio. 263

Rebellis ſi ſit à Principe reſtitutus per viam gratiæ ad priſtinum ſtatum, an recuperet bona, quæ penès fiſcum non ſunt; ſed in tertium alienata, deciſ.487. n.1.645.& in obſer. n.1. 646

Et quid dicendum ſi aliter declaretur intentio Principis, d.n.1.

Et quid dicendum ſi reſtitutio fieret ob publicam cauſam, in d.obſer.n.2.& 3.

Et an fiſcus teneatur illis reſtituere pretium, in d. obſer.n.4.

Rebellis filij, vide in verb. *Filij.*

Rebellis vxor ſi decedat, an in bonis ipſius ſuccedat fiſcus, vel fratres mulieris, deciſ.96. num.1. & 2. 142

Rebellis ſi Princeps indulgeat, nùm cenſeatur, ac ſi nunquam delictum eſſet commiſſum, deciſ.92.n.1. in fine. 138

*Reclamari, & Reclamatio.*

Reclamare à ſententia intra quod tempus quis poſſit, ſi obligatione ſit adſtrictus non reclamandi ſub pœna, deciſ.561.n.1. 752

Reclamari nùm prohibeatur omninò à duabus ſententiis Præfecti Prætorio ad fauorem vnius latis, in obſer. ad deciſ.420. num.1.563. & deciſ.496. n.2. 656

Et quid dicendum ſi prima ſententia eſſet Tribunalis inferioris, in d.obſer.n.3.

Reclamatio an detur reſpectu decretorum latorum per Curiam Admiratis, ſi eſſent conformia decreti Sacri Conſilij, in obſer.ad deciſ.496.n.2. 657

Reclamatio an detur ſi remiſſio cauſæ per inquiſitum petita, vel per carceratum, fuerit denegata per decretum Magnæ Curiæ Vicariæ confirmatum, deinde per Sacrum Conſilium, in d. obſer. num.1. in medio.

Reclamatio an fiat deſerta ſi per Reclamantem non ſteterit, quin cauſa expediretur, deciſ.535.n.1. 713

Et an requiratur, vt impetretur ſecundum fatale, vel vt ſaltem fiat proteſtatio, d. deciſ.535.n.2. & in d.obſer.n.1.& vid.in verb. *Appellatio.*

Reclamatio à ſententia Præfecti Prætoris infra quot dies ſit facienda, deciſ.241.n.1. 206

Et vt ſententia exequi poſſit, nùm requiratur, vt victor fideiuſſionem præſtet de reſtituendo in caſu retractationis ſententiæ, d.num.1. & in obſer. n.1. 207

Et nùm Victor admittatur ad iuratoriam cautionem, ſi ſit ita pauper, vt fideiuſſionem non inueniat, d.deciſ.141.n.2.& in d.obſer.n.2. 207

Reclamatio à ſententia Sacri Conſilij, nùm ſit admittenda in cauſis criminalibus, ſi talis ſententia ſit conformis ſententiæ Magnæ Curiæ, deciſ.220. n.1.313.& in obſer.n.2. 314

Et quid dicendum in cauſis ciuilibus, d. deciſ.220. num.2. 313

Et quid dicendum in cauſa circa indultum, an ſcilicet reus illo gaudeat, vel non gaudeat, d. n.1.& 2. 313.& in d.obſer.n.1. 314

Reclamatio an, & quando ſit admittenda à duabus ſententiis conformibus, ſi alia difformis lata ſit intermedia, deciſ.420.n.1. & 2.562.& in obſer. n.2. 563

Et quid dicendum ſi vltima ſententia ſit nulla, d.n.2. 562

Reclamatio an ſit admittenda in cauſis criminalibus à decreto Sacri Conſilij Neapolitani confirmante decretum Magnæ Curiæ Vicariæ, deciſ.496. n.1. & 2. & in obſer.n.1. 656

Et an ſit reclamatio admittenda à decreto eiuſdem Sacri Conſilij interpoſito in cauſa ciuili dependente à criminali, d.n.1.& 2.

Et an hoc procedat in articulis ciuilibus dependentibus tamen à criminalibus, in d.obſ.n.1. in medio. 653


*Reconuentio.*

Digitized by Google

*Reconuentio.*

Reconuentio nùm admittatur in iudicio ſummario, deciſ.103.n.2.in fine. 155

Reconuentio per reum an poſſit opponi in quacunque parte iudicij,etiam poſt concluſum in cauſa, in obſer.ad deciſ.413.n.1.& 2. 552

Et ſi opponatur poſt concluſionem, nùm expeditio cauſæ conuentionis retardetur per reconuentionem, in d.obſer.n.2.in fine.

Reconuentio poſt concluſum in cauſa, nùm poſſit opponi contra clericum actorem coram iudice ſeculari,in d.obſer.n.3. 552

*Rector.*

Rector alicuius Eccleſiæ ſi bona ipſius Eccleſiæ alienauerit ſine ſolemnitatibus, licèt in euidentem Eccleſiæ vtilitatem,nùm valeat alienatio, in obſer. ad deciſ.88.n.2. 133

*Recurſus.*

Recurſus ad ſuperiorem, ſiue querela nùm tollatur in caſibus, in quibus tollitur appellatio, deciſ.220. num.2. in fine, & in obſer.n.3. 314

*Redditus.*

Redditus dicuntur deductis expenſis, in obſer. ad deciſ.300. num.3. in fine. 412

*Refutans, & Refutatio.*

Refutans feudum, nùm poſſit ſuper illo imponere ſeruitutem durantem ad vitam refutantis, dec.550. n.2.733.& in obſer.n.3. 735

Refutatio feudi an corruat,ſi pacta in eo appoſita non ſubſiſtant defectu aſſenſus, in obſer. ad d.deciſ.550. n.2.in medio,734.& in d.n.2.in fine. 735

Refutatio feudi facta à patre in filium primogenitum, in qua filius refutatarius certam annuam quantitatem patri refutanti ſoluere promiſit, an de iure ſubſiſtat abſque Regio aſſenſu ſuper ea impetrato, d. deciſ.550.n.1.& 2.733.& in obſer.n.1. 734

Et quid dicendum ſi filius ſuper feudo nullum ius patri conſtituat, ſed tantùm obligetur actione perſonali ad quantitatem præſtandam in d. obſer. n.1.

Et quid dicendum ſi refutans reſeruet ſibi in feudo habitationem, d.n.2. 733

Et quid dicendum ſi refutatio firmata ſit iuramento refutantis, d.n.2.in fine. 734

Refutatio feudi in proximè ſucceſſurum, vt valeat ſine aſſenſu requiritur, vt fiat ſimpliciter, & pura, & nihil commoditatis remaneat penès refutantem, nullúmque ius ſuper feudo conſtituatur, in obſer. num.2. 734

Refutatio feudi an præſumatur facta in fraudem fiſci, ne ſcilicet releuium ſoluatur, ſi pater refutauerit filio omnia bona feudalia, deciſ.564. num.1.in fine, & in obſer.n.1. 756

Et quid dicendum ſi huiuſmodi refutatio eſſet facta à patre filio contemplatione matrimonij,in d.obſer. n.1.in fine.

Refutatio feudi ſi ſtipuletur manu Notarij vaſſalli, nùm ſit nulla, & inualida,in obſer.ad deciſ.550.n.4. 735

*Regalia.*

Regalia conceſſa alicui cum feudo, quod deinde deuoluitur ad Regem, ſi demùm illud alteri concedat cum iuribus,& pertinentiis,nùm intelligantur conceſſa etiam regalia prædicta,dec.344.n.2. 461

Et an Regalia ſpectent ad Regem vti Dominum feudi,vel vti Dominum Vniuerſalem Regni,d.n.2. in medio. 461

Regalia licèt non veniant in generali diſpoſitione, veniunt tamen in ampliſſima in integrum reſtitutione, deciſ.172.n.2. 250

Regalia omnia an ſint de domanio,deciſ.566.n.1. 758

Regalia poſſidens an teneatur oſtendere titulum, alias poſſeſſione deſtituitur, deciſ.299.n.2.in fine,410.& d.deciſ.566.n.1.& in obſer.n.1. 758

Regalia poſſidere prætendens ſine titulo, an lite pendente debeat ab eorum poſſeſſione ſe abſtinere, in obſer.ad deciſ.111.n.2.166.& deciſ.251.n.2. 358

Regalia poſſideri, an poſſint abſque titulo, deciſ.344. num.1.461.& deciſ.543.n.2.in medio. 723

Regalia nùm veniant in generali conceſſione, vel de illis requiratur ſpecialis conceſſio, d. deciſ.344.n.1. 461.& in obſ.n.1. 462

*Regens.*

Regens ſupremi Italiæ Conſilij apud Regem noſtrum exiſtentis, ſi eligatur Regens in Collaterali Conſilio huius Regni, an ſit præferendus aliis Regentibus eiuſdem Collateralis, eóſque præcedat, deciſ. 446.n.2.& in obſer.n.1. 597

Regentes Regiam Cancellariam in cauſis ſibi ſpecialiter commiſſis à Rege, an dicantur iudices ordinarij, vel delegati,ita vt in ſecunda inſtantia amplius interuenire non poſſint,deciſ.556.n.1. 744

Et quid dicendum ſi in Regis reſcripto dicatur (*Committimus, dicimus, & præcipiendo mandamus*) dantes vices,& voces noſtras,&c.) d.n.1.

Et quid dicendum ſi Rex mediante alio reſcripto committat appellationis cauſam Domino Proregi, Regiam Cancellariam Regentibus, Regiis Conſiliariis, & Regiæ Cameræ Præſidentibus, an hoc caſu Domini Regentes interuenire poſſint, d.n.1.in medio.

*Regia Camera.*

Regia Camera Summariæ Regni Neapolis an ſit iudex competens, ſi quæſtio ſit inter fiſcum, & Priuatum, deciſ.7.n.1. 10

Et quid dicendum ſi cauſa ſit de appendicibus cauſæ fiſcalis inter duos Priuatos, d.deciſ.7.n.2.

Et an ſit iudex competens in cauſa, in qua fiſcus de euictione tenetur,licèt cauſa ſit inter duos Priuatos, d.deciſ.7.n.3.

Regia Camera nùm ſit iudex competens, ſi cauſa ſit inter duos officiales de re pertinente ad eorum officium,& ſubintret intereſſe fiſci, d.dec.7.n.4. 11

Et nùm ſit iudex quoque in criminalibus, d.deciſ.7. num.5. 11

Et an iuriſdictio Regiæ Cameræ abdicetur ab aliis Tribunalibus, d.deciſ.7.n.7. 11

Regia Camera Regni Neapolis an poſſit cognoſcere de ſcribis extraordinariis extra officium delinquentibus, in obſer.ad d.deciſ.7.n.1.in fine. 11

Et nùm poſſit cognoſcere de veritate præcum,deciſ. 16.num.1. 21

Regia Camera Summariæ nunquam conſueuit priuare officiales,delinquètes in officio,niſi illis plenè auditis,& formato proceſſu,dec.516.n.3.in medio. 685

Regiæ Cameræ ſententiæ, nùm faciant ius ad inſtar Præfecti Prætorio, deciſ.222.n.2.in fine. 317

Et an ab ipſius ſententiis poſſit appellari, vel ſolùm ad idem Tribunal reclamari earúmq; exequutio per ſupplicationem retardetur,in obſer.ad dec.7.n.1. 11

Et an ſit preſtanda per victorem idonea fideiuſſio de reſtituendo in cauſa retractationis provt fit in exequutione ſententiarum Sacri Conſilij, in d. obſ.n.1.

Et

Digitized by Google

Et quid dicendum ſi ab iſtis ſententiis ſupplicetur ante , vel poſt decem dies,an, & quando præſtanda ſit fideiuſſio, vel abſque ea exequutioni demandentur,dec.178.n.1. 257

Regiæ Cameræ Tribunal ſupremum,& magnum dicitur,in obſer.ad dec.7.n.1.11.& d.dec.178.n.1. 257

Et cuius præeminentiæ ſit hoc Tribunal, in d.obſ. n.1.in medio,& in obſ.ad d.dec.178.n.1. 258

*Regia Curia.*

Regia Curia præſens non eſt eadem cum illa Regis Ferdinandi I. dec.170.n.2. 247

Regiæ Curiæ an liceat pro vſu , & paſcuis pecudum Apuleæ capere herbagia particularium perſonarũ, aliaque bona capere particularia ex Reipublicę cauſa,dec.436.n.1.585.& in obſer.n.1. 586

Et quodnàm pretium ſoluere teneatur Reg. Curia, nùm iuſtum,& commune, an verò quod inuenitur, d.n.1.& in d.obſer.n.1.

Et quodnam pretium ſoluendum ſit pro territoriis, quæ pro herbagiis prædictis capta non reperiuntur tempore Alphonſi I. & Ferdinandi I. ſed aliorum Regum,nempe Frederici I. Regis Catholici,& Caroli Cæſaris,d.n.1.in medio. 585

*Regiæ decretationes.*

Regiæ Decretationes, quod Magna Curia de Iuſtitia prouideat,cuius ſint vis,& efficaciæ, in obſer.ad deciſ.306.n.1. 419

*Regina Ioanna.*

Regina Ioanna prima condemnauit crimine læſæ Maieſtatis,Occiſores Andreę de Iſernia ſui Conſiliarij, in obſer.ad dec.416.n.2. 555

*Regius Conſiliarius.*

Regius Conſiliarius cum ad tale munus aſſumitur ſanctiſſimè iurare debet in manibus Præſidentis , ſe nullam dediſſe,aut promiſiſſe pecuniam &c. pro dicto officio aſſequendo in obſ.ad dec.182.n.1. 262

*Regiſtrum.*

Regiſtrum nùm fidem faciat prout originale , & habeatur pro originali, dec.363. n.1.485. & in obſer. num.1. 486

*Regnicolæ , & Regnum.*

Regnicolæ nùm per bannum prohiberi poſſint, ne ad Ciuitatẽ Neapolitanã accedant animo ibi perpetuò cõmorandi,dec.218.n.1.& 2.311.& in obſ.n.1.312

Regnum Neapolitanum ſpectat ad Regem Catholicũ ex ſucceſſione Alphonſi I.dec.241.n.2.in fine.347

Regnum Neapolitanum nùm ſit feudum Eccleſiæ , & ſubiectum Papæ,dec.53.n.3. 73

*Regula Cancellariæ.*

Regula Cancellariæ de publicandis reſignationibus an, & quando locum habeat, & quomodo intelligenda ſit,dec.94.n.4. 140

Et nùm regula prædicta extendi poſſit ad commendam,d.n.4.

*Reintegratio.*

Reintegrationes ad ſedilia Ciuitatis Neapolis an iuſtificentur non ſolum ex ſcripturis,& verbis enunciantibus aliquem ex Aſcendentibus illius, qui reintegrationem petit , gauiſum eſſe honoribus ; verum etiam ex teſtium depoſitionibus , dec.428.n.1.572. & in obſer.n.1. 573

Et quot ad minus debeant eſſe ſcripturæ,ſiue inſtrumenta,d.n.1.in medio. 573

Et an iuſtificentur ex poſſeſſione domorum propè aliquod ſedile , vel ex matrimoniis contractus cum nobilibus de ſedile,d.n.1.& in d.obſer.n.1.

*Relatum.*

Relatum,non verò referens attendendum eſt,dec.412. n.2.in fine. 550

*Releuium.*

Releuia per errorem ſoluta ab eo, qui illa ſoluere non tenebatur,an fiſcus teneatur reſtituere,dec.558.n.2. in fine. 747

Releuij in liquidatione , nùm expenſæ, quæ fiunt pro Cuſtodia Caſtri in anno mortis Baronis deducendæ ſint ex fructibus , & introitibus Baronalibus, deciſ. 225.n.2.321.& in obſer.n.1. 322

Et an deducendum ſit ſalarium,quod ſoluitur Ærario per Baronem pro fructibus feudi, in d.obſ. n.2. 322

Et an deducendæ ſint expenſæ, quæ fiunt in meliorando feudum , puta pro conſtruendis Molendinis, Barcheriis , Charteriis &c. pro rata ſcilicet reditus melioramenti,in d.obſ.n.3.& 4.

Releuij in ſolutione nùm excomputanda ſi Adoha, quæ ſoluitur fiſco illo anno , quo ſcilicet moritur Baro,dec.247.n.1.& in obſ.n.1.354.& dec.371.n.1. & 2. & in obſer.n.1. 497

Et an excõputandum ſit ſeruitium perſonale , quod præſtatur Domino Regi à Barone in ipſomet anno, d.dec.247.n.1.in medio,& in obſer.n.1. 354

Releuij in ſolutione,ſeu liquidatione,nùm fieri debeat aliqua expenſarum deductio,in obſer. ad deciſ.300. num.4. 412

Releuij in ſolutione,quæ onera deducenda ſint, & an deducatur vita, & militia debita filiis ſecundogenitis in obſer.ad dec.371.n.2. 498

Releuij ſolutio in Regno noſtro moribus introducta eſt,non iure communi feudorum,dec.419. n.2.561. & dec.528.n.2. 703

Releuium exigendi ius quo tempore per fiſcum præſcribi poſſit,dec.558.n.2.in medio. 747

Releuium an debeatur Regiæ Curiæ quando quis ſuccedit in feudo non per mortem feudatarij, ſed per eiuſdem aſſumptionem ad Clericatum,dec.564.n.1. & 2.& in obſer.n.2. 756

Releuium nùm importet medietatem fructuum , qui percipiuntur eo anno , quo moritur feudatarius, in obſer.ad dec.371.n.2. 498

Releuium quare ſoluatur,& nùm ſoluatur ratione nouæ inueſtituræ,dec.254.n.2.& in obſer.n.1. 361

Releuium quod moribus introductum eſt in noſtro Regno,nùm debeatur ſolum ; cum quis ſuccedit in feudo per mortem feudatarij,non verò per contractum tam donationis , quàm ſimplicis refutationis, in obſer.ad dec.564.n.1. 756

Releuium nùm ſit ſoluendum ex refutatione facta à feudatario in proximè ſucceſſurum,dec.294.num.1. 404.& in obſer.n.1. 405

Et quid dicendum ſi à patre fieret filio refutatio omnium feudorum,deciſ.271.n.2. circa medium 377. & in obſer.n.2.378.& in d.n.1.in medio.404.& in d.obſ.n.2. 405

Et quid dicendum ſi refutatio omnium feudorum fieret contemplatione matrimonij, d.n.2.377. & in d.obſer.n. 2. 405

Releuium an ſit ſoluendum Regiæ Curiæ ſi pater donet filio feudum ex nunc pro tunc ſequuta eius morte , Regio aſſenſu ſuper donatione impetrato, dec.324.n.1.& 2. 437

Et an releuium ſit omnino ſoluendum,ſi in aſſenſu clauſula apponatur ( *ſaluis* ſcilicet *Iuribus Regiæ Curiæ exigendi releuium,ſequuta morte donantis,* in obſ. ad d.deciſ.324.num.4. 438.& deciſ. 404. num.3. 538

Releuium an ſit ſoluendum ex feudi donatione facta filio primogenito à patre contemplatione matrimonij ex nunc pro tunc ſequuta morte donantis,deciſ. 404.n.1.& 2.537.& n.4.& in obſer.n.1. 538

Releuium an ſit ſoluendum ſi quis ſuccedat in feudo per donationem inter viuos,deciſ.403.n.2.& in obſer.num.1. 536



Digitized by Google

Et quid dicendum ſi ſuper donatione nullus hominis impetretur aſſenſus, d.n.2.

Releuium an ſit ſoluendum ſi quis ſuccedat in feudo potius ex lege contractus, quam vti hæres defuncti, deciſ.343.n.1.& 2.460.& in obſer.n.1. 461

Et an ſit ſoluendum releuium per ſucceſſorem in feudo ex pacto,& prouidentia, dec.254.n.2.in fine, & in obſer.n.2.362.& d.deciſ.343.n.2. 460

Releuium an ſit ſoluendum ſi feudatarius ingrediatur in religionem, in d.obſer. n.2. & in obſer. ad deciſ. 564.n.2. 756

Releuium an ſit ſoluendum per mortem emptoris, qui deceſsit non adhuc impetrato Regio aſſenſu, ſed poſtea impetretur per venditorem, hærede emptoris ratum habente, dec.490.n.1.& 2.& in obſ.n.1. 649

Et quid dicendum ſi in impetratione aſſenſus non concurreret hæredis conſenſus, neque diſpoſitiuus, nec approbatiuus, in d.obſer.n.1.in fine.

Releuium an ſit ſoluendum per hæredem venditoris, ſi medio tempore, dum ſcilicet expectatur aſſenſus, mors contingit ipſius, in d.obſer.n.2. 649

Releuium an ſit ſoluendum,& per quem ſi feudum validè ſit alienatum cum pacto de retrouendendo, & venditor vigore pacti prædicti reemerit infra annum mortis emptoris, deciſ.338.n.2.& 3.& in obſ. n.1.455.& in d.obſer.n.3.649.& n.5. 650

Et an hæres emptoris teneatur ad integrum releuium, in d.obſer.n.1. 455

Et quid dicendum ſi venditor deceſſerit,& eius hæres infra annum mortis feudum reemerit vigore pacti prædicti, in obſer. ad deciſ.338.n.2.455. & in d. obſer.n.4. 649

Releuium an ſit ſoluendum per legatarium, cui feudum eſt à defuncto legatum cum Regio aſſenſu, deciſ. 248.num.2.& in obſ.n.1.355.& dec.419.n.1.2.& 3. 561.& deciſ.528.n.1.& 2.703.& in obſer. num.1. 704

Et quid dicendum ſi in præſtatione aſſenſus reſeruetur ius exigendi releuium, in d.obſer.n.1. 355

Et an ſit ſoluendum per mortem ipſius legatarij, d. deciſ.248.n.2. 355

Releuium an ſit ſoluendum per mortem feudatarij, qui Regio aſſenſu mediante feudum in vita certæ perſonæ donauerat, vſusfructu tamen ſibi reſeruato, deciſ.271.n.1.& 2.377.& in obſer.n.1. 378

Releuium an ſit ſoluendum per mortem viri, ſi illi ſit datum feudum à muliere in dotem, deciſ.45.n.1.60. & in obſer.n.1.& 2. 61

Et quid dicendum ſi feudum fuerit datum viro æſtimatum, d.deciſ.45.num.3.& in obſer. num.2.61.& num.3. 62

Releuium an ſit ſoluendum per ſucceſſorem in feudo, mediatè fideicommiſſo Regio aſſenſu vallato, deciſ. 254.n.2.& in obſer. n.1. 361

Releuium ſi ſolui non poſſit ex fructibus illius anni, quo moritur feudatarius, nùm debeat ſolui ex fructibus alterius anni, deciſ.248.n.2.circa finem. 355

Releuium ſoluens nùm poſſit prætendere, ſe vtile feudi dominium acquiſiuiſſe, deciſ.560.n.3. 750

Releuium ſoluere an teneatur filius per mortem patris, ſi feudum ſit conceſſum ſibi,& patri propriis nominibus, itavt cenſeatur in dubio conceſſum filio propria ſua contemplatione, & non patris, deciſ. 343. n.2.& per totam. 460

Releuium ſoluere an teneatur hæres particularis in feudo, in obſer.ad deciſ.248.n.2. 355

Releuium ſolui debet tantùm per ſucceſſorem in feudo titulo vniuerſali, puta hæreditario, dec.528.n.2. 703

*Remedium.*

Remedium canonis reintegrandæ 3. qu.1. nùm competat hæredi ſpoliati, ſi experire velit ex perſona defuncti, in obſer.ad deciſ.13.n.3.

Et an,& quando competat hoc remedium, vide in verb. *Spoliatus.*

*Remittens, & Remiſſio.*

Remittens omne ius, quod habet,& habere ſperat, an remittere cenſeatur ius fideicommiſſi de futuro, dato quod de illo notitiam habeat, deciſ.553.n.2.739. & in obſer.n.1. 740

Remiſſio mercedis ob ſterilitatem nùm fieri debeat cõductori, ſi modica ſit fructuum amiſſio, deciſ.509. num.1. 673

Et quanta debeat eſſe ſterilitas, vt hæc mercedis remiſſio conductori fieri debeat, d.deciſ.509.n.2.673. & in obſer.n.1. 674

Et quod damnum conductoris requiratur, nùm intolerabile, vel magnum, vel arbitrio iudicis, d.n.2.

Remiſſio mercedis, vt fiat conductori per locatorem ob ſterilitatem, nùm debeat conductor eſſe læſus in fructuum amiſſione, vltra dimidiam penſionis ſoluendæ, deciſ.455.n.1. 608

Et an id remittatur arbitrio iudicis, d.n.1.in medio.

Et an facienda ſit remiſsio, ſi in inſtrumento locationis renunciatum ſit omnibus excomputis, exceptis caſibus peſtis,& inuaſionis Regni, d.n.1.in medio.

*Renunciandi facultas, & Renunciatio.*

Renunciandi facultatem qui obtinuit de aliquo officio ad alterius fauorem, an poſsit illud vendere, vel renunciare, accepta tamen pecunia, in obſer.ad deciſ.223.n.2. 320

Renunciantis filiis,& filiæ an,& quando venire poſsint ad hæreditatem renunciatam ex propria eorum perſona, ſi agatur de bonis allodialibus, in obſer.ad deciſ.40.n.4. 53

Renunciari an poſsit appellationi, vid. in verb. *Appellationi.*

Renunciari an poſsit iuri dicendi de nullitate, vid. in verb. *Iuri dicendi.*

Renunciatio bonorum feudalium ſemper cenſetur perſonalis, niſi fiat in manibus Domini, deciſ.157.n.3. & in obſer. n.2. 230

Renunciatio bonorum feudalium facta per filium primogenitum in manibus patris ad fauorem ſecundogeniti, vt valida ſit, nùm debeat Regio aſſenſu eſſe vallata, deciſ.155.n.1.& 2.226.& in obſer.n.1. 227

Et an requiratur aſſenſus, ſi deinde pater primogenito ſuperuixerit, licèt illicò deceſſerit, d.n.2.in fine. 227

Renunciatio caſuum fortuitorum, nùm comprehendat inſolitos,& inopinatos, deciſ.455.n.1.in medio. 608

Renunciatio facienda de officio Regio ab eo, qui renunciandi habet facultatem nùm ſit approbanda per Dominum Proregem, præuia tamen informatione, deciſ.223.n.2.circa finem. 319

Renunciatio facta à filia nubente patri, cum ampliſsimis clauſulis, exiſtentibus tamen renunciationis tẽpore filiis maſculis,& ſic fratribus renunciantis, illis demùm defunctis, an euaneſcat, ita vt ipſa filia renuncians poſsit cum aliis ſororibus patri ab inteſtato ſuccedere, dec.581.n.1.& 2.776.& in d.obſ.n.1. 777

Et quid dicendum ſi hæc renunciatio fieret per aquilianam ſtipulationem, d.n.2.in fine.

Et an hæc renunciatio tacitam habeat conditionem, ſi maſculus patri, vel fratri ſuperueniat, in d. obſer. n.1.in medio. 777

Et propter quas cauſas parentes has reſpiciunt filiarum renunciationes, in d.obſer.n.1.in principio.

Renunciatio facta à filia, vel ſorore, nùm tacitam conditionẽ habeat, ſi patris, vel matris hęreditas ei deferatur, dec.40.n.2.in medio verſ. *Sed ad vtrùmque.* 52

Renunciatio facta à filia, vid.in verb. *Filia qua renunciat.*

Renunciatio

Digitized by Google

Renunciatio facta vni, ad alium nùm extendatur, dec. 58.n.3.82,& in obſer.n.2. 83
Renunciatio matris, quæ renunciatario præmortua eſt, nùm obeſſe poſſit filiis, quominus venire non poſſint ad ſucceſſionem materteræ ex propria perſona, dec.157.n.2.verſ. *quantum verò*, in medio, & in obſer.n.3. 230
Renunciatio officij facta tempore, quo quis ſit de ſalute deſperatus, an valeat, poſita facultate renunciandi perſonæ ſibi benè viſæ, dec.223.n.2. 319
Et quot diebus antequam moriatur facta eſſe debeat ad hoc vt valeat, in obſer. ad d. deciſ.223.n.1. 319
Renunciatio perſonalis, quæ ſcilicet contemplatione alicuius perſonæ fit, nùm euaneſcat extincta perſona, in obſer. ad deciſ.145.n.2. 213
Renunciatio, quæ fit à filiabus, vel ſororibus, tempore quo nuptui traduntur, quantumuis ampliſſima, & quæ trahatur ad iura de futuro, nùm debeat reſtringi ad illa iura, quæ ex cauſa de præſenti competere poſſunt, in obſer. ad dec.553.n.1. circa medium. 740
Et an hoc procedat quamuis iuri de futuro expreſsè ſit renunciatum per pactum de non amplius petendo, in d.obſer.n.1.in medio.
Renunciatio, quæ fit à filia patri, eiúſque hæredibus, dum nuptui traditur, potius dicitur extinctiua, quàm tranſlatiua alicuius iuris in renunciatarios, in obſer. ad deciſ.155.n.1.in medio. 228
Renunciatio, quæ fit à filia etiam iuri de futuro in forma pacti, licèt de præſenti dependentiam non habeat, an valeat, in obſer. ad deciſ.444. numer.1. 595
Renunciatio, quæ fit à matre bono paternorum, an obeſſe poſſit filiis, quin ad ſucceſſionem Aui materni venire poſſint ex propria eorum perſona, ſi mater ipſa reperiatur præmortua, deciſ.40.num.2.verſ. *ſed ad vtrumque*, 52.& in obſer. n.2.53. & in obſer. ad deciſ.157.n.3. 230
Renunciatio, quæ fit per mulierem de hypotheca ſuper corpore ſibi obligato, an, & quando valeat, in obſer.ad deciſ.148.n.4. 218
Et nùm valeat ſi fiat cum iuramento priuſquam promulgaretur Pragmatica de S.C. Velleiano, in d.obſ. num.5.
Renunciatio ſi fiat de omnibus excomputis in ſpecie, & in genere, nùm veniant excomputa facienda ob ſterilitatem, vel alios caſus fortuitos, dec.455. nu.1. in medio. 608

*Repetita, & Repetitio.*

Repetita nùm cenſeantur in codicillis cum omnibus ſuis qualitatibus, quæ ſunt diſpoſita in teſtamento, ſi diſpoſitum in codicillis referatur ad teſtamentum, deciſ.237.n.3.& in obſer.n.1. 342
Et an fiet repetitio, vbi diſpoſitio vitiaretur, d.n.3. circa finem.
Repetitio qualitatis nùm fiet, ſi qualitas ſequentis rei non congruat antecedenti rei, d.numer.3. in médio.

*Repulſa.*

Repulſa, & repulſa repulſæ quænam ſint, in obſer. ad deciſ.343.n.1. 525
Et an in termino repulſæ repulſæ poſſit de directo contrarium articulari eius, quod in termino repulſæ articulatum fuit, in d.obſer. n.1.in principio.
Repulſa in quibus caſibus deneganda ſit, in d. obſer. n.1.in medio.
Repulſa teſtium, vid. in verb. *Teſtium repulſa.*

*Res.*

Rem ſuam vendere ſi lex, aut ſtatutum aliquem compellat, quodnam pretium ſit illi ſoluendum, an ſcilicet pretium iuſtum, & commune, dec.436.num.1. in medio. 585
Et quodnam pretium ſit ſoluendum ab eo, qui in obligatione pretij, ſeu venditione rei præferatur alteri ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, d.n.1.in medio.
Et vid. in verb. *Pretium.*
Res ab vno auferri, & alteri dari, nùm poſſit ob bonum publicum, deciſ.232.n.2. 332
Res aliena inſcio, vel inuito Domino, nùm alteri obligari poſſit, deciſ.568.n.2. 757
Et quid dicendum accedente Domini ratihabitione, d.n.2.
Res empta ab officiali pecunia Domini, an poſſit per Dominum in ſubſidium vendicari, in obſer. ad dec. 71.num.9. 105
Res empta ex pecunia militis, furioſi, vel Prodigi, nùm acquiratur Militi, Furioſo, vel Prodigo, in d.obſer. num.7.& 8.
Res empta per prælatum Oeconomum, vel ſyndicum nomine proprio, ſed pecunia Eccleſiæ an requiratur ipſi Eccleſiæ, vel ementi, in d.obſer.n.6.
Res empta per Tutorem, Curatorem, aliumvè adminiſtratorem nomine proprio, ſed pecunia ipſius pupilli, minoris, &c. nùm poſſit vendicari per ipſum pupillum, minoremvè ſi velint, in d.obſer.n.5. 105
Res quælibet libera præſumitur, deciſ.68. num.4. in fine. 98
Res quælibet, ſi pereat caſu fortuito, vel vi latronum, an Domini periculo pereat, deciſ.182.n.1. 261
Et quid dicendum ſi culpa præcedat caſum, d.n.1.
Res, quæ exercitui paratæ ſunt, dato quod in exercitu non ſint, nùm gaudeant vectigalium immunitate, deciſ.189. num.2. 272

*Reſcriptum.*

Reſcripta Regis in Curia obtenta, intra quod tempus præſentanda ſint Domino Proregi, nè ipſo iure nulla ſint, deciſ.223.n.2.circa medium. 319
Reſcriptorum geminatio nùm vim habeat clauſulę non obſtante, &c. vel ex certa ſcientia, vel ex motu proprio, deciſ.306.n.2.in fine. 418
Reſcriptum Principis nùm trahatur ad tempus, datæ, vel ſignatæ ſupplicationis, deciſ.291.n.2. 402
Reſcriptum Principis an tranſeat in ſingularem ſucceſſorem illius ad beneficium, cuius conceſſum eſt, dec.334.n.2.449.& in obſ.n.3. 450
Et quid dicendum ſi reſcriptum conceſſum ſit dignitati, d.n.2.in fine.
Reſcriptum, quod Magna Curia ſuper ſupplicatis iuſtitiam faciat, nùm vim habeat, vt Magna Curia reuocare poſſit, quod prius decreuerat, in obſer. ad deciſ.300.n.1. 419
Et quid dicendum ſi in reſcripto dicatur, quod fiat iuſtitia, aliis iudicibus adiunctis, in d.obſ.n.1.in med.
Reſcriptum ſi ſit impetratum, quod Magna Curia, vel Sacrum Conſilium ſuper ſupplicatis, de iuſtitia prouideat, nùm cenſeantur reuocatæ aliæ iuſſiones, & obſtacula impedientia, etiam quod de his in corpore ſupplicationis per ſupplicantem mentio facta ſit, in d.obſer. n.2. 419
Et quid dicendum ſi decretatio clauſulam haberet, non obſtante, vel ex certa ſcientia, in d.obſer.nu.2.

*Reſignans, & Reſignationes.*

Reſignans beneficium, vid. in verb. *Beneficium.*
Reſignationes beneficiorum ab infirmis factæ, vt validæ ſint per quot dies viuere debent reſignantes, in obſer. ad deciſ.223.n.1. 319

*Reſiſtentia.*

Reſiſtentia commiſſa non dicitur ſi ad manuum operationem deuentum non fuerit, in obſer. ad deciſ. 545. num.3. in medio. 726

*Reſtitutio, & Reſtitutus.*

Reſtitutio in integrum nùm concedenda ſit fiſco, in obſer.ad deciſ.341.n.1. 458



Digitized by Google

Reſtitutio in integrum ex clauſula generali, *ſi qua mihi ex iuſta cauſa &c.* nùm competat cuicunque maiori, 573.n.2. 765
Reſtitutio in integrum an competat Eccleſiæ contra præſcriptionem quadragenariam, dec. 328.n.3.442. & in obſer. ad dec. 408.n.1. 543
Et quantum tempus detur ad hanc reſtitutionem petendam, & quando incipiat currere, d.n.3. in medio. 442. & dec. 573.n.2. in medio. 766
Et an competat Eccleſiæ aduerſus centenariam præſcriptionem, dec. 408.n.2. & in obſer. n.1. 543
Et an competat fiſco, & fiſcus, & Eccleſia æquiparentur, d.dec. 573.n.2. in medio. 766
Reſtitutio in integrum in cauſis criminalibus, & pœnalibus an ceſſet, dec. 341.n.1. in fine. 458
Et quid dicendum ſi pœna deſcendat ex contractu, d.deciſ. 341.n.2. circa finem.
Reſtitutio in integrum dari an poſſit poſt centum annos, dec. 83.n.2. circa medium. 122
Reſtitutio in integrum an poſſit ex miſericordia concedi reo condemnato, dec. 220.n.3. circa mediũ. 314
Reſtitutio in integrum an impediat exequutionem ſententiæ, licèt altiorem requirat indaginem, dec. 16. n.4. & in obſer. n.2. 21
Et quid dicendum in ſententia Regia, in d.obſ. n.2.
Reſtitutio in integrum in Regno noſtro, nùm appelletur primũ, & ſecundum beneficium, dec. 115.n.1. 117
Et an, & quando competat minori, d.n.1. 117
Reſtitutio in integrum, quam nos in Regno appellamus primum, & ſecundum beneficium, nùm ſit concedenda fiſco in criminalibus ad pinguius probandum, in obſer. ad dec. 341.n.2. 458
Et an ſimiliter concedenda ſit Vniuerſitatibus, Eccleſiis, Collegiis, Montibus Piis, ſedilibus Ciuitatis, aliiſque, in obſ. ad dec. 156.n.1. & 2. 229
Et an competat Vniuerſitati, redactæ ad vnum foculare, in d.obſer. n.2.
Et an illis quibus hoc beneficium competit, poſſit tempus præfigi, intra quod petere hæc beneficia cogantur, in d.obſer. n.1.
Reſtitutio in integrum, quæ minori conceditur, nùm debeatur quoque maiori litis conſorti, ſi verſemur in diuiduis, ſiue diuiſibilibus, dec. 164.n.2. & in obſer. num.1. 240
Et quid dicendum ſi verſemur in indiuiduis, ſiue in connexis, d.n.2.
Reſtitutione in integrum, quæ datur ad pinguius probandum, ſi concedatur minori, atque mulieri quoad ponenda de nouo tantum, non autem reſpectu deductorum, nùm poſſit vti Aduerſarius tàm ſuper poſitis, quàm ſuper de nouo ponendis, dec. 174.n.1. & 2. & in obſer. n.1. 253
Reſtitutione in generali omnia veniunt præter alteri conceſſa, & fructus medio tempore percepti, deciſ. 172.n.1. 250
Reſtitutus à Principe quamuis per pleniſſimam reſtitutionem, nùm recuperet fructus per alium perceptos, dec. 66.n.1. 93. & in obſer. n.1. 94
Et vid. in verb. *Rebellis.*

*Retentio.*

Retentio nùm detur pro expenſis illiquidis, deciſ. 167. num.2. in fine. 243
Et an detur retentio rei pro expenſis factis in ipſa re, dec. 359.n.2. in fine. 480
Retentio ratione hypothecæ, nùm denegetur, ſi res cum aliquo vitio perueniſſet in poſſe Creditoris, in obſer. ad dec. 559.n.3. 749
Retentio rei poſſeſſæ ob hypothecam, quamuis anteriorem, nùm competat poſſeſſori ad finem, vt ſententiæ exequutionem impedire poſſit, d.deciſ. 559. n.1. & 2.748. & in d.obſer. n.3. 749
Retentionis exceptio nùm poſſit opponi in exequutione ſententiæ, illaque competat pro meliorationibus factis in re, vt poſſit retineri res, donec impenſum ſoluatur, d.n.2.
Retentionis ius an, & quando detur non ſolùm reſpectu rei, quæ petitur pro aliquo debito, verũ etiã pro alio debito, dec. 359.n.2.480. & in obſ. n.3. 481
Et an Retentio competat pro re quaſi debita, d.n.2. in medio.
Et an cõpetat Retẽtio adhuc ſi res non ſit hypothecata, & ſiue vitio peruenit ad retinẽtẽ, d.n.2. in fine.

*Reuocatio.*

Reuocatio alienationis feudi, re integra nùm poſſit fieri tàm per Emptorẽ, quam per vẽditorẽ defectu Regij aſſenſus non impetrati, dec. 498.n.2. in medio, & in obſer. num.2. 659
Et nùm Reuocationi locus ſit, vbi feudum eſt venditum, & emptori traditũ, adeo quod ex illo fructus percepit, propriiſque Creditoribus cum Regis aſſenſu illud idem hypothecæ ſubmiſit, d.n.2. in medio.
Et an ſit locus huiuſmodi Reuocationi ob defectum aſſenſus, ſi à principio pactum ſit de non reuocando, vel ex poſt facto, & ex interuallo, d.n.2. circa finem. 659. & in obſer. n.3. 660

*Reus.*

Reus compilato proceſſu an poſſit petere terminum ad ſe defendendum aduerſus ſcripturas ab Actore præſentatas, in obſer. ad dec. 90.n.2. 136
Reus conuentus in iudicio an poſſit petere, vt actor ſuum declaret generalem libellum & replicationẽ, dec. 521.n.1. & 2.691. & in obſer. n.1. 692
Reus declarare an teneatur ſuam exceptionem, ſi ſit obſcura, in d.obſer. n.1. in fine.
Et quid dicendum, ſi exceptio dicat obſtare actori notorium iuris defectum, in d.obſer. n.1. in fine.
Reus cedere an teneatur actori inſtrumenta ad eius intentionem fundandã, d.dec. 521.n.2. in fine. 692
Et an teneatur edere ad eiuſdem actoris replicationem fundandam, d.n.2. in fine.

*Rex.*

Reges alienigenæ, qui in alterius Regno feuda poſſident, nùm ſint immunes à ſolutione donatiui, & dohanę debitæ Regi, in cuius Regno dicta feuda poſſident, dec. 117.n.3. & 4. 174
Reges Auſtriaci noſtri nùm teneantur ſeruare Contractus, & priuilegia conceſſa à Ferdinando I. & II. ab Alphonſo II. & Frederico Regibus Aragoneis, niſi fuerint per Imperatorem Carolum confirmata, in obſer. ad dec. 33.n.1. in medio 43. & dec. 286.n.2. & in obſer. n.1.395. & in obſer. ad dec. 553.n.2. 740
Et an tantum teneantur habere rata geſta per Alphonſum primum legitimũ Regem, in d.obſ. n.1. in medio, & in d.obſ. ad dec. 555.n.2. in fine. 740
Regis gratia alteri cõceſſa, nùm ęquiparetur cõtractui, vel vltimæ voluntati, dec. 83.n.4. circa medium. 122
Regi narranti in ſuo priuilegio ſtandum eſt, & quare, dec. 285.n.2. in fine. 394
Rex nùm adſtringatur ad obſeruantiam contractus onerosi, dec. 185.n.3. 268
Rex Auſtriacus an teneatur ſeruare contractus initos per Reges Aragoneos, vid. in verſ. *Reges Auſtriaci.*
Rex Catholicus, cui ſucceſſit Imperator Carolus mediante perſona Reginæ Ioannæ eius matris, an ſucceſſerit Regi Ferdinando I. vel Regi Alphonſo I. dec. 170.n.2.247. & dec. 305.n.2. in fine. 417
Rex Catholicus confirmans priuilegia, valida confirmare cenſetur, non autem nulla, dec. 287. num.2. in fine. 397
Et an confirmando priuilegia per Principem inferiorem conceſſa, cenſeatur præſtare aſſenſum illo carentibus, d.n.2. in fine.



Digitized by Google

Rex Catholicus nùm poſſit Vaſſallum, feudum tenentem immediatè à Regia Camera, ſubdere alicui Baroni, vt ipſum, & non Regem recognoſcat, & ius adohæ, & releuij Baroni ſoluat, dec. 19. num. 1. 24. & in obſer. n. 1. 25

Rex concedendo delinquentibus indultum generalem ab omnibus patratis delictis, & pœnis, qua poteſtate id facere poſſit, nùm ordinaria, vel plenaria, dec. 546. num. 2. 727

Rex feudatario alienanti in quibus caſibus aſſentire cogatur, dec. 274. n. 2. 381. & dec. 352. n. 2. 471

Et an teneatur omninò conſentire alienationi rei feudalis conceſſæ à principio, cum facultate alienandi, Regio tamen aſſenſu accedente, in obſer. ad d. dec. 274. n. 1. 382

Et an teneatur aſſentiri alienationi feudi, quæ fit ob debitum feudatarij, deciſ. 503. n. 1. 666

Rex geſtum per Prædeceſſorem tunc ſeruare tenetur, cum ſuccedit in Regno per ſucceſſionem, ſecus ſi per nouam armorum acquiſitionem, vel electionem, deciſ. 33. n. 1. 43

Rex in præiudicium ſucceſſorum nùm poſſit concedere Regalia, in obſer. ad deciſ. 537. n. 2. 716

Rex neceſſitate expoſcente, nùm poſſit reuocare, vel ſuſpendere priuilegium ſubdito conceſſum, in obſer. ad dec. 130. n. 2. 193

Rex noſter contra poſſeſſores ſuarum rerum, quæ ſine titulo poſſideri non poſſunt ſemper ordinariè ſua iura propoſuit, & nunquam de facto illos ſpoliauit, in obſer. ad deciſ. 480. n. 1. in fine. 638

Rex noſter Hiſpaniarum, an ſit Monarcha in Regno & poſſit omnia facere, quæ poteſt Imperator in Imperio, deciſ. 53. n. 3. 73. & dec. 191. n. 1. in fine. 276

Rex rem meam nùm poſſit à me auferre, niſi pretio ſoluto, deciſ. 557. n. 1. 745

Rex ſi concedat caſtrum cum omnibus iuribus, & pertinentiis, nùm veniant tantùm illa, quæ competunt Regi, vti Domino, & non ea, quæ competunt Regi, vti Regi, dec. 537. n. 2. & in obſer. n. 1. 716

Rex ſi concedat feudum alicui, eo expreſſo, quod poſſit illud vendere, vel inter viuos & cauſa mortis diſponere, ſuo tamen Regio aſſenſu, nùm teneatur aſſenſum præſtare, deciſ. 99. n. 2. circa medium. 147

Rex ſi diſponendo nominat, vel ſcribit aliquam terram in baroniam, nùm teneatur illam in talem erigere, deciſ. 412. n. 2. in medio. 550

Rex ſi donauit in ſeruitiorum remunerationem illi, qui mediante ſtipendio ſeruiuit, nùm teneatur de euictione, ſi res donata ſit euita, deciſ. 241. num. 2. 347

Rex ſi generaliter concedat, quod generaliter eſt petitum, omnibus generaliter videtur aſſentiri, dec. 231. num. 3. 330

Rex ſi mediante pecunià aliquid ſuo ſubdito elargiatur, nùm illa largitio, ſiue conceſſio tranſeat in vim contractus, in obſer. ad deciſ. 330. n. 1. 445

Rex ſi per triginta annos rem tenuerit in ſuo domanio, an res illa dicatur de domanio, deciſ. 566. n. 1. 758

Rex ſi ſcienter inueſtiat Clericum de feudo, nùm cenſeatur illi gratiam facere, vt feudum tenere poſſit, eique inſeruire per ſubſtitutum, deciſ. 412. num. 2. in medio. 550. & in obſer. n. 3. 551

Rex ſi ſimpliciter alicui aliquid concedat, non adiecto verbo (*in feudum*) nùm liberè dare cenſeatur, deciſ. 391. num. 4. 522

Rex ſi vendat, ſeu concedat caſtrum cum gabellis, nùm veniant tantùm gabellæ, quæ ſunt temporis reperiuntur impoſitæ, non verò, quæ de nouo imponuntur, deciſ. 537. n. 2. & in obſer. n. 1. 716

Rex tuta conſcientia nùm habilem facere poſſit Clericum feudorum incapacem, & inhabilem, vt ſuccedere poſſit in feudis per patrem relictis, eſtò quod ob illius incapacitatem ſucceſſio ſequenti in gradu delata fuerit, in obſer. ad deciſ. 554. num. 1. in medio. 741

Rex Vaſſallos cum terra, & territorio, nùm poſſit inuitos alienare, in obſer. ad deciſ. 19. num. 1. circa medium. 25

S

*Sacculus.*

Sacculum ſignatum recipiens, ſi apertum reſtituat, nùm aduerſus illum præſumatur de dolo. 234. num. 3. circa medium. 337

*Sacrum Conſilium.*

Sacrum Conſilium an poſſit de æquitate cauſam reuidere ex eiſdem actis, ſi appellans appellationem non ſit proſequutus ob aliquod impedimentum, aduerſario tamen præueniente cum inſtantia, petendo appellationem declarari deſertam, in obſer. ad deciſ. 535. n. 3. in fine. 714

*Salarium.*

Salarium à principio non promiſſum, nec conſtitutum, nùm debeatur bonorum alterius adminiſtratori, deciſ. 571. n. 1. & 2. 763. & in obſer. n. 1. 764

Et quid dicendum in his, quæ gratis fiunt, ſi is in cuius beneficium opus geſtum eſt, reperiiſſet alium, qui gratis opus geſſiſſet, d. n. 2.

Salarium conſtituere nùm ſpectet ad Regem, d. n. 2. in fine. 763

Salarium an debeatur Officialibus Baronum deputatis pro iuſtitia adminiſtranda, licèt à principio non fuerit eis conſtitutum, in d. obſer. n. 1. in fine.

Salarium an debeatur Procuratori, expleto mandato, cui à principio nullum fuit conſtitutum, in d. obſer. num. 1. in medio. 764

Salarium an debeatur, ſequeſtro electo à partibus vel à iudice, d. n. 2. in medio. 763

Et quid dicendum ſi ſequeſter ex tali negotio ſibi commiſſo, pateretur damnum, aut tædium, d. n. 2. in medio.

Salarium an debeatur Vicario Epiſcopi, expleto Officio, quamuis à principio non fuiſſet conſtitutum, in d. obſer. n. 1. in fine. 764

Salarium debetur ratione adminiſtrationis, & laboris, deciſ. 162. n. 2. & in obſ. n. 2. 237

Salarium debitum Officiali ſupremo, puta Protegi, eo defuncto infra annum, an tranſmittatur ad hæredes pro integro illo anno, vel pro rata temporis, quo ſeruiuit, vel denique vſque ad diem mortis, dec. 507. num. 1. & 2. 671. & in obſ. n. 1. 672

Et quid dicendum in iudice aſſeſſore, & magiſtratu, in d. obſ. n. 1.

Et an iſtis debeatur ſalarium ratione honoris, & dignitatis, non verò ſeruitij, d. n. 1. & 2.

Et quid dicendum in Doctore conducto ad legendum, vel in aduocato, aut medico à communitate conducto, d. n. 1. & 2.

Et quid dicendum in famulo, qui medio tempore infirmatur, vel moritur, an debeatur totum ſalarium, vel pro rata temporis, in d. obſ. n. 2. 672

Salarium integrum nùm debeatur Officiali impuberi, qui officium exercuit per ſubſtitutum, ſi tempore collationis Officij nulla de impubertate fuit facta mentio, dec. 437. n. 1. & 2. 587

Et an ſaltem debeatur ei ſalarium, quod dedit ſubſtituto, d. n. 2. in fine.

Salarium tutori, & curatori an debeatur, poſſitque iudex illis à principio conſtituere ſalarium, deciſ. 571. num. 2. in fine. 763. & in obſ. n. 1. in medio. 764




Digitized by Google

*Saluum conductum, Sarnenſes, & Satiſdatio.*
Saluum conductum, vid. in verb. *Securitas.*
Sarnenſes ciues, vid. in verb. *Nobiles Ciuitatis Sarni.*
Satiſdatio vid. in verb. *Fideiuſſio.*

*Scriptura.*

Scripturas deſumpta ex archiuio, nùm fidem faciat tanquam publica, deciſ. 363. n. 1. 485
Scriptura relata eſt in referente, ſed in genere, non in ſpecie, deciſ. 344. n. 2. in fine. 482
Scripturas in libello tamen indicatas, ſi actor præſentauerit poſt concluſum in cauſa, an denegabitur reó alius terminus ad impugnandum ſcripturas prædictas, in obſer. ad deciſ. 165. n. 1. in fine. 241
Scripturæ ab actore præſentatæ, an ſint notificandæ reo, itavt ſi notificatæ non fuerint, ſententia inde ſequuta ſit nulla, d. deciſ. 165. n. 1. 240. & in d. obſer. num. 1. 241
Et quid dicendum ſi ſcripturæ ſint in iudicio productæ, & in actis ſciente aduerſario remanſerunt, d. deciſ. 165. n. 2.
Scripturæ in Sacro Conſilio præſentari poſſunt, etiam poſt concluſum in cauſa, & tempore illius expeditionis ſiue publicæ, ſiue priuatæ ſint, non obſtante ritu Magnæ Curiæ 238. & 239. & quare, in obſer. ad dec. 210. n. 1. in medio. 299

*Secundogeniti.*

Secundogeniti nùm hypothecam habeant ſuper feudo nouo, vel antiquo pro vita, & militia conſequenda, in obſer. ad dec. 245. n. 2. 352
Et vid. in verb. *Vita, & militia.*

*Securitas.*

Securitas conceſſa alicui per Principem, nùm in omni caſu ſit ſeruanda, licet multum intereſſet Principi illam infringere, deciſ. 187. n. 1. & 2. & in obſer. n. 1. 270

*Sedilia.*

Sedilia in Ciuitate Neapolitana à quo Rege ſint introducta, dec. 102. n. 4. circa medium. 153

*Seminari.*

Seminari faciens victualia in defenſis deſtinatis Regiæ Curiæ pro paſculis, qua pœna puniri poſſit, dec. 259. num. 1. 366

*Senex.*

Senex, vt immunitate gaudeat, quod pro debitis capi non poſſit de perſona nùm requiratur, quod annum excedat ſeptuageſimum, vel ſufficiat illum inchoaſſe, in obſer. ad dec. 306. n. 3. 419

*Sententia.*

Sententia abſolutoria lata ad fauorem alicuius, nùm poſſit exequi contra alium non citatum, licèt ſit lata à Principe.
Sententia, à qua eſt appellatum, ſi confirmetur, nùm deindè agatur ex ſententia confirmante, vel confirmata, dec. 443. n. 2. 593
Sententia contra Vniuerſitatem lata, nùm afficiat ciues in particulari, dec. 432. n. 2. 580
Et quid dicendum in geſtis per Vniuerſitatem congregato conſilio, d. n. 2.
Sententia contra, vid. in verb. *Sententia lata contra.*
Sententia declaratoria nùm ferri poſſit in mortuum, quoties quis per legem, vel ſtatutum priuatur aliqua re ipſo iure, in obſer. ad deciſ. 92. n. 3. 138
Sententia declaratoria nùm requiratur in omni crimine, cui pœna impoſita eſt ipſo iure, in obſer. ad dec. 72. n. 1. n medio. 106. & dec. 516. n. 3. in medio, & in obſer. n. 4. 685. & dec. 519. n. 2. 689
Sententia declaratoria an requiratur in caſibus, in quibus Vaſſallus priuatur feudo ipſo iure, in d. obſer. ad deciſ. 72. num. 2. 106. & dec. 92. n. 1. 137. & in obſer. num. 1. 138
Et an ſententia requiratur declaratoria, quando feudum reuertitur ad Dominum, vel quia elapſum eſt tempus, ad quod fuit conceſſum, vel quia Vaſſallus deceſſit abſque hæredibus, feudi capacibus, in d. obſ. num. 2. in fine. 106
Sententia declaratoria an requiratur, quoties à lege, vel ſtatuto dominium transfertur in alium ipſo iure, in obſer. ad dec. 92. n. 1. 138
Sententia foriudicationis quouis in delicto ferri non poteſt, niſi elapſo anno à die contumaciæ, in obſer. ad dec. 221. n. 1. 315
Et an id procedat in oſculante aliquam mulierem, in d. obſer. n. 1.
Sententia indiuidua eſt, & non poteſt pro parte valere, & pro parte non, dec. 496. n. 2. in fine. 656
Sententia in cauſa ſtatus dignitatis, & nobilitatis, nùm faciat ius quoad omnes eiuſdem ſanguinis, & cognationis, in obſer. ad dec. 428. n. 3. & 4. 574
Sententia lata à iudice Eccleſiaſtico contra laicum, nùm ſit exequenda, ſi laicus non oppoſuit iudicis incompetentiam, in d. obſer. ad dec. 267. n. 1. 374
Sententia lata contra aliquem, nùm exequi poſſit contra ſuum hæredem, niſi ſummatim eo citato conſtet, quod ſit hæres, dec. 567. n. 2. 759
Sententia lata contra Tutorem, an poſſit exequi contra eius fideiuſſorem, non citatum in computorum reditione, in obſer. ad dec. 307, n. 3. 421
Sententia lata contra venditorem, conuentum actione reiuendicationis, an poſſit exequi contra emptorem poſſidentem, & ſcientem cauſam agi, in obſer. ad deciſ. 307. n. 2. 420
Sententia lata contra vnum, ad quem principaliter ſpectat cauſæ defenſio, nùm poſſit exequi contra eum, ad quem defenſio ſpectat in conſequentiam, dec. 307. n. 2. in medio. 420
Sententia lata contra vnum, an, & quando noceat non citatis, dec. 125. n. 5. 184. & in obſ. n. 1. 184. & 185
Et quid dicendum ſi ſit lata contra contumacem, d. num. 5.
Sententia lata contra vxorem in actione perſonali, an, & quando poſſit exequi in bonis dotalibus viro traditis, dec. 48. n. 1. 65. & in obſer. n. 1. 66
Sententia lata ex falſa cauſa an ſit nulla ipſo iure, & quid requiratur, vt nulla ſit ipſo iure, dec. 86. n. 1. & in obſer. n. 1. 129
Sententia lata ex maxima breuitate termini, an, & quando valeat, dec. 165. n. 2. circa finem. 241
Sententia lata in poſſeſſorio, ſi adnexam habeat cauſam proprietatis, nùm pariat præiudicium in petitorio, deciſ. 540. n. 2. in fine. 719
Sententia lata in poſſeſſorio, vel in iudicio ſummario, an pariat exceptionem rei iudicatæ in petitorio, vel in iudicio Ordinario, dec. 449. n. 1. & in obſer. n. 1. 600
Sententia lata inter duos, dictans tertium eſſe vni ex ipſis ſubiectum, an noceat illi tertio non citato, nec audito in iudicio, dec. 125. n. 2. & 3. 184
Sententia lata inſtantia perempta nùm ſit nulla, deciſ. 139. num. 1. 204
Sententia lata nondum elapſo termino, dato in cauſa, nùm ſit nulla, dec. 413. n. 1. 551
Et quid dicendum ſi Iudex videat in termino tam modicum remanere tempus, vt ſit pluſquam certum, nil poſſe vlterius Partes probare, d. num. 1. in medio
Sententia lata non facta prius relatione ſuperiori, poſito tamen mandato ſuperioris, quod ſibi fiat relatio, nùm ſit ipſo iure nulla, vel retractanda per appellationem, dec. 37. n. 1. & 2. & in obſer. n. 1. 48
Sententia lata relatione pendente quando ſit nulla, d. num. 2. & in d. obſer. n. 1.
Sententia lata ſuper ſorte principali, nulla tamen facta mentione

Digitized by Google

mentione de intereſſe, nùm actionem pariat pro intereſſe, dec.298.n.2.& in obſer.n.1. 408
Sententia licèt indiuiſibilis an poſſit per parte valore, & pro parte non, dec.79.n.3. & in obſ.n.3. 115
Sententia notoriè nulla, nec exequutionem meretur, nec ſententia dicitur, deciſ.502.n.2. & in obſer.n.1. in medio. 665
Sententia nulla nùm dicatur, ſi ſequatur ex ſcripturis ab actore præſentatis, & reo non notificatis, deciſ. 165.num.1.240.& n.2.in medio. 241
Sententia nulla an, & quando videatur approbari per Principis reclamationem, dec.420.n.2.in fine. 562
Sententia nulla nùm ſit, ſi terminus in cauſa non fuerit impartitus, dec.273.n.1.379.& in obſer. num.1. 380
Sententia nulliter lata, an poſſit per Partes confirmari, & valeat in vim pacti, dec.231.num.4.in fine.& in obſer. num.4.331.& in obſer. ad deciſ.361. num.2. 483
Sententia nulla nùm ſit ſi ſit omiſſa litis conteſtatio, dec.2[illegible]3.n.2.& in obſer.n.1.in fine. 380
Et an ſit nulla, ſi omittatur publicatio, vel monitio ad dicendum, in d.obſer.num.2.& n.3. 380
Et quid dicendum in curia Eccleſiaſtica in cauſis tamen beneficialibus & ſpiritualibus, in d.obſ.n.2. in fine.
Et quid dicendum in cauſis Ordinarij, in d.obſ.n.2. in fine.
Sententia per appellationem an, & quando non ſuſpendatur, vid.in verb. *Appellatio.*
Sententia plura continens capita, quorum vnum eſt liquidum, alterum verò illiquidum, an poſſit exequi reſpectu capitis liquidi, vel expectare liquidationem illiquidi, dec.359.n.1. 480
Sententia nùm præſumatur ritè lata ſi nullatenus conſtet de eius iniuſtitia, & nullitate, dec.502.n.2. 665
Sententia quando ſecum trahat ſuum effectum, vt ſuſpendi nequeat per appellationem, in obſer.ad dec. 49.n.2.3.& 4. 67
Sententia Regiæ Cameræ paratam habet exequutionem, non obſtante reclamatione, deciſ.443.num.2. 593
Sententia ſi contineat plures ſummas, & in vna ſit vera, & in alia falſa, an ſit in totum falſa, dec.256. num.2.in fine.363.& in obſ.n.1. 364
Sententia ſi feratur per Magnam Curiam, & dictet, aſſiſtentiam eſſe præſtandam vel à ducatis 150. infra, nùm ſuſpendatur per appellationem, in obſer.ad deciſ.49.n.3. 67
Sententia ſi maiorem contineat ſummam, quam vèrè debeatur, nùm ſit in totum nulla, in obſ.ad dec.256. num.1. 364
Sententia ſine probationibus, & abſque termino nùm ferri poſſit, dec.165.n.2.circa finem. 241
Sententia ſi ſit ſupplicatum Principi, vt eam à ſuo iudice latam reuocet, & Princeps reſponderit, quod fiat iuſtitia, an poſſit corrigi, dec.306.n.2. 418
Sententia ſuper implicitè petitis, & per viam exceptionis nùm ferri poſſit, dec.450.n.1. in medio. 602.
Sententia ſuper probatis, ſed in libello non deductis num ferri poſſit, in obſ.ad d.dec.450.n.2. 602
Sententia tranſacta in rem iudicatam, an retractetur prætextu ſcripturarum nouiter repertarum, dec.220. num.2.in fine. 314
Sententiam, qui ſe reportauit ſi ſit pauper & proinde in caſu retractationis non poſſit fideiuſſoriam præſtare cautionem, nùm ſit admittendus ad cautionem iuratoriam, dec.208.n.1.in fine. 296
Sententiam ſi quis habeat pro ſe, & in gradu appellationis poſtea ſuccubuerit, nùm condemnari debeat in expenſis, deciſ.540.n.2. in medio.719. & in obſer.n.1. 720
Sententiæ exequutionem an impediat retentionis exceptio pro expenſis factis in re, quæ in ſententia continetur, dec.167.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 243
Et an impediat illius exequutionem huiuſmodi exceptio, ſi offeratur cautio de ſoluendis expenſis prædictis, in d.obſer.n.1.in medio.
Sententiæ nùm tot ſint, quot ſunt eius capita, dec.359. num.1. 480

*Septuagenarius.*

Septuagenarius grauatus ære alieno, ſi petat à Sacro Conſilio, ſibi expediri ſaluaguardiam, nè capi poſſit de perſona, & Regia oriatur decretatio, quod Magna Curia Iuſtitiam faciat, nùm poſſit ipſa Magna Curia concedere ſaluaguardiam ſine cognitione cauſæ, in obſ.ad deciſ.306.n.2. 419

*Sepulchrum.*

Sepulchri ſi plures ſint Domini, & in eo velit inferri mortuus extraneus an debeant omnes conſentire, nec ſufficiet maior Pars, in obſ.ad dec.128.n.1. 190

*Sequeſter, & Sequeſtrum.*

Sequeſter an, & quando petere poſſit ſalarium, vid. in verb. *Salarium.*
Sequeſtro in feudo nùm ſit locus, quando feudatarius ſine prole, ſiue legitimo feudi ſucceſſore deceſſerit, licèt contra ipſum plura opponantur, quibus certò conſtare poſſit, eum in feudo non poſſe ſuccedere, in obſer.ad dec.103.n.1. 155
Sequeſtrum bonorum feudalium vigore capit. *ex præſumptuoſa* nùm locum habeat, ſi feudatarius fuerit Reus læſæ Maieſtatis, dec.157.n.1.& 2. 229
Et quid dicendum ſi ſuper crimine ſequuta non fuerit ſententia declaratoria.
Sequeſtrum in principio litis an fieri poſſit, ſi probabilis ſit timor nè Partes veniant ad arma, d.n.1.ver. *& affirmatiuè*, & in obſer.n.1. 65
Et quænam requirantur, vt ſequeſtrum fieri poſſit in principio litis, d.n.1.verſ. *& affirmatiuè.*
Sequeſtrum in principio litis regulariter prohibitum eſt, dec.47.n.1.verſ. *& affirmatiuè.* 64
Sequeſtrum iudicium ſummariiſſimum eſt, dec.103.n.2. in fine. 155
Sequeſtrum iure communi prohibetur, dec.103. n.2. in fine. 154
Sequeſtrum vt in principio litis fieri poſſit, creditores inſtante bona debitoris ſequeſtrari quatuor concurrere debeant, in obſer.ad dec.47.n.2. 65

*Seruitium, & ſeruitus.*

Seruitium perſonale, quod præſtatur Regi eo anno, quo contigit ſolui releuium, an ſit excomputandum in ſolutione ipſius releuij, deciſ.247.n.1.& in obſer. num.1. 354
Seruitus ad feuda, qua præſcriptione acquiratur, deciſ. 68.n.4.circa medium. 98
Seruitus diurna nùm ſit diuerſa à ſeruitute nocturna, dec.279.n.1. 386
Seruitus, quænam dicatur habere cauſam diſcontinuam, & quo tempore ſeruitus hæc præſcribatur, dec.68.n.4.& in obſ.n.1. 98
Seruitus ſemel conſtituta nùm poſſit immutari, & æque idonea conſtitui, deciſ.582. num.2. in fine. 779
Seruitus ſi ſit acquiſita, nùm intelligatur acquiſita cum omnibus illis iuribus, ſine quibus ſeruitus ipſa eſſet inutilis, dec.445.n.2.& in obſ.n.3. 596

*Signans, & ſignum.*

Signans alienos equos ſuo ſigno, nùm cenſeatur velle illos furto ſubtrahere, dec.259.n.1. 366
Signi per appoſitionem in aliqua re, nùm cenſeatur eiuſdem rei facta traditio, d.n.1.

Simulatio.

Digitized by Google

*Simulatio.*

Simulatio in contractu,quibus ex cauſis cenſeatur, dec. 529.n.2.& in obſer.n.1. 705

Simulatio in contractu, nùm neceſſario ſit probanda, d.n.2.& in d.obſer.n.2.

Simulatio, fraus,machinatio,&c. nùm conſideretur in feudis, d.n.2.in fine.

*Societas, & Socius.*

Societas,nùm dicatur extincta,etiam quod ſuperſtites, ſi vnus ex ſociis moriatur, deciſ.524. num.2. circa finem. 696

Et an,& quando dicatur continuata mortuo ſocio, d.n.2.in fine.

Societas inter pupillum, & maiorem an poſſit iniri, d. n.2.in medio. 695

Et quid dicendum ſi Teſtator contrarium ordinaſſet, d.n.2.in medio.

Societas an, & quando morte diſſoluatur, & quando diſſoluta renouata dicatur, in obſer. ad d.deciſ.524. num.2. 696

Societas omnium bonorum nùm cenſeatur ordinata ex eo,quod pater, vel teſtator dixerit, quod filij vel hęredes per tot annos ſtent in communione victus, & veſtiti,d.dec.524.n.1. & 2.695.& in d.obſer.n.1. 696

Societas omnium bonorum an contrahatur, niſi expreſsè dicatur,d.n.2.in medio. 695

Socij criminis dictum, quandonam faciat indicium ad torturam,& quando ad inquirendum, in obſer. ad deciſ.226.n.2. 373

Sociorum ſi vnus velit vti re communi ad vſum deſtinatum, nùm poſſit cæteris ſociis contradicentibus, in obſer.ad deciſ.128.n.1.in fine. 190

Socius criminis nùm admittatur contra conſocium, ſi aliter delictum probari non poſſit, deciſ.42.n.2. 56

Socius criminis in ciuilibus ſemiplenam faciat probationem contra conſocium, deciſ.6.n.1.in fine. 9

Socius criminis in quibus caſibus poſſit de conſociis interrogari, deciſ.42.n.1.& in obſer.n.1. circa medium. 56

Socius criminis, qui contra conſocium depoſuit cum iuramento,& ex interuallo confeſſionem reuocauit, atque aufugit,ſi vocetur à Principe cum ſaluo conducto an poſſit torqueri ad veritatem eruendam,deciſ.226.n.1.& 2.372.& in obſer.n.1. 373

Socius criminis, vt contra conſocium iudicium faciat ad torturam quatuor concurrere debent, deciſ.415. n.1.in medio,& in obſer.n.2. 554

Socius Imperialis liberalitatis, an, & quando per ius accreſcendi conſequatur portionem conſocij, qui ſine hærede deceſſerit, ſi ſint coniuncti verbis, ſed re diſiuncti,deciſ.194.n.1.& 2.279.& in obſer.n.1. 280

Et quid dicendum ſi conceſſio ſit facta ſociis ad eorum vitam,d.n.2.in fine. 280

Et quid dicendum ſi ſocij eſſent re, & verbis coniuncti,d.n.2.in fine.

Et an hæc acquiſitio fiat conſocio iure ſucceſſionis, an verò iure accreſcendi, in d.obſer.n.2 & 3. 280

Et an diſpoſitio iſta procedat in feudis, ſi ſcilicet plures fuerint de aliquo feudo inueſtiti, dec.195.n.1. & 2.& in obſer.n.1.& 2. 281

Socius Imperialis liberalitatis, nùm conſocij conſequatur portionem, ſi conſocius ipſe moriatur ciuiliter, in obſer.ad deciſ.194. num.4. 280

*Soluens, & ſolutionis exceptio.*

Soluens alicui certam pecuniæ quantitatem per annos decem continuos nùm compellatur in futurum ſoluere, ſicut in præteritum, in obſer. ad deciſ.68. num.4. 99

Et quæ requirantur, vt compelli poſſit, in d. obſer.num.4.& in obſer. ad deciſ.408. nu.2. in medio 544

Solutionis exceptio factæ poſt ſententiam à victo debitore creditori creditoris ſui vincentis,nùm opponi poſſit ad impediendam exequutionem ſententiæ, deciſ.147.n.2.in fine, & in obſer.n.3. 216

Et quiſnam terminus ſit impartiendus ad probandam ſolutionem poſt ſententiam factam, d.dec.147. num.3. 216

Solutionis exceptio,omnéſque aliæ modificatiuæ,quæ exequutionem impediunt ſententiæ,intra quot dies à die ſententiæ latæ opponi debeant ad finem prædictum, in d.obſer.n.4. 216

Solutionis exceptio nùm opponi poſſit poſt ſententiam, vel in actu illius exequutionis, d.deciſ.147.n.1.& 2. 215.& in obſer.n.1. 216

*Soror.*

Soror cum primo nubit, an poſſit petere à fratre tantummodo paragium,non verò illius intereſſe,in obſer.ad deciſ.366.n.5. 491

Soror dotanda de paragio, nùm antequam nubat petere poſſit à fratre fructus paragij,vel ſolùm alimenta, d.deciſ.366.n.4. 490

Soror dotata à patre, nùm petere poſſit paragium in bonis matris,in obſer.ad deciſ.52.n.4. 72

Et quid dicendum ſi matris ſucceſſioni non renunciauerit cum iuraměto,& in forma valida,nùm prohibeatur petere paragium, vel legitimam in dictis bonis matris,in d.obſer.n.5. 72

Soror dotata de bonis fratris feudatarij defuncti ſine legitimo ſucceſſore, nùm excludatur à fiſco in feudi ſucceſſione, in obſer.ad deciſ.103.n.2. 155

Et quid dicendum ſi eſſet dotata à patre,in d.obſ.n.2.

Et quid dicendum ſi ſuperſit Patruus,& tractetur de ſucceſſione feudi antiqui,in d.obſ.n.2.in medio. 155

Soror in Ciuitate noſtra Neapolitana, nùm ſuccedat fratri in bonis per eundě quæſitis vel aliunde obuentis, quæ ſunt in diſtrictu Ciuitatis exiſtentibus aliis fratribus,vel aſcendentibus, deciſ.417. n.4.556. & in obſer.n.2. 557

Et an ſuccedat fratri in bonis exiſtentibus extra territorium huius Ciuitatis, d. n.4. in fine, 557.& in obſer.n.3. 558

Soror in feudo empto à fratre cum poteſtate nominandi ſibi hæredem, nùm ſuccedat tanquam à fratre tacitè nominata, ſi ipſe frater deceſſerit ab inteſtato nullo ſibi nominato hærede, dec.411.n.2.& 3.548. & in obſer.n.1. 549

Soror quæ renunciauit ampliſſimè bonis paternis, an excludatur à bonis fraternis, quæ fratri à patre peruenerunt, deciſ.145.n.2.in medio, 212.& in obſer. num.3. 213

Et an hoc procedat in ſororibus viuentibus iure Longobardorum, vel iure Francorum, d.n.2. circa medium. 212

Soror,quæ renunciauit patris, vel fratris ſucceſſioni, nùm prohibeatur quin à patre, vel fratre poſsit hæres inſtitui, d.deciſ.145.n.2. in fine, 212. & in obſ. num.4. 213

Et quid dicendum ſi renunciauerit etiam ſucceſsioni ex teſtamento, an hoc non obſtante poſsit perſona, cui eſt renunciatum, renunciantem hæredem facere,d.n.2.in fine. 212

Soror,quæ renunciauit bonis paternis,maternis,& fratris, an ſuccedat fratri decedenti ſine liberis,vel excludatur à fiſco, d.n.2.circa finem. 212

Soror,quæ renunciauit patri, aut fratri,nùm ab eorum ſucceſsione ab inteſtato excludatur per collaterales, in obſer.ad deciſ.581.n.1.in fine. 778

Et vid. in verb. *Renunciatio.*

Soror an ſuccedat patri ex propria perſona, vel vt

hæres

Digitized by Google

hæres fratris, ſi frater, ad quem vti maſculum hæreditas ſpectabat, deceſſerit, non agnita patris hæreditate, in obſer. ad deciſ. 551. n. 3. in fine. 737
Et ſi mater exiſtat, an ſuccedat ſimul cum matre, in d. obſer. n. 3. in fine. 737
Soror vtrinque coniuncta, licèt minor natu, nùm præferatur ſorori Conſanguineæ natu maiori in ſucceſſione fratris in feudo antiquo, dec. 532. n. 2. in medio, & in obſer. n. 3. 710
Soror vtrinque coniuncta, an ſuccedat in feudo fratri decedenti abſque liberis, ſtante eius renunciatione, tempore, quo nuptui fuit tradita, deciſ. 145. num. 1. & 2. & in obſer. n. 1. 212
Soror vtrinque coniuncta, nùm ſuccedat in bonis patris ex perſona fratris defuncti ante immixtionem, excluſa ſorore conſanguinea, in obſer. ad deciſ. 551. n. 3. in fine. 737
Sorores ſuccedentes in feudo cum ſorore primogenita, nùm teneantur conferre dotes, & omnia alia, ſibi data à patre, deciſ. 534. num. 1. & 2. & in obſer. num. 1. 712

*Spoliatus, & Spolium.*

Spoliatis, quodnam remedium tribuat decretum, ſiue canon reintegrandæ 3. q. 1. in obſ. ad dec. 13. n. 2. 18
Spoliatus ante omnia reſtituendus eſt, licèt ſpolians vellet incontinenti probare dominium ad ſe pertinere, in obſer. ad deciſ. 493. n. 1. 653
Et in quibus caſibus hoc dictum limitetur, in d. obſ. num. 1.
Et quid dicendum, ſi de dominio ſpoliantis conſtaret per confeſſionem ſpoliati, in d. obſer. n. 1.
Spoliatus de facto à iudice, nùm poſſit agere interdicto recuperandæ, ac ſi eſſet ſpoliatus à Priuato, dec. 122. n. 1. & 2. 179
Spoliatus de facto poſſeſſione feudi, nùm gaudeat beneficio *Canon. reintegranda 3. q. 1.* deciſ. 13. n. 1. 17
Et quid requiratur, vt hoc beneficium competat ſpoliato, d. deciſ. 13. n. 2.
Spoliatus an obtineat reſtitutionem ſpolij, ſi in libello titulum allleget omnino nullum, d. dec. 13. n. 3.
Spoliatus reſtitui non debet, ſi eius poſſeſſio ſit contra ius commune, nullóque titulo ſit colorata, licèt probet ſe fuiſſe ſpoliatum, deciſ. 309. n. 2. 422
Spoliatus nùm teneatur ſuum iuſtificare titulum, in obſer. ad deciſ. 13. n. 2. in medio. 18
Spolium, quænam extrema probent, deciſ. 98. n. 1. 146
Et an illi noceat, ſi titulum alleget, & deinde non probet, in d. obſer. n. 2. in fine.

*Sponſa.*

Sponſa, vel vxor, ſi timeatur corrumpenda, quo in loco ſit collocanda, deciſ. 133. n. 2. & in obſer. n. 1. 195

*Spurius.*

Spurij an ſint feudorum capaces ex motu proprio Regis, deciſ. 250. n. 2. & in obſer. n. 2. 357
Spurius legitimatus, amplius ſpurius non eſt, deciſ. 102. num. 2. 152

*Status.*

Status Barij, & Roſſani quo iure, & in quo titulo ſpectauerunt ad Regem Philippum II. nùm iure legati, an verò iure refutationis, deciſ. 560. n. 1. 750

*Statutum.*

Statuta laicorum, an, & quando ligent Clericos, deciſ. 232. n. 2. 332
Et quid dicendum, ſi diſponat circa præparatoria iudiciorum, d. n. 2. & in obſ. n. 1 circa finem. 333
Et quid dicendum ſi diſponat circa deciſoria, in d. obſer. n. 1. in fine.
Statuto ſi caueatur, vt frater excludat ſororem dotatam, an locum habeat ſi pater pro filia ſolùm ſponſalia contraxit, & dotem promiſit, in obſer. ad deciſ. 533. num. 3. 712
Statuto ſi caueatur, vt liceat viro interficere adulterum, ſi eum reperiat in Camera cum vxore actus venereos exercentem, nempe oſcula, an poſſit interficere, deciſ. 221. n. 2. 315
Statuto ſi caueatur, vt nemo bladum, vel victualia extra diſtrictum Ciuitatis aſportare poſſit, nùm ille, qui de alia Ciuitate per ſtatuentium iuriſdictionem aſportat, vt ad alia loca conducat, an ligetur pœnis in ſtatuto contentis, deciſ. 441. num. 2. 591
Statuto ſi caueatur, vt nullus extrahere poſſit frumentum de comitatu, niſi ad proprium vſum, ſi quis extraxerit ad proprium vſum, ſed deinde mutato conſilio vendiderit, an incidat in pœnam ſtatuti, deciſ. 277. n. 2. in fine. 384
Statuto ſi caueatur, vt quis vendere non poſſit rem ſuam; nec venditioni conſentire, nùm prohibeatur vendere actionem ad ipſam rem, deciſ. 374. n. 2. in fine. 501
Statuto ſi caueatur, vt quilibet Baro ſuum teneatur cuſtodire territorium, nè fiant furta, aliàs de furto teneatur, ſi deinde quis in vno territorio ſit captus, & ligatus, in alio verò fuit diſrobatus, quodnam territorium teneatur de furto, nùm illud, in quo quis fuit captus, & ligatus, an verò illud, in quo fuit diſrobatus, deciſ. 213. n. 2. circa finem. 304
Statutum, & lex an ita æqualia eſſe debeant, vt ligent quoque ſtatuentem, & condentem, deciſ. 543. n. 2. in medio. 722
Et an ſtatutum liget ſtatuentem, d. n. 2.
Statutum excludens fœminas à ſucceſſione propter maſculos, nùm ſit odioſum, vel fauorabile, deciſ. 232. num. 2. 332
Statutum loquens de coniugatis, nùm comprehendat illos qui matrimonium contraxerunt de præſenti, copula tamen carnalis non ſit ſequuta, deciſ. 158. n. 2. 331. & in obſer. n. 2. 332
Statutum Principis ſecularis nùm liget perſonas Eccleſiaſticas in deciſoriis, deciſ. 426. n. 2. in fine. 570
Et an liget eas in ordinatoriis iudicij cõcernentibus compilationem proceſſus, vel dantibus ordinem ipſi iudicio, d. n. 2. in fine, & in obſer. n. 3. 571
Statutum ſi emanet Vniuerſitas, nùm poſſit deinde illud tollere, vid. in verb. *Vniuerſitas.*
Statutum ſi pro aliquo crimine certam imponat pœnam, & poſtea pro eodem crimine alia minor imponatur pœna per aliud ſtatutum, an & quando cenſeatur receſſum à priori pœna maiore, deciſ. 159. n. 2. in medio, & in obſer. n. 1. 233
Statutum ſi ſit emanatum per Vniuerſitatem cum quadam ſolemnitate an ad illud tollendum requiratur eadem ſolemnitas, deciſ. 128. n. 2. circa finem. 189
Et quid dicendum ſi ſtatutum ſit contra ius commune, d. n. 2. circa finem.

*Stipendia.*

Stipendia duo, ſiue Salaria quis conſequi non poteſt, niſi à Rege hoc expreſsè requiratur conceſſum, dec. 308. n. 2. & in obſer. n. 1. 421
Et quid dicendum in magiſtratibus, in d. obſer. n. 1.

*Subfeudatarius, & Subinfeudatio.*

Subfeudatarius, qui feudum immediatè tenet à Regia Camera, nùm poſſit ſubdi Baroni, ita vt ipſi, & non Regiæ Cameræ Adoham ſoluat, & releuium, deciſ. 19. n. 1. & 4. 24
Subinfeudatio caſtri, quando caſtrum faciat feudum quaternatum, & quando planum, ſiue de tabula, in obſer. ad deciſ. 69. num. 4. 101
Subinfeudatio reſoluta per mortem feudatarij decedẽtis ſine deſcendente maſculo, nùm ſubſiſtere poſsit, ſi



Digitized by Google

ſi ſubfeudatius velit domino ſeruire, in obſer. ad dec. 522. n. 2. in fine. 693

Subinfeudatio ritè & rectè facta, an dicatur reſoluta decedente feudatario ſine deſcendentibus, in d. obſer. ad deciſ. 522. n. 2. 693

Et an poſſit expelli à feudo, ſi velit Domino ſeruire, in d. obſer. n. 2.

Subinfeudatio ſi fiat à feudatario alia lege, quàm ipſe teneat à Domino directo, nùm ſit nulla, in d. obſ. n. 1. 693

Et quid dicendum ſi fieret perſonæ æquali, & æquè aptæ ad ſeruiendum, & ſub eiſdem pactis, & qualitatibus, quibus ipſe ſubinfeudans habet, in d. obſer. n. 1. in fine.

Subinfeudatio ſi fiat animo fraudandi Agnatum ſucceſſione feudi, quia fortè ſubinfeudans erat de prole deſperatus, eo poſtea mortuo, nùm ipſo iure reſoluatur, in d. obſer. n. 3. in medio. 694

Subinfeudatio ſi fieret perſonæ non æquali, nec ea lege, qua primus infeudatus à Domino tenebat, an dicatur fraudulenta reſpectu Domini, in d. obſ. n. 3. 694

Et quando dicatur fraudulenta reſpectu Agnati, in obſer. n. 3. 692

Subinfeudatio num valida ſit reſpectu Domini, ſi ſubinfeudationis tempore, ſubinfeudans de legitima prole erat deſperatus, in d. obſer. n. 3.

Et quid dicendum reſpectu agnati, in d. obſer. n. 3. 694

*Subreptio.*

Subreptio an, & quando faciat reſcriptum nullum in totum, vel in partem, dec. 317. n. 2. & in d. obſer. n. 1. 430. & deciſ. 319. n. 2. in medio. 432

Subreptio an dicatur, ſi id, quod tacetur, ſit generale, & notorium, d. deciſ. 317. n. 2. 430

Subreptio an tollatur per clauſulam (*motu proprio*), d. deciſ. 319. num. 2. circa finem, 432. & in obſer. n. 1. 433

Subreptionis, & obreptionis vitium an, & quando dicatur, deciſ. 190. n. 2. 273

*Subrogatum.*

Subrogatum naturam aſſumit eius, in cuius locum ſubrogatur, etiam in materia correctoria, dec. 137. n. 1. 101

*Subſcribens.*

Subſcribens ſe inſtrumento, quod prius non vidit, neque legit, nùm ſibi afferat præiudicium, in obſer. ad deciſ. 233. n. 3. 339

*Subſtituens, Subſtitutio, & Subſtitutus.*

Subſtituens aliquem in ſui locum in aliquo officio, &c. an teneatur de culpis & defectibus ſubſtituti, maximè ſi ſubſtitutum Domini Iudici exhibuerit, deciſ. 325. num. 1. 438

Et an ſit puniendus eadem pœna, qua puniendus eſt ſubſtitutus, in obſer. ad deciſ. 325. n. 1. in fine. 439

Subſtituentis poteſtas nùm expiret per mortem ſubſtituti re integra, in obſer. ad deciſ. 339. n. 2. 456

Subſtitutio facta ſi grauatus ſine liberis deceſſerit, nùm verificetur, ſi grauatus ipſe in Religione Franciſcana profeſſionem fecerit, nec expectari debeat mors naturalis illius, deciſ. 492. n. 2. in fine, 651. & in obſer. 3. 652

Subſtituti poteſtas nùm expiret per mortem ſubſtituentis re integra, deciſ. 339. n. 2. & in obſ. n. 1. 456

Et quid dicendum, ſi ſubſtituens poteſtatem ſubſtituendi non habebat ab homine, ſed à lege, d. nu. 2. circa finem.

*Subuentiones.*

Subuentiones, quæ debentur Baronibus ex Conſt. Regn. *quamplurimum*, nùm debeantur ſolum Baroni poſſidenti iuriſdictionem ciuilem, non verò criminalem, in obſer. ad deciſ. 85. n. 6. 126

*Succedendi ius, Succeſſio, & Succeſſor.*

Succedendi ius quæſitum ex contractu, num tranſmittatur ad hæredem extraneum, deciſ. 56. n. 2. 78

Succeſſio de iure communi Romanorum in linea collaterali vſque ad quem gradum extendatur, in obſ. ad deciſ. 334. n. 1. 450

Succeſſio in bonis antiquis feudalibus reſtricta vſque ad tertium gradum in linea collaterali, fuit in hac Ciuitate, & Regno prorogata, ampliata, & extenſa vſque ad quartum gradum, in obſer. ad dec. 351. n. 1. 470

Succeſſio in feudis de iure communi vltra ſeptimum gradum, in linea collaterali non extenditur, & vltra tertium de iure Regni, deciſ. 334. n. 1. 449

Succeſſio nulla datur ratione affinitatis, deciſ. 517. n. 2. 696

Succeſſio ob delictum in perſonam defuncti, vel Domini commiſſum, an, & quando auferatur tam bonorum feudalium, quàm allodialium, in obſer. ad deciſ. 519. n. 2. & 3. 589

Et an, & quando fiet locus ſequenti in gradu, vel ſpectet ad fiſcum, in d. obſer. n. 4. 689. & n. 5. 690

Succeſſor nominatus in feudo, vel officio, an poſſit illud habere abſque qualitate hæreditaria, & minimè teneatur ad onera hæreditaria, in obſer. ad dec. 475. num. 1. 503

Succeſſor quiſnam veniat, nùm vniuerſalis, vel particularis ſi mentio fiat in iure de ſucceſſore, deciſ. 419. n. 3. 561. & in obſer. n. 1. 562

Succeſſorum appellatione vniuerſales veniunt, & non ſingulares, in obſer. ad deciſ. 281. n. 1. in fine, 390. & deciſ. 528. num. 2. in fine. 704

*Succumbens.*

Succumbens in actione reali, an poſſit deinde agere actione perſonali, vel è contra, in obſer. ad dec. 439. num. 1. 600

Succurrente actore, vel reo in termino, nùm dicatur terminum cucurriſſe, in obſer. ad deciſ. 578. n. 3. 773

*Summus Pontifex.*

Summus Pontifex beneficium iuriſpatronatus, abſque Patronorum præſentatione nùm poſſit conferre, deciſ. 272. n. 2. in medio. 378

Et nùm requiratur expreſſa mentio iuriſpatronatus, d. n. 2. in medio. 379

Et quid dicendum ſi eſſet iuſpatronatus Regum, vel Principum ſupremorum, d. n. 2. in medio. 378

Summus Pontifex penſionem ſuper beneficiis de iurepatronatus, nùm imponere poſſit abſque conſenſum Patronorum, in obſer. ad deciſ. 272. n. 2. 379

Summus Pontifex plenam habet beneficiorum adminiſtrationem, d. deciſ. 272. num. 2. 378. & in d. obſer. num. 1. 379

*Supplicatio.*

Supplicatio aduerſus ſententiam Sacri Conſilij, nùm ſemel permittatur, deciſ. 220. num. 2. circa medium. 314

Et quid dicendum ſi ſententia Sacri Conſilij ſit conformis ſententiæ Magnæ Curiæ, d. num. 2. circa medium.

Supplicatio porrecta in Regia Camera, vel in Sacro Conſilio aduerſus ſententiam, an impediat illius exequutionem, deciſ. 178. n. 1. 257

Et an præſtanda ſit cautio in caſu retractationis, vt poſſit ſententia exequutioni demandari, ſi ſupplicatum fuerit infra dies decem, d. num. 2. circa finem.

*Symonia.*

Symonia an erit ſi per Canonicos emanetur ſtatutum, vt Canonicus nouiter electus de præbendis nihil habere poſſit, & electus non conſentiet, deciſ. 121. n. 2. in fine. 179



Digitized by Google

ſimonia nùm ſit, ſi inter Electores, & electos fiat conuentio de non percipiendis præbendis, d.n.2. in fine.

*Syndicus.*

Syndicus Ciuitatis, ſi ex ipſius ſpeciali mandato pecuniam mutuo accipiat, & ille in proprios vſus conuerterit, an teneatur Ciuitas ex dicto mutuo, deciſ. 109.n.2.& in obſer.n.1. 163

Syndicus Vniuerſitatis, nùm poſſit obligare bona ipſius Vniuerſitatis generaliter, vel ſpecialiter, contrahendo pro re ad communitatem ſpectante in caſu licito,& permiſſo,dec.255.n.2.in fine. 362

T

*Taberna.*

TAberna quid ſit,dec.309.n.2.in fine. 422

Taberna Sancti Iuliani in burgo Sancti Antoni immunis non eſt à gabella tertiariæ, ſi vinum vendat ad minutum non comedentibus, nec bitentibus in illa,dec.311.n.2.in fine. 424

Tabernæ quattor in Ciuitate Neapolitana immunes ſunt à gabella tertiariæ, & quænam ſint, deciſ.311. num.1. 424

Et nùm hæc immunitas locum habeat ſiue vinum vendatur ibi concedentibus,& bibentibus,ſiue non, d.dec.311.n.2.

*Tantum.*

*Tantum*,dictio,licèt ſit excluſiua, tamen non excludit, ſed potius includit, quæ diſpoſitioni connexa ſunt, dec.330.n.3. 444

*Tantum*,dictio,expreſſum includit,& reliqua excludit, in obſer. ad d.deciſ.330.n.2. 445

*Taxillorum ludus.*

Taxillorum ludus,vid.in verb.*Ludus*.

*Tempus.*

Tempus antiquum an,& quando dici poſſit, in obſer. ad deciſ.412.n.1. 550

Tempus à ſtatuto præſumptum ad inſinuandas ſcripturas,an currat ignoranti,dec.573. num.2. in fine. 766

Tempus vnius in poſſidendo, nùm coniungi poſſit cum tempore alterius, cuius non ſit ſucceſſor circa præſcriptionem complendam, deciſ. 344. num.2. in fine. 462

*Terminus.*

Termini curſu pendente iudicis Officium conquieſcit,dec.413.n.2. 551

Termini omiſſio nùm ſit de ſubſtantialibus iudicij, itavt reddat ſententiam nullam,deciſ.273.n.2.379. & in obſer.n.1. 380

Terminus ad deliberandum, & ſe præparandum reo dari ante litem conteſtatam, an conſuetum ſit in Regno, deciſ.569.n.1. in fine.761.& in obſer.n.1. 762

Et vid.in verb.*Dilatio aliqua.*

Terminus datus facta concluſione in cauſa ſuper conuentione, & reconuentione, vt ab eo tempore curreret in vtraque cauſa, an dicatur ritè, & legitimè impartitus,dec.313.num.2. in medio.551. & in obſ. num.1. 552

Terminus repulſæ an currat de momento ad momentum,in obſer.ad dec.262.n.4 369

Terminus ſecundus,vid.in verb.*Dilatio Secunda.*

Terminus ſi ſit conceſſus in repulſa repulſæ, an in eo articulari poſſit de directo contrarium, quod in termino repulſæ fuit articulatum, dec.493.n.2.524. & in obſer.n.1. 525

*Terra, & territorium.*

Terra ſi per Regem ablata ſit vni, & pro bono pacis ſit conceſſa alteri, qui deinde efficitur Rebellis, nùm Terra ipſa deuoluatur ad Regem, vel ſit reſtituenda illi,cui ablata fuit,deciſ.477.n.1.633.& n.2. in fine.634.

Terra titulo aliquo decorata,ſi vendatur, nùm ſufficiat aſſenſus Proregis, vel requiratur proprius ipſius Regis,dec.304.n.2.& in obſ.n.2. 416

Et vid.in verb.*Feudum.*

Territorium ſi concedatur in feudum &c. nùm intelligatur quoque conceſſa iuriſdictio,in obſer.ad dec. 468.n.1.in fine. 624

*Tertiaria.*

Tertiaria, quæ dicitur *del Ferro, & Acciaio,* an ſit de Regalibus,dec.344.n.1. 461

Et an veniant in conceſſione generali iurium, & pertinentiarum,d.dec.344.n.2.

Et vid.in verb.*Regalia.*

*Tertius.*

Tertius comparens in iudicio pro ſuo intereſſe, de illo docere debet,aliàs non auditur,dec.278.n.1.385.& in obſer.n.4. 386

Tertius oppoſitor veniens ad cauſam vertentem inter alios petens audiri pro ſuo intereſſe, nùm impediat exceptionem cauſæ,vel potius ſint ei reſeruanda ſua iura,dec.239.n.1.& 2. 344

Et quid dicendum ſi iſte tertius ſit fiſcus,d.n.2.

Et quid dicendum ſi poſſeſſio ſit vacans,d.num.2.in medio,& in obſer.n.2. 345

Tertius poſſeſſor hypothecaria conuentus, offerendo creditum creditori,nùm audiendus ſit,ſi ſolum æſtimationem rei poſſeſſæ, & non integrum creditum offerat quamuis res poſſeſſa minoris ſit valoris, in obſer.ad dec.482.n.2. 640

Tertius veniens ad cauſam, proceſſu iam concluſo, ſi ſit perſona priuilegiata, nùm poſſit petere primum, & ſecundum beneficium,maximè ſi procuraret differre iudicium,deciſ.323. n.1. & 2.436. & in obſer. num.1. 437

Tertius veniens ad cauſam, nùm poſſit impedire ſententiæ exequutionem latæ contra poſſeſſorem, ſed ſatis ſit ſi præſtetur illi cautio à vincente, de qua *in l.is à quo, ff. de re iudic.* deciſ.115. numer.2. in fine. 171

Et quid dicendum ſi iſte tertius allegaret ſe Dominum eſſe illius rei,d.n.2.in fine.

*Teſtamentum, & Teſtator.*

Teſtamenti nullitas ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis nùm effugiatur per clauſulam codicillarem,in obſer.ad dec.555.n.3. 743

Teſtamento ſe ſubſcribens tanquam teſtis, nùm videatur illud approbare, deciſ. 235. num.3. in fine. 338

Teſtamentum condens, qui antequam ſit mutus, & ſurdus,ſi deinde talis efficiatur,an irritetur,dec.407. num.3.circa medium. 542

Teſtamentum nùm confirmetur per mortem ciuilem, puta ſi teſtator profeſſionem faciat in religione Franciſcana,dec.492.n.2.in fine. 651

Teſtamentum patris, in quo filius fuit nominatus,non verò inſtitutus,nec exhæredatus, an ſit nullum,nec hæredi ſcripto iuuari poſſit beneficium *l. fin. C. de edic. Diu. Adrian. toll* dec.555.n.1. 2.& 3. 742

Et quid dicendum ſi eſſent inſtituti venientes ab inteſtato,d.n.2.in fine.

Et quid dicendum ſi filius non allegauerit nullitatem, d. numer.2. & in obſer. numer.1. in medio. 743

Teſtamentum patris an ſit nullum, ſi in illo ſit relicta legitima filio, ſed non titulo honorabili inſtitutio-



Digitized by Google

nis,in d.obſer.num.2. 743
Et an valeat ſi in illo ſit appoſita clauſula,*omni modo meliori*,n.3.in medio. 143
Et quid dicendum ſi pater dixerit,lego centum filio pro legitima,in d.obſer.n.2.
Teſtamentum patris, vt valeat,an de neceſſitate debeat filius hæres inſtitui,d.n.3.circa finem. 743
Et an ſufficiat,quod tacitè inſtituatur hæres, d.n.3. circa finem.
Teſtamentum nùm ſit indiuiduum, deciſ. 79. num.4. 115
Teſtator pro obſeruantia ſui contractus, nùm obligare poſſit bona futuri hæredis,deciſ.565.n.1.& 2. & in obſer.n.1.757
Teſtator ſi iuſſerit, bona ſua indiuiſa ad proximiorem agnatum peruenire, ſi plures exiſtant agnati proximiores in eodem gradu an omnes admittantur, in obſer.ad deciſ.478.n.2.in fine. 636
Et an diuiſio fiat deinde in vſufructu, vel in proprietate,in d.obſer.n.2.in fine.
Et quid dicendum ſi forſan Teſtator mandaſſet, vt bona ſua indiuiſè reſtituat vni ex proximioribus, & plures ſint proximiores, an ſit locus inter proximiores gratificationi, vel dignior, vel maior natu eſſet admittendus,in d.obſer.n.2.in fine. 636
Teſtator ſi mandauit, vel eius hæredes ſint ſocij omnium bonorum omniaque bona communicent, an teneantur hæredes diuiſionis tempore, etiam bona propria inter ſe æqualiter diuidere, in obſer.ad dec. 524.num.1. 696
Teſtator ſi ordinauit,vt hæres inſtitutus totam ſuam alteri reſtituat hæreditatem, an per hoc cenſeatur trebellianicam ſeu falcidiam prohibuiſſe, deciſ.100. num.3.149.& in obſer.n.3. 150
Teſtator ſi vocauit ad legatum ſuos de linea, vel de quarterio, nùm qui ſunt de quarterio cenſeantur vocati in defectum eorum, qui ſunt de linea, deciſ. 237.num.1. 341
Et an concurrente pauperiore de quarterio, cum paupere de linea præferatur ſemper pauper de linea,d.n.1.in fine.

*Teſtes.*

Teſtem producens licèt non poſſit reprobare perſonam, quam videtur ex productione approbaſſe, nùm poſſit reprobare, & impugnare eius dictum tanquam falſum, in d. obſer. ad deciſ.210. num.3. 299.& 300.
Teſtes affines,& conſanguinei, an ſint idonei in cauſa affinium, & conſanguineorum, in d.obſer.ad deciſ. 221.n.1.in fine. 316
Teſtes alios poſt didicita teſtificata nùm examinare poſſint perſonæ priuilegiatæ primo, & ſecundo beneficio,non ſolum ſuper eiſdem articulis, ſed ſuper aliis de directo contrariis, dec.253.n.1. 360
Teſtes citati in termino poſt terminum elapſum an recipi poſſint ad finem, vt illi examinari valeant, in obſer.ad dec.262.n.4. 369
Teſtes de auditu licet regulariter non probent, ſecus tamen eſt,quando ſumus in antiquiſſimis, dec.428. num.1.in fine. 573
Teſtes domeſtici an ſint idonei, ſi ſumus in facto, de quo magis domeſtici, quàm alij informati ſunt, in obſer.ad dec.385.n.2.in fine. 515
Teſtes domeſtici, & vaſſalli, an eſſe poſſint, ſi actus per alios probari nequeant, dec.236.n.3.340. & in obſer.n.3. 341
Teſtes examinati, Parte non citata nullum faciunt indicium, neque probationem, deciſ.454. num.2. in medio.607.& in obſer.n.3. 608
Et in quibus caſibus plenam faciant probationem, in d.obſer.n.3.
Teſtes examinati non citato Authore laudato ad videndum iuramenta ipſorum,an, & quando dicantur legitimè recepti,dec.119.n.2.& 3. 176
Teſtes in cauſis feudalibus de iure Regni noſtri, nùm examinari poſſint extra curiam, vel ſint ad curiam producendi,expenſis tamen producentis, deciſ.203. num.1.& 2.289.& in obſer.n. 1. 290
Et an poſſint Partes conſentire,vt deſtinetur in partibus commiſſarius ad recipiendum teſtes, d.num.2. 289
Et an, & quando ſit locus pœnitentiæ de hac deſtinatione d.n.2.in medio.
Teſtes in Regno ex præſcripto Regiæ Pragmaticæ ſeptem ſunt examinandi in quolibet articulo, & decem in materia confinium, ac in antiquis, deciſ. 253. num.1. & in obſer. num.1. 360. & deciſ.209. num.1. 297
Et an totidem ſint examinandi, vel minores in termino primi, & ſecundi beneficij, d. numer.1. in fine.
Teſtes in Sacro conſilio tam in cauſis feudalibus, quam in omnibus ſummam ducatorum quincentum excedentibus examinantur per vnum ex Regiis examinatoribus eiuſdem Sacri concilij Partibus non ſuſpectum, facta tamen nominatione teſtium in certis locis Regni in calce termini dati, in d.obſer.n.2. 290
Et quomodo fiet electio talis Examinatoris, in d. obſer.n.2.
Et quid dicendum ſi litigantes ſint Neapolitani, ſiue huius Ciuitatis habitatores, nùm committeretur audientia teſtium Ordinario loci, ſeu viciniori, non ſuſpecto,in d.obſer.n.3. 290
Et quid dicendum in cauſis feudalibus & criminalibus,in d.obſer.n.3.
Teſtes iudici, nùm ſint exhibendi ad finem, vt ab aduerſario cognoſcantur,dec.209.n.3. 298
Teſtes legitimi an ſint domeſtici, familiares, & conſanguinei, quando aliunde veritas haberi non poſſit,in obſer.ad dec.321.n.1. 435
Teſtes legitimi an ſint domeſtici, & familiares Abbatum,Prælatorum,& perſonarum nobilium, & quare,deciſ.385.num.2.circa finem,& in obſer.num.2. 515
Teſtes minus idonei,nùm habeantur pro idoneis, ſi veritas aliunde haberi non poſſit,in obſ.ad dec.221. num.2. 316
Teſtes poſt didicita teſtificata an, & quando minor mulier,aut Ruſticus poſſint producere, deciſ.384. num.2.in medio. 514
Teſtes produci an poſſint atteſtationibus publicatis in prima, & ſecunda inſtantia ſuper eiſdem, vel directo contrariis articulis, deciſ.341. num.1. & 2. 458
Teſtes producti in termino ſummariiſſimo ſuper articulis præſentatis, an poſſint iterum produci in cauſa principali,in obſ.ad dec.448.n.1. 599
Teſtes producti poſt publicationem in termino dato ad concomitandum, an poſſint deponere tantùm veritatem eorum, quæ in ſcriptura præſentata continentur, vel aliquid aliud extra ipſam ſcripturam, dec.340.n.2.& in obſ.n.1. 457
Teſtes pro Vniuerſitate, an, & quando legitimi ſint eius ciues, deciſ.177. num.2. & in obſer. numer.2. 256
Teſtes regulariter tam in cauſis ciuilibus magni momenti, quam criminalibus ſunt coram iudice examinandi,dec.542.n.2. 721
Teſtes recepti vltra numerum ſeptenarium ad



Digitized by Google

alicuius inſtantiam,n... n peti poſſit, vt refrenentur aduerſario contradic... te,dec.210. num.3.& in obſ. num.3. 299

Teſtes ſi ſint legiti... , puta ſenes, valetudinarij &c. nùm poſſit deſ... ari commiſſarius in partibus ad eos examinan... s, ſi cauſa ſit feudalis, vel criminalis,aut Ciuilis magni momenti,dec.542.n.1.& 2. & in obſ.n.1. 721

Teſtes ſi produ... antur ad coadiuuandam, ſeu comprobandam ſc... pturam in actibus præſentatam, nùm deponere poſſint vltra contenta in ipſa ſcriptura, in obſer.ad decis.340.n.1. 457

Teſtes ſi ſint recepti Parte non citata,nùm de illis aliqua ſit habenda ratio,dec.122.n.3. 180

Teſtes ſi ſint recepti vltra numerum ſeptenarium in vnoquoque articulo nùm Pars eligere poſſit melius ſibi viſos,vel remaneant teſtes primo loco examinati,vel omnium annulletur depoſitio, deciſ.209.n.1. & 2.297.& in obſ.n.2. 298

Et an ſimilis conſtitutio vigeat Gabellæ, & in quo differat à noſtra Pragmatica,in d.obſer.n.1. 298

Teſtes ſi ſint ſocij criminis regulariter initium non faciunt ad torturam contra conſocium,niſi quatuor concurrentibus,dec.415.n.1.in medio. 554

Teſtes ſuadendi, vt contra veritatem dicant, an inquiſitus habeat iuſtam cauſam, ſi id agat pro defenſione patris ſui,honori,famæ,& bonorum,d.num.1. circa finem.

Teſtes vigore Regiæ Pragmaticæ 50.*ſub tit.de off.Sacr. Reg.Conſil.*in quauis cauſa, an excedere poſſint numerum quadragenarium,& quandoque quinquagenarium,dec.384.n.1.& in obſer.n.1. 514

Et quid dicendum ſi ob priuilegium petatur primum,& ſecundum beneficium, d.dec.384.num.2. & in d.obſer.n.1.

Teſti vni ſoli an credendum ſit, licet ſit Prorex, Cardinalis,vel legatus à latere, dec.487.num.1. in fine. 645

Teſti vni ſoli, vt credatur, nùm poſſit induci per pactum,vel per Principis,aut Vniuerſitatis, vel collegij ſtatutum,dec.188.n.2.& in d.obſer.n.1. 271

Teſtibus duobus, deponentibus de metu magis credendum eſt, quàm mille atteſtantibus de ſpontanea voluntate,dec.321.n.2.in fine. 435

Teſtis in quibus caſibus torqueri poſſit, deciſ.234.n.3. in fine. 337

Teſtis inſtrumentarius,ſi tempore teſtimonij domeſticus ſit, an audiri poſſit ſuper his, quæ non niſi per teſtes inſtrumentarios probari poſſunt, in obſer. ad deciſ.321.n.1.in fine. 435

Teſtis in tortura deponens, an probet quamuis non ſit omni exceptione maior,deciſ.42.n.1.in fine. 56

Teſtium audientia,vid.in verb.*Audientia teſtium.*

Teſtium depoſitiones, in vna cauſa receptorum, ſi præſententur in alia,& inter diuerſas perſonas an,& quando idem faciant, deciſ.454.n.1.606.& n.2. & in obſ.n.1. 607

Et quid dicendum ſi verſaremur in antiquis, in d. obſer.n.1.

Teſtium depoſitionibus in recipiendis, nùm ſemper citati debeat Aduerſarius collitigator ad videndum eorum iuramenta,in obſer. ad deciſ.119.n.1. 177

Et in quibus caſibus collitigans citari non debeat ad videndum iuramenta teſtium,in d.obſ.n.2.

Teſtium nominatio,qua forma fieri debeat, in obſ. ad deciſ.203.n.4. 290

Teſtium nominatio tam de iure communi, quam Regni, nùm ſit in omnibus cauſis admittenda, in obſ. ad dec.542.n.1. 721

Teſtium refrenatio,nùm peti poſſit poſt concluſum in cauſa,dec.210.n.1.& 2. 298

Teſtium repulſa in prima inſtantia omiſſa,an peti poſſit in cauſa appellationis, in obſer.ad dec.262.n.3. 369

Et an terminus repulſæ currat de momento ad momentum,in d.obſer.n.4.

Teſtium repulſa an peti poſſit per minorem in termino primi beneficij facta concluſione, d.dec.262. num.1.& 2.368.&in obſer.n.1.& 2. 369

Teſtium repulſa ſaltem in actu concluſionis, cum ſcilicèt notificetur peti debet,d.n.1.in medio. 368

*Textus.*

Textus *in cap. ex præſumptuosè*, nùm locum habeat quoties feudum in die mortis feudatarij, in eius non reperitur hæreditatem,ſed in vita per eum alienatum, quamuis nulliter, in obſer.ad dec.315.n.2. 428

Textus *in c.in Ciuitate*, & *in cap. nauiganti extra de vſur.& in l.ſi ea lege,C.de vſur.* exornantur, in obſer. ad dec.59.n.1. 85

Textus *in c.1.§.his conſequenter in tit. hic finitur lex &c.* an locum habeat in fructibus ciuilibus,puta penſionibus domorum,& ſimilium,dec.246.n.1.& in obſ. num.1.353.& dec.265.n.1. 371

Textus *in c.Regni*, quod incipit *Conuentus*, an locum habeat in actione hypothecaria, dec.150.n.1. & 2. 220.& in obſer.n.1. 221

Textus *in l.ciuitas ff.ſi cert.pet.* exornatur, dec.201.n.1. 287

Textus *in l. cum de in rem verſo,ff. de vſur, & l. ſi certis annis,C.de pact.* nùm locum habeat in ſeruitute, & in qua,dec.68.n.3.in fine.97.& in obſer.n.1. 98

Et multa ad horum iurium ornatum, in d.obſer. num.4. 99

Textus *in l.cum Auus,ff.de condit.& demonſtr.*& textus *in l.cum acutiſſimi,C. de fideicommiſſ.* nùm procedant in donationibus inter viuos, in obſer. ad deciſ.183. num.3. 264

Et an procedant in hærede extraneo grauato, in d. obſer.n.4.

Et an procedant ſi quis grauetur de reſtituendo ante mortem,in d.obſer.n.5.

Et an procedant, ſi filius grauatus deceſſerit cum filiis naturalibus tantùm in d.obſer.n.6.

Et an procedant in fideicommiſſis particularibus,in d.obſer.n.7. 265

Textus *in l. fundi Trebatiani, ff. de vſuf.legat.* quid diſponat,deciſ.245.n.2.in fine. 352

Et multa ad eius materiam remiſſiuè, in obſer.ad d. deciſ.245.n.3. 352

Textus *in l. in minorum,C. in quib. caſib. reſtit. in integr. non eſt neceſ.* exornatur,in obſer.ad deciſ.62.num.3. 88

Textus *in l.iubemus,C.ad Velleian.*an,& quando locum habeat,dec.148.n.2. 217

Textus *in l.per hanc,Codic.de tempor. appellat.* & textus *in C.fraternitatis de teſtib.* nùm locum habeant in cauſa primi,& ſecundi beneficij,deciſ.253.n.1.360. & in obſer.n.2. 361

Textus *in l.procula,ff.de probat.* vt locum habeat, tria concurrere debent,& quæ deciſ.135.n.2. circa medium 199.& in obſer.n.1. 200

Textus *in l.quoties, C. de rei vendic.* pluribus modis limitatur, in obſer. ad deciſ.107.à num.3. vſque ad num.8. 161

Textus *in l.quoties,C. de rei vendic.* nùm locum habeat in Principis conceſſione,deciſ.201.n.1. 287

Et an locum habeat in feudis, vel Emphyteuſi, deciſ.73. numer.2. 106. & in obſer. numer.1. & 2. 107

Et an locum habeat in contractu locationis, in d. obſer.n.3.



Digitized by Google

Et nùm locum habeat in venditionibus, aut donationibus factis Eccleſiæ,vel piis locis,in d.obſ.n.5.

Et an locum habeat ſi primus haberet titulum oneroſum,alter verò lucratiuum,in d.obſer.n.6.

Et quid dicendum ſi primo Emptori ſit facta traditio per actum fictum, ſcilicet per conſtitutum, & præcarium,in d.obſer.n.7. 107

Et quid dicendum ſi venditor pro obſeruantia primi contractus rem ipſam primo emptori hypothecauerit,in d.obſ.n.7.verſ.*quinto & tandem,* 108

Et an locū habeat in officiis remiſſiuè,in d.obſ.n.8.

Textus *in l.quoties, C.de rei vendic.* in quibus caſibus non procedat,in d.obſer.n.4. 107

Textus *in l.vnica, C.ſi liberalit. imperial. ſocius &c.* an procedat in feudis,dec.195.n.1. 281

*Theſaurarius Regius.*

Theſaurarius Regius nùm poſſit à ſubditis accipere dona,& munera, & minimè comprehendatur ſub Pragmaticis, prohibentibus officiali acceptionem hanc,in obſer.ad dec.12.n.5. 17

Theſaurarius Regius ſi pecuniam exactam, penès ipſum retineat,& fiſco non ſoluat, peculatus crimine tenetur,dec.475.n.2.in medio. 632

Et an poſſit pro hoc crimine officio priuari, d.n.2. in medio.

*Titulatus, & Titulus.*

Titulatorum prærogatiuæ quot,& quæ ſint,in obſer.ad dec.303.n.1. 415

Tituli dignitas,nùm ſit adnexa feudo,vel perſonæ, deciſ.303.n.2.in medio. 415

Titulus Codicis *plus valere quod agitur &c.* nùm locum habeat in feudis,in obſer.ad dec.529.n.3. 705

Titulus coloratus, quis dicatur, in obſer. ad deciſ.251. num.1. 358

Titulus feudi an, & quando tranſeat ad emptorem feudi,dec.303.n.2.in medio,& in obſer.n.1. 415

*Torqueri, & Tortura.*

Torqueri an debeat reus, ſi ex probationibus poſſit condemnari,dec.46.n.1. 63

Torqueri an poſſit Titius de vulnere, de quo inquiritur,& de quo ſunt ſufficientia indicia ſi vulneratus declaret non fuiſſe à Titio vulneratum,dec.44.n.2. 59.& in obſer.n.2. 60

Tortura an,& quando in ciuilibus inferri poſſit,in obſer.ad dec.266.n.1. 373

Tortura nùm inferri poſſit ex proceſſu informatiuo, concurrente ſolum confeſſione offenſi, & inquiſiti contumacia,dec.276.n.2.& in obſer.n.1. 383

Tortura inferri non poteſt, niſi ſufficientia præcedant indicia,dec.365.n.2. 488

Et quid dicendum ſi concurrat fama publica, vel vehemens,d.dec.365.n.3.& in obſer.n.1. 488

Et an tortura ſit inferenda, ſi alia ſuperſit via veritatem probandi,d.n.2.circa finem.

Tortura inferri ex proceſſu informatiuo an,& quando poſſit,dec.415.n.1.553.& in obſer.n.1. 554

Tortura inferri nùm poſſit ex proceſſu informatiuo in crimine Sodomiæ, in d.obſer.n.2.in medio. 554

Tortura inferri vt poſſit, quænam indicia præcedere debeant,dec.43.n.1.57.& in obſer.n.1. 58

Tortura infligi an poſſit tantum in criminibus vltra relegationem,non verò infra,dec.46.n.2. 63

Tortura in Regno an ſolum poſſit inferri in illis criminibus,in quibus pœna maior relegatione imponitur,dec.400.n.2.531.& dec.415.n.1. 553

Tortura vt poſſit inferri Neapolitanis, & Caſalenſibus,etiam Turris Octauæ,& Mileti ex proceſſu informatiuo,an requiratur Regia diſpenſatio ex peculiari priuilegio Regis Catholici,& Imperatoris Caroli,in obſ.ad d.dec.415.n.1.in medio. 554

Torturam ad inferendā nùm poſſit de iure prius deueneri niſi facta litis conte tione,teſtibus citata Parte repetitis,imò & proceſ publicato,in d.obſ.n.1.

Et quid dicendum in Regi noſtro in delictis atrocibus,in d.obſer. n.1.

Torturæ locus an ſit,ſi adſint in tam contra reum, quàm pro ipſo reo,dec.44.n.3. 59

*Tracta.*

Tracta conceſſa alicui per Regiam C ameram pro certo,loco,& pretio, nùm poſſit per onceſſionarium vendi alteri pro aliis locis,& cariori ,dec.17. n.1.& in obſer.n.2. 22

Et quid dicendum, ſi locus in quem res ducitur ſit de cōfederatis,& minimè prohibitus, d.dec.17.n.2.

Tractarum conceſſio intrinſecam,& inſitam habet naturam,& conditionem, modo ſcilicet Regnum remaneat munitum,& opus non habeat, in obſer. ad dec.425.n.1.in fine. 569

Tractas frumenti ſi Regia Camera alicui vendat, & deinde frugum ſuccedat ſterilitas,an poſſit illas prohibere,& à contractu recedere,d.dec.425. n.2.& in obſer.num.1. 569

Et ad quod intereſſe teneatur cum reſtitutione pretij,ſi tractas prædictas prohibuerit, d.dec.425.n.3.

*Transfuga.*

Trāsfuga nùm ſit,qui ad hoſtes vadit,litteras, vel nunciū mittit,vel qui cum ipſis alloquitur,dec.67.n.2.96

*Tranſactio.*

Tranſactio annullari an poſſit, ſi poſt ipſam initam ſit ſupplicatum Principi de iuſtitiæ cōplemento,nulla, tamen de tranſactione facta mentione,Princeps verò reſcribat,quod audiatur,& iuſtitiæ complementum adminiſtretur,dec.306.n.1. 418

Tranſactio an ſit nulla, vel ſaltem annullanda, ſi propter euidentem litigantis calumniam ſit facta,deciſ. 540. num.2. 719

Tranſactio ſuper vna re facta cum generaliſſimis clauſulis an,& quando extendatur ad omnia,etiam ſpecialiter contenta in eo contractu, in obſer.ad deciſ. 332.num.1.& 2. 446

Tranſactio vt ritè dicatur facta an ſatis ſit quod inter tranſigentes ſit lis,& res ſuper qua litigatur ſit dubia,dec.540.n.1. 719

Et quid dicendum ſi non ſit lis, ſed ſperetur etiam defacto,licèt non de iure,d.n.2.

Et an ſufficiat,quod lis oriri poſſit etiam extraiudicialis,dec.231.n.4.circa finem. 331

Tranſactionem ad faciendam, nùm opus ſit mandato ſpeciali, vel ſufficiat generale cum libera, deciſ.306.num.4. 419

Tranſactionis contractus an retractetur prætextu læſionis vltra dimidiam,dec.231.n.4.330.& in obſer. num.3. 331

*Tranſumptum.*

Tranſumptum factum à Notario, qui non fuit author originalis,licèt fiat ab originali alterius notarij,cum Iudice ad contractus, & teſtibus fidem non facit, niſi decretum Iudicis interueniat, & Partis citatio, dec.312.n.2. 425

Tranſumptum Principis ſi requirat illius ſubſcriptionē,an,& quando probet eius exēplum,d.n.2.in fine.

Tranſumptum ſi fiat,curia ſedente pro Tribunali,plenam facit fidem, licèt Pars aduerſa citata nōn ſit, dec.363.n.1.& in obſ.n.1. 486

Tranſumptum ſi fiat à Notario de ſcripturis ab ipſo nō confectis, nec cuſtoditis nullam facit fidem, in d. obſer.n.3. 486

Tranſumptum ſi producatur poſt lapſum longiſſimi temporis,nùm præſumatur in illo ſolemnitatem extrinſecam interueniſſe,dec.312.n.2. 425

Et quid dicendum, ſi de magno tertij præiudicio ageretur,d.n.2.in fine.


Tranſum

Digitized by Google

Tranſumptum,vt probet,quænam requirantur, in obſer.ad dec.363.n.2. 486

*Trebellianica.*

Trebellianica an cenſeatur tacitè prohibita,ſi pater filios inſtituens,& eis aliquos ſubſtituens, mandauerit,vt poſſint diſponere de legitima in caſu mortis abſque deſcendentibus, in obſer. ad deciſ.100.n.3. in fine, 150.& in obſer.ad deciſ.355.n.3. 476

Trebellianica prætendi an poſſit ſi hæreditas ſit reſtituenda ex contractu,dec.131. n.2.circa mediũ. 194

Et an prætendi poſſit ſi hæres ſcriptus ſit inſtitutus in gratiam illius,qui hæreditas reſtitui debet, d.n.2. circa medium.

Trebellianica prohiberi an poſſit per teſtatorem,deciſ. 336.n.3. 452

Trebellianicam an amittat filius grauatus, ſi inuentarium non confecerit,in d.obſer.ad dec.355.n.4. 476

Trebellianica, vid. in verb. *Falcidia.*

Trebellianicæ detractio, nùm poſſit prohiberi per patrem filiis primi gradus tacitè vel expreſsè,& etiam coniecturis, deciſ.355.n.2.475.& in obſer.n.1. 476

Trebellianicæ prohibitio, vt inducatur, verba teſtamenti neceſſariò, & concludenter debent illam inferre, in d.obſer.n.3. 476

Trebellianicæ tacica prohibitio an inducatur ſi pater prohibuit alienationem bonorum fideicommiſſo relictorum, vel ſi dixerit vt tota hæreditas ſubſtituto ſine diminutione reſtituatur,in d.obſer. n.2. 476

*Tributa.*

Tributis in præſtandis attenditur tempus cuiuſlibet ſolutionis, deciſ.333.n.5. 448

Tributa vid. in verb. *Gabella*, & in verb. *Immunitas.*

*Tunc, vel Tum.*

*Tunc*, vel *Tum* dictio,cuius ſit importantiæ, in obſer. ad deciſ.489. nùm.2. 648

*Turcæ.*

Turcæ capti per homines particulares in aliquibus Regni partibus, & ab illis ſerui effecti, nùm ſpectent ad ipſos capientes, vel ad Regiam Curiam, aut ad Dominum Proregem, deciſ.421.n.2.563.& in obſ. num.2. 564

Et quid dicendum ſi Turcæ, eorúmque bona paſſi ſint naufragium,& in naufragio ſint capti,in d.obſ. num.1.& 3. 564

*Tutor, & Tutoris authoritas.*

Tutor abſens nùm poſſit nominare actorem, qui loco ſui tutelam adminiſtraret,confirmandum tamen iudicis decreto, deciſ.289.n.2.in fine. 399

Tutor datus alicui pupillo, ſi abſens fuerit Reipublicæ cauſa, & à iudice detur contutor, an cenſeatur remotus tutor, vt nequeat adminiſtrare, d. deciſ.289. n.1.& 2.& in obſer.n.1. 399

Tutor licitè an poſſit emere bona pupilli, & ſibi ipſi authorari, deciſ.78.n.2.in fine,& in obſ.n.3. 113

Et an emere poſſit per interpoſitam perſonam, d. n.2. in fine, & in obſer.n.4. 114

Tutor ob pupilli bona adminiſtrata nùm teneatur ad vſuras,& intereſſe, deciſ.131.n.2. 194

Tutor pro tutelæ adminiſtratione an, & quando poſſit petere Salarium, & an, & quando poſſit illud ei iudexconſtituere, vid. in verb. *Salarium.*

Tutor pupillo exiſtenti in poteſtate dari non poteſt, deciſ.354.n.1. 474

Tutor ſi priuſquam adimpleuerit de iure adimplenda, geſſerit aliqua in vtilitatem pupilli, nùm valida ſint geſta, deciſ.563.n.2.in medio,& in obſer.n.1. 755

Tutor teſtamentarius nùm præferatur legitimo, & datiuo, deciſ.335.n.1.450.& n.2.& 3. 451

Et quid dicendum ſi Tutor teſtamentarius ſit miles, vel Cardinalis,aut Epiſcopus, d.num.1.2.& 3.& in d.obſer.num.2.& 3.

Tutoris authoritas metu præſtita,an ſit ipſo iure nulla, in obſer. ad deciſ.21.num.2.in medio. 28

## V

*Variatio.*

Variatio de nouo corpore debitoris obligato ad aliud ſimpliciter obligatum,an,& quando creditori liceat, deciſ.173.n.2.& in obſer.n.1. 252

*Vaſſallagium, & Vaſſallus.*

Vaſſallagij ius, an, & quando per Dominum poſſit præſcribi, in obſer. ad deciſ.558.n.1. 747

Et an Dominus debeat non ſolùm allegare titulum conceſsionis per ipſum eiúſque ſucceſſores factæ, ſed etiam probare, fuiſſe ſibi à vaſſallo præſtitum ſeruitium vniforme per annos triginta, in d. obſer. num.3. 748

Vaſſalli Baronum contrauenientes banno Magnæ Curiæ contra receptantes bannitos,& contumaces,delinquentes in propria patria, & territorio Baronum an ſint remittendi ad ipſos Barones, vel potius ſit procedendum in Magna Curia Vicariæ, dato quod Barones non ampliſſima habeant priuilegia, deciſ. 243.n.1.& 2.349.& in obſer.n.1.& 2. 350

Vaſſalli domaniales non citati, nec in iudicio auditi, nùm afficiantur decreto lato contra alium citatum, deciſ.125.n.1.& 4. 184

Vaſſalli,& Vniuerſitates domanium petere an poſſint, elapſis ſeptem menſibus à die captæ poſſeſſionis feudi venditi,deciſ.22.n.1.29.& in obſer.n.1. 30

Vaſſalli huius Regni omnes ſunt ligij, & quare,deciſ. 191.n.1.in fine. 276

Vaſſalli inuiti an, & quando alienari poſſint, & in alium transferri, deciſ.409. n.2.544. & n.4.545. & deciſ.488.n.1. 646

Et quid dicendum ſi ſint vaſſalli, domaniales,d.n.1. 646

Et quid dicendum neceſsitate ſuadente, vel poſita conſuetudine, quod poſsint transferri in alium etiam non æqualem, d.n.1. 646

Vaſſalli præſtare Baronibus adiutorium pro maritandis, vel monachandis,filiabus,ſoribus,& amitis an, & quando teneantur, vid. in verb. *Adiutorium.*

Et quantum ſit prædictum adiutorium, vid. in d. verb. *Adiutorium.*

Vaſſalli pro eorum Barone an poſsint in Regno validè fideiubere, deciſ.386.n.1.& 2. 516

Et an ad hoc poſsint cogi, in obſer.ad d.deciſ.386. num.1. 516

Et an fideiubere poſsint pro Affictatore Baronis, in d.obſer.n.2.

Vaſſallum ad petendam inueſtituram infra annum, & diem, quæ cauſæ,excuſent, in obſer. ad deciſ.371. num.3. 498

Et an ſi cauſa eſſet infra annum, an vaſſallus habebit integrum annum,vel illud, quod ſupereſt ad dictam inueſtituram petendam, in d.obſer.n.3.

Vaſſallus Angarius, & Parangarius, quiſnam dicatur, deciſ.398.n.2. 529

Vaſſallus meus ſi Dominum meum offenderit,cui aperiatur feudum, quod vaſſallus poſsidet, deciſ.69. num.3. 100

Vaſſallus ſi feudo fuerit à Domino ſpoliatus, eo quod titulum non habebat, ſi doceat de colorata poſſeſſione, an ſit reſtituendus,in obſer.ad deciſ.251.n.1. in fine. 358

Vaſſallus ſi feudum alienet, cum clauſula *ſaluo aſſenſu Domini*, feudúmque tradat, an incidat in commiſſum,deciſ.94.n.2.in medio, & in obſer.n.2. 140

Et quid dicendum ſi in venditione dixerit; *Saluo*



Digitized by Google

*aſſenſu Domini, nec aliter, nec alio modo*, d. num. 2. in medio. 140
Vaſſallus ſi iurauerit occidere Dominum, nec aliud fecerit, nùm amittat feudũ, dec. 56. n. 6. circa mediũ. 79
Vaſſallus ſi ſeruitium Domino præſtiterit per annos triginta, nùm cogetur præſtare in futurum, in obſer. ad deciſ. 558. n. 1. 747. & n. 2. 748

*Vectigalia.*

Vectigalia ſaltem tempore immemorabili præſcribi poſſunt, in obſer. ad deciſ. 309. n. 1. 423
Et an poſſint præſcribi contra fiſcum, in d. obſ. n. 4.

*Vendens, Vendere, & Vendi.*

Vendens domum, & vineam cum pacto de retrouendendo, ſi velit tantùm pactum exercere pro domo, an audiendus ſit, deciſ. 278. n. 1. in fine. 386
Vendens rem aliquam, ius tantùm vendere videtur, quod habet in ipſa re, deciſ. 63. n. 2. 89. & deciſ. 295. n. 1. 405. & in obſer. n. 1. 406
Vendens, vel concedens rem ſuper qua habet ſolum annuum redditum, ſeu cenſum, an ſolùm annuus redditus, ſeu cenſus conceſſus intelligatur, d. deciſ. 295. n. 1. & 2. & in d. obſer. n. 1.
Vendere, & emere inuitus, an quis cogatur, deciſ. 284. num. 2. 392
Et quid dicendum pro amplianda Eccleſia, d. n. 2. & in obſer. n. 1.
Vel pro ædificanda domo propè Eccleſiam, in qua poſſint clerici, ſiue Religioſi, Eccleſiæ inſeruientes habitare, in d. obſer. n. 2.
Vel pro clauſtro, & domibus ædificandis de nouo, aut agendi neceſſariis pro monaſterio virorum, & monialium, in d. obſer. n. 2. in medio. 393
Et quid dicendum pro ampliando atrio Eccleſiæ, in d. obſer. n. 3. 393
Vel pro conſtruendo viridario monaſterij, in d. obſ. n. 4.
Vel pro cõſtruendo hoſpitio Religioſorũ, in d. obſ. n. 6.
Et an his caſibus cogatur vir nobilis vendere domum antiquam in familia, in d. obſer. n. 5.
Et an pro ampliatione Eccleſiæ cogatur quis vendere partem rei, in d. obſer. n. 7.
Vendere, & pignori dare, an differant inter ſe, deciſ. 506. n. 2. in medio. 670
Vendere ſi quis cogatur rem ſuam fauore publico, nùm ſit illi ſoluendum pretium abſque deductione ſextæ, in obſer. ad deciſ. 402. n. 3. 535
Et quodnam pretium ſit illi ſoluendum, & an cogi poſſit ad habendam fidem de pretio, vid. in verb. *Pretium.*
Vendi an poſſint res, ſuper quibus mulier pro ſuis dotibus eſt aſſecurata, etiam vt ſe, virum, & filios alat, deciſ. 240. n. 2. 345. & in obſer. n. 1. 346
Et quæ requirantur vt venditio hæc fieri poſſit, d. num. 2. in fine. 346

*Vendita res.*

Vendita res cum reſeruatione dominij, ſi deinde pereat, cuius periculo pereat, in obſer. ad deciſ. 8. n. 4. 12
Vendita res ſtabili pro pretio taxando iuxta liquidationem introituum, an dominium transferatur in emptorem ex tunc à die venditionis, vel ex tunc à die liquidationis, deciſ. 547. n. 1. & in obſer. n. 1. 729
Et an dicatur venditio pura, & perfecta, vel conditionalis, in d. obſer. n. 1.
Vendita res ſi ſit duobus, quiſnam præferendus ſit, in obſ. ad dec. 107. n. 2. cum pluribus ſequentibus. 161
Et quid dicendum in venditione facta per Principem, deciſ. 201. n. 2. 287
Vendita res ſub conditione, ſi pendente conditione deterioretur, an erit periculum emptoris, vel venditoris, in obſer. ad deciſ. 189. n. 1. 273
Et quid dicendum ſi res pereat in totum, in d. obſer. n. 1. circa finem.
Vendita Terra, vel caſtro cum iuribus, & pertinentiis ſuis, ac integro ſtatu. an venditæ cenſeantur functiones fiſcales, quas Baro venditor ibi poſſidet, in obſer. ad deciſ. 172 num. 1. 251

*Venditio.*

Venditio ex quibus cauſis ſimulata cenſeatur, deciſ. 529. n. 2. & in obſer. n. 1. 705
Et vid. in verb. *Venditionis Contractus.*
Venditio facta cum reſeruatione dominij, donec pretium ſoluatur, eo ſoluto an habeatur ac ſi à die initi contractus dominium in emptorem eſſet [illegible]tum, in obſer. ad deciſ. 189. n. 1. 273
Venditio facta pro pretio declarando, an dicatur perfecta, in obſer. ad deciſ. 547. n. 1. circa finem. 729
Venditio mercium, earúmque traditio ſi fiat ſub conditione, vel ad diem incertam, ſequuta conditione, vel certificata die, cui Gabelloto ſoluendum ſit ius Dohanæ, qui reperiebatur tempore contractus, an qui reperiatur tempore ſequutæ conditionis, vel certificatæ diei, deciſ. 189. n. 2. in fine, 272. & in obſer. num. 1. 273
Venditio plurium rerum, vnico pretio facta, nùm reſcindatur, ſi tantùm vna res ſit euicta, vel ſolùm agi poſſit de euictione pro ea re, in obſer. ad deciſ. 278. num. 2. 386
Venditio rei ſi fiat à debitore voluntariè, & deinde reperiatur alteri obligata, an venditor teneatur præſtare fideiuſſionem de pretio reſtituendo, vna cum intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, in obſ. ad deciſ. 208. n. 5. 297
Venditio an reſcindatur, ſi venditor, vel emptor vltra dimidiam iuſti pretij læſus ſit, dec. 453. n. 2. 605
Et ſi venditio fiat per iudicem, an ſufficiat læſio vltra ſextam, vt poſſit reſcindi, d. n. 2.
Et quodnam pretium ſit attendendum ad iudicandam læſionem, nùm illud, quod inuenitur, vel quod ab expertis refertur, d. n. 2. & in obſer. n. 1. 606
Venditio ſi fiat ſub conditione, & conditione pendente res deterior fiat, purificata poſtea conditione, nùm deterioratio cedat damno emptoris, & in obſer. ad deciſ. 547. n. 1. in fine. 729
Venditio ſub haſta an ſit nulla, vel annullanda, ſi inter creditorem vendentem, & emptorem colludatur de pretio viliori, deciſ. 121. n. 2. in fine. 179
Venditionis contractus nùm præſumatur ex modicitate pretij, maximè ſi remaneat poſſeſſio in venditore, deciſ. 61. n. 2. 86. & in obſ. n. 1. 87
Et quænam requirantur in hoc, in d. obſ. n. 1.

*Venditor.*

Venditor læſus an poſſit læſionis iudicium inſtituere, adhuc ſi res vendita non reperiatur in poſſe illius, cui res fuit vendita, ſed penès alium, cauſam habentem à primo emptore, in obſer. ad dec. 453. n. 4. 606
Venditor, qui vendidit habita fide de pretio, ſed cum pacto, nè dominium trãsferatur, niſi pretio ſoluto, an præferatur in re vendita omnibus creditoribus emptoris, deciſ. 8. n. 1. & in obſer. n. 1. 12
Et quid dicendum, ſi nullum fiat pactum tranſlationis dominij, d. deciſ. 8. n. 2. & in d. obſer. n. 1.
Et quid dicendum in venditione mercium facta in nundinis, in d. obſer. n. 3.
Venditor rem euictam an offerre poſſit emptori, non tamen deterioratam, & cum refectione intereſſe, & euitare ſententiam condemnatoriam euictionis, in obſer. ad deciſ. 582. n. 2. 779
Venditor ſi ſimpliciter pactus ſit, ſe nolle teneri de euictione, nùm teneatur ad pretij reſtitutionem, in obſer. ad deciſ. 170. n. 2. 248
Venditor an teneatur de euictione, ſi expreſsè ſit conuentum, vt non teneatur ad illam neque ad pretij ſolutionem, niſi à ſe ipſo, & habentibus cauſam ab

Digitized by Google

ab ipſo,d.dec.170.n.1.& 2.& in obſer.n.1. 247
Et quid dicendum ſi probetur, venditorem in contractu doloſè fuiſſe verſatum,in d.obſ.n.1. 247
Venditori,vt de euictione teneatur, emptori; lis mota eſt denuncianda,nec ſufficit ſola ſcientia, dec.264. num.2.in fine. 370
Venditori reuocanti venditionem an emptor reſtituere debeat rem,vna cum fructibus,& ipſe venditor reſtituere debeat pretium emptori cum vſuris, deciſ. 527.n.2.in medio.702.& in obſer.n.2. 703

*Venetiæ, & Veneti.*

Venetiarum Ciuitas libera eſt ex vera, & inueterata libertate,in qua Deus illam conſtituit, in obſer. ad dec.545.n.5. 726
Veneti locare an poſſint naues Iudęis pro aſportandis mercibus ab Alexandria Ægipti,in d.obſ.n.5.
Veneti ſuperiorem non recognoſcunt, tantaque eſt eorum authoritas, vt dedignentur viuere ſecundùm leges imperiales,in d.obſer.n.5.
Venetorum Reſpublica ſemper extitit ornamentum, & decus Italiæ, in d.obſer.n.8. 727

*Verbum.*

Verba enunciatiua nùm diſponant inter eaſdem perſonas,in obſ.ad dec.35.n.4. 46
Verba enunciatiua nùm in dubio probent contractum, d.dec.35.num.1. 45
Et quid dicendum propter iuramentum,d.n.1.
Verbum ambiguum in vna parte teſtamenti, declaratur ex alia parte, vbi magis expreſsè teſtator loquitur,dec.425.n.2.circa finem. 569

*Vicinus.*

Vicinus nùm cogatur vendere rem ſuam pro Eccleſia amplianda,vid.in verb. *Vendere.*
Vicinus rei venditæ an poſſit illam retrahere iure prothomis eos,licet ſit vẽdita cum alia re vnico pretio, cui ille non eſt vicinus,dec.278.n.1.in fine. 385

*Victualia.*

Victualia emere,vt carius vendat,an cuique liceat abſque peccato,dec.217.n.2.in fine. 311
Victualium pretium,an remittatur arbitrio Iudicis,deciſ.127. n.1.in fine. 187

*Vidua.*

Viduæ aduerſus delictum non reſtituuntur,ſed habent fori electionẽ,gaudentquè priuilegio,*l.vnic.C.quand. Imper.inter pupill.& vid.*in obſ.ad dec.491.n.2. 650

*Vinculum.*

Vinculum iuramenti quotuplex ſit,& quodnam trãſit ad hæredes iurantis,dec.238.n.2. in medio. 343

*Vir.*

Vir adulterum interficere an poſſit,vid. in verb. *ſtatuto ſi caueatur.*
Vir inducere an poſſit vxorẽ,vt teſtamentum cõdat ad eius beneficiũ,in obſ.ad dec.146.n.7.v.*hinc ſatis*.215
Et quid dicendum ſi concurreret mulieris imbecillitas, aut eius indiſcreta diſpoſitio, in d.obſer.n.7. verſ. *hinc ſatis.*
Et quid dicendum ſi teſtamentum fieret in loco, in quo nullus adeſſet mulieris conſanguineus,in d.obſer.n.7.verſ. *hinc ſatis.*
Et quid dicendum ſi legatum eſſet ita magnum,vt fraudarentur venientes ab inteſtato, in d.obſer.n.7. verſ.*hinc ſatis,* in fine. 215
Vir nobilis pro amplianda Eccleſia nùm cogatur ad vendendam domum antiquam in familia, in obſer. ad dec.284.n.5. 393

*Vita, & militia.*

Vita,& militia an æquiparetur vſufructui , vel legitimæ.dec.80.n.2. 116
Vita,& militia an competat in linea collaterali, ſcilicet fratri,in bonis feudalibus fratris ſi à communi patre illam conſequutus ſit,deciſ.471.n.1.& 2.626. & in obſer.n.1. 627
Et quid dicendum,ſi à fratre fuerit hæres turpis perſona inſtituta,d.n.1.in fine, verſ. *Quoad primum.*
Vita,& militia an debeatur Clerico conſtituto in ſacris,dec.401.n.3.circa medium. 533
Vita, & militia an extinguatur per rebellionem , vel potius debeatur fiſco durante vita Rebellis,dec.80. n.1.& 2. 116.& in obſer.n.1.& 2. 117
Vita,& militia an potius debeatur,vt fructus,quam vt ſors principalis,dec.66.n.1. 93
Vita,& militia pro conſequenda an competat ſecundogenito actio hypothecaria, in obſer.ad d.dec.66. n.4.95.& deciſ.91.n.1.136.& in obſer. n.1.137.& dec.576.n.2.in medio. 769
Vita,& militia quid ſit,dec.1.n.1. verſ.*Quoad primum.*
Et an ſit taxanda ad inſtar legitimæ , vt ſcilicet ſit triens,vel ſemis,in obſ.ad d.dec.1.n.2.2.& in obſ.ad dec.366.n.6. 491
Et an ſit taxanda ad inſtar paragij,d. dec.366. n.5. & in d.obſer.n.6.
Et an ſit ſubrogata in locũ legitimæ,vel alimentorũ,in obſ.ad dec.66.n.2.&3.94.& dec.471.n.1.626
Vita , & militia an ſit feudum , vel pars feudi,aut ius feudale,dec.401.n.3.in medio. 533
Vita,& militia ſi ob rebellionem ſecundogeniti extinguatur ad fauorem primogeniti,ſuperueniente demũ reſtitutione Principis,an reuiuiſcat, d.num.3. 532
Vita,& militia ſi petatur à tertio poſſeſſore bonorum feudalium , & ipſe excipiat de rebellione petentis, an ſit audiendus,dec.91.n.2. 136
Vitæ,& militiæ intereſſe an debeatur à die mortis patris feudatarij,vel à die litis conteſtatæ, in obſer.ad dec.1.n.5. 3

*Viuere.*

Viuere in communi nemo cogitur,neque per pactum, dec.163.n.2. 237

*Vniuerſitas.*

Vniuerſitas alicuius Ciuitatis,Terræ,vel Caſtri ad domanium prouocare an poſſit ſine Regis aſſenſu, offerendo pretium emptori, ſi tamen vendatur cùm Regio aſſenſu,dec.358.n.1. 479
Et intra quod tempus petere poſſit domanium , & ad domanium prouocare,in obſ.ad dec.22.n.1.& 2. 30.& in obſ.ad dec.488.n.2. 647
Et an prouocare poſſit ad domaniũ , ſi venditio fiat ſub haſta,dec.278.n.1. circa medium 385.& in obſer.num.1. 386
Vniuerſitas ad domanium an poſſit prouocare in vna Terrarũ,ſi quis plures emerit Terras vnico pretio, & in vno eodẽquè inſtrumẽto,d.n.1.circa med. 385
Et an ſemper poſſit petere domanium , & præferri cuicunque Emptori,in obſ.ad dec.488.n.1. 647
Et an poſſit petere domanium , ſi emptio ſit perfecta,& poſſeſſio tradita,d.dec.488.n.1. 646
Et quid dicendum ſi venditio non ſit perfecta , in d.obſer.n.2. 647
Vniuerſitas an, & quando veniat appellatione perſonæ,dec.160.n.2.in medio. 235
Vniuerſitas crimen perduellionis nùm poſſit committere,dec.98.n.3.& in obſ.n.2. 146
Vniuerſitas delinquere an,& quando dicatur,in d.obſ. num.3. in fine. 147
Vniuerſitas habens iuriſdictionem ciuilem,ſi intendat emere criminalem,an in eius emptione præferatur, dec.215.n.3.307.& in obſ.n.2. 308
Vniuerſitas immunis à ſolutione fiſcaliũ ex Regio priuilegio,nùm debeat habere à curia illam ſalis quantitatem , ſolitam præſtare ſingulis Ciuitatibus, & Terris,dec.282.n.3.390.& in obſer.n.1. 391
Vniuerſitas immunis à ſolutione fiſcalium,an ſit etiam immunis à reparatione,& noua conſtructione murorum,in d.obſer.n.2. 391
Et an immunis ſit à donatiuis, quæ ex aliqua cauſa

Regi

Digitized by Google

Regi noſtro fiunt,in d.obſ.n.3.
Vniuerſitas imponere an poſſit nouas gabellas pro ſuis neceſſitatibus abſque Principis licentia, vel Regio aſſenſu,dec.388.n.2.& in obſer.n.1. 518
Et quid dicendum in collectis,d.n.2.
Vniuerſitas impotens an,& quando teneatur ad donatiuum factũ Regi,dec.161.n.1.&3.& in obſ.n.1.236
Et vid.in verb. *Donatiuum.*
Vniuerſitas in Regno non poteſt ſua obligare bona abſque Regio aſſenſu,ſecus, ſi nullæ eſſent obligationes,dec.255.n.2.& in obſer.n.1. 362
Et nũm poſſint eius bona generaliter,vel ſpecialiter obligari,d.n.2.in fine.
Vniuerſitas intra quod tempus allegare poſſit venditionem Terræ, Caſtri &c. eſſe nullam, & ad domanium prouocare,in obſ.ad dec.22.n.3. 30
Vniuerſitas an,& quando obligetur ex contractu celebrato per ſyndicum, electos,& 40.Ciues,non verò per maiorem partem,dec.177.n.1.& 2. 256
Et quid hodie in hoc requiratur, in obſer. ad deciſ. 177.n.1. 256
Vniuerſitas an præferatur omnibus in emptione iuriſdictionis tàm Ciuilis,quàm criminalis,Siclæ, Portulaniæ &c.in obſer.ad dec.488.n.1. 647
Vniuerſitas,quæ domanio potitur ex priuilegio Regis conceſſo in ſeruitiorum remunerationem, ſi deinde alienetur à Rege an poſſit dicere de nullitate alienationis,dec.409.n.1.& 2. 544
Et quid dicendum,ſi domanium ſit gratioſè conceſſum,d.dec.409.n.3.
Vniuerſitas ſi ſtatutum emanet,nũm poſſit illud tollere,maximè tamen minori [illegible] contradicente, dec. 128.n.2.189.& in obſer. n.1. 190
Vniuerſitates, priuatorum,an poſſint exequi debitores ſuos realiter,& perſonaliter, dec.518.n.2. & in obſ. num.2. 688
Et quid dicendum in debitore ob adminiſtrationem rerum Vniuerſitatis,in d.obſer.n.2.
Vniuerſitates,& Vaſſalli nũm preferantur emptoribus extraneis in venditionibus Ciuitatum, & Terrarum,in obſer.ad dec.22.n.1. 30
Vniuerſitatis maior Pars, vid. in verb. *Pars maior Vniuerſitatis.*

*Voluntas.*

Voluntas euidens dicitur, quæ ex coniecturis deducitur,in obſer.ad dec.534.n.1. 712

*Votum.*

Votum ſuum, ſi Iudex propalauerit antequam ferat ſententiam,an poſſit recuſari, vt ſuſpectus,in obſer. ad dec.219.n.1.circa medium. 313

*Vſurarius, & Vſura.*

Vſurarius an cenſeatur contractus, ſi quis vendat tot ſalmas olei,quod ſit in herba, conſignandas in proxima recollectione,ad rationem ducatorum tot pro qualibet ſalma, ſi tempore recollectionis plus valeat,deciſ.59.n.1.& 2. 84.& in obſer.n.1. 85
Vſuræ debitæ ob pecuniam,an debeantur à die moræ, dec.582.n.1.in fine. 778
Vſuræ rei iudicatæ vid.in verb.*Intereſſe rei indicatæ.*

*Vſufructuarius, & Vſusfructus.*

Vſufructuarius qui cauere tenetur de vtendo,& fruendo arbitrio boni viri, ſi fideiuſſorem non inueniat, an admitti poſſit ad cautionem iuratoriam, in obſ. ad dec.208. n.3. 297
Et quid dicendum ſi propter paupertatem fideiuſſorem non inueniat,dec.141.n.2. 206
Vſumfructum ſi quis ſtipuletur pro ſe, & hærede,an deinde in perſona hæredis dicatur nouus, deciſ.70. n.2.in fine,& in obſer.n.2. 103
Vſusfructus licet ſit perſonaliſſimus,ſi cõcedatur tamen pro ſe,& hæredibus,hæreditarius efficitur,& ad hæredem cum hac qualitate hæreditaria tranſit,quamuis nouus dicatur vſusfructus penès hæredem, in obſer.ad dec.185.n.2.268.& in obſ.ad dec.375.n.1. circa finem. 503
Vſusfructus ſicut finitur morte naturali vſufructarij, an etiam finiatur morte ciuili,dec.492. n.2.in fine. 651.& in obſer.n.2. 652

*Vulnerans, & Vulneratus.*

Vulnerans an teneatur de occiſo,vel tantum de vulnere, ſi medici deponant vulneratum deceſſiſſe ſua culpa,& non ex vulnere,dec.15.n.2. 20
Et quid dicendum ſi vulnus fuerit læthale, in obſer. ad d.dec.15.n.2. 20
Vulneratus ſi declaret, vulnus non fuiſſe ſibi illatum à Titio,qui de illo inquiritur, & contra quem ſufficientia adſunt indicia, an Titius torqueri poſſit,deciſ.44.n.2.59.& in obſer.n.2. 60
Vulneratus, ſi in mortis articulo declaret ſibi vulnus illatum eſſe à Petro,an talis inculpatio, & declaratio faciat indicium contra Petrum,d.dec.44. n.4.& in d.obſ.n.3. 60

*Vxor.*

Vxor ob quas cauſas petere poſſit ſuarũ dotium aſſecuratione ſuper bonis viri,in obſ.ad dec.292.n.1. 403
Vxor ſi confiteatur ſe recepiſſe pretium rei venditæ, nũm ſibi preiudicet quoad maritum,vel quoad emptorem,in obſer.ad deciſ.199.n.2. 285
Vxor ſi ſimul cum viro in vno eodemquè contractu ſit confeſſa certam pecuniæ quantitatem recepiſſe,vel pro venditione rei, vel ex alia cauſa,an præſumatur totã perueniſſe ad virum,in obſ.ad dec.148.n.2.218
Vxor ſuper bonis feudalibus viri an poſſit aſſecurationem ſuæ dotis petere, ſi aſſecurationis promiſſio non ſit expreſſa in aſſenſu,ſed ſolum in inſtrumento dotis promiſit vir,dotes ſaluas facere,dec.205.n.1. 292
Et quid dicendum ſi in aſſenſu ſit clauſula *quoad expreſſa tantum*,d.n.1.& in obſer.n.2. 293
Vxor viro ſuo an debeat reuerentiam præſtare, in obſer.ad dec.146. n.4. 214
Vxore Rebellis ab inteſtato defuncta, nũm ſuccedat fiſcus, vel hæres legitimus, ſuppoſito, quod excludantur filij,dec.25.n.1.& in obſer.n.1. 33
Vxores Rebellium, an in morte teneantur relinquere fiſco, relicta tamen legitima filiabus, bona donata ſibi à viris, quæ tamen venirent reſtituenda filiis, dec.23.num.1. 30
Vxori,quæ videns,maritum tenere cõcubinã ex mariti domo diſceſſit,an ſint ab eo extra domum alimenta præſtanda,in obſ.ad dec.30.n.5. 39
Vxoris alicuius Rebellis in dote an ſuccedere debeat fiſcus,vel hæredes dotantis,dec.233.n.1.& 2. 333

F I N I S.

*Soli Deo, immaculatæ Virginis Mariæ Conceptioni, & omnibus Sanctis honor & gloria per infinita ſecula ſeculorum.* Amen.

ERRATE

Digitized by Google

# Bibliopolæ ad Lectorem beneuolum.

*Cùm omnia noſtra ſtudia quæ in huiuſce operis editione impendere curauimus, tam ad ſatisfactionem meritis, & præclaris dotibus Authoris debitam; quàm ad propriam nominis & famæ exiſtimationem, ope diligentiaquè Typographorum, & Correctorum deſtituta propemodum fuerint; Inde accidit vt Errata ſubſequentia facilè irrepſerint: ad quod incuria illius qui apographum tranſcripſit, & ſumma diſtantia Authoris de cuius mente dum opus fuit ſuper hac re nihil certi habuimus non parum conferre potuerunt: attamen nonnihil ſolaminis nobis relinquitur cum pateat omnibus, noſtro non peperciſſe labori vt hæc Errata deuitaremus. Et ſciamus te paucos admodum huius magnitudinis libros reperturum qui longè pluribus non ſcateant mendis, Vale.*

| ERRATA | | CORRIGE. |
|---|---|---|
| ABſtinetur, *deciſ.*362. *num.*2. | 484 | Adſtringitur. |
| Adnotatum reperiebatur, *in obſer. ad deciſ.* 60. *num.*1. | 86 | Adnotatum non reperiebatur. |
| Aduerſariorum, *deciſ.*185 *num.*1. | 267 | Actuariorum. |
| Annum, *deciſ.*67. *num.*5. | 96 | Bannum. |
| Barcaris, *deciſ.*357 *num.*1. | 477 | Barenſis. |
| Baroin, *in obſer.ad deciſ.*56 *num.*1. | 79 | Baronem. |
| Cauſæ, *deciſ.*267.*num.*1. | 373 | Cauæ. |
| Conſenſus, *in obſer.ad dec.*133.*n.*4. | 198 | Conſenſu. |
| Completum, *in obſ.ad dec.*253. *n.*1. | 361 | Compilatum. |
| Conſenſum, *deciſ.*129. *num.*3. | 191 | Conceſſum. |
| Creditum differre, *dec.*482.*in arg.* | 640 | Creditum offerre. |
| Certam non placet, *dec.*541.*n.*1.*in fin.* | 720 | Certam non peter. |
| Delictum, *in obſer. ad deciſ.*72.*n.*3. | 106 | Debitum. |
| Diffamato, *deciſ.*87.*in argumento.* | 131 | Diffamator. |
| Dari proprietaté.*in obſ.ad d.*367.*n.*2. | 492 | Dari prioritaté. |
| Doare, *in obſer. ad deciſ.*133.*num.*4. | 119 | Donare. |
| Donationem fuerit, *deciſ.*295. *n.*2. | 406 | Donationem fecerit. |
| Diuus Thomas, *deciſ.*529. *num.*1. | 704 | Dictus Thomas. |
| Ectecto, *deciſ.*21. *num* 3.*cir.fin.* | 28 | Effecto. |
| Explendi, *deciſ.*132. *in argumento.* | 194 | Explorandi |
| Enumeratiua, *deciſ.*356.*n.*1.*in med.* | 477 | Enunciatiua. |
| Euidenter de Iuſtitia, *dec.*502.*n.*2. | 665 | Euidéter de Iniuſtitia. |
| Eius fiſcum, *deciſ.*510.*n.*2.*in fin.* | 676 | Eius filium. |
| Feudum emit, *deciſ.*338, *n.*2. | 455 | Fundum emit. |
| Facta merito, *deciſ.*437.*num.*1. | 587 | Facta mentio. |
| Filio præſtito, *deciſ.*555. *num.*2. | 742 | Filio præterito. |
| Finem de pretio, *in obſer.*402.*n.*3. | 535 | Fidem de pretio. |
| Hæreditatem, *deciſ.*131.*n.*1.& 2. | 194 | Hæreditariam. |
| Hieronimi, *in obſer.ad dec.*130.*n.*4. | 193 | Hieronimo. |
| In mandatum, *deciſ.*124.*n.*1. | 183 | An mandatum. |
| Inſtitutio, *deciſ.*64.*num.*1. | 90 | Inſtituto. |
| Iactantiæ, *deciſ.*87. *in argumento.* | 131 | Inſtantiæ. |
| Imperſonalem, *deciſ.*127.*num.*1. | 186 | In perſonam. |
| In vero, *deciſ.*213.*n.*2. | 304 | In vno. |
| Incertus periurij, *dec.*238.*n.*2.*cir.fin.* | 343 | Incurſus periurij. |
| In vero legato, *in obſ.ad dec.*366.*n.*4 | 490 | In vno legato. |
| In deciſionibus, *deciſ* 205. *num.*1. | 292 | In deciſ.203. |
| Inumpidere, *dec* 559. *in argumento.* | 748 | Impedire. |
| Lib.2. C.de, *deciſ.*231.*num* 4. | 331 | L.2.C.de. |
| Locum, *deciſ.*454.*num.*2.*in fin.* | 607 | Bellum. |
| Magis Capitanei, *deciſ.*119. *num.*1. | 176 | Magni Capitanei |
| Magnificium, *deciſ.*127.*num.*1. | 186 | Magnificum. |
| Minandre, *in obſer.ad deciſ.*248.*n.*2. | 355 | Minad. |
| Maieſtatibus, *dec.*308.*in argumento.* | 421 | Magiſtratibus. |
| Magi, *deciſ.*356.*num.*1.*in med.* | 477 | Magni. |
| Nominatus ſi fuerit fiſcus, *deciſ.* 335. *in argumento.* | 501 | Nominatus ſi fuerit filius. |
| Non eſſe contractam, *in obſer.ad dec.*558. *num.*1. | 747 | Non eſſe correctam. |
| Non venire, *in obſ.ad dec.*476. *n.*2. | 633 | Se nolle venire. |
| Obnoxiis, *deciſ.*196.*in argumento.* | 282 | Obnoxium. |
| Præſcriptio, *deciſ.*219.*in argumento.* | 297 | Præſcripto. |
| Primogentium, *deciſ.*220. *num.*1. | 313 | Primogenitum. |
| Pro dotium reſtitutione viros, *dec.*229. *num.*1. | 327 | Ad dotium reſtitutionem pro Viris. |
| Petitoris, *deciſ.*279. *num.*3. | 387 | Petitorij. |
| Prædictum, *deciſ.*363. *num.*1. | 486 | Productum. |
| Præſumptum, | *ibidem.* | Tranſumptum. |
| Patribus, *deciſ.*204.*num.*1. | 291 | Fratribus. |
| Pignorantia, *deciſ.*95. *in princ.* | 141 | Pignoratitia. |
| Quare bellũ relata, *dec.*454.*n.*2.*in fi.* | 607 | Quare relata. |
| Quam *in obſer.ad deciſ.*143. *num.*8. | 210 | Quondam. |
| Renunciauit, *deciſ.*56. *num.*6. *in fine.* | 78 | Renunciatarij. |
| Reiuindicatus, *deciſ.* 296. *num.*1. | 406 | Reiuendicationis. |
| Regina, *deciſ.*121.*num.*1. | 178 | Regia. |
| Referate, *in obſer.ad deciſ.*130.*n.*4. | 193 | Referente. |
| Redamauit, *in obſer.ad dec.* 141. *n.*2. | 207 | Reclamauit. |
| Reconuento caſuum, *dec.*455.*in arg.* | 608 | Renunciatio caſuum. |
| Retenta recuperare, *in obſer. ad dec.*536. *num.*3. | 715 | Retenta repudiare. |
| Senereniſſimi, *deciſ.*76.*num.*1. | 110 | Sereniſſimi. |
| Semmariæ, *in obſer.ad dec.*130. *n.*4. | 193 | Summariæ. |
| Seratur, *deciſ.*748.*num.*2, | 355 | Seruatur. |
| Sumptum, *deciſ.*312.*num.*2. *in fine.* | 425 | Tranſumptum. |
| Scripturæ, *deciſ.*431.*in argumento.* | 578 | Scriptæ. |
| Sic profexurus, *dec.*200.*in argum.* | 286 | Sit proficuus. |
| Speciali Comite, *deciſ.*558.*num.*1. | 746 | Spectabili Comite. |
| Tridentiam, *in obſer.ad dec.*101.*n.*1. | 151 | Tridentinam. |
| Tractatum, *deciſ.*353. *num.*1. | 473 | Tranſlatum. |
| Vnicas, *deciſ.*83.*n.*1. | 121 | Vncias. |
| Viceſceretí, *deciſ.*381.*num.*1. | 510 | Viceſgerentis. |

Reliqua in typis errata, beneuolus corrigat lector.

*Sacroſanctæ, & indiuiduæ Trinitati Crucifixi Domini noſtri Ieſu Chriſti humanitati Beatiſſimæ Virginis Mariæ fecundæ integritati Sanctorum, ac Sanctarum omnium vniuerſitati ſit ſempiterna laus, honor & gloria.* Amen.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google